A forsi Sierpi a ... tomo















AVICENNAE ARABVM

MEDICORVM PRINCIPIS.

Canon Medicinæ.

QVO VNIVERSA MEdendi ſcientia pulcherrima, & breui methodo planiſſime explicatur.

Eiuſdem

De { Viribus cordis.
Remouendis nocumentis in regimine ſanitatis.
Syrupo acetoſo. }

CANTICA.




















VENETIIS. Industria ac sumptibus IVNTARVM 1595.

Iacobus Francus f.



PRO TITVLO
CANONIS AVICENNAE.
Fabij Paulini Canon.



VO sunt, quæ solent nonnulli in hoc Auicennę titulo reprehendere (CANON MEDICINAE) unum, quòd arrogans videatur, cum plus sibi tribuat, quam Hippocrates, & Galenus, quasi ipse solus normam Medicinę, ac regulam confecerit, alterum, quòd sit Metaphora, quę cum in artibus tradendis sit uitanda ex præscripto non modo Rhetorum, sed Philosophorum, & ipsiusmet Galeni, multo minus debuit in titulo adhiberi, cum vitiosa sit in omnibus orationis initijs. Quare operę precium me facturum sum ratus, si cum operę impressoriæ, a me peterent, ut quam primum (qui mos est illorum) aliquid, quod paginam hanc inanem alioqui futuram, impleret, scriptionis exararem, ex re nata de hoc paucis differerem, & a calumnia huiusmodi simul uendicarem Auicennam, & tituli huius rationem omnem explicarem. Vt igitur planius, res tota intelligatur, definiendum, quæ sit Princeps huius vocabuli Notio, ad quas deinde res significandas, transferatur, & quomodo hic ab Auicenna statuatur. Sed prius de origine huius, quæ in dubium etiam reuocatur, pauca dicam. Quidam igitur putant esse Græcum hoc nomen CANON, alij Syrum, nos uero neque Græcum, neque Syrum, sed ex Hebræo fonte fluxisse dicimus: nam primum apud Græcos nulla extat huius vocabuli deriuatio, & licet apud Etymologicum afferatur quædam ratio Etymologiæ, tamen ridetur a doctis, quod notioni huius uocabuli translatæ, non propriæ conueniat. ait enim κανὼν παρὰ τὸ καίνω τὸ κόπτω· ὁ τὰ τῶν λέξεων κόπτων ζητήματα, idest Canon a καίνω, quod est occido, qui dictionum problemata definit, & quasi occidit; hæc enim notio huius vocabuli pro scripto, est translata, proprie enim significat calamum, seu canulam, a cuius similitudine omnes aliæ fluxere notiones, ut ostendam, quod Hebræa lingua dicitur קנה unde hoc uocabulum deriuatum, quare etiam unico ν scribitur, & ita apud Græcos est receptum, ut pro mero Græco habeatur. Homerus in ↓ Il. in quadam comparatione eo usus in ea notione, ubi ait ———

——— ὡς ὅτε τίς τε γυναικὸς ἐυζώνοιο
στήθεος ἐςὶ κανών, ——— idest.
Ac veluti præstans cum forma fœmina voluit
Pectus pone manu canonem, ———

vbi Gręcus Scholiastes Κανὼν ὁ κάλαμος περὶ ὃν ἐιλεῖται ὁ μῖτος ὁ ἱςυργικὸς, idest Canon est calamus, circa quem conuoluitur stamen textorium. Quia uero calamus hic solet esse rectissimus natura, ideo ad omnia recta explicanda transfertur tam corporea, quam corpore carentia. diciturque primum regula σαθμή, instrumentum, quo longitudines diriguntur, quod amussim etiam, & lineam uocant, qua notione usus Aristoteles 1. Rheto. de iudicibus, quos dicit sinere se ὥσπερ κανόνα, idest tanquam regulam distorqueri oratorum artificio, ac a recto deduci. Dicitur etiam perpendiculum, κάθετος, quod est instrumentum ad altitudines dirigendas inuentũ, dicitur tertio etiam γνώμων, idest norma, quod est instrumentum, qua anguli rectam formam suscipiunt, quod uulgo Venetijs dicitur squara, hinc secundo loco ab his instrumentis, ad alia multa, & ad homines transfertur, & ponitur pro ęquilibrio

librio

librio in trutinâ, quod dicitur examen, quam nonnulli propriam esse huius vocis notionem contendunt, & ad homines translatũ accipitur pro emendatore, & directore, quod Græce dicitur διορθωτὴς, sic usus Cic. ad
Fam. lib. 16. Tyr. sed heus tu, qui κανὼν esse meorum scriptorum soles, vnde illud tam ἄκυρον valetudini fideliter inseruien do? quare etiam scriptum, a uiro emendatore, ac directore confectum, uel huiusmodi fungens officio di-
v. de decret. Hipp. & Pl. ctum est κανὼν, quo nomine primus Polycletus, (quantum colligi potest) usus est, qui (teste Galeno) conscripsit libellum, in quo omnes corporis congruitates, τὰς συμμετρίας persecutus est, & eum appellauit κανόνα, & mox opere sermonem comprobans iuxta libelli præcepta statuam fabrefecit, & eodem nomine
Lib. 38. c. 8. appellauit nempe κανόνα, cuius frequens est apud Galenum mentio, de qua Plinius, ita ait. Fecit & quem Canona artifices uocant, lineamenta artis ex eo petentes, uelut a lege quadam, solusq; hominũ artem ipse fecisse artis opere iudicatur, quare de re quapiam egregia, & omnis erroris experti dici solet Polycleti Canon, ad quam notionem respicientes isti reprehensores Auicennam accusant, sed non uiderunt a Principe illa notione, & rectitudinis similitudine multa alia Canones appellata, Vt apud Arabas appellatus est Canon instrumentum, quod alio nomine dicitur Arabice Almestara, quod est confectum ex tabula filis in hærentibus recte delineata, qua chartis lineas designant Scriptores, ut recta scriptura procedat, ex quo translatum est uocabulum ad Scripta, & ipsa dici cępta Canon, & ea potissimum, quæ uniuersim pręcipiunt aliquid ut sententiæ, & iudicia uniuersalia, quæ uetant ne a recta discedamus, hinc ius Canonicum appellationem inuenit ex eo, quod vniuersa quædam ad religionem præcepta contineat, & ab hac notione apud Arabas frequenti titulum suum sumpsit modestissimum Auicennas, quasi dixisset sermo, seu disputatio, ac tractatus, sic etiam apud Græcos ponitur, & ipse Canon, & eius diminutiuum κανόνιον, quod testatur Suidas, qui ita ait in uerbo κανόνιον, οὕτω καλεῖται, ἡ οἱαδηποτε πραγματεία κἂν πλειόνων τυγχάνη πτυχίων, ἢ σίχων, ἢ παγινῶν. idest Canonium, ita appellatur quęlibet disputatio quamuis plurium sit plicarum, aut uersiculorum, aut paginarum. Ab illo porrò instrumento ordine chartas delineandi alia Canonis fluxit apud Ecclesiasticos notio, ut. s. pro catalogo, ponatur, unde Canones chronici apud Eusebium, libri Canonici passim pro contentis in Canone, idest catalogo sacrorum librorũ, & Canon sanctorum dicitur ipse Catalogus, & Canonizati in hunc catalogum ascripti, & similia. Ab eadem rectitudinis similitudine uocati sunt ab Hippocrate κανονίαι illi, quibus ueluti ad regulam directi uentres sunt, calamis nempe similes, quos exponit Galenus ὀρθοὺς. καὶ προσεσαλμένυς τὰς γασέρας, idest rectos, & subductos habentes uentres, quare male nonnulli fortasse non intellecta metaphora emendant κακονίαι. Ab eadem similitudine rectitudinis alia emanauit apud Romanos Canonis notio, ad res incorporeas translata, iustitiam. s. & quia iustum erat pendi Imperatoribus tributa, pensitationis genus appellatum est Canon. cuius meminit Pædianus dicens tria fuisse pensitationum genera Canonem, Oblationem, & indictionem, de quibus legendi Iurisconsulti, & præser-
Lib. 3. c. 8. tim Tholosanus in iuris syntagmate ubi de Canone multa, qua etiam ratione contra uocauit Spartianus Canonem frumentarium, certam, & æquam frumenti populo ab Imperatore diuidendi rationem, qua notione apud Ecclesiasticos accipitur pro deméso illo ab ęrario ecclesiastico distributo, quod dicitur vulgo præbenda, & qui illius participes sunt, Canonici uocantur. postremo ne omnia colligam, hoc uocabulum ad omnia recta transfertur tum corporea tum corpore carentia, ad omnes regulas, atque mensuras. Et cum (ut in orbem propositi me conuertam, & inde etiam breuiter me expediam) generatim (ut probatum est) pro qualibet scriptione præcepta præsertim recta continente accipiatur Canon, nullus est accusandi Auicennam locus, qui nomine communi scriptionis sit usus, immo potius laudanda modestia. Neque uero etiam quod metaphora sit, idcirco reprehendendus, quamuis enim non inficior uitiosam esse in titulis, ac principijs disputationum metaphoram, cum tamen proprij locum subiere translata, non
1. Phys. sunt reprehendenda, sed pro proprijs toleranda, quod in quamplurimis usu uidemus euenire. sic uerbum methodus, quamuis sit translatum a uijs ad scientias, ut ait Auerroes, tamen quia iam usu contritum est uocabulum, loco proprij adhibetur, & Galenus ipse non est ueritus suos libros de methodo therapeutica inscribere, quem cum habeat socium reprehensionis Auicennas, nullam amplius desiderat defensionem, & mauult cum Galeno uel errare, ac reprehendi, quam cum istis criticis laudari, ac sapere.

FINIS.



AVICENNÆ

ARABVM MEDICORVM PRINCIPIS.

Ex Gerardi Cremonensis uersione, & Andreæ Alpagi Bellunensis castigatione.

A Ioanne Costæo, & Ioanne Paulo Mongio Annotationibus iampridem illustratus.

Nunc vero ab eodem Costæo recognitus, & nouis alicubi Obseruationibus adauctus.

Quibus Principum Philosophorum, ac Medicorum consensus, dissensusq; indicãtur.

Vita ipsius Auicennæ ex Sorsano Arabe eius Discipulo, à Nicolao Massa Latine scripta, & figuris quibusdam, ex priori nostra editione sumptis.

Additis nuper etiam librorum Canonis œconomijs, necnon Tabulis Isagogicis in uniuersam Medicinam ex Arte HVMAIN, idest IOANNITII Arabis.

Per Fabium Paulinum Vtinensem.

Cum Indicibus quattuor, Duobus uocum Arabicarum, altero Gerardi Cremonensis, altero Bellunensis, Duobus rerum memorabilium, altero in Auicennæ contextu, altero in Annotationibus contentarum.



VENETIIS, M D X C V.

Apud Iuntas.



AMPLISSIMO NOBILISSIMOQVE BONONIENSIVM Medicorum, & Philosophorum Collegio:

IOANNES COSTAEVS. S. D.



ANNVS agitur iam tertius ac trigesimus, quum nonnulla, qui in magno Auicennæ opere mihi adnotaram, IOANNI PAVLO MONGIO, medico sane optimo, meiq; amantissimo conferebam. Quæ, quum is minime inutilia censeret, propterea que Valgrisio Veneto Typographo tunc ad eius libri editionem se accingenti, vt concederem, hortaretur; in manus resumpta cæpi cum eodem Mongio rursum expendere, & ipsius ope aliqua adiutus expoliri. Prodiere tunc adnotationes illæ non malis auspicijs. Et a viris enim doctissimis labores illi nostri digni habiti sunt aliqua commendatione; & ab eo tempore in doctorum hominum gratiam Auicennæ nomen visum est redijsse. Nulla nunc amplius libraria officina eas nostras habebat obseruationes, & desiderabant illas non pauci. Quod quum IVNTAE Veneti sensissent, propterea que a me petijssent, si quid haberem, quod prioribus illi addi vellem, in publicum id commodum vt darem; nouam enim eius operis editionem se adornare; facere non potui, quin ex pluribus, quæ mihi erant adhuc in lituris, nonnulla, ad eius authoris pathologiam conscripta, licet nondum absoluta, vna cum codice meo a varijs, qui inter scribendum, imprimendumque inciderant, maculis expurgato, illis permitterem, ita vt, nunc prodeat hic liber aliquanto magis quam antea excultus. Deerat ad eius ornamentum, vt de huius scriptoris prętantia aliqua dicerem, & quam immerito illum superior ætas neglexerit, ostenderem. Ad quod agendum, quum & varia, & vera, & solida haberem fundamenta, satis tamen duxi, omissis reliquis vnum exemplum vestrum Sapientissimi viri, qui Bononiensium Medicorum & Philosophorum Collegium doctrina & nobilissimis moribus illustratis, proponere. & qui in bonorum scriptorum lectione semper versa-

ti, quę veteres docuere, ad Auicennæ iudicium interpretari, & pulchrum,& prudenti medico dignum censetis: & qui in facienda medicina hunc sequuntur, ducem sequi neque vanum, neque fallacem, non voce modo ac ratione, sed opere quoque, atque experimento quotidiano comprobatis. Merito igitur librum hunc in vestri honestissimi, laudatissimiq; ordinis nomen apparere volui. vt Auicennam quidem a vobis tantopere ęstimatum authorem studiosa iuuentus studiosius sibi euoluendum intelligat; meę vero illæ, veteres quidem, sed nunc aliqua ex parte meliores adnotationes sint mei erga vos animi grati testimonium, quos tot iam annos, quibus vobiscum viuo, dignitatis meę fautores habeo constantissimos. a quibus tum vniuersim, tum priuatim tot quotidie benignitatis officia in me constant, vt præter literarum splendorem, qui sacrum hoc Collegium vestrum nemini secundum facit, eam etiam virtutem, quam humanitatem vocant, commune huius patrię ornamentum, sed quæ in vobis eximio modo elucet, dignos vos reddere, quos boni quique venerentur & colant, plane agnoscam, & perpetuo prædicaturum me profitear.



AD CLARISS. VIRVM LAVRENTIVM MASSAM, SERENISSIMI SEN. VEN. A' SECRETIS. PRO AVICENNA.

Fabij Paulini Ode.


INORA vt inter astra, Dianæ micat
Lata Poli in plaga, iubar.
Sic inter Artis AESCVLAPIAE gregem
Nitet AVICENNAE gloria;
Lucemque Phoebes, vt reprehendens, ipsamet
Solis reprehendat lumina,
Iubarque Phoebes qui auferendum iudicet,
Nocti vnicum tollat iubar.
Sic qui reprehendit hunc, reprehendit Lumina
Maiora, Solesque Medicos,
COVM Senem, necnon GALENVM, Interpretem
Quorum iste sese prædicat,
Et profitetur esse se Compendium.
Vt iam hunc qui apertè negligat,
Is etiam apertè ostendat, haud intelligi
Abs se GALENVM, nec legi:
Et si auferatur orbe de Medico Hic; ruet
Praxis, suo orba vt nox Duce.
Quod prædicantem MASSA te doctissime
Vere, & frequenter audio,
Dum sęculi errorem, & vicem nostri doles,
A' vera aberrat quod via.
Male ergo desinant repente dicere,
Modumque ponant voculis,
Nec prodere ignorantiam pergant suam
Homines leuissimi, ac rudes;
Nam pœnitebit impudentiæ cito,
Dabuntque pœnas debitas.
Aeterna primum illis inuretur nota,
Et nomen atra nox premet,
Cacata flammis scripta Vulcani dabunt
Medici eruditi, ac cęteri.
Arabsque doctus inuidum dentem supra
Locatus, ardebit magis,
Et nube Sol velut exiens splendentior
Dux præferet Medicis facem.





PRINCIPIS AVICENNAE VITA,

EX SORSANO ARABE EIVS DISCIPVLO,

A Nicolao Massa Philosopho, & Medico præstantiss. sumpta, & latinè scripta.

Ad Carolum Borromæum Cardinalem amplißimum.



CVm multa accepissem de tua doctrina, de præstanti animi magnitudine, de uita, ac moribus tuis iustis, integris, religiosis: sum adeò incensus studio tui, ut hac in re mens mea tota uersetur, quæ sit dignitas, quis splendor tuarum uirtutum, ut per me posteritas intelligat. Quod cum diligentius animo tracto, occasio uenit edendi Auicennæ uitam, quam ego ex Sorsano Arabe eius discipulo sumptam, latinis literis mandaui. Visum mihi est illam tibi mittere, ut in possessionem tuarum rerum iam pedem ponas. Quicquid enim a nobis antea elaboratum est in studijs bonarum artium, quicquid postea elucubrabitur, id totum tibi donare in animo habemus: quod suo loco, & tempore faciemus. Tu interim, dum huius grauissimi scriptoris hanc uitam, si per tuas occupationes licebit, leges. (Scio enim quanta negotia, quæ tibi PIVS IIII. Pontifex Optimus Maximus, auunculus tuus demandauit, solus tractes & de religione, & de omnium gentium, ac populorum quiete, & demum de omni grauissima re, ut quasi alter Atlas cœlum, ac terras sustinere uidearis) certè pignus quoddam habebis obseruantiæ in te meæ. Sed tempus est, ut ordiamur. ANDREAS Alpagus Bellunensis, uir & moribus, & doctrina nostra tempestate celeberrimus, ita sapientiam adamauit, ut spretis (more antiquorum philosophorum) diuitijs, ac plurimis, & maximis commoditatibus, rerum ueritati, generisque humani utilitati per totam ferè uitam studere uoluerit. Testes huius sunt, patria relicta, & nauigatio in Syriam: ubi, ut Arabicam linguam addisceret, triginta & amplius annos commoratus, diu & multum studijs operam nauauit: atque ita profecit, ut non pauca doctissimorum Arabum uolumina in latinum sermonem conuerterit, ac etiam uersa a prioribus, fideliter castigauerit: inter quæ Libros Canonis Auicennæ, uiri non solum in re medica, sed in omni genere optimarum scientiarum inter primarios meritò collocandi, qui undequaque scatebant erroribus, ad ueram auctoris integritatem redegit, mutatis erratis, ac superfluentibus amotis, additisque ubi deficiebant & uerbis, & sententijs: ut non amplius in grauissimi auctoris sententijs quis ambigere possit. Hos cum pridem Paulus Alpagus eius nepos, homo in medicinæ intelligentia excellens, uiro egregio, ac de literis, & literatis benemerito Thomæ Iuntæ ad communem hominum utilitatem imprimendos tradidisset, & Arabica quædam scripta eius patrui reperisset, ubi præclari Auicennæ uita per Sorsanum Arabem eius discipulum in quadam pagina Arabicis characteribus, ac idiomate scripta inerat: dolens mecum conquestus est, quod neminem, qui hanc ipsam uitam interpretari posset, in hunc usque diem inuenisset. Ego uero, qui semper (ut decet) gloriam eminentissimorum uirorum non secus ac propriam tueri consueui, cum inuenissem Marcum Fadellam

dellam Damascenum, Venetorum mercatorum interpretem, atque operam dedissem, ut is uerba Sorsani vulgari sermone exponeret, latinis ea mandare literis decreui, quæ ante hunc diem nostros de tanti viri memoria latuerunt. Est enim laus non mediocris antiquos sapientes amore prosequi, ac de eorum laudibus, moribus, & doctrina testimonium apud omnes exhibere. Enim vero uenerandum, ac colendum inter omnes sapientes Auicennam semper censui, vt pote, qui tot volumina, atque eadem penè diuina in omni ferè genere scientiarum conscripsit, vt si omnes in eo, sicut par esset, illustrando tanquam de humano genere bene merente curam omnem impendere vellent, nunquam satisfacere eius manibus possent. Quis enim, Dij boni, antiquorum scriptorum acutius, accuratius ve, aut accumulatius de omni genere scientiarum, præsertim de re medica scripsit? Is nanque solus medicinam in compendium redegit, nihil tamen relinquendo: Neque prestantiorem quemquam facilè inuenire posses, qui (vt ipse met Sorsanus ait) volumina permulta perscripsit. quæ vtinam omnia haberemus. sed de his satis. Nunc verò ad ea quæ tum ab Sorsano accepimus, tum nos ipsi etiam inuenimus, conuertamus orationem: Hęc porro, non iniucunda legentibus, sed conducibilia fore censeo: cum, & si longiuscula sunt, ea tamen contineant, quæ & attentum, & docilem, ac beneuolum reddere lectorem possint. Nam quibus medijs ad apicem sapientię Auicenna ascenderit ostendemus, quibus etiam dignitatibus honestatus fuerit, quales Principes viros, & Reges amicos haberit, & etiam quantis diuitijs abundauerit. quæ omnia ad sapientiæ amorem homines accendunt. At ne fortè quis de nomine sapientissimi viri hæsitet, operęprecium mihi visum est quędam de nominis ipsius declaratione pręponere, quę ab eo, quem modo nominaui, Andrea Alpago in præfatione interpretationis nominum Arabicorum animaduersa sunt, cum titulum Librorum Canonum exponit, quæ sic habentur. Liber canonis in medicina, quem Princeps sapientissimus Philosophus Abuhali, Alhasen, Ebenhali, Ebensina composuit. Ex quibus clarum est nomen Auicennę apud Arabes, his dictis nominibus nominari, quæ nomina sic interpretantur: Pater Hali, Alhasen filius Hali, filij Sina. Ex qua nominum declaratione constat nomen Auicennæ inditum fuisse ex corrupta illa dictione, Ebensina, mutatis literis prioribus. Et quamquam plures, qui titulum librorum Canonum exposuerunt, aliter interpretati sunt, nihilominus maiorem fidem interpretationi Andreæ Alpagi viri in Arabica lingua præter cęteras doctrinas exercitatissimi adhibendam esse censui, quam reliquis: quoniam non nisi a doctissimis Arabibus tum Auicennę discipulis, tum interpretibus fide dignis accepit, nobisque tradidit. AVICENNAE igitur genitor fuit Hali, qui fuit Persa. quod constat ex narratione Sorsani, & etiam ex multis, quæ passim per volumina ab ipso Auicenna scripta inueniuntur, præsertim ex capite tertio doctrinę secundæ primi Canonis, vbi ostendit quomodo radij solares suam respiciant regionem: & etiam in capite de Tereniabin, secundo canonis: & ex processu capitis primi sexti de animalibus. Hali ergo Persa ex oppido Belch fuit, qui cum Bucharam se contulisset, tempore, quo inuictissimus Nuch filius Regis Bucharæ, ciuitati Corrasan dominabatur, prefuit in villa Carmin negotijs Principis. etenim Carmin villa egregia inter cæteras villas Bucharę est. huic verò villę proxima erat villa Aussene, in qua Hali Citaram in vxorem accepit, ibique Citara duos peperit filios, Auicennam primogenitum, & alterum secundogenitum. Igitur Auicenna Persa, ac de numero sapientum philosophorum sub Maomethis lege fuit, ex iam nominatis parentibus. Postquam verò Citara secundum peperit filium, Hali Bucharam ciuitatem unà cum vxore, & liberis se contulit, Auicennamque pręceptori docendum tradidit. qui puer adhuc adeò acuti ingenij fuit, & virtutum amore adeò inflammatus, vt, dum adhuc ætatis decimum annum ageret, tantum in literis profecerit, ut omnibus admirabilis uideretur. Etenim cum etiam tunc eius genitor Memphiticis cantoribus, & aliarum scientiarum viris doctis delectaretur, & illos unà cum filijs conueniret, de moribus, & rebus Memphiticis colloquentes, quibus ipse mirum in modum delectabatur: Auicenna omnia non tantum audiebat, verum etiam memoriæ mandabat: Sæpe etiam in colloquiis, de philosophia, de architectura, ac etiam de iudicis computationibus sermo inter ipsos erat: quas scientias iam Auicenna ab illis discere cœperat. Sed cum deinceps Hali Bucharam redijsset, Natalinum virum philosophum in domum accepit, hac scilicet spe ductus, ut ab ipso, Auicenna edoceretur, sub pręceptoris tutela, ita tam in Grammaticis, quam in Rhetoricis profecit, ut nulla esset in huiusmodi scientiis dubitatio, quam non facilè declararet; ita vt Natalinus quamquam in studiis philosophiæ multum excelleret, tamen responsiones eius admiratus, fateretur se nusquam ab alio tam arguta, & docta audiuisse. Superabat quidem & elegantia, & doctrina omnes, pręceptore melius etiam responden do. Cępit post hæc dialecticis studere vnà cum Natalino præceptore, quę cùm ardua essent, & minime a Natalino intelligerentur, Auicenna solus libros dialectices, & expositores le gere statuit, sicque quam diligentissimè dialecticam didicit. Voluit etiam libris Euclidis studere, quos quinquies vidit, nec solum hos libros sine præceptore lectitauit, sed diuersa, ac plurima alia uolum ina, inter quæ quædam erant de uero, & falso, quibus summa cum diligentia studuit. Dein ad naturalia, & supernaturalia vnà cum eorum interpretibus se totum conuertit: ex quibus portę scientiarum sibi adapertæ fuere. Erat quidem tantę animi, atque ingenii magnitudinis, ut nihil non experiri cuperet, quod ad hominis perfectionem faceret. Quapropter quotquot medicinę libros habere potuit, eos omnes diligenter perlegere voluit.

aiebatque medicinę scientiam minime difficilem esse, cum eam breui quidem tempore perfectè complexus esset, adeò ut medici seniores eum de medicina loquentem libentissimè audirent, ac ad omnes ęgrotos uocarent. Cumque adhuc annos sexdecim natus esset, & incredibili teneretur amore, & desiderio scientiarum, & iam plurima expertus esset, iterum dialecticis, & naturali scientię per annum cum dimidio operam nauauit, tanta pertinacia, vt neque id per tempus integram quieuerit noctem, die uero omnem curam studiis adhibuerit. Quòd siquid inter studendum, aut pulchri, aut boni animaduerteret, erat in promptu papyrus, in qua omnia selecta scribebat, ac etiam multa quoque propria inuentione fauente Deo componebat. Præterea fuit vir religiosissimus, misericors, & iustus, iucundus, & timens Deum, gratias illi semper in omnibus agendo, ac eius auxilium semper implorando, quod minime latere eum iudico, qui scripta ipsius aliquando legerit. Nempe si aliquando (vt Sorsanus refert) rem arduam, ac difficilem ei legere contigisset, quæ studendo eius defatigaret mentem, vnicus hic sibi modus laxandi animum fuit. Nam a lectione fessus, mane templum ingrediebatur, & facta Deo oratione, vesperi domum reuertebatur, & accensis luminibus assiduè studiis incumbebat. Quòd si eum vigiliæ defatigassent, & lassum reddidisent, vini cyathum ad virium instaurationem bibere solebat, deinde ad consueta studia reuertebatur. Sępe etiam somniare arduas difficultates solebat, quas etiam dormiens enodabat, & expergefactus optimè soluisse cognoscebat. Voluit igitur has omnes scientias complecti, neq; quidquam, quod homines naturali ingenii lumine cognoscere possunt, prætermisit. Primum se ad dialectices, naturalium, & supernaturalium rerum cognitionem applicuit, ac in eis profecit. Sed cum ad res metaphysicas conuertisset studium, & earum subtilissimas inquisitiones minus intelligeret, totum librum illius scientię quadragesies perlegens, eum memorię mandauit, neque ob id supernaturalia illa penetrare potuit: quocirca desperatione addiscendi illam scientiam ductus, eam dimittere statuit, vti prorsus imperceptibilem. Verum cùm certa die forte fortuna ad forum mercatorium profectus esset, essentque ibi venales libri, qui de more plura offerenti auctionabantur, præco, qui eos vendebat, viso Auicenna attulit ei librum quendam, cui Auicenna se minime eum velle emere dixit, cum nihil ex eo addiscere speraret. instabat tamen pręco vt eum emeret, pręsertim cum vili pretio eum habere posset: aiebat enim se daturum tribus denariis: quo stimulo adactus librum emit. Erat quidem liber, quem Albumazar Alpharabius in declaratione diuinæ scientię scripserat. hunc Librum cum legisset, mox ex illis quæ iam memoriter multa didicerat intelligere cœpit. quare vehementer gauisus est. Cumq; vir esset religiosus, & misericors (vt superius dictum est) Deo in primis gratias egit, mox sequenti die pauperibus multa munera dedit, ratus se Deo rem gratam facere, & fauere illius dignitati, cuius, erat liber emptus. Proficiebat Auicenna & doctrina, & auctoritate, & fama, & non immerito, cum tantas, tamque magnas scientias, quantas iam diximus, ætatem decem & octo annorum agens, didicisset ita vt per vniuersam regionem celebraretur. Quare cum tempore illo Nuch inuictissimus filius Regis Bucharæ dominaretur, & laboraret morbo maximi discriminis, adeò vt medici omnes de eius salute iam desperarent, iussit Auicennam ad se accersiri, qui tandem ad Regem profectus est, ac unà cum illis qui aderant medicis prius, collocutus, medelam Regi præstitit. Cum verò teneretur studendi medicinæ ardenti desiderio, rogauit Regem, vt se in Regiam Bibliothecam admitteret: etenim in ipsa capsæ quam plurimæ plenæ antiquorum auctorum libris erant, quorum multos vidit, quos antea minime uiderat, neque nominari audierat, ex lectione quorum multa didicit. Erat ei vicinus quidam Abuelchezin el Larudi nomine, cuius precibus Librum communem ad omnes scientias quidem doctrina, & ornatu composuit, non tamen in eo, quæ experientia cognoscuntur, scripsit. Dum verò hæc scriberet Auicenna, annum vigesimum primum suæ ætatis, agebat. Erat & alter ei vicinus, qui Abubach el Barche uocabatur, ad preces cuius non tantum Librum de demonstratione conscripsit, qui viginti libros continebat, sed etiam Librum, cuius titulus, de gratia & satisfactione erat. post quorum compositionem, Hali pater Auicennæ suum obiit diem. Defuncto patre cœpit negotia Principis tractare. Primum è Buchara discessit, & Carnes se contulit: subinde Barud petere ei necessum fuit, ac è Barud Intrizit, deinde Ciminat petijt, & inde in Sarzet, quæ est ultima, pars confinium Corasani: deinde ad Sorzanum, & etiam ad Dehestem Persarum regionem profectus est, ibique grauissimo laborauit morbo, deinde Sorsanum reuersus est, quo in loco, & tempore, Libellum de principio, & reditu scripsit, composuitq; Librum de uniuersa Magia, quam occultam uocant philosophiam, etiam multa alia, uolumina hic scripsit, inter quæ Libros Canonis, & Abbreuiationis ueri, & falsi, ac etiam alios tractatus literis mandauit. Reliqua uerò uolumina in Montanis conscripsit. postquam uerò è Montanis discessit, uenit Elcram. hic Principem inuenit laborantem melancholia, quem sanitati restituit, per quod tempus Libellum Almahad, idest de loco animarum post separationem à corpore composuit. Cum uero cogeretur hinc discedere, instantibus, & urgentibus quibusdam negocijs, uenit Cazin, ac inde Abbam profectus: ibi Regem colicis doloribus laborantem inuenit, ac eum sanauit: qui præterquam plurima Auicennæ munera dedit, cum ètiam in primarium, & honoratiorem consiliarium inter omnes elegit, ibique a Sorsano discipulo rogatus, ut librorum Aristotelis expositiones sibi tradere uellet, scripsit Librum rerum naturalium, quæ manifeste uerę, ac notæ sunt: cœpit, etiam Libellum detuenda ualetudine scribere. Et quoniam mul

tis detinebatur negotijs, si qui aliquid ad ipso, discere cupiebant, qui certe multi erant, nocte ad eum accedebant. ubi postquam lectionem declarauerat, musicæ, epulæ, & potus mox accedebant: ita ut non sine maxima uoluptate cum eo discipuli commorarentur. Deinde cum fratre, & Sorsano discipulo, ac duobus seruis, ex Abdau discessit, indutus sacerdotali ueste Persarum, & Aspheam profectus est. Cumque intellexissent quidam uiri grauissimi eius amici, & socij, & apud Ispecam Principem primarij, aduentum Auicennæ, lęti obuiam ei uenerunt, eumquam honoratissimo hospitati sunt hospitio. similiter & Princeps benigne, & honorifice eum recepit, ac primarios doctores, ut coram ipso disputarent, conuocauit: quibus omnibus Auicenna respondebat. Atque hoc in loco commorans Libellum de tuenda ualetudine compleuit, addiditque Correctionem errorum, qui in regimine sanitatis fiunt, cum nullus ante ipsum hoc fecerit, itemquam Dialecticæ, ac Libris de uero, & falso ultimam manum imposuit, scripsitq; Abbreuiationes librorum Euclidis, & Mathematicarum, & etiam Alchimiæ: addidit etiam Operi de uero, & falso capita decem contradicentia Mamandari: in fine cuius orbis Geographiam scripsit, præterea adiunxit libris Euclidis, duos ualde opportunos ordines, & sensus egregios in Metaphysicis, adiunxit quoque libro Alchimiæ duos quæstionis, & inquisitionis modos: sic enim eos appellat Sorsanus, quos antiqui prętermiserant. Librum etiam de animalibus, & plantis composuit. Cumque cum Rege Sensaledule, de scientiis Magicis, & Astronomicis colloqueretur, Sensaledule Rex, ut daret operam huiusce modi studiis, Auicennæ suasit, quę studia maxima diligentia prosequutus est, atque ut ea perficeret, imposuit Sorsano discipulo, vt opportuna illis scientiis inueniret instrumenta. sicque una cum Sorsano per decem annos cognitioni stellarum, & siderum studuit. attamen Auicenna, qui omnia intelligere, & facere potuit, instrumenta omnia propriis manibus parauit, quæ nullus antea parauerat. Dum uero huiusmodi studiis operam daret, Abbreuiationes quasdam istis scientiis comprobatas experimento collegit, cogitabatque eas Libris canonum addere, quod minime exequi potuit: etenim cœpit malo affectu in capite laborare, unde timens ne forte ex illo tumor præter naturam suboriretur, qui posset eum etiam perdere, iussit apportari niuem, qua in panno lineo posita, caput ipsa sibi circundedit, sicque sanitati restitutus est. Erat quidem Auicenna uir fortis, qui minime a uenereis abstinebat, quare cum se ob hanc causam imbecillem ex resolutione cognosceret, ab omni medicamine expurgante, & soluente semper abstinuit. Vnde factum est, ut cum esset cum Rege in exercitu, inciderit in uehementissimos dolores colicos, ac cum suspicaretur, ne forte aliquid accidere posset, quo cogeretur se dare fugæ, una die octo clystres sibi imponi iussit, ex quorum caliditate, & frequenti administratione, suborta est intestinorum exulceratio. postea cum rediret cum Rege, incidit in morbum comitialem, etenim morbus hic dolores colicos insequabatur. Medebatur igitur intestinorum excoriatione clysteribus refragantibus, sed doloribus colicis calidis medicinis in clysteribus additis, iussit enim, drachmas duas seminum apij, ut uentum causam doloris discuterent, in clysteribus poni, sed serui qui illi inseruiebant, drachmas quinque posuerunt: ex qua maiori quantitate. quæ nimium calefaciebat, aucta est exulceratio. Morbo uero comitiali mythridatica confectione auxiliabatur: at serui clam notabilem opii quantitatem mythridaticæ confectioni admiscuerunt: qui, quoniam Auicenna seruis malè comminatus erat, utpote qui non rectè in suis rebus se gessissent, eum odio prosequebantur ita: ut mortem ipsius procurarent, sicque istis medicinis accelerarint. Cumque ita malè haberet, per lecticam iumentis additis, eum Isphecam Aspeam duxerunt, ibique optimo regimine in dicto melius ualere cœpit: atque aliquando Regem Semsaledule inuisebat: Sed cum minime a uenereis abstineret, nunc in melius, nunc in deterius prolabebatur. Cumque iterum a Rege vocaretur, in eundem incidit morbum: quare Medenam uenit, ubi cum uires suas imbecilles cognouisset, ab omni medicinali regimine se abdicauit: aiebat enim uirtutem rectricem planè eum destituisse, ita ut nihil sibi profuturum ad salutem sperare posset. Itaque Auicenna in primis animam Deo commendauit, deinde iussit bona sua pauperibus distribui, seruosq; qui aderant, libertate donauit. Obiit diem suum die ueneris, uesperi, mense Iulii qui est Maomethanorum mensis Rhamadan, Anno aduentus Maomethi, 428. qui cum ortus esset anno 370. post Maumethi aduentum, uixit annos 58. Sepelierunt eum in ciuitate Chemedan, & ibi usque in hodiernum diem eius extat monumentum. His omnibus Sorsanus testatus est se interfuisse, & etiam Auicennam audiuisse, cum esset Sorzani, & de uero & falso leget, ac etiam Dialecticis studeret. Quæ ego scripsi eo ordine, quo Sorsanus, antea scripserat, & ferè sum ad verbum interpretatus. Quare boni consulant qui legunt, si interdum uideor quędam repetere, quę fortasse si ademissem, politiorem, candidioremq; orationem reddidissem. & sunt quędam, quæ omnino mihi arida uisa sunt, quæque luminibus orationis certe ornanda erant, tamen ea non immutaui: facile enim poteram, sed nolui in alienam segetem falcem meam imponere, mihi satis erit materiam scribendi aliis suppeditasse. Qui enim uoluerit pulchriorem historiam de tanti uiri uita texere (quod ego studiosos, ut faciant rogo, atque oro) colligere ex his poterit. nomen in primis sapientissimi uiri, nomenque parentum, patriam, educationem, præceptores, disciplinam, addiscendi modum, negocia ingentia, sub qua lege uixerit, qualem habuerit religionem; item sapientiam, & doctrinam, discipulos, & cum eis, & aliis comitatem, affabilitatem, ac honestas uoluptates, disputationes; quod præterquam quod medicinam

com-

compleuerit, etiam medelam fęliciter, & non sine maximis honoribus, & muneribus exercuit, diuersarumque ciuitatum, & regionum peragrationes, cum Principibus uiris, & Regibus familiaritatem, & etiam quibus dignitatibus Reges eum honestauerint, quæ uolumina scripserit, quibus locis, & quo tempore, & eius miram, ac potius diuinam in componendo facilitatem in omnium scientiarum genere, quibus laborauerit ægritudinibus, quibusque medelis vsus fuerit, quo loco obierit diem suum, & quo tempore, quoque etiam loco sepultus fuerit, quibus post eius uitæ cursum bona sua reliquerit. Sit Amplitudo tua fœlix ut optat. Venetijs Cal. Septemb. M. D. LXII.

TYPOGRAPHVS LECTORI.



ED quoniam de Auicennæ natiuitate HIERONYMVS RHAMNVSIVS *celebris Medicus, qui ex Arabico in latinum sermonem Auicennæ librorum magnam partem superioribus annis Damasci accuratè conuertit, ab* SORSANO *Arabe, ipsius Auicennæ discipulo, qui illius vitam confecit, quam Nicolaus Maßa ex Arabico translatam postea latinè conscripsit, differre admodum videtur: eam nos Rhamnusii supputationem in eruditorum, atque eorum maxime gratiam, quibus iuxta annos Hegiræ, quæ secundum Arabas est fuga Mahometis, hanc rationem in hoc vsque tempus inire libuerit, hic breuiter describendam iudicauimus.*

Is in suo Auicennæ codice (quem Arabicè prius ex antiquissimo exemplari descriptum, latinitate donauit, & apud illius hæredes VENETIIS *etiamnum superest,* PAVLVM, *scilicet* RHAMNVSIVM *virum elegantissimum, & doctissimum, cuius humanitate eo etiam vsi sumus in his libris emendandis) ista hæc ipsa propemodum verba refert.*

Damasci *1484.* Nouembris x. Rhamn.

ثلثمائة وسبعين وثلث *idest 373. nam* ثلث *significat 300.* ع *70. &* ثلث *significat 3 Quare Abuali, quem nos dicimus Auicennam, natus est annos 373 à fuga Mahometis nam habent nunc illi pro suo millesimo, annos 890. à fuga Mahometis nos autem à Christo nato 1484. Annus horum constat ex duodecim Lunæ cursibus: vnde fit vt eorum annus sit minor nostro, circiter diebus nouem.*

Atque hæc Rhamnusius.



FABIVS PAVLINVS Medicus Medicinæ studiosis. S.



IRARI satis non poßum quorundam hominum nostri temporis leuitatem, (grauiori enim verbo vti non libet) qui cum vix primoribus labris (vt aiunt) & quasi ad Nili fontes Canis accedens, medicinam attigerint, principes tamen in illa Scriptores damnare rotundo ore, quasi artis arbitri non erubescunt, & præcipue AVICENNAM, *quem quia non intelligunt (qui indoctorum mos est proprius) præcipue negligunt, & (quod non ferendum videtur) suis etiam maledictis studiosos Medicinæ a tanti auctoris lectione deterrent. Faciendum igitur mihi eße iudicaui, vt uos paucis admonerem, ne huiusmodi hominum voculis vestræ aures pateant, neue animus ab huius Doctoris studio abducatur, sine cuius ductu non negarim quidem percipi posse medicinam, sed profecto non perfici plane posse asseuerarim, præsertim in Praxi, quæ alterum Medicinæ crus censeatur. Ex Hippocratis enim & Galeni fontibus vberrimis omnia quidem hauriri, & possunt, & debent, & hi sunt germani Duces, ac gemini Soles Medicinæ, in tenebris tamen, & nocte Praxis, nisi quis habeat, veluti quandam Lunam, ex Solis inquam vtriusque radijs mutuatum lumen Auicennam, hallucinabitur, errabit, vbique offendet & in altissima ignorationis caligine versabitur, quod ita esse intelliget, qui experiri quod dicam, volet. Si quis enim igitur in quouis morbi genere lente, quid dicat Hippocrates, & Galenus, attenderit, mox legat Auicennam, miro quodam ordine, & summa breuitate omnia in compendium ab illo collecta, & quasi vndique corrasa deprehendet, nihil omnino prętermissum, multa illustrata, & in methodum redacta, plura etiam interdum addita cognoscet, quę tamen (mirum) non intelliget, qui prius a Gemino illo sole deriuatis radijs mentem non illustrarit suam. quare merito qui negligunt Auicennam, Galenum, & Hippocratem non intelligere, intus pręsertim, & in cute, dici possunt. Et licet non defuerint superiori ætate viri eruditissimi, qui damnarint Auicennam; eos tamen contentionis potius cupiditate, quam quod ita sentirent, aut veritatis studio scripsisse, indicandum est, in eam enim venerant opinionem, vt vellent nouam quandam sectam sui temporis Medicis obducere, quę sermonis elegantiam cum doctrina medica coniungeret, quo ab illis distinguerentur, qui sola eruditione, contenti verborum has illecebras, & calamistros, hunc orationis quasi fucum (vt illi aiebant) ac lenocinia contemnerent, & pro orationis latinę puritate, impurissima barbarie abuterentur, & ea etiam (si dijs placet) superbirent. Eamque, idest suam Galenicam appellarunt, hanc Auicennicam, seu barbaram non ratione, sed casu distinguentes, neque auctorum dissidia, aut dogmatum varietatem, sed interpretum potius, qui vtrique contigere dissimilitudinem notantes, quod alteri nempe e græca finitima nostris lingua conuerso, Latini, alteri ex Arabica, vt terrarum intercapedine, ita etiam vocum cognitione diuisa, parum latini, ac barbari contigerint, quod ita esse profecto eorummet scripta declarant, quæ si quis diligentius expenderit, non minus olere Auicennam, quam Hippocratem, & Galenum videbuntur, & ex eisdem luce ipsa clarius apparebit, non minus eos ex horreis Auicennæ, quam ex Hippo. & Galenica messe ditatos. In quo melius fortaße, & gratius fecissent, si vicem tanti scriptoris, & optime de se meriti dolentes, Arabum percepta lingua, in qua aureum illius eße dicendi genus tradunt, latine eum loqui explosa barbarie fecissent, quod tamen auguror breui fore, qui pręstet Sed dicent aliqui, in ipsis Herbarum, & Animantium appellationibus multis esse lapsum Auicennam, verum id interpretum quoque vitio contigit, at demus etiam vere lapsum in quibusdam, nolo nunc excusare, quamuis multis nominibus poßem; nonne ęquum fuit optimo scriptori, & bene de medicina merito leuiuscula quędam condonare, & meminisse, quod omnes etiam docti humana Minerua scripsere, & cum homines fuerint, humani aliquid in illis deprehendi potest, & eos in aliquo oportet hallucinatos? Hoc Aristoteli hoc Galeno, hoc reliquis contigit. nam (vt ait Horatius.)*

-quandoque bonus dormitat Homerus.
Atque opere in longo fas est obrepere somnum.

Et quod paulo ante hæc ipsa carmina de poetis idem aßerebat, nos ad medicos optime possumus transferre.


Verum ubi plura nitent in carmine, non ego paucis
Offendar maculis, quas aut incuria fudit,
Aut humana parum cauit natura - -

Vrget alius, & ait multis in locis pugnantia loqui, & sibimet ipsi aduersari Auicennam. cui hoc responsum volumus, quòd si medullam eorum, quę dicuntur attigerit, facile pugnantia conciliabit, neque in hoc nominatim lædi Auicennam, sed Hippocratem simul, ac Galenum, ac alios, in quibus in gentes contradictionum (vt vocant) siluas docti reperiunt, quas tamen facile tollunt, qui attente omnia perlegunt, vt in his auctoribus est videre,

dere, qui hoc potissimum genus scriptionis persecuti sunt. Damnant rursus nonnulli alio nomine Auicennam, quod dicant nihil ex su afferre, sed a Grecis omnia mutuatum, quæ melius in suis legi queant auctoribus. Et nos contra hoc illi maxime laudi non vitio vertimus, quod scilicet Galenice, & Græcorum omnium doctrinæ infinitam penè molem, ac quasi chaos, in hanc exiguam, dilucidamq; formam, quasi compendium, ac veluti orbem redegerit, & totum medicine corpus a capite vsque ad pedes omnia suis membris apte accommodans absoluerit, & que videri prius fortasse poterat secundum poetam Monstrum informe ingens, ac sua vastitate amantes, ac cupidos deterrere, nunc consentanea prædita magnitudine, & ea, quam desiderat in arte Galenus ἐυσυνοπτον, & ἐυμνημόνευτον: ornatuque decenti expolita, quasi virgo nubilis sese in conspectum det hoc pronubo, & spectatores ad sui amorem, & cultum trahat, Et licet (vt præclare dixit Comicus) nihil dictum, quod non sit dictum prius, ideoque multi Aristotelem, ea, quæ ante ipsum alij philosophi, Galenum, quæ superiores medici, attulisse suspicentur, nec rerum magis nouitas, quæ raro accidit, quam methodus laudetur, quæ vt in dicendo orationis artificium, ita hæc proprium habet & ipsa characterem in explicatione doctrine, quam multi in Auicenna potissimum admirantur, multa etiam ab alijs omnino ante ipsum indicta commonstrari possunt. nam primus ipse sedem facultatum animæ in cerebri ventriculis distinxit, quod nec Aristoteles, nec Galenus fecerant, quamuis non ignorasse id Galenum quidam coniecturis quibusdam probent, inter signa primus hoc indicauit, quod breuitas digitorum hepatis arguit paruitatem, in ratione tuendæ valetudinis admonuit, quod qui consueta exercitia deserunt, in hecticam incidunt, & dormiendum primus præcepit in dextrum primo latus, mox in sinistrum, tum rursus in dextrum, & alia multa, quæ nec Galenus, nec alij docuere. In morbis primus egit de ventositate in ossibus, cuius nullam fecit Galenus mentionem, idem de grossitudine palpebrarum, de quo vitio nullus græcorum, idem plurima recenset deprauati appetitus remedia, quæ nemo illorum attigit, De colica vero multa attulit a grecis intacta, & diligentius quam cæteri omnes eam medicinæ partem absoluit. idem primus egit de morbo Allachuot, de quo ne verbum quidem vllus grecorum: agit etiam de Elephantia, & tumore pedum morbo græcis incognito, primus etiam de morbillo, de quo licet ex quibusdam locis colligi quid simile videatur, constans tamen est omnium fere Medicorum opinio, nihil grecos disputasse. Quid dicam de spirituum natura, ac medicina, quam solus, ac primus Auicennas sine controuersia doctorum iudicio, & inuenit, & absoluit? quid varia recensebo remedia tum composita tum simplicia, humanæ valetudini, tum retinende, tum recuperandæ pernecessaria, vt Sandalos, Cassiam, Turbit, Muscum, & alia quamplurima, quæ persequi non est huius loci, nec temporis? Quare, vt vnde diuertit, eo se referat oratio mea, reiecto hoc munere vindicandi a maleuolorum calumnijs Auicenne in aliud commodius tempus, quantum possum vos hortor, & rogo, vt hunc eruditissimum Scriptorem vobis, in Praxi potissimum, ducem proponatis, polliceorque breui non pœnitendos vobis constituros vestri studij fructus, vosque mihi gratiam de amica hac admonitione non vulgarem habituros confido. Valete.



Hæc figura facit ad maiorem intelligentiam anatomiæ oculorum quæ habetur Fen. iij. tertij, cap. 1. fol. 530.



1.1 Panniculus dictus almochati cooperiens cranium ab extra.

2.2 Os cranij.

3.3 Panniculus dictus dura mater sub cranio, tegens ipsum immediate.

4.4 Panniculus dictus pia mater, cooperiens & tangens cerebrum immediate, descendens cum neruo optico ad oculum.

5 Neruus opticus.

A. A Tunica oculi coniunctiua orta ab almochati.

B Tunica cornea.

C. C Tunica oculi, scilicet sclirhotica, orta a dura matre, descendens ad oculum cum neruo optico.

D Tunica vuea.

E. E Tunica oculi secundina, orta a pia matre descendens ad oculum cum neruo optico.

F Humor albugineus.

G. G Tunica retina.

H Tela uel tunica aranea.

I. I Humor uitreus.

K Humor glacialis.

Hæ ſex figuræ multum conferunt ad faciliorem
Tr. *1*. c. *22*. fol. *178*. ab

De Cura Diſlocatio-








intellectum eorum, quæ Lib. 4 Fen 5 authore traduntur.

nis spondylium.









IVL. MARTIANI ROTAE
Carmina in quinque Libros Auicennæ.

Artis Apollineæ confusa volumina tandem
Optatum tenuere modum. Babylonius heros
Fere pedem solitus per amœni prata Lycæi,
Congeriem tantam solers in membra redegit.
Et solus potuit, quod non potuere priores,
Ordine Pergameam scriptis includere molem,
Et Coi præcepta senis coniungere rebus:
Inde alios pariter cunctos adhibere minores
Argolicos patres, & quos orientia solis
Lumina prima vident, Arabum de gente creatos:
Necnon & Latio, Romana per oppida, si quis
Auxilium sermone tulit mortalibus ægris.
Quicquid enim toto sparsim congesserat orbe
Experiens medicina boni, sic arte repostum
Inuenies, minimo promas vt quæque labore.
Et celer oblatis valeas succurrere morbis,
Quod tibi non alio poterit contingere libro,
Mille legas quamuis extenta uolumina chartis.

Primus Liber.

Omnia narrabit medicis communia Primus,
Subiectum, morbos, causas, indicia, curam.
Bisque duas tantum partes hic liber habebit.
Prima refert, hominis quæ sint primordia sani.
Morbos, & causas, & signa, Secunda recenset.
Præseruat, seruatque simul post Tertia sanos,
Aegros Quarta parat vitæ reuocare priori.

Secundus Liber.

Hortulus ecce tibi, quem si colis, inde salutem
Et seruare potes, charis & reddere amicis.
Area quæque suum miro tenet ordine germen,
Vnde queas subito medicamina sumere centum,
Et medicas adhibere manus. quid singula sit res,
Quid faciat, quę mēbra petat, nam pagina mōstrat,
Pagina, quæ vario semel est imbuta colore.
Quin etiam certis ignota ediscere signis,
Atque parare docet, fuerint quæ nota, secundus.

Tertius Liber.

Tertius hic, partem morbus quam quisq; fatiget,
Liber habet, causasq; docens, indicia, curas.
Bis geminat, tot sunt, vndena volumina, pestes;
Singula quæ cupido subscripta monostica signant.
Quid cerebrum firmet, curat pars dicere Prima.
Liberat à sæuis neruos pars Altera morbis.
Affectus varios oculorum Tertia soluit.
Quarta leuat, quicquid languentes detinet aures.
Quinta laboranti properat succurrere naso.
Sexta fatigatæ subducit tędia lin guæ.
Dentibus auxilium meditatur Septima fessis.
Gingiuis Octaua decus, labrisque reponit.
Obsessas fauces custodit Nona periclis.
Pectoris internas labes pars Dena reuellit.
Cordis in obsequium vires Vndena ministrat.
Noxia de charis abigit Duodena papillis.
Tertia post decimam stomachum lædentia sistit.
Restituit solitum iecori Bis septima robur.
Fellis & hinc splenis renouat Ter quinta vigorem.
Sexta super decimam turbantia detinet aluum.
Si Decimam superes, curabit septima sedem.
Ter repetita fugat renum pars sexta dolores.
Nona sequens decimam vesicæ tormina demit.
In Sobolem tardos iuuenes Vigesima ducit.
Fœmineos vteri delet Peneultima casus.
Disruptos, artusque leuat Suprema dolentes.

Quartus Liber.

Quartus habet septē, quē nūc legis optime, partes,
In q̧bus est, hominē quicquid premit vndiq; totū.
Prima etenim certo secernit limite febres.
Quid subitæ moneant crises, Pars altera narrat.
Corporis abscessus euoluit Tertia notos.
Vulneribus cunctis adhibet medicamina Quarta.
Membra loco semota suo mox Quinta reducit.
Sexta venenatos morsus, & pocula curat.
Ornatus varios membrorum Septima dicit.

Quintus Liber.

Vltimus expertum componere pharmacopolam
Cuncta docet, libro quæ sunt narrata secundo.
Nam, cū simplicibus non semper vincere morbos
Difficiles possent Medici, coniungere multa
Ingenio didicere suo, votisque potiti
Opiferum doctæ geminarunt artis honorem,
Antidotisque decus longo processit ab vsu.

TABVLAE ISAGOGICAE IN VNIVERSAM MEDICINAM.

Ex arte HVMAIN, ideſt Ioannitij Arabis.

Auctore Fabio Paulino Vtinenſi.

COLLECTAE, ET EDITAE

A Fabritio Raſpano D. Chirurgico.

AD CLARISSIMVM VIRVM Laurentium Maſſam,

SERENISSIMI SEN. VEN. A SECRETIS.



VENETIIS, M D XCV.

Apud Iuntas.

LAVRENTIO MASSAE VIRO CLARISSIMO SERENISSIMI SEN. VEN. A' SECRETIS.

Fabritius Raspanus D. chirurgus. S.



VPERIORE biennio cum FABIVS PAVLINVS græce aphorismos Hippocratis interpretaretur, feriarum tempore, quo à publicis prælectionibus habebat vacationẽ, ex æquo loco domi auditoribus suis Medicinæ studiosis artem Galeni medicam ita explicauit, vt eam omnem in tres redigeret tabellas, quę tunc vna cum Argenterij Commentarijs in artem ipsam sunt editæ à Nicolao Picolhomineo, Pirithoo meo (hoc erit pro illo suo, quo me ibi vocat Theseum suum.) Proximo anno eodem tempore, cum nobis ex more illius domestici congressus paterent, egimus cum illo, vt aliquid nobis ex Arabum fontibus commonstraret. Itaque artem HVMAIN. i. Ioannitij Scriptoris inter Arabas non postremi ordinis, eadem methodo, & ratione declarauit, quem libellum tanti fecisse videtur antiquitas, vt apud Arabas Galenicę arti inter grecos respondere iudicaret, eumq; publice prelegere in Academijs non dedignarentur Viri eruditiss. vt luculentissima in illum THADAEI FLORENTINI Medici celeberrimi & aliorum Commentaria demonstrant. Quare cum Arabum Medicorum Principis AVICENNAE medica opera ederentur, qui hunc tanti videtur fecisse, vt non solum eum citet, vt magni nominis Medicum, sed etiam illius hanc ipsam methodum videatur secutus in libris Canonis, ab eo impetrauimus, vt cum illo has ab ipso quidem Paulino confectas, sed a me collectas, & descriptas tabellas, in studiosorum gratiam sineret diuulgari. quod eo libentius fecit, quòd dicerem in tuo eas nomine apparituras, cuius ille iudicium in re Medica tanti facit, vt nulli non conferendum, vel etiam anteponendum putet. quod facile ostendit cum tua auctoritate, & cohortationibus impulsus ad Medicinam animum applicuit, ex qua re quicquid commodi in studiosos ab illius industria proficiscetur, quod non futurum mediocre auguramur, id omne tibi erit acceptum referendum. Tu vero vt tibi, & tuo iudicio constes, quibus illum ad hanc artem manibus impulisti, eisdem debebis etiam curare eo in loco collocandum, vel potius tumet collocare, vt ex aliqua maiori quasi specula doceat, quam acre sit, & certum tuum in dijudicandis hominum ingenijs iudicium. Accipe igitur Vir Clarissime exiguum hoc vtriusque nostrum in te obseruantię pignus, & ambos Doctorem inquam, ac Discipulum tui studiosissimos clientes, vt facis, ama, ac tuere. Et si quid fortasse in his desideraueris, vt sermonis latini puritatem, & verborum elegantiam, quæ videbantur à Paulino expectanda, scito id factum de industria, ne Scriptoris, & artis vocabula vsu iam contrita immutarentur, & cogitato has tabęllas non fuisse eo animo exaratas, vt ederentur, sed vt domesticum tantum nobis vsum doctrinæ medicę præstarent. Vale.

III.

Res naturales additæ sunt quatuor.

- Aetates quæ sunt quatuor.
  - Adolescentia, quæ est complexionis calidæ, & humidæ in qua crescit, & augetur corpus vsque ad 25 aut 30. annos.
  - Juuentus quæ calida, & sicca, perfectum sine diminutione virium corpus seruat vsque ad annos 35. aut 40.
  - Senectus quę frigida, & sicca, in qua decrescit quidem corpus, virtus tamen non deficit, 55. vel 60. anno finitur.
  - Senium, quod fit ex collectione phlegmatici humoris frigidi, & humidi, in quo virtutis defectus apparet, & suos annos vitæ termino metitur.
- Colores q sunt uel
  - Cutis, qui duobus modis fit, vel per
    - Interiora, a quibus accidit dupliciter, uel ex
      - Abundantia, seu inæqualitate, humorum qua procedunt.
        - Niger, qui arguit cholerã nigram.
        - Citrinus, qui choleram rubram.
        - Rubeus, qui abundantiã sanguinis.
          - Generatim, & coniunctim significant calorem corpori dominantem.
      - Aequalitate seu qui est compositus ex albedine et rubore.
        - Glaucus qui ex melancholia.
        - Albus qui ex phlegmate.
          - Ambo significant abundantem frigiditatem corpori dominantem.
    - Exteriora a quibus colores aduenniunt ex
      - Accidentibus ut ex
        - Frigore, Scotis.
        - Calore, Aethyopibus.
      - Animi motibus, qui colores speciales, vel spirituales dicuntur, vt ex
        - Timore.
        - Ira.
        - Tristitia.
        - Alijs animi motibus.
  - Capillorum qui quatuor.
    - Niger, qui fit ex abundantia cholerici incensi, vel ex combustione multa sanguinis.
    - Rubeus qui fit ex nimietate caloris non adusti, unde semper fiunt rubei capilli.
    - Glaucus, qui ex abundantia melancholię.
    - Canities, quę fit ex nimia defectione caloris naturalis, & ex effectu putridi phlegmatis, quod plurimum fit in senibus.
  - Oculorum in quibus tria cõsiderãtur.
    - Tunicæ, quæ sunt septem.
      - Rhetina.
      - Secundina.
      - Schliros.
      - Tela araneæ.
      - Vuea.
      - Cornea.
      - Coniunctiua.
    - Humores qui sunt tres.
      - Vitreus.
      - Christallinus.
      - Albugineus, qui circa vuеam tunicam.
    - Colores qui 4.
      - Niger qui fit ex 7. rebus uel
        - Defectu uisibilis spiritus.
        - Perturbatione ipsius.
        - Apenuria chrystallini humoris.
        - Quia resedit plurimum chrystallinus humor.
        - Ex abundantia albuginei humoris.
        - Ex perturbatione ipsius.
        - Ex abundantia qualitatis vuei humoris.
      - Subalbidus qui fit ex 7. rebus superioribus cõtrarijs nempe uel
        - Abundantia spiritus visibilis.
        - Ex claritate ipsius.
        - Ex magnitudine chrystallini humoris.
        - Ex eminentia ipsius.
        - Ex minorantia albuginei humoris.
        - Ex claritate ipsius.
        - Ex defectione qualitatis vuei humoris.
      - Varius.
      - Glaucus.
        - Hi fiunt, si conueniunt cum rebus, quæ accidunt nigredini, & subalbedini; significãt autem.
          - Varius spiritum visibilem magis abundare, & clarescere in sua varietate.
          - Glaucus spiritum visibilẽ minus abundare, & subnigrescere in sua glaucedine.
- Figurę, siue modi qualitatũ corporũ, & formæ q quinque.
  - Crassitudo cuius 2. species.
    - Abundãtia carnis, quę fit ex abundãtia caloris, et humoris.
    - Pinguedo quæ fit ex humiditate, & frigiditate intensa.
  - Extenuata macies, quæ fit ex caliditate, & siccitate intensa.
  - Synthesis, quæ fit ex frigiditate, & siccitate intensa.
  - Squalliditas quæ ex frigiditate, & intensa humiditate, uel utrisque intensis.
  - Aequalitas, quæ fit ex humorum æqualitate.
- Discrimen inter masculum, & fœminam quòd in eo constat, quòd
  - Masculus calidior, & siccior.
  - Fœmina frigidior, & humidior.

- *Res non naturales sunt*
  - *Aer, cuius mutatio fit quinque modis, vel enim ex*
    - *Anni temporibus, quæ sunt 4.*
      - *Ver, quod est æquale, calidum, & humidum.*
      - *Aestas, quæ calida, & sicca.*
      - *Autumnus, qui frigidus, & siccus.*
      - *Hiems, quæ frigida, & humida.*
    - *Ortu & occasu stellarum, ex quo natura aeris immutatur, nam cum Sol appropinquat Stellis, vel ipsi illæ, calidior fit aer, & contra separatis frigiditas augetur.*
    - *Ventis, qui sunt 4.*
      - *Subsolanus, qui calidus, & siccus.*
      - *Fauonius, qui frigidus, & humidus.*
      - *Septentrio*
      - *Auster.*
        - *Qui duo æqualis virtutis, sed*
          - *Auster paulo calidior, & humidior.*
          - *Septentrio frigidior, & siccior.*
    - *Terrarum modis, qui differunt inter se vel*
      - *Altitudine, quę reddit frigiditatem.*
      - *Profunditate, quę reddit caliditatem.*
      - *Propinquitate Montium, qui si fuerint a parte*
        - *Meridiana, terra erit frigida, calidis enim uentis montes meridiani obstant, & septentrionalibus sunt uentis obnoxij, qui sunt frigidi.*
        - *Septentrionali, erit calida, vicinitate maris, quoniam meridies calidam, & siccam, septentrio frigidam, & siccam reddit terram.*
      - *Propinquitate maris*
      - *Qualitate, & natura propria, nam si terra*
        - *Petrosa, frigida & sicca*
        - *Pinguis, & crassa, calida & humida*
        - *Lutea, frigida & humida*
    - *Fumositate terrarum, vt paludum, seu putredinis alicuius, vnde fiunt morbi, & pestes in hominibus.*
  - *Exercitium, quod consideratur uel in*
    - *Motu, qui si*
      - *Aequalis, æqualem prestat calorem.*
      - *Amplius fit, magis calefacit, sed mox infrigidat, & desiccat.*
    - *Balneo, quod est vel aquæ*
      - *Dulcis, quod remollit, & si calidum calefacit, si frigidum infrigidat.*
      - *Non dulcis quod desiccat corpus, & si fuerit*
        - *Ex aqua salsa, seu amara, siue sulphurea calefacit, & desiccat*
        - *Aluminosa, & gypsea, infrigidat, & desiccat.*
    - *Quiete, quæ si ęqualis, æqualem facit frigiditatem, & humectationem, si inæqualis inæqualem*
  - *Cibus, cuius utilitas est, vt reparet integritatem corporis recto ordine; modi vero distinguuntur ratione.*
    - *Qualitatis humoris geniti qui si*
      - *Bonus, bonum gignit sanguinem, & æqualem in commixtione & opere, ut*
        - *Panis recens*
        - *Fermentatus*
        - *Caro*
          - *Vituli*
          - *Hœdi &c.*
      - *Malus, malum, vt panis* ἄπυρος *non recens caro*
        - *Bouina*
        - *Hircina*
        - *Vetusta, &c.*
    - *Digestionis, ad quam est uel*
      - *Grauis, vt caro porcina, bouina &c. qui gignit phlegma, & melancholiam.*
      - *Leuis, ut pullorum, piscium mediocrium magis mobilium, minus pinguium & squammosorum, qui gignit bilem.*
    - *Speciei humoris, alia enim gignunt*
      - *Bilem, vt nasturtium, synapis, allium*
      - *Melancholiam, vt lens, caules, caprina caro, uetus bubula.*
      - *Phlegma, ut caro porcorum, agnorum, portulaca, atriplex.*
  - *Potus, qui hanc præstat vtilitatem, ut reportet cibos per corpus; huius modi 3.*
    - *Potus tantum, ut aqua.*
    - *Potus, & cibus simul, ut vinum.*
    - *Potio, quæ datur contra uitium aliquod, ut melicratum, mulsa, conditum &c. huius utilitas est, quod corporis naturam ad se conuertit.*
  - *Somnus, qui corporis immutat naturam, quia*
    - *Suapte natura*
      - *Interius calefacit.*
      - *Exterius infrigidat*
    - *Si prolixus fuerit infrigidat, & desiccat.*
  - *Vigiliæ, quibus immutatur corpus, quia*
    - *Extrinsecus calefaciunt*
    - *Intrinsecus infrigidant, & desiccant.*
  - *Coitus, qui desiccat corpus, & minuit naturalem uirtutem, ideoque infrigidat, interdum uero ex multa concussione calefacit.*
  - *Animi accidentia, quorum alia*
    - *Mouent naturalem calorem ab interiori parte ad superficiem cutis*
      - *Impetuose, ut ira.*
      - *Leuiter, & cum suauitate, ut delitiæ, & gaudium.*
    - *Mouent ad intra, & ad se calorem contrahunt, ac cælant, atque id uel*
      - *Cum impetu, ut terror, timor.*
      - *Leuiter, ut angustia.*
    - *Mouent intus, & extra naturalem uirtutem, ut tristitia.*

V

Res p̄ter naturam sunt tres


- Causę vide Tab. 6. & 7.
- Signa vide Tab. 8.
- Morbi, & hi sūt vel
  - Speciales, quorum duo genera
    - Febris, quæ est calor innaturalis cursum supergrediens naturę, procedens a corde in arterias, suoque lædens effectu. diuiditur, vel ratione
      - Materiæ, atque ita triplex.
        - Ephemera, quæ fit in anima, & spiritu, & ab accidenti occasione nascitur.
        - Putrida, quæ fit ab humoribus putridis, et hinc quadruplex, vel enim
          - Ex putredine sanguinis comburens vtranque partem internam, & externam, vt synochus.
          - Ex putredine bilis, vt triteus.
          - Ex putredine phlegmatis, vt Quotidiana.
          - Ex putredine melancholiæ, quæ intermissis, duobus diebus affligit, vt Quartana.
          - Harum modi sunt 3.
            - Paracmasticus, idest decrescens, qui quotidie minuitur.
            - Augmasticus, idest augescens, quæ augetur, donec decedat.
            - Homotonus, idest eiusdem tenoris, quæ permanet in eodem statu donec iterum decedat.
        - Hectica, quæ lędit membra solida.
      - Typi, atque ita uel
        - Continua, quæ fit ex putredine venarum, idest humorum in venis declinans quidem extra venas in aliquibus corporis partibus.
        - Intermittens, quę habet anesim, & interpolationem, quia putredines extra venas sunt, & ideo in illis fit horripilatio, quæ fit ex infusione putredinis in sensibilibus membris mordens, & infrigidans.
    - Apostema, cuiusmodi 4
      - Ex sanguine, & est phlegmone, cuius signa
        - Rubor.
        - Durities.
        - Pulsus.
        - Dolor.
        - Calor.
        - Tumor.
      - Ex bile, & est herisipela cuius signa
        - Calor.
        - Rubor mixtus citrino colori.
        - Magnitudo doloris cum punctione.
        - Velox augmentatio.
      - Ex phlegmate coagulato, quod dicitur vndimia cuius signa
        - Albedo.
        - Mollities, vt si digitum impresseris, quasi signum faciat foraminis.
        - Carentia doloris.
      - Ex cholera nigra, & dicuntur cancri phlegmonum cuius signa sunt
        - Ingens durities cū nigredine, absque sensu
    - Consimiles, qui in similaribus membris fiunt, q̄ similia sortiuntur vocabula cum eadem passione, vt caput dolens, cuius species sunt 8.
      - Quattuor simplices, ut sunt ex sola
        - Caliditate.
        - Humiditate.
        - Frigiditate.
        - Siccitate.
      - Quattuor cōpositæ, & sunt
        - Frigidum, & humidum.
        - Frigidum, & siccum.
        - Calidum, & humidum.
        - Calidum, & siccum.
      - Harum omniū ægritudinum, duo modi sūt uel ex
        - Simplici qualitate
          - Calida, vt quæ solidis accidit membris, & dicitur hectica.
          - Frigida, ut algor ex nimia frigiditate aeris, uel niuis.
          - Humida, ut frigidum vulnus, uel uacuū, uel fœtidiß. cum tabiditate corporis ut caro Hydropicorū uacuo squallore torpēs.
          - Sicca, ut spasmus qui fit ex inanitione.
        - Humoris alterius commixtione, ut
          - Calidi, vt febris ex putredine.
          - Frigidi, ut paralysis, quæ fit in toto, uel parte corporis.
          - Humidi, vt Hydrops alios ad se trahens humores.
          - Sicci, ut cancer durus, & siccus.
  - Generales, qui oriūtur ex rebus naturalib⁹, quæ si p̄priam naturam retineāt faciunt sanitatem; si dimittant, aut ægrū, aut neutrum efficiunt corpus, sunt autē vel
    - Instrumentarij, seu officiales, qui accidunt membris officialibus, & nomen inde sumunt, ut chiragra, podagra, & hi sunt vel in
      - Plasmatione, siue formatione creaturæ, qui fiunt, quinque modis vel in
        - Membrorum inconuenientia, ut est fœda capitis longitudo.
        - Concauitatibus, vt cum manuum, pedumque cauitas carne repletur.
        - Poris, vt eorum
          - Strictura.
          - Largitas.
        - Asperitate, ut gutturis, aut pulmonis canalium asperitas.
        - Leuitate, ut matricis, uel stomachi.
      - Quantitate membrorum, qui fiunt uel
        - Ex abundantia spermatis, ut cum membra crescunt plus quam decet, ut in
          - Capite magno.
          - Lingua grossa.
        - Ultima paruitate, & indecenti ut paruum
          - Caput.
          - Hepar.
          - Stomachus.
      - Numero mēbrorum, qui fiūt uel
        - Ex augumēto, quod fit uel ex
          - Cursu naturę, ut digitus superuacaneus.
          - Extra cursum ut
            - Lumbrici.
            - Ascarides.
            - Verrucæ.
            - Acrocordones, idest magnę carnis additiones, uel uerrucæ magis latę, uel pori.
        - Ex diminutione, quæ fit uel
          - Vniuersaliter vt omnium abscissio digitorū.
          - Particulariter, ut unius.
      - Positione, siue situ atque id uel propter
        - Membri motionem de loco suo.
        - Dispositionem uicini membri, ut sunt
          - Labia.
          - Digiti.
          - Quæ uel
            - Conglutinantur & adhærēt, & non separantur.
            - Separantur, & non conglutinantur.
    - Communes, uel uniuersales, qui fiunt in utrisque partibus, ex continui solutione, & adhærentis membri separatione, quæ fit uniuersaliter ut
      - In consimilibus membris ut
        - Osse, ubi dicitur fractura.
        - Carne, in qua
          - Ex recenti tempore dicitur plaga.
          - Ex ueteri tempore dicitur plaga putrida.
        - Venis.
        - Neruis.
        - Arterijs.
          - Quibus cum accidit, varia sortitur morbus nomina.
        - Medijs lacertis, in quibus dicitur contusio, uel contritio.
        - Cute, in qua dicitur excoriatio, quæ si inueterauerit plaga putrida dicetur.
      - Officialibus, in quibus perpetua fit separatio, ut manus, uel pedis abscissio.

- Occasionum siue causarū ratio, ac genus duplex
  - Generale, quod duplex vel
    - Materiale, & cõmune, quod rursus duplex.
      - Naturale, cuius generis causæ duplices uel
        - Conseruantes, quæ pertinent ad sanitatem.
        - Facientes, quæ pertinent ad morbum expellendum, & sunt participes vtriusque, nam expulso morbo faciūt sanitatē, & ideo dicuntur habere societatem cum sanitate, & cum morbo. quę
          - Aer
          - Cibus, & potus
          - Motus, & quies
          - Somnus, & vigiliæ
          - Inanitio & repletio
          - Animi accidentia
          - Venus
          - Quæ omnia
            - Efficiunt, & seruant sanitatem si cum moderatione fiant, & sint in debita.
              - Qualitate.
              - Qualitate.
              - Tempore.
              - Opere.
              - Ordine.
            - Gignunt morbos, & custodiunt, quicquid fuerit in illis peccatum secundum supradicta.
      - Preter naturam, siue quod vltra naturam procedit, & hoc genus pertinet uel ad
        - Morbos, & ista morbos tum
          - Faciunt.
          - Conseruant.
        - Neutralitatem, quæ faciunt neutrū quod est
          - Non
            - Sanitas, quæ est temperamentum perficiens, vel custodiens res naturales secundum cursum naturæ.
            - Morbus, qui est intemperies extra cursum naturæ, naturam lædens, vnde fit læsio sensibilis.
          - Sed quod dā intermedium, neque sanum, neque ęgrū quæ quidem qualitas 3. modis cõstat, est.n. uel si
            - In vno corpore simul conueniant sanitas, & morbus, in diuersis membris, vt in corpore cæci, vel claudi.
            - Simul absint vtraque sanitas, & ægritudo, vt in corpore senis, qui licet æger non sit tamen valere non dicitur, quoniam senectus ipsa morbus, & nullum eius membrum recte sanum dici potest.
            - Tempore mutentur, si quibusdam horis valeant quibusdam ægrotent, ut qui
              - Calidioris naturæ, ęstate ægrotant hieme valent.
              - Frigidioris, contra hieme ęgrotant æstate sani sunt.
              - Humidæ, in pueritia ęgrotant in iuuentute, & senio valent.
              - Siccæ in pueritiæ sani, in iuuentute, & senectute ægrotant.
    - Proprium ægritudinis quarum modi tres, aliæ enim sunt quæ vocantur.
      - Primitiuæ, quæ exterius accidunt corpori vt
        - Calor
        - Frigus.
      - Antecedentes, quę admouentur intrinsecus in corpore vt
        - Repletio
        - Inanitio
      - Coniunctæ, quæ dum adsunt, adest morbus, abeuntibus abit, ut
        - Putredo in febribus.
  - Speciale, de quo sequenti tabella 7


- *Spetiale, quod spectatur in modis ægritudinum, quæ accidunt uel*
  - *Communiter, quæ fiunt uel*
    - *Accidentaliter, ut*
      - *Percussio.*
      - *Combustio.*
      - *Morsus.*
      - *Deceptio.*
    - *Necessario, ut res superius commemoratæ, quæ ut dictum est, sunt sociæ sanitatis, & ægritudinis.*
  - *Proprie quæ sũt illæ, quæ accidunt uel in*
    - *Consimilibus mẽbris, & cõseruãt egritudinẽ, quarum modi sunt procedẽtes uel*
      - *Simpliciter ex*
        - *Caliditate & suis*
          - *Commotio, quæ uel*
            - *Spiritus, ut ira.*
            - *Corporis, ut labor.*
          - *Concursus uisibilis caliditatis cum effectu; ut expansio ad solem.*
          - *Caliditas corpori adueniens cum potestate, quando recipit calorem ex esu acruminum.*
          - *Interclusio pororum, ut ex frigiditate hiemis.*
          - *Putredo humorum, ut in febribus.*
        - *Frigiditate, cuius morborum occasiones viij.*
          - *Occursus frigoris uisibilis cum effectu, ut frigiditas niuis.*
          - *Occursus frigoris in cibo, ut opij adueniens fortiter in humano corpore.*
          - *Abundantia ciborum corpori adueniens, & replens, & naturalem calorem extinguens.*
          - *Paruitas ciborum, unde naturalis calor extinguitur.*
          - *Abundantia frigoris, vel humoris frigidi poros obturantis, vnde naturalis calor minuitur.*
          - *Dissolutio, & aperitio corporis ad dissoluendum, & euacuandum naturalem calorem.*
          - *Commotio in nimio exercitio, vnde multa dissolutio humorum, & euacuatio, & sudor, vnde attenuatur corpus.*
          - *Requies, & ocium nimium.*
        - *Siccitate, cui⁹ morborũ 4 occasiones.*
          - *Occursus alienæ siccitatis visibilis, ac manifestę cum effectu, ut veneni.*
          - *Aduentus siccæ rei in corpore cum fortitudine ut est*
            - *Acetum*
            - *Sal*
            - *Sinapi.*
          - *Paruitas cibi, & potus*
          - *Commotio nimia, & exercitium.*
        - *Humiditate, cuius morborum occasiones*
          - *Occursus rei afferentis humorem cum effectu, vt balneum*
          - *Ingressio rei afferentis humorem in virtute in corpore, vt recentes pisces,*
          - *Nimius cibus, & potus*
          - *Requies, & ocium.*
      - *Ex innaturali malitia, cum aliquo humore decurrente ad infirma loca, cuius occasionum morborum modi 4.*
        - *Virtus membri impellentis, & debilitas sustinentis*
        - *Multitudo humoris*
        - *Debilitas virtutis nutrientis*
        - *Largitas uię pororum.*
    - *Officialibus, & instrumẽtarijs, quibus superuenit morbus uel*
      - *Generatim, quorum modi morborũ sũt quinque*
        - *In utero materno tempore conceptionis, in quo si debilitatur aliquod membrum instrumentarium fit vel ex*
          - *Abundantia spermatis.*
          - *Paruitate & indigentia conuenientis qualitatis spermatis ut si fuerit uel*
            - *Grossum & pingue.*
            - *Aquosum & tenue.*
        - *Tempore natiuitatis, in quo debilitatur membrũ non æqualiter, sed mala egressione, ut*
          - *Supini*
          - *Super genua incurui.*
        - *Cum constringitur fascia: nam ex inconuenienti cõstrictione debilitantur membra*
        - *Ex malo nutrimento, cum lac sugendo inconueniẽter, debilitantur.*
        - *Ex morbo superueniente supradictis temporibus uel postea ut*
          - *Nerui incisione*
          - *Si passus fuerit ex accidenti vel*
            - *Debilitatem.*
            - *Vulnus.*
            - *Apostema.*
      - *In speciali, quorũ modi sũt 4. vel*
        - *In forma in qua errores possunt contingere, uel in*
          - *Figura; cui⁹ peccati modi pẽdẽt a rebus 7. s. aut ex*
            - *Obstetrice, si quid admiserit dum tenet infantem, aut permiserit ambulare ante tempus:*
            - *Medico, si fracta, & collisa membra ignoranter constituerit, atque constrinxerit*
            - *Aegroto, si membra commouerit a Medico composita, antequam solidentur, & firma sint*
            - *Fractura, ut si super musculum ueribuli, quod est in femore, contorqueatur coxa*
            - *Concussione, vt si comprimatur nasus, & ex accidenti fiat simus*
            - *Malo humore, ut accidit leprosis*
            - *Paruitate humoris, ut accidit phthisicis.*
          - *Poris, in qbus peccata contingunt vel propter*
            - *Cõstrictionem, quæ fit tribus modis aut ex*
              - *Constrictione attenuatoria, quæ fit aut ex*
                - *Nimietate uirtutis retinentis*
                - *debilitate uirtutis expellentis*
                - *Abundantia frigoris*
                - *Abundanti constrictione [illegible]primente aliquam partem [illegible]ci ut sæpe fit ex ligatura constricta*
                - *Abundantia siccitatis*
              - *Carnositate ut si*
                - *Acciderit aliquod apostema, & fiat carnositas*
                - *Prius euenerit aliquod uulnus*
              - *Coarctatione quæ fit cum uel*
                - *Deciderit aliquid in poris ut*
                  - *Humor*
                  - *Lapis*
                  - *Sanguis coagulatus*
                - *aliquid latitet in eis ut*
                  - *Superflua caro*
                  - *Scabies.*
            - *Largitatẽ quæ fit 4. modis aut scilicet ex*
              - *Multa commotione uirtutis impellentis*
              - *Debilitate retinentis*
              - *Abundantia caloris cum humorum defectu*
              - *Medicamentis aperientibus.*
          - *Superficie, cui⁹ peccata sunt uel ex*
            - *Læuitate, quæ fit duobus modis ut in stomacho*
              - *Intus ex humore viscoso liquefacto*
              - *Foris ex cera liquefacta cum vnguento*
            - *Asperitate quæ fit ut in trachea*
              - *Intus ex superfluo acuto humore*
              - *Foris ex fumo, ex puluere.*
        - *Numero in quo uel est*
          - *Superfluitas, quæ duplex uel*
            - *Naturalis quæ fit uel ex*
              - *Ex superfluo humore naturali & bono*
              - *Abundantia virtutis informatiuæ*
            - *Extra cursum naturalem, quæ fit uel ex*
              - *Humore non naturali, & inconuenienti*
              - *Abundantia virtutis, aut debilitate*
          - *Diminutio quæ fit uel*
            - *Interius, quod accidit propter diminutionem humorum*
            - *Exterius, quod accidit uel ex*
              - *Combustione ignis*
              - *Frigore*
              - *Incisione*
              - *Putredine quæ accidit uel ex*
                - *Potione mortificante*
                - *Putredine faciente*
                - *Constrictione, & retentione humoris, qui soluitur.*
        - *In quantitate, quæ est uel*
          - *Magnitudo, quæ fit uel ex*
            - *Multitudine humorum*
            - *Abundantia uirtutis*
            - *Commixtione vtriusque.*
          - *Paruitas quæ similiter fit tribus modis uel*
            - *Debilitate uirtutis*
            - *Minoratione humoris*
            - *Aegritudine exteriori vt*
              - *Incisione*
              - *Combustione ignis.*
              - *Frigore niuis.*
        - *Positione, quæ dicit uel*
          - *Locum unde commotio fit membri aut ex*
            - *Commotione voluntaria, idest a causa extranea*
            - *Humore uiciato [illegible], idest iuncturæ dissoluenti membrum, & lubricum facienti*
          - *Societatem, quæ læditur cum os, & membrum egreditur a sua iunctura & mutatur uel ex*
            - *Iunctura seu coniunctione, in qua non conuenit separatio, quod erit uel ex patienti*
              - *Humore acuto conglutinante*
              - *Accidenti vulnere*
              - *Spasmo*
            - *Separatione vbi non conuenit coniunctio, quæ fit uel ex*
              - *Crasso humore*
              - *Accidente vulnere*
              - *Spasmo.*

- *Continui diuisione, quæ est separatio iuncturarũ, quæ fit uel*
  - *Intrinsecus quæ fit uel ex*
    - *Humore acuto, & incidente*
    - *Ventositate pingui distendente, ac dissipante.*
  - *Extrinsecus quod fit uel cũ*
    - *Scissura*
    - *Fractione*
    - *Exercitio nimio, idest igne*
    - *Incisione ut ensis*
    - *Distensione ut funis*
    - *Contusione ut Lapidis.*

IIII.


Significationum, seu signorũ genera sunt tria & alia sumuntur à
Significatis, quæ sunt alia
Sanitatis.
Aegritudinis.
Neutralitatis.
Quę rursus omnia significata diuiduntur in significata partium.
Consimilium, quarum significationes duplices, nempe, uel
Substantiales ut
Calor.
Frigiditas.
Siccitas.
Humectatio.
Accidentales, ut quæ per
Tactum, ut
Durum.
Molle.
Visum, vt coloratum.
Perfectionem virtutum, ut sunt operationes plenæ, ac perfectæ.
Officialium, quarum duo modi.
Substantiales, quæ quattuor
Ars, idest forma.
Modus, idest quantitas.
Numerus.
Positio.
Accidentales, quæ similiter quattuor
Bonum.
Malum.
Perfectum.
Imperfectum.
A tempore, quod triplex
Præteritum, a quo dicuntur signa cognitiua, uel agnitiua, vt videntes corpus humidum agnoscimus, quod sudor præcessit.
Præsens, a quo signa dicuntur indicatiua, veluti cum inuenitur pulsus magnus, & citatus intelligimus, quod significat calorem superantem.
Futurum a quo signa dicuntur significatiua, & prænuntiatiua, seu prognostica, ut cum viderimus labium inferius citari, percipimus vomitum accidere, qui postquam acciderit uocatur præcessio significatiua.
A specie signorũ, q in ægro dicuntur accidẽtia, in Medico signa, & sumitur horũ diuisio uel
Absolute à specie signorum, quo pacto accidentia significatiua sunt aut
Virtus operatiua mutata, quę triplex uel
Ex toto, vt indigestio.
Ex parte, ut oculorum obscuritas, tarda digestio.
De qualitate in qualitatem, ut de bona in fumosam, uel acidam.
Qualitas mutata corporis cuius signorum genera quattuor modis sunt aut per
Visum, ut
Icteritia.
Morphea.
Nigredo linguæ & sim.
Odoratum, ut
Anhelitus fœtidus.
Sudor.
Polypus, uel hircus, & similia.
Gustum, ut
Salsum.
Amarum.
Acidum.
Tactum, ut
Molle.
Durum.
Exiens a corpore, cuius duplex significatio
Cum sonitu ut
Oris, ructus.
Intestinorum, rugitus.
Ani, uentus.
Sine sonitu, quæ tria aliter significant
Quantitate, vt lienteria.
Qualitate, ut urina nigra.
Vtraque, ut sanguinis fluxus.
Respectiue ad membra, quorum mutatorum significatio duplex
Intrinsecus cuius modi sunt 6.
A mutatione operatiuæ uirtutis in membra.
Ab exeuntibus a corpore.
A dolore in membro uicino pertinenti.
A proprio loco.
Ex innaturali remotione de loco.
Ex patientis iudicio.
Extrinsecus, quæ fit 3. modis per
Per uisum ut
Album.
Nigrum.
Tactum ut
Durum.
Calidum.
Molle.
Frigidum.
Per utrunque ut
Magnum.
Plus.
Paruum.
Minus.

IX.


Practica Medicina, quæ in curatione posita, distinguitur ratione
Obiecti, & specierū morbi, in quibus spectantur.
Causæ, quæ tres
Naturæ, idest temperamenti complexionisque mutatio.
Officialis membri inconueniens habitudo
Iuncturæ separatio
Operatio, quæ habet triplicem effectum, aut enim
Custodit sanitatem secundum multitudinem suam. regendorum autem sanorum, idest neutrorum, & eorum qui non adhuc ægrotant modus triplex alius
Aegrotare parati, qui fit sex rerum non naturalium supradictarum competenti moderatione regiminis.
Incipientis ægrotare, cui duplicem curam adhibemus, uel
Chymi superabundantiam trahendo.
Naturæ defectionem reparando, ex sex rebus prædictis necessaria adhiberi præcipiendo.
Defectorum, qui sunt vel
Infantes.
Senes.
Conualescentes.
Facit ex sanitate ægritudinem, quod impium.
Reparat ex ægritudine sanitatem, in quo medicina omnis est vel
Uniuersalis, quæ est sex rerum antedictarum recta ordinatio.
Particularis, quæ fit per contrarium, & est triplex in
Consimilibus membris, quæ fit per contrarium proculdubio, ut
Calidi per frigida.
Humidi per sicca.
Instrumentariis, in quibus morbus est vel in
Forma, & cura, vt si peccatum in
Figura, cum assimilatiua membra mutata reddimus similitudini, & in sua qualitate stare colligando compescimus.
Concauitate, cum concaua, si præter modum ampliata fuerint ad sui modum constringimus, et quietem inducimus, si minus contrarium.
Poris
Largis. addito contrario causæ unde uitium inciderit.
Strictioribus suo modo, si ex
Defectu contentiuæ
Fomentis, & cataplasmate.
Defectu expulsiuæ
Diaforeticis, & confortatiuis.
Styptica causa
Mollificatione.
Sicca causa
Humectatione.
Constrictione
Solutione.
Constrictione attenuatoria, & coarctatione si ex
Apostemate
Illud sanando mutatione.
Innaturali iūctura, & carnositate
Eam aperiendo, uel
Aperitiuis medicaminibus.
Chirurgia.
Qualibet nascentia, & causa oppillante meatum
Ipsam delendo.
Superficie si ex
Asperitate.
Leniendo.
Lenitate.
Asperitate.
In numero in quo sanamus.
Superfluitatem tollendo, aut ex
Parte, ut scrophulas, quæ non toto genere præter naturam.
Toto, ut cancrum durum, qui toto genere præter naturam.
Separationem, quæ tollitur si fit ex
Abundantia sanguinis oī ætate.
Spermate in pueritia tantum.
Quantitate cuius
Paruitatem augemus
Magnitudinem minuimus, & mutamus.
Motibus.
Fomentis.
Comprimendo quiete.
Positione, in qua mutationem membri de loco suo reddimus loco proprio, uel
Separatum iungendo.
Iunctum separando.
Morbo communi, & solutione continui, in quo necessaria ad separatorum iuncturam.
Separata iungere.
Iuncturam custodire.
Ne rescindatur defendere.
Naturam loci custodire.
Instrumentorum, quæ tria sunt
Rerum sex non naturaliū temperata exhibitio, quorū operatio, quæ medicina exterior, habet triplicem effectum.
Intus, vt ea, quæ intromittūtur
Ore.
Naribus.
Auribus
Ano.
Vulua.
Foris, ut
Epithema.
Cataplasma.
Emplastrum, et similia.
In diæta, cuius speciei cognitio fit quinque modis
Qualitate.
Quantitate.
Tempore.
Ordine.
Boni, malique succi discretione.
Potio, quæ dicitur medicina interior, & habet
Operationem triplicem, aut enim
Soluit, ut pharmacum.
Comprimit, ut Coctana.
Mutat qualitatem, ut frigida in febribus
Effectum quadruplicem aut enim
Minuit abundantiam, ut pharmacia.
Replet inopiam, ut uel
Carnem.
Sanguinem.
Constringit solutum, ut stypticum.
Mutat qualitatem, vt aqua frigida in febribus.
Chirurgia, quæ duplex uel in
Carne, quæ uel
Incidit.
Coquit.
Suit.
Osse, quæ uel
Solidat.
Innectit.
Reddit.

OECONOMIAE LIBRORVM CANONIS AVICENNAE, AVCTORE

Fabio Paulino Vtinensi.




Typographus Lectori.

VT minuatur eorum opinio, qui carere ordine dictitant Auicennam, has Librorum Canonis Oeconomias curauimus faciendas à Fabio Paulino Philoſopho, *ac Medico, in ſtudioſorum Arabicæ Medicinæ gratiam. vt pulcherrimam Auicennæ methodum ſpectantes admirentur, & habeant non modo quid voculis horum reſpondeant, ſed etiam vnde vnico propemodum aſpectu, vniuerſam medicinam tum diſcant ignoratam, tum alias perceptam reuocent in memoriam, tum hærentem adhuc tenacius inculcatam ſempiterno retineant, ac tueantur. Neue quid remorari eorum intelligentiam poſſet, egimus etiam cum illo, vt quantum res ipſa pateretur, ipſius Auicennæ verba licet parum Latina adhiberet. Vale.*

A




Oeconomia Libri Primi.




Quoniam omnis q̄ de aliqua re suscipitur disputatio debet a definitione proficisci, ideo definit ī proœmio statim medicinā Auicēnas dicens esse sciētiam, qua humani corporis dispositiones noscūtur ex parte qua sanatur, vel ab ea remouetur, ut hābita sanitas cōseruetur, & amissa recuperetur, & partitur eam in

- Theoricam quę uersatur in cognitione
  - Subiecti quod est uel
    - Maxime remotum, vt elementa, de quibus agit fen. 1. doctrina 1. in quibus quoniam inest, consideraturque complexio hinc de illa agit doctrina 3. vt est tum in
      - Elementis c. 1.
      - Membris c. 2.
      - Aetatibus, & generibus c. 3.
    - Longinquum vt humores de quibus agit doctr. 4.
      - Quid sint, & quot. c. 1.
      - Quomodo generentur c. 2.
    - Propinquū quod tum
      - Membrū de quo doctr. 5. c. 1. & est uel
        - Similare ac simplex, cuius natura, quoniam pręcipue cognoscitur Anatomia, ideo de singulorū agit anatomia. complectitur porro
          - Ossa de q bus agit summa 1. &
            - Generatim c. 1.
            - Sigillatim de ossibus
              - Capitis quę sunt
                - Cranium c. 1.
                - Ea quæ sub cranio 2.
                - Mandibulæ & nasus 3.
                - Dentes c. 4.
              - Dorsi de cuius
                - Iuuamento c. 6.
                - Spondylib.
                  - Generatim c. 7.
                  - Sigillatim
                    - Colli 8.
                    - Pectoris 9.
                    - Lumborum 10.
                    - Ossis sacri & coccygis, 11. 12.
              - Costarum c. 14.
              - Thoracis 15.
              - Furculæ 16.
              - Scapulæ 17.
              - Humeri 18.
              - Manus, & partium illius, ut
                - Cubiti 19. 20.
                - Carpi 21.
                - Metacarpi 22.
                - Digitorum 23. 24.
              - Pedis, et partium eius ut
                - Femoris c. 25. 26.
                - Coxæ 27.
                - Tibiæ 28.
                - Poplitis 29.
                - Pedis seu plantæ 30.
          - Musculos de quibus su. 2. et sūt omnes 529. tum
            - Capitis, & partiū eius a c. 5. usq; 14.
            - Colli c. 15.
            - Pectoris c. 16.
            - Adiutorij c. 17.
            - Manus & partiū eius a c. 18. usq; 20.
            - Dorsi. c. 21.
            - Vētris a 22. usque 26.
            - Pedis, et partium eius a 27. usq; 30.
          - Neruos de quibus summa 3. & de eorum
            - Iuuamentis c. 1.
            - Viis cerebro c. 2.
            - Anatomia 3. 4. & 5.
          - Arterias de quibus summa 4. & de
            - Venali c. 2.
            - Orithi ascendente 3.
            - Subeticis .i. soporarijs 4.
            - Orithi descendente 5.
          - Venas de quibus sum. 5. & de
            - porta c. 2.
            - Caua
              - Ascendente 3.
              - Descendente 5
            - Manuū c. 4
        - Dissimilare, & organicū de quo genere. via. lib. 3.
      - Spiritus, quod est instrumētum
        - Virtutū animæ secundum quas agit in membris de quibus doct. 6. & de earum diuisione c. 1. sunt porrò tum
          - Naturales in hepate quæ tum
            - Ministratæ, & dominæ c. 2.
            - Ministrantes c. 3
          - Vitales in corde de quibus c. 4.
          - Animales in cerebro q̄ vel
            - Comprehendentes .i. sensum impartientes c. 5.
            - Motiuæ c. 6.
        - Operationum, quæ referuntur ad ipsas virtutes, & ex illis cognoscuntur ideo eodem d[…] agit de his c. 6.
  - Morbi de quo agit fen 2. & in eo tria spectantur
    - Species quæ sunt vel
      - Simplex, quæ est uel
        - Complexionis de qua c. 2.
        - Compositionis c. 3.
        - Solutionis communis c. 4.
      - Cōposita de qua c. 5.
      - Non existens ægritudo, sed enumerata inter ægritudines de qua c. 6.
    - Hora de qua c. 7.
    - Nomen quod unde sumant singuli morbi docet c. 8.
  - Causarum
  - Signorum
    - De quib. vide seq. Tab. a.
- Practicam de qua vide Tab. A.

Oeconomia Libri Primi.





- *A Praxim de qua agit tota Fen 3. & 4. et de ea generatim disserit c. 1. & partitur in*
  - *Methodū seu uiam custodiendi sanitatē in*
    - *Infantibus de quibus doctr. 1. tota agit & de eorum*
      - *Regimine generali ab ortu ad incessum c. 1.*
      - *Lactatione, & ablactatione c. 2.*
      - *Aegritudinibus c. 3.*
      - *Regimine cum mutantur ad ætatem pueritiæ c. 4.*
    - *Adolescentibus de quib. agit tota doctr. 2. & in his conseruatur tum*
      - *Regimine*
        - *Exercitij cuius explicantur*
          - *Natura generatim c. 1.*
          - *Species c. 2.*
          - *Hora incipiendi, mensurandi, & ordinandi c. 3.*
          - *Consequentia quę sunt*
            - *Fricatio c. 4.*
            - *Balneatio 5.*
            - *Ablutio c. 6.*
        - *Cibi, & potus cuius ratio præscribitur*
          - *Generatim c. 7.*
          - *Nominatim de aqua, & vino c. 8.*
        - *Somni, & vigiliarum de quibus c. 9.*
      - *Emendatione rerum aduersarū ut*
        - *Coitus, de quo c. 10.*
        - *Membrorum debilium de quibus comfortandis, impinguandis, & magnificandis c. 11.*
        - *Lassitudinum quæ vel*
          - *Sequuntur exercitia de quibus c. 12. & 14. & 15.*
          - *Ex superfluitatib. fiunt aggregatis in musculis, vt salices, & pandiculationes de quibus c. 13.*
          - *Per se veniunt de quibus curandis docet c. 16.*
    - *Senibus de quibus agit tota doctr. 3. & de eorum*
      - *Regimine vniuersali c. 1.*
      - *Nutritione c. 2.*
      - *Vino c. 3.*
      - *Aperiendis oppillationib. c. 4.*
      - *Fricatione c. 5.*
      - *Exercitio c. 6.*
    - *Corporibus, quorum non est complexio conueniens, de quibus doctr. 4. rectificatur uero in his, vel*
      - *Superflua caliditas c. 1.*
      - *Frigiditas cum augmento c. 2*
      - *Propensio ad ægritudines c. 3.*
      - *Macredo c. 4.*
      - *Pinguedo c. 5.*
      - *Aeris, & temporum ratio doct. 5. sum. 1. c. 1.*
      - *Accidentia quam pronosticantur ægritudines c. 1. sum. 2. & doctr. 5.*
    - *Iter agentibus tum in*
      - *Terris, de quorum regimine docet*
        - *Generatim c. 2. su. 2. & doct. 5.*
        - *Nominatim de*
          - *Cauendo a*
            - *Caliditate c. 3.*
            - *Frigore, & congelatione c. 4.*
          - *Custodiendo*
            - *a Nocumento frigoris extremitates c. 5.*
            - *Colorem faciei c. 6.*
            - *a Nocumentis aquarum diuersarum c. 7.*
      - *Mari, de quorum regimine c. 8.*
  - *Medicationem, de qua agit Fen 4. perficitur, tum*
    - *Ratione victus, & diæta de qua præcipit c. 1.*
    - *Medicamentis quę exhibētur ubi adest ęgritudo*
      - *Sine materia, ut in malitia complexionis de qua tradit c. 2.*
      - *Cum materia, q̄ educitur euacuatione de qua docet*
        - *Generatim*
          - *Qualiter, & quando oportet euacuari id est. modum, & tempus c. 3.*
          - *Regulas communes euacuationum c. 4.*
        - *Singillatim de*
          - *Purgatione uentris cuius tradit*
            - *Regulas c. 5.*
            - *Modum corrigendi uitia quæ sunt vel*
              - *Nimia solutio c. 6. & 7.*
              - *Nulla solutio c. 8.*
            - *Rationem faciendæ ex dispositionibus medicinarum uentrem soluentium c. 9.*
          - *Vomitu in quo docet*
            - *Cui, quando, & quomodo prouocandus c. 11.*
            - *Quid agendum, ei, qui uomuit c. 12.*
            - *Iuuamenta illius c. 13.*
            - *Damna, & malitias quæ proueniant c. 14.*
            - *Vt succurratur his quæ accidunt vomenti c. 15.*
            - *Quid agendum ei, in quo superfluit c. 16.*
          - *Enemate, & clystere c. 17.*
          - *Linimentis c. 18.*
          - *Embrochis c. 19.*
    - *Opera manuum quæ uersatur in*
      - *Phlebotomia facienda de qua multis p̄cipit c. 20.*
      - *Ventosis apponendis c. 21.*
      - *Sanguisugis accommodandis c. 22.*
      - *Apostematibus curandis c. 25.*
      - *Sectione facienda c. 26.*
      - *Incisione, & corrupti membri ablatione c. 27.*
      - *Solutione continui sananda, & contorsionibus, casu, ac percussione c. 28.*
      - *Cauterizatione administranda c. 29.*
      - *Doloribus sedandis c. 30.*

Generatim explicatis totius Medicinæ dogmatibus tũ Theoricis tum practicis, simplicium medicinã, quæ prima, sub nectit, ac simplicium Medicinarum

- *Docet vniuersalem scientiam quæ uersatur in earum*
  - *Complexionibus inuestigandis de quo c.* 1.
  - *Virtutibus indagandis, quę cognoscuntur uel*
    - *Experimento de quo c.* 2.
    - *Ratione, cuius Canones tradit c.* 4.
  - *Operationibus intelligendis quæ proficiscuntur uel a*
    - *Natura de qua c.* 4.
    - *Arte, quas persequitur c.* 5.
  - *Collectione, ac*
  - *Conseruatione rite peragenda.*
    - *De quibus docet c.* 6.
- *Proponit areolas siue tabellas distincte uirium species continentes, quas quilibet studiosus sua sponte sibi ipsi potest conficere, ac disponere ad faciliorem eius memoriam, & usum, & sunt areolæ*
  - *Operationum, & proprietatum* 61.
  - *Decorationis* 60.
  - *Apostematum, & bothor* 43.
  - *Vulnerum, & ulcerum* 23
  - *Instrumentorum iuncturarum* 29.
  - *Membrorum capitis* 55.
  - *Membrorum oculi* 25.
  - *Membrorum pectoris, & anhelitus* 35.
  - *Membrorum nutrimenti* 48.
  - *Membrorum expulsionis* 93.
  - *Febrium* 20.
  - *Venenorum* 36.
- *Enumerat ipsa simplicia ordine alphabetico, additis 4. areolis simplicibus quæ nullas habent sub se species, de quibus fecerat in principio mentionem, tribus initio cuiusque positis, nempe Nominis, Electionis, et Naturę, una in fine. s. Permutationis. & sunt in totum* 756. *uidelicet sub*
  - A 80.
  - B 37.
  - C 69.
  - D 21.
  - E 16.
  - F 40.
  - G 41.
  - H 28.
  - I 14.
  - K 21.
  - L 57.
  - M 46.
  - N 26
  - O 13.
  - P 32.
  - Q 1.
  - R 21.
  - S 90.
  - T 32.
  - V 21
  - X 1.
  - Z 13.

- Traditis communibus præceptis medicinæ in 3. aggreditur ad morbos particulares ita dictos, quod aliquā determinatē partem affligāt si li opportunā, ac obnoxiā. complectitur uerò omnes partes humani corporis. quod diuiditur in
  - Caput, qđ rursum diuiditur in partes
    - Abditas, siue occultas quę sunt
      - Cerebrum de quo agit tota Fen 1.
        - Uniuersim Tract. 1. illius tradens tum
          - Anatomiam c. 2
          - Aegritudines quarum docet
            - Causas & species c. 3.
            - Significationes ex quib. cognoscuntur illius dispositiones
              - Generatim c. 4. & 5.
              - Singillatim sumptas ex
                - Operationibus tum
                  - Animalib.
                  - Motiuis c. 7.
                  - Naturalib. c. 8.
                - Conuenientia, & diuersitate, uelocitate, & tarditate passionum c. 9.
                - Mensura capitis 10.
                - Figura 11.
                - Grauitate, leuitate, frig. calid. cap. c. 12.
                - Mēbris quæ sunt uidelicet
                  - Cerebri propagines c. 13.
                  - Communicata, & propinqua cerebro c. 14.
                  - Lædentia communitate cerebrum c. 15.
                - Aequalitate complexionis c. 17.
                - Complexionibus malis euenientibus a conceptione, quas persequitur deinceps a c. 18. usque ad 28.
            - Curationes quarū tradit Canones uniuersales c. 29.
        - Singillatim trac. 2. in quo nominatim recenset morbos oēs illi accidere consuetos et sūt
          - Soda. i. dolor capitis cuius ponit
            - Sermonem uniuersalem definiens quid sit c. 1.
            - Species q̄ uel ex
              - Malitia complexionis c. 2.
              - Solutione continui c. 3.
              - Apostemate 4.
              - Materijs 5.
              - Communitate 6.
            - Signa uniuersalia tum
              - Indicatiua specierum, & modorum eius præsentis c. 7
              - Nuntiatiua illius futurę c. 8
            - Curam pro uarietate 24. specierum diuersum ut
              - Temporalis c. 10.
              - Calidæ absque materia, & cum materia c. 11
              - Frigidæ cum materia, & absque materia c. 12. cui singillatim adhibet
                - Linimenta c. 13.
                - Caputpurgia c. 14.
                - Olea c. 15.
              - Siccæ c. 16
              - Ab apostemate 17.
              - Ab oppilatione 18.
              - Ex ventositatibus, & uaporibus detentis in capite 19.
              - Ex uento qui penetrauit ad interiora capitis 20.
              - Ex uaporibus malis aduenientibus capiti exterius 21.
              - Ex odoribus tum
                - Bonis c. 22.
                - Fœtidis 23.
              - Ex ebrietate 24.
              - Ex coitu 25.
              - Ex percussione caluæ 26.
              - Ex debilitate capitis 27
              - Ex fortitudine sensus cerebri 28.
              - Accidentis in febribus, & morbis acutis c. 29.
              - Creticæ c. 30.
              - Excitatę tum
                - Causa uermium c. 31.
                - Successione somni 32.
                - Per communitatem 33.
                - Grauitate capitis 34.
              - Oui seu Galeæ, & cephaleæ 35. & 36.
              - Hemicraneæ c. 37. & 38.
          - Solut. cōtinu de qua trac. 3. et sunt sirsen. i. apostemata, q̄ sunt 11.
            - Carabitus. i. apostema calidū in uelamine cerebri cuius ponit
              - Generalē definitionem c. 1.
              - Signa cōmunia 2.
              - Curationes c. 3.
            - Phlegmone substantiæ cerebri 4.
            - Erysipela, & ignis sacer c. 5.
            - Sibare. i. dęmoniū 6
            - Letargia q̄ sirsen frigidū ut sup. 7. 8. 9
            - Aquarum
              - Intracraneū. i. hydrocephala 10.
              - Extra craneum, et est hydrocephalon 11.
            - Suber alshari, c. 12. 13
            - Incisio, & plaga cutis c. 14.
          - Nocumenta in operationibus sensus de quibus tractatu 4. & sunt 11.
            - Subet idest somnus superfluus, & grauis cuius tradit
              - Definitionem c. 1
              - Signa & species c. 2
              - Curam 3.
            - Vigiliæ ut sup. c. 5. 6
            - Lesio aldhen idest uentris, & rationis c. 7
            - Permistio siue alienatio 8. 9. 10
            - Delirium, & fatuitas c. 11
            - Corruptio memoriæ c. 12. 13. 14
            - Corruptio imaginationis & delirium c. 14
            - Mania, & dispositio canina c. 15. 16. 17
            - Melancholia, ut sup. c. 18. 19. 20
            - Cutubut, seu Lycanthropia 21. 22
            - Ilisci siue insania ex amore 23. 24
          - Nocumenta in operationibus motus de quibus tractatu 5. & sunt 5.
            - Vertigo seu scotomia cuius tradit
              - Naturam, & definitionem c. 1.
              - Signa c. 2.
              - Curam c. 3.
            - Alue idest palpitatio, siue contorsio c. 4.
            - Incubus siue Alchab ut supra c. 5. 6. 7.
            - Epilepsia de cuius
              - Natura 8.
              - Signis 9.
              - Causis 10.
              - Cura 11.
            - Apoplexia ut supra 12. 13. 14.
      - Nerui, qui cum deducantur a cerebro merito in eodem ordine collocantur, de quibus agit Fen 2. & disserit generatim c. 1. mox persequitur nominatim illorū morbos 7. ut
        - Paralysim et mollificationē cuius ponit
          - Definitionem c. 2.
          - Signa c. 3.
          - Curam c. 4.
        - Spasmum, de quo ut sup. c. 5. 6. 7.
        - Tetanum, ut supra c. 8. 9. 10.
        - Tremorem c. 11. 12.
        - Stuporem c. 13. 14.
        - Torturam faciei c. 15. 16. 17.
        - Saltum siue [illegible], et palpitationem c. 18 19
    - Patentes sensui & manifestas de quibus uide sequentē tab. a.
  - Vētrem mediū idest pectus & thoracem de quo uide tab. A.
  - Vētrem inferiorem de quo uide tab. B.
  - Extremitates de q bus uide tab. C.

A.

- *Patentes siue manifestæ capitis partes sūt 4. pręcipuæ*
  - *Oculi quorum tres sunt partes morbis opportunæ*
    - *Media, q̄ est ipse oculus, de quo disserit tota Fen ..& illius explicat*
      - *Anatomiam c.1.*
      - *Morbos tum*
        - *Generatim in quo docet*
          - *Cognitionem dispositionum oculi, & complexionem, c.2.*
          - *Signa generationis ægritudinum c. 3.*
          - *Canones vniuersales curationum oculi c. 4.*
          - *Præseruationem a nocumentis, et conseruationem facultatis 5.*
        - *Nominatim, & sunt 18. uidelicet*
          - *Ophthalmia de qua tract. 1. & de ea proponit*
            - *Generatim quid sit, & quotuplex c.6.*
            - *Signa c.7.*
            - *Curam quę multiplex uidelicet opthalmiæ uel*
              - *Leuis & conturbationis capit. 8.*
              - *Cum materia, & effusione fluxuum ad oculum c. ..*
              - *Calidæ, & cholericæ sanguineæ, & erysipelæ c. 10.*
              - *Frigidæ c.11.*
              - *Aluardengi.i.chymosis 12*
              - *Ventosę 13.*
            - *Sermonem uniuersalē de medicinis ophtalmiæ usitatis c. 14.*
          - *Vesicæ phlyctenæ, seu pustulę de quibus & sequētib. agit Tractat. 2. Et harum tum docet*
            - *Naturam c.1.*
            - *Curam c. 2.*
          - *Vlcera de quibus c.3.4.& 5.*
          - *Ruptura corneę, quæ dicitur πρόπτωσις c.6.& 7.*
          - *Bothor c. 8.9.*
          - *Sanies sub siphac corneę c.10.& 11.*
          - *Cancer oculi c.12.& 13.*
          - *Apostemata lachrymalium c.14.15.*
          - *Additio carnis c.16.*
          - *Albugo in oculo c.17.& 18.*
          - *Sebel 19.20.& 21.*
          - *Vngula 22.& 23.*
          - *Hyposphagma c.24.25.*
          - *Lachryma c.26.27.*
          - *Strabismus 28. 29.*
          - *Exitus oculi.i.epiesmos c.30.31.& 32.*
          - *Profunditas & paruitas 33.*
          - *Glaucedo c.34.35.*
    - *Exterior q̄ legit oculū, & dicitur palpebra, de cuius morbis agit tr.3. & sunt 20. uidelicet*
      - *Pediculi φθειρίασις, c.1.& 2.*
      - *Silac. & grossities palpebrarum 3.4.*
      - *Gessa, seu schleroptalmia 5.6.*
      - *Grossitudo 7.*
      - *Tevegi inflatio 8.*
      - *Grauitas 9.*
      - *Inuiscatio, & ancyloplepharon 10.*
      - *Motus 11.*
      - *Inuersatio palpebræ 12.13.*
      - *Grando 14.& 15.*
      - *Hordeolus 16.17.*
      - *Asarnach 18.19.*
      - *Susati 20.*
      - *Lapidositas 21.*
      - *Vlcera, & ruptura 22.*
      - *Scabies, & pruritus 23.24.*
      - *Tumor 25. 26.27.*
      - *Multitudo palpitationis 28.*
      - *Casus pilorum 29. & 30.*
      - *Pili inuersi, & additi 32. 33.34.*
    - *Interior quæ est uirtus uisibilis, de cuius dispositionib. agit Tr. 4. & sūt 10.*
      - *Debilitas & nocumentum eius cuius docet*
        - *Naturam c.1.*
        - *Signa 2.*
        - *Curam 3.*
        - *Res nocentes 4.*
      - *Nyctalops c.5.& 6.*
      - *Alihar c.7.& 8.*
      - *Imaginationes de quibus c.9.10.& 11.*
      - *Alintisar, seu pupillę dilatatio c.12.13.14.*
      - *Constrictio pupillæ 15.16.17.*
      - *Aqua seu suffusio 18.19.20.*
      - *Destructio uisus 21.22.*
      - *Diminutio radij 23.*
      - *Albedo uincens 24. 25.*
  - *Auris de qua disserit Fen 4. tract. 1. et eius tradit Anatomiā c. 1. Conseruationem sanitatis c. 2. Morbos 11. uidelicet.*
    - *Nocumenta auditus, in quo de more tria facit capit. declarans eorum*
      - *Naturam c. 3.*
      - *Signa c.4.*
      - *Curam c.5.*
    - *Dolorem de quo c.6.7.8.*
    - *Sonitum, & tinnitum, & sibilum c. 9.10.11.*
    - *Saniem, & pus vlceris c.12.*
    - *Eruptionem sanguinis c.13.& 14.*
    - *Sordes, & oppilationem in ea factam c.15.16.17.*
    - *Attritionem, & percussionem 18.*
    - *Pruritum 19.*
    - *Introitum*
      - *Aquæ c. 20. 21.*
      - *Animalium, & generationem vermium c.22.& 23.*
    - *Apostemata accidentia in radice auris 24.25.*
    - *Tremorem auris ex vocibus magnis c.26.*
  - *Nasus, de cuius dispositionis agit Fen 5. et omnem de illo disputationem complectitur duobus Tract. tradens in*
    - *Primo illius*
      - *Anatomiam c.1. & 2.*
      - *Qualitatem uiarum administrationis medicinarum illius c.3.*
      - *Nocumenta odoratus c.4.5. 6.*
      - *Fluxum sanguinis c. 7. & docet de eo*
        - *Sanando c. 8.9.*
        - *Procurando c. 10.*
      - *Coryzam, seu catarrhum 11.12.13.*
    - *Secundo morbos reliquos nēpe*
      - *Fetorem c.1.2.*
      - *Vlcera c.3.4.5.*
      - *Oppilationem c.6.7. & 8.*
      - *Chanam.i. morbum qui est sicut in equis 9.*
      - *Contritionem 10.*
      - *Hæmorrhoidas 11.12.*
      - *Sternutationem c. 13. & de medicinis illam.*
        - *Prohibentibus c.14.*
        - *Facientibus c.15.*
      - *Desiccationem 17.*
      - *Pruritum 18.*
  - *Os, de quo in seq. Tab.*

Oeconomia Libri Tertij.

- *Os cuius partes 6. videlicet*
  - *Lingua* / *Hiatus oris, quod nomine generis os uocat, grecę εὐρυχωρία dicitur* — *De quibus agit coniunctim Fen 6. & de eorum anatomia cap. 1. mox separatim de*
    - *Lingua, cuius recenset*
      - *Generatim*
        - *Aegritudines c.2*
        - *Curas c.3*
      - *Nominatim morbos 11. videlicet*
        - *Corruptionem gustus c.4.5.*
        - *Mollificationē ipsius & grauitatem, & distinctionem ntroitus in sermonem.c.6.7*
        - *Spasmum c.8.9.*
        - *Magnitudinem 10.11.*
        - *Abbreuiationem 12.13.*
        - *Apostemata 14.15.*
        - *Alchalel in locutione 16.*
        - *Ranulam 17. 18.*
        - *Adustionem ipsius 19.*
        - *Fissuras 20.*
        - *Deiectionem 21.*
    - *Ore, cuius proponit morbos 7.*
      - *Bothor c.22.*
      - *Alcola 23.24*
      - *Multitudinem sputi 25.26*
      - *Sputum sanguinis 29.*
      - *Odorem horribilem ex comestis 27.*
      - *Fetorem ossis 29. 30.*
      - *Os apertum c.31.*
  - *Dentes, de quibus agit tota Fen septima, & docet*
    - *Generatim*
      - *Eorum naturam c.1.*
      - *Quomodo conseruentur c. 2.*
      - *Curam vniuersalem c.3.*
    - *Singillatim morbos illorū qui sunt 13. uidelicet*
      - *Dolor cuius tradit deinceps.*
        - *Causas c.4.*
        - *Signa 5.*
        - *Curam 6.*
        - *Medicinas resolutuas 7.*
        - *Stupefactiuas 8.*
      - *Commotio c. 9. 10.*
      - *Perforatio seu corrosio c.11.*
      - *Ruptura c.12. 13.*
      - *Alteratio caloris c.14. 15.*
      - *Dentitio c. 16. ubi docet facilitatem originis, & addit etiam sequenti c. 17. eradicationem eius contrariam.*
      - *Vermes c. 18.*
      - *Fractio c. 19.*
      - *Stridor c. 21.*
      - *Elongatio c. 22*
      - *Congelatio 23. 24.*
      - *Eber 25.*
      - *Debilitas 26.*
  - *Gingiuæ* / *Labia* — *De quibus quia affines, agit eadē fen 8. sed ita ut explicet*
    - *Primo gingiuarum ægritudines, quæ sunt*
      - *Apostemata c.1.2.*
      - *Sanguis exiens c.3.*
      - *Fissura 4.*
      - *Vlcera, corrosio, & fistulæ c.5.6.*
      - *Augmentum carnis c.7. & 10. diminutio 8.*
      - *Mollificatio c. 9.*
    - *Secundo labiorum tum*
      - *Naturam & usus c.11.*
      - *Affectus qui sunt*
        - *Fissuræ c.12. 13.*
        - *Apostemata 14.*
        - *Hæmorrhoides 15.*
        - *Tremor 16.*
  - *Guttur, de quo agit Fen 9. & continet disputationes tres*
    - *Primam de Anatomia illius cap.1.*
    - *Secundam de affectibus proprijs qui sunt*
      - *Strangulatio ex cibo, & similia c.3.*
      - *Spinæ c. 4.*
      - *Sanguisugæ hærentes 5. 6. 7*
      - *Suffocationes, & anginæ 8. 9.*
      - *Apostemata c.10*
    - *Tertiam de quibusdam partibus, ut sunt vua & amygdalę quæ obnoxiæ tribus morbis*
      - *Catarrho de quo c.12.*
      - *Casui 13. 14.*
      - *Nocumentis ex incisione illorum quæ sunt potiss.*
        - *Detectio pulmonis c. 15. 16.*
        - *Fluxus sanguinis c. 17.*

A Thoracis partes sunt tum

- **Occultę ut**
  - **Pulmo, ad quę quia pertinent canna seu aspera arteria, & pectus, ideo cõiunctim de his agit tota Fen 10. & eorum explicat**
    - **Generatim**
      - *Anatomiam Tr.1.c.1.*
      - *Complexionem, pulmonisque potissimum c. 2.*
      - *Morbos c.3.*
      - *Curam c.4. & 5.*
      - *Medicinas singulares, & compositas, & formam administrationis c. 6.*
      - *Functiones q̃ duæ*
        - *Anhelitus, cuius tradit*
          - *Usum sermone uniuersali c.7.*
          - *Differentias quas sumit uel à*
            - *Quantitate, & qualitate* — *a c.8. usque ad 29.*
            - *Naturis & dispositionib.* — *a c.30. usque 37.*
          - *Morbos ut*
            - *Asthma, cuius docet*
              - *Naturam, & causas c.38.*
              - *Signa c.39*
              - *Curam 40.*
            - *Malitiam anhelitus c.41.*
            - *Difficultatem anhelitus c.42.*
        - *Vox, de qua agit trac. 3. & eius tradit*
          - *Instrumenta, & nocumenta c.1.*
          - *Curas morborum ut*
            - *Abscissionis uocis c. 2.*
            - *Raucedinis c.3. & 4.*
            - *Qualitatis immutatæ ut*
              - *Aspera c.5.*
              - *Breuis 6.*
              - *Grossæ 7.*
              - *Subtilis 8.*
              - *Tenebrosę 9.*
              - *Tremulæ 10.*
    - **Singillatim morbos qui sunt**
      - *Tussis*
      - *Sputum sanguinis*
        - *De quibus agit ita tract. 3. ut doceat utriusq; separatim*
          - *Naturam, & causas 1. & 4.*
          - *Signa 2. & 5.*
          - *Curam 3. & 6.*
      - *Apostamata de quorum principijs*
        - *Speculatiuis agit trac.4. ut*
          - *Pleuresis*
            - *Naturam, & causas c.1*
            - *Signa quæ tum*
              - *Diagnostica, seu indicatiua p̃sentis ut*
                - *Puræ c. 2.*
                - *Non puræ c. 3*
              - *Prognostica i. prenuntiatiua futuri euetus ut signa*
                - *Mala, & salutis c.4.*
                - *Horarum, et tẽporum 5.*
                - *Causarum ipsius c. 6.*
                - *Permutationis c. 7.*
                - *Sputi c. 8.*
            - *Crises c.9.*
          - *Peripneumoniæ c.10. & 11.*
          - *Apostematis in pulmone*
            - *Duri c.12.*
            - *Mollis c.13.*
          - *Bothor c.14.*
          - *Aquę aggregatæ in pulmone c. 15.*
          - *Vulnerum accidentium cannæ pulmonis c.16.*
          - *Empyematis c. 17.*
          - *Vlcerum, & phthisis de quorum disputat*
            - *Natura c.18.*
            - *Causis c.19.*
            - *Subiecto i. corporibus præparatis in figura forma, ætate regione, & complexione c. 20.*
            - *Rebus utendis c.21.*
            - *Signis c.22.*
        - *Operatiuis de quibus agit toto tracta. 5. & sunt ipsa cura de qua*
          - *Communiter omnium c. 1*
          - *Singillatim*
            - *Pleuresis c. 2.*
            - *Dolorũ pect. & aliorũ 3*
            - *Peripneumoniæ 4*
            - *Empyematis 5*
            - *Vlcerum, et phthisis c.6*
  - **Cor de quo disserit Fen 11. &**
    - *Generatim in 1. Tract. docens*
      - *Quid sit explicata anatome c.1.*
      - *Quibus opportunum ægritudinibus c.2.*
      - *Quibus signis cognoscuntur illius tum*
        - *Dispositiones c.3.*
        - *Complexiones c.4.*
        - *Aegritudines c.5.*
      - *Quæ causę imprimant in eo c.6.*
      - *Canones uniuersales in eo curando adhibendos 7.*
      - *Medicinas illi accommodatas, & ab eo dictas cordiales c.8.*
    - *Nominatim, & distincte de illius morbis tr. 2. qui sunt*
      - *Tremor seu palpitatio cuius ponuntur*
        - *Definitio c.1.*
        - *Signa c. 2.*
        - *Curatio tum*
          - *Generalis c.3.*
          - *Specialis*
            - *Calidi c.4.*
            - *Frigidi c.5.*
      - *Syncope de qua docet*
        - *Quid sit, & quibus ex causis fiat c.6.*
        - *Quibus signis cognoscatur c. 7.*
        - *Quomodo curetur c.8.*
      - *Casus uirtutis subitus de quo tradit*
        - *Quomodo accidat 9.*
        - *Quo pacto curetur c.10.*
        - *Quomodo præseruentur homines c. 11.*
- **Manifestæ ut**
  - *Mãmillę de quibus Fen.12. uerba facit, et tria prestat nempe*
    - *Anatomiam illius explicat 1.*
    - *Dispositiones enumerat quę sunt*
      - *Exuberatio lactis cuius tradit*
        - *Causas, & generationem c.2.*
        - *Minutionem, & prohibitionem c.3.*
      - *Caseatio de qua c.4.*
      - *Congelatio, seu putrefactio de qua c.5.*
      - *Apostemata tum*
        - *Calida cum dolore loci c.6.*
        - *Frigida c.7.*
      - *Durities, nodi, glandulę & c.8.*
      - *Dubellati c.9.*
      - *Vlcera, & corrosiones c.10.*
    - *Conseruãdi, et præseruandi illas rationem docet c. 11. quod est cũ superiori 10. coniunctũ in his libris in alijs separatum*

B

Ventris inferioris partes.

- Occultæ sunt
  - Stomachus, de quo agit Fen 13. & eius facit tres partes
    - Superiorem distinctam quidem ab illo, sed ad illum pertinentem, nempe meri siue æsophagum, cuius prosequitur Tract. 1.
      - Anatomiam c. 1.
      - Aegritudines
        - Generatim c. 2. addita qualitate eius officij nempe deglutitionis c. 3.
        - Nominatim & sunt
          - Constrictio deglutitorij, & difficultas deglutiendi, cuius docet
            - Causas c. 4.
            - Signa c. 5.
            - Curam c. 6.
          - Apostemata, de quorum natura signis, & cura 7. 8. 9. 10.
          - Eruptio sanguinis c. 11
          - Vlcera de quorum vt supra natura signis, & cura c. 12. 13. 14.
    - Mediam, quæ est ipse stomachus, de quo quinque tractatibus affatim disserit
      - Generatim quidem Tract. 1. explicans illius
        - Anatomiam coniunctim cum meri c. 1.
        - Complexionem naturalem c. 15.
        - Aegritudines c. 16.
        - Signa dispositionum c. 17.
        - Complexiones malas tum
          - Sine materia
            - Calidam c. 18.
            - Frigidam 19.
            - Siccam 20.
            - Humidam 21.
          - Cum materia c. 22.
        - Significationes nocumentorum non complexionalium c. 23.
        - Curationes
          - Vniuersales, quarum modi indicantur c. 24.
          - Singularum complexionū
            - Sine materia ut
              - Frigidæ, & humidæ c. 25.
              - Calidæ 26.
              - Frigidæ 27.
              - Humidæ 28.
              - Siccæ, quæ dicitur hectica stomachi 29.
              - Frigidæ, et siccæ c. 30.
              - Siccæ, & calidæ 31.
              - Calidæ, et humidæ 32
            - Cū materia c. 33 quæ est oppilatio.
          - Eius qui aditur fortitudine sensus eius c. 34.
        - Regimen in eo cui paruus est c. 35.
        - Res aduersas ipsi, & intestinis c. 36.
      - Singillatim de illius morbis agit in reliquis 4. Tract. qui sunt uel
        - Superioris partis, et proprie oris. de quib. tr. 2. ut
          - Dolor, cuius docet
            - Causas c. 1.
            - Signa c. 2.
            - Curam c. 3.
          - Debilitas c. 4. 5.
          - Destructio appetitus, & debilitas eius cap. 7. 8. 9.
          - Corruptio appetitus c. 10. & 11.
          - Fames, quæ triplex
            - Canina de qua c. 12. 13. 14.
            - Bulimos de qua c. 15. 16. 17.
            - Syncopalis de qua cap. 18. 19.
          - Sitis, de qua c. 20. 21. 22.
          - Percussio c. 23.
        - Inferioris partes quæ est fundus, ubi fit digestio de quib. agit tr. 3. et sunt
          - Digestionis
            - Nocumēta c. 1
            - Corruptio c. 2
            - Debilitas c. 3
              - De quorū signis c. 4.
              - Et cura deinceps 5. 6. 7.
          - Tarditas, & velocitas descensus cibi c 8. 9. & 10.
          - Grossities, & durities c. 11. 12. 13.
          - Eructuatio c. 14. 15.
        - Cōmunes & instrumentarij de quib. tr. 4. et sunt
          - Apostemata, quæ tum
            - Calida de quib. c. 1. 2. 3.
            - Frig de quib. c. 4. 5. 6.
            - Dura, et grossa c. 7. 8.
          - Aldubellati c. 9 10. 11.
          - Vlcera c. 12. 13. 14.
          - Bothor c. 15.
          - Ruptura c. 16.
        - Ex parte eius, quod ipse comprehendit, & egreditur ab eo de quibus agit tr. 5. & sunt
          - Inflatio cuius persequitur
            - Causas c. 1.
            - Signa c. .
            - Curam c. 3.
          - Rugitus c. 4.
          - Lenitas, & lubricitas ut sup. c. 5. 6. 7.
          - Vomitus, subuersio, & nausea, & æstuatio de quibus
            - Coniunctim c. 8.
            - Separatim de uomitu deinceps, quem docet curare
              - Absolute c. 14.
              - Factum propter caliditatem 13.
              - Cū sāguine 14.
          - Cōturbatio, & anxietas 15. 16
          - Sāguis
            - Retentus c. 17.
            - Congelatus c. 18.
          - Singultus de quo c. 19. 20. 21.
    - Inferiorem, quod est myrach. siue hypochondria quæ non sunt quidem stomachi partes, sed quia illi subiectæ, & subditæ ideo de illis agit in hoc tract. 5. c. ult.
  - Hepar, de quo agit tota Fen 14. & de eo ita disputat, ut doceat illius
    - Vniuersales dispositiones Tr. 1. in quo exponit
      - Anatomiam c. 1.
      - Modos cognoscendi dispositiones illius c. 2.
      - Comparationem cum corde c. 3.
      - Signa cōplexionū quæ sunt uel
        - Naturales simplices ut
          - Calida c. 4.
          - Frigida 5.
          - Humida 6.
          - Sicca 7.
        - Naturales compositæ ut
          - Cal. & sicca 8.
          - Cal. & hum. 9.
          - Frig. & sic. 10.
          - Frig. & hum. 11.
        - Non naturales sed cum malitia, & supradictis respondent. de quarum
          - Signis singillatim c. 15. 16. 17. 18.
          - Cura, & regimine 4. sequentibus cap. 5. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28.
      - Curā uniuersalem illius omniū morborū. c. 18.
    - Causas illi nocivas 19
    - Res conuenientes 20.
    - Paruitatis illius
      - Causas 29.
      - Signa 30.
      - Curam 31.
    - Morbos qui uel
      - Actiones lædunt de quib. tr. 2. & sunt
        - Debilitas cuius de more tradit
          - Causas c. 1.
          - Signa c. 2.
          - Curationem c. 3.
        - Oppilatio de qua ut ante c. . 6.
        - Inflatio, & ventositas de quo c. 7. & 8.
        - Dolor de quo c. 9. 10. & 11.
      - Soluunt continuum de quibus agit tr. 3. & sunt
        - Apostemata quorum
          - Habetur sermo uniuersalis c. 1.
          - Signa uniuersalia ponuntur c. 2.
          - Differentiæ c. 3.
          - Species singulares recensentur ut
            - Calidum, & sanguineum cap. 4. cui subijcit
              - Almesum c. 5.
              - Phlegmonem c. 6.
            - Frigidum c. 7.
            - Phlegmaticum c. 8.
            - Durum qui cancer c. 9.
            - Dubellati c. 10.
            - Mesaraica c. 11.
          - Curæ traduntur singulorum, singulis cap. c. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18.
        - Percussio & obuiatio, & casus, de quibus c. 19.
        - Scissura, & incisio, de quibus c. 20.
      - Pertinent ad excreta, & retenta de quibus agit tract. 4. & sunt
        - Fluxus, de quo c. 1. & signis c. 2.
        - Cachexia c. 3.
        - Hydropisis de qua
          - Generatim fit sermo c. 4. 5.
          - Singillatim illius species enumerantur in reliquis, & sunt
            - Ascitis cuius habentur
              - Causæ propriæ c. 8.
              - Signa c. 9.
              - Cura 1 .
            - Hyposarcæ de qua c. 6. 10. 14.
            - Tympanitis, de qua ut supra c. 7 11 & 15.
        - Dolores hypochondriorum de quibus agit c. 16.
  - Fel, Splen, Intestina
    - De quibus vide Tab. seq. a.
  - Renes, Vesica, Matrix
    - De quibus vide Tab. b.
- Manifestæ quæ sunt
  - Anus, Testiculi
    - De quibus vide Tab. c.

Oeconomia Libri Tertij.

A. 2.

Reliquæ partes vẽtris inferioris præter iam explicatas stomachum, scilicet, & hepar, ex occultis, sunt

- Fel / Splen: Quæ partes, quia quadam inter se affinitate videntur quodammodo coniunctæ, & eosdem morbos parere, de vtrisque eadem agit Fen. XV. ita tamen vt doceat vtriusque naturam separatim
  - Fellis Tracta. 1 Cuius explicat
    - Anatomiam c.1
    - Morbos, qui potiss. Icteritia citrina, quæ fit ab hoc, & hepate eius tradens
      - Definitionem, & causas c.3
      - Signa c.4
      - Curam 6
  - Splenis duobus tractatibus explicans
    - Anatomiam illius c.2.Tr.1
    - Morbos, qui uel
      - Communes illi cum Hepate, & felle, de quibus agit Tract.1.& sunt Icteritia nigra cuius tradit
        - Naturam, & causas c.3
        - Signa c.4
        - Curam c.5
      - Proprij ipsi spleni de quibus Tract.2
        - Uniuersim c.1
        - Singillatim de
          - Malitia complexionis 2.3
          - Apostematibus 4.5.6
          - Duritie 4.7
          - Oppilatione 9.10
          - Dolore c.13
- Intestina de quibus disserit Fen. XVI. & illorum ostendit
  - Anatomiam Tract.1.c.1
  - Morbos, qui sunt uel
    - Fluxus, quorum tradit
      - Generatim naturas, modos, causas, & differentias c.2.
      - Signa c 3
      - Curam singillatim
        - Ventris absolute c.4
        - Reliquorum Tract. 2.vt
          - Hepatici c.1
          - Stomachici seu intestinalis
            - Absque excoriatione lubrificatiui c.2
            - Ulcerosi c.3
          - Cholerici c.4
          - Melancholici, seu splenetici c.5
          - Sanguinei
            - Absque excoriatione c.6
            - Cum excoriation e, & vlcere c.7
          - Facti causa cibi in ventre c.8
          - Cerebralis c.9
          - Oppilatiui c.10
          - Liquefactiui c.11
          - Facti a spissitudine cutis c.12
          - Cholericæ passionis c.13
          - Medicinalis c.14
          - Cretici c.15
          - Tenesmi c.16.cui et proponuntur collyria c.17
    - Dolores de quibus agit tr.3. qui sunt vel
      - Pũctio cuius ponit ex more
        - Causas c.1
        - Signa c.2
        - Curam c.3
      - Rugitus, & egressio uentositatis inuoluntaria, de quo ut supra c.4.5
      - Colica cuius tradit
        - Definitionẽ, & causas c.6
        - Differentiam inter eam, & lapidem renum c.10
        - Signa
          - Absolute colicæ c.7
          - Prognostica
            - Bona 8
            - Mala 9
          - Distinguentia ipsas species, ut
            - Phlegmaticam c.11
            - Ventosam c.12
            - Ex fece factam 13
            - Ex apostemate 14
            - Ex torsione, & ruptura 15
            - Reliquarum specierum, ut frigidæ calidæ, debilitatis sensus, & uermiũ 16
        - Curationẽ quam prosequitur tr.4 tum
          - Generatim tradens
            - Canones c.1
            - Cibationem 28
            - Nocumenta 29
          - Singillatim cuiusque speciei ut
            - Frigidæ cuius docet curam
              - Generalem c.2.& 3.
              - Spetialẽ, quæ fit vel
                - Solutiuis per clysteria c. 4
                - Medicinis tũ
                  - Bibitis soluentibus 5
                  - Rectificantibus 14
                - Suppositorijs 6.8.9
                - Clysterijs c.7.9. & 11.ubi eorum docet qualitatem, & instrumenta
                - Potu olei de cherua 13
                - Emplastris 15
                - Vaporationibus 16
            - Cholericæ c.17.18
            - Apostemosæ 19
            - Melancholicæ 20
            - Ex fæce 21
            - Ex debilitate expulsiuæ 22
            - Ex torsione 23
            - Ex uermibus 24
            - Ex ruptura 25
      - Ileos, seu uoluntas de quo c. 30. 31. 32
    - Tarditas ascellationis, & velocitas c. 33. Tr.4
    - Multitudo stercoris, et paucitas cap. 34. Tr.4.
    - Vermes, de quibus agit tra.5.& eorum proponit
      - Generationẽ c.1
      - Species 2
      - Signa 3
      - Curam 4
      - Medicinas, quæ interficiunt vel
        - Longos proprie c.4
        - Ascarides c.5
        - Paruos c.6
      - Clysteria c.7
      - Emplastra c.8
      - Cibationem eorum, qui illos habent 9
    - Casus, & contusio super uentrem.c.10.Tract.5
- Renes, de quibus disputat Fen XVIII. & illorum explicat
  - Anatomiam c.1
  - Aegritudines quarum
    - Generatim proponit
      - Species c.2
      - Signa c.3
    - Singillatim species prosequitur, quæ sunt
      - Caliditas cuius habetur
        - Signa c.4
        - Cura c.5
      - Frigiditas ut supra c.6.7
      - Extenuatio, & arefactio c.8.9.10
      - Debilitas c.11.12
      - Dolor c.16
      - Apostema de quo, & omni reliqua solutione continuitatis tra.2. est autem hoc uel
        - Calidũ & dubellati, quod docet
          - Ex qua materia fiat c.1
          - Quibus signis noscatur c.2
          - Quomodo curetur c.3
        - Phlegmaticum de quo, ut supra c.4.5.5
        - Durum 7.8.9
      - Vlcus de quo c.10.11.12.Tract.2
      - Scabies de qua c.13.14.15
      - Lapis de cuius agit
        - Generatione c.16
        - Signis 17
        - Cura 18
        - Comminuentibus medicinis 19
- Vesica / Matrix: uide seq. Tab. 6


B.

Occultarum vētris inferioris partes reliquæ, q̄ cōplēt octona riũ sũt


- Vesica, de qua agit Fen XIX. & in ea cōsiderat
  - Substātiam de qua disserit Tr.1.& explicat ipsius
    - Naturam ex Anatome c.1
    - Aegritudines
      - Generatim docens
        - Quæ sint, & quomodo curentur c.2
        - Quæ vesicam calfaciant c.3
        - Quæ vesicam infrigident c.4
      - Nominatim, & sunt
        - Lapis, de cuius agit
          - Signis, & distinctione a lapidē renum c.5
          - Curatione c.6
          - Regimine in eo adhibendo c.7
        - Apostema, quod tum
          - Calidum quod ostenditur quomodo
            - Fiat 8
            - Cognoscatur 9
            - Curetur c.10
          - Durum de quo eodem ordine c.11.12.13
        - Vlcus de quo, ut supra c.14.15.16
        - Scabies c.17.18
        - Congelatio sanguinis.19.20
        - Dislocatio c.21.22
        - Dolores c.23
        - Debilitas c.24
        - Ventositas c.25
  - Excrementa, nempe urinam, de qua agit Tr.2.& est uel
    - Naturalis, de qua differitur c.1.
    - Cum nocumento, quæ recēset breuiter c.2.et sunt xxix
      - Ardor de cuius
        - Causis c.3
        - Cura c.4
      - Paucitas c.5
      - Difficultas, & retentio de cui⁹
        - Causis c.6
        - Signis 7
        - Cura 8.& 9 ubi fit rememoratio rerum facientiũ mingere.
      - Distillatio de qua ut sup. c.10.11.12.
      - Inuoluntarius exitus 13.14
      - Mictus in lecto 15.16
      - Diabetes 17.18
      - Multitudo urinæ c.19
      - Mictus sanguinis, & saniei, & similium, de quibus eodem ordine c.20.21.22
- Matrix, de qua disserit multis tota Fen XXI. & in ea plurima perpēdit, ac demonstrat.
  - Naturā quā explicat
    - Anatomia illius ppponēda. tr.1.c.1.
    - Aegritudinibus quibus obnoxia generatim demonstrandis c.3
    - Ex significationibus complexionum, uidelicet
      - Caliditatis c.4
      - Frigiditatis c.5
      - Humiditatis c.6
      - Siccitatis c.7
    - Ex functionibus de quibus infra.
  - Functiones, & munia, q̄ sunt
    - Embryonis formatio, ĩ qua explicanda docet illius
      - Generationem c.2
      - Difficultatem imprægnationis, seu sterilitatem, ut auferatur hoc impedimentum, & illius prosequitur
        - Causas c.8
        - Signa c.9
        - Regimen, & curam, vt impedimentum, tollatur & imprægnatio fiat c.10
      - Signa
        - Imprægnationis c.11
        - Quæ rursum uel est
          - Masculorum pro quorum generatione præponitur, quæ requirantur
            - Materia, idest semen c.12
            - Coeundi ratio c.14
            - Viri qualitas c.15
            - Fæminæ habitus c.16
          - Fœminarum, de quarum signis coniunctim cum masc. c.13
          - Geminorum, & superfœtationis de quorum causis c.17
        - Debilitatis
          - Embryonis c.19
          - Nati c.20
        - Appropinquationis partus c.18
    - partus de quo agit Tr.2.& diuiditur in tria tēpora
      - Prægnantis de cuius disserit
        - Tempore pariendi legitimo, & uitali c.1
        - Regimine uniuersali c.2
        - Appetitu c 4
        - Casachan, idest pulsu cordis c.5
        - Cursu menstruorum c.6
        - Apostematione pedum c.7
        - Regimine cum partui est propinqua 23
      - Parientis, q̄ uel
        - Abortum facit, in quo tradit obseruanda
          - Ante
            - Causas c.8
            - Signa c.9
            - Cautelam, & conseruationem embryonis c.10
            - Regimen bonum ad illud c.11
          - Post
            - Extractionem fœtus mortui c.12.13.& 14
            - Regimen puerperæ c.15
            - Extractionem secundinæ c.16
        - Parit, & hoc rursus fit uel cum
          - Difficultate, de cuius
            - Causis
              - Generatim c.21
              - Singillatim causa
                - Fœtus 25.26.28.29.30
                - Matricis c.27
            - Regimine c.24
          - Facilitate, quā docet procurare agens de medicinis facilem efficientibus partum c.31
      - Enixæ de cuius
        - Regimine
          - Ipsius c.3
          - Infantis c.32.ubi nos reijcit ad primum librum
        - Dispositionibus quas enumerat c.33.& sunt
          - Multitudo sanguinis de qua c.34
          - Paucitas sanguinis de qua c.35
          - Febres, de quibus c.36
          - Dolor matricis c.38
          - Vlcera c.39
  - Excreta, q̄ sunt menstrua de qb. agit Tr.2. & de illorũ
    - Iudicijs c.1
    - Superfluitate cursus, & huius
      - Causis c.2.
      - Signis 3.
      - Cura 4.
  - Morbi, qui sunt multiplices quos generatim enumerat Tr.1.c.3.& ptinēt, uel ad eius
    - Qualitatem de quibus Tr.3.& sũt XI.
      - Superfluitas menstruorum de quo supra in menstruis
      - Vlcera de quorum
        - Causis c.5
        - Signis c.6
      - Putrefactio c.7
      - Corrosio de qua c.8.& 9
      - Deuirginatio, quæ licet non sit morbus, quia tamen illam sequuntur interdum morbosa symptomata, ideo de illa agit c.10.& 11
      - Ragadiæ de quibus eodem quo supra ordine c.12.13.14
      - Pruritus, & priapismus c.15.16
      - Fistulæ c.17.18.19
      - Debilitas 20.21
      - Dolores 22
      - Cursus 23.24
      - Retentio menstruorum, & paucitas in quo persequitur
        - Causas c.25
        - Accidentia quæ sequantur 26
        - Signa 27
        - Curationes 28
    - Situm de quibus agit tr.4.& sunt XII.
      - Clausura, idest phymus de quo c.1. docet curare c.2.& 3.modum administrandæ scissionis tradens.
      - Contractio, seu suspensio c.4.augmentum seu exitus 5.6.7
      - Declinatio, & separatio c.8.& 9.
      - Apostemata, quæ sunt uel
        - Calidi de quibus c.10.11 & 12
        - Phlegmatica c.13
        - Dura c.14.& 15
      - Præfocatio de qua c.16.17.18.& 19.quo supra ordine.
      - Hæmorrhoides, & bothor, & morum de quibus c.20.21
      - Claui c.22
      - Caro addita, & nympha.23.24
      - Aqua, idest hydrops 25.26.27
      - Inflatio 28.29
      - Ventositas 30.31

- *Partes uẽtris inferioris patentes, & manifestę ita a nobis appellatæ eo, ꝙ licet bonamquoque partẽ nos lateant, & cõspectũ effugiant, tamen videntur, et cerni possunt magna ex parte, sũt*
  - *Anus, de cuius morbis agit tota Fen.17*
    - *Generatim explicans illorum curandorum difficultatem c.1*
    - *Singillatim, & sunt*
      - *Hæmorrhoides quarum*
        - *Naturam, & speties explicat c.2*
        - *Curã docet*
          - *Generalem c.3*
          - *Specialem nempe*
            - *Incisionem, seu adustionem c.4*
            - *Apertionem præsertim cęcarum, & prouocationem sanguinis c.5*
            - *Suffumigationẽ, et puluerizationẽ c.6*
            - *Embrocationem cum liquidis c. 7*
            - *Sedationem doloris c.8*
            - *Restrictionem cursus earum c.9*
            - *Cibationem, seu diætam c.10*
      - *Apostemata calida, & erysipela c.11*
      - *Ragadiæ, seu Rimæ, quas ostendit*
        - *Cur fiant c.12*
        - *Quomodo curentur 13*
        - *Quo pacto victus ratio administretur his, qui eas habeant c.14*
      - *Mollificatio 15.16*
      - *Egressio 17*
      - *Fistulæ de quibus proponit quomodo*
        - *Generentur c.18*
        - *Curentur c.19*
      - *Pruritus de quo antedicto ordine c.20 & 21*
      - *Vlcera de quibus c.22*
  - *Testiculi quorum nomine intelligit oẽs partes viriles ad generationẽ creatas a natura, de quibus agit Fen.XX. & in eis considerat*
    - *Naturam pro qua explicanda illorum tradit*
      - *Anatomen c.1*
      - *Complexiones, & eorum signa, ut*
        - *Calidæ c.4*
        - *Calidæ, & siccæ c.5*
        - *Calidæ, & humidæ c.6*
        - *Frigidæ, & humidæ 7*
        - *Frigidæ, & siccæ 8*
        - *Innaturalis c.9*
    - *Actiones, seu functiones, & munia, quæ sunt*
      - *Erectio de cuius*
        - *Causis disserit c.2.*
        - *Multitudine absque desiderio, quod est morbus, & dicitur priapismus, de cuius agit*
          - *Causis c.37.*
          - *Signis 38*
          - *Cura 39*
      - *Coitus de cuius*
        - *Iuuamentis c.10*
        - *Nocumentis c. 11*
        - *Horis c.12*
        - *Diminutione, quod est morbus, de cuius agit*
          - *Causis c.15*
          - *Signis 16*
          - *Curationibus, quæ explicantur*
            - *Generatim c.17*
            - *Singillatim*
              - *Medicinæ singulares ad coitum c.18*
              - *Inunctiones, & iniectiones c.19*
              - *Suppositoria c.20*
              - *Cibi*
                - *Puri c.21*
                - *Quibus est similitudo cum Medicinis c.22*
                - *Potus c.23.24*
        - *Multitudo desiderij, quod tum naturale, tum præter naturam, & morbus de cuius*
          - *Causis 25*
          - *Signis 26*
          - *Cura 27.*
        - *Regimine tum in eo*
          - *Quem lædit coitus c.35*
          - *Qui plurimo utitur coitu, & damno afficitur c.36*
    - *Excreta, q̃ sunt sperma ipsum, cuius tradit*
      - *Naturam, & causas c.3*
      - *Signa complexionis, quæ sunt communia cum ipsis membris de quibus supra.*
      - *Exsiccatiua*
        - *Frigida 28*
        - *Calida 29*
      - *Qualitatem generantis, & non generantis c. 13*
      - *Morbos, qui sunt, uel*
        - *Multitudo exuberationis de cuius*
          - *Causis c.30*
          - *Signis 31*
          - *Cura 32*
        - *Multitudo pollutionis c.33*
        - *Paucitas illius, & exitus filosus 34*
    - *Morbos, qui sunt præter iã dictos, & dicendos in partibus tũ*
      - *Communes toti corpori ut*
        - *Allachuot c.40*
        - *Aluminati 41*
        - *Hermaphroditus c.42*
      - *Proprij ipsorum de quibus Tract. 2. & sunt*
        - *Apostemata*
          - *Frigida c.3*
          - *Dura c.4*
        - *Magnitudo c.10.11*
        - *Eleuatio, & paruitas c.12.13*
        - *Corrugatio c.19*
    - *Partes ad illos attinentes, quæ sunt*
      - *Oseum de quo agit tract.2. & patitur morbos nempe*
        - *Varices, & duritiem c.14.15*
        - *Mollificationem c.16.17*
        - *Ramicem, & rupturam 18*
      - *Receptrix, quæ licet non sit pars eorũ, ꝓsertim in uiri corpore, quia tamen ad illam tendunt hæc omnia, & summa affinitas intercedit obiter etiam hic agit paucis, de eius*
        - *Constrictione c.47*
        - *Calefactione c.48*
      - *Virga de cuius disserit*
        - *Magnificantibus c.46. Tract. 1. Præmissa prius excusatione si de re turpi agat c.44. & de delectando vtrosque c.45*
        - *Morbis, de quibus agit Tract.2. & sunt*
          - *Arsatem, idest satyriasis c.5. & 6*
          - *Dolores, qui uel*
            - *Communes cum testiculis 7.8.9*
            - *Proprij uirgæ ipsius c.28*
          - *Vlcera tum*
            - *Exteriora c.20.21*
            - *Interiora 22*
          - *Pruritus c.24*
          - *Apostemata tum*
            - *Calida c.25*
            - *Frigida 26*
          - *Ragadiæ c.27*
          - *Verrucæ 29*
          - *Bothor 30*
          - *Incuruatio 31*

Oeconomia Libri Tertij.




Oeconomia Libri Quarti.



Tab. A. in qua cõtinentur.

- Crisis, q̃ licet non sit ꝓprie morbus, quia tamẽ sequitur morbos, per morbos fit interdum, & uim habet morbi, quia morbus ĩ ea increscit, ideo inter morbos collocata, de qua proponit c.1 se dicturum tota Fen 2. et eius tradit
  - Naturã Tra.1.tũ
    - Generatim ostendens
      - Quid sit c.2
      - Quibus signis prænoscatur c.3.& 92. 94
      - Causas, & signa effectuum, qui illam consequuntur, & sunt quasi comites, ac pedissequæ illius, ut
        - Longitudinis morbi c.93
        - Recidiuæ 95.96
        - Mortis 97. 98. ubi de horis etiam 9[illegible]
        - Conualescentiæ cuius enumerat
          - Dispositiones c.100
          - Regimen 101
          - Cibationem 102
      - Motus ægritudinum c.103
    - Singillatim signa docens omnium motuum illius, seu specierum, quæ distinguuntur, uel ratione
      - Loci cum scilicet materia mouetur ad
        - Superiora de quo c.4.5.6
        - Inferiora cum materia declinat ad
          - Membra urinæ c.8
          - Viam egestionis c.9
          - Viam matricis c.10
          - Apertionẽ uenarũ ani 11
        - Exteriora, ut ad cutim per sudorem 7
      - Permutationis, quæ fit ad
        - Inferiora 13
        - Superiora 14
        - Aegritudinem aliam, ut
          - Chronicam c.15
          - Exiturã 16.17
          - Spasmum 18
          - Rigorem 19
      - Qualitatis, ex qua dicitur illa tum
        - Bona, de cuius signis c.20.& 25
        - Mala, de cuius signis 21.22.26.27
      - Membrorum, ut ex
        - Facie, & forma, & colore c.28
        - Capitis dolore 29
        - Stomacho 30
        - Membris anhelitus 31
        - Membris sensuum, qui sunt
          - Oculus c.33.34
          - Nasus c.35
          - Auris 36
          - Lingua, & os 38. & ex radice eius 39
          - Manus ex eius
            - Actione c.50
            - Pulsu 72
        - Dentibus 37
        - Venis 40. & 62
        - Cute 43
        - Ventre, & partibus hypochondriorum c.44
        - Ano 45
        - Virga, ac testiculis 46
        - Matricibus 47
        - Extrẽmitatibus 48
        - Totius corporis
          - Mollificatione, & resupino decubitu 41
          - Forma iacendi 42
      - Excrementorum, ut / Rerum nõ naturaliũ ut somni, & uigiliæ 49
        - Sudoris de quo c.7
        - Quędam affert, sed de eo mox pluribus agit docens
          - Indicia sudoris c 65
          - Causas multitudinis sudoris c.66
            - Membrorum 67
            - Dispositionum 68
          - Diuersitatem in sudando tum
          - Dies in quibus multus fit, & minor 69
          - Modos significationũ 70
          - Signa 71
        - Sanguinis fluxum e naribus 73.& 74
        - Sternutationis 75
        - Egestionis 76.77
        - Vomitus 78.79
        - Vrinę, de qua pluribus disputat, & ponis illius
          - Indicia c.80
          - Signa sumpta tum ex
            - Quantitate 81
            - Tenuitate 82
            - Grossitudine, & cõturbatione 83
            - Colore tum Sedimine 88
              - Albo 84
              - Nigro 85
              - Rubro 86
              - Flauo 87
              - Oleagino 89
            - Qualitate separationis 90
            - Congerie malorum signorum 91
      - Symptomatũ, ut sunt
        - Dolores c.51
        - Vox, loquela, & silentium 52
        - Ratio alienata 53
        - Motus, siue inquietudo 54
        - Timor mortis 55
        - Saltus, & halices 56
        - Somnia 57
        - Appetitus destructio
          - Icteritia 59
          - Apostemata 60
          - Pustulæ 61
          - Rigor 62
          - Sudor
          - Fluxus, & alia de quibus supra.
  - Tẽpora de quib. agit Tr.2.& sũt uel
    - Uniuersalia, ut principium morbi, & c. de quo agit c.1
    - Particularia, ut dies, qui sunt uel
      - Critici de quorum
        - Causis c.2
        - Proportione, & comparationem ad inuicem, & morbos 3.& 11
        - Speciebus, quæ sunt
          - Critici inordine
          - Superiore c.4
          - Medij c.5.6.& 7
          - Indicationis c.9
      - Non critici, quos enumerat c.7
- Apostemata, de quibus agit Fen 3 & illorũ recenset
  - Vniuersi species, & causas tr.1.c.1
  - Singillatim, & sunt
    - Phlegmones, cuius persequitur
      - Naturam, & causas, ac signa c.2
      - Curam c.3
    - Erysipela de qua, ut supra c.4
    - Formica c.6.7
    - Miliaris Herpes 8
    - Pruna, & ignis persicus 9.& 10
    - Vesicæ, & inflationes, seu phlyctenæ c.11.& 12
    - Essere seu epinyctis 13.& 14
    - Corrosio, & corruptio siue sit cancrena, siue ascachilos, & sphacelus c.15.16
    - Alihotum, idest phygetlon, & phyma, & bubo 17.18
    - Apostemata in glandulis 19
    - Exituræ calidæ, idest abscessus de quibus
      - Generatim docet
        - Quid sint c.20
        - Signa maturationis 22
        - Indicia saniei 23
      - Secũdum species, quæ sunt
        - Intrinseca cuius ponit
          - Signa c.24
          - Maturationem 25
          - Propinquitatem eruptionis 26
          - Regimen c.32
        - Apparens seu extrinseca, cuius docet
          - Curationem c.27
          - Regimen maturationis, & ad faciendum pus 28
          - Regimen quando iam sunt maturæ c.29
          - Erumpentia c.30.& 31
    - Aldemehel, e furunculi c.32.& 33
    - Mori c.34
    - Apostemata frigida de quib. disserit Tract. 2.& recenset
      - Species generatim, & breui c.1
      - Nominatim in reliquis, quæ sunt
        - Vndimia, quod est apostema molle, cuius docet
          - Naturam c.2
          - Curam c.3.
        - Nodi, siue atheratomata; & steatomata, ut supra c.4.5
        - Glandulæ, idest ganglij 6
        - Pustulæ glandulosæ 7
        - Fugille 8
        - Schrophulæ 9.10
        - Scirrhi 11.12
        - Durities iuncturarum 13
        - Almesmar, c.1.laui 14
        - Cancer, qui
          - Definitur c.15
          - Curatur 16
          - Regitur 17
          - Resoluitur per localem medicinas 18
        - Apostemata uentosa, & inflatio lacertorum 19.20
        - Vena medeni, idest dracunculus c.21.22
    - Lepra, seu elephantia de qua disputat Tract.3.& ita illam explicat, ut doceat
      - Eius naturam, & causas c.1
      - Signa c.2
      - Curam c. 3. ubi eam distribuit in uarios modos
        - Medicinarum conferentium compositarum
        - Confectionum
        - Adustionis
        - Linimenti
        - Epithematis

Oeconomia Libri Quarti.



Tab. B. in qua sunt


- Solutio continui de qua agit Fen 4. & de ea tradit
  - Generatim Tract. 1. c. 1
  - Speciatim singulas recẽsens, quæ sunt
    - Vulnera de quibus tr. 1. & eorum explicat
      - Natura ex ratione membri in quod cadunt c 2
      - Curam
        - Vniuersalem c. 3
        - Singularem, ut sunt
          - Incarnantes medicinæ de quarum
            - Proprietate c 14
            - Vsu c.9
            - Tempore, & modo utendi c.1
          - Perforatio, cum oportet, ut discooperiantur c.5
          - Regimen habentium uulnerum apostema, & dolores c.6
          - Regimen in uulneribus uiscerum interius c.7
          - Qualitas ligandi ea c.8
    - Læsio de qua tra. 2. &
      - Generatim illius recenset species c.1
      - Nominatim singulas prosequitur, & sunt
        - Eorum quæ fiunt in capite c 12
        - Cõtusio, & attritio quas docet
          - Quando accidant c.2
          - Quomodo curentur c.3
        - Casus c.4. & 5
        - Offensio super uentrem, & uiscera c. 6
        - Vapulatio cum flagellis c.7
        - Torsio 8
        - Excoriatio 9
        - Punctura, & disrupti o, &c e 10.
        - Vbi ponit medicinas attrahentes pungentia c.11
        - Combustio, quæ uel
          - Ignis cuius tradit
            - Canonem curationis c.1.
            - Medicinas secundum
              - Intentionem primã c.13
              - Intentionem secundam c.14
          - Aquæ calidæ c.15
        - Sanguinis fluxus cuius explicat
          - Causas 16
          - Canonem curationem 17
          - Medicinas retinentes 18
    - Vlcera de quibus agit Tr. 3. & eorum docet
      - Generationem, & causas c 1
      - Canonem curationis uniuersim c.2
      - Curationem secũdum species, ut
        - Virulentorum 3
        - Sordidorum 4
        - Profundorum, & cauernarum 5
        - Quibus accidunt tumen
        - Corrodentium c.8
          - Vermium generatio c.6
          - Nascentia carnis 7
        - Putridorum, & malorum 9
        - Difficilis consolidationis, & in ultimo malitiæ c.10
        - Fistularum, & coriorum, quæ non conglutinantur c.11
        - Carnis additę super vulnera c.12
    - Neruorum, & ossium solutio, de quib. disserit Tr. 4. & docet
      - Neruorum
        - Vulnera, siue ulcera
          - Vnde fiant c.1
          - Quo canone curationis sanentur c.2
          - Quibus medicinis curentur 3
        - Apostema accidentia c. 4
        - Attritionem, & torsionem c 5
        - Corruptionem c.6
        - Duritiem, & torsionem 7
      - Ossium
        - Morbos generatim c 8
        - Nominatim
          - Ventositatem spinę c 9
          - Corruptionem cuius ponit
            - Signa c. 10
            - Curationem 11
            - Modum serrandi 12
          - Fracturam, in qua tantum agit de
            - Frustis euellendis c.13
            - Medicinis aptis c 14
- Dislocatio, & fractura ossium de quibus agit coniunctim Fen quinta, sed ita tamẽ ut doceat
  - Primo de dislocatione
    - Quid sit c.1
    - Signa c.2
    - Species, quæ distinguuntur uel ratione
      - Modi, qui sunt uel
        - Declinatio de cuius
          - Signis c.3
          - Cura c.4
        - Additio longitudinis iuncturæ de cuius
          - Signis c.4
          - Curatione 6
      - Membrorum quibus accidit, ut
        - Furcula c.8
        - Humeri 9
        - Adiutorij 10. & de cura 11
        - Spatulę 12
        - Ossis parui apud Humerum 13.14
        - Cubiti 15.16
        - Iuncturæ rasetæ 17
        - Digitorum 18.19
        - Spondylium 0.21
        - All'hosos, idest iuncturæ ossis caudę 23
        - Anchæ 24.25.26. ut supra.
        - Genu 27. & 28
        - Arefatu, idest Rotulæ Genu.29
        - Iuncturæ Tali c.30
        - Ossis pedis 31
  - Secundo de fractura de qua agit
    - Vniuersim Tract. 1
      - Quid sit c.1
      - De radice restaurationis eius 2
      - Quæ restauratori animaduertenda 3
      - Quomodo præparandum membrum 4
      - De qualitate ligamentorum, & stellarum c.5
      - De modo, & cautela ligandi c.6
      - Quales esse debeant hastellæ c.7
      - Quando, & quomodo administrandæ 8
      - Quid agendum si
        - Cum uulnere sit coniuncta cap 9
        - Male restaurata 10
      - De Epithematibus species quorum
        - Enumerat c.11
        - Explicat ut
          - Rectificantia pruritum c.12
          - Indurantia, Alrosbot. c.13
      - De medicinis lenientibus duritiem iuncturę c.15.16
      - De administratione aquæ calidæ, & olei 17
      - Cibatione restaurati 18
      - Quomodo subueniendum accidentibus illam consequentibus c.19
    - Secundum species Trac. 3. ubi eas distinguit ratione membrorũ ut
      - Cranei c.1.
      - Mandibulæ c.2
      - Nasi 3
      - Furculæ 4
      - Spatulę 5
      - Cassi 6
      - Costarum 7
      - Spondylium 8
      - Adiutorij 9
      - Brachij 0
      - Rasetæ 11
      - Ossium digitorum 12
      - Ossis lati, & anchæ 13
      - Coxę 14
      - Rotulæ poplitis 15
      - Cruris 16
      - Calcanei 17
      - Tali 18
      - Digiti pedis 19

Tab. C.

Venena de quibus agit Fen 6.

- Vniuersim tract. 1. docens
  - Cauendi rationem c. 1
  - Species illorum c. 2.
  - Signa c. 3
  - Canonem curationis c. 4
  - Medicinas communes ad uenena c. 5
- Nominatim de sĩgulis generibus ĩ reliquis, quæ sunt uenena
  - Congelatorum ex mineris, & alijs numero vndecim de quibus summa prima, ut ex
    - Lapide armeno c. 1
    - Argento uiuo 2
    - Lithargyrio, & limatura plumbi c 3
    - Potatione cerusæ 4
    - Gypso 5
    - Vzifur, & Almagra de minera 6
    - Alzimar, idest ærugine 7
    - Limatura ferri, & scoria eius 8
    - Calce, & arsenico 9
    - Aqua saponis, & Draganthi, & aluminis 10
    - Potu aquæ frigidæ in ieiunio 11
  - Ex plantis, quæ sunt uel
    - Absolute uenena, & calida de quibus summa secunda, ut ex
      - Napello c. 1.
      - Cornu spicæ 2
      - Murchion 3
      - Euphorbio 4
      - Lacte tithymalorum 5
      - Scammonea 6
      - Almezerion, & chamelea 7
      - Oleandro 8
      - Anacardis 9
      - Alchebichengi 10
      - Staphisagria 11
      - Ruta agresti 12
      - Thesisie 13
      - Algilbehenech 14
      - Adende Asini 15
      - Condisi elleboro albo ciclam. succo cucum. asinini speciebus nigellæ malæ, agarico nigro 16
      - Elleboro nigro 17
      - Amoras danich 18
      - Aldediu 19
      - Kesbu alcherna 20
      - Castoreo 21
      - Squilla agresti 22
      - Strangulatore Adib, & Leopardi 23
      - Aredaroth 24
      - Cortice rizi 25
      - Semine urticæ 26
      - Turbith malo 27
      - Hebardion 28
      - Tuson 29
      - Medulla fructuum rancida 30
      - Vino puro in ieiunio 31
      - Melle malo 32
      - Aldibich 33
    - medicinæ venenosæ & frigidæ de quibus sũma 3. & sunt
      - Opium c. 1
      - Nux methel 2
      - Radix mandragoræ 3
      - Darsion 4
      - Hyusquiamus
        - albus 5
        - niger 6
      - Vua Vulpis 7
      - Coriander humidus 8
      - Psyllium 9
      - Fungi, & tuber culi mali. 10
      - Sagittæ armenæ 11
  - Ex animalibus, quæ lædunt, uel
    - Bibita, et comesta de quib. Tract. 2 & hæc uel ex
      - Substantia tum
        - Tota id est carne & corpore, ut
          - Cantharides c. 3
          - Lepus marinus 4
          - Stellio, & Alharbe 5
          - Lacerti 6.
          - Salamandra 7
          - Ranę tum
            - Lacunales 8
            - Citrinæ 9
        - In parte, ut aliquo membro ceu
          - Felle
            - Viperę 12
            - Leopardi 13
            - Canis aquatici 14
          - Cauda ut
            - Ceruic. 15
        - Humiditate aliqua, ut
          - Sanguine tauri recenti 16
          - Sudore animalium 17
          - Ouis Alharbe 18
          - Lacte corrupto 19
      - Accidente, ut fit ĩ
        - Piscibus frigidis c. 10
        - Assaturis suffocatis, & carne corrupta 11
        - Sanguine congelato c. 20
        - Lacte coagulato 21
    - Morsu, qui duplex, uel
      - Venenosorum de quib. tr. 3 & docet
        - Vniuersim
          - Regimen de morsi c. 1.
          - Potiones bibendas 2
          - Epithemata imponēda tū ad
            - Morsionem c. 3
            - Cautelam 4
          - Effugationem
            - Venenosorum
              - Generatim omnium c. 5. & 6
              - Singillatim
                - Serpentum 9.
                - Scorpionū 10
            - Obiter non uenenosorum, sed molestorum, ut
              - Pulicum 11.
              - Culicum, & cimicum 12
              - Mustellæ, & muris 13. 14
              - Formicarum 15
              - Muscarum 16
              - Vesparum 17
              - Scarabæorum 18
              - Alarathari 19
              - Tineæ 20
          - Cautelam c. 7
          - Destructionē obiter rapaciū 8
        - Secundum species, quę sunt, uel
          - Serpentum uere uenenosorum de quib.
            - Generatim c. 21
            - Singillatim de
              - Basilisco 22
              - Harmene 23
              - Hirundine 24
              - Asside sicca, & surda 25
              - Spuente Asylo 26
              - Cornuta 27. 28
              - Andrius 29. 30
              - Hydra 31
          - Viperarū quarum
            - Generatim docet
              - Qualitatem 32
              - Canonem curationis 33
              - Potiones ad earum morsum 34
              - Emplastra de foris 35
            - Nominatim recēses singulas, ut
              - Serpentes, qui egredi faciunt sanguinem ex poris omnibus c 36. 37
              - Facientem sitim 38. 39
              - Cafezati, & alteræchati 40
              - Salientem ad duas partes 41
              - Ilicinum, & Durison 42. 43
              - Miliares 44
              - Sciscerati 45
              - Aspidem 46
              - Serpentem tuscalem 47
              - Famusum 48
              - Amiudurus, & cambarus 49. 50
              - Selser serpentem putrefacientem 51. 52
          - Serpētū magni corporis, qui morsu magis nocēt, & uulnere, quam ueneno, ut
            - Draconis
              - Terrestris 53
              - Marini 55
            - Albedissimō persin 54
            - Harem carmen 56
            - Hauden 57
      - Nō venenosorum oino de quib. Tr. 4. & generatim c. 1. & 2. mox singillatim
        - Hominis cap. 3
        - quadrupedū, ut
          - Canis, et similiū, qui uel
            - Sine rabie c. 4
            - Rabiosi, & hic narrat
              - quæ fiūt rabiosa pter hæc c. 6
              - dispositiones de morsi a cane rabido c. 7
              - discrimē inter rabidū, & nō rabidum c. 8
              - Curā 9.
          - Leopardi 10
          - Crocodili 11
          - Simij 12
          - Catti 13
          - Mustellæ 14
          - Mugali, & Aluale 15
    - Punctura, quæ est uenenosorum paruorū de quib. agit tra. 5. &
      - Proponit se dicturum de illis c. 1.
      - Persequitur singillatim species omnes, ut
        - Scorpionis siluestris
          - Species c. 2
          - Symptomata, puncturas, & curam 3
        - Aranearum scieben, & Rutelarum de quibus disserit
          - Coniunctim c. 5
          - Distincte de
            - Rutelis 6. 7
            - Sciebi 8
            - Aranea 9
        - Duorū animaliū, quæ dixerūt quidā sapiētes 10
        - Tuarse 11
        - Pediculi uulturis 12
        - Altamulæ, & porci luti 13
        - Vespę 14. 15
        - Apum 16
        - Formicę uolantis 17
        - Stellionis, & lacertæ 18
        - Animantis habentis 44 pedes 19
        - Salamandræ 20. 21
        - Sacula fadurin 22
        - Scorpionis marini 23
        - Araneę marinæ 24
        - Ranæ marinæ rubeæ 25
        - Reptilium marinorum uenenosorum 26

Oeconomia Libri Quarti Can. Auicennæ.



Oeconomia Libri Quinti Can. Auicennæ.

Expedita Medicinæ totius tũ Theoricę, tum Tracticæ doctrina, ne q̃d ad perficiendũ Medicum desideraretur, quinto Libro Antidotarium conscribit, quod cõplectitur cõpositas Medicinas, de quibus

- *Generatim agit tr. scientiali earum docens*
  - *Necessitatem.*
  - *Qualitatem compositionis*
- *Separatim enumerans*
  - *Singulas illarum species summa prima, docẽs quo modo conficiantur, & quas vires habeant*
    - *Theriacæ, & confectiones magnæ tr. 1.*
    - *Hieræ tr. 2.*
    - *Electuaria solutiua, & non solutiua tr. 3.*
    - *Suffufet, & Alchamaia, & muret infantium tr. 4.*
    - *Allochocat, idest quę lambuntur tr. 5.*
    - *Syrupi, & robub Tract. 6.*
    - *Condita, & Alragibet. tr. 7.*
    - *Trochisci Tract. 8.*
    - *Decoctiones siue apozemata* / *Pilulæ* — *tract. 9.*
    - *Olea tr. 10.*
    - *Vnguenta* / *Emplastra* — *Tract. 11.*
  - *Iuuamenta accommodata singulis membris Tract. xij.*
  - *Aegritudines quibus parari remedia ex hac silua poßunt summa 2. & tradens, quæ cõferant in morbis*
    - *Capitis ad effectus*
      - *Cerebri Tract. 1.*
      - *Oculorum Tract. 2.*
      - *Auris Tract. 3.*
      - *Dentium Tract. 4.*
      - *Oris, & gutturis, & ventris superioris Tract. 5.*
    - *Ventris inferioris ad affectus* — *Tract. 6.*
      - *Stomachi*
      - *Intestinorum*
      - *Renum*
      - *Vesicæ*
    - *Iuncturarum ad* — *Tract. 7.*
      - *Dolores*
      - *Podagram*
      - *Venam sciaticam.*
    - *Decorationis ad*
      - *Alopeciam Tract. 8.*
- *Postremo ne quid omnino desit ad absolutionem, addit breuem quoque descriptionem ponderum, & mensurarum Tract. 8.*



AVICENNAE ARABVM MEDICORVM PRINCIPIS CANON MEDICINAE

EX GERARDI CREMONENSIS VERSIONE ET ANDREAE ALPAGI BELLVNENSIS CASTIGATIONE,

A IOANNE COSTAEO ET IOANNE PAVLO MONGIO, ANNOTATIONIBVS.

IAM PRIDEM ILLVSTRATVS.

Nunc vero ab eodem COSTAEO recognitus, & nouis alicubi obseruationibus adauctus.

Quibus principem Philosophorum ac Medicorum consensus dissensusque indicantur.

AVICENNAE PRAEFATIO.

Vide Disquisitionum Physiologicarum Ioannes Costei capitulum primum in Auicénæ prefationem. pag. 1. usque ad sextam.



N PRIMIS Deo gratias agamus, sicut sui ordinis celsitudo, & beneficij ipsius multitudo meretur: cuius misericordię super omnes prophetas existunt. Et post dicam, quòd quidam de melioribus amicis, quos habere videor: cui in omnibus, pro quibus me deprecatus fuerit, satisfacere debeo de re, quam possum, me rogauit; vt ei librum de medicina faciam, eius regulas vniuersales, & particulares comprehendentem; vt explanatio cum breuitate in eo coniungatur: & secundum plurimum afferam, quantum est afferendum de declaratione, in verbis paucis. quod equidem concessi. Et mihi placuit, vt in primis loquerer de rebus communibus, & vniuersalibus vtriusque partis medicinæ; theoricæ videlicet, & practicæ. Postea vero loquar de vniuersalibus iudiciorũ virtutum medicinarum simplicium. & post hec de particularibus eorundem. Deinde loquar de ægritudinibus, quæ in vnoquoque contingunt membro, prius tamen incipiam ab anatomia illius membri, & eius iuuamento: de anatomia enim simplicium membrorum, & similiter iuuamentis, in libro primo uniuersali iam tunc locutus ero. Quum autem membri anatomiam consumauero, in quampluribus locis demonstrare incipiam, quomodo eius conseruetur sanitas. Deinde sermone absoluto, ostendam eius ægritudines vniuersales, & causas, & semitas cognoscendi eas: & vias eas medicandi in sermone etiam vniuersali. Postquam autem has res vniuersales expleuero; ad ægritudines redibo particulares: & in quampluribus earum etiam demonstrabo in primis iudicium vniuersale in eius definitione, & ipsius causis, & significationibus: deinde ad iudicia reuertar particularia. Post ostendã regulam vniuersalem in medicando. Deinde descendam ad medicandum particulariter cum vnaquaque medicina simplici, aut composita. Ad illud autem, quod prius dicam de iuuamentis medicinarũ simplicium in ęgritudinibus, in libro medicinarum simplicium in tabulis pictis: quas bonum est fieri: sicut in disciplinæ modo aspicies, quum ad ipsum peruenies; non reuertar ad dicendum nisi modicam rem. De medicinarum quoque compositarum, quæ mihi videbuntur in antidotario melius ponendæ, iuuamentis, & quomodo misceantur; vsque ibi loqui dimittam. Placet autem mihi, vt postquam hunc librum consumauero: alium librum cõponam de reb. particularibus,[a] [in quo sit proprietas nominandi ęgritudines: quę quũ accidunt, nõ sunt vni eidem membro proprię:]

a A. quæ propriè nominatur ægritudines nõ appropriatę uni soli membro.

in quo etiam de pulchritudine loquemur: &, in hoc libro eo calle procedam, quo in libro particulari, qui est ante ipsum processi. Quòd si mihi deus auxiliatus fuerit, & hunc consumauero librum; addam postea in vno libro antidotarium. Non est autem bonum, vt huius libri plurimum non sit apud vnumquemque. & in eius memoria, qui huius doctrinæ nomine vocari, & per eam lucrari desiderat: minus nanque [a] [qu od] medico necessarium est: comprehendit: quod vero super ipsum additum est: incomprehensibile est. Quòd si deus meum prolongauerit terminum: & secunda successerit fortuna. [b] [me ad alia præparabo]. Nunc autem hunc componam librum: quem in quinque sic diuidam libros.

a B. quàm.

b B. me ad illud præparabo præparatione secunda.

De

Capitula

Omnia igitur capitula huius libri sunt ducentum sexagintatria.





LIBER PRIMVS
FEN PRIMA, DOCTR. PRIMA.

DE DEFINITIONE MEDICINAE.

Vide Disquisitiones Physiologicas Costęi pagina sexta, vsq; ad 22.



ICO[1], quòd medicina est scientia, qua humani corporis dispositiones noscuntur, ex parte, qua sanatur, vel ab ea remouetur; vt habita sanitas conseruetur, & amissa recuperetur. [2] Potest autem aliquis dicere, quòd medicina diuiditur in theoricam, & practicam: sed tu totam ipsam posuisti theoricam, quum dixisti, quòd est scientia. [a] Nos autem respondebimus tunc, & dicemus, quòd artium quædam est, quæ est theorica, & practica; & de philosophia, quòd est theorica & practica: & de medicina dicitur, quòd est theorica, & practica. In vnaquaque autem harum diuisionum aliud volumus dicere, cum dicimus theoricam, & aliud, cum dicimus practicam: non tamen nobis necesse est declarare diuersitatē, quæ inter eas existit, nisi in medicina. Quum ergo de medicina dixerimus, quòd eius est theorica, & ex ea est practica; non est existimandum, quòd velimus dicere, quòd vna diuisionum medicinæ est scire, & altera operari; quemadmodum multi hunc locum perscrutantes existimant, sed debes scire, quòd illud, quod volumus, est aliud, & quòd nullà duarum diuisionū medicinæ est nisi scientia: sed vna earum est ad sciendum principia, & altera ad sciendum operandi qualitatem. post verò, primam earum nomine scientiæ, aut theoricæ appropriauimus: & alteram appropriauimus nomine practicæ. Per theoricam uerò ipsius volumus, quòd, quando eam sciuerimus, scientiam tantum acquiremus; [b] [ita, quòd in declaratione qualitatis operationis nos non immittemus:] [3] sicut dicitur in medicina, quòd genera febrium sunt tria, & complexiones sunt nouem. Et per practicam ipsius volumus, non opera ionem in effectu, neque laborem motionum corporearum: sed diuisionem [c] [operationis] medicinæ, quæ, cum eam sciuerimus, auxiliabitur nobis ad inquirendum scientiam, vel sententiam: [d] [& ipsa scientia erit in qualitate operationis.] sicut dicitur in medicina, quòd apostematibus calidis adhibenda sunt in principio quę repellant & infrigident, & inspissent, & postea repellentia cum [e] [resoluentibus temperabimus, & post statum postea in declinatione sufficient mollificantia resoluentia,] pręterquam in apostematibus, quæ sunt de materijs, quas membra expellunt principalia. Hæc igitur doctrina in sententia tibi auxiliatur: & hæc sentētia est declaratio qualitatis operationis. quūque duarum diuisionum qualitatem scieris, iam scientiam scientialem, & scientiā operatiuam adeptus eris, & si nunquam operatus fueris. [4] Neque etiā aliquis dicere potest, quòd dispositiones corporis humani sunt tres, ægritudo, sanitas, & dispositio, quæ non est sanitas, neque ęgritudo; cum tibi duæ suffecerint: possibile nanq; est, vt, quum huiusmodi doctor bene considerauit, non inueniat vnam duarum rerum [f] [affirmantem hanc trinitatem, neque negantem.] Amplius, si hæc trinitas necessaria fuerit, quod diximus tibi remoueri à sanitate, colliget infirmitatem, & dispositionē tertiā: [g] [quā non habere sanitatis definitionem posuerunt:] quæ est habitus, aut dispositio, ex qua operationes subiecti ipsius sanæ proueniūt. Neq; [h] † [ ] huius definitionis oppositum: nisi sanitatē definierit, quemadmodum desiderauerit: & posuerit in ea conditionem, qua non indiget. Pręterea cum medicis in hoc non litigemus, neque enim sum, qui cum eis in huiusmodi disputare debeam, neque litigium hoc eis neque illis qui contra eós sunt, in medicina auxiliabitur huius enim rei çertitudo alterius doctrinæ principijs pertinet.

a Mantinus ita uertit. Nos verò sic dicēti respōdebimus, ac dicemus; quòd queādmodum quidem in artibus dicitur esse aliud quidpiam theoricū, aliud verò practicū: itidem in philosophia esse aliud theoricum aliud practicū. sic in medicina quoque dicatur esse quiddam eius theoricum, quidā verò practicum.

b BEL. Absq; hoc quòd dirigat ad declarādū qualitatem operādi, seu operationis.

c B. Scientiæ.

d B. a qua quidem sciētia vel sententia depēdet qualitas, seu modus operandi.

e B. mollif[...] tibus permi[...] bimus: de[...] post statum declination[...] rimus cont[...] mollificanti[...] resolutiuis.

f B. esse nec[...] rio: videlicet que hanc tri[...] tatem esse, n[...] quòd eam di[...] ferimus.

g B. quam [...] posuit: cui q[...] dem dis[...]ositi[...] ni tertiæ nō [...] uenit diffini[...] sanitatis. Alia litera, cui quidem [...] spositioni [...] tiæ neq; di[...] tionē sanita[...] quę est habi[...] aut disposit[...] ex qua dispo[...] tiones subie[...] ipsius sanæ p[...] ueniunt, neq[...] oppositū illi[...] diffinitionis [...] uenire posu[...] runt.

h † B. afferit e[...] lege, afferet e[...] ex Mant.

ANNOTATIONES.

1 *DICO quòd medicina &c. Medicinam definit Hippocr. lib. de arte, esse morbos ab ægris in totum tollere, & morborum vehementes impetus obtundere, & eorum, qui a morbis victi sunt, curationem non aggredi; quum id in confesso sit, quòd medicina tales sanare non possit. Idem lib. de flatibus, medicinam esse ait adiectionem, & detractionē.* Cap. 6. *Sed harum, prior ratio in lib. introduct. non probatur, probatur autem posterior, & ibidem, & 11. meth. Herophilus scientiam esse dixit salubrium, insalubrium, & neutrorum,* Cap. 12.

vt

Cap. 2. Cap. 1. Cap. 1. Cap. 1. *vt habetur lib. art. med. quæ definitio & à Gal. non admittitur, quòd scientiam habet loco generis; & ab Auer. improbatur. 1. coll. quòd per hanc medicina à naturali philosophia non differat. Hic aliter initio Cantic. & aliter Auer. 1. coll. definit. at ratio 6. coll. assignata exactissima a quibusdam creditur, quum ait artem operatiuam esse inuentam experimento, & ratione; conseruantem sanitatem; & remouentem ægritudinem. Aliæ afferri solent definitiones, & in finit. med. & in introduct. & alibi. Verũ, ex his omnibus, quæ ab* Cap. 2. *Hipp. sumuntur, curatrici & conseruatrici conueniunt, cæteræ totius quidem sunt medicinæ; commendanda tamen præsertim, quam hoc loco habemus. quum hæc, propinquo genere posito [scientia] proprias differentias subdat, per quas à cæteris scientijs differt [qua humani corporis &c.] & subiectum vtrunque complectatur, & id de quo in medicina agitur, quod materiale appellant, nempe [humani corporis dispositiones] & rationem considerandi, quod subiectum formale vocant, [ex parte qua sanatur &c.] Cæterùm in hoc controuersia est, quòd hic author medicinam in scientiarum genere reponit. Galenus artem existimat lib. de cõst. ar. neq; sciẽtiam dici concedit, lib. ar. med. quod et author introductorij. Auer. verò 1. coll. & 6. & 1. de anima, & in disput. natural. in genere artium prorsus constituit, quamuis initio cantic. partem theoricam naturalis philosophiæ partem, & scientiam: practicam verò esse artem voluerit. Quũ medicina naturali philosophiæ subijciatur, quod innuit Aristoteles initio lib. de sens. & sens. & Auic. libel. de scientiarum diuisione plane confirmat; arridet nobis Herophili, & authoris placitum, vt in scientiarũ genere collocetur. non pro theorica tantum parte, vt Auer. verùm & pro practica; quum hæc non minus à naturali philosophia principia desumat, quàm theorica; & non alio à theorica differat, nisi quòd minus vniuersalia proponat; & ad singularia, circa quæ actiones fiunt, propius accedat, quàm illa. id quod non in hac dumtaxat, sed in omni prorsus scientia est, vt hic doctissimè notauit, per practicum non (quod vulgò putant) operationem, quæ & scientia & arte longè est inferior, sed rationalem habitum intelligens, in mente ipsa situm: hoc enim de scientiæ, & artis, & cæterorum rationalium habituum natura est: quod & Gal. de Aristonis sententia sentire visus est. 7. de decr. Hipp. & Pl. Neque verò id obijciatur, quòd medicina, quia actionis est gratia, propterea tota practica dici debeat. Nanque, non ob id solùm practicus dicendus est habitus quispiam, quòd actionis sit gratia, quum hoc pacto mathematicas, quæ actionis exercitationisuè gratia sunt, immo quæ in docendo corporis actione vtuntur, dum triangulum formant, dum lineam protrahunt, a scientijs excludi oporteret. Sed practica scientia illa dicitur, quæ agendum esse hoc, aut illud proponit, vt hic libel. supra citato de diuis. scientiarum docuit, & hoc loco explicauit inflammationum calidarum exemplo, in quibus præcipitur repellendum esse à principio. At huiuscemodi, tota medicina non est, quum magna ex parte in speculando duntaxat versetur, dum de natura corporum, de signis, de causis agit: neque agendum aut desistendum esse semper proponat. Neque illud dicendum est, eandem esse scientiam quã speculatiua est, artem quę practica, & contra; quum moralis philosophia speculatiua non sit, quę tamen inter scientias ab Aristotele agnoscitur. Quãobrem constitutum illud sit (si placet) medicinam, dum in intellectu solùm esse obtinet, scientiam esse perpetuò; theoricam ubi vniuersaliora perquirit, & nihil de agendo deliberat: practicam verò, vbi minus vniuersalia tractat, & agendum esse aliquid docet. At vbi circa singulare corpus iam agit, inflammatamq; particulam rosaceo perfundit; tunc neque artem rectè aliquis vocarit, quando nulla ars aut scientia singularia considerat: neque etiam practicam eo modo, quo practicam vocat Auicennaas. arte.n. multo est inferior.*

Cap. 3. Cap. 2. Cap. 1. Cap. 1. comm. 17. sol. dub. 1. Cap. 1. Cap. 2.

2 *Potest autem aliquis dicere &c. Diuisio hæc medicinæ in practicam, & theoricam repetitur hoc eodem lib. Fen 3. & initio Cantic. & probatur ab Auer. 1. coll. & loco in Cantic. citato. Gal. tamen lib. de const. ar. refectricem eam esse censet, non practicam. Cæterum ex ijs, quæ iam dicta sunt; non iniuria medicinam, & theoricam, & practicam nuncupari apparet. Quòd si etiam factricem libeat appellare; hæc ea erit, quæ circa particularia agit, dum facimus medicinã: neque habitus erit rationalis, sed longè inferior.* Cap. 1. Cap. 1. Cap. 3.

3 *Sicut dicitur in medicina, &c. Mantinus aliter vertit. [Vt quum dicitur in medicina calidis abscessibus initio te debere id quod repellit, & refrigerat, & particulas membri condensat, apponere: deinceps repellentia mollientibus admiscere: tùm tempore quo ægritudo consistit, solis mollientibus contentum esse oportere. denique transacto ægritudinis vigore vsque ad inclinationem, mollientia, quæ dissoluant satis esse &c.] Iuxta quam versionem, si mollientium nomine resoluentia intelligit, vt sanè intelligendum esse videtur, & antiqua versio innuit: in statu solis resoluentibus vtendum esse ait. quod etiam Fen 4. huius libri, et 3. quarti asserere visus est. Huius tamen contrarium scribitur Fen 4. & 6. de comp. med. per loc. nempe repellentia in statu resoluentibus admiscenda. Verùm, quod ad hoc pertinet: quum morborum status latitudinem habeat, & in quatuor etiam ipse tempora secetur, initium, augmentum, vigorem, & inclinationem: quum status initium augmenti naturam sapiat; nihil obstat, quin tunc temporis; & in ipso quoque augmento repellentia resoluentibus permisceantur. in vigore tamen ipso solis resoluentibus utendum esse ratio exigit: quando nulla amplius fit fluxio; id quod & Auicennæ & Galeno consentit.* Cap. 1. tr. 1. c. 3. Cap. 25. Cap. 1.

4 *Neque etiam aliquis &c. Dictum est hoc aduersus Gal. sententiam lib. ar. medi. Cum Auic. sensit & Auer. 1. coll. & Plato in Alcibiad. de uoto, à princ. & desumitur ex Arist. lib. prædicam. & 4. topic. ratio id ipsum confirmans. Sanè inter æquale & inæquale medium propriè non datur. medici tamen quum status quidam sit corporum neq; planè sanus, neque planè æger, euitandæ ἀταραξίας, & instituendi uictus gratia neutrum statum posuerunt.* Cap. 2. Cap. 1. Cap. de oppos. cap. 3.

De subiectis medicinæ. Cap. I.



[1] QVONIAM medicina corpus humanum ex parte vnde sanatur, & à sanitate remouetur, considerat: & cuiusq; rei scientia non acquiritur, neque cõpletur, cum causas habuerit, nisi per sui causas sciatur; ergo debemus in medicina scire sanitatis, & ægritudinis causas. Et, quia sanitas, & ægritudo, & earum causæ plerunque sunt manifestæ, plerunque occultæ, quæ non sensu [a] [neque nisi] per significationes accidentium comprehenduntur; debemus etiam in medicina scire accidentia, quæ in sanitate accidunt, & ægritudine. Iam autem declaratum fuit in scientijs veridicis, quòd rei scientia non acquiritur nisi per sciẽtiam causarum, & principiorum ipsius, si causas habuerit, & principia: [b] [aut non completur] nisi ex parte sciendi eius accidentia, & concomitantia essentialia. [2] Causarum vero quatuor sunt species: materiales, efficientes, formales, & finales. Causæ vero materiales [c] [positæ,] in quibus sanitas, & ægritudo [d] [mensuratur,] sunt subiectum quidem propinquum membrum: [e] [aut spiritus: & subiectum quidem longinquum,] humores: & eis [f] [longiora] sunt elementa. Et hæc duo sunt subiecta secundum com-

Vide Disquisitiones physiologicas Costæi, pag. 21. vsque ad 143.

a B. Imo.

b B. & si nõ habuerit, nõ completur: seu non acquiritur.

c B. sunt res subiectiuæ: in quibus fundatur sanitas, & ægritudo.

d Fundatur, uel inuenitur.

e B. & spiritus. subiectum uerò remotum: seu longinquum.

f Lõginquario

positionem;[g]] licèt sint cum alteratione. In cuiusque autem rei compositione, & alteratione, quæ sic componitur, ad aliquã peruenitur vnitatem. [Et hæc vnitas, ad quam huiusmodi reuertitur multitudo, aut est complexio, aut forma. cõplexio verò est secundum alterationem: & forma secundum compositionem.] Efficientes autem causæ sunt causæ permutantes, & conseruantes humani corporis dispositiones: sicut sũt aeres, & quæ eis continuantur: & comestiones, & aquæ, & potus, & quæ eis continuantur: & euacuatio, & retentio, & regiones, & ciuitates, & loca habitabilia, & quæ eis continuantur: & motus, & quietes corporei, & animales. & ex eis sunt somnus, & vigiliæ: & alteratio in ætatibus, & diuersitas in eis, & in generibus, & in artibus, & in[h] [moribus,] & in rebus, quæ in humano superueniunt corpore ipsum tangentibus, siue sint contra naturam, siue non sint contra naturam.[4] Formales uerò causæ sunt complexiones, & virtutes, quæ post eas eueniunt, & compositiones.[5] Causæ autem finales sunt operationes. Et in sciẽtia quidem operationum est scientia uirtutum proculdubio, & scientia spirituũ,[i] [qui sunt virtutum subiecta,] quemadmodũ nos declarabimus. Hæc ergo sunt subiecta doctrinę medicinalis: vnde aliquis inquirit de corpore humano, qnomodo sanatur, aut infirmatur. Huius autem inquisitionis perfectionem, scilicet, vt sanitas conseruetur, & ęgritudo remoueatur; oportet etiam habere[k] [partes, secundũ istarum duarum dispositionum, & suorum instrumentorum causas.] Et huiusmodi quidem causæ sunt regimen cum comestione, & potu, & electio aeris, & mensura motus, & quietis: & medicatio cum medicina: & medicatio manualis. hoc autem totum apud medicos est secundum tres species: sanorum, & ægrorum, & mediorũ, quos[l] [modo] nominabimus;[m] [& dicemus, quomodo inter duas diuisiones, inter quas proculdubio non est medium; media vocẽtur.] Et, postquam iam diuisimus has causas; tunc iam collectum est nobis, quòd medicina tractat de elementis, & complexionibus, & humoribus, & membris simplicibus, & compositis, & spiritib. & virtutibus eorum naturalibus, & animalibus, & vitalibus, & operationibus, & dispositionibus corporis; scilicet sanitate, & ægritudine, & medio, & causis earum, scilicet comestione, & potu, & aeribus,[n] [& aquis, & regionibus,] & motibus, & quietibus corporeis, & animalibus & ætatibus, & generibus, & extrinsecus accidentibus, quæ corpori eueniunt ex rebus extraneis, & regimine cum comestionibus, & potibus, & medicinis, & manuum operationibus ad sanitatem conseruandam, & unamquanque ægritudinem medicandam. Harũ verò rerum quædam sunt, de quibus medico nihil aliud est agendũ,[o] [nisi vt, quid sint tantum, essentiali formatione informet:] & vtrum sint, vel non sint doctori sapientiæ physicalis credat. Et earum sunt, de quibus in sua arte ratiocinari debet. Quæ ergo earum sunt sicut principia, vtrum sint, vel non sint, credere debet: scientiarum nanque particularium principia credita recipiuntur: & in alijs sciẽtijs, quæ secundum ordinem sunt ante eas, ratiocinantur. & ita fit, donec scientiarum omnium principia ad philosophiam primam, quæ metaphysica nuncupatur, eleuentur. Quumq; aliquis medicorum loqui inceperit, & affirmare elemẽta esse, & complexionem, & quæ ista sequuntur,[p] ex eis, quæ scientię naturalis subiecta existant, aggressus fuerit; errabit: ideo quòd in scientiam medicinæ mittit, quod eius non est. & errabit; quia se aliquid declarasse existimabit: cum nihil declarauerit. Eius uerò, de quo medicus formare[q] debet, quid sit, & utrum sit, vel nõ sit, cuius esse non est manifestum, credere hæc est summa: Elementa an sint, & quot sint, & quomodo sint, & quę sint[r] †: & complexiones quę sint, & quot sint: & humores an sint, & quot sint, & quomodo sint: & virtutes vtrum sint, & quot sint: & spiritus vtrũ sint, & quot sint, & vbi:[s] [& quæque mutatio habet dispositionem, & eius mora habet causam:] & causæ quot sint: membra autem, & eorum iuuamenta sensu, & anatomia discernere debet.[t] [Ea autem, de quibus formando ratiocinari debet,] sunt ægritudines, & earum causæ particulares, & earum signa: & qualiter ęgritudo remoueatur, & sanitas conseruetur. Et cuiuscunq; earum esse occultum fuerit, ad illud declarandum demonstrationem afferre debet, ipsum diuidendo,[u] [numerando, & complendo.] Galenus nanque cum demonstratiuam argumentationem super diuisionem primam facere aggressus est; non debet aggredi, inquantum est medicus; sed inquantum[x] [est philosophus: in scientia enim naturali debet loqui sicut alphachi, qui quum affirmare aggressus fuerit, quod communitates sequi debent;] non debet loqui de hoc inquantum est alphachi; sed inquantum ipse est mutachelin: medicus enim inquantum est medicus, & alphachi inquãtum est alphachi, nõ potest de hoc ratiocinari. quòd, si non; perueniemus ad circuitionem.

g B. licet sint & cum alteratione: & unũquodque quod sic subijcitur in compositione eius & alteratione ipsius ad aliquam peruenit unitatem:

h B. consuetudinibus.

i B. deferentiũ uirtutes.

k B. subiecta alia secundum causas istarum duarum dispositionum: & secũdum instrumenta ipsarum ambarum.

l Mant. postea.

m B. & dicemus quomodo cõnumerant media inter duas diuisiones: inter quas nõ est medium in ueritate.

n B. & locis habitabilibus: & euacuatione: & retentione: & artibus: & consuetudinibus.

o B. nisi ut apprehendat: seu cognoscat: quid sit; uel earum essentiam apprehensione scientiali.

p Existere addit Mant.

q † Alij. & apprehendere.

r † Alij. & qualiter generẽtur.

s B. & quæque mutatio dispositionis, & fixio eius habet causam. Mant. & quod quælibet mutatio cuiusq; affectus, uel dispositionis affectus. eiusdemq; perduratio, habeat causam.

t B. ea autem: quæ medicus cognoscere debet: & de eis ratiocinari.

u B. mensurando, & horas ipsius cognoscendo.

x B. desiderauit esse; uel appellatur philosophus: loquẽs in scientia naturali sicut facit Alphachi. cũ vult affirmare, seu rationibus demonstrare ueritatẽ, quã debet sequi cõmunitas hominum.

ANNOTATIONES.

1 *Corporis naturam, principium esse sermonis in arte medica scripsit Hippoc. lib. de loc. in hom. quem sequutus Galenus artem, quæ circa humanum corpus versatur, medicinã vocauit lib. de const. ar. Considerat itaque medicus humanũ corpus, vt subiectum, ad quod omnia considerata in arte habent attributionem. propterea scribitur medicinam artem eße corpori hominis tuendo dicatam primo de tu. valet. Neque verò, propterea, quòd Gal. in lib. de sect. dicat medicinæ intentionem eße sanitatem, & eius adeptionem, finem; sanitas medicinæ subiectum dicendum est: quoniam sanitas, vt sanitas est absolute, à medico nõ consideratur: sed vt induci in humanum corpus potest. ideo humanum corpus primum medicinæ subiectum est, sub ea tamen considerandi ratione, vt sanitatem potest suscipere. Sanè humanum corpus causas habet & effectus: Quare, quoniam tunc solum scimus, cum rerum causas cognoscimus, vt primo post. & 1. phys. aut, si eæ lateant, quum rerum saltem effectus, accidentiaq;, præsertim essentialia cognouerimus: propterea de causis humani corporis hic sermonem aggreditur: de effectibus postea etiam, & de accidentibus tractaturus.*

Cap. 3.

Cap. 1.

Cap. 1.

Tex 7. tex. 1.

2 *Causarum verò & c. De causis fusius agit Arist. 5. metaph. & 2. phys. nec non Gal. lib. de procat. caus. Verùm vnum hic de materialibus causis notat, consideratione dignum, nempe, subiectum sanitatis propinquum esse membrũ, aut spiritus: humores verò, longinquum: et multò longinquiora elementa. Dubitatur, quum humanum corpus ex triplici*

Tex. 1.

Tex. 31. cap. 1.

substantia

in par. tab. *substantia sit constitutum, vt Hippoc. 6. de morb. vulg. & Gal. tum in libello de breui adnot. dogm. Hipp. tum 1. de diff.*
Cap. 1. *feb. ex solidis, humoribus, & spiritibus; Cur solida solum & spiritus, non autem humores sanitatis & morbi subiectum esse proximum statuat? Respondemus. Sanitas & morbus earum sunt partium, a quibus actiones proueniunt, at ab humoribus non fiunt actiones: sed à solidis quidem manifestè: à spiritib. verò etiam non obscurè. quum ipsi actionum omniũ, quæ à solidis proficiscuntur, cõmunes authores dicantur: & suas ipsi præterea actiones habeāt proprias, & animales, &*
Cap. 3. *vitales, & naturales. vnde & Galenus 1. de diff. feb. diariã febrem ex intemperie in spiritibus gigni asserit. Propter hãc ergo causam Auicennas, solida & spiritus subiectum sanitatis & morbi proximum facit: humores verò nequaquam.*

3 Efficientes autem causæ &c. De effectricibus, & sanitatis, & morbi causis agit Galenus & lib. ar. med. &
Cap. 85. Cap. 15. *de tuen. san. Verùm libro art. med. septem capita facit, vt & hic author in Canticis. in lib. verò tuen. ualet. quatuor tantùm: quæ fiunt: quæ offeruntur: quæ extrinsecus incidunt: quæ euacuantur, & retinentur. Quare accusatur Gal. & eodem nomine hic ipse accusandus uenit, qui hic plures causas recenset, quum in Cantic. in septem ipse quoque capita omnes perstrinxerit. Cæterùm contradictio nulla est. libro ar. med. causas solum necessarias recenset, & morbi, & sanitatis. libro autem de tuend. valet. etiam numerat, quæ non necessario occurrunt. ut propterea iniuria Galenum accusent. Authorem verò nostrum perspicuum est hic exemplum tantum efficientium causarum attulisse: neque ex proposito tractationem hanc fuisse aggressum.*

4 Formales verò causæ &c. Sanitas, siue ea sit temperies, siue compositio, siue vnitas; formalis proculdubio humani corporis est causa; sed accidentaria. neque enim temperamentum esse dat corpori: neque compositio: neque vnitas. Et quamuis Gal. temperamentum veram corporis formam substantialem esse, lib. quod animi mor. tem. corp. sequ. 1. de
Cap. 9. *vsu part. & 3. aph. credidisse videatur, est tamen animati corporis forma, anima. hanc verò substantiam esse docet*
Cap. 2. com. 24. tex. 4. *Arist. 2. de anima. Sed de hac re postea.*

5 Causæ autem finales &c. Medici finis est sanitas, vt
Cap. 5. com. 1. *Galenus lib. de opt. sect. & in lib. Hippocr. de offic. medici, ait. Sanitas verò ea est compositio, a qua proueniunt actiones*
Cap. 1. cap. 1. *lib. de diff. morb. & de sympt. diff. & quæ propterea actionum gratia expetitur. merito igitur finales in medicina causas operationes esse hic scribit. Sed & actiones ipsæ, quæ a nobis prodeunt, non finales dumtaxat, sed & effectrices, & morbi, & sanitatis sunt causæ; veluti exercitationes, ac motus opportuni, vel importuni: ciborum sumptio, & potionum, & alia multa, quæ à nobis exeunt: id tamen diuersa ratione. ut enim ab homine proficiscuntur, finales eius sunt causæ: vt verò alterari, atque immutari propter eas nostrum corpus contingit; inter effectrices numerantur. sed id, quũ ab actione actio non proueniat, per accidens, & impropriè.*

Doctrina secunda de elementis: cuius est vnum Caput.

E[1] Lementa sunt corpora, [a] † & sunt partes primæ corporis humani, & aliorum, quæ in corpora diuersarum formarum diuidi minimè possunt: ex quorum commixtione species diuersę generatorum fiunt. Medicus autem physico credere debet, quòd sunt quatuor, & nõ plura: quorum duo sunt leuia, & duo grauia. leuia sunt ignis, & aer: grauia terra, & aqua.[2] Terra est corpus simplex, cuius locus naturalis in medio totius existit, in quo naturaliter manet quieta: & ad ipsum, cum ab eo separata fuerit; naturaliter mouetur. [b] [Et hæc quidem eius naturalis grauitas existit:] Cuius quidem natura frigida est, & sicca: ipsa enim talis existit, quòd, si dimissa fuerit, † [c] [ ] [d] [neque altera res extrinseca] eam [e] [conuerterit;] apparebit ex ea frigiditas sensibilis, & siccitas. Eius verò esse in generatis iuuamẽtum præstat ad retentionem faciendam, & fixionem: & ad cõseruandas figuras, & formas. Aqua autem est corpus simplex, cuius naturalis locus est, vt sit circundans terram, & circundata ab aere, quum in suis sitibus naturalibus permãserit. [f] [Et hæc] quidem est eius grauitas comparatiua,[3] quæ frigida est, & humida; scilicet eius natura talis existit, quòd, si dimissa fuerit, sicut est, neque vlla causa extrinseca ei contraria fuerit; apparebit ex ea frigiditas sensibilis, [g] [& dispositio, quæ est humiditas: & ipsa quidem est, cuius generatio in cr atione sua reddit eam aptam ad spargendum, & extendendum pro qualibet re; quãuis sit pauca. & recipit omnem figuram, quæ est: sed non retinet.] Cuius esse in generatis iuuamẽtum prę́stat ad figurandas formas, quas in suis [h] [diuisionibus] aliqui figurare volunt, & ad figurandum, & ad lineandum, & temperandum: humidum enim licet cito formas figurales amittat; [i] [cito] tamen eas recipit: sicut siccum, licet eas, [k] [duriter suscipiat; duriter tamẽ retinet eas.] Quumq; humidum, & siccum se ad inuicem tẽperauerint; adipiscetur siccum ab humido, vt [l] [cito] suscipiat tẽsionem, & facilè figurari possit: & acquiret humidum à sicco, vt retineat firmiter, quod in eo accidit [m] [ex rectificatione & ęquatione.] Et propter humidum prohibetur siccum à sua [n] [separatione: [& propter siccum prohibetur humidum à sua fluxibilitate. Aer autem est corpus simplex, cuius naturalis locus est, ut sit super aquam, & sub igne, [4] hæc etiam est eius leuitas comparatiua. Ipsius verò natura calida est, & humida secundum regulam, quam diximus. Cuius quidem esse in generatis iuuat, vt rarificentur, & alleuientur, & subtilientur, & ad superiora eleuẽtur. Ignis uerò est corpus simplex, cuius naturalis locus [o] [super omnes elementarias existit partes,] qui est concaua cæli superficies [p]: [ipse nanque ad cęlum peruenit. Et hæc quidem est eius leuitas absoluta.] Cuius natura calida est, & sicca. & eius esse in generatis præstat iuuamentum: ut maturet, & subtiliet, & permisceat: & ut eius penetratione currat per ea substãtia aerea: & ut duorum elementorum grauium frigidorum puram frigiditatem frangat: & ut de elementaria proprietate ad complexionalitatem redeat: [5] Duo aũt grauia plus iuuant ad mẽbrorum generationem, & eorũ quietem: & duo leuia plus iuuant ad generationem spirituum, & motionẽ eorum, & ad mouenda membra: [6] licet motor non sit nisi anima. hæc sunt elementa.

a † Alij addunt simplicia.

b B. & illud quidẽ est grauitas eius absoluta.

c † B. sicut ei requiritur.
d Alij. Neque causa extrinseca.
e B. alterauerit.
f B. illud.
g B. & dispositio eius est humiditas; & eius essentia a principio suo: uel a natura sua est ꝑ modum uel est ita, quòd ipsa obedit cuilibet causæ; ad hoc ut fiat separatio & fiat unio, & q̃libet figura recipiatur; quã postea non conseruat.
h B. partibus.
i B. faciliter.
k B. duriter, seu difficiliter suscipiat. difficiliter tamen dimittat eas.
l B. faciliter.
m B. đ altachiũ, id est de essentia constante. Alia litera. essentia nõ fluida: & de æquatione. Alia litera. quod in eo accidit de dispositione nõ fluida: & de æquatione &c.
n B. testit. i. a sua cõminutione, seu pulverizatione &c.
o B. super corpora elementaria omnia existit.
p B. ad quã terminatur uers s nos generati, & corruptio & illud quidẽ, est eius leuitas absoluta. Alia litera. quæ terminatur ad nos; & illud quidem est eius leuitas &c.

ANNOTATIONES.

1 Elementa &c. Elementum Arist. 5. metaph. id esse ait ex quo aliquid fit, quum illi insit, indiuisibile secundum speciem in aliam speciem. At tertio cæli, corpus esse dicit, in quod reliqua corpora dissoluuntur; quum ipsum intus existat potentia, aut actu. Author noster lib. suæ metaph. tract. 6. coniunctis duabus ab Arist. allatis rationibus, vnam struxisse videtur, dicens id elementum dici, ex quo generatio fit per compositionem, & quod est in re: & in quod res vltimò dissoluitur. tex. 4. tex. 31. Cap. 4.

solvitur. Galenus lib.de elem.minimam eße cuiusque rei par- Cap.1. ticulam aßerit. Et rursum Auicenna idem hoc loco aliter definit,ut constat. Verùm ex allatis rationibus,quæ primo, tertio,& quarto loco afferuntur,communißimæ sunt;& ad materiam quoque,& formam extenduntur;quæ inferiorum om- com.1. nium elementa sunt,& intrinsecæ causæ:ut Auer.1.phys.altera verò elementorum est dumtaxat, quæ sunt corpora, de quibus in libris de generatione,& in 3.& 4.de cælo ab Aristot.agitur.a quibus materia & forma secluditur:quum ma- com.8. teria,ut ait Auer.8. metaph.neq; elemētum sit,neque ex elementis:ita & forma. Quæ verò hoc in loco notatur, cum secunda conuenit: & est elementorum,quæ sunt corpora: in quorum numero materia, & forma non sunt. Sanè de huiusmodi elementis,quæ corpora sunt, & minimæ aliorum corporum omnium particulæ;probare quòd sint,medici non est negocij, ut & hic superiori capite asseruit: sed neque id etiam ad naturalem philosophum pertinet, a quo rerum naturaliū principia poni debent. potest tamen naturalis eorum nume- tex.16.23.34. rum inuestigare:quod facit Aristot.2.de gen.& corru.Hippoc.verò quum primo de natura hum.non vnum eße elementum probat,quia si unum esset,unus esset homo,nec doleret: naturalis philosophi munus agit. pertinet enim hoc ad natu- tex.42.& deinceps. ralem.unde & Arist. .cæli.fusius hanc rem prosequitur.

2 Terra est corpus simplex &c.Quum elementis nihil sit prius,per quod queant definiri;nihil habeant ex quo constituantur;& horum,sicuti et multorum proprias differentias ignoremus;definiri singulatim elementa fortaße nequeunt. describi tamen poßunt per ea, quæ si differentiæ non sunt; proprias tamen differentias sequuntur: & per accidentia, præsertimq́ singulorum actiones,quas sensibus ipsis manifestè cognoscimus.In elementis ergo uaria sensibus offerūt sese accidentia, atque primo loco (id quidem etiam manifestißime) caliditas, frigiditas, humiditas, siccitas;quas primas qualitates vocant.post vero tenuitas,crassitudo;leuitas,grauitas;raritas,densitas; perspicuitas,opacitas; splendor, & obscuritas:quæ omnes ex primis qualitatibus videntur pro- tex.13. ficisci.& de ijs plenè Arist.2.de gen.& cor.Sed ad hæc preterea accedit, & differentia,quæ secundum locum est;quum alia superiorem, alia inferiorem, alia medium locum obtineant.de qua re Arist. lib.de cælo & mun.fusius.&,ut in rerum mistionem ueniunt,alia naturalem quandam potentiam habent,ut facile misceantur;alia impotentiam. de qua re in 4.meteorol.agitur.Propterea ex his omnibus, singulorum elementorum naturam describit, a terra exorsus. De qua quod locum terræ medium eße ait, id probauit fusius tex.96.& deinceps. Aristot.2.cæli.Quòd etiam suapte natura quiescat; tùm loco eodem, tùm 2.cæli 3.phys.8.phys.& alibi testatus est. tex.102. tex.51. tex.32. Quòd item si extra locum proprium sit, aut si separetur, ad tex.92.& 99. medium semper naturali suo impetu feratur;& secundo cæli,& alibi. Quòd etiam non grauis tantùm sit, sed omnium tex.94.& 102. quoque elementorum grauißima; & eodem secundo cæl. & tex.97. primo eiusdem.Quòd frigida quoque sit,& sicca,secundo de tex.23. gener.& cor.habetur,et alibi.Cæterùm quæri hoc loco solet, quum de frigiditate terræ agitur,vtri maior frigiditas insit; terræ,an aquæ? Quòd enim terra frigidior sit;ex eo cōstat, quòd remotior à caloris fonte est. id quod Auer.2.cæli & com.94. ca.ult. Auic.lib.de cælo ex Aristot.sententia,frigiditatis, grauitatis,& quietis maioris causam esse affirmant.Contrarium ta- tex.23. men sensiße Arist. uidetur 2.de gen. & corr.ex quo loco aquam terra frigidiorem esse,eius expositores colligunt. Adde, quòd in aqua maiorem quàm in terra frigiditatem tactu ipso experimur. Verum quod ad hanc dubitationem facit, paucis.Terram aqua esse frigidiorem, ea demonstrari ratione existimamus, quæ allata est antea. Si enim caliditatis causa motus est orbium,& superiora elementa ob cæli lationem calida sunt;fieri non potest,quin eadem ratione inferiora corpora ob distantiam à cæli motu,sint frigidiora: eadem nempe contrariorum debet eße ratio. At obijcitur authoritas Arist.deinde etiam experientia. Ad hæc,quod primo loco obijcitur id non sensit philosophus. loco enim quem hi adducunt, non terram aquæ comparat, aut terræ qualitates qualitatibus aquæ;sed aquæ frigiditatem eiusdem humiditati confert.ita ut perperam is locus adduci pro huius rei confirmatione soleat.Quòd experientiam testaris.Respondemus sensum propter aquæ tenuitatem falli.est enim hæc omnium humorum tenuißima,vt Arist.lib.de sens.& sens.& propte- cap. de sapore. rea ob tenuissimam eius substantiam profundius adigitur, & videtur frigidior. quæ enim frigida sunt,cum substantiæ crassitudine, licet frigidiora alijs sint; minus tamen agunt; quòd crassitudo penetrationi obstet. uerè tamen terra ipsa frigidior est quàm aqua, vt allata primo loco ratio manifestat.Quòd si cum philosophis tamen standum sit (est enim fortaße præter eorum dogmata, terram aqua verè eße frigidiorem;quum ij,sicut calorem in igne,humiditatem in acre,siccitatem in terra,ita & frigiditatem in aqua maiorem, quàm in cæteris eße corporibus existiment:) dici poßet, duplicem eße frigiditatem; alteram elementarem,quam innatam,& propriam alicui ex simplicibus eße corporibus necesse est;hanc uero ineße aquæ;neque eam,quod ad hanc facit,a quouis elemento excelli: aliam uerò ex causarum calefacientium longinquitate prouenire;ueluti quando per hyemem frigidiora nobis sunt omnia ob solis distantiam: quæ non aquæ, sed terræ ipsi inest, ut ratione priori loco allata, probatum fuit.

3 Quæ frigida est & humida &c.Et hic quoque de aquæ humiditate dubitatio est, uter humidior sit, aer, an aqua. Quòd enim aqua ipsa humidior sit,sensu experimur.& sensu itidem ab aere desiccari corpora quotidie videmus. humectum nempe linteum aeri expositum exsiccatur, non humescit. testaturq́ hoc ipsum Auerr.6.coll.At contrarium tamen ex humidi definitione,quam Arist.2. de gen.& corr. Cap.3. tex.6. tradidit,colligi videtur.ubi humidum id esse docuit, quod, quum termino proprio non sit terminatum, facillimè tamen terminatur alieno. Ex his enim uerbis tota philosophorum schola,& Alexander præsertim, & Philoponus 2. de gen. & corr.& Auer.aerem aqua eße humidiorem collegerunt. tex.29. quòd hic termino proprio careat, & facilius alieno compleatur,quàm aqua.Cæterum(pace tantorum philosophorū) quòd aer aqua humidior sit, siue de humiditate, quæ actu est, siue de facultate intelligant; non uidemus. id enim perspicuum omnibus est,aere desiccari non nostra solū corpora,sed omnia. contra uerò,aqua humescere. Neque nobis satisfacit,quod magnus ait Comm.6.coll.idcirco non humectare aerem nostra corpora, quòd ijs non adhæret, sicut Cap.3. aqua. aut,quod ait Philop.2.de gen.& corr.quum per accidens aquam humectare docet, quòd ex crassioribus cōstet tex.29. partibus; aer autem ob tenuitatem diffluat. & quòd, quæ terrestria sunt, cum aqua facile permisceantur: atque ob id aqua humectat. Quum aeri contra,tanta sit substantiæ tenuitas,ut eius ratione non adhærere tātum corporibus; sed in ipsa, & citius, & facilius, & profundius adigi debeat, quàm aqua: & ipsorum propterea substantiam suas ipsius qualitates inferre,ac ualidißimè imprimere. Adde, quòd, quum aquam perpetuò humectare, aerem desiccare videamus; dici non debet id per accidens eße,quod perpetuò; id autem per se,quod nunquam euenit. Quamobrem, quòd aer aqua humidior sit nulla efficax ratio tueri nobis uidetur.neque id(quod viderim) Arist. usquam asserit. Et si enim is humidum id eße testatur, quod facilè terminabile existens alieno termino, ipsum nouum terminum habet: non est tamen aeri humiditas maior ascribenda. qui si alieno termino facilius concluditur, quàm aqua, à sui corporis tenuitate id habet. aqua uerò quia crassior est, minus fluit, minusq́ alieno termino egere uidetur. quum tamen actu, & facultate longè

longè ipsum aerem exsuperet, vt experientia probat: à qua in ijs, quæ sub sensum cadunt, recedendum non est.

4 *Hæc etiam est eius leuitas comparatiua etc. Grauia & leuia, alia simpliciter, alia secundum comparationem sunt ta*

tex. 26. & 27.

lia, vt 4. cæli Arist. Graue simpliciter id est, quod grauissimũ, terra videlicet ipsa. leue, quod leuissimum; & est ignis. elementa inter grauissimum, & leuissimum, leuia, & grauia

tex. 36.

sunt, vt eodem 4. cæli: magis tamen leuis aer, quam aqua, quòd igni quam ea, proprior est, aer ergo, vt ait, leuitatem habet comparatiuè, quia collatus igni grauis est, aquæ verò, leuis. Is tamen in propria regione grauitatem habet Ari-

tex. 30.

stotelis sententia, vt in eodem 4. cæli, legere est. Cæterum videtur hic Aristoteli aduersari. his nempe verbis leuitatem aeri ascribit, neque grauitatis meminit. Et paulò post leuitatem ait ex ipso corporibus comparari. At Aristoteles, loco ci-

Probl. 13.

tato 4. cæli, grauem ipsum esse probat vtris inflati exemplo; qui citius descendit, & 25. sect. problem. eundem utrem inflatum grauiorem esse ait, licèt aquæ supernatet. Sanè, quod ad hanc dubitationem pertinet, magna inter maximos uiros est

Probl. 45.

controuersia. quum & Arist. idem 11. sect. probl. aerem ascendere asserat, & Themistius philosophi priorem sententiam improbet, existimetq́; leuem esse in propria regione aerem, non grauem. Huic tamen Auer. eod. 4. cæli satisfacit, quem tu vide. Quod enim huc spectat. quando hic author aerem ait attenuare, rarefacere, leuem reddere, & ad superiora excitare; certum est collatione corporum, quibus terra, aut aqua dominatur, id esse intelligendum: quod dubitatione caret, & omni controuersia.

5 *Duo autem grauia &c. Legendum putamus. [Duo autem grauia plus iuuant ad membrorum, & humorum generationem] Quum enim triplex sit corporis nostri partium genus; solida, humores, & spiritus; nulla est ratio, quin de humorum etiamnum materia meminerit. Constat autem hos,*

com. 14.

quum graues sint, ex grauibus procreari elementis ut etiam ex leuibus leuia, sed hic de spirituũ elementis controuersia est, quum Galen. 1. apho. eorum substantiam aeream, & aqueam esse dicere videatur, contrà quam hoc in loco author. Existimarunt aliqui Auicennam Platonis mentem sequi, & a Galeno discrepare, quum Plato spirituum elementa, ignem, & aerem esse arbitratus sit; referente Gal. (vt

Cap. 3.

aiunt) 8. de decre. Hippo. & Plat. Galenus verò ex aere, & aqua produci eos arbitretur. Verum Galeni sententia (ut nos sentimus) vt colligere est 8. de decr. Hipp. & Plat. fuit, spiritus ex aere, & igne fieri, non autem ex aere, & aqua. Licet enim 1. aphor. innatum calorem ex aquea, & aerea esse substantia asserat, id tamen de spiritibus non scribit. certũq́; illud est, differre naturalem calorem à spiritibus, vt alias fusius est a nobis demonstratum. Neque etiam Auicennas so-

Cap. eodem.

lum ignem & aerem spirituum materiam esse dicit, verum plus ait conferre: quasi et alia elementa, aqua uidelicet ipsa, ad idem faciat. Ab hoc non discrepans Galenus eodem 5. de decr. Hippoc. nõ ex igne tantũ, & aere, gigni ait spiritus; sed et ex corporib. in quib. insiti sunt; vapores trahere: nẽpe sanguinẽ intelligens, aquæ ẽt naturam referentem: vnde & passim, spiritus purissimi sanguinis esse exhalationẽ testatur.

6 *Licet motor non sit nisi anima &c. Animam actionum, motionumq́; omnium nostrarum authorem esse, certum est. quum actiones a forma proueniunt, ea autem in animalibus sit anima. Quare non sunt spiritus animalis forma: sed sunt partes corporis, et actionis instrumenta; quarum author, & initium ipsa est anima. Sunt ergo maximè accusandi, qui spiritus veros actionum authores faciunt. quam rem, quia alibi fusius tractauimus, nunc consultò omittimus.*

Doctrinæ tertiæ de complexionibus. Cap. 1.

COmplexio est qualitas, quæ ex actione ad inuicem & passione contrariarum qualitatum in elementis inuentarum: quorum partes ad tantam paruitatem redactæ sunt, ut cuiusque earum plurimum cõtingat plurimum alterius: prouenit: quum enim ad inuicem agunt, & patiuntur suis uirtutibus; accidit [a] [in] earum summa, qualitas in toto earum similis, quæ est complexio. Et, quoniam uirtutes primæ, quæ sunt in elementis prædictis, sunt quatuor: caliditas, frigiditas, & humiditas, & siccitas: tũc manifestum est, quòd complexiones in corporibus generatis, & corruptis sunt per eas. † Et illud, quidem est, secundum quòd oportet per diuisionem rationalem, cum consideratione absoluta absque vlla comparatione ad rem aliquam. Et est duobus modis: quorum vnus est, vt sit complexio æqualis ita, vt quantitates qualitatum cõtrariarum in complexionato sint æquales, non superantes, neque superatæ: & sit complexio qualitas in medio earum verè. alter verò modus est, vt non sit complexio qualitatum cõtrariarum media absolutè: sed ad vnam magis declinet extremitatum: aut in contrarietate, quæ est inter caliditatem, & frigiditatem: aut in contrarietate, quæ est inter humiditatem, & siccitatem: aut inter vtrasque. Quod autem in doctrina medicinæ consideratur ęquale, aut extra ęqualitatem, non est hoc, neque illud. sed medicus physico credere debet, quòd ęquale secundum hanc intentionem, quã diximus, impossibile est aliquo modo inueniri: quanto magis, vt sit hominis cõplexio, aut membri humani. Debes autem scire, quòd æquale, de quo medici in suis inquisitionibus tractant, non est denominatum ab æqualitate, in qua æqualitas cum pondere æqualiter existit: sed denominatur à iustitia in diuisione. Et hoc est, quod in complexionato in primis [b] [attenditur:] siue sit corpus totum, siue sit mẽbrum vnum: vt sit in eo de elementis cum suis quantitatibus, & qualitatibus mẽsura, quam humana natura habere debet secundum meliorem proportionis, & diuisionis æquitatem. Accidit autem, vt hęc diuisio, quũ homo eam habuerit; veræ æqualitati, quam primam diximus, valde sit propinqua. Huic verò æqualitati, [c] [quæ secundum humana attẽditur corpora,] & quę est in comparatione aliorum, quę hanc non habẽt ęqualitatem, neque habent propinquitatẽ ęqualitatis, quam prius nominauimus, quã habet homo: octo considerationum accidunt modi: Aut enim erit secundum speciẽ comparatam ei, quæ ab ea diuersificatur, [d] [& est alia ab ea,] aut secundum speciem comparatam ei, quod est diuersum ab ea, ex eo quod est in ea, aut erit secundum aliquam partem [e] [ ] speciei comparatam ei, quod ab ea diuersum existit, & est extra ipsam, & in eius specie, aut erit secũdum partem speciei comparatam ei, quod diuersum est ab ea, ex eo quòd est in eius parte suę speciei, aut erit secundum singulare [f] † [ ] comparatum ei, quod est diuersum ab eo, & est extra ipsum [g] † [ ] aut erit secundum singulare cõparatum suis dispositionibus, quę in ipso sunt, aut erit secundum membrum comparatum ei, quod ab eo diuersum existit, ex eo quòd est extra ipsum in corpore suo, aut erit secundum mẽbrum comparatum suis dispositionibus in se ipso. Primus modus est æqualitas, quæ in homine attenditur comparatione aliorum generatorum.

Vide Disquisitiones physiologicas Costæi pag. 101. vsque ad 143.

a B. ab.

† Legendũ hic ex Mant. collatione. Et illud quidem, secundũ quod oportet, per diuisionem rationalẽ cum consideratione absoluta, absq; vlla comparatione ad rẽ aliquã est duobus modis &c. Ita enim vertit Man. Id autem, prout rõnalis, seu intellectualis diuisio exposcit, per cõsiderationem & speculationem absolutã, siue simplicem, quæ ad nullã determinatam rem referatur, vel cõtrahatur, bifariam quidem esse potest. primo quidẽ modo &c.

b B. meretur. Alia litera. consideratur a

c B. quã humana meretur corpora. Alia litera quæ secundum humana cõsideratur corpora.

d B. & quæ est de eis, quæ sunt extra ipsum.

e † B seu maneriem.

f † B. partis speciei.

g † B & est in eius parte, & in eius specie.

rum. & est res h [magnam habens latitudinem, quæ definitione minimè potest comprehendi: neque etiam qualitercunque contingat, existit: sed inter multitudinem, & paucitatem] duas obtinet extremitates: ab vna quarum, cum egressa fuerit, non poterit esse humana cōplexio. Secundus verò modus est medialis, qui inter duas extremitates huius latæ complexionis existens, inuenitur in indiuiduo; quod est in ultimo ęqualitatis, ex specie, quæ est in fine ęqualitatis, & in ętate, in qua augmentum ad suum peruenit finem. & hęc quidem ęqualitas etiam licet non sit æqualitas i [certa, quam in huius capituli principio nominauimus, eo quòd hanc inueniri non est possibile; † est tamen ei propinqua. Et hic etiam homo ęqualitati non qualitercunque vicinus existit, sed secundum suorum membrorum alterationem, vel alternationem] calidorum, sicut cor: & frigidorum, sicut cerebrum: & humidorum, velut hepar: & siccorum, sicut ossa. Quum ergo ponderabuntur, & æquabuntur; erit vicinus æqualitati certæ. In consideratione verò cuiusq; membri, non nisi vnius, quod est cutis, quemadmodum postea dicemus. In comparatione autem spirituum, & membrorum principalium, impossibile est ipsum huic certæ æqualitati esse propinquum: sed egreditur ab ea tendēs ad caliditatem & humiditatem. Vitæ etenim principium sunt cor, & spiritus, quę quidem ambo vehementer calida existunt ad superfluitatem declinantia: & vita quidem existit per caliditatem, & augmentum per humiditatem. & etiam caliditas in humiditate existit, & ab ea nutritur. Membra verò principalia sunt tria, sicut declarabimus, & ex eis quidem est vnum frigidum, quod est cerebrum, cuius frigiditas non peruenit ad cordis, & hepatis caliditatem temperandam. Et ex eis vnum est siccum, aut siccitati propinquum: & ipsum est cor, sed eius siccitas non peruenit ad humiditatem cerebri, & hepatis temperādam. † k [Neque etiam cerebrum tātum est frigidum, neque cor tantum est siccum;] sed cor comparatione aliorum duorum est siccum, & cerebrum aliorum duorum comparatione est frigidū. Modi verò tertij latitudo angustior est latitudine primi modi, scilicet ęqualitatis specialis: latitudinē tamen habet magnam, & est complexio, quę alicui gentium congrua existit secundum comparationē alicuius climatis, & alicuius aeris: Indi nanque complexionem habent l [insimul,] qua sani existunt. & m [Sclaui] aliam habēt complexionem, qua sani degunt. & vnaquæque earum per comparationem ad suā speciem [suę speciei comparatione] est temperata: quę comparatione alterius non est temperata. corpus nāque Indi, quū secundum complexionem Sclaui, quale fiet; aut infirmabitur, aut morietur. & similiter, quū Sclaui complexione Indi, quale reddetur; erit corporis dispositio contraria. Quæcunque igitur species in terra habitabili commorantium habebit complexionem eis propriā, aeri sui climatis cōuenientem, † & habebit latitudinem. cuius quidem latitudo duas hēt extremitates, n [multitudinis, & paucitatis]. Quartus autem modus est medium, quod est inter duas extremitates latitudinis complexionis climatis, & ipsum est complexio complexionibus o † [ ] speciei temperatior. Modus verò quintus est angustior primo, & tertio: & est complexio, quam debet habere indiuiduum designatum, qua viuum, & sanum reperitur: quę etiam latitudinem habet, ad quam duę terminantur p [multitudinis & paucitatis] extremitates. Debes autem scire, quòd oē indiuiduum debet habere cōplexionem sibi solummodo propriam, in qua alium ei associare q † [ ] est impossibile. Sextus autem modus est medium, quod est inter istos duos terminos: quod est complexio, quam quum habuerit indiuiduum; erit melioris complexionis, cuius ipsum esse oportet. Modus autem septimus est complexio, quam vnaquęque membrorum species habere debet: in qua aliud diuersificatur: æqualitas nanque ossis est, vt siccitas in eo plus abundet: & cerebri, vt humiditas in eo plurimū abundet: & cordis, vt in eo sit plus caliditatis; & neruorum, vt in eis plurimū abundet frigiditas. r † [ ] Modus autem octauus est complexio mēbri singularis, quam quū habuerit; erit melioris dispositionis, quam habere potest. Quum autem species considerauerimus: inueniemus hominem certæ ęqualitati propinquiorem. Quumq; regiones attenderimus, certificatum erit nobis: q si fuerit locus qui inhabitabitur sub ęquatione diei: neq; aliqua de rebus terrenis obuiando impedierit, videlicet montes aut maria: oportebit ibi habitantes ęqualitati certæ propinquiores existere, quam alicuius regionum. Iam autem nobis affirmatum est, quòp opinio, quæ accidit, quòd s † [ ] excessus ab ęqualitate est causa propinquitatis solis, est falsa. rectitudo enim solis super capita minus ibi malum operatur, & minus mutat aerē, quam t [rectitudinis] propinquitas apud nos, aut apud eos, qui sunt in maiori latitudine, quā nos: licet rectitudinem non habeamus. Amplius autem omnes dispositiones morantium in linea ęquinoctiali sunt dispositiones nobiles similes. neque aer ibi impeditur impedimento sensibili; sed eorum complexionibus semper est similis: & ad hanc sententiam affirmandā iam fecimus dictionem. Post istos autem, qui in quarto morantur climate, magis temperati existunt: non. n. aduruntur propter morā rectitudinis solis u [super eorum capita, neq; elongantur ab eis parū,] quemadmodum fit in climate secundo, & tertio: neq; congelantur, sicut contingit ijs, qui in extremitate quinti climatis habitant, & qui secūdum latitudinem sunt remotiores, x [propterea quòd sol ab eorum capitibus est remotus.] In membris verò iam manifestum fuit, q membra principalia non sunt ęqualitati certę multū propinqua: immo oportet, ut scias, quòd caro est membrum illi æqualitati magis propinquum, quàm cætera membra. cutis tamen carne propinquior est; quasi enim non patitur ab aqua æqualiter temperata, cuius medietas sit nix, & altera medietas sit aqua feruens. y [Et forsitan caliditas venarum, & sanguinis, neruorum frigiditati in ea æquatur. Similiter quoque nō patitur à corpore, quod bene temperatum existit ex siccioribus corporibus, & humidioribus: quum in eis æqualia fuerint. & nos quidem scimus, quòd non

h B. habens latitudinem & non est comprehēsa in termino uno, neq; illa qualitercunque existit, sed in additione & diminutione seu intensione.

i B. uera quā in huius capituli principio diximus esse impossibile inueniri, raro tamē inuenitur. Et hic etiā homo æqualitati uere prædictę non qualitercūque uicinus existit, sed secundū suorum mēbrorum coæquationem uel contra operantiam.

†In aliquib. uetustis legitur, non est.

k B. neque cerebrum est cum illa frigiditate, neque cor cum illa siccitate.

l B. ambientem seu communem sibi.

m B. Ascalebi, sunt hoīes quinti uel sexti climatis.

†Al. etiam.

n B. superfluitatis & diminutionis seu intensionis & remissionis.

o † B. illius partis.

p B. superfluitatis seu additionis, & diminutionis.

q † B. uel communicare raro contingit, aut.

r † B. & ista cōplexio ēt latitudinem habens, quæ extremitatibus seu terminis additionis, & diminutionis terminatur, est minor latitudine prædicta in complexionib. præcedentibus.

s † B. illic egressio uel

t B. eius.

u B. super eorū capita in hora aliqua post elōgationem eius ab eis.

x B. in indiuiduis uero est in diuiduū magis temperatū quod est ex parte temperatiori, & ex specie temperatiori.

y B. & quasi vel forsitā æquatur in ea calefactio spiritus & sanguinis cum frigiditate neruorum, & similiter non patitur à corpore bonæ permixtionis ex siccioribus corpo-

ribus & humidioribus uel magis fluidis, quã fuerint in eo æqualia, & nos quidé scimus q̃ nó patitur, nisi quia nó sentit sibi simile, & neq; est simile seu tale, quale est illud, nisi quia non patitur ab eo, quia si ab eo esset diuersum, pateretur ab ipso. Res enim quæ í materia conueniũt & in naturis opponuntur patiũtur adinuicem, & non patitur res ab eo, quod ei in qualitate cõicat, quando fuerit communitas uel cõicatio in qualitate & similitudo in ea, & tẽperatius quod est in corpore, est cutis. Et temperatior cutis est cutis brachij. Et tẽperatior cutis brachij est cutis manus. Et tẽperatior ea est, cutis uolę manus. Et temperatior ea est illa, quę é super digitos. Et temperatior ea est illa quæ é super indicem. Et temperatior ea est illa, quæ é super pulpã extremitatis eius, & propter illud ipsa & pulpa extremitatis aliorum digitorum sunt quasi iudices naturaliter, uel existimãtur iudices naturaliter in mẽsurationibus tangibilium.

z B aliter tunc illa complexio esset temperata, cuius cõplexio est sicut complexio hominis.

non est causa, quare non patiatur, nisi quia non sentit illud: neque est tale, quale illud, nisi quia propter ipsum non patitur: nisi enim tale esset, quale illud, pp̃ter illud pateretur: res enim, quæ vnius sunt originis, & in naturis opponuntur, vnę ab alijs patiuntur: sed ab eo, quod ei in qualitate communicat, res non patitur. Quod autẽ in cute magis existit temperatum, est cutis manus, & quod in cute manus temperatius est, est cutis volę: & temperatius eius est quod est super digitos: & temperatiuus eius est, quod est super indicem: & quod temperatius eius est, est, quod est in pulpa extremitatis eius: & propter illud est melioris sensibilitatis. & quod in cute volæ magis existit temperatum, est, quod in digitorum extremitatibus inuenitur. quapropter extremitates digitorum aliorum, quasi iudices existunt qualitatum natura tactualium]: debet enim declinatio iudicis ęqualis existere ad vnamquãq; extremitatum. ideo ut egressum ab ęqualitate, & à medietate percipiat. Debes autem scire ultra hoc, quod sciuisti, quòd, quum dicimus de medicina, q̃ est temperata; nolumus dicere, q̃ sit temperata certè; quoniam illud est impossibile. neque uolumus dicere, quòd temperamento humano in sua complexione sit temperata: si.n. ita esset; tunc esset ex ipsamet humana substantia. sed volumus, quòd, quum propter calorem naturalem, qui in corpore existit humano, patiatur; qualitate afficiatur: quæ hominis qualitatẽ non superegreditur in aliqua duarum extremitatum ęqualitatem excedentium. non ergo in ipso operabitur effectum æqualitatem excedentẽ. consideratione igitur suæ operationis in corpore humano est æqualis. Et similiter, quum dicimus, quòd est calida, aut frigida; nolumus dicere, quòd in sui substãtia sit in vltimo caliditatis, aut frigiditatis: aut in sui substantia sit calidior corpore humano, aut frigidior: [z] [si enim ita foret; cuius complexio esset sicut hominis complexio, esset temperatum.] Sed volumus dicere, quòd propter ipsam in corpore hominis prouenit caliditas, aut frigiditas maior illa, quàm ex se habebat. Quapropter vna medicina plerunque est frigida humani corporis cõparatione, & cõparatione corporis scorpionis calida: & humani corporis comparatione calida, & frigida corporis serpentis comparatione: immo quandoq; etiam vna medicina existit calida comparatione corporis Petri magis, quàm comparatione corporis Pauli. Ideoque præcipitur eis, qui medicantur, ut, quum complexionem mutare uoluerint, & vnam adhibuerint medicinam, quæ non contulerit; ab ea discedant. Postquam igitur de complexione temperata, quæ dicenda erant, compleuimus; ad loquendum de complexionibus distemperatis redeamus. [a] [[8] Dicemus itaque, quòd complexiones distemperatas æquale est, siue comprehenderis secũdum comparationem speciei, aut partis, aut indiuidui, aut membri: quæ sunt octo,] & sunt omnes communicantes in hoc, quòd complexioni temperatæ sunt oppositæ. & hę octo proueniunt, quemadmodum dicemus. & est, quòd egressus ab æqualitate aut est simplex, qui æqualitatem non excessit, nisi secundum unam contrarietatem: aut est compositus, qui æqualitatem secundum duas contrarietates [b] † [ ] excessit. Et simplicis quidem, qui secundum vnam excesserit contrarietatem, aut est excessus secundum contrarietatem agentem: quod est aliquo duorum modorum; quoniam aut est calidior, quàm debet: sed nec est humidior, nec siccior: aut frigidior, quàm debet; sed neque humidior, neque siccior: aut secundum contrarietatem patientem, quod est vno duorum modorum; quoniam aut est siccior, quàm debet; sed non est calidior, neque frigidior: aut humidior; sed non est frigidior, neq; calidior. Istę tamen quatuor non diu permanent. caliditas nanque maior, quàm debet; reddit corpus siccius, quàm oportet. & frigiditas maior, quàm debet; facit corpus humidius, quàm oportet humiditate extranea. & siccitas maior, quàm debet; cito reddit ipsum frigidius, quàm oportet. & humiditas maior, quàm debet; si valde fuerit superflua; velocius reducit ipsum ad frigiditatem, quàm siccitas maior: quæ si plurima non fuerit; conseruabit ipsum prolixiori tempore: ad vltimum verò reddit ipsum frigidius, quàm debet. Tu tamẽ ex hoc intellige, quòd æqualitas, & sanitas magis pertinent caliditati, quàm frigiditati. & hæ quidem sunt simplices quatuor. Compositæ autem sunt, in quibus fit egressus ab æqualitate secundum vtrasque contrarietates: velut, si sit complexio calidior, & humidior simul, quàm oportet: aut calidior, & siccior simul, quàm oportet: aut frigidior, & humidior simul, quam oportet: aut frigidior, & siccior simul, quàm oportet: non enim potest esse frigidior, & calidior simul: neque siccior, & humidior simul. Vnaquæque autem harum octo complexionũ aut est sine materia: quod quidem est, quũ complexio corpus qualitate solummodo afficit, ita quod corpus hac qualitate nõ afficitur propter humorem in ipsum penetrantem, qui hanc habeat qualitatem, ad quã immutatur corpus [neque fiat, nisi [g] sicut cum caliditate eius, qui calefit ad ignem, aut frigiditate eius, qui ad niuem infrigidatus est:] aut est cum materia: quod quidem est; quum corpus nõ afficitur qualitate huius complexionis, nisi propter vicinitatem humoris in ipsum penetrantis, in quo hæc ęqualitas [h] [superabundans existit:] quemadmodum quum corpus humanũ causa vitrei phlegmatis infrigidatur, aut causa cholerici humoris prassini calefit. tu aũt in libro tertio, & quarto cuiusq; xvj. complexionum exemplum inuenies. Et est tibi sciendum, quòd complexio cum materia duobus modis est: membrum enim quandoque [i] [exterius à materia madefactum est: & quandoque materia penetrat, & retinetur in foraminibus, & ventriculis ipsius. Et est, quum receptio & penetratio est apostemãs: & est, quando non.] Hæc est de complexione dictio. Medicus autem physico credere debet secundum semitam positionis, quod non est ei manifestum per se.

a B. dicemus itaque quòd complexiones distẽperatæ siue eas acceperis secundum comparationem speciei, aut partis, aut indiuidui, aut membri, sunt octo.

b † simul.

g B. sicut est caliditas ethici. & frigiditas infrigidati [illegible] ex glacie; aut niue.

h B. dominatur

i B infusum materi[illegible] & defact[illegible] & quand[illegible] mater[illegible] in vijs, & [illegible] culis eiu[illegible] d q: est rec[illegible] eius apostemas, & quãdoq; nõ apostemans.

ANNOTATIONES.

1 *Complexio est qualitas, &c. Excludit primis statim verbis eorum sententiam, qui temperamentum, vel substantiam, vel animam esse putant. qualitas .n. substantiæ opponitur.*

tur. neque nisi ualdè impropriè dicitur qualitas substantialis, neque accidens corpori dat esse; sed substantia. De ijs ergo mirandum, qui animam esse corporis temperamen- Cap.4. *tum existimant, quod sensisse Galen. videtur, lib. quòd animi mor. temp. corp. seq. Licèt de hac re lib. de uirt. nat. substantia, anceps fuerit. Et si enim ex diuersitate temperamentorum diuersi affectus, & variæ actiones in animalibus fiunt: temperamentum tamen ipsum qualitas est, à qua anima (quam superiori capite motricem, & authorem nostrarum actionum dixit) ad actiones rectè, aut malè obeundas disponitur. seseq; habet temperies, non, vt instrumentum; sed vt instrumenti.i. corporis, dispositio. quo pacto exacta tibiæ forma, huius quidem dispositio est, qua artifex elegantes, suauesq; sonos moduletur. Vnde & à quibusdam temperatura harmoniæ comparatur. hæc enim & si ex fidibus multis, quæ corpora sunt, prouenit: ipsa tamen accidens est quoddam præter fidium substantiam, & naturam. hoc pacto authorem hunc sensisse putamus hoc in loco, quum temperamentum qualitatem esse dixit, post actionem primarum qualitatum superstitem. neque enim (quod quidam alioqui doctissimi viri sentiunt) corrumpi, aboleriq; primas illas qualitates funditus putat: sed ex confusis, pugnantibusq; ijs, hanc, veluti ex fidibus concentum, arbitratur resultare; quæ tamen accidens est, non substantia. quum anima substantia sit, ut præsertim hic ipse author. 1. de* Cap.2.&3. *anima, parte 1. tuetur. Quod enim quidam cum Gal. temperamentum formam hominis substantialem esse contendunt, quia hoc finis est, quo in humanum corpus inducto, cessat motus. quum nihil, præter temperamentum, sensu acquiri videamus. quòd item hoc sit corporis perfectio, & actus primus, nēpe quo læso, nostræ actiones, et intellectio læditur. Quòd itē, aiunt, si alia hominis est forma præter temperamentum, oportere hanc esse vel substantiam, uel accidens: at anima nō est accidens, quoniam accidens corpori daret esse; ergo substantia. si substantia,, non corporea, quia de hoc rursum corpore quæretur, an aliam formam habeat. incorporea igitur erit. tunc uerò & externa erit, & incorruptibilis: & ex corruptibili, & incorruptibili fiet vnum, quum tamen ea differant plusquam genere. Quod, inquam, hi pro Gal. sententia dicunt; tenuissimo, ac leuissimo fundamento nititur. Esto enim, quòd inducta in corpus temperatura, omnis agētis actio desistat: absurdum dictu est, eam finem esse in generatione hominis, vltimum, seu primum (vt aiunt). neque enim homo est, nisi posita anima rationali. cætera verò, nec temperies solum; sed figura quoque ipsa corpus ambiens, corporis naturam sequuntur. vt ridiculum sit, vel, nihil acquiri præter temperamentum, quod sensu videamus, asserere: quando temperamentum minus sensu vsurpamus, quam figuram corpus ambientem qualitatis speciem. uel idcirco negare aliā, præter temperamentum, formam adesse; quòd ea sensum lateat. propterea nanque animam sensu non percipimus, quia corpus non est. & qui formas rerum sensibus patere existimant, citra modum philosophantur. Neque verò (quod subijciunt) licet temperies euersa actiones euertat, ideo temperies est anima. alioqui enim tot in corpore essent animæ, quot temperamenta: tot autem hæc sunt, quot partes. Videmus verò intemperie affecta una particula, non totius corporis actiones offendi. Ac si propter actionum offensas temperamentū animam putant, debent & eadem ratione compositionem corporis, & vnitatem, animam asserere; quibus læsis, illæsa etiam temperie, corrumpi actiones vsu uenit. Sed & illud, quod tertio loco obijciunt, nullius momenti esse perspicuum est. quando, si ea præter temperamentum forma incorporea est, incorruptibilem fore concludunt. deinceps verò, absurdum illud sequi, quòd ex corruptibili, & incorruptibili, quæ plus quàm genere differunt, unum fiat. Quis enim (ut antea diximus) corporeas formas esse aliquas vidit? sunt illæ quidem corporeæ, quia eductæ de corporis potentia, non tamen corpora. incorporea est brutorum & plantarum forma, quæ tamen de corporis potentia emergit. De rationali uerò anima, alia est ratio. & quanquam malunt multi cum belluis esse belluæ: nos tamen (id quod multi præclarissimi philosophi senserunt) non repugnare philosophiæ principijs putamus, ex incorruptibili (ut est loquendi vsus) à parte post, & corruptibili, unum fieri: qui certè parentem rerum naturam, multo maiora posse non ignoramus. Quam obrem (quum hæc ita se habeant) concludamus tandem longè aberrare eos, qui temperamentum animam esse, & animam ex elementis statuunt. id quod & res ipsa, & princeps philosophorum Aristot. 2. de gener. & corr. improbat.* tex.45. *& falli eos fateamur, qui temperiem substantiam esse existimant.*

2 *Cum enim adinuicem, &c. Appositè suis uirtutibus agere elementa dixit, Aristotelem æmulatus. 1. de part.* Cap.1. *anim. Neque enim elementa inuicem suis formis pugnant, quum substantia substantiæ contraria non sit; sed solis qualitatibus; formis ipsis integris, & immutatis remanentibus: vt author noster sensit. cuius sententiam sequitur Auerr. 1. de gen. & corr.* com.90. *licet 3. cæli contra ipsum disputet, quia nihil ex elementis fieret forma substantiali ab ijs diuersum,* com.67. *quòd mixta formam vnam non haberent. quòd mixtorum formæ in primam materiam non reciperentur, uelitq; propterea is formas quoque ipsas pati, non prorsus tamen aboleri. & si verò substantiæ neque intenduntur, neque remittuntur; referre tamen id non putat in elementorum formis, quæ imminutæ sunt substantiæ, & mediæ inter substantiam & accidens. Cæterum, si formæ elementorum non perfectæ sunt, & elementa ipsa imperfecta, certe quomodo perfectiora ex his fiant corpora, non uideo. solida sanè rerum initia ni si statuamus; neque res ipsas multò solidiores esse oporteat. Placet ergo nobis Auicennæ sententia, mistionem, uidelicet, ex elementis fieri solis qualitatibus inuicem pugnantibus, non etiam formis. neque enim quum forma diuisionis capax non sit, vt ipse Auerr. 5. phys. & 6. testatur,* com.63.cō 45. *quòd frangatur earum vis, quòd intendantur ipsæ, aut remittantur, incorruptis philosophiæ principijs admitti potest. Neque uerò rationes contra authorem nostrum quicquam certi probant. Nempè, quòd primo loco nihil gigni asserunt ab elementis diuersum, si eorum forma seruatur. (nimirum, quæ seruatis corporibus coeunt; non miscentur, sed coniunguntur) hoc inquam eo confutatur, q, & si elementa secundum formas integra sunt: quo ad qualitates tamen uariantur: & ipsa eorum corpora, & substantiæ ipsæ in minimas partes dissecantur. Neque item, licet formæ elementorum supersint, plures in misto sunt formæ: quando eodem testante Auer. ex Alex. mente 12. metaph. elementorum formæ* com.15. *in misto rationem materiæ habent, & sola misti forma uerè est forma. Quare, neque id, quod posteriori loco obijcitur, quòd forma misti in primam materiam non recipitur, efficacius sententiam huius authoris oppugnat. Si enim elementorum formæ in misto, formæ vim non habent; quum inter misti formam & primam materiam nulla perfecta forma intersit, perfici profectò materiam primam a misti forma oportet; atque ita misti formam in communem & primam materiam suscipi, non in secundam. His ergo fortasse Auicennæ sententia ab Auerroe defendi potest.*

3 *Sed medicus physico &c. Si temperamentum qualitas est ex mutua primorum elementorum actione proueniēs; possunt ea ita inter sese agere; vt, aut vnum, aut duo uictis alijs exsuperent; (plura nanque ob contrarietatem vincere simul nequeunt) aut confecta iam pugna, æquè omnia & uincant, & uincantur. Quare, et post horum actionem, aut una emerget qualitas cæteris superior, aut duæ, aut nulla. Vbi vna,*

aus

aut plures qualitates excellant, iure inæquale temperamentum dicitur. vbi apud nullum victoria est, sed æquè potentes sunt omnes, æquale. Hoc autem, medici, ad alterius æqualis differentiam, quod licet uerè inæquale sit; comparatione tamen ad alia, quæ magis ab æqualitate distant, temperatissimum videtur; æquale ad pondus nominant: quum alterum, quod per collationem est, æquale ad iustitiam appellent. Sanè diuisio hæc (quam modò de qualitatum actione attulimus) ita coniunctam habet rationem, vt nullam videatur pati controuersiam. Dubitatio tamen est, an æqualis ea, & ponderalis temperies re ipsa, vel sola potius imaginatione deprehendatur. Cap.9. *Galenus 1. de temperam. reperiri putat, & veluti extremorum normam proponit: ipsam calidissimæ & frigidissimæ aquæ, nec non cineris atque aquæ ipsius permistæ, confusæq́; exemplo astruens. Aduersus tamen eius sententiam, & author noster sentit hoc loco, & Auerroes* com.43. *2. de gen. & corr.* com.10. *4. meteor.* com.7. *1. cæli.* com.23. *10. metaph. &* cap.ult. *2. Coll. dari æquale ad pondus negat. cum, quoniam ab æqualibus non prouenit actio, neque propterea ex æqualium qualitatum actione in misto, forma vlla induci potest; tùm quia ut ex pluribus vnum fiat, oportet ex multis ijs unum se habere, vt formam, alterum vt materiam: atque esse id non potest in ijs, quæ æqualia sunt. Adde, quòd si daretur æquale ad pondus, daretur tale mistum, quod in quauis regione positum, in medio, & grauium, & leuium quiesceret; tale uerò mistum non inuenitur. Hæc ferè ex Auerrhoe collegimus, quibus æquale temperamentum ponderale refutat, quamuis ratio, quam tertio loco adduximus, æqualitatem, quæ inter grauitatem est, & leuitatem, destruat: de qua nobis sermo non est, quum temperamentum ex primarum, non secundarum qualitatum actione proueniat. Cæterùm, quod ad hanc dubitationem pertinet, non ignoramus multa a multis in vtranque partem afferri. Licebit tamen fortasse, si rem spectemus diligentius, contraria horum authorum placita ita conciliare. ut philosophos quidem, cum quibus, & author noster, & Auerrhoes sensit; æqualitatem ueram, & permanentem negare: medicos uerò apparentem, & momentaneā admittere, dixerimus. Et si enim ratio videtur id persuadere: sicuti ex mutua elementorum actione vnam quandoque, aut duas qualitates accidit superare; ita & posse easdem pari robore præditas neque vincere, neque vinci. res tamen ipsa planè indicat, neque actionem ab æqualibus prouenire: neque dari temperatum istud corpus, nisi fortasse in instanti, dum ex una qualitate in aliam illi aduersam, putà ex calore summo in frigus summum, per medium temperatum iri oportet. certum autem est eorum, quæ momentanea sunt, rationem non haberi. Et, quamuis mistio, quam Galenus ex frigidissima, & feruenti aqua, siue ex aqua & cineribus facit, temperata sensu appareat: ea tamen perfecta mistio non est, neque diutius ipsa quoque temperies manet. adde &, quòd sensum euenit frequenter falli, vt temperatum illud iudicet, a quo insigniter non afficitur.*

4 *Vitæ etenim principium &c. Quum uita per calidum consistat, ut Arist. notat in lib. de morte & uita, calor autē humido nutriatur: quumq́, ex calido & humido nostræ generationis initium sit, ut ex Gal. habetur 1. aph.* com.14. *iure cor, & spiritus uitæ principium esse ait: quæ, quum aliorum membrorum collatione maximè calida sint, & ad humidum inclinent; sunt innato calori conseruando aptissima. uti enim ignis aere pro alimento utitur; ita & innatus calor innatum humidum depascit, & eo conseruatur.*

5 *Et ex eis quidem est unum frigidum &c. Cerebri temperaturam multò esse frigidissimo corde frigidiorem dixit Gale. in lib. ar. med.* Cap.28. *Quod verò ait frigiditatem cerebri non esse ad cordis calorem temperandum, aduersus Aristotelis sententiam est, qui 2. de part. anim.* Cap.7. *oppositum scriptum reliquit. Con a quem & Galenus pugnat 8. de vsu par.* Cap.3. *Tuetur tamen philosophum Auer. 2. Coll.* Cap.11. *Et author quoque noster lib. 3. fen 1. huius* Cap.2. *sententiam sequitur. Nobis uerò non uidetur reprehensione dignus Arist. quando, etsi huius tantum rei gratia factum cerebrum non est, ut refrigeret cor, sed multorum præterea vsuum gratia, quos philosophus non ignorauit; negari tamen non potest, quin cerebri frigiditate uitaliū spirituum feruor remittatur, temperetur q́; . dum vitales sursum latos, animales euadere oportet. id quod illum sensisse arbitramur.*

6 *Quumq́; regiones attenderimus &c. Regionum temperamenta, & naturam, & qui quibus regionibus homines nascantur, docuit Hipp. lib. de aer. aqu. & loc. An verò sub æquinoctiali temperatus sit cæli status, uidendum a nobis erit postea. quum hic de aeris mutatione respectu regionum verba faciet.*

7 *Imo oportet ut scias &c. Carnem dicit ad æqualitatem plus quàm cætera membra accedere, & hac propinquiorem temperiei esse cutem. Videtur controuersia esse, quoniam Galenus 1. de temperam. & passim alibi carnem calidam esse ait, & humidam.* Cap.9. *Sed uerè controuersia non est, quum hic author non æqualem esse uelit, sed æqualitatem accedere, si alijs membris conferas. At verò, qua ratione hoc dixerit, putant aliqui sequi eum Aristotelis sententiam, qui 2. de part. anim.* Cap.1. & 8. *videtur tactus instrumentum esse carnem existimasse. id quod & Alex. in 1. paraphr. de anima. & Auer. 2. Coll.* Cap.ult. ca. 11. & 13. *quamuis Themist. 2. de anima, & Auer. ibidem contra Alex. disputent.* Cap 40. *Verùm quòd hi fallantur, ex eo constat, quòd statim probat Auic. cutem esse temperatissimam, & carne etiam temperatiorem. Nobis ergo videtur ratio, cur carnem ad æquale temperamentum dicat accedere. Et si enim hęc calida est, & humida; stat tamen, qua ratione humanum corpus, si cęteris animalibus comparetur, temperatum dicitur; quum calidum tamē sit, et humidum: eandem, respectu aliarum partium, quę à caliditate, & humiditate magis distant, carnem esse temperatissimam: quum in calido & humido stet uita. sicuti antea dictum est. At uerò, quum caro cuti ipsi confertur, alia est ratio, propter quam cutis temperatior existimetur. nempè, non quòd hęc tuendæ vitę commodior sit; sed ob eius substantiæ rationem, quæ inter contrarias qualitates media quodammodo est. id quod hic author eo probat, quòd hęc a temperatis non afficitur, neque ea sentiat, quod magnum est eius cum ęqualitate similitudinis indicium. Neque uerò intelligendum hoc est quòd cutis, quę temperatissima sunt, non sentiat: absurdum enim dictu est cutem ęqualia, & temperata prorsus non sentire: quando hoc pacto sensus instrumentum, quanto temperatius est tanto ad sentiendum ineptius esse oporteat. Sed non sentire cutem æqualia propterea hic dixit, quòd molestia ab ijs non afficiatur, dum sentit; sed summa potius iucunditate sentiat. Quum autem triplex carnis sit genus, est enim caro musculorum, est caro viscerum, & glandularum; quum de carne egit, musculorum carnem intellexit: huic enim multi a natura immixti sunt nerui ad eius moderandam temperiem. ut Auer. 2. Coll.* Cap.13. *Reliqua, quæ hic de manus cute, habes ferè ex Gal. 1. de temp. & 2.* Cap.9. cap.1.

8 *Dicemus itaque quòd complexiones &c. Et hic de inæquali temperamento inter maximos viros controuersia est. quum eius differentias, octo hic author faciat, quatuor simplices, & quatuor compositas, quod & Galenus in libris de temperam. Auerrh. uerò Coll. simplices quatuor dari neget:* Cap.1. *quum nulla sit ex actiuis qualitas, quæ passiuam alterā sibi non asciscat. Sed ab Auerrhoe facilè & hic & Gal. defenditur. Et si enim verum. i. quod Auer. ait; Medicus tamē, qui sensitiuus est artifex, id solùm, calidum iudicat, in quo calor euidenter percipitur; & frigidum in quo frigiditas; humidū & siccum, in quibus humiditas & siccitas. Fieri autē id potest, ut temperamento quis, quo ad actiuas (quantum sensu*

conyci

conijci põt) qualitates, calidiori aut frigidiori sit; quo ad passiuas tamẽ dignosci nequeat, an siccitas, an humiditas exsuperet: proptereaq; ut tale corpus simplici tẽperamẽto prædi tũ censeatur. Fatemur tamen processu temporis ob actiuarũ vim, & passiuas qualitates intẽdi: & temperamentum compositum euadere, quum antea simplex iudicaretur. id quod & Gal. 6. de tuen. ualet. scriptum reliquit.

De complexionibus membrorum. Cap. 2.

Vide disquisitiones physiologicas Costæi pag. 144. usque ad 189.

D[1]ICO, quòd deus cuique animali, & cuique membro donauit ex complexione quod magis meretur, & quod eius actionibus, & dispositionibus secũdũ possibilitatem melius existit: hoc aũt certificare philosophi est, & non medici. Donauit autem homini complexionẽ temperatiorẽ quàm in hoc mundo esse est possibile,[a] [cum suarum virtutum cõuenientia] quibus agit, & patitur: & vnicuique membro donauit de complexione, quod meretur. Posuit ergo quædam ex mẽbris calidiora, & alia frigidiora, & alia sicciora, & alia humidiora. Quod autem in corpore est calidius, est spiritus, & cor, à quo procedit. deinde sanguis, licet in hepate generetur: quia enim cum corde continuus existit ab eo plus acquirit caloris, quàm hepar habeat. postea hepar, quia est sicut sanguis congelatus. post quod est caro, quę minoris est caloris, quã hepar, propterea quòd neruorũ uilli in ea mixti sunt, qui sunt frigidi. deinde sunt musculi, qui minoris sunt caliditatis quàm caro simplex: propter illud, quod de neruis, & ligamentis eis admiscetur. postea est splen, propter illud, quod est in eo de fece sanguinis, postea renes, eo quòd non multus in eis existit sanguis, deinde arteriarum tunicæ, non propter ipsarum neruosa corpora, sed propter illud, quod recipiunt de calefactione sanguinis, & spiritus. qui sunt in eis. postea sunt uenarum non pulsatilium tunicæ propter sanguinem solum.[b] [postea cutis] uolæ temperatæ. Frigidius verò, quod est in corpore, est phlegma. postea pili. deinde os. postea cartilago. post ligamentum. deinde chorda. post panniculus. deinde neruus. postea nucha. post cerebrum. deinde adeps. postea pinguedo. postea cutis. Humidius uerò, quod est in corpore, est phlegma. postea sanguis. postea pinguedo. postea adeps. postea cerebrum. postea nucha. postea caro mamillarum, & testiculorum. post pulmo. postea hepar.[c] † [ ] deinde renes. postea musculi. post cutis. Et hic quidem est ordo, quo Galenus disponit ea. Scire tamen debes, quòd pulmo in sui substantia, & natura, non est humidus uehementi humiditate. Omnis enim complexio membri naturalis similis est ei, quo nutritur: & secundum suam accidẽtalem complexionem similatur ei, quod[d] [ab] ipso superfluit. Pulmo autẽ nutritur calidissimo sanguine. & multæ admixto choleræ. & hoc quidem ipsemet Galenus nos docet. In ipso uero, multa humiditatis superfluitas colligitur, propter illud, quod ad ipsum ascẽdit de uapore corporis, & propter illud, quod ad ipsum, descendit ex catarrhis. Postquam igitur sic est res: hepar multò magis humidum est pulmone, humiditate naturali: & pulmo magis est madefactu;:[e] [licet humiditatis mora ipsum ẽt in sui substãtia molliorẽ fecerit,] dispõnes phlegmatis, & sanguinis ita intelligende sunt. Phlegmatis nanq; humectatio est secundũ modũ madefaciẽdi; & sanguinis humectatio est scd̃m modũ[f] [augmentũ faciendi in substãtia]. licèt phlegma naturale aqueũ plerũq; sit maioris humiditatis, quã sãguis. Ex sanguine .n. quũ quantũ digeri debet, digeritur: multũ humiditatis ex eo resoluitur: quæ erat phlegmatis naturalis aquei, quod ad ipsum conuersum fuit. In sequentibus aũt scies, ꝙ phlegma naturale est sanguis, qui aliqua cõuersus est cõuersione. Res aũt siccior, quæ est in corpore, sunt pili: sunt. n. ex uapore fumoso, qui eleuatur. resolutum nãq; fuit, quod in eo de uapòre mixtum erat, & pura fumositas congelata remansit. Postea est os: ipsum nanque omnibus mẽbris durius existit: humidius tamen pilis est. Ossis nanque generatio est ex sanguine: cuius fumus est siccus[g] [qui humores naturales exiccat locatus in eis]. Quapropter os multa nutrit animalia: pili uero eorum nullum nutriunt; aut fortasse si nutriunt: ex eis aliqđ valde est rarum, & extraneum; sicut existimant quidam, ꝙ vespertiliones eos digerant: & in eis delectentur. Nos autem, quum duas quantitates ossis, & pilorum in pondere æquali assumpserimus: & eas in cucurbita alembico supposito distillauerimus; egredietur ex osse plus aquæ, & plus olei; & remanebit minus fæcis. os ergo pilo humidius est. Post os autem in siccitate est cartilago. postea ligamentum. post chorda. post panniculus. post arteriæ. post uenæ. post nerui motiui. post cor. post nerui sensus. motionis. n. nerui frigidiores & sicciores simul existunt temperato: nerui autem sensus frigidiores quidem, sed non multum sunt temperato sicciores: & fortasse sunt ei propinqui: & neque etiam in frigiditate sunt ab eo ualde remoti. postea est cutis.

a B cum conuenientia seu proportionalitate ipsius ad uirtutes.

b B. postea cutis manus temperatæ frigiditatis.

c † B. dein splẽ.

d B. in

e B. licèt affectuatio madefactionis iam fece-rit ipsum humidiorẽ in sui ẽt substantia.

f B. penetrandi in substantiam mẽbri penetratione ita perfecta, ꝙ conuertatur in substãtiã ipsius membri.

g B. in quo exsuccat humiditates naturales ex eis possibiles. Alia litera. in quo os exuccat humiditates naturales locatas circa ipsum.

ANNOTATIONES.

1 *Dico quod Deus &c. Ex Galeno sunt hæc omnia, primo de temp. & secundo. Sed dignùm animaduersione est, quum de spiritibus & corde agitur. Quòd calidissimum, omnium viscerum sit cor, & 1. de temperam. & lib. de semine, & alibi sæpe testatur Galenus. Verùm an idem partium nostri corporis omnium sit calidissimum, non æquè constat. quum hic author hoc loco in calidorum membrorum enumeratione spiritus præponat, quod & Auer. 2. Coll. facit, quibus assentiri & Hipp. videtur lib. de carnibus, spiritum ex omnibus in homine maximè calidum esse dicens. Contrarium tamen statuendum videretur, ex Arist. regula 1. post. nempe propter quod vnumquodque tale, illud magis. atque ideo quum spiritus à corde producantur, cor ipsum calidius esse dicendum esset. Item Gale. sanguinem partium omnium ait esse calidissimum 1. de temperam. Vbi & inconstantiæ videtur accusandus, quòd sanguine bilem multò esse calidiorem scribit 2. de temperam. in tam multiplici dubitatione ita statuendum videtur. Quòd cor spiritibus calidius sit, dictat ratio, sortiuntur enim calorem spiritus à corde. Verùm, sicuti, si ad accensos carbones paleæ admoueantur, accendantur que; ob tenuiorem earum substantiam; copiosior & latius se se explicans ex ijs caliditas exurgit, quàm ex carbonibus: efficacior tamen atque acrior horum est calor. ita & spiritus, quum tenuiori natura constent, & latissimè effundantur, calidiores uidentur, copiosiori uidelicet calore redundantes quem cor: ipsum tamen cor acrior caliditas tenet. Quum uerò*

Cap. 9 cap. 3.

Cap. 9. Cap. 8.

Cap. 2. & 3.

Cap. 9.

Cap. 3.

verò sanguinem ceteris partibus Galenus præponit, non spiritib. ipsis præponit, sed partibus corporis quę sensibus subiacent, quales spiritus non sunt: cuius rei indicio est, ꝙ de spiritib. Galenus non meminit. Quum item bilem calidissimam esse rerum omnium dicit, & sanguini præponit, simplicem bilem intelligit a sanguine & pituita distinctam, quę non potestate solùm (ut quidam dixere) sed & actu (id quod excretiones biliosę palàm faciũt) sanguine ipso longè est calidior.

Cap. 9. cap. 3. | Cap. 2. cap. 5. | Cap. 9. cap. 9. | Cap. 5. | Cap. 26.

2 *Post pinguedo &c. Pinguedinem inter partes frigidas reponit, quod Galenus facit 1. de tempera. & 2. & Auer. 2. Coll. Contrarium tamen scribit Arist. 2. de part. anim. & 3. necnon Gal. 4. de usu part. ubi eo argumento calidã hanc esse probat, ꝙ cito inflammetur, quum nullum frigidum cito inflammari constet, quod & 3. de temperam. scriptum reliquit. Quibus & Auer. astipulari uidetur 5. Coll. pinguedinem intestinorum ad calidum inclinare scribens. Sanè dirimendæ huius litis gratia, respondent quidam, pinguedinem actu calidam, natura quoque calidam esse: quod eo constat, ꝙ flammam calida citissimè concipiat, frigidam tamen actu inter frigidas partes esse numerãdam. Cæterùm solutio hęc non satisfacit, quum de pinguedine & ceteris hisce partibus agant & Galen. & Auicen. ut partes uiuentis sunt corporis, tales uerò calidæ actu sunt oẽs, non frigidæ. Quamobrem soluetur fortaße quæstio, si pinguedinem, quia a frigida causa fiat (cuius rei indicio est, ꝙ in frigidis & temporibus & regionibus pinguiora animalia sunt, tenuiori scilicet sanguinis parte, ex qua pinguedo fit, minimè absumpta, vt per calorem) si pinguedinem (inquam) meritò effectricis causæ inter frigidas partes recenseri dixerimus. Verũ quodcunque responsum fuerit, illud certè constat, & ratione materiæ ex qua fit, quum ex tenui, & leui sanguinis portione gignatur: & quo ad eius naturam, ac (ut ita dicam) formã, quum facile inflammabilis sit, pinguedinem inter ea quæ calida, non quæ frigida sunt, esse reponendam.*

Cap. 9. | Cap. 3.

3 *Post nerui motiui &c. Neruos duros cute sicciores facit, molles uerò parum ait a cutis siccitate recedere. quod et Gal. 1. de temperam. aßerit. Idem Gal. 2. de temperam. duros neruos in humido & sicco secundum cutis naturam se habere, ac mollium naturam cuti eße proximam testatur. Sed conciliantur hæc loca, si neruos duros, tametsi cute sunt sicciores, paulùm tamen ab eius temperamento differre dixeris. ut non mirum sit, si propterea illos secundum cutis naturam se habere, medici scribant.*

Cap. 3 cap. 12. | Cap. 9. | Cap. 3.

4 *Post cor &c. Supra de actiuis agens qualitatibus, cor in calidorum ordine posuit: hic de paßiuis tractans, inter siccas partes reponit, quod & Gal. 2. de temper. & 3. de alim. fac. facit. Contra tamen 1. de temperam. cute ait esse humidius, & Auerr. quoque 2. Coll. proposita de hac re quæstione, totam cordis substantiam ad humidum uergere existimauit. Soluitur si cor, quo ad eius substantiam, siccum dixeris. id enim illius durities prodit; at sanguinis & spirituum (ut Auerroes innuit) ratione, quibus nunquam non copiosissimè scatet, substantiæ siccitas temperatur, ut ipsa etiam cute humidius euadat.*

De complexionibus ætatum & generum. Cap. 3.

Aide Disquisitiones physiologicas Costæi a pag 189 vsq; ad 221.

a B. ætates oẽs sunt quatuor, ætas augmenti, quæ uocatur ętas alhadate, & est ferè vsq; ad xxx. annos. Postea est ætas consistentiæ, quæ ẽ ætas iuuẽtutis, & est ferè a 35. usque ad 40. annos. Et ætas declinationis cum remanentia uirtutis, & hæc est ætas almechihelin, & est usque ad annos 60. & ætas declinationis cũ manifesta uirtutis debilitate, & hæc quidẽ ætas est senij vsque ad finem uitæ. Aetas uero alhadate diuiditur in ætatẽ infantiæ, & hæc quidẽ est cũ membra pueri nondũ ad motiones, & ad ambulandũ sũt apta. Et in ętatẽ puerilẽ, quæ est post ambulationem, & ante fortitudinẽ uel soliditatẽ, & illud quãdo nondum dentes ceciderint, & nati fuerint. Postea est ætas alterharha; quæ post fortitudinẽ seu soliditatem, & natiuitatem dentiũ ante almeracha. Deinde est ętas algulamie, & alreach quousq; barbescat. Deinde est ætas alfethian. quousque desinat crescere. Puerorũ uero. s. ab infantia sua usque ad alhadate cõplexio in caliditate ferè temperata, & in humiditate ferè superflua existit.

AEtates [a][omnes sunt quatuor. Aetas adolendi, quæ uocatur ætas adolescentiæ: & est ferè usque ad. xxx. annos. Postea est ætas consistendi, quæ, uocatur ætas pulchritudinis: & est ferè usque ad. xxxv. aut. xl. annos. Et ætas minuendi, quum uirtus non amittitur: & hæc est ætas senectutis, quæ ferè est vsque ad annos. lx. Et est ætas minuendi, cum manifesta uirtutis debilitate: & hæc quidem ætas est senium, & finis uitæ. Adolescentiæ uerò ætas diuiditur in ætatem infantię: & hæc quidem est, quum membra pueri nondum ad motiones, & ambulandũ sunt apta: & in ætatem dentium plantatiuam, quæ est post ambulationem, & antequam sit fortis: & illud est quũ nondum gingiuæ sunt omnibus dentibus repletæ. postea est ętas concussionis, quod quidem est post vehemẽtiam & natiuitatem dentium, & antequam polluantur. deinde est ętas alguelemati vel alguadi & rehac, idest, quum ab eo egreditur sperma, quæ est quousq; barbescat: postea est ætas fortitudinis, quæ est donec desinat crescere. Infantium verò solum ab infantia usque ad iuuentutem cõplexio in calore ferè temperato, & in humiditate ferè superflua existit]. Medici autem antiqui inter se disceptauerunt de duabus caliditatibus, pueritiæ, & iuuentutis. Fuerunt enim eorum quidam, qui dixerunt, quòd caliditas pueri est maior: & propter illam plus crescit; ideoq; omnes eius operationes naturales desiderij, & digestionis, sũt maiores, & diutius durantes; quoniam calor innatus, qui inest eis ex spermate, magis est aggregatus: & est minoris temporis. Et ex eis fuerunt, qui dixerunt, quòd calor innatus in iuuenib. est valde fortior, quoniam eorum sanguis est maioris quãtitatis, & magis spissus; ideoq; accidit eis fluxus sanguinis ex naribus plus, & fortius: & ꝙ eorum complexio plus ad choleram declinat, & puerorum cõplexio plus declinat ad phlegma: & quòd iuuenes vehementiorum motionum existunt: motus uerò non est nisi propter calorem. & ipsi etiam vehementioris istimbre existunt, & sunt melioris digestionis. & hoc ex calore. desiderium nanque non est ex calore, sed ex frigiditate: ideoque caninus appetitus ex frigiditate sæpius contingit. Signum autem quòd uehementioris istimbre isti existant, est, quòd neque nausea accidit eis, neque vomitus, [b][neque fastidium,] quemadmodum contingit pueris, propter digestiuę eorum malitiam. Et signum quòd eorum complexio magis choleræ pertinet, est, quòd omnes eorum ægritudines sunt calidę; sicut febris tertiana: & eorum uomitus totus est cholericus. ægritudines autem plurimæ, quæ pueris eueniunt sunt frigidæ, & humidæ, & eorum febres phlegmaticæ: & plurimum, quod vomunt, est phlegma. Et augmentum, quod est in pueris, non est propter fortitudinem caliditatis eorum. neque est, nisi propter multam ipsorum humiditatem: maximum etiam eorum desiderium significat caloris eorum diminutionem. Hę quidem sunt duarum sectarum sententiæ, & ipsarum rationes. Galenus uerò ambabus sectis contradicit. dicit enim quòd [c][eorum] caliditates in radice sunt equales; sed puerorum caliditas est maioris quãtitatis, & minoris qualitatis, scilicet acuitatis: & iuuenum caliditas est minoris quantitatis, & maioris qualitatis, scilicet acuitatis. Et huius quidẽ declaratio, sicut ipse dicit, est, ut opinemur unam solam caliditatem in mẽsura, aut corpus subtile calidum unum in quantitate, & qualitate in substantiam humidam multam semel [d][penetrasse,] sicut aqua: & alia uice [e][penetrasse] in substantiam siccam, & paucã, sicut lapis. & cum sic fuerit, inueniemus caliditatem aqueã maioris quãtitatis, & mollioris qualitatis: & caliditatẽ lapideam minoris quantitatis,

b B. neque satietas nauseatiua, seu corruptio cibi in stomacho.

c B. in ambob.

d B. sparsum esse.

e B sparsum esse.

tis,& acutioris qualitatis: & ita debes agnoscere caliditatem,quæ est in pueris,& iuuenibus.Pueri enim non fuerunt generati nisi ex spermate, quod est multum calidum.& huic calori nondũ accidit res,quę ipsum extinguat:puer nanque augeri non cessat;sed crescendo graditur:neque adhuc stetit,nedum quòd iam retrocedat. Iuuenibus verò nihil accidit,quod eorum calorem augmentet innatum,neque etiam aliquid, quod ipsũ extinguat:sed ille calor in eis conseruatur humiditate minoris quãtitatis,& qualitatis simul, donec ad declinationem perueniat:neq; tamen huius humiditatis diminutio [f] [est adhuc diminutio,quæ caliditatem retinere non posit:neq; est,nisi quia augmentum facere non ualet:quasi humiditas tãta erat prius,]quòd duas res facere poterat;custodire uidelicet calorem: & superesse etiam ad augmentum faciẽdum. ad ultimum verò,ad hoc deueniet, quòd neutrã duarum rerum efficere valebit. oportet ergo, vt in medio talis existat,quòd possit vnã rem efficere, & non alteram:falsum autem est vt dicamus ipsam posse augmentare,& non posse retinere calorem innatum.quomodo enim in re augmẽtum præstare potest,quod radicem non ualet custodire? restat ergo, vt dicamus, quòd calorem custodire potest, & in corpore augmentum præstare non potest.& scitum est,quòd hæc est ætas iuuentutis.Quod autem dixit secunda secta, quòd augmentum,quod est in pueris,non est nisi propter humiditatem;& nõ propter calorem:est dictio falsa.humiditas nãq; augmẽti est materia.& materia nõ patitur ꝑ se:neq; per se creatur:immo apud operationem virtutis in eam agentis.virtus autem hoc agens est anima;aut natura pręcepto dei.neque agit nisi cum instrumento:& illud est calor innatus.Quod autem dixerunt etiã, quòd vehemens [g] [desiderium,quod] est in pueris,nõ est nisi propter frigiditatem complexionis eorum,est dictio falsa.ex malo nanque desiderio, quod est propter frigiditatem cõplexionis,non prouenit istimbre,neque nutrimentum.puerorum enim istimbre melior est, quàm esse potest in pluribus horis:[h] [neque in eorum corporib. nisi foret propter hoc de permutatione eius, ꝙ comeditur,plus prouenirer,quàm fit illud quod dissoluitur:] propter quod crescunt. Aliquando verò accidit eis malitia istimbre propter eorum gulositatem:& quia corũ comestiones malis disponuntur ordinibus:& comedunt res malas & humidas,& multas;& desuꝑ malis mouentur motibus:quapropter de superfluitatibus plus in eis adunatur:unde purgatione indigẽt,& præcipue corũ pulmones. ideoq; eorum anhelitus est spissior,& velocior:magnitudinem tamẽ nõ habet,eo quòd eorum virtus nondum ad complementum peruenit.Hæc est dictio de complexione pueritiæ & iuuentutis, quemadmodũ Galenus declarauit: cuius nos sumus interpretes. Præterea sciendum est, quòd caliditas post tempus consistendi minui incipit: propterea quòd aer circundans,materiam eius quæ est humiditas,exiccat.Calor quoque innatus,qui est intus, ad hoc adiuuat:& labor proueniens ex motionibus corporeis & animalibus, quæ necessariæ sunt in vita: & defectus naturæ ad resistẽdum illi[i] [toti] semper.Omnes enim uirtutes corporeæ

f B. cõputatur diminutio ꝑ cõparationem ad conseruationem caloris, sed per comparationem ad augmentum. erat igitur prius humiditas in tãta quantitate,

g B. appetitus qui,

h & si nõ foret illud, non adueniret in eorum corporibus de permutatione, seu restauratione,quæ est nutricatio plusquam fit illud quòd resoluitur.

i B

sunt finitę,(hoc autem iam ratiocinatum fuit in scientia naturali,) eius ergo operatio non semp existit[k] [in materijs].Amplius,si hæc virtus infinita foret,& semper permutationem in corpore faceret eius,quod dissoluitur [l] [æqualiter, & vno modo; dissolutio tamen vno modo non esset:immo semper quotidie augeretur:& corpus dissolutionem tolerare non posset:& dissolutio humiditatem finiret.] quanto magis,quum duæ res se iuuent ad minorationem faciendam,& retrocedendum? Et postquam sic est,oportet necessario,[m] [ut materia destruatur]:& calor extinguatur: & præcipuè quũ ad eius extinctionẽ [n][adiuuet præter materiei defectum,alia causa:] & ilud est humor extraneus,qui accidit assiduè, propterea quòd cibus priuatur digestione,& adiuuat ad extinguẽdum ipsum duobus modis: vno suffocando & tegendo,alio,qualitati obuiando. hic enim humor est phlegmaticus frigidus. Et hæc est mors naturalis cuique indiuiduo destinata,secundum suam primam complexionẽ vsque ad terminum,quem in sua potentia habet ad suam humiditatem cõseruandã. vnũquodq; enim eorum terminum præfixum habet,qui in indiuiduis diuersificatur propter complexionũ diuersitatem.Et hi quidem sunt termini naturales.Sunt vero & alij [o] [termini abbreuiati:]totum tamen diuino prouenit præcepto.Quod ergo ex hoc acquisiuimus, est,quòd puerorum & iuuenum corpora,[p] [quantum ad æqualitatem, sunt calida] : & corpora senum,& decrepitorũ sunt frigida.Sed puerorum corpora ęquali sunt humidiora propter augmẽtum : & hoc quidem nobis insinuat experimentum,quod de mollitie ossium est,& neruorum,vel membrorum ipsorum:& cõsideratio,quoniam parum est,ex quo fuerunt sperma,& spiritus vaporalis. Senes autem,& decrepiti propriè pręter hoc, quòd sunt frigidiores;adhuc sunt sicciores.& hoc quidem scitur experimento,quod habetur de duritia ossium eorum;& asperitate cutis eorum;& consideratione,eo quòd prolixum est tẽpus, ex quo fuerunt sperma,& sanguis,& spiritus vaporalis. Et in pueris quidẽ, & iuuenibus est igneitas æqualis:sed in pueris plus abundat aereitas, & aqueitas.Et in senibus,& decrepitis plus abundat terrestreitas,quàm in illis duobus:& est in decrepitis plus.Iuuentus autem habet complexionem magis æqualem complexione pueri. comparatione tamen pueri est eius complexio sicca; & senis, & decrepiti comparatione,est[q] [humida]. decrepitus verò est siccior iuuene, & sene in membris simplicibus, & humidior utrisque humiditate extranea madefaciente. Secundum uerò diuersitatem complexionum generum, fœminæ frigidioris existunt complexionis: ideoque sunt in creatura minores masculis: & sunt humidiores. ergo propter complexionum earum frigiditatem multiplicantur earum superfluitates,& propter paucum ipsarum exercitium: & substantia carnium est rarior : licèt viri caro ex parte compositionis eius, quod ei admiscetur,fit rarior: [r] [sua nanque spissitudine plus prohibetur in ipsam penetrare,quod a venis, & neruorum villis ad eam prosluit]. Qui verò terras inhabitant septentrionales, humidiores sunt. & qui artes exercent a-

aqueas

K B.in restauratione.

l B. æqualiter secundum quãtitatem unã, fieret tamẽ resolutio nõ secundũ quantitatẽ vnã: imo augeretur super omni die tunc non esset restauratio resistens resolutioni:& esset resolutio finiens humiditatem.

m B.finiatur humiditas.

n B. quæ est ꝑpter paucitatem materiæ,uel defectũ materiæ, adiuuet ante alia.

Alia litera. B. propter materiei defectum.

o B.termini naturales.

p B.sunt calida temperatè.

q B.calida.

r B.quoniã sua spissitudine est maioris & uehementioris separationis ab eo, quòd in ipso penetrat ꝗ uenis, & de uillis neruorum.

queas, humidiores existunt. Et qui ab istis diuersificantur diuersi existunt. Signa autem complexionũ narrabimus, ubi uniuersalia signa, & particularia referemus.

ANNOTATIONES.

1 Aetates uariè à medicis diuidi solent, quum alij quatuor, alijs quinque, alij septem, & alij plures eas esse uelint. Hippocrates, annotante Galeno in libello, qui inscribitur, Breuis denotatio dogm. Hippocratis, in quatuor secat: puerilem ætatem, quam ueri respondere & abundare sanguine existimat, uirilem, qua bilis affluit, & æstati comparatur, inclinantem, qua, ut per autumnum, bilis atra exsuperat, & senectutem, quam scatere ait pituita, & hyemi comparari. Lib. 1. *Hanc diuisionem confirmat & author lib. de dieta: sed uirilem ætatem adolescentiam uocat, quam calidam esse ait, & siccam: inclinantem uerò statum nuncupat, frigidumq; & siccum esse arbitratur: sicuti senectutem frigidam & humidam: & pueritiam calidam & humidam pronunciat. Author noster ab Hippoc. & Galeno non discrepat. Quidam tamen tres tantum ætates esse cõtendunt, cum tres etiam sint calidi atque humidi innati immutationes, nempe cum vel augescat, vel in vigore sit, vel inclinet. Alij secundum senium adijciunt ex Galeno. Alij plures adolescentię partes faciunt, infantiam, pueritiam, pubertatem, & quam generis nomine adolescentiam vocant. Alij demum, non de ætatum dumtaxat, sed & de annorum singulæ ætatis numero contendunt. Cæterùm, qui adeò anxiam de his sollicitudinem habent, in eo tempus consumunt, quod pauci aut momenti, aut vsus in medicina est. neque enim calidi & humidi innati incrementum, status, & inclinatio solùm est: sed antea fuit & initium. ita ut uel hac ratione quatuor ætates sint constituendæ. Neque præterea vtro modo seces, aut reseces; artem multum iuueris. quum ætas nihil sit quam annorum quorundam numerus, ac propterea quantitas, quæ nihil agit, ut est 4. phys.* com. 84. *& quæ idcirco non suapte ratione, sed sola uirium uel præsentium, vel futurarum, & solius temperamenti gratia consideratur. Adde, & quòd non quiuis, certo tempore dentes explet, pubescit, floret, aut inclinat. ita ut certus annorum, aut mensium numerus singulis corporum immutationibus assignari queat, vt Gal. 3. progn. scribit.* com. 28. *Inanem ergo operam præstant, qui curiosius hęc prosequuntur. Quòd si tamen de ætatum numero liceat quicquam statuere, non est (sententia nostra) ab Hippocratis exemplo recedendum: is enim septenario numero tantum tribuit, & libro de carnibus, & de septimestri partu: ut uitam hominis in eo constituerit: & septem diebus post iniectum in uteros semen, eius corpus absolui asserat: & septem annis explere dentes: & multa alia, quæ septenarium hunc numerum posse in nobis plurimum confirment. Possent autem Hippocratis exemplo ætates in hunc modum explicari. vt à primo ipso ortu ad id usque tempus, quo dentes explemus (septenarius autem is est, ipso, vt diximus, Hippocrate adnotante)* Lib. de carnib. *infantiæ ætatem appellemus. uix enim tunc fari atque eloqui demum didicimus. A septimo ad secundam septimanam, ad annum scilicet decimum quartum, pueritia est. Hinc ad tertiam septimanam, annum uidelicet primum & uigesimum, pubertas est, quam adolescentiam uocant. A tertia septimana ad quintam, annum nempe trigesimum quintum, iuuenta est, vt 3. aph.* Com. 30. *quam alij & florentem & constantem nuncuparunt. Hinc rursum ad septimam septimanam, annum quippe nonum & quadragesimum, inclinationis est immanifestæ ætas atque hoc pacto septimæ septimanæ terminus, florentis ac iocundæ potissimum uitę finis, uidetur. Labuntur ex hoc & uires & uigor manifestius. potestq;, quicquid superest uitę; quod ferè ad septem alias septimanas in temperatioribus corporibus, regionibus, & uictu produci solet. (etsi aliqui etiam sint qui diutius uiuunt, frequentissimi autem, qui eò nõ perueniunt) potest inquam in duas rursum ætates partiri. quarum prior primum senium dicitur, a septimę septimanę fine ad decimę initium ad annum scilicet secundum & sexagesimum protracta. posterior uerò secundum senium, & decrepitas uocatur, quę a decima septimana ad decimã quartam, ad annum quippe septimum supra nonagesimum producitur, qui ferè humanę uitę est terminus.*

2 Medici autem antiqui &c. Affert controuersiam de puerorum & iuuenum calore, quam & lib. de animalibus 12. repetit ijsdem ferè uerbis, & copiosè pertractat Gal. et 2. de temper. & 1. aph. cap. 3. cap. 2. com. 14. *Ceterum de hac re non leuis adhuc dubitatio est. Galenus 2. de tempera. ita quæstionem hanc soluit, ut pueros calore miti, suaui, & uaporoso, iuuenes verò acri & mordaci abundare scribat. id quod & hic author nũc statuit. At 1. apho. pueros ait substantia humida & innato calore magis affluere, ascititio autem iuuenes. In priori ergo solutione pueros & iuuenes, quo ad calidam qualitatem, comparare uidetur. quo ad acredinem uidelicet, & contrariam illi qualitatem, quam suauitatem dixeris: In posteriori autem, quo ad substantiam confert, plus innatę substantię calidę in pueris, ascititię uerò in iuuenibus esse concludens. iure ergo dignum accusatione Galenum recentiores censent. Verùm, non discrepat a seipso Galenus. Quum enim innatus calor mitis sit, & suauis, nempe qui generationis principio proximus est, ac sanguinis & seminis plurimum adhuc retinet (non tamen, ut quidam intellexisse Galenum putant, quod semen adhuc & sanguis actu in ijs partibus sit, quę ex ipsis sunt factę (neque enim tam rudis Galenus fuit, ut elementa rerum non integra, aut distincta, sed confusa immutataq; in mistis esse ignorarit) illius videlicet caloris & humitatis quas à semine & sanguine habent, uestigia conseruans. quum inquam ortui propius sint pueri quàm iuuenes, non qualitatis dumtaxat calidę: sed ipsius calidę & humidę substantię, ac innati caloris copia affluunt. neque copia qualitatis calidę suauis absque substantia illa suaui potest affluere. ita & èconuerso, iuuenes quum calore & ipsi abundent, si mordaci affluant caliditate, & mordaci calida substantia affluunt, & contra. ita, vt eadem planè uno, & altero loco Galenus dicat. At uerò si de substantia calida innata quęstio est (dicet quispiam) quis ignorat pueros florentibus ętate esse calidiores? Quid hęc quęstio tot uerbis à Galeno pertractatur? Ridiculum certè est rem adeò notam in controuersiam reuocare. Verum, sententia nostra, antiquorum quęstio non de substantia particulatim, aut de qualitate ipsa caloris fuit proposita: Sed in uniuersum dubitatum est, an calidiores pueri iuuenibus sint. Huic verò dubitationi respondere quispiam non potest, nisi ęquiuocatione prius explicata. Quum enim calor multiplex sit nomen, quod quãdoque substantiam, quandoque qualitatem solam significat: & rursum, quum substantia calida alia innata, alia ascititia sit. & qualitas quoque ipsa magis & minus suscipiat; idque bifariam vel intensiue (vt aiunt) vel extensiue, seu vt alij dicunt, vel quo ad ipsius caliditatis qualitatem, uel quo ad quantitatem, quamuis impropriè qualitas aut quantitas qualitati inesse dicatur, intelligenda hæc prius, & distinguenda erant, quàm ad propositum problema iri obuiam possit. Si ergo caloris nomine substantiam intelligas, aut de innata loqueris, aut de ascititia. tuncq; cum Hippocrate dicimus, qui crescunt plurimum innati calidi habere, superari propterea à pueris iuuenes, quo ad innatam substantiam. ascititiã uerò in iuuenibus pręualere cum Galeno. Quòd si de accidente sit sermo; tum, si de eius quantitate roges, hæc substantię calidæ quantitatem sequitur. proptereaq; statui aliud non*

poteſt, quàm quod de calida ſubſtantia eſt conſtitutum: quę
ſi acris eſt, multã quoque acris & aſcititij; ſi ſuauis, eiuſdẽ
mitis & naturalis copiam coniunctam habet. reſpondendũ-
que propterea fuerit, iuuenes plus acris caliditatis, pueros
minus: hos rurſum plus ſuauis caloris, illos minus obtinere.
Quòd ſi, non de quantitate, ſed qualitate caloris quæſtio eſt,
ſtatim & illud manifeſtũ eſt, iuuenes pueris eſſe calidiores,
vt qui mordacem & acriorem calorem habeant. Atque
hoc pacto ſoluta quæſtio eſt. Nõ ergo de Galeno mirandum,
nec de authore noſtro, quos plura ſcripſiſſe oportuit ob pro-
blematis ambiguitatem. non, quòd apertum eſſe ignorarent
pueros plus calidæ innatæ ſubſtantiæ, quam iuuenes nulla
controuerſia obtinere. Sed videtur Auicenna & hoc loco,
Cap.3. *& 12. de animal. Gal. aduerſari, dicens calorem æqualem*
eſſe in radice in pueris & iuuenibus ex Galeni ſententia,
quum Gal. contra calorem in radice, ſubſtantiam videlicet
innatam calidam, in pueris plus affluere, cum Hippoc. ſen-
tiat. Sed, vt diximus, collata ſubſtantia ſubſtantiæ, & in-
nato calori, qui in pueris, illi, qui in florentibus; maior hu-
ius ſubſtantiæ copia in pueris abundat. ſin aſcititiam ſubſtã-
tiam intelligas; maior huius eſt in iuuenibus portio quàm
in pueris. æqualis ergo in vtriſque calor in radice eſt, vt ait
hic quo ad ſubſtantiam, non tamen quo ad eandem ſubſtan-
Cap.1. *tiam. Tollitur his & Auerr. ratio aduerſus Gal. 2. Coll. quũ*
fieri non poſſe ait, vt duo inueniantur corpora calore paria,
quorum alterum ſiccius, alterum humidius ſit. Et ſi enim in
vtriſque ſubſtantia calida redundat & pueris & ætate flo
rentibus, non eiuſdem tamen eſt generis, quum diuerſi calo-
res ſint, innatus, & aſcititius. Horũ ergo innatus ſuauis eſt
& humidus; aſcititius verò igneus & ſiccus.

3 *Quòd autem dixerunt &c. Etſi Galenus lib. ar. med. de*
frigido ventriculo agens, plus appetere ipſum dicit quam
calidum ob eius temperamentum, verè tamen ſecundum na
turam non eſt ea appetentia (etſi fortè alicui innata eſt)
quæ frigidæ qualitatis & intemperiei ratione prouenit; ſed
is ſecũdum naturam eſt appetitus, qui ex alimenti defectu,
& conſumptione ſequi ſolet. iure ergo eos accuſat, qui pueros
idcirco quia plus appetant, frigidiores iuuenibus putant.
quum in his contrà maior fiat appetitus ob maiorem alimẽ-
ti indigentiam: hęc verò eorum, quæ ingeruntur, ampliorem
diſſolutionem ſequitur, quæ à maiori calore pendet, quo cer-
tè pueri redundant. id quod diuinus Hipp. 1. aph. peruulgata
& celebri illa ſententia teſtatum reliquit, quum, qui creſcũt
plurimum habere calidi innati, ait, & pluribus propterea
egere alimentis, alioqui eorum corpora abſumi.

4 *Puerorum enim coctio. Ait in pueris meliorem coctio*
Cap.6. *nem quàm in iuuenibus fieri, quod & Gal. 1. de tu. val. vbi*
non hanc ſolum, ſed nutritorias vniuerſim actiones fortiores
Cap.8. *eſſe in pueris ſcripſit quàm in iuuenibus. & 5. de ſimpl. med.*
fac. ab innato calido, quo pueri redundant, roborari natura-
les in ijs facultates omnes teſtatur, quod & ſæpe alibi. At
contra tamen iuuenes duriſſimos & difficillimos concoctu
cibos concoquere quotidie videmus: quos ſuperare & co-
quere pueri nequeunt. Breuibus. Iuuenes præterquam quòd
innatum & ipſi calorem validum obtinent, contentricem
præterea vim fortiorem habent quam pueri, id quod teſta-
Comm.20. *tur Gal. 2. aph. quo ſit, vt huius rei gratia, quia validius reti*
net, amplexaturq; eorum ventriculus ingeſtos cibos, propte-
rea & ualidius quàm pueri concoquant, præſertim uerò ſi
dura ſiccaq; alimenta ſint: quòd ſicciores ipſi quum ſint, &
ſiccis edulijs eorum natura magis ſolet delectari. Quare li-
cet coquendi facultas caloris ratione in pueris ſit fortior, re
ſpectu tamen ſicciorum alimentorum validior in iuuenibus
eſt ob retentionem.

5 *Præterea ſciendum, quòd &c. Virtutes omnes corpo-*
Diſp.3. ſol. dub. 18. *reas finitas eſſe & terminatas teſtatur Auer. in deſtr. con*
tra Algaz. propterea author noſter innatum calorem no-
ſtrum à cauſa & interna & externa corrumpi probare ni-
Cap. *titur. Gal. quoque 1. de tuen. val. duplicem caloris innati cor*
ruptricem cauſam refert, internam, continuam uidelicet hu
midi à calore abſumptionem ad interitum uſque: & exter-
nam, aerem quippe ambientem nos immodicè calfacientem,
refrigerantem, exſiccantem & humectantem. Auerroes
etiamnum in paraphr. lib. de longit. & breuit. uitæ mortem
duplicis eſſe ait generis: naturalem, quando innatus calor in
natum humidum abſumit; & frigiditas ac ſiccitas prçua-
lent: & accidentariam, quum paſſiuæ qualitates, actiuas ex
ſuperant: quod fieri ait, quando extrinſecis cauſis non rectè
vtimur. tunc enim affluere excrementa in corpore euenit,
quæ ſecerni nequeunt. Philoſophi autem communem &
interitus & affectionum noſtri corporis omnium cauſam
in materiam referunt, ex qua noſtra ſunt corpora, vt Auer.
& in prologo phyſ. & 1. phyſ. libro teſtatur. Comm.88.

6 *Secundum verò diuerſitatem &c. Licèt Hippocr. lib.*
de morb. muliebr. primo, ſi modo Hippocr. ij ſunt libri, mu- Circa initia.
lieres viris eſſe calidiores & habere calidiorem ſanguinem
ſcriptum reliquit; certum tamen eſt viros ipſis eſſe calidio
res, quòd hic author ſcribit Ariſt. ſequutus 4. de gen. anim. Cap.1.& 2.
Neque enim propterea calidiores ſunt dicendæ mulieres,
quòd ijs fluunt menſes. quin ea ratione, frigiditatem produt,
& caloris imbecillitatem, cuius cauſa tot excrementis ſca-
tent. Neque etiam citius in vtero creſcunt fęminæ; ſed vi-
ris id accidit ob caloris redundãtiam & robur. Quod enim
extra vterum mares ſerius creſcant, alia eſt ratio nempe,
quòd humido magis viſcido conſtant, fęminæ verò magis
aquoſo & fluido. Vnde & ſicuti citius creſcunt, ita & ci-
tius ſeneſcunt. Neque item, quia ſalacior eſt, calidior eſt fę-
mina. quin id ob earum imperfectionem euenit, imperfectæ
enim perfectionem deſiderãt, vt Ariſt. 1. phyſ. notauit. Quod Tex.81.
verò mulieres etiam humidiores ſint maribus, leges & 3. Comm.11.
apho. & ſæpe alibi.

DOCTRINA QVARTA.

Ad ſciendum quid ſit humor, & eius diuiſiones. Cap. I.

HVMOR[1] eſt corpus humidum, [a] [liqui- a B. fluidum.
dum]: in quod in primis nutriens cõuer- Vide Diſquiſi
titur. Eius vero, eſt humor bonus: & eſt † illud tiones phyſiolo
de cuius proprietate eſt, vt fiat pars ſubſtantiæ gicas Coltęi pa
nutriti, ſolus, vel cum alio: & aſſimilari ei, ſo- gina 221. vſque
lus, vel cum alio: [b] [& in ſumma, materia reſtau ad 223.
rationis eius, quod ex eo diſſoluitur. & eius eſt † ille.
ſuperfluitas, & humor malus: & eſt] quod iſtud b B. & in ſum
agere non cõſueuit:] aut raro in bonum cõuer- ma eſt ſupplens
titur humorem: vnde antea à corpore expelli, & loco eius quòd
proijci debet. Dicemus ergo, quòd humiditatũ ex eo eſt ſuper
corporis quędam ſunt primæ, quædam ſecun- fluitas & hu-
dę. Primæ ſunt quatuor humores, quos paulò mor malus, &
poſt nominabimus. Secũdarum verò duæ ſunt eſt ille qui non
diuiſiones. aut enim ſunt ſuperfluitates aut nõ habet proprie-
ſuperfluitates. ſuperfluitates verò in ſequenti tatem illam.
bus nominabimus. Et quę ſunt non ſuperflui-
tates, ſunt humores, qui à principali diſpoſitio-
ne conuerſi membris delegati fuerunt; ſed nõ- * Mant. alia eſt,
dum alicuius membrorum ſimplicium opera- quæ in cauitate
tione perfecta, pars effecti ſunt quorũ ſunt qua- extremitatũ ue
tuor ſpecies. * Vna eſt humor, in foraminibus narũ exiguarũ;
extremitatum paruarum venarum contentus, quæ membris
membris ſimplicibus propinquarum, [c] [imbibẽ principibus vi-
tium ea]. Alia eſt humor per omnia ſimplicia cinę ſunt, atque
tranſiens membra; ſicut ros, qui in nutrimentũ ea ipſa [illegible]
conuerti eſt aptus; quũ corpus nutrimento ca- contenta eſt
ret; &, vt membra humectet, quum aliqua cauſa c B. à quibus ip
ſa membra im
bibuntur.

fortis

fortis motus,aut alia ea exiccauerit. Tertia eſt humor, qui parum ante congelatus fuit. & eſt nutrimentũ, quod in ſubſtantiam membrorũ ex parte complexionis cõuerſum eſt; ſed ex parte eſſentiæ completæ,& ſimilitudinis,nondum conuerſum fuit.Quarta eſt humor,qui eſt intus in membris ſimplicibus à principio natiuitatis: per quem partium eorum continuitas exiſtit: cuius principium eſt ex ſpermate. Spermatis vero principium eſt ex humoribus. Et dicemus etiam quòd humores humoroſi,boni,& ſuperflui; quatuor continentur generibus : genere ſanguinis,qui omnibus illis melior exiſtit; & genere phlegmatis; & genere choleræ rubeæ; & genere choleræ nigræ.Sanguis verò, natura calidus exiſtit & humidus:cuius ſunt duæ ſpecies naturalis,& non naturalis. Naturalis autem eſt, cuius color eſt rubeus, malo carẽs odore; & eſt valde dulcis.Non naturalis verò ſunt duæ diuiſiones.Alius enim eſt,qui à complexione bona fuit mutatus; nõ propter ea quòd aliquid ei admixtum fuerit; ſed quia eius complexio in ſe vitiata fuit : verbi gratia, quia aut fuit infrigidatus,aut calefactus.& eſt alius,qui non fuit mutatus,niſi propter humorem malũ,qui ei admixtus fuit,quod eſt ſecũdum duas diuiſiones : aut enim ad eum humor deforis venit,& penetrauit in ipſum,& corrupit:aut in ipſomet fuit generatus humor : verbi gratia; aliqua eius pars putruit; & eius ſubtile in cholerã rubeã; & ſpiſſum in cholerã nigrã cõuerſum eſt:& remanſerunt ambæ; aut vna earũ in eo. Et huius quidẽ diuiſionis partes,ſecũdum illud,quod ei admiſcetur,& ipſius ſpecies de ſpeciebus phlegmatis; & ſpeciebus choleræ nigræ; & ſpeciebus choleræ rubeæ; diuerſificantur:& ſpeciebus coloris: & aquoſitatis.plerunque ergo fit turbidus: & aliquando fit ſubtilis:& aliquando niger multa infectus nigredine:& quandoque albus. ſimiliter quoque in odore ſui,& ſapore,mutatur,fit nãque amarus,aut ſalſuſ,aut acetoſus.Phlegmatis autem,aliud eſt naturale:& aliud non naturale. Naturale [d] † [ ] eſt, quod eſt aptum, vt in aliquo tempore fiat ſanguis; quoniam eſt ſanguis non plene coctus. & [e] † [ ] eſt quidam modus dulcis phlegmatis,quod nõ valde exiſtit frigidum:immo corporis comparatione eſt frigiditatis paucæ: ſanguinis vero comparatione, & choleræ rubeæ eſt frigidũ.* Et eſt ẽt phlegma dulce,quod non eſt naturale, quod eſt phlegma ſaporem non habens: quod nominabimus : qđ fit,quum acciderit, vt cũ eo ſanguis miſceatur naturalis,quod multoties in rheumatiſmis, & in ſaliua ſentitur. Dulcis vero naturalis receptaculum,dixit Galenus,naturam non feciſſe mẽbrum proprium , quemadmodum duabus fecit choleris.hoc nanque phlegma ſanguini propinquam habet ſimilitudinem:& egent eo mẽbra omnia.ideoq; fecit natura,vt cum ſanguine vadat.Dicimus autem,quòd hæc indigentia eſt propter duas res.vna eſt neceſſaria: & altera iuuatiua.Neceſſaria verò eſt propter duas res. vna eſt,vt ſit iuxta mebra; ad hoc , vt, quum membra nutrimentum,quod ad ipſa cõſueuit venire,amiſerint (quod eſt ſanguis bonus) propter retentionẽ materiei eius,quæ à ſtomacho fit,& hepate pp aliquas cauſas.q̃ acciderũt; [f] [operẽtur in eo virtutes naturales eorum;] & coquãt; & digerant; & nutriantur ex eo; & ſicut calor innatus digerit ipſum,& rectificando facit ipſum ſanguinẽ: ſimiliter calor extraneus ipſum plerunque putrefacit,& corrumpit:hanc vero neceſſitatis partem non habent duæ choleræ. duæ namque cholere phlegmati in hoc non cõmunicant; [g] [quòd calor naturalis ipſum rectificat:& facit ex eo ſanguinem.licèt in hoc communicent ei,quòd calor accidẽtalis ipſum mutat,& facit ex eo rem putridam & corruptam.] altera eſt, vt ſanguini admiſceatur:vt ipſum aptum reddat ad membra phlegmaticarum complexionum nutriẽda:in ſanguine,quorum , qui ea eſt nutriturus; oportet phlegma actualiter eſſe ſecundum mẽſuram notam,ſicut eſt cerebrũ. ex hoc quidem in duabus eſt repertũ choleris. Iuuatiua verò eſt,vt humectet iuncturas, & mẽbra,quæ multæ exiſtũt motionis: ne ſiccitas eis accidat propter calorem, qui ex motu prouenit,& fricatione.Et hoc quidem eſt iuuamentũ ſtans in terminis neceſſitatis.Non naturalis aũt phlegmatis,aliud eſt ſuperfluitas diuerſæ eſſentiæ [h] [vſque ad ſenſum:& iſtud eſt mucilaginoſum.Et aliud eſt in ſubſtantia æquale in ſenſu; & in veritate diuerſum : & eſt phlegma crudũ. aliud eſt valde ſubtile: & ipſum eſt aquoſum. aliud eſt valde groſſum,album videlicet:& eſt illud,quod uocatur gypſeum:& ipſum eſt, cuius ſubtile fuit reſolutum,ideò quòd in foraminibus & iuncturis diu fuit retentum , quod omnibus exiſtit groſſius.Et ex phlegmate eſt quoddam,quod eſt ſalſum,quod omnibus phlegmatis ſpeciebus [i] [acutius eſt ,] & ſiccius, † [& leuius].Omnis verò ſalſuginis cauſa eſt:vt aquoſę humiditati pauci ſaporis,aut priuatæ eo,terreæ partes aduſtæ complexionum ſiccarum, & ſaporis amari,æquali temperamento miſceantur.ſi enim multæ fuerint,amarus ſapor prouenit.& ex hoc quidẽ ſimiliter fiunt ſales,& aquę ſalſæ.Et eſt etiam quum ſal fit [k] † [ ] ex cinereal& chali & calce , & ex alijs,quum in aqua coquuntur,& colantur;& illa aqua donec in ſalem coaguletur; aut ita dimittitur,donec per ſe coaguletur.Similiter quoque phlegmati tenui, quod ſaporem non habet,aut cuius ſapor adeò eſt paruus,quòd nõ ſuperat; quũ cholera [l] [ſicca natura ſe miſcuerit aduſta; æqualitatis admixtione ipſum faciet ſalſũ,& calefaciet]. hoc igitur phlegma eſt cholericũ. Galenus verò dixit phlegma hoc ſalſum fieri propter ipſius putredinem,aut aquoſitatem,quę ei admixta fuit. Et nos quidem dicimus putredinem ipſum ſalſum efficere:ideò quòd in ipſo aduſtionem facit; & cinereitatem , quę cum eius humiditate cõmiſcetur.ſola aũt aquoſitas,quũ ei admiſcetur,ſalſedinẽ in ipſo efficere non valet: quũ ibi vlla alia non fuerit cauſa.Et nihi quidem videtur [m] [quòd illa,aut,non permutationis eſt:ſed cõtinuitatis.]tunc.n.locutio completa erit. Et ex phlegmate eſt , quod eſt acetoſum . Et quẽadmodum dulce eſt ſecũdum duos modos: dulce per ſuam eſſentiam:& aliud propter rẽ extraneã,quę ei admixta fuit:ſimiliter acredo phlegmatis acetoſi ſecundum duos cõtingit modos: vno,ideò , quia res extranea ei admixta fuit,q̃ eſt cholera nigra acris,quam in ſubſequẽti nomina-

d † B.alia litera & dulce eſt.

e † B.ipſum.

*Mant. Nonnũquam tamẽ ex pituita dulci efficitur illa, quæ inſipida ẽ,& nõ naturali ; quã poſtea nominabimus &c.

f B. operentur virtutes eorum ſua caliditate.

g B. q̃ calor naturalis eas rectificat,& faciat ex eis ſanguinem: licet in hoc cõmunicent ei , q̃ calor accidentalis ipſas mutet, & faciat eas putridas corruptas.

h B.apud.

i B.calidius.

† Hoc Mant.nõ legit.

k † B artificialiter.

l B. amara ſicca ex natura & aduſta ſe miſcuerit moderata mixtione ipſum faciet ſalsũ.

m B.quòd loco, aut disiunctiuæ debet eſſe,&,cõiunctiua.

minabimus; altero, propter causam[n], quæ in ipsomet contigit: & illud quidem est, vt phlegmati dulci, quod diximus, [n] [ipso dulci existente] accidit, sicut accidit alijs succis dulcibus, prius bulliunt, & postea acescunt. Et est aliud ponticum, cuius dispositio est, quemadmodum hęc dispositio: fortasse enim erit eius pōticitas, propterea, quòd cholera nigra pontica ei admixta fuit. & fortasse erit eius ponticitas propter causam, qua in se vehementi infrigidatione infrigidatum est; adeò quòd eius sapor ad ponticitatē sit cōuersus: iō ꝙ eius aquositas congelata est. & ad siccitatē parū, & terrestreitatē alterata est: neq; fuit calor debilis qui ipsum bullire faceret, & cōuerteret in acredinē: neq; calor fortis, qui ipsū coqueret. & est phlegmatis spēs vitrei, spissi, grossi, vitro liquefacto similis in sui viscositate, & pōderositate; ꝙ † plerūq; est acre: & plerūq; saporē nō hēbit. Et videtur ꝙ illud ex eo, ꝙ est grossum, saporē nō habēs, fit crudū; aut cōuertitur in crudum. & hęc quidē est illa phlegmatis species, quę in principio rei erat aquosa, frigida: quæ neq; putruit, neq; res alia ei admixta fuit; sed sic permansit recondita, donec fuit ingrossata: & frigiditas fuit ei addita. Iam igitur declaratū est, ꝙ corrupti phlegmatis modi ex parte saporum ipsius, sunt quatuor: salsum, acre ponticum, & [o] [insipidum.] Et ex parte suę essentiæ sunt quatuor: aquosum, uitreum, mucilaginosum, & gypseum. crudum verò [p] [in collectione mucilaginosi continetur]. Cholera autē rubea alia est naturalis: alia est, quę est superfluitas naturalis. Naturalis est spuma sanguinis, cuius calor est rubeus, † clarus: & est leuis, acuta: &, quanto magis fuerit calida, erit eius rubedo maior. Quæ quum [q] [in corpore] generatur, in duas diuiditur partes: quarum vna cum sanguine vadit; & altera ad cystim transmittitur fellis. Illud vero, quod de ea vadit cum sanguine, cum eo penetrat causa necessitatis, & iuuamenti. Necessitas verò est, vt sanguini admisceatur ad nutrienda membra†, in quorum complexionibus [r] [magnam] cholerę rubeæ partē esse oportet, secundum modum, quem meretur de diuisione: sicut pulmo. Sed iuuamentum est, vt sanguinē subtiliet; [s] [& in itineribus] ipsum penetrare faciat. Quod verò de ea colatū ad cystim transmittitur fellis, causa necessitatis transmittitur, & vtilitatis. Necessitas aūt, aut est secundū totum corpus, ꝙ est, ipsum à superfluitate mundare; aut secūdū vnū ipsius membrum, ꝙ est, fel nutrire. Vtilitatis verò duo sunt iuuamenta. vnū est intestina à stercore, & phlegmate viscoso abluere: & aliud intestina, & ani musculos pūgere; vt, quid sit ei necessarium sentiat; & egestiones emittat. ideoq; sępe accidit colica, causa oppilationis: quæ fit in foramine, ꝙ à felle descēdit ad intestina. Nō naturalis verò cholera alia est, quæ à natura egreditur pp cām extraneam, quæ ei admiscetur: alia est, quæ à natura egressa est propter causam in se; quia eius substantia est nō naturalis. Partis primæ est alia, q̃ est scita & famosa; & est illa, cui extraneum illud, ꝙ est admixtū, est phlegma; cuius generatio magis est in hepate. & alia est, quæ est minoris famę; & est illa, cui extraneum, quod est admixtū, est melancholia. Nota aūt, & famosa, aut est cholera citrina, aut est cholera vitellina. phlegma nanq; cui admiscetur cholera, quādoq; est tenue; & generatur inde prima: quandoque est grossum; & generatur inde secunda, scilicet cholera, quæ ouorum vitellis similis existit. Quæ autem minoris est famę, est illa, quæ cholera vocatur adusta: quę aliquo duorum generatur modorum: vnus est, vt cholera in se aduratur; & accidat in ea cinereitas; sed eius subtile non separetur ab ipsius cinereitate; immo cinereitas in ea contineatur: & hęc quidē est peior. & alius est, vt cholera nigra extrinsecus ad eā veniat; & cū ea misceatur: hęc quidem est melior. Huius autem speciei cholerę color est rubeus; sed nō est [t] [clarus; neque floridus:] immo est magis similis sanguini; sed est tenuis: & plerunque à suo colore ꝓpter aliquas mutatur causas. Quę verò in sui substantia extra naturam est, alia est, cuius generatio sępius est in hepate; alia est, cuius generatio magis est in stomacho. Et illa quidē, cuius generatio magis est [u] [ab] hepate, est vna spēs: q̃ est, quādo q̃d in sanguine est subtile, aduritur; cuius spissitudo cholera est nigra. Et, quæ in stomacho magis generatur, duas habet partes, prassinam scilicet, & viridem, vt ærugo æris. Et mihi quidem videtur, ꝙ prassina ex vitellina generatur, quum aduritur, quum. n. aduritur, adustio in ea efficit nigredinem: ex qua cū citrinitate mixta generatur viriditas. † Aeruginosa verò videtur mihi, ꝙ generetur ex prassina, quū tantum aduritur, donec eius humorositas [x] [siccatur:] & ad albedinem redire incipit propter sui siccitatem. Calor nanque in humido corpore in primis nigredinē efficit: deinde denudat ipsum nigredine, quando eius oīno finit humiditatē. & quādo superfluit in eo, ipsū albificat, & hoc quidē in lignis attende, quæ prius in carbonē vertuntur; deinde in cinerē. Calor. n. in humido efficit nigredinem; & in eius cōtrario albedinē. & frigiditas in humido albedinē operatur; & nigredinē in eius contrario. hęc tamen duo iudicia, quæ in prassina & * ęruginosa iudicaui, æstimatiua sunt iudicia. hæc aūt species, q̃ dicitur * ęruginosa, omnibus choleræ rubeæ speciebus calidior existit; & peior; & magis pernitiosa. & dicitur, quòd est de substantia venenorum. Choleræ aūt nigræ, alia est naturalis, alia non naturalis superfluitas. Naturalis est boni sanguinis fęx, [y] [& turbulentia, & superfluitas:] cuius sapor inter dulcedinem, & ponticitatem existit. quæ, quū in hepate generatur, in duas separatur partes: quarum vna in sanguinem penetrat, & alia ad splenem trāsmittitur. Pars autem, quæ cum sanguine penetrat, vadit cum eo cā necessitatis, & vtilitatis: Necessitas verò est, † vt sanguini admisceatur eo modo, quo dēt in nutrimento cuiusq; mēbrorū: in quorum complexionibus [z] [magnam] melācholiæ partem esse oportet: sicut sunt ossa. Vtilitas verò est, vt sanguinem restringat, & confortet, & inspisset ipsum. Et pars eius, quæ ad splenem transmittitur, est illud, quo sanguis non indiguit: quæ ad ipsum vadit causa necessitatis, & vtilitatis. Necessitas verò, aut est secundum corpus totum, scilicet vt à superfluitate mundetur: aut secundum vnum membrū, quod est, vt splenem nutriat. Vtilitas verò ideo accidit, quia in

n B. aut ꝙ est in via dulcedinis. Alia litera. aut ei quòd est in via ipsius.

† quandoque.

o B. Alia litera dulce.

p B. est de summa mucilaginosi.

† Splendens, vt Mant.

q B. hepate. Ita & Mant.

r B. conuenientem.

Mant. tantum detur de cholera, quantū pro sua portione ac dispēsatione debetur, vt est pulmo.

s B. & in vijs strictis.

t B nasaha, neque lucidus.

u B. in.

† Zinaria.

x B. finiatur.

* Zinariæ.

* Zinariæ.

y B. & residentia ipsius: & turbidum eius.

† Mant. vt tantum de ea cum sāguine misceatur, quantū debetur pro nutritione &c.

z B. conuenientem.

os ſtomachi quaſi mulgendo profluit. Et hæc quidem vtilitas duobus eſt modis: vno, quia os ſtomachi ſtringit, & confortat, & inſpiſſat: alio, vt in ore ſtomachi commotionem faciat propter acredinem; & excitet ad famem; faciat deſiderium. Debes autem ſcire, quòd cholera rubea, quæ ad ciſtim tranſmittitur fellis, eſt illud, quo ſanguis non indiget: & illud, quod à felle egreditur, eſt illud, quo fel nõ indiget. & ſimiliter cholera nigra, quæ ad ſplenem trãſmittitur, eſt illud, quo ſanguis nõ indiget: & illud, quod à ſplene egreditur, eſt illud, quo non indiget ſplẽ. Et quemadmodum illa cholera rubea poſtrema excitat virtutẽ expulſiuam inferius: ſic cholera iſta nigra poſtrema virtutem[a] [appetitiuã] excitat ſuperius. Vnde ſit deo. omnibus meliori factoribus, laus. Melancholia verò nõ naturalis non eſt ad modum hypoſtaſis & fęcis: imo eſt ad modum aduſtionis, & cinereitatis. Res nanque humidæ, quum rebus terreſtribus admiſcentur, ſeparatur terreſtreitas ab eis aliquo duorum modorum: aut ad modum hypoſtaſis; & tale, quale illud, de ſanguine, eſt melancholia naturalis: & ad modum aduſtionis, quod eſt quũ reſoluitur ſubtile, & ſpiſſum remanet: & tale, quale illud eſt, de humoribus, eſt melancholia ſuperfluens. & iſta quidem vocatur cholera nigra † [Et neq; habuit hypoſtaſim niſi ſanguis.] ex phlegmate enim, propter ſui viſcoſitatem, nihil deſcendit, ſicut[b] [ex oleo.] & ex cholera rubea, propter ſui ſubtilitatem, & ſuæ terreſtreitatis paucitatem, & ſui motus aſſiduitatẽ, & propterea quòd, illud, quod de ea à ſanguine ſeparatur in corpore, eſt parum, non deſcendit res de qua ſit curãdum: nec quum ſeparatur, moratur niſi parũ, ſed putreſit; aut à corpore expellitur. & quũ putreſcit, eius ſubtile reſoluitur, & ſpiſſum remanet; & fit cholera nigra aduſta, & nõ hypoſtaſiua. Melancholia autem, quæ eſt ſuperfluens, alia eſt, quæ eſt cinis choleræ: & quod de ea aduritur, quæ eſt amara: inter quam tamẽ & choleram rubeam, quam aduſtam vocamus, exiſtit differentia: ꝙ illa, eſt cholera rubea cui cinis hic fuit admixtus: hęc verò nõ eſt niſi cinis per ſe[c] [cogitatus,] cuius ſubtile fuit reſolutũ. Alia eſt, quæ eſt cinis phlegmatis, & quod de eo aduſtũ fuit: & ſi phlegma valde ſubtile & aquoſum fuerit, eius cinis erit ſalſus: & ſi nõ, trahit ad acredinem, aut ponticitatem. Alia eſt cinis ſanguinis, & quod de eo eſt aduſtum: & hæc quidem eſt ſalſa, ad paucam trahens dulcedinem. Alia eſt, quæ eſt cinis melancholiæ naturalis: quæ ſi ſubtilis fuerit, erit eius cinis, & quod de ea aduſtum eſt, valde acre: ſicut acetum, quod, quum ſuper terrę faciem cadit, ebullit: & eius odor eſt acris, à quo muſcæ fugiunt, † & alia. At ſi groſſa fuerit, minoris erit acredinis cum ponticitate[d] [pauca.] Malę igitur cholerę nigrę ſpecies ſunt tres: cholera, rubea quum aduritur, & eius ſubtile reſoluitur: & duę alię diuiſiones, quas poſt eam diximus. Melancholia verò phlegmatica eſt tardioris[e] [impedimenti, & malitię.] Et melancholia cholerica eſt, quę eſt fortioris malitię, & velocioris corruptionis: veruntamẽ eſt ſuſceptibilior curationis, quam illę. De alijs vero duabus diuiſionibus; quæ magis acris eſt, deterior exiſtit: ſi tamen in eius principio auxilium præſtò fuerit, citius medicationẽ recipiet. Tertia verò, quę minus ſuper terram ebullit, & minus in mẽbra penetrat, tardius perimit: ſed ad reſoluendum, & ad maturandum, & medicationem recipiendum, magis eſt effrenis. Hæ ergo ſunt ſpecies humorum naturalium & ſuperfluentium. Inquit Gal. ille, qui dixit, ꝙ humor naturalis ſolummodo eſt ſanguis, & alij humores ſunt ſuperfluitates, quibus non egetur, non dixit verum. Si enim ſolus ſanguis eſſet humor, qui membra nutrit, omnia in ſuis complexionibus, & eſſentijs ſimilia forẽt: os autem carne durius non exiſtit; niſi, quia ſanguis, cui ſubſtantia dura melancholica fuit admixta, ipſum nutriuit: neque cerebrum mollius eſt carne, niſi, quia ſanguini, qui ipſum nutriuit, ſubſtantia mollis phlegmatica fuit admixta. Ipſum quoque ſanguinem alijs inuenimus admixtũ humoribus, qui ab eo ſeparatur. Quũ enim extrahitur,[f] [& ordinatim ponitur † vas;] viſu diſcernitur, ꝙ ſeparatur in partem, quæ eſt ſicut ſpuma; & eſt cholera rubea: & partẽ, quæ eſt ſicut fęx, & res turbida; & eſt melãcholia: & partẽ, quę eſt ſicut albumẽ ouorũ; & eſt phlegma: & partem aquoſam, quæ eſt, aquoſitas, cuius ſuperfluitas in vrina euacuatur. aquoſitas, namque non eſt ex humorib.[g] [ſecundis,] neq; eſt, niſi ex eo, quod bibitur, & nõ nutrit: neq; eſt neceſſaria, niſi in nutrimẽti attẽtatione, & penetratione. humor nãque eſt, quod ex eo, ꝙ bibitur, & comeditur, eſt nutriens, quod aũt dico nutriens, volo intelligi, quod eſt in potentia ſimile corpori. quod aũt in potentia corporis. ſ. humani ſimilitudinẽ habet, eſt corpus commixtum, non ſimplex. & aqua quidem eſt ſimplex. Sunt autem quidam hominum, qui opinantur corporis virtutẽ ſanguinis ſequi multitudinem, & ipſius debilitatẽ ſequi eius paucitatem. Sed non eſt ita.[h] [quod enim attenditur, eſt diſpoſitio eius quantitatis, quæ de eo corpus ingreditur.] Et ſunt quidam, qui opinantur; ꝙ, quũ humores aucti fuerint, aut diminuti; † poſtquam corpora humana ſecundũ[i] [comparationẽ] fuerint, qua debent in quantitate vnius ad alterum; ſanitas erit conſeruata. ſed non eſt ita; humores nanque pręter iſtud † [menſuram in quantitate conſeruatã] habere debent; non in cõpoſitione alterius humoris; immo in ſe, cum cuſtodia menſurationis, quã habẽt in cõparatione vnius ad alterum. Adhuc quidem remãſerunt de rebus humorũ quæſtiones, quæ non medicis, ſed tantum pertinent philoſophis: Ideoque eas prætermiſi.

a B. attractiuã Ita & Mant.

† Mant. clarius. Inter cœteros autem humores ſubſidẽtiam, ſeu ſedimentũ fęcale efficit.

b B. fæx.

c B. ſeparatus Mant. ſeiũctus.

† Mant. & alia id genus.

d B. & amaritudine.

e B. nocumenti & minoris. Et per impedimentum vbiq; nocumentũ intelligatur.

f B. & ſteterit in uaſe, ſeu firmitus fuerit in uaſe.

† Alcatin.

g ——— A

g Al. fixis. Mant. firmis ſeu conſtantibus.

h B. immo q̃d de eo attenditur uel conſideratur eſt diſpoſitio quam corpus ex eo ſugit uel nutritur.

† Mant. dum tamen ſeruetur inter eos ea proportio, quæ humanis corporibus debetur, in ſua quantitate: ſanitas &c.

i B. proportionem.

† Mant. certam quantitatem, ac menſuram.

ANNOTATIONES.

1 *Humor eſt corpus, &c. Quum natura ad animalium formationem varios meatus conſtruxerit, quibus alimentũ in ſingula membra perferatur; opus fuit, id, quod per illas vias ad nutriendum tranſmittitur, humidum eſſe & fluẽs. vt philoſophus ſcribit 2. de part. anim. hanc ergo materiam, quæ nutriendo animali apta eſt, humorẽ appellarunt. eſtq; in ſanguineis animalibus ſanguis, in alijs verò aliquid ſanguini proportione reſpondens. Et quamuis ingeſta alimenta primo loco in chylum vertantur: chylus tamen humor non eſt: quũ nutriẽdo corpori ineptus ſit: neq. prius, quã poſt eius in ſanguinẽ cõuerſionẽ, corpus nutriri incipiat. Et licèt præter ſanguinẽ alia quoque in corpore ſint liquida: humores* Cap. 2. & 3.

tamen ea non sunt, sed excrementa, vt serum sanguinis, & sputum, & alia eiusmodi. Sed magna hic dubitatio est. si nãque is dumtaxat humor est qui nutrit, & in corporis substantiã vertitur; quum sanguinea animalia sanguine nutriri dixerimus, super est vt solus sanguis humor existat. At vero, & hic paulo post, & Hipp. & Galen. & medici ferè omnes in eo cõueniunt, quòd humores quatuor sint, sanguis, pituita, bilis flaua, & atra. Sanè, quod ad hanc rem pertinet, quòd solus sanguis nutriat, testatur. Arist. 4. de part. anim. nec non 1. de gen. anim. testatur & Auer. 2. Coll. quũ vterque cæteros præter sanguinem humores, excrementa esse & ichores sanguinis arbitretur. vt horum quoq; sententia, si humor is est, quo corpus nutritur; solus sanguis humoris nomen mereatur. Medici tamen contra, quũ non solum sanguinem nutriendo corpori aptum esse existiment: ita neq; vnum, sed plures humores ponunt. id quod quidem diuinus Hippoc. 1. de nat. hum. aduersus antiquorum quorundam opinionem, quam sequi Arist. visus est, fusius fuit prosequutus. Controuersiam hanc existimant docti quidam viri conciliari ad hunc modum posse. si philosophum ea, excrementa appellasse dixerimus, quæ extra sanguinem sunt, qualis bilis in vesica fellea, lien in splene, & pituita in ventriculo; non autem eos humores, qui in venis sanguini sunt immisti. Verum, quũ Aristoteles bilem cum sanguine ad cor ipsum propterea perduci neget, quòd eius acrimoniam perferre cor nequeat, non eos solum, qui sunt extra venas, sed & eos, qui in ipsis sunt venis, excrementa esse arbitratur, propterea neque hi propositam dubitationem soluunt. Quid ergo de ea sentiendum putemus, breuibus explicamus. Si animalium, quæ sanguine prædita sunt, partes omnes ex puro & solo essent sanguine constructæ; certum est, fore, vt solus ad nutriendum sanguis esset idoneus; quum, nihil nisi a simili nutriatur; atque vt is propterea solus humoris nomine verè nuncupetur. At deprehensum id est Hippocratis testimonio, & quotidiana experientia, quãcũque corporis particulam, quocunque corpore, quocunq; anni constitutione, & regione secueris, non solum prodire sanguinem, sed & pituitam & bilem vtranque cum eo educi permistam. quo fit, vt cum Hipp. non absurde medici sentiant, plures in corpore humores esse, quibus totum alitur corpus, præsertimq; quũ diuersæ in animali sint partes, quarum alię calidiores, aliæ frigidiores, aliæ humidiores, aliæ sicciores sunt, & diuersa alimẽta singulæ postulant, neque eodem omnes sanguine nutriri posse videntur. Quamobrem, quòd Arist. sanguinem solum alere censeat, medicorum sententiæ prorsus aduersatur; neque iudicio nostro facile cõciliari hæc discordia potest. Defendi tamen & philosophi quoque opinio posse videtur. (commendat enim eam Gal. 2. de elem. cap. 5.) si quis ab eius principijs non discedens, sanguinea animalia solo nutriri sanguine dixerit; & singulas eorum partes nõ biliosas, aut pituitosas, sed sanguineas esse tueatur. Et licèt aliæ ex tenuiori, vt carnes, aliæ ex crassiori sanguine sint procreatæ, vt ossa. & aliæ rursum ex calidiori, alię ex frigidiori, quædam ex humidiori, & quædam ex sicciori sanguine sint constitutæ: omnes tamen ex puro ipso sanguine & constant & nutriuntur, singulæ similem eorum substantijs alimoniam attrahentes.

Cap.2.& 4. Cap.18. Cap.1.

2 Et dicemus etiam &c. Discordia & de humorum numero inter antiquos & philosophos & medicos fuit. quũ antiquiores Hippoc. medici, quos sequi Arist. videtur, vnum tantum humorem posuerint. Alij quatuor, vt Hippocrates: Alij etiam quinque, vt ex recentioribus nonnulli, qui serum sanguinis inter humores putant esse reponendum. Adde &, quòd licèt medici ferè omnes quatuor esse humores fateantur, non eosdem tamen omnes agnoscunt. Sed author & librorum de morbis, & libri de genitura, (qui Hippocrati ascribuntur) atra bile expuncta aquam substituunt. Porrò quod ad priorem opinionem spectat, si humor ille dumtaxat appellandus est, qui nutrit; defendi hæc opinio cum Aristot. poterit, sicuti paulo antea dictum est à nobis. Quod ad posteriora placita facit. qui inter humores serum recensent, longè aberrant; quum serum non alimentum, sed alimenti tantum sit vehiculum, vt & hic author circa huius capitis finem, & Galenus non vno loco adnotauit. qui verò aquam inter humores reponunt, aut ij per aquam atram bilem intellexere, cuius rei illud esse argumento videtur, quòd hac lienes turgere ijdem authores asserunt: aut certè, si, & ipsi seorsum humorem intellexere, vel aliud quidpiã; digni excusatione sunt: laudandique potius quam accusandi, qui artem primis illis temporibus incultam adhuc & rudem, non mediocriter tamen adiuuarent, etsi eos huius rei veritas delituerit.

Lib.4.

3 Sanguis verò &c. Sanguinem natura calidum esse & humidum dicit, quod & Galenus 2. de temp. At contra Hippocr. lib. de corde. necnon Aristot. 2. de part. an. sanguinem suapte natura frigidum esse aiunt; calescere autẽ ex corde & spiritibus; quod & Galenus sensisse uisus est. 1. de temper. dicens sanguinem suum ex corde calorem accipere. Adde, quòd, quum sanguis, ut Arist. 4. meteor. notat, plurimũ aquæ & terræ habeat, quod & Gal. 1. de tuen. ual. aquæ autem & terræ frigiditas insit, ideo ex præpollentibus elementis frigidus esse debet, non calidus. Cęterum breuibus, sanguis, si eius materiam spectes, ex qua gignitur; frigidus est, ut ratio posteriori loco allata probat. Verum quum sanguis, propriè sanguis non sit, nisi in animali: neque antea hoc nomen obtineat, quàm caloris actione ex alimentis in animalium corpore sit confectus; ob caloris actionem, à quo consistit; & ob spirituum in toto corpore cõcursum, in quo est genitus, calidus est natura, & generationis initio. atque ita, licet, si eius materiam spectes, frigidus fortaße sit; si tamen effectricem causam & locum in quo fit, animaduerteris; calidus & est, & dici ex eius natura debet. At uerò alia hic controuersia est, quum Galenus, ut hoc loco hic author, secundo de temper. sanguinem calidum esse & humidum scribat, quod & libello de breui denot. dogm. Hippoc. & sæpe alibi. At 1. de natura hum. temperatum esse ait, non autem calidum & humidum. Verum paucis. Sanguinea animalia calida sunt & humida, quum calore & humore viuant: inter ea tamen homo temperatus dicitur, quamuis & ipse ad calidum & humidum deflectat. Ita & sanguis, calidus quum sit & humidus, atque à temperamento propterea æquali per calidum & humidum recedat; quia tamen hominis naturæ proportione respõdet: & tuendę eius vitę, quę calido, & humido constat, aptissimus est: idcirco temperatus solet appellari, non quòd verè sit temperatus.

Cap.1. Cap.2.& 3. Cap.vltim. tex.41. Cap.2. Cap.2. comm.36.

4 Naturale est dulce &c. Pituitam naturalem scribit dulcem esse, quod & Gal. 3. de nat. fac. At lib. de atra bile, insipidam facit Gal. Verum pituitam sicuti semicoctus est sanguis, ita & semidulcem humorem esse certum est, non igitur collatione solum ad alias pituitę species dulcis appellatur: sed etiam quia saporis vere dulcis est particeps. at comparatione ad sanguinem, insipida est, non tamen verè insipida. Non satisfaciunt igitur qui pituitam naturalem verè insipidam esse, appellari tamen dulcem, respectu aliarum pituitę specierum existimant. At verò si pituita naturalis dulcis est, ambigere quispiam possit, an omnis dulcis pituita sit naturalis. Huic ergo interrogationi hic author occurrit, aitq; aliud quoddam pituitę dulcis genus esse: quod tamen non secundum naturam est: taleq; excrementum esse quoddam, quod ex ore in capitis fluxionibus sępenumero excernitur: quod quidem, etsi dulce est, dulce tamen ob sanguinis mistionem euasit: non quòd suapte natu-

Cap.vltim. Cap.2.

ra

ra eum saporem obtineat.talis enim pituita,& si dulcis est , (Cap.9.) excrementum tamen est,ut 2.fac.nat.ait Gal. & mucus dici solet.tantumq; abest ut id pituitæ genus licet dulce,naturale sit ; vt non solum non aptum ad nutriendum sit ; immo sanguinem,quo uerè corpus nutritur,a particulis,ad quas decumbit,eluat , nutririq; eas prorsus impediat . Quamobrem iure hanc pituitæ speciem a naturali secludit, ijs uerbis . [Et est etiam phlegma dulce.] vt propterea fallantur qui his uerbis priorem Galeni controuersiam,de qua ne uerbum quidē fecit,proponi existimant ,

5 *Dulcis receptaculum etc.* Quòd excipiendæ pituitæ pro sanguinis expurgatione nullum peculiare instrumentum sit (Cap.8.cap.9. lib.4.) datum, testatur Gal.lib. de atra bile,& 2.nat.fac. Author tamen librorum de morbis,qui Hippocrati ascribuntur,sicuti lienem aquæ,vesicam felleam bili,& sanguini cor; ita & pituitæ caput ascribit,ut fontem & instrumentum,in quod suscipitur,postquam alimenta ventriculus in humores quatuor conuertit. At vero,etsi caput humore pituitoso redundare uidemus,id tamen excrementum potius est , quàm pituita,vt 2.fac.nat.Gal.uerò & hic author de naturali pituita (Cap.6.) intellexere .

6 *Non naturalis autem phlegmatis &c.* De pituitæ non (Cap.9.) naturalis speciebus agit. de quibus & Galenus 2. fac. nat. (Cap.6.) & 2.de diff. feb. Sunt tamen, qui hanc totam Auicennæ de pituita doctrinam,erroris damnent. Ac primum ,quum primis statim verbis pituitam ait aliam esse , cuius substantia sensu diuersa percipitur, quæ mucosa appellatur : unum ponunt, nempe hunc pituitam vitream his verbis intelligere , (Cap.4.) quum Galeni testimonio 4.tuen.valetu. quæ mucosa est pituita,eadem & vitrea sit.Hoc habito, si per primum hoc pituitæ genus uitream intelligat;errare aiunt, quando pituita vitrea non est dissimilaris ad sensum.tale nempe non est vitrum fusum,cui assimilatur,& a quo nomen sumpsit , vt 2. (Cap.5.) aff.loc.testatur Galenus. Quum verò secundam speciem pituitæ refert,quam sensu similarem esse dicit, & ratione dissimilarem, quam & crudam pituitam vocat;quæritur , quid per crudam pituitam,seu crudum phlegma intelligat? Si enim ipsam prorsus incoctam pituitam intelligit, hanc Gal. 1. (Cap. de tritico.) de alim.fac.tenuiorem esse crudo succo , & multum humoris,ac seri multum habere asserit. quo fit, ut dissimilis sit ad sensum,non similis.testatur enim Galenus ibidem,hanc cum multo flatu esse.errat ergo, si pituitam ipsam crudam intelligit. Quòd si crudum fortè succum velit, qui ex crassis gignitur cibarijs ; hunc crassum esse ait Galenus , non uiscidum . Quòd si viscidum tamen humorem intelligas , propterea quòd hic paulò post,horum humorum epilogum faciens,eundem esse asserit crudum humorem , qui mucilaginosus est ; tunc non potest secundum hoc membrum contra prius distingui, quod iam mucilaginosum nuncupauit . Quòd si rursum per crudum humorem,uitreum sumi uelis,ut ipse in epilogo ait;id contra Galeni sententiam est,qui,ut supra est dictum , uitreum mucosum esse testatur . hic uerò secundum hoc membrum mucilaginoso opponit.Errare præterea Auicennam dicunt,quando deinceps gypseam substantiam , pituitæ speciem appellat.quum hæc sit lapis,non pituita.satius autem erat,si de illa pituita exemplum attulisset,quæ in scirrhis concreuit,non de ea,quæ in artubus iam in lapidem est conuersa . Fallitur etiam , quum salsam pituitam ex bile aquositati permista fieri docet; quando , quæ cocta iam sunt , cruda rursum effici nequeunt:quod autem amarum est , coctum magis est quàm salsum : neque idcirco quod amarum est, salsum fieri potest . Adde & quòd experimento contrarium deprehendimus . neque enim permista amara quapiam substantia cum insipida, fit salsus sapor , sed amarus . errat ergo,et perperam Galenum reprehendit,quod ex putredine, vel seroso humore salsam oriri pituitam scripserit . quum res eo prorsus pacto se habeat,ut Galenus scribit. Non minus verò hallucinatur , quando acerbam pituitam , aliam seorsum talem fieri docet,aliam ex acerbi humoris mistione . Quum enim acerbitas ex frigiditate sit,quando rei tantum sicci terrestris inest,ut humidum illius superet;humidum in pituita nunquam a sicco terrestri superatur:proptereaq; pituita,nisi acerbus illi humor misceatur ; seorsum euadere acerba non potest . Adde postremò quòd quum species pituitæ colligit , vitream quoque simul recenset.Et de hac in nullo ex expositis pituitæ speciebus meminit.Quòd si uitream crudæ pituitæ nomine intellexisse dicas:fieri ne hoc quidem potest, quū ibidem crudum phlegma in mucilaginoso ipse dixerit contineri. His ergo,tota Auicennæ de pituitæ speciebus doctrina,euerti posse uidetur . Verùm, ut his, quàm breuissimè satisfaciamus.Illud primum omnium,constat,pituitæ multas esse differentias . hæ uerò tùm ex tota eius humoris natura , tùm ex substantia, partim ex modo substantiæ, partim etiā ex sapore,aliæ ex loco in quo reperitur,aliæ ex calore & frigiditate, sumi possunt . est enim pituita alia naturalis , alia non naturalis.hæc rursum est tenuis, illa uerò crassa:alia viscida,alia non uiscida: alia similium partium,alia difformis , seu id,quo ad sensum,seu re ipsa sit: alia dulcis,alia insipida, alia acerba,alia acris,alia salsa : alia in venis,alia extra venas:quædam demum frigida,quædam calida. hæ fermè differentiæ sunt, quas de pituita habemus.Hic igitur tota primū huius humoris natura animaduersa , in naturalem , & non naturalem secat.Tum,quum,ea quæ non naturalis est, multiplex sit, eam ita partitur,vt afferri quidem aliæ differentiæ possint præter eas quas recenset: nulla tamen pituitæ species in corpore sit,quæ his non comprehendatur,quas ipse enumerat . Primùm autem non naturalem hanc diuidit,ut ex modo substantiæ differt : estq; hoc pacto quicquid in corpore pituitosum apparet, uel uniforme quo ad sensum,uel multiforme.(re nanque ipsa cruda omnia dissimilaria sunt,quum confusa adhuc, neque caloris actione æquata sint.) dissimilaris autem pituita ea est , quæ ex capite & naribus emungitur , quod testatur Galenus 3.loc. aff. impropriè quidem ipsa uo- (Cap.7.) cata pituita,ut 2.facul.nat.Gal notat, sed a multis & ab eo (Cap.9.) ipso Gal. 3.loc.aff.hoc nomine appellata,quòd pituitæ similis est.unde & hic ab hoc authore pituita nuncupatur. (Cap.7.) Similaris verò,seu vniformis,ad sensum,cruda est pituita, ut ait,id est vitrea.est enim hæc similaris,ut & vitrum fusum cui cōparatur,vniforme est . ita verò & cæteræ omnes pituitæ species,aut similares sunt aut dissimilares,quamuis hic in ijs recensendis diutius non immoretur.Ex quo illud constat, iniuria accusari Auicennam.Is enim per mucosam pituitam , nō vitream,quę similaris est , quòd ad sensum pertinet ;sed mucum ipsum intelligit,quum de omni eo uerba faciat,quod in corpore pituitosum vel est , vel esse videtur . per crudum uerò humorem nihil aliud quàm vitreum intelligit , Galeni exemplo 2. de diff. feb. Quòd si postremò , dum species pi- (Cap.[illegible].) tuitæ omnes in epilogum colligit , crudum humorem cum mucoso eundem facit ; rectè scribit , quum uitreus humor non minus viscida & crassa substantia sit, quàm mucus.ab eo tamen differt,quòd quum mucus dissimilaris sit , ille uniformis apparet.Distinguitur uerò rursum pituita,quo ad substantiam;quoniam alia valde tenuis est, alia valde crassa . (quæ.n. mediocris est,quo ad hoc, naturalis est.) tenuissima est,quæ aquosa dicitur,qualis & expui,& ex oculis manare frequenter solet.crassissima uerò gypsea est , reperiturq; hæc & in artubus, & in pulmone , & in alij meatibus corporis non rarò. hanc verò , etsi pituitam iam esse negant , quum lapis sit potius : constat tamen ab omnibus pituitam nuncupari,quòd hæc illius materies fuerit: quæ,etsi in sicciorem uersa est substantiam,non tamen adhuc est lapis.(de hac enim intelligit,non de ea quæ prorsus lapidosa euasit .) est.n. non siccissima, vt lapis : sed modica quadam humiditate & mollitie adhuc prædita. Differunt præterea pituitosa excrementa

menta quo ad sapores, quum alia sint insipida, alia salsa, alia acerba, alia amara, alia acria: adde, & alia dulcia; meminit enim hic paulo antea de non naturali pituita dulci, ex sanguine & aquoso humore permista; hi verò sapores licèt frequenter ex aliorum humorum mistione proueniant, dulcis nempe, vt iam dictum est, ex sanguine. acerba ex melancholico humore, acris ex bile atra non naturali & acriori, amara ex bile emergit: fieri tamen potest, ut ex uaria caloris in pituitam seorsum actione, unus, atque alius sapor insurgat. Et si enim hic Auicennam accusant, quòd acerbam pituitam seorsum præter acerbi humoris mistionem fieri asserit, ea præsertim ratione quòd nequit in pituita, siccum terreum humido aqueo præualere, quæ acerbi saporis causa est. Non tamen rationi id prorsus contrarium arbitramur. quod hic ait, Cap.6. cui & Auer. 3. Coll. astipulatur. neque enim licèt præualere oportcat siccum terrestre humido aqueo; absumi tamen idcirco omnem pituitæ humorem necesse est, ut acerba euadat. Sed, si frigoris ui humidum ipsum naturale præsertim exsiccetur, tunc preualet terrena substantia, innato humori: atq; id acerbum saporem inuehit. Verùm de salso sapore, alia Cap.6. hic controuersia est. Galenus nanque 2. de diff. feb. pituitam ex putredine, vel serosi humoris mistione salsam euadere scribit. Hic verò ex usta bile & aquosi humoris mistione prouenire existimat. Galeni autem sententiam amplectitur quidem, sed ita interpretatur, vt ex duabus quas attulit causis, vnam faciat. uelitq; propterea salsum humorem fieri, non ex putredine uel seroso humore, disianctiua interiecta particula, vt Galenus, sed ex utroque simul, coniunctiua (&) loco disiunctiuæ (vel) uoce supposita. Quòd verò ex vsta bile & tenui pituita salsus humor fiat, ea est potissimum ratio, quoniam in re omni usta cinis est, in cinere uerò salsedo, quod exemplo salis, quem vocant alchali, confirmauit. Quòd autem Galeni sententia coniunctiua legenda sit, eo probat, quòd putredo sola salsedinem procreare non potest: sed aquoso humore, quod putridum est, dilui oportet. Sed rursum, hic Auicennam accusant, & quòd Galenum damnet, & quòd ex amara bile salsum gigni humorem dicat, cui, & ratio, quę id quod coctum iam est, docet recrudescere non posse, & experientia, quum immista amara quapiam humori substantia, non salsum, sed amarum emergere saporem re ipsa experimur. Cęterùm, quod ad hanc rem facit, placitum extat naturalium omnium philosophorum, & eorum præsertim, qui secretiora naturę opera consectantur, ex rebus combustis omnibus sal elici, quantumuis duris, atque aridis, mollibus, aut humidis. nempe combusta re quauis, si eius cineres humore aliquo vel ipsa insipida & dulci aqua, diluas; atque hunc rursum humorem inclinato vase in alterum vas collegeris, re ipsa disces, amarum quidem, sed salsum etiam humorem eum effluxisse. immo si ipsum deinceps igni tantisper admoueas, donec humidum omne calore absumatur, ipsum manifestissimè concretum salem subsidere deprehendes. Quamobrem, quod in vsta bile salsi quidpiam resideat, videtur nobis omni carere controuersia. quæ etsi usta verè dici non potest, vt quæ extrinsecus igne comburuntur; proportione tamen quadam, vsta & ipsa dicitur; & eadem in cineres & sal conuerti. At verò, sicuti cinis rei, cuius non salsus euiden Cap. ter, sed amarus est sapor, id quod Arist. lib. de sens. & sens. testatur: ita & adusta bilis amarissima est actu: hanc tamen si humore quopiam aqueo copioso dilui contingat, negari nō potest, quin externarum rerum exemplo, vt ex illius plantæ, quam kali uocant, cineribus aqua dilutis, salsus humor proueniat. Quamobrem, quum hæc ita se habeant, doctissime videtur, tùm salsæ pituitæ causam in adustæ bilis & aquosi hu cap.6. moris mistionem retulisse, quod & Auer. 3. Coll. tùm Galeni sententiam ita explicasse, vt non ex sola putredine (neque enim ex solo cinere seorsum sal educitur) sed ex putrida re, & aquoso simul humore salsus humor fiat. His enim, non Galenum damnat, sed eius sententiam explicat, & rectè interpretatur. atque id tantum profert, quod & ratio, & vsus testatur. Quòd enim qui Auicennæ aduersantur, ex maiori coctione maiorem acquiri amaritudinē dicunt: neque posse quæ cocta iam sunt recrudescere: verè sanè dicunt. at non recrudescere ea dicuntur quæ amara quum sint, amariora potius euadunt, sed simul tamen salsedinem sibiipsis maiorem comparant ferè enim amara omnia salsum quidpiam obtinent, cap.1. vt magnus naturalium rerum inuestigator Albertus 5. de cap.4. mineralibus testatur. unde & philosophus lib. de sen. & sens. salsum, & amarum saporem idem fermè esse notatum reliquit. Vsta ergo, amara certè euadunt, id quod & Arist. scripsit, id tamen, quod in rebus omnibus inest salsi, tunc demum quādo vsta sunt, magis ꝑspicuè elucet. ac per vstionē, atque, ad hæc, humoris affusionem, ex potentia (vt ita dixerim) ad actum perducitur. Patet ergo non rectè Auicennam carpi.

7 Nota autem & famosa &c. Bilem vitellinam ex pituita crassa permista gigni ait. Gal. vero & 2. facul. nat. & sæpe cap.ult. alibi ex flaua bile, sola videlicet & impermista, acrioris nempe & ignei caloris actione crassescere quæ flaua est, & vitellinam euadere. Hanc controuersiam inter Auicennam, & cap.3. Galenum vidit & Auerr. 3. Coll. & Galeni sententiam amplectitur, quam ferè & recentiores. Sed, si uitellina bilis, ex flaua, tantā caloris acrimoniam adepta gignitur, certè, quomodo, quæ naturalis est, tenuis, & facillime inflammabilis, huius feruoris vi, non vratur, atque atra bilis euadat antea quàm ad uitellinæ crassitudinem perueniat, difficile creditu est. Ac, si ex sola est bile, non etiam ex pituita; cur, cum ea crassitudine, cum qua vim esse caloris validissimam oportet ob materiæ densitudinem; particulas, per quas effluit, antea non urit, atque exulcerat? Ait Auerroes, si ex commistione pituitę uitellina bilis fieret, oportere & eius colorem naturali esse dilutiorem. quum tamen contrarium vsu animaduertamus. Verùm neque id cogit, vt ab hoc authore discedamus: Dici enim posset, ex longa acrioris caliditatis actione in hanc bilis, & pituitæ mistionem colorem quoque naturali intensiorem comparari.

9 Alia est quæ est cinis phlegmatis &c. Atræ bilis speciem esse ait ex pituita genitam. De hac tamen nusquam meminisse Galenum legimus. Id quod Auicennam suspectū reddit. cuius tamen opinio uidetur nobis non prorsus improbanda. Quum enim atra bilis, frigidus, siccus, & crassus humor sit, sola propterea humiditate à pituita differens; quid eam pituitę humiditatem, acriori, & diu turniori calore absumi prohibet, & siccescere? Adde quòd Galenus 3. aff. loc. pituitosos cap.7. à melancholicis humoribus distinguens, pituitosos ait simpliciter humores nominari, in quibus humiditas frigiditasq; melancholicos uerò, in quibus siccitas, & frigiditas dominatur: quamuis magnæ peculiaresq; interim differentiæ, tùm pituitosorū, tùm melancholicorum humorum inueniantur. Quibus sanè uerbis hos humores non colore differre ait, sed ipsis primis qualitatibus. Si ergo ij humores melācholici sunt, qui frigidi & sicci, Galeni testimonio: ablata ex pituita humiditate: relinquitur melancholicus humor non pituitosus. Adde quòd post pituitosas febres, quartanas frequenter inuadere, obseruatum est: id quod non aliud quàm pituitosi assati, & in melancholicum conuersi humoris est argumentum. Huc accedat, quòd, si non ex alio pituitæ genere melācholicus humor potest procreari, negari certè non potest, quin salsa saltem pituita, quæ ad bilis naturam accedit, assari, atque caloris acrimonia uri, & in atram bilem possit conuerti. Constat ergo non temere Auicennam ex pituitoso melancholicum gigni humorem pronunciasse. Ex his verò & aduersæ rationes facile diluuntur. Quòd enim tantum assari in corpore pituitam negant, vt nigra in totum euadat; respondemus melancholicum humorem à Galeno uocari, non qui niger est, sed frigidum & siccum. ac certè, si in totum (vt aiunt) nigresce

re

re pituita non potest;nigrior tamen quàm eius ratio exigit, caloris vrentis vi,potest euadere. At pituitam assatam candidam fieri obijciunt,non atram,Galeni testimonio 2. progn. qui album,rotundum,& crassum sputum ab assata esse pituita testatur.Verùm,licet ex assata pituita, id sputi genus proueniat;non id tamen eo pacto album, quin multò sit nigrius quàm pituitæ naturæ conueniat.aut si ex assata pituita tale sputum euadit,fieri tamen non poterit si vratur,quin ex vrētis huius caloris acrimonia longè nigrius fiat,præsertim si putridi & fuliginosi vaporis copia, simul accesserit. Sed obijciunt Galenum atræ bilis non meminisse.Quasi verò,aut non inueniri hoc humoris genus pro constituto atque inuariabili ponat: aut necesse alioqui fuerit eum scripsisse omnia. Meminit tamen de hac author finitionum medicarum. Addunt etiam fieri non posse, vt ex albo in nigrum mutatio fiat nisi per medios colores:propterea q́, oportere,ut pituita hæc in uarios colores,imo & varias substantias mutetur antea,quàm in atram bilem vertatur.De hac re sit illud constitutum inter nos,quod aiunt. At,si,quæ pituita erat primo loco, postmodum caloris actione in bilem conuersa, in atrum tandem humorem euasit;verè ne id negari potest,atram hanc bilem ex pituitoso humore constitisse? Dicent fortè non fieri ex pituita (ut aiunt) immediate quod sanè etiam damus. verum quo pacto ex sanguine fieri aliam bilis atræ speciem Gal. docet,quem tamen sanguinem prius quàm atra bilis euadat,assari,atque in flauam bilem per medios,& colores,& substantias,verti oportet:ita & ex pituita atram bilem fieri,dici poterit rectè,& verè: quando primum huius generationis momentum ex pituita prodijt. Fit ergo,vt Auicennæ sententia eruditorum assensu digna sit,non accusatione.

[margin: comm. 46.]

10 *Alio ut in ore stomachi &c. Atrum ait humorem appetentiæ in uentriculo excitandæ gratia esse. Gal. tamen 6. aff. loc. eo inappetentiam fieri testatur. Vide quæ de hac re annotauimus in fine huius primæ Fen, capite ultimo.*

[margin: cap. 1.]

De qualitate generationis humorum. Cap. 2.

[margin: Vide Disquisitiones physiologicas cost. pag. 321. usque ad 334.]

NVtriens masticatione aliquam habet digestionem. superficies enim oris[a] [superficiei stomachi contigua existit:] imo est, ac si una esset superficies:estq; in eo virtus digestiua ex ipso, quumq; masticatum tetigerit,aliqua ipsum conuersione permutabit.Et in hoc quidem auxiliatur saliua acquisita per digestionem, in qua cadit calor innatus.ideoque triticum masticatum in maturatione furūculorum,& exiturarū operatur, quod nō operatur triticum cum aqua tritum: neque illud, quod cum aqua coquitur. Et dixerunt quidam,quòd signum ostēdens nobis, quòd masticatum iam parum incipit digeri, est, quòd neque primus odor,neq; primus sapor in eo inuenitur. Deinde postquam stomachum ingreditur,integra digeritur digestione: non propter stomachi calorem tantum:sed propter calorem membrorum, quę ipsum circundant: & à dextra quidem hepar:& à sinistra splen. splen nāque calefacit non propter sui substantiam; sed propter arterias,& uenas multas,quę in eo sunt. & ab anteriori quidem est omētum,† quod cito suscipit calorem causa adipis, & ad stomachum reducit: & superius quidem cor, mediante diaphragmate ab eo calefacto. Quumque nutriens in primis digeritur,fit sua essentia in multis animalium,auxilio eius,quod ei admiscetur de eo, quod bibitur,plerunque chylus:& est substantia [b][liquida,ptisanę] in spissitudine similis,deinde eius subtile à stomacho,& intestinis attrahitur; & per uias uenarum, quę meseraicæ uocantur, impellitur:quæ sunt uenæ subtiles,durę, omnibus intestinis continuæ. quumque per eas impellitur,ad uenam peruenit, quæ porta hepatis uocatur,& penetrat in hepar in diuisionibus,& ramis portę intrantibus,& se minorantibus,& subtiliantibus ad modum capillorum, occurentibus orificijs diuisionum radicum venæ, quæ à gibbo hepatis ascendit.Et non facit ipsam penetrare in illas coangustationes. nisi[c] [melior] cōmixtio aquæ bibitę supra id, quod indiget corpus.Quum ergo in istarum venarum uillis, diuiditur,fit quasi hepar totaliter tangat huius chyli totalitatem.& propter illud tunc eius operatio est vehementior,& fortior,& uelocior; & tunc coquitur. In omni autem decoctione † [quæ est huiusmodi,] est r s,quæ est sicut spuma, & res, quę est sicut hypostasis: & res fortasse erit cum eis,aut quæ ad adustionem pertinet; si decoctio superflua fuerit:aut res, quæ non est bene cocta; si decoctio fuerit minor,quàm debet. Spuma autem est cholera rubea.& hypostasis est melācholia:quæ ambæ sunt naturales. adusti uerò, subtile est mala cholera rubea:& eius spissum est melancholia mala[d] [non naturalis.] & quod non bene coctum est, phlegma est. Quod autem de hoc toto res colata est,quæ est bene cocta,est sanguis:qui tamen,quàmdiu est in hepate,subtilior existit,quàm debet, propter aquosam superfluitatem,quæ propter rem, quàm diximus, est necessaria. Istud verò, quod est sanguis, quum ab hepate separatur, ab aquositate superflua illico mundatur,quæ necessaria non est, nisi propter causam quandam, quæ iam sublata est. Extrahitur ergo aquositas à sanguine in uena,quæ ad renes descendit: & fert secum sanguinem, qui ad renes nutriendos sua quantitate, & qualitate bonus existit. nutritq; renes unctuositas[e] [huius aquositatis,& sanguineitatis: deinde aliud] quod remanet, ad uesicam tendit: & post ad uirgam. Sanguis autem essentię bonæ per uenam magnā ad gibbositatem hepatis ascendētem uadit, & tēdit per uenas, quæ ab ea, ut rami separantur: [f] † [deinde in gedeguil uenarū: postea sedenechi gedeguil: post in suggentibus seguechi: deinde in uenis,quæ sūt sicut uilli capillaribus similes:] postea sanguis ab earum orificijs resudādo labitur in membra,ex parte diuina. Sanguinis ergo causa efficiens,calor est temperatus & causa materialis est,quod de nutrientibus est tēperatum, & de potibus bonis. & formalis causa ipsius est decoctio bona.& eius causa finalis est,ut nutriat corpus.[g] [Efficiens uerò cholerę rubeæ causa est igneus calor superfluus,]& propriè in hepate.& eius causa materialis est,quod de nutrienti bus est subtile,calidum, dulce, & unctuosum & acutum.& eius causa formalis est,decoctionem ad superfluitatem procedere.& eius finalis causa est necessitas,& utilitas,quas nominauimus. Efficiēs aūt phlegmatis causa est caliditas attenuata. & eius materialis causa est,quod de nutriētibus est grossum,humidum,uiscosum, & frigidum. & eius causa formalis ē decoctionis attenuatio, & eius finalis causa est necessitas eius:& utilitas ipsius,quas nominauimus. [z] Melancholiæ autē hypostasiuæ quidem causa efficiens est calor tēperatus.

[margin notes:]

a B. continua existit cū superficie stomachi.

† Zirbum adipinum.

b B. fluuida aqua alKisch.

c B. bona.

† M. humiditatis.

d B. & ambę sūt non naturales.

e B. & sanguineitas huius aquositatis, deinde illud.

f B. deinde in giedaul uenarū, deinde in suachi giedaul, deinde in ruada suachi, deinde in uenis q̄ sunt sicut uilli similes capill. &c.

† Mox per riuulos uenarū, rursus per canaliculos riuulorum, proximè per canaliculorum adnationes exiles ueluti ramusculos. deinceps per uenulas fibrosas,quę capillis similantur. Ita Mant. uertit.

g B. Causa uerò efficiens choleræ rubeæ naturalis, quæ est sicut spuma sanguinis est caliditas temperata. choleræ āt adu

fa efficiens est caliditas ignea superflua.

h B. & quod ex eis est calidum, est fortius hoc.

† Mant. grauitas residẽs, altero duorũ modorum, ut non sit fluxibilis, uel dissolubilis.

peratus. sed causa efficiens adustæ est caliditas, quæ ab æqualitate est egressa. & eius causa materialis est, quod de nutrientibus est uehementer grossum, paucæ humiditatis:[h] [& eorum calidũ est fortius in isto.] & causa eius formalis ẽ† [sex hypostasiua secundum unũ duorum modorũ, unde neque labitur neq; resoluitur.] & eius causa finalis, est necessitas eius, & iuuamentum ipsius, quod nominauimus. Melancholia autem fit multa, aut propter caliditatem hepatis, aut splenis debilitatẽ: aut propter frigoris uehementiam congelantis, aut propter[i] [constrictionis] perseuerantiam: aut propter ægritudines, quæ multę & prolixæ fuerunt, quare propter illud humores facti sunt cineres. Quumq; melancholia multiplicatur, & inter stomachum & hepar stat; sanguinis, & bonorum humorũ generatio cum ea minoratur:[k] [ergo sanguis minuetur.]

i B. conculcationis.

K B. quare sanguis minoratur.

Debes autem scire, quòd generationis humorũ causę caliditas, & frigiditas cum alijs existũt causis. Sed caliditas æqualis, sanguinem generat: & superfluens choleram gignit rubeam; multumq; superflua melancholiam generat propter superfluitatem adustionis. Et frigiditas quidem phlegma generat. & multum superflua generat melancholiam propter superfluitatem congelationis. Debes autem attendere uirtutes passiuas cũ uirtutum actiuarum[l] [æquidistantia.] Neque oportet, ut sit credulitas, quòd omnis complexio sibi generat simile: & non sui contrarium per accidens; licet non sit per essentiam. complexioni enim multoties accidit, ut contrarium generet: frigida nanque complexio, & sicca plerũque generat humiditatem extraneam: non propter cõuenientiam, sed propter digestiuę debilitatem. Et huiusmodi quidem complexionem habẽs est homo macer: cuius iuncturæ sunt laxæ:[m] [& est lenis, & ipse est timorosus, & frigidus tactu, & suauis:] & uenæ angustæ: & similatur huic, ꝙ generat senium de phlegmate: licet[n] [certa] senii complexio frigida sit, & sicca. Debes autem scire, quòd sanguis, & quod cum eo labitur, tertiã habet in uenis digestionem: & quũ per membra diuiditur, vt vnũquodque suum recipiat nutrimentum, habet digestionem quartam. Superfluitas igitur digestionis primæ, quę ẽ in stomacho, per intestinorum egreditur uiam: & secundę digestionis, quæ fit in hepate superfluitas, plurimũ cum vrina egreditur. quod autem de ea remanet, ad splenem, & fel tendit. Duarum verò digestionum remanẽtium superfluitates per resolutionem, quæ non sentitur, & per sudorem, & ꝑ sorditiem extrinsecam egrediuntur. Cuius pars est, quod per foramina egreditur sensibilia; sicut per nares, & instrumentum auditus, aut nõ sensibilia, sicut per poros, aut extra naturam, sicut per apostemata, quum aperiuntur, aut quòd nascitur ex additionibus in corporibus, sicut pili, & ungues. Debes autẽ scire, quòd si alicuius humores subtiles existunt, eorum euacuatio cũ debilitat,[o] [cui multũ nocet in sui fortitudine suorum pororum amplitudo; propterea, quòd resolutionẽ sequitur debilitas, ꝙ humores subtiles] ad euacuandum, & resoluẽdum sunt faciles. qđ autem ad resoluendum, & vacuandum est facile spiritui facile associari potest ĩ sua resolutione: cum eo igitur resoluitur. Et debes scire, quòd,

l B. proportione.

m B. & est azor .i. sine pilis & frigidus tactu lenis.

n B. in ueritate.

o B. & lædit ipsum in uirtute sua pororũ suorum amplitudo propter illã debilitatẽ quæ sequitur ad resolutionẽ: & propterea quòd humores subtiles.

quemadmodũ humores isti in suis generationibus causas habent: sic & in suis motibus habent causas. motus namque, & res calidæ sanguinem mouent, & choleram rubeam; & fortasse mouebunt melãcholiam, & fortem facient eã.[p] [quies verò, phlegma forte reddit,] & aliquas melãcholiæ species, & etiam ipsæmet æstimationes mouent humores: verbi gratia, sanguinẽ enim mouet res intueri rubeas: quapropter prohibemus illum, ex cuius naribus sanguis fluit, res splendorem habentes rubeum, aspicere. & hæc quidẽ dicimus de humoribus, & eorum generationibus. loqui vero contra proteruos, & deuiantes debent sapientiarum opifices, & non medici.

p B. Quies uero mouet phlegma & fortificat ipsum.

ANNOTATIONES.

1 *Nutriens masticatione &c. Humores de quibus proximè dictum est, nutritionis sunt gratia, fiuntq; ij ex alimentis. Horum ergo quodcunque solidius aut durius est in ore, primo loco, dentium attritu attenuatur, & mollius redditur, estq; hæc actio non vera coctio, sed adiumentum ad concoquendi facilitatem, ut Arist. 2. de part. anim. parantur enim* cap. 3. *mansu alimenta coctioni, nec leuem in ore uersionem accipiunt, vt Gal. . nat. fac. tùm pituitæ immistione, quæ non mo* cap. 7. *dicam coquendi uim obtinet: tùm etiam oris ipsius calore, naturaq́, cuius superficies uentriculo cõtinua est, vt 4. de us.* cap. 8. *par. & 3. nat. fac. Parata ad hunc modum alimenta, tùm va* cap. 7. *rijs linguæ motibus, tùm attractricis ipsius gulæ facultatis ui, per transuersas fibras in uentriculum ingeruntur, veluti in lebetem, quem multa focorum atque ignium vis circundat. Illic ventriculi calore atque innata quadam vi: adiuuante, etiamnum iecinoris, lienis, cordis, omenti, & aliarum circunstantium partium caliditate, elixantur, vt 3. fac. nat. &* cap. 7. *in succum ptisanæ hordeaceæ similem conuertuntur. Ex hac* cap. 7. & 12. *verò ita elaborata materia ventriculus, vt in eodem 3. fac. nat. partem quidem in sui ipsius tunicas trahit, rapitq́; siue id, vt nutriatur, siue, vt repentinum ac necessarium alimenti defectum suppleat: quod autem reliquum est, ad intestina propellit, & tãquam onus abijcit. Intestinis mesaræon substernitur, pluribus venis, tùm ipsis intestinis, tùm iecinori continuum, coniunctumq́; harum ergo venarum ope, quæ in vnum quodammodo coarctatæ venam portam constituunt, vt 4. de* cap. 2. *vsu part. quicquid vtile futurum est alimentum, in hepar protrahitur: cætera crassiora excrementa ipsorum deinceps intestinorum vi egeruntur. Porrò in iecinore attracta materia diligentius elaboratur, ac in sanguinem ex innata eius vi conuertitur, ex quo quidem portionem ipsum in seipsum familiarem trahit, vt nutriatur: quod autem reliquum est, in cauam venam labitur, à qua deinceps per vniuersum corpus digeritur. At uerò, vt hic ait, ex Gal. 4. de vsu part. in coctione om*cap. 3. *ni quatruplex substantia reperitur, alia veluti spuma; alia veluti sedimentum, alia probè cocta, alia semicocta. ita ergo & in iecinoris coctione spuma est bilis flaua; sedimẽtum humor melancholicus, imbecilliter cocta est pituita, temperata autem & cocta pars, sanguis. hic à iecinore, vt dictum est, in venam cauam: ab hac in magnam, & in totum deinceps corpus perducitur: Quod tenuissimum erat, & veluti spuma, in vesicam felleam ad iecinoris portas constitutam trahitur: sicuti crassum in lienem. quod autem semicoctum erat, cum sanguine ipso cõcoquendum abducitur. hic uerò sanguis paulò ulterius progressus ab humiditate serosa, quæ illi ob ingestas potiones inest copiosior, per emulgentes venas expurgatur. trahunt enim hæ excrementi id genus in renes, vt 4. & 5. de vsu par. & ex ijs post modum per vrinarios meatus re*Cap. 6. *nibus coniunctos continua serie in vesicam: atque hinc foras pro-*

protruditur. Hæc ergo omnia diligentiſſime hic author proſequitur, ex varijs Gal. locis in unum complexus. Cap. 6.

2 *Melancholiæ autem hypoſtaſiuæ &c. Hypoſtaſiuam vocat melancholiam, quæ naturalis eſt, ſiue in priori ſanguinis coctione fiat, de qua proximè dictum eſt, ſiue etiam in ea quæ in venis obitur. Aitq; fieri hanc à temperato calore. Cuius tamen contrarium ſumi ex Galeno uidetur. qui 3. progn.* Comm. 28. *quærens cur poſt conſtantem ætatem, & annum agentibus quadrageſimum Hippocrates quartanas fieri ſcribat: huius rei cauſam in eum, qui conſiſtente ætate proceſſit calorem, refert. eo enim vſti ualidius humores ſunt, quos adueniens poſtmodum frigiditas diſſlari non ſinit, atque ita quartanæ fiunt & diuturniores. Cæterum etſi in coctione omni præſertimq; ſanguinis in iecinore aut venis, multiplex eſt materia, vt Galenus 4. de uſu par. ait, quando alia ut ſpuma, alia ut fæx atq; ſedimentum, alia moderata, alia minus cocta reperitur: non* Cap. 3. *diuerſi tamen calores, ſed materiæ ſubſtantia huius diuerſitatis cauſa eſt, quia non uniformis, ſed diuerſarum eſt partium. propterea alia tenuior, alia craſſior euadit, alia coquitur, alia coctioni magis reluctatur. agit nempè idem calor eodem modo, ſed tenuior ſubſtantia pari temporis ſpatio ab eodem magis concoquitur quàm debeat, quum craſſa neque etiam quantum ſatis eſt, coctionis ſuſcipiat. Quare idem calor, qui temperatus eſt pro ſanguinis generatione, bili collatus temperiem excedit: pituitæ uerò & atro humori, erit imminutus. quum idem recte tamen ſit calor. Quod ergo ad dubitationem pertinet. ait hic author à temperato calore atrum humorem fieri. Quum uerò Gal. atram bilem ab acriori, qui præceſſit calore, gigni aſſerit; de ea intelligit, quæ naturæ limites exceſſit, quum intemperatus calor eius author fuerit, à quo non ater humor, ſed atra ipſa bilis copioſior eſt procreata, quàm pro naturali conſtitutione, & temperato corpore ſit opportunū. unde & quartanas fieri, & ipſas etiam diuturniores Hippocrates adnotatum reliquit.*

DOCTRINA QVINTA.

Ad ſciendum quid ſit membrū, & ſuæ partes. Cap. I.

Membra autem ſunt corpora, quę ex prima humorum generantur commixtione: quemadmodum humores ſunt corpora, quæ ex prima ciborum generantur commixtione, ſicut cibi ſunt ex prima commixtione generati elementorum. Membrorum autem alia ſunt: quæ ſunt ſimplicia: alia ſunt, quæ ſunt compoſita. Et ſimplicia quidem ſunt, quorum quamcunque ſenſibilem aſſumpſeris partem, in nomine, & definitione erit toti communicans: ſicut caro in ſuis partibus: & os in ſuis partib. & neruus in ſuis partibus, & his ſimilia: ideoq; ſimilium vocantur partium. Compoſita uerò ſunt illa, quorum quamcunque acceperis partem; in nomine, & definitione toti communicans non erit; ſicut manus, & facies. pars enim faciei nō eſt facies: neque pars manus eſt manus. & uocantur membra inſtrumētalia; eo quòd ſunt animę inſtrumenta ad complendum motus, & operationes. Primum membrorum ſimiliū eſt os: quod durum eſt creatum; quoniam ipſum eſt corporis fundamentum, & ſubſtentaculum motuum. Poſt ipſum uerò eſt cartilago, quæ oſſe exiſtit mollior; ideoque flecti poteſt: ſed eſt omnibus alijs membris durior: cuius iuuamētum in creatione fuit, ut oſſium cum corporibus mollibus per ipſam melior fieret continuatio; &, ut durū

Vide Diſquiſitiones Phyſiologicas Colteicar. 334. vſque ad 396.

cum molli nō abſque medio componeretur: duro enim molle læderetur, & præcipuè in hora percuſſionis,[a] [& conſtrictionis, ſi non eſſet cōpoſitio ordinata: ſicut eſt in oſſe ſpatulæ, & hypochondriorū; & in oſſibus coſtarum & ſicut eſt† epiglottalis cartilago: & illud, quod eſt ſub thorace:] &, ut per ipſam etiam fieret melior iūcturarum ſe adinuicem fricantiū, vicinitas; ne ſua duritie rumperentur: & etiam, vt quum aliquis muſculus ſe extendendo ad aliquod perueneritmembrorum, in quo os non exiſtit, cui innitatur, & a quo confortetur, ſicut palpebrarum muſculi; vt ſit ibi ſuſtētaculum chordis eorum, & defenſio: & plerunque etiam in multis locis eſt neceſſe rem aliquam rei alicui inniti, quæ nō ſit dura in ultimo, ſicut epiglottis. Poſtea ſunt nerui, qui ſunt corpora a cerebro orta, aut a nucha: alba: ad flectendum mollia: & ad ſeparandum dura. ad hoc creati, ut per eos membra ſenſum habeant, & motum. Poſt neruos ſunt chordæ, quæ quidem ſunt corpora, quæ ab extremitatibus muſculorum oriūtur, & neruis ſimilātur, & ad membra tendētes mobilia, plerunque ſua retractione retrahunt membra propter muſculi contractionem, & congregationem; & propter retrorſum reductionem, & quandoque relaxāt laxamento ſui, propterea quod muſculus dilatatur, quum ad ſuum redit ſitum; aut ſupra menſuram, quam eius habet longitudo, ſupra diſpoſitionem, quā habet, quum in ſuo naturali exiſtit ſitu; addit: ſicut in quibuſdam uidemus muſculis. quę quidem ſecundum plurimum ſunt compoſitę ex neruis, qui ad muſculum tendunt: [&[b] ab altera parte egrediuntur,] & ex corporibus, de quibus poſt chordarum relationem tractabimus: & hæc quidem ſunt, quæ ligamenta uocantur: quę etiam ſecundum uiſum, & actum neruoſa exiſtunt, & ab oſſibus venientia ad muſculum uadunt, & fiunt fila ipſa, & nerui in eo.[c] [Quod ergo eſt ſupra partem muſculi, vocatur caro: &, quod ab eo ſeparatur, & ad iuncturam uadit, et membrum motum, & colligitur in ſeipſo, & permutatur; chorda.] Poſt eas autem ſunt ligamenta, quæ prædiximus: quæ etiam ſunt corpora neruo ſimilia: quorum quędam ſunt, quæ abſolute ligamenta uocantur: & quædam ſunt, quæ nomine† hacab vel alchaab appropriantur. illud verò, quod ad muſculum extēditur, nō uocatur niſi ligamentum. & illud, quod ad muſculū nō extenditur: ſed tantum† [quod] inter duo extrema oſſium iuncturę continuat; aut inter alia membra, & vnā rem alij firmiter annectit, † [propter] quod ligamentum uocatur: & quandoque nomine alhacab appropriatur. Ligamentorum uerò nullum ſenſum habuit, ne propter motum multum, & fricationem, doleret. Iuuamentū autem ligamenti ex eo, quod præmiſſum eſt, ppenditur. Et poſt ligamenta ſunt arterię: quę ſunt corpora, quę a corde naſcuntur; concaua, in longitudinem extenſa, neruoſa, & in ſui ſubſtātia ligamentalia, habentia motiones dilatando ſe, & conſtringendo; quę ex quietibus diſcernuntur, quæ quidem ad hoc fuerunt creatæ, ut cor euentetur; & fumoſus uapor ab eo expellatur, & ſpiritus membris corporis diſtribuatur. Poſt ſunt venę, quę arterijs ſimiles exiſtunt: ſed ſunt ab hepate, & ſunt quietæ, quæ quidem fuerunt creatæ

a B. & caſus ſeu obuiationis. Immo ſit compoſitio gradata, ſicut eſt in oſſe ſpatulæ & hypochondriorū, & in coſtis mendoſis, & ſicut cartilago alcangiara ſub thorace.

†Scutalem, quā pomum granatū uocāt. Mant. uertit.

b M. a quo per aliam egrediuntur partem.

c B. & quod ex eis muſculo uicinatur, repletur carne: & quod ab eo ſeparatur uerſus iunctura & membrū motum, colligitur in ſe ipſo, & inuoluitur, & fit chorda.

† .i. ſerra. M.

† vacat.

†Legendū eſt, præter, ut legit antiquiſſimus codex, a quo nō multum uariat Mant qui legit, licèt nominetur &c.

tæ ad hoc, ut sanguis, membris, quę sunt in corpore, partiatur. Deinde, sunt panniculi, qui sunt corpora de filis neruosis nō sensu perceptis texta,[d] [quorum spissitudo tenuis existit; dilatata;] aliorum corporum superficies cooperientia, & continentia ea, propter iuuamēta. ex quibus est, vt summam eorum in sua figura, & factura custodiant. & ex eis est, ut eą ab alijs[e] [corporibus] suspendant, & eis annectant mediantibus neruo & ligamento: quæ fila facta fuerunt, ex quib. texti fuerunt, sicut renes dorso. & ex eis est, vt membra secundum sui substantiam sensum nō habentia, per ipsos habeant superficiem sui essentia sentientem: quæ illud, quod ei occurrit, sentit: & accidentaliter sentit, quod in corpore accidit, quod eis inuolutum est. & hæc quidem membra sunt, sicut pulmo: hepar: splen: & renes. hæc enim sua substantia nullo modo sentiunt: [f][sed neque sentit, illud, quod in eis percussionē facit. nisi, quod de panniculis super ea existit.] quumque in eis accidit ventus, aut apostema, sentitur: sed ventum sentit panniculus accidentaliter, propter extensionem, quæ contingit in ipso: apostema uerò sentit principium panniculi, & eius appensionem accidētaliter: ideoque membrum apostematis grauitate[g] [laxatur.] Postea est caro, quæ est locorum vacuorum impletio, quæ in horum membrorum situ in corpore existunt, & ipsorum fortitudo, qua sustentantur. In vnoquoque verò membro est virtus naturalis, qua ei res nutrimenti completur. & hoc quidem est, nutrimentum attrahere, & retinere, & assimilare, & vnire, & superfluitatem expellere. Et post hæc quidem, membra diuersificantur. sunt enim eorum quædam, quæ præter hāc uirtutem, insuper aliam uirtutem habent, quæ ab eis ad aliud procedit: & quædam sunt eorū, quę hoc non habent: [& † aliter quædam] eorum sunt, quæ præter hanc uirtutem insuper uirtutem habent, quæ eis ab alio influit: & sunt eorum quædam, quæ non. Cum ergo compositio fiet sequetur, quod est membrum suscipiēs, & tribuens, & membrum tribuens, & non suscipiens, & membrum suscipiens, & non tribuēs: & membrum neque tribuens, neque suscipiens. De membri autem tribuentis, & suscipientis inuentione non dubitamus. In cerebro nanque, & hepate omnes conuenerunt medici, quod vnumquodque eorum uirtutem vitæ suscipit, & calorem naturalem, & spiritum a corde, & vnūquodque eorum principium habet uirtutis, quam alijs tribuit. Sed cerebrum quidem præbet sensum, secundum quosdam absolutè, & secundum quosdam non absolutè: & hepar est principium nutrimenti secundum quosdam absolutè, & secundum quosdam non absolutè. De membri autem suscipientis, & non tribuentis inuentione non dubitamus, sicut caro est, quæ sentiendi uirtutem, & uitę suscipit, & non est alicuius uirtutis principium: quam alij vllo modo tribuat. De alijs verò duabus diuisionis partibus, in una earum medici a magno philosophorum diuersificati sunt. Philosophorum nanque magnus dixit, quòd membrū tribuens, & non recipiens, est cor: ipsum enim est omniū virtutum prima radix: & omnibus alijs membris suas tribuit virtutes, quibus nutriuntur, & viuunt, & quibus comprehendunt, & quibus mouent. Medici autem, & quidam primorum philosophorum has uirtutes in membris partiti sunt: & non dixerunt, quòd sit membrum tribuens, & non suscipiens. Et philosophi quidem sermo, quum subtiliter certificatur, est veracior. sed medicorum sermo in primis quum attenditur, est magis manifestus. Postea in alia diuisionis parte diuersificati sunt medici inter se, & philosophi inter se: una enim secta dixit: quòd ossa, & caro non sentientia, & eorum similia nō perdurant nisi per virtutes proprias, quæ sunt in eis, quę non ab alijs principijs eis influxerūt: sed per illas virtutes, quum nutrimentum eis transmittitur, sibi sufficiunt: neque ipsa alij rei virtutem tribuunt. neque etiam aliud membrū eis aliam tribuit uirtutem. Alia uerò secta dixit, quòd virtutes istæ non sunt eis propriæ: sed ab hepate, & corde in generationis principio eis influxerunt: & in eis quietæ permanserunt. Medico tamen non attinet, vt insequendo, demonstratiua procedat argumentatione: vnde de his duabus diuersitatibus ad veritatē exitus proueniat: neque patet ei semita ad hoc, inquantum est medicus: neque hoc ipsum in aliqua suarum perscrutationum & suarum actionum impedit. Debet autem scire, & credere in diuersitate prima, quòd non est ei curandum: vtrum cor sit principium sentiendi, & motionis cerebro: & virtutis nutrientis hepati: aut non sit. Cerebrum nanque, siue per se, siue post cor habeat, principium animalium actionum existit comparatione aliorum membrorum. Et hepar similiter actionum naturalium nutrientium principium existit, aliorum membrorum comparatione. Et de alia quidem diuersitate debet credere, quòd non est ei curandum, vtrum uirtus naturalis in tali quale est os, in principio generationis ab hepate venerit: aut eam pro suamet complexione meretur: aut nihil sit eorum. Sed debet credere, q̄ hæc virtus ad ipsum[i] [non profluit, nisi ab hepate: nam si inter ea via clauderetur:] & os nutrimentum notū haberet; eius actio destrueretur, quemadmodū fit in sensu & motu; quum neruus, qui prouenit a cerebro,[k] [stringitur. virtus vero] illa ossi naturalis facta est, dum eius permāserit complexio. Et tunc quidem explanabitur ei diuisionis habitudo: & videbit membra, quæ sunt principalia: & membra principalibus deseruientia:[l] [& membra non principalia absque seruitio.] Membra verò principalia sunt membra: quæ primarum uirtutum, quæ in corpore existunt, quæ ad hoc sunt necessariæ, vt singulare, aut species perdurent: principia habent. secundum vero singularis durabilitatē sunt tria principia. Cor quidem est principium uirtutis vitę. & cerebrum quidem est principium virtutis sentiendi, & mouendi. & hepar quidem est principium nutriendi. Sed secundum speciei durabilitatem, sunt principalia hæc tria, & etiam aliud quartum, quod speciei existit proprium: & sunt testiculi, qui vni rei sunt necessarij: & ad rem aliā iuuatiui. necessitas vero, est ad sperma generandum, quod genealogiam conseruat. iuuamentū vero, est ad hoc, vt complementum formæ detur, & complexio masculina, & fœminina conseruetur: quæ speciebus animalis accidētia sunt inse-

d B. quorū grossitudo uel profunditas tenuis existit & sunt corpora lata.

e B. membris.

f B. sed neque sentiunt res obuiantes ei, nisi per panniculū super ea existētem.

g B. remanet pēdens.

h B. & diuersificantur etiam secundum modū alium, quædam enim.

† alia legendum uidetur.

i B. non profluit ab hepate taliter q̄ si clauderetur uia. Ita ferè & Māt. sed debet credere illā uirtutem nō esse nunc eis influxā ab hepate, ita ut si clauderetur uia inter ipsa, & alimentū, & paratū esset apud os tunc eius actio deleretur.

k B. stringitur seu oppilatur immo virtus. Man. uerum illa uirtus efficitur cōnaturalis ossi, dum in sua perstitit temperatura.

l B & membra moruse absque seruitio, & mēbra quæ nō sunt principalia, neque sunt ministra, se.

inseparabilia: nec sunt ex rebus in animalitatis essentiam ingredientibus. Membrorum uerò deseruientium alia sunt, quæ seruitute deseruiunt præparatoria, alia quæ seruiunt seruitute latoria. Et preparatoria quidem seruitus vocatur vtilitas. latoria verò, seruitus absolutè vocatur. Seruitus autem preparatoria est antequam principale operetur: & latoria seruitus, postquam principale operatur. Cordis uerò seruiens preparator est sicut pulmo. & eius seruiens lator est sicut arterię. Cerebri uero seruiens preparator est sicut hepar; & alia nutrimenti membra; & custodię spiritus. & lator est sicut nerui. Hepatis verò preparator seruiens est sicut stomachus. & lator est sicut venę. Et testiculorum quidem seruiens preparator sunt sicut membra, quę antequàm ipsi, generant sperma. sed eorum seruiens lator est uirga in viris, & venę, quę sunt inter eos, & ipsam; & in mulieribus similiter sunt venę, quę sperma ad locum conceptionis impellunt. & mulieres insuper habent [m] [matricem, per quam] spermatis completur utilitas. Gal. autem dixit, quod membrorum alia sunt, quę operationem tantum efficere habent: alia, quę iuuamentum tantum: & alia sunt, quę operationem simul, & iuuamentum habent. primum est sicut cor. secundum est sicut pulmo. tertium sicut hepar. Dico autem, quòd per operationem oportet intelligi illud [n] [quod cum re solummodo operationum in vita singulari ingredientium completur: aut in speciei permanentia. sicut cor in generatione spiritus.] & per iuuamentum oportet intelligi illud, quod preparatur ad alterius membri operationem suscipiendā, & tunc erit operatio completa ad dandam singulari vitam, aut speciei permanentiam: quemadmodū pulmo aerem preparat. Ipsum verò hepar secundam suam perficit primò digestionē: & digestioni tertię, & quartę apparatum prestat. ergo inquantum digestionem secundā adeò perfectam efficit, quoad sanguis ad ipsummet nutriendum sit bonus; actionem operatus est: & in quantum operationem efficit, quæ in alia expectata operatione auxiliatur; iuuamentum efficit. Et etiam denuo dicemus, quòd membrorū alia sunt, quæ generantur ex spermate, quę sunt similium partium membra, preter carnem, & adipē: & alia sunt, quæ ex sanguine generantur, sicut adeps, & caro. quod enim est præter hæc duo, ex duobus generatur spermatibus; masculorū spermate, & spermate mulierum. Sed secundum sermonem eius, qui de sapientibus verificauit de spermate masculi generatur, sicut generatur caseus de coagulo: & de spermate mulieris generatur, sicut caseus generatur de lacte. & sicut principium coagulationis est in coagulo: ita principium [o] [coagulationis formę] est in spermate viri. Et, sicut principiū coagulationis est in lacte: ita principium coagulationis materiæ formę. s. virtutis patientis est in spermate mulieris. Et, quemadmodum unūquodque duorum, coaguli videlicet, & lactis, est pars substantiæ casei, qui fit ex eis: ita vnumquodque duorum spermatū est pars substantiæ embrionis. hoc autē verbum non parum, immo multum verbis Gal. est contrarium. Sibi nanque videtur, quòd cuique duorum spermatum inest virtus coagulatiua, & virtus coagulationem suscipiens: & propter hoc non se prohibet, quin dicat quòd virtus coagulatiua in masculis est fortior: & virtus coagulationem suscipiens est fortior in fœminis. Qualiter autē sermo in hoc certificetur, inuenitur in nostris libris, qui sunt de sapientijs radicalibus. Postea vero sanguis, qui in tempore menstruorum a muliere separabatur, fit nutrimentū. Sed alia pars eius est, qui in similitudinem conuertitur substantiæ spermatis [p] [& membrorum quæ ex eo generātur]: & erit nutrimentum augmentans ipsum. Alia pars eius est, quę non nutrimentum fit [q] [adhuc:] sed est cōueniens, vt coaguletur ad implenda loca membrorum primorū vacua: & fit caro, & adeps. Et alia pars eius est superfluitas, quæ nulli harum duarum rerū, est bona: & remanet vsque ad horam partus, quam natura, vt pote superfluam expellit: quumq; infans parturitur; sanguis, quem ipsius hepar generat, huius sanguinis vices supplet, & generatur ex eo, quod ab illo sanguine generabatur. Et caro quidem ex sanguine generatur spisso. quē caliditas & siccitas coagulant. adeps vero ex eius aquositate, & vnctuositate generatur, quam frigiditas coagulat: ideoq; ipsam caliditas resoluit. Membra autem, quæ ex spermate sunt creata; quum solutionem continuitatis patiuntur; certa cōtinuitate non restaurātur, nisi pauca ex eis, & in paucis habitudinibus, & in ętate pueritiæ: sicut ossa, & rami venarum parui: non enim magni: neq; arteriarum: quum enim aliqua eorum pars seiungitur, nihil loco eius nascitur. & hæc quidem sunt sicut ossa, & nerui. Illa verò, quę ex sanguine sunt creata; renascuntur post perditionem suam, & continuantur tali substantia, quali sunt ipsa: sicut caro. Et illud quidem, quod est creatū ex sanguine, in quo adhuc virtus existit spermatis: dum nondum inter ipsum, & sperma tēpus intercesserit, nisi paruum: illud membrum, quando tollitur, iterum nasci potest: sicut dētes in ętate pueritię. Quum autem sanguis ad aliam conuersus fuerit complexionem, non iterum renascetur. Et dicemus etiam, quòd membrorum sentientium mobilium, plerunque motus & sensus simul principium, est vnus neruus: & plerunque separantur: & erit principium cuiusque virtutis † [neruus]. Et etiā dicemus, quòd omnium interiorum, quę panniculis sunt inuoluta: pāniculus ex uno panniculorum pectus, aut ventrem cooperientium nascitur. Sed eorum, quę in pectore sunt panniculorum origo, sicut diaphragmatis, & venarum, & arteriarum, & pulmonis; est ex panniculo interiore, qui costas tegit. Et membrorum quidem, & venarum, quę sunt in vētre; pāniculi oriūtur ex † peritonço, q interius ventris cooperit musculos. Omnia quoque mēbra carnosa sunt, aut villosa, sicut caro, quæ est in musculis: aut villis carentia, sicut hepar. Et nullus quidem motus fit, nisi per villos. uoluntarius uerò motus fit causa villorum, qui sunt in musculis. & naturalis sicut motus matricis, & venarum, & compositus, sicut motus transglutiendi: fit villis proprijs per formam ex situ longitudinis, & latitudinis, & transuersionis. attractioni verò, sunt villi, qui in longitudinē protendūtur. & expulsioni, villi, qui in latitudinem tendunt. constringentes: & retentorij villi, qui ex trans-

uerso

m B. additamēta matricis, in quibus.

n B. quod de operationibus, in uita singularis ingredientibus aut in speciei permanentia cōpletur per aliquid unum. sicut illud quod fit per cor in generatione spiritus. Mant. quo solo pficiuntur actiones uitam indiuidui ingredientes, aut speciei perpetuitatem.

o B. coagulans formam.

p B. & mēbrorū radicalium.

q B. ad illud.

† unicus neruus, ut Mant.

† Siphac.

uerſo vadunt. Membrorum autem, quæ vnam habent tunicam[r] [ſicut venarum & veſicæ, tres villorum ſpecies] adinuicem ſunt textæ. & membrorũ, quæ ſunt duas habentia tunicas: villi, qui in latitudinem tẽdunt, ſemper in extrinſeca exiſtunt eorum tunica & alij duo in tunica eorum intrinſeca. illi tamen, qui in longitudinem protenduntur, ad ſuperficiẽ magis declinant intrinſecam: qui taliter nõ creati fuerunt, niſi ne attrahendi, & expellẽdi uilli ſimul exiſtãt: immo melius eſt, vt uilli attrahendi, & retinẽdi ſint ſimul, niſi in inteſtinis: non enim multa indigent retẽtione, ſed attractione, & expulſione. Et dicemus etiam, quòd membrorum neruoſorum corpora à ſui ſubſtantia aliena cõtinentium alia ſunt, quæ vnam habent tunicam: & alia, quæ duas. Quæ autem duabus conſiſtunt tunicis: non taliter creata fuerunt, niſi propter iuuamenta multa: quorum vnum eſt, multa neceſſitas multæ cuſtodiæ fortitudinis ſuæ corporeitatis, ne findantur cauſa fortitudinis motus eius, quod continetur in eis: ſicut arteriæ. Secũdum eſt multa neceſſitas multæ cuſtodię in re corporis, quod in eis eſt reconditum: ne reſoluatur, & egrediatur. reſolutionis verò timor prouenit cauſa ſuæ raritatis, ſi unã haberent tunicam. & exitus timor eſt, ideò, quòd propter hoc etiam ad ſcindendũ eſſent apta. & hoc quidem corpus, quod in eis eſt reconditum, eſt ſicut ſpiritus, & ſanguis: qui in arterijs ſunt reconditi: in quorum cuſtodia valde eſt ſtudendum: & de quibus timetur,[s] [ne pro nihilo recedãt.] ſpiritus quidem propter reſolutionem: & ſanguis quidem propter fiſſurã: ex hoc nanque maximum timetur malum. Tertium eſt: quoniam, quũ alicui membro fuerit neceſſarium, vt ſit ipſius attractio, & expulſio motu uehemẽti; factum eſt unicuique earum ſingulare inſtrumentum ſine permixtione. & hoc eſt ſicut ſtomachus, & inteſtina. Quartum eſt; quoniam, quũ uolũtas fuerit, ut vnaquæq; membri tunica operationi, quę eſt ei propria, ſit pręparata: & vnaquęque duarum operationum acciderit propter complexionem ab alterius operationis complexione diuerſam; fuit melius inter eas diuidere: ſicut ſtomachus, in quo fuit uoluntas, ſentiendi uirtutem eſſe: quod quidem nõ fit niſi in membro neruoſo: & digerendi: quod ſimiliter non fit niſi per membrum carnoſum. Vnicuique igitur harum duarum rerum tunicã poſuerunt per ſe, tunicã neruoſam uirtuti ſentiendi, & tunicam carnoſam digeſtioni. Et natura quidem intrinſecam tunicã fecit neruoſam, & extrinſecam carnoſam: poteſt nanque digerentis operatio ad id, quod digerendum eſt, in potẽtia ſine occurſu peruenire. ſentiẽs uerò, id, quod ſentitur, non poteſt ſentire, niſi obuiando ei; ſenſu uidelicet tactus. Et dicemus etiam, ꝙ ſunt quędam membra, quarum complexio ſanguis eſt †[propinqua. non ergo indiget ſanguis in eorũ nutrimento multoties conuerti, ſicut carnis:] quapropter in ea neque foramina facta fuerunt neque ventriculi: in quibus aliquanto tempore nutrimentum, quod ei digeritur, immoretur: & deinde caro ex eo nutriatur: immo illico, quum ei nutrimentum occurrit, in ipſam cõuertitur. Et ſunt ex membris quędam, quorum complexio à ſanguinis complexione ualde eſt remota: ideoq; quũ neceſſe fuerit ſanguinem ea nutrire: oportebit, ut in ſimilitudinem ſubſtãtię eorum multis conuerſionibus ordinatim cõuertatur, ſicut os: quapropter in creatione aut unum poſitum fuit foramen, quod eorum nutrimentũ tãto contineat tempore, quanto illud in eius ſimilitudinem cõuertatur; ſicut in oſſe cruris, & adiutorij: aut foramina multa in ipſis diuiſa: ſicut in oſſe mandibulę inferioris. Et membris quidem, quę ſic ſunt; neceſſe eſt, ut nutrimento ampliori, quàm eis tunc ſit neceſſe, repleantur: ut paulatim, & paulatim procedant, illud in ſui ſimilitudinem conuertendo. Membra autem fortia ſuperfluitates ſuas ad membra debilia ſibi uicina expellunt: ſicut cor ad aſcellas: & cerebrum ad loca, quę ſunt poſt auriculas: & hepar ad inguina.

r B. ſicut ſunt uenæ tres uillorum ſpecies.

ſ B. ne euaneſcant.

† Mant. ita proxima, ut pro eorum nutritione paucis admodũ trãſmutationib. ipſe ſanguis indigeat, ut caro.

ANNOTATIONES.

1. *Membra autem ſunt corpora &c. Ariſt. 2. de partibus animal. triplicem facit compoſitionem, elementorum ex materia & forma, ſimplicium ex elementis, & compoſitorum ex ſimplicibus. Et primo de gener. animal. totius corporis materiam, partes compoſitas, harum, ſimplices, ſimplicium, elementa eſſe ait. Gal. Ariſtoteli ſubſcribit lib. de diff. morb. & 6. de tuen. val. Sed utrobique eam, quæ elementorum eſt ex materia & forma, omittit. quòd ad medici negocium non pertineat. Auer. quoque ab his non diſcrepat 2. Coll. Sed membra, alia prima compoſitione, id eſt immediatè fieri ex elemẽtis dicit, quæ ſimplices ſunt partes. alia uerò non prima compoſitione, ſed mediatè. & hæc compoſita ſunt. Et 2. Coll. Simplicia materiam eſſe compoſitorum cum Ariſt. teſtatur. Sed hic author generatim membra ex prima humorum commixtione fieri docet: humores uerò ex cibis: & hos ex elementis. Diſſentire ergo ab Ariſt. uidetur. qui ex elementis dixit ſimplices partes gigni. Et apertius ab Auerroe, quando prima compoſitione, id eſt ſine medio, ſimplices partes ex elementis gigni aſſerit: & ab utroque, quia de humoribus aut cibis neuter quidquã dicit. niſi fortè dixeris id naturalis philoſophiæ limites exceſſiſſe, iamq; ad medicum negocium deuolui, ut de cibis ageretur & humoribus. Sanè uidetur Auic. rem exactius tetigiſſe. Sed & ipſe ab Ariſt. Auerroe. Gal. & omnibus planè medicis diſcrepare in eo uiſus eſt. quòd membra generatim ex prima humorum miſtione fieri pronunciauit. quũ tamen compoſita non ex prima miſtione humorum, ſed ex ſimplicibus ortum habeant. niſi id intelligas, ex prima, id eſt primorum humorum miſtione mẽbra fieri. Exactius ergo Gal. primo de elem. compoſitas partes ex ſimplicibus, ſimplices ex humoribus, humores ex alimentis: alimenta ex elementis fieri docuit. quod & Hippocrates primo de natu. hum. innuere uiſus eſt. Verùm in eo quoque controuerſia eſt, quòd ſimplices partes ex humoribus fieri, dictũ eſt. Secundo etenim Coll. Auerroes contra medicos fieri eas ex ſanguine, non ex cæteris humoribus diſſerit. quum ſanguine alantur membra, non bile, aut pituita. Sed innititur Auerr. ſententię quę à medicis non probatur. quum non ſolo ſanguine mẽbra nutriantur, ſed puriori quidem ſanguine ſanguinea; bilioſo, bilioſa: & pituitoſo pituitoſa; ac ſi dicas, ſanguine, bile, pituita; quum nutriri partem omnem ſimili oporteat, non diſſimili.*

cap. 1. cap. 3. cap. 3. cap. 9. cap. 1. cap. 7. cap. 8. & 9. cap. 1.

2 *Primum membrorum ſimilium eſt os &c. Oſſa inter corporis partes duriſſima, & ſicciſſima eſſe pilo excepto, 1. de temper. & 2. habetur. Horum generationem pulchrè Hippocr. lib. de carnibus, & ex Hippocr. Gal. lib. de ſemine ex terreſtri, pingui, & ſicca ſubſtantia, per caloris actionem genita, eſſe docet.*

cap. 9. cap. 1[illegible]. cap. 1[illegible].

3 *Sicuti cartilago &c. Aliqui antiqui codices legebant [sicuti est epiglottalis cartilago.] Mantinus vertit clarissimè. [& in scutali cartilagine quam pomum granatum vocant.] Cætera, quæ hic de cartilagine; habes ex*
Cap.3. *Galen. de eius quidem substantia 7. de vsu par. De vsu 1.*
Cap.15. Cap.18. *de vsu par. & 11, & sæpe, alibi. Sed vide etiam Aristot.*
Cap.9. *secundo, de part.anim. & Auerr.*

4 *Postea sunt nerui, qui sunt corpora &c. De neruorum exortu triplex fuit inter antiquos sententia. quum alij cor neruorum principium esse existimarint, vt ex Gal. habetur*
Cap.6. *3. de loc.aff. 7. de vsu par. & 2. de dec. Hipp. & Plat. Et hu-*
Cap.1. & 2. *ius sententiæ fuisse, Aristot. 3. de part.anim. Galenus ipse*
cap.4. cap.14. *arbitratus est 1. de decr. Hipp. & Plat. Alij ex membrana*
cap.6. & 8. *cerebrum inuoluente neruos oriri tradiderunt: quod sensisse*
cap.3. cap.3. *Erasistratum adhuc iuuenem testatur Gale. 7. de decr. Hipp.*
cap.4. & 16. *& Plat. Alij ex cerebro nasci: quod senescens Erasistra-*
cap.3. *tus credidit: & post Erasistratum Galen. 7. de decr. Hipp.*
cap.1. & 2. *& Plat. lib. de neruorum dissect. lib. de consti.ar. primo de*
cap.4. & cap.1. cap.3. *vsu part. 12. de vsu par. 16. de vsu par. 2. de Hip. & Plat. decretis. & alibi sæpe. Sed priorem Erasistrati opinionem, quam Erasistratæi insequuti sunt, refutat idem Galen. 7. de decr. Hip. & Plat. Eos verò, qui cordi ortum ascriberent,*
cap.3. *reprobat 1. de decr. Hipp. & lib. eiusdem 7. & alibi sæpe.*
cap.8. & 10. *Constat tamen Aristotelem, quamuis multam neruorum copiam cordi inesse dixerit; Cor tamen neruorum principium esse, in libris de partibus animalium, vt Gal. ait, non dixisse;*
cap.5. *sed in tertio de histor. animal. Vide pro hac re & Auicen.*
cap.1. *lib. de nat. animal. 3. & leges rationem, quæ facere pro tuendo Arist. videtur.*

5 *Post sunt venæ &c. Triplex de venarum quoque origine fuit opinio. Alij ex capite oriri eas crediderunt, vt te-*
cap.4. *statur Arist. 3. de par. animal. Alij ex corde, quod sensit Plato in Timæo, & Arist. loco citato, & 2. eiusdem. Alij ex*
cap.9. *hepate, quod Gal. putat, & cum eo medici omnes. Priorem opinionem reprobat Arist. locis adductis, Secundam, quæ Plat. & Arist. fuit, Galenus multis rationibus oppugnat,*
ca.3.4.5.6.& 8. *6. de decr. Hipp. & Plat. & eadem sententiam vbique se-*
cap.5. & c.1. *quitur. lib. de fœt. format. 8. de decre. Hipp. & Plat. in arte*
cap.19. & c.16. *med. 1. de vsu part. & 4. & sæpe alibi. Sed pro Arist. pu-*
cap.12. *gnat Auer. 3. de part. animal. & Auicen. quoque libro de*
cap.4. *natura animalium tertio, Aristotelis sententiam videtur*
cap.1. *confirmare.*

6 *In vnoquoque verò membro &c. Quòd naturales quatuor facultates omnibus animati corporis particulis insint, passim docet Galen. libris præsertim de fac. nat. tametsi enim expulsoria facultate carere cutis videtur: & pilorum ac vnguium nullam esse vim, sed solam generationem dicit,*
cap.9. *lib. ar. med. inest tamen cuti expellendi potentia, quum ad summam cuticulam excrementa reijciat, quę postmodum (licèt imbecillissima partium omnium, & extremo loco posita, partem preterea non habeat ad quam reijciat) a corpore tamen separatoria vi, idest expulsoria, segregat. Pili quoque, & vngues, & si excrementa potius quàm membra dicenda videntur; suorum tamen & ipsi vsuum sunt gratia. & quamuis impropriè fortassis nutriri, & augeri dicendi sint, quòd in omnem positionis speciem augeantur, aut alimenta suscipiant; per similitudinem tamen nutriuntur; cuius rei indicio est, quòd si prauè nutriantur, decidunt. vnde naturalium facultatum non omnino sunt expertes.*

7 *Et post hoc quidem &c. Sicuti eo conueniunt partes nostri corporis omnes, quòd naturalibus potētijs præditæ sunt; ita & eo differunt, quòd varijs singulæ actionibus & vsibus inuicem distinguuntur. licèt ob consensum, cōspirationemve, quæ in nobis est mutuis se inuicem seruitijs afficiant. Membra ergo distinguens hic author penes eorum facultates, quatuor facit capita: nempe partes omnes, aut tribuunt vim, & suscipiunt; aut tribuunt, & non suscipiunt; aut suscipiunt, & non tribuunt; aut neque tribuunt, neq; suscipiunt. his positis, de duobus diuisionis mēbris dubitat, an videlicet membrum in corpore sit tribuens, & non suscipiens: & si itidem pars detur neque tribuens, neq; suscipiens. Innuit ergo controuersiam, quæ inter Arist. ex una parte, & Plat. ac Gal. ex alia intercedit. Arist. enim quum entia disponi oporteat, & in omni genere vnum sit primum. 12. metaph. & lib. de* cap.vlt.
communi animal. motu, & 3. de part. animal. cor primùm cæ cap.4.
terarum in animali partium facit, reliquis partibus vim sentiendi, mouendi, viuendiq́, tribuens, ipsum, nullius seruitio indigens. quod & lib. de somn. & vig. & 2. de part. animal.
& passim confirmat. & cum Arist. stat Auer. 2. Coll. & sæ cap.3. cap.7.
pe alibi Contrarium tamen Plato censuit, tres animæ fa- cap.9.
cultates, triaq́, principia constituens, cerebrum, cor, iecur; & ex his primam principemq́, partem cor faciens. quem
Gal. sequitur, ut licet 7. de decr. Hipp. et Pl. 9. meth. lib. ar. cap.3. cap.10.
med. & sæpissimè alibi colligere. Pro Arist. pugnat Auer. 2. cap.9.
de part. animal. ita ut dubium hactenus sit, an membrum cap.7.
detur tribuens & non recipiens. An uerò alterum sit, neque tribuens, neque recipiens; lis adhuc inter eosdem authores versatur, quum Arist. (sicuti nunc dictum est) uim omnem a corde toti corpori deferri existimet, atque adeo membrum omne vim recipere, excepto corde. Gal. uerò lib. ar. med. membra quædam enumeret; ossa, uidelicet, cartilagines, membranas, ligamenta, adipem, glandulas, & carnem simplicem, quas innatas dumtaxat facultates ait obtinere, neque partes alias gubernare, aut ab alijs gubernari: in qua etiam re discrepare a seipso Gal. uidetur, quòd alibi nutritoriam facultatem toti corpori, & his, quas hoc loco recensuit partibus a iecinore impartiri disseruit. Soluit ergo hic quæstiones hasce, Arist. sententiam, ueriorem, Galeni uerò & Platonis placitum euidentius esse statuens. Neque curandum esse (ait) medico, an a corde sensoria facultas proueniat, seu a cerebro: & an nutritoria a iecinore, uel corde; quum eo etiam admisso, quod Arist. sensit, constet tamen cerebrum facultatum animalium, & iecur nutritoriæ potentiæ esse principium, (euidentius scilicet, & in quo hæ potentiæ manifestæ fiant.) Eodem pacto de ossibus, cartilaginibus, atque alijs id genus partibus, non referre ait, medico, an nutriendi uim suscipiant a iecinore, uel non: quum id constet, eam non nisi a iecinore proficisci, (quum interclusa alioqui via inter iecur & ossa, horum nutritionem, & usus corrumpi oporteat,) esse tamen ossibus naturalem, diciq́, innatam posse, dum eorum natura seruatur. Atque ita facillimè, & doctissimè hic propositam litem dirimit. Vnum tamen superest nobis, ut uideamus, quid de Galeni sententia dicendum sit, quum, lib. ar. med. ossa, cartilagines, atque alia id genus insitas solum facultates obtinere dicit, alibi uerò nutriendi uim emanare a iecinore putat. Ad hoc docti quidam viri respondent Galenum lib. ar. med. non naturales potentias quatuor intelligere, quum hæ ex eius sententia a iecinore ortum habeant nulla controuersia; sed propriam eam singularum partium naturam & uim, ob quam os potest os gignere, & membrana membranam, et eodem pacto partes omnes in sui substantiam alimentum conuertunt. Verum, tametsi hæc nō impropriè uis insita dici potest, nempe quæ non a iecinore, aut quacunque alia particula proueniat, sed ab ipso osse & membrana: hi tamen Gal. sententiam non assequuntur, quum partes has Galenus neque gubernare, neque gubernari, sed suis innatis solum facultatibus uti uelit. Quapropter, ut paucis dicamus pro Galeno. Quum nutritoria facultas, potentia quædam sit, quę plantis etiam ipsis, non animalibus solùm inest: prius uerò natura, homo vita plantarum uiuit quā animalium, ut colligi ex Arist. potest 2. de gen. animal. & pro- cap.3.
pterea prius natura alitur quàm constructum sit, & planè efformatum iecur; quum id instrumentum sit corpori adueniens ratione, qua animal est, non qua viuens corpus. idcirco,

eo, quòd nutritoria facultas a iecinore toti corpori non influat, sed singulis partibus a natura insit, manifestum est. Quòd autem Gal. nutritoriæ facultatis initium hepar faciat, nulli certè in eius doctrina exercitato dubium est; id tamen non alia ratione quàm alimenti gratia, cuius officinam iecur ipsum facit, est constitutum. ut propterea neque hoc illi uitio uertendum sit, neque a suiipsius sententia discedat.

8 *Membra verò principalia &c. Quatuor facit principes partes, quod & Gal. lib. ar. med.* cap.9. *cerebrum, cor, iecur, testes. Auer. tamen, testes partem generandi principem esse negat* cap.10. *3. Coll. Aristotelis placito innixus, qui cor virtutum omnium principium posuit. Sed ascribit hic author testibus actionem, & usum: actionem generationem esse ait seminis, & speciei conseruationem: usum uero perfectionem formæ maris & fœminæ. Cæterum, quod ad actionem pertinet, controuersia est. quum neget Aristot.* cap.4. *1. de gener. animal. testes eius actionis esse gratia, quando plura animalia gignunt, quibus non sunt testes; uel ex natura, ut pisces sunt; uel ex accidenti,* cap.1. *ut de tauro idem notat 3. hist. animal. qui post exectionem testium, initu statim actio progenerauit. Sed Aristot.* cap.1. *Gal. arguit lib. de semine, & de usu part. Cum Philosopho tamen uidetur stare Auic. 15. de anim. & Auer. quoq;* cap.4. *doctorem suum tueri nititur 1. de gen. anim. ubi & huius dubitationis solutionem affert, quam tu vide. Vide & 3. Coll.* cap.10. *Quod ad usum spectat plura poteris colligere ex Aristotele & Galeno citatis locis. Notat autem hic unum author, sexum differentiam essentialem non facere, sed accidentariam. pro quo, uide Arist.* Tex.25. *10. metaph. necnon 1. de gen. animal.* cap.2.

9 *Sed secundum sermonem &c. Litem innuit quæ inter Arist. & Gal. de semine uersatur. Arist. fœminam semper materiam præbere, atque adeo eius semen nullius actionis facultatem habere existimat 1. de gene. animal.* cap.19. & 20. *& 2.* cap.4. *Sed hac de re Hipp. lib. de natura pueri, contra quam Arist. utrique & fœminæ & maris semini effectricem inesse uim constituit. Hunc sequutus Galenus in Aristotelem inuehitur; propositoq; hoc problemate discutiendo. 1. de semine,* cap.1. cap.2. *duos in hac re libellos absoluit, quos tu vide. Aristotelem tamen Auerr. pulchrè tuetur 1. de generat. anim. &* cap.4. & 10. *2. necnon 2. Coll. Aduersus huius sententiam differit hic author lib. de natura anim. 16. Vide & lib. 9.* cap.1. c.4. & 2. *vbi seminis nomen æquiuocè dici de semine mulieris putat, & uiri. & plura alia scribit ad hanc rem facientia.*

10 *Postea sanguis &c. Pulchrè de hac re Hipp. lib. de natura pueri.* cap.4. *Quod uerò subiungit hic author, de simplicium partium generatione, quomodo fiat, uide Hipp. lib. de carnib. Arist. & Auer. 2. de gene. anim.* cap.2. c.10. *& Auic. lib. de nat. anim. 16. & Gal. 1. de fac. nat.*

11 *Membra autem quæ ex spermate &c. Partes nostri corporis, alias ex semine, alias ex sanguine produci, Gal.* cap.11. *tum sæpe alibi, tum præsertim 1. de semine scriptū reliquit.* cap.86. *Quod autem de partibus ex semine ortis hic notat, ex lib. ar. med.* cap.7. & 13. *& de constit. ar. est sumptum,* cap.3. & 4. *Galenum tamen reprehendit Auer. 2. de gener. animal.*

12 *Membrorum autem quæ habent unam tunicam &c. Vesicam una solum tunica constare ait. At lib. 3. Fen 19.* Tract.1. cap.1. *duabus construi tunicis, docet. Eandem contradictionem leges apud Gal. 1. de fac. nat. & 5. de usu part.* cap.13. & 11. *unam illi tunicam inesse dicit. 3. verò fac. nat. duplicem.* cap.11. *Soluitur facilè, si vesicam una constare tunica propria, interna, et externā tamen, ꝑterea ex peritonæo, ut reliqua uiscera, habere dixeris.*

13 *Nisi in intestinis &c. Quum tria fibrarum sint genera, & harum rectæ ad attrahendum faciant: 6. de vsu part.* cap.8. *intestinis, quia simplici egerent motu, simplices transuersas inesse notat Gal. 5. de usu par.* cap.11. *& ibidem ijs vim solam expellendi assignat, quibus neque attrahere, neque retinere necesse esset.* cap.17. *Sed idem tamen 4. de vsu par. & Auic. Fen 16. tertij,* tract.1. cap.1. *aliquibus intestinis fibras secundum longitudinem protensas inesse protulerunt. Verum, tametsi intestina uniuersim omnia longas fibras non habent, quum non attrahant: ex ijs tamen rectum intestinum excipitur, quod ijs non caret: cuius rei rationem Gal. reddit 4. de usu part.* cap.17. *nempe non attractionis gratia ex illi insunt, sed ad transuersarum tutelam; ne videlicet intestinum id a durioribus, quæ illic congeri solent excrementis, læderetur.*

SVMMÆ PRIMÆ.

Doctrinæ quintæ; & est sermo uniuersalis de ossibus, & iuncturis. Cap. I.

DIcemus, quòd ossium, quæ sunt in corpore, alia sunt, quæ sunt sicut fundamētum, quoniam super ea est corpus fabricatum; sicut spondyles dorsi: Spondyles nanque illæ, corporis sunt fundamentum, super quas ipsum fabricatum est: quemadmodum nauis super lignum fabricatur, quod in ea primum ponitur. Et alia sunt, quæ sunt in corpore sicut clypeus ad tuendum; sicut os cranei. Et alia sunt, quæ sunt sicut arma, [a] [quibus bellatores impedientes repellūtur; sicut ossa, quæ vocantur† simenia:] & sunt ossa, quæ sunt super spondyles dorsi, sicut spinæ. Et alia sunt, quibus iuncturarum vacuitates replentur: sicut ossa [b] [sesamina, quæ inter ossa digitorum existunt]. Et sunt alia, quæ sunt ad corpora suspendenda, quę suspensione indigent, sicut os lambda assimilatū, quod est musculi gutturis linguæ, & aliorum suspensorium. Omnia autem ossa, corporis sustentaculum sunt, & erectio. Et ossa quidem, quæ ad sustentandum tantum sunt, aut defendendum, & ad membra mouenda necessaria non existunt; solida facta fuerunt; licet sint in eis vacuitates, & foramina parua, & pori, qui fuerunt necesse in eis esse. Eorum verò, quæ propter motum etiam necessaria fuerunt, in quantitate concauitatis augmentum factum fuit: & ipsorum concauitas in medio corū posita fuit, & una; ne corpus eius receptaculis nutrimenti paruis, & separatis indigeret; quoniam laxum inde fieret. imo durum factum est eius corpus: & ipsius nutrimentum, quod est medulla, in eius interiore est aggregatum. Iuuamētum igitur additionis cōcauitatis intrinsecę est, vt sit [c] [leue.] Et iuuamentum vnitatis concauitatis intrinsecæ est, ut sit corpus ipsius durius. Et duritiei sui corporis iuuamētum est, ne in hora fortissimorum motuum rumpatur. Et iuuamentum medullę, quę est in eo; est, vt nutriat ipsum, sicut ante declarauimus; & vt ipsum semp[d] [mollificet, ne frangatur; ideo, ꝙ motus ipsum exsiccat: & vt sit uentrem habens, & forte, & solidū.] Concauitas verò est minor, quum firmitudo magis est necessaria: & est maior, quum plus necessaria est leuitas. Ossa autem [e] [porosa facta fuerunt, sicci nutrimenti, quod nominauimus causa:] & propter additionem necessitatis: causa rei alicuius, quę necesse est, vt in ea penetret, sicut odor, qui cum aere attrahitur in osse colatorio simili; & cerebri superfluitates, quæ per ipsum expelluntur. Omnia verò ossa vicina sunt [f] [& coniuncta.] neque inter aliquod os, & os, quod ipsum sequitur magnum existit spatium. Inter aliqua tamen eorum inuenitur spatium paruum, [g] [quod cartilaginosę implēt† appēdices, aut cartilaginibus similes:] quæ ꝑꝑ iuuamentum creatę

Vide Disquisitiones physiologicas Costęi pagina 398. usque ad 404.

a B. quibus repellūtur bellatores occurrētes, & nocētes sicut ossa quæ uocantur alsenascen. † .i. spinæ.

b B. semsamanie, quæ existūt īter alselamiat.

c B. leuius.

d B. humectet ne fragatur seu comminuatur, ideo ꝙ motus ipsum exiccat, & ut sit sicut solidum licèt sit concauum.

e B. porosa spōgiosa facta sunt hic propter rem nutrimenti prædictam.

f B. occurrētia sibi inuicem.

g B. qđ impleet subach cartilaginosum, aut cartilaginib. simile. † i. gualhic.

† laguahicata. h B. sine luhach 1. i. diarthrosis. 2. i. synarthrosis. 3. i. symphysis. 4. i. gomphosis. 5 almodrusu aut mulsahac. † os alterius legendu putam⁹. 6 rasetæ cum aseid. † rasetam. 7. i. gomphosis. 8 almodrus. 9 seren seu adoren 10 mulsach. t. i. sutura. i B. Sunt enim ex eis, quæ uicinantur vicinitate iuncturæ firme seles. idest faciliter flexibilis vel mobilis, & ex eis sunt, q̄ vicinantur uicicinitate iūcturæ difficilis motus, non strictæ, uel nō firmæ. Et ex eis sunt, quæ uicinantur vicinitate iūcturæ fortis seu strictæ i. firmæ, q̄ nominatur merchuzan & mederuzan & melsach. & iunctura quidē fortis seles. idest faciliter flexibilis uel faciliter mobilis est illa, cuius unum suorum ossium suis motibus facile moueri potest absque hoc, q̄ moueatur cum eo os aliud. sicut iunctura rasete manus cum brachio seu adiutorio. Et iunctura quidem difficilis motus non stricta uel non firma est illa, cuius motus vnius ossium de per se est dificilis, & paucæ quantitatis: sicut iunctura, quæ est inter pectinem manus, & raseam, aut iunctura quæ est inter duo ossa pectinis manus. iunctura verò stricta ul firma valde, est illa, cuius nullum ossium ullo modo moueri potest: sicut iunctura thoracis. stricta uerò, quæ nominatur merchuzan est illa. cuius unum ossium hbet additamentum & aliud os habet foramen in quo figitur illud additamentū fixione in qua non mouetur sicut dentes in suis originibus. Medaruzan uerò est illa.

k B. alshad. † aseid. l † B. firmæ uel.

tæ fuerunt, pp quod & cartilagines. Et ubi quidem de iuuamento illo nō est curandū, iūctura inter ea [h] [sine † cartilaginosa & molli appendice] facta fuit, sicut in mandibula inferiori. Vicinitates verò, q̄ inter ossa existunt, multis sunt modis.[i] [Sunt. n. ossa, quorū vicinitas,[1] vicinitas iuncturæ est laxæ. Et sunt alia, quorū vicinitas est [2] vicinitas iuncturę non laxæ, neque multū strictæ. Et sunt alia [3] quorum vicinitas iuncturę multū strictę, est vicinitas [4] fixę, aut [5] sutura, aut harmonia. Et iunctura quidē laxa est, cuius unum ossium suorum suis motibus facile potest moueri; ita, quòd ✲ os non moueatur: sicut est iunctura [6] carpi cum brachio. Et iunctura dura non ualde stricta est illa, cuius vnius ossium motus per se non est facilis, neque est, nisi quiddam modicum; sicut iunctura, quæ inter duo ossa pectinis est. Iunctura verò valde stricta est illa, cuius nullum ossium yllo modo moueri potest: sicut iunctura thoracis. Et fixa [7] quidem est, cuius vnum ossium habet additamētum, & aliud habet foramen, in quo figitur illud additamentū fixione, in qua nō mouetur: sicut dentes in suis originibus. & [[8] sutura quidem est,] cuius vnū quodq; ossium habet vacuitates, & dētes, sicut serra: & dētes vnius taliter sunt pręparati, quod alterius ossis vacuitates ingrediuntur, quemadmodum ærarij æris tabulas componunt: & hęc quidem iunctura vocatur [9] commissura:] sicut sunt iuncturæ ossium cranei. Et [10] harmonia q dem alia est, quæ in lōgitudine est connexa; sicut iunctura, quæ est inter duo ossa [k] [† cubiti:] alia est quæ in latitudine continuatur, sicut iuncturæ spondylium inferiorum ex spondylibus dorsi. Earum enim quę superius sunt, iuncturæ non valde sunt [l] † [ ] strictæ.

ANNOTATIONES.

1 *Dicemus quòd ossium &c. Ossa eum præstare vsum, quòd toti corpori firmitudinem, rectitudinem, & speciem conferant, Hippoc. lib. de ossium natura, & Aristoteles 2. de part. animal. aduerterunt. & idem confirmat Gal. lib. de ossibus, et 16. de usu part. & alibi. Sed alios præterea vsus passim in libris de vsu par. Galenus & Auic. hic recensent, quorum neque Arist. neque Hippocr. meminere. Hi tamen accusandi non sunt. quando is præcipuus ossium est usus, quem ipsi scribunt, adnotante Auer. 2. Coll. Vide & de hac re authorem hunc 12. de nat. animalium.*

cap. 1. cap. 5 cap. 1. cap. 2. cap. 8. cap. 9.

2 *Vicinitates verò &c. Hic de compositione ossium ait; de qua quidem, quia Galenus lib. de ossibus copiosè scribit, & ab eo tamē author noster, & alij dissentire uidentur; libet de hac re paucis agere. Quum ossa firmando toti corpor. & tanquam ponendis totius fabricæ fundamētis sint procreata; non cęteris solùm partibus; sed etiam inter se, ut Arist. rectè ait 3. de hist. animal. continua serie, qualis venarum q̄, fuerunt coniuncta, non quidem, quòd propriè coniunctio hæc continua sit, qualis venarum (moueri nempe corpus non posset) verùm contigua ita sunt, vt alterum alteri sit deuinctum. & quo pacto venæ uenis longa serie connectuntur, ita & ossa ossibus, licèt venæ continuę verè sint, & hæc contigua, non continua. Iunguntur verò hæc dupliciter, vt author est Gal. lib. de ossibus: vel, itar ut motus fiat, & coniunctio hæc articulus uocatur. uel motus non sequitur; & Græci symphysim uocant; talisq; compositio est in corpore frequentissima. Has uerò species diuidit Gal. Ac primum, quæ per articulum iuncta sunt, uel manifestè mouentur, uel obscurè. si apertè, diarthrosim uocat: si obscurè, synarthrosim. Diarthrosis in enarthrosim, arthrodiam & ginglymon diuiditur: estq; enarthrosis, quando acetabulum altum admodum est, & caput, quod illi inseritur, oblongum. arthrodia, ubi acetabulum in superficie est; & caput, quod inseritur, depressum. ginglymos autem, quum ossa sese inuicem excipiunt; & id quod una parte excipitur, ex alia excipit. Ita uerò & synarthroseos tres species facit: suturam, quæ compositio est ad consutarum rerum similitudinem: gomphosim, quum ad instar claui os ossi infigitur: harmoniam, quando ueluti per simplicem lineam iunguntur. Rursum uerò & symphysim, quod erat membrum secundo loco positum, eorum scilicet compositio, quæ nullo prorsus modo dimouentur; in duplicem secat speciem, aliamq; esse ait, qua ossa sine medio iunguntur: ut in ossibus fungosioribus mollioribusq; inter se se connatis. & huic speciei nomen proprium non assignat. aliam uerò esse docet, qua ossa per medium iunguntur; uel neruum, & syneurosin; uel carnem, & syssarchosin; uel cartilaginem, & synchondrosin nominat. Atque hoc pacto Galenus totam ossium structuram diuidit, ut breuissimè collegimus. Cæterùm, si res hæc diligentius perpendatur, non uidetur Galeni doctrina uacare erroribus. Proponit is duas articuli species, diarthrosin, & synarthrosin: quas postea in alias species secat. Hic primum de diarthrosi dubitatio est. Si enim diarthrosis cum manifesto est motu, ac ubi acetabulum altum est, & capitulum, quod inscritur, oblongum, enarthrosis est, & diarthroseos species: Atqui etiam in synarthrosi, quæ cum difficili & obscuro est motu, idem conspicitur. septimum nempe brachialis os cum primo, & secundo eiusdem; & tali os cum nauiculari, talem prorsus compositionem exprimunt. atque hoc pacto species diarthroseos cum genere ipsi contrario conueniet, Ac, si, ubi acetabulum leniter cauum est & in superficie; & capitulum ossis, quod inseritur, depressum est, arthrodia nuncupatur, quæ erat secunda diarthroseos species: id certe & ijs ossibus, quæ difficilè, & obscurè mouentur, usuuenit. talis enim est fibulæ cum tibia connexio, & ad eum modum tarsi ossa inter se, & cybois ad calcem coniunguntur. atque cum diarthrosi synarthroseos species conuenient. Si item ginglymos diarthroseos species ea est articulatio, qua ossa quædam inuicem sese excipiunt, & excipiuntur. deprehenditur id & in synarthrosi, & cum obscura atque difficili motione: ueluti quum tali os cum calce ipso coniungitur. Quamobrem non solius diarthroseos, sed etiam synarthroseos, enarthrosis, arthrodia, & ginglymos, species censendę erunt. Verùm & de synarthrosi dubitatio est. Si nanque hęc eorum est connexio, quę motum aliquem habent, sed obscurum, ac difficilem; qui fieri potest, ut huius species sint sutura, gomphosis, & harmonia, quas omnes pręter motionem quamuis, esse perspicuum est? Neque enim ossa caluarię, quę suturis connexa sunt: neque dentes, qui per gomphosim in maxillas inseruntur: neque superioris maxillę, & nasi ossa, quę per harmoniam iunguntur, mouentur uel obscurè uel manifestè. Videntur ergo tres hę species compositionis, sutura, gom-*

cap. 1. cap. 7.

phosis, & harmonia, non ad articuli speciem synarthrosin, sed ad ipsam symphysim genus ipsi articulo contrarium, pertinere. Sed & de ipsa quoque symphysi controuersia est. ac quod priorem huius speciem, quam proprio nomine carere, & esse molliorum, & fungosorum ossium, connexionem sine intermedio asserit, ipsi historiæ videtur repugnare, quum ab ijs etiam, qui hoc particulatim diligentissimè obseruarunt nulla ossis coniunctio sine intermedio aliquo, vel carnis, vel membranæ, vel nerui deprehendatur. Quod verò ad secundę symphyseos species tres pertinet, exploratum quoque omnibus est, non ea solum ossa, quæ motu carent, per carnem, cartilaginem, vel neruum coniuncta esse; sed & ea quæ mouentur, & obscurè, & manifestè. ita ut has symphyseos species non minus articulo, huic contrario generi, quam symphysi conuenire certum sit. Atque hoc pacto de ossium structura, non rectè sensisse Gal. uidetur. Sanè quid pro Galeno dici possit hac de re, non satis uidemus. Quid re ipsa sentiamus, paucis aperimus. Certum est, eorum, quæ mouentur, ossium compositionem, esse articulum: sicut eorum quæ non mouentur, est symphysis. proptereaq́; quòd sutura, gomphosis, & harmonia, (de qua re postremo loco dictum est) eadem ratione non synarthroseos solùm, sed symphyseos quoque ipsius species sint, nulla controuersia statuendum uidetur. Hoc verò & nostri ac recentiores anatomici viderunt. & ante omnes uidetur Auicennas hoc in loco aduertisse. Is nempe (Galeno hac in re dissimulato) & si paulò difficilius: hanc tamen de compositione ossium diuisionem primo loco afferre nobis uidetur. quòd ossa alia uicina sunt uicinitate laxa, alia uicinitate neque laxa, neque stricta, alia uicinitate multum stricta. Iuncturam laxam esse ait, cuius vnum os facile moueri potest absque alterius ossis motu, (ita enim mancum codicem restituendum arbitramur, legendumq́; (cuius unum ossium suorum suis motibus facilè potest moueri, ita quòd os alterum non moueatur &c.) Alteram quam neque admodum laxam, neque admodum strictam uocauit; eam esse dicit, cuius unum os per se non facilè mouetur sine altero, atque is paruus est motus. Tertiam uerò, quam ualde strictam nuncupauit, esse eam testatur, cuius nullum ossium moueri seorsum potest. Hęc, si quis Galeno conferat, nullo admonente, patere statim existimo, authorem hunc, pro priori specie diarthrosin, pro secunda synarthrosim, pro tertia symphysim ipsam intellexisse. At uerò, his habitis, tertium membrum, de quo ultimo loco uerba faciebat, in tres rursum species secare nobis uidetur. ac priorem quidem ait, qua alterum os habet additamentum, & alterum foramen, in quod prius illud additamentum infigitur citra motum. tãdemq́; connexionem dẽtium esse ait in eorum originem. secundam speciem appellat harmodrus, & eam unitatem esse docet, qua os ossi in modum serræ coniungitur. quali connexa esse ait cranei ossa. tertiam uerò, quam mulsach nuncupat, aliam scribit esse in longitudine: ut ossa cubiti, ulna uidelicet, & radius: & aliam in latitudine, ut iuncturæ inferiorum dorsi vertebrarum. Quæ quidem omnia si quis rursum Galeni doctrinæ contulerit, apertum, & hoc esse arbitror, Auicennam priorem symphyseos speciem; gomphosim, qua dentes; secundam; suturam, qua ossa cranei: tertiam: harmoniam intellexisse, quę per simplicem lineã est coniunctio: quæ et in cubiti cum ulna, & in posteriorum thoracis ipsius uertebrarum, dum inuicem iunguntur, & nasi præterea ossium connexione, deprehenditur: Atq; ita, quas Galenus synarthroseos facit species, hunc ad symphysim retulisse. id quod tamen & Galenum de gomphosi aduertisse facile uidere est lib. de ossibus, ubi propositum negocium explicauit. Quod autem ad diarthroseos species attinet, uidetur nobis certè & ipsum carere controuersiæ loco. Quare uel has tres, enarthrosim, arthrodiam, & ginglymon differentias esse utriusque articuli speciei communes, & diarthrosi, & synarthrosi existimamus. uel, si nolit quis, ita hæc nomina synarthrosi conuenire, rem tamen & differentiam ipsam communem esse putamus: liceatq́; interim his uocibus & de synarthrosi usurpare, dum alia propria reperiantur. Sed & illud, quòd de syssarcosi, syneurosi, & synchondrosi obiectũ est, quas Galenus symphyseos putat esse species, solido nobis fũdamento niti uidetur. proptereaq́; non soli symphysi, sed etiam articulo, & omnibus eius speciebus, has competere differentias arbitramur. & si. n. & Galenus, & alij docti uiri symphysim quandam absque medio reperiri scribunt, recentiores tamẽ dissectores nullam prorsus ossium connexionem absq; intermedio uel carnis (licèt id fortè nusquam præter dentium cum maxilla insertionem reperiatur) uel nerui, uel membranæ fieri obseruarunt, ut & hac in re experientiæ sit assentiendum.

Cap.1.

De anatomia cranij. Cap. II.

OMnium quidem ossium cranij iuuamentũ est, quòd sunt vt clypeus cerebri ipsum cooperientia, & ab omnibus malis defendentia. Iuuamentum verò, quod multa creata fuerunt, & non fuit vnum tantum os, in duas partitur sũmas: quarum vna consideratur secundũ res, quę sunt in comparatione ipsius ossis; & alia cõsideratur in cõparatione eius, quod ipsum os[a] [colligit.] Prima verò summa in duo diuiditur iuuamenta. vnum est, quòd, si cranio impedimẽtum in vna sui parte euenerit fracturæ, aut putrefactionis, non erit toti cranio cõis, quemadmodũ esset, si vnum foret os. secundum est, ne in partibus vnius ossis diuersitas in duritie, & mollitie, & raritate, & spissitudine, & subtilitate, & grossitie habeatur. & hęc quidem diuersitas est necessaria propter inuentionẽ, quam in proximo dicturi sumus. Summę verò secundę iuuamenta sunt quę per[b] [† commissuras] complẽtur. quorum, quędã sunt, quę sunt in comparatione ipsius cerebri;[c] [uapores. n. grossi, qui ab eo resolui egredi non ualerent, si esset unum os: egredien di habent viam in commissuram, qua ab eo separantur, vt cerebrum propter resolutionem mũdificetur.] Et aliud est in cõparatione eius, quod de villis neruorũ à cerebro egreditur, qui per mẽbra capitis vadũt, vt uiã habeant. Et sunt alia duo iuuamenta communia inter ossa, & inter alias duas res. vnum est in comparatione venarũ & arteriarũ, quę interius ingrediuntur in capite, vt viam habeant. & aliud est in comparatione durę matris spissę & grauis, vt aliquæ eius partes cum commissura teneantur, & à cerebro eleuẽtur, ne ei grauamen inferãt. Et huius quidem naturalis figura ossis est, vt sit rotundũ propter duas res, & duo iuuamenta: vnum est propter comparationẽ ad interius: figura nanque rotunda est maioris dimensionis ea, quã rectilineæ cõprehendũt figuræ: quũ earum comprehẽsiones ęquales fuerint: & aliud est in cõparatione ad exterius, quoniam figura rotunda[d] [propter impulsiones nõ patitur, quemadmodũ angulos habentes patiuntur.] Et ipsum quidem, licèt sit rotundũ; in lõgitudine tamẽ factũ est, quoniam origines neruorũ à cerebro in longitudinem sunt positæ. & sic oportet, vt non coangustetur. & duas habet eminentias ante & retro, vt neruos defendat, qui descendunt[e] [ad frontem, & ad nucham.] Et hæc quidem figura tres veras habet cõmissuras, & duas habet mendosas. Et in primis vna commissura fronti est cõicans arcualis hoc modo. C & vocatur

Vide Disquisitiones physiologicas Colt. pagina 404. usq; ad 412.

a B. circuit.

b B. suũ seu dorezi. i. per commissuram. & sic ubiq; legatur † adorem.
† adorem
c B. ut uapores grossi prohibiti a penetratione in ipsum os propter eius grossitiem habẽt uiã & transitũ per separationẽ, quæ est in cõmissura, ut cerebrum mũdificetur cum resolutione.

d B. ab eis quæ ei occurrũt non patitur, quemadmodũ additamenta habẽtes patiuntur.

e B. ab utrisque laterib. seu partibus.
Antiqui ex duabus partibus.

catur coronalis. Et alia adhæret commissuræ, qua directè trāsiens in longitudinem diuidit caput in duo media, & per se considerata vocatur sagittalis; & in quantum est continua coronali, vocatur nerualis. Et huiusmodi quidem figura arcui similatur, in cuius medio linea recta sicut perpendicularis est recta, quæ est hoc modo. Ɛ. Et commissura tertia inter occiput & basim ipsius communis existit; cuius puncto, quum ipsa sit secundum figuram anguli, extremitas sagittalis cōtinuatur: & vocatur † sutura lambdoides, eo quòd lābda literæ græcæ similis existat, quæ est ita. ⋖. Quumq; duab. cōmissuris, quas prius nominauimus cōiungitur, fit figura talis ⋘ ⋖. duę verò commissuræ mendosę secundum capitis longitudinem sunt protensæ vtrinq; æqui distantes sagittali, quę profunditate integra in ossibus non profundantur. Et hę duę corticales vocantur. † † [ ] Non naturales autem capitis figuræ sunt tres: vna est, vt anterior eminētia minuatur: & propterea de commissuris, amittatur coronalis. Et alia est, vt posterior minuatur eminentia, & ad hoc de suturis perdatur sutura lambda. Et tertia est, vt vtræque perdantur eminentiæ; & fiet caput, vt sphera, longitudinem & latitudinem habens æquales, de hac quidem figura summus medicorū Gal. dixit, quod propterea, quod dimēsiones in ea sunt æquales oportuit secundum ęqualitatē, vt dimensiones † futurę essent ęquales: sed diuisiones † suturę in primis erant tres in lōgitudine, & duæ in latitudine. Erit itaque in hac commissura vna in longitudine, & similiter cōmissura vna in latitudine. Et erit sutura quidē latitudinalis in medio latitudinis ab aure ad aurem, sicut longitudinalis sutura in medio longitudinis. Dixit etiā summus medicorum Gal. impossibile est caput aliā figuram quartam non naturalem habere, scilicet ita, vt sit longitudo minor latitudine, nisi de vētriculis cerebri, aut de ipsius corpore aliquid minueretur: quod quidem vitæ est cōtrarium, & compositionis prohibens bonitatem. Et hic quidem primi medicorum Hippocratis dicta concessit, qui dixit capitis figuras quatuor tantum existere.

† adorē lambdæ

¶† B. & quum continuātur cū cōmissuris ueris efficiunt figuram isto modo. ⋘ ⋖ & hæc figura ē capitis naturalis completarū commissurarū.

† Adorem.
† Adorem.

A N N O T A T I O N E S.

Cur cranium non ex vno fuerit osse constitutum, docet Gal. 8. de vsu part. & 9. & 11. Sed totius cranij naturam totus liber nonus absoluit. Reperire tamen est caluariam quandoque sine suturis, quamuis id rarò, & in æstuosis regionibus, vt Celsus notat li. 8. Sed id capitis genus, & si ibidem Celsus firmissimum atque à dolore tutissimum esse ait, externis quidem fortasse iniurijs fortius reluctatur, nostra tamen sententia, imbecillius internis causis obstat, quàm alia.. quum neque expurgari cerebrum, neque ijs omnino frui commodis possit, quæ hic Auic. & Gal. copiosè locis citatis. De naturali capitis figura, quæ hic, habes & lib. de ossib. & lib. ar. med. pro qua etiam re faciunt quæ Gal. in sextum de vulg. morb. Et si verò recentiores quidam quartum id non naturalis figuræ capitis genus vidisse se aiunt, quod Galen. 9. de vsu part. reperiri negat, magis scilicet latum quàm longum; id tamen Gale. authoritati non derogat, qui id scripsit, quod ratione assequi potuit, est uerò tale capitis genus tùm præter naturę intentum, ac prodigium potius quoddam; tùm etiam, quod nunquam fortasse ali..s est visum.

cap. 9. c. 1. & 17. cap. 19.
cap. 1.
cap. 2.
cap 11.
Com. 3.
cap. 17.

De anatomia eius, quod est sub cranio. Cap. 3.

Caput post hoc quinque habet ossa. quorū quatuor sunt, vt parietes & vnum est sicut basis. hi autem parietes* cum cranio facti sunt duriores] eo, quòd casus, & percussiones ad eos secundum plurimum tendunt: & quia necesse fuit, vt cranium, & sinciput esset rarum; factum est meditulliū similiter rarum propter duas res: vna est, vt vapores inde egrediantur, qui resoluuntur: & altera, ne grauamen cerebro inferat. Et de parietibus quidem, posterior durior factus est; eo quòd à sensus custodia est remotus. Paries primus est os frontis, cuius superior terminus est sutura coronalis: & inferior sutura, quæ ab vna extremitate coronalis proueniens transit super oculos apud supercilia, & cōtinuatur eius finis alij extremitati coronalis. Alij verò duo parietes, qui à dextra sunt, & à sinistra: sunt ossa, in quib. sunt aures, & vocantur petrosa propter sui duritiem: quorum vnumquodq; terminatur, superius ad suturā coronalē; & inferius ad commissuram, quæ prouenit à [b] [summitate] suturę lambda, & protēditur vsq; ad coronalem, & ab anteriori pars coronalis, & posteriori pars suturę lambda. Quartū verò parietem terminat superius sutura lambda, & inferius ea, quę est cōis inter caput, & [c] [paxillum] & coniūgitur inter duo extrema lambda. Basis autē cerebri est os, quod omnia alia sustinet ossa; & vocatur basilare, quod quidem durū propter duo iuuamenta fuit creatū: vnum est, quòd durities ad portandum iuuat: & aliud, quòd durum minus suscipit putrefactionem superfluitatū. & hoc quidem os sub superfluitatibus, quę super ipsū semper descendunt, positū est: ideoq; fuit melius ipsum esse durum. In vnaquaq; pręterea duorum temporū parte sunt duo ossa dura, quæ cooperiunt neruum, qui transit in tempora: quorum situs est secūdum longitudinem temporis ex transuerso, & vocantur hęc duo ossa [d] [paris.]

a B cū eo facti sunt duriores quàm syncipu(t), sed pars superior capitis

Vide Disquisitiones physiologicas Cost. pag. 412.

b B. ab extremitate.

c B. & basilare.

d B paria.

A N N O T A T I O N E S.

Caput ex quinque ossibus constitui hic docet: neque in ijs enumerandis plura recenset quàm quinque (id quod ab ijs non est animaduersum, qui [septem] legunt) Gal. tamen 11. de vs. part. & lib. de ossibus, septem ossa enumerat. Sanè ossa temporum sutura quadam media diuiduntur: hanc mendosam hic nuncupat, quod ad summa tantùm ossis dispergi eam existimat: ut hoc pacto unum temporale sit os vtrunque. Gale. verò in profundum illam adigi arbitratur, quod & recentiores anatomici, qua ratione, si singulum temporis os diuidas, septem ossa remaneant, necesse est. Reliqua pete ex Gal. 9. de vs. par. & locis citatis.

cap. 2.
cap. 18. & 20.
cap.

De anatomia ossium mandibularum et aurium. Cap. 4.

Ossium quidem mandibulæ, & temporis numerum declarabimus, commissuras mandibulæ declarando. Et dicemus, quòd superiorem mandibulam terminat superius com

Vide Disquisitiones physiologicas Costai pag. 43.

missura communis inter eam,& frontē transiēs sub supercilijs à tempore ad tempus. & inferius terminant eam dentium origines.& a duab.partibus suturæ,quæ à parte auris venit communis inter eam,& os basilare, quod est[a] [retro post dentes.] deinde alia extremitas, quæ est eius finis[b]:[videlicet,quia errādo ad domesticū lambda parumper declinat,]& est sutura,quæ diuidit inter hęc,& commissuram,quā nominauimus, quæ est illa,quæ in longitudine super palatū secat.Isti quidem eius sunt termini.Suturarum verò terminos eius ingredientium,quædā est,quę secat in lōgitudine,quod in palato est supremū: & alia cōmissura est,quæ incipit inter duo supercilia,& vadit ad oppositum,quæ est inter duos dentes duales,& est commissura, quę in principio incipit huius suturę, & descendendo declinat ab ea ad oppositionem,quę est inter quadruplum.& caninum a dextra,& [c] † [ ] alia,qua lis illa à sinistra.Et ex his quidem tribus commissuris,scilicet media & duabus extremis, & inter oppositiones originum dentium prædictorum fiunt duo ossa triangula. Sed triāgulorum bases non sunt apud dentium origines[d] [sed ante hæc fit in medio] suturam secans circa basim nariū. tres enim suturæ hanc secantem in locis prędictis trāseunt.& fiunt sub duobus triangulis duo ossa: quorum ambo horum triāgulorum & origines dentium continent,bases & duas partes suturarum extremarum: & vnum os separat ab alio illud quod de media sutura descēdit.In uno quoque ergo illorum duorum ossium sunt duo anguli recti apud hanc commissuram secātem, & acutus eius apud duos caninos:& [e] [expāsus] eius apud nares.Et de sutura mādibulę superioris est commissura quædam, quę descēdit ab sutura cōmuni superiori : & ad partem dirigitur oculi:& quū peruenit ad orbitam,in tres separatur ramos: quorum vnus progreditur sub commissura,quę cum fronte est communis,& super oculi orbitam,donec supercilio cōtinuetur. Et alia sutura est sub ea, & similiter continuatur, pręter quòd orbitam non ingreditur.Et alia cōmissura tertia similiter continuatur, postquam orbitam ingreditur. Et quicquid de illis inferius existit in comparatione suturæ,quæ est sub supercilijs,longius est loco,quàm illud,quod superius tangit: os verò quod commissura prima trium separat,est maius.& post,illud,quod separat secunda. Nasi autem iuuamenta manifesta sunt,quę sunt tria.vnum est.quoniam cum foramine,quod est in eo, in odoratione iuuat, donec plus aeris in eo contineatur, & etiam temperetur prius,quàm in cerebrum penetret. licet enim plurimum aeris,qui attrahitur,ad pulmonem vadat, magna tamen eius pars ad cerebrū etiam tendit: Et cum aeris etiam attractione, quū quis odorare vult, multus in vno loco aer coram instrumēto odoratus adiungitur, vt fiat apprehensio plus,& copiosior. In vno igitur iuuamento sunt hęc tria iuuamenta. Secundum autem est,quod ad literas iuuat distinguendas : & vt earū exitus sit facilis in incisione:& ne totus aer apud locum,cui literarū accidit incisio, comprimatur,sed secundum mensuram.Et hęc duo iuuamenta in vno consistūt iuuamento.Et tantum est,quod facit nasus in mēsuratione aeris harum literarum,quantum illud,quod facit foramen perforatum absolutè post fistulam, quod nihil obturat. Tertiū verò est,vt superfluitates à cerebro egredientes,tegumentum,& defensionem à visibus habeant ; & etiam est instrumentum iuuatiuum ad ipsas excutiendas cum exsufflatione. Et ossium quidem nasi compositio ex duobus est ossibus ad modum duorum triangulorum:quorū duo anguli superius concurrūt: & bases apud vnum angulum se contingunt;& in duos separantur angulos. Et vnumquodque duorum ossium vnicuique duarum suturarum superponitur extremarū, quas nominauimus: & super duas eorū inferiores extremitates sunt duę cartilagines molles.& inter eas secundū lōgitudinem cōmissurę medialis est cartilago,cuius superior pars inferiore est durior, quę tota alijs duabus cartilaginibus durior existit. huius verò medię cartilaginis iuuamentum est, vt nasus in duas partiatur nares.ideò,vt quum à cerebro superfluitas descendit,secūdum plurimum ad vnam earum declinet,& non totam attrahēdi aerem viam obturet, quę cerebro aerem defert:qui,quod ibi de spiritu existit,euentat.Duarum verò cartilaginum extremarū iuuamentū tres res existunt, vna est iuuamētum omnib.cartilaginibus,quæ super omnes ossium existūt extremitates,cōe:quod iam exequuti sumus. & secūda est,vt expandātur,& dilatentur, si necesse fuerit aerem superfluè attrahere, aut expellere, & tertia est,vt ad vaporem excutiēdū[i] [cū suo motu,& quassatione,& tremore iuuet, quū exsufflauerit.]Et duo quidem nariū ossa facta fuerunt minuta,& leuia,quoniam leuitas magis est hic necessaria,quā firmitudo:& præcipuè,quia à membrorum continuitate sunt separata,quæ nocumenta sunt recipientia, & sunt posita cū custodia sensus. Ossium verò mandibulę inferioris forma,& iuuamentum,scita sunt.Ex duobus nanque consistit ossib.quę stricta sub mento connectit iunctura. Et in summitate cuiusq; duorum aliorum extremorum eorum secando facta est serratura curua;quę,cum additamento ei ingeniosè preparato, componitur : quod ex osse nascitur;quod ad eam peruenit,quarū vnaquæq; ligamentis fuit ligata.

a B.post dētes maxillares.

b B. videlicet quia declinat ad partē lambda domesticam parumper.

c B.cōmissura.

d B. sed ante illam in latitudine ponitur.

e B.obtusus.

i B. cum impetuosa nariū exsufflatione cū tremore ipsarū iuuet.

De anatomia dentium. Cap. V.

Dentes quidem sunt.32.est tamen, quū contingit quosdā homines non habere[a] [† molares extremos,]qui sunt quatuor extremi : & tunc non erunt nisi. 28. Eorum verò duo sunt duales: & duo quadrupli superius : & totidem inferius ad incidendum:& duo canini superius & duo inferius ad frangendum:& molares ad molendum:ab vtraque superiores & inferiores quatuor, aut quinque. Et huius totius sūma est aut.32.aut.28.quatuor duales, & quatuor quadrupli,& quatuor canini,& octo molares, & quatuor[b] [† molares extremi]quidem secundū plurimum nascūtur in medio temporis augmēti:& hoc quidem est post spermatis emissionē, [c] [& ante]consistentiam: quoniam consistentia est circa.30. annos : ideoque dentes isti, dentes [d] [sensus]vocantur.Et dentes etiam habent radices,& capita acuta,quę in foraminibus figuntur

Vide Disquisitiones physiologicas Costæi. pag.415. usque ad 423.

a B.Nuaged. † Neque hid.

b B. nuaged. & nuaget. † neguegid. Et neguegid. c B.usque ad.

d B.alhalom.

tur ossium duarum mandibularum, in quib. cõsistunt. Et super marginem cuiusque foraminis additamentum[e] [magnum,] rotundum oritur, quod dentem circundat, & stringit, ubi eius fortia sunt ligamenta. Vnusquisque verò dentium præter molares vnum habet caput. Sed molariũ in inferiori mandibula fixorum quisque ad minus duo habet capita, & est etiam, quum habet plura, & præcipuè † molares vltimi, qui tria habent capita. Sed fixorum in mandibula superiori quisque ad minus tria habet capita, & fortasse plura, & propriè † molares vltimi, qui † [plura] habent capita. Capita verò molarium multa facta sunt, quoniam sunt magni: & quoniam eorũ operatio est maior. Et superioribus quidem additamenta sunt, eo ꝙ sunt suspensa: & quòd grauitas facit eos ad oppositionem partis suorũ capitum declinare. Inferiorum verò ponderositas infixioni eorum non existit contraria. Nullum præterea ossium vllo modo sentit præter dẽtes. Gal. enim dixit, quòd experimentum nobis demonstrauit eos sensum habere, de quo natura sollicita fuit: & fecit ipsum cum virtute, quæ à cerebro prouenit; idcirco, vt ipsi etiam inter calidum, & frigidum discernant.

e B. ossuosum.
† neguegidi.
† neguegidi.
† B. quatuor.

De iuuamento dorsi. *Cap. VI.*

DOrsum propter quatuor iuuamenta fuit creatum. Vnum est, vt sit nuchę semita, quę in permanentia animalis est necessaria propter illud, quod in suo loco de nuchæ iuuamento clare narrabimus. Nunc autem summam aggregatam de eo referemus. Et hoc est, quòd si nerui omnes à cerebro nascerentur, esset necessarium caput multo maius esse quàm sit: & sic grauaret supra totum corpus. Neruo quoque esset necessarium grande pertransire spatium, & longum, donec ad extremorum finem perueniret. & esset nocumentis expositum, & [a][ad incidendum.] & eius quidem longitudo, ipsius, debilitaret fortitudinem ad attrahendum membra grauia ad ipsorum principia. Ideoque Deus, cuius nomen sit benedictum, misericorditer egit faciens partem cerebri, quæ est nucha, ad inferiora corporis incedere; sicut canales à fonte: quatenus ex ea neruorum diuisiones à duobus suis lateribus, & eius extremo secundum eius oppositionem, & vicinitatem [b][cum membris] egrediãtur. postea factum est dorsum semita eius, & custodia. Et secundum quidem est, quoniam dorsum est custodia, & clypeus membrorum nobilium, quę sunt posita coram ipso. Ideoque in creatione factæ fuerunt ei, & spinæ & [c][† processus posteriores]. Et tertium, quòd dorsum creatũ fuit, vt sit aliorum ossium principium: sicut lignũ, quod in exordio nauis primò ponitur, cui alia ligna infiguntur secundò, & annectuntur. Ideoq; dorsum durum creatum fuit. Et quartum est, vt possit homo stare: [d]† [ ] & ad multas se mouere partes. Ideoque dorsum de spondylibus ordinatis factum est non de osse vnum, neque de ossibus magnis. Iuncturæ quoque, inter spondyles factæ sunt non laxæ; quoniam standi potentiam debilitarent: neque valde strictæ, quoniam prohiberent inclinare.

Vide Disquisitiones physiologicas Costæi par. 423.
a B. incisioni.
b B. ad mẽbra.
c B. senasen.
† simenia.
d † B. erecte & firmiter.

ANNOTATIONES.

Dorsum proprie ea est pars spinę, quę collo coniungitur: & ad lumbos desinit duodecim uertebris constans. lib. de ossibus. hic tamen pro tota spina sumitur: ex collo dorso, lumbis, & osse magno constituta. Cuius usus pete ex Gal. 12. de usu part.

Cap. 5.
cap. 10. 11. 12. & deinceps.

De anatomia spondylium. *Cap. VII.*

SPondylis est os, in cuius medio est foramen, per quod nucha transit. Et est, quum spondylis quatuor habet additamenta, à dextera, & à sinistra, & à duobus lateribus foraminis. Et ea quidem, quę sursum tendunt, sursum aspicientia dicuntur. Et, quæ sunt inferius tendentia, inferius aspicientia, & inuersa. Et est etiam, quum additamenta sunt sex, quatuor ab vna parte, & duo ab alia. Et est, quum sunt octo. In his verò additamentis existit iuuamentum, ut per ea continuitas, quę est inter spondyles continuitate iuncturali, ordinetur cum concauitatib. in quibusdam earum, & capitibus, bucellis similibus in quibusdam. Sunt præterea ex spondylibus, quæ alia habent additamenta; non propter hoc iuuamentum; sed propter defensionem, & clypeum, & repulsionem eius, quod percutit, & super ea texantur[a] [horum additamẽtorum] ligamenta Et[b]† [ ] sunt ossa ampla, & dura, secundum spõdylium longitudinem posita. Quę autem ex eis retro posita fuerunt, spinę vocãtur, & † processus posteriores. Et quę ex eis à dextris, & a sinistris sunt posita, vocantur alę. Ipsa verò sunt ad defendendum illud, quod in lõgitudine corporis ex neruis, & venis, & musculis profundius quàm ipsa ingreditur. Et quędam ex alis, quę ad partem costarum tendunt, aliud proprium habent iuuamentum: quod quidem est, vt in eis creentur vacuitates, quibus capita costarum gibbosa mirabiliter ligentur. In vnaquaq; enim ala ex eis sunt duæ vacuitates: & in vnaquaque costa sunt duo additamenta gibbosa. Sunt præterea ex alis, quę duo habent capita; & alæ duplici similantur. & hoc quidem in spondylibus existit colli, cuius iuuamentum nunc nominabimus. Spõdyles quoq; præter foramen medium, alia habẽt foramina: propter illud, quod ab eis egreditur de neruis, & quod ĩ eis ingreditur de venis. Quædam autem illorum foraminum sunt, quæ complentur in [c][vna vnius spondylis eminentia.] & sunt quędam eorum, quæ complẽtur inter duas spondyles[d] [communiter.] & locus earum est cõmunis terminus, qui inter eas existit. Et plerunque est, quum istud à duabus partibus. s. superius & inferius existit. Et plerunque est in vna parte. Et est etiam, quum in vnaquaque spondyli est semicirculus. [e][ ] Et est, quum in vna earum est maior, & in altera minor. Et hæc quidẽ foramina à duobus lateribus spondylis posita fuerunt, & non retro, propter defensionis defectum, illic, eius, quod egreditur, & quod ingreditur: & quia percussionibus esset expositum. Neque fuerunt posita anterius, quia in locis essent, ad quę corpus sua naturali ponderositate, & suis etiam voluntarijs motibus declinat. [f][ideoque motus debilitarẽtur. Et nõ fuit possibile, vt essẽt stricti ligamenti. Vt anterius egrederentur,

Vide Disquisitiones physiologicas Costęi pagina 424.
a B
b † B. ipsa quidem additamẽta.
† simenia.
c B. corpore unius spondylis.
d B cum communicantia inter eos.
e † B. completus.
d B. & tunc quidem ipsi debilitarentur. & non esset possibile, ut essent fortiter ligati cũ ligamentis, & cũ ligatura facta cum alhacab, & tũc esset etiã declinatio supra exitũ illorũ neruorũ coarctans eos & debilitans eos. His aũt additamẽtis, quæ pro defensione existunt superposita fuerunt ligamenta & alhacab, & currunt super ea humiditates, vt sint lenia & flexibilia.

† Al. possibile.

& postea retro redirent, fuit† impossibile: quoniam declinatio etiam esset super neruorũ egressiones, quæ eis faceret coangustionem, & nocumentum. His autem additamentis, quæ pro defensione existunt; superposita fuerunt ligamenta & nerui: & leuia facta fuerunt, & lubrica,] ne tactu carni inferant nocumentum. Additamentorum quoque coniuncturalium de natura, est hoc. Sunt enim adinuicem fortiter ligata [g] [ligamento uehementi vndique: veruntamen ligatura] anterius est plus stricta, & posterius plus laxa: quoniam anterius curuari, & conflecti, est magis necessarium: [h] [quã posterius flecti, & curuari.] Et propterea, quòd ligamenta, quæ sunt posterius, facta fuerunt laxa: impleta fuerunt spatia [i] [quæ ibi proculdubio fiũt humorib. viscosis.] Spondilium autem dorsi, quædam sunt, quę valde bene ligantur cum [k] [† ligamento circumeũte,] ac si essent unum os creatum ad fixionem, & quietem: & quædam sunt, quę sunt laxa, ac si essent ossa multa creata propter motum.

g B. cum alhacab & ligaméto ab omnibus lateribus, uerum tamen ligatura eorum cum alhacab.

h B. quam ad latera flecti, & ad posterius curuari.

i B. quæ illic proculdubio cadunt, licet sint parua, humiditatibus uiscosis.

k B. Alhacab.

ANNOTATIONES.

Quæ autem ex eis retro positæ fuerunt. &c. Vertebræ omnes prima excepta in posteriori parte processum acutũ, in fine cartilaginosum habent, quem propriè ἄκανθαν id est spinam uocant, vt docet Galenus tùm alibi, tùm lib. de ossib. & 3. comment. in lib. de articul. Hipp. trãslata tamen ea vox est ad totam vertebrarum structuram: quamuis aliquando Hippo. visus sit non de tota vertebrarum compositione; sed de ea tantum parte, quæ circa thoracem est & lumbos, intellexisse, vt notat Gal. 3. in lib. de articul. cõment. facit autem ad hunc locum Gal. 13. de vsu part.

Cap. 8. Comm. 29.

Comm. 1. Cap. 3.

De iuuamento colli & anatomia ossium eius. Cap. VIII.

Vide Disquisitiones physiologicas Colt. pagina 418.

COllum fuit creatum propter tracheam arteriam. Et trachea quidem arteria fuit creata propter illud, quod narrabimus de creationis eius iuuamentis in suo loco. Et propterea, quòd spondiles colli [a] [ad summum superiores sunt delatæ super eas, quæ sunt dorsi, & sunt sub eis: oportuit, ut fuissent minores. [Quod enim defertur deferente leuius esse oportet, quum placuerit, ut motus quidem sint secundum sapientiæ ordinem. Et quoniam necesse fuit initium nuchæ grossius esse, & maius, [b] [sicut concauitatum principium, eo ꝙ illud, quod ex diuisione neruorum supremæ parti est proprium, est plus eo, quod est proprium ei, quod est inferius:] oportuit in spõdylibus colli foramina magna fore. Et quia paruitas, & foraminis amplitudo earum attenuauerũt corpora, oportuit firmitudinis intentionem ibi adfuisse, qua illud, quod dueres, quas narrabimus, debilitauerunt, emendaretur. Oportuit igitur eas omnibus alijs spondylibus duriores creari. Et quia cuiusque spondylis earum corpus fuit subtile, creati fuerunt eorum † processus parui. Magni enim si creati forent, spondyles, essent expositæ rupturæ, & nocumentis, [c] [eo quod earum † processibus res occurrerent fortes.] & quia carũ† processus fuerunt parui, factæ fuerunt alę earum magnæ, duo duplicia habentes capita & quoniã motus magis fuit necessarius [d] [quàm fixio, eo quod ipsæ nõ multa fuerunt ossa, quemadmodum illę, quę sunt inferius: laxę factæ fuerunt] spondylium carũ iuncturæ comparatione iunctuarum earum, quæ sunt inferius. Et quoniam quantum defuit eis ex firmitudine propter laxitatem, tantũdem recuperatur, aut plus eo, ex parte eius, quod eas circundat, & super eas graditur de neruis, & musculis, & venis: ideò non fuit necessaria multa firmitudo in iuncturis. Et quia non fuit necessarium multum firmare iuncturas, & sufficit eis mensura, [e] [quæ ex ea attributa eis fuit;] ideò earũ additamenta coniunctionalia sursum aspicientia, & inferius, non fuerunt creata magna, & multæ latitudinis: quemadmodum illa, quæ sunt sub collo: Veruntamen earum bases positę sunt longiores, & earum ligamenta laxiora. Et neruorũ egressiones in eis positæ fuerunt communes, sicut diximus: quoniam non fuit possibile, ut in unaquaque illarum spõdylium, eo quòd sit subtilis, & parua, & foramen, per quod transit nucha, amplum esset: esset foramen proprium, nisi in illis, quas declarabimus: & quarum demõstrabimus dispositiones. Nunc autem dicemus, ꝙ spondyles colli septem sunt numero. Hęc nanq; mensura in lõgitudine, & numero fuit ęqualis: & quæq; earum omnia undecim prędicta habet additamẽta; præter primã. s. † processus, & duas alas, & quatuor additamenta coniunctionalia sursum aspicientia: & quatuor inferius aspicientia. Et unaquæq; ala duos habet ramos. Et circulus egressionis nerui inter omnes duas spondyles diuiditur in duo media. Prima autem spõdylis, & secunda quasdam habẽt proprietates, quas non habent aliæ. In primis verò est tibi sciendũ, quòd modus capitis a dextris, & a sinistris fit iũctura, quę est inter caput, & spõdylem primam. Et ipsius motus anterius, & posterius fit iunctura, quę est inter illam, & spondylem secundam. Est igitur nobis de iunctura prima in primis loquendum. Dicemus igitur, [f] [quòd super laboriosam partem spondylis primæ a duabus partibus] quę sunt superius, creatæ fuerunt duę uacuitates, in quas duo ossis capitis additamẽta ingrediuntur. Et quum unum eorum eleuatur, & alterum deprimitur, & declinat caput ad depressũ, & quod in hac spondyli alia sit iunctura, impossibile fuit. ibi igitur alia facta fuit spondylis per se, quæ est secunda: ex qua creator a parte eius anteriore, quę est ad interiora, additamentum longum durum oriri fecit: quod pertransit, & ingreditur foramen primæ coram nucha, foramine inter eas communi: scilicet foramine, quod a posterioribus ad anteriora est lõgius quã a dextra, & sinistra: quoniam inter posterius & anterius sunt duo ingredientia, quę maiorem occupant locum quam vnum ex ingredientib. occuparet. Latitudo autem mensuratur secundum vnum [g] † [ ] ingrediens, quod est maius. Et hoc quidem additamentum uocatur dens, [h] [a quo quidem occupata fuit nucha ligamentis fortibus,] quatenus dentis extremitas a nuchæ extremitate separetur: ne dens suo motu nuchã percutiat, et ei coangustationem faciat. deinde additamentum hoc a spõdyli prima eleuatur, et vacuitatem, quę est in capitis osse, ingreditur, qđ vacuitas, quę in osse existit capitis anterius et posterius, circundat. Et hic quidem dens non ad ante-

a B. & oẽs spõdyles superiores sunt delati & deportati super eos, q sunt sub ipsis in dorso, oportuit ut sint minores.

b B. sicut principiũ fluminis, qm illud quod est propriũ parti superiori rei diuisę in neruos, seu rei ex qua diuiduntur & profluũt nerui, plus ẽ, seu maius est, quam illud quod ẽ proprium parti inferiori.

† Simenia.

c B. quum res fortes seu duræ occurrerent si menijs ipsarum spondylium.

d B. quum delatio ipsorũ ad ossa plurima non fit sicut delatio eorũ quæ sunt sub ipsis, ꝑpter illud laxæ factæ fuerunt.

† Simenijs.

† Simenia.

e B. necessaria pro eo quod operatur.

† Simenia.

f B. quòd super duas partes aspicientes in sursũ spondylis primæ a duab. partibus, uel a duobus lateribus. Alia litera. Dicemus igitur ꝙ super duo additamenta aspiciẽtia in sursũ.

g † B. istis ambobus.

h B. & ab ipso separatur nucha cum ligamẽtis fortibus. Alia litera. uocatur dens, & inter ipsum & nucham mediant ligamenta fortia.

anterius fuit factus, nisi propter duo iuuamenta: quorum vnum est, vt sit amplius custoditũ: & alterum, vt latus spõdylis, quod est magis subtile, sit interius, & non exterius. Et primę quidẽ spondylis proprietas est, ne † processum posteriorem hẽat: ideo ne ei inferat grauamen: & ne propter ipsum nocumentis sit exposita. (Additamentum nanque, quod repellit, [i] [inquantũ] est fortius, ipsummet fracturam & nocumentũ afferet ei, quod est debilius:) & etiam, ne musculos & neruos multos, qui in eius circuitu sunt positi, lædat. & quia etiam parum indigemus hic spinis custodientibus. hęc enim spõdylis est quasi submersa & sepulta custodijs secundæ, q̃ ipsam à nocumentis custodiunt. & propter has quidem intentiones [k] [nonpropriè ei factę fuerunt alę. neruorum enim,] & musculorum plures in duobus eius lateribus positione [l] [spissa] positi sunt, propter quòd principio sunt propinqui. Ideoque alæ locum non habuerunt ibi. Amplius ex proprietatibus huius existit spõdylis, quòd nerui ab ea non per duo eius egrediũtur latera: [m] [neque per vnum foramen cõmune:] sed per duo foramina, quæ in ea posterius ad partem tendunt superiorẽ. Si enim eius neruorum egressiones essent, vbi duo capitis additamenta [n] [orificijs iunguntur suis.] & vbi motus eorum sunt vehementes: vehementi impedimento caput impediretur. Similiter quoque, si essent, [o] [vbi secunda deglutit sua duo additamẽta, quæ ingrediuntur in ipsa ex suis duobus additamentis, quæ super eam incedũt: & vbi inter eam & inter secundam iunctura fit laxa, quæ anterius mouet, & posterius:] neque fuit conueniens, vt anterius, & posterius egrederẽtur, propter causas, quas in declaratione causę aliarum spondylium demonstrauimus: neque à duobus lateribus propter ossis ibi existentis subtilitatẽ causa dentis: quapropter fuit necesse, vt parum sub iunctura capitis esset posterius [p] [à duabus partibus:] scilicet in medio eius, quod est inter id, quod est posterius; & latus. Oportuit igitur, vt duo foramina essent parua: quapropter necesse fuit neruos [q] [fuisse paruos.] quia verò in spõdyli secunda impossibile fuit neruorũ egressiones superius fuisse; sicut fuit possibile in hac: eo q̃ si in ea essent neruorũ suorũ egressiones, sicut in prima; timeretur, ne conquassarentur, & rumperentur motu primæ spõdylis super eam, quum caput anterius, aut posterius mouetur. Neq; ẽt fuit possibile, vt anterius egrederentur; & posterius: pp illud, quod diximus. Nec fuit possibile, vt a duobus egrederetur lateribus: [r] [quoniã si esset ita, esset cum prima cõis: & qđ inter eas oriretur, esset valde subtile: neque primorum corrigerent paruitatem: & quod cõprehenderetur, essent paria debilia simul iuncta: & si cum prima esset cõmunis: iam enim cognouimus causam primę, & quę esset corruptio, si eam à duobus perforarent lateribus. Ergo oportuit foramina in secũda esse ante duo latera † processus duobus primę opposita lateribus, quoniã corpus primæ, quum eis associabitur, nõ lędet eos. Et dens quidem, qui ex secũda oritur: bene primæ est annexus ligamento forti. Et iunctura capitis cum prima, & iunctura capitis, & primę ambæ cũ secunda, sunt laxiores quã aliarũ spõdylium iuncturæ: ideo quòd motus, qui per eas fiunt valde sunt necessarij, & vt essent firmæ & manifestæ. & quum caput mouetur cũ iunctura vnius spõdylis; alia maneret inseparabilis in alia sua iunctura: sicut oppositæ facie ad faciẽ. & quum caput anterius mouetur, & posterius; fiat cum prima spondyli, ac si ambo essent vnũ os.] Et quum ad duo latera sine transuersione mouetur, fit spondilis prima cum secunda, sicut vnum os. Hoc est, quod de spondylibus colli, & earum proprietatibus narrare volumus.

† Simenia.

i B. id quod est.

k B. non factæ fuerunt ei alæ duplices, & proprie quum neruorum.

l B. stricta.

m B. neque per duo foramina communia.

n B. in suis recipiuntur concauitatibus vel foraminibus.

o B. vbi secunda recipit duo. s ipsius additamenta, quæ ingrediuntur ab ipsa in vacuitatibus secundę, cũ iunctura laxa mota ad anterius & posterius.

p B. à duobus lateribus.

q B. fuisse subtiles seu tenues.

r B. quoniam si ita esset, tunc esset illa egressio communis cũ prima: & quod inter eas oriret, esset subtile de necessitate, neque primorum corrigeret paruitatem seu defectũ: & qđ de neruis adueniret, seu cõprehẽderetur essent paria debilia simul iuncta, & communicaretur ẽt cũ primis & manifestaretur nocumẽtũ primæ in corruptione dispositionis, si pforaretur à duobus laterib. quare oportuit foramina in secunda esse in duob. laterib simeniæ vbi opponitur duob. foraminib. primæ: & tolerat quidem corpus primæ cõmunicantiã inter ea ambo. & dens quidem, qui ex secunda oritur. est bene annexus cũ prima ligamento forti. Et iunctura capitis cũ prima, & iunctura capitis, & prima simul cũ secunda sunt laxiores reliquis iuncturis spondylũ propter vehementẽ necessitatem motuũ qui fiunt p eas ambas: & q̃ sunt vehemẽtes & apparẽtes. Et quũ caput. mouet cũ iunctura vnius duarum spondyliũ, secũda remanet adhærens firma in alia sua iunctura, sicut res vna ita, vt si caput mouetur ad anterius & posterius, stat cũ prima spondyli, sicut vnum os.

† Simenij.

ANNOTATIONES.

Quæ colli sint partes, & quibus vocentur nominibus, Arist. 1. de hist. an. vsus verò & ipse 3. de part. anim. & Gal. 8. de vsu part. scripsere. At de colli vertebris plura. Gal. 12. de vsu part. & 13. necnon 4. de anatom. admin. & libello de ossibus; ex quibus locis hæc sumpsit author. At de capitis motionibus controuersia est, quum enim alij motus solius sint capitis: alij etiam collo communes, (quũ videlicet moto collo, & ipsum caput moueatur) proprij duo sunt; alter quo annuimus & renuimus: alter verò ad latera. cæteri præter hos omnes, & collo & capiti, communes sunt. Proprios Galenus (quod & omnes testantur) super priores duas colli vertebras ait fieri. sed eum qui ad latera super secundam vertebram: alterum verò super primam obiri, & Gal. & Auic. existimat. Contra tamen recentiores motum, qui ad latera est, super primam: cum vere, qui annuendo & renuendo fit, super secundam perfici omnino arbitrantur. Sanè, quod ad hoc pertinet, certum est caput priori quidem vertebræ intermedijs processibus duobus iniungi: qui ab extremi occipitij lateribus producti in prioris vertebræ sinus processibus illis utrinque respondentes excipiuntur. Ita & illud apertum est primam vertebram secũdę inseri per dentem appellatum, processum videlicet denti similem, qui à media ipsa secunda vertebra consurgens in sinum superioris vertebrę suscipitur. Quo fit, vt prior occipitij in priorem vertebram insertio commodè, illi, quæ binis valuarum cardinibus fit, comparetur: super quibus non seorsum, sed coniunctim moueri valuas necesse est. posterior verò rotarum insertioni similis propè est: quæ vnico axi innitentes in gyrum vertuntur. Quamobrem, quum hæc ita se habeant: certum est, quæ in gyrum uerti debent, nõ duobus axibus, sed unico inniti oportere. alioqui enim circumagi non possent. contra, quæ in latera solùm mouentur, ut portarũ valuę; has duobus inniti cardinibus uidemus. Experientia ergo & rei ipsius naturã testatur, motum; qui super priorem fit uertebram, illi prorsus similem esse, qui super duobus fit axibus. Alterum uero qui super secũdam obitur, ab eo non dissidere, qui super unico cardine perficitur. Quæ uerò unico axi innituntur, non ad latera; neque, quæ duobus, in gyrum commodè uerti posse uidentur; sed contra potius euenit. Quare uidetur ex his, recentiorum sententia uerò propius accedere, quam Galeni & Auicennę opinio.

Cap. 12.
Cap. 12.
Cap. 1.
Cap. 12. & 14.
Cap. 2. & 3.
Cap. 7. & 8.
Cap. 8.

De anatomia spondylium pectoris, & eorum iuuamentis. Cap. IX.

Spondyles pectoris illę sunt, cum quibus iunguntur [a] [costę, & attractionis aeris membra comprehendunt.] & sunt spondyles vndecim † processus habẽtes, & alas. & vna quę alas nõ hẽt. Sunt igitur duodecim spõdyles. Earum verò † processus non sunt ęquales. Qui enim ex eis sunt coram mẽbris, quę sunt nobiliora, maiores

a B costæ, quæ comprehẽdunt membra anhelitus.

† Simenia.

† Simenia.

† Simenia.
b B. infra.
.i. extuberantis processus.
c B. quæ adaptātur vel ingrediūtur in vacuitates.
† Simenia.
† Simenium.
d B. quæ absq; bucella existūt.

iores sunt & fortiores. Et spondylium quidē pectoris alæ alijs duriores existunt; propterea quod cum eis costę iunguntur. Septem autem supremarum spondylium † processus sunt magni. & ipsarum alæ grossæ, vt cor fortissimè tueatur. Et ideo, quia earum corporeitas, in hoc fuit diminuta: facta sunt ipsarum additamenta coniunctionalia curta, & lata. & illarum quidem [b] [supra] decimam additamenta coniunctionalia, quę sursum tēdunt; sunt illa, in quibus est vacuitas † bucellæ. Et illa quæ inferius tēdunt; sunt illa, in quibus egrediuntur gibbositates, [c] [quæ vacuitates egrediuntur,] quarū † processus ad inferiora curuatur. Decimæ aūt † processus est rectus & nō curuus: & eius addi tamenta coniunctionalia vtrinq; hēnt vacuitates [d] [quę corā bucellis existunt:] quū superius & inferius simul bucellarum sit receptio. postea verò, illarum, quę sub decima existunt, bucellæ sunt ad superiora; & eorum vacuitates, ad inferiora; & ipsarum † processus ad superiora curuantur. Et nunc huius totius iuuamentū nominabimus post. Duodecima verò spōdylis alas nō hēt: quoniā necessitas, multa, quæ costarum cā inerat, iam est diminuta: sed firmitudo alio modo est ingeniata, in quo firmitudo cū alio iungitur iuuamento. Et huius quidē existit declaratio, quòd spondyles † lumborum nimia indiguerunt magnitudine, & iuncturarum multa firmitudine: quia ferunt totum, quod est supra ipsas. Ideoq; necesse fuit, vt in iuncturis vacuitates, & bucellæ plures numero fierēt: [e] [quarū iuncturarū additamenta duplata fuerunt, & fuit necesse, vt pars duodecimæ, quæ est versus partē illarū, similis illis fieret:] quapp eius additamēta coniunctionalia duplata fuerunt. In his igitur additamētis destructa fuit res, ex qua dignum erat, vt alæ fierent. post hoc amplissime fuit dilatata: &, quod ex ea ampliatum fuit, ferè alæ simile existit. Duo igitur iuuamenta simul in hac creatura coniuncta fuerūt. Et hęc quidē duodecima est illa, cum qua diaphragmatis iungitur extremitas. Illæ autē quę supra hāc existunt spondylem. [f] † [ ] nō hac indiguerūt firmitudine in multiplicatione additamentorū coniunctionaliū: imo, quod ex eis oritur de † processib. & alis, magnificatum fuit: quare earum corpus ad hoc occupatum fuit. Et propterea, quòd pectoris spondyles maiores existunt spondylib us colli; non fuerunt posita foramina inter duas spondyles cōmunia æqualiter diuisa: sed paulatim fuerūt ordinata: quoniā in illis, quæ sunt superius, fuit factum augmentū; & in eis, quę sunt inferius, fuit facta diminutio, donec totum foramen in vna remāsit. Et huius quidē finis in decima existit spondyli. Earū verò, quæ ex spondylib. [g] [pectoris] remanent: & spondyliū † lumborū corpora, tolerare potuerunt à dextris, & à sinistris, vt in eis fiat foramen completum. fuit ergo in spōdylib. † lumborum foramen à dextris, & foramē à sinistris, ppterea, vt neruus egrederetur,

† Simenia.
† Alcharim.
e B & duplata fuerunt additamenta iūcturarū ipsius, & fuit necesse, vt poneretur vel fieret pars, quæ vicinatur duodecimæ similis ei.
f B quia sunt paruæ.
† Simenijs.
g B. dorsi.
† Alchatim.
Alchatim.

A N N O T A T I O N E S.

Cap 9. cap. 3. cap. 2. & 3.

De dorsi vertebris atque earum vsu, & Gal. lib. de ossibus, & hic author lib. de animalibus plura scribunt. Sed hic controuersia est. Ait Auic. vertebras dorsi vndecim transuersos processus, quos alas vocat, obtinere. At Galenus contra lib. de vsu par. 13. vndecimam & duodecimam vertebram obliquas ac transuersas productiones habere negat. Soluitur. Transuersi vertebrarum processus ad nonam vsq; dorsi vertebram æquales fermè sunt; à nona verò ad duodecimam imminuuntur; ita ut duodecima ijs prorsus careat; vndecima verò illi adiuncta non prorsus quidem transuerso processu caret, sed ualdè exiguam tamen portionem retineat; ut non adesse ferè existimes.

De anatomia spondylium lumborum. Cap. X.

† Alchatim. † Simenia. a B. firmis seu. † Alchatim. b B. alhagiazi. † Alhauis.

SVper † lumborū verò spondyles sunt † processus & alę latę. Et ipsorum quidem additamenta coniunctionalia inferiora dilatantur & assimilantur alis [a] † [ ] defendentibus. Et spondyles istę sunt quinque: † lumborum verò cum [b] [† osse sacro] est sicut basis totius dorsi. & ipsę quidem sustinent, & deferunt os femoris, & sunt à quibus nerui pedis oriuntur.

De anatomia † ossis sacri. Cap. XI.

† Alhauis. † Alhauis.

OSsa † ossis sacri sunt tria, quę magis ingeniosè sunt coniuncta, quàm omnes spondyles. Et earum iuncturę sunt firmiores. & ipsarum alę sunt magis amplę. & neruus quidem, qui de foramine in eis existente egreditur, non exit à certitudine duorum laterū, ne anchę iunctura ipsum comprimat: sed est magis remotus, [a] [& multo plus missus ad anteriora, & posteriora.] Et ossa quidem † ossis sacri similia ossibus existunt † lumborum.

a B. & magis ingrediens ad anterius & posterius. † Alhauis. † Alchatim.

A N N O T A T I O N E S.

cap. 1 I.

De osse sacro, quod & magnum, & latum uocant. egit Galenus lib. de ossibus. Hic Author hoc os ex tribus ait constare ossibus ut etiam Galenus. Deprehensum tamen est, nō ex tribus, aut quatuor, (quamuis id in simiarum & canum dissectione non negemus) sed ex quinque & frequentissimè sex constitui. hæc tamen, in infantilibus quidem corporibus laxa adhuc & mollia quum sint, separari possunt: neque videntur à reliquis uertebris differre. in durioribus tamen corporibus, connexa ita sunt; ut nisi in interna, anteriori uidelicet parte huius ossis commissuræ uestigia seruarētur, unū prorsus esse os existimaretur.

De anatomia † coccygis. Cap. XII.

† Alhosos. † Alhosos.

C† Occyx est compositus ex trib. spōdylibus cartilaginosis, quę non habent additamēta. Et neruus quidem à foraminib. illarum cōmunib. oritur, sicut est in collo, propterea quòd sunt paruę: sed à foramine tertiæ neruus egreditur impar.

Capitulum decimumtertium, in quo est sermo, qui est sicut finis de iuuamento dorsi.

IAm locuti sumus de ossib. dorsi verba moderata. Nunc autem de toto dorso verba loquamur continentia summam. Dicemus igitur, quòd totū dorsum est sicut res vna, propriam habens figuram alijs figuris meliorē, quę est circularis. Hęc nanque figura remotior est à receptione nocumentorū ex percussione vel impulsio-

impulsione euenientium, quàm omnes aliæ figuræ. & propter hoc capita eorũ, quæ superius, ad inferiora fuerunt curuata: & eorũ quę sunt inferius, ad superiora: & coniunxerunt se apud mediam, quæ est decima. Hæc verò ad nullam curuata fuit partem, ideo vt super eam quæ simul conueniant curuitates. Et decima quidem inter † processus non secundum numerum: sed longitudinem media existit. Et quia quandoq; est necesse dorsum ad aliquod duorũ curuari laterũ, & istud nõ fit nisi vt declinet mediũ ad cõtrarium partis, & declinet illud qđ est supra ipsum, & sub ipso, ad illam partem; ac si duo extrema dorsi ad sibi obuiandum declinarent: propterea in medio non factæ fuerunt bucellæ; sed vacuitates tantum: & factę fuerunt bucellæ superiores & inferiores ad ipsum declinantes: sed superiores descendentes, & inferiores ascendentes; ideo, vt earum ablatio ad contrarium partis declinationis facilis sit: &, vt superiores [a] [curuentur] ad inferiora: & inferiores ad superiora.

† Sintenia.

a B. attrahãtur.

ANNOTATIONES.

Cap. 2.

Vnum hic notat, quod & Gal. 13. de usu. partiũ, decimã dorsi uertebram thoracis esse medium, propterea que hanc à cæteris uariare dorsi uertebris, scribebat Gal. quòd alterius usus erat insigniri nemè hanc altero vtrinque processu, ueluti duobus cardinibus sursum uergentibus, contra quàm in prima colli uertebra est, ut his reliquam thoracis ueluti basi, & uerè cardini inniteretur. Deprehensum est nostra tempestate; licèt decima dorsi uertebra in canibus & simijs hac & figura & usu sit prædita, quam Gal. ait; in hominibus tamen duodecimæ id munus demandari.

De anatomia costarum. Cap. XIIII.

Costæ sunt tutamentum eius, quod ex instrumentis attractionis aeris, & ex superioribus instrumentorum nutrimenti circundant. Et ipsę quidem non factæ fuerunt vnum os, ne grauarent: & ne si aliquod accideret nocumentum, foret commune: &, vt facile esset dilatari quum necessitas addit super illud, quod est in natura, & implentur interiora nutrimento & inflatione, & indigent loco magis amplo propter aerem qui attrahitur: &, vt inter eas musculi pectoris, qui in operationibus attrahendi aerẽ iuuant, & eius, quod continuatur cum ipso, [a] [incederent.] Et propterea, quòd pectus circundat pulmonem, & cor, &, quod est cum eis; necessaria fuit cautela uehementissima in eorũ defensione: quoniam nocumentorum impressiones, quę eis accidunt, sunt maiores; & cũ hoc eorum munitio vndiq; non ea angustat, neque eis nocet, Et ideo septem costæ superiores creatæ fuerunt continentes illud, quod est in eis, sibi apud † os pectoris obuiantes, & mẽbrũ circũdãtes principale ab omnib. partibus. Illæ verò, quæ existunt in parte instrumentorũ nutrimẽti, creatæ fuerunt, sicut posterius diminutæ, [b] † [ ] vbi sensus non peruenit visus; sed anterius non fuerunt continuatæ [c] [imo paulatim ordinatæ fuerunt cum sectione.] fueruntq; superiores propinquius habẽtes spatiũ inter duo extrema egredientia: & inferiores lõginquius:

Vide Disquisitiones physiologicas Costæi pag. 419.

a B. mediarẽt.

† cassum.

b † B. apertè superiori.

c B immo gredatio fuit facta paulatim, paulatim in sectione seu in diminutione.

& istud omnino fuit, vt cum cautela membrorũ nutrimẽti, scilicet hepatis & splenis, & aliorum amplitudo loco stomachi iungeretur, ne quum impleretur nutrientibus & inflationib. comprimeretur. Septem verò costæ superiores, pectoris costæ vocantur, quę ab vnaquaque parte sunt septem: sed duæ quæ sunt in medio, sunt maiores, & lõgiores: & illę, q̃ sunt in extremitatibus, sunt breuiores. hęc enim figura vt comprehensum vndique comprehendatur, melior existit. Et costæ quidem istæ in primis supra sui gibbositatem ad inferiora inclinantur: deinde redeundo ad superiora incedunt: & continuãtur cũ thorace: sicut nominabimus postea, iõ vt sit earũ cõprehẽsio in locis amplior: duo pręterea cuiusq; earũ additamẽta duas profundas ingrediuntur vacuitates, quæ sunt in vnaquaq; ala, q̃ est supra spondyles, & prouenit iunctura dupla. [d] [Et similiter existunt alę septem cũ ossib. thoracis. Quinq; aũt curtatę, quę remãserunt, sunt ossa posteriora, & costę falsæ: quarũ capita creata fuerunt cum cartilaginibus continuata, vt sint securæ à fractura quum percussiones affuerint; & ne occurrant membris lenibus & diaphragmati cum sua duritie. sed occurrat ei cum corpore, quod inter eas, & membra lenia, existat medium: & inter duritiem & lenitatem mediocritatem habeat.

d B. & similiter inest septem in perioribus.

De anatomia thoracis. Cap. XV.

Thorax ex septem ossib. est compositus, ex vno autem osse non fuit creatus propter iuuamentum, quod in alijs locis sciuisti: [a] [& propterea vt sit laxus, vt conueniens sit ei, quod colligit ex membris attrahendi aerem] in dilatione. Ideoque creata fuerunt non solida, cum cartilaginibus continua, vt in ipsorum [b] [interiori] motu se adiuuent: licèt sint iuncturę eorũ firmę. Quę ẽt septem creata fuerunt secundum numerum costarum, quę cum eis iunguntur. Cum inferiori pręterea parte thoracis os cartilaginosum latum continuatur, cuius inferior extremitas rotũditati attinẽs vocatur [c] [epiglottalis, eo quòd epiglotti sit similis.] Et ipsum quidem est tutamentum oris stomachi, & medium inter thoracem & membra lenia, ideò vt continuitas duri cum leni sit melior, quemadmodum multoties diximus.

Vide Disquisitiones physiologicas Costæi pag 4[illegible]1.

a B. Et vt sit laxior in adiutorio, eius, quod circundat membra anhelitus

b B. occulto.

c B. alchangieri eo quòd [illegible] similis alchagiar.

ANNOTATIONES.

Quod à costis utrinque circumscribitur, pertinetq; anteriore parte utrinque ad pectus ac septum transuersum; decumbit uerò posteriore ad spinam; id omne spatium medici Thoracem appellare consueuerunt. In huius medio natura cor ipsum collocauit ueluti sinu, tùm ad securitatem aptissimo, tùm ad æquabilem ex toto pulmone refrigerationem opportunissimo. ut Gal. 6. de usu part. scriptum reliquit. ubi thoracis formationem & usum etiam explicat. Cætera leges lib. de ossibus, & 7. 13. de usu part.

Cap. 2.

Cap. 13. & 21.
Cap. 11.

De anatomia † furculæ. Cap. XVI.

† .i. clauiculæ, seu iuguli.

Furcula est os positum super vnamquamque duarum partium eius, quod in thorace est, supremum curuatum, coram anhar, idest loco

qui

qui est in inferiori parte gulæ, & propter sui cō cauitatem accidit foramen, in quo penetrat vena ad cerebrum subiens: & nerui ab eo descendentes: & declinat ad partem syluestrē: & cōtinuatur cum capite spatulæ: & cum ipso spatula ligatur: & cum eis ambobus adiutorium.

De anatomia spatulæ. i. scapulæ. *Cap. XVII.*

SPatula fuit creata propter duo iuuamenta. vnum est, vt adiutorium & manus ab ea suspendātur, ne adiutorium cum pectore sit continuum, quoniam facilitas motus vniuscuiusque duarum manuum ad alteram destrueretur: & coangustatio fieret: [a] [Ipsa verò creata fuit à costis separata:] & partes motuum ad illam fuerunt ampliatæ. Et alterum est, vt sit defensio firma membrorum, quæ intra pectus existunt: [b] [& vt eleuetur] in loco † processuum spondylium, & alarum ipsarum, vbi non sunt spondyles: quæ percussiones repellant, neque sensus, qui eas præcipiant. Spatula verò à parte syluestri subtiliatur, & à parte domestica ingrossatur: & super extremitatē ipsius syluestrem fit vacuitas [c] † [ ] profunda, quam rotunda adiutorij ingreditur extremitas. Et ipsa quidē, duo hēt additamenta. vnum est ad superiora, & posterius[d] [& vocatur destructum &, rostrum corui:] & per ipsum ligatur spatula cū furcula: & ipsum est, quod prohibet, ne adiutorium ad superiora de suo moueatur loco, & aliud est interius ad inferiora, qđ ēt prohibet, ne caput, adiutorij dislocētur. Postea sine intermissione dilatatur, quātū plus ad partē incedit domesticā: iō vt sit eius comprehensio plus defendens. Et ipsa quidē supra sui dorsum additamentū hēt, sicut triangulum; cuius basys est ad partem syluestrem, & ipsius angulus ad partem domesticam; ne dorsi superficies [e] [fricetur:] si enim foret basis ad partē domesticam, eleuaret, cutē: & quum percussiones adessent, efficerent dolorem. Et hoc quidem additamentum est ei, sicut † processus, spondylibus creatum ad defendendū: & vocatur oculus spatulæ. Vltima verò spatulæ dilatatio, est, vbi est cartilago; cum qua cōtinuatur; cuius extremitas est rotunda; quæ cū ea continuatur propter causam, quam in alijs diximus cartilaginibus.

a B. immo creata est separata à costis.

b B. & vt stet. Alia litera vel vt suppleat.

† Simeniorum.

c † B. non.

d B. & vocatur ala charam, & manchar algorab.

e B. destruatur.

† Simenia

De anatomia adiutorij. i. humeri. *Cap. XVIII.*

ADiutorij os rotundum fuit creatum, vt à nocumentorum receptione magis foret remotum. Cuius quidem superior extremitas est gibbosa, vt spatulæ vacuitatem ingrediatur cum iunctura laxa non valde firma: & laxitatis causa iuncturę huius, accidit ei frequenter dislocatio. Iuuamentum verò, quòd in hac existit laxitate, sunt duæ res: necessitas, & securitas. Sed necessitas est facilitas motionum ad omnes partes: Et securitas est, quòd licèt adiutorio sit necessarium, vt diuersis motionibus ad partes possit moueri diuersas motiones tamen istæ neq; sunt multæ, neque perdurant vsquequo timeatur, ne eius rumpantur ligamenta & dislocētur: immo adiutorium in pluribus dispositionibus est quietum: & aliud, quod est ex manu, est mobile: & propter hoc aliæ iuncturæ firmiores factæ sunt, quam adiutorij. Adiutorij verò iuncturā quatuor amplectūtur ligamenta, Vnū eorum est dilatatum panniculare iuncturam circundans: sicut omnes aliæ circundantur iūcturæ. Et duo alia ligamenta, [a] [que à rostro corui] descendunt, quorum vnum est habens extremitatem dilatatam: & circundat adiutorij extremum: & alterum est maius, & durius descendens cum quarto, quod ēt descendit ab additamento rostrali [b] [in tenuitatem eis præparatā,] quorum figura ad latitudinem trahit, & propriè quum adiutorium tangunt. Et ipsa quidē solent occultari sub adiutorio, & continuari musculis, qui in eius interiore extensi sunt sequētes adiutoriū. Adiutorium prēterea à parte domestica est concauum: & a parte syluestri gibbosum: vt propter hoc, quod sup ipsum ex musculis & venis & neruis disponitur, affirmetur: [c] [& vt homo bene amplectatur, quod vult amplecti] & quòd vna manus ad alterā perueniat. Super inferiorem autem adiutorij extremitatē duo additamenta continuata cōposita fuerunt: ex quibus illud, quod est ad interiora, est longius & subtilius, cum nulla re habens iuncturā: quoniam nō est nisi neruorum, & venarum defensio. Sed cum eo, quod est ad exteriora; completur iunctura cubiti per bucellam, quæ in ipso existit secundum modum, quem nominabimus; & inter ea proculdubio [d] [subtilitas existit. Et in duabus quidem huius subtilitatis extremitatibus] duæ sunt uacuitates superius ad anteriora, & inferius ad posteriora. Et earum superior domestica concauitas est lenificata, & non existit super eam separatio, sed syluestris concauitas est maior eis. & quod ad finem [e] [syluestris] concauitatis tendit, non est lenificatum: neque est ipsius perforatio rotūda: sed est sicut paries rectus: ita, vt cum additamento † cubiti in ipsa ad partem mouetur syluestrem, & quum ad ea peruenit, stet. Et nos quidem declarationē necessitatis earum cito afferemus. Has vero concauitates duas vocat Hippo.[f] [duos limites.]

a B. quę ab ala charam, vel à manchar algorab.

b B. in vacuitate vel scissura præparata, vel facta propter ipsa ambo.

c B. Alia litera. & vt homo teneat sub ascellis id quod vult tenere sub eis.

d B. vacuitas vel scissura existit. & in duab. quidē illius vacuitatis, vel scissuræ extremitatibus.

e B. domesticæ.

† Aseid.

f B. duos oculos.

De anatomia † cubiti. *Cap. XIX.*

† Aseid.

C† Vbitus ex duobus ossibus in longitudine coniunctis est compositus: & vocantur focilia. Superius vero ex eis, quod ad pollicem tendit, est subtilius; & vocatur focile superius. & inferius ex eis, quod uadit ad auricularem, est grossius; quoniam est deferens: & vocatur focile inferius. Superioris vero focilis iuuamentum est, quòd per ipsum est motus † cubiti ad se torquendum, & resupinandum, & inferius focilis iuuamentum est, vt per ipsum sit motus † cubiti ad constringendum, & dilatādum. Cuiusque verò ipsorum medium attenuatum fuit quoniam grossitudine non indigent [a] [pp illud, quod ex musculis grossis super ipsa iacet] & ipsorum duo extrema ingrossata fuerunt, ꝑpterea quod super ipsa multa ligamentorum origo est eis necessaria: quia frequēter accidūt verbera, & percussiones fortes, quum motus est iuncturarum: & propterea quòd carne denudātur, & musculis. Superius verò focile est tortū, quasi veniat à parte domestica: & paululum tortuosè ad partem syluestrē, gibbosum fiat. & iuuamentum

† Aseid.

† Aseid.

† Aseid.

a B. propterea ꝙ sunt circundata ex musculis grossis.

iuuamentum in hoc existit preparamenti bonitas ad motum torquendi: sed inferius est focile rectum: quoniam hoc ad constringendum, & dilatandum melius existit.

De anatomia iuncturæ cubiti. *Cap.* 20.

CVbiti verò iunctura ex iunctura focilis superioris, & inferioris focilis iunctura, cum adiutorio componitur. Superius quidem focile in sui extremitate vacuitatem ingeniosè factam habet, in quã bucella syluestris extremitatis adiutorij ingreditur, & ligatur cũ ea: & ex ipsius[a] [circuitu] in vacuitate illa, puenit motus resupinus, & tortionis. Inferius autem focile duo habet additamenta: inter quę existit[b] [tenuitas,] quæ sigma gręcę literæ similatur, & est ita S. Et huius quidem[c] [tenuitatis] contorquetur superficies illa, quæ est in ipsius concauitate; vt bene sit factus eius introitus in[d] [concauitatem;] quæ est in extremo adiutorij, quod concauum existit: sed suę concauitatis figura gibbositati circuli similatur. ex bona igitur ingressione[e] [subtilitatis,] quę inter duo focilis inferioris additamenta existit, in illam inferiorem[f] [tenuitatem] iunctuta componitur cubiti. Quumque[g] [tenuitas, vel pars super tenuitatem, vel partem] ad posteriora mouetur, inferius extenditur manus. & quum parietalis[h] [tenuitas] eam refrenat à[i] [vacuitate] bucellam tenente, tenet eam, & prohibet à dilatatione superflua. Stant igitur adiutorium & † cubitus secũdum rectitudinem. Quum verò vna duarum[k] [tenuitatum] super aliam ad anteriora, & superius mouetur, constringitur manus donec † cubitus tangat adiutorium ad partem domesticam, & ab anterioribus.[l] [& duo quidem focilia superius] simul iunguntur, sicut res una: & accidit in eis uacuitas ampla communis, cuius plurimum in focili existit inferiori. Quod autem superfluit ab hac uacuitate, remanet gibbosum, lenificatũ, ut sit longinquum à nocumentorum receptione. & posterius quidem ex uacuitate focilis inferioris oritur additamentum, quod ad longitudinem quandam trahit. & de huius totius iuuamento loquemur, si deus voluerit.

a B. reuolutione.
b B. uacuitas uel scissura.
c B. uacuitatis uel scissuræ.
d B. alhazi.
e B. uacuitatis uel scissurę.
f B. vacuitatem.
g B uacuitas uel scissura sup uacuitatem uel scissuram.
h B. vacuitas vel scissura.
† Aseid.
i B. concauitate.
† Aseid.
K B. vacuitatum uel scissurarum.
† Aseid.
l B. Et extremitates duorũ focilũ inferiores. Antiqu. & duæ extremitates duorũ focilium ab inferiori.

De anatomia rasetæ idest brachialis. *Cap.* 21.

RAseta ex multis est composita ossibus, ne nocumentum si accideret, commune fiat:[a] † [vt per ipsam planta concauari possit: quum corpora rotunda continendi voluntas affuerit: & quum liquida currẽtia retinere uoluerimus. & hęc quidem ossa iuncturæ suæ firmiter & bene ad inuicem sunt ligata, ne separentur, & planta debiliter illud teneat, quod colligit, & qđ tenet: ita, vt, si cutis plante excoriaretur, inuenirentur hæc omnia ossa continua, quorum separatio à sensu sit longinqua. & cũ hoc ligamentũ firmiter stringit vnum cum vno: sed in eis existit obedientia ad paruam cõstrictionem; ex qua prouenit, vt interius platæ concaueur] Rasetæ verò ossa sunt septem, & vnum additum, sed septem radicalia in duabus consistunt acieb. vna acies est ad partem † cubiti: cuius ossa sunt tria, quoniam, propterea quòd est ad partem † cubiti, oportuit, vt esset plus subtilis. Et alterius aciei ossa sunt quatuor, quæ sunt ad partem pectinis, & digitorum: vnde propter hoc oportuit, ut essent magis ampla. Et tria quidem ossa[b] [ordinata] fuerunt. Eorum vero capita, quæ sunt ad partem † cubiti, subtiliora sunt, & melius adinuicẽ collecta, & plus continuata. & earum quidem capita, quę sunt ad partem aciei alterius, sunt latiora: & minus bene collecta, & continuata. Octauum verò os non confortat duas rasetæ acies, nec consistit in duabus rasetæ aciebus: sed fuit creatum ad defendendum neruum, qui est[c] [in planta. Et aciei secundæ] fit extremitas ex cõiunctione capitũ ossium eius, & ingreditur vacuitatem, quam nominauimus: quæ est in extremitate duorum focilium. Fit ergo iunctura dilatationis, & constrictionis. Additamentum verò prædictum, quod est in focili inferiori, vacuitatem ossium rasetæ ingreditur, & fit inde tortionis, & resupinationis iunctura.

a † B
† Aseid.
† Aseid.
b B gradata.
† Aseid.
c B in Kef & aciei triũ ossiũ.

De anatomia pectinis[d] *[manus.]* *Cap.* 22.

[e] † [ ]

vt per ea manus concauitatem habere possit, quum corpora rotunda continendi uoluntas affuerit, & quum liquida currentia retinere voluerimus cum manu, & hæc quidem ossa iuncturæ suæ firmiter, & bene adinuicem sunt ligata, ne separentur, & manus debiliter illud teneat, quod colligit, & quod tenet: ita ut si cutis al kef excoriaretur inuenirentur hæc omnia ossa continua: quorum separatio a sensu sit longinqua. Et cum hoc ligamentum firmiter stringit unum cum alio, sed in eis existit obedientia ad paruam constrictionem, ex qua prouenit, ut interior pars manus concauetur, seu concauitatem habeat.

d B Alkef.
e † B Pecten al chef ẽt est compositũ ex ossib. plurib ne nocumẽtũ, si accideret, cõe fiat, &

OSsa pectinis[a] [plantæ] sunt quatuor: propterea quòd cum quatuor continuantur digitis, & sunt coniuncta a parte, quę est ad rasetam; ideo, vt cum ossibus, quæ sunt sicut connexa, & coniuncta, bene continuentur, quæ in parte digitorum parumper dilatantur; ut cum ossibus, quæ sunt distincta, & separata bene continuentur, & fuerunt[b] [ad inferiora] curuata, propter illud, quod iam sciuisti. Rasetæ uerò iunctura cum pectine componitur per concauitates, quæ in extremitatibus ossium rasetæ consistunt: in quas bucellæ ossium pectinis, quæ iam cartilaginibus inuestitæ fuerunt, ingrediuntur.

a B. alkef.
b B. ad interiora.

ANNOTATIONES.

In lib. de ossium dissectione dixit Galenus ex quatuor ossibus constare metacarpum. sed qui os pollicis tertium postbrachiali ascribunt, ex quinque. At contrarium legitur in 2. de fracturis. ex tribus constare postbrachiale. tu considera.

Cap. 19.
Cap. 8.

De anatomia digitorum. *Cap.* 23.

DIgiti sunt instrumenta, quæ ad colligendum res iuuant. Et ipsi quidem non fuerunt creati carnei ab ossibus uacui, & si cum hoc diuersis motibus possent moueri: quemadmodum multi uermiũ & piscium, potentia debili mouerẽtur: & hoc ideo, ne eorũ operationes forent debiles, & ẽt debiliores quam tremẽtis. Neque etiam ex vno creati fuerunt esse, ne eorum operationes forent difficiles, quemadmodum accidit patientibus † tetanum. Et ipsis quidem

† Cuzen.

quidem tria suffecerũt ossa,[a] [quoniam, si eorũ numero adderetur, in augmẽto numeri motuũ ipsorum iuuaret: sed debilitas proculdubio intẽdendo illud, quòd ipsos in superflua firmitudine oportet tenere, proueniret, qꝫ] si ex paucioribus quam tribus creati fuissent; quemadmodũ, si creati fuissent ex duobus ossibus; esset firmitudo maior; sed motus minuerentur ab eo, quod sufficit: & nos quidem plus indigemus motibus diuersis, quam augmento firmitudinis terminũ transeuntis. Ipsi verò creati fuerunt ex ossibus, quorum bases sunt latiores, & ipsorũ capita sũt magis tenuia. Et quæ eis sunt inferiora, sunt maiora secundum [b] [ordinem:] ita, ut quæ in eis sunt subtiliora, sint extremitates [c] [† tenuium ossium:] & hoc quidem est propter decorationem comparationis, quæ inter portantem existit, & portatum. Ipsorum autem ossa creata fuerunt rotunda timore nocumentorum. Et facta fuerunt dura, non habentia concauitatem, neq; medullam, vt essent fortiora, & ad constringendũ, & ad figendum in motibus, & attrahendum. Et fuerunt creata interius curua, & exterius gibbosa, propterea, vt illud, quod tenent, melius retineant, & melius fricent, & melius premant illud, quod fricant, & premunt. Et inter vnumquodque, & aliud non fuit in medio cõcauitas, neque gibbositas; ut bene, tanquam res vna continuentur, quum necessitas fuerit, ut ex eis iuuamentum quasi vnius ossis habeatur.[d] [Eorum verò extremi, sicut pollex,] & auricularis gibbositatẽ ad partem, in qua non est digitus, habent; vt sit eorum summa, quum applicantur, similis figuræ rotundæ, quę a nocumentis tuetur. Et intrinseca eorum pars fuit carnosa; ut sustentet eos: &, vt[e] [cedant] sibi obuiantibus, quum ea strinxerint. A foris verò non taliter facti fuerunt, ne grauarent: &, vt pugnus esset arma dolorem faciens. Veruntamen in[f] [† tenium ossium extremitatibus] plus carnis positum fuit, vt bene apud concursum, quasi cõiuncta applicentur. Et medius quidem ex longioribus factus fuit iuncturis; & postea annularis; deinde index; & postea auricularis: ideò, ut eorum extremitates apud comprehensionem æquentur, & non remaneat apertio: & cũ hoc[g], [vt digitis, & planta] super rotundum concauẽtur, quum colligitur. Pollex verò[h] [omnium quatuor digitorum iustitia existit,] qui si non in suo poneretur loco, eius iuuamentum destrueret. Si enim[i] [intus in planta] poneretur; plurimum operationum, quas per[k] [plantam] habemus, destrueretur nobis. Et si ad partem poneretur auricularis, una manus ad aliam ad tenendũ illud, in quo iunguntur non perueniret.[l] [Et hoc quidem remotius existit, quoniam si retro poneretur, & pectini pollex non alligaretur, longitudo inter ipsum, & alios digitos non coangustaretur. Quum ergo alij quatuor digiti rem aliquam ab vna parte comprehenderent, & pollex ab alia parte adiuuaret: possibile esset, ut planta rem magnam comprehenderet: & pollex ab alia parte esset, sicut applicans illud quod planta constringit, & tenet.] & auricularis, & annularis, sicut coopertorium posterius. Omnia autem digitorum ossa continuata fuerunt cum[m] [tenuitatibus,] & concauitatibus intrantibus, inter quas humor existit viscosus: quorum iuncturas ligamenta comprehendunt fortia, quę sibi obuiant cum panniculis cartilaginosis. Et uacuitates qui dem implent quæ in iuncturis existunt, propter nocumentum firmitudinis, ossa minuta, quæ sisamina uocantur.

a B. quoniam si numero eorum adderetẽ, & iuuaret illud augmẽtum ad numerũ motuũ ipsorum faceret possidere debilitatẽ cõstrictionis, quæ necessaria est cũ additione firmitudinis, & similiter. Alia litera faceret possidere debilitatẽ in constringẽdo illud quod ĩ eius constrictione indiget additione firmitudinis. & similiter.
b B. gradationem.
c B. alanamel. † Anemel.
d B. Extremitates uerò extrinsecæ ipsorũ sicut pollicis.
e B. tueantur.
f B. alanamel. † Anemel.
g B. ut quatuor digiti & uola manus.
h B. æquatur omnib. quatuor digitis.
i B. in parte interiori uolę manus.
k B. uolam.
l B. & remotius quam hoc esset si poneretur retro. Et pollex quidẽ nõ fuit alligatus cũ pectine, ut non coangustaretur distantia quæ est inter ipsum, & inter alios digitos. Quum ergo alij quatuor digiti cõprehendunt, & pollex ab alia parte adiuuat, possibile est ut manus aliquam rem magnã comprehẽdat, & pollex ab alia parte esset, sicut claudens uel constringens illud, quod manus cõstringit, & occultat.
m B. extremitatibus.

De iuuamento vnguis. Cap. 24.

VNguis propter quatuor fuit iuuamenta creatus. Vnum est, vt carnis extremitatis digitorum podium existat: ne quum super aliquam presserit rem, debilitetur. Et aliud, ut digitus per eam res minutas possit capere. Et tertium, vt per eas valeat scalpere, & mundare. Et quartum, ut quandoque sit arma. Tria verò prima speciei humanæ dignius conueniũt: & quartum cæteris animalibus. Et unguis quidem extremitas rotũda creata fuit, propter illud, quod scis. Et ipse ex ossibus creata fuit lenibus, vt sub eis flecteretur, quæ ipsum percutiunt, ne scinderetur. Et vngues quidem creati sunt semper crescentes: propterea quòd sunt apti, vt fricentur, & radantur.

De anat. ossium femoris. Cap. 25.

COram[a] [† os sacrum] sunt duo ossa a dextris & a sinistris, quę in medio firma continuantur iunctura, & ipsa quidem sunt sicut omnium superiorum ossium fundamẽtum: & portantia, & mutantia localiter inferiora: unumqđque autem ipsorum in quatuor diuiditur partes. illud, quod est ad partem syluestrem uocatur [b] [alharcafa] & os ilij: & illud, quod est ad anteriora, os, vocatur femoris: & illud, quod est ad posteriora, vocatur os anchæ: & domesticum qđ est ad superiora, vocatur † pyxis coxæ: quia in ipso est concauitas, quam caput coxę gibbosum ingreditur: & super hoc os membra posita sunt nobiliora, sicut vesica, & matrix, & spermatis receptacula in viris, & ficteris, & intestinum rectum.

a B. alhagiazu. † Alhauim.
b B. alharafa.
† acetabulum.

Sermo aggregatus de Iuuamento † crurum. Cap. 26.

HOrum iuuamenta in duabus consistunt rebus: vna est figere, & stare; & hoc est per pedem: & altera, mutatio ęqualis, aut ascendens, aut descendens: & hoc fit per coxam, & per crus. Quumq; pedi nocumentum acciderit, stare, & figere, difficile erit; sed mutari, non; nisi tãtum, quantum necessaria fuerit mutatio multæ fixionis, quæ est ad unum pedem. quum autem musculis coxæ aut cruris nocumentum acciderit, figere erit facile: sed moueri difficile.

† Rigil.

De anatomia ossium coxæ. Cap. 27.

PRimum ossibus † ambulationi seruientibus est coxa. Et ipsum quidem est os maius, quod in corpore existit: quia ipsum est deferens illud, quod est supra ipsum; & mutans illud, quod est sub ipso. Cuius superior extremitas fuit facta rotunda, ut † acetabulum anchæ bene ingrederetur. Et ipsum quidem est gibbosum ad partem syluestrem: & curatum ad partem dome-

† Rigil.
† Pyxidem.

domesticam,& ad posteriora. Si enim ipsum foret positum secundum rectitudinem & pyxidis æquidistantiam, acciderete inde[a] [aliquis claudicationis motus:] quemadmodum accidit ei, cuius talis est creatio: neque bene defenderet musculos magnos,& neruos,& venas: neq; ex hoc toto recta res generaretur: neque sedendi forma esset bona. Amplius, si curuum ad partem domesticam non fuisset reductum, proueniret inde alterius modi claudicatio, neque[b] [statio] illi media foret: & fieret ei communis declinatio: neque esset æqualis. Et in ipsius extremitate inferiori sunt additamenta duo propter poplitis iuncturam. Nos tamen prius de crure, & postea de iunctura loquemur.

a B. species alsegiha.

b B. forma.

De anat. ossium tibiæ seu cruris. *Cap.* 28.

CRus est, quemadmodum† cubitus ex duob. ossibus compositum. Vnum est maius & longius:& ipsum est domesticum, & vocatur cāna magna. Et aliud est minus, & breuius: non enim peruenit vsque ac coxam: imo ab ea breuiatur: inferius tamen peruenit ad locum, ad quem protenditur maius,& vocatur canna minor. Crus etiam habet gibbositatem ad partem syluestrem. postea apud extremitatem inferiorē habet gibbositatem aliam ad partem domesticam, propterea, vt per eam melior sit statio: [a] [& canna quidem maior æquatur, quæ pro certo est crus:] & minor creata fuit quam coxa, & illud est propterea, quòd adiunctæ fuerunt res: ꝓpter quas ei in magnitudine fuit addendum.& hoc est figere, & deferre, quod est supra ipsum. Et res, propter quam fuit addendum ei in paruitate, est[b] [facilitas] ad motum. Et res secunda magis conueniens fuit intentioni, pro qua fuit factum crus minus, & res prima intentioni, pro qua fuit facta coxa maior. Duo autem cruris ossa sunt quantitas temperata: adeo quòd, si vnum os adderetur, accideret de debilitate, & duritie motus, illud, qđ accidit habenti elephantiam & varices. Et si vnū minueretur, accideret[c] [de debilitate,& duritie] motus, & de impotentia defendi illud. quod accidit crura habentibus de natura subtilia:& propter hoc, totum sustentatum fuit, & fortius factum est cum canna minore. In canna præterea minore alia existunt iuuamenta; sicut neruos,& venas, & quæ sunt inter eas, cooperire,& communitas cannæ[d] [minoris] in iunctura pedis: [e] [vt velox,] & fortis fiat iunctura dilatationis, et tortionis.

† Alcid.

a B.& æquetur, & canna maior quæ pro certo est crus.

b B. leuitas.

c B. difficultate.

d B. maioris.

e B. vt firma.

De anat. poplitis. *Cap.* 29.

IVnctura poplitis prouenit propter ingressū duorum additamentorum, quæ sunt super extremitatem coxæ, in duas vacuitates, quæ sunt in capite ossis cruris, quæ firmata fuit ligamento cingente, & alio ligamento in profundum tendente, & duobus ligamentis fortibus a duabus partibus, cuius quidem pars anterior bene facta fuit cum rasga.i. patella hoc est oculo poplitis,& est os ad rotūditatem trahens. [a] [Cuius iuuamentum est refrenare illud, quod timetur, quum est necesse super digitos pedum curuatū stare,& suspensum sedere, ex ruptura,& dislocatione.] Et iunctura quidem laboriosa sustentata fuit, propterea, quòd suo motu defert corpus, & positus fuit locus eius ad anteriora; quoniam plurimum quod ei accidit de labore inclinationis, est ad anteriora. non enim habet ad posteriora inclinationem laboriosam: ad duas tamē partes rem modicam declinationis habet. Tota verò eius declinatio est ad anteriora: [b] [& accidit ei ibi labor in hora incedendi, & standi super digitos pedis, quum aliquis quasi suspensus curuus stat,& horum similium.]

a B. cuius iuuamentū est resistere ei quod timetē ex ruptura & dislocatione apud algiethu. l. apud sessionē super calcaneos pedum iūcturis poplitū plicatis & super terram adhærētibus, & apud sessionem suspensam.

b B. & illic accidit ei labor apud eleuationē a terra, vel quū homo surgit a terra & apud algiethu i. apud sessionem corporis super calcaneos pedis, & quæ illis similantur.

De anatomia pedis. *Cap.* 30.

PEs creatus fuit, vt sit instrumentum figendi. [a] [& facta fuit figura eius ad anteriora, vt figura longa; vt in stando, & in appodiando super ipsum, auxilium præbeat: cui in parte domestica tenuitas creata fuit, ut sit pedis declinatio in hora standi: & propriè vacillanti, ad partem contrariam parti pedis eleuati; quatenus refrenet illud, quod oportet constringi ex nixu super partem bene eleuandi pedem eleuatū: & ut statio sit† temperata:& etiam, ut sit facile calcare super res * exeuntes, & absque magno dolore: & vt pes bene circundet illud,] quod gradibus, & extremitatibus eorum, per quę fit ascensio, similatur. Et pes quidem ex multis ossibus creatus fuit propter iuuamenta. ex quibus est, ut bene retineat,& circundet illud, super quod[b] [incedit] ex terra, quum necesse fuerit. Pes nanque plerunque tenet illud, super qđ[c] [incedit:] quēadmodum manus retinet illud, quod recipit.& quum tenens præparatur, ut moueatur suis partibus ad aliquam formā, ut per eam retētio fiat melior, erit melius, quam ut totum sit vnum frustum, ne figura post figuram figuretur. Et ex eis est iuuamentum toti commune, cuius ossa sunt multa. Pedis uerò ossa sunt vigintisex:† talus, per quod iūctura pedis cum crure completur,& calcaneus, quod est sustētamentum fixionis. & nauiculare,[d] [per quod est tenuitas.] & quatuor ossa rasetæ, cum quibus pecten cōtinuatur: quorū vnum est os[e] [grandinosum] hexagono simile, positum ad partem syluestrem; propter qđ pars illa super terram bene figit: & quinque pectinis ossa: † talus verò humanus[f] [magis subtiliatus est ad exteriora, & magis ingrossatus ad interiora, quàm † talus] omnium aliorum animalium, & ipse est quasi nobilior ossibus pedis in motu iuuantibus, sicut calcaneus est nobilius ossibus pedis in figendo adiuuantibus. Et† talus quidem inter duo extrema positus est a duabus cannis egredientia, ipsum a suis partibus circundantia[g] [scilicet a supremo ipsius,& a suo loco,& a duabus suis partibus, syluestri,& domestica, & eius duo extrema in duas uacuitates, quę sunt in cānis fixæ, ingrediuntur.] † Talus præterea inter crus & calcaneum medius existit; per ipsum.n. melius continuatur, & iunctura inter ea firmatur, & secura fit a dislocatione, & ipse quidem pro certo in medio est positus: licet existiment quidam, quod[h] [ad domesticam sit declinans propter concauitatis tenuitatem.] Ad † talum verò os nauiculare ab anterioribus coniunctionaliter ligatur.[i] [Et hoc quidem nauiculare cum calcaneo posterius cōtinuatur: & anterius cum

a B.& figura eius facta fui figura in lōgum protensa ad anteriora, ut adiuuet ad standum erecte cū appodiatione super ipsum:& creatū fuit ei achmas, idest pars cōcaua planta pedis declinans ad latus domesticū, ut sit declinatio pedis in hora standi,& ꝓpriè in hora deabulationis sit declinans ad partem contrariā parti pedis eleuati, uel cómoti, ut resistat grauitati per id quod oportet, ut firmetur fundamētū super partem firmā causa pedis moti seu eleuati,& ut sit statio æqualis, & etiā ut sit facile appodiare, uel calcare sup res emmē[illegible] absq; magno dolore, & ut pes bene comprehēdat illud uel bene applicetur illi.

† Alias æquales

*alias eminētes

† Chahab.

† .i cubiforme.

b B. appodiatur uel applicatur.

c B. calca. & applicatur.

† Alchahab.

d B. per quod cōpletur & pīicitur achmas.

e B. os nerdi.

† Alchahab.

f B uehementius est techaiban quā alchahab.

† Alchahab.

† Alcahab.

g B. scilicet a postremo ipsius & a posteriori, & a duobus eius lateribus syluestri & domestico.& eius duo extrema in calcaneo in duabus vacuitatib. ingrediuntur rachezan.

h B. ad syluestrē sit declinās propter achmas.

† Alcahab.

i B.& hoc qui-

dē os nauiculare continuatur cū alchahab posteriori, & ab anteriori cum tribus ossibus rasete: & a parte syluestri cū osse alnerdi pdicto. Quòd si volueris uocabis ipsū os singulare vel solitarium.

k B. appodietur vel applicetur.

l B apud alachmas ad partem syluestrē, ut sit cócauatio cócauitatis plãtæ pedis gradata a posteriori versus medium.

cum tribus ossibus rasetæ a patre siluestri. Os uerò grãdinosum est illud, quod, si mauis, uoca os solitarium:] & si volueris, pones quartum ossiū rasetæ. Calcaneus aūt sub† talo positus est durus, rotūdus ad posteriora, vt percussionibus & nocumentis resistere ualeat, & inferius lenificatus, vt melius [k] [calcet,] & pes melius cooperiat illud, super qđ quiescit, quum stat: cuius quantitas magna facta fuit, ut corpus portare queat: & fuit factus triangulatus ad longitudinem: & subtiliando paulatim protenditur donec finiatur, & annihiletur [l] [coram tenuitate ad partem syluestrem, ideo, vt subtilitatis concauitas sit ordinata superius ad suum medium.] Raseta uerò a palmæ raseta est diuersa, quoniam hæc est una acies, & illa duæ acies: & quia eius ossa sunt numeri multum minoris. & in hoc quidē iuuamētum existit; quoniam in palma motus fit plus necessarius, & comprehensio, quam in pede: & maius iuuamentum, quod in pede consistit, est figere. Multiplicare autem diuisiones, & iūcturas in retinendo nocet, & in cooperiendo illud, super quod stat: ꝑpterea quòd prouenit inde laxitas, & apertio multa: quemadmodum, si nulla foret ibi laxitas, noceret; propterea quòd dilatatio æqualis, quæ est conueniens, deesset. Iam enim scitum fuit, quòd circundare, & retinere cum eo, quòd est numeri maioris, [m] † [ ] est melius: & bene stare, & bene posse deferre, cum eo quòd est numeri minoris, & maioris quãtitatis, est melius. Pedis uerò pecten de quinque ossibus fuit creatus, vt cum vnoquoque ipsorum quisque digitorum, qui sunt quinque constituti in una acie, continuetur: quoniam in eis fuit plus firmitudo necessaria, quàm comprehensio, & circūdatio: quod in ossibus manus fuit necessarium. Quisque autem digitus præter pollicem, ex tribus consistit ossibus. Iam de ossibus loquuti fuimus quantum sufficit. Et hæc quidem ossa quū computata fuerint, erunt ducenta, & quadraginta octo: præter sisamina, & præter os, quod lambda literæ grecæ similatur.

m † B. & quantitatis minoris.

SVMMÆ SECVNDÆ.

Doctrinæ quintæ. & est verbum vniuersale de neruis, musculis chordis & ligamentis.

Cap. I.

QVoniam motus voluntarius membris non completur nisi virtute a cerebro, eis mediantibus neruis adueniente: neque erat conueniens, vt nerui ossibus continuarentur: quæ pro certo sunt membrorum mobilium radices in motu propter intentionem primam: quia ossa sunt dura, & nerui sunt subtiles; propterea [a] [misericorditer] egit deus, & ex ossibus rē neruo similem extraxit, quæ [b] [connexio,] & ligamentum vocatur: & ipsam neruo adiunxit: & ex eis rete faciendo, quasi rem unam effecit. Et propterea quòd corpus, quod ex neruo, & ligamento componitur, prorsus fuit subtile: [c] [quoniam corporis nerui augmentum, quum ad mēbrum peruenit, non est tantum, quòd ab ipsius corpore, & grossitie, quum est in sui ortu: remoueatur, tanta longinquitate, de qua sit curandū: quum neruus non consequatur augmentum faciens adipisci corpus eius perueniens ad membra consecutionem longinquam super corpus suum in ortu suo, & sua grossitie consecutionē, de qua sit curandum. & eius corpus quum est eius ortus, est tantum, quantū ipsum cerebri corpus & nucha, & capitis concauitas, & neruorum egressiones tolerare possūt: tunc enim, si neruis membrorū motus affirmaretur, ipsis in sua corporeitate possibili existentibus,] & propriè quū diuiduntur, & patiuntur, & ramificantur in mēbris, & fit illud, quod ex eis uni accidit membro multò subtilius quam radix, & quū a suo principio & ortu elōgatur; esset in hoc corruptio manifesta. Sua igitur sapientia deus ipsum gubernauit, grossitiem ei attribuendo: [d] [quæ prouenit propter corporis ex eis, & ligamento compositi villorum confusionem;] quorum vacuitates carne impleuit: & hoc ipsum panniculo texit; & in ipsius medio perpendicularem sicut [e] [† chorda] de substantia nerui posuit. Et huius summa facta est membrum ex neruo, & [f] [ligamento,] & eorum villis, & carne implente, & panniculo cooperiente compositum. & hoc quidem membrum est musculus: & ipse est, qui quum colligitur, trahit chordam, quæ ex ligamento, & neruo componitur, illa scilicet quæ ab eis ad membri partem transit, & colligitur ad membrum attrahendum, & quum dilatatur, laxatur chorda, & elongatur membrum.

a B. ingeniosè.

b B. hachab.

c B. quū nerui quātitas uel magnitudo nō ultimetur perueniēdo ad membra, vltimitate de qua sit curādū: & sit magnitudo vel quātitas eorum apud ortum ipsorū: secundum ꝙ corpus cerebri, & nucha, & magnitudo capitis & neruorū egressiones tolerare possunt, tunc si causa mot⁹ mēbrorum essent nerui ipsis ī sua magnitudine possibili existētibus.

d B. cum rarificatione, & sparsione corporis cōpositi ex eis, & ligamētis villorum.

e B. mhaur.

† megar.

f B. alhachab.

ANNOTATIONES.

Voluntarij motus instrumenta, Galenus quandoque neruos esse ait, quandoque musculos: sed neruos tamen motricē quidem ipsam vim a cerebro ferre existimat: adiuuari tamen a musculis, ut hoc loco hic author. primum verò initium putat cerebrum, sicut & aliarum omnium actionum animalium, ut 2. de plac. Hippocr. & Plat. At Auerroes Aristotelem æmulatus, sicuti animam principem omnium actionū causam facit, ita primum animæ instrumentum calorem esse naturalem putat: quo ad obeunda omnia anima vtitur. Hūc non in neruis, venis, aut arterijs, sed in musculis putat residere: præsertimq́; in cordis musculo, quem communem caloris fontem, sedemq́; existimat. proptereaq́; musculis, contra quā Galenus, & hic author, voluntarium motum primariò perfici, non autem neruis adminiculari censet: quum musculi aptiorem sedem calori naturali præstent, quàm non nerui solū, sed partes aliæ quæuis. Cerebrum uerò & neruos Aristotelem sequutus naturali ipsi calori temperando facere existimat. Hæc uerò bis ferè probat Auerr. 2. Coll. Ac primum, quòd anima actionum omnium effectrix sit causa, non cerebrum, aut pars alia quæpiam; eo probat, quoniā in motu omni deueniendum est ad unum, quod moueat, & non moueatur, ex 8. phys. hoc uerò mouens & non motum, si neruum esse dixeris, a quo musculus mouetur, & a musculo postmodū manus, aut pars alia; tunc de neruo rursum erit dubitatio, an ex principio illi innato, & ex se musculum moueat: an ex aliena ui. si ex innato sibi principio; hoc corpus esse non potest. motrix enim facultas corpus non est: si ex alieno, de eodem quæretur, ut prius, & erit processus in infinitum. statuendum ergo vim mouentem uoluntario motu non esse corpus. neque ergo neruus uim mouendi musculis præbet; sed anima. At uero animæ primum instrumentum calor est naturalis: hic autem in corde residet: actio ergo animæ omnis, & uoluntarius motus a corde prouenit. Huiusq́; rei id indicium est, quòd ubi quis ambulat, calescit, ac si hic inter ambulandum subito metu terreatur, tremunt statim crura, aut collabitur; ob caloris

scilicet

Vide Disquisitiones Physiologicas Costęi car. 432. vsque ad 453.

Cap. 8.

Cap. 18

ſcilicet & motricis facultatis retractionem ad cor. ſtatuendum ergo motus principium in corde, non in cerebro, ut Galenus ſentit. Adde, quòd, ex ipſius etiam Galeni ſententia, voluntariæ actionis facultas in corde reſidet, nempè (ita.n. velle Auerroem putamus) qui reſpirationem, ui à corde delata obiri putat, quam uoluntariam eſſe ipſe tuetur, 2. de motu muſc. At animalia non niſi uoluntaria motione mouentur. motus ergo uoluntarij initium eſt cor. Quamobrem, quũ & caloris innati, & motricis facultatis fons cor ipſum ſit, uidendum eſt modò, quod ſit motionis inſtrumentũ. Sanè hoc munus neruis aſcribi non põt, quum ij frigidi ſint, & caloris omnis expertes, (actiones verò antea diximus obiri per calorem innatum, primũ animæ inſtrumentum) proptereaq́; inepti, vt in ijs calor innatus reſideat, non etiam uenis, quãdo hæ alimentum corpori diſtribuunt, nutritio uerò quiete fit non motu. neque etiam arterijs, quum motus pulſationis, qui per has obitur, uoluntarius non ſit. ſupereſt ergo, ut muſculi, qui eorum compoſitionis gratia calori naturali ſuſcipiendo aptiſſimi ſunt, nempe qui ex ſimplici carne, & neruis conſtructi fuere: motus uoluntarij inſtrumenta dicantur, non nerui: ita uidelicet, ut cordis muſculo communi motus uoluntarij, cęteris uerò particularium motuum facultas inſit, ſitq́; propterea neruorum vſus propter muſculos, ad eorum. ſ. calorem temperandum; non aũt contra muſculi ſint propter neruos. Hæc ergo Auerroes de uoluntario motu aduerſus Galenum ſcripſiſſe nobis uidetur. Cæterùm ad hæc, ſi pro Galeno & Auicenna liceat reſpondere, fortaſſe iri obuiam Auerroi poſſet in hunc modum. Admiſſo ꝙ anima actionum omnium ſit author, (neque enim quum neruis mouendi uim aſſignat Galenus, hanc omnino facultatẽ ineſſe ijs putat præter animam) quũ naturalem calorem animæ eſſe inſtrumentum dicis, fatemur: ſed præter hunc ſunt etiã ſpiritus, qui, quod ad ſenſum & motum facit, ſunt animales. hos verò fluere à cerebro dicimus, non à corde: ita, ut ratio non ſequatur. ſi caloris ſedes cor eſt, mouendi ergo potentia eidem inerit. Sicuti neque id admittimus, quum ais, ex ambulatione caleſcere animal, hoc uerò, ſi ſubito metu corripiatur, collabi vel tremere, ob caloris ad cor ipſum reuocationem. Et ſi enim ex metu calor ad cor, atque interna ipſa uiſcera retrahitur, caloris tamẽ retractio proxima caſus aut tremoris cauſa non eſt; quin, cum calore ſimul trahuntur ſpiritus ab externis partibus ad interna eorum principia propter terrorem: uitales ad cor; & animales ad cerebrum: atque hac ratione exhauſtis extremarum partium neruis ſpirituum copia, caſus ſequitur. Neque id uerò Galenus aſſerit voluntariam uim cordi ineſſe. imo, etſi reſpirationem, uoluntariam cenſet actionem, & cordis eſſe functionem, fieri tamen eam non ſine neruis concedit: fluereq́; propterea mouẽdi potentiam à cerebro per neruos exiſtimat. De motus uerò inſtrumentis: non difficile eſt Auerrois rationi occurrere. Et ſi enim actionum animæ primarium inſtrumentum eſt calor, qui tamen, ut diximus, non ſine ſpiritibus aptus eſt: & quamuis nerui pręterea ex Galeni quoque ſententia, ſi ad alias multas partes contuleris, frigidi ſint, non ſunt tamẽ nerui actu frigidi, aut caloris prorſus expertes, ut Auerroes ait, quando nihil in uiuente corpore prorſus eſt frigidũ. Quare nihil obſtat, vt neruis innatum calidum reſideat; ac nerui propterea mouendi primum ſolidum inſtrumentum ſint. his verò tuendis muſculos procreatos eſſe dicimus. non ꝙ muſculorum gratia ſint nerui, vt ait Auer. ſed contra neruorũ cauſa muſculi facti ſunt, qui cum neruis immiſti motionum demum ſunt inſtrumenta. Hæc forte ad Auerrois rationes dici poſſent, licet non ignoremus, non difficulter & Auerrois & Ariſtotelis ſententiam poſſe ſuſtineri. Pro ijs uerò, quæ hic author de ligamentis, tendone, & muſculis ſubiungit, quid hæc ſingula ſint, & quo differant, pete Galenum primo de motu muſculorum.

cap.6.

cap.1.2.& 3.

De anatomia muſculorum mouentium, qui ſunt in facie. Cap. 2.

EX eo, quod ſcitur, eſt, quòd muſculi faciei ſunt ſecundum numerum membrorũ mobilium. quæ ſunt in facie. membra autem mobilia, quæ ſunt in facie, ſunt frons: & oculi, & palpebræ ſuperiores: & maxilla [a] [in communitate] cum labijs: & labia ſola: & duæ narium extremitates, & mandibula inferior.

a B. ſuperior uel pomus maxillaris cũ communitate.

De anatom. muſculorum frontis. Cap. 3.

FRons autem per muſculum tenuem dilatatum pannicularem mouetur, qui ſub cute frontis dilatatur. & cum ipſa adeo miſcetur, donec ſit quaſi eſſentię cutis pars. & fiat impoſſibile ipſum ab eo excoriari: & membro quidẽ, q̃d per ipſum mouetur, abſque chorda obuiat: quoniam illud, quod per ipſum mouetur, eſt cutis dilatata leuis: & mouere tale, quale ipſum eſt, per chordam non eſt bonum. Et huius quidem muſculi motu eleuantur ſupercilia. Et eſt etiam quum ad claudendum oculum iuuant [a] [propter ſuarum virtutum dimiſſionem, & ſui laxitatem.]

a B. iuuat cum mollificatione ipſius. Antiq. cum ſua mollificatione, & dimiſſione.

De anat. muſculorum oculi. Cap. 4.

MVſculi verò oculum mouentes ſunt ſex: quorum quatuor in quatuor eius lateribus, conſiſtũt, ſurſum, & deorſum, & duo[a] [† angulares.] vnuſquiſque enim ipſorum ad ſuam partem mouet. & ſunt duo muſculi ex tranſuerſo incedentes, qui ſecundum rotũditatem mouent. Ab oculo verò poſterius eſt muſculus, qui neruum concauum, quem poſt nominabimus, ſuſtentat, propterea quòd cum eo miſcetur, & continuatur, & [b] [eleuat] ipſum, & prohibet ipſum à laxitate, ex qua prouenit [c] [† prolapſus] propterea quòd retinet ipſum quum intente intuetur. Et huius quidem muſculi panniculis ligamentalibus accidit[d] [ex diuiſione:] vnde in eius eſſe ad dubietatem peruenitur. Sunt namq; ex anatomicis, qui tenent, quòd eſt vnus muſculus: & ſunt ex eis, qui duo; & ſunt ex eis, qui tres quocunque tamen modo ſit, eius caput vnum exiſtit.

a B almachin. † almechent.

b B & fortificat

c B. almhagiat. † Alhod.

d B ex ramificatione. Alia litera. ramificatio.

De anat. muſculorum palpebræ. Cap. 5.

HArum verò inferior, motu non indiget. in tẽtio nanque prouenit, & completur motu ſuperioris ſolum: & eo completur oculi clauſura, & aſpectus, qui fit intente. Voluntas enim Dei fuit, vt inſtrumenta quanto plus poſſibile fuerint, ſint pauciora, quum nõ prouenerit impedimentum: quoniam in multiplicatione eorum prouenit ex nocumentis illud, quod eſt ſcitum. Et poſſibile quidem erat, vt palpebra ſuperior quieta maneret, & inferior eſſet mobilis, Sed factoris volũtas eſt, vt operationes ſuis approximent principijs: & cauſas ad ſuos fines eleuet tẽperatiori via, & rectiori ſemita. Superior autem palpebra neruorũ origini propinquior exiſtit: vnde nerui quum ad ipſam tẽdunt, reflexione, & reuolutione non indigent: & quia palpebra

pebra

a B. neruus.

† Aliàs. & si cũ palpebrę medio continuaretur, cooperiret pupillã, cum ad ipsam eleuaretur.

b B.almachia.
† almecheni.

c B. ciliorum.

pebra superior duobus indiget motibus, eleuationis, quũ aperitur oculus: & depressionis, quũ clauditur: & clausura indiget musculo trahēte ad inferiora: propterea ei fuit necessarium; vt[a] [musculus] ei adueniret ad inferiora declinans, & impellens. Et si vnus fuisset: tunc impossibile foret, vt continuaretur, nisi aut cum extremitate palpebræ: aut cum ipsius medio: † Et si cũ palpebrę medio cõtinuaretur, cooperiret pupillã, quum ad ipsum eleuaretur. Et si cum extremitate palpebræ continuaretur, non continuaretur nisi cum extremitate vna: & non proueniret palpebrę coopertura equaliter, sed trãsuersaretur, quia clausura in parte, vbi etiã chorda, constringeretur primo: & ab alia debilitaretur parte: & coopertura nõ esset equalis: sed similis esset coopertură palpebræ hominis torturam patientis: propter hoc ei non vnus creatus fuit musculus: sed duo, qui à partibus duorum[b] [† angulorũ] nascentes palpebram ad inferiora simili deponunt attractione. In apertione autem palpebræ vnus sufficiebat musculus, qui ad medium perueniret palpebræ, & eius chordæ extremitas super palpebræ dilataretur extremitatē: & quum contraheretur, aperiretur: & propterea ad hoc vnus creatus fuit, qui secundum rectitudinem inter duos descendit panniculos, & dilatatur, & continuatur cum corpore cartilagini simili: & expanditur sub pilorum[c] [palbebræ] origine.

d B.alchad.

De anat.[d] [*musculorum maxillæ,*] *Cap. 6.*

a B.alchad.

b B. qui sequitur motũ alterius membri, est musculus.

c B.extremitatibus.

d † B.alcharan.

e B.superius.

† smeniis.

MAxilla[a]] duos habet motus, vnus est sequens motum mandibulę inferioris. & alter est ei cum labio communis. Motus autem causa, [b] [quæ habet motum alterius membri sequentem, sunt musculi] illius membri. Et motus, quem cum alio membro habet communẽ; causa, est musculus, qui est ipsius, & illius alterius communiter. Et iste quidem musculus in vnaquaque maxillarum gena vnus existit latus, qui & hoc nomine scitur. Vnusquisque autem eorum, ex quatuor compositus est partibus: quoniam villus à quatuor ei aduenit locis. Vnius origo est ex furcula, cuius fines cum[c] [extremitate] labiorum ad inferiora continuantur, & trahunt os inferius ex trãsuerso. Et secundi origo existit inter thoracem, & furculam à duab. partibus; & ipsorum villi transuersi protenduntur: & ille, qui à dextris oritur, cum eo, qui à sinistris nascitur, transuersando iungitur & penetrat. Et continuatur ille, qui nascitur à dextris cum inferiori parte extremitatis sinistrę labij. & ille, q̃ a sinistris nascitur, econtra. Quum villus iste colligitur, angustat os, & ipsum ad anteriora protrahit, sicut in bursa efficit corrigia, quę bursam claudit. Et tertius oritur ab osse[d] † [ ] quod rostro corui in spatula similatur, & continuatur[e] [inferius] continuitate illius musculi, & trahit labium in duas partes attractione simili. Et quartus oritur a † processibus colli, & transit circa terminos aurium, & continuatur cum fine maxillę, & mouet maxillam motu manifesto, quem sequitur labium; & fortasse ualde approximatur loco, vbi est auris ingressus, in plerisque hominibus; & cõtinuatur cum ea, & mouet aurem.

ANNOTATIONES.

Partes superiores inter nasum & aures, malæ, priscis etiam genæ dicuntur, vt legitur in introduct. seu med. sed moueri eas à lato musculo, lege 4. de locis affect. de affectib. facici. & pro genarum motu, formatione, & progressu leg. 11. de vsu partium. de lato musculo buccam mouente lege lib. de dissect. venarum. & de musculorum dissect. Licèt verò aures hominis non moueri, aut obscure moueri legatur 11. de vsu partium. tamen musculos buccarum aures trahere dixit Galenus 11. de vsu partium. & 4. de anato. admi. & uisi aliqui nostra tempestate sunt, qui aures instar brutorum, varijs motibus mouerent, quum vellēt. id quod fortè horum musculorum actioni ascribendum est.

cap. 2.
cap. 4. 5. & 16.
Cap. 5.
cap. 6.
Cap. 2.
cap. 16.
cap. 17.

De anat. musculorum labiorum. Cap. 7.

EX musculis verò labij, sũt illi, quos diximus, ei, & maxillæ cõmunes esse. Et ex musculis eius sunt, qui sunt ipsius proprij; & sunt musculi quatuor. par vnum aduenit ei a superiori in rectitudine duarum genarum maxillarũ, & cõtinuatur propè ipsius extremitatem; & duo ab inferiori. Et hi quidem quatuor ad hoc, vt solũ labium moueatur, sufficiunt; vnaquęq; .n. pars eorum, quũ mouetur, ad partem illam mouet. Quumq; duo ad duas mouentur partes, ad duas dilatantur partes. Adsunt igitur ei secundum complementum motus ad quatuor partes, neque vllum habet motum nisi istos. In his igitur quatuor adest ei sufficientia. Et isti quidem quatuor musculi, & [a] [summa] musculorũ cõmuniũ cum corpore labij miscentũr: taliter quòd sensus a substantia labij prima ipsos discernere non valet, propterea quòd labium est membrũ molle, carneum, os non habens.

a B. extremitates.

De anato. musculorum nasi. Cap. 8.

CVm extremitate verò leporis duo parui cõtinuantur musculi fortes. paruitas autem existit, ne super alios musculos plus necessarios coangustatio fiat; quoniam membrorum maxillæ, & labij motiones plures sunt numero: & frequentius fiunt; & perseuerant plus; & plus sunt necessarię, quã motus extremitatis leporis. Fortes autem creati fuerunt, vt eorum fortitudine illud, quod ei defuit propter ossis defectum, emendetur; quorum aduentus est a parte genæ maxillæ; & miscetur prius cum villis pomi maxillæ. non autem a parte genæ maxillę adductę fuerunt, nisi vt ipsum ad eum moueant.

De anatomia musculorum mandibularum superioris, & inferioris. Cap. 9.

MAndibulę inferiori, absque mandibula superiori motus propriè attributus fuit propter iuuamenta. ex quibus est, quòd leuioris motus est melior. & ex eis est, [a] [quod dimittere ad mouendum superiorem membra nobilia comprehendentem; ideo quòd motus in ipsis nocumētum efficitur; est dignius, & salubrius.] & ex eis etiam est, quod si superior mandibula tali modo esset, ut ipsius motus facilis foret, non fieret iunctura, quę est inter ipsam, & caput,

a B. q̃ motus eorum quæ uacua sunt a comprehensione & circuitione, uel uicinitate mẽbrorũ nobiliũ, quib. nocet motus est dignior, & salubrior.

caput,firma: ptērea in mandibula inferiori motus plures quàm tres nō fuere necessarij: motus aperiendi os.s.& claudēdi ipsum, & motus masticandi & molendi. Aperiens autem,mandibulam ad inferiora descendere facit:& claudēs,ipsam eleuat, et molens,ipsam circuire facit,& ad duas partes declinare. Manifestum est igitur, ꝙ oportet, vt motus claudendi sit per musculos, qui a superioribus descendunt,& ad superiora retrahuntur:& aperiendi,e contrario,& molendi,cum transuersione. Quapropter ad claudendum duo creati fuerunt musculi,qui duo temporis musculi vocantur. Ipsorum verò quantitates in homine paruæ factæ fuerunt: quoniam membrum,quod per eos mouetur, in homine paruæ existit quātitatis, in medio vacuitates habens:& est in pondere leue. Nanque motus,qui huic accidunt membro,per hos duos venientes musculos magis sunt leues: in cæteris autem animalibus inferior mandibula est maior, & grauior,quàm sit in homine:vnde per eos moueri in motu mordendi;& res comedendi duras: & incidendi;& eradicandi,est difficilius. Et hi quidem musculi duo sunt molles,propterea quòd iuxta principium existunt, quod est cerebrum, quod est corpus in vltimo molle: neque est inter ipsos,& cerebrum,nisi vnum os. Vnde tum propter hoc:tum propter illud, quod timetur ex societate cerebri cum eis,in nocumētis si accideret:& in doloribus si euenirent:adeo quòd ille,cui accidissent, inde ad phrenesim perueniret;& ad eas,quæ sunt similes eis ex ægritudinibus;sepeliuit eos creator apud ipsorū originē, & egressionem à cerebro in [b] [osse paris:]& ipsos penetrare fecit ī coopertura,quæ similis est canali:& est composita ex duobus ossibus [c] [paris:& tortuositas foraminum,] per quæ transit, quæ cum eis vadunt eorum vestientes extrema magno spatio, donec par pertrāseant,vt eorum substantia paulatim induretur,& à loco,vbi orti fuerunt,paulatim elongentur: Vnicuiq; autē duorum horum musculorum magna generatur chorda,quæ super mandibulæ inferioris incedit extremitatē,& ipsam,quum contrahitur, eleuat. Et hi quidem duo musculi ab alijs duob. adiuti fuerunt musculis, qui [d] [in inferioribus buccę] incedentes,ad mandibulam descendunt inferiorem in fornice; quoniam in eleuando graue,est necessarium ipsum ingeniosè regere, & solicitari pro ipso,qualiter plus habeant fortitudinis. Et chorda etiam,quę ex istis duob. nascitur musculis, ex ipsorum oritur medietate, non ex eorum extremitatibus,propter firmitudinem,& chordę duæ nascentes ex istis duobus musculis procedunt ex medio eorum: & nō ex eorum extremitatibus propter firmitudinem. Musculorum verò aperiendi, & mandibulā descēdere facientium villi ex additamentis nascūtur [e] [†ad uacuum similitudinē,quæ retro post aures creata fuerunt,descendunt,& vniūtur: & fiunt vnus musculus:] post separantur, & fiunt chorda,vt firmitudinem augeāt: deinde iterum rarificatur,& carne repletur, & fit musculus, [f] [ ]ne propter sui tensionem ad nocumēta recipienda sit præparata: deinde mandibulæ reflexio mento obuiat: &,quum contrahitur, trahit mandibulam retro, & descendit procul-

b B. duobus ossibus paribus.
c B. paribus & ex tortuositate foraminum.
d B. intra os.
e B. & alaberiæ quæ sunt post aures,descēdūt, & fit unus musculus.
f † B. qui denominatur musculus reiteratus.

dubio; & propterea quòd naturalis grauitas in descendendo adiuuat,duo suffecerunt, neque adiutorio eguerunt. Masticandi verò musculi sunt duo, ab vnaquaq; enim parte vni musculo triangulato;quum eius caput positū fuerit,triāgulus,qui ex suis angulis in [g] [facie] consistit, duo protenduntur latera: vnum ad mandibulā descendit inferiorem;& alterū ad partem paris ascendit.& inter ea basis continuatur recta, & [h] [miscetur]quisque angulus ei,quod ante ipsū existit:propterea,vt musculus iste diuersas in cōtrahendo habeat partes: & non fit ei motus æqualiter:sed diuersis possit inclinari inclinationib.ideo, vt per eas molitio,& masticatio compleatur.

g B. gena.
h B. & applicatur.

De anat.musculorum capitis. Cap. 10.

Caput motus habet proprios, & motus cū quinque colli spondylibus communes,per quos est motus compositus ex declinatione capitis,& declinatione colli simul. Vnusquisque verò duorum motuum.s.proprius,& communis,aut erit curuans anterius, aut curuans posterius,aut inclinans ad dextram,aut sinistram. Et inter ipsos quidem secundum circundandi formam,motus generatur conuersionis. Musculi autem,qui caput ad inferiora propriè curuant, sunt duo musculi,qui a duabus descendunt partib.qui cum villis suis miscentur retro post aures à superioribus,& ab osse thoracis ab inferioribus,& eleuantur sicut continui. [a] [Est etiam, quum quidam existimāt,quòd sint tres musculi:duo nanque vnius eorum extrema ramificantur,& duo capita fiunt eis. Quūq; vnus eorum mouetur,caput ad inferiora curuatur.& quum ambo mouentur,caput ad interiora temperatè curuatur.] Musculi verò,qui caput,& collum simul anterius curuāt,sunt par sub † gula positū, quod ad partem spōdylis primæ & secundæ vadit:& cum eis miscetur. Quumque pars ipsius, quæ est ad partem † gulę contrahitur,curuatur caput solum:& si pars cum duabus spondylibus continuata[b] [operatur,]curuat ad anteriora ēt collum. Sed musculi qui solum caput ad posteriora curuant, quatuor sunt paria sub paribus quæ nominauimus posita. Et horū quidem parium origo supra iuncturam existit: & ex eis ēt sunt,quæ ad† processus perueniunt.& ipsorum origo est longinquior medietate,quæ est posterius:& sunt ex eis qui ad alas perueniunt,quorū origo est [c][a medio. Ex istis sunt par,ad ꝙ duas primæ spondylis alas peruenit super par, quod ad secundum peruenit†processum:& par cuius villus ex ala primæ oritur: & vadit ad † processum secundum. Et eius quidem proprietas est, vt capitis declinationem,quū ipsum curuatur, ad naturalem eleuet dispositionem sui transuersione. Et ex eis est par quartum,quod à superioribus incipiens penetrat sub tertio cum trāsuersione ad partem syluestrē, & comitatur primæ spondylis alam. Duo prima paria caput posterius sine declinatione,aut cū declinatione valde parua curuant. Et tertium,declinationis rectificat torturam. Et quartum, transuersione manifesta ad posteriora curuat, & quicunque tertij,& quarti solus declinauerit,inclinabit caput

a B Et fortasse existimāt quidā ꝙ ambo sit musculus unus, & fortasse existimāt ꝙ sint duo & fortasse quòd sint tres musculi,quoniam extremitas cuiusq. eorum ramificatur,& fit habēs duo capita. Quūque mouetur unus eorū, curuatur caput ad anteriora declinando ad partem cuiusq eorum. Et quum ambo mouētur, caput mouetur ad anteriora æqualiter.
b B. cōtrahitur.
† meri.
† meri.
† simenia.
c B ad mediū.
† simenium.
† simenium.

put ad ſuam partem. Et quũ ambo retrahentur, mouebitur caput ad poſteriora conuerſum abſque declinatione. Muſculi uerò, qui caput cũ collo curuant, ſunt paria tria profunda, & par vnum cooperiẽs. vnumquodq; impar eorũ eſt triangulus, cuius baſis eſt poſterius os cerebri: & quod ex ea remanet, ad collum deſcẽdit, ſed trium parium ſub eo expanſorũ: vnũ ſuper duo latera ſpondylium deſcendit: & aliud multũ declinat ad alas: & aliud per medium tranſit inter duo ſpondylium latera, & duo extrema alarũ. Muſculi aũt, qui caput ad duo inclinant latera, ſunt duo paria capitis iuncturã concomitãtia. Vnius paris eorum locus eſt anterius, & ipſum eſt, quod inter caput & ſpondylem cõtinuat ſecundam, cuius vnum impar eſt ad dexterã: & alterum ad ſiniſtram: & par ſecundum eorũ eſt, cuius locus eſt poſterius: & coniungit inter ſpõdylem primam, & caput: cuius vnum impar incedit a dextra, & alterum a ſiniſtra: & quodcunque vnum ex iſtis d † [ ] contrahetur, caput declinabit ad partem ipſius cum trãſuerſione. Et quicunque duo ab una parte contrahentur, declinabit ad eos caput abſq; trãſuerſione. ꝙ ſi anteriores mouebuntur, iuuabunt in curuãdo caput ad inferiora: & ſi poſteriores mouebuntur, reducent caput ad poſteriora. Et ſi omnes quatuor ſimul mouebuntur, ſtabit caput rectè. Et hi quidẽ quatuor muſculi alijs muſculis ſunt minores. Veruntamen eis, locorum ipſorum bonitate: & quia ſub alijs deſcẽdũt muſculis, reſtauratum fuit, quantũ alij per magnitudinem habent. Iuncturæ præterea capitis duę res neceſſariæ fuere, quibus duæ intentiones cõtrariæ erant opportunę. Vna eſt firmitudo, & hęc quidem pendet ex affirmãda iunctura: & ut parum motib. obediat. Et altera eſt multitudo numeri motuum: & hęc pendet ex facilitate iuncturarum, & laxatione earũ. Factum eſt igitur, ut e [iuncturarum laxitas pertranſiret complementum firmitudinis,] quę propter muſculos multos, qui ſunt cingentes eas, & circũdantes, acquiritur. Duæ igitur intentiones ei acquiſitæ fuerunt, vnde deus omnibus factoribus melior ſit benedictus.

d B. quatuor.

e B. tutamẽ iũcturæ laxę cum complemẽto firmitudinis.

De anatom. laryngis, ſeu epiglottidis. Cap. II.

EPiglottis eſt membrũ cartilaginoſum, creatum, vt vocis ſit inſtrumentum: quod quidem ex tribus compoſitum eſt cartilaginibus. Vna eſt cartilago, a [quam ſenſus comprehendit] coram gula, & ſub mento; quæ vocatur peltalis, & clypealis, quoniam eius venter eſt cõcauus, & dorſum gibboſum peltę ſimilis, & b [clypeo parum eius.] Et ſecũda eſt cartilago poſt illam poſita ad partẽ colli cum ea ligata, & vocatur ea, quæ nomen non habet. Et tertia eſt ſuper illas cooperiens, quæ cum ea, quę nomẽ nõ habet, continuatur, & obuiat peltali abſq; cõtinuitate: & inter ipſam & illam, quæ nomen nõ hẽt, eſt iunctura dupla propter duas vacuitates, quæ ſunt in ipſa, in quas duo additamẽta c † [ ] non habentia nomẽ decenter ingrediuntur cum eis ligamentis cõnexa: & uocatur coopertorialis, & † cymbalaris. Et propterea ꝙ peltalis quandoque adiungitur non habenti nomẽ:

a B. quã tactus & ſenſus cõprehendunt.

b B. & clypeo cuidam.

c † B. ex ea.

† .i. arytænoides cartilago.

& quandoque elongatur ab ea, eſt epiglottidis amplitudo, & eius coanguſtatio. Et propterea ꝙ cymbalaris cooperit clypealem, & ipſam comitatur, & propterea quod ab ea ſeparatur: eſt epiglottidis apertio, & clauſio ipſius. Vbi autẽ eſt epiglottis, & coram ipſa, eſt ꝗ os triangulatum lambda vocatum: quod lambda græcam literã ſignificat: & eſt ita. Λ. In creando uero os huiuſmodi exiſtit iuuamentum, ut ſit origo & principium, ex quo uilli muſculorũ epiglottidis oriuntur. Epiglottidis preterea muſculi fuere neceſſarij, qui clypealẽ, nomen non habenti applicent, & muſculi, qui cymbalarem applicẽt ipſis, & eas cum ea cooperiãt: & muſculi, qui cymbalarem ab alijs duabus elongẽt, ut epiglottis aperiatur. Ex muſculis verò epiglottin aperientib. eſt par, quod ab oſſe lambda naſcitur, & uadit ad anteriora peltalis, & continuatur, & expanditur ſuper ipſam; & quum contrahitur, trahit cymbalarem ad anteriora, & d [ad inferiora,] & dilatatur epiglottis: & par, qđ numeratur inter muſculos gulæ ad inferiora trahentes: & nobis quidem videtur vt ipſum numeretur inter eos, qui inter eas ſunt cõmunes: cuius origo eſt interius in thorace, & vadit ad peltalem. Ei verò in multorum animaliũ motu aliud aſſociatur par, & duo paria, quorum vnum ad cymbalarẽ peruenit poſterius: & continuatur cũ ea: quumque contrahuntur, cymbalarem eleuant, & eam ad poſteriora trahũt, & ſeparatur ab applicatione ſui cũ peltali, & dilatatur epiglottis. Et alterius paris muſculi ad duos cymbalaris margines ueniũt: qui, quũ contrahuntur, ipſã a peltali ſeparant, & in latitudinem extẽdunt, & in dilatando epiglottim adiuuant. Ex muſculis aũt, qui epiglottim coanguſtant; eſt par, quod a parte lambda venit, & continuatur cum peltali. poſtea dilatatur & cingitur ſuper illam, quę nõ habet nomen: donec duo extrema duorum imparium ipſius poſt illam, quę nomen non habet, vniantur, & quum contrahitur, coanguſtat. Et ex eis ſunt quatuor muſculi & fortaſſe exiſtimatur, ꝙ ſint duo muſculi dupli continuantes peltalis extremitates cum extremitatib. eius, quæ nomen non habet; qui, quũ contrahuntur, inferiora epiglottidis coanguſtant. Et ſunt, qui exiſtimant, ꝙ vnum par ipſorum ſit occultum, & alterum manifeſtum. Ex ſitibus uerò muſculorum, qui claudunt, melior fuit, ut in inferioribus epiglottidis creati fuiſſent, ita ut, quũ contrahuntur, cymbalarẽ ad inferiora traherẽt, & eã claudendo cooperire facerent: & pp hoc par creati fuerunt, quod de radice peltalis naſcitur, & eleuatur ĩterius ad duo cymbalaris extrema, & ad radicem eius, quæ nomen non habet a dextra, & a ſiniſtra: & quũ contrahuntur, iuncturã ſtringunt, & epiglottim tali clauſura claudunt, quæ muſculos pectoris & diaphragmatis refrenare ualeat in prohibendo aeris attractionẽ. Qui quidem parui creati fuerunt, ne in interioribus epiglottidis coanguſtationem facerent: & fortes fuerunt creati, ut eorum fortitudinẽ, quum impediti fuerint in claudendo epiglottim, & prohibẽdo aeris attractionem, defectus multus corrigatur, qui eis ex paruitate aduenit: & ipſorum uia eſt ſecundum rectitudinem aſcendentium cum declinatione parua, propter

d B. ſuperius.

quam

quam sit continuatio conueniens inter peltalē, & non habentem nomen. Et est etiam, quū duo inueniuntur musculi sub cymbalari positi, qui hoc prædictum par iuuant.

a B. alhalcum, & de anatomia albalch.

De anat. musculorum [a] *gutturis. Cap. 12.*

GVttur in summa duo habet paria, quę ipsū ad inferiora trahunt: vnum eorum est par, quod iā ī capitulo epiglottidis nominauimus: & alterum est par etiā ex thorace nascens, quod eleuatur, & cum lambda continuatur primò, postea cum gutture: & trahit ipsum ad inferiora: gutturis verò musculi sūt duo musculi [b] [gutturosi,] qui sunt duo musculi apud gulam positi in transglutiendo adiuuantes.

b B. amigdalarum.

† lamda.

De anat. musculorum † yoidis. Cap. 13.

LAmbda verò musculos habet, qui sibi sunt proprij; & musculos, in quibus aliud membrum cum ipso communicat. Sed qui lambda sunt proprij, tria sunt paria: vnū par venit à duobus mandibulę marginibus, & cum linea recta, quæ super hoc os existit, continuatur: & ipsum est, quod ipsum ad mandibulam trahit: & par, quod oritur sub mento, & incedit inferius sub lingua ad linguam, & ad extremitatem superiorem huius ossis: & istud etiam trahit hoc os ad partem mandibulę. Et aliud par oritur ex additamentis [a] [sisaminis,] quæ sunt apud aures, & cōtinuatur cū extremitate inferiore lineæ rectę super hoc os. Illi verò quos habet cum alijs communes: iam nominati sunt, & nominabuntur.

a B. schemiæ. Aliàs sagittarij.

De anat. musculorum linguæ. Cap. 14.

MVsculi verò linguam mouentes sunt nouem. Duo sunt latitudinales ab additamentis [a] [sisaminis] venientes, & cum duobus ipsius lateribus continuantur: Et duo longitudinales a supremo ossis lambda nascentes: qui cum medio linguæ continuantur: Et duo, qui eam in transuerso mouent: & nascuntur a latere, quod est inferius ex duobus ossis lambda lateribus, & penetrant in linguam inter longitudinales & latitudinales: Et duo musculi linguā resupinantes, & conuertentes eam; quorum loca sub istorū locis, quos nominabimus, existunt & ipsorum villi iam expansi fuerunt sub eis in latitudine, & cum toto osse mandibulæ continuati fuerūt. In summa præterea musculorum linguæ nominauerunt quidam, musculum solitarium, qui inter linguam, & os lambda continuat, & vnum ad aliud trahit; nec est longè, quin musculus, qui linguam ad exteriora in lōgitudinē mouet, moueat eam sic. Inest enim ei vt in extēsione in seipsa moueatur, quemadmodum inest ei, vt [b] [in curtatione] in seipsa moueatur.

a B. alshemie uel alaberie.

b B. in curtatione vel coarctatione & spasmatione.

ANNOTATIONES.

De musculis linguæ Galenus plura lib. de dissect. musc. & 11. de vsu par. adnotauit. is tamen quibusnam musculis lingua extra os exeratur, non vidit. sicut neque author lib. de anatom. viuorum. Recentiores tamen nouem ijs musculis, quos alij norunt: duos quosdam tertio, & quarto loco ponunt, quorum exortum esse aiunt in medio mento, si quis diligenter inspiciat, vbi videlicet duæ sunt asperitates, quæ recta ad linguæ radicem proficiscuntur. atque ipsos quidem musculos esse aiunt teretes: eorum verò fibras, rectas.

Cap. 14. Cap. 10. Cap. 6.

De anat. musculorum colli. Cap. 15.

MVsculi, qui collum mouent, sunt duo paria: vnum par a dextra, & alterum a sinistra: sed quicunque eorum solus cōtrahetur, collum ad suam partem transuersè trahet: & quicūque duorum eorū, qui sunt ab vna parte simul contrahentur, inclinabitur collum rectum in parte illa, non cum trāsuersione; immo cum rectitudine. Et quum omnium quatuor simul erit operatio, stabit collum [a] † [ ] absque declinatione aliqua.

a † B. erectum.

De anat. musculorum pectoris. Cap. 16.

MVsculorum, qui pectus mouent, quidam sunt, qui tantum dilatant ipsum, & non constringūt, [a] [ex quibus sunt musculi diaphragmatis inter membra aerem attrahendi: & membra nutrimenti distinguentis, quod] postea nominabimus. Et par sub furcula positum a parte nascitur, quę ad caput protēditur spatulę; quod postea nominabimus: & est cōtinuum cum costa prima a dextra, & sinistra: & cum ipso vnitur par vnum, cuius vnumquodq; impar est, duplās ipsum, & faciens ipsum duas partes: quarum superior cum collo continuatur. & ipsum mouet & inferior earum mouet pectus & miscetur cū musculo eius, quem nūc nominabimus; & ipse est ille, qui est cōtinuus cum costa quinta, & sexta. Et par, quod est in loco spatulę concauo infusum, & cū quo par continuatur, quod a spondylib. ad spatulam descendit; & fiunt sicut musculus vnus: & cum costis continuantur posterioribus. Et par tertium, quod nascitur [b] [a sexta] spondylium colli: & a prima, & secunda spōdylium pectoris: & cōtinuatur cum costis thoracis. Isti sunt musculi dilatantes. Musculorum verò pectus constringentium, alij sunt, qui pectus [c] [in latitudine] constringunt, & est diaphragma; quum quiescit. Alij sunt, qui secundum essentiam. Et ex istis est par, quod sub radicibus costarum superiorum est extensum, cuius operatio est stringere & aggregare. Et ex eis est par apud extremitates istius cum thorace, vel adhærens thoraci, inter epiglottale & furculam continuatum: & continuatur cum musculis vētris, qui sunt recti. Et alia duo paria, quæ ipsum [d] [cooperiunt.] Musculi verò, qui simul constringūt & dilatant, sunt musculi, qui sunt inter costas: veruntamen perscrutatione in considerando cognoscitur, quòd constringentes alij sunt a dilatātibus. Inter omnes enim duas costas sunt ex eis quatuor pro certo musculi: licèt quidam existimēt, quòd sit vnus musculus. Et hic quidem, quem vnum existimant musculum, ex villis cōtextus est transuersis: quorum quidam sunt intrinseci: quidam, qui cooperiunt. Eorum, qui cooperiūt, quidam sunt, qui sunt ad partem extremitatis cartilaginosę costæ. & quidam sunt,

a B. & ex eis sunt qui cōstringunt & nō dilatāt: & ex eis sūt qui dilatant & constringunt simul. & illi qui dilatant tantum sunt nouē, & ex eis est uelamen distinguens inter mēbra spiritualia & mēbra nutrimēti, quæ.

b B. à septima.

c B per accidēs

d B. adiuuant.

qui sunt ad partem alterius extremitatis, quæ est fortis. Quod verò interius existit, totum in situ cooperiente est diuersum. Et illud, quod est in extremitate costæ cartilaginosæ, diuersum est in situ ab eo, quod est super aliam extremitatē. Et quando quidem hic quatuor habentur uilli numero, oportet musculi sint numero quatuor. Et, qui ex eis sunt superius positi, sunt dilatantes. Et, qui ex eis sunt inferius positi, sunt constringentes. Per hoc itaque sit omnium musculorum pectoris numerus. lxxviij. musculi. Et est etiam, quum musculos pectoris duo alij iuuant musculi, qui a furcula ad spatulæ caput venientes ad primum eius continuantur latus, ipsum sursum eleuant, & in dilatando pectus adiuuant.

ANNOTATIONES.

Musculos thoracis, alios extrinsecus extendi, alios spatia intercostalia replere, scripsit Galenus 5. de locis affectis. cap. 5. *& primo eiusdem, thoracem sex habere superiores musculos asserit. & intercostales duos esse supra viginti, legitur in libro de dissect. muscul.* cap. 6. *& in primo de causis respirationis.* cap. 23. *Sed hic controuersia est. nanque sic author enumerat 88. musculos thoracem mouentes: At ex Galeno si præter proprios 22. intercostales, & sex qui sunt supra costas, respirationis quoque musculos, & partium seruientium thoracis motui, septi transuersi, & colli, qui uidelicet ad spinam descendunt, & eos qui circa uentrem sunt septo transuerso deseruientes, addideris; uix ad 60. perueniunt. Sed animaduertendum est, quòd Galenus quatuor musculos intersitos duabus costis, omnes pro unico reputat. hic author uerò discernit ex illorum multitudine, & sic pro uno Galeni quatuor ponit.*

De anat. musculorum adiutorij. Cap. 17.

EX musculis motus adiutorij sunt illi, qui mouent spatulæ iuncturam; & sunt tres musculi, qui ei à pectore adueniunt, & ipsum [a] [mouent] ad inferiora: & musculus, qui inferius sub mammilla oritur: & cum parte adiutorij antecedente continuatur apud antecedentē partem marginis cartilaginis concauitatis: & ipse est, qui adiutorium ad pectus applicat, cū cōmunitate, qua spatula ipsum sequitur. Et musculus, qui à supremo thoracis nascitur, & efficit vt domesticum capitis adiutorij cooperiat, & est applicans ipsum ad pectus cū [b] [impulsione] pauca. Et musculus duplus magnus, qui à toto oritur thorace continuatus cū infimo [c] [antecessionis] adiutorij, qui quum operatur cum villo, qui in superiori parte eius est, adiutorium ad pectus ducit, ipsum eleuando, & cum alia parte ducit illud ad ipsum, faciens ipsum ad inferiora descēdere: & cum eis ambob. ducit ipsum ad pectus secundū rectitudinem. & alij duo musculi, qui à parte nascuntur ilij magis interius continuati, quàm sit continuitas magni musculi, qui a thorace ascendit. Vnus eorum est magnus veniens a loco, qui est apud ilium, & à costis posterioribus, & trahit adiutorium ad costas posteriores directè: & alter est subtilis, qui nascitur a cute ilij, & nō ab eius osse: & declinat magis ad medietatem quam ille, & continuatur cum chorda illius, qui a parte māmillæ ascēdit, & profundatur. Et hi quidem operationem primorum efficiunt secundum modum adiutorij: sed tamen ad posteriora parumper declinat. Et quinque musculi, qui ab osse spatulæ nascūtur vnius musculi eorum ortus est ab osse spatulę. & implet illud, quod est inter separans [d] [& costā superiorem uillis,] & penetrat ad partem superiorem capitis adiutorij syluestrem declinando parumper ad domesticam: & ipse cum declinatione [e] [penetrat] ad domesticam. Et duorū musculorum ex istis quinque origo est à latere superiore spatulæ: quorum vnus est maior: & villi ipsius vadunt ad inferiores partes separantis, & implent illud, quod est inter separans, & latus inferius: & continuantur valde cū capite adiutorij à parte syluestri, & [f] [penetrant] cum declinatione ad siluestrē. Et alter est cum hoc primo continuus, adeò quod est quasi eius pars, & penetrat cum eo: & ipsius operationem efficit. Iste verò non multum pendet [g] [a summo] spatulæ: & eius continuitas est secundum transuersionē in manifesto adiutorij, & declinat ad syluestrem. Et quartus est musculus, qui locum cōcauum ossis spatulę implet, cuius chorda cum partibus interioribus lateris domestici capitis adiutorij continuatur: & eius operatio est efficere, vt adiutorium posterius circumeat. Et alter musculus est, qui ab inferiore extremitate lateris spatulæ inferioris nascitur: cuius chorda superius continuatur secūdum continuitatē magni ab ilio ascendentis: & eius operatio est trahere supremum capitis adiutorij ad superiora. Adiutorum prǽterea alium habet musculū duo habentem capita, qui duas efficit operationes: & operationem communem. Et ipse quidem sub furcula venit: & à collo deglutiēs capitis adiutorij bucellam, peruenit † iuxta locum continuitatis chordæ musculi magni à pectore ascēdentis. Quidam autem dixerunt, quòd unum capitum ipsius interius [h] [est super manifestum spatulæ apud eius infimum, & declinat ad exteriora cum trāsuersione pauca:] & quum operatur cum duabus partibus, eleuatur secūdum rectitudinem. Sunt præterea hominum quidam, qui duos addiderunt musculos: musculum par uum, qui ad mammillam venit: & alium, qui in spatulæ iunctura est sepultus: & fortasse ponunt cubiti musculos cum eis habere communitatē.

De anato. musculorum brachij. Cap. 18.

MVsculorum brachium mouentium alij sunt, qui ipsum contrahunt: alij sunt, qui ipsum dilatant: & isti positi sunt super adiutorium: [a] [alij sunt, qui ipsum gyrant: alij sunt, qui ipsum resupinant, & non existunt super adiutorium. Dilatantes verò sunt par vnū, cuius vnum ex suis imparibus cum declinatione ad interiora expandit: quia eius ortus est superius ab antecessione adiutorij, & à latere spatulæ īferiore: & continuatur cum cubito illic, vbi sunt partes eius interiores; † & impar secundum expandit ad † exteriora cū declinatione adiutorij, quoniam ab adiutorij collo prouenit:] & cū extrinsecis cubiti partibus continuatur. Quumq; ambo cooperantur, proculdubio secundū rectitudinem extendunt. Cōstringentes verò sunt par aliud,

a B. attrahunt.

b B. curuatione uel eleuatione.

c B. anterioris partis.

d B. & latus superius spatulæ.

e B. elongatur.

f B. alia litera elongantur.

g B. nisi à superiori.

† Aliàs usque.

h B. declinat ad interiora cū trāsuersione pauca & caput aliud exterius sup manifestum spatulæ apud infimū eius.

a B. & ex eis sūt qui conuertunt brachiū situando uolā manus ad inferiora, & ex eis sunt, qui ipsum resupināt & non existūt sup adiutoriū. Dilatantes verò sunt par unum neruorū, cuius vnū impar uel singulare cū declinatione ad īteriora dilatat; quoniam origo eius est sub anteriori parte adiutorij, & ex latere uel costa spatulę inferiori: & cōtinuatur cū cubito, ubi partes eius sunt intrantes. & impar uel singulare secundum dilatat cū declinatione ad exteriora qm̄ à posteriori parte adiutorii prouenit.

† Antiq. & par secundum expāditur.

† Al. interiora.

aliud, cuius unum impar, quod est maius, trahit ad interiora cū declinatione: quoniā eius[b] [origo est à margine cartilaginis spatulæ inferiore,] & à rostro: vnicuique quorū propriè inest caput, & declinat ad interiora adiutorij, & cōtinuatur chorda ipsius, qua est neruosa cum parte focilis superioris[c] [antecedente.] Et secūdū impar trahit cum declinatione ad exteriora: qa eis ortus est à manifesto adiutorij posterius: & est musculus duo carnosa habens capita: quorū vnum est in posterioribus adiutorij; & alterum in anterioribus: & occultātur hi duo in suo incessu parumper, donec ad[d] [antecedētem] partem focilis inferioris vadant. Et cum eo quidē iam cōtinuatum fuit, quod ipsum inclinat[e] [trahens inferius ad exteriora: & cum eo, quod inclinat trahēs] ad interiora, ut sit tractio melior. Et quum isti duo musculi in suis coniunguntur operationibus secundū rectitudinē,[f] [stat] proculdubio. Et duos quidem musculos dilatātes vestit musculus, qui os adiutorij circūdat. Et similius est, vt sit pars alterius musculi constringentis.[g] † [ ] Facientes verò brachiū iacere supinum, sunt par; cuius vnum ex imparibus est positum in exterioribus duorum focilium: & obuiat focili superiori absque chorda: & alterum subtile prolongatum nascitur à superiori absque chorda: & alterum subtile prolongatum[h] [nascitur à superiori parte adiutorij ab eo, qđ eius manifestū sequitur: & maior pars eius vadit in † brachiū] & penetrat donec propinquum fiat iūcturę rasetę: & venit ad partē[i] [occultā] focilis supioris: & continuatur cū eo chorda pannicularis.[k] [Gyrantes autem] sunt par positum exterius: cuius vnum ex duob. imparibus à supremo domestico capitis[l] [adiutorij] incipit: & continuatur cū superiori focili sub iunctura rasetæ: & alterū est magis curtum ipso, & eius villus ad latitudinē est decliuis: sed eius extremitas est plus neruosa; & incipit ab ipsomet superiori focili, & cōtinuatur cum eius extremitate superiori apud rasetæ iuncturam.

b B. origo est ex loco iūcturæ superioris partis spatulæ.
c B. anteriori.
d B. anteriorē.
e B. contrahens, cū inferiori ad exteriora, & cū eo quod declinat trahens cū superiori.
f B. contrahūt. Antiqu. trahūt.
g † B. ultimi.
h B. nascitur ex parte superiori capitis adiutorii cū eo quod uicinatur, uel sequitur eius manifestum & maior pars eius uadit in brachium.
† Aseid.
i B. interiorem
k Conuertentes autem manū super uolam.
l B. Alia litera. musculi.

De anatomia musculorum rasetæ, seu brachialis. Cap. XIX.

Musculorum verò iuncturarum rasetę mouentium quidam sunt constringentes: & quidam dilatantes:[a] [& quidam gyrantes: & quidam resupinantes super collum.] Ex dilatātibus verò est vnus musculus cum alio continuus, ac si ambo vnus essent musculus. Et istius quidem origo est à medio focilis inferioris, cuius chorda cum pollice cōtinuatur, p quē pollex ab indice elongatur. Et alterius origo est à focili supiori, cuius chorda cum primo ossiū rasetæ continuatur .s. posito corā pollice. Quūque isti duo simul mouentur, dilatant rasetam[b] [cum gyratione pauca.] Et quum secundus solus mouetur, facit ipsam iacere resupinam. Et quum primus mouetur solus,[c] [prolongat] inter pollicem & indicem. Et musculus, qui[d] [iacitur] super focile superius à parte syluestri, cuius ortus est ab inferiori parte capitis adiutorij, à quo procedit chorda: duo habens capita: quorum vnum cum medio pectinis coram indice & medio continuatur:[e] [& istius chordæ caput sustentatur] sup focile supius apud rasetam, & dilatat rasetam[f] [expandendo cum gyratione.] Constringentes aūt musculi sunt par sup latus brachij syluestre: quorum inferior incipit ab interiore duorum capitum adiutorij, & puenit ad pectinem coram auriculari. Et superior vtrorumq; incipit altius quàm ille, & puenit ibi.[g] [Et est cum eis musculus, qui] incipit ab inferioribus adiutorij partibus loca pdictorum medians, qui duo hēt extrema, q̄ ad modum crucis transuersantur: & postea cum loco, q est inter pollicem & medium continuantur: cumq; ambo mouentur,[h] [cōstringunt. Et isti quidem constringentes, & ipsimet dilatātes gyrationem efficiunt & resupinationem,] quum duo oppositi ex eis secundum transuersionem mouentur. Sed musculus cū pectine cōtinuus coram auriculari, quum solus mouetur,[i] [gyrat plantam.] & quū musculus pollicis, quem nominauimus, ipsum adiuuat plenariè plantā resupinam iacere facit: & quum ille, q est cum raseta cōtinuus corā pollice, solus mouetur,[k] [gyrat ipsam] parumper; & cū auriculari, quē nominauimus, efficit[l] [gyrationē completam.]

a B. & quidam cōuertentes manū sup uolam, & qdam resupinantes eam sup eius conuexum, vel sup partem eius posteriorē, uel syluestrem.
b B. cū conuersione pauca manus sup uolam.
c B. elongat.
d B. extenditur. Antiq. ponitur.
e B. & caput chordę eius applicatur & ingreditur. Aliās. & alterius capitis chorda est caput inferius. Al. caput chordæ eius, est inclinatū inferius.
f B. conuertendo manū super uolam, & caput chordæ eius appodiatur sup focile superius.
g B. & musculus amborum.
h B. cōstringūt hac constrictione, & ipsimet dilatantes faciunt cōuersionem manus sup uolam, & resupinationem. Alia litera cōstringunt. Isti igitur constringentes & dilatantes sunt ipsimet qui faciunt conuersionem manus sup uolam & resupinationem.
i B. conuertit volam manus.
k B. cōuertit manum super uolam.
l B. cōuersionem manus cōpletā super uolam.

De anat. musculorum digitorum. Cap. XX.

Musculorum verò digitos mouētium, quidam sunt, qui sunt in plāta: quidā sunt, qui sunt in brachio: quia si omnes in planta cōiungerentur, propter carnem multā grauarent: & propterea quòd illi, qui sunt ex eis in raseta, à digitis elongati fuerunt: chordæ ipsorum necessario fuerunt longæ. Munitę ergo fuerunt panniculis, qui eis ab omnibus adueniunt partibus: & ipsorum quidem chordæ rotundę & fortes creatæ fuerunt, & nō dilatantur nisi quū ad membrum perueniunt. Ibi igitur dilatantur, vt membrum motum bene comprehendant. Omnes autem musculi digitos dilatantes super brachium sunt positi, & similiter ipsos ad inferiora mouentes: & ex dilatantib. quidē est musculus, qui in medio manifesti brachij positus nascitur à parte suprema capitis adiutorij inferioris: & quatuor digitis chordas, q ipsos dilatant, mittit. Ex eis vero, q eos ad inferiora inclināt, tres adinuicem in[a] [parte] istius sunt cōtinui: quorum vnus à parte media capitis adiutorij syluestris inter duo ipsius additamenta oritur; & duas chordas auriculari & annulari trāsmittit. & vnus à summa duorum musculorum duplorū, qui sunt duo ex his trib. oritur sub duob. additamētis adiutorij interius; & à margine focilis inferioris, & duas transmittit chordas medio & indici.[b] † [ ][c] [& tertius eorum: & est ille, qui remansit, oritur à supremo focili supioris,] & chordam pollici mandat: & apud[d] [hanc iuncturam] est musculus, q est vnus duorū musculorum inter musculos motus rasetæ nominatorū; & nascitur à loco medio focilis inferioris, cuius chorda pollicē ab indice[e] [plongat.] Constringentium aūt, qdā sunt, q sup brachium existunt; & qdam, qui super uolam plantæ. & illi quidem, qui sunt super brachium, sunt tres musculi, quorum unus secūdum aciē in medio super alium est positus. ex quibus nobilior est inferior, q inferius est sepultus, & cū

a B. in latere.
b B. illi qui est inter ambo.
c B. & est tertius cuius origo est ex superiori focili.
d B. Alia litera. hunc musculū.
e B. elongat.

osse focilis inferioris continuus, quoniam eius operatio existit nobilior: quapropter oportuit, vt eius locus magis esset custoditus: cuius principiũ est a medio capitis adiutorij syluestris ad interiora: deinde penetrat, & dilatatur eius chorda, & quinq; patitur chordas, quarũ quæq; ad interiora digiti peruenit. Illarum verò, quę ad quatuor perueniunt, queq; iuncturam primam ipsius constringit, & tertiam: primam verò propterea qđ est ibi annexa ligamento, quod super eam est cinctum: & tertiam, propterea ꝙ eius caput peruenit ad eam, & continuatur cum ea: quæ aũt ad pollicem vadit, eius secundam & tertiam constringit iuncturam; quia non continuatur nisi cum eis. Et secundus quidem musculus, qui est supra istum, est minor ipso: & incipit a capite ingrediente, quod est vnũ ex capitibus adiutorij, & cum focili inferiore parũper continuatur: & transit ꝑ terminum cõem, qui est inter latus syluestre & domesticum, & est superior superficies focilis superioris: & quũ ad partem peruenit pollicis, declinatᷓ parumper ad interiora, & cum iuncturis medijs quatuor digitorum chordas mandat, vt eos constringant. Ad pollicem vero non peruenit nisi ramus paruus, qui non est ex chorda eius: immo ab alio loco. Et primi quidem origo est post principium nominatum, quod est a capite focilis superioris & inferioris. Et secundi origo est a capite focilis inferioris. Factum est autem, quòd pollex vno musculo in sui constrictione sit contẽtus: sed quatuor duobus constringuntur musculis; quoniã nobilior ex operationibus quatuor, est cõstrictio: & ex operationibus pollicis nobilior est, vt dilatetur, & ab indice elongetur. Tertius autem musculus non est ad constringendum: sed eius chorda interius in planta penetrat, & dilatatur desuper, ad hoc, ut in eam adipisci faciat sensum, & in sentiendo iuuamentum præbeat: & pilos in ea nasci prohibeat. & ad sustentandũ illud, quod est in interiorib. plantæ: & ut fortis fiat ad suas actiones peragendas. hi quidẽ sunt illi, qui super rasetam existunt. Musculi verò, qui sunt in planta, sunt xviij: in duab. aciebus ordinati adinuicem sibi suppositi. Vna acies est ad inferiora, & interius. Et altera acies est super cutem exteriorem. Qui aũt in acie existunt inferiore, numero sunt septem: quorũ qnque digitos ad superiora inclinant: & qui ex eis delegatus est pollici, a principio ossis rasetæ nascitur. Et sextus est curtus, & latus, cuius villus est transuersus: & ipsius caput pendet a pectine manus, donec perueniat in rectitudine medij, cuius chorda cum pollice cõtinuatur: & ipsum ad inferiora inclinat. Et septimus est apud auricularem incipiens ab osse pectinis, quod in eius rectitudine existit, & ipsum ad inferiora inclinat. Nullus verò horum septem est ad constringendum. sed quinque sunt ad eleuandũ, & duo ad flectendum inferius. Illi verò qui sunt in acie superiore sub musculo super[f] [plantam] expanso, qui quidem est musculus, quem solus cognouit Galenus sunt musculi undecim: ex quibus sunt octo: quorum duo cum prima iuncturarum quatuor digitorum continuantur, scilicet unus super aliũ, vt hanc constringant iuncturã; sed, qui ex eis est interior, constringit[g] [cũ depressione & reflexione:] & eius, qui est ex eis superior, est strictura cum modico eleuationis, & ad superiora ascensionis. Quumq; coniũcti fuerint[h] † [ ] directè: & eorum tres pollici sunt proprij: quorum vnus primam cõstringit iuncturarum: & duo secundam, sicut sciuisti.[i] [Dilatantes ergo quinque sunt. Et de reflectentibus,] exceptis pollice & auriculari, vnicuique inest vnus, pollici uerò, & auriculari unicuique adsunt duo. Et de constringentibus vnicuique digito adsunt quatuor. Et de his, qui ad superiora inclinare faciũt vnicuiq; digito adest unus.

f B. uolam.

g B. cum applicatione & compressione.

h † B. extẽdũt.

i B. & quintus dilatat quintũ, & de cõprimentibus.

De anat. muscul. dorsi, seu spinę. Cap. XXI.

MVsculorum dorsi alij sunt, qui ipsum ad posteriora flectunt: alij, qui curuant ad anteriora. Ex istis enim omnes alij oriũtur motus. Ad posteriora verò flectentes sunt illi, qui propriè dorsi vocantur musculi. Et sunt musculi duo, de quibus existimatur quòd vnusquisque eorum ex. xxiij. compositus existat musculis: quoniam vnicuique ipsorum ab vnaquaque spondyli aduenit musculus: ab vnaquaque namq; spondyli aduenit ei uillus trãsuersus nisi a prima. Et isti quidem musculi, quum æqualiter tenduntur, stat dorsum: & quum supfluè tẽduntur: stat dorsum: & quum superfluè tenduntur; declinant ad posteriora. Et quum illi, qui in vno ex istunt latere mouentur, dorsum ad illud inclinatur. Musculi verò curuantes sunt par de super positum, qui sunt ex musculis caput & collum mouentibus: qui a duob. † gulę veniũt lateribus: quorum inferiores extremitates cum quinque spondylibus pectoris superioribus cõtinuantur in aliquibus hominibus: & in pluribus hominibus cum quatuor. Et eorum supiores extremitates ad caput perueniunt, & collũ. Et par quidem sub isto est positum, & vocatur[a] [renale:] quę ambo a decima, & vndecima pectoris incipiunt: & ad inferiora descendunt: & plerunque curuant flectentes. Et medio qdẽ in suis motibus horum musculorum sufficit inuentio: quoniã in curuatione, & inclinatione a dextra, & a sinistra duarum extremitatum sequitur motus.

† meri.

a B. almenthenein.

De anat. musc. uentris. Cap. XXII.

MVsculi autem ventris sunt octo, qui in iuuamentis communicant: ex quibus est iuuamentum præbere in exprimendo illud, qđ ex stercore, & vrina in[a] [interioribus] continetur: & quæ in matricibus non nata existunt: & ex eis est, quòd diaphragma sustinent: & ipsum, quum adest exsufflatio, quę est† in constrictione, adiuuant; & ex eis est, quòd intestina calefaciunt, & stomachum: propterea quòd ea cooperiunt. Ex his autem octo est unum par rectum, quod secundum rectitudinem[b] [ab epiglottali] descẽdit cartilagine: cuius villus in longitudine vsque ad femur extenditur: & eius extrema in eis, quæ sunt coram ipsis expandũtur. huius verò paris substãtia à sui principio vsque ad ipsius finem carnosa existit. Et duo sunt musculi,† qui cũ istis in latitudine secãtur. quorũ locus est sub panniculo, qui super totum extensus

a B. in uisceribus.

† Alias cum sua assiduatione.

b B. mali granati.

† Alias istos secant latitudine.

sus

sus est uentrem: & sub duobus lōgitudinalibus. sectio autem, quæ inter istorum duorū, & duorum primorum villos accidit, est secundum angulos rectos. Et duo paria, quæ per transuersum vadunt, quorum vnumquodque est in latere a dextra & a sinistra. Et vnumquodque eorū par ex duobus existit musculis se ad inuicem ad modum crucis secantibus à cartilaginis costarum nō completarum extremitate vsque ad femur: & ab illo usque ad [c] [epiglottale.] Et duorū † parium extremitates sibi à dextra & à sinistra apud femur obuiant. & aliorum duorum extremitates apud [d] [epiglottale,] puæ super carnosas partes ab vnaquaque parte duorum musculorum latitudinalium sunt positę. Et hic quidem duo paria semper carnosa incedunt, donec rectos musculos cum chordis latitudinalibus tangāt, quæ panniculis similātur. Et hæc etiam duo paria† sub duobus longitudinalibus sunt posita, q̄ sub duobus posita sunt latitudinalibus.

c B. malum granatum.
† Aliàs imparīū
d B malum granatum.
† Aliàs supra duos latitudinales.

ANNOTATIONES.

cap. 14.
cap. 6.
cap. 27.

De musculis abdominis plura Gal. 5. de usu par. & lib. de anatom. adm. necnon de musc. diss. Sed differunt recentiores dissectores à Galeno. Quum enim is octo esse musculos censeat, sunt qui rectorum musculorum unum par adijciant à longis ijs diuersum, de quibus Galenus. aiuntq; hoc carnosa esse substantia, ad ossa pubis posita. quo. s. erigi penem arbitrantur. Verùm quū ijdem musculi & in mulieribus sint, trahi ergo & eorum pudenda voluntario motu sursum oporteret. quumq; non in omnibus carnosa illa, quam dicunt substantia sit, carere eos penis erigendi ui oporteret; quibus ij musculi absunt. Adde quòd ad penem vsque non peruenit carnosum id corpus. sed in os ipsum pubis desinit, si Gal. sequaris: aut si cum recentioribus steteris (id quod nobis arridet) ab osse ipso pubis ortum ducit: principium rectorum uentris musculorum constituens.

De anat. muscul. testiculorum. Cap. XXIII.

TEsticulorum autem virorum musculi sunt quatuor, propterea vt testiculos custodiāt & eos eleuent, ne laxentur. Quisque testiculus habet par sibi proprium. Mulieribus verò vnum par sufficit scilicet cuique testiculo impar, propterea quòd earum testiculi non sunt in exterioribus: neque sunt suspensi, quemadmodū virorum.

De anat. musculorum uesicæ. Cap. XXIIII.

SVper os vesicę vnus existit musculus, qui ipsam circundat: cuius villus super ipsius os dilatatur. Et eius quidem iuuamentum est vrinam vsque ad horam voluntatis retinere. Et quum voluntas expellendi affuerit, eius laxabitur constrictio: & ventris musculi vesicam vrgebunt. & vrinam expulsiua adiuuante expellent.

De anat. muscul. virgæ. Cap. 25.

MVsculi qui virgam mouent, duo sunt paria, duo vnius paris musculi in duobus virgæ lateribus sunt extensi; qui, quum tenduntur, foramen dilatant, & ipsum amplificant, & penetratio rectificatur: & sperma in ipsa cum facilitate discurrit. Aliud verò par, quod a femoris osse oritur, & cum radice virgę secundum transuersionem† continuatur, [a] [& quum rectificatur, tenditur: & instrumētum secundum rectitudinem eleuatur: & quum constringitur] reducit ipsum ad posteriora. Quòd si vni eorū acciderit tensio, ad ipsius partem declinabit.

† Aliàs æquatur.
a B. & quum æquatur tensio ipsius e[q]uatur instrumentum secundum rectitudinem, & quum vehementior fit.
† sphyncteris.

De anat. muscul. † fecteris. Cap. 26.

FEcteris musculi sunt quatuor. Vnus eorū, est musculus, qui ipsius comitatur os, & cū eius carne uehementer miscetur: quæ permixtioni musculorum labiorum similatur, & ipse quidem coercet, & constringit anum: & sua expressione stercoris reliquias, quæ sunt in ipso excutit. Et musculus, qui est positus magis interius quàm iste: cuius statio, [a] [est secundum comparationem capitis hominis,] & existimatur, q̄ sit habens duo extrema, cuius extremum cum radice virgæ pro certo cōtinuatur: & par, quod super hos omnes transuersum existit: cuius iuuamentum est † longaonem sursum eleuare; neque accidit longaonem egredi nisi propter ipsius † laxitatem.

† sphyncteris.
a B. est supra ipsum per comparationem ad caput hominis.
† .i. rectum intestinum
† Aliàs mollificationem.

De anat. muscul. coxæ. Cap. 27.

EX musculis coxæ, maior est ille, qui eam extendit: deinde ille, qui eam contrahit. Ex suis nanque operationibus nobiliores sunt isti duo motus. Veruntamen extensio contractione nobilior existit, quoniam statio non conuenit, nisi cum extensione. Postea sunt musculi, qui elongāt: deinde illi, qui appropinquare: post illi, qui circuire faciunt. Ex musculis autem coxæ iuncturā extendentibus, est vnus, qui est omnibus corporis musculis maior: & ipse est musculus, qui os femoris & ancham cooperit: & super totam coxam voluitur ab interioribus, [d] [& exterioribus,] & posterioribus, donec ad poplitem [b] † [ ] perueniat: cuius villi diuersa habent principia: quapropter ipsius operationes secundū diuersas specificantur species. Ex ipsius nanque villis est, qui ab infimo ossis femoris nascitur, & declinando ad domesticum dilatat. Et est alius ex villis eius, cuius ortus est parum altior ortu istius, qui coxam ad superiorem eleuat. Et est alius ex villis, cuius ortus est valde altior ortu istius, qui coxam ad superiora ad domesticum declinantem eleuat. Et est ex eis alius, cuius origo est ab osse anchæ, qui satis coxam secūdum rectitudinem dilatat. Et est ex eis musculus, qui totum anchæ iuncturā posterius cooperit tria habens capita, & extrema duo. Et hæc quidem capita ab ilio & ancha & † coccyge nascuntur, quorum duo sunt carnosa, & vnū panniculare. Duo verò extrema cum posteriore capitis coxæ parte continuantur: & si cū vno traxerit extremo, cum declinatione ad ipsum dilatabit: & si cum duobus traxerit extremis, secūdum rectitudinem dilatabit. Et ex eis est musculus, qui ex tota ossis ilij superficie oritur: & cū supremo maioris additamenti continuatur, & vocatur [c] [† trochanter maior:] & parum ad anteriora extēditur, & cum declinatione ad domesticum dilatatur. Et est alius talis, qualis istæ, qui

a ———
b † uel ad genu
† alhosos.
c B tharuca per respectum ad os
† carchametra.

qui in primis cum infimo additamēti minoris cōtinuatur, deinde descendit: & illius operatione operatur: veruntamen eius est paruam dilatationem & multam efficere declinationē; cuius origo est ab infimo superficiei ossis ilij. Et est ex eis musculus, qui ab infimo ossis anchæ oritur ad posteriora declinās, & dilatat ipsam, & eam ad posteriora parūper declinare facit: & ad domesticum sufficienter declinare facit. Ex musculis verò coxæ iuncturam constringentib. est musculus vnus, qui cum declinatione ad domesticum parua constringit: & est musculus rectus, qui a duabus descendit originibus, quarum vna cum fine lumborum, & altera cum osse ilij continuatur. Et ipsæ quidem sunt, quæ cum minore additamento domestico cōtinuantur: & musculus, qui ab osse femoris nascitur, & cum infimo additamenti minoris continuatur. Et musculus ad duo latera ipsius transuersè † extensus, qui est sicut pars maioris. Et quartus, qui a re præparata stante post os ilij oritur, & ipse ēt crus contrahit colligendo coxam. Ex musculis verò, qui ad interiora declinare faciūt, iam quidam nominati fuerunt, vbi dilatationis, & constrictionis mentionem fecimus: & hæc quidem mouendi species habet musculum, qui ab osse nascitur femoris, & adeò fit longus, vt ad poplitem perueniat. Declinare verò ad exteriora facientes sunt duo musculi: & vnus eorum ab osse venit lato. Sed circuire facientes sunt duo musculi, quorum vnus a syluestri femoris: & alter ab ipsius oritur domestico: & quum sibi obuiāt, transuersantur, [d] [& fiunt carnosi] apud locum profundum circa posteriora additamēti maioris. Et quicunq; eorum solus traxerit coxam ad sui partem, cum pauca dilatatione torquebit.

† Aliàs sustentatus.

d B. & continuantur.

ANNOTATIONES.

Cap. 31. Ca. 4. & 16. Ca. 4. & 6.

Decem esse musculos coxarum, notauit Gal. in lib. de dissect. musc. At 3. de vsu partium, nouem tantum recensere videtur. Recentiores tamen omnes decem esse testantur, & si aliqui prioribus dissectis vsq; ad 14. perducant. De eorum formatione & actione habes 2. de anat. administ. copiosius.

De anat. muscul. mouentium iuncturam cruris, & poplitis. Cap. 28.

Ex musculis autem iuncturam poplitis mouentib. sunt tres in anterioribus coxæ positi, qui musculis in ipsamet coxa positis sunt maiores. Et eorum operatio est dilatare, vnus autem horum triū est sicut duplus duo habens capita: quorum vnum ab additamento incipit maiore: & alterum ab anteriore coxæ, & duo habet extrema: quorum vnum est carnosum: & cum [a] † [mola] antequam chorda fiat, continuatur: & alterum est pāniculare cum domestica duarum extremitatum coxæ continuatum. Aliorum verò duorum vnus est ille, quem inter coxam constringentes nominauimus, s. a separante, quod est in osse ilij nascēs: & alter ab additamento syluestri, quod est in coxa, oritur. Et isti quidem duo continuantur, & vniuntur; & generatur ex eis chorda vna, quę dilatatur, & circundat † molam, & ipsam cum eo, quod est sub ea, conuenienter affirmat: deinde cum capite cruris continuatur: & poplitem dilatat, & crus extendit. Dilatatio verò vnum habet musculum, qui ab obuiatione ossis femoris nascitur, & incedendo descendit in latus coxæ domesticum secundum transuersionem: deinde cum parte [b] [venosa] supremæ partis cruris continuatur, & crus declinans ad domesticum dilatat. & musculum alium in quibusdā anatomiæ libris ei oppositum in parte syluestri, qui incipit ab osse anchæ, & secundum transuersionem in latus syluestre tendit, donec ad locum peruenit [c] [venosum.] & non est musculus maioris transuersionis isto, & cum declinatione ad syluestre dilatat: & quum ambo dilatant, est dilatatio recta. Ex eis uerò, qui crus contrahunt; est vnus musculus angustus, & longus: qui ab osse ilij oritur & femoris, circa originem dilatātis: ingrediens a separante, quod est in medio ilij: deinde secundum transuersionem penetrat ad interiora duarum extremitatū poplitis: postea egreditur exterius. & vadit ad eminentiam, quę est ī loco poplitis, [d] [venoso,] & cum ea vnitur. Et ipse quidem est, quo crus ad [e] [inferiora] trahitur declinans cum pede ad partem inguinis. Et tres musculi; domesticus: & syluestris: & medius. Sed domesticus & medius cum declinatione ad syluestrem contrahunt. & syluestris contrahit cum declinatione ad domesticum. Et domesticus quidem oritur a basi ossis anchæ, deinde trāsuersè incedit per posteriora coxæ, donec peruenit ad locum cruris [f] [venosum] in parte domestica; & vnitur cum eo, cuius color ad viriditatem trahit. Et aliorum duorum etiam origo est a basi ossis anchæ: sed declināt, vt cum loco [g] [venoso] lateris syluestris continuentur. In iunctura præterea poplitis est musculus sicut in flexuositate poplitis sepultus, qui operationem efficit, qualis huius medij existit operatio. Et q̄dam existimant, q̄ pars eminens musculi dilatantis dupli a separante est, quum poplitem accidentaliter constringit: [h] [& est, quum ab eius origine egreditur chorda, quæ anchæ pixidem tenet: & cum ea, & cum ipso, quod sequitur ipsam, continuatur.]

a B. alrasafe.
† rasga.
† rasgam.

b B. profunda.
c B. profundū.
d B. profundo.
e B. superiora.
f B. profundū.
g B. profundo.
h B. quoniā ex cōiunctione amborum oritur chorda, q̄ constringit pyxidē vel concauitatē anchæ, & continuat cū eo q̄d ei vicinatur.

De anat. musculorum pedis iuncturam mouentium. Cap. 29.

Ex musculis autem pedis iuncturam mouentib. sunt quidam, qui ipsum ad superiora eleuant. & quidam qui ipsum descendere faciunt. Ex eis autem, qui ipsum eleuant, est vnus musculus magnus, qui est positus in parte [a] [antecedente] cannæ domesticæ, cuius principium est pars syluestris capitis cannæ domesticæ. Et ipse quidem, quum ad exteriora egreditur, inclinatur super crus ad partem pollicis vadens, & cōtinuatur cum eo, quod radici pollicis est propinquū: & pedem ad superiora eleuat: & alter oritur a capite syluestris, ex quo nascitur chorda, quæ cū eo, quod est iuxta radicē minimi, continuatur: & pedem ad superiora eleuat, & propriè, quando, cum eo conuenit primus musculus, & fuerit hoc secūdum æqualitatem & rectitudinem. Facientium verò descēdere est vnum par, cuius origo est à capite coxę quod postea descendit, & cruris ventrem carne replet, ex quib. chorda nascitur:

a B. anteriori.

nascitur: quæ ex maioribus existit chordis, & ipsa quidem est chorda [b] [nerui, qui cum osse† tali] continuatur: & ipsum ad posteriora transuersè ad syluestrem trahit: & est hæc causa fixionis pedis super terram. Et ipsum quidem adiuuat musculus, qui a capite syluestris oritur: cuius color est melongianus: & descēdit donec ipsemet absque chorda, quam mandat, sed carneus remanens, continuatur cū postrema† tali parte [c] [sub continuitate] quam ante diximus. Quumq́; musculis istis, aut ipsorum chordis nocumentū accidit, pes [d] [claudicat.] Et musculus, ex quo duæ nascuntur chordæ: quarum vna pedem cōstringit: & altera pollicem dilatat. Illud verò est, quoniam iste musculus a capite cannæ domesticæ oritur, vbi ipsa syluestri obuiat, & descendit inter eas: & in duas diuiditur chordas: quarū vna sub raseta in anteriori pollicis parte continuatur, [e] [cum qua etiam chorda, pedis existit humilitas. Et altera chorda est, quæ ex parte istius generata musculi, primæ chordæ pertransit originem, & primo pollicis ossi chordam mandat: & ipsum cum transuersione ad domesticum dilatat.] Et iam etiā a capite coxæ syluestri oritur musculus, & cum vno duorum musculorum [f] [calci annexorum] continuatur, [g] † [ ] deinde ab eo separatur, quum occultum cruris pertransit: ex quo oritur chorda, [h] [quæ ad inferiora pedis peruenit, & sub eo toto dilatatur] quemadmodum facit musculus, qui super plantæ occultum dilatatur propter iuuamentum tale, quale est eius.

b B. calcanei q̄ cum osse alachaab.
† alcahab.
† alacahab.
c B. supra continuitatem.
d B mollificatur, seu paralyticatur.
e B. cū qua etiā existit chorda pedē deprimēs, vel inferius declinare faciens. Et altera chorda quæ accidit ex parte istius musculi pertrāsit originē chordę primę, & trāsmittit chordam ad alchahab, primo ex pollice & dilatat p trāsuersum.
f B. achabaliū.
† Achabalium.
g † B. & ramificatur.
h B. quæ dilatatur ad inferiora pedis, & sub eo toto spargitur.

De anat. musculorum digitorum pedis. Cap. 30.

Ex musculis verò pedis digitos mouētibus, qui sunt constringentes, musculi sunt multi: ex quib. est musculus, qui a capite cannæ syluestris oritur, & extensus super ipsam descēdit, & chordam vnam transmittit, quę in duas diuiditur chordas, quæ mediū constringunt & [a] [medicum.] Et alter istorum minor, cuius ortus est a postremo cruris; cuius chorda quū ipsam trāsmittit, in duas diuiditur chordas, quæ indicem constringunt, & minimum. [b] [Et diuiditur] ab vnaquaque duarum partium chorda; quæ cum eo, quod ab alia [c] [diuiditur,] continuatur: & fiunt chorda vna, quæ ad pollicem peruenit, & ipsum constringit. [d] [Et tertia chorda, quam] iā nominauimus, a syluestri duarum extremitatū; quæ in canna existunt domestica, oritur. & inter duas descendit cannas, & ex se partem transmittit ad pedem constringendum, [e] [& partem ad primum os] pollicis. Et horum quidem musculorum digitos mouentium, quos nominauimus, situs est super crus, & posterius. Illi verò, quorum situs est super plātam pedis. x. sunt musculi & in hoc quidem anatomici decepti fuerunt. Sed primus, qui istud sciuit, fuit Gal. Ipsi verò cum quinque continuantur digitis scilicet, cum vnoquoque duo lacerti a dextra, & a sinistra. & mouent, vt constringat secundum rectitudinem, si simul mouerint: & vt declinent, si vnus mouerit. Et ex eis quidem sunt quatuor super rasetam: quorum vnus vnicuique digito delegatus est: & duo, qui propriè sunt ad constringendum pollicem & minimum. Et isti quidem musculi adeò sunt permixti, vt quum vni eorū accidit nocumentum, prouenit inde, vt reliquorum operatiò debilitetur in eo, quod eorum est proprium: & vt vicem istius aliquo modo gerant in eo, quod huic est propriū: & hac de causa difficile est vnum digitorum pedis propriè absque alijs constringere. Et ex musculis quidē pedis sunt quinque supra pedem positi, qui ad syluestrem declinare solent: & quinque sub eis positi, quorum vnusquisque digitum ad illud, quod ipsum sequitur, trahit a parte domestica, & ipsum cum motu ad partem eleuat domesticam. Et isti quinque sunt cum duobus, qui pollici & minimo sunt proprij secundum similitudinem septem qui sunt in planta pedis, & similiter decem primi. Omnes igitur corporis musculi sunt [f] [quingenti & vigintinouem.]

a B. annularem digitum.
b B. deinde ramificatur.
c B. ramificatur.
d B. & tertius. musculus quē.
e B & ad primā iuncturam.
f B. Alia litera. Oēs igitur corporis musculi sunt centum & vigintiseptem.

SVMMAE III. DOCTRINAE V.

Et est sermo vniuersalis de neruis propriè. Cap. I.

Iuuamentorum neruorum alia sunt secundum essentiam: alia sunt quę sunt per accidens. Quod verò secundum essentiam: est quòd cerebrum eis mediantibus omnibus alijs membris iuuamentum præstat dando eis sensum & motum. Sed quod est per accidens, est ad hoc vt caro corroboretur, & corpus fortius fiat. Et ex eis etiam est, percipere id, quod ex nocumentis mēbris accidit sensu carentibus, sicut hepar, & splen, & pulmo: licet enim membra ista sensum non habeant, super ea tamen cinctorium positū est neruosum: & panniculo tecta fuerūt neruoso, quę quum apostemata fuerint, aut uētositate tensa, perueniet apostemosi grauedo, aut ventositatis partitio ad cinctoriū in ipsius radicē: & accidet ei ex grauedine attractio: & ex ventositate extensio, & sentiet ipsam. Et neruorum quidem principium secundum motū, scitum est cerebrum: & illud, ad quod istorum perueniunt extrema, est [a] [superficies] cutis. Cum, cute enim uilli miscentur minuti, & in ipsa nerui partiūtur, q̄ ei a mēbris, quę ei vicinantur, adueniunt. Quòd verò cerebrum neruorum principium existit, duobus est modis, quoniam quorundam eorum est principium secundum sui essentiam, & aliorum est principium mediante nucha, quæ currit ex eo. Et neruis quidē, q̄ a cerebro egrediuntur, nō iuuantur membra in sentiendo & mouendo, nisi capitis & faciei membra & viscerum interiorum: alia verò membra hæc iuuamenta nō habent, nisi a neruis nuchæ. Et Gal. quidem iam ostendit nobis sollicitudinē magnā, q̄ neruis a cerebro ad viscera descendentibus est propria. Creator enim de eorū munitione sollicitus aliter ipsos muniuit quā alios neruos: & illud est, quoniam propterea, quòd à principio elongati fuerunt, oportuit, vt sustētarentur superflua [b] [affirmatione à musculis fortibus, qui eos tegant, ut panniculi: & a corpore, cuius essentia inter neruū & cartilaginē est media, simili ei, quod corpori nerui accidit,] quū torquetur. Et istud quidē est ex tribus locis, quorū vnus est apud epiglottim. & secūdus, quū ad costarum radices veniūt. & tertius, quum pectoris locum transeūt. Factum est autem, ut alij nerui

Vide Disquisitiones physiologicas Cost. pag. 451. usque ad 472.
a —— B.
b B. firmitudine uel tutela, & cooperuit eos cū corpore medio inter neruū, & cartilaginem in substātia conformi ei quod accidit in corpore nerui.

ui a cerebro progredientes, in quib. existit vtilitas in sentiendo iuuamentum præstare, penetrarent a sui principio secūdum rectitudinem ad mēbrum, ad quod diriguntur: quoniam rectitudo ad id, ad quod dirigitur: propinquiore defertur via: & illic ex hoc est impressio, quæ manat ex principio, fortior, & propterea quòd in neruis sensibilib. non quæritur de duritie, quæ facit necessitatem elongandi a substantia cerebri cum circuitione, propterea vt a sui similitudine in lenitate ordinatim elongetur, quantum in mēbris quæritur motus: immo quanto plus fuerunt leniores, plus fuerunt virtutem sentiendi dantes. Sed factum est, vt motiui, ad id, ad qđ diriguntur, cant post circuitiones, in quibus ipsi incedunt: propterea vt a principio elongentur, & in duritie ordinētur. In vnoquoque etiā duorum modorū ad id, quod ex duritie & mollitie in ipso est necessarium, adiuuerūt ortuum ipsorum substantiæ: plurimi nāque eorum, qui

c B. anteriori. sensum tribuunt, ab [c] [antecessione] oriuntur

d B. anterior. cerebri. Et partis quidem, quæ est cerebri [d] [antecessio,] est essentia mollior: Et plurimi eorū, qui motum præbent, a postremo oriuntur cerebri. Et partis, quæ est cerebri postremum, essentia est magis spissa.

ANNOTATIONES.

Neruorum triplex est genus, seu genus; seu differentiæ

cap.1. *voces, vt lib. de ossibus notat Galenus; alij voluntarij dicuntur, qui scilicet ex cerebro & spinali medulla ortum ducūt; alij ligamentales, qui ex ossibus; alij tendones, qui ex musculis. ex primis tamen voluntarijs, & ligamentales & tendones primam habent originem. De triplici neruorum vsu, ac naturæ scopo, de quo author primis statim verbis; Galenus*

cap.9. *5. de vsu partium verba facit. Verùm sicut de neruorum, ac sensus & motus principio Aristot. & Galenus dissentiunt, ita & de neruorum eorundem vsu non mediocriter*

cap.1. & 10. *discrepant. Aristot. sicut cor sensus & motus voluntarij*

cap.4. *initium putat, & 2. de part. an. & 3. & sæpe alibi: ita &*

cap.5. *neruorum principium ipsum cor facit. 3. de hist. animal. &*

cap.10. *neruorum copiam esse in corde scribit. 3. de par. anim. sensus verò & voluntarij motus instrumenta partem esse in sanguineis animalibus existimat, quæ non sit exanguis (sentire enim eas dumtaxat partes quæ sanguinem obtineant)*

cap.1. & 8. *quam quidem carnem esse arbitratur 2. de part. anim. cuius etiam gratia, & ossa & cæteræ partes genitæ sint, vt 2. de part. anim. Cerebrum verò cordis calorem temperare; quū*

cap.9. *nerui carnium sint gratia. At Galenus contra cerebrum*

cap.6. *sensus & motus initium esse putat. 2. de plac. Hipp. & P.*

cap.9. *& 8. de vsu part. neruosq; ex cerebro oriri. 5. de vsu part. & esse sentiendi mouendiq; instrumenta. ac eorum gratia subiectam esse carnem ne disrumpantur, lædanturq;. neque cordi sensoriæ, ac motricis ex voluntate facultatis principium inesse vllo pacto admittit. Galeni sententiam, & hic author hoc loco, & medici ferè omnes suscipiunt. philo-*

ca.1. & 7. *sophi tamen ac Auer. præsertim 2. de part. anim. nec non 2.*

ca.8. & 18. *Coll. Aristotelem tuentur. Cæterùm, quod ad hanc rem pertinet, de neruorum initio, deq; mouendi & sentiendi instrumentis, vt paucis agamus. Etsi medici neruos a cerebro ortum ducere mordicus tuentur; non uidemus tamen, quid primum eorum initium cor esse impediat. Solent, vt do-*

cap.12. *cet philosophus 1. meteor. & quotidie id videmus, ex montibus parui fontes oriri: hi paulo vlterius elapsi stagnum faciunt: ab hoc deincèps magna atq; latissima flumina producuntur. quæquidem, etsi longè latiorem, maioremq; loci amplitudinem occupent, quàm vel fons vel etiam ipsi montes a quibus ea oriuntur; nullus tamen ab exiguo eo fonte, & tumulo oriri eat inficias. Mirandum ergo de ijs non mediocriter facit, qui propterea quòd a cerebro neruorum (vt ita dixerim) fluuium proficisci vident, ipsorum tamen initium posse ipsum esse cor negant. Fatemur nos, neque id Aristoteles negat, à cerebro neruorum flumen emergere: sed primum tamen eorum fontem cor esse dicimus. quod quidem, etsi exigua neruorum veluti & montes fluuiorum seruat vestigia; primum tamen est & neruorum, & arteriarum, & venarum, & spirituum omnium, & caloris, & ipsius demum vitę principium. Cui quidem rei aßentiri & Galenus ipse cogitur, vitalis facultatis, & caloris naturalis sedem ipsum faciens. Verùm de mouendi & sentiendi instrumentis non videtur Galeni ratio, cui is præsertim innititur, Aristot. sententiam valentius oppugnare. Etsi enim ligato neruo, sensus, et motus inferiorum partium aboletur; id tamen non cogit, vt obiri sensum & motum per neruos fateamur. intercipiuntur enim actiones hæ ligatis neruis, quia ab ijs frigiditas & vis moderandi caloris ad particulas deferri prohibetur, quæ consueuit. neque id neruis duntaxat ligatis euenit; sed &, si iugulares arteriæ, vt Arist. lib. de* cap.2.
som. & vig. intercipiantur, eædem functiones læduntur. Licèt verò Galenus 2. de plac. Hippocr. & Plat. hoc propte- cap.6.
rea euenire contendat, quòd ligatis arterijs, & neruos quoque comprimi accidat: non admitteret tamen id Arist. experientiaq; id explorandum eßet, si ligata arteria, suspensaq; ne neruus comprimatur, actiones hę vitientur, aut non. consentiendum enim tunc eßet experientiæ. Adde quòd vt Auerr. 2. Coll. neruus non ad omnes carnis partes fer- cap.1.
tur, quæ tamen omnes sentiunt. ac multa animalia mouentur, sentiuntq;, quæ neruis tamen sunt destituta; quum carne non careant.

De anatomia neruorum egredientium a cerebro, & eorum vijs. Cap. 2.

A Cerebro septem neruorum paria oriuntur. primi paris principium est ex fundo duorum ventriculorum cerebri accidentium apud duorum additamentorum [a] [vicinitatē, mammillarum] extremitatib. similium, quibus fit odoratus. Et ipsum quidem est [b] [paruū ventrem] habens. Et ille, qui a sinistra oritur, dextratur: & ille, qui a dextra oritur, sinistratur: deinde sibi super sectionem cruceam obuiant: postea ille, qui a dextra oritur, ad pupillam dextrā penetrat: & qui nascitur a sinistra, ad sinistrā pupillam: quorum adeò dilatantur orificia, donec humorem, qui vocatur vitreus, comprehendāt. Quidam verò, qui non est Galen. dixit, quòd sectionem cruceam sine reflexione penetrant, & dixerunt quòd in hac sectione tria existūt iuuamenta. vnum est, propterea ne spiritus, qui ad vnam currit pupillam, ad alteram ire prohibeatur, quum acciderit nocumentum: & propter hoc vnaquęque duarum pupillarum, quum alter clauditur oculus, in vidēdo fit fortior, & clarior, quàm ipsamet esset, si altera intuente intuerētur. Et propter hoc foraminis vuei dilatatio augmentatur, quum alter clauditur oculus: & hoc quidem est, propterea quòd spiritus vehementer vadit ad ipsum. Secundum verò est, propterea vt duo oculi vnum habeant deferens, qđ visus simulacrum eis afferat, & ibi vniatur, & sit duobus videre oculis, vnum videre, propterea quòd simulacrum in termino vnitur cōmuni.

Ex Ioan. Cost. Disquisit. Nerui noie &c a carte 451. vsque ad fi. car. 479

a B. Alia litera originem maxillarum.

b B. paruū concauum.

Ideoq;

Ideoq; luscis accidit, vt ex re vna videant duas: quũ vna pupilla superius eleuatur, aut inferius deprimitur, [& destruitur rectitudo penetrationis foraminis ad sectionem, & ante communẽ terminum accidit terminus c [torturæ] nerui. Et tertium est, vt vnusquisque duorum neruorum ab alio sustentetur, & illi innitatur, & fiant ac si ad pupillam ex propinquo venirent. Secundum autem parium neruorum a cerebro procedentium nascitur post ortum primi paris, & ab eo ad syluestrem declinat, & a foramine, qđ est in orbita, [quæ totum comprehẽdit oculum, egreditur: & in musculis partitur oculi: & hoc quidem par valde est grossum, ideo, vt eius grossities suæ parificetur mollitiei, quàm habere debuit, propterea quòd est circa principium: & cõfortetur in faciẽdo motum, & præcipuè quum adiutorem non habeat, quum tertium par sit conuersum ad mouẽdum magnum membrũ, quod est mandibula inferior: quare ei nõ remanet superfluitas: immo adiutore alio a se indiget, sicut modo referemus. Tertij verò paris origo est a termino communi inter d [antecessionem cerebri, & ipsius postremum, s. ab infimo] basis cerebri, quod primò cum quarto pari paulisper miscetur: deinde ab eo separatur, & ĩ quatuor ramos ramificatur. Vnus ramus ab ingressu egreditur venæ † soporariæ, quàm postea nominabimus, & descendendo super e [ceruicẽ] vadit, donec diaphragma pertranseat: & in visceribus, quę sunt sub diaphragmate, partitur. Et secundę quidem partis egressio est a foramine, quod in osse existit tẽporis, quæ quum egreditur, cum neruo continuatur, qui a quinto diuiditur pari: cuius modo nominabimus dispositionem. Et ramus tertius in foramen descendit, a quo secundum egreditur par, quoniam ipsius directio est ad membra in anterioribus faciei posita. Et neque fuit conueniens, ut in penetratione primi paris f [ventrem] habentis, penetraret, quia nobiliori neruorum coangustationem faceret, & ipsum comprimeret, & via cooperiretur. Et hæc quidem pars, quum separatur, in tres distribuitur sectiones: quarũ vna ad partem lachrymalis declinat, & uadit ad musculos temporum & masticantium, & supercilij, & frontis, & palpebræ, & pars secunda g [per foramen uadit apud oculos creatum:] & inde ad nasi tendit interiorem superficiem, & in tunica spargitur, quæ in interioribus nasi est expansa. Pars quoque tertia est pars non parua in concauitate descendens † foraminis, quod in osse h [maxillæ] est factum: & duobus ramificatur ramis. Vnus vadit ad interiora concauitatis oris, & in dẽtibus spargitur. sed illud, quod inde pertinet dẽtibus, est manifestum, quod verò inde alijs est visui sicut occultum, & in gingiua etiam spargitur superiore. Alter autem ramus in membrorum spargitur superficiebus, quæ sunt ibi, sicut cutis i [maxillæ,] & extremitatis nasi, & labij superioris. hæ quidem sunt sectiones partis tertię paris tertij. Quartus autem ramus tertij paris uadit [penetrans a foramine suo, quod in mandibula existit superiore, & vadit ad linguam, & in eius manifesta diuiditur tunica, & tribuit ei sensum proprium, qui est gustus. & illud, quod remanet k [in dentium

c B. in loco torturæ uel plicaturæ.

d B. anteriorẽ cerebri & ipsius postremum, i. a loco.

† subetice.

e B. super collum.

f B. concauitatem.

g B. penetrat ĩ foramine creato apud angulũ lachrymalẽ magnum.

† barbachi.

h B. genæ.

i B. genæ.

k B. in radice carnosa dẽtium inferiorum.

thecis inferiorum,] & in ipsorum gingiuis diuiditur: & in labio inferiori: sed pars, quæ peruenit ad linguã, subtilior est quam neruus oculi: quoniam istius duritiem, & illius mollitiem temperant grossities illius, & subtilitas istius. Quarti vero paris origo est post tertium, sed ad cerebri basim est magis declinãs, & cum tertio, quemadmodum diximus, miscetur: deinde ab eo separatur, & ad palatum vadit, & dat ei sensum, quod quidem est paruum, sed est plus durum quàm tertium: quia palatum & palati panniculus durior est linguæ panniculo. Sed vnũquodque paris quinti impar l [cum duobus nascitur] medijs secundum dupli formam: immo multi illorum tenent, quòd vnumquodque ipsius impar est par: cuius quidem origo a duob. est cerebri lateribus. Et pars quidem prima cuiusque paris ipsius, ad panniculum vadit, qui in interiorib. instrumenti auditus est dilatatus, & in eo diuiditur totus. Et huius quidem diuisionis origo proculdubio est a parte cerebri posteriore, & per ipsam est audiendi sensus; sed secũda diuisio est minor prima. Ipsa nanque egreditur a foramine, quòd in osse perforatum est petroso. Et ipse quidem est, qui vocatur monoculus & cęcus, propterea quòd multũ torquetur, & eius viæ in obliquationibus incedunt, ideo quòd voluntas affuit prolongandi spatium, vt eius finis a principio remoueretur: propterea vt neruus antequã inde egrederetur, a principio esset longinquus, ideo vt durities ei inde acquireretur. Quumque egreditur, cum neruis tertij paris miscetur, quorum plurimi m [ad maxillã] & ad latum vadũt musculum: & quod remanet ad musculos protenditur temporum. Gustus autem in quarto creatus fuit neruo. Et auditus in quinto. quoniam instrumento auditus fuit necessarium, vt esset discoopertum; ne aeris via ad ipsum clausa foret: & instrumẽto gustus fuit necessarium, vt esset munitum, propterea oportuit, ut nerui auditus essent duriores. Et ideo origo eorũ postremo cerebri fuit propinquior: & neque oculi musculis unus sufficit neruus; & musculorum temporum nerui multiplicati fuerunt, nisi quia foramini oculi multa necessaria fuit amplitudo, propterea quòd neruus virtutem afferens visus, multa indiguit grossitudine, ideo quia ei necessarium fuit uentrem habere: non ergo os, quod ad comprehendendum oculum est perforatum, multa foramina tolerare potuit. Temporis verò neruis multa fuit durities necessaria: sed grossitudine multa non indiguere: immo grossitudo esset faciens motus difficultatem: & etiam egressio, quam in osse duro petroso habent, foramina potest tolerare multa. Par verò sextum, a postremo oritur cerebri cum quinto continuum, & cum eo pãniculis & ligamentis ligatum, ac si esset unus neruus: deinde separatur ab eo, & egreditur a foramine, quod est in extremitate n [† suturæ] quę lambda similatur. Et ipsum quidem antequam egressum esset, iam in tres diuisum fuit partes, quę omnes simul ab hoc egrediuntur foramine. Vna earum ad gulę musculos suo protenditur itinere, & ad linguæ radicem: propterea, ut par septimũ in ipsorum adiuuet motu. Et pars secunda ad musculos descendit spatulę,

& eius

l B. in duob. diuiditur.

m B. ad partes alchad.

n B. alderazi.

† adorem.

& eius, quod est circa eam: & ipsius plurimum in musculo spargitur lato, qui est super spatulam: & hæc quidem pars est magnæ quantitatis, & suspensa penetrat donec perueniat, ad qđ dirigitur. Pars uerò tertia, quæ maior est ex tribus partibus, ad viscera descendit in ascensione venæ [soporariæ, & est illi annexa, & cum ea ligata, ex qua ° [quum in rectitudine est epiglottidis, separātur rami, [qui ad musculos ueniūt epiglottales, quorum capita sunt ad superiora, qui epiglottim, & ipsius eleuant cartilagines. Quumque epiglottim pertranseunt, ex eis ascēdunt rami, qui ad musculos uadunt capita ad inferiora habentes: & ipsi sunt, qui ad † cymbalarim claudendam sunt necessarij, quum ad inferiora trahere necessarium est. & propter hoc uocantur nerui retro redeuntes. Hic autem neruus retro rediens non egressus fuit a cerebro, & non a nucha, nisi propterea quòd, si a nucha ascenderent, ab ipsorū principio subirent transuersi & non recti: & ad inferiora attractio cum eis non proueniret secundum actionem decentem. Et ipsi quidem nō de sexto pari creati fuerunt: nisi propterea quòd illud, quod ex neruis est molle, aut molli uicinum. s. illud, quod fuit ex eis ante sextum, iam in musculis facici & capitis, & in eo, quod est in eis, fuit diuisum: & septimum etiam, non secundum rectitudinem descenderet, quemadmodum sextum descendit: immo proculdubio transuersitas eos comitaretur; & propterea ꝙ illud, quod ascendit & redit, quandoque indiget re firma, cui innitatur ad similitudinem girgilli, ut super ipsam reuoluatur ascendens; & ex ea adiuuetur, ut sit situs durus, & fortis, & leuis. & iuxta positus nō fuit ibi ad hoc idoneum, sicut arteria maior. Et illud, quod ex istis ramis a sinistra ascendit, hāc inuenit arteriam ipsa recta & grossa, ergo sup eam reflectitur non multa indigens firmitudine. A dextra verò ascendenti: huic non uicinatur arteria ad modum primi: sed uicinatur ei, postquam iā accidit ei paruitas propter ramorum diuisionem, qui iam ex eo egressi fuerunt: cui etiam iam defuit rectitudo in situ, quia trāsuersatus fuit ad ascellam declinando. fuit ergo necessarium, ut ipsi re aliqua affirmarentur, cui inniterentur cum ligamentis, in quibus rami stringerentur: ideo ut per ipsos illud, quod defuit ex rectitudine, & grossitie in situ corrigeretur. Et sapientia quidem in hos redeuntes ramos elongando, est, ut talis qualis est hæc suspēsio, proximi fiant; & propter elongationem a principio fortitudinem habeant, & duritiem. Ex neruis autem redeuntibus fortior est ille, qui in duabus musculorum epiglottidis spargitur tunicis cum alijs neruorum adiuuātium ramis: postea illud, quod ex hoc remanet neruo, descendit, a quo rami separātur, qui in panniculis sparguntur diaphragmatis & pectoris: & in musculis ipsius: & in corde: & in pulmone: & in uenis: & in arteriis, quę ibi sunt. Illud verò, quod remanet, penetrat in diaphragma: & associatur ei, quod ex parte tertia descendit, & in panniculis spargitur viscerum, & peruenit ad os latum. Septimi autem paris origo est a termino communi, qui est inter cerebrum & nucham, cuius plurimum incedit se in musculis spargendo linguam mouētibus, & in musculis inter peltalem, & os lambda communibus: & est quum ipsius residuum in alijs spargitur musculis, qui huic musculo sunt uicini; non tamen semper est istud: & propterea, ꝙ alij nerui ad alias reducti fuerunt necessitate: neque fuit bonum, ut foramina in interioribus, neque in inferioribus multiplicarentur: fuit melius, ut ad linguæ motum neruus ab hoc loco ueniret, quia ipsius sensus iam ei ab alio uenit loco.

¶ subeticæ.

o B. & quū opponitur epiglotti separantur ab ea rami.

† .i. aritænoeidem cartilagi-

ANNOTATIONES.

Septem esse neruorum cerebri paria Gal. passim docet 9. præsertim de vs. par. obscurè tamen dum de 3. pari meminit, alterum quendam longum neruum per meatum qui sub oculis est, inter ossa eorum squammosa ferri ibidem docet, quem neruum recentiores a septem ijs paribus differre existimant. Gal. verò parum referre arbitratur. Addunt tamē & præter hos alterum quoddam par, quod sub basi cerebri versus anteriora incedēs, & per foramen, quod in sphenoide osse est, ad musculum temporalem transit. quod tamē quinti paris radix esse uidetur. Ostendunt et alij duos quosdam neruulos a duobus oculi processibus, qui nates uocantur, ortum ducentes, & ij iuxta tertium neruorum par transeuntes in quartum palpebræ musculum inseruntur. Sed de neruis quæcunque hic author, habes fusius ex Gal. 9. de vsu par. & lib. de neruorum diss. Sunt tamen & hoc loco controuersiæ. ac primum de oculorū neruis, ait author neruos opticos coniungi quidem, sed dextrum ad dextrum oculum, & sinistrum neruum ad sinistrum oculum proficisci. At lib. de natura animal. 12 dextrum neruum ad sinistrum oculum, sinistrum autem ad dextrum ferri scribit. De hac controuersia nos fortè alibi fusius. interea tamen recentiores dum horum neruorum ductus prosequuntur, id vsu experiuntur, quod hoc loco author notat. dextrum uidelicet ad dextrum ac sinistrum ad sinistrum ferri. Quæ uerò hic de oculis & uisu author scribit, habes ex Gal. 10. de vs. par. Sed de adiutorijs quoque neruis discrepare a seipso Auic. uidetur, quando hic oriri eos a posteriori cerebri parte asserit, lib. autem 3. ab anteriori, id quod & Galenus 8. de vsu par. Soluitur tamen, ac verè ab anteriori parte cerebri & hi & molles cæteri oriuntur. adiutorij tamen in parte anterioris ventriculi posteriore ortum ducunt. id quod hoc loco intellexit. Verum dissentire preterea Auic. videtur, quum de sexto neruorum cerebri coniugio loquitur. ait nempè partem huius paris ad scoptulæ musculos ferri: superiori autem capite nullum ex cerebri neruis infra faciem duci asserebat, præterquam ad intestina. Eandem controuersiam in Galeni libris legere est. Is enim 3. de loc. aff. omnes ait animantis partes sub ceruice positas, quę ex consilio, & uoluntatis imperio moueri possunt, neruos habere, qui eos moueant, a spinali medulla procedentes. Idem tamē 16. de vsu par. deferri ad scoptulas a 6. cerebri neruorum coniugio propagines, sensum illis & motum ferentes, longa oratione scribit. Sed difficile fortasse non est hęc loca conciliare. Certum sanè est & ad scoptulas a 6. neruorum pari propagines duci: hoc tamen generalem communemq́ in cęteris partib. obseruationem non turbat: quū, exceptis scoptulis, id ferè religiosè seruetur, ut a cerebro nerui motus gratia infra faciem non pertingant.

Cap. 8.

Cap. 8. 9. & deinceps.

Cap. 2. ad 11.

Cap. 8.

Cap. 12.

Cap. 6.

Cap. 10.

Cap. 6.

De anatomia neruorum nuchę & colli, & uijs eorum, Cap. 3.

NErui ex nucha nascentes, qui per colli vadunt spondyles, octo sunt paria. Vnius paris egressio a duobus est spondylis primæ foraminibus

minibus,quod in capitis musculis solum spargitur:& est paruum,& minutum:quoniam melius fuit,ut locus a quo egreditur, sit angustus; quemadmodum in capitulo de ossibus diximus.Et secundi quidem paris egressio est inter spondylem primam,& secundam.s. foramen , in loco vel capitulo de ossibus nominatum,cuius plurimum capiti tangendi sensum defert; transuersè, enim ad id quod in spondylib. est supremum,ascendit:& ad anteriora reflectitur: & super tunicam extrinsecam aurium spargitur . Et quòd par primum minus facit propter sui paruitatem,& abbreuiationem,ob quam expandi expedite non poterat,& dilatari in locis, qui sequuntur ipsum,cōpletè emendat. Quod autem ex hoc remanet pari : ad musculos , qui sunt in posterioribus colli : & ad musculum latum uenit,& eis dat motum.Et paris tertij origo,& ipsius egressio est a foramine,quod est inter secundam & tertiam.Et unusquisque eorū in duos partitur ramos.Ab uno ramo spargun tur rami in profundo musculorum , qui sunt ibi , & propriè caput cum collo [a] † [ ] mouentium : deinde ad spondylium ascendūt spinas:& quum in earum rectitudine veniunt, ad radices tenentur earum: & post ad ipsarum eleuantur capita,& cum ligamentis miscentur pannicularibus,quæ ab illis nascuntur † processibus,postea ad partem aurium reflectendo penetrant, & in [b] [non homine] ad aures perueniunt,& aurium musculos mouent. Et ramus secundus ad anteriora vadit,donec ad musculum peruenit latum.[c] [Et cum hoc quidem primum quum nascitur , miscentur venæ & musculi,]qui ipsum cooperiunt,propterea vt in se ipso sit fortior.Et est etiam, quando cum musculis miscetur temporum,& cum musculis aurium in bestijs.Plurimum tamen sparsionis ipsius,non est nisi in musculis maxillarum. Quarti uerò paris egressio est a foramine, quod iter tertiam existit & quartam;& partitur sicut ille, qui est ante ipsum parte antecedente, & parte posterius consequente: sed pars eius quæ antecedit,est parua : & ideo cum quinto miscetur . Et quidam iam dixerunt,quòd ab ea penetrant rami,sicut araneæ tela extensi super venam† soporariam donec [d] [ad diaphragma perueniūt, separās super duo latera diaphragmatis pectus in duo media partientis incedentes.] Sed eius pars maior ad posteriora reflectitur : & in fundo musculorum profundatur,donec ad † processus vadit,& musculis mandat ramos:qui inter caput & collum sunt communes:& deinde itinere suo ad anteriora reflectendo vadit:& cū musculis maxillæ,& aurium in animalibus cōtinuatur . Et dixerunt quòd ab eo ad dorsū descendit ramus . Quinti autem paris egressio est a foramine,quod est inter quartam & quintā , quod etiam in duos partitur ramos . unus ramus.s.iste,qui est antecedens , & ipse minor ad musculos peruenit maxillarum : & ad musculos,qui caput anterius curuant;& ad alios musculos, qui capiti & collo sunt communes . Et ramus secūdus in duos diuiditur ramos.Vnus ramus inter primum,& inter ramum secundū est medius, & peruenit ad spatulæ supremum ; & miscetur cum eo quidam sexti & septimi.Et

a †B.in gyrum

† simenijs.

b B.alio animali ab homine.

c B.Et hoc quā primū ascendit miscetur cū uenis & musculis.

subeticam.

d B. perueniat ad panniculum separātem incedentes sup. duo latera panniculi diuidentis pectus in duas medietates.

† simenia.

ramus secundus cum ramis quinti & sexti & septimi miscetur: & ad mediū penetrat diaphragmatis.Par verò sextum,& septimum, & octauum ab alijs secundum ordinem egrediuntur foraminibus:sed octaui egressio est a foramine communi inter finem spondylium colli,& inter primam spondylium dorsi: & eorum rami vehementi commiscentur mixtura. Sed plurimum Sexti ad spatulæ peruenit superficiem: & pars eius maior parte,quæ est ex quarto,& minor parte, quæ est ex quinto, peruenit ad diaphragma . Et plurimum septimi peruenit ad adiutorium : licèt sint quidam ex ipsius ramis , qui ad musculos capitis,& colli,& dorsi , cum ramis quinti associati vadūt, & ad diaphragma perueniunt. Sed octaui post commixtionem , & societatem omnes ad brachium & † cubitū perueniunt : neque est aliquis eorum , qui ad diaphragma perueniat:sed tamen ille,qui ex q̄nto ad partem manus tendit , non transit spatulam,& ex septimo non transit adiutorium: sed ille, qui a spatula peruenit ad brachium : est ex octauo mixto cum primo ramo,[e][qui nascitur ex spondylibus dorsi,& ad dorsum uadit. Nerui autem isti in diaphragmate partiti non fuerunt, nisi nerui nuchæ,] propterea vt ad ipsum veniens ab alto foret descendens loco:ideò, vt eius partitio in ipso esset melior : & precipuè , quia prima eorum directio fuit principium panniculi pectus per medium partientis.Et impossibile quidem erat , ut nerui ad ipsum a nucha directe uenirēt absque fractura cum angulo.Et si omnes nerui,qui ad diaphragma descēdunt,a cerebro protenderentur, ipsorum prolongaretur incessus : neque eorum neruorum continuitas cum medio diaphragmatis posita fuit , nisi propterea quòd non fuit conueniēs , ut in ipso secundum iustitiam & equalitatem spargerentur ; si cum extremitate, & non cum medio continuarentur, aut si, cum tota continuarentur circuitione:& esset hoc contrarium uiæ, quæ est necessaria : quoniam musculi non faciunt aliquid moueri nisi extremitatib. suis : propterea illud quod ex diaphragmate mouetur,est illud,quod est[f] [ ] circuens.. oportuit ergo vt in ipso finirentur nerui, & non ut in ipso inciperēt.Et quoniam necessarium fuit eos ad medium venire,oportuit necessario ,ut penderent.oportuit ergo vt ipsi defenderētur, & panniculis cum munitione tegerentur.tecti ergo panniculis fuerunt cum munitione defendente,in qua eis associatur panniculus,q pectus per medium partitur,super quem mixti perrexerunt: & quia huius membri operatio fuit nobilis,facta fuerunt neruis eius principia multa, ne eius operatio propter aliquod destrueretur nocumentum, quod uni accideret principio .

† ascid.

e B.qui ex spōdylib. pectoris venit, & nō sūt diuisi ad diaphragma nisi ex istis neruis , & nō ex neruis nuchæ, qui sunt sub istis .

f †B.Alia litera non.

ANNOTATIONES.

De neruis colli a dorsali medulla ortum trahentibus , deq; eorum usu,ac productione fusius Gal.egit lib.de neruorum diss.necnon 13.de vs. part. ex quibus locis hæc author. sunt tamen qui non eos solum neruos qui dorsi uocantur,sed & septem priora paria , quæ a cerebro Gal. ortum ducere scripsit , & omnes demum neruos a spinali medulla nasci censeant , nempè quum spinalis medullæ initium non

Cap.11. ad 16. Cap. 5.

in

in posteriori sit cerebri parte (ut dicunt) sed sub anteriori prorsus cerebro principium sumat. quo fit, ut iure neruos omnes ex spinali medulla ortos esse dici possit, quamuis primorum eorum ortus, & ipsius quoque medullam initium ipsi tandem cerebro sit ascribendus.

De anatomia neruorum nuchę spondylium, quæ sunt in rectitudine pectoris. Cap. 4.

PRimi ex paribus ipsorum egressio est inter primam spondylium, & secundam pectoris; quod in duas diuiditur partes: quæ maior, in omnibus musculis spargitur costarũ, & musculis dorsi, & quod remanet, super primas costas extensum procedit: & octauo neruorũ colli obuiat, & simul ad manus protenduntur, donec ad adiutorium & spatulam perueniãt. Par verò secundũ a foramine egreditur, quod prædictum sequitur foramen: cuius pars ad adiutorij tendit superficiem dans ei sensum: & ipsius residuum, cum alijs paribus, quæ remanserũt, aggregatur, & ad musculos spatulæ, qui super eam sunt positi: descendunt, ipsius mouẽtes iuncturam: & ad musculos perueniunt dorsi. Qui igitur ex neruis istis spondylium pectoris oriũtur, & ramis, qui ad spatulam non protenduntur: ad musculos dorsi uadũt, & ad musculos, qui sunt inter costas puras in posteriorib. pectoris positas. Qui verò ex spondylib. falsarum nascuntur costarũ: ad musculos veniunt, qui sunt inter costas & ad musculos ventris. Cum istorũ neruorũ præterea ramis arteriæ, & uenæ quietæ currunt, & nucham ingrediuntur per loca inferiora, unde ipsi egrediuntur.

ANNOTATIONES.

Neruorum dorsi aliqui paria duodecim esse putant, quum tamen non plura sint quàm vndecim. Sunt sanè vertebrę duodecim, sed ex foramina tantum undecim obtinẽt, non plura aut pauciora. De horum ortu, ductu, vsuq́, plura Gal. lib. de dissect. neru. Cap. 16.

De anatomia neruorum † lumborum. Cap. 5.

† alchatim.

† Alchatim.

NErui † lumborum in hoc cõicant, ꝙ pars eorum ad dorsi musculos peruenit: & pars ad musculos uentris: & ad musculos, qui sunt in dorso expansi. Tria autem superiora cũ neruis miscentur, qui a cerebro sunt descẽdentes, & non alia. Et duo paria inferiora ad partẽ crurium multos transmittunt ramos, cũ quibus rami tertij paris, & ramus nerui primi ex[a] [† osse sacro] miscetur: sed isti duo rami anchæ non transeunt iuncturam: sed in ipsius spargũtur musculis, & illi eos pertranseunt incedẽdo ad crura. Neruorum autem crurium & pedum forma a neruis manuum separatur in hoc, ꝙ non oẽs coniunguntur, & declinant submersi incedendo ad occultum: non enim est forma continuitatis adiutorij cũ spatula; sicut forma continuitatis coxæ cum ancha: neque eius continuitas cum origine suorũ neruorũ, sicut cõtinuitas ipsius cum suorum neruorũ origine. Et isti quidem nerui ad partẽ cruris diuersis tẽdunt itineribus. Sunt.n. ex eis, qui occultantur, & sunt ex eis, qui manifestãtur: & sunt ex eis, ꝙ submergũtur sub musculis cooperti. Et ꝗa musculi, qui a parte ossis femoris oriuntur, uias ad vtrosque pedes non habuerunt a posteriorib. corporis: neque ab occulto coxarum: propterea ꝙ sunt ibi musculi multi, & venæ: factũ fuit, ut pars neruorum, qui sunt proprij musculorũ, qui sunt in pedibus, curreret, & penetraret in foramine, quod ad testiculos descendit, donec ad musculos vadat femoris, & descẽdat ad musculos poplitis.

a B. alagiazi. † alhauim.

De anatomia neruorum nuchę[a] [† ossis sacri] & coccygis. Cap. 6.

a B. alagiazi. † Alhauim, & alhosos.

PRimum par ex[b] [† osse sacro] miscetur cum neruis† lumborum, sicut diximus. Alia verò paria, & impar, qđ ab extremo oritur† coccygis, in musculis sparguntur ficteris, & ipsius virgæ: & in musculo vesicæ, & matricis. & in panniculis uentris: & in partibus domesticis interioribus ossis femoris: & in musculis, qui nascuntur ab osse[c] [† sacro.

b B. alagiazi. † alhauim. † Alchatim. † alhosos.

c B. alagiazi. † alhauim.

SVMMÆ IIII. DOCTRINÆ V.

Sermo de forma arteriarum. Cap. 1.

VEnæ pulsatiles sunt arteriæ, quæ creatæ fuerunt preter unam earum, duas habentes tunicas: quarum durior est occulta: quoniam ipsa est illa, quæ pulsationi obuiat: & forti motui substantiæ spiritus: qui celari voluit: & ipsius receptaculum custodiendum, & corroborãdum fuit. Arteriarum autem origo est a sinistro ventriculo duorum uentriculorum cordis, quoniam dexter eorum hepati est propinquior: quapropter oportuit, vt ipse poneretur occupatus in attrahendo nutrimentum exercendo ipsum.

Vide Disquisitiones Costęi pag. 472. usque ad 480.

ANNOTATIONES.

Arteriam Arist. aortam nuncupat 3. de hist. an. ubi fusius de hac & eius origine meminit. A sinistro cordis ventriculo oritur ut Gal. lib. de arter. dissect. & 16. de usu par. et sæpè alibi. Ait verò hic author nasci a sinistro ventriculorum duorũ cordis, Aristotelis fortasse sententiam excludens, qui primo de hist. anim. et 3. de part. anim. tres cordis esse ventriculos est arbitratus. Contra quem tamẽ Gal. 1. de usu par. Etenim quem Arist. tertium uentriculum censet, partem esse dextri Gal. putat.

Cap. 4. Cap. 9. Cap. 10. Cap 17. Cap. 4. Cap. 9.

De anatomia arteriæ venalis. Cap. 2.

QVod in primis a sinistro oritur vẽtriculo, duæ sunt arteriæ: una ad pulmonem vadit & in ipso partitur: propterea ut aer attrahatur, sanguis, qui pulmonem nutrit, a corde deferatur;[a] † [ ] quia transitus nutrimẽti pulmonis est ad cor, & a corde vadit ad pulmonem. Et huius quidẽ partis origo est ex partium cordis subtiliore, & vbi venæ ad ipsum penetrant: quę est vnam habens tunicam ab oĩb. alijs arterijs diuersam, & propter hoc uocãt ipsam arteriã venalem. Ex una autem creata fuit tunica, vt sit mollior & lenior: & ad dilatandũ, & ad constringendũ magis obediẽs: & ad resudationem

a † B. ad pulmonem a corde.

dationem eius faciendam, quod ab ea ad pulmonem resudat ex sanguine subtili vaporoso, qui substantiæ pulmonis magis est conueniēs, sit apta; scilicet qui complemento digestionis in corde, iam propinquus fuit. Et neque est ei necessaria superfluitas digestionis: sicut ea indiget sanguis, qui in uena currit[b] [uentrem habente,] quam modo nominabimus: & propriè, quoniā eius locus est iuxta cor, & vadit ad ipsum eius virtus calida facile digerens: & etiam, quia membrum, in quo pulsat, est rarū: & non timetur, quum pulsauerit in illo raro, & percusserit; quòd ipsius durities ei noceat: & propter hoc in corpore ipsius non tantum duritiei fuit necessarium, quāto aliæ indiguerunt arteriæ, quæ sunt,[c] [ ] membris duris uicinæ. Vena autem arterialis, quam dicam: licèt pulmoni sit uicina; non tamen ei uicinatur, nisi ipsius postremum à parte dorsi: & hæc arteria uenalis in antecedēte pulmonis parte spargitur: & in ipso submergitur, quæ iā quidem in partes, & ramos diuisa est. Sed, quum inter duas huius arteriæ necessitates comparatum fuerit, quæ attenduntur secundum firmitudinem & lenitatem, quæ facit ei dilatationem facilem, & constrictionem: & resudationem eius, quod ab ea resudat: inuenietur, quòd lenitas magis est ei necessaria, quā spissitudo & firmitudo. Aliam autem arteriam, quæ est maior, quā Aristoteles vocat † aortam in primis, quū ex corde oritur, duos transmittit ramos: ex quibus maior in circuitu cordis reuoluitur, & in suis[d] [conuertitur] partibus: & minor reuoluitur, & in uētriculo spargitur dextro. Quod autem post duos remanet ramos, quum separatur, in duas diuiditur partes: una pars est maior, & ad descendendum apta: & altera est minor, & est apta ad descendendū. Et quæ est apta ad descendendum, creata fuit in quantitate sui super aliam addens; quoniā ad membra tendit, quæ numero sunt plura, & in quantitate maiora: & hæc quidem sunt membra, quæ sub corde sunt posita. Super † aortæ autem essentiam, uel egresionē tres duri consistunt pāniculi ab interioribus ad exteriora: si enim unus aut duo fuissent, non præberent iuuamentum, quod in eis quæritur,[e] [neque] ipsius quantitatē aut ipsorum quātitates magnificando: &[f] † [ ] fierent motus per ipsos difficiles. Quod si essent quatuor, fierent ualde parui: & destrueretur iuuamentum eorum: & si in suis quantitatibus magni fierent, uiā coangustarent. Venalis arteria duos habet panniculos ad interiora declinantes: & duo quidē suffecerunt; quia non est ibi tantum necessitatis[g] [benefaciendi formam, quantum est hic: in subtiliando verò est ibi plus necessitatis,] ideo, vt fumosum vaporē expellere sit facile, & sanguinē ad pulmonē euntē[h] [in parte † aortæ, quæ ex duabus partibus est ascendens.]

b B. concaua.
c † B. aliæ.
† orithi.
d B. diuiditur.
† orithi.
e B. nisi.
f † B. tunc.
g B. ad decenter claudendū, quantū hic; immo necessitas ibi est debilior plus.
h —— B
† orithi.

De anatomia arteriæ † aorti ascendentis. Cap. 3.

PArs autem quæ ex duabus † aortæ partibus est ascendens, in duas diuiditur partes: quarum maior ad partem[a] [† iuguli] ascendendo tendit; deinde ad partem trāsuersatur dextrā, donec ad carnem laxam moro similem peruenit, quæ est ibi. Et in tres diuiditur partes: quarū duæ, sunt duæ arteriæ, quæ[b] † [soporariæ] vocātur: & ad dextram & ad sinistram cū duabus ascendit † uenis non pulsantibus profundis, quas postea nominabimus: & in diuidendo, cum eis associantur; sicut post referemus. Pars autē tertia in thorace spargitur: & costis primis: & in sex spondylibus colli superioribus, & in partib. furculæ; donec ad caput peruenit spatulæ: postea exinde ad manuum per transit membra: pars verò minor ex partibus † aortæ ascendens ad partem ascellæ uadit: & diuiditur sicut pars tertia maioris partis.

† orithi.
† orithi.
a B. alleba.
† lebriati.
b B. subetice.
† subeteni.
† guindegis.
† orithi.

De anatomia duarum arteriarum quæ[a] [† soporariæ] vocantur. Cap. 4.

a B subeticæ.
† subeteni.

VNaquæque duarum arteriarū, quæ[b] [† soporariæ] vocantur, quum ad collum perueniunt; in duas separantur partes: partem anteriorem, & posteriorem. Anterior uerò pars in duas sequestratur partes: occultā, quæ ad linguam tendit, & ad musculos occultos, qui sunt musculi mandibulæ inferioris: & partem, quæ manifestatur, & ascendit ad illud quod est corā duabus auribus; & ad musculos temporum; & pertransit eos, postquam in eis reliquit ramos multos: & ad capitis cacumen tēdit, & obuiant sibi dextræ earum existentes, cum extremitatibus sinistræ. Pars autem posterior in duas diuiditur partes, quarū minor plus ad posteriora eleuatur, & in musculis, qui capitis sunt continentes iūcturam, spargitur. Ex qua etiam est, quod ad basim postremi cerebri tendit in foramen ingrediens magnū, quod est apud[c] [† suturam.] Maior autē corā foramine in foramine petroso ad rete ingreditur: imo rete ex ea texitur. s. ex venis in uenis, & tunicis sup tunicas, & rugis super rugas: ita vt nemo ex eis vnam solā apprehendere possit, nisi cum alia continuam, & cum ea ligatā, sicut rete: & spargitur ad anteriora & posteriora ad dexteram & sinistram: & vadit per totū rete: deinde aggregatur ex ea, par, sicut erat ante: & foratur ei panniculus, & ascendit ad cerebrū, & spargitur in ipso in panniculo subtili: postea interius in cerebro in suis ventriculis, & † panniculus ventriculorū ipsius,[d] [& ramorum suorum orificia sibi obuiant, quæ ibi ascenderunt, quemadmodū ramorum venarum orificia non pulsatilium, quæ descenderunt. Nō autem facta fuerunt ista ascendentia, & illa descendentia; nisi propterea quòd illa sunt rigantia]& fundentia sanguinē; quoniā melior ex sitibus suorum vasorum rigantium est, ut eorū extremitates sint capita ad inferiora habētes: sed ista iuuamentū præstat in dādo spiritū: & spiritus quidem est subtilis ad superiora mobilis. Et non est necesse suorū uasorū capita ad inferiora reducere, donec fundant: immo si hoc fieret, multa inde proueniret effusio sanguinis, qui ei associatur; & difficultas motus spiritus ī eis, quoniā ipsius motus ad superiora est facilior: & pp illud, qđ ī spiritu existit ex motu & subtilitate, sufficit in eo, ꝙ ex ipso ad cerebrū vadit, illud, quod est necesse, ut

b B. subeticæ.
† subeteni.
c B. commissura in lambdæ.
† dotem lamda.
† siphac.
d B. & obuiant orificijs ramorum suorū, qui iam paruificati sunt ualde, orificia ramorū uenarum non pulsatilium, quæ descenderunt. Et ista quidē ascenderunt, & illa descenderunt, quoniā illa sunt rigantia.

e B. Et propter hoc sub cerebro quidẽ fuit expẽsum rete, ut subministret ei paulatim sanguis arterialis, & spiritus ĩ eo, & assimiletur cũ cõplexione cerebrali post digestionẽ, deinde cũ gradatione ad cerebrum uadat.

calefaciat ipsũ.e [Et sub cerebro quidẽ nõ fuit expansũ rete: nisi ut redeũdo incedat sanguis, qui est in arteria, & spiritus, qui in ea existit: & cõplexioni cerebri post digestionẽ similetur: & deinde secundũ ordinem ad cerebrum uadat.] Et rete quod inter os, & panniculum durum est positum.

ANNOTATIONES.

cap. 9. cap. 4.

Habentur & hæc locis superiori capite citatis. præsertimq; lib. de dissect. arteriarũ. Vnũ notat hic, quod & Gal. 9. de vsu par. et passim alibi: ex arterijs rete cerebri admirabile constitui. Recentiores tamẽ de retiformi hoc plexu ambigunt, neque ipsum in humano cerebro conspicantur.

† orithi.

De anatomia partis † descendentis. Cap. 5.

† orithi.

Pars autem † aortæ descendens primum secundum rectitudinẽ incedit, donec super quintam mittitur spondylem, cuius situs capitis, cordis situi est oppositus: & ibi quidẽ est pulmo sicut accubitatio, & sustentamentũ ipsi ad hoc, vt inter ipsũ, & ossa dorsi separationẽ faciat. † Gulã quoque, quum ad hunc peruenit locum, ab eo ad dextram declinat, & nõ secundũ rectitudinem transit: deinde cum panniculis appẽsus incedit, quũ ad diaphragma peruenit, ne ipsum coangustet. Et hæc quidẽ arteria descendens, quũ ad spondylẽ quintum peruenit, ad ĩferiora trahitur extẽdẽdo se supra dorsum, donec ad os peruenit, qđ est a [ex † osse sacro.] Et, quũ est in pectoris rectitudine, transit idẽ, & dimittit ibi ramum subtilem paruũ: & dispergitur in receptaculo pulmonis, qđ est ex pectore. & perueniũt extrema ipsius ad cannã pulmonis: & ipsa quidẽ non cessat dimittẽdo in omnib. spondylibus, per quas vadit, ramũ, qui inter costas, & nucham incedit. Quumq; pertransit pectus, ex ea duæ diuidũtur arteriæ, quæ ad diaphragma perueniũt, & in ipso a dextra spargũtur, & a sinistra.] Deinde dimittit arteriã, cuius rami ĩ stomacho, & hepate, & splene spargũtur: & ipsius rami ab hepate egrediũtur, & ad vesicã vadunt. Et postea oritur arteria, quæ ad b [† mesaræũ,] quę sunt ĩ circuitu minutorũ intestinorum, & colon vadit. Deinde post hos tres, ab ea separantur rami: quorũ minor reni sinistro propius est, & ĩ ipsius spargitur c [fascijs,] & in corporib. quę ipsũ circũdant, & eis iuuamentũ prebet dando eis uitã. Alij autẽ duo ad duos vadunt renes: ideo, vt d [cũ] eis ren sanguinis aquositatẽ trahat, quoniã multoties a stomacho, & intestinis sanguinẽ trahunt non purum. Postea verò duæ separãtur arteriæ, quæ ad testiculos vadũt: sed, quæ ex eis ad testiculũ peruenit sinistrũ, e [ei semper associatur, quæ ad renẽ peruenit sinistrũ. Immo forsitan est, quũ non est illud, quod ad sinistrum peruenit testiculum, nisi tantũ ex rene sinistro. Et eius quidẽ, quæ ad dextrum peruenit testiculũ, origo, semper est ex maiore arteria:] & raro cõtingit, vt cũ aliquo eius, quæ ad dextrũ peruenit renem, associetur. Postea ab hac arteria maiore duę separãtur arteriæ, quæ in uijs uenarũ spargũtur, quę in circuitu recti sunt intestini: & rami, qui in nucha spar-

† Meri.

a B. ex alhagiazi. † Alhauim.

b B. gedancl. † gedeguil.

c B. circumuolutionibus.

d B. ex.

e B. associatur frustũ eius, qđ peruenit ad renem sinistrum. Immo fortasse origo eius, quę peruenit ad testiculũ sinistrũ, & ex rene sinistro tantum. Et origo eius, quæ peruenit ad dextrum semp̃ est ab arterijs magnis.

gũtur & in foramina spondyliũ egrediũtur: & uenæ, quæ ad duo vadunt ilia: & aliæ, quæ ad testiculos vadũt. Ex istius autẽ summa par egreditur paruũ, quod ad f [uuluã] vadit, præter illud, quod nominabimus postea. & istud est in uiris ac mulieribus: & miscentur cũ eis uenæ nõ pulsatiles. Postea hęc maior arteria, quũ ad finẽ peruenit spondylium, diuiditur cũ vena nõ pulsatili: quæ sibi associatur, sicut dicemus, in duas partes secundũ similitudinẽ lambda in scriptura græca hoc modo. Λ. Vna pars earũ dextratur, & altera sinistratur, quarũ vnaquæq; sup os g [† sacrũ] equitat uadens ad coxas. Verũ tamen antequã ad coxas pueniat, unaquæque ipsarum uenã dimittit, quæ ad uesicam tendit, & ad † umbilicũ: & sibi apud † umbilicũ obuiant, & in nõ natis manifestè apparent: sed in cõpletis earũ extrema iam siccata fuerunt, & radices remansere earum. Et ab ipsis quidẽ diuiduntur rami, qui in musculis sparguntur, qui super os h [† sacrũ] sunt positi. Et illud, quod ad uesicã peruenit ex eis, in ea partitur, cuius extrema pueniunt ad uirgam: & ipsius residuum in mulieribus uadit ad matricem, & est par paruum. Duæ uerò ad pedes descendentes, in coxis in duos diuiduntur ramos magnos, scilicet syluestrẽ, & domesticũ, & in syluestri etiam est declinatio ad domesticũ: & ramos in musculis, qui sunt ibi positi, dimittit: postea descendit, & declinat ex eo ad anteriora ramus magnus inter pollicẽ & indicẽ, & quod remansit, occultatur. Et ipsæ quidẽ in plurimo partiũ pedis penetrant tensæ sub ramis venarũ nõ pulsatiliũ, quas postea nominabimus. Ex his autem pulsatilibus sunt, quæ nõ pulsatilibus nõ associantur, sicut duę, quæ ab hepate k [ad † umbilicũ in corporib. nõ natorũ perueniunt: & ramus pulsatilis nõ pulsatili similis: & pulsatilis, quæ ad spondylẽ penetrat quintam, & ascẽdẽs ad † iugulum, & declinans ad ascellam, & duæ † soporariæ, quę sparguntur in reti, & in secundina: & illa, quæ peruenit ad diaphragma: & illa, quæ ad hepar cum suis penetrat ramis:] & illa, quæ ad stomachũ, & hepar, & ad splenem, & intestina uenit: & ille, quę de † abdomine uentris descendũt, & uenæ q̃ sunt in osse l [† sacro] solũmodo Quũq; arteria uenæ associatur nõ pulsatili, super dorsũ equitat arteria super uenam nõ pulsatilẽ, propterea ut ignobilius amborũ sit deferens nobilius: In mẽbris autem manifestis arteria sub uena nõ pulsatili submergitur, iõ ut sit magis cooperta, & magis tecta: & sit uena nõ pulsatilis, sicut clypeus ei. Arteriæ autẽ nõ fuerunt uenis associatę nisi propter duas res: una, est, ut uenę panniculis ligentur, qui sunt cooperientes arterias, & m [quiescãt uenæ in uillis membrorum, inter quæ uadunt.] Et altera est, ut unaquęque illarum alteram imbibat.

f B. ad mẽbra genitalia.

g B. alagiazi. † alhauim.

† sumen.

† sumen.

h B. alhagiazi. † Alhauim.

† sumen.

k B. ad umbilicum in corporibus embrionũ perueniũt, & ramus pulsatilis uenæ, & pulsatiles quæ ad spõdylem penetrãt quintã, & ascendens ad allebe, & declinans ad ascellam, & duæ subeticæ q̃ sparguntur in reti, & illa quæ peruenit ad diaphragma, & illa quæ ad sparulã cum suis penetrat ramis.

l B. alhagiazi. † subetent. † leebeti. † alhauim. † mirach.

m B. Et quiescant in eo quod est inter ea ambo ex membris. Alia litera. Et quiescant in eo quod est inter ea ambo, & super membra.

SVMMA QVINTA

De uenis, quæ quinque continet capitula.

Summæ quintæ quòd est de modo uenarum non pulsatilium. Cap. 1.

Vide Disquisitiones physiologicas Cesalpini pag. 480. usque ad 485.

Omnium autem uenarum quietarũ origo est ab hepate. Et quod in primis ab hepate

te oritur, sunt duæ venę: vna à parte ipsius cōcaua oritur, cuius maius est iuuamentum in attrahendo ad hepar nutrimentum: & vocatur porta. & altera oritur à parte eius gibbosa; cuius est iuuamentum, nutrimētum ab hepate membris deferre: & vocatur [a] [ventrem habens.]

a B. concaua.

ANNOTATIONES.

De venarum origine lis inter philosophos, & medicos versatur. Plato & Arist. philosophorum principes cor venarum originem, & sanguinis fontem esse putant. id quod Plato quidem in Timæo, Arist. verò 3. de par. anim. & 3. de histor. anima. Gal. verò & medici fermè omnes, sicut cerebrū neruorum & cor arteriarum, ita & iecur uenarum principium esse contendunt. id quod pluribus Gal. disserit 6. præsertim lib. de decr. Hipp. & Plat. Aristotelem tamen tuetur Auer. 3. præsertim de partib. anim. Cæterum, ut hanc litem dirimamus, negari non potest, in iecinore uenarum esse cumulum maiorem longè quam in corde, ut medici sentiūt, nihil tamen obstat, eo etiam dato, quin (ut & de neruis alibi diximus) sicuti flumina ab exiguo admodum fonte primum sui ortum ducunt, ita et uenæ à corde primum initium suscipiant, quum tamen in iecinore maior harum sit copia. ex corde nempè & uis omnis, & uita ipsa toti corpori influit; & ab eodem ueluti fonte, uenarum initium est, quamuis imbecillum, quamuis tenue. Sed a iecinore ueluti a lacu quodam ampliori uenarum postmodum flumina emanant, quæ in totum deinceps corpus disperguntur. Ita conciliari hæ sententiæ nobis uidentur. licèt Gal. aliter philosophi uerba intellexerit.

cap. 4. Cap. 13. cap. 3. & deinceps. Cap. 14.

De anatomia uenæ, quæ uocatur porta. Cap. 2.

INcipiemus venæ, quæ porta vocatur, anatomiam. Et dicemus, quòd portæ extremitas, quæ in hepatis submergitur ventriculis; in primis in quinque diuiditur partes: & ramos à se emittit, donec ad gibbosas hepatis pueni textremitates, ex quibus vna vena ad fel tendit. Et isti quidem rami sunt sicut arboris radices; quæ ad fundum originis ipsarum vadunt. Extremitas verò, quæ eius concauitatem sequitur, quum ab hepate egreditur, in. viij. diuiditur partes, quarum duę sunt paruę, & sex sunt maiores. Et vna quidem ex duabus minoribus cum parte intestini continuatur, quod duodenū vocatur: ad hoc vt ab eo nutrimētum attrahat. & ab eo etiā iam diuisi fuerūt rami, qui separati fuerūt in corpore, quod vocatur [a] [† pancreon.] Et pars secunda in inferioribus diuiditur stomachi apud porta narium, quod est os stomachi inferius, ideo vt nutrimentum trahat. Vna autem sex remanentium, ad partem stomachi latam tādit, ad ipsius superficiem [b] [manifestam] nutriendum. Occultum nanque stomachi primum nutrimentum, quod est in ipso, tangit; & ex eo per tactum nutritur. Et pars secunda ad partem peruenit splenis ad splenem nutriendum, à qua antequā ad splenem nutriendum perueniat, separantur rami, qui corpus quod [c] [† pancreon] vocatur, ex clariore eius parte, quod in ipso penetrat ad splenem, nutriunt: deinde peruenit ad splenem, & ex ipsa cum eo continua reuertitur ramus magnus, qui in latus stomachi sinistrum ad ipsum nutriendum partitur. Et, quum illud, quod ex ipsa penetrat in splenem, in medio ponitur, ascendit ex ea pars, & descendit ex ea pars. Et ex ascendēte quidem spargitur ramus in medietate [d] [stomachi] superiore ad nutriendum ipsum; & altera pars in splene ad ipsum nutriendum. Et pars altera egreditur, donec ad stomachi peruenit gibbositatem: deinde in duas partitur partes. vna pars in manifesto sinistri stomachi spargitur: [e] † [ ] & altera ad os stomachi submergitur ad superfluitatem ponticam acetosam choleræ nigræ ibi proijciēdam, quæ cum superfluitatibus egreditur, & os stomachi titillat titillatione desiderium excitante, & iam ipsam ante nominauimus. Pars verò ex ea descendens in duas etiam diuiditur partes, vnius quarum rami in inferiore splenis medietate diuiduntur ad ipsum nutriendum. Et altera ad [f] [reticulum] vadit, & in ipso ad ipsum nutriendum. Et pars tertia ex sex primis ad latus vadit sinistrum, & in omnibus vijs venarū, quæ in circuitu recti consistunt intestini, spargitur ad sugendum illud, quod ex reliquijs nutrimenti est in stercore. Et pars quarta ex sex, ad modum capillorum separatur, ex quib. sunt, qui in manifesto dextri gibbositatis stomachi oppositi parti, quæ in sinistro à parte splenis ad eum venit, sparguntur: & ex eis sunt, quæ [g] [à dextra reticuli parte] vadunt, & in ipso sparguntur oppositi parti, quæ ad ipsum a parte sinistra venit ex ramis venæ spleneticæ. Quinta verò ex sex in [h] [† mesaræi venas] spargitur, quæ sunt in circuitu intestini colon ad nutrimentum ex eo sumendum. Et sexta est sicut hæc, & ipsius plurimū in circuitu ieiuni spargitur, & quod remanet in circuitu [i] [tunicarum minutarū,] & cum monoculo continuatur, & trahit nutrimentum.

a B. bancharas. † encharas.
b B. exter iore.
c B bancharas. † encharas.
d B. splenis.
e † B. ut nutriat ipsum.
f B. zirbum.
g B. ad partem zirbi dextram.
h B. uiis.
i B. intestinorū inuolutorū minutiorum.

De anatomia venæ [k] [habentis uentrem,] & eius quę ex ea ascendit. Cap. 3.

k B concauæ.

SEd ventrem habentis radix in primis in ipso met hepate spargitur in partes, quæ sunt sicut capilli, ad attrahendū nutrimentum a [a] [partibus] portæ, quæ etiam sicut capilli partiuntur. [b] [Partes verò ventrem habentis] a gibbositate hepatis ad ipsius ventrem sunt venientes. Et rami quidem portæ sunt venientes a concauitate hepatis ad eius ventrem, postea eius stipes apud hepatis eleuatur gibbositatem, & in duas diuiditur partes; vnā ascendentem, & alteram descendentem. Sed ascendens ex ea rūpit diaphragma: & penetrat in ipsū, & duas in diaphragmate dimittit venas, quę in ipso sparguntur, & dant ei nutrimentū: deinde capsulæ cordis opponitur: cui multos transmittit ramos, qui ad modū capillorum diuiduntur. & eam nutriūt. Et postea in duas diuiditur partes: quarū vna, quę est magna, peruenit ad cor: & in ipsum penetrat apud dextram cordis aurem. Et hæc quidem uena, venis cordis maior existit: & nō est hæc vena alijs venis maior, nisi propterea quòd aliæ uenæ sūt ad aerem attrahendū; & hęc est ad nutriēdum, sed nutrimentum grossius est aere: oportuit ergo, ut eius penetretio esset amplior: & [c] [illud] in quo stat, esset maius. Et huic quidem, quum cor ingreditur, tres creantur pāniculi: quorum [d] [fissuræ] sunt ab exterioribus ad anteriora, propte-

a B. ramis.
b B. Rami uerò uenæ concaue.
c B. uas.
d B. partitiones uel ramī.

rea, vt cor attrahat, quũ trahitur ab eis nutrimẽtũ; & postea non reuertatur, quum dilatabitur. Et hi quidem panniculi omnibus alijs pãniculis duriores sunt: Hæc autem vena in opposito cordis[c] † [apud extensionẽ eius] tres dimittit venas: quarum vna ab ea ad pulmonẽ vadit apud arteriarum originem, nascens iuxta sinistrã: & in vẽtriculo dextro ad pulmonem reflectitur. Et ipsa quidem iam creata fuit duas sicut arteria habẽs tunicas: & ideo eam arterialem vocant venã. Primum autem iuuamẽtum in hoc existit; vt sit illud, quod ab ea resudat sanguis in vltimo subtilis, pulmonis substãtiæ similis parum, quoniam parum est, ex quo sanguis hic a corde exiuit, neque in eo talis existit digestio: qualis est eius, qui ad arteriam effunditur venalem. Et secundũ existit iuuamentum, vt in ea sanguis multũ digeratur. Secũda verò ex his tribus partibus in circuitu cordis reuoluitur: postea in interioribus ipsius ingreditur ad ipsum nutriendum. Et hoc q̃dem est, quum ferè vena uentrem habens venit vt submergatur apud aurem dextram intrãs ad cor: sed pars tertia in hominibus propriè ad partem declinat sinistram: deinde uadit ad quintã spondylium pectoris: & super eam recumbit: & in octo costis inferiorib. spargitur, & in eo, ꝙ ipsas sequitur ex musculis, & alijs corporib. Ex ea uerò, quæ ex habente uentrem post tres penetrat partes, quum partem pertransit cordis ascẽdendo: sparguntur in supremo pãniculi pectus per mediũ partientis, & in supremo capsulæ, & in carne laxa, quę morũ uocatur, partes capillares: postea apud furculę propinquitatẽ duo ab ea separantur ramĩ: quorum ambo ad partẽ furculæ transuersi incedunt: & quantumcũq; plus uadunt, adinuicem elongãtur: & fit unusquisq; ramus ex eis duo rami, s. vnus in vnoquoque latere, descendentes super extremitatem thoracis a dextra & sinistra: donec ad[f] [† ensiformẽ] pueniunt; & in suis itinerib. ramos dimittunt, qui in musculis sparguntur, qui inter costas existũt, quorum orificia venarum obuiãt orificijs, quæ in ipsis penetrant, & egreditur inde collectio ad musculum pectoris extrinsecum. Quumque ad[g] [† ensiformem] perueniunt, egreditur ab eis exterius collectio ad musculos conculcatos spatulã mouentes: & spargitur in eis: & alia collectio sub musculis rectis descendit, ex qua in eis sparguntur partes, quarum extremitates vecum partibus ascendentibus continuantur venæ[h] [† ossis sacri, quam modo nominabimus. † Secundi] autem vniuscuiusque eorum, & est par vnumquodque duorum imparium, quinque dimittit ramos: vnus ex eis in pectore spargitur, & quatuor superiores nutrit costas, & alter ramus nutrit spatularum locum. & alter ramus ad musculos submersos vadit, qui sunt in collo ad nutriendum eos. & alter ramus penetrat in foraminib. sex spondylium superiorum, quæ sunt in collo; & inde ad caput transit. & alter ramus magnus, qui illi existit omnib. maior, ad ascellam ab vnoquoque vadit latere: & in quatuor diuiditur ramos: primus in musculis, qui super thoracem, spargitur; & ipsi quidem sunt ex illis, qui spatulæ iuncturam mouent, & secũdus in carne laxa, & in panniculis qui sunt in ascella. & tertius eorum descendit

c —— B

f B. alchangeri. † epiglottim.

g B. alchangeri. † epiglottale.

h B. alhagiazi. quam nominabimus. † alhauizalis. † Residui.

incedẽs[i] [† in supremo] pectoris ad abdomẽ. & quartus omnib. illis est maior, & in tres diuiditur partes: vna pars spargitur in musculo, qui in concauitate existit spatulę: & altera pars in musculo magno, qui est in ascella. & tertia est maior ipsis omnib. super adiutorium, tendens ad manũ, & ipsa est quę ascellata vocatur. Et illud, quod ex ramis remanet primis: quorum vnum ex imparib. in multas partitum fuerat partes: ad partem colli ascendit: & antequam multum[k] [ascendat,] in duas diuiditur: vna est † vena iugularis manifesta: & altera est † vena iugularis submersa. Et † vena iugularis quidẽ manifesta illico quũ à furcula ascendit, in duas diuiditur partes: quarum vna illico quũ separatur, ad anteriora tendit & ad latus: & altera vadit primo ad anteriora, & descendit; & postea ascendit, & k [reuoluitur super furculam: deinde eleuatur, & manifesta ascendit] super collum: donec ad primam partem peruenit: & miscetur cum ea, & fit ex eis † vena iugularis manifesta, quæ est scita. Veruntamen, antequam cum ea misceatur, separantur ab ea[l] [duæ partes: quarum vna] ad ad latitudinem tendit: deinde sibi apud furculã duarum obuiationum obuiant in loco profundo. & secunda in collo manifesta trãsuersatur: & duo eius imparia, non post hoc sibi obuiãt. Et ex istis quidem duobus[m] [imparib.] rami separantur † araneales, qui sensui non subiacẽt. Ex summa autem ramorum istius secũdi paris propriè tres venæ iam separatæ fuerunt sensu perceptæ, quantitatem habentes: sed alię sunt non perceptę sensu. vna verò harum venarum super spatulam extenditur; & ipsa est, quę uocatur spatularis, ex qua est cephalica. & duę ad duo istius spatularis latera, ipsam vsque ad caput spatulę simul comitãtes. vna verò earũ ibi[n] [torquetur, vt serpens,] & nõ pertransit eam: immo ibi spargitur: sed secunda anterior earum eam ptransit ad caput adiutorij, & ibi spargitur. Spatularis quoq; eas ambas pertrãsit ad vltimũ, quod est in manu, & † hęc est. † Vena autem iugularis manifesta, postquam eius duo imparia miscentur: in duas diuiditur partes: quarum vna occultatur: & separantur, ex ea rami parui, & in mandibula sparguntur superiore: & alij rami multum maiores istis in mandibula inferiore spargũtur: ramorum aũt duorum modorũ partes in circuitu linguę spargũtur, & in manifesto partiũ musculorum, qui sunt ibi positi. & pars altera manifestatur: & in locis, qui sequuntur caput & aurẽ spargitur. † At vena iugularis submersa comitatur † gulam, & ascendit cũ eo directè; & in suo itinere dimittit ramos, qui miscẽtur cũ ramis, qui a † uena iugulari manifesta ueniunt: & oẽs in † gula, & in epiglottide, & in omnib. partib. musculorum profundorum spargũtur: & penetrat extremũ eius ad finẽ[o] futuræ lãbda] & sparguntur illic rami,] qui in mẽbris sparguntur, q̃ sunt inter spondylem primam & secundã: & inde vadit vena capillaris apud iuncturã, quæ est inter caput, & collũ, a qua rami separãtur, qui ad panniculum veniunt, qui est cooperiens craniũ: & veniũt ad locum, vbi duo[p] [semigranea] sibi obuiãt: & submergũtur ibi in cranio. Quod autem post harum venarum transmissionẽ remanet: ad cranij ventrẽ penetrat ĩ fine[q] [† futuræ]

i B. super latera † mirach.

K B. superfluat.

† guidem. † guidem. † guidem.

K. B. eleuatur manifesta secũdo. ex furcula, & reuoluitur super furculã, deinde ascẽdit, & eleuatur manifesta.

† guidem.

l B. paria quorũ unum.

m B paribus. † capillares.

n B. retinetur.

† Al. legunt. & hoc est. Forte legendum. & hoc verum est. † guidem.

† guidem. † meri.

† guidem.

† meri.

† dorem lãbda. o B. commissuræ lãbde, & sparguntur illic octo rami.

p B. ossa cranei.

p B. cõmissuræ. † dorem.

ræ] lambda: & inde spargitur ramus in duob. cerebri panniculis ad nutriendum eos, & ad ligãdum panniculum durum cũ eo, quod est in ipsius circuitu: & supra ipsum. postea egreditur ad exteriora, & panniculum, qui cooperit craniũ, nutrit. deinde à panniculo subtili ad cerebrum descendit: & in ipso dispergitur, sicut arteriæ disperguntur: quas omnes panniculi grossi replicatio stringit, & eas ad locum amplũ,[r] [qui platea vocatur, defert; in quē] sanguis funditur, & cõgregatur: deinde ab eo separatur ĩter duas replicationes, & vocatur torcular. Istis quoque ramis, quum ventriculo medio propinqui fiũt est necesse, vt magnæ fiant venæ: & ex torculari sugant: & ex suis vijs, quæ ab eo separantur. deinde à ventriculo medio ad duos anteriores uẽtriculos tendunt, & arterijs ad locum illum ascendentib. obuiant, & texitur panniculus, qui rete vocatur secundinum.

r B. & ad spatiũ in quod.

De anat. venarum manuum. Cap. 4.

PRimum autem, quod ex spatulari diuiditur vena est cephalica, quum in rectitudine sistitur adiutorij: & in cutem, & partes musculorũ spargitur manifestas. postea iuxta cubiti iuncturam in tres diuiditur partes: quarum vna brachij funis, quæ super manifestum superioris focilis extẽditur, deinde ad siluestrem inclinatur, & ad focilis inferioris gibbositatem declinans, & in eo, quod in inferioribus partibus † rasetę siluestribus est, spargitur. Secunda autem ad cubiti flexionem tendit in manifesto[s] [† cubiti] & ramo ascellaris cõmiscetur: & fit inde vena nigra. Tertia autem submergitur, & in profundũ etiam cum ramo ascellaris miscetur. Ex ascellari verò in primis, quum oritur; procedũt rami, qui in adiutorio submerguntur: & in musculis, qui sunt ibi, spargũtur: & ibi finiuntur, excepto vno eorum, qui peruenit ad † cubitum. Quumq; ascellaris circa cubiti peruenit iuncturã, in duas diuiditur partes; quarũ vna submergitur, & ramo cephalicæ continuatur, qui profundatur; cum quo parumper incedit, sed postea ab eo separatur, & declinat vna earum ad domesticum, donec ad auricularem & annularem peruenit, & ad medium medij: & pars eleuatur, & in partibus manus extrinsecis, quæ tangunt os, diuiditur. Secunda autem partiũ ascellaris apud † cubitum, in quatuor partitur ramos: quorum vnus in inferioribus † cubiti diuiditur; & ad rasetã tendit. Et secundus diuiditur supra diuisiones primi, cuius diuisiones sunt, sicut illius diuisiones. Et tertius similiter diuiditur in medio † cubiti. Quartus verò est maior eorum: & ipse est ille, qui manifestatur & eleuatur: a quo procedit ramus, qui ad vnum cephalicæ peruenit ramũ; & fit ex eis vena nigra: cuius residuum est basilica, quæ etiam occultatur, & submergitur alia vice. Vena autem nigra a domestico incipit, & supra superius focile eleuatur; deinde ad siluestrem peruenit: & in duas ad lambda græcæ similitudinem diuiditur partes: quarum superior ad extremum superioris focilis tendit, & vadit ad rasetam, & in pollicis dorso spargitur, & inter ipsum & indicem; pars autem eius inferior ad extremum focilis inferioris vadit: & in tres diuiditur ramos: quorum vnus ramus ad locũ tendit, qui est inter medium & indicem, & ramo qui ad indicẽ à superiore proficiscitur parte, continuatur, & fit inde vena vna. ramus verò ipsius secũdus, & ipse est † sceilen, procedit: & inter medium, & annularem diuiditur. Et protenditur tertius ad anularem, & minimum. Et isti postea coniunguntur, & in digitis sparguntur.

† brachialis.
s B. alsceid.
† asceid.
† asceid.
† asceid.
† asceid.
† asceid.
† i. quam saluatellam uocant.

ANNOTATIONES.

De brachij venis copiosam habes historiam ex Gal. lib. de uenarum dissect. & 3. de anatom. admin. Et 2. de ratione uict. in ac. Sed de uena quam inter indicem & pollicem author hic describit, Gal. non uidetur meminisse. quamuis lib. de sangu. miss. secuisse fateatur arteriam inter indicem sitam & pollicem. De uena quoque, quæ inter minimum est, & annularem (saluatellam uocant) discrepant ab Auic. peritiores nostri temporis anatomici; & non ramum axillaris, vt hic: Sed & hanc, & eam quæ inter pollicem est & indicem uenæ mediæ propaginem esse testãtur. quamuis non desint qui eam quæ inter pollicem est & indicem, ex humerali putent prouenire, & qui idcirco hanc in capitis affectibus; alteram uerò in morbis & splenis, & iecinoris, secandam putent.

cap 3. & 5.
cap. 5.
Com. 10.
cap. 13.

De anatomia uenæ[b] *[uentrem habentis] descendentis.* Cap. 5.

b B. concauę.

IAm quidem compleuimus sermonẽ de parte ventrem habentis ascendente, quæ est duarum partium ipsius minor. A parte verò descẽdente, primum quod diuiditur illico, quum oritur ab hepate, antequam supra dorsum † considat, est rami capillares; qui ad [a] [fascias] dextri renis uadunt: & sparguntur in eis, & in eo, quod circa eas existit de interioribus, ad nutriendum ea. Postea procedunt ab ea duæ magnę venæ, quę emulgentes uocantur: & ad renes vadũt ad sanguinis aquositatem colandã, Ren enim non trahit nisi nutrimentum sui: quod est sanguinis aquositas. A sinistra autem venarum emulgentium[b] [duæ procedunt venæ,] quæ ad sinistrum masculorum & feminarum testiculum vadunt, secundum modum, quem in arterijs diximus; non.n. alteratur in hoc, neque in hoc, ꝙ post diuiduntur duę venę, quę ad duos incedunt testiculos. Et illa, quę ad sinistrum tendit, semper a sinistra harum duarũ accipit ramum, & fortasse in aliquibus tota eius origo erit inde. Illa verò, quę ad dextrum tendit, raro a dextra istarum duarum emulgẽtium accipit ramum. immo sępe non ei commiscetur, neque in eo alteratur, quod à rene peruenit ad testiculos, & in foramine, in quo sperma digeritur & albificatur, quũ prius esset rubeum propter multitudinem tortuositatum suarum venarum, & reuolutionum suarum, & quod ad eas etiam peruenit a[c] [corde.] Et huiusmodi quidem venę plurimum in virga, & ĩ collo matricis finitur. quemadmodũ in arterijs declarauimus. Postquam verò duę emulgentes, & earum rami nascuntur: ventrem habens è vicino supra dorsum † considit, & descẽdere incipit, a qua corã omni spondyli separatur ramus, & in ea egreditur, & spargitur: & in musculis, qui apud eas sũt positi: & uenę separantur

† appodiatur.
a B. inuolucrões.
b B. una procedit uena.
c B. dorso.
† appodiatur.

rantur,quæ ad duo tendunt ilia: & ad ventris musculos vadunt:postea venæ,quæ per foramina spondylium ingrediuntur ad nucham:quæ, quum ad extremum perueniunt spondylium,in duas diuiduntur partes:quarum vna ad dextrã, & altera tendit ad sinistram, & vnaquæque ipsarum ad vnam tendit coxam. Ab vnaquaque tamẽ earum antequam ad coxam perueniat,decẽ separantur tunicæ: quarum vna[d][ad duos tẽdit renes.]Secũdæ verò earum partes subtiles sunt, & capillares,quæ ad inferiora partium † peritonæi tendunt. Tertia autem in musculis spargitur,qui super[e][coxæ] os existunt. Quarta spargitur,in musculis,qui sunt in ano, & in manifesto ex[f][† osse sacro.] Quinta verò ad collũ matricis mulierum vadit,& in ipso spargitur:& in eo quod ei,continuatur,& ad vesicam tẽdit. Sed illa,quæ ad vesicam vadit,in duas diuiditur partes:quarum vna in vesicã spargitur: & altera ad ipsius tendit collum. Et hæc quidem pars in viris,est ualde magna propter uirgam:sed in mulieribus est parua.[g] † [ ]

Sexta uerò ad musculos super os femoris positos vadit. Et septima ad musculos tendit, qui in rectitudine corporis super ventrem sunt positi. Et hæ quidem uenæ cum extremitatibus uenarũ continuantur,quas in pectora diximus ad† abdomen uentris descendere. Et ex harum quidẽ uenarum radice egrediuntur in mulierib. uenæ quæ ad matricem tendunt. Et à duobus quidẽ laterib. uenarum,quæ ad matricem tendunt,diuiduntur uenæ,quæ ad mammillas ascendunt, per quas mammillæ matrici associãtur. Octaua uerò ad uirorũ,& fœminarũ receptaculum uadit. Et nona quidem peruenit ad musculos eius quod in coxa est occultum, & spargitur in eis. Decima verò à parte emulgentis manifesta veniens,ad duo tendit ilia, & cum extremitatibus venarum descendentium cõtinuatur,& præcipuè eis,quæ à parte mammillarum descendunt & fit ex eis pars magna, quæ ad natium musculos vadit. Quod verò ex istis remanet, ad coxam tendit: vbi proueniunt rami, quorum vnus in musculis diuiditur,qui supra antecedentem coxæ partem consistunt:& alius in musculis eius, quod in coxa inferius est, & ĩ ipsius domestico profunde:& alij multi rami in coxæ profundo sparguntur. Quod autem post hoc totum remanet,postquam poplitis iũcturam parum cooperit,in tres diuiditur partes:quarum siluestris super cannam extẽditur minorem vsque ad[h] [calcanei iuncturam. Et ipsarum media in flexione poplitis extenditur descendens,& in lacertis occultis cruris facit descendere ramos, & in duas diuiditur partes:quarũ vna occultatur in eo, ꝗ in interiore cruris parte existit: Altera verò vadit inter duas cannas extensas ad anteriorem pedis:& ramo siluestri miscetur,quem nominauimus. Tertia verò,& ipsa est domestica, ad locũ cruris venosum declinat:& extenditur ad[i][† talum]& ad extremitatẽ cannæ maioris gibbosã: & ad pedis domesticum descendit: & ipsa quidem est saphena. Istę verò tres factę fuerunt quatuor: quarum duæ siluestres ad pedem veniunt à parte cannæ minoris. Et duarum domesticarum[k] † [ ] vna supra pedem[l][incedit,] & in supremo eius à parte minimi spargitur. Secunda verò est illa,quæ cum domestico ramo siluestris miscetur partis, quàm nominauimus:& sparguntur ambo in partibus inferioribus. Isti quidem sunt venarũ numeri. Et iam quidem membrorũ consimilium habẽtium partes anatomiam compleuimus. Cõpositarum vero instrumentalium cuiusque anatomiam nominabimus in dictione, quæ eorum dispositiones,& medicamenta comprehendit. Nunc de virtutibus loqui incipiamus.

d B. ad methenem tendit.

† siphac.

e B. alhagiazi.

f B. alhagiazi, † alhauim.

g † B. Et ex uenis,quæ ueniũt ad matricem, à laterib. sparguntur uenæ ascendentes ad mammillas propter cõitatem earũ inter matricem & mammillas.

† mirach.

h B. alchahab.

i B. alchahab, † chaab.

k † B. Et una duarũ siluestriũ

l B. eleuatur.

ANNOTATIONES.

De uenarum ductu quæ infra septum transuersum digeruntur,habes ex Gal. de diss. uenarum, & alibi sæpe in libris de usu par. Sed de uenis renum, quas emulgẽtes uocãt, silentio non uidetur inuoluenda controuersia inter Arist. et Gal. Arist. enim 3. de par. ani. eas uenas non ingredi cauũ renis putat:sed in illius carnem substantiamue absumi. Gal. tamen 6. de anat. admini. & 5. de usu par. in animali maximo,nuperq́, interempto,quod in renes, uenarũm cauum feratur,inspici testatur.


cap. 8. cap. 9. cap 13. cap. 5. & 6.

DOCTRINA SEXTA.

Cuius est summa una,& unum capitulum.

Summa est de uirtutibus:cuius sex sunt capitula.

Summæ, quæ est doctrinæ sextæ, quæ est dictionis primæ, quod est de generibus uirtutum secundum sermonem uniuersalem. Cap. 1.



[1]Irtutum & operationum adinuicem, aliæ ex alijs cognoscuntur. Omnis.n. virtus operationis existit initium: nec aliqua operatio prouenit nisi ex virtute;ideoq; vtrasq; in uno posuimus capite. Virtutum autem genera & operationum ex eis prouenientium apud medicos sunt tria. Quæ sunt genus virtutum[a] [vitalium:]& genus virtutum naturalium:& genus virtutum[b][animalium.] Et multis quidem philosophorum, & medicis omnibus, & præcipuè Galeno videtur,quod vnaquæq; virtutum, membrũ principale habet, quod eius existit minera,& à quo eius ꝓcedunt operationes. Et videtur eis,quod virtutis[c][animalis] sedes sit cerebrum,& ipsius ab eo proueniãt operationes. Et quod virtus naturalis duas hẽt species,& species est, cuius finis ẽ custodire indiuiduum,& conseruare ipsum[d] [quæ ministrat in re nutrimenti quousque ad finem crescentiæ eius nutriat corpus.][2] Et huius quidẽ speciei sedes, & operationum ipsius processus, est hepar. Altera uero species est,cuius finis est speciem conseruare,quæ est ministrans in regenerationis,& separat ex humorib. corporis spermatis substãtiã:deinde ipsum informat sui creatoris præcepto. Et huius quidem speciei habitatio,& operationum ipsius prouentus sunt testiculi.[e][Vitalis] vero virtus est illa,quæ spiritus esse conseruat,qui sensus,& motus vehiculum existit,& ipsum reddit aptum ad eorum impressiones recipiendas, quum ad cerebrum peruenit,& facit ipsum potentem dandi vitam, vbicunque expanditur. Et huius quidem virtutis

Vide Disquisitiones phytiologicas Cost. pag. 485. usque ad 490.

a B. alneffenie. b B. alhaiuanie Galeno.

c B. alneffenie.

d B. & regimen eius & ipsa operatur in re nutrimenti ut nutriatur corpus usque ad finem uitæ.

e B. alhaiuanie.

sedes

sedes & operationi ipsius processus est cor. Omnibus autem philosophis maiori i. Aristoteli videtur, quòd omnium istarum operationũ principium existit cor: sed primarum operationum earum manifestatio in his prędictis existit principijs, quemadmodũ apud medicos cerebrũ est sentiendi principium, & post hoc quisq; sensus habet membrum, in quo eius apparet operatio. Præterea quum considerant sicut debent, & certificant: inueniunt rem sicut videtur Aristoteli: & non quemadmodũ ipsis videtur; & inueniũt tractatus suos extractos ex propositionibus sufficientib. & non necessarijs, in quibus non assequuntur nisi quod ex rebus apparet. Medico autem inquantum medicus, non attinet, vt cõsideret, quæ sit harum duarum sentẽtiarum veritas: sed illud considerare philosophus, aut physicus debet, Medicus autem, quum conceditur ei mẽbra hęc pręnominata istarum virtutum principia existere: non curat in eo, quod de esse medicationis considerat, an ex alijs habeantur principijs, quæ sunt ipsis priora, vel non; [f] [neque illud ex eis existit, quę philosophus non ei leuia facit.]

[f] B. uerum illius ignorantia est de his, in quib. non conceditur philosopho.

A N N O T A T I O N E S.

1 *Virtutum autem genera &c. Virtutem seu facultatem nihil esse aliud quam agendi potentiam, tùm confessum est apud omnes, tùm à Gal. & sæpè alibi, & 1. de facul. nat.* (cap. 4.) *cõfirmatum. refertur enim facultas ad actiones, & contra actiones ad facultatem, ut loco citato habetur, & lib. de multitudine.* (Cap. 3.) *Quo fit ut tot esse statuendas actiones, quot facultates, & è conuerso, tot facultates, quot actiones, idem lib. quod animi mores tem. corp. seq.* (Cap. 2.) *& sæpenumero alibi, asserat. Propterea, quum humani corporis actiones tres genere sint, quod sentire Plato uisus est, & Gal. 7. de decr. Hipp. et Pla.* (Cap. 2.) *& 9. meth.* (Cap. 10.) *& sexcentis præterea locis confitetur, tres quoque actiones genere esse oportet. id quod hoc loco hic author statuit, & in Canticis,* (tr. 1. part. 1. cap. de sexta re naturali.) *et Gal. loco iã citato. sæpissimeq; alibi. Idem tamen Gal. lib. de symptom. diff.* (cap. 3.) *& 1. de sympt. caus.* (cap. 1.) *ac multis alijs locis, duas tantum actionum differẽtias facit; animalem, ac naturalem, uitali omissa. Et uitalẽ hanc facultatem Auerroes quoque contra medicorum sententiã 2. Coll.* (cap. 7.) *& 3. de part. anim.* (cap. 4.) *ad naturales actiones referẽdam esse contendit; in hac re etiam a Galeno discrepans. Sed de harum quoque facultatum sede controuersia est: ut hic notat. Quum Aristoteles & animalium, & uitalium, & naturalium, atque actionum demum omnium fontem esse cor existimauerit, 3. de part. anim.* (cap. 4.) *Gal. uerò, quem hic sequitur, animalem in cerebro, uitalem in corde, et naturalem in iecinore statuat. 9. meth.* (cap. 10.) *li. ar. med.* (cap. 9.) *et libris de Hipp. & Pla. plac. 6. & 7.* (cap. 7.) *Sed Aristotelem defendit Auerroes 2. de par. ani.* (cap. 4.) *& 3. de par. anim. Quod tamen ad hæc pertinet. Quòd Gal. modo duas, modo tres actionum differentias enumeret, non iniuria id facit. si naturale quidem intelligas, ut a uoluntario distinguitur, duæ tantum actionum sunt differentiæ seu species, quum uitalis, pro respiratoria ad uoluntatem pertineat, pro pulsatoria ad naturalem. sunt tamen tres distinctæ actiones, si naturalẽ sumas, ut nutritoriam facultatem significat. Quòd uerò Auer. uitalem ad naturales actiones referat, de Aristotelis sententia est, qui non uitalem modò, sed actiones omnes a corde, ueluti a fonte proficisci existimauit. Cuius tamen controuersiæ solutionem superius colliges ab hoc authore, cap. de membris.* (Doctr. 5. cap. 1.)

2 *Et huius quidem speciei sedes et operationum &c. Aristo. 3. de par. anim.* (cap. 3.) *sicuti cor neruorum principiũ, ita et sanguificationis et nutritionis facit. Ab eo tamen Gal. tùm toto 6. li. de plac. Hipp. et Pla.* (Cap. 1.) *tùm lib. eiusdem 8.* (Cap. 9.) *2. art. med. et lib. de marcore dissentit, putatq; nutritionis principium esse in iecinore.* (Cap. 5.) *Sed Aris. pulchrè tuetur Auerroes 3. de par. an.* (cap. 3.) *et 2. Coll.* (cap. 9.) *Dirimit tamen hic author hac litem cap. de membris citato.*

Et huius quidem speciei habitatio etc. Arist. 1. de gener. animal. (cap. 4.) *non necessitatis, sed utilitatis gratia factos esse testes existimat.* (cap. 9.) *Gal. uerò in ar. medic. nam eos ex principib. corporis particulis facit, pro generatione fabricatam, pro qua re disputat passim in libris de plac. Hipp. et Plat. et de us. par.* (cap. 4. Cap. 10.) *Sed Aristotelem defendit Auer. 1. de gener. ani. et 2. Coll. Vide et pro hoc quæ supra capite de membris.*

De uirtutibus naturalibus, quibus ministratur. Cap. 2.

VIrtutum verò naturaliũ aliæ sunt, quę sunt ministrantes, aliæ sunt quæ ministratę. Et ministratarum quidem duo sunt genera: vnum genus ministrat in re nutrientis ad hoc vt indiuiduũ remaneat, quod in duas partitur species nutritiuam, & crescitiuam. Et alterum genus ministrat in nutriente ad hoc, vt remaneat species: quod etiam in duas diuiditur species, in generatiuam, & formatiuam. Virtus verò nutritiua est illa, quæ nutriens in nutriti conuertit similitudinem, ideo vt per ipsum restaurationem eius recuperet, quod dissolutum fuit. Virtus autem crescitiua est illa, quæ in totius corporis diametris addit secundum proportionalitatem naturalem, quatenus ipsum ad finem augmenti perducat per illud, quod ipsum ex nutriente ingreditur. Nutritiua verò virtus crescitiuæ seruit, [a] [eo qꝺ] nutritiua quandoque affert nutriens ei quod dissoluitur æquale, quandoque minus, quandoq; plus. Sed crescitiua non erit, nisi quũ, quod ingreditur, plus fuerit eo, quod dissoluitur. Non tamẽ totum, quod taliter existit, est crescitiua. Impinguari enim post macredinem in ætate consistentię, est huius sectæ; non tamẽ est crescitiua. Non est enim augmentum nisi illud, quod secundum naturalem proportionalitatẽ in omnibus existit diametris, quatenus ipsum ad crescentiæ perducit complementum. Deinceps verò post hoc nullo modo est ibi crescentia, & si sit ibi impinguatio: quemadmodum ante consistentiam non existit etiam [b] [ariditas] & si sit ibi macredo, licet illud longius existat, & à necessario exiens magis. Et nutritiuæ quidem operatio trib. particularibus completur operationibus: vna est [c] [permutationis substantiæ comprehẽsio,] quæ est sanguis, aut humor, qui est in potentia propinqua in effectu similis membro: quod quandoque fallit, quemadmodum in ęgritudine contingit, quæ atrophia vocatur, quæ est nutrimenti defectus. Et alia est adherentia, quę est, vt hoc receptum, nutrimentum completo effectu efficiat, scilicet vt membri pars fiat: quod plerunque fallit, quemadmodum in hydropisi contingit carnosa. Et tertia est similitudo, quę est vt hoc receptum quod iam factum est pars membri, ponat ei ab omnibus partibus simile vsque in essentia, & colore: quod quandoque fallit, quemadmodum contingit in † lepra & vitiligine. Cambium enim, & adhærentia iam ibi sunt reperta, sed similitudo non ibi inuenitur. Et hanc quidem operationem

[a] B. et.
[b] B. debil.
[c] B. aduẽtus substantiæ cambii. Alia litera. comprehensio, seu aduentus substãtiæ cambii.
† baras & morphea.

rationem efficit virtus immutatiua, quæ est vna de virtutib. nutritiuæ, & est in homine vna in genere[d] [&] principio primo, sed in mēbris similium partium diuersificatur. In vnoquoque enim membro existit virtus secundum eius cōplexionem, quę nutrimentum in eius conuertit similitudinem, diuersa à virtute, quę nutrimentum in similitudinem alterius permutat. Immutatiua verò, quæ est in hepate, operationem efficit toti corpori communem. Generatiuæ verò virtutis duæ sunt species: vna est, quæ in masculis & fœminis sperma generat; altera est, quæ diuidit virtutes, quę sunt in spermate, & permiscet eas[e] [temperando] secundum quòd vnicuique conuenit membro, dans neruo complexionem propriam, & ossi complexionem propriā: hoc tamen totum prouenit de spermate similium partium,[f] [&] similis permixtionis. Et hāc quidem virtutem vocant medici virtutem immutatiuam primam. Virtus verò informatiua imprimens, est illa, ex qua pręcepto sui creatoris procedit membrorum lineatio, & ipsorum figuratio, & concauitas, & foramina, & lenitas, & asperitas, & eorum situs, & ipsorum communitas, & ad vltimum operationes, quæ ex finib. dimensionum eorum pendent. Et huic quidem virtuti ministrantes sunt, quę rem nutrimenti ministrant ad speciem custodiendam, & sunt virtus nutritiua & crescitiua.

d B. aut.

e B. cum permixtionibus. Alia litera. complexionat eas cōplexionibus.

f B. aut.

ANNOTATIONES.

Naturæ actiones tres esse in uniuersum, generationem, nutritionem, & auctionem, docet Gal. toto primo lib. de fac. nat. sed capite præsertim quinto. Et his actionibus tres principes facultates respondere, in eodem lib. testatur. Cæterum obiri hæ actiones sine mutuo, cum earundem inter se, tùm aliarum quarundam facultatum seruitio non possunt, neque enim generatio sine formatione, neque hæc sine alteratione, aut alteratio sine caliditate, frigiditate, humiditate, & siccitate fieri potest, ut in eodem lib. habetur. neque item auctio sine nutritione, hæc sine agglutinatione & assimilatione, agglutinatio sine appositione, & assimilatio sine alteratione perfici possunt. lib. eodem. neque alteratio præterea sine retētione eius quod alterandum est, retentio sine attractione, et hæ demum omnes sine expurgatione & excretione fierent eorum, quæ aut huic, aut illi particulæ obesse possunt; & generationi, nutritioni, aut augmento obsistere. Quamobrem, quum tam multiplex naturalis sit actio et facultas, Gal. ita eas distinxit. ut tres primo loco principes & functiones & facultates collocauerit uniuersa naturæ opera complectentes, nulli (nisi seipsas mutuo seruitio afficiant) actioni famulantes. His uerò quattuor infimo loco opposuit famulantes solùm, neque superiorum seruitia postulantes: attrahendi retinendi, alterandi, & expellendi uires & actiones. Medio loco cæteras omnes reposuit, quæ partim famulantur, partim seruitio afficiantur. Hæc omnia hic in hunc locum pulchro ordine ex Galeno traduxit, ab ipso paululum uarians. sicuti enim tres principes facultates Galenus primò facit, generationem, nutritionem, auctionem, Ita hic duo tantum primo loco capita statuit, naturæ opera diuidens, quòd alia pro indiuidui, alia pro speciei conseruatione sint: sed hæc postmodum in alia rursum capita subdiuidit à Galen. non discrepans.

Cap. 9.

cap. 6.

cap. 11.

Vide Disquisitiones physiologicas Cost. pag. 60. usq. ad 524.

De uirt. nat. minist. Cap. 3.

VIrtutes verò naturales quę ministrant: tantum virtuti nutritiuæ sunt ministrantes: quę sunt quatuor virtutes, attractiua, retentiua, digestiua, & expulsiua. Attractiua vero fuit creata ad attrahendum[a] [nutrimentum,] quæ quidē operatur hoc villis membri, in quo est secundū longitudinem protensis. Et retentiua fuit creata, vt iuuatiuum retineat, dum virtutes ipsum immutantes in eo operantur, quæ ab ipso alimentum suscipiunt: quod equidem efficitur villis, qui ex transuerso protenduntur. & est etiam quum villi, qui secundum latitudinem incedūt auxilium prębent. Digestiua verò est illa, quæ, quod attractiua attraxit, & retinuit retentiua: in essentiam cōuertit aptam virtutū in ea permutationem facientiū, operationi; & complexionē, quæ conuersioni nutrientis in effectu est cōpetens. Hæc est enim eius operatio in iuuatiuo, quæ vocatur[b] [digestio.] Eius verò operatio ī superfluitatib. est, vt si possibile fuerit, eas in hanc mutet dispositionem, quæ etiam vocatur digestio: aut vt earū egressionem à membro, in quo sunt retentę, facilem efficiat cum expulsione, earū attenuando essentiam, si quod prohibet fuerit grossities: aut ingrossando, si quod vetat, fuerit tenuitas; aut incidēdo, si quod prohibet, fuerit viscositas. Et hæc quidem operatio vocatur [c][maturatio. [Est tamen, quū digestio, & maturatio synonyma dicūtur. Expulsiua autem est illa, quę superfluitatem expellit ex nutrimento residuam, quæ ad nutriendum non est conueniēs, aut, quę excedit mensuram, quæ sufficit ad nutriendū; & quæ non est necessaria:[d] [aut euacuat in receptaculo sibi apto,] sicut vrina in vesica. Et hęc quidem virtus has expellit superfluitates aut per partes & foramina quæ sunt eis præparata; vel si non fuerint ibi foramina præparata, à nobili expellit ad ignobile, & à duro ad laxū. Quumq; in parte expulsionis fuerit declinatio materiei superfluitatis, non conuertit eam virtus expulsiua ab illa semita inquantum possibile fuerit. His autem quatuor virtutibus naturalibus quatuor primæ seruiunt qualitates. s. caliditas, frigiditas, siccitas, & humiditas. Sed caliditatis seruitium omnib. quatuor pro certo est commune. Frigiditas vero est, quum alicui earum seruit accidentaliter, & non essentialiter. Quod enim frigiditati inest essentialiter, est vt omnib. virtutibus sit contraria: quoniam omnium virtutum operationes per motum existunt: & hoc quidem in attractione & expulsione manifestū existit: sed in digestione etiam, quoniam digestio completur[e] [per partes eius, quod fuit ingrossatum, & inspissatum partiendo, & adiungendo ei, quod attenuatum fuit, & subtiliatum. Et hæ quidem motiones sūt separantes & temperantes. Retentiua vero operatur, villos mouēdo transuersos secundum figuram comprehensionis[f] [bene factam. Et frigiditas quidem est paralyticum faciens, & mortificans, & ab omnibus] prohibens operationibus: ad retentionem tamen faciendam accidentaliter confert, quoniam villos secundum bonæ comprehensionis figuram tenet. Non ergo in operationibus virtutum essentialiter ingreditur: sed tali præparat instrumentum dispositione, qua ipsum suā custodit operationem. Et expulsiua quidem a frigiditate iuuatur: propterea quod ventositatis prohibet fieri dissolutionem, quæ ad expellēdū iuuat:

a B. iuuatiuum.

b B. henadan.

c B. alandagi.

d B. aut cō, Ista est eius administratio. secundū modum iacentium, uel in parte iacent.

e B cum separatione partium quæ sunt grossę & spissę, & aggregatione ipsarum quæ sunt tenues & subtiles. Alia litera. & cū aggregatione ipsarum cum eo quod est tenue & subtile.

f B bene firmā. Et frigiditas quidem est mortificans & stupefaciens, & ab omnibus illis.

iuuat: & quia in eius auxiliatur grossitie:& propterea quòd villum, qui secũdum latitudinem protenditur, experimentum contrahit, & inspissat ipsum. & hoc est etiam instrumentum præparare; & non est in ipsamet operatione auxilium ferre. Et frigus non intrat in seruitium harum virtutum, nisi per accidens. Si enim in ipsismet ingrederetur operationibus: noceret, & motiones debilitaret. Siccitas uerò in triũ uirtutum operationibus necessaria existit, quæ sũt duę, mutatiua localiter, & retentiua. Duabus uerò localiter mutatiuis, quę sunt attractiua & expulsiua, præbet siccitas auxilium, eo quòd multam eis efficit sustentationem, quę in motu est necessaria: motu videlicet spiritus, qui has uirtutes ad suas defert operationes, impulsione uehementi, † quam & talem, qualis est ipsa,[g] [humoralis prohibet fluxus: quum in substantia fuerit spiritus, aut instrumenti: * sed retentiuæ propter constrictionem. Digestiua autem plus indiget humiditate. Post hæc autem, quũ inter qualitates actiuas & passiuas comparaueris, inquantum istę uirtutes eis indigẽt: reperies virtutem retentiuam plus indigere siccitate, quàm caliditate: eo quòd tempus, in quo quiescere debet [h] [villus retentiuæ,] maius est tempore, in quo moueri debet villus qui secundum [i] [amplitunem] tendit ad constringẽdum. Nam tempus, [k] [quod est ad mouendum, est illud, quòd caliditate indiget,] & est breue: & totum reliquum tempus eius operationis est ad tenendum, & ad quiescẽdum. Et quia puerorum complexio plus declinat ad humiditatem, ideo virtus hęc in eis plus est debilis. Attractiua verò plus indiget caliditate quàm siccitate, quoniã caliditas adiuuat in attractione, in eo quòd maior pars suæ operationis est mouere: & plus necesse est ei mouere partes sui instrumenti, quam quietas facere, & cum siccitate stringere. Hæc enim virtus non tantum indiget multo motu: sed plerunque etiam motu indiget uehementi. Et attractio quidem fit, aut virtute attractiua, quemadmodum magnes attrahit ferrum; aut implendo vacuum, sicut aqua trahitur in [l] [† cãnam attractoriam:] aut calorem, sicut in lampade attrahitur oleum: licet hæc pars tertia reducatur necessario ad implendum vacuum apud certificantes, immo est ipsamet. Quum ergo virtus attractiua caliditatis habuerit auxilium, fortior erit attractio. Expulsiua verò minus indiget siccitate quam attractiua & retentiua; non enim indiget constrictione retentiuæ, [m] [neque inseparabilitate attractiuæ,] & constrictione eius, & circundatione attracti, tenendo partes instrumenti donec ad illas alterius partis attractio perueniat. Et ad ultimum nullo modo indiget expulsiua quiete, sed motu & inspissatione pauca, quæ ad exprimendum, & ad expellendum tali adiuuet mensura, quatenus per ipsam remaneat instrumentum figuram expressionis & constrictionis conseruãs: quemadmodum in retentiua tempus longũ, & in attractiua tempus breue est necessarium, donec partium attractio unam applicet alij, ideoque siccitate parum indiget. Quæ autem plus eis omnibus indiget caliditate, est digestiua, quæ siccitate non indiget, sed humiditate; ut nutriens liquidum efficiat, & ad penetrandum in foramina, & ad figuras recipiendas aptum reddat. Neque potest aliquis dicere, ꝙ si humiditas in digerendo esset iuuatiua, pueri possent res duras digerere. Non enim prouenit pueris non posse istud, & iuuenibus posse propter hoc, sed propter homogeneam, & homogeneæ elongationem. Quod enim ex rebus durum existit complexioni puerorum non est homogeneum. Virtutes igitur digestiuæ corã eo non operantur, neque ipsum recipiunt retẽtiuæ; sed cito ipsum expellunt expulsiuę. Iuuenum verò complexionibus est id conueniens, & ad eos nutriendos conueniens. Et ex hoc qđ collectum est, quòd retentiua indiget constrictione, & figurarum constrictionis fixione lõgo tempore, & pauco motionis adiutorio. Et attractiua constrictione indiget, & fixione & constrictionis tempore breuissimo, & in motu multo indiget auxilio. Et expulsiuæ est necessarium stringere tantum sine fixione, de qua non est curandum, & indiget adiutorio ad motum faciendum. Et digestiuæ est necessarium liquare, & temperare: ideoque uirtutes istæ qualitates illas quatuor inequaliter operari faciũt: & eis inæqualiter indigent.

† Man. quę qui quidem prohibetur ab humiditate mollificante si in substantia spiritus uel instrumenti reperiretur.
g B. prohibet mollificatio humida.
* Man. Ad retentricem quoque ẽ necessaria pp eius compressionem seu conuulsionem.
h B. retentiua.
i B. latitudinem
k B. monitionis eius, in quo caliditas est necessaria.
l B. alzarachat. † azaracha.
m B. neque adhærentia seu applicatione quæ fit in attractiua.

ANNOTATIONES.

Naturales facultates ministrantes ut hic Auicẽnas, sic Galenus tum 1. de fac. nat. toto. tum lib. de cau. morb. et millies alibi, quatuor esse docet, attractricem, retentricẽ, alteratricem, & expultricem. Attractionem per uillos rectos fieri legere est, 4. de usu par. & 6. de usu. par. & sæpe aliàs. & adiuuari hanc ex calore, dolore, familiaritate substantiæ 2. de diff. febrium, & 5. de simpl. med. fac. Arist. quoque 2. de gen. ani. fieri a calore testatur. cuius rei rationem reddit Alex Aphrod. 2. quæst. nat. Videtur etiamnum Galenus com. in Timæum Plat. ab ijs non dissentire, qui a uacuo fieri tractionem, putant, ut hic Auic. sed Hipp. ad hæc omnia lib. de ueteri medic. figuram adiungit. De retentione, quòd a siccitate adiuuetur, 2. Aph. testis. Gal. Quòd item per obliquos villos fiat, 6. de vsu par. a Gal. habetur. Sicuti & quòd alteratio per calorem præsertim obeatur, 2. de fac. nat. & quòd ab humido adiuuetur. 3. de sympt. cau De expultrice autem quòd per transuersas fibras perficiatur, 4. de vsu par. quòd uerò siccitate opus habeat 2. Aph. idem Gal. scriptum reliquit. Cæterum ex his ignorasse attrahendi potentiam uisus est Plato in Timæo. Sed eum damnat Gal. 8. de decr. Hipp. & Pl. & Com. in Timæum. Ex opposito uerò Auerr. aliam his quatuor facultatem addit, quam secretoriam uocat, & ab expulsoria differre existimat. 1. Coll. & 3. eiusdem. Cui Gal. 3. de tẽper. segregatricem potentiam inter naturales facultates enumerans astipulari uidetur. quod facit & Auic. lib. tertio.

Cap. 6. Cap. 17. Cap. 8. Cap. 11. Cap. 17. cap. 4. cap. 23. apho. 20. cap. 8. cap. 4. cap. 3. cap. 17. aph 20. cap. 8. cap. 19. cap. 2. & 8. cap. 16. cap. 1. f. 14. tt. 1. ca. 29. & tr. 4. c. 6.

De uirtutibus,[n] *[† uitalibus].* Cap. 4.

n B. alhaiuanie

Virtutes autem [a] [uitales] intelligi uolunt per illas uirtutem illam, quæ, quũ in mẽbris recepta fuerit, præparabit ea ad recipiendum uirtutem sensus & motus & operationis vitæ; quibus etiam admiscentur timoris & iræ motiones, propterea quòd in eis reperiunt dilatationem & constrictionem, quę accidit spiritui, qui huic [b] [comparatus] est uirtuti. Nos autem explanabimus summam hanc, & dicemus

quòd

a B. alhaiuanie.
† Antiq. cod. legebant animales falsò.
Vide Disquisitiones physiologicas Coltæi pagi. 524. usque ad pag 540.
b B. proportionatus.

quòd quemadmodum ex humorum spissitudine secundum aliquam complexionem, substãtia generatur spissa, quæ est mẽbrum aut pars membri:ita ex humorum vaporibus,& eorum subtilitate secundum aliquam complexionem substantia generatur subtilis: quæ est spiritus. Et sicut apud medicos hepar primæ generationis principium, ita cor generationis secundæ principium existit. Et hic spiritus, quum secundum complexionem prouenit, quam debet habere:ad hanc uirtutem recipiendam præparatur:[c] [deinde omnia illa præparat membra] ad recipiendum omnes alias virtutes animales & etiam reliquas. Virtutes equidem animales in spiritu quidem,& in memoris nõ proueniunt, nisi postquam hæc uitalis prouenit virtus. Ideoque licet virtutes animales alicuius membri destruantur:viuum tamen membrum adhuc existit, nisi hic virtus in eo fuerit destructa. Nonne vides, quòd membrum stupidum, aut paralyticum vnumquodque secundum habitudinem est non habens sensum neque motum:aut propter complexionem, quæ prohibet ipsum eos recipere:aut propter oppilationem,quæ accidit inter cerebrum,& ipsum in neruis, qui ad ipsum perueniunt, & tamen ipsum est uiuum? Et membrum, cui accidit[d] [mors] est non habens sensum neque motum, & accidit ei vt putrefiat & corrumpatur? In mẽbro ergo paralytico est uirtus,quæ eius custodit vitam:donec quum remotum fuerit, quod prohibet, profluat ad ipsum uirtus sensus & motus. Ipsum nanque præparatum erat ad suscipiendum eam propter uirtutis vitalis sanitatem in eo. Prohibens enim non prohibuit, nisi,ut non eam in effectu reciperet; sed membrum non sic est mortuum.[e] [Et pręparans non est virtus nutriendi tantum] ita, ut dicamus,quòd quandiu uirtus nutriendi affuerit, viuum erit:& quum destruetur, erit mortuũ: quoniam hoc ipsum verbũ uirtuti afferemus nutritiuæ. fortasse enim plerunque in aliquo eius operatio destrueretur,& membrum uiuũ remanebit: & fortasse plerunq; remanebit eius operatio,& membrum tendet ad mortem. Et si virtus nutritiua inquantum est nutritiua esset ipsa uirtus,quæ præparat ad sentiendum & mouendũ:vegetabilia pręparata forent ad sensum & motum recipiendum. Restat ergo, ut sit præparans alia res, quę propriam sequatur complexionem, quę uocatur uirtus[f] [uitalis.] Et ipsa quidem est prima uirtus,quæ in spiritu prouenit, quum spiritus ex subtilitate humorum procedit. Deinde spiritus secundum philosophum Aristotelem per eam recipit principium primum & animam primam,ex qua alię profluunt virtutes. Harum uerò uirtutum operationes non ab hoc proueniũt spiritu in principio rei, sicut etiam sensus apud medicos non prouenit per spiritum animalem, qui est in cerebro, nisi ad christalloidẽ penetret, aut ad linguam, aut ad alia. Quum ergo pars spiritus in ventriculum peruenerit, cerebri complexionem recipiet, & erit conueniens, ut ex eo proueniant uirtutum operationes, quæ in eo primo repertæ sunt, & similiter in hepate & similiter in testiculis. Et apud medicos quidem, nisi postquam spiritus in cerebro ad aliam conuertitur complexionem, non præparatur ad recipiendum animam, quę est principium motus & sensus: & similiter in hepate, licet prima cõplexio iam iuuerit ad recipiendum uirtutem primam vitalem: & similiter in unoquoque membro:apud eos enim vnumquodque operationum genus aliam habet animam. Et non est anima vna, ex qua uirtutes iste profluũt.[g] [quoniam huius summæ aggregatio est anima. Et si quid prima complexio iam adiuuit ad uirtutẽ primam recipiendam:tunc iam dedit uitalem, ubi prouenit spiritus & uirtus, quæ sunt eius perfectio. Hæc autem virtus] apud eos non sola sufficit,ut spiritus per ipsam omnes alias suscipiat uirtutes:nisi propria prouenerit complexio. Pręterea dixerunt,quòd uirtus hæc præter hoc, quòd ipsa est præparans uitam: est etiam motus substantiæ spiritualis subtilis,principiũ ad membra, & principiũ constrictionis & dilatationis[h] [aeris attracti,& pulsus.] Affert enim adiutorium in comparatione uitæ, quod est passio: & in comparatione operationum animę & pulsus prębet auxilium, quod est actio. Et hæc quidem virtus virtutibus naturalibus similatur, ideo quòd non a uoluntate proueniunt,[i] [unde profluunt.] Et similatur uirtutibus animalibus propter operationum carũ diuersitatem: ipsa enim dilatat & constringit simul: mouet ergo duobus motibus cõtrarijs. Philosophi autem,quum animam dicunt, animam terrenam dicere volunt,perfectionẽ corporis naturalis instrumentalis. Et uolunt dicere principium omnis virtutis, ex qua metipsi motus proueniũt,& operationes diuersæ. Erit igitur hæc uirtus secundum philosophorum sententiam uirtus animalis,sicut uirtutes naturales,quas nominauimus,apud eos virtutes vocantur animales. Quòd si noluerint dicere animam secundum hanc intentionem: sed uelint dicere uirtutem, quę est principium comprehendendi,& mouendi, quod ex aliqua prouenit comprehensione voluntarie: & naturalem velint dicere pro omni virtute,ex qua operatio prouenit in suo corpore secundum huius formæ diuersitatem:non erit uirtus animalis; sed erit naturalis, & altioris ordinis,quam sit virtus,quam medici vocant naturalem.&,si naturalem vocauerint illam, quæ rem nutrimenti ministrat,& conuerterit:siue ad hoc ut remaneat indiuiduum,siue vt remaneat species; nõ erit hæc naturalis: sed erit tertium genus. & quia ira & timor,& similia eorum,huius uirtutis sunt passiones: tunc licet eorum principia sint sensus,& existimatio,& uirtutes apprehendentes:huic tamen comparatę sunt uirtuti. Huius autem uirtutis declarationem certificare: & an sit una,an plures quã una;in sapientia cõtinetur naturali, quæ philosophiæ pars existit.

c B. quæ præparat omnia membra.

d B. mortificatio.

e B. Et non est illud præparãs uirtus nutritiua, aut aliud ab ea.

f B. alhaiuanie.

g B. aut erit aĩa aggregans hanc summam, quoniã, & si prima complexio iam adiuuerit ad virtutem primã alhaiuanie recipiendam, ubi uel in hora qua aduenit spũs, & uirtus quę est eius perfectio, tamen hæc uirtus.

h B. propter attractionẽ aeris, & eius expulsionem.

i B. quæ ab eo proueniunt.

A N N O T A T I O N E S.

Vitales actiones Gal. 7. de decr. Hipp. & Pl. partim in corde fieri; ut constantiam, iram, gaudium; partim ab ipso quidem, sed non in ipso obiri ait; ut respirationem, & pulsationem. Idem Gal. sine spiritu fieri non posse actiones sentit, non has solùm, sed nullas. 5. Aph. & lib. de renum affect. dignos. & alibi. Testaturq́, spiritum sanguinis esse halitum, cap. 3. cap. 53. cap. 3.

cap.14. cap.1. *tum, ut hic dicit, 3. fac. nat. & 1. de diff. feb. & sæpe aliàs. Unde, quum sanguinem in iecinore gigni statuat, spiritū quoque ortum primarium in ipso iecinore ut ponat, necesse est. Putat tamen 7. de decr. Hipp. & Pla. in corde præsertim* cap.3. *perfici, & residere spiritus, ab Arist. non varians. qui* cap.6. *lib. de communi mot. anim. connatum calorem in corde principium habere existimat. quod sensit & Hipp. lib. de carnibus, quum nutriri his spiritibus cor, & eos illic residere, et authores esse uitæ putat. Hos sæpe etiam Gal. animalium spirituum materiam esse ait, & recipere animalis formam in cerebro. 9. de usu par.* cap.4. *& 7. de decr. Hipp. & Pl.* *Verùm a Galeno, & Auicenna Auerroes de hac uitali* cap.3. cap.7. *facultate dissentit. quum 2. Coll. famulari hanc nutritoriæ potentiæ; neque ab ea differre; aut uirtutem per se ab alijs distinctam esse existimet.*

De uirtutibus animalibus comprehendentibus. Cap. 5.

Vide Disquisitiones physiologicas Costei pag. 540. usque ad 543.

IN virtute autem animali duæ copulantur uirtutes: quarum ipsa est sicut genus: una est sicut uirtus comprehēsiua, & altera uirtus motiua. Et comprehensiua quidem est sicut duarū virtutum genus. Vna uirtus cōprehensiua est manifestè, & altera uirtus comprehensiua occultè. Et uirtus quidem manifestè comprehensiua est sensibilis: quæ est genus secundū quosdam quinque virtutum, & octo secundum alios. Quod si dixerimus, quòd sint quinque: erunt uirtus videndi, & uirtus audiendi, & virtus gustandi, & uirtus tangendi, & uirtus odorandi. Et si dixerimus quòd sint octo: erit huius causa quòd pluribus certificatorum uidetur, q̄ tactus sit plures uirtutes. s. quatuor: & ponunt propriè vnumquodque quatuor generum tactus virtutem per se: licet in membro sensibili sint communia: sicut gustus & tactus in lingua, & uisus & tactus in oculo. hoc autem certificare est philosophi. Et uirtus quidem comprehēsiua occultè [a] [& non sentiens,] est sicut genus quinque uirtutum: una est virtus, quæ uocatur sensus communis, & phantasia: & apud medicos quidem sunt una uirtus, sed apud certificātes, qui sunt ex philosophis, duæ sunt uirtutes. Sensus enim communis est illa, quę omnia sensu percepta recipit, & [b] [propter eorū formas] patitur, quæ in ipsa copulantur. Phantasia verò est illa, quæ eas custodit, postquam coniunguntur: & retinet eas post sensus absentiam. Et quæ harum duarum est recipiēs, alia est a custodiente. Hoc autem certificare est philosophi. Sed qualitercunque fuerit, eius sedes & operationis eius principium est anterior cerebri uentriculus. Et secunda quidem est uirtus, quam medici uocant cogitatiuam. Sed certificatores vocant quandoque imaginatiuam, quandoque cogitatiuam. Si enim imperauerit ei uirtus existimatiua animalis, quam postea nominabimus, [c] [& ipsamet ad suā peruenerit] operationē, uocāt eam imaginatiuam. Et si virtus rōnalis ei imperauerit, & reduxerit eam ad illud, q̄d ei prodest, uocatur uirtus cogitatiua. Quocunque tamen modo fuerit, inter hanc uirtutē & primam existit differentia: quod prima est recipiens, & custodiens id, quod ad eam peruenit de formis sensus perceptis: & ista est illa, quę se exercet in eis, quę in eis, quæ in imaginatione recondita sunt exercitio componendi, & diuidendi, & [d] [singulas] efficit formas, quemadmodum ad eam perueniūt a sensu, & alias formas ab eis diuersas, sicut [e] [hominem, qui in mōte uolat smaragdino.] Sed phantasia non ponit coram te, nisi quantum recipit a sensu. Et huius quidem virtutis sedes est uentriculus cerebri medius. Et hæc quidem uirtus est instrumētum virtutis, quæ proculdubio in animali est occulta comprehensiua, & est existimatiua. & ipsa quidem est uirtus, qua animal iudicat, quòd lupus est inimicus, & filius est dilectus, & qui annonam præbere consueuit, est amicus, a quo non est fugiendum. Et hoc iudicium secundum modum existit non rationalem. Amicitia enim & inimicitia non sensu [f] † [ ] sunt perceptæ, neque sensus eas comprehendit: neque de eis iudicat nisi uirtus alia. & licet non sit comprehensio rationalis, est tamen proculdubio aliqua apprehensio non rationalis. Homo etiam plerūque utitur hac uirtute in multis suorū iudiciorum, & procedit in hoc, quemadmodum animal non rationale. Et hæc quidem uirtus diuiditur a phantastica, quoniam phātastica sensu percepta retinet: & hic in perceptis sensu intentiones discernit non sensu perceptas, & separatur ab ea, quam imaginatiuam uocamus, & cogitatiuam: quoniam illius operationes nullum sequitur iudicium; sed istius operationes, non solum iudicium, sed etiam iudicia sequuntur; & illius operationes sunt in sensu perceptis compositionē facere, & istius operatio in sensu perceptis iudicare intentiones [g] [extra sensum.] Et quemadmodum in animali sensus est iudicās de formis sensu perceptis, similiter existimatiua est iudicans de intentionibus illarum formarum, quæ ad [h] [existimationem] perueniunt, & non ad sensum. Quidam autem hominum sunt qui præsumunt: & hanc uirtutem imaginatiuā vocant, sed tamen non curamus: quia de nominibus non disputamus. sed intentiones & differētias intelligere debemus. Et medico quidem non est curandum, ut hanc uirtutem sciat. Impedimenta nanque operationum eius, impedimenta operationum aliarum uirtutū, quæ sunt antequam ipsa; sequentia sunt: sicut phantasia, & imaginatiua, & memorialis, quā postea nominabimus. Et medicus quidem non curat nisi de virtutibus, [i] [ex quibus, quum in suis impedimentis accidit læsio,] prouenit ęgritudo. Quòd si lęsio acciderit operationi alicuius virtutis, causa impedimenti, quod accidit prius operationi [k] [alterius uirtutis, quam ei:] fueritq́ue impedimentum illud sequutum malitiam complexionis alicuius membri, aut corruptionem cōpositionis: sufficit medico, ut sciat impedimentum illud propter malitiam complexionis membri, aut suæ compositionis corruptionem, accidisse: ad hoc, ut, cum medicina ei subueniat, [l] [aut ipsum ab eo custodiat.] & nō curat scire dispositionem virtutis, cui quod accidit, non accidit nisi alio mediante; postquā sciuerit dispositionem eius, cui accidit illud, quod accidit sine medio. Tertia verò illarum, quas nominant medici, est quinta aut quarta, quum

a B. animalis.

b B. & ab eorū formis.

c B aut ex seipsa promouerit.

d B præsentes.

e B. hominē uolare & montem smaragdinum.

f †B. animalis.

g B. nō sensatas

h B existimatiuam.

i B. in quarum operationibus quum accidit læsio.

k B. uirtutis cuę est ante ipsam.

l B. aut ab eo fugiat.

quum certificauerimus, quę est uirtus cõseruatiua, & memorialis: & est thesaurus eius, quod peruenit ad existimatiuam de intentionibus in perceptis sensu extra formas eorum sensu perceptas: sicut phãtastica est thesaurus eius, quod peruenit ad sensum ex formis sensu perceptis: & eius quidem locus est posterior cerebri ventriculus. Hic verò est locus considerationis philosophicę, vtrum virtus cõseruatiua, & memorialis, & virtus quę reducit illud, quod est absens, ad memoriam ex eis, quæ ab existimatiua sunt reposita, sit uirtus una, aut virtutes duæ. Medico tamen non est inde curandum, quoniam nocumenta, quę eis qualitercunque sint, accidũt; sunt homogenea: sunt enim nocumẽta, quæ in vẽtriculo cerebri posteriori accidũt, vel de genere complexionis, vel de genere compositionis. [m] [Virtus verò cõprehensiua,] quę est vna de virtutib. animæ comprehensiuis, est humana rationalis. Et quia medici virtutem existimatiuam non considerauerunt, propter causam quam diximus: ideo hanc virtutem nõ considerauerunt. Non enim fuit eorum consideratio, nisi in operationibus trium virtutum tantum, & non in alijs.

m B. Reliqua verò uirtus.

A N N O T A T I O N E S.

Cap. 3. par. 1. par. 1. c. de uirtu. animalib. Cap. 7.

Animales facultates aliter Gal. lib. de diff. sympto. aliter Arist. in lib. de anim. aliter hic in Canticis: aliter Auerroes 2. Coll. diuisere. Exactius autem, quod ad medicum negotium facit, rem docuisse Gal. videtur, quem sequutus est, Auic. in Canticis. Conueniunt verò Auerr. & Auic. hoc in loco de æstimatiua potentia, quàm adijciunt, de qua neque Arist. neque Gal. meminisse videntur. Differt quoque Auic. ab Arist. & Gal. in eo, quòd singulis virtutibus singula in cerebro loca sedesve constituit: quod illi non faciũt. Sed Auicennæ assentitur & Auer. in Canticis. & author libelli de oculis, qui Gal. ascribitur. Quin etiam, id Gal. sensisse eo argumento quidam affirmant, quòd in cuiusdam curatione, cui læsa esset imaginatio, medicamentis ad anteriorem cerebri partẽ appositis vsus sit, quòd in ea parte imaginatricem vim residere indicio est. quæ tamen ratio quid probet, vel ex eo constat; quòd non in imaginatricis solùm, sed cæterarum ferè actionum omnium animalium, ac multis preterea cerebri affectibus alijs, ad eam præsertim partem medicamenta apponat; ob eam sanè rationem, quòd ob coronalis suturæ raritatem, & cranij tenuitatem, ea parte medicamentorum vim ad internas cerebri partes celerius faciliusq́; adigi 13. meth. est arbitratus, vt sæpe etiam 2. de comp. med. per loca confirmat.

loco citato, par. 4. cap. 2.

Cap. 22. Cap. 1.

De virtutibus animalibus motiuis. Cap. 6.

Vide Disquisitiones physiologicas Costæi pag. 543.

MOtiua verò virtus est illa, quæ chordas contrahit, & laxat, propter quod mouentur membra & iuncturæ, dilatatione sua, & flexione. Et eius quidem penetratio est in neruis, qui sunt cum lacertis cõtinui. Et est genus, quod secundum specificationem principij motuum specificatur. In vnoquoque igitur musculo est alia natura, quę est sequens iudicium existimatiuę, a qua prouenit communis sensus.

A N N O T A T I O N E S.

Cap. 3.

Motricem facultatem inter animales esse, lib. de diff. sympt. & sæpe alibi docet. Gal. Verùm non omnis tamen motus huius est potentiæ: sed solum qui voluntarius. venarum enim & arteriarum naturalis est motus, eodem teste 1. de motu muscul. & sæpe aliàs, quod superius fatetur & Auic. Ipsum tamen Gal. accusat Auer. 2. Coll. quem tu vide. Vide etiam libellum de mot. obscu. & manif. capite de motu linguæ.

cap. 1. & per totum. cap. 18.

De operationibus. Cap. vltimum.

Vide Disquisitiones physiologicos Costæi pag. 543.

DIcemus quòd operationum singularium aliæ sunt, quę ab vna complentur virtute. verbi gratia digestio. Alię, quæ a duabus complentur virtutibus, sicut cibi desiderium, quod completur a virtute naturali attractiua, a virtute sensibili, quæ est in ore stomachi. Attractiua verò operatur ex hoc, quòd mouet villũ, qui secundum longitudinem protenditur [a] [requirendo] illud, quod attrahitur: & sugendo ex humoribus, quod est sibi [b] [proprium.] Sensibilis autem operatur in hoc, quod hanc sentit passionem: &, quia sentit mordificationem cholerę nigrę, quæ est excitans desiderium, cuius esse nominauimus. Et hanc quidem operationem non dicimus duabus compleri virtutibus, nisi ideo, quod quum sensibili acciderit nocumentum, destruetur intentio, quæ vocatur fames, & desiderium: neque desiderabitur cibus, licèt eo corpus indigeat. Et similiter transglutiẽdi operatio duabus completur virtutibus: vna est attractiua naturalis, & altera est [c] [attractiua] volũtariè. & prima quidem suã complet operationem per villum, qui secundum longitudinem protenditur, qui est in ore stomachi & œsophago. Et secundæ completur operatio per villum lacerti transglutiendi. Quumque vna duarum virtutum destruetur; transglutiẽdi operatio dupliciter prouenit: [d] [sed quãdo non fuerit, destructur. sed, quũ illa non operata fuerit,] erit transglutiendi operatio difficilis. Nonne vides, quòd, quum desiderium non rectè procedit, duriter prouenit operatio transglutiendi illud, quod non desideratur? immo, quum abhoremus aliquam rem, & eam postea transglutire voluerimus, & territa fuerit ab ea virtus nostra attractiua desideratiua; dura erit operatio voluntariè transglutiendi. Transitus quoque nutrimenti perficitur virtute membri impellentis, a quo procedit: & attractiua mẽbri, ad quod accedit. Et similiter superfluitatum egressio, quæ fit per duas vias. Et forsitan plerunque existunt operationis principiũ duæ virtutes, s. animalis & naturalis. Et fortasse plerunque existunt eius causa virtus & qualitas, sicut infrigidatio, quę prohibet materias, [e] [& iuuat expulsiuam in parilitate superfluitatum, quæ descendunt a mẽbro, & vetat, & in faciem reuerberat.] Et frigiditatis quidem qualitas propter duas prohibet res, scilicet cum essentia, substantiam eius, quod effunditur ingrossando, & coangustando poros: [f] [Et res tertia,] quę est per accidens, quæ est, qua caliditas extinguitur attractiua. Et qualitas caliditatis attrahit per illud, quod istis opponitur modis, quos prediximus. Et caliditatis quidem qualitas, & necessitas vacui non attrahunt in primis, nisi illud, quod est subtile, & postea, quod est spissum. Virtus verò attractiua naturalis

a B. apprehendendo.

b B. præsens.

c B. expulsiua.

d B. immo quũ non fuerit destructa, sed ipsa non se promouerit adhuc ad operationẽ suã.

e B. quoniã adiuuat expulsiuã resistẽdo humori, q. effunditur ad mẽbrum: & prohibet ipsum, & repercutit ipsum.

f B. & propter rem tertiam.

turalis non attrahit nisi, quod est ei magis conueniens, & quod naturæ eius est propriũ attrahere & plerumque, quod est magis spissum, est magis proprium, & magis conueniens.

ANNOTATIONES.

Ventriculum duplici facultate præditum esse, & animali, & naturali, ostensum est sæpe a Galen. præsertimq; cap.7. *1. de symptom. caus. Et quomodo naturales actiones perficiat, pulchrè 3. facult. nat. docet.* cap.8. *Verùm quod subdit hic author, sensitricem ventriculi facultatem, & cibi desiderium ex atra bile mordicante excitari, id superius quoque in capite de humoribus notauit: sed hoc de naturali appetentia in libris Gal. proprijs nusquam legitur, imo is* cap.7. *1. de sympt. cau. vitiosam ex tali humore appetentiam fieri notat. & 6. de loc. aff.* cap.1. *ex acida bile, quæ atra est, summam fieri inappetentiam testatur. Et hic quoque author, lib. 3.* f. 3. tr. 1. c. 1. *dolores ex atræ bilis in ventriculo præsentia magnos fieri confitetur. Sed innititur doctrinæ quam supra de venis a liene ascendentibus proposuit.* Doct. 5. cap. de anatom. uenarũ portæ. *quum in os ventriculi venam a liene ascendentem inseri adnotauit, appetentiæ gratia. De qua tamen vena Gal. apertius non meminit. quamuis de ijs venis, quę ab eodem splene in ventriculi fundum inseruntur astrictionis gratia, sæpenumero verba fecerit. Imo 3. fac. nat.* cap.13. *indigente ventriculo humores quidem ad ipsum trahi & biliosos & atros testatur; sed a liene in omentum, & ex hoc in lactes, & deinceps in tenuia intestina, & per hæc ad pylorum, atque ipsum ventriculũ trahi docuit; quo quidem longo itinere opus non erat, si a splene ad os ventriculi vena ferebatur. Cæterum hac de re peritiores nostri temporis anatomici fatentur in aliquibus quidem corporibus hanc venam a liene in ventriculi os sese insinuantem reperiri. non tamen æquè in omnibus. id quod & Gal. lib. de venarum & arter. dissect. adnotauit.*

FEN SECVNDA LIBRI PRIMI canonis: cuius sunt doctrinæ tres.

Prima est de ægritudinibus.
Secunda de causis.
Tertia de accidentibus.

Doctrinæ primæ sunt octo capita.

De doctrina causæ, & ægritudinis, & accidentis. Cap. 1.

DIcemus, quòd causa in libris medicorũ est id, quod primo est, & ex quo prouenit inuentio alicuius dispositionis in corpore humano, aut eius fixionis. Et ægritudo est dispositio non naturalis in corpore humano, ex qua in operatione essentialiter prouenit nocumẽtum prouentu primo, & est aut complexio non naturalis: aut compositio non naturalis. Et accidens est res, quæ hanc sequitur dispositionem, quæ est non naturalis: siue sit naturali cõtraria, sicut dolor in colica; siue non sit cõtraria, sicut rubedo multa maxillę in peripneumonia. Causę exemplum est putredo. Aegritudinis exemplum est febris. Exemplum accidentis est sitis, & dolor capitis. Causæ quoque exemplum est repletio in receptaculis, quæ ad oculum descendunt. Exemplũ ægritudinis, oppilatio in vuea, quę est ægritudo instrumentalis, vel compositionalis. Exemplum accidentis est destructio visus. Exemplum etiam causæ est rheumatismus acutus. Exemplum ęgritudinis est[a] [apostema] in pulmone. Exemplum accidentis est rubedo[b] † [ ] ambarum maxillarum, & gibbositates vnguium. Accidens autem vocatur accidens respectu suę essentię, aut comparatione eius cui accidit: & vocatur signatio respectu considerationis medici ad ipsum: & processionis eius ab eo ad sciẽdum ægritudinis essentiam. Et est, quum ægritudo fit alterius ęgritudinis causa, sicut colica, syncopis, aut paralysis, aut epilepsiæ. Accidens quoque plurimum est causa ęgritudinis: sicut in colica dolor fortis, qui fit causa vt accidat syncopis: & sicut dolor vehemens, qui fit causa apostematis: propterea quòd materię ad locum[c] [descendũt] doloris. Et plerunque etiam ipsum accidens fit ęgritudo, queadmodũ dolor capitis, qui ex febre accidit, quũ quãdoq; figitur, & tã diu fit mansiuus, donec fit ęgritudo. Et est ẽt, quũ vna res cõparatione sui, & rei q̃ est ante ipsã, & rei, q̃ est post ipsam, est ęgritudo, & accidens & causa: quemadmodum, verbi gratia,[d] [febris ethica: quæ est accidens apostematis] pulmonis, & est ægritudo secundum se: & est causa debilitatis stomachi: & sicut dolor capitis, qui accidit ex febre, quando dolor ille figitur, quia est accidens febris, & ægritudo in se plerunque prouenit ex eo[e] [febris] & fit ipsius causa.

a B. ulcus.
b † B. in pomis.
c B. effundũtur.
d B. febris in phthisi q̃ est accidens ulceris.
e B. sirsen. i. phrenitis.

ANNOTATIONES.

De morbo, causa, & symptomate Galen. libros proprios scripsit. & quid singula hæc sint, lib. de diff. morb. & de sympt. diff. & 1. meth. & 2. meth. licèt colligere. cap.2. & 6. cap.2. cap.7 & 8. *Quomodo autẽ morbi aliquando causæ vim habeant, lib. de diff. morb.* cap.3. *quomodo symptoma symptomatis sit causa, de diff. sympt.* cap.8. *Et quomodo eadem symptomata morbicæ causæ quandoq; sint, 1 1. meth.* cap.4. *Et quòd vnum, modò symptomatis, modò morbi naturam teneat, 1. ad Glauc. habetur.* cap.1. cap.2. *Non discrepat a Gal. hic author. Id solùm parùm accuratè scripsisse videtur, quando morbũ definiens, eum esse, aut complexionem, aut compositionem non naturalem dixit: Quum præter complexionem & compositionem, & Galen. & ipsemet Auic. seq. cap. solutionem continui adiungat. Neque id dici posse videtur, agi hoc in loco de morbis dumtaxat partium simplicium & compositarum proprys: quum morbũ generatim definiat. Verum dicimus solutionem continui in compositione intelligi, quum hic, vt in seq. cap. patebit, illius sententię sit, quòd continui solutio vtrique sanè partium generi conueniat; id tamen merito compositarum.*

IOAN. COSTAEI NOVA DISPVTATIO in caput de doctrina causę ægritudinis, & accidentis.

ABsoluta in priori sectione de naturalibus rebus tractatione, de ijs nunc, qui prêter naturam sunt, morbis, causis, symptomatibus, disputationem instituit. Proponit & definit primum causam, secundo morbum, dehinc symptoma sub nomine accidentis. cuius ordinis aliqua est ratio. præcedit enim causa, succedit illi morbus, & morbo symptoma. At in his prosequendis, de morbo agit primũ, tum de causis, postea de symptomatib. quę ordinem si quis docendo sequatur, non est improbandus. quia quod maxime medicum ad agendum promouet, morbus est. morbi abolendi gratia perquirit medicus causas, symptomata vero,

vt

ut illius effectus et signa. Est tamen eius qui diligenter scribit, ut in proposito semel ordine persistat. quapropter, quod in huius sectionis ingreßu causam statim, morbūq́;, atq; symptoma hic author definiat, in progreßu autem de morbo primum, tum de causis agat; presertim uero, quod in sequenti capite de sanitate meminerit, cuius definitionē precedere morbi notionem oportebat, probare quidem non poßumus: non carere autem hūc locum errore, suspicamur. An ergo secundi capitis initium huius sectionis initium est? ita ut ante omnia triplex corporis constitutio proponatur, sana, ægra, neutra, ijs uerbis. Corporis humani &c. *vsque ad ea uerba.* Ægritudinem uero aliæ, &c. *Sequatur autem ægræ dispositionis consideratio; ad quam, quum pertineat morbi, causę, & symptomatis cognitio, ea dehinc proponat, quæ primum in hac sectione leguntur.* Dicimus quod causa &c. *Cęterum quidquid hac de re statuendum sit, expendamus quę hic scribit.* Causam esse ait in libris medicorum id quod *primo est, & ex quo prouenit inuentio dispositionis in corpore humano, aut eius fixionis. Quo loco, quū causam morbi Galenus in genere affectus seu dispositionis præter naturam reponat, cur hic hoc ipsum genus non expreßerit, sed per communissimam vocem* (id quod est) *definierit, admirandum uidetur. At si rem spectemus, consulto agit. Etsi enim Galenus compendij gratia, ut ea uno quasi genere perstringeret, quę præter naturam humano corpori eueniunt; & morbos & causas, & symptomata, affectus seu dispositiones aliquando nuncupat; uere tamen causæ morbi (si ullum causæ habent certum genus) nō aliud habent, quam relationem, qua causæ ad effectus referuntur. Et uere non sunt dispositiones. quando enim quod agit non est actio, quod mouet non est motus; neque etiam quod afficit est affectus, neque quod disponit, est dispositio. Quis uero etiam humores, quod alicubi ī uenis impacti obstructionis, distentionisve sunt causæ, dispositiones eße dixerit? quis corpora alicubi meatus comprimentia, vel partes distorquentia, aut distrahentia, qualitates dicat? & quando ob inopiam alimenti humorisq́;, quo natura meatus distendi, atque attolli solent, fit eorum subsidentia, & quando eorum aliquid deficit quæ adeße oporteret, quis hæc vitia qualitati, & non substantiæ ascribat? hæc profecto vitia non qualitatis, sed substantiæ præsentia absentiave omnia accidunt. At actiones, aiunt, fieri a forma, propterea q́; has ipsas causas, licet sint substantię, non agere tamen nisi merito qualitatis; atque ob id non alia ratione causas esse morborum, quam, vt sunt dispositiones. Quod, cum ipsa ratio refellit, nulla enim naturalis corporis actio a nuda fit forma, sed a corpore cum forma: tum vero sensus redarguit. obstructionem enim a calculo, ab humore, & compressionem a graui incidēte corpore, ob eorum molem fieri, oculis plane ipsis spectamus. Non sunt igitur morborum causæ omnes qualitates, aut dispositiones. imo vero, quum ex ijs aliquæ sint in genere qualitatum; non omnes tamen in eadem sunt specie dispositionis. putredo enim quæ febris est causa, in tertia specie qualitatis est, non autem dispositio est. Quum hæc igitur ita se habeant, consulto Auicennas euitata omni de hac re controuersiæ occasione, non definit causam per dispositionem. sed per communissimam uocem, dicens. Dicimus quod causa est id quod primo est. ea uoce* [Dicimus] *hic ut alibi quoque usus, quid ipse sentiat pronuncians. Ponit autem communissimam eam uocem* [id] *hoc est ens seu rem: addita tamen particula* [quod primo est] *ut differentia, per quam contrahitur ad minus cōmune genus. ita ut causæ genus sit ens quod primo est. quod enim primo est, principium est, & causa principij habet rationem. Quum ergo causa sit principium quoddam, quale nam illud sit, subdit, dicens* [a quo prouenit in humano corpore dispositio]. *quando enim prouenire ab alio est habere ab alio sui initium, & unde initium est rei, id efficientis causæ habet rationem; causa igitur est principium effectiuum morbi: quem appellat dispositionem, & recte, ut ostendemus. Sed illud hic dignū est consideratione, quod ait eße* id, a quo prouenit inuētio dispositionis aut fixionis: *quid ea inuētio est, quid fixio? An morbos innuit* ἐν χέσει & ἐν ἕξει *faciles, & difficiles solutu? Non est consentaneum rationi: nā differentiarū morbi meminisse hic non est locus. An innuit passionem & morbum? Eadem profecto causa, passionis & morbi est causa. & principium effectus, qui a causa est, passio est, terminus uero morbus; qui primum dispositio est, tum uero, continuatione causæ, in habitum etiam degenerat. Ita quidem, calorem quem sol inducit in corpus, prius quam inductus sit, passio est; vbi inductus est, dispositio. per inuentionem igitur dispositionis, passionem; per fixionem dispositionis, morbum innuere Auicennam facile existimarim. eadem enim utriusque causa est; &, quę morbum fecit, prius induxerat passionem. sane autem, id prætereundum non est, quod causam definiens ait eam esse* [in libris medicorū, id quod primo est &c.] *Cur enim hoc dicat, in promptu est ratio nempe quod longe latiori significatu causę sumuntur a medicis quam a philosophis. effectrix causa illis ea est, quæ dat formam; medicis, quidquid efficiat atque adiuuat, conseruat, & quoque modo confert ad agendum, id effectricis habet rationem in morbis. ita ut, quum in actione omni sit & quod agit & quod patitur, aptitudo utriusque causæ habeat rationem. Aliam uocem addit Auicennas, quam mox etiam in definitione morbi.* [in corpore humano]. *id vero ad differentiam ueterinariæ. quamquam prætermitti ea uox posse videbatur, quum satis constet agi hoc loco de his ut ad humanum corpus spectant.*

Et Ægritudo &c.] *Morbū definit, dissimilibus quidem a Galeno uerbis, non dissimili tamen sensu. morbum eße dicens non naturalem in humano corpore dispositionē, ex qua in operatione eßentialiter prouenit nocumentum prouentu primo. Rectè ait eße dispositionem. hoc enim ut proprio genere distinguitur morbus a causa morbi, & a symptomatibus, quibus generatim non conuenit eße dispositionem. de causa enim id ostensum est in superioribus. de symptomatibus primum, et tertium eorū genus patefacit. Non naturalem dispositionem interpres uertit pro eo quod Galenus pręter naturam. Ait ab ea dispositione lædi operationes eßentialiter, & prouentu primo. quo loco cur uocem illam (essentialiter) addit, quæ non est in Galeni definitione, dignum est scitu. An forte, quia actiones a causis quoque, & a symptomatibus aliquando aliquibus lædūtur ueluti, quum actio læsa, læsæ alterius actionis est causa, ob id, ut a causis distingueret, dixit prouentu primo, id est, ut Galenus, sine medio: (causæ enim non proxime, sed interuentu morbi lædunt:) Addidit autem (essentialiter) ad differentiam symptomatum; ea uoce id intelligens quod primo & per se? Secundario enim & per accidens fit, ut læsa una actio aliam lædat proxime. fitq́; id a symptomate, morbi quasi naturam adepto. An etiam morbus dicitur dispositio lædens actiones eßentialiter, ad differentiam paßionis, quæ lædit, sed non eßentialiter, id est, læsione permanente? Ita quidem Galenus permanentiam requirit in morbo, quæ conditio, licet in dispositionis uoce intelligatur, ut quæ hac ipsa discernitur a passione; a Galeno tamen, ut morbi natura melius explicetur, alicubi adijcienda proponitur. At uero multiplex in hac definitione dubitatio est. ita ut nulla in ea sit particula sine quæstione. Primum, quod dispositio eius statuatur genus. Namque dispositio Aristoteli est qualitas, & ea quidem*

facta,

facta, in quo differt a passione, cuius esse est ἐν τῷ γίγνεσθαι in fieri: est ēt facile mobilis, per quod distinguitur ab habitu: & ad ea pertinet, Aristotelis interpretum testimonio, quæ ad animam spectant, quæve artificio, atque electione comparantur, contra quam naturalis potentia atque impotentia. Tandemq́, Aristoteli alicubi definitur dispositio, quod est ordo rei habentis partes, vel secundum locum, vel secundum vires, vel secundum speciem. At morbus nullus est qualitas. quod.n. ad aliquid est non est qualitas. morbū vero esse ad aliquid cū Aristotelis testimoniū est, tū consensus Galeni: quē quia moderantiā esse morbū dicit, immoderantia aūt est respectu moderantiæ, eum esse ad aliquid fateri necesse est. Ac præterea, si modo aliquis morbus sit qualitas, non oīs tamē est qualitas. calculi.n. uesicæ, ac renū adunata in meatu caro, vnguis in oculo, lūbrici substantia sunt, & sunt morbi. & rursum quantitas præter naturam aucta, quę est morbus, non est quantitas, sed qualitas. Non omnis etiam morbus factus est. non enim morbi per consensum, non febres vllæ præter hecticas: imo vero, vt quandoque ait Galenus, sicut simplices partes, quū primum fieri incipiūt, tūc primum sunt, ita morbi quoq; dum fiunt sunt morbi. alioqui non essent morbi nisi in statu. ita vero Aristoteles alterationem etiam dum incipit, esse alterationem scribit. Non omnis etiam morbus facile mobilis est. hecticæ enim, & hydrops difficile mouentur. Neque ad animam pertinent morbi, de quibus medicus: sed ad corpus, vt apertum est. neque electionem nostram, sed causarum necessitatem sequuntur. morbus ergo non est dispositio. Accedat his quoque, quod morbus Galeno prius est κατασκευὴ, constitutio, quam dispositio. ex eo enim quod constitutio sit, deducit esse dispositionem, at vere dispositio, licet secus sentiat Galenus, non est constitutio. sequitur enim constitutionem. atque vt ædium fabrica constitutio, seu structura non est ædium pulchritudo, aut deformitas, sed hæ sunt differentiæ fabricę ita accidentes, vt earum alteram tantum adesse illi necesse sit: ita neque humani corporis sanitas, ac morbus eius corporis dici possunt constitutiones; quæ eiusdem constitutionis sunt differentiæ. Ac præterea, si dispositio est ordo, & morbus est dispositio, fiet ergo vt qui morbi carent ordine, ij non sint morbi: &, quum ordo sit in genere situs, fiet etiam, vt qualitas quę est dispositionis genus, sit in genere situs, & morbus generatim sit in prædicamento situs. Tandemq́, si sanitas est dispositio, quum morbus sit sanitatis priuatio, fatendum uidetur morbum esse aliquid contrarium dispositioni, & non mereri nomen dispositionis, ita deformitas, quæ priuatio est pulchritudinis, pulchritudinis non meretur nomen.

Hæc maxime obsistere videntur, vt ne morbi genus dispositionem statuamus. Quæ tamen friuola sunt. Vt enim conditiones dispositionis eas penè esse concedamus, quæ relatæ sunt; at eas contēdere non inesse morbo, falsum est. primumq́, quia morbus sit ad aliquid, falso deducitur, eū non esse qualitatem; quando eandem sæpe rem in pluribus generibus diuersa ratione collocari omnibus est in confesso. & ille ipse Aristoteles, qui sanitatem, & morbum esse ad aliquid nonnunquam scribit, alibi in prima qualitatis specie plane reponit. sunt in genere qualitatis, vt per eas corpus quale, sanum in quam, & ægrum efficitur. sunt in relatione, ut sanitas modestia est, morbus immodestia. At cur igitur per dispositionem non per relationem morbum definiunt? An morbus prius est dispositio quam relatio? Non videtur. quando enim sanitatis fundamentum est proportio caloris, humoris, frigiditatis, siccitatis; proportio autem relatio est, sanitatis ergo fundamentum esse relatio videtur. ita & corrupta proportio fundamentum morbi. At non ita habet res. imo vero vt generatim substantiæ prius inest qualitas, quæ illi proxime inest, fereq́, inserta est, posterius vero ad aliquid, quod est adscitum; ita & humano corpori prius inesse intelligitur calidum, frigidum, humidum, siccum, quam horum moderatio, vel immoderatio. Quomodo autem aliquorum relatio, uel esse, uel concipi mente potest, non præeuntibus ijs, quæ referuntur? Et quomodo consistere rei alicuius differentiæ possunt nō præexistente re, cuius illæ sunt differentiæ? Sunt autem modestia, & immodestia differentiæ dispositionis. alia enim dispositio moderata est, quæ est sanitas, alia immoderata, quæ morbus. Sed & ipsummet corpus, cui sanitas, & morbus accidunt, sine calore, frigiditate, humiditate, siccitate nunquam est; est autem sine alterutra differentia: quum enim sanum est, caret immoderata dispositione; quum ęgrum, moderata. Sane autem, quod deinceps non omnem morbum qualitatem esse disputatur argumento calculi, uesicæ, ac renum, adnatę in meatu carnis, unguis oculi, & lumbricorum, est id iam ab alijs confutatum. Calculus enim seu uesicæ, seu renum, si dolorem excitet, solutionem prius facit continui; si urinæ effluxum cohibeat, id efficit facta prius obstructione. est ergo morbi causa, non morbus. Est & caro in meatu adnata causa obstructionis. Et unguem quoq; oculi satis constat ea ratione uidēdi lędere actionem, quod ne in pupillam cui prętenditur, uisilium rerum species ferantur, obstruendo est author. Lumbrici uero sunt morbi opera, non autem ipsi morbi. nempe malam intemperiem deprauatę coctionis causam sequuntur. ijdem etiam interdum dum partibus, quibus insunt morsus inferunt, uel dum emortui putrent, soluendo continuum, intemperiemve prauam aliquam excitando, authores, & causæ sunt morborum, non morbi. Morbum igitur esse substantiam, harum rerum, quę substantiæ sunt, argumento, non concluditur. Dicere autem auctam quantitatem esse quantitatem, nugatio est. neque ex hoc deducitur si quantitas sit, ut non etiam sit qualitas. si enim qualitas est, secundum quam quale aliquid dicitur, & aucta partis quantitate tumidum dicitur corpus, auctio illa qualitas est, quę tumor dicitur, & dispositio est formationem corporis corrumpens ob auctam immodice quantitatem. Quod vero preterea morbos non omnes esse dispositiones differitur, quia dispositio sit facta, morbi non omnes sint facti, non enim qui per consensum, non febres omnes præter hecticas, non morbi omnes ante statum; uere quidem morbus omnis ubi primum cępit, aliquid facti iam habet, quod in subiecto corpore permanet, contra quam passio, in qua nihil adhuc facti est, nihil firmi; nihil impedit tamen, quin morbi quoque in fieri dicantur, morbi quidem per consensum, quod in ea parte, cui molesti sunt, non adhuc fixam habent sedem; & ijdem tamen ea ipsa in parte aliquid habent firmitatis, ob quam illi sunt infesti. sunt & febres exceptis hecticis in fieri, quod licet in omnibus solida cordis substantia intemperie permanente obsessa sit, in alijs tamen ita hæret, facile ut moueri possit, sit ἐν σχέσει: in hecticis difficile, et sit ἐν ἕξει. Et morbi tādem omnes, non secus atque animalia & plantæ, prius quam ad statum deuenerint, non temere dicuntur in fieri; at ijdem tamen permanentiam iam habent, contra quam passio. Est igitur morbus omnis non secus, atque dispositio, factus. Iam uero quod morbum non omnem motu facilem esse præterea obijcitur, non difficile refellitur. Dispositio quidem, si ueteres Aristotelis interpretes consulamus, non unius fuit aliàs significationis. vt quæ nonnunquam qualitatem facile mobilem, aliquando genus utriusque, & facile, et difficile mobilis qualitatis significaret. nonnunquam etiam pro qualitate generatim omni sumeretur. ita quidem Plotinus qualitatem definit dispositionem, eam esse dicens dispositionem accedentem essentijs,

essentijs, quæ iam sunt. Triplex igitur quum sit dispositionis significatum; morbi genus non primi, unde aduersa ratio sumebatur; sed secundi modi est dispositio; facilem & difficilem solutu qualitatem comprehendēs. Sane autem, quum præterea dispositionem eorum esse, quæ ad animam pertinent, disserebatur; cōtra est Aristotelis authoritas, qui in ea ipsa calorem quoque, ac frigiditatem, sanitatem, & morbum, & non animi tantum habitus reponit. quo fit, ut interpretum Aristotelis obseruatio non negligenda quidem sit, sed tamen moderanda. quanquam etiam, si acutius spectes, dispositionem, atque habitum, potentiamq́; atque impotentiam naturalem nō aliter differre fortasse existimes quam ob loquendi vsum, qui dispositionem ad animi, potentiam uero ad corporis res referre solet; quæ omnes tamen in eadem sint specie potentiæ, atque impotentiæ. habitus enim scientiarum, atque artium quid est aliud quam animi potentia quædam, qua quod ad eas sciētias artesve spectat, tractare ex arbitrio licet? consimilis uero est in pugili quoque decertandi aptitudo, & in cursore currendi ex arbitrio. Proxima erat ratio de nomine constitutionis, quo, quum & sanitatis, & morbi naturam Galenus explicet, contra ipsius tamen sententiam differre a constitutione dispositionem disseritur. Vere autem aliquid est, quod in ea Galeni ratione desideremus. Ut enim hoc illi demus, sanitatem sitam esse in constitutione instrumentorum, at ex hoc, sanitatem esse constitutionem non pendet. symmetria profecto, cui sanitas respondet, quæ in constitutione ædium spectatur, non est ipsa constitutio, sed aliquid constitutionis. Verum etsi ita habet res, & uero constitutio dispositionem præcedit natura, non præcedit tamen tempore. imo, ita illi coniungitur, ut eodem tempore, & constituatur res, & nascatur dispositio. vt propterea non temere a medico pro constitutione sumatur dispositio. Est igitur morbus dispositio. At non quęuis tamen dispositio (quo sequens ratio conuellitur) sed dispositio in genere qualitatis, qualis ea non est, quę ab Aristotele per ordinem definitur, quæ uere est situs. ita ut neque recte deducatur, aut qualitatem, aut morbum esse in prædicamento situs, uel morbos qui carent ordine non esse dispositiones. Quod autem postremum erat, si sanitas est dispositio, morbum non esse dispositionem qui sanitati est contrarius; non recte id deducitur. sunt enim contraria in eodem genere, contrarijs licet differentijs instructa. atque ita morbus mala est dispositio, ut sanitas bona. quanquam, si quis dicat sanitatem quidem sicuti & pulchritudinem esse qualitates, morbum uero, & deformitatem non qualitates, sed priuationes: proptereaq́; æquiuoca ratione qualitates, & dispositiones dici, paradoxa is quidem proferet, sed habebit tamen authorem Plotinum. quæ res in transnaturali scientia fortasse non importuna, medicis tamen, ut nullius usus, est dissimulanda. Sit illud igitur constitutum morbum esse qualitatem in genere dispositionis, ut ex ueteribus proponit Auicennas. At uero dispositio, quę morbi est genus, contraria est sanitati, ac propterea præter naturam, ut sanitas est secundum naturam. additur ergo in definitione, præter naturam; Quæ tamen uox aliquibus suspecta est. Vt enim quicquid naturæ limites excedit, ita tamen ut corpori uim non inferat, neque uires, ac functiones manifeste interturbet, illud præter naturam quidem est, at non tamen contra naturam; ita quod extra naturæ præscriptum est, & uim naturæ infert, euidenterq́; uires, ac functiones labefactat, contra naturam potius dicēdum est, quam præter naturā. Sic ea uitia, quę uires actionesq́; aperte non lædunt, licet sint præter naturam, negat Galenus esse inter morbos reponenda: alioqui, vt απαθεια inuehebatur necesse est. Pręstat igitur morbum dicere dispositionem esse contra naturam ad eorum differentiam, quæ quamuis præter institutū naturæ sint, naturę tamen uim non faciunt, cuiusmodi fœdus est ictericorū color, & qui solis ardore cōtrahitur, faciei lentigo, & vlcuscula, quæ neq; sensum mouent, neque functionib. obsunt. Ceterum est hic de sermone quæstio, in cuius vsu quia obseruatio ueterum receptaque consuetudo sequenda est, damnari illi non debent, quibus illud præter naturam dicitur cum antiquis, quicquid naturę terminos excessit, siue inferat, siue non inferat uim naturæ. Et est quidem quicquid contra naturam est etiam pręter naturā, licet non è conuerso. atque ideo, si morbus est, vt aiunt recentiores, contra naturam, est etiam præter naturam, vt in huius vocis vsu non sint veteres accusandi, & liceat tamen, pro suo vt quisq́; arbitrio ijs vtatur vocibus, si modo rem ipsam non perturbet. Quum igitur morbus dispositio sit præter naturam, est tamen hoc genus aliquibus quoque symptomatibus commune. propterea additum est in definitione pro differentia, quod lædit actiones. Verum & causæ quoque morborum lædunt actiones, & aliqua etiam num symptomata eas lædunt ob id ad discrimen quidem symptomatum (essentialiter, ad differentiam vero causarum (primo) apposuisse Auicennam dicebamus. Sunt hæc tamen etiam turbulenta. Si enim (essentialiter) distinguit inter morbos & symptomata, cur eam uocem non addidit Galenus? Tum verò id (primo) quod ponitur ad discrimē causarum, male ponitur, si ea uox vt Galenus admonet, significet, id quod est proxime ac sine medio. falsum quidem est morbum lædere actiones proxime, sicuti enim temperies quæ sanitas est Galeno, causa est facultatis, facultas causa actionis, actio causa operis; sic intemperies, quæ est morbus, causa est facultatis vitiatæ, hæc uero actionis. inter morbum igitur & actionem intercedit facultas uitiata, atque ita morbus non proxime, sed interuentu facultatis læsæ actiones lædit. sic nullus morbus primo lædit actiones. Sed neque quicquid offendit actiones sine medio morbus est. sunt enim & morbosæ causæ, quæ id faciant; sicuti largior cibi copia quæ coctionem eiusdem labefactat non affecto uentriculo, sed facultate tantum superata. Et symptomata quoque aliqua proximæ sunt causæ actionis læsæ, vt ventriculi concoctio imbecilla malæ sanguificationis, et hæc nutritionis malæ. Et rursum in eo quoque symptomatum genere, quæ qualitates mutatas vocant, aliqua vitiāt actiones proxime. id enim apertum est luteum corneæ tunicæ colorem deprauatæ visionis esse authorem, quo omnia lutea apparent. Mollities quin etiam ac durities difficilem artuum motum efficiunt. & crassitudo aut paucitas spirituum in oculis imbecillum aspectum parit: & nullum tamen horum in morbi natura comprehenditur. Non est igitur morbi proprium actiones offendere sine medio, vt ponitur in eius definitione, aut hęc ipsa quoque in morborum genere sunt reponenda. Quid? ne per læsionem quidem actionum definiendus est morbus. est enim nonnunquam morbus sine vllo læsæ actionis sensu, si verum est, quod ait Galenus, simplicium partium morbos esse statim, ubi corpus temperaturę naturalis limites excesserit, licet excessus ille neque a medico neque ab ægro percipiatur. non percipitur autem, quia nulla actionis offensa est; non in omni igitur morbo læduntur actiones: rursum multarum partium actio uitiatur citra omne earum partium noxam. veluti quum ventriculus dolore, & aures tinnitu ob exactiorem sensum afficiūtur: & quū facta in cerebro obstructione uis ad inferiores partes per neruos non demittitur. sic videndi actio obstructis uisorijs neruis, ipsis uero oculis nullo modo uitiatis læditur. sic si uentriculus defectu alimenti non concoquit, non est tamen in uentriculo uitium. Adde, quod, quum per febres, instrumentorum partes atq; actiones aliæ offenduntur, offenduntur ab intemperie sine offen-

sa

sa instrumentorum. horum enim morbus non est intemperies. Non igitur per actiones definiendus est morbus, quum hę lædantur etiam sine morbo. Accedat hoc etiam, quod, quum læsa actio morbum necessario sequatur, non debet in eius definitione sumi. Si enim sumi dicas ut signum, atqui aliud est rei naturam explicare, aliud notas tradere, per quas dignosci possit. Sed rursum etiam, non actiones solum, immo & qualitates naturales, & excrementa uariantur a morbo. Cur igitur per actiones potius quam per qualitates & excrementa definitur, præsertim quum ex illis interdum clarius quam ex actione morbus notus fiat? Sic quidem ulcus intestinorum ex excremētorum mutatione, hepatis morbus ex uitiato colore in morbo regio deprehenditur, nullum interea indicium dante earum partium actione. Ex his igitur quod per actiones definiri morbus non debeat, apparet. Vt illud addamus, si eadem ratio est morbi, quæ & sanitatis, sanitatis autem naturam negat Galenus consistere in actione, hoc ipsum de morbo quoque, ut concedamus, oportere. At tandem, quum morbus sit, & simplicium partium, & compositarum simpliciumq́; Aristoteli sint passiones, compositarum actiones, Galeno autem actiones simplicium, & usus compositarum, uel per actiones definiendus non est morbus, uel addendę sunt & passiones, & vsus, vt morbi omnibus partibus corporis communis natura explicetur. Hæc aduersus differentias positas in morbi ratione. Quibus si sigillatim respondendum est, quod primum eam uocem (essentialiter) addit Auicennas, non est admirandum. Si morbus dispositio est, estq́; hic proprie sumpta, aliquid permanens, ut antea posuimus; uere actiones læsę, aut passiones, quę habent esse in fieri non sunt dispositiones. propterea sat erat Galeno dispositionem in definitione morbi posuisse, quo actiones quoque læsæ, & passiones læsarum actionum causæ a morbi natura excluderetur. at uero, quia idem Galenus dispositionis, seu affectus nomen ad actiones quoque læsas aliquando transfert, uelutí, quum affectus, qui præter naturam corpori accidunt, esse ait, uel morbos, uel eorum causas, uel symptomata; ob id vario dispositionis significatu obseruato Auicennas non ignarus ad posteriores pertinere, ut si quæ ueteres reliquere implicata, explicent, quo a passionibus, atque ab ijs læsis actionibus morbus distinguatur, quæ proximæ sunt læsarū actionum causæ, addidit essentialiter. nempe solius morbi est essentialiter lędere, ut qui permanens esse habet, & propria non autem aliena ui lædit. at passio, & læsa actio si læsæ actionis alicuius sunt causæ, non propria, sed aliena ui causæ sunt. passio quidem ui præsentis causæ, qua etiam ablata soluitur. actio uero læsa, ui non sui ipsius, sed morbi, a quo pendet. Sanguificatio enim læsa nutritionis læsæ causa est, non quia actiones, quæ ad nutritionem pertinent, ipsa lædat. fit enim attractio, retētio, & coctio qualiscunq; male etiam elaborati sanguinis. Sed non fit tamen proba nutritio, quia perstat morbus malæ illius sanguificationis author; qui ubi ablatus fuerit, ipsa quoque mala sanguificatio auferetur. Sed transeamus iam ad uocem aliam in morbi definitione a Galeno positam, et ab Auicenna itidem receptam, qua morbum dispositionem esse aiunt, quæ primo, & sine medio actiones lædit. Contra enim inter actiones, & morbum intermediam esse facultatem apertum est. quum actiones proxime fiant a facultate, Galeni testimonio in lib. fac. natur. & passim: & facultas effectus sit temperiei, eodem Galeno authore in lib. simpl. med. ubi simplicium facultates, secundum quas calfaciunt, refrigerant, et alia munera obeunt, ex earum ait temperamento prouenire. Torsit uiros doctissimos hæc ratio. Cuius uis uniuersa, quum ex obseruata facultatis, & actionum natura pēdeat, quia eius rationis author facultatem succedere temperiei, & eius esse effectum, atque ob id intermediam esse inter actiones læsas, & morbum tuetur; propterea qui pro ueteribus pugnant, sumpto argumento alij ex actionibus, alij ex facultatibus, uarij uaria asserunt. Nempe si spectemus primum actiones, quum has aduersarij pendere ex facultate, ita ut inter morbum, & læsas actiones intermedia sit facultas lęsa; hoc suspectum est. sunt enim actiones non facultatis, sed corporis cum facultate. vt igitur corpus morbum præcedit, ita & facultas. falso igitur aiunt facultatem læsam esse inter morbum & actiones. Et rursum, spectemus facultatem, ea non in omni morbo læditur. in calculo enim uesicæ eius actio læditur non læsa facultate. Quod si etiam demus facultatem in omni morbo lædi, & læsas actiones ex lęsa facultate proxime dependere, non est tamen facultas lęsa ante actionem lęsam, sed cum ipsa simul actione, ita ut idem sit lęsa facultas, & læsa actio; ac propterea non intermedia sit facultas inter actionem lęsam & morbum. aut potius, neque præcedit, neque sequitur facultas temperiem, sed cum ea eadem est; ita ut læsa temperies sit facultas læsa; aut etiam melius (ne compositionem & unitatem pretereamus, quę non secus, atque temperies ad actiones edendas concurrant) non modo lęsa temperies, & facultas idem sunt, sed naturalis ipsa constitutio ac sanitas temperiei, compositioni, & unitati communis, facultas est, facultas inquam integra, & econuerso morbus ac constitutio pręter naturam facultas lęsa. ita ut tot modis eludi aduersa ratio posse uideatur, neque inter morbum & actiones aliquid intercedat, cuius causa reprehendi ueteres debeant, qui a morbo proxime lędi actiones scripsere. Hæc recontiores respondent, & multis cum ex Galeno locis, tū argumentis diuersi e diuersa afferunt, quæ cuiq́ integrum est uidere. Quibus tamen ne nos consentiamus, hęc faciunt. Primum quidem qui actiones a composito simul, & facultate prodire aiunt, recte hoc quidem aiunt. At uero ex hoc, quod inter morbum, atque actiones facultas non sit media, deduci aduersarius negabit. Si enim a morbo compositum lęditur, læditur autem immutata per morbum compositi constitutione; quum non prius quam hoc ipsa compositi lesæ constitutione facultas lędi possit, profecto pręcedit constitutio lęsa facultatem lęsam. morbus igitur facultatis offensam pręcedit, cui deinceps succedit offensa actionum. Sed etiam quod alij facultatem in morbis lędi unius calculi exemplo differunt, ut in quibus morbis facultatem uitiari apertum est, de ijs perstat ratio aduersarij; ita in proposito calculi uesicæ exemplo non offendi facultatem falsum est. quando, dum impedita calculi corpore uesica contrahi in se ipsam non potest, excernendi uim, quę illi natura inest, impediri offendiq́, euidentissima constat demonstratione. Asserere autem (quod sequebatur) actionem lęsam, & facultatem lęsam idem esse, quia unà lędantur, est causam cum effectu confundere. atq; id quod facit, id ipsum esse quod efficitur, contra omnem rationem profiteri. An autem temperies (vt præterea proponitur) vel etiam naturalis constitutio, ac sanitas idem sint cum facultate, res ipsa prodit. Quomodo attrahendi, retinendi, coquendi, excernendi, nutriendi, generandi, sentiendi, mouendi facultas eadem esset, vt uere eadem est in viuentium genere vniuerso, cuius species tam uariæ, & non diuersis tantum, sed etiam contrarijs prædito sunt temperamentis? Consentaneum quidem rationi est, vt similes plantæ, atque animalia simili sunt & temperamento, & facultatibus; ita dissimiles dissimili: si igitur facultas cum temperamento est idē, plantis ergo, animalibusq́, & terrenis & aquatilibus, quę diuerso sæpe, atque etiam contrario sunt temperamento facultates quoque, & actiones, quæ ad nutritionem ac generationem pertinent, diuersæ erunt aut etiam contrariæ. Quomodo etiam si temperamentum & facultas idem est,

corporis nostri partes quęcunq; eodem temperamento sunt, non easdem facultates obtinent? cur manus pedesq; idem munus apprehendēdi, & ambulandi aquę non habent? & cur frigidæ partes seorsum eadem omnes non sunt facultate, & calidæ seorsum eadem? Imo vero quomodo facultates, quæ propriæ cuiq; sunt animalium ac plantarum speciei, non immutabuntur mutatione ætatis, atque ut temperamentum homini antea calidum, & humidum per ętatem frigidum ac siccum euadit, ita non eius & corporis & mentis facultates vel in contrarium statum deflectant, uel prorsus corrumpantur? Quis non etiam confiteatur actiones harum rerum omnium omnes prodire ex temperamento, propterea q; & hominis & rerum omnium formas, quæ sunt facultatum sedes, non alias sortiri conditiones, quam quæ elementis insunt, ex quibus fit temperamentum? Tandemq;, cur non uanam in distinguenda tractandaq; seorsum temperamentorum ac facultatum natura medicorum dicamus diligentiam? Sed quæ nunc ita refellimus, Galeno, pro quo disputatur, nunquam uenisse in mentem intelliget, quicunq; non uerborum superficiem, sed rem expēdet. Quomodo autem pro eo respondere liceat, nunc ostendere aggredimur. In eo aduersarij posita vis est, quod facultas proxime antecedit actiones, authore Galeno, qui etiam facultatem temperamenti effectum esse alibi testatur. Sistendum hoc loco. patefaciendaq; est fallacia huius rationis. Disputant hi de facultate, quasi eiusdem sit generis facultas, quę a medicamentorum temperamento est, cum ea, a qua corporis partium emanant actiones. At vero duplex, si rem expendimus, medicamētis, & homini quoq; ipsi, ac reliquis uiuentibus rebus facultas inest. altera quæ ad illorum, quum uiuunt, tuēdam vitam & seruandas uitæ actiones spectat: altera, quæ in alios extra illa vsus refertur. Et facultas quidem prior, vt rebus ea ratione inest, qua animatæ sunt, & animæ prius inest, posterius vero ac per animam corpori animato; ita quum corpori a prima eius constitutione simul insit cum anima: sicut anima corpore, eo quod uiuificat, prior est natura, ita & ea ipsa facultas animæ eodem corpore animato prior est natura, licet eodem tempore cum eius ipsius constitutione initium habeat. At posterioris facultatis, quę in exteriora corpora refertur, alia ratio est. Pendet illa etenim tum ex temperamento, propterea q; pro eius uarietate uarios quoq; in exteriora corpora caloris, frigoris, humiditatis, siccitatisq; effectus infert; tum ex secundis qualitatibus, quo nomine astringunt detergunt, aliaq; eiuscemodi munia obeunt in humanum corpus medicamenta: tum ex tertijs, id est, ex ipsamet anima non sub animæ tamen amplius nomine (cuius uis omnis, ut anima est, vna est seruandi uitam eius in quo est,) sed sub formę ratione, secundum quam occultas eas uires medicamenta in humanum corpus exercere obseruantur, quæ ex proprietate substantiæ, ex proprietate formæ, ex tota substantia solent nuncupari. Ita quidem colocynthidi dum uiueret facultas prior inerat, qua alebatur, aridæ uero inest posterior, qua in hominis vsum ducta ex primis qualitatibus calfacit & desiccat, ex secundis insigniter deterget & ulcerat, ex tertijs pituitam educit. Ita & homini ex facultate priori est ut uiuat, ex posteriori ut non secus atque ex rebus alijs in medicinæ usum ex eo aliquid ab aliquibus deducatur. Itaque, quum duplex, ut diximus, facultatis sit genus, id plane apparet, ex eo quod de posteriori facultate Galenus scribit, non apposite deduci, priorem uim, qua uitę actiones obeuntur, effectum esse temperamenti. quo quidem obiecta Galeno ratio refellitur. Quibus tamen ita positis si quis non assentiatur, rursumq; ex Galeno a temperamento uitæ actiones prodire contendat, quod ijs necessarium esse ad actiones uitamq; temperamētum varijs locis scribit, quod a sanitate temperieq; obiri actiones, lædi autem a morbo, atq; intemperie inculcat; Illud in mentem reuocandū est, effectrices actionum causas generatim ex philosophorum decretis esse formas: actionesq; sine bene dispositis instrumentis apte obiri non posse: statim autem, quum corpori animæ instrumento agendi uis per animam comparatur, illi quoq; ipsi corpori eiuscemodi constitutionem a natura rerum parente adijci, qualis est ad agendum opportuna. ea autem & temperies est, & non hęc solum, sed pręterea etiam compositio, & partium unitas, sanitasq; in uniuersum, cuius ope animatum corpus actiones edit, non editurus, ubi ea ipsa corrupta sit per morbum. Temperies igitur sanitasq; si ad actiones adeundas concurrit, non est tamen causa effectrix actionum, quarum effectrix anima est, seu animatum corpus cum facultate: sed est conditio corporis, quod sine sanitate, temperie inquam, compositione, & partium unitate naturali, ineptum est instrumentum ad agendum. Quemadmodum autem secādi uim securi nullus alio nomine tribuat, quàm quia instrumentum est durum, & acutum, ita sanitatem quoq; non recte ullus dixerit esse ad agendum necessariam, quam ut est instrumenti, id est animati corporis conditio, qua destitutum si sit corpus nulla recte potest corporis actio obiri. Nunc igitur, quum hęc ita se habeant, iam quod non recte inter sanitatē actionesq; mediam aliquis ponat facultatem manifestum est, quę ratio de morbo quoq; eadem est. ita ut recte in eius definitione ueteres ipsum dixerint ita uitiare actiones, ut nullius rei interuentu lædat. non interuenit enim facultas, quia natura prior est morbo. Atq; hæc tandem sunt, quibus difficilem eam definitioni morbi obiectam rationem dilui posse existimamus. Sane autem disputabatur præterea non quicquid proxime actiones lædit id esse morbum, quia quędam causæ id ipsum faciant, ut exemplo est coctio in uentriculo ex immoderata cibi copia vitiata. At importuna hæc quoq; disputatio est. non enim Galeno, si quid proxime actiones lædit, id protinus morbus est, sed si id præterea sit corporis dispositio. ac causas morborum non semper esse dispositiones iam antea ostendimus. & largior cibus dispositio non est sed substantia, quæ & si concoctricem uentriculi facultatem superat, quia tamen absq; ventriculi uitio illam superat, non est morbus. uerum autem, atq; indubitatum relinquitur, quicquid dispositio est, & proxime offendit actiones morbum esse, contraq; morbum omnem esse dispositionem, quæ primo lædit actiones. Rursum etiam licet tum in actionum tum in sensilium qualitatum genere symptomata aliqua læsarum actionum sint causæ, nihil tamen puto interesse. Nempe, ut ea nunquam apparent in corpore, quin aliquis præcedat morbus, ita, Galeno morbum illum ego profecto esse dixerim, quicquid non tam proxime quam per se ac primaria ui actiones offenderit. illud enim is calculorum exemplo patefacit. qui prope positi moto primo consequenter mutuo se se impulsu mouent. in ijs quidem mouendis sola manus, quæ calculum primum impellit, primariæ ac per se mouentis causæ habet rationem, calculus uero primus in secundum, et secundus in tertium, ac reliqui deinceps ut se sequuntur, mouentis secundarij, ac per accidens, ita igitur quod primum & primaria ui, id est essentialiter ut dicebat Auicennas, uitiat actionem, id morbus est. prima uero læsa actio si secundæ, atq; hæc si tertiæ, & eadem ratione aliæ aliarum actionum uitiatarum sint causæ, non sunt tamen morbi, quia causæ sunt non primarię neque per se, sed secundariæ ac per accidens: quę, inquam, primi tantum illius morbi ui maleficioq; offendūt. Idem de symptomatibus in sensilium affectuum genere sentiendum est. nempe si mollities duritiesve alicubi inducta lædat actionem, id morbi, putà humiditatis uel siccitatis ui agit. propterea q;, licet proxime lædat, quia tamen nō primario lędit, non est morbus. ita & corneæ tunicæ color

si ass-

sit aspectum proxime variat, non tamen primario. succedit enim affusioni alieni humoris, quæ vitium aliud sequitur, putà meatus felleæ vesicæ obstructionem. Quare non mollitiei aut duritiei, non colori, sed humori aut siccitati, & obstructioni præsidia quæruntur in curatione. Ita (arbitror) re intellecta, recte in definitione morbi positum constat, quod primo lædat actiones: ea voce, primo, & proximam, & primariam simul læsæ actionis causam intelligendo, quo distinguitur a causis, quæ ipsę quoq; actiones lędunt, sed non proxime; & a symptomatibus, quæ si quandoq; vitiant actiones, id secundario ac per accidens efficiunt. Iam vero (quod deinceps obijcitur) quod spiritus sui crassitudine, vel inopia læsarum sint causæ actionum, non id tamen sine morbi interuentu fieri, facile est vt ostendamus. Quanquam enim crassitudo, partis, a qua spiritus feruntur, intemperiei frigidæ succedit, cuius culpa, & sanguis, & spiritus, qui ortum habent ex sanguine, crassiores fiunt: inopia vero aut meatuum raritatem dissipationis immoderatæ causam sequitur; aut etiam imbecillam nutritionem, quę morbos habet sui authores: si quis tamē hac duo causas eße morbi, & non nisi cum interuentu morbi lædere asserat actiones, non falletur. crassiores enim spiritus, meatus, per quos ferri solent, suo ipsorum corpore ita obstruunt vt ad mouendas partes extendi non possint: ex inopia vero ijdem meatus concidunt, & conniuent euidenti morbi in meatibus argumento. ita, vt si crassitudo tenuitas ve spirituum actionis læsæ sit causa, non nisi intercurrente morbo sit causa, contra quam proponebatur. Sed progrediamur. Obijcitur morbum non eße per actiones læsas definiendum. & quia morbi aliqui sint sine læsa actione; & qkia aliqua actio lęsa sit sine morbo: prius autem horū probatur Galeni testimonio morbos aliquos sine offensæ vllius sensu eße scribentis. In memoriam hic reuocandum est magnam esse latitudinem sanitatis: ita vt non quiuis a naturali statu recessus morbus sit, sed is tantum qui actiones iam lędit. Illud autem certum puto cui corporis parti intemperies aliqua insignis inhæserit, fore vt intemperięi illius efficacia partis quoq; & vis, & actiones lædi statim incipiant. id quod quidem, licet non protinus se se prodat sensui, negare tamen non licet primum illud eius vitij principium cum eo quod in statu futurum est, idem eße specie quamuis magnitudine sit diuersum. ita enim, & alterationis initium alterationem eße aliquando testatur Aristoteles. quę res quum ita habeat, & si vbi iacta sunt morbi fundamenta non semper statim percipi læsio potest, nihil id tamen obstat, quin tunc quoq; iam initium adsit vitiatæ actionis. Non male igitur definitur morbus per actiones, quum neq; is sine harum vitio, neq; hæ vnquam vitiatæ sint sine morbo. Altera erat ratio, actiones aliquas vitiari sine partium, a quibus prodeunt morbo. Atq; id quidem primum ventriculi doloris, & aurium tinnitus probatur argumento, quum ob sensum exactiorem laborant. At vero, si quis exacte sentiendi vim partis alicuius malum esse contendat, confundere illum certe cum virtute vitium necesse est. Et quidem, vt de ventriculo prius dicam, si quis puro, & eximij sensus ventriculi ore præditus scillino aceto hausto doleat, cur doloris eius causam ventriculo ascribamus, & non potius in acetum referamus acrimonia sua ventriculi vel temperiem confertim mutans, vel continuitatem dissoluens? Atqui, (dixerit forte aliquis) qui aliàs eius vsu non lędebatur nunc lædi, & alios semper eo hausto fuisse offensos. Non negandum hoc loco est, non omnib. imo neq; eidem semper eundem esse in ventriculo sensum. deprehensi enim sunt aliqui, quibus impune vel vitrum vel etiam quiduis obuium vorare licuerit (his vero nullos ex cerebro in ventriculi os deferri neruos dissectione obseruatum est.) alij rursum vel a mollibus lenibusq́; aliquibus rebus morsus inferri sibi sentiunt. At vere, neque vllum eße quem mollia temperataque alimenta perpetuo mordicent; neque si id vlli quandoque accidat, sine ventriculi oris intemperie, abrasione ve aliqua accidere nos existimamus. Sed, & de sonitu, quem in auribus percipi ob sensus acumen Galenus scribit, dissimulare certe hic quoque nostram non possumus suspicionem. Si enim nihil quod consuetum, & secundum naturam est, sensum mouere pręter naturam potest, quomodo aures eximio quantumuis sensu præditas, nulla facta in auditus obiecto, aut in ipsis auribus variatione præter naturam affici persuadeamur? Quod si forte auditus instrumenta vbi puriora quam antea essent, reddantur, id pati posse aliquis contendat, sensile certe obiectum quū antea sentienti instrumento proportione responderet, nunc non illi amplius respondere fateri necesse est: proptereaq́; ab eo, quod secundum naturam erat, in præter naturalem statum factam eße immutationē. atq; ita deprauatam eße auditus actionem non sine morbo aliquo vel partis sentientis intemperie aliqua flatuum crassiorum vel copiosiorum effectrice, vel obstructione aliqua, cuius causa difflari nequeant pro consueto, & naturali more flatus. Nihil igitur fortasse est, cur argumento auditus ob acriorem sensum deprauati actiones absq; interuentu morbi lædi aliquis contendat. De qua tamen re, si aßentiendū sit Galeno, cur non etiam liceat profiteri acriorem illam, et non naturalem sentiendi vim siccam calidamq́; intemperiem sequi? Ita quidem eos qui hectica febre contabuere, quasi instrumentis sensuum resiccatis, & auditu, & sensibus reliquis sibi ipsis sanis præstare sępe obseruantur, non secus atque ij qui cerebro sunt natura calido ac sicco cęteris fere exactiori sunt sensu. Quare, & illud ipsum vitium de quo agimus, frigidis, humectisq́; ac stupefacientibus medicamentis curari docet Galenus. Ita vt ex obiecta de tinnitu aurium ratione concludere non liceat, lædi actionem sine morbo, ac propterea per actionum offensam morbum non recte definiri. Sane autem, quod actio sine morbo quoque, & lædatur, & quandoque pereat, alia rursum disputatur ratione. Illud enim in confesso est, si in superioribus corporis partibus obstructio incidat, inferiorum actiones sine vlla in his euidentis vitij nota impediri. exemplo autem est aspectus, qui visorijs obstructis neruis, sine vllo oculi vitio aboletur. At vero quando in hoc ipso exemplo conceditur inesse visorijs neruis obstructionem, adesse certe morbum, atque ideo videndi actionem conceditur non lædi sine morbo. qui vt insit oculo nihil interest, neque necesse est. vulgatum enim id est, morborum tantum eorum, quos per eßentiam vocant, id esse proprium, vt partibus insint, quarum læduntur actiones, at non eorum qui per consensum; qualis hæc ipsa est, de qua agitur, affectio. Disputabatur præterea ventriculi actionem aliquando sine eius vitio lædi: nempe concoctionem, quum destituitur cibo. Ac quis hic vitiatam huius partis eße actionem recte dicat? quæ si opportunum alimentum offeratur, futurum est vt recte obeatur? Etsi autem instrumentorum actiones, vt cōsequenter dißeritur, instrumentis morbo proprio non offensis per febres offenduntur, non læditur tamē actio sine morbo, siue per se siue per accidens. ita quidem crurum actio id est progressio in febribus imbecilla est ob musculorum, neruorum, ac reliquarum ex quib. cōstructa sunt partiū intemperiem: hic uero quia intemperies sit simplicium illarū partium per se, cruris autem per accidens, non fit tamen, instrumenti actionē lędi sine morbo, & per actionem morbū male definiri. Iā uero quod præterea litigatur læsam actionem in morbi definitione ponendam nō esse, quia læsa actio morbum necessario consequatur, infirmum est. est certe lęsa actio morbo posterior, ut quę illi succedit: at lædendæ tamen actionis uis primo inest morbi naturę. quando autem

definitione rei explicanda est natura, cur hanc morbi vim prætermittamus? Ita etiam, & si morbi effectus sunt, & qualitates mutatæ, & excreta ac retenta præter naturam non secus atque actiones: quæ etiam morbum nõnunquam magis quam actiones patefaciunt; non tamen male per solas actiones morbus definitur. id enim quod primo sequitur morbum, læsa semper est actio: & huic qualitates sensiles, excretaq́ ac retenta præter naturam succedunt. ita ut per has solas, quæ semper iunguntur morbo, & quæ reliquorum symptomatum sunt causæ, recte morbi definitio affeatur. Neque rursum si Galenus sanitatis naturam non in actione consistere ait, & eadem morbi ratio esse debet, definiendus tamen erat morbus sine actione. illud apertum est, quomodo ille author sanitatis naturam esse negat ἐν τῷ ἐνέργειν, *in ipso actu, non tamen* ἐν δυνάμει, *in potestate, & quomodo, quia etiam dormientes: & nihil agentes sani sunt, essentiam sanitatis in eo sitam esse contendit, vt agere animal vbi velit, possit. definiri igitur morbus sine læsarum actionum commemoratione non potest. Quo loco tamen (vt de quo postremo dubitatio est explicetur) licet non actiones modo, sed & passiones, & vsus partium a morbis lædi certum sit; actionum ille tamen tantum meminit, extensa ad reliquas, ex communi loquendi vsu, eius vocis significatione. Atque hæc tandem de morbi definitione.*

Definitioni morbi addit Auicennas (& est aut cõplexio non naturalis, aut compositio non naturalis) Quę uerba quorsum addat, obscurum est. Non ea certe ad morbi diuisionem, esset enim mutila, qua soluta continuitas prætеritur. frustraq; hic ea proponeretur, quæ sequenti capite, vt causarum quoque ac symptomatum diuisio affertur, & explicatur. An igitur hęc uere diuisio non est, sed aliquid ad definitionis explicationem non inutile? Quum enim dixerit morbum lædere actiones; quia de actionibus, fierentne a simplicibus, an a compositis partibus (de quare a nobis in superioribus disputatum est) propterea que an a temperamento, an compositione dependerent, magna fuit controuersia, quia etiam illud certum est, non aliorum morbum aut sanitatem esse posse, quam quorum actio est; consulto subdit (& est complexio aut compositio non naturalis) quæ nos sententię certos faciens; &, quemadmodum actiones ab vtroque partium genere prodeunt, ita vtriusq́ esse sanitatem ac morbum, recte a ueteribus constitutum, significans.

Cap.6. Et accidens est res, quę hanc sequitur dispositionem &c.

Accidens latini medici generatim dixere quicquid morbum sequitur. græci symptoma. quanquam Empirici, vt in libello de subfiguratione empirica author est Galenus, uitia omnia simplicia, etiam ea quæ rationales medici inter morbos ponunt, ut tumorem, calorem, inflammationem, symptomatis nomine vocabant, horum uero simplicium concursum, morbi. Legitur etiam in libro de differentijs symptomatum, quicquid animali pręter naturam incidit, hoc obtinuisse nomen; ita ut eo morbus quoq; ac morborum causæ fuerint appellatæ. Contraxere quidem medici posteriores symptomatis uocem ad effectus morborum, qui tamen quũ uel etiam morbos qui alios morbos sequuntur, dum ex ijs pendent, uocent symptomata, febrem pleuritidis symptoma dicentes; uel etiam morborum causas, ut uitiosos humores, quatenus a mala aliqua intemperie ortum habent; symptoma tamen proprie sumunt pro eo quod morbum sequi solet, a morbo, & eius causa distinctum. de cuius differentijs, & causis peculiares libros conscripsit Galenus. Id hoc loco Auicennas, seu eius interpres accidens uocat. Cuius descriptionem afferens, ait, Accidens esse rem, quæ hãc sequitur dispositionem (*intelligit autem, morbum,*

cap.1.

quem proxime definiuit) quę est non naturalis: siue sit naturali contraria, sicut dolor in colica: siue non sit contraria, sicut rubedo maxillę in peripneumonia.

In qua quæsitu dignum est, cur per rem, id est, per generalissimum genus, non per affectum, aut aliud quidpiam definiat; Tum uero, quid illud sit, quod ait, accidens esse rem quæ est non naturalis, siue sit naturali contraria, siue non. *Scire igitur licet, quodnam sit uerum symptomatis (ita. n. cum uniuersa medicorum schola effectum morbi appellemus) genus, non facile esse, vt quis statuat, Nempe, quum ad initia libri de symptomatum differentijs, ipsum inter affectus præter naturam Galenus numeret, dicens omnem corporis affectum qui a naturali statu recessit, esse uel morbum, uel causam morbi, uel symptoma; idem tamen postea, discrimen afferens inter symptoma, & morbum, quum morbus duo habeat, ut sit affectus, & lędat actiones: horum utrunq; a symptomate interdicit. et ipsum docet esse mutationem præter naturam: atq; hãc eius esse maxime propriam definitionem. Hæc igitur quum scribat, ambiguum relinquit quod inquirimus. Primo quidem mutatio pręter naturam genus est, quo non tantum symptoma, sed, & morbus quoque, & passio comprehenditur. quare, quum non ex solo genere constituatur definitio, differentias pręterit, quæ additæ generi symptoma, a morbo, et passione distinguant. Sed etiam mutatio intelligi potest uel, ut est (quod aiunt) in fieri, uel ut in facto esse. Si sumat ut est in fieri, ad morbi discrimen, quum affectum, et mutationem iam factam esse statuit; at ipsemet paulo post symptoma esse ait non solum in motu, sed etiam in habitu quodam, quo differt a passione, quod autem in habitu, qualicunq́ modo, est, factum est. symptoma igitur mutationem esse factam ut concedat necesse est. Verum negare ille etiam non potest symptomata non pauca esse facta. eiuscemodi. n. sunt qualitates sensiles mutatæ: talia excreta quoq; ac retenta; tales, & actiones abolitæ. Symptoma igitur dicere mutationẽ esse pręter naturam in fieri, res est ex ipsiusmet Galeni uerbis controuersa. Quemadmodum etiam si mutationem esse factam tuearis. erit. n. affectus: quod Galenus non concedit. Obscurum est igitur, quidnam statuas symptomatis genus ex Galeno. Verum neq; id dubitatione caret, quod symptoma ait separari a morbo, actionum læsione, quum actiones læsæ non morbo soli, sed etiam actionib. alijs læsis, nullo inter eas interueniente morbo succedant. lęsam. n. dormiendi actionem sequitur mala alimentorum concoctio, et lęsa nutritio, & prauus color, & alui sępe lubricitas, quæ omnes sunt lęsę actiones. Hęc quum ita se habeat. cur Auicennas accidens, quod est morbi effectus, definiat per rem generalissimum genus, apertum est. obscurum. n. est, aut controuersum, quid sit proprium genus. Verum, quid, inquies, de uero symptomatis genere censendum? Inquiramus quid res uelit. Eorum igitur quæ corpori pręter naturam occurrunt, primę occurrunt causę, quę afficiunt, seu disponunt. earum effectio, ut ab illis pendet, actio dicitur; ut in subiectum, in quod agunt, recipitur, passio, opus uero quod ab ipsis per actionẽ relinquitur,* διάθεσις, *id est, dispositio seu affectus. etsi. n. hęc uox actionem sonat, quę non est opus, quum opus sit aliquid factum, actionis autem essentia sit in fieri; ita tamen obtinuit usus, ut aliquid significet, quod est post actionem superstes. quod quidem, si actiones lędat, communi medicorum consensu, ex communi tamẽ omnium usu sumpto, morbus est. Sic autem a morbi lædũtur actiones, ut, uel prorsum aboleantur; uel male edantur: hoc uero, uel quia imbecillę, uel quia deprauatę. Ita quũ ęstiuus sol in corpus agẽs, ipsum immoderatius calefacit, calefactio solis est actio, et corporis passio. immoderata aũt caliditas relicta in corpore opus est solis calefacientis. & eadem dispositio seu affectus dicitur;*

dicitur; & quia lædit corporis actiones, morbus. Hunc aūt sequitur imbecillitas in vniuersis arbitrarij motus instrumentis, & deprauata actio spirandi, & pulsus; & abolita non raro alimenti appetētia. Hæc quum eorum quæ præter naturam corpori accidunt, sit series, ita est actionum læsio coniuncta morbo, vt nullus vnquam sit morbus sine actionum lęsione; neq; contra læsio actionum sine morbo; quem admodum neq; corpus sine vmbra, neq; vmbra sine corpore. atq; hinc nomē græcis inuentum est symptomatis; quia simul cum morbo συμπίπτει incidit. Itaque si hæc vera sunt, vt uidetur, An symptoma definiri potest, quod sit læsio actionis? Non potest. quia, licet nihil aliud morbū proxime sequatur quam lęsio actionis, hanc ipsam tamen alia accidentia sequi solent; quę ipsa quoq; vt effectus sunt vitij, quod pendet a morbo, effectus sunt morbi, & nō sunt actionum lęsiones. eiuscemodi sunt affectus uocati sensiles, seu qualitates mutatę, & excreta ac retenta pręter naturam. Hęc igitur, quia ipsa quoq; comprehendi debent sub eodē genere, quo alij effectus morborum; dici autem non possunt actionū læsiones, quęrendum aliud genus, q̃ morbi effectus omnes comprehendat. An fortasse epigēnema sit id genus? Nam huius vocis etymon est, vt significet quicquid post fit. certum autem est effectus fieri post causas. Hoc sensisse eos arbitrandum est, qui, referente Galeno, hac ipsa uoce effectus morborū generatim uocabant. At neq; hęc ipsa uox proprie effectuum omnium morbi genus exprimit; quę non comprehendit, (si proprie loquēdum sit) actionum lęsionē, quę, quum inducitur morbus, ipsa quoq; simul tempore inducitur; non autem aduenit post morbum. s. quamuis causę suos effectus præcedant natura, non precedunt tamen tempore, quum nihil causę habeat nomen prius quam effectus incipiat: & sint effectus, & causæ relatiua. quia igitur læsio actionū proprie non est epigennema, non potest hoc esse effectuum morbi genus. Sed neq; etiam symptoma propter posteriores effectus morbi, quos diximus, qui non simul cū morbo incidunt. Quid ergo? An neutra harum uocum est genus; sed utręq; binas effectuū morbi species exprimunt? Vel. n. effectus eiuscemodi sunt, qui statim cum morbo ponuntur; & hęc propriè sunt symptomata: uel postea incidunt, & sunt epigennemata. Non abest hoc quidē a ratione, si modo id usus, & consuetudo loquendi medicorū probaret. Sed quicquid de nomine symptomatis, aut epigennematis statuendum sit, quæritur hoc loco genus omnib. morbi effectibus commune; & eiuscemodi, quod hos ab alijs separet, quæ corpori incidunt pręter naturam. Cur non igitur mutationem præter naturam cum Galeno pro genere recipiamus: & ex eodem pro differentia, qua separetur a morbo, & passione, addamus, quæ morbum sequitur? ita ut uera effectus morbi definitio, sit mutatio præter naturā morbum sequens. intelligēdo genus, ut extenditur ad eam quæ facta est; & quæ etiamnum fit, mutationem: differentiam uero, quod morbum sequatur uel proxime, uel remote? Nō aliud certe intellexisse Galenum arbitrandum est. quē non ignarum definitionem non ex solo genere construi; quum eodem in loco symptoma esse dixerit quicquid morbum sequitur, admonere itidem uerisimile est, utrunque coniungi oportere. quemadmodum etiam, quum symptoma affectum esse nunc asserit, nunc negat, arbitrādum est docere neutrū esse absolute statuendum. Vere. n. symptoma omne, affectus est aliquis, licet non codē modo in genere omni. aperte quidem qualitates mutatæ, & excreta ac retenta præter naturam quæ facta sunt, & consistunt, sunt affectus. lęsio uero actionum non ita. licet. n. aliquarum læsio ita facta sit ut sit contumacissima sit, qualis cæcitas, abolita appetentia, & in uniuersum abolitæ omnes actiones, quæ hoc nomine uere affectus sunt; imbecillæ tamē, & deprauatæ actiones quæ non nisi agendo sunt, nunquam absolute affectus sunt. quāuis, ut a morbo pendent, & in eo sunt, ut in habitu quodam, (quod ait Galenus) aliquo pacto etiam sint affectus. Sed hæc pro Galeni sententia, de genere ac definitione symptomatis. Videamus nunc quid sit quod ait Auicennas, accidens esse rem, quæ est non naturalis, siue sit naturali contraria, siue non. Reuocandum illud in memoriam est, ex ijs quæ corpori præter naturam incidunt, aliqua semper inferre damnum, aliqua non sēper. causę, & morbi semper inferunt, symptomata non semper. qualitates. n. sensiles mutantur sępe nullo corporis damno, licet semper a naturali sint statu alienę. actionum offensa nūquam est sine damno; imo uero aliquando adeo molesta, ut tanquam morbus medici diligentiam priuatim exposcat; ita ut iure illi non alia debeatur curatio quā per ablationem morbi, neglecto tamen aut certe dissimulato morbo, in eam unam intendenda sint pręsidia. An igitur, quæ ex accidentib. morbi damnū afferunt, dānū, ea naturali cōtraria hoc loco ab Auicēna dicūtur; quę non afferunt, nō contraria? Ita uidetur. exemplum. n. doloris in colica, & ruboris maxillarum in peripneumonia id apertum faciunt. Vt concludere liceat, symptoma esse quicquid morbum sequitur. siue id habeat, siue non habeat morbi rationem.

Et est quum ægritudo fit alternis &c. *Morbū ex morbo alio fieri, ita ut morbus unus causa sit morbi alterius, quod a Galeno quoq; appositis exēplis in li. de differētijs morborum explicatum est, negare non licet. Sed difficile est, quod hic affectum coli, syncopem, paralysim, epilepsiam, morbos uocat, quæ symptomata a medicis generatim censentur. est. n. coli dolor uitiata actio tactus. syncope actionum uitaliū atq; animalium lęsio ac fere ablatio. paralysis, et epilepsia motricis ac sensitricis, illa priuatio; hęc deprauatio. Sed benigne interpretanda res est. Colicæ nomine intelligendus est affectus coli non quidem dolor; sed distensio, & solutio continui, quam dolor sequitur. quem affectum quia non raro in syncopim, paralysim aut epilepsiam degenerare accidit, iure causam eorū affectuum licet appellare. Et sunt quidem hi symptomata, nudas uitiatas actiones si spectemus. at syncope quatenus immoderatam spirituum ex dolore effusionē sequitur; unde refrigeratio immodica repente cordi inducitur; eatenus, nomine inquam frigidæ intemperiei, morbus est, non ēt symptoma. Est, & paralysis morbus. obstructio inquam neruorum sensum auferēs & motum earum partium, quæ sunt post obstructionē. Et epilepsia quoq; ut conuulsio est, & distentio partium neruosarum, morbus. Non temere igitur, quæ symptomata sūt, morbi nonnunquam accipiunt nomen. Verum cur tribus exemplis hoc proponit Auicennas? Nempe, ut in omni morbi genere id ipsum accidere ostendat. Syncope. n. ut morbus est, intemperies est, ut diximus; paralysis obstructio; epilepsia solutio continuitatis. At uero, q̃ hic ab Auicenna scribitur colicum affectum aliquando parere syncopem, paralysim, epilepsiam, id quotidiana cōfirmat obseruatio. Imo uero hoc uitium in articularem quoq; affectum, & contra hunc in illud desinere, author est Hippocrates. quanquam aūt per quas nam uias, hic humorum motus fiat, non ita apertum est; ut tamē certum est, hoc non raro accidere: ita secū corporis confluxione conspiratione, & consensu uno, naturam parare sibi uias in uiuente corpore peruio, & laxo opportunas, nihil admirabitur, qui fuerit in naturalibus rebus uel mediocriter uersatus.* 6. uulgar. morb. sect. 4. tex. 4.

Accidens quoque &c. *Colicum affectum proximis uerbis morbum uocauit, nunc accidens, seu symptoma. nec temere; est. n. ut dolor est, tactus actio deprauata. Idē tamē, quum insignis est, dū animales uitalesq; uires prosternit, et syncopem inducit, quæ, ut diximus, morbi aliquando nomē meretur; habet causę rationem. Quod igitur proponit, uerū est, symptoma nonnunquam morbi esse causam. Sed quorsum aliud doloris vehementis exemplum subdit; illū dicēs causam esse inflammationis ob descensum materiæ? Nem-*

pe ut in oī genere morbi exēplū afferret. sicut.n. coli dolor cā est dictæ intēperiei, quæ syncope est; ita ēt qui parti alicui dolor vehementior accidit, tumorē aliq̄do facit. est aūt tumor in genere intēperiei, & cōpositionis, et solutæ cōtinuitatis.

Et plerunque etiam ipsum accidens &c. *Symptoma in morbum degenerare ait, non immerito, si naturā morbi spectemus, quam aliquando symptomata conquirūt. Morbus, affectus est permanens, & idē causa læsę actionis. hæ conditiones si alicui symptomati accidant, negare nō licet morbi naturam ipsum esse adeptum. Dolor ergo parti alicui pertinacius inhęrēs, et uires disijciens, vere hoc nomine morbus est. qui tamē, vt dolor, i. vt tristis est sensus, ab intēperie, uel solutione continui depēdēs, vere est symptoma.*

Et est ēt, quum vna res &c. *Morbum aliquē eo nomine, quo morbum aliū proxime sequitur, symptoma dici, a Galeno quoq; annotatū est. quare secūdo de febrib. ad Glauconem, febrē accidens vocat eam, quę inflāmationes aliosq; morbos sequitur. Est tamē cur eundē authorem hoc ipsum decretum aliquando perturbare existimes. nempe in libro de morborū differentijs eos damnat apertissimis verbis, qui febrē symptoma appellarent, vbi post sensilem mēbri alicuius affectū aduenit: alioqui morbū. Sed explicādus est eius loci obscurioris sensus. Galeni ætate abutebātur symptomatis, & morbi vocib. aliqui, actiones læsas, quæ tamen vere symptomata sunt, morbi nomine uocātes. proptereaq; cōuulsiones, sensuum priuationes, & torpores, absolute morbos appellantes, quæ sunt actiones vitiatæ, & vere morbi. Alij licet ipsi quoq; symptoma pro morbo, et morbū pro symptomate dicerent, læsis tamen actionib. nō absolute morbi, sed aliquando ēt symptomatis nomē tribuebant. eos ēt qui vere sunt morbi, nūc morbi, nūc symptomatis voce nuncupātes. quare & conuulsionē, & febrē nūc morbos nūc symptomata vocabāt: morbos quidē, si affectum aliquē sensu euidēter perceptū, qualis est partis alicuius inflāmatio, sequerentur: symptomata vero, vbi ex minus aperta essent causa: qualis est nuda intēperies. Hos igitur dānat Galenus. priores quidē vnius erroris criminatus, q; id quod vere symptoma est, actionē inquā vitiatam, morbum dicerent; posteriores vero duplicis. error alter erat, priori non dissimilis, q; hi quoq; temere actiones læsas, in quarū genere semper conuulsio est, aliquādo morbū; febrem vero, quæ tamē quum actiones lædat, semper morbus est, symptoma vocarēt: alter non de re absolute, sed de inconstantia. si.n. actio vitiata, est, vt aiunt morbus; conuulsio igitur perpetuo est morb. at hāc, si ex affectu obscuro, symptoma uocāt. hoc uero est pugnātia scribere, atq; in se ipsos incurrere. Hic loci illius est, ut arbitramur, sensus, nihil Auicennæ hoc loco, aut Galeno contrarius, quum febrem scribunt aliquādo symptomatis habere rationē, habet autem tunc, quando ex morbo proxime pendet: quia, quod morbum proxime sequitur, symptoma est.*

Cap.

Cap.5.

Galeni loci explicatio.

Hoc, ut arbitramur, huius sectionis principiū ē, a Librario temere trāspositū. Triplicē corporis constitutionē, non absolute, sed de Galeni authoritate proponit; hac de re dubius ob neutrā dispositionē, quæ ad morbū pertinet. si quis id statuat quod res ipsa, nō quod medici munus requirit: qui aliā habet rationē eius, qui inculpatæ prorsus est sanitatis, aliā eius, qui prorsus uitiosæ: aliā eius qui inter vtrunq; ambigit, et aliter eos qui a morbo proxime reualuere, uel pueros, uel senes tractat q̄ alios: et aliter qui partē unā uel aliā corporis ęgrā habēt, reliquas nō ægras: uel eodē tpe, uel diuerse. Recte igitur de neutro statu hic quoq; meminit. De quo quū fuse i li. artis medicæ. et alibi quoq; Galenus agat, rē pficiet, q̄ illis adiecerit, q̄ hic author hoc loco ex re ipsa proponit.

Primū est genus ægritudinis &c. *De morborum differentijs ac speciebus agit, sequutus Galenum. Cuius tamē placitis quia recentiores non plane acquiescunt, nihil nobis est dissimulādū; sed qd res ipsa doceat, pquirendum. ubi tamē prius scrupulū amouerimus, quē Auerrhoes reliquit.*

3.Coll.ri
3.Coll.14.

Quia sanitati cōtrarius est morbus, tot ille morborū species esse ait, quot sanitatis. At idē rursum morbū scribit nō cuiq; sanitatis generi superuenire. nēpe, quū in morbis qui ad situ ptinent, ordo q inter partes secundū naturā esse dēt, uitiari soleat, hūc ordinē ait Auerrhoes nō in omni corporis parte puerti posse, ut uidere est, & in ordine tunicarū qb. oculi cōstituūtur, & in maiori parte mēbrorū instrumentaliū: q̄ ita puerti nō possūt, ut membrū prius fiat posterius. Ex his igitur nō omni sanitati opponi morbū dicas, cōtra q̄ priori sententia ab eodē scriptore sit cōstitutū. Ceterū, etsi nō oīs corporis pars omne morbi genus pati pōt, illud tamen uerū est, et situi, & ordini naturali aduersā esse eius mutationē: generatimq; morbū quoq; in situ partiū atq; ordine accidere; ita ut, q prius esse debet, aliquādo sit posterius. in luxationibus id euidentius est, q̄ ut ostēdere plurib. oporteat. Nō negat igitur Auerrhoes sanitati, q̄ est inter partium ordinē, opponi morbū; sed ordinem, q est inter partes, nō semper posse immutari asserit. q tamen quū mutatur, fit morbus. Redeamus nūc ad institutū. Quod corporis nostri partes aliæ sint simplices, aliæ cōpositę; ut singulis aliqd inest, quo per propriā naturā alteræ ab alteris distinguūtur; ita aliqd utrisq; cōe est, quo cōueniūt. Si ipsis recedere a naturali statu secūdum propriā naturam accidat, fiunt morbi utrisq; proprij: si secundum communem, cōmunes. triplex igitur morborū est genus, similarium vnum, dissimilarium alterum, & tertium similaribus, & dissimilarib. commune. Hoc autem ueteribus, & recentioribus ferè conuenit. At de singulis generibus non conuenit. & de simplicium partium morbis primum. quos, quum Galenus cum eoq; Auicennas in sola intēperie statuat, docere aliud uidetur res ipsa. Similaribus.n. partibus præter temperamētum insunt, & materia, & forma. quarū si fiat mutatio, fit morbus. Differre aūt hæc inter se, facile est ostensu. Tēperamentum quidem, idē nō esse cū materia, id docet, q cor, & pulmo calido, et sicco uterq; tēperamēto, materia tamen sunt diuersa: quæ ibi est densa, & grauis, huic rara, & leuis. Est, et cordis ac renū materia eodē modo cōpacta, & densa; tēperamētum tamē renib. frigidum, cordi calidū. A tēperie aūt differre formā, uarietas actionū, atq; usus docet, quę a partib. eiusdē, aut nō multū dissimilis tēperamēti pdeunt, ut exēplo nuper proposito pulmonis, & cordis apertum est. Quod autē a tēperie, & materia forma differat, apertum facit Aristoteles, quum ait rationē eā qua caro aut os est, no a primis elemētis, sed a semine, & diuiniori principio nasci. Etsi ergo in cōstituēdis morbi similarium partiū generib. unū tēperamētū spectat Galenus; earū tamē naturā triplicē esse cōstat; uel eo ēt ipso authore, q̄ similari cuiq; parti tres inesse ait substātias, solidā, carnosā & spirituosam: & ex his uirīū cōstare substātiā, cōsistere aūt ex cōgrua elemētorum tēperie. meminit hic triū. quorū duo, solida. s. & carnosa, materiā similarium cōstituunt. spirituosa uero, ut ea in qua insitus est calor, refertur ad formā. addit tēperamētum, quū eas substātias ex cōgrua elemētorum tēperie cōstare ait. atq; ita (quod dicimus) ex Galeno triplici natura similares partes constāt, tēperamēto, materia, forma. Ex quib. quod, & uirīū robur, et actiones pēdeāt, ita ut harū una percunte, partis actio pereat, nō difficile est ostēdere. De tēperamēto quidē aperta res est. Sic Galenus imbecillitatē omnē ad tēperamenti læsionē refert. De materia quoq; quō si uitiata sit, partis robur imminuatur, ex hoc patet, q aliquorū uentriculus neq; acetū neq; acre, aut mordax quidpiā tolerat; aliorū facillime. alij odores ferūt, alij nō. In huius aūt rei cām, si sensus acumē afferas, recte qdē, at uarietatis huius in sensu cā nō itēperies est, quū multi intēperati nihil eiusmodi sētiāt. Sed una cā est uētriculi cerebriq; mēbranarū laxitas ac raritas, ob q̄ ab externis iniurijs offēduntur. Si multos uideas, q neq; calorē neq; frigus neq; laborē ferre possint, nō aliā ob cām, q̄, quod molli raro laxoq; sint corpore. alij cōtra itēperati, quales agrestes homines,

homines, externas omnes iniurias ferunt. ob solidas scilicet partes, & corpus totum compactum vel natura, vel exercitatione, & consuetudine. Hæc intuitus Galenus uirium robur in carnosa, & solida substantia ait consistere; et curando, ut robur partium seruet, illarum maxime quæ vim atq; vsum toti corpori communem præbent, qualis est ventriculus, & iecur; non calida, aut frigida proponit; sed a relaxantibus abstinet, astringentia cōmendat. Et in tuenda sanitate, ad artus corroborandos, duras frictiones iniungit. Sed præter raritatem, ac densitatem inest etiam similaribus quibusq; partibus sua, & durities, et mollities, qua læsa lædi actiones solent. sic quibus secundum naturam cerebri substantia dura est; eos imaginatione quidem minus. memoria autem magis valere medicis receptum est, & quibus præter naturam duriores fieri partes aliquas contigit; eas minus flecti obseruamus. sicut ēt ob mollitiem. ob eam .n. paralysis accidit; vt in ijs qui hydrargyrum frequentius tractant. Non secus similarium actiones perturbat crassitudo ac tenuitas. sic ingeniosos esse autumat Galenus, quib. cerebri substantia est tenuior: hebetes, quibus crassior. Sed ad similares color quoq; pertinet, qui a naturali statu mutatus actionem aliquando vitiat, vt corneæ tunicæ, exemplo apertum est. Ex his, quod immutata similarium natura illa, quæ ad materiam pertinet, nulla tamen in temperamento facta mutatione actiones lędantur: apertissimum est. Tertia erat partis similaris substantia, forma; quam, & speciem, & essentiam, & facultatem, & totam substantiam uocant. quam parti cuiq; congenitam, & actionum corporis omnium causam esse, Galenus passim docet. cui, si mutatio accidat, aliud quoq; similarium partium morbi genus statuere necesse est. eius autem mutatio accidit in ijs morbis, quos malignos & pestilentes appellant, et quos parere solent uenena. Hęc quū ita se habeant, tria igitur similaris partis morborum esse genera, intemperiem, materiæ immoderationē, & morbum totius substantiæ, seu substantię, aut formæ corruptelam, concludendum est. Id quod Galeni quoq; assensu confirmatur. quū ait, Quæ immoderate laxant, soluunt robur: quare, & partis virtutem, quæ autem supra modum refrigerant, natiuum calorem extinguunt: qui fortassis, ut nonnulli arbitrantur philosophi, ac medici summi, substantia uirtutum existit: aut, si non hoc, saltem primum, & maxime necessarium earum instrumentum. Iam uero, et qualitates quædam extraneæ uirtutes dissoluere possunt. His ille læsarum actionum tres agnoscit causas. relaxantia, quæ materiam spectant; refrigerantia, quæ temperamētum; extraneas qualitates, quę facultatum substantiā disiiciunt. Sed hæc exemplo fient illustriora. Ventriculum ut pars est similaris, triplici hoc uitiorum genere laborare, interdū accidit. nempe, quum tanta imbecillitate corripitur, nihil ut alimēti concoquat, & cruditas, ac lienteria sequatur. Hāc .n. parit nōnunquā immoderatus frigidę potus, uel lactucę, frigidorūve alimentorum usus largior. aliquando quæ immoderate relaxant, ut olei tepentis haustus. aliquando uenenata qualitas, qualis ex ueneno epoto. Confirmātur hæc ēt ex curandi ratione. Medicamenta .n. quæcunq; curādis morbis idonea inuenta sunt, morbos oppugnāt uel primis, uel secūdis, uel tertijs qualitatibus, aut ēt quartis, quas alii qui addunt. primę qualitates oppositę sunt intēperiei; secūdę immoderationi materię; tertiæ, & quartę morbis, qui totius substātiæ robur dissoluunt. Hæc ex recentioribus. quib. præter intemperiē duo alia morborum genera similarib. accidere posse disputatur. Addamus nos. quod quū ipsas singulas sua quoq; & positio, & magnitudo, et connexio, & cōformatio Galeno authore necessario consequatur; sicuti si in his aliqua accidat mutatio, ea non sine actionis offensa potest accidere; ita, ubi accidat morbum quoq; illum a superioribus diuersum, ut fateantur, necesse uidetur.

…ad Glauc.

Et hęc quidem fere sunt, quibus ueteres mutilā de similarium morbis doctrinam reliquisse disputatur. Quæ tamē non adeo urgent, de illorum, ut authoritate quicquā detrahant. Et quod primum quidem disseritur inesse similaribus partibus temperamentum, materiā, & formam, atq; hæc inter se differre: reuocare hoc in dubium non licet; imo ad stabiliendam ueterum doctrinam plane statuendū est. Nempe quemadmodum ad rei cuiusq; ortum duo primum requiruntur, effectrix causa, & materia, in quam effectrix agat; ita ad similarium constitutionē. Materia, ex qua illę fiunt, sunt humores: effectrix causa uis formatrix semini īsita, nō tamen sine ui cœli. Dum ergo humores formatrix uis tractat; ut resilit ex confusis eorum qualitatibus temperamētum; ita ex corporum cōmistione priuata fit singularū partium materia, quæ pro superantiū humorum natura nunc mollis, nunc dura, rara aut densa, tenuis aut crassa, grauis aut leuis, coloreq; ac sapore non codē. Hanc ipsam dehinc ad instrumentoriū, & corporis totius ex instrumentis absoluendam fabricam, eadē uis certa, & formatione, et magnitudine exornat, certo loco ponit, & connectit; formamq; et facultatem impartitur, qua pro constituendis instrumētis ad animalis uitam aptis esse opus intelligit. Sic quidē igitur similares partes triplici diuersa natura, temperamēto, materia, & forma constare apertū est. Quod, quum Fernelius cōprobare Galeni assensu nititur, aliquid in eo corrigēdum est, aliquid addēdum. Corrigendū, quod, quum uirium substantiam Galenus triplici substantia constare ait, solida, carnosa, & spirituosa, Fernelius, sicuti per solidā, et carnosam, intelligit materiam; ita per spirituosam, formā. Cur spirituosæ substantiæ nomine formam intelligat, aperit nēpe, ꝙ in ea insitus est calor. hoc uero est quod non probamus. Quum .n. duplex sit insitus calor, fixus, & influens; ut non negemus influentis caloris sedem esse spiritus (non tamē sine humoribus) ita, fixi illius caloris qui actionū omniū precipuum instrumentum est: imo etiam spiritus fixi, & complantati, qui proximum instrumentum est formæ, solidius subiectum est: solida, inquam, ipsa, & carnosa substantia. non igitur merito insiti caloris spirituosa magis quā carnosa, & solida substantia referri potest ad formam: imo, hac quidem ratione minus: magis autem eo nomine, quod spiritus unà cum calore sunt proximi animę, & eius facultatum ad actiones obeundas ministri. Aliud diximus addendum. id vero est, similarium uires non in temperie tantum, & materia ac spirituosa substantia; sed etiam in humorum quibus aluntur, tum qualitate, tum copia consistere. Sic Auicennas ad corporis robur sanguinis copiā pertinere in superioribus admonuit, quod a nobis est fusius in physiologicis Disquisitionibus explicatum. Quum igitur triplicem esse similarium partium substantiam constet; sicuti ad earum actiones recte edēdas, illarum unamquanq; secundum naturam se habere oportet; ita ubi variare a naturali statu illarum aliquam accidat, fieri morbos confitendum est. Præter morbos igitur in intemperie, morbos quoq; in materię uitio, & in forma agnoscere oportet.

Hoc Fernelij propositum est. quod dehinc de materia & forma, argumētis quæ supra afferebamus, comprobare, quum studeat, occurrere illi tamen non difficile est. Vt .n. demus, nullam inesse similaribus naturam, quæ aliquando uitio non afficiatur; non tamen singularū uitium, cum quo etiam actionum sit læsio, morbum esse concedendum est. quod est Galeni aduersariorum fundamentum. Primū quidem, vt morbi nomen aliquid mereatur, non sat est, ut actionem lædat; sed per se, & primario debet lædere, ut ex Galeno paulo antea explicauimus. Tum uero, quum nullius nisi uiuentis corporis esse possit morbus; propterea, si humorib. spiritibusve quid incidat, quod eos a naturali statu longe

abducat, dici id non potest morbus, quum non viuant: erit autem potius morbi causa. Tertio, quum materiæ vitium incidit, licet aliquando causæ habeat rationem, plerunque tamen symptoma est, & quidem consequens vitium temperamenti, vt enim alicubi scribit Galenus, mollicies durities, & reliquæ eiusmodi qualitates necessario consequuntur temperamentum. His positis iam, quæ deinceps Fernelius affert, sigillatim expedamus. Aliquib. (ait) ventriculus, neq; acetum fert, neq; aliud quidquam mordax. alij odorib. offenduntur. alij calore, frigore, laborib. læduntur, quum multi intemperati nihil eiusmodi sentiant. ascribi ergo id non potest uitio temperiei: neq; alia ratio est, quam raritas, laxitasq; ventriculi & cerebri membranarum, & laxitas itidẽ corporis, ac mollities. Aperta hic fallacia est. si cui.n. ventriculus acriũ vsum non fert, hoc non eius partis est morbus, neq; læsa actio; imo exquisitæ sensus actionis indicium; quæ, si non perciperet, vt ijs accidit, quorum ventriculi os pituitoso crassoq; humore sordida est, aut alia de causa sensus est expers, merito læsa diceretur, et sequeretur morbum. fit quidem ẽt, vt ventriculus acria non admittat ob morbum; veluti quib. eius os vlceratum est. at ob solam partis laxitatem tale quid contingere, nulla est ratio, quæ persuadeat. De odorib. non obscurum est, quid in causa sit, vt odore insigni aliqui lædantur. cum eo.n. caliditas est insignis, quæ, quum eius cerebri comparatione sit immoderatior, dolorem parit. Ob corporis aũt laxitatem non ferre calorem aut frigus, uel ob delicatiorem naturam minus aptũ esse ad labores, non est morbus, sed dispositio ad morbum, morbus aũt, ubi inducta p laxiores meatus in intimas partes aeris intemperies ineptum ad edendas actiones corpus reddit. Addamus hic etiam, calori, dum aliquam humidi illius partem absumit, quod meatibus partium inhæret, succedere laxitatem. contra autem densitatem frigori, & astringentibus causis, dum cõtractæ in seipsas partes in interiora illum ipsum humorem exprimunt. Eandem causam durities quoque & mollities sequuntur. nempe illa humidi absumptionem, hic effusionem. vt propterea, si æqualitates a naturali statu mutentur, quum id non fiat sine humoris ac primarũ qualitatũ mutatione, pertineant ad uitium temperiei. Sed non dissimile ẽt dixeris de crassitudine ac tenuitate, grauitate ac leuitate. Crassior quidem partis alicuius substantia euadit, nunc tenuis humoris expressione, id est, non sine siccitate, nunc adiectione crassi, id est, non sine humiditate. a contrarijs autem causis, tenuis. Sic pars seipsa grauior redditur humoris vel copiosioris, uel grauioris aduentu. Et quidem nonnunquam etiam ob spirituum ac facultatis attollentis defectum, grauior aliqua pars videtur; non illa tamen grauitas per se, & positiue, ut aiunt, sed per comparationem ad uires, quę autẽ pars per se grauior redditur, causam habet intemperiem cum materia. ita ut mutatio in secundis qualitatibus propositis symptoma sit, non morbus. De caloris mutatione quod deinceps sequitur, antea iam ostensum est quõ non sit morbus, quum aspectũ non lædat primario, sed interuẽtu alieni humoris, ob partis alterius uitiũ exundãtis. Et hactenus de morbis ex materia. De forma autem, quam et facultatem & totam essentiam, & totam similarium substantiam uocant, de qua Fernelius disputat; etsi, formam rectę Aristoteles τὸ τί ἦν εἶναι quod quid erat esse, uocat, ut per quam res, id est, quod est: at eam tamen nullus totum ex materia & forma compositum uocarit. nec, si similarium substantia constat temperamento, materia, et forma: recte formam unam, totam illarum substantiã aut essentiam complere aliquis dicat: propterea; morbos in tota substantia, & essentia, formæ tribuat. Sed, quõ etiam formæ unius, cuius nulla seorsum est actio, esse posit morbus, qui est affectus lædens actionem; qui itidẽ est affectus corporis uiuentis, non formę atq; animę, quę nõ est corpus, quæ nõ uiuit licet corpori det vitã? Quomodo is etiam Galenum sibi assentiri affirmet, qui similarium essentiam seu substantiam, non in forma. sed maxime in temperamento cum qualitatibus materiæ apertissime ponit? Quid ergo, inquies, nonne ex Galeni sententia morbi sunt tota substantia et occulta ui homini contrarij, quales ex peste, ex uenenis? ad quos oppugnandos remedijs utimur, non temperamenti ui, non secundis qualitatibus, sed tertijs, idest, tota substantia & forma, & occulta ui cõtrarijs? Hoc nõ renuo. Sed ut morbi eius sunt generis, non sine partis, quam apprehendere intemperie, ac materiæ uitio, & non sine illius humorum & spirituum corruptela, accidunt. proptereaq; toti substantiæ contrarij rectè dicuntur, & egent præsidio intemperiem solidę substantię, & corruptelam humorum ac spirituum corrigente. Sic quidem in pestiferis febribus uitium cordis, non qualicunque antidoto corrigere medicus studet; sed refrigerante ob febrilem calorem, & exsiccante ob humiditatem insignis illius putredinis authorem; densante etiam ad partis robur, sed non semper: laxante enim frequenter & dissipante opus est ad vaporum humorumue exitum, qui praua putrique qualitate infecti intemperiem fouent atque adaugent. Addit is etiam non raro ad spirituũ humorumque fœtorem ac putredinem corrigendam, odorata; licet non expertia caloris. & postremo ea quoque adhibet, quæ experimento deprehensa sunt illi morbo aduersa. etiam cĩtra manifestas uires: qui proprietate formæ agere existimantur. sic uenenis frigidis calida semper opponit, & calidis frigida. et in omni eorum usu, quæ proprietate substãtiæ conferre dicuntur, nunquã negligit temperiẽ et qualitates materiæ alias, ut q̃ ad totã læsæ partis substãtiã non secus quam aliud quiduis pertineant. Ita ut præsidia, quæ totius substantiæ uitijs opponuntur, non simplicem spectent formam, sed quicquid totam similarium substantiam constituit: proptereaq; ex curãdi ratione deducere non liceat tertium morbi genus accidere similaribus in forma. Quid? nulla ne igitur priuata erit formæ uis sine temperamento? Nonne iaspidem virentem sanguinem sistere, & lupinũ iecur hepaticos iuuare ex proprietate substantię testatur Galenus? Non negamus, imo uero id profitemur, proprias singulis rebus inesse uires: quas non immerito formæ tribuas: quia, sicuti propriæ sũt quibusq; rebus formæ: ita priuatæ uires priuatis causis, non ẽt materiæ cõi ascribi dẽnt. At sicuti non sine certa temperie, certaq; corporum mistione inesse possunt ulli rei, formæ: ita neq; sine ijs possunt agere. Concurrunt ergo ad actiones quas a proprietate formæ esse dicimus, omnia, quęcunque rem constituunt. propterea rectius a tota substantia, quam a forma prodire dicuntur. licet non temere, quia priuatæ sunt, ascribantur formæ. Non sunt igitur medicamenti ullius uires unius formæ. neq; morbi sunt ulli, quib. medicamenta sint unius formæ proprietate aduersa. neq; plura in similarib. morborũ sunt genera, quã quæ a Galeno & Auicenna sunt proposita. Postremũ erat præter Fernelij dubitationem, argumentum, de positione, magnitudine, cõnexione, conformatione: quas quum Galenus similaribus partibus necessario accidere scribat, postulare etiam ratio uideretur, illarum ut a naturali statu recessus similarium morbi cẽseantur. qui tamen ab eodẽ dissimilarium propriũ statuuntur. Sane difficile est nodum hunc dissoluere. uere.n. non dissimilarium modo, sed ẽt similariũ hæc esse accidentia, ipsummet Galenum fateri constat, et lib. de constitutione artis apertissime, adium exemplo: et 1. de usu part. quum docens quæ ad cognoscendam organorũ utilitatẽ quærere opus sit, præter tẽperamentũ, et ea quæ temperamentũ consequũtur, hæc uerba subdit. "Post hęc aũt unũquodq; illorũ, quę et totis organis, et eorũ particulis accidũt, cõsideres, quæ, ut paulo ante dictum

1. de vs. p. 9.

1. de us. p. 9.

cap. 3. &

ctum est, sunt positio, magnitudo, cõnexio, cõformatio. Hic quũ, nõ totis modo organis, sed eorũ ẽtnum particulis accidere scribat, similarib. quoq; accidere cõsentit, quæ sunt organorũ particulæ. Sed qui rẽ expẽderit, pter Galeni authoritatẽ, re ipsa ita esse etiam intelliget. nullum.n. usquam mistum corpus reperire licet, alicuius figuræ, magnitudinisq́; non particeps, quod etiam in loco aliquo nõ sit, quodq́; si cũ alijs sit corporibus, suam positionem connexionemq́; nõ habeat. Cęterum, etsi hæc similaribus, vt corpora sunt, accidere, negare non licet; non eo tamen nomine accidunt, quo similaria sunt: ad quorum naturam pertinet, ut pars cum toto eandem habeat, & rationem substantiæ, & definitionẽ. quare, sicuti quęuis carnis pars caro est; nõ ita cuiusq; illius particulæ positio, magnitudo, cõnexio, cõformatio, eadẽ est, quæ totius carnis. ergo neq; earũ a naturali statu varietas similariũ, vt similares sunt partes, morb. merito dici potest.

Hactenus, quod non alio morbi genere simplices partes laborent, quam intemperie, pro ueteribus disputatum est. Nunc, quum ijdem intemperierum species sexdecim statuant, quatuor simplices, quatuor compositas: vtrasq; autem nunc cum materia, nunc sine materia; non desunt, quę, vel de propositis speciebus aliquas detrahi; vel etiam, quę illis alias adiungi oportere, suadeant. Et quidem primum, intemperiem nullam simplicem reperiri non obscura est ratio. caliditas.n. absumendo humidum siccitatem sibi adsciscit: & siccitas contra ipsummet humidum diminuẽs primum adauget calorem: post vero etiam frigus inuehit, eo humore absumpto, quo seruabatur calor. Sic frigiditas refrigerato calore humiditatem infert: & vicissim humiditas eo ipso calore hebetato inuehit frigiditatem. Habet ẽt intemperies causas, vel exteriores, uel interiores. & si quidem exteriores, nullæ illarum sunt simplices, sed vel calidę simul, & humidæ, calidæ simul, & siccæ, frigidæ simul atq; humidæ, frigidæ simul, & siccæ. sic aer, & alimenta omnia duplici sunt prædita facultate. non ergo effectus qui ab ipsis prodeunt, sunt simplices: quod si interiores sint causę, erunt illæ humores, quibus singulis duplex est qualitas, ut reliquis quoq; ijs, quæcunq; humanum corpus constituunt. elementa.n. semen, sanguis menstruus, spiritus, lac, similares partes singulæ duas habẽt qualitates, actiuam vnam, & passiuam alteram. non igitur simplex vlla esse potest intemperies. Sed etiam, quam nudam, & sine materia, intemperiem uocant, nullam esse, (quam Erasistrati fuisse opinionem author est Galenus) aliqua est ratio. apprehendi quidem solidas partes intemperie vlla non affectis humoribus, ex quibus illæ constant, & qui per uenas in singulas partes sunt diffusi, non videtur uerisimile. Id vero minime omnium de humida intemperie, quam sine humore esse ne cogitare quidem licet. De calida vero atq; humida, non latet veterum opinio, & ratio, de qua Galenus in primo de temperamentis. Sed etiam, quum frigiditas calorem hebetet, & malæ concoctionis sit causa, cui succedit humiditas: quomodo frigida simul & sicca intemperies consistere alicubi possit? Addamus illud tãdem, inter intemperies, quas cum materia statuunt, difficile eße intellectu siccam vllã intemperiem cum humoris superflui præsentia esse posse. Atq; illud quoq; difficillimum, quod vbicunq; de intemperie cum materia verba facit Galenus, eius exempla affe rens, tumores proponit; quasi illa nõ aliud sit quam tumor; quæ res si ita habet, quum tumor morbus sit dissimilarium partium, id fiat quoq; necesse est, vt intemperies cum materia non sit proprius similarium, sed etiam dissimilarium communis morbus; affectuum vero qui similarium proprij sint, species sint tantũ octo, quas nudas intemperies uocant. Sic quidem non tot esse intemperierum species, quot a veteribus ponuntur, licet disputare. Ostendamus nunc quomodo superioribus illis aliquæ aliæ sint addendæ. Sensus docet calorem cum frigiditate, in epialis febribus, & humiditatem cum siccitate in senib. simul consistere, quod ẽt Galenus scribit. cur igitur hæ quoq; cum intemperieb. non numerentur? Hæc aduersus veteres, quæ non difficile sit refellere. Et quod primum simplicem vllam esse intemperiem non conceditur, hoc non consentit sensui, quem maxime medicus sequitur. quo corporis partes aliquas, imo, & vniuersum corpus sæpe vna tantum qualitate sine vllo aliarum sensu affectum agnoscimus. Licet ergo progressu tẽporis qualitas una aliam sibi aduocet, ad initia tamen simplex non raro est, qua vitiari actiones cognoscimus. Sic res quoq; quæ intemperies inducunt, quamuis duplici omnes qualitate præditæ, sæpe tamen vna tantum afficiunt, quæ vna insigni alterũ exsuperant. Aer, alioqui communi philosophorum consensu calidus atq; humidus, non semper calore simul, & humiditate, sed nunc una, nunc altera tantũ aduersus est nobis; sic alimenta, & humores quoq; licet duplicem qualitatem natura sortiti, nõ utraq; tamen semper vitiantur, quum a naturali statu recedunt. quod si etiam vitiantur, haudquaquam tamen intemperiem vtriq; similem exoriri necesse est, ob contrarias aliorum humorũ qualitates, quibus retundi excessus potest. An autem nuda sine materia intemperies aliquando afficiat, adeamus ad iudicem sensum. Etsi.n. quod a Galeno quoq; lib. de differentijs morborum scribitur, morbi qui in sola qualitatum intẽperie consistunt, deprehensu difficiliores sunt, nisi quũ pars plurimum a naturali statu deflexerit: quod in causa quoq; fuisse arbitrandum est, vt Erasistratus eos nõ agnorit; sensu tamen, & ratione, distinguere hos ab alijs cum materia intemperiebus, licet. materiæ profecto præsentis indicium esse solet partis tum grauitas, tum distensio. quæ, quando cum intemperie non semper reperiuntur, manifestum argumentum est, intemperiem non perpetuo esse cu materia. At contra. solidas partes affici, & nõ affici simul humores, quĩbus illę constant verisimile non est. Imo vero re ipsa, & uere, nunc calore, nunc frigore illas corripi sine vllius materiæ affluxu sensu docemur; quamuis postea confluere aliquid persistente intemperie soleat. De humida autem intemperie, rem ita habere doctorum est uirorum consensus. Plenę sunt exiguis meatibus partes solidæ. in illos ergo si humoris aliquid confluat, ita tamen, leuis ut sit confluxus, qui illos tantum irriget; intemperies humida est sine materia; non enim vel grauatur pars, vel distẽditur. at vbi nõ madescant modo, sed etiam humore meatus repleantur; tunc intemperies est cum materia. non est autem hæc sine distensione aut grauitate. Quod de calida, et humida, frigida, & sicca intemperie sequebatur, referendum itidem est ad sensum verũ harum qualitatum iudicem. Non semper caliditas siccitatem inducit, imo humidum etiã trahit frequentissime copiosius quam partis sanitas requirat. Neq; frigiditati semper succedit humiditas; imo etiam sæpe siccitas eo nomine, quo, calore partis retuso, non fit ad eam attractio humoris, non superuacanei modo, sed ne quidem ẽt utilis, & necessarij ad alendum. De sicca autem intẽperie cum materia, nihil difficile est, quomodo accidat, intelligere, si tabida corpora obseruemus, arefacta quidẽ, vt quibus innati humoris iã parum superest; ac superfluis tamẽ, & inutilibus succis exundantia, ob imbecillam concoctionẽ, quæ caloris cum humidi arefactione extinctionẽ consequitur. Porro aliud sequebatur de intemperieb. cum materia. quas, quum Galenus tumorum exemplis passim explicarit, rem difficultatis plenam reliquit. Si.n. tumores sunt intemperies cum materia, non erit igitur hæc intemperies similarium tantum, partium morbus, neq; plures erũt morbi quam nudæ intemperies octo, simplices quatuor, et compositæ totidem. Torsit hęc quidem dubitatio nos diutius. Cęterum, neq; tumorem, ut tumor est, esse intemperiem;

Neque

Neque omnem cum materia intemperiem tumorem esse: Neque omnem tumorem esse cum intemperie, aut vsquam asserit Galenus; aut de eius doctrina profiteri licet. Quod primum proponimus, apertum hoc facit, quod sicuti a quantitate qualitas differt, ita ab intẽperie, quæ est excessus in qualitate, differt tumor, qui est excessus in magnitudine. Quod secundo diximus, id aperit paralysis, qui frigida, atq; humida est intemperies neruorum, cum pituitosi humoris in eos affluxu, citra omnem humoris sensum. Nempe, etsi ex affluxu uberioris in partis alicuius meatus humoris, tumores fiunt; at non omnium tamen meatuum repletio tumorem facit; sed repletio meatuum qui ad instrumentales partes pertinent. hic Galenus lib. de inæquali intemperie, quum humorum in musculos fit calida fluxio, distendi, oppleriq; maiores primum ait venas, atque arterias, mox ab ijs in minores, & minimas diffundi, ita vt humor qui contineri amplius non potest, partim earum ora aperiat, partim per tunicas colatus foras transmittatur, & spacia inania, quæ sunt inter prima corpora, fluxione impleat. At si in minores meatus, qui similaribus quibusq; partib. sunt ingeniti, fiat humoris confluxio, tunc non tumorem facit, sed intemperiem: quum magnus quidem est, ita ut plane meatus illos repleat, intemperiem cum materia; quum autem nõ tantus, sed qui tamẽ ipsos perfundat, & madefaciat; intemperiem sine materia. Quod tertio proposuimus, manifeste produnt tum intestinorum herniæ, tum tumores in ossibus excitati, sine vllo intẽperiei vllius sensu. Quod si agi hoc loco dicas, de tumoribus qui sunt cum affluxu humoris, non id negamus: sed hoc ipsum tamen in tumore euenit, qui ex aneurismate, quæ est apertio oris arteriarum, & non sine humore: cum quo nullus est intemperiei alicuius sensus. Quid? Tumoribus quoque. qui ex sanguine, atq; alijs humoribus quotidie fiunt, nihil necesse est coniungi intemperiem. si enim ex sanguine sola quantitate, non etiam qualitate peccante fiat phlegmone, licet sanguis qui illũ parit, natura calidus, & humidus sit; non facit tamen intemperiem, nisi calore præter sui naturam adaucto. sic in tumoribus ex bile, & alio quouis humore. quod aperte intelligere est capite quarto, libri de inæquali intemperie. Non igitur unus, & idem morbus est tumor, & intemperies cum materia: sed natura distincti sunt affectus, licet plerunque simul iungantur: & apertissime eiusmodi intemperies in tumorib. agnoscantur. id quod in causa fuit, ut Galenus ad illarum cognitionem tumorum exemplo sit vsus.

At vero disputabatur etiam postremo ex contrarijs qualitatib. alias a superiorib. intemperierum species procreari. Atqui hoc facile refellitur, licet enim caliditatis simul, & frigiditatis sensus, aliquando eodem sit tempore in corpore toto, aut eius parte aliqua, sic in propositis exemplis: non sunt ea tamen in iisdem prorsus particulis, quum contraria idem subiectum non recipiat. sed alijs inest calor, alijs frigus. hoc apertissime in libro de inæquali intemperie admo- Cap. 10. *net Galenus, scribens, minimis quidem particulis aspersum esse tum calorem, tum frigus; ita vt similẽ vllam eius partem accipere non liceat, in qua eorum alterutrum nõ insit. In quo sententia, uox illa (alterutrum) litem dirimit. percipitur quidem in omni particula alterum tum calor, tum frigus: at non vtrunque simul.*

De diuisionibus dispositionum corporis humani, & de generibus ægritudinum. Cap. 2.

CORporis humani dispositiones secundum Galenum sunt tres. Sanitas, quę est dispositio, per quam corpus hominis in sui complexione, & compositione tale existit; ut ex eo operationes eius omnes proueniant incolumes. Et ægritudo, quæ est dispositio in corpore hominis huic contraria. Et dispositio, quæ est apud eum nec sanitas, nec ægritudo: aut ideo, quòd nõ est sanitas in ultimo, & ægritudo in vltimo: quemadmodum corpora senum, & cõualescentium, & puerorum: aut ideo, quòd ambę res in uno tempore in duob. sunt copulatæ membris, aut in vno mẽbro, sed ĩ duob. generib. remotis: sicut qui est in complexiones sanus, & in compositione ęger, exẽpli causa: aut in vno mẽbro duorum generum propinquorum: sicut, qui est sanu in figura, & non sanus in quãtitate & situ: aut qui est sanus in duabus qualitatib. passiuis, & non sanus in duabus qualitatibus actiuis: aut uicissitudine duarum rerum in duobus temporib. sicut, qui sanatur in hyeme, & infirmatur in uere. Aegritudinum uerò aliæ sunt, quę sunt simplices: aliæ sunt, quæ sunt compositæ. Simplices autem sunt, quæ sunt una ex speciebus ægritudinis complexionis: aut una ex speciebus ægritudinis compositionis, quam postea nominabimus. Compositæ uerò sunt, in quibus duæ species: aut plures coniunguntur, ex quibus una componitur ęgritudo. Incipiemus igitur prius loqui de ęgritudinibus simplicibus, & dicemus quòd ęgritudinum simpliciũ genera sunt tria. Primum est genus ęgritudinum, quę membris comparantur: quorũ partes sunt similes, & sunt malæ complexionis species. Et ipsę quidem nõ sunt comparatæ membris, quorum partes sunt similes, nisi ideò quòd in primis, & essentialiter partibus accidunt similibus; & per eas membris accidunt compositis: ita, ut possibile sit imaginari eas comprehensas, & repertas esse in quocunque membrorum uolueris: quorum partes sunt similes, & non in compositis. Et secũdum genus est ægritudinis membrorum officialiũ, quę sunt ęgritudines compositionis, quę membris compositis accidunt, quæ ex membris cõponuntur: quorum partes similantur. Membra autem officialia sunt operationum instrumenta. Et tertium est genus ægritudinum communium quæ membris accidunt; quorum partes similantur, [4] & accidunt instrumentalibus inquantum sunt instrumentalia: ita quòd non sequatur eas instrumẽtalibus accidere, propterea quod simplicibus acciderunt. Et hæ quidẽ sunt, quæ continuitatis solutio uocantur; & imparis dissolutio. Solutio enim continuitatis plerunq; accidit iuncturę; ita quòd simplicib. membris, ex quibus iũctura fuit composita, nullo modo accidit. Et plerunque accidit neruo, aut ossi, aut uenis solummodo. Et ad vltimum quidem ægritudinum tria sunt genera: ægritudines, quæ complexionis sequuntur malitiam: & ægritudines quæ sequuntur malitiam compositionis, & ęgritudines, quæ continuitatis solutionem sequuntur. Et omnis ægritudo, quæ vnam harum sequitur, & per eam existit, ei comparatur. Ægritudines autem complexionum scitę sunt, quæ sunt sexdecim, quas nominauimus.

ANNOTATIONES.

Membra autem officialia &c. Idem sentit Arist. 2. de par. anim. Gal. tamen simplicium partium actiones se existimat, et compositarum vsus 2. meth. de cur. rat. per sang. mis. & sæpe alibi. Auer. verò & simplicibus, & compositis cap. 1. cap. 6. cap. 4

actiones

actiones ascribit, sed ait manifestari magis in compositis 2. Coll. Nobis de hac re fusius alibi est pertractatum. tu interea rem considera.

Et accidunt instrumentalibus &c. Gal. quum de morb. generibus agit, locis supra citatis, solutionem continui communem & simplicibus, & compositis facit. Author utrique parti ascribit, sed simplicib. propter compositas. Auer. simplicibus assignat 2. Coll. & 3. Recentiores quidam, aduersus Gal. sententiam scripsere, eruditè sanè, & ingeniosè. Gal. tamen nos sequimur, & plerique omnes sequuntur.

Cap. 7. — Cap. 5. & 6. — Cap. 14.

De ægritudinibus compositiones. Cap. 3.

COmpositionis ægritudines quatuor comprehendūtur generibus: ægritudines creaturæ: ægritudines quantitatis: ægritudines numeri: & ægritudines situs. Et creaturæ quidem ęgritudines quatuor comprehenduntur generibus: ægritudines figuræ: & est, vt figura a suo cursu naturali mutetur, & ex eius motu proueniat in operatione nocumentum: sicut est tortura recti, & rectitudo torti: & quadratura rotundi, & rotunditas quadrati: [a] [Cuiusmodi est capitis rotunditas cum latitudine,] quum prouenerit inde impedimētum: & multa stomachi rotunditas, [b] [& ut in crystallo: de non sit parua latitudo.] Et secundum est ægritudines uiarū, quarum sunt tres species; quia, aut dilatantur: sicut dilatatur oculus, & sicut † venarū oculi tumor,] & varices: aut constringuntur, sicut constringitur oculus, & penetratio [c] [attrahendi aerem] & † gulæ: aut clauduntur, sicut oppilatio foraminis uenæ, & uenarum hepatis, & aliorū. Et tertium est ægritudines receptaculorum, & ventriculorum, quarum sunt quatuor species: quia, aut fiūt maiora & dilatantur; sicut testiculorum dilatatur folliculus: aut minorantur, & constringuntur: sicut minoratio & constrictio stomachi, & cōstrictio ventriculorum cerebri, quum est epilepsia: aut oppilantur, & implētur; sicut oppilantur uentriculi cerebri, quū est apoplexia: aut euacuantur, & deseruntur; sicut euacuantur uētriculi cordis sanguine, quum multū gaudium pernitiosum adest, aut [d] [multus timor pernitiosus.] Et quartum est ægritudines superficierum membrorum. Et sunt, qa aut fit lene; qꝫ debet esse asperum; sicut [e] [os stomachi,] & intestina, quū leniūtur; aut exasperatur, quod debet esse lene; sicut trachea arteria, quando exasperatur. Aegritudinum autem quantitatis duę sunt species, quia, aut sunt ex genere augmenti: sicut est elephantia, & magnitudo uirgæ, & est sicut est ægritudo, q̄ uocatur [f] [† priapismus:] aut sicut accidit cuidā homini qui uocabatur Nicomachus, cuius omnia membra adeo creuerunt, qꝫ se mouere nō potuit. Aut sunt ex genere diminutionis, [g] [sicut siccitas linguę & pupillę: aut ut phthisis.] Numeri quoque ægritudines, aut sūt ex genere augmenti: & hoc quidem augmentū aut est naturale: sicut dens additus, aut digitus additus: aut est non naturale, sicut glandula, aut lapis: aut ex genere diminutionis: & diminutio hęc est naturalis; sicut, quum alicui non creatur digitus, aut non naturalis, sicut, quum alicui abscinditur digitus. Ægritudines verò situs. (Et situs quidem secūdum Galenum, dicitur pro loco; & dicitur pro societate,) sunt quatuor: exitus membri a iunctura sua: aut vt a suo moueatur situ: ita quòd non egrediatur, [h] [sicut scissura,] quæ comparatur intestinis: aut, vt moueatur subito motu in eo, non secundum cursum naturalem, neq; voluntarium; sicut tremor: aūt in suo figatur loco, & non moueatur ab ipso; quemadmodum accidit, quū iuncturæ in ægritudine podagræ indurātur. Aegritudines uerò societatis omnem colligunt dispositionem, quam habet membrum comparatione sua ad aliud membrum: quod sibi vicinum existit, siue ei appropinquet, siue ab eo elongetur non secūdum cursum naturalem: & sunt duarum specierum: vna est, vt accidat ei prohibitio motus sui ad ipsum; aut, vt duriter fit, postquam possibile erit; sicut digitus, quum sibi vicinum tangere prohibetur. alia quum accidit ei, vt ab eo moueri prohibeatur, aut vt separetur ab eo post quam erat possibile, aut fit difficile [i] [ ] sicut palpebrę laxatio, & iuncturarum laxatio in paralysi, & durities aperiendi manum, & aperiendi oculum.

a B. Et ex hoc capitulo est tes sd capitis quadrata nō habēs commissuras.
b B. & priuatio superficiei, uel plauitiei æqualis in pupilla.
† lebel.
c B. anhelitus.
† meri.
d B. vehemētia. delectationis pernitiosę.
e B. stomachus.
f B. ferisinus.
† therfinus.
g B. sicut exsenuatio, vel arefactio linguæ, & pupillæ, & sicut debul.
h B. sicut in ruptura.
i B in eis illud quod de hoc numerauimus.

A N N O T A T I O N E S.

De morbis in cōpositione lib. de morb. diff. & lib ar. med. copiosè agitur. Sed de non naturali magnitudine, quàm ad morbos compositarum partium hic author cum Gal. pertinere existimat, dissentit Auer. 2. Coll. & 3. & ad simplicium morbos referendam putat. Galeno tamen tota medicorum schola aßentitur.

cap. 6. 7. 8. 9. 10. cap. 13. & deinceps. — cap. 5. cap. 14.

De ęgritudinibus solutionis continuitatis. Cap. 4.

SOlutionis verò continuitatis ęgritudo plerunque accidit cuti, & vocatur excoriatio, aut scarificatio. Et plerunq; accidit carni, [a] quę est ei propinqua,] in qua nondum factum est pus, & vocatur plaga. Sed quum pus fit ibi, vocatur vlcus. Fit autem pus in ea, propterea qꝫ superfluitates in eam euacuantur, eo qꝫ est debilis: & propterea qꝫ sui nutrimentum digerere non valet, [b] [& superfluitas etiam in ipsum conuertitur:] plerunque tamen dicitur plaga & vlcus solutio cōtinuitatis, quę accidit [c] [cuti, & non carni.] Quandoque ēt accidit ossi. quod ipsum in duas frangit partes, aut in partes magnas, aut paruas: aut est cadens secundum longitudinē scindens ipsum: aut contingit, ut cadat in cartilaginibus secundum tres [d] [dimensiones;] aut vt accidat neruis. Sed si latitudini acciderit, vocatur incisio. & si acciderit secundum longitudinē, & eius numerus nō fuerit multus: vocatur scissura. & si eius numerus fuerit multus, vocatur contusio. plerunque etiam fit in partib. musculi, quæ si in extremitate ceciderit musculi, vocatur attritio, siue cadat in neruo, siue in chorda. Et si secūdum latitudinem musculi proueniat, vocatur [e] [separatio.] Et si acciderit secundum longitudinem, & fuerit eius numerus paruus, & fuerit eius [f] concauitas magna: vocatur amplificatio.] Et si fuerint partes eius multę, & dilatetur, & concaueтur, vocatur attritio, & [g] [dissolutio.] est etiam, quum dicitur [h] [dissolutio, & attritio, & liquefactio,] omne quod in medio musculi accidit, quomodocunque contingat. Quòd si in arterijs, aut in venis acciderit, vocatur

a B & quę ex eo est propinqui temporis.
b B. Quare conuer itur & i eo in s perfluitaté.
c B in alio quā in carne.
d B. diuisiones.
e B. incisio.
f B. profundatio multa uocatur fagdun.
g B contusio
h B. attritio & contusio separatio, uel incisio

catur apertio,& si contingat secundum eius latitudinē vocatur incisio,& separatio,& si pcesserit secundum eius longitudinē, vocatur fissura. Et est ēt, quum hoc contingit scdm modum apertionis orificiorum earum,& vocatur pforatio. Quòd si arterijs acciderint,[i] [& nō clausa fuerit,] & ex ea sanguis ad receptaculum, ꝙ ipsam circundat, exierit, donec receptaculū illud impleatur,& quum premitur arteria, reuertatur: vocabitur mater sanguinis. alij tamen homines omnē sanguinis egressionē ab arterijs† matrem sanguinis vocant. Debes autē scire, ꝙ non omne membrum imparis solutionem tolerat. Cor.n. non tolerat,[h] [quia prius accidit mors.] Quod si in pāniculis cadit,& in diaphragmate, vocatur ruptura. Et si inter duas partes mēbri compositi cadat,& unam ab alia separat, ita ut mēbro simplici non accidat nocumētum, eius separans continuitatem, uocatur separatio, & dislocatio. Et si acciderit neruo, qui se de uno loco remouit, vocatur[l] [ruptura.] Et quandoque etiam fit in foraminibus continuitatis solutio,& dilatantur. Et plerunque fit in locis, vbi non sunt foramina, & facit ibi foramina, quæ non fuerunt. Et solutio quidem continuitatis, & vlceratio,& his similia, quum in mēbro fuerint bonæ complexionis, cito sanantur:&, quū fuerint in membro malę complexionis, longo resistunt tempore: quanto plus, quum in corporibus contingunt eorum, qui patiuntur hydropisim[m] [aut constrictionis malitiam,& leprā. Et debes scire, ꝙ, quum uulnera ista sunt stricta, prouenit ex eis herpes† esthiomenus. Et tu inuenies in libris particularibus perscrutationem rei resolutionis cōtinuitatis: dimittamus ergo vsque ibi.

i B. non consolidata fuerit.

† .i. aneurisma.

h B. quia fit vel accidit cum ea mors.

l B fecha.i. remotio nerui a suo loco uel distorsio eius, uel uocatur dislocatio.

m B. aut caecxam & leprā. & scias ꝙ ulcera æstiua, uel æstiualia quum ,plōgantur cadūt ī herpetē esthiomenum. Alia litera. & scias ꝙ vlcera stricta, quū prolōgantur, cadūt in herpecem esthiomenum.

† exedens.

A N N O T A T I O N E S.

De solutione continui & eius speciebus, lib. de mor. diff. cap. 11. de constit. ar. cap. 6. 3. meth. cap. 1. & 4. cap. 1. plenè agitur.

De ægritudinibus compositis. Cap. 5.

IN ægritudinibus autem compositis dictionē proferemus vniuersalem. Dico ergo, ꝙ, quum ægritudines dicimus compositas, non quaslibet ægritudines coniunctas intelligi volumus; sed ægritudines, ex quibus omnibus, quū coniungentur, proueniet ex eis res, quæ est vna ægritudo; & hæc quidem est sicut apostema: & eminentia in cute[a] † [ ] est ex genere apostematis. Eminentiæ enim sunt apostemata parua; sicut apostemata sunt eminentiæ magnæ,& in apostemate quidem omnia ęgritudinum genera reperiuntur. in eo nanque reperitur ægritudo malitiæ complexionis: (nullum nanq; accidit apostema, nisi ex complexionis malitia cū materia)& in ipso etiam inueniuntur formæ, & compositionis malitia. Nullum enim fit apostema, quin cum eo proueniat læsio in figura, & in dimensione,& plerunque etiam adest cū eo ægritudo situs. Et inuenitur in ipso ægritudo communis, quæ est continuitatis solutio. Nullum.n. accidit apostema nisi proculdubio continuitas soluatur, quum in membro apostemato materiæ euacuantur superfluentes,& inter partes penetrant ipsius,& separationem inter vnas faciunt & alias,& sibi loca capiūt. Apostema preterea mēbris accidit mollibus, & est etiam, quum ossibus accidit res, quæ apostemati similatur, per quam eius ingrossatur[b] [concauitas,]& eius augmentatur humiditas. Neq; est mirū, vt sit illud, ꝙ nutrimenti recipit augmentum, superfluitatem recipiens, quum in ipso penetrauerit, aut in ipso acciderit. Et omne quidem apostema quod causam non habet[c] [manifestam:] & eius causa corporalis mōstrat materiam de vno mēbro ad aliud, quod est sub eo, fuisse mutatam; vocatur catharrus. Et est, quum causa materialis ex qua apostemata, & eminentiæ generātur, est in alijs submersa humoribus nō secundum suas † impedientibus qualitates. Quumque humores boni aliquo euacuationis modo postea se euacuauerint, aut naturali, sicut mulieribus accidit, quum pariunt,[d] [ ] aut non naturali, sicut eis accidit, qui vulnerantur, quum egreditur sanguis bonus; remanent humores illi mali puri singulares; &[e] [impeditur] per eos natura; & expellit eos. Et est, quū expulsionis modus est ad cutem, & faciunt apostemata, aut † pustulas. Apostemata verò diuersis differunt differentijs: sed, quæ magis sunt considerandæ, sunt differentię, quæ propter eorum existunt causas, quæ quidem sunt materiæ, ex quibus generantur apostamata. Materiæ verò, vnde fiunt apostemata, sunt sex: humores quatuor,& aquositas,& ventus. Et apostema quidem, aut erit calidum, aut non calidum. Neque existimandum est, ꝙ apostema calidum sit illud, quod ex cholera, aut sanguine generatur tantum; sed ex quacunque materia, siue sit calida per suā essentiam, siue accidat ei caliditas propter putrefactionem, licet etiam hæc genera secundum speciei diuisionem cuiuslibet materiæ diuidātur; dignius tamē est in apostematibus, vt in eis specialis proferatur dictio. Et sanguineū quidem purum, phlegmonem appellare consueuerunt: & quod ex cholera rubea & pura, erysipilā. Et ex eis est compositum nomine composito, superantis præponendo nomen: quādoque enim phlegmonem erysipilatodem dicunt, & quandoq; erysipilā phlegmonodem. Et quū[f] [congregatur,[vocatur exitura. Quumq; exitura in carnibus fit laxis,& sub ascellis, & post auriculas,& in inguinibus,& est ex genere corrupto, quod in suo particulari loco nominabimus, vocatur † bubo. Et apostemata quidem calida habent principium, in quo humor[g] [ad exteriora egreditur,& apparet ꝙ concauitas augetur: deinde capacitas cum eo augetur, & distenditur. Postea stat, quum ęgritudo ad maiorē peruenit statum, in quo esse debet.] Post incipit minui,[h] [& maturatur in pus;] & declinat eius esse, aut ad resolutionem, aut ad puris collectionem, aut ad conuertendum in duritiem. Non calida vero apostemata sunt, aut de materia melācholica, aut flegmatica, aut aquosa, aut ventosa. Et illorum quidem, quę ex materia sunt melācholica, tria sunt genera, durities, & cancer, quorum plurima sunt[i] [acuta:] & glandularum genus, ex quibus sunt scrophulæ,&[k] [nodi.]Inter genus verò glandularum,& inter alia duo genera est differentia, eo ꝙ genera glandularum,

a † B. quæ.

b B. magnitudo.

c B. primitiuam vel exteriorem.

† B. nocentib.

d † B. lactatiōe.

e B. nocetur.

† B. bothon.

f B. Et quū col lectionem, vel saniem facit.

† .i. abscessus.

g B. expellitur, & apparet magnitudo, deinde augmentatur,& additur cum eo magnitudo,& extēditur, postea stat apud ultimitatem magnitudinis eius.

h B. & digerit cum resolutione, aut pure.

i B. autūnalia.

k B. alfelbe.

larum, aut sunt separata ab eo, in quo stant, sicut glandulæ puræ: aut in superficie eius sunt retentæ tãtum, sicut scrophulæ: sed illa alia sunt mixta & infusa in substantia membri, in quo stant. Et inter cancrum etiam & duritiem est differẽtia, quoniam durities est apostema quietũ sedatum, destruens sensum, [l] [& permanens in mẽbro in eodem statu [cum quo nõ est dolor: & cãcer est mobilis, addens, & lædens, & habet radices innexas membro: neque oportet, vt per ipsum destruatur sensus, nisi elongatũ fuerit eius tempus, & mortificet eius membrũ, & destruat eius sensus. Neque multum distat, quin differẽtia inter cancrum & duritiem existat per accidentia inseparabilia, & non propter differẽtias substantiales. Apostemata verò dura melãcholica plerunq; à principio suę generationis incipiunt cum duritie: & plerũque in duritiem mutantur, & propriè sanguinea. Et est, quum hoc quandoque contingit in phlegmaticis. Phlegmaticorum verò apostematum genus in duas diuiditur species: apostema laxum, & [m] [glãdulas molles. Et hæc quidem differunt: quoniam glandulæ sunt separatæ & inuolutæ in coopertorio:] & apostema laxum est mixtum & non separatum. Apostemata præterea hyemis plerũque sunt phlegmatica, ita vt illorum, quę sunt calida, sint coloris albi. [n] [Et glãdulæ quidem, & his similia, & a neruorum differunt nodositate, eo ꝙ nodositas magis fit in suo loco mansiua, & eius tactus sentitur nodosus: & quum figendo tangitur, spargitur, & redit ad locum suum: & quum forti medicamine spargitur absq; comprehensione, nõ redit. Et plurimum eius accidit propter laborem, & destruitur propter põderosa, sicut plumbum, & eius similia.] Et tibi quidem sciendum est, quòd apostemata phlegmatica diuersificantur secundũ diuersitatem grossitiei phlegmatis, & mollitiem ipsius, & eius subtilitatem, & laxitatem ipsius, & duritiem, ita, vt quandoque melancholicis sint similia, & quandoque videantur ventosa. Phlegma præterea subtile multoties descendit in rheumatismis in vacuitatem, quę est in villis neruorum, ita vt perueniat ad musculos, qui sunt sub epiglotti, & ad ea, quę sunt sub istis. Aquosa autem apostemata sunt sicut hydrops, & hernia aquosa, & sicut apostema, quod accidit in cranio de aquositate, & horum similia. Et ventosa quidem apostemata secundum duas diuersificãtur species, vna est cachexia, & altera est inflatio. Inter cachexiam verò & inflationem est differentia, duobus modis; vnus est essentia, & altera est commistura. Et declaratio istius est, ꝙ ventus huiusmodi in [o] [cachexia] in membri substantia est admistus; sed in inflatione, est aggregatus, [p] [& separatus,] non admistus mẽbro. Et cachexiam quidem inuenit sensus mollem; sed inflatio sensui resistit resistentia multa, aut pauca. Amplius † pustulę sunt secũdum numerum apostematum: Earum enim aliæ sunt sanguineæ sicut variolæ; alię sunt ex cholera rubea pura sicut † essere [q] [cholericæ, & desudationes:] & alię sunt ex eis mixtæ, sicut morbillus & formica, & claui, & scabies, & verrucæ, & horum similia. Et plerunq; sunt aquosę, sicut [r] [ampullæ;] & quandoque ventosæ sicut inflaturæ.

l B. Alia litera. aut est debilitas in ipso, & non est doloratio cũ eo.

m B. & alselha mollem. Et hæc quidẽ differũt, quoniã alselha sunt separatæ in cooptorio, seu panniculo suo.

n B. Alia litera. sic ẽ transposita. Et differunt glãdulæ & alselha, & quæ eis similantur a nodositate nerui, seu a nodo nerui, qm̃ nodus uel nodositas est adhærens loco, & tactus eius est neruosus, & quum figendo, uel premẽdo spargitur, uel tangitur, redit, & quũ premitur, uel spargitur cum forti medicamine absque compressione, nõ redit. Et plurimum eius accidit post laborẽ, & destruitur propter ponderosa sicut plũbum & similia.

o B. Nota ꝙ ubi habetur cachexia in arabico habetur thebegi.

p B. & faciens tensionẽ uel tumescentiam.

† bothor.

† i. epinyctides.

q B. cholericum & formica miliari.

r B. uesicæ.

Tu autem in libro quarto inuenies distinctionem, quę tibi in dispositionibus sufficiet apostematum & † pustularum: de qua cõueniens est, vt in ipso sit, si deus voluerit.

† bothor.

ANNOTATIONES.

1 *Et hæc quidem est sicut apostema &c. De compositis morbis uide Gal. lib. de morb. diff. Sed quod de apostemate ait* ἀποσημα *Gal. 14. meth. et 2. ad Glau. abscessum significat, solet tamen Arabibus tumorem in vniuersum omnem significare, ut hoc in loco. Est autem animaduersione hic dignum, quòd hic author inter compositos morbos apostema recenset, qcum tamen Gal. lib. de tum. prętor nat. & 13. meth. tumorem sola quãtitate a naturali statu variare innuat, quod & lib. de dif. morb. apertius facit. Sanè quod ad hoc pertinet, in tumore omne morbi genus perpetuò fere deprehendi manifestum est: adest profecto intemperies cum materia calida, aut frigida, humida aut sicca, si is ex humorũ influxu fiat. adest figurę & cauitatum deprauatio, quum superficies a naturali statu uariet, & obstructiones multæ in internis affecti uasis partibus sint. est magnitudo deprauata, quum mẽbrum maius sit quàm esse à natura debeat. est quid numero prętor naturam, humor videlicet, aut cuiuscunque alterius generis materia, quę tumorem facit. est solutio continui, nempè aut extensio, aut etiam internorum vasorum ruptio, aut quid eius generis aliud. propriè tamen tumor in genere quantitatis est, si id spectes, quod primo loco dicit, & quod in omni tumore nunquàm non deprehẽditur, maiorem s. dimensionem quàm naturalis status exposcat. atq; hoc Galenum compulit, vt de tumore agens, illum, ac si sola dimensione peccet, inter quantitatis morbos reponat.*

Cap. 12. & 13.
cap. 12.
cap. 7.
cap. 1.
Cap. 1.
Cap. 9.

2 *Materię uerò unde fiunt &c. Lege ex Gal. lib. de tum. pręt. nat. toto hęc omnia. Sed adde hęc, ex solida quoque materia tumores fieri sicuti eo lib. de tum. licet colligere. tales sunt meliccrides atheromata, steatomata, & alia id genus multa. Reliqua pete ex 1. de diff. feb. 2. ad Glauc. 13. meth. & lib. de tum. toto.*

Cap. 3.
cap. 1. 3. & deinceps. cap. 3.

De rebus quę cum ęgritudinibus numerantur, & non existunt ęgritudines. Cap. 6.

QVædam res sunt, quæ extra ęgritudines existunt, & cum eis tamen numerãtur. Et res quidem istæ sunt, quæ in decoratione ingrediuntur: quarum aliæ cõsistunt in pilis, aliæ in colore, alię in odore, alię in figura post colorem. Et ęgritudinum quidem pilorum genus consistit in alopecia, & detruncatione, & paucitate, & vt sint curti [a] [ ] & vt scindantur, & sint subtiles & grossi, & multa crispitudine, & multa leuitate & canitie, & coloris alteratio quocunque modo fuerit. Et nocumentum coloris quatuor continetur generibus, vnum est genus mutationis eius propter malitiam cõplexionis cum materia, sicut icteritia: aut sine materia, sicut gypseitas, quæ fit in colore propter complexionem [b] [valde frigidam,] & citrinitas quę accidit propter complexionem [c] [valde calidam.] Et genus mutationis eius propter causas manifestas, quemadmodum sol, & frigus, & ventus mutat colorẽ. Et genus expansionis corporum colores habentium extraneos super cutem, quę colorẽ defert sicut † vitiligo nigra: aut quæ ibi nascuntur, sicut lentigines, & maculę. Et genus vestigiorum, quæ proueniunt ex cõsolida-

a † B. & paucitate,

b B. frigidã singularem.

† morphea.

lidatione solutionis continuitatis, quę accidit, sicut variolarum vestigia, & vlcerum foramina[d] † [ ] Et nocumentum, figuræ post colorem sunt: aut macies superflua, aut crassities superflua.

d † B. & nocumentum in odore, sicut fœtor corporis, & alij odores horribiles qui egrediũtur ex corpore.

ANNOTATIONES.

Symptomata hæc sunt omnia, & ad affectus corporis sensibilis nuncupatos, referũtur, si Galenum legas 1. de diff. sympt. & 3. de sympt. cau. Sed id solet in controuersiam duci de pilis, an eorum casus & affectus cæteri morbi sint, an symptomata. quum ij & capilli vtilitatis gratia geniti sint testante Galeno 1. de comp. med. per loc. quamuis idem nullum ijsdem vsum lib. ar. aut vtilitatem tribuat. Porrò quum morbus non actiones dumtaxat, sed & vsus lædat, quòd alopecia ac cæteri id genus capillorum affectus morbi sint, rationi consentaneum est, quum lædatur vsus quem ex ijs prouenire Galenus scribit. Quum tamen modicus ille vsus sit, & cuius noxa vix sentitur, si corrumpatur; propterea nullum ijs vsum sed solam generationẽ alibi idem Galenus ascripsit. Quapropter si eum vsum pro nihilo habeas, eorum affectus inter symptomata quoque, non inter morbos annumerabis. Contrà, si vsum aliquid esse existimes, morbi sunt in numero, cum desit quod adesse oportebat.

Cap. 5.
Cap. 5.
Cap. 1.

De horis ægritudinum. Cap. 7.

SCire debes, quòd ęgritudinum plurimę quatuor habent horas, horam principij, & horã augmenti, & horam status, & horam declinationis. Quę verò extra istas sunt, de horis sunt sanitatis. Quumq; dicimus horam principij, & horam[a] [augmenti,] non volumus intelligi duo extrema in quib. ægritudinis non manifestetur dispositio: sed ꝙ vnumquodque eorum habet tempus perceptũ sensu, quod proprium habet iudicium. Et hora quidem principij est tẽpus, in quo ægritudo apparet, & eius similantur dispositiones: & neque apparet in ea augmẽtum eius. Et hora augmenti est tempus, in quo ęgritudinis manifestatur[b] [constrictio] omni hora post horam. Et hora status est hora, in qua ægritudo in omnibus suis partib. secundum vnã manet dispositionem. Et hora declinationis est tempus, in quo eius apparet diminutio; & quãtũ plus procedit, eius minoratio est magis manifesta. Et hæ quidem horæ quandoque attenduntur secundum ægritudinem à principio eius vsque ad finẽ eius in suis paroxysmis & vocantur horæ vniuersales. Quandoque considerantur secundum vnumquemq; paroxysmum, & vocantur horæ particulares.

a B. status.

b B. uehemẽtia ægritudinis.

ANNOTATIONES.

De hac re duos integros libros Gal. scripsit, pulchrè & absolutè totum negocium docentes: alterum de morbi temporibus, & alterum de totius morbi temporibus nuncupatum. Sed & 1. de Cris. & 1. aph. multa habes. Controuersia tamen in Gal. dictis notatur, quum lib. de totius morb. tẽp. nullum morbum esse dicat, qui quatuor tempora nõ habeat: li. autem de opt. secta ad Trasyb. contrarium aduersus Methodicorum sententiam statuat. Sed soluitur. Methodici à morbi temporibus sumi agendorum indicationes putabant. eos increpat Gal. quòd sæpenumero morbi per tempora omnia non decurrant, quæ uidelicet sensu deprehendantur: habent tamen morbi omnes omnia tempora, licèt non ita sensu percepta.

cap. 2. & deinceps.
aph. 12.
cap. 46. & 47.

Ad complendum sermonem de dispositionibus ægritudinum. Cap. 8.

AEgritudines multis modis sortiuntur nomina, aut à membris in quibus sunt, sicut illa, quę est lateris, & illa quę est pulmonis. Aut a suis accidẽtibus, sicut epilepsia. Aut a suis causis: sicut dicimus ęgritudinem melancholicam. Aut à sui similitudine, sicut dicimus ægritudinem leoninam, & ęgritudinem elephanticam. Aut comparatæ ei, cui primo accidisse dicuntur, sicut dicimus vlcera † telephia, aut comparatæ ei, cuius fama fuit, ꝙ medicando eas curabat, sicut dicimus vlcera chironia. Aut à sui substantia & essentia, sicut dicimus febris, & apostema. Inquit Gal. ægritudines, aut sunt manifestę quæ sensu cognoscũtur; aut sunt occultæ, quas facile est cognoscere, sicut dolores stomachi, & pulmonis; aut quas difficile est cognoscere, sicut ęgritudines hepatis, & canaliũ pulmonis: aut non comprehensæ nisi cum existimatione, sicut ægritudines, quę vijs accidũt vrinæ. Aegritudines quoque est quum sunt propriæ, & est, quum sunt secundum societatem. Et membrũ quidem alij membro in ægritudine sua associatur, aut quia natura sunt continua, inter quę ait qua continuantur instrumenta, sicut cerebrũ & stomachus propter continuitatem neruorũ inter ea, aut matrix & mamillæ propter continuitatem venarum inter illa: aut quia vnum est via alterius, sicut inguina apostematis cruris: aut quia sunt vicina, sicut[a] [pulmo,] & cerebrum. Omne enim membrum, quod alteri associatur, & proprie, quum vnum eorum alteri vicinum debile fuerit, socij sui recipit superfluitates, sicut ascellæ cordis. Aut quia vnum est principium & radix operationis alterius, sicut diaphragma pulmonis in attrahendo aerem. Aut quia vnum seruit alteri, sicut nerui cerebro. Aut quia alij tertio membro associantur, sicut cerebrum associatur reni; propterea ꝙ vnumquodque eorum associatur hepati.[b] [Et est, quũ societas peruenit ad casum,] quemadmodum cerebrum quum ægrotat, & associatur ei stomachus. debilitatur enim tunc eius digestio, & mãdat ipsi stomachus vapores malos, & nutrimẽtum non digestum, & auget ipsius cerebri ęgritudinem:[c] [& sic ex hac ęgritudine perueniũt patientes ad durabilitatem, & circuitionem.] Corporum verò ordines inter sanitatem & ęgritudinem sunt sex; corpus, quod est in vltimo sanitatis: & corpus, quod est sanum non in vltimo: & corpus, ꝙ est nec sanum nec ęgrum, quemadmodum dicunt: & corpus ęgrotatiuũ, quod ęgritudinem cito recipit: & corpus ęgri, qui paruam habet ęgritudinem: & corpus ęgri, qui habet ęgritudinem in vltimo. Omnes verò ęgritudines, aut sunt sanatiuę, aut nõ sanatiuę. Et sanatiua quidem ęgritudo est, quę non habet, quod prohibeat, quin medicetur, vt debet: non sanatiua verò est, cum qua est aliquod prohibens, neque conceditur medico vt medicetur sicut debet, sicut dolor capitis si fuerit cum

† balchie.

a B. sicut collũ.

b B. Et quãdoque societas retrocedit uel reflectitur augendo nocumentũ.

c B Et cõitas quidem seu societas currit secundum iudicium radicis seu principij in cõtinuatione & periodicatione.

eo rheumatismus. Et est tibi sciendum ꝙ ęgritudo proportionalis complexioni, ętati, & tẽpori est minoris timoris, ea, quę eis non proportionatur. nõ. n. accidit hoc nisi propter causę eius magnitudinem. [d] † [ ]

d † B. Et scias ꝙ ægritudo cuiuslibet temporis speratur resolui seu sanari cum contrarietate tẽporis ipsius.

Debes autem scire quòd quædam ęgritudinũ sunt, quę ad alias mutantur ęgritudines, & destruuntur ipsę: & in hoc consistit bonitas, & est vna ęgritudo alterius ægritudinis medicamentum, sicut quartana, ex qua multoties sanatur epilepsia, & podagra, & varices, & articulorum dolores. Et quidam etiam sanantur à spasmo propter scabiem, pruritum, & † pustulas: venter quoque similiter sanatur propter oculorum ęgritudinem. Et lienteria sanat apostema lateris. Et similiter ani venarum apertio omnibus confert melancholicis ęgritudinibus, & doloribus scię, & doloribus renum, & matricis. Et est quũ ęgritudines in alias mutantur ęgritudines; & propter hoc fit dispositio maioris malitię, sicut quum mutatur apostema lateris in apostema pulmonis, & sicut quum mutatur phrenesis in lethargiam. Et est preterea ex ęgritudinib. quędam, quæ de vno ad alium transit, sicut lepra, & scabies, & variola, & febris pestilẽtialis, & [e] [apostemata] putrida, & pręcipuè quum domus strictę fuerint: & similiter, quum vicinus fuerit sub vẽto: & sicut ophthalmia, & pręcipuè ei, q oculis eum intuetur: & sicut congelatio, quum imaginatur aliquis, ꝙ acetosum illud operetur, & sicut phthisis, & † vitiligo. Et sunt ęgritudinũ, quędam, quę in semine hęreditantur, sicut † vitiligo alba [f] [& tinea] naturalis, & podagra, & phthisis, & lepra. Et sunt ęgritudinum quędam quę sunt generales, quę sunt alicui genti proprię, aut in aliqua regione morantibus, aut in eis multum abundant. Debes preterea scire, quòd membrorum debilitas complexionis sequitur malitiam, & [g] [solutionem fabricationis].

† bothor.
e B. & ulcera.
† albaras.
† albaras.
f B. caluities.
g B. & resolutionẽ corporis. Alia litera & raritatem texturæ corporis.

ANNOTATIONES.

Cap. 2. *Habes de morborum nominibus copiosè ex Gal. 2. meth. sed de reliquis morborum differentijs, quas dispositiones nuncupat hic author, uide Gal. 1. de loc. aff. & 2. eiusdem 3. eiusdem & Hipp. lib. de arte. Sed copiosius lege ex ipso Hipp. lib. de alimen. circa medium. & 1. de morbis, & circa initia, & circa medium.*

cap. 1. cap. 9. cap. 3.

DOCTRINA II. FEN SECVNDÆ:

Cuius sunt duæ summæ.

Summa prima est de rebus, quæ accidunt ab vnaquaque causarum communium: Cuius sunt xix. capitula.

Verbum vniuersale de causis. Cap. 1.



AVSÆ dispositionum corporis, quarum iam præmisimus narrationem, scilicet sanitatis, & ęgritudinis, & dispositionis, quæ inter eas media existit, sunt tres; antecedentes, & primitiuæ, & coniunctæ. Antecedentes verò & coniunctæ communicant in hoc, quòd ambæ sunt res corporeæ. s. humorales, aut complexionales, aut compositionales. primitiuæ verò sũt, quæ extra corporis existunt substantiam, aut ex parte corporum extrinsecorum, sicut quod ex uerberatione accidit, & ex caliditate aeris, & ex cibo calido & frigido, quæ corpori adueniunt, aut ex parte animæ: anima enim aliud est a corpore, sicut quod accidit propter iram & timorem, & similia, Et causæ quidem antecedentes, & primitiuæ communicant in hoc, quòd inter eas, & dispositiones, quas nominauimus. aliquod existit mediũ. Et causæ primitiuæ & coniunctę quandoque communicant in hoc, quòd inter ipsas, & inter prædictas dispositiones nõ interuenit medium. Antecedentes verò causæ a coniunctis differunt, eo quòd cum causis antecedentibus [a] [nõ aduenit] dispositio. sed inter eas aliæ existunt causæ, quæ sunt dispositioni propinquiores antecedentibus. Et causę antecedentes differũt a primitiuis in hoc, quòd ipsæ sunt corporales. & etiam inter antecedentes, & inter dispositionem proculdubio interuenit medium: sed in causis primitiuis non est hoc necessariũ. Causæ quoque coniunctæ a primitiuis differũt in hoc, quòd sunt corporales, & etiam, ꝙ inter causas coniunctas, & inter dispositionem non est medium. [b] † [ ] In causis verò primitiuis non est hoc necessarium: immo duæ res in eis sunt possibiles. Causæ ergo antecedẽtes sunt causę corporales. s. humorales, aut complexionales, aut cõpositionales. & ipsæ quidem sunt, ex quibus aduenit dispositio non primo aduẽtu, sed aduenit ex eis aliquo mediante. Et causę coniunctæ sunt causæ corporales, ex quibus dispositiones [c] † [ ] proueniunt aduentu primo. s. absque medio. Et causæ primitiuæ, sũt causę non corporales, ex quibus proueniunt dispositiones [d] † [ ] aduentu primo, aut non primo. Exemplum causarum antecedentium est repletio febris, & repletio receptaculorum oculi, vt aqua in ipsum descendat. Exemplum causarum coniunctarum est putredo febris, & humor, qui ad foramen descendit oppilationis, & oppilatio cæcitati. [2] Exemplum causarum primitiuarum, est caliditas Solis, aut fortitudo motus, aut tristitia, aut vigilia, aut comedere rem calefaciẽtem, sicut allia, & hoc totum febri, aut percussio dilatationi, & descẽsui aquę ad oculum. Omnes autem causæ, secundum essentiam, sicut piper quum calefacit, & opium quum infrigidat: aut sunt causæ secundum accidens, sicut aqua frigida, quum calefacit, propterea quòd inspissat cutim, & [e] [tenet] caliditatẽ: & aqua calida infrigidat, propterea quòd resoluit: & sicut scammonea, quum infrigidat, ideo quòd humorem expellit calefacientem. Non omnis verò causa, quę corpori aduenit, in ipsum operatur: immo præter hoc tria sunt necessaria, fortitudo scilicet suæ virtutis agentis; & fortitudo virtutis corporis præparatiuæ, & possibilitas permittẽdi vnum tangere aliud tanto tempore, vt in tali, quale illud, possit ex uno prouenire operatio in aliud. Est autem, quum causarum dispositiones diuersificantur in eo, quod prouenit ex eis. Est enim quum ex causa vna in corporibus diuersis diuersę proueniunt ægritudines. [f] † [ ] & est, quum

a B. nõ sequitur immediatè.
b † B. omnino.
c † B. corporales
d † B. corporales
e B. coarctat.
f † B. aut in horis diuersis ęgritudines diuersę

quum eius operatio diuersificatur in debili, & forti,& fortis sensus, & debilis sensus. Causarũ præterea alię sunt,[g] [quę sunt vicariæ aliæ quę non. Et vicariæ quidem sunt,quarum,quum se parantur,remanet affectio: Non vicariæ] verò sunt, ex quarum separatione prouenit sanitas. Dicemus e iam,quòd causæ,quę mutant dispotiones corporis:& illæ,quæ cõseruant,aut sunt necessariæ, a quib.impossibile est hominem egredi in toto tempore suę uitę: aut non necessariæ.Et necessariarum quidem sex sunt genera genus aeris circundantis, & genus eius, quod comeditur & bibitur, genus motus, & quietis corporeę,& genus motuum animalium,& genus somni & vigiliæ,& genus euacuationis & retẽtionis.De genere ergo aeris est nobis prius loquendum.

g B.quæ habẽt uicariũ, aliæq̃ non.& habẽtes uicariũ sunt illæ, quæ quũ se parantur rema net uestigiũ,uel impressio earũ. Non habentes uicarium.

ANNOTATIONES.

1 *Causæ dispositionum &c.Tria insalubrium causarum genera ponit.Reprehendi hac de re solet a recentioribus,au thoritate Gal. qui primo meth. & libro toto de morborum causis:& lib.de procatart.cau.duas tantum causas agnoscit:internas & externas,seu antecedentes & procatarticas.Et libello aduersus Iulianum stoicos de coniuncta causa accusat.Verùm continentem causam dari ex Gal.senten tia,a quo author mutuatur.collige 2.meth.in introduct.me dic.de optima sect.ad Trasyb.1.de symptom.cau. & 7.aphor.& 1.de cau.puls. 2. de natura hum. & 2. pregnost. Quid autem hæc sit,vide lib.aduersus Iulian.in fine, & in finitionibus medicis.*

Cap. 8. Cap.6. cap.. Cap.8 cap.10. cap.1.& 5. apho.30. cap.11.

2 *Exemplum causarum primitiuarum, &c. De causis primitiuis particulatim uide librum de procatar.causis. & lib.de diff.morb. De dispositionibus uerò vt eæ agant necessarijs.uide lib.de diff.morb.loco citato.& 4.de diff.feb. Cætera pete ex lib.art.med. Vbi etiam nota uarietatem,quæ in Galeni libris apparet.quum lib.ar.med.septem causarum capita enumeret:quę hic author.5.autem de san.tuen.quat tuor tantùm capita recenseat.Constat tamen Gal.iniuria a recentioribus hac de re accusari,quum lib.ar.med. necessarias tantum causas docere polliceatur:lib. verò tu. san. etiam non necessarias amplectatur. ut supra quoque adnotauimus.*

cap.2. cap.43. cap.2. cap.4. cap 84. cap. 10.

De[h] *[affectione] aeris, qui circundat corpora nostra.* Cap. 2.

h B.impressione.

AEr est elementum nostrorum corporũ & spirituum, & pręter hoc quòd est elementum nostrorũ corporum, & spirituum;est etiã[a] [emanatio] nostris adueniens spiritibus: & est causa meliorationis eorum,non tantum sicut elementum:sed etiam sicut faciens,s.temperans.Iam autem declarauimus in his, quę pręcesserunt,quid velimus intelligi, quum spiritũ dicimus:non enim dicere volumus illud,quod philosophi animam vocant.Et hoc quidẽ temperamentum,quod ex aere nostris aduenit spiritibus,ex duab.pendet operationibus:quę sunt mundificatio,& euentatio. Euentatio verò est temperamentum complexionis spiritus calidi, quum superfluit propter[b] [constrictionem secundum plurimum,& propter aliud.s.temperamentum,quod sit temperamẽtum relatiuum] quod sciuisti.Et hoc quidem temperamentum attribuit nobis aeris attractio a pulmone: & a poris,euentatione pulsus,qui sunt cum arterijs continui. Aer autem,qui nos circundat,valde est frigidus comparatione complexionis spiritus innati,quanto plus complexionis,quæ accidit propter constrictionem. Quumque aer ad ipsum peruenit,impellit ipsum,& miscetur cũ eo,& prohibet ipsum ne ad igneitatem conuertatur constrictiuam,ex qua ipse ad malitiã peruenit complexionis,per quã remouetur à præparatione ad affectiones recipiendum animales[c] [in se, quę est causa vitę,& ad resolutionẽ suemet substantię vaporalis humidę.] Mundificatio verò est propter societatem ipsius, quan do reuerti facit anhelitus illud, quod ei attribuit virtus separatiua ex vapore fumoso, cuius comparatio ad spiritum est comparatio humoris superflui ad corpus,quum aer expellitur.Tẽperamentum ergo eius est,propterea ꝙ spiritui aduenit aer,quum attrahitur, & mundificatio est propter eius exitum, quũ expellitur. Aer.n. qui attrahitur, in primis quum ingreditur ad temperandum,necesse est vt sit in effectu frigidus: sed postquam conuertitur ad qualitatem spiritus,propter calorem lõgitudine morę, destruitur eius iuuamentum, & non indiget eo: & est aer nouus necessarius,qui ingrediatur, ut illius alterius suppleat vices.Oportet igitur necessario,vt egrediatur ad hoc,vt suo[d] [vicario] locum euacuet,& vt fumosę superfluitates substantię spiritus cum eo expellantur. Et aer quidem,dum est temperatus & clarus, neque substantia extranea complexioni spiritus cõtraria ei admiscetur,est sanitatem efficiens, & ipsam conseruans.Et quum mutatur, suę operationis contrarium operatur. Aeri pręterea accidunt mutationes naturales,& mutationes non naturales, & mutationes cursum egredientes naturalem ei contrariæ. Naturales verò mutationes sunt mutationes temporales, quoniam in vnoquoque tempore ad aliam cõuertitur complexionem.

a B. est ẽt quid successiue.

b B. coarctationem secundum plurimum,& alteratur, & per temperamentũ intelligimus tẽperamentũ comparatiuum.

c B.in eo qui est causa uitę,& prohibet, ne resoluatur ipsiusmet substantia uaporalis humida.

d B.successoris.

ANNOTATIONES.

Aerem qui intra nostrum est corpus,flatus Hipp.uo cat lib.de flatibus.& Gal.1.de diff.feb.& de vocal.instru. diff.spiritum.Eum verò qui extra corpus est,aerem. Hunc maximum esse omnium,quæ corpori accidunt, & causam morborum ferè omnium esse idem Hipp.lib.citato,pulchro sanè,& aureo copiosè indicauit.Gal.quoq; 1.in 1.de vulg. morb.aerem corporum symmetriam turbare.& 1.de diff.febr.alterare nos tùm inspiratu,tùm arteriarum attractu, docet: nempè dum nobis circumfusus,inspiratusq́; tali nostra corpora dispositione afficit,quali ipse præditus est.& per inspirationem ac pulsus diastolem calori nostro refrigerium affert;per expirationem verò & systolen fumidos vapores ex tra corpus secernit:vt notat idem Gal. lib. de vsu puls.& de utilit.respir. Agit verò is tùm qualitatibus,tum substantia ipsa ut lib.ar.med.habetur.

Cap.1. Cap.2. comm. 1. cap.4. cap.3. cap.4.& 5. cap.85.

De naturis temporum. Cap. 3.

D[1]Ebes autem scire,ꝙ tempora ista secundũ medicos alia sunt ab eis,quę sunt secundũ astronomicos.Quatuor nanque tempora secũdum astronomicos sunt mutationes solis in vnaquaque quadra circuli signorum a puncto inci-

incipientes vernali. Secundum medicos verò ver in terris temperatis est tempus, in quo non tantum sunt necessarię res [a] † [ ] calefacientes propter frigus, vt inde sit multum curandum, neque euentatio propter calorem. Et in ipso quidem est principium frondendi arbores. Et eius tempus, est tempus existens inter [b] [equalitatem vernalem,] aut ante ipsam, aut post ipsam parum, donec sol sit in medio tauri. Et autumnus est huic oppositus in talibus, quales sūt nostrę terrę. In alijs verò terris est possibile vt precedat ver, & tardetur autumnus. Et ęstas quidem est totum tempus calidum. Et hyems totū tempus frigidum. Vnumquodque igitur duorum temporum veris & autumni est magis breue secundum medicos, quàm vnumquodque duorum tēporum ęstatis & hyemis. Et hyems quidem est tēpus ęstati oppositum, aut minus eo, aut maius eo secundum terras. Et videtur, ꝙ ver sit tempus florum & [c] [initij] pomorum. Et autumnus tempus mutationis coloris foliorum, & principium casus eorum. Et quod est pręter [d] [istud,] est hyems, & ęstas. [2] Et dicemus ꝙ veris complexio est temperata, neque est sicut quidam existimant calida & humida: certificare verò istud multa inuestigatione, est in parte naturalis philosophię: credere autem debemus, quòd ver est temperatum. [3] Et ęstas est calida, ꝑpterea ꝙ sol oppositioni capitū est propinquus, & fortitudo existit radij, qui ab eo profluit, qui imaginatur conuerti retro in ęstate, aut super angulos valde acutos, aut super seipsum, in lineis, in quibus penetrauit, & propterea inspissatur radius. huius verò causa pro certo existit: eo ꝙ casus radij solis, alius est, qui est sicut casus axis [e] [columnę, & pyramidis] sicut si a cētro corporis solis penetret ad illud, quod est ei oppositum: Alius est, qui est sicut superficiei, & circunferentię, aut qui est propinquus circumferentię: & eius quidē virtus existit [f] [in axe, vel apud axem, eo quòd] impressio aduenit ei ab omnibus extremis: ille verò qui est in parte extremorum est magis debilis. Nos autē in ęstate sumus cadentes in axe, aut circa ipsum: & perdurat hoc tempus super nos, qui in [g] [istis moramur latitudinibus] & in hyeme sumus circa circumferentiam. Ideoque in ęstate lumen existit magis splendidum, licet spatiū quod est a nostro loco ad locum solis sit longius, quum sol circa suam existit augem. Istius verò longinquitatis, & propinquitatis comparatio, in parte astronomica partis disciplinalis philosophiæ declaratur, & certificatio fortitudinis caloris, & fortitudinis luminis, monstratur in parte naturalis philosophiæ. Et æstas præter hoc, quòd est calida, est etiam sicca propter resolutionem humorū, quæ fit in ea multa caliditate, & propter [h] [resolutionem] substantię aeris, & ipsius similitudinē cum natura ignea, & propter paucitatem eius, quod cadit in ea de rore & pluuia: & hyems quidem frigida est & humida propter harum causarum contraria. In autūno verò iā calor diminutus fuit, & frigiditas nondum peruenit ad complementum. Et simile existit, ꝙ iam in medio stamus longitudinis, quæ est inter axem, quam nominauimus, & inter circunferētiā: propinquus igitur

a †B.cooperientes.
b B.æquinoctiale uernale.
c B. initium.
d B. ista.
e B. axis seu lineæ rectæ ex rotūdo & pyramide.
f B.in axe seu ī linea recta quū.
g B.terris moramur septentrionalibus.
h B raritatem.

existit temperamēto, quod inter caliditatē existit & frigiditatem. Inter humiditatem autē & siccitatem non existit temperatus. Quomodo enim hoc esset, quum sol iam siccauerit aerē, & nondum acciderit ex causis humectātibus, quod sit exsiccationi causæ exsiccantis oppositum? Dispositio quoque, quæ est ad infrigidandum, nō est quemadmodum ea, quæ est ad humectandū, quoniam cōuersio, quæ est ad infrigidandū, est leuis: sed conuersio, quæ est ad humectandū, non est tam facilis: neq; etiā conuersio, quæ fit ad humiditatē propter frigus, sicut conuersio, quæ fit ad siccitatem propter calorem. Conuersio nanque, quæ fit ad siccitatem, propter caliditatem est facilis, quoniam quęlibet caliditas exsiccat, sed non quælibet frigiditas humectat, immo plerunque quælibet caliditas fortior existit in humectando, quum materiam inuenit, quam sit quælibet frigiditas in [i] [eodem:] quælibet enim caliditas euaporationem facit, & non resoluit, sed quælibet frigiditas non inspissat, & cōstringit, & adunat. Ideoque non est dispositio, quę faciat remanere ver in humiditate hyemis, sicut est dispositio, quæ facit remanere autumnum in siccitate æstatis. Veris enim humiditas temperatur in tanto tēpore propter caliditatem, in quanto non temperatur siccitas autumni propter frigiditatē: & videtur ꝙ humectatio ista, & exsiccatio, similes sint operationibus habitus & priuationis, & non duorum cōtrariorum operationibus: Exsiccatio nanq; in hoc loco non est, nisi substantiæ humidę destructio, & humectatio non est siccæ substantiæ destructio: sed substātiæ humidæ acquisitio, quum.n. in hoc loco dicimus aerem humidum & aerem siccum, non intelligimus eius formam, neque eius qualitatem naturalem, neque de hac in hoc loco cogitamus, aut multum sollicitamur. & quum aerem dicimus humidum, non volumus intelligere, nisi aerē, cui admixti fuerint vapores multi aquosi, aut aerem, cuius spissitudo conuersa fuit ad similitudinem vaporis aquosi: & aerem dicimus siccum, aerem videlicet, ex quo resolutum fuit, quod de humoribus aquosis ei erat admixtū, [k] [quoniam] se conuertit ad similitudinē substantiæ ignis propter [l] [resolutionem, & cum] quo admixti fuerunt terrestres fumi, qui terrę in sua siccitate similātur. Superfluitas igitur humiditatis hyemalis minuitur ex vere propter quamlibet caliditatem, quæ in ipso accidit, propterea quod sol oppositioni capitum propinquius existit. autumni verò substantia non ꝑp quamlibet frigiditatem, quæ ī ipso accidat, humectatur. & quū hoc cognoscere voles, considerabis, an res siccæ in aere frigido tam cito humectētur, quam cito res humidę in aere calido exsiccātur, postquam pones frigidū in frigiditate sua, sicut calidum ī caliditate sua ferè. Quum hoc.n. consideraueris inuenies rē inter ea diuersam: licet hic existat res alia maior ista. & est, ꝙ humiditates in aere calido & frigido simul, non permanent, nisi propter emanationis permanentiam ad eas venientis: sed siccitas indiget nulla emanatione. Hoc autem [m] ꝙ humiditas non permanet in corporib. aeri discoopertis, & in ipso aere, nisi propter emanationem:]

i B.in humectando.
k B. aut.
l B.raritatē, aut cum.
m B.efficitur humiditas in corporibus discoopertis aeri aut ī ipso aere non permanet, nisi propter emanationem successiuam.

nem:[r] non est, nisi propterea quod aer non dicitur esse fortis frigiditatis nisi per comparationem nostrorum corporum. neque eius frigiditas peruenit apud nos in terris habitatis, tanta, quin aliquo modo resoluat: immo in omnib. resoluit dispositionibus pp illud, quod in eo existit de virtute solis & stellarum. Quum ergo abscinditur emanatio, & perdurat resolutio, cito aduenit siccitas. In vere autē illud, quod resoluitur, est plus eo, quod euaporat. & huius quidē causa ē, eo quod euaporationem duæ res efficiunt, una est caliditas subtilis pauca [n] [in eo quod ex spatio manifestum existit:] & caliditas fortis in terra abscondita, ex qua ad terræ superficiē res profluit subtilis. Quod. n. de terra occultū est, in hyeme vehementi calore calidum existit, quemadmodum in sapiētijs naturalib. principalibus declaratum fuit: & est caliditas aeris pauca. Duę igitur res ad humectandū coniungūtur, quę sunt sublimatio & inspissatio; & tāto magis, quoniā ēt frigiditas in substantia ipsius aeris operatur spissitudinem, & conuersionem ad vaporationem. In vere aūt resolutio aeris est magis fortis, quam eius euaporatio, & calor absconditus occultus, valde minuitur: & apparet ex eo quod superficiei terrę aduenit subito res, quę est fortior quā vaporans [o] [aut quam res, quę subtilis existit euaporationis, propterea quod multum superat materiā, & subtiliat, & inuenit eius pauca euaporatio calorē multum in aere, & completur resolutio pp hoc:] hoc est secundum plurimum, & secundum carū causarum singularitatem, absq; alijs causis, ex quibus hæ aliæ proueniunt causæ, pręter eas, quas [p] [nominauimus.] Amplius autē non est ibi materia multa, quę illud, quod fuit sublimatū, & subtiliatum, restauret. & propterea oportet, vt natura ueris trahat ad ęqualitatem inter humiditatem & siccitatē, sicut est temperatum inter caliditatem & frigiditatem, licet non prohibeamus, quin principium ueris trahat ad humiditatem quandam: & tamen non est longinquum ab ęqualitate: sicut est siccitas autumni ab æqualitate. Præterea si non iudicauerimus, quod in autumno sit fortis æqualitas inter caliditatem & frigiditatem, nō erit ab [q] [equalitate] longinquum; eius. n. partes diei, quæ sunt ante meridiem, & post, sunt ęstiuæ. Aer nāque autumnalis est fortis siccitatis, & valde aptus ad recipiendam caliditatem, & conuerti ad similitudinē igneitatis, propterea quòd æstas ipsum ad hoc pręparauit, & eius noctes, & eius matutina sunt frigida propter solis longitudinem in autumno ab oppositionē capitum, & propterea quod subtile [r] [resolutum] fortiter recipit operationē eius, quod infrigidat. Ver autem magis est circa ęqualitatem in duabus qualitatibus, ideo quòd aer ipsius nil recipit ex causa, quę, causæ, quę est in autumno, similis existit, s. illud, quod recipit autumnus ex caliditate & frigiditate. Eius igitur nox non multum longè est a die suijpsius. Quòd si aliquis dixerit, qua ratione nox autumni est frigidior nocte veris, quum oporteret vt eius aer esset calidior eo quòd sit magis subilis? [4] Respōdemus, & dicimus, quòd aer, qui est fortis raritatis, citius recipit caliditatem & frigiditatem, & similiter aqua fortis raritatis: ideoque, quum tu calefeceris aquam, & uolueris ipsam congelare, citius congelabitur quam frigida: propterea quod frigiditas in ipsam penetrat propter eius raritatem. Corpora autem non tantum sentiunt ex frigiditate veris quantū sentiunt ex frigiditate autumni, eo quod corpora in uere sunt exeuntia a frigiditate ad caliditatem consueta in frigiditate, & in autumno sunt ad hoc cōtraria, licet autumnus ad hyemem tēdat, & ver ab eo recedat. Et est tibi sciendum, quod temporum diuersitas facit commoueri in unoquoque climate ægritudinum modum. Et medicus quidem debet hoc in vnoquoq; climate cognoscere, ad hoc vt in ipso sint constructæ custodia & regiminis præmissio. Est etiam quum vnus dies alicui temporum similis existit; & nō alij. Est nanque ex diebus, [s] † [ ] qui est uernalis, & est ex eis, qui est ęstiualis, & est ex eis, qui est autumnalis, qui in die una calefacit & infrigidat.

n B. in manifesto aeris.

o B. est fortior eo, quod est subtilis euaporationis, in modo quod occurrit euaporatio subtilis calori addito in aere, & cum eo complectur resolutio.

p B. dicemus.

q B. ab eo quod est conueniens.

r B. rarum.

s† B. qui est hyemalis.

ANNOTATIONES.

1 *Debes autem scire. Anni tempora in quatuor partes astrologi secant sicut & medici. Sed diuerso modo. Astrologi uer inchoant, quum sol arietem ingreditur: ęstatem, quū cancrum; autumnum, quum libram: hyemem, quum capricornum subit. At medici uer ab æquinoctio quidem uernali incipiunt, ut astrologi; sed ęstatem ab ortu Vergiliarum; autumnum ab ortu Arcturi: & hyemem ab occasu Vergiliarum supputant. Pro hac ergo re pro mathematicorum sententia pete Ptolęmeum 1. de iudicijs, pro medicis uerò Gal. 1. in 1. Hip. de uul. morbis.* cap. 9. & 10. com. 1.

2 *Et dicemus quòd ueris complexio est temperata &c. Hippocrates 1. de natura hum. Ver calidum atque humidū uidetur facere: cui et Theophrastus subscribit primo de causis plant. & Arist. sect. problem. quarta. & Auic. quoque paulò infra. cap. de mutatione qualitatum aeris &c. astipulari uidetur. Oppositum tamen Gal. statuit 1. de natura hum. 1. de temperam. 2. de temperam. lib. de salub. diet. & 2. in primum de uulg. mor. Soluitur tamen quęstio ex Gal. locis citatis. ac uer quo ad eius quidem naturam calidum & humidum esse conceditur, aut verius ad calidum & humidum inclinare collatione ad alia tempora, & ad autūnum facta. nostrorum tamen corporum ratione temperatum est, ac, ut ait. Hipp. 3. aph. saluberrimum.* tex. 33. cap. 14. Probl. 32. cap. 6. cap. 36. cap. 4. cap. 5. Comm 1. Comm. 3. aph 9.

3 *Et ęstas est calida propterea quòd sol etc. Cęlestia corpora in hæc inferiora agere, & ea gubernare Arist. existimauit 1. meteor. & 2. cæli. idemq; eadem calefacere inferiora hęc motu credidit 1. meteor. loco citato. Sed addidere præterea eius expositores, quod non solo motu, sed etiam lumine calefaciant, quod Auer. lib. de subst. orbis adnotauit. Particulatim verò generationis & corruptionis rerum causā, quæ statis quibusdam anni temporibus fieri solet, in solis accessum recessumq; a nobis refert: dum per obliquum circulum fertur. 2. de gen. & corr. Quia ergo lumine sol agit, prodeunt ex eius corpore radij multi, & propria eorum natura, & ea quoque ratione quod reflectuntur, ambiētem ipsum aerem calefacientes: quod innuitur primo meteor. ab Arist. sunt uerò hi aliquibus quidem terrę partibus recti, alijs obliqui. regioni quidem illi quam rectissima linea respiciunt, rectissimi; cęteris uerò obliqui magis aut minus, pro maiori, & minori solaris corporis distantia ab earum uerticibus. Quo quidem fit, quum sol per æstatem ad nos accedat, ut per eius uiciniam, radij minus obliqui nobis exhibeantur: qui etiam ob terræ soliditatem reflexi angulos acutos faciunt. sicuti ijs, quorum uertici perpendiculariter super-* cap. 4. tex. 42. cap. 2. tex. 58. cap. 4.

superstat sol, rectissimi fiunt radij, qui dum reflectũtur, qui: in seipsos reflectuntur, nullos angulos faciunt. Hac ergo ratione maior per æstatem caliditas nobis communicatur. Caliditatem insequitur siccitas adnotante etiam Hippoc. lib. de carnibus, si ille Hippocratis est. vnde & siccior aer, & sicciora nostra corpora redduntur. Contra p̃ hyemẽ longius a verticali nobis loco sol distat: propterea radij obliquiores fiunt; & imminuitur calor: neque id solum; sed ob elatos ex imbecilli calore a terra halitus, qui dissipari non possunt; humidiorem aerem, & ex eo nostra corpora reddi necesse est. Autumno quoq; & uere pari ratione maior, aut minor caliditas, frigiditas, humiditas, & siccitas nobis communicatur pro maiori, & minori solis a uerticali nobis puncto accessu, & recessu. Pro quo uide Ptolæm. lib. de iudicijs primo. uide & authorẽ supra, de cõplex. membrorum.

Cap. 9.

4 *Respondemus, & dicemus quòd aer & c. Corpora quę rara sunt, facilius pati ex Gal. 3. de simpl. med. fac. & 1. de differ. feb. & Arist. 1. de gene. & corr. colligi posse uidetur. Exemplum verò de aqua, quod subiungit author, desumptum & ipsum videtur ex Arist. 1. meteor.*

Cap. 16. Cap. 3. tex. 56. Summa 3. Cap. 1

De iudicijs temporum & eorum mutationibus. *Cap.* 4.

OMne tempus ei, qui complexionem habet sanam, proportionale, est ei conueniens: sed, qui malitiam complexionis habet, proportionale diuersificatur ab eo.[a] [sed quum multa ab æqualitate egressio acciderit,] proportionale & nõ proportionale ab eo diuersificabitur, ideo quòd virtus debilitatur. Vnumquodque etiam tempus complexioni ægrotæ conueniẽs ipsius contrarium est. Quumq; duo tempora a sua egressa fuerint natura, & fuerit eorum exitus contrarius, neque fuerit ibi superfluitas lõga, quẽadmodum si fuerit hyems meridiana, & superuenerit ei ver septẽtrionale: erit aduentus secundi super primum conferens corporibus, & ipsa temperans: eo q̃ septentrionalitas veris est opposita meridionalitati hyemis: & similiter si hyems ualde sicca fuerit, & ver fuerit valde humidum. tunc ver hyemis siccitatẽ temperabit: & si humiditas non fuerit multa, neq; prolongabitur tempore multo, non mutabit[b] [illud temperamentum] in humectationem impedientem. Mutatio præterea temporis in vno tempore est minus afferẽs mortalitatem, quam eius mutatio in multis tẽporibus, s. mutatio adducens mortalitatem, & non est mutatio emendans illud, quod prima attulit mutatio, sicut diximus. Et ex cõplexionibus aeris dignior vt conuertatur ad putrefactionem, est calidi & humidi aeris complexio.[c] [Plurimũ verò q̃ accidunt aeris mutationes, est in locis diuersorum situum, & in profunditatibus uallium; sed in collibus, & in altis paucæ propriè existunt.] Et est conueniẽs, vt tempora, sicut debent, proueniant: ut sit ęstas calida, & hyems frigida: & similiter vnumquodq; tempus. Quòd si plerunque non ita fuerit, erunt causæ malarum ægritudinũ. Annus præterea, in quo omnia eius tempora secundum vnã eueniunt qualitatem, annus est malus: quemadmodum si totus annus fuerit humidus, aut siccus, aut calidus, aut frigidus. Annus. n. qui est sic; est multarum ægritudinum suæ qualitati proportionaliũ: quarum tempora postea erũt prolixa. vnũ nanque tempus multum commouet ęgritudinem sibi proportionalem, quanto magis totus annus? Tempus enim frigidum, quum corpus inuenit phlegmaticum, commouet epilepsiã, & paralysim, & apoplexiam, & torturã, & spasmum, & similia. Et tempus calidum, quum inuenit corpus cholericum, commouet maniã, & febres acutas, & apostemata acuta. quanto magis si totus annus secundum vnius temporis naturam incedit? Amplius, quum cito prouenit hyems, cito hyemales adueniunt ægritudines. Et, quum cito prouenit æstas, cito estiuę adueniunt ægritudines: & mutantur ægritudines, quæ erant ante secundum iudicium temporis. Quumque aliquod prolõgatur tempus, multæ eius fiunt ægritudines, & propriè æstas, & autumnus. Debes autem scire, quod effectus mutationum temporum nõ sunt propter causam temporis. vnde est tempus: sed propterea quòd cum eo mutata qualitas magnam efficit operationem in mutationibus dispositionum; similiter quoque, si aer in vna die mutatur de caliditate in frigiditatem, mutabuntur secundum eas corpora. Et in temporibus quidem sanius existit, vt sit autũnus pluuiosus, & hyems temperata, neque sit non frigiditatem habens: non tamen sit plurima in comparatione regionis. Et si ver pluuiosum fuerit, & æstas non absque pluuia fuerit: erit istud, quod sanius esse potest.

a B. nisi accidezit egressio multa ab æqualitate tunc enim.

b B. operationẽ temperandi.

c B. Plurimum verò eius quod accidit de mutationib. aeris nõ sic nisi in locis diuersorũ situũ & profundis: & minus fit in locis æqualib. & ĩ altis propriæ.

A N N O T A T I O N E S.

Quum similia similib. conseruentur, et contraria contrarijs curẽtur, propterea salubria corpora a temporib. eadem temperatura præditis conseruantur, nisi magnus excessus sit, & contrarijs temporib. insalubria adiuuantur. ex Gal. lib. de salubri diet. & in arte med. & 3. aphor. Qui autem morbi quib. temporib. fiant uide 3. aph. & lib. de loc. aere & aquis. ex quibus locis descripta sunt hæc omnia.

com 2. & 24. Cap 23. aph. 2. & 3. aph. 19. 20. 21. 22. 23. cap. 6. 8. & 12.

De aere bono. *Cap.* 5.

AEr bonę substantiæ est aer, cui non admiscetur ex vaporibus, neque ex fumis res extranea, & qui est discoopertus cœlo, neque est inter parietes & tectã constrictus. Quum uerò in aere acciderit putrefactio, communis discoopertus tunc erit ipsam magis recipiens quam constrictus & occultatus. Aliter autem discoopertus melior existit.[a] [Et hic quidem bonus aer, permanet clarus, nisi cum eo vapores misceantur lacuum,] & stagnorum, & profunditatum aquam cõtinentium, & terrarum[b] [quæ sunt laxæ,] & locorum vbi nascuntur olera, & præcipue vbi talia, quales sunt caules, & eruca oriuntur, & arbores[c] [viscosæ, & arbores malarum complexionum, sicut † taxus] & nuces, & ficus, & odores putridi,[d] † [ ] & præter hæc non remouentur ab eo venti boni, qui sufflant ex terra alta, aut æquali. Et aer hic non est retentus in[e] [terra profunda:] quæ cito calesit, quum sol oritur: & cito infrigidatur, quũ occidit: neque est strictus inter parietes, qui parum est ex quo fuerunt constructi cum[f] [† calce] & horum similibus, & nõdum integre ad siccitatem perfectam perueniunt, neq; obsistit attractioni aeris, sicut, qui guttur

a B. Et hic quidem aer bonus, & mundus clarus, cũ quo nõ miscetur uapores lacuum.

b B. paludosarũ.

c B leuhe. idest madefactæ putrescentes, & arbores malæ substantiæ sicut alsuhat.

† sohat.

d † B. aut uenti putridi.

e B. loco p̃fundo.

f B. alshearagi.

† schergi.

ſtringit. Et tu quidem iam ſciuiſti ꝙ mutationum aeris, aliæ ſunt naturales, aliæ ſunt naturæ contrariæ, aliæ ſunt, quæ nõ ſunt naturales, neque extra naturam. Debes autem ſcire ꝙ mutationes aeris, quæ nõ ſunt ſecundum naturam, ſiue ſint ei contrariæ, ſiue non contrariæ, quãdoque eueniunt ſecundum circuitum, & quandoque non ſeruant circuitum. Et ex diſpoſitionibus, quidem temporum ſanior eſt, ut exiſtant tempora ſecundum ſuam naturam, quoniam eorum mutationes afferunt ægritudines.

ANNOTATIONES.

Cap. 5. Cap. 11. Cap. 2. comm. 1. parte 1. tr. 1. cap. de aere.

Habes & hæc omnia apud Gal. 12. meth. & primo de tu. val. & 3. aph. & ex Auerr. 2. Coll. & repetit Auic. in Canticis.

De mutatione qualitatum aeris, & eis, quæ ex temporibus proueniunt. Cap. 6.

a B. fuerit temperata tunc.

AEr calidus diſſoluit & laxat. Et ſi eius caliditas [a] [pauca fuerit, temperata tamen] rubificabit colorem, eo ꝙ ſanguinem ad exteriora trahit: ꝙ ſi multa fuerit, colorem efficiet citrinum, propterea ꝙ reſoluit illud, quod attraxit. Ipſe quoq; multum efficit ſudorem, & minuit vrinã, & digeſtionem debilitat, & ſitim facit. Frigidus verò aer conſtringit, & digeſtionem fortiorem reddit: & vrinam efficit multã, ideo quòd humores conſtringit, & propterea ꝙ in ſudorem parum reſoluuntur, & his ſimilia: & minuit egeſtionem; propterea ꝙ muſculi ani ſe exprimũt, & ideo ꝙ rectum inteſtinum parum obedit: vnde propter deſtructionẽ obedientiæ viç: ſtercus non deſcendit: quapropter multum moratur, & eius aquoſitas in vrinam reſoluitur. Aer verò humidus cutem lenit, & corpus humectat. Et ſiccus exſiccat cutem, & [b] [denigrat] corpus. Et aer turbatus triſtificat animam, & [c] [commiſcet] humores. Aer verò turbatus alius eſt ab aere groſſo. Aer enim groſſus eſt ille, qui in [d] [turbatione] ſubſtantiæ ſui ſimilatur. Sed turbatus eſt ille, qui cũ partib. miſcetur groſſis. Duarum verò rerũ ſignificatio eſt, ꝙ ſtellę minutę parum apparent, & ꝙ ſplendor eius, quod ex ſtellis fixis, ſicut eius, quod ſcintillat, parum reſplendet. Et eius quidem cauſa exiſtunt vapores multi, & fumi multi, & venti boni pauci. Nunc autem, illum ſermonẽ ad hanc reducemus intentionem: & complebimus ipſum, quum de mutationib. aeris, qui eſt præter naturam, tractabimus. Et omne quidem tẽpus, quod prouenit ſecundum ꝙ debet, iudicia habet propria. Et finis quidem, cuiuſq; temporis principio temporis, quod eſt poſt ipſum, in iudicijs duorum temporum communicat, & in ægritudinibus ipſorum. Ver aũt, quum eſt ſecũdum ſuam complexionem, eſt melius tẽpus: & eſt proportionale complexioni ſpiritus & ſanguinis, [e] [& licet cũ ſua exiſtat æqualitate, quã nominauimus; ad caliditatem tamen ſubtilem declinat parumper ſopitam,] & ad humiditatẽ naturalem; & rubificat colorem, eo ꝙ ſanguinem attrahit temperatè, & non peruenit ad reſoluendum, queãdmodum æſtas peruenit æſtiualis. In vere quoq; mouẽtur ęgritudines chronicæ: facit. n. humores, qui ſunt quieti, currere: & [f] [eliquat eos.] Ideoq; melancholiam patientium, melãcholia commouetur. Et ille, in quo multitudo exuberat humorum, in hyeme propter eius guloſitatem, & exercitij eius paruitatẽ, fit in vere ægritudinib. aptus, quæ ex illis cõmouentur materijs: propterea ꝙ ver eas reſoluit. Quumq; ver prolongatur & temperatur, ęſtiuę ęgritudines paucæ fiunt. Veris autem ęgritudines ſunt ſanguinis egeſtio, & fluxus ſanguinis ex naribus, & melancholię [g] [ebullitio,] quę de natura exiſtit cholerę, & apoſtemata, & carbunculi, & ſynanchę, & ſunt plerunq; pernitioſę, & alię † exituræ. Et in ipſo multum cõtingunt: venarum ſciſſurę, & ſputum ſanguinolẽtum, & tuſſis, & propriè in eo, quod ex ipſo eſt hyemale, & hyemi ſimilatur, fiũt eorum diſpoſitiones malę, qui has habẽt ęgritudines, & propriè phthiſim. Et propterea ꝙ, ipſum in phlegmaticis materiam phlegmatis mouet, accidit ĩ eo apoplexia, & paralyſis, & iuncturarum dolores. Ex eis verò, quę ducunt ad hoc, eſt aliquis fortis motus ex motib. corporeis & animalib. & comeſtio ẽt rerũ calefacientiũ, eo ꝙ aeris ad iuuant naturam. Nulla aũt res eſt, quę ita tueatur ab ęgritudinib. veris, quemadmodum phlõmia & inanitio, & diminutio comedendi, [h] [& augmentum bibendi,] & debilitatio potus inebriãtis: & ipſius diminutio, & temperamentũ. Ver pręterea pueris eſt conueniens, & eis, qui ſunt circa ipſos. Hyems verò ad digerendũ eſt melior: propterea ꝙ frigus caloris iñnati ſubſtantiam comprehendit: vnde fortior efficitur, & nõ diſſoluitur: & ideo quia fructus ſunt pauci, & gens [i] [nõ comedit niſi leuia nutrientia,] & quia hominum motus poſt repletionem eſt paruus: & quia ad loca ingrediũtur calefacientia. Ipſa quoque choleram plus debilitat quàm omnia tempora, ſui frigiditate, & ſui diei breuitate: & ſuæ noctis prolixitate. Et ipſa eſt magis conſtringens materias. Et in ipſa eſt plus neceſſariũ aſſumere ea, quæ incidunt & ſubtiliãt. Ægritudinum verò hyemalium plurimę ſunt phlegmaticę: & in ipſa phlegma fit multum, & plurimum quod eſt in eo, quod vomitu expellitur, eſt phlegma. Colores quoq; apoſtematũ in ea ſecundum plurimum ad albedinẽ trahũt: & in ipſa abũdat [k] [catarrhus, & incipit catarrhus,] quũ aer autumnalis mutatur: quem poſtea ſequuntur apoſtemata lateris, & apoſtemata pulmonis, & raucedo, & dolor gutturis: deĩde accidũt dolor lateris ipſius, & dorſi, & neruorum nocumẽta. & capitis dolor chronicus: immo apoplexia & epilepſia. Et hoc totũ propterea ꝙ materiæ cõſtringuntur phlegmaticę, & quia multiplicãtur. Senib. verò nocet hyems: & eis ſimiliter, qui eis ſimiles exiſtunt: ſed medijs iuuamẽtum pręſtat. In hyeme præterea hypoſtaſis in vrina multitudo exiſtit comparatione æſtatis; & eius etiam quantitas eſt maior: [l] † [ ] & minuitur in ea ſanguis, [m] [& augetur phlegma. In æſtate verò augetur cholera rubea,] ſed poſtea in eius fine cholera nigra augetur: propterea ꝙ ſubtile reſoluitur, & groſſum retinetur & cõſtringitur. Et inuenies ſenes, &, qui eis ſimilantur, in ęſtate fortiores. Et ęſtas quidem humores reſoluit, & vir-

b B. & arefacit uel exaſperat.

c B. commouet.

d B. groſſitie.

e B. Et ipſe quidem cum ęqualitate ſua, quam nominauimus, declinat parũper, ſeu quaſi ad caliditatem ſubtilem cęleſtem.

f B. eos fluere.

g B. commotio vel excitatio.

† abſceſſus.

h B. & multiplicatio ſyruporũ.

i B. contentatur ueridicis nutriẽtibus.

k B. coryza, & incipit coryza.

l † B. Aeſtas aũt reſoluit humores, & debilitat uirtutem, & operationes naturales cauſa ſuperfluæ reſolutiõis.

m B. & phlegma, & multiplicatur rubea.

& virtutes debilitat, & operationes naturales, causa multæ resolutionis: & citrinat colorem propterea ꝙ resoluit illud, quod ex sanguine attrahit. Ægritudinum quoque tempora in ea abbreuiantur: si enim virtus fortis fuerit, aerem inuenit ad resoluendum adiuuantem, & ad ægritudinis materiam maturandum, & expellet eam extra. Quod si debilis fuerit, calor aeris, ei addet debilitatem: propterea ꝙ laxat & destruetur, & morietur æger. Amplius æstas calida & sicca cito [n] [incidit ęgritudines: humida verò est masticans,] vnde suarum ægritudinum tempora prolongãtur: ideoq́; plurimum vlcerum ad herpetem estiomenum peruenit. Et accidũt in ea hydrops, & lienteria: & lenitur natura, & ad hoc totum adiuuant humores multi, qui a superiorib. ad inferiora descendunt: & propriè a capite. Æstiuæ verò ægritudines [o] † [ ] sunt sicut febres tertianæ, & synochus, & causon: & corporis extenuatio. Et ex dolorib. dolores auris, & ophthalmia: & in ea multiplicantur propriè, quum non fuerit ventosa erysipila, & † pustulæ, quę sunt eius naturę, cuius est ipsa. Quum verò æstas fuerit vernalis, erunt febres bonæ dispositionis, non habentes asperitatem & acuitatem siccam, & multiplicabitur in ea sudor, & expectabitur in crisib. propterea ꝙ caliditas & humiditas huic proportionantur: quoniã caliditas resoluit, & humiditas laxat, & poros dilatat. Quũq́; æstas fuerit meridionalis, multiplicabũtur in ea mortalitates, & ægritudines, variolæ, & morbilli. septẽtrionalis verò æstas est sana, [p] [ideoq́;] exprimẽdi ægritudines in ea multiplicantur. Ægritudines autem istæ exprimendi sunt ęgritudines, q̃ proueniũt ex cursu materiei [q] [pp calorem occultum, aut manifestum: quum percutit eum frigiditas manifesta, & premit.] Et hę quidẽ ęgritudines sũt sicut rheumatismi, & q̃ ipsos sequuntur. Quũq́; æstas fuerit septentrionalis sicca, phlegmaticis confert, & mulierib. & choleram habentib. rubeam accidet ophthalmia sicca, & febres acutę longi temporis, & proueniẽt ex adustione cholerę [r] [cõstrictio: &] cholerę nigrę exuberatio. Autumnus verò multarum existit ęgritudinũ, eo ꝙ in ipso homo sub sole calido multum incedit: deinde ĩ nocte peruenit ad frigus: & propterea ꝙ fructuũ est multitudo, qua humores fiunt mali, & propter dissolutionem virtutis in estate, humores pręterea fiunt in autumno mali propter mala cibaria: & propter subtilis resolutionem, & quia remanet spissum, & propter eius adustionem. quumq́; aliquis humor ebullierit: propterea quod natura ipsum vult expellere, & resoluit; reducit ipsum frigus [s] [ad stringendum.] Sanguis quoq; in autumno multum minuitur, immo sanguini in sua complexione contrarius existit. Non ergo ad ipsum generandum iuuat. Et etiã resolutio iam pręcessit, qua estas sanguinẽ resoluit, & ex ipso minuit. In ipso aũt accrescunt ex humorib. cholera rubea residua ab ęstate, & nigra, propterea ꝙ humores in estate fiunt cinis: & ideo in ipso cholera multiplicatur: quoniam ęstas adurit humores: & autumnus [t] [facit ex eis cinerem:] & principium quidem autumni senibus aliquo modo conueniens existit, & eius finis eos impedit maximo

n B. separat uel remouet ægritudines, humida verò glutinosa est.

o† B. quæ in tẽpore æstuoso, seu in uehementi calore ęstatis accidunt.

† bothor.

p B. sed.

q B. cum calore intrinseco, aut exteriori, quum percutit eas frigus manifestum vel exterius, & exprimit eas.

r B. propter coarctationem.

s B. ad coarctationem.

t B. infrigidat.

impedimento. Autumni aũt ægritudines sunt, scabies, quæ excoriat, & impetigines, & cancri, & iuncturarum dolores, & febres commistę, & febres quartanæ propter cholerę nigræ multitudinem, & propter illud, quod de eius [u] [operatione] declarauimus: ideoq́; ingrossatur splen in eo, & accidit in ipso, vt vrina guttatim emittatur, propter illud, quod vesicæ accidit ex diuersitate complexionis inter caliditatem & frigiditatem. Difficultas quoque accidit vrinę, quòd plus accidit, quam quòd vrina guttatim emittatur. Et accidit in eo lienteria: & hoc quidem est; propterea quòd frigiditas expellit illud, quòd ex humorib. est subtile ad interiora corporis: & fit in eo scia. & accidit in eo synanche acuta cholerica, & in vere phlegmatica: quoniã principium cuiuscunque humoris earum, est ex humore, quem efficit tempus: quod ante ipsum fuit; & in ipso etiam multiplicatur iliaca sicca. Et est, quum in eo accidit apoplexia, & ęgritudines pulmonis, & dolores dorsi, & coxarũ propter motum superfluitatum in æstate primum, & postea earum constrictionẽ. Et multiplicantur in ipso vermes in ventre propter debilitatem virtutis in digerendo & expellendo. In ipso etiam, & propriè in sicco multiplicantur variolæ, & præcipue, quũ ante ipsum fuerit ęstas calida. Et in ipso etiã multiplicatur mania propter humorum cholericorum malitiã; & quia cholera nigra eis cõmiscetur. Autumnus præterea est tempus, quod in pulmone habentib. [x] [apostema] est deterius, qui sunt habẽtes phthisim: & ipse detegit occultum in sua dispositione: quum ante ipsum initium habuerit, & non bene manifestabatur. [y] † [ ] Hecticã quoque habentib. singularem, est ipse deterius tempus causa suæ exsiccationis. Amplius autũnus est sicut nutritor reliquarum ægritudinum ęstatis. [2] Et autumnus, qui melior existit, est, qui est magis humidus & pluuiosus. Et deterior est ille, qui est siccus.

u B. causa.

x B. ulcus.

y † B. per signa.

ANNOTATIONES.

1 *Copiosè describit hęc omnia Hipp. 3. aphór. lib. Quum enim ad aerem referantur temporum mutationes, & sicut aer, eadem salubrium & insalubrium causarum rationem habeant: cum illic de temporibus agit, considerat tempora uel generatim, uel particulatim: generatim agit in aph. 1.4.5.7.8.15.16.17.19. Particulatim uerò de ijs duplici ratione tractat, ut seruant propriam eorum naturam, uel ut eam non seruant. Ut propriam naturam non retinent, agitur aph. 6.11.12.13.14. Ut uerò propriam naturã conseruant, duplici adhuc ratione considerantur, uel absolutè, uel in comparatione ad ætates. absolutè ergo de his singulis agit, de uere; aph. 9. & 20. de æstate aph. 22. de autumno aph. 9.10.22. De hyeme autem aph. 23. At de his in comparatione ad ætates tractat aph. 18. atque ita ex eo libro integrum hoc caput desumptum est. Pro qua re uide & Celsum lib. 2. de med.* Cap. 1.

2 *Sed unum est quod hic author in postremis huius capitis uerbis notat, quæstione dignum. Ait nempe humidã & pluuiam autumni constitutionem sicca esse meliorẽ. At huius contrarium 3. aph. Hipp. scribit ex anni nimirum cõstitutionib. siccitates in uniuersum imbribus esse salubriores, & minus exitiales. Nouimus qui controuersiam hanc uiri alioqui eruditi nullo pacto sedari posse existimauerint.* aph. 15

At PATERNVS clarissimus nostra tẽpestate vir, quo est ingenio, & bonarum literarum eruditione, dum Pisis medicinam superioribus annis summa cum laude & frequentissimo auditorum cętu profiteretur, litem hanc ita diremit, vt nullus præterea dubitationi sit locus. Illa (ait) sanitati commodissima sunt tempora, & ea saluberrima est anni constitutio, quæ non calida, non frigida, nõ humida, aut sicca est, sed secundum rationem se habet, & in qua tempora suam ipsorum naturam seruant. fiunt enim & legitimi morbi, & boni iuditij, & minimè exitiales, ut ait 3. aph. aph.8. *Hipp. At ea secundum rationem est constitutio, ut idem* cap.6. *Hipp. lib. de loc. aere & aqu. notat, & Gal. repetit 3. aph. si* Com.8. *secundum rationem fiant signa in astris occidentibus; & in autumno aquæ fiant: & hyems sit moderata, neq; valde clemens, neque modum excedens frigiditate; & in verè, & in æstate tempestiuè pluat. sic sanè (ait) saluberrimũ esse annum par est. Quamobrem, quum legitima autumni constitutio sit, si aquę fiant, ac pluuius sit autumnus, iure Auicennas, sicco humidum autumnum præfert. præstat enim pro tuenda sanitate naturas temporum seruari, & ea esse legitima, quàm cum siccitate. At si non animaduersa particularium temporum anni natura, siccitates in vniuersum imbribus comparaueris: certum est humidos temporum status putredini esse aptiores quàm siccitatem. & siccam propterea constitutionem humida esse salubriorem, quod senex scriptum reliquit.*

De iudicijs compositionis anni. *Cap.* 7.

QVum hyemi meridionali ver superuenerit septentrionale, quod postea æstas sequitur valde [a] [vaporosa,] & multiplicatę fuerint aquæ, & ver conseruauerit materias vsque ad æstatem, multiplicabitur in autumno mortalitas in [b] [pueris,] & multiplicabuntur dysenteria, & intestinorum vlcera, & tertiana notha prolixa. Quumque hyems multarum fuerit aquarum, abortient illę, quę se in vere parituras sperabant [c] [absque causa.] Qđ si pepeperint, erit, quod pariet, debile, aut mortuum, aut grandem habens malitiam. Et in hominibus multiplicabuntur ophthalmię, & sanguinis egestio. Et catarrhi tunc multiplicabuntur, & propriè in senibus; & descendẽt in membra eorum occultata: & quãdoque morte morientur subita, ideo quòd uię spiritus subito ex multitudine oppilantur. Et quũ ver pluuiosum & meridionale fuerit. ipsumque hyemi supuenerit septentrionali, multiplicabuntur in æstate febres acutę, & ophthalmia, & naturæ solutio, & sanguinis egestio, & plurimum horum omnium continget propter rheumatismos; & propterea ꝙ phlegma, quod in hyeme adunatum fuit, [d] [ad foramina descendet occulta,] eo quòd ipsum mouebit calor, & propriè in humidas habentibus complexiones, sicut mulieribus: & multiplicabuntur putrefactio, & ipsius febres. quod si in aliquorum æstate euenerit pluuia, tempore quo canis eleuatur, & postea venerit ventus septentrionalis, boni fiducia habebitur, & resoluentur ægritudines. Quibus autem plus nocet hoc tẽpus, sunt mulieres & pueri. Et qui ex eis euaserit, ad quartanas deueniet, propter humorum adustionẽ, & quia fiunt cinis; & post quartanas, perueniet ad hydropisim, & ad dolores splenis, & ad hepatis debilitatem propter hoc. In senibus autẽ, & in corpore, in quo est timor frigoris, est eius nocumentum paruum. Quum verò ęstati siccę septentrionali, superuenerit autumnus pluuiosus meridionalis, pręparabũtur corpora ad hoc, ut veniant in hyeme dolor capitis, & tussis, & raucescent eorum guttura, & fluent: quoniam coryza multum accidet eis. Et similiter quum æstati siccæ meridionali superuenerit autumnus pluuiosus septentrionalis, multiplicabitur etiam in hyeme dolor capitis, & post rheumatismus, & [e] [tinnitus,] & raucedo. Et quum æstati meridionali autumnus superuenerit septẽtrionalis, multiplicabuntur in eo ægritudines exprimendi & constringendi; & iam sciuisti hoc. Et quum autumnus & æstas in hoc conueniunt, vt sint ambo meridionales humidi, multiplicabuntur humores: & quum venerit hyems, venient ægritudines exprimendi, quas nominauimus, neque est lõge quin ad constrictionem, & materierum conculcationem perueniatur, eo quòd sunt multæ, & quòd vapores non habeant, vnde egrediantur, vt ad putridas perducat ęgritudines, neq; fallet, quin hyems sit infirma, propterea ꝙ inueniet malas materias constrictas & multas. Quum verò ambo fuerint sicci septentrionales, iuuabũt eum, cui nocet humiditas, & mulieribus, & qui est talis, quales ipsæ sunt, accident ophthalmia sicca, & catarrhus longi temporis, & febres acutę, & melancholia. Hyems autem, quæ est frigida & pluuiosa, ardorem efficit urinæ. Et quum ęstatis caliditas fortis fuerit, & eius siccitas, prouenient scynãtię pernitiosæ: aut non pernitiosæ: & quę aperientur, aut quæ non aperientur: & illę quę aperientur, aut erunt interius, aut exterius, & variola & mingẽdi difficultas, & morbillus, [f] [& ambo erunt salui, & ophthalmia, & sanguinis corruptio, & tristitia, & mẽstruorum, & sputi retentio:] & quum post hyemem siccam fuerit ver eius siccum, erit malum. Amplius mortalitas corrumpit arbores & vegetabilia: ideoque corrumpuntur ex animalib. quæ ea comedunt: & ideo homines, qui eis vescuntur, corrumpuntur.

a B. æstuosa seu valde calida.

b B. adolescentibus.

c B. qualibet causa.

d B. ad concauitates transmittetur intrinsecus.

e B. tussis.

f B. & hamicha & uariolæ salubres & ophthalmiæ, & sanguinis corruptio, & tristitia, & menstruorũ retentio, & sputũ sanguinis.

ANNOTATIONES.

Aeris dispositiones, quæ temporum anni mutationes sequuntur; quos futuros morbos significent, sciri ferè, nisi experientia non potest. via enim demonstratiua cognosci hæc aut difficile, aut impossibile est, vt Auer. notat 4. Coll. pro Cap.14. *ptereaq́; in hoc esse recipienda antiquorum testimonia suadet. possunt tamen probabiles quædam de his quoque rationes afferri. vnde & Galen. primo, in primum de vulg.* à principio. *morbis, Quintum redarguit: quòd is Hippocratem de anni temporibus nulla causæ ratione habita, sed sola esse loquutum experientia est arbitratus; nempè quum eorum, quæ in aphorismis tradidit, rationes causasq́; in lib. de locis aere & aquis docuerit. Hæc tamen verè & si confirmari probabilibus quibusdam & sæpe ueris rationibus possunt: perpetuò tamen non sequuntur certi morbi certas temporum constitutiones. ut neque semper ea eueniant, quæ de his Hippocrates scripta reliquit. Hunc tamen ducem omnes sequimur prudentem certè & exercitatum, sequitur eum & author noster, de anni temporum mutationibus: pro qua re uide quæ 3. aphor. & lib. de loc. aer. & aqu. nec-* Cap.11. & deinceps. *non 1. in primum de morb. uulg.* Comm.1.

De accidentibus aeris impressionibus, quæ non ualde cursui naturę contrariæ existunt. Cap. 8.

N[1] Vnc autem dictionem complere debemus de alijs mutationib. aeris non naturalibus, neque contrarijs naturę: quæ secundū res celestes, & res terrestres eueniunt. Et iā quidem multas earum innuimus in narratione tēporum. Illę verò, quæ res sequuntur cœlestes, sunt, sicut ea, quæ stellarum causa accidunt. Est enim quum multæ ex stellis [a] † [ ]in uno coniunguntur loco, & cōiunguntur soli: & ꝓuenit ex hoc calefactio multa eis, quorū capita sunt ipsis opposit:, aut locis, quę sunt circa eas: & est quū ab oppositione capitū multa remouentur lōgitudine & minuitur calefactio. Impressio enim rectitudinis capitis ī calefaciēdo nō est sicut impssio durabilitatis rectitudinis, & propinquitatis. Rerum autem terrestriū aliæ sunt, quæ sunt propter causam latitudinū [b] [terrarum] aliæ sunt, q̄ sunt propter altitudinē ciuitatū, & propter earum profunditatem; & aliæ sunt, quę sunt propter causam montiū: & alię sunt, quę sunt propter marium causam, & aliæ sunt, quę ventorum causa existunt: & aliæ sunt, quæ sunt propter causam terræ. Illæ aūt: quæ sunt propter causam latitudinum, sunt ꝙ si terra fuerit, quæ sit circa reuolutionē capitis Cancri in septētrione, aut reuolutionē capitis Capricorni in meridie, erit [c] † [ ] magis calida, quā illa; quæ elongabitur ab ea ad partē lineæ æquinoctionalis, aut ad septentrionē. Credere verò debent sermonem ex eo, ꝙ videtur quòd terra, quæ est sub circulo æquatiōis diei est circa equalitatem: quoniā causa cœlestis calefaciēs ibi est causa una, quę est solis oppositio capiti: & hęc quidē oppositio sola non magnā efficit impressionem. Quod autem magnam efficit impressionē est durabilitas oppositionis. Ideoq; calor [d] [in medietate horæ octauæ] est maior calor quam in medio diei; & propterea quum sol est ī postremo Cācri, & ī principio Leonis, est maior, quā est, quum est in fine suę declinationis. Et ideo quum sol a capite cācri procedit ad illud, quod est minoris declinationis quam ipsum, est eius calor maior quā sit, quum est in tanta declinatione, & nondū peruenit ad caput cācri. In terra verò, vbi est linea æquinoctialis, non opponitur sol capiti, nisi paucis diebus: sed postea cito elongatur. Augmentum nanque partium declinationis apud duos nodos, multo existit maius quam augmētum, quod existit apud tropicos: immo fortasse apud duos tropicos nō operabuntur motus trium dierum, aut quatuor, aut plurimum impressionem sensu perceptam: deinde sol moratur ibi in latitudine vna aut circa, longo tēpore, & incessanter calefacit: quapropter pro sententia tenendum est, ꝙ terræ, quarum latitudines sunt propinquæ declinationi toti, omnib. terris sunt calidiores: & post ipsas, illæ, quæ ab ea duobus elongantur lateribus ad partes duorum polorum quantitate quindecim graduū. In linea verò æquinoctiali non est calor illius superfluitatis, quam facit oppositio circa reuolutionem capitis cācri in locis habitatis. Frigiditas autem in terris, quæ ad septentrionem longè sunt ab ista reuolutione, est maior. Et hoc quidem est illud, quod est considerandum secundum latitudines terrarū, ita tamen, ut in omnibus alijs dispositionibus similes existant. [2] Illud uerò, quod est secundum terrę situm, est ꝙ quandoque in alto consistit loco, quandoque in profundo. Et locus quidē profundus est calidior. Et locus altus semper frigidior. Illud [e] [verò, q̄d est circa terram in hoc spatio,] in quo sumus, est calidius, propterea ꝙ solis radius circa terrā fit fortior, & quod ab eo ad terram altā elongatur, est magis frigidū. Et eius quidē causa in parte naturalis philosophiæ continetur. Quumq; profundū [f] [præter hoc fuerit imum,] plus comprehēdit radiū, & est magis calidum. Illud verò, quod causa mōtiū existit, si est illud, in quo mōs existit secundum intentionē habitationis, est ingrediēs in diuisionem, quā nominauimus: & si est illud, quod est secundum intentionē vicinitatis, est id, de quo loqui nūc uolumus. Dicemus ergo, ꝙ mons in [g] [spatio] duob. operatur modis, & vnus est ex parte, vnde super ciuitatem solis radios reducit, aut ipsos ab ea tegit: & alter est ex parte, vnde ventum prohibet [h] [& eius exuberationem refrenat.] Primus autem est, sicut si a parte septentrionis alicuius regionū, quæ sunt septentrionales, fuerint mōtes: & eleuetur super eam sol ī sua reuolutione; reflectetur ipsius calefactio ad regionē, & calefaciet eam, licet regio sit septentrionalis, & similiter quū mons est a parte occidentis, & discooperitur ab oriēte. Et quum mons existit a parte oriētis, minus est quam istud in hac intentione. Sol nanque, quum mouetur, & super mōtē illum eleuatur in oī hora, ab eo elongatur, & radij qualitas se minorando procedit, qui ab ipso sole ad illam tendit. Quū verò mons est ab occidente, nō est sic: sol. n. quaque hora ei appropinquando incedit. Modus autem ventum prohibendi est, ꝙ motus aut claudit a ciuitate flatum venti septentrionalis infrigidātis, aut multiplicatur [i] † [ ] flatus meridionalis calefacientis: aut est ciuitas inter duo cacumina mōtiū sita detecta obuiatiōi alicuius vēti, cuius exsufflatio ibi fortior erit, quā sit in terra plana: solet. n. aer, quū per viam incedit angustam, tractim procedere, & non cessare, & similiter aqua & alia. Et huius quidē causa in naturalibus est scita. Ciuitates uerò magis tēperatæ ex parte mōtium, siue sint coopertę, siue discoopertę, sunt, quę ab oriente discoopertę sunt, & a septentrione: & coopertę ab occidēte & meridie. Ex marib. uerò prouenit assiduè ciuitatib. quę sunt eis uicinę, humiditatis augmentū. Quod si maria fuerint a parte septentrionis, erit hoc adiuuās ad infrigidandum eas propter reuolutionem vēti septentrionalis, qui in natura sui frigidus existit super aquę faciē. Et si a parte fuerit meridiei, proueniet ex eis grossitiei meridionalis augmentum, & propriè si penetrandi locum non inuenerit: propterea quòd mons sibi in facie resistit: & quum a parte fuerit orientis, erit humectatio aeris ab eis maior, quam si in parte fuerit occidentis. sol enim sine cessatione resolutionem augebit, quanto plus appropinquauerit: sed in occidētalib. non sic ef-

a †B. luminosis.
b B. regionum.
c † B ęstas.
d B. circa uesperas.
e B. enim quod est prope terrā de aere.
f B. cū hoc fuerit concauum.
g B. in aere.
h B. aut adiuuat eius sufflationem.
i †B. in ea.

ficiet.[3] Ad summum uerò ex maris uicinitate prouenit in aere humiditas; postea si fuerint uenti multi sibi succedentes, quos non refrenauerint montes, erit aer magis a putrefactione saluus. Quòd si uenti exsufflare nequiuerint, erunt putrefactioni præparatæ, & ut humores putrescant. In hac autem intentione, uenti, qui sunt meliores, sunt septentrionales; post orientales; post quos sunt occidentales: & deteriores sunt meridionales. Sermo uerò de eo, quod uentorum causa generatur, duobus modis existit; sermo uniuersalis absolutus, & sermo secundum illud, quod vnicuique ciuitati proprium existit. uniuersalis uerò sermo est, quòd meridionalis secundum plurimas ciuitatum calidus est, & humidus. Sed calidus propterea quòd a parte solis uicinitate calefacta venit: & humidus, propterea quòd plurimum marium a nobis est meridionale: & præter hæc, quòd sunt meridionalia, operatur in eis sol fortiter, & euaporant ex eis vapores, qui uentis commiscentur: & ideo meridionales venti existunt laxantes. Septentrionales verò sunt frigidi, eo quòd super montes transeunt, & super terras frigidas multarum niuiũ, & sunt sicci, propterea quòd eis non multi associantur vapores, quoniam resolutio a parte septentrionis fit minus, neque trãseunt super aquas[k] † [ ] marinas: sed transeunt secundum plurimum super aquas congelatas, aut super deserta. Et orientales quidem inter caliditatem & frigiditatem sunt temperati: sed fiunt occidentalibus sicciores. Septẽtrionale nanque orientis minus habet maria, quã septentrionale occidẽtis. Et nos proculdubio septentrionales sumus. Occidentales uerò parum plus sunt humidi, quoniam super maria transeunt, & quia sol eos suo diuersificat motu: vnusquisque enim horum duorum scilicet solis, & ipsorum, alteri suo motu quasi contrarius existit. Ideoq; non tantum resoluit eos sol, quantum orientales resoluit uentus: & propriè quia maior orientalium exsufflatio est in principio diei, & maior occidentalium exsufflatio est in fine diei. Et ideo occidentales minoris existunt caliditatis, quam orientales, & magis ad frigiditatem declinantes. Et orientales maioris caliditatis, licèt ambo comparatione uentorum meridionalium & septentrionalium sint temperati. Quandoque uerò in ciuitatibus, ventorum iudicia secundum alias res mutantur. Est enim quãdoque in quibusdam ciuitatibus conueniens, vt venti meridionales frigidiores sint, quum circa eas mõtes fuerint niuosi meridionales, & conuerterint se uenti meridionales ad frigiditatẽ, ideo quòd super ipsos transeunt. Et est quum septentrionales meridionalibus calidiores existunt, quum circa eos deserta fuerĩt adusta. Sed[l] [† assaniaym] aut sunt uenti, qui per deserta transeunt ualde calida, aut sunt uenti de genere fumorum, qui in spatio signa efficiunt terrefacientia similia igni: quoniam, quum sunt graues, ibi accidit eis sicut accensio, & combustio, & subtile separatur, & quod graue est, descendit, in quo existũt adustionis, & igneitatis reliquiæ: quia omnes uenti fortes: sicut uidetur sapientibus philosophorum, non incipiunt nisi a superiori: licet materierum eorum principium sit ab inferiori: principium uerò motuum, & exsufflationum, & turbinis eorum est a superiori. Et hoc aut est iudicium commune, aut secundum plurimum. Et hæc certificatio in parte naturalis philosophiæ continetur. Et nos quidem nunc nominabimus capitulum istius modi in locis habitatis. Ciuitatum uerò diuersitates sunt secundum terram, quoniam earum aliæ sunt lutosæ,[m] [ ] aliæ sunt quę sunt petrosæ: aliæ sunt quæ sunt arenosæ: alię sunt quę sunt limosæ, fœtentes, aut cœnosæ: aliæ sunt, super quarũ terram est uirtus metallina superans. & hoc totum in eius aere & aqua operatur.

k † B. fluidas.

l B. alsemaim. †. i. uenit suffocantes, qui diebus canicularibus flant.

m † B. liberæ.

ANNOTATIONES.

1 *Immutari aerem ex uarijs cæli, astrorumq́, lationibus atque aspectibus: & ex hac mutatione uarias morborum formas gigni, certum est. At uerò quomodo id fiat: doctiores inter se dißentiunt: quum alij astra non nisi calefaciendo in hæc inferiora agere existiment: id quod philosophi præsertim sentiunt: alij uerò non id solum, sed & particularibus quibusdam ac uarijs astrorum facultatibus diuersorũ morborum euentus ascribant, ut Mathematici. Cæterum in hoc doctorum hominum dißensu, quid statuendum sit, nos certè Hippocratem sequuti id fatemur, quod medici ac philosophi omnes pro constituto habent, astra communi illa calfaciendi facultate & in gignendis morbis & in restituenda sanitate plurimum posse. unde & dicimus Hipp. lib. de loc. aer. & aqu. medicum propterea Astronomiæ operam dare suadet, ut qui morbi quo tempore futuri sint, ex syderum aspectu & ortu cognoscat. & in eodem libro Canis, Arcturi, & Pleiadum occasum prænosci ait oportere, ijs qui purgatoria propinaturi sunt medicamenta. & Auicennas quoque & alibi sæpe astris uim salubris atque insalubris causæ tribuit, & præsertim lib. Cantic. parte prima tract. 1. ubi fortunatas stellas sanitatem: infortunatas uerò morbum significare testatur. qua certe sententia non cõem tãtũ causam proponit, ipsam uidelicet calefactionẽ: sed peculiarem præterea, & singularem eã uim innuit, quam Mathematici cognouerunt. Præter hanc tamen communem causam, quam calefactionem esse philosophi uolunt, peculiarem quandam atque obscurã nobis, astrorum concursibus uim ineße nõ inuiti credimus, & si fortaße poßet & hæc ad manifestam ipsam causam calefactoriam referri. Obseruatum est longo iam usu, & longa experientia, oculorum uitio eos corripi, in quorum genituris Luna Soli aduersa est, & nebulosis stellis coniungitur. Itemq́, quum Luna in occiduo quidem est cardine, Mars uerò & Saturnus in oriente: Sol quoque in aliquo & ipse cardine sit constitutus ut Ptolæm. in centiloq. Epileptici item plerunque fiunt, qui, Luna ac Mercurio neq; inuicem, neq; cum orientali finitore colligatis, Saturni stellam interdiu, Martis uerò noctu cardinalem habent, quæ superiori è loco figuram despiciat. Quum uerò contrarium in his accidit, ut, Saturnus uidelicet noctu, Mars uerò interdiu figuræ dominator sit: ac maximè in Cancro, Virgine, aut Piscibus, insani euadunt, ut idem Ptolę. lib. apotelesmatum. 3. scriptum reliquit. obseruata sunt sexcenta alia id genus, non uano prorsum, atque incerto exitu, qui, quamuis & recta uictus ratione, & consilio prudentiaq́, auerti ij morbi & posint, & soleant; frequenter tamen nostros conatus & studia nostra eludunt. Aegyptus nostra tempestate singulo triennio peste laborat. hæc uerò neque medic.mẽ.is, neq; leui ingenio euitatur. Sole tamen*

Cap. 1.

Cap. 6.

tex. 104.

enunc. 69.

Leonem subeunte inclinat statim,& nullo adiuuante abo letur. Inuadunt certis quibusdam temporibus certi quidā morbi, qui vel nunquam antea, uel raro admodum visi sunt. ut in Italia Tiberij Cæsaris tempore Lychenes, nostro autem Gallica lues, quæ certè omnia ad certas quasdā astrorum concursiones Mathematici reijciunt. a quibus li cet forte & philosophi & medici plures dissentiant, multi tamen docti non discrepant. Noster author plurimum his astrorum concursibus tribuit, immò, ijs & salubris & insalubris causæ non mediocrem ascribit, lib. Canticorum, tex.104 *parte prima, tract. 1, a fortunatis stellis bonam ualetudinem, ab infortunatis malam conciliari scribens. Quo fit vt non temere fortasse, multi astrorum influxus, quos vocant, experientia innixi tueantur. & si interim non negem posse sæpenumero particulares hos effectus ad communē causam referri, præsertimq́; calfactionem, quam unam ex cæli motu per se produci philosophi existimant. At verò communis hæc cæli (vt ita dixerim) calfactoria facultas non omnibus eadem est: sed pro regionum varietate, præsertim verò pro Solis accessu & recessu variat, cui ferè inter cæli astra horum inferiorum dominatus ascribitur. Hic enim & generationis rerum maxima est causa (unde & rerum patrem eum vocant) & corruptionis, sui. s. vicinia & longinquitate dum per obliquum circulum vagatur, & hanc aut illam terræ partem magis aut minus calfactorio suo lumine afflat illustratq́;, id quod & philosophus 5. de gener. & corr. testatum reliquit.* tex.58. *generationum quidem author est moderato sui calore: corruptionum verò aut sui distantia nimia: ex qua frigiditatem sequi necesse est: aut nimio etiam æstu rerum, quo seruantur & viuunt, calidum atque humidum innatum absumens: dissipansq́; violentius. id quod certè nimiæ eius uicinię ratione euenit. Hinc, ijs, qui ad borealem sunt polum, huius solaris caliditatis inopia, minus felix uita est, ob frigoris excessū; ad Cancri verò & Capricorni circulum, ob calorem infelicissima; nobis verò tēperatior regio est & cultior. De ea verò regione q̄ æquinoctialis vocatur, variæ sunt doctorū hominū opiniones. et quæstio non leuis est excitata. quum alij habitari eam posse admittant, alij negent: alij habitari quidem, sed incommodè, alij verò coli summo habitari quidē, sed incommodè, alij verò coli summo commodo existimēt. De qua quidem re, vt paucis dicamus: harum opinionum* Cap. 5. *hi authores fuerunt. Aristoteles 2. meteor. non posse sub æquinoctiali circulo habitationem esse, censere videtur, ob immoderatum feruorem. eam nempe regionem Sol rectioribus quam vsquam alibi radijs aspicit; vt propterea uri eam oporteat. Ptolemeus 2. Almag. & 2. quadrip. posse* cap.67. cap.2. *habitari censuit, nondum tamen habitari eam nouerat. Author noster & hic & paulo antea, quum de temperamento loqueretur, temperatissimam esse regionem æquinoctialem, & coli posse disseruit. Recentiores uerò coli quidē testantur, sed incommodè, quum intemperata sit. Auicennæ opinio Aristoteli prorsus aduersatur, & conuenit cum Ptolæmeo, dum habitabilem eam opinatur. Contra hos ta*cap.5. *men Auerr. pro Arist. pugnat 2. meteor. Aduersus tamen & Aristotelem, & Auerroem doctissimus Manardus* Epist.1. *scripsit, quem tu vide lib. epist. 7. Cęterum quod ad hanc rem pertinet, æquinoctialem regionem esse habitalem con tra quam sensisse videatur Aristoles certum est, & temporibus nostris exploratissimum. vt Auerr. frustra non posse coli, aduersus & Auicennam, et Ptolemeum contendat. Quod verò non temperatissima sit, ut Auicennas cen set, sed intemperata; experientia quoquo ipsa manifestum facit; quum illius incolæ senescant cito, & cito intereant. quamuis id fortasse ex lacuum uel stagnorum aut ventorum causa proueniat, quā rem hactenus nos non multum exploratam habemus.*

2 *Illud verò quod est secundum terræ situm &c. Ait profunda loca esse calidiora. Huic rei & experimentum astipulatur. nempè quum radij a concauo corpore exeuntes & ad punctum cocuntes, vrentem calorem pariant, id quod speculis concauis experiri est. Idem & Hipp. scripsit* cap.18. *lib. de loc. aere & aqu. ex quo ferè desumpta sunt, quæ hic de vario urbium situ adnotantur.*

3 *Ad summum uerò &c. Ex maris uicinitate humectari aerem scribit. Dubitatur tamen de hac re, quum communis sit hominum sententia maritimam aquam exsiccare, vnde & ea si vlcera abluantur, sanescunt. Sanè nouimus quosdam, qui hoc solo experimento innixi, quòd vlcera exsiccari aqua maritima viderint; & sicciorem ex ea reddi aerem pro constanti haberent. Cæterum quantum hi fallantur ipsa docet experientia, quum Venetijs, ubi hæc scribimus, tanta aeris humiditas ex maritimis hisce aquis comparetur, quibus tota urbs alluitur, vt pituitosis excrementis omnia redundent. & si enim maritima aqua quia salsa est, sicca potestate sit, ij tamen, qui ex ea calore solis halitus efferuntur, humidi sunt. terrenis & crassis partibus, quibus inest siccitas, remanentibus. Hoc sensisse & Auerroum putamus in paraphras. libelli de longit. & breuit. vitæ. quum maritimas aquas calidas esse et humidas, propterea q́; in maritimis insulis viuere diutius animalia adnotauit. quod nempe in his aquis tenuissimum est, solis vi in aerem effertur, ipsumq́; humectat, quamuis terrestre id quod remanet: sit siccum. Cetera quæ his author subiungit de uentis, pete ex Hippocrate lib. de loc. aer. & aqu. &* cap.2. *3. de dieta. necnon ex Aristotele, & Auerroe. 2. meteor.* cap.6.

De impressionibus aerearum mutationum malarum, cursui naturali contrariarum. Cap. 9.

M[1] Vtationes verò naturam egredientes sunt: aut propter conuersionem in substantia aeris factam: aut propter conuersionē in qualitatibus ipsius. Quod verò in eius existit substantia, est, vt eius substantia ad malitiā conuertatur, non ideo quòd aliqua suarū qualitatum ualde fortior facta fuerit secundum augmentum uel diminutionem; & hæc est pestilentia. Et si putrefactio quæ accidit aeri, similis putrefactioni aquæ [a] [remollientis] fœtidæ. a B.stagnantis. Nos nanque, quum aerem dicimus nolumus dicere aerem simplicem nudum, quoniā ipse non est aer, qui nos circundat, & si inuentus fuerit purus, fortasse erit alius. Ipse enim & vnumquodque simplicium nudorum non putrescunt, sed aut in sui qualitate, aut in sui substantia in aliud conuertitur simplex, sicut aqua conuertitur in aerem. Quum autem aerem dicimus, nolumus dicere nisi corpus[b] [in substantia sua commistum.] b B.sparsum in spatio. Et est corpus commistum ex aere certificato, & partibus aqueis vaporosis, & partibus terreis in fumo, & nubibus fingentibus, & partibus igneis. Et nos neq; dicimus illum aerem, nisi quo modo dicimus aquam maris aut lacuum aquam: licet non sit aqua pura simplex, sed mixta ex aere & terra & igne: sed superās in ea est aqua. hic ergo aer putrescit quandoque, & conuertitur eius substantia ad malitiam, sicut aqua lacunarum putrefit, & conuertitur eius substantia ad eam.[2] Pestilentia autem & aeris putrefactio secundum plurimum euenit postremo æstatis, & in autūno. Et nos quidem nominabimus accidentia, quæ ex pestilentia in alijs locis proueniunt,

Quod

Quod verò in ipsius existit qualitatibus, est ut secundum caliditatem, aut frigiditatē ad qualitatem perueniat intolerabilem, in tantum, vt ꝑ ipsum messes, & generatio corrumpantur. Et hæc quidem est, aut conuersio homogenea, sicut rabiositas æstatis, quum fortior fit: aut cōuersio contraria, sicut frigoris [c] [malitia] in æstate, quæ propter aliquod euenit accidens. Ex aere verò, quum mutatur, proueniunt in corporibus accidentia. Quum enim putrescit, putrefacit humores, & incipit humorem putrefacere, qui a corde circundatus, quoniam ad ipsum propinquius accedit quam ad alium. Et si fortiter calefit, iuncturas laxat, & humores resoluit: ergo in siti augmentum præstat, & resoluit spiritum, & deijcit uirtutes, & prohibet digestionem, propterea quod calorem innatum occultum, resoluit, qui est instrumentum naturæ: & colorē efficit citrinum, propterea quòd humores resoluit sanguineos calorem rubificantes; & quia choleram alios facit superare humores: & cor calefacit calore non innato, & facit humores fluere: & ipsos putrefacit, & defert eos ad concauitates, & membra debilia: & corporibus sanis non est bonus. Est tamen, quū hydropicis confert, & paralyticis [d] † [ ] & † tetano frigido, & spasmo humido, & torturæ humidæ. Aer uerò frigidus calorem innatum ad interiora redire facit, nisi talem adeptus fuerit fortitudinem, per quam ad interiora ingrediatur: hic nanque est mortificans. Aer præterea frigidus non multum tamen prohibet materierum fluxum, & cōtinet eas: sed facit catarrhum, & debilitat neruos: & tracheam arteriam magno lædit impedimento. Et quum non fuerit fortis: digestionem efficiet fortiorem: & omnes occultas operationes efficiet fortiores, & excitabit appetitū. Ad vltimum verò est magis sanis conueniens, quā aer multæ caliditatis. Sed eius quidem nocumenta sunt ex parte operationum, quæ ex neruis pendent: & ideo quòd claudit poros: & [e] [quia premit] illud, quod intus existit in ossib. Aer verò humidus pluribus complexionū est bonus, & colorem efficit bonum, & cutem claram: & reddit eam mollem: & poros dimittit apertos, sed ad putrefactionem præparat. Et siccus quidem huic existit contrarius.

c B. uehemētis.

d † B. & patientibus catarrhos frigidos. † alcuzez.

e B. exprimit.

ANNOTATIONES.

1 *Aerem bifariam immutari quo ad substantiam, & quo ad qualitates testatur Gal. & lib. ar. med. & passim alibi; mutatur is etiam quo ad crassitudinem ac tenuitatem: sed mutatio hæc in modo substantiæ dicitur, referriq; ad mutationem in qualitatibus potest. hic per mutationē in substantia aeris putredinem præsertim intelligit, a qua pestilentes affectus fiunt, de qua re & Gal. libello de Theriaca ad Pison. Obijciet quispiam, aerem, quum sit corpus simplex, putrescere non posse; sed in aliud potius elementū conuerti. Ad tacitam hanc obiectionem occurrit author, & aerem qui nostra circundat corpora non esse ait purum ac simplex elementum. Idem & lib. 4. de febre pestilenti agens repetit: Peripateticos sequutus, qui elementorum simplicitatem sola ratione perpendunt. unde & Auerr. 4. meteor. elementa non reperiri pura & simplicia in suis etiā regionibus testatur: quamuis alibi ignem in propria sphera simplex & immixtum esse ambigat. & profectò, & si de medijs elementis certum est ea non esse simplicia, quum aerem descendere, & aquam ascendere contingat, ob mutuumq; contactum inuicem perpetuo commisceri (id quod & de terræ superficie intelligimus) extrema tamen elementa in eorum centro, extremaq; regione simplicia fortasse dici possunt, quum neque ad terræ centrum aquam, aerem, aut ignem descendere: aut cætera præter ignem ad extremam ignis ferri regionem, sit uerisimile. Quod ergo de aeris putredine hic author ait, ex philosophis sumpsit. Sed ambiget fortasse aliquis, & Arist. authoritate 25. problem. sect. negabit posse aerem putrescere. Sed non refragatur nobis philosophus. superior sane aeris pars ad ignis connexum pertingens, non putrescit, quæ igni mista est suapte natura, putredini reluctanti, ut patet 4. meteor. at reliquæ aeris partes & inferior, & quæ medio est loco, putrescit: id quod philosophus non negat. Quibus verò causis immutari aerem contingat, uide ex Gal. 9. methodi med.*

cap. 85. com. 10. Probl. 19. tex. 4. cap. 5.

2 *Pestilentia autem &c. Morbi omnes quidem omnibus temporibus accidunt ut Hipp. 3. aph. sed quidam magis in quibusdam fiunt & exacerbantur. Pestilentes quoque affectus omnibus accidunt temporibus, & æstatis initio, ut constitutio de qua Gal. lib. de bon. & ui. succorum, & hyeme & uere, ut passim ex Hipp. libris vulg. morb. licet adnotare: præsertim tamen autumno: id enim tempus ob caloris frigorisq; eadem die uarietatem, & quia tempori succedit, in quo multi humores assati sunt, & quibusdā vires debilitatæ; & humores acriores, qui antea difflabantur, tunc constipata ex aeris frigore cute ipsa ad interiora retrocedunt, & accessit præterea fructuum copia; maxime est ad acutissimos atque exitiales morbos opportunum, ut 3. aph. licet colligere. Videtur tamen hac in re dissentire ab authore nostro Rhasis. nempe qui libello de peste, grassari pestem postrema autumni parte & veris initio asserit, quum Auicennas æstatis fine & autumno ipso. s. inchoante eandem euenire scribat. Sed non discrepant. Hic inchoare ait æstatis fine, quod autumni est initium. Rasis verò non incipere, sed grassari ait atque exuberare, autumni fine, & veris initio.*

aph. 19. cap. 1. aph. & com. 9. cap. 3.

3 *Quum enim putrescit &c. Putrescere ait ex corrupto aere humores cordis in pestilenti affectu; quod sanè de febre pestilenti & Gal. 4. de præsag. ex puls. sunt tamen qui putrescere solidam quoque cordis substantiam putent in pestilentibus quibusdam affectibus.* cap. 3.

5 *Et si fortiter calefit &c. Quæ hic deinceps de calido, frigido, humido, & sicco aere subiungit, repete ex superioribus, vbi de effectibus, qui ex aeris qualitatibus proueniunt; generatim egit. Unum hic postremis uerbis notat, quod dubitatione non uacat. nempe humidum aerem pluribus temperaturis conferre: cuius tamen contrariū Hipp. statuisse videtur 3. aph. siccitates imbribus in uniuersum scribens esse salubriores. Cæterum facile sedatur hęc quæstio a clarissimo Paterno, Quum animalium ac hominis uita calido & humido constet; seruatur innatum humidum humido aere, & a sicco exsiccatur, dissipaturq; ; humiditas tamen aeris putredini obnoxia est magis quam siccitas. Est ergo tuendę ac producendę uitæ humiditas aptior; seruandæ uerò sanitati commodior siccitas.* aph. 15.

De naturis uentorum. Cap. 10.

IAm uentorum dispositiones narrauimus capitulo mutationum aeris nominatione aliqua. Nunc uerò in eis sermonem uolumus proferre aggregatiuum secundum alium ordinem, & incipiemus a septentrionali.

De

De vento septentrionali.

Septentrionalis corroborat, & indurat: & quæ manifestè fluunt, prohibet, & claudit poros, & digestiuam fortem efficit, & stringit uētrem, & prouocat urinam, & aerem putridum pestilentialem sanat. Quum uerò meridionalis septentrionalem præcedit, & sequitur eum septentrionalis; accidit a meridionali fluxus, & a septentrionali expressio interius, & quandoq; prouenit inde [a] [fissura] ad exteriora. Ideoque multiplicantur tunc fluxus materierum capitis, & pectoris ægritudines: & egritudines quidem septētrionales sunt, dolores neruorū, de quib. sunt vesica, & matrix, & difficultas mingendi, & tussis [b] † [ ] & costarum dolores, & lateris, & pectoris, & horripilationes.

a B. ruptura.

b † B. Alia litera. dolores iuncturarum.

De vento meridionali.

Meridionalis laxat fortitudinem, & aperit poros, & † turbat humores, & mouet eos ad exteriora ab interioribus, & in sēsibus efficit grauitatem. Et ipse est ex eis, quæ [c] [exituras] corrumpunt: & ægritudinum efficit recidiuationem, & debilitat, & super [d] [exituram] & podagram efficit pruritum, & commouet [e] [epilepsiam] & affert somnū, & facit febres putridas, sed non exasperat guttur.

† B. agitat.

c B. ulcera.

d B. ulcera.

e B. sodam.

De orientalibus ventis.

Venti isti, si in postremo noctis, & principio diei flauerint; venient ab aere, qui iam temperatus est propter solem, & subtiliatus, & eius humiditas iam fuit imminuta: ideoq; sunt sicciores & subtiliores: quòd si ī fine diei, & principio noctis flauerint: erit res contraria. Orientales tamen uniuersaliter occidentalibus semper existunt meliores.

De occidentalibus uentis.

Venti isti si flauerint in fine noctis & principio diei, uenient ab aere, in quo sol operatus non fuit. spissiores igitur & grossiores erunt. Quòd si in fine diei & noctis principio flauerint, erit res contraria.

A N N O T A T I O N E S.

Quę hic de uentis notat, habes ferè 3. apho. habes pulchrè, & copiosè ex Hipp. 2. de dieta & lib. de morbo sacro. habes item li. Hipp. de humorib. et ex Galeno commentarijs in eundem, quæ nunc recens opera doctissimi Rasarij Nouariensis ascriptis sunt latinitati tradita. scripta & de hac re plura sunt li. de loc. aere et aquis passim. necnon 1. in 1. de uulg. mor. et ab Aris. ac Auer. 2. meteor. sed & multa scitu sunt digna sect. proble. Arist. 26. Repetereq; hæc fermè et superiora oīa hic author uidetur lib. Canticorū parte prima tract. 1. de reb. non naturalibus, necnon libello de remouendis nocum. quæ accid. in regim. san. tractatu 2.

aph. 17. 12. & 5.
a principio.
circa finem.
com. 1.
cap. 4.
cap. 1.
cap. 1. & deinceps.

De his quæ proueniunt ex habitationum locis. Cap. 11.

IN capitulo mutationum aeris iam nominauimus dispositiones quasdam locorum habitabilium. Nunc verò etiam in eis sermonē volumus proferre compendiosum secūdum alium ordinem: neque est nobis curandum, si aliquid ex his, quæ diximus reiteremus.

Locorum habitabilium iudicia.

Iam sciuisti, quòd locorum habitabilium dispositiones in corporibus diuersificātur causa altitudinum, & profunditatum in ipsis: & causa dispositionis eorum, quæ eis uicinantur [a] [cum hoc] ex montibus & dispositionibus, terræ ipsius, si sit lutosa, aut humefacta, aut cænosa, aut si est in ea uirtus mineræ, & dispositionis multitudinis aquarum, aut paucitatis earum, & dispositionis eorum, quæ eis uicinā tur, sicut arborum, & miuerarum, [b] [aut fouearum,] aut cadauerum, aut horum similium: & sciuisti, quoniam aerum complexiones ex latitudinibus ciuitatum cognoscuntur, & terra ipsarum, & ex montium, & marium vicinitate, quam habent cum eis, & ex uētis earum. Et nūc quidem dicemus summatim, quòd omnis aer, qui cito infrigidatur, quum sol occidit: & cito calefit, quum ipse oritur, est subtilis. Qui uerò huic est contrarius, est è contrario: deinde omnibus aeribus deterior est ille, qui cor cōstringit: & aeris attractionem angustat: post hoc diuidemus nunc cuiuslibet loci habitabilis dispositionem.

a B. ex marib. &

b B. aut locorū sepulturæ.

De locis habitabilibus calidis.

Loca habitabilia calida nigrificāt capillos, & intantum crispant, quòd eos, quum colligūtur, piperi similes efficiunt: digestiuam debilitant: & quum in eis maxima fuerit resolutio, & minuetur humiditas, cito adueniet seniū, sicut in terra [c] [nigrorum.] Illis nanque, qui ibi morantur, aduenit senium in annis. xxx. & eorum corda sunt timida, propterea quòd spiritus multum resoluitur. Corpora præterea in locis habitabilibus calidis morantium sunt magis lenia.

c B. abisi.

De locis habitabilibus frigidis.

In locis habitabilibus frigidis morātes sunt fortiores, & audacię maioris, & melius digerētes sicut sciuisti. Quæ si fuerint humida: erunt ibi morantes crassi, & carnosi, & multa abundantes adipe: quorum uenæ erūt profundæ, & iuncturę occultæ: & ipsi erunt teneri & albi.

De locis habitabilibus humidis.

In locis habitabilibus morātes humidis pulchrarum sunt facierum. Quorum cutes sunt lenes. Et quum exercitantur, cito aduenit eis lassitas. Et eorum æstas non multum calefit, neque hyems ualde infrigidatur. Et eis adueniūt febres multæ moræ, & ventris & sanguinis exitus ex menstruis, & hæmorrhoidib. Et multiplicantur in eis hæmorrhoides. [d] [Et vlcera putrida, & putrefactio.] & multiplicatur in eis epilepsia.

d B. Et multiplicantur fistulæ & ulcera & alcola.
Alia litera & ulcera & putrefactio & alcola.

De locis, habitabilibus siccis.

In locis habitabilibus siccis morantium exsiccantur complexiones. Et ipsorum offuscantur cutes, [e] [& exsiccantur.] Et eorum cerebris cito aduenit siccitas. Et eorum æstas est valde calida. Et hyems quidem multum frigida.

e B. uel exiccantur & scinduntur.

De locis habitabilibus altis.

In locis habitabilibus altis morantes sunt sani, & fortes, laboris multum patientes: & uiuunt diu.

In locis habitabilib. profundis morantes, [f] [in vaporositate existunt multa, & hepatis debilitate; & aquis abundant non frigidis, & ꝓprie si fuerint stantes, aut aquæ lacuū, aut stagnorū; et queadmodū sciuisti, eorū aeres sunt mali.

f B. semper in umed. i. in calore æstuoso absque flatu uentorum. & in chid. i. in tristitia seu mæstitia. Et aquæ ipsorū sunt nō frigidæ, propriè si fuerint stantes, aut lacunales, aut aquæ

De

De locis habitabilibus petrosis, & discoopertis.

[marg.: (...)orum sunt bau rachie existêtes in locis aridis adustis, quãuis aquæ ipsorum causa aeris ipsorum sint malę.]

Horum aeres in ęstate sunt valde calidi, & in hyeme multum frigidi. Et eorum corpora sunt dura, & solida; & multorum capillorũ, fortia, & iũcturæ manifestæ: & vincit in eis siccitas; & sunt multum vigilantes, & sunt malorum morum[g] [inobedientes:] & est in eis bellorum fortitudo, & solertia in artibus, & acuitas.

[marg.: g B. superbi.]

De locis habitabilibus montuosis, & niuosis.

In locis montuosis niuosis morantium iudicium est, sicut aliarum terrarum frigidarum. Et eorum terræ sunt ventosę: & dũ nix moratur, generantur in eis boni venti: sed quum resolui tur, si montes habent, qui ventos prohibeant:[h] [fiunt vaporosa.]

[marg.: h B. accidit umed. i. calor æstuosus.]

De locis habitabilibus marinis.

Horum temperantur caliditas, & frigiditas propter suæ humiditatis ad passionem inobedientiam; & ad recipiendum illud, quod in ipsa penetrat. In humiditate verò & siccitate proculdubio ad humiditatem declinant. Et si septentrionalia fuerint, erunt maris vicinitas, & habitationis profunditas magis temperatæ in eis. Et si meridionalia fuerint, calida erit è contrario.

De locis habitabilibus septentrionalibus.

Horum habitabilium locorum hominum iudicium est, sicut iudicium ciuitatum, & tẽporum frigidorum, in quib. multiplicantur exprimendi & constringendi ægritudines: & multiplicantur in eis humores in occulto corporis cõgregati. Et solet in eis esse digestiuę bonitas, & vitę longitudo: & multiplicatur in eis exitus sanguinis ex naribus propter multam repletionem, & resolutionis paucitatem: venæ ergo aliquando scinduntur. epilepsia verò non eis accidit, propterea quòd sũt interius sani, & quia calor eorum innatus est multus: quę si acciderit, erit fortis, quoniam non eueniet, nisi propter fortem causam. In corporibus pręterea eorum cito vlcera sanantur, propter eorum fortitudinem, & sanguinis eorum bonitatẽ, & propterea ꝙ exterius nõ est causa, quę ea laxet[i] [aut ea detegat: Sed propter multum caliditatis cor dium eorum sunt in eis mores lupini.] Mulie dium eorum sunt in eis mores lupini.] Muliebribus præterea eorum accidit ne à menstruis perfectè mundentur, quoniam earum mẽstrua non sufficienti fluunt cursu propter viarũ constrictionem; & quia non est ibi, quod ipsa facit currere, & laxet. Et propter hoc dixerunt quidam, quod sunt steriles, quia earum matrices non sunt mundæ; hoc tamen diuersũ est ab eo, quod in[k] [Parthorũ] terris videmus. Ego autem dico, quòd caloris innati earum fortitudo parificatur ei, qui minuitur ex causis, quæ fluere faciunt, & laxant, exterioribus. Et dixerũt ꝙ raro accidit eis, vt abortũ patiantur. Et hoc quidem demonstrat, ꝙ uirtutes morãtium in istis habitabilib. locis sunt fortes. Et partus aduenit eis durus, quoniam membra earum pariendi stricta sunt, & solida. Quod vero abortiunt, secundum plurimum, fit propter frigus. Earum quoque lac paucum est & grossum, propter frigus non permittẽs penetrare & currere. Est ẽt, quum in hac terra accidit, & præcipue debiles habentibus virtutes, vt mulieribus,† tetanus, & phthisis: & eis propriè, quę pariunt, accidit eis phthisis, & † tetanus frequenter; propterea ꝙ vehementer se exprimũt ex duritie partus. Venę ergo, quæ sunt in parte pectoris, scindũtur, & partes aliquot ex neruis & villis. Ex primo igitur accidit phthisis, & ex secũdo † tetanus. † ab domen quoq; vẽtris præparatum est ad scindendum apud vehementem expressionem. Et pueris accidit ramex aquosus, qui ab eis remouetur, quum crescunt: & puellis accidit aqua ventriũ & matricum, quæ, quum crescũt, recedit. Ophthalmia verò raro accidit eis. sed quũ accidit est fortis.

[marg.: i B. & humectet ea, uel faciat ea fluida. Sed propter uehemẽtiã caliditatis cordium eorũ sunt in eis mores leonini.]

[marg.: k B. Turcharum]

[marg.: † cuzez. † cuzez. † cuzez. † Mirach.]

De locis habitabilibus meridionalibus.

Eorum iudicia sunt iudicia terrarum, & tẽporum calidorum: plurimum autem aquarũ, quę sunt in eis, est salsum, & sulphureum. Et capita morantiũ in illis sunt plena humidis materiis, quoniam meridies hoc operatur. Et eorum ventres sunt soluti, propter illud, quod ex eorum capitib. ad stomachos descendit. Membra quoq; eorum sunt laxa & debilia: & sensus ipsorum graues: & desideria comedendi & bibendi debilia:[l] [& quolibet vino grauantur, propter quod eorum capita, & stomachi grauia existunt;] ulcera quoq; eorum duriter sanantur, & mollificantur. Mulieribus verò accidit multum sanguinis menstrui exitus:[m] [neque constringitur] nisi cum difficultate. Et frequenter abortiunt propter multitudinem ęgritudinum earum, & nõ ab alia causa. Viris quoque accidit à ventre sanguinis exitus, & hęmorrhoides, & ophthalmia humida, quę cito sanãtur. Senibus verò, qui transeunt quinquaginta annos, accidit paralysis propter eorum catarrhos. Et accidit omnib. eis, propterea ꝙ sũt eorũ capita plena, & asthma, & tortura, & epilepsia. Et accidunt eis febres, in quibus caliditas, & frigiditas coniunguntur: & febres longæ hyemales & nocturnæ. Acutæ verò febres parum accidunt eis, propterea ꝙ eorum ventres multum resoluuntur,[n] [&] dissoluitur subtile, ꝙ est in eorum humoribus.

[marg.: l B. Alia litera. & magnificatur ebrietas ipsorũ a uino propter debilitatem capitum ipsorũ, & stomachi ipsorum. Alia litera. & quolibet uino inebriantur propter debilitatẽ capitum ipsorũ & stomachi ipsorum.]

[marg.: m B. & non impregnantur.]

[marg.: n B. unde.]

De locis habitabilibus orientalibus.

Ciuitas, quæ ab oriente est aperta, ei in oppositione posita, est sana & boni aeris. Sol enim in principio diei super eam eleuatur, & aerem eius clarificat: postea recedit ab ea, aere iam clarificato, & exsufflant super ipsam venti subtiles, quos præmittit ei sol. Deinde ipsemet eos sequitur, & conueniunt ipsorum motus.

De locis habitabilibus occidentalibus.

In ciuitate, quæ ab occidente est discooperta, et ab oriente cooperta, nõ venit ad eam sol, nisi tarde. Et illico, quum venit ad ipsam, incipit elongari ab ea: quia non ei appropinquãdo incedit. Non ergo eius subtiliat aerem, neq; exsiccat, sed dimittit ipsum humidum grossum; et si ventos ei mittit, mittit eos ab occidente, et in nocte. Iudicia ergo ipsorum sunt iudicia ciuitatum humidarum, et complexionum caliditatem habentium temperatam[o] [grossam.] Et nisi esset propter illud, quod ex spissitudine prouenit aeris: eorum natura veris naturę similis existeret. Sanitas verò in eis minus existit quàm in terris orientalibus, cum diminutio-

[marg.: o B. grossi aeris]

ne multa. Neque audienda sunt verba eius, qui dicit absolute, quod virtus huius terrę est virtus veris: [p] [sed ad comparationem aliarum terrarum valde bonarum.] Quod verò in ea vehementer existit malum, est quod sol non aduenit ei nisi postquam iam inualuerit ad calefaciendum clima. Ideo quia est altus super eam, igitur post frigus noctis ob hoc subito eleuatur. Sed propter humiditatem complexionis aeris eius sunt voces hominum raucę, & proprie in autumno propter rheumatismos ipsorum.

p B. imo quòd ipsa in comparatione ad regionem aliã est bona ualde.

De eligendis locis habitabilibus, & eis preparandis.

Qui loca eligit habitabilia, cognoscere debet terram ciuitatis, & quomodo existit eius dispositio secundum altitudinem, & profunditatẽ, & discoopertura m, aut coopertura m. Et eius aquam & substantiam aquę ipsius; & quomodo existit secundum eius propalationem, & eius discoopertura m, aut secundum sui occultationem, & ipsius profunditatem. Et si sit ventis exposita, aut in terra profunda. Et debet cognoscere ventos ibi flantes si sint sani frigidi, Et quid ei sit vicinũ ex maribus, & [q] [pelagis], & mõtibus, & mineris. Et debet scire qualis sit terra secundum sanitatem, & egritudines: & quę ægritudines illic commorantibus euenire soleant. Et debet cognoscere illic commorantium fortitudines, & eorum desideria, & digestiuam, & nutrimentorum eorum bonitatem. [r] [Et quomodo existat eius structura, & si sit ampla, spatiosa; aut sint eius introitus angusti: & locus vnde vapor egreditur, sit constrictus.] Post hoc oportet vt fenestrę, & portæ sint oriẽtales, & septentrionales. Sitq; illud vnde magis sollicitari debes, vt venti orientales structuras ingredi valeant: & vt sol ad vnumquenque locum intrare queat, qui ibi existit: quoniam ipse est, qui aerem rectificat. Vicinitas quoque aquarum dulcium mobilium currentium multarum: & mundarum: & quę hyeme infrigidantur, & æstate calefiant, & diuersę ab eis, quę [s] [occultantur] est res conueniens, & adiutorium præbens. Et iam quidem locuti fuimus de aere: & locis habitabilibus, verbis expositorijs. Nunc autem loqui debemus de causis, quę ista sequuntur, quę cum eis numeratæ sunt.

q B. lacunis.

r B. Et debet scire dispositioné fabricarũ eius, seu domorum ipsius, & an sint amplum, spatiosum aut strictũ habentes ingressum, uel introitum: & an fenestras habeat, & uias per quas aer transpirat suffocatas seu impeditas.

s B. sunt flantes.

ANNOTATIONES.

Pulcherrimè prosequutus hanc rem est author librorũ de dicta lib. 2. author lib. de loc. aer. & aqu. Repetit & author noster in Canticis parte 1. tract. 1. de reb. non nat. sed & Vitruuius lib. 1. quæ tu uide.

à principio. cap. 2. & passim cap. de aere. Cap. 3.

De eis, quæ proueniunt ex motu, & quiete. Cap. 12.

MOtus operatio in corpore humano diuersificatur, ideò quod est fortis, aut debilis, aut paucus, aut multus: & propter illud, quod ei ex quiete admiscetur. Et istud quidem apud sapiẽtes est diuisio per se. Et propter illud [a] [quod in ipso exercet homines ex materijs.] Et motus quidem fortis, & multus, & paucus, & cũ quiete mixtus, omnes communicant in hoc vt calorem efficiant fortiorem: sed fortis non multus differt à multo non forti, & à multo quieti admixto; quoniam ipse vehementer calefacit corpus: & si resoluit, parum resoluit. Multus verò paulatim resoluit plusquam calefaciat. Et cum quisque eorum [b] [multus] existit: infrigidat, propterea quòd vehementer calorem resoluit naturalem; & etiam exsiccat. Sed quum ipse in aliqua exercebitur materia; plerunque materia illa efficit, quod eius adiuuabit operationem; & plerunq; facit, quod ipsam diminuit: uerbi gratia si motus fuerit motus artis fullonũ, proueniet ex ea in frigiditate, & humiditate augmentum. Et si motus fuerit, motus artis ferrariorum: accidet ex ea in caliditate, & siccitate augmentum. Quies verò semper est infrigidãs propter priuationem viuificationis caloris, & propter constrictionem, quę est suffocans, & humectans, propter defectum resolutionis superfluitatum.

a B. quod ex materijs et associatur, seu cũ ipso motu commouemur.

b B. superfluus.

ANNOTATIONES.

Hæc de motu & quiete omnia copiosè repetit lib. Canticorum parte 1. tr. primo, nec non libello de remou. nocum. quæ acc. &c. tract. 4. & 6. Sed uide & Gal lib. art. med. & 2. de sanit. tuen. ubi plures motuum differentias recenset, uide & lib. de caus. mor.

tex. 141. ca. 23. & deinc. cap. 1. 2. & deinceps. Cap. 2. cap. 85. cap. 3.

De ijs, quæ proueniunt ex somno & uigilijs. Cap. 13.

SOmnus quieti vehementer similis existit. Et vigiliæ, valde sunt motui similes. Ambobus tamen eorum post hoc sunt proprietates, quæ sunt considerandę. Dicemus ergo, quod somnus omnes operationes naturales fortes efficit, propterea quòd calorem [a] [continet] innatum, & virtutem laxat animalem: ideo quòd [b] [cordis] vias humectat, & eas laxat: & quia spiritus substantiam turbidam efficit, [c] [& prohibet illud, quod resoluitur. Lassitudinis verò modos oẽs remouet, & fortes retinet euacuationes. Motus nãq; omnis, quod ad currendum aptũ est, currendi adauget virtutem: nisi sint materiæ, quæ ad partem cutis existãt. Somnus enim quandoque ad expellendũ eas iuuat, propterea quòd calorem interius [d] [continet, & nutrimentum in corpore partitur, & expellit illud quod est iuxta cutem: propterea quod illico, quod est longè, constringitur.] Vigilię verò hoc plus efficiunt, licet somnus plus efficiat sudorẽ quã vigiliæ. [e] [Sudor nãque, quem efficit somnus, est secundum modum exuperandi materiam: & non secundum modum resolutionis subtilis continui.] Qui autem in somno multũ sudat; nullam habens causam, nutrimento plenus existit, quod tolerare nequit. Quumq; somnus materiam inuenit aptam ad digerendum, & maturandum; ad sanguinis naturam eam conuertit: & calefacit ipsam: & trãsit calor per corpus, & calefacit corpus calore naturali. Quòd si humores inuenit calidos cholericos, & perdurauerit eius tempus: calefacit corpus calore extraneo. Et si inuenerit uacuitatem; infrigidabit, propter hoc quòd resoluit: aut humorem, qui virtuti digestiuæ sit inobediens; infrigidabit propter illud, quod expanditur de eo. Vigiliæ verò huius totius contrarium efficiunt. Quum autem

a B. coarctat.

a B. spiritus animalis.

c B prohibitione eius.

d B cõtrahit, & nutrimẽtum in corpore partitur, & expellit illud quod est iuxta cutem impellendo, quòd est elongatum a cute successiua impulsione, ita quod illud quod est interius expellit id quod est ante ipsum uel ei oppositũ uersus cutem.

e B. & illud quod sudor quem efficit somnus, est secundũ modũ dominij, uel dominationis super materiã, & non secundum modum resolutionis subtilis continue, sicut in uigilia.

autem sunt multæ, complexionem corrũpunt cerebri aliquo siccitatis modo, & debilitant ipsum, & commiscent rationem, & adurunt humores, & ægritudines faciunt acutas. Somnus autem multus huius efficit contrarium: operatur enim virtutum animalium obtusionem, & capitis grauedinem, & ægritudines frigidas: & illud est propter illud, quod ipse in resolutione prohibet. Vigiliæ verò desiderium augent, & famem efficiunt, propter illud, quod de materia resoluunt: & de digestiua minuunt propter illud, quod de virtute resoluunt. Et [f] [insomneitas] quidem inter vigiliam & somnum in omnib. dispositionibus est mala. Quod autẽ ex dispositione somni est superans, est, ꝙ in ipso calor occultatur, & frigiditas manifestatur; & propter hoc omnibus membris tanta necessaria sunt operimenta, quanta in vigilijs non sũt necessaria. De iudicijs verò somni, & de eo, quod de ipso consideratur, & de ipsius dispositionibus verba multa inuenies in libris, qui sequuntur, si deus voluerit.

f B. alrimelmel.

A N N O T A T I O N E S.

tex. 135. cap. 6. tex. 14. 16. & 17. tex. 10. tex. ultim. nõ longe a fine. tex. 1+.

De somni effectibus uide quæ hic author scribet lib. Cãticorum parte 1. tract. 1. & libello de remou. nocum. quæ accid. &c. tract. 6. uide & Hippocratẽ ac Gal. 4. in 6. de vul. morb. & 5. in 6. eiusdem. Vide & 2. de rat. vict. in ac. & 2. de dieta. Sed hic dubitatio est. Hipp. 4. in 6. de vulg. morb. somno scribit interiora calescere, & frigescere exteriora. At author libri de flatibus per somnum refrigerari ait sanguinem: proptereaq́; permutari prudentiam, quam is in sanguine præsertim constituit: & peregrinis mentem opinionibus exerceri, quæ insomnia appellantur. Sanè quod ad hanc rem pertinet: internas corporis partes per somnum calescere testatur præter Hippocratem & Aristoteles lib. de somno & vig. & omnes assentiuntur. Ad controuersiam ergo hanc fatemur quidem sanguinem per somnum refrigerari, vt author de flatibus asserit; non omnem tamen: sed qui in corporis ambitu atque in artubus, & externis est partibus. vnde & incrassato sanguine & prohibito propterea spirituum transitu ad cerebrum particularium sensuũ officinam, mouendi & sentiendi facultates feriantur. internæ tamen ipsæ partes calescunt magis quàm per uigilias; & sanguis in ijs residens calidior est. idcirco verò prudentia permutatur, ꝙ sensus prudentiæ ipsius ministri ac satellites refrigerato cerebro, eorum (vt diximus) officina, famulari menti nequeunt. nõ prorsus tamen mentis actiones abolentur: quòd, & si obstructio in cerebro fit; non tamen tanta, quin & spiritus eò confluant, quamuis pauci: unde neq; prorsus sentiendi ac mouendi ui expertes sunt, qui dormiũt. Intelligenda ergo authoris de flatibus sententia est de externarum partium sanguine: in quibus, si prudentia non residet: earum tamen ope, vt solidæ quæuis & rectæ actiones obeantur, est opus.

De ijs, quæ proueniunt ex motu animali. Cap. 14.

O[1]Mnia animæ accidentia sequũtur, aut eis associãtur motiones spiritus, interius, aut exterius. Et istud aut erit subito, aut paulatim. Et eius motionem ad exteriora sequitur frigiditas eius, quod interius existit. [a] [Et fortasse superfluit illud, quod resoluitur subito: ergo infrigidatur exterius, & interius] & sequitur cũ syncopis, aut mors. Et motum quidem eius ad interiora sequitur frigiditas eius, quod est exterius; & caliditas interior. Et est, quum multa cõ angustatione cõstringitur, & infrigidatur interius & exterius: & syncopis magna, aut mors sequitur ipsum. Et motus quidem ad exteriora, aut fit subito, sicut fit quum est ira: aut fit leuiter, & paulatim, sicut contingit, quum adsunt delitiæ, & gaudium temperatum. Motus verò ad interiora, aut est subito, sicut, quum timor adest: aut est leuiter & paulatim, sicut quum ad est tristitia. Et suffocatio quidem, & resolutio prædictę nunquam sequuntur: nisi illud, quod subito euenit. Diminutio verò & [b] [phthisis] naturę nunquam sequuntur, nisi, quod leuiter & paulatim venit. Quumq; diminutionem dico, intelligo suffocationem, quæ ordinatim, & paulatim accidit, & non subito. Et quum dico phthisim naturæ; intelligo resolutionem, quæ fit leuiter, & paulatim, & non subito. Et est, quum accidit, vt in hora vna ad duas moueatur partes, quum accidens duo concomitantur accidentia sicut [c] [† elem.] Est enim quum accidit cum ea ira & tristitia: & diuersificantur duo motus, & sicut verecundia, quia fit prius constrictio ad interiora, deinde redit ratio & consilium, & dilatat illud, quod est constrictum, & egreditur exterius, & rubificat colorem. [2] Et est etiam, quũ corpus patitur propter affectiones animales alias ab istis, quas nominabimus: sicut sunt imaginationes animales: plurimum enim imprimunt res naturales: quemadmodum accidit, vt puer ei similetur, cuius formam imaginata fuit [d] [conuentio viri & mulieris:] & vt sit eius color propinquus colori eius, quem viderũt; quum fit casus spermatis. Et istæ quidem sunt res, quas homines credere abhorrent, [e] [qui difficilis dispositionis non nouerunt habitudines.] Illi verò, qui sapientiã diligunt, non negant eas: quemadmodum negant res, quæ esse non possunt. Et huius quidem generis est motus sanguinis & consecutio eius, qui preparatur ad eum, quum multum intentus fuerit ad considerandum res rubeas. Et istius capituli est cõgelatio dentiũ, propterea ꝙ alius acredinem comedit. Et inuenire dolores membri: propterea ꝙ tale, quale illud, dolent alij, quum de eo cogitauerit. Et istius capituli est mutatio complexionis: propterea ꝙ imaginatur de re, quàm timet ne cadat in eam. [f] † [ ]

a B. Et quãdoq; superfluit illud, & fit resolutio subito, quare in frigidatur interius, & exterius simul.

b B. debil.

c B. alhem † i. metus & sollicitudo ob id qđ futurũ est. † seu agonia.

d B. in hora cõ tus.

e B. qui nõ perscrutãtur dispositiones & ignorant dispositiones existentes.

f † B. aut per quam lætatur.

A N N O T A T I O N E S.

1 Omnia animę &c. Animi affectus non desunt nostra tempestate, qui nullam aut paucam omnino morbificę uel salubris causæ vim habere existiment, eo argumento, quòd multos mœroribus & diuturnis & magnis quotidie cruciari euenit, qui alioqui non ægrotant. Hi tamen facillimè eo refutantur, quòd multos quoque prauorum cibariorum vsus diuturnior, & aeris pestilentis constitutio omnib. communis, ac cætera demum omnia, quę morborum causas putamus; non omnes tamen affligunt perturbãtq́;, ob uim resistendi, (potentiam passiuam vocant) his corporibus insitam; quę non alijs, neq; omnibus inest. Sunt tanti à medico animi perturbationes æstimãdæ, quanto intestinę discordię seditionesq́; externis oppugnationib. sunt magis periculosę.

Sint

Sint hæ animi affectiones uel uoluptuosæ, uel tristes; possunt, solentq́, corpus mirificè immutare, dum animi motiones, spiritus, innatus calor, & sanguis animæ instrumenta intro forasq́, feruntur, ut quo pacto ex somno atque uigilijs ægrotare & sanescere animalia euenit, eodem prorsus, & ex animi affectibus insigniter immutari fatendum sit; quũ in his, sicuti per somnum & uigiliam, fiat caloris ad interna externaq́, reuocatio. immo tanto fortius offendere, atque adiuuare hæ aptæ sunt, quanto magis importune intempestiueq́, quam somnus ac uigilia inuadunt. Memoriæ mandatum est, alios metu, alios dolore, alios etiam (id quod minus fortaße quispiam crediderit) gaudio & uehementi voluptate interijsse. uel contracto nempe animo, unaq́, naturali calore, & spiritibus, & sanguine subito quodam impetu ad interna uiscera, ad ipsum præsertim cor, animosæ facultatis sedem, ut & Gal. lib. de plac. Hipp. & Pl. notat, suffocanteq́, . uel ad externas partes relictis internis expanso, dissi- Cap. 85. *pato, dissolutoq́, . ut propterea iure & Gal. lib. ar. med. & author noster & alij omnes animi affectus inter salubres, & insalubres causas recensuerint. Qui ergo ex animo af-* cap. 5. *fectionibus effectus eueniant, leges ex Gal. 2. de sympt. caus. copiosè.*

2 Et est etiam &c. Quantum animi cogitatus atque imaginatio possit, hic author pluribus exemplis patefacit. At eius, quod primo loco ait de filiorum ob cogitationem similitudine, habes pulchram ex Gal. historiam lib. de The- cap. 11. *riaca ad Pison. Quod scribit de sanguinis motu ad exteriora, qui faciunt medicinam quotidiano usu probant, in exanthematis (quas peticulas uocant) euocandis; quum ægros & purpureis pannis inuoluunt, & rubra spectanda multa* Probl. 5. *obyciunt. Quod de dentium stupore subdit; habes ex Aris. 7. sect. problem. ubi & id explicat, cur oscitemus vbi oscitantem viderimus, et mingendi desiderium incessit, ubi mingentes alios conspexerimus. Quod de dolore & morbo postremo loco subdit, id quoque ipsa confirmat experientia; quando si nauseabundo cuipiam occurramus, ipsi nausea corripimur, & non rari in id morborum prorsus incidunt, quos uerentur. Sed ad confirmandam authoris huius sententiam, dignum id animaduersione atque admiratione nobis videtur, quod in pregnantibus vsuuenire quotidie uidemus. Mulier vtero gerens fructus, uinum, aut aliud quidpiam eius generis appetet. & eius rei, cuius fuit appetens, uestigium, imaginemq́, filius pictam, exsculptamq́, suo corpori perpetuo seruat; quis autem tantam cogitationis uim esse æstimaret, ut eius rei, cuius dumtaxat species, spiritualiter (ut aiunt) non realiter, animo obuersatur, in alienum corpus imago imprimatur, & perpetuo insideat? Sanè problema hoc, ut pulchrum, ita obscuras causas habet. Ac dici quidem fortaße poßet, ex uehementi illa imaginatione cieri spiritus animæ instrumenta: atque in hos optatæ eius rei imaginem suscipi: quam rursum ij sanguini offerunt, quo fætus alitur; atque hoc pacto ueluti in proprium corpus desideratæ rei formam seruari. Sed & si hucusque progreßi sumus, non uidemur tamẽ rem omnino assequi. Cur enim imago optatæ rei in parentis uterum potius non suscipitur, quã in fætum? Fortè quòd ea duriori & solidiori est corpore, quod non facile a leui illa spirituum actione patitur. patitur uero fetus ob mollitiem. At rursum, qua ui, quo instrumento anima exoptatam rerum formam in spiritibus uelu ti pingat, efformetq́, : certè non videmus. alij fortè exactius uiderint. Fatemur profectò nos formatricis facultatis uim esse plusquam dici queat admirandam; sed ea initio generationis ipsi inest semini; neque hoc videtur nobis alienam præterea uim, quàm initio a patre suscepit, aliunde poße sibi ipsi comparare: ut neque huius problematis, de quo agimus, causa ad formatricem potentiam commode referri ualeat.*

De ijs quæ proueniunt ex his, quę comeduntur, & bibuntur. Cap. 15.

QVod comeditur, & bibitur, ĩ corpore humano tribus operatur modis. Aut. n. in ipso sola sui qualitate operationem efficit. Aut sui materia. Aut operationem facit tota sui substantia. Et fortasse res, quæ ex his tribus intelliguntur uerbis, propinqua erunt secundum linguæ considerationem. Sed quum de eis loquimur, intẽtiones exprimere uolumus, quas modo nominabimus. Sui qualitate, agẽs est illud, quod calefieri solet, quum est in corpore hominis, aut infrigidari: & calefacit caliditate sua: aut frigefacit sui frigiditate: ita quòd non ei assimilatur. Et sui quidem operans materia est illud, quod a sui cõuertitur natura, & recipit formam alicuius [a] [diuisionis] membrorum humanorum: sed eius materia, licet formam illã recipiat, est tamen quum accidit, ut aliquam suarum qualitatum, quas habebat, quę suo modo fortior existit, quam humani corporis qualitas in ipsa: remanere eam faciat a principio rei, donec compleatur coagulatio & assimilatio: sicut sanguis, qui generatur ex lactucis: quoniam in ipso est plus frigiditatis, quam sit in cõplexione hominis, licet sit factus sanguis, & fit bonus ad hoc, ut membri hominis pars fiat: & sanguis, qui ex [b] [alijs] generatur; huic existit contrarius. Sui verò substantia operans, est forma sui specifica agens, & est illa, qua ipsum est id, quod est, & non qualitate sui, præter quam quòd corpori simile fiat, aut fiat simile ei corpus. Quumque dico qualitatem, unã quatuor qualitatum intelligo. Qualitate igitur sua operantis materia in opere ingressum non habet. Sua igitur operans materia est illud, cuius materia, quum de substantia, quam habebat, alteratur, alteratione, quam in ea fecit uirtus, quæ est in corpore, restaurat illud, quod ex eo fuit dissolutum primo, & accendit calorem innatum, propterea quòd in sanguine facit augmentum secundo. Et est etiam, quum operatur suis qualitatibus, quæ remanserunt in ipso tertio. Et sua quidem operans substantia, est illud, quod forma suæ speciei operatur, quam acquisiuit post complexionem, quod quum eius simplicia se commiscuerunt, & ex eis generata fuit res una; præparauit se ad recipiendum speciem, & formam additam super illud, quod habent simplicia; hæc ergo forma non est qualitates primæ, quas habet materia; neque est complexio, quæ generatur ex eis, sed est perfectio, quam acquisiuit materia secundum aptitudinem, quæ fuit ei acquisita ex complexione, sicut in magnete virtus attractiua, & sicut natura cuicunque specierum uegetabilium & animalium, scilicet illa, quam habet post complexionem propter complexionis præparationem; neque est de simplicibus complexionis, neque ipsamet cõplexio, quia non est caliditas, neque frigiditas, neque siccitas, neque humiditas, neque simplices, neque commixtæ, sed est uerbi gratia color, aut odor, aut anima, aut alia forma de non perceptis sensu. [c] [Et huic quidem formæ, quæ post complexionem prouenit, aliquando accidit, ut sit eius perfectio passio, quum fuerit hæc forma

a B. partis.

b B. alleo:

c B. Et huic formæ aduenienti post complexionem quandoq;

acceidit, ut sit pfectio eius passio ex alio, uel parti ab alio, quũ fuerit ista forma uirt⁹ passiua, & quũ accidit ut sit eius pfectio agere in aliud, quum fuerit ista forma uirtus operandi in aliud. Et quũ est agẽs in aliud quandoq; accidit ut sit operatio eius, uel.

ma uirtus passiua, & quandoque accidit, ut sit eius perfectio actio in aliud: quando accidit, ut sit hæc forma uirtus super operationem in aliud Sed quum fuerit operatrix in alio; aliquando proueniet ut sit] eius actio in corpore hominis, & quandoque non. Et eius quidem formę: quæ post complexionem prouenit, aliquando accidit ut sit perfectio passio ab alio, quum fuerit hæc forma uirtus passiua, & quandoque accidit, ut sit perfectio eius in aliud actio; quãdo acciderit ut sit hæc forma uirtus super operationem in aliud. Et quandoque euenit, ut sit hæc forma adiuuans super operationem in aliud. Sed quum fuerit operatrix in alio; aliquando euenit, ut sit eius operatio in corpore hominis: aliquando non. Et si est uirtus in corpore hominis agens, aliquando efficit operationem conuenientem corpori; quandoque operationem non conuenientem. Tota autem operatio hæc non prouenit ex eius complexione: immo ex eius forma specifica adueniente post complexionem. Vnde propter hoc uocamus huiusmodi operationem a tota substantia scilicet forma specifica, & nõ qualitate, scilicet non aliqua quatuor qualitatum, neque eo quod est earum cõmistio. Conueniens uerò est sicut pęoniæ operatio, quæ destruit epilepsiam. Non conueniẽs autem, sicut uirtus napelli, quæ hominis corrũpit substantiam. Redimus ergo nũc & dicemus, quia quum dicimus quòd res, quæ comeditur, aut qua fit inunctio, est calida aut frigida; uolumus dicere, quòd est sic in potentia, & non in effectu, & uolumus dicere, quòd est in potentia plus calida quam corpora nostra, aut plus frigida quam corpora nostra. Et quum hanc potentiam dicimus, uolumus dicere uirtutem consideratam [d] [per operationem caloris, quam nostra corpora in ea efficiunt: quoniã quum eius portitor] a calore innato, qui est in nobis, patietur: accidet in eã tunc illud in effectu. Est etiam quum hanc potentiam dicimus, & uolumus rẽ aliam dicere. & est ut sit potentia cum intentione bonitatis aptitudinis: sicut quum dicimus, quòd sulfur est calidum in potentia. Et est quum dicimus quod res est calida aut frigida; & attendimus illud, quod in eius complexione ex quatuor primis elementis est magis superãs: & non consideramus operationem, quam in nostris efficit corporibus. Est etiam quum de medicina dicimus, quod est in potentia sic, quum fuerit eius potentia in intentione habitus, sicut potentia scribę, qui iam dimisit scribendi operationem, & tamen habet in scribendo potentiam; quemadmodum dicimus quod napellus in potentia est corrumpens. Inter hoc verò & primã, existit differentia, quia prima nisi postquam corpus conuersione manifesta ea conuerterit, non exeunt ad effectum: istud autem, aut operatur ipsamet obuiatione: sicut uenenum viperarum: aut per quamlibet conuersionem in sui qualitate: sicut napellus. Et inter potentias quidem primas, & inter potentiam, quam nominauimus; est aliqua potẽtia media, quę est sicut potentia medicinarum uenenosarum. Pręterea dicemus quòd medicinarum gradus iam quatuor positi sunt. Et gradus quidem Primus est illud, quum quod comeditur & bibitur, & quo fit inunctio, efficit in corpore suã qualitate operationem non perceptam: sicut quum calefacit aut infrigidat, & non percipitur, neq; sentitur calor, aut frigiditas, nisi postquam reiteratum fuerit, & multum factum fuerit. Et gradus secundus est, vt sit operatio fortior ista, sed tamen non peruenit ad impediendum operationes manifestè, neq; cursum earũ naturalem mutat, nisi per accidens [e] [aut quum multoties aduenit, & est multum.] Et tertius quidem gradus est, vt ex operatione eius essentialiter proueniat impedimentum manifestũ, sed nondum tamen peruenit ad mortificandũ & corrũpendum. Et quartus est gradus, vt illud ad mortificandum perueniat, & corrumpendum. Et hęc quidem est proprietas medicinarum venenosarum: hoc est illud, quod existit per qualitatem. Cum tota verò sui substantiam mortificans, est venenum. Dicemus autem denuo, quod totum illud, quod corpori aduenit, quod est ex eis, inter quæ currit agere & pati: aut mutatur à corpore, & nõ mutat ipsum; aut mutatur à corpore, & mutat ipsum: aut nõ mutatur à corpore, & mutat ipsũ. Quod verò mutatur à corpore, & non mutat corpus mutatione, de qua fit curandũ, aut conuertitur in similitudinem corporis, aut nõ cõuertitur. Illud autem, quod in eius conuertitur similitudinem: nutrimentum est absolute, Et illud, quod nõ in eius conuertitur similitudinem, est medicina temperata. Quod verò a corpore mutatur, & ipsum mutat, non est possibile quin, aut si quum mutatur a corpore mutat corpus: & post corpus mutet ipsum ad vltimũ, & destruatur eius mutatio. aut nõ fit ita, sed ipsum mutet corpus ad vltimum, & destruat ipsum. Et prima quidẽ diuisio, aut conuertetur in similitudinem corporis, aut non conuertetur in similitudinem corporis: si in corporis conuertetur similitudinem, erit medicinale nutrimentum: & si in corporis non conuertetur similitudiuem, erit medicina absolute. Secunda autem diuisio erit medicina venenosa. Illud verò quod a corpore nullo modo mutatur, & ipsum mutat; est venenum absolute. Quum autem nos dicimus, ꝙ a corpore nostro nõ mutatur, nolumus dicere, quòd non calefiat in corpore per operationẽ innati caloris in ipso: immò plurimum venenorum non operatur in corpore, nisi calefiat per operationem caloris innati, qui est in ipso; sed volumus dicere, quòd non mutatur in sui forma naturali: immo nec cessat ab operatione eius virtute & forma manentibus, donec corpus corrumpat. Et est quidem, quum eius natura est calida: & adiuuat tunc suam proprietatẽ natura eius ad resoluendum spiritum, sicut uenenum viperarum & napelli. Et est quum natura eius est frigida: & adiuuat suam proprietatẽ natura eius ad congelandum spiritum, & debilitandum; sicut venenum scorpionis, & [f] [† iusquiami.] Totum verò illud, quod nutrit; in fine rei, naturali mutatione corpus mutat: & est calefacere: quoniam, quum in sanguinem conuertitur, proculdubio in calefaciendo augmentum præbet, ita vt lactucę & cucurbitæ taliter calefaciãt: qualiter istud calefacere existit. Quũ verò calefacere dicimus, nolumus calefacere istud

d B. in hora operationis caloris, quã nostra corpora in ea efficiunt: quoniam quũ subiectũ ipsius uirtutis.

e B. aut nisi reiteretur & multiplicetur.

† .s. hyoscyami
f B. alsucharan

ſtud: ſed iſtud, quod ex qualitate rei prouenit eius remanēte ſpecie. Et medicina quidem nutriens[g] [a corpore per ſui mutatur ſubſtantiā: & mutatur ab ipſo per ſui qualitatem: ſed primo mutatur in ſui qualitate:] & alia quidē mutatur primo[h] [in caliditate] & calefacit, ſicut allia: & eſt alia, quę mutatur primo[i] [in frigiditate,] & infrigidat ſicut lactuca. quumque eius conuerſio in ſanguinem completur; plurimū operationis eius eſt calefacere, propterea ꝙ in ſanguine augmentum efficit. quomodo enim non calefacit, quum iam facta ſit calida, & ſua frigiditate ſe expoliauerit? ſed vnicuique earū etiam aliquid innatæ qualitatis aſſociatur poſt conuerſionem in ſubſtātia[k] [quoniam] in ſanguine, qui generatur ex lactucis, aliqua remanet infrigidatio; & in ſanguine, qui generatur ex allijs, aliqua calefactio: ſed eſt hoc vſque ad tempus. Medicinarum preterea nutrientium alia eſt, quæ medicationi magis exiſtit propinqua: Alia eſt, quæ nutrimento eſt uicinior. Quēadmodum ipſorum nutrientium alia sūt, quorum natura vicinior eſt ſubſtantię ſanguinis, ſicut vinum, & ouorum uitelli, & aqua carnis: alia ſunt, quę parumper ſunt longinquiora, ſicut panis & caro. Et alia ſunt, quę ſunt valde lōginqua, ſicut nutrientia medicinalia. Amplius dicemus quòd nutriens mutat corporis diſpoſitionem qualitate ſui & quantitate. Qualiter verò qualitate ſui mutet, iam ſciuiſti. Quantitate autem, quoniam aut augmentabit, & perueniet ex eo ad faſtidium, & oppilationes, & poſtea ad putrefactionem: aut minuet, & perueniet ex eo ad[l] [phthiſim.] Sed augmentum in quantitate ex nutriente, ſemper eſt infrigidās, niſi proueniat ex eo putredo, q̄ calefacit, ſicut .n. putredo non accidit, niſi propter calorē extraneum: ita propter ipſam etiam calor accidit extraneus. Dicemus etiam ꝙ nutriens, aliud eſt ſubtile, aliud eſt ſpiſſum, aliud eſt temperatum. Et ſubtile quidem eſt illud, ex quo ſanguis generatur ſubtilis: & ſpiſſum, ex quo ſanguis generatur groſſus: uniuſcuiuſque aūt harum diuiſionum, aut eſt eius nutrimentum multum, aut eſt paucū. Exemplum ſubtilis, & multi nutrimenti eſt aqua carnis, & vinum, & oua ſorbilia calefacta, aut trementia. Iſta .n. multi exiſtūt nutrimenti: quoniam plurimum ſubſtantiæ ipſorum in nutrimentum conuertitur. Exemplum ſpiſſi & pauci nutrimenti eſt caſeus, & caro ſalita, & melongia, & his ſimilia. res .n. quæ ex eis in ſanguinem conuertitur, eſt pauca. Exēplum ſubtilis, & pauci nutrimenti eſt iuleb, & olera; quę in ſubſtantia ſui temperata exiſtunt, et in ſui qualitate, et ex fructibus matiana, et mala granata, et quæ eis ſimilantur. Et exemplū ſpiſſi multi nutrimēti, eſt oua elixa, et caro vaccina. Cuiuſcunque etiam harum[m] [dictionū] alię ſunt, quæ ſunt boni chymi: alię ſunt, quæ ſunt mali chymi. Exemplum ſubtilis multi nutrimenti boni chymi, ouorum uitelli, et uinū, et aqua carnis. Exemplū ſubtilis pauci nutrimēti boni chymi, lactucæ, matiana, et mala granata. Exemplum ſubtilis[n] [pauci nutrimenti, et mali chymi, pulmo et caro† recenter natorum animalium] Exemplum ſpiſſi multi nutrimēti boni chymi, oua lixa, et caro annualis agni. Exemplum ſpiſſi multi nutrimenti mali chymi caro uaccina, et caro anatis, et caro equina. Exēplum ſpiſſi pauci nutrimenti mali chymi caro ſalita. In hac autem ſumma inuenies temperamentum.

g B. mutatur a corpore cū ſui ſubſtātia: & mutatur ab eo cū ſui qualitate. Sed mutatio eius eſt primo in qualitate.

h B. ad caliditatem.

i B. ad frigiditatem.

k B. quare.

l B. arefactionē.

m B. diuiſionū.

n B. multi nutrimenti, & mali chymi: ſicut pulmo & caro alnuahed. Exēplū ſubtilis pauci nutrimenti, & mali chymi raphanus & ſinapis, & plurimū olerum.

† anaguaid.

ANNOTATIONES.

1 *Quod comeditur & bibitur &c. Quę in ventrem aſſumuntur, alia alimenta, alia medicamenta ſunt. medicamenta quidem dicuntur quæcunq; in noſtrum corpus admiſſa in ipſum deinceps agunt, & ipſum immutant: alimēta verò, in quæ vbi ingeſta ſunt, corpus agit, neq; ab ijs patitur vt 3. de temper. & ſępe alibi notat Gal. Media uerò, & eodem authore, inter duo hæc quædam ſunt, partim agentia, partim patientia: quæ pro ſuperante actione, uel medicamentoſi cibi, vel medicamenta nutritoria dici ſolēt. Et quamuis medicamenta agere dicuntur in corpus, nō pati, patiuntur tamen & ipſa a corpore: vbi .n. primum ingeſta ſunt, calefcere ea naturali calore oportet, & adiuuari, ut agant, vt 3. de temper. patet: ſed poſt breuē eam affectionē, quā a corpore ſuſceperunt, in ipſum deinceps corpus agunt, ſuperantq́;. licèt & nonnunquam id uſu ueniat, horū uim omnē irritam fieri, prorſumq́; pati ipſa, & à corpore in alimentū conuerti, nō agere, ut in libello, quos, quādo, et quib. purg. op. Gal. ſcriptū reliquit. Eodem verò pacto alimenta, quanquam naturalis caloris actione a corpore noſtro patiūtur & demum ſuperantur, ac in ſanguinem conuertuntur: ea tamen priuſquam ſanguinis formam ſuſcipiant, in corpus medicamentorum ritu agunt, & ſuis ipſum qualitatib. afficiunt, vt 3. de temper. habetur. Poſt ſuſceptam verò ſanguinis formā animal nutriunt, & calorem innatum fouēt, paſcūt, adaugentq́;, vt ſemper poſtmodum calfacere dicantur. vt eodem 3. de temper. Gal. notat. Verùm neq; hoc tamen vno & eodem ſemper modo agunt. quin alia magis, alia minus calefaciunt; alia exſiccant, alia humectant: vt videlicet, in ijs, priuſquam ingeſta eſſent calidiora, frigidiora, humidiora, uel ſicciora elementa inerant. Lactuca ſemper, ēt poſtquam in ſanguinem iam uerſa eſt, refrigerat, ꝙ ex frigidis antea partibus conſtabat. cępa & piper calfaciunt ꝙ ex calidis. aquoſum uinū humectat, ꝙ ex humidis. ſal exſiccat, ꝙ ex ſiccis terreniſq́; initijs ortum habuerat. Quę uerò ex æquè miſtis, aut certè parum robore ac portione differentib. elementis ſunt genita; corpus tantum alunt, & temperatū ſanguinem gignūt. quamuis & hęc diuerſis corporibus collata diuerſas uires exerceāt: quando frigidorū corporum ratione nimis calfaciunt, calidorū uerò frigefaciunt potius. Inſunt uerò alimentis præter primas eas qualitates, caliditatem, frigiditatē, humiditatē & ſiccitatē, & alia quædā, quorū ratione uarij ex alimentis effectus proueniunt; nempe modus ſubſtantiæ, craſſitudo .ſ. & tenuitas: & hunc, materiam uocat author noſter: & pręterea tota ſubſtantia: de qua Gal. 3. ſimpl. med. 8. de compoſ. med. per loc. & 6. in 6. de uulg. morbis, & ſæpe alibi. Sanè hāc agentem ſubſtantiā hic author formam eſſe ait acquiſitā poſt tēperamentū, formam quippe, quę ſpecifica dicitur; quæ non ſimplex eſt qualitas, nō temperamentū ex plurib. qualitatib. ſed forma ſenſu minime percepta: cuius ratione in magnete uim ferri attractoriam eſſe dicit. Quamobrē, quū hęc ita ſe habeant, conſtare tandē exiſtimo primū quidem, quid actio ſit a tota ſubſtantia proueniens, deinde ēt, in quibuſnā huiuſmodi ſint actiones. Quū .n. ſpecificæ rerū formæ eæ ſint, a quib. ſingula ſunt hoc ipſum quod ſunt: quūq́; hę plerūq; ignotę ſint nobis: quū nihil ſuā formā non habeat: manifeſtū eſt illā a tota ſubſtātia eſſe actionē, q̄ a ſpecifica forma prouenit: et reb. ſingulis ſingulas a tota ſubſtātia ineſſe*

Cap. 2.

cap 1.

cap. 4.

cap. 2.

ca. 23. & 24. & 25.

Cap 7.

Comm. 5.

actiones, falliq; ppea eos, qui actiones à tota substãtia (quas et à proprietate substãtiæ, & a tota forma nuncupant) & qui abditas rerum causas refutant. namque si res omnes a forma sunt id ipsum quod sunt: si ex actionibus præsertim res à rebus, animalia ab animalibus differunt: si rerum formas ignoramus: quis ire queat inficias, rebus omnibus suas inesse actiones ab ignotis, & abditis causis, forma. s. ipsa specifica prouenientes? Sed obijciet statim quispiam. Si hæc actio a tota substantia est; sunt quædam quæ a specifica forma humanę naturæ aduersantur, vt venena; & alia rursum reperire est quæ his uenenis tota eorum substantia obsistunt; contrariæ ergo hæ actiones a contrarietate substantiarum emanabunt. Atqui negat Arist. 1. phys. & in lib. prædicam. substantiæ quidpiam esse contrarium. & 5. phys. & 8. metaph. prodire inter substantias motum nõ admittit. Difficilis sanè dubitatio hæc est. Illi tamen doctissimus vir Iulius Delphinus, quum in Ticinensi gymnasio transactis annis medicinam summa cũ laude profiteretur, facilè & doctè admodum respondere consueuit a substantia quidem ipsa contra substantiam nõ prouenire actiones: verùm quam nos a tota substantia actionem uocamus, proprietatem sequi, quæ qualitas est, non substantia: quæ tamẽ qualitas immediate (ut dicunt) specificam ipsam formam consequitur, quum aliæ qualitates eam præcedant: quod et Galeni testimonio confirmatur, ex 3. simpl. med. asserente medicamentorum attractiones perfici proprietatibus, quę in substantijs sunt. Atque ita eruditissimus hic uir quæstioni huic satisfacit. Neque illi solùm astipulatur ratio. sed et magnus Auer. omnino assentitur 5. Coll. ubi de medicamẽtorum actione fusius agit. Cęterum, si rem ipsam examinemus, aliter fortasse ad eandem quæstionem iri obuiã poterit. nempe si dixerimus ex Auer. 1. physic non omnem prorsus substantiam à cõtrarietate interdici. sed eam, quę subiectum est. subiectum quippe subiecto non est contrarium: sed substantiæ quæ forma est, nihil obstat substantiam esse contrariam; aut formam formæ esse contrariam; & huius contrarietatis ratione, inter se se agere. huic certè rei astipulatur magni Alexandri authoritas, qui elementa inter se pugnare animaduertens eo progressus est, ut primas qualitates eorum formas putaret, neque in simplicibus substantijs & formis ipsis incidere contrarietatem pro absurdo habuerit. Et quamuis non ignoremus Auerroem eo 5. physs. Ale. opinionem refutare, propterea ꝙ philosophus absolutè motum & actionem a substantia neget: eo tamen loco Aristotelem de substantia, quæ subiectum est, intelligere existimamus, non de ea quę est forma: quum ex eiusdem sententia sit, actiones omnes a formis prouenire, quamuis sint substãtiæ. Neque uerò id philosophus accidentalibus formis, (ut quosdam uelle intelligo) ascribit, sed substantijs: quũ alioqui intelligentias & cælestium orbium formas nihil prorsus agere oporteat, ꝙ qualitatibus careant. Quamobrem, quum actiones a specificis formis proueniant, atq; inter eas sit contrarietas, ut 1. de gener. & cor. habetur. non multum philosophiæ principijs repugnare crediderim, si formas formis contrarias esse admiserimus, et hac ratione a specifica forma actiones eas, quas a tota substantia, a tota forma, a substantiæ proprietate, & ab occulta qualitate, vocant, dixerimus prouenire.

tex. 52. cap. de substantia. tex. 10. tex. 5. cap. 24. cap. 21. com. 52. com. 10.

2 *Et gradus quidem primus &c. Primo gradu calidũ, frigidum, humidum & siccum est, quod obscurè alterat: secundo, quod manifeste alterat. tertio quod obscurè corrũpit quarto quod manifestè corrumpit. De hac re habes ex Gal. multa 5. simpl. med. & 1. de comp. med. per genera.*

3 *Dicemus etiam quòd nutriens &c. Scripsit Gal. integrum librum de cibis boni & mali succi, quem tu vide. Vide & quæ hic author libello de remou. nocum. quæ acc. & e. tract. 4.*

tex. 48. & 49.

De dispositionibus aquarum. Cap. 16.

AQua vnum existit elementorum: quæ sola inter omnia elementa habet propriũ, vt in eo quod comeditur, & bibitur ingrediatur: non ideo vt nutriat, sed quia nutrimẽtum penetrare facit, & eius rectificat substantiam. non autem dicimus ꝙ aqua non nutriat: nisi quia nutriens in potentia est sanguis: & in alia potentia longiore ista, est pars membri hominis. Corpus verò simplex non conuertitur ad formam sanguineam recipiendam, neque formam membri humani, nisi componatur. Sed aqua est substantia, quę adiuuat ad liquefaciendum nutriens, & subtiliandum: &, vt cito currat, & penetret in venas,[a] [& in foramina:] neque esse potest absq; hoc auxilio, eius complementum rei nutrimenti. Amplius aquæ diuersificantur non solum in substantia aqueitatis: verum ẽt secũdum illud, quod eis admiscetur. & secundum qualitatẽ, quę in eis est superans. Aquæ verò, quæ sunt alijs meliores, sunt aquæ fontium. Neque tamen omnium fontium, nisi fontium terræ[b] [liberæ,] in cuius territorio nulla dispositionum qualitatum extranearum superat: aut aquæ, quæ sunt petrosæ, quia sunt digniores, ne terrestri putrefactione putrescãt. Illa tamen, quæ est terræ liberæ, melior est petrosa; neque ex omni fonte terræ liberæ, sed illa tantum, quæ præter hoc est currẽs. Neq; omnis currens, nisi currẽs, quę est soli & ventis discooperta: hoc nanque est ex eo, quo currẽs nobilitatem acquirit. Non currẽti verò est, cui acquiritur propter discoperturam malitia talis, qualis non acquiritur propter profunditatem & coperturam.[c] † [Neque omnis currens discooperta, nisi illa, quæ super lutum incedit.] Et debes scire, ꝙ quę super lutum vadit, melior est ea, quæ super petras fluit: lutum. n. mundat aquam, & aufert ab ea res extraneas sibi admixtas, quæ sunt in ea, & colat ipsam: sed lapides non faciunt illud. Oportet autem vt lutum, per quod transit, sit[d] [liberum,] & non sit lutum fœtidum, neque[e] [lacunosum,] neque aliud. Quòd si hęc aqua fuerit multa, & forti cucurrerit cursu, quæ propter sui multitudinem illud quod ei admiscetur in suam conuertat naturã, & quę suo cursu ad solem tendat, s. ad orientẽ, & propriè ad eius æstiuum: erit melior aquis: & tantomagis, quum multum a suo elongabitur principio. Et post hanc, quæ ad septentrionalem vadit. Illa namque, quę ad occidentem tendit, & meridiem: est mala, & propriè, quum meridionales exsufflauerint uenti. Et illa quidem, quæ a locis descendit altis cum alijs bonitatibus, est melior. Et illa, quæ est[f] [sic] est quasi dulcis, quę dulcis esse imaginatur: neque vinũ tolerat vt ex ea sibi admisceatur, nisi parũ, & est in põdere leuis: & cito infrigidatur, & cito calefit; propterea ꝙ est[g] [resoluta] frigida in hyeme, & calida in æstate: in qua nullo modo sapor superat aliquis, neq; aliquis odor, & cito descẽdit ab hypochõdrijs. & qđ in ea coquitur cito coquitur, & cito dissoluitur. Debes aũt scire ꝙ pondus ex experimẽtis est adiuuantib. ad cognoscendũ aquæ dispositionẽ. Aqua nãq; q̃ est leuior, in plurimis dispositionũ est melior. Est

a B. & ad loca expurgantia seu perfluitates.
b B. puræ.
c † —— B
d B. purum.
e †. baurachium
f B cũ istis conditionibus.
g B. raræ substãtiæ.

Est aūt, quum cognoscitur pondus per mensura. Et est, quū cognoscitur si in duab. aquis diuersis duo panni, aut duo cocta unius pōderis madefiant, & postea uehemēter exiccentur, deinde ponderentur, quia aqua, cuius coactū fueris leuius, erit melior. Sublimatio præterea, & distillatio aquas rectificat malas. Et si istud nō fuerit, decoctio rectificat. Aqua.n. cocta sicut testificati fuerunt sapientes; minoris est inflāmationis, & uelocioris descensionis. Et torpidi quidem medicorū existimat, ꝙ aquę coctæ subtile resoluatur, & ipsius remaneat spissum: vnde in coquendo ipsam non existat iuuamētum: quoniam spissitudinem in aqua augmentat. Scire autem debes quòd aqua in suæ aqueitatis diffinitione, existit ex partibus in subtilitate, & spissitudine similibus: quę est simplex: sed non inspissatur, nisi propterea ꝙ frigoris qualitas super eā præualuit, aut propter fortē terrestrium partium commistionem, quę ob hoc ꝙ sunt paruissimæ, ab ea nequeunt separari neque descendere in ea: quia non sunt tante quātitatis, ut continuitatē aquæ scindere ualeant: & in ea descendere ob multam paruitatem. Oportet ergo ut eis accidat commistio cum substantia aquę. Post hoc decoctio spissitudinem remouet: quę propter frigus accidit primo; deinde partes aquę uehementer rarificat: donec fiat subtilioris substantiæ, ut possint ab ea separari partes graues terrestres in eius spissitudine retentę, & [h][constringant] eam descendentes; & propter descensum ab ea separētur, & remaneat aquę purę & simplici propinqua, & erit illud, quod propter [i][calefactionē] fuit separatum homogeneum ei, qđ remansit; & nō longinquum ab eo: quia quum aqua a cōmisto separatur: eius partes in subtilitate similātur. neque multum interest inter [k][illud, quod subit, & inter illud, qđ] remanet: decoctio ergo non subtiliat aquam, nisi propterea quia aufert spissitudinem frigoris, & quia facit, quod ei commistum est, descendere. Et huius quidē significatio existit, quoniā quum aquę grosse dimittuntur longo tempore, non descendit ex eis res, de qua sit curandum: sed quum coquūtur, illico descendit ex eis res multa, & fit aqua, quę remanet in pondere leuis & clara; & descēsionis quidē causa: est subtilitas: quę ex decoctione acquiritur. Nonne uides ꝙ aqua magnorū fluminum sicut fluminis Gyon, & præcipue illæ, quę in [l][postremo eius] sumuntur: illico quum sumuntur, uehementer sunt turbidæ, & postea in breui tpe in una resessione subito ita clarificantur, ꝙ si alia vice residere faceres, non descenderet eis res de qua esset curandū? Sunt autem, qui aquā Nili maxima laude extollunt, & eius bonitates in quatuor cōprehendunt; in longitudine manationis eius: & bonitate locorū, per quę uadit, & quia in cursu suo a meridie tendit ad septentrionem subtilians illud, qđ in ipso currit ex aquis. In multitudine verò sui, alię communicant ei. In aquis aūt malis si quotidie eas de uno vase in alio mutares, quotidie manifestam videres descensionē, sicut in primis. Et præter hoc nō descendit ex eis, quod descendere cōsueuit nisi paulatim, & non cito, & cum hoc nō perfecte clarificātur.

h B. scindāt seu rumpant.

i B. uaporationem.

k B. inter eam quę subleuatur, seu euaporat & illam quæ.

l B. in parte postrema eius, uel remota parte ab origine eius.

Et huius quidem causa est, ꝙ cōmistiones terrestres leuiter a substantia subtili descendunt, in qua non est grossitudo, neque viscositas, neque vnctuositas: sed a spisso non tam facile descendunt. Amplius decoctio substantiæ acquirit subtilitatem, & post decoctionem, concussus. Ex aquis quoque laudabilib. sunt aquę pluuiæ, & præcipue illæ, quę in ęstate eueniunt, & ex nubibus; cum quibus accidūt tonitrua. Turbidatio autem vaporis, vnde generantur venti maximi cum nubibus uenientes, turbidat nubes, ex quibus venit pluuia, ideoq; eius substantia est falsa & non pura. Sed tamen aquæ pluuię cito aduenit putredo, licet sit aqua melior: propterea quòd est ualde subtilis, & quia in ipsa corrumpens terreum & aereum cito operatur, & fit eius putredo causa computrescēdi humores, & impedit pectus, & vocem. Quidā aūt dixerunt huius causam esse; quod aquę pluuię generantur ex vapore, qui fuit ex humiditatib. diuersis sublimatus. Sed si hoc esset causa: aqua pluuiæ vituperabilis esset, & nō laudabilis: sed non est ita: immo propter multam suæ substantię subtilitatem, quoniā omnis subtilis substantia plus recipit passionē. ꝙ si [m] †[ ] aqua pluuię ebullierit: eius receptio putrefactionis minuetur. Acetosa quoque, quum comeduntur, tunc quum necesse fuerit vti pluuiali aqua; opponuntur putrefactioni, & ab impedimento eius securitatem faciūt. Puteorū verò aquæ, & aquæductuū sunt malæ comparatione aquarum fontiū: sunt.n. aquę constrictæ, terrestreitates longo recipiētes tempore, ideoq; esse nō potest, quin in eis aliqua sit putrefactio; quoniam extractę fuerunt, & commotæ virtute cogente, & non virtute, quę sit in eis declinante ad hoc, vt manifestentur, & expellantur nisi ingenio, & arte, quia via propinqua eis fuit adhibita, per quam incesserunt. Et ex eis tamen illę sunt deteriores, quibus ex plumbo viæ factæ fuerunt: quoniam ex eius virtute aliquid assumunt, vnde frequenter ad dysenteriam ducūt. Aqua autem paludis deterior aqua putei existit, [n][quia manatio aquæ putei acuitur, ꝑpter illud, quod de ipsa extrahitur, vnde perdurat eius motus, & non multum moratur in cōstrictione: neque manet in locis] vnde manat longo tempore. Aqua verò paludis propterea ꝙ longo tempore moratur in foraminibus terræ putrefacientis, & eius motus in manando & egrediendo est motus tardus, qui non prouenit ex fortitudine suę expulsionis [o][propter largitatem] materiæ ipsius: neque est nisi in terra corrupta & putrida. Niuosę verò aquę & glaciales sunt grossæ. Et aquę stantes [p][lacunales] præcipue discooptæ malę sunt & graues, quia in hyeme non infrigidantur, nisi propter niues, ideoq; generant phlegma, & calefiunt in æstate propter solem, & propter putrefactionē vnde generant choleram. Et propter spissitudinem quidem ipsarum, & commistionem terrestrium cum eis, & propter resolutionē subtilis earum generantur in eis, qui eas bibunt [q][splenes] & eorum † abdomen subtiliatur, & interiora ipsorum ingrossantur, & eorum extrema macrescunt, & humeri, & colla, & comedēdi desideriū superat in eis, & sitis: & constringun-

m †B. festine.

n B. quoniam aqua putei bonificatur cū manatione propter illud, quod extrahitur de ipsa, & id quod scaturit loco eius: unde perdurat eius motus, & non multū moratur in constrictione, neq; manet in foraminibus.

o B. sed propter multitudinem.

p B. Et aquæ stātes in quib cannæ palustres oriuntur.

q B. egritudines splenis.

† mirach.

guntur eorum ventres:& difficile vomere possunt.Et est etiam,quum perueniunt ad hydropisim: propterea quòd aquositas in eis retinetur.Et est,quum deueniunt ad apostema pulmonis & splenis,[r][& ad dysenteriam;& siccantur eorum pedes & manus,& ipsorum hepata debilitantur:& nutrimentum eorum minuitur propter splenem,& generantur in eis[s]]mania]& hæmorrhoides,& varices,& apostemata laxa,& proprie in hyeme; & mulieres duriter impregnantur: & cum difficultate pariunt & pariunt pueros apostemosos, & frequenter fit in eis mola,& impregnatio mendosa,& eorum pueri sępe patiuntur ramicem : & magni varices,& crurium vlcera:neque eorum plagæ sanantur:& accrescit eorũ desiderium, & soluuntur duriter.[t] [& est cum nocumento & apostematibus in intestinis:] & quartanis abundant:& in senib.febres fiunt adurentes,propter siccitatem naturarũ ipsorum,& ventrium. Aquę verò non currentes quocũque modo fuerint,stomacho non conferunt.Et iudiciũ quidem eius,quę ex[u] [canalibus hauritur, est iudicium aquæ nõ currentis:] Est tamen melior aqua non currente: propterea ꝙ non longo tẽpore in vno moratur loco: & quum non currit,proculdubio aliqua in ea existit grauitas.Et fortasse in multis earũ existit stipticitas,& conuertuntur cito ad calefaciendum[x] [interiora corporis:] ideoque non sunt vtiles febres habentibus:& illis,in quibus cholera superat. In ægritudinib.verò,in quibus retentio & maturatio sunt necessarię,sunt meliores.Aquæ præterea quib.substãtia admiscetur metallina, aut eius similes:& aquæ sanguisugales,omnes malæ sunt.In quibusdam tamen earum existit iuuamentum.Illa enim,in qua virtus ferri superat:iuuamentum præstat ad hoc,vt interiorib. fortitudo tribuatur, & vt[y] [† corruptio stomachi prohibeatur,& vt virtutes desideratiuę oẽs procedant.[Et nos quidem eius dispositionem nominabimus,& eius,quæ est qualis ipsa, post.Nix verò & aqua glacialis, quum munda fuerit,& non commista alij rei virtutem habẽti malã,siue soluatur, & fiat ex ea aqua: siue cũ ea deforis infrigidetur aqua;siue ipsa mittatur in aqua;erit bona. Et suarũ quidem diuisionũ dispositiones non diuersificantur diuersitate multum extranea;sed est spissior quàm omnes aquæ,& nocet dolores habentibus neruorum; sed quum coquitur,ad bonitatem redit.Quòd si aqua glacialis ex aquis malis fuerit,aut fuerit nix virtutem contrahens malam & extraneam a locis,in quibus cecidit:erit melius,vt cum ea infrigidetur aqua[z] [quæ ab istius commistione sit occulta.] Aqua præterea temperatè[a]† [ ] frigida sanis melior est aquis omnibus,licèt neruos impediat:& apostema in in teriorib.habentes lædat.[b] [ipsa.n.appetitum excitat,]& stomachum fortem efficit.Aqua verò calida digestionem corrumpit, & facit natare cibum:neque illico extinguit sitim; & est,quũ ad hydropisim adducit,& hecticam, & consumit corpus. Aqua autem calefacta quũ fuerit tepida,facit nauseam:& quum fuerit calidior, quàm hæc,& in ieiuno bibita fuerit:multoties stomachum lauabit,& ventrem soluet:eam tamen frequenter bibere est malum,quia stomachi debilitat virtutem. Illa verò, quæ multum est[c] [calida,est quum colicam resoluit,& splenis ventositates frãgit.] Et illi quidem,quibus aqua calida arte iuuamentum præstat,sunt epilepsiam habentes,& melancholiam, & capitis dolorem frigidum,& asthma, & ophthalmiã, & † pustulas in gutture,[d][& gingiuis siccitatẽ,] & apostema post aures habentes,& rheumatismos,& vlcera in diaphragmate,& imparis solutionem in parte pectoris.Menstrua pręterea prouocat,& vrinam,& dolores sedat.Aqua verò salsa macrescere facit, & exsiccat: & primo [e] [facit ventrem propter vim radendi,]quæ in ea existit;postea restringit ventrem in fine,propter siccitatem,quæ est in eius natura:& corrũpit sanguinem: ergo pruritum generat, & scabiem. Aqua verò turbida lapidem generat & oppilationes,ideoq; post ipsam res comedẽda est prouocatiua,licèt ventrem habenti plerunque conferat ipsa,& omnes reliquę aquæ grossæ,& graues,propterea ꝙ in eius ventre tenentur,neque cito descendit.Ex cuius quidem theriacis existunt res vnctuosę & dulces. Aqua autem salis ammoniaci ventrem resoluit, si in ea sederint,aut ex ea biberint, aut ex ea factũ fuerit clystere. Aquę p̃terea aluminosæ mẽstruorum superfluitatem currere non permittũt,neque spuere sanguinẽ: & prohibent illud,quod de hæmorrhoidib.egreditur;sed corpora,quæ febribus sunt apta,fortiter ad eas perducũt. Et ferreę quidem splenem resoluunt: & non coire valentes adiuuant. Aereæ verò corruptioni complexionis vtiles existunt.Quumq; aquæ diuersę & bonæ & malæ commiscebuntur, fortior superabit.Et nos quidem declarabimus regimen aquarum corruptarum in capitulo de regimine iter agentium.Et quod de iudicijs aquæ,& suis proprietatibus,& modis suarũ proprietatum remansit : in capitulo aquæ, quod est in medicinis simplicibus,nominabimus : si deus voluerit.

r B.& ad lubricitatem intestinorum. Alia litera ad lubricitatem intestinorũ,& ęgritudinem splenis

s B.stultitia.

t B.Et fit cũ nocumento & ulceribus uiscerũ.

u B.fontib.hauritur,est propinquum iudicio aquæ stantis nõ currentis.

x B.in uentre.

y B.aldarab prohibeatur, & ut excuentur, uel commoueatur uirtutes appetitiuæ omnes.

† dereb.

z B.exterius prohibendo ipsam a permistione eius.

a † B.quãtitatis.

b B.& est ex eis quæ appetitum excitant.

c B.calefacta,quoque colicam resoluit,& uentositates soluit.

† bothor.

d B.& gingiuis.

e B.resoluit uentrẽ per uim abstersiuam.

A N N O T A T I O N E S.

De varijs aquarum differentijs,& effectib.plenè Hipp. scripsit lib.de loc.aer. & aqu.nec non libello de vsu humidorum.Sed & 4.in 6.de vulg.morb.multa scribit Gal.& in libello de bonitate aquæ,si modo is Gal.est.Vide uerò et 1.de tu.ualet.& 1.de simp.med.facult.& quæ author noster libello de remo.nocum.quę acc.& c.tract.5.fusius prosequitur.præsertim uerò quæ & Hipp. & Gal. 3. de rat. uict. ac. At uerò de aqua hoc loco dubitatio est,an nutriat. Quòd enim non nutriat testari videtur Gal.4.de usu par. (nisi ibi de seroso potius humore intelligat,id quod nos putamus) & ratio ipsa planè cõfirmat,quando aqua,quæ simplex est corpus,aut si nõ ita simplex sit, tenuissimũ tamẽ & fluidũ,in solidam nostri corporis substantiam uerti nõ potest.ea uerò nutritio est,qua id quod alit in nutriti substantiam conuertitur,ut & Gal.3.de temper.& omnes norunt. At contrarium tamen author librorum de dieta li.1. aquam omnia nutrire testatur. Adde ꝙ frequenter aquæ potu sedari famem,& quosdam solo aquæ potu diutius traxisse uitã obseruatũ est.Sed ad hæc breuibus.aqua neque uerè neque propriè nutrit. quæ etenim nutriunt concoqui oportet:& qua coquuntur,crassiora ut euadãt,necesse est, aqua autem incrassari nequit.ut et philosophus 4.meteor.

Cap.3.4.& 5. Comm.19. cap.7. cap.7. Cap.1.& deinceps. tex.& com.40. Cap.5. cap.5. à principio.

nota.

notatum reliquit. auxiliatur tamen ipsa nutritioni dum alimenti uehiculum est. tenuissima nempe quum sit, cibaria omnia ut in uniuersum corpus digerantur, adiuuat. estq́; ut 4. de usu par. Gal. ab Hippocrate uocari ait serosum humorem, ὄχημα τροφῆς, ipsa tamen non nutrit. Quòd tamē author de dieta nutrire eam per omnia scripserit. nō is quidem de simplici aqua intellexisse uidetur, quum & hanc & ignem seorsum: nullam talem facultatem utrunque habere eodem loco asserat; intelligi tamen id eodem pacto arbitramur, ut nos diximus; esse uidelicet eam alimenti uehiculum. dum enim sui tenuitate, atque humiditate alimentū in corpora omnia aduehit, dumq́; solida ipsa humectat, atque illis nutrimēti adhæsum parat, quo pacto, qui parietes exstruunt, siccos antea lapides humore inspergunt, ut ijs calx agglutinetur; nutrire & ipsa uidetur quamuis non nutriat. Id uerò, quod de inedia aiunt, fallax profectò & imbecillum argumentum est. potest certè aqua superfluo sui humore appetendi sensum retundere, nutrire tamen non potest; quin si qui ea diutius atque copiosius seorsum utantur, primò quidem imbecilles reddi, postmodum uerò sensim tabescere, aut in hydropim incidere quotidie obseruatum est. tantum enim abest ut ea nutriat, ut potius (copiosius aut intempestiuius ingesta) corpus, quod & alijs alioqui copiosis, & solidis alimentis nutriatur, ali impediat, dum alimēta superfluo sui ipsius humore eluit, ac solidis adhærescere particulis prohibet, eo prorsus modo (ne a priori exēplo discedamus) quo si nimio humore lapides aspersi fuerint, cæmenti amplexum & agglutinationem renuunt.

Cap. 5.

COSTAEI ADDITIO.

Vide Disquisitiones physiologicas Costæi pag. 9. & 331. lib. 3. cap. 165.

POtabilium aquarū differentiæ uniuersales quinq; sunt Aetio ex Rufo, pluuia, fontana, putealis, stagnās. his addere licebit & niualē, & glacialē, ac præterea cisterninā quæ ex pluuia aut etiam fluuiatili est. Fontanam hic Auicennas omnibus præfert. quam Hippocrates quoque lib. de aere aquis & locis primo loco laudat. Alij pluuiam præponunt Hippocratis authoritate moti, qui eodē loco pluuias optimas esse ait, ut quæ leuissimæ, tenuissimæ, dulcissimæ, limpidissimę. Rhasis eā quæ ex fluuijs magnis, cæteras superari scribit. Rufus tamē apud Aetium Nili quidem aquas, ut omnibus uirtutibus exornatas cōmendat: fluuiales tamē reliquas & stagnantes, damnat. Ceterum, si comparandæ hę sint inter se; fontanam profectò maxime omnium æstimasse Galenum constat. qui cum primo de tuenda ualetudine, in puerorum educatione frigidam illis per calores a cibo concedens, fontanam proponit qui uitio careat; nulla de alijs facta mentione, præterquam de stagnanti, quam ut prorsus inutilem reprobat. tum sexto epidemiorum decoctam aquam ab Hippocrate propositam considerans, se ipsa quoque uti ait, si fontanæ bonæ copiam non habeat. his uerbis ostendens se fontanam plurimi facere, ut quę non egeat coctione, sit etiam decoctæ præferenda. Imo, quum idem author lib. 7. meth. aquę uitia omnia pēdere scribat ex frigiditate, cuius culpa & in præcordijs diutissime moratur, & fluctuationes excitat, & uentriculi robur resoluit, ut deinceps deterior in eo fiat cōcoctio, & distributio; parte altera. 11. meth. fontanam statuit in medio frigoris, quod ferit, & caloris qui resoluit; eo scilicet sensu qualem medio ueris tempore præfert ut ipse 7. meth. scribit, et qualis ad curandam uentriculi siccitatem, & calorem requiritur. Non est igitur ut quis pluuias fontanis præferat. Quas licet Hippocrates, Rufus apud Oribasium, & Paulus, & Celsus, leuissimas, dulcissimas, tenuissimas, & limpidissimas esse scribant, non tamen fontanis esse aiunt meliores. Imo quū illas Hippocrates aperte scribat prauo esse odore, magna etiam eas carere laude, quæ est in fontanis certum est, quod in causa fuisse arbitrandum est, ut ipsas statim atque pluit, percolari Rufus iubeat. Verum optimæ aquę conditiones in uniuersum, ex earum causis, ex natura propria, & ex effectibus, qui in homine atque externis alijs rebus spectantur, sunt quærendæ. Ex causis, quod sicuti fontana ex terræ uisceribus ortum habet, ita pro loci, a quo emergit, & per quam transit, natura: itemque pro solis harum omnium rerum conseruatoris aspectu; proque uentorū uarietate, qui quibusque locis accidit, uariam acquirit naturam. de qua re fusius loco proposito Hippocrates. Ita ēt pluuiales aquæ, quarum ortus est ex uaporibus a sole sublatis, uarias acquirunt qualitates pro locorum & rerum uarietate, a quibus attolluntur in aerem uapores, & pro temporum anni uarietate quibus decidunt, & pro modo quo decidunt. Ex locorum quidem & rerum uarietate, quia quę ex fœtidis corruptisve illis materiam habent, pessimæ sunt. quæ etiam hyemali aut uerno fiunt tempore, minus sunt, quam quę æstiuo, probatæ. & quę rursus ab æthere, aut cum tonitru excretę, sunt, meliores sunt quam procellosæ, ut sexto Epidem. Hippocrates notat. Cognoscitur autem aquæ bonitas etiam ex obseruatione naturæ, idest substantię, & qualitatum, quæ se se quatuor sensibus offerunt. quæ aspectu sunt limpidissimæ, quæ saporis, & odoris omnis sūt expertes, quę tactu in loco, in quo residet, neque calidiores sunt neque frigidiores. Effectus autem, qui ex optimis aquis spectantur, in homine quidē sunt, quod quæ epotę in uentre neque insignem uel calorem vel frigus imprimunt, neque in hypochondrijs morantur, ei optimæ sunt. tales autem facile coquuntur, & distribuuntur, & iecori, lieni, renibus, corporique uniuerso sunt commodæ. In externis autem rebus, quæ celeriter calfiunt at refrigerantur, & in quibus celeriter legumina coquuntur, addi etiam qui pondere leuiores sunt, & in hominis quoque corpore citra grauitatis sensum & celeriter coqui possunt & distribui. De aquarū igitur bonitate, hęc docebunt. At in ijs, quæ diximus, unum dignum est animaduersione. Ex pluuijs enim uernas, & hyemales improbauimus, quas Rufus maxime probat. Verum paucis, Rufum quidem apertum est, tum dissentire ab Hippocrate, & Galeno, quum Hippocrates eam commendet, quæ ex æthere, idest puriori aere decidit Oræ tempore, & æstate in media, qua fugaces fructus maturescunt. et Galenus quoque eos stulte agere scribat, qui per Oræam pluuiam uerni temporis intelligunt. tum uero etiam rem scribere a ratione alienam. quum uerno, magis autem hyemali tempore aeris uniuersi uapores ob solis longinquitatē crassiores atque crudiores adhuc, & frigidiores sint, quā, ut leuis, tenuis limpidaue, aut dulcis aqua ex ipsis gigni possit.

Cap. 11.

sect. 4. tex. 9.

Cap. 6.

Oribas. 5. coll. med. ca. 3. Paul. li. 1. c. 50. Cels. lib. 2. c. 18.

sect. 4. tex. 9.

apud Oribasiū 5. medic. coll. cap. 3.



At vero quod ad fontanę aquę laudes pertinet, plurimum quidem interest, quo solo, & quo cœlo, eius sit tum ortus tum progressus. De qua re quanquam non pauca libro de aere, aquis, & locis scripta sunt, est tamen aliquid quod in eo loco desideres, cum de solo, tum de cœlo. De solo quidem quod quum eas ille author maxime improbet, quæ petroso solo scaturiunt; & Galenus quoque referente Oribasio eas, quæ per terram puram labuntur magis probet, quod, & Auicennas noster hoc loco. contra tamen suadet ratio, quibus per saxa est lapsus (si illę modo æque atque alię orientem aspectent solem) illas fracta quasi attenuataq́; earum crassitie ac duritie omni, vt salubriores censeamus. Sed, & de cœlo est, vt dubites. Quum enim eas aquas maxime omnium ille author probet, quarum fontes ad æstiuos solis exortus, & occasus, magis autem quæ ad exortus; ac tertio eas quæ inter occasus æstiuos, & hybernos; & quarto eas damnet, quæ inter æstiuum ortum, & occasum; magis autem quæ ad austrum, quam quæ ad boreā; non paruus hic scrupulus occurrit. Quando enim aduersa

5. med. coll. c. 3.

sunt originis,& progreßus aquę loca,undenam aquarum bonitatis argumentum sumendum sit,ab exortune , an a progreßu non satis constat. Et ortum quidem,non autem progressum spectaße ille author videtur,ijs verbis, quibus fontanas aquas cæteris præfert, quarum fontes ad solis or tum ἐῤῥώγασι, erumpunt.Contra tamen aliud res ipsa dictat.Quarum profecto aquarum origo est ad Orientem,earum decursus erit uel in occasum,vel in meridiem , vel in borealem regionem.Ac si in meridiem,decurrente quidem aqua per eandem per quam sol decurrit uiam, continuo solis feruore tenuiores aquæ partes absumente, salsuginosam & omnino pessimam reddi aquam, neceße est . Sin in boream flectat,dum destituitur solis radijs,& occurrentium ex borealiora, ventorum vi perfrigeratur, dulcis quidem , sed coctu tamen difficilis fiat:id quod rursum itidem futurum est,si in occidentem solem feratur.quanquã enim quia minus quam superior a radijs solis abest,futurum est , vt plus coctionis suscipiat; ventorum tamen,qui impuri ex ea efflant regione,occursu,vitij aliquid vt recipiat, est necesse.Ex his igitur contra quam scribere Hippocrates videatur,non exortus,sed progreßus potius fontanæ aquæ obseruandus.ita vt præferri quidem ea cęteris debeat,quę inter æstiuos exortus,& occasus , magis autem quæ ad exortus fluit:sed lõge alio sensu,quã ea Hippocratis uox ἐῤῥώγασι significare videatur : nempe,quæ sub cæli cardine alio ortum habens in orientem fluit.Ita quidem Auic. hoc loco progressum,non ortum fontanæ aquæ spectans, eas præponit cæteris,quæ in orientem præcipue ęstiuum ferũtur:tum autem quæ in septentrionem: quæ vero in meridiem,& oc cidentem,damnat;& tunc quidem maxime,vbi meridionales uenti perflant.Hæc igitur de Hippocratis sententia faciunt dubitationem.Sed,& loco eodem,quum eas,aquas maxime omnium probet,quarum fontes ad æstiuos solis or tus erumpunt; tum secundo loco,quæ inter æstiuos exortus & occasus:magis autẽ,quæ ad exortus:ac tertio eas, quæ inter occasus æstiuos,& hybernos; & quarto eas damnat quę inter æstiuum ortum,& occasum, magis autem quæ ad austrum quam quæ ad boream; aperta hic controuersia est.Quas enim secundo,& proximo optimis loco posuerat, quarto loco,vt deterrimas planissima oratione detestatur. Adde hoc etiam,quod quum duo præsertim obseruet, ortum,& occasum solis:vt illas generatim quæ ad orientem emergunt,laudat,ita reliquas,vt od occasum vel ad ortum magis deflectunt,magis,et minus probat:eas præferẽs,quæ vergunt ad orientem.ita quidem quum duo solis ortus sint & duo occasus, æstiui atque hyberni ; quales aquæ sint , quę inter occasus æstiuos atque hybernos quum doceat ; quales tamen sint quæ inter ortus hybernos atque æstiuos non explicat.Ita quidem,quomodo quę ad nos ex ueteri eo scriptore de aquis peruenere,obscuritatis suspitionisq; plena sint,apparet.At vero sit illud nobis primum constitutum,quum quatuor mundi sint cardines,ad solis ortum,atque occasum,ad meridiem,ac septentrionem; duplicem cogitare nos posse eius quæ est ab oriente in occidens progresſionis rationem,alteram , quæ recta quasi linea ab uno ad alterum protracta absoluatur;alteram,quæ obliquo itinere per meridiem ab ortu in occasum , contraque ab occasu in ortum reflectatur.Itaque his positis,si fontis exortus sit ab oriente, progressio autem sit per rectam lineam ab ortu in occasum:vel si oriatur fons ab occasu, decursus autem rectus sit ab occasu in ortum : aquam profecto utrãque,tum quæ mane a sole illustratur in ortu,tum quæ in occasu vesperi,quis temperie illa solis concoctam humanis vsibus utilem non censeat,maxime uero quæ ad orientem? Rursum etiam, siue aquæ origo sit ad ortum,siue ad occasum ; ubi eius decursus sit per meridiem, quis eam probet ? pessimã quidem illam esse necesse est,cuius tenuiores partes meridiani solis æstu absumuntur, ijs superstitibus, quæ salsuginis sunt causa . An ergo duplici illa sententia hoc ipsum docet Hippocratis ? Ita quidem,qui fontes inter ęstiuum ortum,& occasum,vel ab occasu ad ortum recto tramite, non per meridiem fluant;non indigni sunt, qui secundo loco post optimas probentur, ut ille probat , præsertim vbi non ad occasum sit cursus;sed,vt is ait,ad orientem.At si non recta ferantur uia,sed ad meridiem deflectant;atque vt ille ait,ad austrum;quamuis ab ortu ad occasum decurrant,uel e contrario ab occasu ad ortum , eiuscemode tamẽ illæ sunt,ut carcãt omni commendatione.Hæc uoluisse Hippocratem(si liceat diuinare) ego quidem dixerim , quanquam,quod in tam breui sententia easdem voces diuerso vsurpet significatu,non sit sine admiratione.& men di alicuius in contextu suspicione.

De eis , quæ proueniunt ex retentione , & euacuatione. Cap. 17.

Retentio eius,quod naturaliter euacuari debet:aut est ex debilitate uirtutum expulsiuarum,aut ex fortitudine virtutis retentiuę:& retinetur ab ea,aut propter debilitatem virtutũ digestiuarum; unde elongatur mora rei in receptaculo,ideo ꝙ retinent eam ibi uirtutes naturales,donec digestio cõpleatur : aut propter viarum coangustationem:aut propter oppilationes,quæ sunt in eis : aut propter grossitudinem materiei,aut propter ipsius viscositatem , aut propter eius multitudinem,quam expulsiua nequit superare,aut propter defectum sentiendi illud,quod necesse est expelli [a] † [ ] quemadmodum accidit in colica & icteritia;quoniam est,quum virtus voluntaria adiuuat in expellendo,aut quia uirtutes naturales ad aliam partem tendunt,sicut in crisibus accidit retentio urinę,aut stercoris:proptere a quòd euacuatio cretica est in parte altera . Quumque retentio eius,quod euacuari debet, acciderit:prouenient inde ęgritudines;[b] [quæ aut sunt ex ægritudinibus compositis,sicut oppilatio,& laxitas, & spasmus humidus, & quæ eis similia existunt.Sed ex modo ægritudinum complexionis, sunt putredo , & caloris innati constrictio,& ipsius in igneitatem conuersio , &caloris innati extinctio ex prolixitate constrictionis,&] eius fortitudine : quapropter cã frigus sequitur, & ex superantia etiam humiditatis super corpus. Communes uerò ægritudines sunt receptaculorum fissura, & eorũ disruptio. Fastidium quoque est una ex causis deterioribus,harum ægritudinum, & propriè quũ euenerit , postquam consueuit euenire uacuitas;sicut accidit in multa saturitate in annis fertilitatis post superfluam famẽ,& in annis sterilitatis. Ex ęgritudinib.verò compositis sunt apostemata & † pustulæ.Euacuatio autem eius, quod debet retineri,est,aut propter fortitudinẽ virtutis expulsiuæ, aut propter debilitatẽ retentiuę,aut propterea ꝙ materia nocet grauitate propter sui multitudinem,aut distensionem propter ventositatem,aut propter mordicationẽ[c] [sui acrimonia,& acuitate,aut propter materiei subtilitatẽ,qua fiet,sicut, quod eliquatur per se,] vnde ad expellendum fiat facilis.Est ẽt, quũ ipsam viarum iuuat amplitudo, queadmodum accidit in[d] [eliquando sperma,] aut,ꝓpterea

a † B. Alia litera. si fuerit quãdoq; adiuuans in expellendo uirtus volũtaria

b B. aut ex capitulo ęgritudinũ compositionis, & sunt oppilatio,& laxitas,& spasmus humidus,& quæ sunt ei similia:aut ex capitulo ægritudinum cõplexionis,& sunt putredo,& caloris innati coarctatio, & ipsius in igneitatẽ cõuersio,& caloris innati extinctio , ex prolixitate coarctationis , aut.

† bothor.

c B. propter acuitatem & adustionẽ eius, aut ꝓp materiei subtilitatẽ,quare fit ut ipsa quasi sit fluida per se.

d B. fluxu spermatis.

rea quòd in longitudine scindunt,aut incidūt in latitudine,aut quia earum aperiuntur orificia:sicut accidit in exitu sanguinis ex naribus. Et est, quum accidit hæc largitas propter causam,quę exterius accidit,aut interius. Quumq; euacuatio eius;quod retineri debet,acciderit: proueniet propter ipsam complexionis frigiditas propter euacuationem materiei,quę erat apta ad accendendum ex qua calor nutritur innatus.Et fortasse proueniet inde calor complexionis:quum illud,quod euacuabitur,complexionis fuerit frigidæ, sicut phlegma:aut fuerit circa æqualitatem complexionis sicut sanguis, quia[e] [calidum calore superabit superfluo] sicut cholera,& calefaciet. Et ex ipsa quidē semper accidet siccitas essentialiter.Et est,quum ex ipsa prouenit humiditas secundum considerationem, quàm nominauimus in accidentalitate caliditatis. Et hoc est, quum humor siccans euacuabitur non superfluè[f] [&] propter caloris innati defectum;quando nutriens perfectè digerere non valet:vnde phlegma accrescit:hęc tamen humiditas complexioni non cōfert innatæ;neque est innata sicut calor ille non est innatus.[g] [Quòd si superfluè euacuatur,] sequitur ipsam frigiditas & siccitas in substantia mēbrorum,& in eorum natura:licèt alicui ipsorū calor accidat extraneus,& humiditas non bona.[h] [Ægritudines quidem instrumentales, quæ euacuationem sequuntur superfluam : sunt] oppilatio,propter superfluam etiam venarum siccitatem, & propter earū coarctationem.Et sequitur eam spasmus & † tetanus. Retentio verò & euacuatio,quæ sunt æquales,scilicet illę,quæ in hora proueniunt, qua est necesse : conferentes sunt,& vitam conseruantes sanam.Et iam quidem locuti fuimus de rebus, quæ sua generalitate sunt necessariæ; licèt sit, quum plurimum suarum specierum non est necessarium. Nunc ergo ad alias causas procedamus.

e B.dominabit. calidū supfluū.

f B.aut.

g B. immò ad omnem euacuationē superfluā.

h B Et quandoque ad euacuationem supfluā sequūtur ęgritudines instrumētales sicut.

† euzez.

ANNOTATIONES.

Egit de hac re Gal.lib.ar.med.1.de sanitate tuen.et li. de diff.symptom.Et author quoque multa repetit lib.Canticorum parte prima,tract.1.

cap.85. Cap.13. cap.6. tex.145.

Sermo uniuersalis de causis, quæ casualiter corpori accidunt,& non sunt necessarię,neque impedientes. Cap. 18.

LOquemur nunc de causis non necessarijs, non impedientibus.Et sunt quę sua generalitate non sunt naturales,nec naturę cōtrariæ. Et istæ quidem sunt causæ corpori obuiantes præter aerem,qui est necessarius : sicut balneatio,fricandi species,& aliæ.Incipiemus autem, & dicemus ꝙ causæ, quæ in corpore hominis sunt agentes exterius propter obuiationē: duobus operantur modis: Operātur enim in ipso, aut penetratione illius, quod ex eis[a] [subtiliatur,in poris per virtutē penetratiuam, quæ est in ipsis;aut quia membra sibi attrahunt eas per poros suos,aut ideo ꝙ vnum istorum ab altero iuuatur.Alter verò modus est, vt nulla operentur commistione,sed qualitate pura conuertēte corpus.Et istud quidem,aut ideo ꝙ hæc qualitas,aut est in[b] [effectu] sicut epithema infrigidatum in[c] [effectu] quod infrigidat: aut emplastrum calefactum in[d] [effectu,]quod calefacit:aut est propterea ꝙ qualitas hæc est in potētia:sed calor innatus,qui est in nobis,commouet virtutem agentē in ea, & adducit ipsam ad effectum,aut propter proprietatem.Sūt autem ex rebus,quæ obuiādo mutant,& quum ingrediuntur corpus,non mutant,sicut cepæ,quum exterius ad modum emplastri corpori superponuntur,[e] [vulnerāt,sed interius receptæ nō vulnerant.]Et sunt ex reb.aliæ,quæ ad hoc contrariæ huic existunt,sicut cerusa, quæ quum bibitur,vehementer mutat:sed quum ex ea sit epithema,nihil ex hoc operatur.[f] [Et sunt ex eis; quæ nullo horum duorum modorum operātur.Et huius quidem causa in diuisione prima, vna sex rerum existit. Vna est,] quòd quum tale aliquid,quale cepę ingreditur corpus,virtus digestiua incipit[g] [constringere] ipsum,& cito mutat eius complexionem,& debilitat eam, & non dimittit eam incolumem tanto tempore,vt in tali,quale illud possit efficere suam operationem,& interius[h] [vulnerare.] Et alia est, ꝙ secūdum plurimum comeditur mista cum re alia. Et tertia est ꝙ commiscetur in receptaculis nutrimenti alijs humiditatibus, quæ ipsam submergunt,& eius frangunt fortitudinē. Et quarta est,ꝙ quum est exterius,in uno ponitur situ:sed interius non quiescit se mouēdo. Et quinta est,quòd exterius multum strictè tenetur:sed interius tangit non adhęrēdo. Et sexta est,quoniam,quum est interius,præparationem eius,ipsa virtus naturalis regit,& cito eius expellit superfluitatem, & bonum in sanguinē cōuertit.Eius verò,quod ex cerusæ dispositione diuersificatur,causa est,quia cerusa est grossæ naturæ,& grossarum partium; quapropter quum est de foris,non penetrat in poros: & si penetrat,nō peruenit ad poros spiritus, nec ad membra principalia:sed quum comeditur, est res huic contraria Et etiam natura venenosa, quæ est in ea,nō efficit impressionem,nisi impressione superflua a calore innato, qui est in nobis,in ea:& hoc quidem non acquiritur ipsa obuiatione extrinseca.Et nos fortasse reiterabimus tibi in libro de simplicib.medicinis verba modi istius.

a B. est subtile in poris propter uirtutē profundantem penetrantem.

b B.actu.

c B.actu.

d B.actu.

e B ulcerāt, sed interius receptę non ulcerant.

f B.Et ex eis sūt quæ operantur duob. modis simul.Et causa quidem diuisionis primæ est una sex causarū quarum prima est,

g B frangere.

h B.ulcerare.

ANNOTATIONES.

Causas omnes morbi & sanitatis necessarias recensuit, Galeni exēplo,in lib.art.med.Hic non necessariarum tractationem pollicetur.antea tamē inuestigat,quo pacto,quæ extrinsecus adueniant,in nostrum corpus agant. pro quare uide Gal.3.de temp.

cap.85. cap.3.

De eis,quę proueniunt ex balneatione,[a] [*& fricatione*] *ad solem.* Cap. 19.

a B.& statione.

QVidam ornatè loquentium dixit.Ex balneis melius est,cuius fabrica est antiqua: & cuius aer ampliatur,& cuius aqua est dulcis. Et alius addit,ut balneator ignem suum mensuret secundum complexionem eius, qui ipsum vult ingredi.Debes autem scire,quòd ope

ratio naturalis balnei est calefacere suo aere,& humectare,sui aqua. Et prima causa est infrigidans & humectans.Et secunda calefaciens , & humectans.Et tertia calefaciens , & desiccans . Et non attendenda sunt verba illius, qui dicit, ꝙ aqua non humectat membra [b] [interiora ,] quum bibitur,aut quũ ei obuiatur.Sed plerunque ex balneo post illud , quod nominauimus de suis impressionibus & mutationibus,aliç accidunt mutationes;quarum quędam sunt per accidens,& quædam sunt per essentiam.Est nãque,quum accidit balneo,vt suo infrigidet aere:propterea quòd multum caloris resoluit innati;& vt membrorum etiam substantias exsiccet:propterea ꝙ vehementer humores resoluit naturales,licèt extraneos augeat humores.Quũque eius aqua multę est caliditatis , cutis ex ea horripilatur,& inspissantur eius pori . Quare ex eius humiditate nil vadit ad corpus, neq; bene resoluit. Est tamen quum eius aqua calefacit,& est quum infrigidat. Sed eius quidem calefacere est,ideo ꝙ multum est calida:& quum ipsius calor paruus est minor,quàm tepidæ, infrigidat & humectat : [c] [& propter cõstrictionem,]quum fuerit frigida,quia calorem constringit,qui ex eius aere est habitus:& coniungit ipsum visceribus,quum obuiauerit corpori ipsa existente frigida . Eius verò infrigidare erit,quum in ea aliqui se multũ balneauerint: duobus nanq; infrigidat modis:vnus est,[d][quoniã aquæ natura in vltimo rei frigida existit,] licèt calore accidentali calefaciat,qui non permanet,sed tollitur,& remanet operatio naturalis propter illud,quod ex aqua penetrauit in corpus,& est infrigidatio : & etiam quia aqua siue sit calida,siue frigida:est humida:ideo quũ multum humectauerit,calorem constringit innatum propter multam sui humiditatem:& extinguet ipsum,& infrigidabit.Est etiam,quum balneum resolutione calefacit , quum inuenit nutrimentum,quod non fuit digestum:aut inuenit humorem frigidum, qui non fuit maturatus.illud enim digerit, & hunc maturat . Est pręterea,quum ingrediũtur balneum ipso sicco,& exsiccat;& confert hydropisim habentibus,& [e] [laxitatem ;] & est, quum ingrediuntur ipsum eo humido,& humectat. Est etiam, quum in ipso diu morantur , & exsiccat propter resolutionem & sudorem : & est quum in ipso parum morantur,& humectat, quũ corpus,ab eo [f] [exsiccatur,] antequam egrediatur sudor.Et est,quum balneum ingrediuntur ieiuni & uacui, & vehementer exsiccat, & macrescere facit,& debilitat. & est , quum ipsum ingrediuntur illico post saturitatem , & impinguat , propterea quòd materiam ad exteriora trahit corporis.Veruntamen oppilationes efficit,propterea quod sui causa a stomacho & ab hepate nutrimentum ad membra trahitur nõ coctum.& est,quum in fine primę digestionis & antequam adsit vacuitas,ingrediuntur:& cõfert & impinguat mediocriter.Qui autem balneum ingrediuntur propterea , ut humectentur,sicut ethicam patientes faciunt , debent in aqua mergi,nisi denilitentur:& postea ex oleo inungi,ideo quòd,ut in humectatione fiat augmentum,& vt teneatur aqueitas , quę in poris

b B.radicalis.

c B.& eam coarctatione.

d B.quoniam aqua naturaliter est frigida,quare infrigidat in ultimo rei , uel in fine rei.

e B.& dispositionem similem cachexiæ.

f B.exuccet seu recipiat ab eo.

penetrauit,& constringatur inter cutem:& nõ longa ibi moretur mora:& locum eligant temperatum:& in balnei terra multam proijciant aquam,ideo vt vapor [g] [elargetur,] & aer humectetur:& a balneo deferantur sine sollicitudine & labore,qui eis accidat [h] † [ ] super lectum : & inunga ntur , & odorent illico quum egrediuntur ex bene redolentibus frigidis : & dimittantur in domo, in qua homines denudantur hora vna,donec eis attractio aeris temperata ad eos redeat : & ad potandum tribuatur eis parum ex humectantibus,sicut aqua ordei,& lac asinæ. Quod si quis eorum multã in balneo facit moram,timetur ne superueniat ei syncopis,propterea quòd calefit cor,& commouetur [i] [syncopis,]In balneo pręterea cum multis eius iuuamentis adsunt nocumenta.Facit enim superfluitates ad membra, in quib.est debilitas,leuiter descendere:& laxat corpus: & impedit neruos:& resoluit calorem innatum : & comedendi desiderium deijcit ; & coeundi debilitat uirtutem.Balneum quoque [k] † [ ] differentias habet a parte aquarum, quę in ipso fluunt. Si enim fuerint nitrosæ aut [l] [marinę,]aut sulphureę,aut cineritię,aut salsæ, natura,aut ingenio.s. quòd in eis aliquid apponatur,aut in eis coquatur,sicut staphisagria,aut sicut baccæ lauri,aut sicut sulphur , aut his similia,resoluent,& subtiliabunt,& auferent [m] [laxitatem;& prohibebunt humorum descensionem ad apostemata;& uenam habentib.ciuilẽ conferent.] Aereę verò aquæ,& ferreæ,& salsæ etiam,iuuant in ægritudinibus,quæ sunt ex frigiditate & humiditate,& in doloribus.articulorũ & podagræ:& conferunt laxitati;& asthmati;& ægritudinibus renum;& fracturæ restaurationem fortem efficiunt ; & conferunt carbunculis,& ulceribus.Et æneæ quidem ori cõferũt:& vuluæ;& oculo laxo;& humiditatibus auris.Ferreæ verò stomachum iuuant , & splenẽ.Et nitrosæ quidem & salsæ capitibus, & pectori auxilium præbent,quę materias recipere solent;& conferunt stomacho humido; & habentibus hydropisim,& inflationem. Aquis aluminosis, & atramentalibus balneari confert sputo sanguineo, & egressioni sanguinis ab ano;& menstruis, [n] [& nauseę, & uomitui sine causa ;] & cachexię;& multo sudori . Sulphureæ verò aquæ neruos mundificant;& dolores distensionis,& spasmi sedant,& corporis superficiem a † pustulis:& ulceribus malis antiquis, & signis uiolaceis mundificant : & a panno,& † uitiligine & lepra:& resoluunt superfluitates ad iuncturas,& splenem,& hepar descendẽtes, & [o] [uuluę] duritiei conferunt:sed stomachũ laxant,& desiderium deijciunt. [p] [Marinæ autem aquæ] caput eius,qui in eis balneatur, replent:ideoque,qui in eis balneatur, caput in ipsis ponere non debet , & in eis tempore post tempus eorum calefiunt complexiones, & proprie matrix,& uesica,& colon. Et ideo omnes sunt malæ & graues. Qui autem in thermis uoluerit balneari , oportebit , vt balneetur in eis quietè,& suauiter, & ordinatim , & non subito. Et nos fortasse reiterabimus in capitulo de conseruatione sanitatis sermonem de esse balnei ; & continuandum erit,quod ibi dicemus,

ci,

g B. multiplicetur.

h † B. sed deferatur.

i B.nausea.

k † B.naturale.

l B. aut bituminis iudaici .

m B.& auferent alterhel & alter bel & prohibebunt descensionem ad ulcera, & conferunt habentibus venam medini † .i.dracõtiam.

n B. & cõuersioni ani, seu egressioni ani, uel fisteris,& aborsui absque causa. † bothor † morphea , & albaras.

o B.matricis.

p B. alia litera. Aqua ãt bituminis iudaici.

ei, quod hic ante dixerimus. & similiter loquemur, quum de potu aquę frigidę tractabimus.

ANNOTATIONES.

De balneis plures hactenus scripserunt. Gal. & Hipp. passim multa, presertimq; Hipp. 2. de dieta. scripsit et Paulus lib. 1. & author fusius lib. de remou. nocum. tract. 3. et ex nostris Plinius lib. 31. ac Vitruuius lib. 5. Sed pulcherrimè tamen omnium qui hactenus scripserint Ioannes Antonius Siccus, uir & bonarum literarum eruditione, & multa medicæ artis peritia Venetijs maximè celebris, ex Gal. atque Hippocrate in paruum ea omnia libellum coniecit, quæ ad horum usum in uniuersum pertinent.

post medium. cap. 51. & 52. cap. 1. 2. & deinceps. cap. 2. cap. 10.

[a][*De ijs, quæ proueniunt ex vsu solis.*] *Cap. 20.*

In[1] arena sepeliri, & uolutari in ipsa, & in oleo balneari, & super faciem aqua rorari, [b][& in sole calido fricari, & præcipuè se mouendo, & quanto plus mouendo se motu forti, sicut cito eundo & saliendo, est ex eo quod superfluitates uehementer resoluit, & diminuit, & sudorem efficit, & inflationem egredi facit, & soluit apostemata laxa, & hydropisim; & confert in asthmate, & in aeris attractione, in qua est necesse alas tendere,] & resoluit dolorem antiquum frigidum capitis, & cerebrum, cuius est complexio frigida, fortius efficit. Quum autem, quod est sub eo, non [c][fiet lentum; sed remanebit eius locus siccus:] confert doloribus sciæ, & renum, & doloribus, [d] † [lepræ,] & suffocationibus matricis, & mundificat matricem. Quod si aliquis in sole steterit, inspissabit corpus, & indurabit, & exiccabit ipsum; quemadmodum cauteriū supra pororum orificia, & prohibebit resolutionem. In sole autem in vno loco morari, est [e][deterius] in adurendo cutē, quam in ipso ambulare; & est plus prohibens resolutionem. Et arenæ quidem, quę in desiccãdo humores sūt fortiores in parte cutis, sunt arenæ marinę. Et est, quum super eas calidas existentes sedent, & est quum in eis sepeliuntur. Et est, quum super corpus paulatim asperguntur, & resoluunt dolores, & ægritudines prædictas in capitulo de sole. Ad vltimum uerò uehementer exsiccant corpus. [2] Semicupium uerò ingredi plenum ex tali, quale est oleum, est quum confert lassitudinem habentibus, & febres patientib. longas frigidas, & eis, qui cum febribus dolores habent neruorum, & articulorum, & habentibus spasmum & † tetanum, & urinę retentionem, & oportet, ut oleum extra balneum sit calefactum. quòd si in ipso vulpes cocta fuerit, aut [f][dalion] & factum fuerit quemadmodū nominauimus erit medicamen melius, quod esse poterit dolorem habentibus iuncturarū, & podagram. [3] Faciem uerò madefacere, & super ipsam aquam rorare, virtutem viuificat, quæ est laxata [g][a nocumento,] & inflammatione febrium, & quum adest syncopis, & propriè ex aqua rosacea, & aceto. Et est etiam, quū desiderio medicatur, & ipsum erigit: & obest rheumatismos patientibus, & dolorem frigidum capitis habentibus.

a B. De his quæ proueniunt ex usu solis seu statione in sole, & ex sepeliri ī arena, & uolutari, seu uolui in ipsa, & ex balneari in oleo, seu ex infusione in oleo, & ex aspersione aquæ sup faciem.
b B. Statio in sole calido, & præcipuè mouēdo se cū motu maxime forti sicut cito eundo & saliendo, uel currendo est ex his, quæ supflui tates uehementer resoluunt, & prouocāt sudorem, & inflatione carminãt, & resoluunt apostemata alterbel, & hydropisim, & confert in asthmate, & in aeris attractione, in qua necesse est præparare corpus, ut facilis fiat attractio aeris.
c B. fuerit rotidū seu humidū sed fuerit locus ubi sedet siccus.
d ——B.
e B. uehementius.
† cunea.
f B. dabha.
g B ab angustia

ANNOTATIONES.

1 Qui, & quam varij ex mora & exercitatione in sole effectus proueniant Gal. lib. de cōsuetudine explicat. Quod item hydropicis conferat, notat idem Gal. 9. de comp. med. per loca. Pati tamen res hæc controuersiam uidetur. quum author libri de internis affect. qui inter Hipp. libros circumfertur, coxendicum morbos frequenter ex mora in sole euenire scripserit. ipso nempe humore, qui in articulis erat, exsiccato, ut circumuerti articuli ipsi nequeant. Verum facile lis hæc dirimitur. Morā in sole aliud morbi genus facit: aliud curat. Si etenim ex frigido humore ad coxendicem iam elapso ischias est, ex solis calore (si corpus tamē probè expurgatum sit antea) curari potest (ut author ait) dum uidelicet ij humores si crassi fuerint, liquescunt, dissipanturq; si uerò tenuiores, exsiccantur. At ex sole rursum potest ex humorum, quib. inunguntur articuli, & circumactio adiuuatur, exsiccatione, atque inopia: ischias gigni, quum eo absumpto humore circumuerti articuli nequaquam possint: id quod Hipp. notat, nostri tamen pauci aduerterunt. cap. 3. cap. 3.

2 Semicupium uerò etc. De balneis ex oleo paratis, & quid harum usus pręstare queat, habes 2. de simpl. med. c. 21. 24. & 25.

3 Faciem uerò madefacere &c. Non omni syncopi frigidæ in faciem conspersio subuenit, sed ei pręsertim quæ a calore. qui uerò ob mærorē gaudium, uel terrorem, uel irā, in syncopim incidunt; odoribus præsertim & narium apprehensionibus sunt reuocandi 1. ad Glauc. cap. 14.

SVMMA SECVNDA.

Ad numerandum unamquanq; causam cuiuslibet accidentium corporalium, quę. xxix. continet capitula.

De causis calefacientibus. *Cap. 1.*

Calefacientium multæ sunt causę, ex quib. sunt nutrimentum in quantitate temperatum, & motus temperati, in quibus ingrediūtur exercitia temperata, & temperata fricatio, & temperata compressio: [a] † [ ] & vētosarum absque scarificatione positio. Quæ. n. cum scarificatione est, infrigidat propter euacuationem. Motus etiam; qui parum per pertinet fortitudini, & multitudini, & neque est superfluus, & nutrimentum calidum, & medicina calida, & balneum temperatum sicut sciuisti, quod suo aere, & aqua calefacit, & artificiū calefaciens: & non superfluè calefacientiū obuiatio, sicut aerū, & emplastrorum, & uigiliæ æquales: & somnus temperatus secundum conditionem prędictam. & ira secundum omnē dispositionē; [b][& tristitia, quum non tãta fuerit, ut infrigidet:] & gaudium temperatū. & est ēt putredo, cuius proprietas est, vt caliditatem extraneā euenire faciat, & nō [c][amplius,] & eius quidē operatio est aliud a calefactione absoluta, & ab adustione. Calefacere nãq; minus est proculdubio quā adurere: multoties. n. accidit, & non efficit putrefactionem, & est, quum ante putrefactionem accidit. Putrefactio. n. sępe accidit, quum in corpore remanet, postquā ab ea causa extranea calefaciēs separatur, caliditas extranea, & ī materia humida accēditur, & eius humiditatem mutat ab eo, qđ complexioni substantię, in qua est, erat conueniens: ita ꝙ

a †B. membrorum exteriorū cum manib. facta.
b B. & alhem cū non fuerint superflua; quū uerò sunt superflua infrigidāt.
c B. aliud.

cam ad aliam complexionem spiritualium naturalium non conuertitur. Est nanque, quum caliditas & humiditas mutantur ab hoc; ꝙ uni complexioni conueniunt, & fiunt alij complexionum naturalium congruæ: quod quidem non est putrefacere, sed digerere. Adurere verò est, vt substantia humida a sicca separetur substantia, ita quòd illa sublimetur, & ista descendat. Calefacere autem simpliciter est, vt omnes humores secundū suas spiritales remaneant naturas, sed plus fiant calidi. Et de calefacientibus quidem est spissitudo superficiei corporis: calefacit enim propterea, quòd vaporem retinet: & raritas intus in corpore; quia calefacit propterea quòd vaporem dilatat. Gal. autem has omnes causas in quinque generibus comprehendere consueuit, scilicet motu non superfluo, & obuiatione eius, quod non superflue calefacit, & materia calida, quæ corpori aduenit, & spissitudine, & putrefactione.

ANNOTATIONES.

Cap. 2. *De calefacientibus causis Gal. lib. de caus. morborum fusius. de hac re author aliqua repetit lib. Canticorum parte prima, tractatu secundo, plura quoque Auer. scripsit 3. Collect.* tex. 179. & 180. cap. 11.

De infrigidantibus. Cap. 2.

INfrigidantium etiā multę sunt species, s. motus superfluus, qui calorem innatū superfluè resoluit. Et quies superflua, quoniā coadunat, & claudit calorem, & nutrimentum multum, [a] † [& superfluum] comestum aut ebibitum. Et eius superflua paucitas, & nutrimētum frigidū, & medicina frigida. Et obuiare, ei quod superfluè calefacit ex aeribus, & emplastris, & aquis thermarū: & vehemētia raritatis corporis: hæc enim laxant corpus, & resoluitur ab eo calor innatus. Et obuiare ei, qđ temperatè calefacit longo tempore, sicut multa in balneo mora, & vehemētia spissitudinis, quoniam calorem suffocat innatum. [b] † [ ] Et obuiare ei, quod secundum potentiam infrigidat, & si in pręsenti hora calidum existat. Et retentionis superfluitas, quoniā calorem suffocat innatum. Et in euacuatiōe superfluitas, quoniā innati caloris materiā destruit, propterea ꝙ [c] † [ ] spiritus eam, & oppilationes, quæ sunt ex superfluitatibus, sequuntur. Et de illis est vehementer stringere membra, & ut stricta permaneant: quoniā infrigidat, & propterea ꝙ caloris viam claudit. Et tristitia superflua, & timor nimius, & gaudium nimium, & delitiæ superfluæ. Et artificiū infrigidās: & cruditas, quæ putrefactioni est opposita. Gal. verò medicorum princeps eas in sex solet comprehendere causis, s. motu superfluo, & quiete superflua: & obuiatione eius, quod infrigidat: aut, quod vehementer calefacit donec resoluat: & materia infrigidāte [d] [& vehemētia spissitudinis:] & nimia nutrimenti paucitate.

a —— B.

b † B. & obuiare ei quod infrigidat in actu.

c † B sequitur euacuatio.

d B. & multitudo cibi supflua

ANNOTATIONES.

cap. 3. cap. 2. *Et hæc ex Galen. habes lib. de causis morborum, & 1. de præsag. ex pulsibus. Repetit & hic author libro Canticorum parte prima tract. secundo & plura notat Auer. lib. 3. Coll.* tex. 181. & deinceps. cap. 12.

De humectantibus. Cap. 3.

HVmectātium multæ sunt causæ. Ex eis nanque est sicut quies: & somnus: & illud etiā retinere, quod euacuari solebat: & humorē siccantem euacuare: & nutrimentum multum: & humectans nutrimentum; & medicina humectans; & humectantibus obuiare, & præcipue balneo, & post comestionem propriè: & obuiare ei, quod infrigidat, quoniam humorem retinet: & obuiare ei, quod calefactione tenui calefacit, quoniam humorē currere facit, & gaudium temperatum.

ANNOTATIONES.

Habes hęc ex Gal. lib. de causis morb. & Author repetit lib. Cant. parte 1. tract. 2. cap. 5. tex. 186.

De desiccantibus. Cap. 4.

DEsiccantia quoque sunt multa, velut motus: & vigiliæ: & vehementer euacuare. Et ex eis est coitus: & nutrientium paucitas, & vt sint sicca: & medicinæ desiccantes: & motuū animalium frequentia: & desiccantibus obuiare: & ex illis est in aquis balneari stipticis: & ex eis est frigus, quod congelat: quoniam prohibet membrum sibi nutrimentum attrahere: & propterea ꝙ ipsum cōstringit: quare oppilationes in eo accidunt, quę nutrimētum penetrare non permittūt: & ex eis est obuiare ei, quod est caloris vehementis, qui superflue resoluit, [a] [donec ex eis est] multum balneari.

a B. ita ut ex eis fit.

ANNOTATIONES.

Et hęc quoque leges ex Gal. lib. de caus. morb. necnon primo de tuenda ualetud. Vide & quæ author noster lib. Cantic. parte 1. tract. 2. & Auer. 3. Coll. scripta reliquit. cap. 4. cap 13. tex. 157. cap. 12.

De causis figuram corrumpentibus. Cap. 5.

EX causis figuram corrumpentibus sunt causæ, quæ in principio creaturæ acciderunt, propter quas virtuti informatiuæ, aut [a] [digestiuæ,] quæ sunt in spermate suæ operationis cōplementum defecit. Et ex eis sunt causæ, quæ accidunt, quum a matrice separatur. Et ex eis sunt causæ, quæ accidunt, quum infans ligatur, & quum tenetur. Et aliæ causę primitiuę, quę extrinsecus adueniunt, sicut casus, aut percussio. Et ex eis sunt causæ, quæ accidunt, propterea ꝙ se vult mouere antequā mēbra durescant, & antequā ambulare possit. Ex eis sunt causę ægritudinales sicut lepra, & phthisis, & spasmus, & extēsio, & paralysis. Et est, quū prouenit propter pinguedinem nimiam. Et est, quū accidit propter superfluam maciem: & est, quādo propter apostemata; & est, quando propter infirmitates situs: & est, quum accidit propter consolidationis vlcerum malitiam.

a B. alteratiuæ.

ANNO-

ANNOTATIONES.

cap.7. tex 188. & deinceps. *Desumpta & hæc ad verbum sunt ex Gal. lib. de cau. morb. Repete & quæ Auic. lib. Cantic. parte 1. tract. 2. adnotauit.*

De causis oppilationis, & coangustationis canalium. Cap. 6.

OPpilatio accidit, aut propter causam extraneam, quę in canali cadit: & hoc aut erit extraneum in suo genere, sicut lapis; aut extraneum in quãtitate sui, sicut fœx multa: aut extraneum ĩ sua qualitate, & hoc erit aut propter suam grossitiem, aut viscositatem: aut quia est congelatum sicut [a] [sanguisuga illa, quę congelata est:] hę quidem sunt partes eius, quod oppilat, propterea quòd in canali cadit: ex quib. sũt, quæ in suo loco in canali fixa manent, & est ex eis, quod in suo loco est mobile. Et est, quum accidit oppilatio, propterea quòd clausum fuit foramen propter vlceris consolidationẽ, quod in ipso factum fuit: aut propter nascentiam additę rei sicut carnis verrucosæ claudentis: aut quia canalis propter apostematis comprimẽtis vicinitatem cooperitur: aut propter cõstrictionem, quę fit propter forte frigus aut propter vehementem siccitatem, quæ propter stipticãtia accidit: aut propter uirtutis retentiuæ fortitudinem: aut propter fortem ligaturam. In hyeme quoque multæ fiunt oppilationes: propterea quòd superfluitates multum retinentur: & propterea quòd frigus stringit.

a B. sanguis similis sanguisugæ congelatus.

ANNOTATIONES.

Oppilationis nomine omnis meatuum occlusio siue absoluta siue imminuta intelligi solet. Huius causas plures & his author hoc loco, & in Canticis parte 1. tract. 2. & Gal. lib. de caus. morb. & 1. de tuenda ualetud. enumerat. Eius tamen in uniuersum causæ duę potissimum nobis uidẽtur, materię defectus, uel præsentia. Vbi enim meatus, quib. uel sanguis, uel alius quiuis humor inesse a natura consueuit, ea materia sint destituti, uel ij, uel etiam quæ ijs ipsis meatibus circumstant partes; concidere profecto & corrugari illos, atque astringi uel obstrui necesse est. Ita & si in canales, qui aperti antea erant, materia quępiam intercide rit; obstrui eos necesse est. Priorem obstructionem faciunt frigus, acerba, astringentia, & exsiccantia; nempè, quum hæc omnia humorem, qui uel meatibus, uel partibus ijs circunstantibus inerat absumant, uel in aliam sedem comprimendo, impellant. Posteriorem uerò gignit materia, uel humida, uel solida; uel extra meatũ incumbens comprimẽsq́, uel intra meatum ipsum contenta, & uacuum antea locũ sui substantia, aut crassa, aut uiscida, aut multa impediẽs.

tex.197. cap.7. cap.13.

De causis amplitudinis canalium. Cap. 7.

CAnalis ampliatur, aut propter retentiuę debilitatem: aut propter fortem expulsiuæ motum. Et ex hoc quidem modo est anhelitum retinere, aut propter medicinas aperiẽtes: aut propter medicinas [a] [laxantes] calidas & humidas. Et canales quidem ex contrarijs harum causarum coangustantur, & propter oppilationes.

a B. mollificantes.

ANNOTATIONES.

Proxima laxitatis atque meatuum apertionis causa est materiæ præsertim defectus: quæ plures & externas & internas causas sequitur: uel medicamentorum uim incidentium, aperientium, detergentium: uel calfacientium & humectantium. si enim occlusi antea meatus erant ob materiæ crassitudinem, uiscíditatem, multitudinem, incidentibus attenuatur crassitudo. aperientib. uię parantur, ut aliò confluere obstruens materia valeat, & de tergentib. amouetur. si corrugati antèa meatus erant ob materię familiaris inopiã. adueniente per calorẽ materia ampliãtur. si ex frigore, per caliditatem cauitas restituitur. Vide pro hac re Galen. lib. de caus. mor. & authorem. in Cantic. parte 1. tract. 2. cap.7. tex.202.

De causis asperitatis. Cap. 8.

ASperitas accidit, aut propter causam medicinæ: quæ uehementer abstergit sua incisione, sicut acetum, & acetosę superfluitates; aut sua resolutione, sicut spuma maris, & superfluitates acutæ: aut propter causam stipticam, quæ exasperat propter suam siccitatem, sicut res põticę, aut frigidæ, quæ ex exasperant, propterea [a] [constringunt:] aut propter res terrestres, quę super membrum iacent sicut puluis.

a B. inspissant.

ANNOTATIONES.

Asperitatem Arist. 2. de generatione & corr. a siccitate in uniuersum fieri statuit, quod & Galenus 2. in primum de uulg. morb. ita ut ad siccitatem causæ omnes referãtur, quas & hic & Galenus lib. de caus. morb. abstergentia nanque, & astringentia, & resoluentia omnia, & pulueres inspersi exsiccant. Fit tamen etiam asperitas ex humiditate, ut uocis asperitas ex defluente ad fauces pituita: sed uocis asperitas symptoma est, non morbus. sequitur autem hęc asperę arterię inęqualitatem, quę & ex humiditatis ad asperam arteriam ac fauces defluxu prouenit, & ex earundem quandoque partium siccitate, ut author est Galenus loco vulg. morb. citato.

tex 10. & deinceps. com.78. cap.7.

De causis lenitatis. Cap. 9.

LEnitatis causa, aut est glutinans propter sui uiscositatem, aut subtiliter resoluens, quæ materiã subtiliat: & ipsam currere facit, & spissitudinem a membri superficie remouet.

ANNOTATIONES.

Contraria siccitati est humiditas. quare sicut partium asperitas a siccitate, ita & mollities ab humiditate ortum habet, quod & philosophus 2. de gener. & corru. Vide pro hac re Galenum lib. de causis morb. Auicennam in Canticis, parte 1. tr. 2. & Auer. 3. Coll.

tex.13. cap.7. tex.206. cap.15.

De causis dislocationis, & separationis a situ. Cap. 10.

MEmbri remotio est: aut propter causam extendentem, sicut quum aliquod trahitur membrum, & extenditur donec dislocatur: aut ex motu forti super innixionem, [a] † [ ] quæ membrum a loco suo remouet, sicut quũ alicuius pes flectitur, aut causa laxãs, & humectãs, queãdmodũ accidit in ramice, aut ꝓpter causam ligamenti substantiam corrũpentem

a †B. Alia litera. super quam innititur uel appodiatur.

b——B. tem ipsum corrodendo, aut putrefaciendo, [b] [aut laxum reddendo,] quemadmodum in lepra accidit, & sciatica.

ANNOTATIONES.

Hic articulorum propriè, & partium ad articulos, ac ligamenta pertinentium esse morbus uidetur. Vitiatur uerò situs partiũ naturalis uel ex procatarcticis causis, & a re graui articulos comprimente, a subito, intempestiuo, ac vehementi motu, ab externa quapiam re ligamenta secante, vel ab internis, aut humore scilicet nimio ligamenta relaxante, & ob uisciditatem totum articulum lubricum labilemq́ reddente, ut Gal. lib. de caus. morb. & 6. aphor. aut eodem humore sui acrimonia ligamenta eadem corrodente & disrumpente. Vide quæ author lib. Cantic. parte prima tra. 2. & Auerr. 3. Coll.

cap. 10. som. 59. & 60. tex. 208. Cap. 15.

De causis malitiæ vicinitatis, quæ [a] [separationem] prohibet. Cap. 11.

a B. appropinquationem.

Causa eius est, aut grossities, aut uiscositas, aut spasmus, [b] † [ ] aut laxitas, aut humoris siccitas in iunctura; quia ibi fit lapis, aut, cum qua natus fuit.

b † B. aut ulceris uestigium.

ANNOTATIONES.

Articulorum motus prohibetur, vel incidente in eos re quapiam; vel humore eo absumpto, quo ali inungiq́ eæ partes solent, vt in coxendice a siccitate: de qua Hippocr. 2. de dieta, vt supra annotatum est, vel etiam ab astringente conglutinanteq́ re aliqua, vt carne, uel cartilagine, quæ ex ortu vel ex male curato vlcere supercreuerit. Vide pro hac re Gal. lib. de caus. morb. & 3. Coll.

De causis malitiæ vicinitatis, quæ dilatationem prohibet. Cap. 12.

Ipsius causa est, aut grossities, aut vestigium incarnationis vlceris, aut spasmus, aut cum qua nascitur.

cap. 10. cap. 15.

De causis motuum non naturalium. Cap. 13.

Eorum causa est, aut siccitas debilitans, sicut tremor siccus; aut siccitas spasmificãs; sicut causa singultus sicci, & causa spasmi sicci: aut [a] [superficies calefacientes, aut superficies] infrigidantes, aut causę virtutis viam claudentes, membro suam prohibẽtes penetrationem cum oppilatione: aut superfluitates, quæ nocent, aut propter suam frigiditatem: sicut [b] [rigor, aut propter punctionem, sicut horripilatio,] aut propter caloris innati submersionẽ, aut propter sui paucitatem: & propter illam accidit in musculorum superficiebus frigiditas, & prouenit uentositas, quæ vult resolui, & exire sicut [c] [saltus.] Et nunc quidem dicemus, quòd hæc nocumentalis materia, aut erit uaporalis pauca, & accident propter eã † halices, aut erit plus ea, & continget propter ipsam lassitudo pœnalis, si fuerit quieta, aut prouenient aliæ lassitudinis species, quas nominabimus, si fuerit mobilis. Quòd si fortior fuerit, accidet inde horripilatio, & si fuerit magis fortis, proueniet inde [d] [tremor.] Et materia quidem ventosa, quum in musculo tenetur, prouenit propter ipsam pulsatio, seu iectigatio.

a B. superfluitates spasmantes, aut superfluitates &c.
b B. in rigore, aut sua mordicatione, sicut in horripilatione.
c B. in saltu seu in iectigatione. † i. pandiculationes.
d B. rigor.

ANNOTATIONES.

Egit de hac re fusius Galenus 2. de symptom. causis, et horum omnium deprauatorum motuum causas duas facit vniuersim: repletionem & siccitatem. Vide & libellum de palpit. rigore, & conuulsione. Cap. 3.

De causis augmenti, & magnitudinis, & numeri. Cap. 14.

Horum causæ sunt materiei multitudo, & uirtutum attractiuarum in se ipsis fortitudo, aut virtutum attractiuarum fortitudo propter fricationis adiutorium, & calefactionis cum emplastris, sicut cum emplastro de pice, & quod ei assimilatur. Et hoc quidem est magnitudini proprium, & non numero.

ANNOTATIONES.

Causas magnitudinis & numeri aucti Gal. lib. de causis morb. duas refert: materiæ multitudinem, & facultatis robur. materia in corporis partem aliquam fertur, uel suo impetu fluens, vel attracta, vel impulsa. Suo impetu fluit præsertim ob grauitatem; attrahitur vel ob indigentiam particulæ; vel ob caliditatem eiusdem seu ipsi connatam, seu ex frictione, medicamento, vel quacunque alia causa extrinsecus accedente acquisitam. Impellitur verò ob mordicantem & molestam qualitatem, uel ob multitudinem. Vbi ergo materia in partem quampiam decumbit; si ea naturalis sit, & formatrix facultas sit valida: augmentum fit vel magnitudinis vel numeri, quod aliquando offendit, vt pterygium in oculo, & supercrescentia in vlcere. aliquando non offendit, vt sextus digitus. Si uerò uitiosa materia sit, tumores fiunt, & alia præternaturam, ut ganglia, meliceredes, atheromata, steatomata, uermes, lapilli, & alia id genus. quæ natura quidem agente fiunt (alioquin enim impermutata ea praua materia remaneret) sed nõ optimam formam, at meliorem tamen quam potest, inducente. Cap. 9. & 10.

De causis diminutionis. Cap. 15.

Hæc quidẽ sunt, quæ aut in principio prouenerunt creaturæ. sicut materiei diminutio aut virtutis [a] [lactricis] error, aut eius debilitas, aut nocumenta, quæ quandoque extrinsecus adueniunt, sicut incisio, aut percussio, aut corruptio, quam fecit frigus, & quandoque intrinsecus, sicut herpes esthiomenus, aut putrefactio.

a B. alterantis, seu uirtutis informatiuæ.

ANNOTATIONES.

Diminutionis causę uel internę, uel externę sunt: internæ contrarię ijs, quæ in præcedenti capite relatæ sunt, facultatis imbecillitas, & materiæ optimæ inopia. quibus additur acris, putridæque materiæ redundantia, a qua corrodi, & mutilari partem contingit. externæ uero uulnera, ustio, frigefactio, & alia id genus. quæ Galen. lib. de caus. morb. refert. Sed lege etiam lib. de diff. morb. Cap. 9 & 10. Cap. 8.

De causis solutionis continuitatis. Cap. 16.

IStæ quidem sunt aut intrinsecus, aut extrinsecus. Quę verò fiũt intrinsecus sunt humor comedens, & comburens, aut humectans, & laxãs, aut siccans, & findens: aut sicut repletio vẽtosa pungens, aut vẽtosa extendens, aut humor extendens, [a] [propterea quòd se constringendo mouetur, aut penetrando in corpore,] propterea quòd fortis motus ipsum separat, aut humor pungens. Et hæ quidem omnes, aut sũt propter motus fortitudinem, aut propter materiei multitudinem, aut sicut fortitudo motus expulsiuæ non secũdum naturalem cursũ, & sicut motus super repletionẽ. & de his, quæ eis similantur est vox fortis, & saltus, & sicut apostematum apertio. Causæ autem, quæ extrinsecus sunt, sunt sicut corpus extendens, vt funis & pondera, aut quod incidit, vt ensis: aut quod adurit, sicut ignis: aut quod contundit, sicut lapis: quoniam huiusmodi si vacuum inuenerit, contundet: aut si repletum, receptacula findet: aut sicut corpus, quod perforat, vt sagitta: aut quod pungit: aut mordet, sicut canis rabiosus, aut vipera, aut homo.

a B. cum motu humoris expulsi, aut penetrantis in corpus.

ANNOTATIONES.

De causis solutionis continui eadem ferè Gal. refert lib. de caus. morb. Sed vide etiam 4. meth. copiosè.

Cap. 11. cap. 1.

De causis vlcerum. Cap. 17.

CAusæ vlcerum sunt apostema, quod aperitur, aut plaga; quæ facit pus, aut † pustulas, [a] [qui se comedunt.]

† bothor.
a B. corrosiuũ,

ANNOTATIONES.

Vlcus tripliciter sumi a medicis solet. plerunque omnem continui solutionem significat, quæ in carnosa est parte lib. de diff. morb. tertio method. quarto meth. de caus. morb. 6. meth. & 2. de articulis. aliquando verò carnis sectionem, quæ vulnerando fit, vulnus non autem vlcus appellant, vt 3. meth. qua ratione vlcus eo distingui a vulnere solet, quòd vulnus a procatarctica sit causa, vlcus verò ab interna. aliquando etiam non quæuis dumtaxat continui solutio nuncupatur vlcus, sed quiuis morbus. vt notat Gal. com. 3. de fracturis. & lib. de inæquali intemp. At hæc non vera est nuncupatio, sed probabilis, ait Gal. sub eo significatu hoc in loco sumitur, quo a uulnere distinguitur. uideturq́; hoc ab interna tantùm causa proficisci, sicuti uulnus ab externa. unde & internas solùm causas refert hic author. Verum ulcus hoc modo sumptum ab externis quoque causis prouenire collige ex Gal. 4. meth. ubi erosionis, quæ ulceris non etiam uulneris est causa: internas & externas causas ponit. internas uitiosi succi sobolem; externas verò ualentia medicamenta & ignem.

Cap. 11. cap. 1.
Cap. 1.
Cap. 11.
Cap. 36. & 47.
Cap. 1.
Commen. 34.
Cap. 6.
Cap. 1.

De causis apostematum. Cap. 18.

HArum causarum quędam sunt; quæ sunt ex materia, & quædam sunt ex dispositione membri. Quę verò sunt ex parte materiei, sunt repletiones ex sex rebus prænominatis. & quæ sunt ex parte dispositionum membrorũ: sunt sicut virtus membri expellentis, & debilitas membri recipiẽtis; & quod est præparatum ad superfluitates recipiendas, aut propter suæ substantiæ naturam, quoniam ipsum sic creatũ fuit sicut cutis; aut propter sui laxitatem, sicut caro laxa; quæ est in tribus reflexionibus, scilicet post aurem in collo, & in ascella, & in inguine, aut propter viarũ, quę ad ipsum perueniunt dilatationem, & earum, quæ ab ipso vadunt coangustationem, aut propterea quòd inferius positum est, aut propter sui paruitatem: quoniam illud, quod ex cibo ad ipsum venit, colligere nõ valet: aut propter debilitatem sui, quoniam illud, quod ad ipsum venit ex cibo, digerere nõ potest propter nocumentum, quod est in ipso: aut propter percussionem, quæ materiam in ipso retinet: aut propterea quòd resolutio eius deficit ei, quod ab eo resolui solebat propter exercitium: aut propter calorem superfluũ, qui est in ipso, vnde attrahitur. & ille quidẽ calor, aut est naturalis sicut carnis, aut non naturalis, quẽ dolor euenire facit: aut motus valde superfluus: aut aliud ex calefacientibus. Ex fractura quoq; peruenit apostema propter vnam ex istis rebus, quas prædiximus: sicut concussio, & membri compressio, & extensio, [a] [quum ipsum os restauratur. In dente quoque plurimum fit apostema] quoniam nutrimenti recipit augmentum, & infusionem, & putrefactionem; ergo recipit apostema.

a B. cũ qua mẽbrũ restauratur, & ipsum os immo dens quandoq; apostematur.

ANNOTATIONES.

1 *De tumorũ causis Gal. lib. de caus. mor. de tumor. præter nat. 13. meth. & libello inscripto de oculis, si modò Galeni est (uidetur enim ex eo descriptum totum hoc caput) plenè agitur. Verùm quomodo ad causas in hoc capite allatas, referri possint tumores ex tapsia geniti, de qua re meminit Gal. libello, quomodo morbum simulantes deprehendantur: & tumores ex animantium uirulentorum morsu, de quibus Dioscor. lib. 6. ac tumores ex contactu geniti, sicuti qui ex scabie & pestilenti carbunculo per solum contactum contrahuntur. tu considera.*

cap. 6.
cap. 3. 4. & 5.
Partic. 6. cap. 1.

2 *Immò dens quandoque apostematur. &c. Desumptum hoc ex Gal. uidetur 5. de compos. med. secundum loc. is tamen non absolutè intumescere dentes statuit. sed eorum quidem neruos inflammationem; ipsos uerò simile quoddam pati adnotauit.*

cap. 8.

De causis doloris absolutè. Cap. 19.

ET quoniam dolor est vna ex dispositionibus non naturalibus, quę corpori animalis accidunt: in causis eius sermonẽ faciemus vniuersalem. Dicemus igitur, quòd dolor est sensibilitas rei contrariæ. Omnes verò doloris causæ in duobus comprehendũtur generibus. s. genere mutationis complexionis cito factæ, & est malitia complexionis diuersæ: & genere solutionis continuitatis. Per malitiam complexionis diuersę intelligimus, ut membra in sui substantia complexionem habeant mansiuam: deinde aduenit eis complexio extranea huic contraria, ita ut sit plus calida, aut plus frigida quàm erat: & uirtus sensibilis rei aduentum sentiat contrariæ, & fiet dolor: quoniam dolere non est, nisi contrariæ rei contrarietatem sentire. Malitia autem complexionis mansiuę nullo modo efficit dolorem, neque sentitur;

veluti si complexio mala, quæ iam est in membrorum substantia mansiua corrumpit complexionem principalem, & facta est ac si ipsa esset principalis. Ista enim dolorem non efficit, quoniam ipsa non sentitur. Oportet enim ꝙ sentientes ab illo, quod sentitur, patiantur. Res namque non patitur propter dispositionem mansiuam, quæ ipsam non mutat: immò non patitur nisi propter contrarium adueniens, q̄d eam mutat ad illud, quod non erat. Ideoque hecticam habens non tantum sentit inflammationis, quantum habens ephemeram: aut tertianam: licet hecticæ calor calore tertianę sit maior. Calor enim hecticæ est mãsiuus,[a] & in substantia membrorum[a] [principalium] infixus. & tertianæ calor est a uicinitate veniens calidi humoris ad membra, in quibus adhuc naturalis ipsorum complexio ita conseruata est; ꝙ si humor recesserit; membrum in sua remanebit complexione: neque calor ille in eo figetur, nisi egritudo in hecticam mutata fuerit. & complexio quidem mala, non diuersa, non fit mansiua in membro nisi ordinatim. Est ẽt, quum in dispositione sanitatis inuenitur hoc intellectui proximum, & hoc est quoniam ei, qui se in hyeme[b] [ ] balneat, si se cum aqua calida, immò tepida lauat; accidit ei ex ipsa horripilatio;[c] † [ ] quoniam corporis eius qualitas ab eo est longinqua, & ei contraria: postea verò utitur ea, & delectatur ex ea:[d] [& ita ordinatur ad resolutionem frigoris, quod in ipso erat agens.] Deinde autem, quum aliqua hora in casa balnei interiore sederit, fiet corpus eius aqua illa calidius: & quum illa eadem aqua prima repente eo inscio super eum proijcietur, horripilationem ab ea patietur, & sentiet ex ea frigiditatem. Quũ igitur hoc sciuisti, dicemus: quòd licet unum ex generibus causarum doloris sit malitia complexionis diuersæ: non tamẽ omnis malitia complexionis diuersę: immò calidum essentialiter & frigidum essentialiter: & siccum accidentaliter, & humidum nullo modo dolorem faciunt. Calor enim & frigiditas sunt duæ qualitates agentes: & siccitas, & humiditas sunt duę qualitates patientes: quarũ uirtutes non sunt, ut per eas corpus imprimatur in corpus, sed vt per eas corpus a corpore imprimatur. Siccitas uerò per accidens facit dolorem, quum alterius generis eam sequitur causa, quę est continuitatis solutio. est enim quum siccitas propter suæ constrictionis fortitudinẽ fit causa solutionis cõtinuitatis. Gal. uerò, quũ verificatur intentio, ad hoc ea reducit, ut essentialis causa doloris non sit nisi solutio cõtinuitatis, & non[e] [amplius:] & quòd calidum dolorem non facit: nisi propterea quòd continuitatem soluit. & neque etiam frigidum dolorẽ efficit, nisi propterea ꝙ continuitatis solutio ipsum comitatur: propter multam nanq; spissitudinem, & coadunationem ipsum proculdubio sequitur, ut partes ad locum[f] [trahantur,] vbi spissantur: & ut a loco separẽtur, a quo trahuntur. & in quodam suorum librorum secũdum hanc sententiam in tantum processit, donec opinari fecit, ꝙ omnia sensibilia nocumentum faciunt, propter † hanc videlicet faciunt nocumentum pp eius coadunationem, quam

a B. radicaliũ.

b † B. subito.

c † B & læsio.

d B. sicut gradatim mutatur uel remouetur frig° quod in ipso erat inhærés uel agens.

e B. aliud.

f B. aggregẽtur.

† huius.

separatio sequitur. Nigrum itaque in uisibilibus dolorem efficit propter suę coadunationis fortitudinem: & album propter suæ disgregationis uehementiam: & amarum, & salsum, & acetosum in gustatis dolorem efficiunt, proptereа ꝙ fortiter dispergũt: & ponticum ideo, quia uehementer coadunat, q̄d proculdubio sparsio sequitur. & in odoratis similiter. & propter hoc in fortibus sonis fit dolor, ideo ꝙ dispergunt propter motus aeris fortitudinem[g] [quum † auditorio meatui obuiat. Certa aũt dictio in hoc modo] est, ut complexionis mutatio ponatur genus, ex quo dolor essentialiter prouenit, licèt cum eo[h] † [ ] continuitatis separatio contingat: huius tamen declaratio uerificata, in medicina non continetur, sed in parte sapientiæ naturali: ideoq; ad ipsius summam parumper innuemus. Dicemus igitur ꝙ est, quum dolor est similium partium in mẽbro dolente: & continuitatis solutio nullo modo similium erit partium:[i] [sed dolorẽ in dispositionibus: in quibus continuitatis nõ existit separatio, non contingit inueniri propter continuitatis solutionem,] immò propter complexionis malitiam. Et etiam frigus facit dolorem, ubi constringit, & coadunat, & omnino ubi infrigidat. & solutio quidem continuitatis non est ubi infrigidat: immò in extremitatibus locorum infrigidatorum. Amplius dolor proculdubio est, contrarium subito impressorem sentire, unde ipse est contrarius, & dolere faciens.[k] † [

[Nonne vides ꝙ si quis frigus complexionem corrumpens senserit; unde complexionẽ corrumpit, & fuerit sicut non accidẽs propter ipsum cõtinuitatis separatio,[l] [istud sentire an erit contrarium, & an dolorem faciens?] Ex hoc itaque scies, ꝙ mutatio complexionis subito, causa existit doloris: quemadmodum solutio continuitatis. & dolor quidem caliditatẽ[m] turbidat,] & fit fortior dolor. Est etiam, quum post dolorem remanet res, quę sensum doloris habet: nec tamen est dolor certus, sed est ex sũma rerum, quę per se resoluuntur. & torpidus quidem in medicando laborat, & nocet ei.

g B. quũ obuiat alsemach. Verũ autem sermo in hoc capitulo.
† semach.
h † B. quãdoq;

i B. Quũ enim inueniatur dolor in partib. in quib. non est solutio continuitatis. nõ ergo erit ibi dolor pp solutionem continuitatis.

k † B. est sensatum contrariũ subito secundũ ꝙ est contrariũ. A. est faciens dolorem.

l B. tunc ille nõ ne sentiet cõtrarium, & nonne erit ille dolens.

m B. cómouet.

A N N O T A T I O N E S.

De doloris natura quæ sit, controuersia est. Gal. 1. de sympt. cau. & sępe alibi, tristem eße sensuum operationem existimat. Sed Arist. 10. Ethic. de uoluptate & dolore disputans, voluptatem operationem esse negat; uerùm consequi ait operationem. ita ergo & dolor non operatio erit, sed consequetur operationem sensuum. Galenus item 1. de element. & 2. de loc. affect. doloris subiectũ esse ait sensum. Arist. uerò loco citato non sensuum dumtaxat, sed etiam intellectus eße uoluptatem & dolorem putat. & Alex. quoque Aphrod. 4. quęst. nat. Verùm & dę doloris causis quęstio est. quum alij duas ponant, solutionem continui, & alterationem: quod facit Gal. 1. de sympt. cau. 1. in 1. de uulg. morb. 12. meth. 2. de loc. aff. 2. de comp. med. per loca: & libello de oculis. Alij ad solutionem cõtinui dolores omnes referant, quod Gal. facere uidetur 1. de sympt. cau. lib. de fractur. 4. de simpl. med. fac. & 12. meth. cui & Arist. 6. Topic. astipulari uidetur, quum naturalium partium separationem non dolorem esse ait, sed doloris causam, neque de alteratione meminit: quam tamen sententiam hic author

cap. 6.
cap. 6.
cap. 3.
cap. 1.
cap. 6.
cap. 6.
Comm. 10.
cap. 1.
cap. 7.
cap. 5.
Partic. 6. cap. 5.
cap. 6.
comm. 34.
cap. 7.
cap. 2.
cap. 2.

Cap 31. *thor hoc in loco deijcit. At alij quoque quod sensit Auer. 3. Coll. dolorem omnem ad alterationem referunt. Ad hęc tamen breuibus respondemus. quòd dolorem neget Arist. esse operationem, non aduersatur Gal. qui sentire pati quoddam esse non negat. definit item Gal. dolorem per sensum, quum artifex sit ea tractans, quæ sensu apparent, Arist. verò dolorem omnem amplectitur, vt philosophos decet. Alexander quoque doloris formam exprimit, quum animi esse ait contractionem: medici verò effectricem causam, proximam tamen, quando hunc tristem esse sensationem dicunt. propter hanc nempe animus contrahitur. De doloris etiãnum causis, tametsi dolor omnis referri fortaße potest, aut ad continui solutionem, ut Gal. aut ad alterationem, ut Auer. putat, (id quod modò non laboramus.) quum tamen is, & absque euidenti solutione sola apparente alteratione; & absque manifesta intemperie, sola solutione conspicua eueniat; medico negocio ob curationem prior Gal. sententia magis satisfacit, ut modo solutio continui, modo alteratio dolorem excitet.*

De causis cuiuslibet doloris. *Cap. 20.*

DOlorum genera, quæ nomina habent, hæc sunt. prurititiuus, asperatiuus, pungitiuus, compressiuus, extensiuus, concussiuus, frangitiuus, laxatiuus, perforatiuus, acualis, stupefactiuus, pulsatiuus, grauatiuus,[a] [fatigatiuus,] mordicatiuus. Ista quidem sunt quindecim genera. Causa autem prurititiui doloris est humor acris, acutus, aut salsus. & doloris asperatiui causa est humor asper. Et causa doloris pungitiui est humor, qui panniculum extendit in latitudine, sicut eius separans cõtinuitatem:[b] [& est quum in sensu non est æqualis: aut propterea quòd illius, super quod extenditur pãniculus, aut illius, ex eo quod inuestitum est, partes in duritie & lenitate non sunt similes, sicut furcula & panniculo, qui super costas est inuestitus, quum apostema in pleuresi ad superiorem eius trahit partem: aut non sunt ipsius partes in suo motu similes; sicut diaphagma illi panniculo: aut propterea quòd partes corporis mẽbri nõ similantur;] aut propter naturam, aut propter nocumentum, quod alicui accidit suarum partium, & non alijs. Extensiui doloris causa est vẽtositas, aut humor, qui neruũ aut musculum extendit, ac si ipsum ad suas trahat extremitates. Et doloris quidem compressiui causa, est materia, quæ membro suum coangustat locum; aut uentositas, quæ ipsum coangustat, & fit quasi desuper comprimeretur, &[c] [contunderetur.] Sed causa corrosiui doloris est materia, quæ inter suum musculum, & suum panniculum[d] [resoluitur,] & panniculum extendit: & continuitatem soluit panniculi cum lacerto, quæ inter panniculum existit, & membrum. Et causa doloris frangitiui est materia, aut uentositas: quæ interponitur media inter os, & panniculum, qui tegit ipsum: aut frigus, quod illũ panniculum fortiter stringit. Causa uerò doloris laxatiui est materia, quæ carnem musculi extendit, & non ipsius chordam. Et hic quidem neque uocatus est laxatiuus, nisi propterea quòd[e] [musculus neruo laxior existit,] & panniculo. Et perforatiui doloris causa est materia grossa, aut uentositas, que retinetur inter tunicas membri duri & grossi, sicut intestini colon: quæ incessanter ipsum rumpit, & in ipsum penetrat stimulando; ac si terebello perforaretur. Acualis autem doloris causa est ipsa eadem materia in huiusmodi membro: sed est retenta in huiusmodi membro. sed est retenta in hora: qua rumpit. Et stupefactiui doloris causa est, aut fortis frigoris complexio, aut pororum penetrationis spiritus sensibilis, qui ad membrũ uenit, clausura cum ligatura: aut receptaculorum repletio. Causa uerò doloris pulsatiui est apostema calidum, & non frigidum. Frigidum enim quocunque modo fuerit siue sit durum, siue sit molle: dolorem non efficit, nisi in calidum conuertatur. Neque etiam dolor pulsatiuus ex apostemate calido accidit, nisi hoc modo, scilicet quum apostema contigerit, & membrum, quod est ei uicinum, fuerit sentiens, circa quod existunt arteriæ, quæ semper pulsant. Quum enim membrum sanum fuerit, arterię motus non sentietur propter ipsius profunditatem: sed quũ infirmatur, & apostematur: eius pulsatio dolorem efficit. & doloris quidẽ grauatiui causa est apostema in membro non sensibili, sicut pulmone, rene, & splene. Illud enim apostema sua grauitate trahit inferius, & membrum inferius trahitur per sensibilem fasciam ipsum circundantem, & suspensorium, a qua oritur fascia: & fascia quidem & suspensorium sentiunt: quando inferius trahitur. aut apostema in membro sensibili: cuius sensum ipsa ægritudo iam destruxit, sicut cancer in ore stomachi, cuius ponderositas sentitur, nec tamen dolorem efficit: propterea quòd ipse sensum destruxit.[f] [Fatigatiui autem doloris causa est, aut labor, & uocatur labor iste fatigatio laboriosa:] aut humor extendens, & uocatur quod accidit ex eo, fatigatio extensiua: aut uentositas, & uocatur illud, quod accidit ex ea, fatigatio inflatiua: aut humor mordicans, & uocatur illud, quod accidit ex eo, fatigatio ulcerosa. & ex eis quidem proueniunt compositiones; quemadmodum eas in locis suis declarabimus, qui sunt eis proprij. & ex summa compositionum est fatigatio, quę apostemosa uocatur, quæ est composita ex extensiua & ulcerosa. Et mordicatiuus dolor est ex humore, qui qualitatem habet acutam.

a B. lassitudinalis.

b B. quandoq; est æqualis in sensu: & quãdoque nõ est æqualis. Et ille qui nõ est æqualis, aut est propterea ꝙ illius, sup quod extẽditur pãniculus, aut illius quod ab eo tangitur, seu vestitur, partes nõ sunt similes ĩ duritie & lenitate, sicut se hẽt furcula ad panniculum tegentẽ intrinsecus costas, quũ apostema ĩ pleuresi fuerit attrahens ex superiori parte, aut non sunt illius partes similes ĩ motu suo, sicut diaphragma illi panniculo, aut propterea ꝙ sensus membri nõ est similis ĩ partibus eius.

c B. cõculcaret.

d B. penetrant.

e B. caro est laxior neruo, & chorda.

f B. Lassitudinalis autem doloris causa, aut est labor: & vocatur dolor lassitudinalis laboriosus.

A N N O T A T I O N E S.

De dolorum generibus, quas & species & differentias appellant: & de eorum causis ex Gal. copiosissimè habes 2. de loc. aff. & 2. de comp. med. per loc. quæ tu vide. Gal. 6. aphor. ad sex præsertim species, aut septem referre uidetur. author uerò hic longè plures facit, quas tamen ad ea septẽ capita referes. Causas uerò dolorum habes ex 2. de loc. aff. cap. præsertim 7. & 2. de comp. med. per loc. & 1. ad Glau. & sæpe alibi, uide autem & Paulum Aeg. lib. 2.

Cap. 2. 3. 4. & deinceps. Cap. 2. aph. 5. Cap. 7. Cap. 2. cap. 15. Cap 40.

De causis sedandi dolorem. *Cap. 21.*

CAusa[a] [quietis] doloris est, aut quod causę, ex qua prouenit, existit contrarium, & ipsam euacuat: sicut anethum, & lini semen, quum super locum dolentem ex eis fit emplastrum,[b] [aut cum quo mollificatur, & fit somnus, & sensibiliter uirtus ad suam redit operationem]

a B. sedationis.

b B. aut qđ humectat, & somnum inducit, un de uirtus sensibilis profundatur seu interiora petit, & dimittit suam operationem.

tionem] sicut inebriantia: aut cum quo infrigidatur, & stupidum efficit, sicut omnia narcotica. Sedans tamen certum est primum.

ANNOTATIONES.

cap. 19. cap. 1. cap. 8. cap. 1. *Habes hęc quoque ex Gal. 5. præsertim simp. med. sed et 12. meth. & 2. de comp. med. per loc. & 3. eiusdem.*

De eo, quòd prouenit ex dolore. Cap. 22.

DOlor virtutem dissoluit, & membra a suis proprijs operationibus prohibet, adeo vt membra spiritualia † [ab aeris prohibeat attractione:] aut eius destruat operationem: & facit eum intersectum, aut frequentem, & omnino non secundum naturalem cursum. & est quum in primis calefacit membra, postea infrigidat, propter illud, quod resoluit & [a] [vincit] de spiritu & vita.

† ab anhelitu prohibeat.

a B. fugat.

ANNOTATIONES.

com 34. cap. 11. com. 33. cap. 1. cap 14. cap. 5. com 27. cap. 27. cap. 4. cap. 3. cap. 4. cap. 1. *Dolorem seu symptomata seu accidentia velis appellare, multa multis locis ex Gal. habes. quòd uires dissoluant 1. progn. 4. de præsag. ex puls. 3. de rat. uict. in ac. 12. meth. 2. ad Glauc. quòd animi deliquia & perfrigerationem faciant 2. de sympt. cau. quòd inflammationes, & fluxiones pariant 4. de rat. uict. in ac. 1. de comp. med. per gen. 13. method. quòd sanguinis profluuia gignant 5. method. & quòd etiam mors sequatur 5. de loc. aff.*

De causis deliciarum. Cap. 23.

DElitiarum quoque causæ in duobus sunt comprehensæ generibus: vnum ipsorum est genus, [a] [quod complexionem naturalem subito reducit ad hoc, vt ipsa sentiatur:] & alterum est illud, quod naturalem continuitatem subito reducit. Nulla enim res, quæ non subito venit, sentitur: neque delitiæ ex ea habentur. est nanque delitia sentire côueniens. & omne quidem sentire per virtutem est sensibilem, & sentire est propter passionem sui. Quumque sentire fuerit cum conueniente, aut non conueniente: erunt delitiæ, aut dolor secundum illud, quod imprimitur. Et propterea quòd tactus omnibus sensibus est spissior, & magis retinens illud, quod recepit ex impressione conueniente, aut non conueniente; ideo eius sentire illud, quod est conueniens, quum natura ei obuiat; est maior, delitiarum: & sentire, quod est inconueniens est deterioris doloris, quàm illud, quod alijs uirtutibus existit proprium.

a B quod alterat complexionem non naturalem subito, vt ex hoc accidat sensatio.

ANNOTATIONES.

cap. 6. cap. 6. cap. 6. *Voluptatis causæ contrariæ sunt dolorum causis. Vide autem pro hoc Gal. 1. de sympt. cau. Aristot. 10. Ethic. & Alex. 4. quæst. natur.*

Ad sciendum quomodo motus dolorem efficit. Cap. 24.

MOtus dolorem efficit propter illud, quod cum eo accidit ex extensione: aut contusione, aut [a] [ruptura.]

a B. attritione.

ANNOTATIONES.

Ex inordinato motu solutionem continui fieri docet Galen. lib. de ca. morb. & ex eodem calescere corpora, & 1. de diff. feb. & sæpe alibi. quo fit ut non ob eas dumtaxat causas, quas affert hic author, sed ex Gal. etiam ob calorem dolores fiant. cap. 11. cap. 3.

Ad sciendum quomodo mali humores dolores efficiunt. Cap. 25.

HVmores mali dolorem efficiunt, aut propter ipsorum qualitatem, sicut quum mordicationem faciunt: aut sua multitudine, sicut quum extenduntur: aut propterea quòd vtraque coniunguntur.

ANNOTATIONES.

Quomodo humorum ratione dolores fiant, vide pulchrè ex Hippoc. 1. de nat. hum. Tex. 19.

Ad sciendum quomodo ventositates dolorem efficiunt. Cap. 26.

VEntositas dolorem efficit propter extensionem: & ventositas quidem extendens, aut erit in membrorum concauitatibus, & ipsorũ ventriculis: sicut inflatio in stomacho: aut in tunicis membrorum; & eorum villis; sicut in colica ventosa: aut in tunicis musculorum, & sub panniculis, & super ossa: aut in circuitu musculorum inter ipsos & carnem laxam, & cutem: aut occultata in membro [a] [sicut musculi pectoris sunt occultati:] & ipsius quidem resolutio, siue subita sit, siue multo moretur tempore; secundum multitudinem suæ materiæ, & ipsius paucitatem existit; aut grossitiem suæ materiæ, & subtilitatem ipsius, aut spissitudinẽ membri, aut ipsius raritatem.

a B. sicut occultatur in musculis pectoris.

ANNOTATIONES.

Quomodo flatus dolores faciant 2. de loc. aff. lib. de mult. tit. 2. de comp. med. per loc. 4. aphor. 2. ad Glauc. & sæpe alibi Gal. explicat. cap. 1. & 2. cap. 5. cap 8. aph. 11. cap. 6.

De causis eius quod retinetur, aut euacuatur. Cap. 27.

REtentionis & euacuationis causas scire erit ei facile, qui ea considerauerit, quæ de retentione diximus & euacuatione. Illud igitur ibi legat:

ANNOTATIONES.

Repete caput decimumseptimum summæ 1. istius sen. & vide, quæ illic notata sunt.

De causis [a] *[fastidij] & repletionis.* Cap. 28.

a B. nauseatius satietatis.

HÆ quidem, aut sunt extrinsecę, & sunt primitiuę, sicut quum aliquis regimine utitur, vnde multa prouenit humectatio, & corpus non indiget humectatione cibi & potus. & ideo quũ hęc duo côiuncta fuerint simul, multiplicabitur ĩ corpore materia, & corrumpetur operatio naturæ in ipsa, sicut multoties ingredi

gredi balneum, & præcipue post comestionē. & resolutionem prohibentia sicut quies: & dimittere exercitium, & euacuationem. Et in comedendo & bibendo importunitas, & regiminis malitia. Aut intrinsecæ, & sunt sicut uirtutis digestiuæ debilitas, quæ non digerit; aut debilitas uirtutis expulsiuę: aut retentiuæ virtutis fortitudo, quapropter remanebunt humores, & exterius non exibunt: aut canalium coangustatio.

ANNOTATIONES.

Nauseam ex prauorum ac redundantium in uentriculo humorum copia, ac ex cruditate fieri, docet Gal. 1. de symp. caus. cruditatis quoque causas 2. de symp. cau. & lib. de caus. morb. humiditatis excedentis causas refert.

cap. 7. Cap. 2. cap. 5.

De causis debilitatis membrorum. Cap. 29.

CAusa debilitatis aut erit veniens super corpus membri: aut super spiritum, qui erit uirtutis lator, quæ in membro ministrat: aut super ipsam uirtutem. Illa verò cuius causa in mēbro propria existit, est aut malitia cōplexionis mansiua, & propriè frigida: licèt etiam sit, quū calor illud efficit, ideo quòd eius operatio frigiditatis operationi in stupore similis existit: propterea ꝙ corrumpit complexionem spiritus, quemadmodum accidit ei, qui multam in balneo moram facit, immò ei, cui aduenit syncopis, & siccitas, propterea ꝙ uirtutes penetrare prohibet, ideo ꝙ inspissat: & humiditas, propterea ꝙ laxat, & oppilat, aut aliqua ex ægritudinibus compositionis. Sed quod ex illis maiorem proprietatem habet, ne in homine appareat, neque nocumentum, neque ægritudo, neque dolor, est raritas texturę illius mēbri in suis [a] [neruis.] Omnes nanq; operationes naturales, & voluntariæ per uillos, & ipsorum compositionē complentur. Digestioni quoque bonæ necessaria est retentio secundum congruam dispositionem: & hæc quidem per villos existit. Illud verò, in quo est causa spiritui propria, est aut propter complexionis malitiam, aut propter resolutionem euacuatione facta, quę est ei propria: aut secundum modum sequendi euacuationes alterius. Et illud, quod est uirtuti proprium, est operationum multitudo, & ipsarū reiteratio, quoniam uirtutem debilitat, licèt spiritus resolutio cum eo associetur, quemadmodū associatur [b] [cum unaquaque causa.] Quūque causas secundum alium cōnumerauimus modum, & remotas causas cum eis miscuerimus, quæ coniunctarum causarum existunt causæ, inueniemus ex eis causas ex malitia cōplexionis, & causas ex corruptione aeris, & aq & comestionis. Et ex eis sunt quæ spiritū [c] [euacuant, quarum nulla fœtori est similis, & pręcipuè fœtoria aq;] & uenenosarum uirtutum expansio in aere, aut in corpore. Ex summa causarum præterea debilitatis sunt, q̄ ex euacuatione pendent, sicut sanguinis exitus, & [d] [uenter,] & propriè in subtilibus humoribus; & aqua hydropicorum incisione † extracta, quum eius quantitas multa subito extrahitur, & perforatio magni apostematis, quū ab eo multum pus subito exierit, siue ipsum per se aperiatur: & sudor multus: & exercitium plurimum. Dolores etiam [e] † [ ] spiritum resoluunt, licèt etiā complexionem permutent. Et ex summa istorum quidem dolorum sunt; qui maioris existunt impresionis, sicut dolor oris stomachi, siue sit extensiuus, siue mordicatiuus: et omnis dolor, qui est cū propinquitate parti cordis. Febres quoque sunt ex eis quæ debilitatē faciunt propter resolutionem, et euacuationē sanguinis, et spiritus, & complexionis mutationem, Amplitudo quoque pororum est ex eo, quod ad hoc adiuuat; ut debilitas [f] [resoluens] accidat. Et multa fames huius existit modi. Est ēt, quum totius corporis debilitas unius membri, aut partis membri sequitur debilitatem, quēad modum corporis debilitas propter malitiam, quę ori stomachi accidit, quæ tāta est, ut eius uirtus resoluatur: et quum alicuius cor et cerebrum a quolibet [g] [nocumentalium] uehementer patitur, erit homo hic [h] [uelocis æstuationis,] et qui ex pauca resoluitur causa. Et est, quū causa debilitatis existit multitudo tolerantię ægritudinū. Et est, quū aliquod membrum in creatione est debilius quodā, aut alio debilius existit, sicut pulmo, et cerebrū: ideoq; erit recipiens, quod fortius natura a seipso expellit: locus enim cerebri proprius, si altus non esset, ex tali modo res proueniret, quā tolerare nō posset; neq; eius uirtus cum ipso remaneret.

a B. uillis.

b B. causa ad causam.

c B. perturbant uel concutiunt primo, sicut fętor, & aqua alterata seu fętida.

d B. uentris solutio.

† paracentesis.

e † B. quum.

f B. q̄ ex resolutione prouenit.

g B. nocumēto.

h B. velociter incurrens angustiam.

ANNOTATIONES.

Causas inbecillæ actionis cuiuscumque pulchre Gal. docet, ut perquirendæ sint, primo de symp. cau nempe uitiū earum omne in partis principis, partium seruientium, & facultatis affectus referens. per facultatem uerò, & spūm & potentiā ipsam intelligit: sicuti ibidem licet colligere, existimauit enim is facultatem, a re cuius est non differre nisi sola uoce. ut habetur lib. quòd animi m. temp. cor. sequ. Author tamen hic uirtutem a spiritu distinguit, neq; partē quæ princeps est, a non principe separat. Reliqua ex Gal. uarijs locis collegit, præsertī autē ex 12. meth. Sed uide et lib. de usu respir. & 2. de rat. ui. in ac. & 3. eiusdem. uide & ea quæ supra de ijs quæ dolorem sequuntur, annotauimus. Unum hic addit, quòd omnes & uoluntarię & naturales actiones per fibras obeantur. de quo supra Auerroem 2. Coll. contra Gal. sententiam sentire admonuimus.

cap. 1. cap. 2. cap. 2. cap. 1. 2. 3. & deinceps. cap. 4. Com. 47. Comm. 17. cap. 18.

DOCTRINA TERTIA FEN II.

Cuius sunt xj. cap. & duę summæ.

De accidentibus & significationibus. Cap. 1.



ACCIDENTIA & significationes secundum unamquamque trium p̄dictarum dispositionum unam triū declarant significationum, aut rem præsentem, de qua dicit Gal. quòd soli confert infirmo, in eo quod facere debet, aut rem præteritam, de qua dixit Galenus, quòd soli prodest medico, quoniam declarat ipsum in sua arte excellentem, & eius consilio magis credunt, aut rem futuram, de qua dixit Galenus, quòd utrisque confert: medico, quia demon-

strat ipsum in sua scientia excellentem: & infirmo; quia demonstrat qualiter ipse sit regēdus. Significationum sanarum quædam sunt, quæ complexionis significant equalitatem, quas in suo loco nominabimus. Et quædam sunt quæ significant coæqualitatem compositionis, ex quibus sunt substātiales, quæ verbi gratia sunt; ut sit [a] [forma,] & situs, & quantitas, & numerus secundum quòd oportet. Et hæ quidem dispositiones diuisæ fuerunt. Et ex eis sunt accidentales, sicut decoratio, & pulchritudo. Et ex eis sunt finales, & ipsæ sunt, quę fiunt ex complemento operationum, & quę incedendo secundum perfectionem proueniunt. Omne. n. membrum; cuius operatio completur, est sanū modus autem ex operationibus cognoscendi est secundum membrorum principalium dispositiones: secundum cerebrum quidem est p dispositiones operationum uoluntariarum, & per dispositiones sensus, & per operationes existimationis. & secundum cor quidem est p pulsum, & per anhelitum. Et secundum hepar quidem est per egestionem & urinam: ipsius nanq; debilitatem egestio, & vrina loturæ recentis carnis similes sequuntur. Accidentium autem, q̄ ęgritudines significant, quædam sunt, quæ ipsam demonstrant ægritudinem: sicut diuersitas pulsus in [b] [festinatione] sui in febre, ipse nanque ipsam significat febrem. Et quædam sunt quę ægritudinis significant locum, sicut pulsus serrinus, quum in parte pectoris fuerit dolor, quoniam significat quòd apostema est in panniculo, & in diaphragmate, & sicut pulsus undosus [c] † [ ] quoniam significat, φ apostema est in corpore pulmonis. Et quædam significant ęgritudinis causam, sicut significationes repletionis per diuersitatem suarum dispositionum, quarum quisque modus aliquē repletionis modum significat.[2] Amplius accidentium quædam sunt [d] [prodeuntia,] quæ cum ægritudine incipiunt, & finiuntur, sicut febris acuta, & dolor pungitiuus, & coangustatio anhelitus, & tussis, & pulsus serrinus cum apostemate lateris. Et quædam sunt, quę notā horam non habent, & ægritudinem quandoque sequuntur, quandoque non, sicut dolor capitis cum febre. Et sunt quędam, quę in fine rei eueniunt, de quibus sunt significationes crisis, & maturitatis significationes, & significationes prohibitionis maturitatis, & signa mortis: harum autem plurimę sunt in ægritudinibus acutis. Significationū præterea aliæ sunt, quę in eo quod de membris apparet, significāt: quæ sunt ex eis sumptæ, q̄ propriè sentiuntur, sicut colorum dispositiones, & dispositiones tactus in duritie, & mollitie, & in caliditate & frigiditate, & in reliquis: aut ex his [e] [quæ cōmuniter sentiuntur, & sunt ea, quæ sunt sumpta ex forma] membrorum, & ipsorum sitibus, & motibus, & quietibus. Et fortasse illa significabūt ipsorū dispositiones occultas, sicut labij saltus uomitum. Ipsorum præterea quātitates augmētatæ si fuerint aut diminutæ, & eorū numeri, fortasse occultorū dispositiōes significabunt membrorū,[3] quemadmodum curritas digitorū, quæ hepatis paruitatē significat, [f] [& econtrario. Et cognitiones quidem dipositionum eorum per egestionem si est nigra, aut citrina, & super quod significat] sunt res uisibiles. Et ex rugitu super inflationem & malitiam digerēdi, est audibile, huiusmodi quoque sunt cognitiones, per odores, & sapores oris, & reliqua. Et cognitiones phthisis, & hecticæ per unguium gibbositatem sunt uisibiles, sed sunt de cap. eorum quæ sentiun tur communiter. Est autem, quum, quod manifestè sentitur, rem significat occultā: quemadmodum rubor pomi maxillæ pulmonis portendit apostema, & gibbositas unguis ulcus pulmonis. Ex cognitionibus uerò, quæ habentur ex motibus & quietibus, trahitur res, quam modo narrabimus. Significationes uerò, quę sumuntur ex modo qetis, sunt sicut appoplexia, & epilepsia, & syncopis, & paralysis. Et quæ ex motu sumuntur, sunt, sicut horripilatio, & tremor, & singultus, & sternutatio, & oscitatio, & halices, & tussis, & saltus, & spasmus, quum incipit spasmari. Et earum sunt quædam, quæ proueniunt ex opatione naturæ principaliter, sicut singultus: & quædam quæ proueniunt ex operatione naturæ accidentaliter, [4] sicut spasmus & tremor. Et earum quædam sunt uoluntariæ puræ sicut æstuatio, & reuolutio de latere ad latus: & quædam sunt compositæ ex naturali, & uoluntaria, sicut tussis, & mictus, & egestio. Et istarum quidem quędam sunt, in quibus [g] [natura superat uoluntatem] sicut tussis, & quędam in quibus [h] [uoluntas superat naturam] sicut mictus & egestio, quum uoluntaria non cito uult essicere. Accidentium autem a natura sine uoluntate prouenientium quædam sunt, quę [i] demōstrant] sensus, sicut horripilatio: & quædam q̄ sensus non [k] [demonstrant,] quoniam nō sentiuntur, sicut [l] [saltus.] Hi autem motus diuersificantur, aut propter diuersitatem suarum essentiarum, quoniam tussis in seipsa fortior existit quàm saltus, aut propter diuersitatē [m] [neruorum motorum, quoniā sternutationis nerui motorum plures sunt q̄ motorum tussis.] Tussis enim completur motione membrorū pectoris, sed sternutatio cōpletur coniunctione motuum membrorum pectoris, & capitis simul. Sed quantitas timoris in eis est differēs, quoniam motus singultus sicci maioris est timoris, q̄ motus tussis, licèt sit tussis fortior, per quod autem natura iuuatur, est, quum quandoque adiuuatur per instrumentum essentiale & principale, sicut quum iuuatur in expellendo stercus a musculis uentris. Et est, quum per instrumentum iuuatur extraneum, sicut iuuatur in tussiendo ab aere. Principiorum verò earū diuersitates, aut sunt ex membris, sicut tussis, & nausea, aut ex diuersitate virtutum agentium, quoniam [n] [saltus] principium, est naturale, tussis verò principium est animale. Sed & per materię diuersitatem, quoniam tussis est ab excreatione, & saltus a uentositate. Hæ ergo significationes significant in eo, quod de membris apparet. Et plurima eorum demonstratio est secundum dispositiones manifestas. est tamen, quum occ tas demonstrat dispositiones, sicut rubedo pomi maxillæ, q̄ pulmonis apostema declarat. Et de signis ēt sunt, quę ægritudines demonstrant occultas. Quapropter oportet illum

a B. creatura.

b B. uelocitate.

c † B. in simili huic.

d B. substantialia.

e B. sensibilibus cōmunibus, & sunt ea quæ sūt sumpta ex creatura.

f B. Et significationes quidem sicut icteritiæ, an sit nigra, an cholerica.

g B. uoluntasq̄ cedit naturam.

h B. natura pcedit uoluntatem.

i B. excitant.

k B. excitant, seu non cōmouent.

l B. iectigatio.

m B. numerimotuum. qm̄ sternutatio plures numeros motuū habet quam tussis.

n B. iectigationis.

illum qui ægritudines vult cognoscere occultas, vt anatomiæ notitiam adeptus sit: ad hoc, vt per eam scientia substantiæ cuiuscunq; mēbri acquiratur, si est carnosum, aut non carnosum, & cuiusmodi est eius forma, iō ut sciat, verbi gratia, si apostema hoc, quod habet hanc figuram, est in eo [o] [aut nō, ex parte, unde suæ figuræ est comparatum, aut non:] & sciat si est possibile, ꝙ in ipso aliquid retineatur, vel nō: sed id labi facit, quod recipit, sicut ieiunum. et si est possibile ꝙ in ipso aliquid retineatur, aut quòd aliquid ab eo labatur, & quę res sit, quā in ipso retineri sit possibile, aut ab eo labi; donec eius locum sciat: quatenus per ipsum iudicet de eo, quod in ipso sentitur de dolore, aut apostemate, si est in ipso, aut ab eo longinquū. Et sciat eius societatem, ita ut iudicet si habet dolorem per se, aut propter societatem, & si materia ab ipsomet processerit, aut a suo socio sibi influxit, & si superfluum quod ex eo separatur[t], est de substantia ipsius, an ipsum est via, per quam illud penetrat, quod ab alio separatur, donec sciat illud, quod comprehendit, ut noscat si est possibile illud, quod euacuatur, ab ipso euacuatum fuisse. &, vt membri operationem sciat, donec ipsius cognoscat ægritudinem ex nocumento, quod in eius cōsistit operatione. Totum verò hoc ꝑ anatomiā scire potes. Scias præterea ꝙ medico, qui uult ægritudines regere, quæ in membris existunt occultis, necessaria est anatomia. Quumq; anatomię sciētia ei acquisita fuerit, oportebit post hoc totum, ipsum studere in [p] [cogitatione] ęgritudinum occultarum secundum sex regulas. Quarum prima est de nocumento operationum, & tu quidē opationes, cum suis qualitatibus & quantitatibus iam sciuisti, quarum significatio est prima & perdurans. Secunda verò est de eo, quod euacuatur, cuius significatio perdurans quidem est, sed non est prima, & perdurans quidem est, propterea ꝙ in ipsa semper confidunt. Et prima quidem non est ideo ꝙ significat [q] [maturationem, aut maturationis prohibitionem mediante alio.] Tertia autem est dolor. Et quarta est de apostemate. Et quinta est de situ. Et sexta est de accidentibus manifestis [r] [& comparatis.] Et eorum significatio non est prima neque perdurans: & in unaquaque earum sermonem diuisim faciam. [s] ex operationib. uerò significatio habetur, quoniam, quum operatio non secundū naturalem processerit cursum, qui est ei, significatur, quòd virtuti accidit nocumentum, & uirtutis nocumentum ęgritudinem sequitur, quæ est in membro, in quo est uirtus. Operationum uerò nocumenta sunt secundum tres modos. Operationes.n. aut minuuntur, sicut oculi minuitur visio, & rem uidet minorē [s] † [ ] & a propinqore spatio: & sicut stomachus, quum durius digerit, & tardius, & minorē quantitatē. aut mutantur, sicut quū oculus videt illud, qđ non est; aut videt rem, nō sicut est, & sicut stomachus quum cibū [t] [dissipat,] & ipsum malè digerit. aut destruuntur, sicut oculus quū nō uidet: & stomachus quū nullo modo digerit. Eius autem quod euacuatur, & quod retinetur significationes multis sūt modis: aut enim significat ex parte retentionis nō naturalis, sicut quum retinetur res quæ solebat euacuari, quemadmodū accidit illi, cuius urina retinetur, aut egestio: aut significant ex parte euacuationis non naturalis: & hoc quidem aut erit de substantia membrorū, aut nō erit ita. Sed quod est de substantia membrorū tribus significabit modis, aut enim per suiipsius substantiam significabit, sicut annuli, qui expuūntur, herpetē esthiomenum in canali pulmonis significant: aut significabit ꝑ quantitatem sui, sicut cortices, quum in dysenteria egrediuntur, nam si fuerit grossus, significat ꝙ vlcus in grossis existit intestinis, & si subtilis, significat ꝙ in subtilib. est intestinis; aut significabit per colorē suum, quemadmodum hypostasis petaloides: quæ si fuerit rubea, significat, ꝙ est in membris carnosis, sicut renibus: & si alba, significat ꝙ est in membris neruosis, sicut in vesica. Quod verò significat illud, quod non est de substantia membrorum, significat, aut quia ipsius egressio non est naturalis, sicut humores sani, & sanguis, quum exierit, aut ꝙ est non naturale in qualitate sui, sicut sanguis corruptus, siue consueuerit exire, siue nō: aut quod est non naturale in substantia absolutè, sicut lapis: aut ꝙ est non naturale quantitate sui, licèt naturalis sit eius exitus; & istud est, aut propterea ꝙ augetur; aut propterea ꝙ minuitur, sicut stercus & vrina, quum pauca fuerit, aut multa: aut vt sit non naturale in qualitate sui, licet exire soleat, sicut stercus, & vrina, q̄ sunt nigra; aut si egrediatur a parte non naturali, licèt exire consueuerit, sicut stercus, & urina [u]] quum in ęgritudine ilij] per superiora egrediuntur. Doloris autem significationes in duobus comprehenduntur generibus. & illud est, quoniā dolor, aut significat ꝑ suū locum. verbi gratia quoniam si fuerit in dextra, erit in hepate, & si in sinistra in splene & est quum per suam speciem significat, quæ sit ipsius causa: quemadmodū diximus in doctrina causarū: uerbi gratia, quoniam si fuerit grauatiuus, significabit apostema, qđ est in membro non sentiente; aut cuius sensus destructus est. & extensiuus multā significabit materiam. & mordicatiuus materiam significabit acutam. Apostematis autem significationes tribus existūt modis: aut enim sunt ex substātia sui: sicut erysipila, quę cholerā significat rubeā: aut sclirosis, quæ choleram demonstrat nigrā: aut ex loco sui, sicut quū fuerit in dextra, significat, uerbi gratia, quòd est apud hepar: aut ī sinistra; significat, quod est ex parte splenis: aut per figuram sui, quoniam, quum apud dextram fuit, & fuerit lunare, significat quòd est in ipso hepate, & si longum fuerit, significat quòd est in musculo, qui est super ipsum. Situs uerò significationes aut sunt ex locis, aut ex communitatibus. Et ex locis quidem apparentes sunt. Et ex communitate quidem sunt sicut ꝑ nocumentum, quod est in digito, ex causa antecedente cognoscitur, quòd est ꝑꝑ nocumentum quod sexto ex paribus neruorū colli accidit.

o B. aut in alio ex parte qua, an sit proportionatū figuræ eius, aut nō proportionatum.

p B. significatione.

q B. mediante digestione, aut priuatione digestionis.

r B. proportionatis.

s † B quam sit.

t B. corrumpit.

u B. cum in ægritudine ileos.

ANNOTATIONES.

1 *Accidentia & significationes secundum &c. Accidentia præsentia præterita & futura quid medico confe-*

Cap.1.2.& 3. *rant. Hipp.& Gal.1.progneſt. ſcriptum reliquere. Dicuntur autem hæc ea ratione qua nos ea docent, quæ ignoramus, ſigna. ſuntq́;* cap.2.& 7. *hæc Gal.li.ar.med. uel ſalubria, uel inſalubria, uel neutra. De ſalubribus ſignis, & fontibus, unde ea ſumantur abundè in eo ar.med.lib. agitur a c. 8. ad 71. De inſalubribus verò hinc ad 84. Et libris præterea de affectis locis. Verùm inſalubria hæc ſigna, alia morbũ, alia partem morbo affectam, alia morbi cauſam, alia morbum ſimul & locum, alia morbũ & cauſam, & alia cauſam ſimul & locum ſignificant. & hoc pulchrè & copioſè 1.* cap.5. *præſertim de affec.loc.docetur.*

2 *Amplius accidentium quædã ſunt ſubſtãtialia &c. Signa quæ modò dicta sũt, Gal.rurſum diuidit. & aliquãdo tria capita eorum facit, ut primo aph.* aph.12. *quum alia propria, alia aſſidentia, alia poſt emergentia ſeu poſt apparentia eſſe dicit. aliquando duas tantum eorum ſpecies numerat, ut in primo de criſibus,* cap.5. *ubi quædam eſſe propria ait affectuum ſigna, quæ cum morbo ſimul inuadunt & incipiunt, reliqua uerò omnia ait poſt apparere: neque de aſſidentib. meminit.* Com.34. *tertio quoque in 4. de uulgarib.morb. de ſignis yſdem mentionem faciens, de pathognomonicis tantum & aßidentibus, nihil autem de poſt apparentibus loquitur. Verum quod ad hoc pertinet, cum triplex ſignorum ſit genus, ut a Gal. primo aph.* aph.12. *notatum eſt, ſolum primum genus, quod .ſ. ſemper inchoante morbo inuadit, primò dicitur apparere, cætera uerò non primo, ſed poſt apparent. Ex his autem quæ poſt apparent, quum alia propria ſint, licet ſeparabilia: alia uerò communia, quæ uidelicet in reliquis etiãnum morbis apparent: quę propria ſunt, ut ab yſ diſtinguantur, quæ communia ſunt; aßidentia nuncupantur. cætera uero nomine generis, poſt apparentia ſolent appellari. Sunt erga aſſidentia omnia poſt apparentia, hæc tamen non omnia, aſſidentia ſunt. Quamobrem, quòd Gal. aſſidentia quandoq; uideatur reticere, non eſt contradictio, quum in poſt apparentibus ea intelligat.*

3 *Quemadmodum curtitas digitorum &c. Hoc nuſquã Gal. ſcripſit.* cap.3.& 30. *hic author tamen li.3.fen 14.tr.1. idem repetit, quod & Raſis.17.Cont.1.cap.2. Verum hoc explodit Auer.* cap.4. *.Coll.*

4 *Sicut ſpaſmus & tremor &c. Conuulſionem ſeu ſpaſmum hic ait naturæ eſſe opus accidentale.* cap.1. *at Gal. 2. de ſympt. cauſ. deprauati motus ſymptomata diſtinguẽs alia eſſe ait naturę opera a morboſo affectu irritatæ: alia a morboſo tantum affectu dependere, natura ad eorũ generationem minime adiuuante. & conuulſionem in ſecundo horũ capite enumerat. Sanè conuulſio propriè ex repletione fit et euacutione 6.aph.* aph.39. *fieri tamẽ aliquãdo poteſt, ſicuti in epilepſia euenit, quæ leuis eſt conuulſio, ut non ex materię aut redundantia aut inopia, ſed ob prauam aliquam & nudam qualitatem inſtar auræ cuiuſdam ad neruorum principium elatam, conuulſio fiat, contrahente nimirum ſeſe natura, ut id expellat, quod offendit; de huius ergo generis conuulſione arbitrandum eſt hunc loqui, quum a natura eam fieri pronunciauit. Vide pro yſ quæ ſequuntur ſecundo de ſymp.cauſ.libro copioſiſsimè.*

cap.2.3.4.& deinceps. 5 *Ex operationibus uerò ſignificatio habetur &c.* Cap.2. *Gal.1.de aff.loc.methodi initium ad inueſtigandos affectos locos, hoc eſſe ait, quòd actio non lædatur niſi læſa parte, a qua ea prouenit.* cap. præſertim 3.& 4. *Oſtendit autem lib.de diff. ſympt. quòd actiones tripliciter lędantur; ſintq́; uel imbecillæ uel deprauatæ, uel abolitæ. Sed de aucta quoque actione meminit 1.de ſymp.cau.* Cap.7. *quam quidam exiſtimãt ad tres illas læſiones, quas diximus, non referri. eam tamen Gal. 1. de ſymp. cau. ad deprauatam actionem refert.* cap.7. *Quæ ſequuntur de yſ quæ excernuntur & retinentur, pete ex 1. de loc.aff.* cap.1.5.& 6.

De ſignis diſtinguentibus inter ægritudines proprias, & aſſociatas eis. Cap. 2.

ET quoniam eſt, quum ægritudines in principio accidunt in mẽbro: & eſt quum accidunt propter aſſociationem; quemadmodum caput ſtomacho in ſuis aſſociatur ęgritudinibus; tunc oportet ut ordinemus differentiam inter has duas res per ſignum diſtinguens. Dicemus igitur, quòd oportet nos conſiderare, quæ prius accidit; & autumabimus quòd ipſa eſt principalis, & altera eſt ei aſſociata: & cõſiderabimus etiã, quæ eſt illa, quę remanet poſtquam altera finitur, & autumabimus, quòd ipſa eſt principalis, & quòd altera eſt aſſociata. [a] † [ ] Et tamen eſt, quum ex hoc prouenit error, & hoc eſt, quoniam fortaſſe ægritudo principalis non erit percepta ſenſu, neque doloroſa in principio ſui: ſed poſtea ſentiemus ipſius impedimentum, poſtquam aſſociata ęgritudo apparuerit: quæ pro certo eſt illa, quæ poſt ipſam accidit, & eſt eam ſequens: exiſtimabitur ergo, quòd aſſociata & accidentalis ſit illa, quæ eſt principalis ægritudo. Et eſt, quũ non percipitur, niſi accidẽtalis tãtũ [b] [& prĩcipalis, uel origo obliuioni traditur.] Semita uerò obſeruandi ſe ab hoc errore eſt, ut medicus membrorũ noſcat communitatem, quod quidem erit ex ſua ſcientia in anatomia. & nocumenta ſciat, quæ unicuique accidunt membro, quorũ quędam ſunt ſenſu percepta, quædam non percepta: & moretur in ęgritudine; & neque iudicet de ea, quòd ſit principalis; niſi poſtquam cõſiderauerit, quid ſit poſsibile quòd [c] † [ ] accidat ipſam ſequens. Aegrum ergo interroget de ſignificationibus ægritudinum, quas membris ægro membro aſſociatis poſsibile eſt accidere: quę non prius erant ſenſu perceptæ, neque doloroſæ [d] [ita ut appareant primo;] neque commouentes accidẽtia, quæ ſunt eis propinqua; ſed nec etiã eas ſequuntur res, niſi quę ab eis ſunt longinquę nõ ſenſu perceptæ: æger quoque ignorat, quòd ſint accidẽtia illi lõginqua radici. Iſtud tamen non dignoſcitur niſi ſapientia medici. Plurimum uerò, quod ex eo ad memoriam reducit; eſt, quum operationũ impedimentum conſideratur. Quumq́; operationum impedimentum inuenerit antecedens, iudicabit ꝙ ægritudo illa eſt aſſociata; licèt quædam mẽbrorum ſint talia, quòd plurimum diſpoſitionum ipſorũ eſt, ut ſint eorũ ægritudines aliorum membrorum ægritudines ſequentes. Capitis enim ſecundum plurimum ſuarum diſpoſitonum, ſunt ęgritudines per ſocietatem ſtomachi. Sed illud conuertere eſt perparum. Et nos quidẽ coram tuis manibus ponemus ſigna complexionũ principaliũ, & accidentaliũ ſecundum modum communẽ. Quæ uerò unicuique mẽbro ſunt proprie in ſuo dicentur cap. Quęcunque autẽ ex ſignificationibus ęgritudinũ cõpoſitionis manifeſtæ fuerint, ſenſus dignoſcet. Sed quę occultæ fuerint, exceptis repletione, & oppilatione, & a poſtematibus, & ſolutione continuitatis; in dictione uniuerſali cõprehendere eſt difficile. Et ſimiliter illud, quod ex repletionibus & oppilationib. & apoſtematibus, & ſolutione cõtinuitatis

a † B. & è contra, qm̃ aſſociata exiſtimatur, ex eo, quod eſt illa, quę accidit poſtrema: & ꝙ ſedatur cũ ſedatione primæ.

b B. & quæ nõ eſt principalis ponitur principalis.

c † B. d.

d B dolore apparente.

tatis vnicuique membro proprium existit. Melius igitur est, vt hoc totum dictionibus referuetur particularibus.

ANNOTATIONES.

Quum morbi plures sunt, atque unus ex altero dependet, ex ijs, qui primo loco afficit primarius; qui secundò, secundarius dicitur. & qui particulam aliquam infestat qui in ipsa est, proprius; qui uerò unam quidem particulam nō obsidet, eam tamen afficit, per consensum appellatur. Ex his rursum qui primarius est, idem & per essentiam est, at qui secundario afficit, is non semper per consensum affligit, quin sæpe qui antea per consensum offendebat, per essentiam postea afficit. ita distinxit Gal. cap. 3. *1. de loc. aff. Verùm idem tamen proprium etiam cum primario in eodem* Cap. 6. & 7. *libro confundit. Vide tertio de loc. aff. &* Cap. 1. & 5. *li. de constit. ar.* cap. 16.

De signis complexionum. Cap. 3.

Signorum genera, quibus complexionum dignoscuntur dispositiones, sunt decem: vnū eorum est tactus. & modus quidem, quo cognoscitur, est, ut consideret an tactui sani sit æqualis in terris temperatis, & aere temperato: nam si æqualis fuerit, significabit equalitatem. quod si patiatur ab eo tactor complexionem habens sanam, & infrigidetur aut calefiat, aut ipsum sentiat naturali molliorem, aut duriorē, aut asperiorem quam naturalis, neque fuerit ibi causa ex aere, aut balneatione cum aqua frigida, aut alia re, quæ mollitiem addat, aut asperitatem: est tunc ex complexione non temperata. Et ex dispositione quidē ungiū [a] † [ ] in mollitie, & siccitate ipsarum, possibile est cognoscere complexionis corporis dispositionem: [b] † [ ] licèt mollitiei & duritiei iudicium non sit stabile, nisi prius equalitatis inter caliditatem & frigiditatem significationes præcesserint: nam, si non ita fuerit, possibile erit, ut caliditas durum tactum, & asperum mollificet, nedum illum, qui temperatus propter resolutionem ipsius: & faciat existimari, φ sit mollis & humidus natura, & ut frigiditas mollem tactum induret, ne dum illum, qui est temperatus, propterea quòd multum congelat & inspissat, & opinabitur quòd sit siccus, [c] [sicut nix & sol: & nix quidem propterea quòd coagulat & congelat: & sol quidē propterea φ ingrossat.] Eorum autem plurimorum, qui frigidæ sunt cōplexionis, corpora mollia sunt, licèt sint macra, quoniam cruditas multa cōsistit in eis. Secundpm uero est genus signorum ex carne & adipe assumptorū quoniam caro rubea, quum multa fuerit, humiditatem significabit & caliditatem, & existit ibi soliditas. Et si pauca fuerit, & adeps multus non ibi affuerit, significabit siccitatem. Pinguedo autem & adeps semper frigiditatem significant, & est cum eis laxitas. Et si cum hoc fuerit venarū angustatio, & sanguinis paucitas & hoc habenti aduenerit debilitas ex fame ꝑpter minorationem sanguinis naturalis, qui est præparatus ad illud, quo membra ex nutrimento indigent, significabit φ complexio huiusmodi est [d] [secundū naturā.] Et si hæc alia signa non affuerint, significabit quòd est complexio acquisita. Pinguedinis autē & adipis diminutio semper caliditatē significat: quoniā pinguedinis & adipis materia, sanguinis est vnctuositas, & earū factor est frigiditas, & ꝑpter hoc in hepate minorātur, & sunt in intestinis multæ. Et neque sunt super cor multæ plus quā super hepar, nisi propter materiam: non enim propter complexionem & formā, sed propter curam naturæ pendentem [e] [a materia illi simili.] Pinguedinis autem & adipis congelatio super corpus minuitur & augetur secundū minorationem caloris, & ipsius augmentum. Et corpus quidem carnosum absque multa adipe & pinguedine, est corpus calidum & humidū. Quòd si fuerit caro rubea multa cum pinguedine, & adipe pauca: significabit humiditatem superfluam, & si superflua fuerit, humiditatis & frigiditatis significabūt superfluitatem, & φ corpus frigidum factum est & humidū. Et ex corporibus quidem, quod magis est macrum, est frigidum & siccum, & postea calidū, & siccum, deinde siccum, quod in caliditate & frigiditate temperatum existit, postea calidum, qđ est in humiditate & siccitate temperatum. Tertium verò genus, est signorum sumptorum ex capillis. Et ipsa sunt, quæ sumenda sunt ex parte horum modorum, qui sunt, velocitas originis, & ipsius tarditas: & multitudo eorū, & paucitas ipsorum: subtilitas & grossitudo eorum: planities & crispitudo. Et eorum color est vna ex radicibus in hoc. Signa uerò ex uelocitate natiuitatis eorum, aut tarditate, aut prohibitione originis ipsorum, sumpta sunt, quòd illi, qui tardè nascuntur, aut non nascuntur: quū non affuerint significationes, quæ corpus penitus sanguinem non habere demonstrent: significant, quòd complexio vehementer est humida. Quod si festinauerint, nō erit corpus illius humiditatis: immò ad siccitatem declinabit. Ipsius uerò caliditas & frigiditas ex alijs signis, quæ iam diximus, cognoscuntur. Quum autem caliditas & siccitas coniungentur, capilli multo citius nascentur, et erūt multi et grossi, quoniam multitudo caliditatem significat, et grossities multam fumositatem, ideoque in iuuenibus est amplius quam in pueris, quoniā puerorum materiæ vaporosæ sunt, et non fumosæ. Et horum contraria ipsorum sequūtur cōtraria. Significatio autem ex parte figurę est, quod crispitudo significat caliditatem et siccitatem. Est tamen, quum foraminum, et pororū inuenit tortuositatem; sed istud non mutatur, quum alteratur complexio. [f] [Duæ uerò primæ res mutantur,] et planities huius significat contrarium. Ex parte autem caloris nigredo significat caliditatem, et subalbedo significat frigiditatem, et [g] [citrinitas] et rubedo æqualitatem significant, et albedo significat, aut frigiditatem, aut humiditatem uehementem, sicut canities: aut fortem siccitatem, sicut accidit uegetabilibus, quum siccantur, quæ ex sua nigredine, aut uiriditate transeunt ad albedinem, et hoc quidem non accidit hominibus, nisi in fine ægritudinum siccantium. Et canitiei quidē causa apud Aristotelem est cōuersio ad colorem phlegmatis, et apud Galenum est [h] [† sitūs,] qui nutrimentum comitatur, quod ad capillos

a † B. manus.

b † B. si nō fuerit illud ꝑp causam extraneam.

c B. sicut in niue & pinguedine. niuem. n. frigiditas coagulat congelando & pinguedinē ingrossando.

d B. radicalis ra tur alis.

e B. cum tali materia.

f B. duæ uerò primæ causæ alterantur alteratione complexionis.

g B. & ruffedo.

h B. alte charegi. † atacharugi.

pillos venit; quum frigidũ fuerit: & fuerit motus eius, & ipsius penetratio in poris, tardata. Quumq; duas dictiones cõsider aueris, īuenies eas pro certo propinquas: quoniã causa in albedine coloris phlegmatis: & causa in albedine[i] [† situs] est una. Et de hoc quidē physicus tractare debet. Post hoc aeres, & regiones in re pilorum operationē habent, quæ est obseruãda; [k] [non.n.timetur, ꝙ ĩ nigro sit capillus flauus, qui equalitatem cõplexionis ipsius significet, quum eam habuerit: neque in capillis sclaui nigredo: quę complexionis eius significet caliditatem; quum ipsorum genus eam ɥabuerit.] Aetates etiam in re capillorum operãtur, quoniam iuuenes sunt, sicut meridionales, & pueri, sicut septētrionales, & senectus est, sicut medij. Pili pręterea in puero multi, significant ꝙ ipsius complexio: quum crescet; ad melancholiam conuertetur: & in sene significat, ꝙ in præsenti est melancholicus. Quartũ uerò genus signorũ est sumptum ex colore corporis. Albedo.n. signũ est priuationis sanguinis, aut paucitatis ipsius cum frigiditate: quoniam, si cum caliditate esset, & humore cholerico; esset citrinitas. Et rubeus quidem significat [l] [multum sanguinis, Et ruffus, & subruffus significant caliditatē. Sed subruffus plus significat choleram rubeam, & ruffus significat sanguinem cholericum. Est tamen, quũ subruffus] sanguinis significat priuationē, licet nõ sit ibi cholera rubea: quemadmodum accidit in conualescentibus. Fuscus autem uehementem significat frigiditatem: ob quam minuitur sanguis, & congelatur ille paucus, & ad nigredinem conuertitur, & cutis mutat colorem. Et brunus significat caliditatem. Et melongianus frigiditatem significat & siccitatem, quoniam calor est, qui purã choleram nigram sequitur. [m] [Sed gypseus frigiditatem significat, & rem phlegmaticam. Et stanneus] frigiditatem & humiditatem significat cum pauca re. melancholica: quoniã est albedo cum pauco viriditatis: erit ergo albedo sequens colorem phlegmatis, & complexionem humiditatis, & viriditas sequens sanguinē congelatum, qui trahit ad nigredinem, qui commistus phlegmati factus fuit uiridis: & eburneus frigiditatem significat phlegmaticam cũ pauca cholera rubea. Et secundum plurimum quidē mutatur color propter hepar [n] [ad subruffedinem & albedinem, & propter splenem ad subruffedinem & nigredinem. & in ęgritudinibus hęmorrhoidum ad subruffedinem & viriditatē. hoc tamen non est semper, immò est, quũ mutatur. Cognoscere verò ex colore linguæ complexionem stomachi, & intestinorũ, est difficile, & ex colore oculi cognoscere cõplexionem cerebri, est difficile.] Et fortasse est, quum in una ęgritudine duorum colorum diuersitas in duob. contingit membris, sicut quũ albescit lingua, & nigrescit facies in vna ęgritudine; quemadmodum in icteritia, quę propter vehementiam acuitatis choleræ rubeę accidit. Quintum uerò genus est signorum ex forma membrorum assumptorum, quoniam cõplexionem calidam sequuntur pectoris amplitudo, & extremitatum magnitudo, & ipsarum complementum in quantitate earum absque

i B. altechareg † atacharegi.

k B. non enim expectatur, seu existimatur, ꝙ per ruffedinem capillorũ in nigro significetur cõplexio æqualis, quæ ei inhæret, neq; per nigredinem capillorũ in alsacha lebi significatur complexio calida, quæ inhæreat ei secundum ipsum.

l B. multitudinē sanguinis, & caliditatē, & citrinus, & ruffus significãt caliditatem, sed citrinus est magis significãs cholerã & ruffus sanguinem, aut sanguinem cholericũ. Et quandoque.

m B. Sed gypseus purã frigiditatem significat & rē phlegmaticam. Et plumbeus.

n B. ad citrinitatem & albedinem, & ꝑ splenem ad citrinitatem & nigredinem. Et in ægritudinib. hæmorrhoidarum ad citrinitatem & uiriditatē. & nõ est hoc semper, immò quãdoque diuersificatur. Significatio uerò ex colore linguæ sup cõplexionē stomachi, & intestinorũ, & uenarũ quietarũ in corpore est fortis. Et significatio ex colore oculorum super cõplexionem cerebri est fortis. Alia litera. Significatio uerò ex colore linguæ sup cõplexionem stomachi, & uenarũ, & arteriarum in corpore ē fortis.

coãgustatione, & sine curtitate, [o] [& precipuè manuum & pedum,] & venarum amplitudo, & carũ apparitio, & pulsus magnitudo, & fortitudo ipsius, & magnitudo musculorum, & propinquitas eorum ex iuncturis: quoniã operationes augmētatiuę, & compositiuę formę, caliditate complentur. Et frigiditatem sequuntur omnium horum contraria, quoniam propter eam [p] [minorantur uirtutes naturales, & non complent operationes natiuas & creationem. & complexionē siccam sequuntur asperitas & curuitas:] & iuncturarum manifestatio, & apparitio cartilaginũ in epiglotti, & naso, & est nasus ęqualis. Sextum verò, est genus signorum sumptorũ ex velocitate passionis mēbrorum. Membrum.n. quum cito calefit absq; difficultate, est calidæ complexionis; quoniã conuersio in genere proportionali est facilior cõuersione ad contrarium: etsi cito in frigidatur; res erit e contrario. [q] † [ ] Quòd si aliquis dixerit, ꝙ oportet vt res sit huic cõtraria; nos nanque pro certo scimus ꝙ res non patitur nisi a suo contrario, & nõ a suo simili: sed ex hoc uerbo, quod tu præmisisti, prouenit, vt passio a simili sit dignior. Responsio erit, ꝙ simile a quo nõ patitur res, est illud, cuius qualitas, & qualitas illius, quod ei simile existit, est una specie & natura. Quod autem calidius est alio, non est simile ei, quod est minus calidum: immò duo calida, quorum vnum est calidius, diuersificantur, & illud quidē, quod est minus calidum, comparatione eius, qđ est calidius; est frigidũ. Patitur ergo ex hoc: vnde est frigidum comparatione illius, & non calidum. Patietur ēt ab eo, quod est ipsõ frigidius, & a frigido: vnum tamen eorum ipsius qualitatem auget, & prębet ei augmentum, quod est in ipso fortius & alterum minuit qualitatem. ipsius ergo alteratio ad id quod ĩ sui qualitate præstat augmentum, & mutat illud, quod in ipso est fortius, erit facilior. licet sit hoc alia causa, quæ alicui eorum, quæ in [r] [qualitate communicant, est propria: et contradicit] et sicut illud, quod in sui natura calidæ existit complexionis, non cito recipit in se calidi operationem, nisi propterea quòd caliditas destruit operationem cõtrarij, quod est frigidum, [s] [eo quòd refrenat] illud, quod complexio calida vult efficere de augmento in calefactione. Quum ergo sibi occurrunt, et prohibens destruitur, iuuant se ambo in calefaciendo, et eorum adiutorium sequitur duarum qualitatum fortitudo completa. Quum uerò extrinseca caliditas æqualitatē destruere voluerit: calor innatus, qui est intus, erit res fortior in resistendo, adeo ut uenena calida non refrenet, neque expellat, neque ipsorum corrumpat substantiam, nisi calor innatus. Calor nanque innatus naturę est instrumētum, quod caloris euenientis expellit nocumētum, propterea ꝙ spiritum mouet ad ipsum expellendum, et ad eius vaporem remouendum, et ad ipsum resoluendum, et ipsius materiam adurandum. Et frigidi etiam aduenientis nocumentum per contrarium expellit. Hanc uerò proprietatem non habet frigiditas: non enim impugnat, neque refrenat nisi aduenientem caliditatem per contrariũ tãtum, quia nõ impu-

o † —— B.

p B. deficiunt virtutes naturales a cõplemento operationum uirtutis formatiuæ, & generatiuæ. & cõplexioné siccam sequitur asperitas

q † B. propter eandem causã.

r B. natura seu cõplexione cõmunicãt, seu cõueniunt est propria, & est remissior, seu diminuta in ea.

s B. impediens.

impugnat aduenientem frigiditatem. Et calor quidē innatus est ille, qui humores naturales tuetur: ne eis caliditates extraneę dominētur. Calor nanque innatus, quum est fortis: potest natura ipso mediante in humorib. ministrare secundum modum maturandi & digerendi, & custodire eos secundum sanitatem, & mouentur humores secundū modū ministrationis ipsius; & prohibentur moueri secundum modum ministrationis caloris extranei, quia non putresiūt. Sed quum calor iste est debilis, fatigatur natura, & a regimine humorū abstinet pp instrumenti debilitatem, quod inter ipsam & humores est mediū, & stat: & calor extraneus inuenit [t] [humores non impeditos ab administratione.] Cōprehendūtur ergo ab eo, & facit eos obediētes, & motu extraneo ipsos mouet, & accidit putrefactio. Calor igitur innatus uirtutū oīum est instrumentum, sed frigiditas est ei inconueniens; & neque prodest, nisi accidētaliter. Ideoq; dicitur calor innatus, & non dicitur frigiditas innata, [u] [neq; cōparatur frigiditati ex colcodea corporis illud, qđ comparatur caliditati.] [x] [Septimū aūt genus signorū est, quod sumitur ex cogitationib. & a reb. multum desideratis a natura hominis, quas plurimum apprehendit uirtus, & operatur similitudinem qualitatum: sicut dicemus ī somnijs: ideo quòd corpus est instrumentum aīæ.] Octauum aūt genus est, quod sumitur a signis operationum. Quum. n. operationes secundum naturalem cursum procedunt plenè & perfectè: significant complexionis ęqualitatem. Quòd si a parte sua ad motus mutētur superfluos, significāt cōplexionis caliditatem. & similiter, si properauerint: quoniam caliditatē significant, sicut augmenti uelocitas & uelocitas natiuitatis capillorum, & natiuitatis dētiū. Quòd si debilitentur, & ociosæ fiant, & tardentur, significant cōplexionis frigiditatem. Est tamen, quum eorum debilitas, & ociositas, & tarditas, sunt cadentes propter complexionem calidam, licèt illud esse non possit absque mutatione a cursu naturali cum debilitate. Et est ēt, quum plures naturalium operationum deficiunt propter caliditatem, & minuuntur, sicut somnus: quoniā fortasse est, quum destruitur propter calorem complexionis calidę, aut minuitur; Et similiter est quum augetur aliqua dispositionū naturalium propter frigiditatem: sicut somnus, sed tamen non erunt ex summa operationū naturalium absolutè, immo cōditionaliter, & per causam. Somni nanq; necessitas in uita & sanitate, non est necessitas absoluta, immò propterea ut spiritus ab impedientibus separetur propter illud: quod ei accidit ex lassitudine, aut propterea q̃ est ei necessarium incumbere super digestionem cibi: & ppea q̃ nō potest pficere duas res. Somni igitur necessitas non est nisi ex parte alicuius impotentię, & est exitus a necessitate naturali: licèt sit exitus ille naturalis ab eo, vnde est necessarius: naturalis. n. dicitur de necessario cōitate nominis. [y] [Firmior verò significatio, quā hoc nomē hēt, non est, nisi vt dicatur de complexione ęquali, & illud est, vt operationes ęquentur, & compleantur.] Eius verò significatio super caliditatem & frigiditatem, & siccitatē, & humiditatē: est significatio probabilis. Ex genere autem operationum fortium, quæ calorē significant, est [z] [acuitas uocis, & eius grossitudo, & loquendi uelocitas & ipsius cōtinuitas, & ira, & festinatio motionum, & palpebrarum citatio.] licet sit, quum ista adueniunt non propter causam cōem; immò propter causam mēbro operationis propriam. Nonum uerò genus est expulsio superfluitatum a corpore: & qualitates eorum, quæ expelluntur. Expulsio. n. quum non aufertur, & illud, quod ex stercore, & vrina egreditur, & sudore, & alijs, est acutū, habēs odorē fortem, & tincturam ex eis, quæ tincturam habere consueuerunt, & adustionem, & decoctionem ex illis, quæ assationem & decoctionem solent habere: est calidum. Quod verò diuersum est ab hoc, est frigidum. Et genus quidem decimum est sumptum ex dispositionib. virtutum animæ in suis operationibus, & passionib. [a] [sicut ira fortis, & ęstuatio, & pceptio, & intellectus, & audacia, & inuerecundia, & suspitio bona, & bona spes, & impietas, & impigritia, & morum virilitas] & pauca ociositas, & parum pati ab vnaquaque re significat caliditatem. Eorum aūt contraria frigiditatem. Et perseuerentia furoris, & māsuetudinis, & imaginari, & rememorari, & reliquorum, significant siccitatem. A passionib. verò cito remoueri, significat humiditatem. Ex hac quidem secta est insomnietas, & somnium, quoniam ille, in cuius complexione est dominiū caliditatis, videt se quasi ad ignem calefieri, aut sicut ille, qui sedet ad solem: & ille in cuius cōplexione est frigiditas dominans, videt se sicuti esset in niue, aut quasi in aquā mitteretur frigidam. Amplius vnusquisq; humorem habens dominantē videt illud, quod suo pertinet humori, quemadmodum dicunt. Hoc autē totum, qđ nominauimus, aut plurimū eius, est de modo significationum complexionum principaliū, quę sunt ab initio creaturæ. Complexionū verò extranearum accidentaliū, [b] [quæ est acuta significat inflammationē in corpore nocibilē, febres præcedentem: & fortitudinis destructionem apud motus rebellionem caliditatis, & sitim superfluam, & adustionem in ore stomachi: & amaritudinem in ore; & pulsum, qui lassitudini attinet, & velocitati vehementi, & frequentiæ:] & cui omnia calefacientia in regimine adhibita nocent, & quem infrigidantia curant, et cuius dispō in ęstate mala existit. Cōplexionis aūt frigidę non naturalis signa sūt, parum digerere, et sitis pauca: et iuncturarum lassitas, et ex phlegmate febres multæ, et cui rheumatismi nocent, et infrigidantia in regimine adhibita, et ut per calefacientia curetur: et ut in hyeme malam habeat dispositionem. Signa verò humiditatis non naturalis sunt pertinentia signis frigiditatis: et est cum eis lassitas, et saliuæ fluxus, & mucillaginis, & uentris solutio, et digerendi malitia, et impedimentū, quod est a regimine, quod est humidum, et multus somnus; et inflatio palpebrarum. Sed signa siccitatis non naturalis sunt asperitas, et vigiliæ, et macies accidentalis, et læsio a regimine, in quo est siccitas, et malitia disposi-

t B. ipsum non occupat in regimine.

u B. neque proportionatur ad frigiditatem illud qđ ex colcodea corporis ad caliditatem pportionatur.

x B. Alia litera Septimū aūtē dispositio somni & uigiliarū, qm̃ æqualitas amborū significat cōplexionē tēperatā, præcipuè in cerebro. & augmentum somni significat frigiditatē & humiditatē. & augmētū uigiliarum significat siccitatē, & caliditatē propriè in cerebro.

y B. Et hęc ps uerior significatio non est, nisi super cōplexionem æqualē, & illud secundum q̃ ęquātur operationes, & cōplentur.

z B. fortitudo.

a B. sicut uehemens uelocitas ad irā, & fortis mobilitas ī opinionibus, & ingeniositas, & intellectus, & audacia & inuerecundia, & bonitas existimationis, & bonitas spei, & impietas & impigritia, & morū uirilitas, & celeritas in motibus & operationibus.

b B. illā quæ calida est, significat inflāmatio corporis nociua & à febribus noceri, & debilitas uirtutis apđ motiones pp cōmotionē caliditatis, & sitis superflua, & inflāmatio in ore stomachi & amaritudo ī ore, & pulsus declinans ad debilitatem, & uelocitatem, & uehementiam, & frequentiam.

tionis in autumno, & curari per id, quod humiditatem efficit : & curatio pręsens per aquam calidam,& oleum subtile, & fortis receptio eorum.

ANNOTATIONES.

Gal.lib.art.med. commodius signa hęc omnia perstrinxisse videtur, nempè dum quatuor summa capita cōstituit cætera omnia amplectentia. Sed quę hic de tactu afferuntur, lege & loco citato & 2.de temp. Quę de secundo signorum genere dicuntur, & lib.ar.med. & 2.de temper. et hic nota etiam controuersiam de pinguedine, quam Gal. loco citato de temper. & alibi frigidam esse statuit. cuius oppositum uidetur sensisse Arist. sicuti alibi notatum est. De tertio signorum genere, id est, de capillis, uide 2. de temp. & Arist. 5. de gener. animal. & particulatim lib.ar. med. ubi de cerebri temperatura agitur. & pro eo quod hic notatur de causis caniciei, uide Alex. 1. problematum libro. Pro quarto signorum genere uide lib.ar.med. de signis temperamenti totius corporis, nec non 4.de tuen. san. & :. in 3. de vulg. morb. 2. de elem. 1. aph. & 5. de loc. aff. Pro quinto signorum genere lege lib.ar.med. de signis cordis & hepatis. & 2. de temperam. Pro sexto autem quæ potentia est passiua, vidè libellum de optima corporis constitut. & hic nota etiam de innato calore quæ Galen. 8. de decr. Hipp. & Plat. De septimo signorum genere. Vide quæ in lib. ar. med. de signis cerebri. Aristote. quoque lib. de somno & vig. De octauo vide lib. de optima corporis constit. & 2. de temperam. & lib.ar. med. & lege pro ijs, quę de somno afferuntur, primo de sympto. caus. & 2. aphor. & 3 de loc. affect. Vide etiam pro eo quod ait de uoce lib.ar.med.cap.de uoce, ubi sentire oppositum uidetur eius quod hic scribit. Vide & ibidem cap. de signis cordis calidi. Pro nono signorum genere, uide 3. de symptom. cau. Et pro decimo lib.ar. med. de signis cordis temperaturarum, & de operat. obtin. princip. Vide & peo eo quod ultimo loco subiungit, Galeni libellum de dignotione per somnum, Hippocratis libellum de insomnijs, & Aristot. de diuinatione per somnum. Quæ verò vltimo loco de temperaturis pręter naturam subiecit, symptomata sunt, quæ singula suas a quibus proueniunt, causas, significant. & ideo referenda ad suos sunt morbos. pro his ergo lege libros de sympt. causis.

cap.1. cap. 3. & 6. Cap. 53. 56. & 57. cap.4. Cap. 5. & 6. cap. 3. Cap. 13. 14. & deinceps. cap. 2. 4. 5. & 10. cap. 51. 52. & deinceps. Cap.4. Commen.70. Cap.2. aphor.2. Cap.7. cap.39 37.38. Cap.4. cap.7. cap.22. cap.4. Cap. 1. cap.14. Cap.8. Cap.8. aph.3.cap.5. cap.67. cap.29. cap.1. cap. 31. 32. 33. & deinceps. cap.12. cap.1.

De comprehensione signorum complexionem habentis ęqualem. Cap. 4.

SIgna eius aggregata excepta de alijs, quæ diximus, sunt æqualitas tactus in caliditate, & frigiditate, & siccitate, & humiditate, & mollitie, & duritie; & æqualitas caloris in albedine & rubedine, & figuræ mediocritas inter grossitiem, & maciem : quę tamen magis declinet ad grossitiem, & ipsius uenæ sunt inter submersas, & super carnem procedentes; quæ sunt separatæ, & egredientes: [a] [& capilli inter pilositatem & lenitatem, & crispitudinē, & planitiem : & in tempore pueritiæ trahant aliquantulum ad rubedinem;] & in tempore iuuentutis ad nigredinem aliquantulum: & ęqualitas dispositionis somni et uigiliarum, et membrorum in suis motibus conuenientia, et [b] [sanitas:] et fortitudo in imaginatione, & intellectu, et memoria, et in motib. mediocritas inter superfluitatem, et diminutionem; uidelicet inter multā audaciam, et timorem, et inter iram, & patientiam, & impietatem, & misericordiam, [c] [& inter stabilitatem, & perseuerantiam,] & in operationibus omnibus complementum, & sanitas, & bonitas augmenti, & uelocitas in ipso, & procerus status, & erunt ipsius somnia delectantia, & spem bonam facientia; ex odoribus bonis, & somnis delectantib. & palatijs nouis. Et hanc quidem habens complexionem, faciem hilarem, amabilem, & iucūdam habebit, & erit temperatus in desiderio comedendi & bibendi, & erit bonæ † concoctionis in stomacho, & hepate, & venis, & assimilatione in toto corpore. & temperatus in expellendo superfluitates a se ex canalib. quæ illud efficere consueuerunt.

a B. & æqualitas capillorum in multitudine & paucitate crispitudinis, & planitiei, & in tēpore pueritiæ declinent ad ruffedinem.
b B. facilitas.
c B. & furiositatem uel iracundiam, & māsuetudinem, & superbiam & deiectam animā.
† istimbre.

ANNOTATIONES.

De moderati temperamenti indicijs. lege apud Gal. lib.ar.med. & 2.de tempe. & libello de opt.corp. constit. copiosè. Quæ uerò de insomnijs in fine capitis adijciuntur. habes ex Hipp. Arist. & Gal. libris superiori capite allegatis.

cap.8. & 51. cap.1.

De signis eius, qui egreditur ab æqualitate. Cap. 5.

ISte est: cuius complexiones membrorum non similantur : immò fortasse membra ipsius principalia in exitu ab æqualitate sibi cōtraria existunt, et unum eorum ad vnam egreditur complexionem, et aliud ad eius contrariam. Quumque eius compositio dissimilis fuerit: erit malus, et ingenio sui, et intellectu : sicut ille, qui magnum habet uentrem, et digitos curtos, et faciem et caput rotunda: et staturam magnam: [b] [aut ille, qui habet paruum caput,] et in facię, et fronte carnis multitudinem, et etiam in collo et pedibus, et est eius facies medię spheræ similis. et si ipsius [b] [mādibulę magnæ] fuerint, erit valde diuersus : et similiter, si caput et frons rotunda fuerint, sed facies valde [c] [rotunda :] et collum uehementer grossum, et in oculis motus habuerit tarditatem, erit hominibus omnibus a bonitate remotior.

a B. aut staturā paruam.
b B. Alia litera mandibulæ rotundæ uel sphericæ.
c B. Alia litera longa.

ANNOTATIONES.

Aequale & inæquale triplici significatu de temperie, atque intemperie sumi solet. primò, de mediocritate in primis qualitatib. exacta aut non exacta; de qua 1. de tempe, & supra in c. de complexionib. est tractatum; secundo, de morbosa intemperie, quę aut æqualiter particulas omnes occupauit, aut non omnes. & de hac 2. de sympt. caus. & lib. de inęquali intemperie. tertio, de sanitate, quę & in primo est, & in secundo genere, nempe de temperamento, & proba compositione, ubi corpus quidpiam ex partibus constet eodem temperamento, & eadem compositione præditis, de qua hoc in loco agitur. uide Gal. 6. de san. tuenda.

cap.5. cap.1.

De signis repletionem significantibus. Cap. 6.

REpletio secundum duos existit modos. Est enim repletio secundum [a] [foramina,] et est repletio secundum uirtutem. Repletio uerò secundum [b] [foramina] est, ut sint humores et spiritus, et si in suis qualitatib. boni existant, in

a B. uasa.
b B. uasa.

c B. uasa.

in quantitate sui superflui; adeo quòd c [foramina] impleuerint & extenderint: hoc autem habens, secundum timorem motus existit. Est nanque, quum repletio venas scindit; & ad suffocantia fit fluxus, & accidit suffocatio; aut epilepsia: aut apoplexia. Cuius quidem sanatio est, vt cito cum minutione succurratur. d Secundũ virtutẽ verò repletio est, ut humores quantitate sui nocumentũ non faciant, sed malitia qualitatis ipsorum tantũ], quapp uirtutẽ malitia suæ qualitatis vincunt: & fiunt inobedientes ad digerendum, & maturandum. Et hoc quidem habens ex ægitudinibus timet putrefactiones. Repletionis verò signa uniuersaliter sunt, mẽbrorum grauitas: & in motibus pigritia: faciei rubedo: & uenarum inflatio: & cutis extensio: & plenitudo in pulsu: & tinctura in vrina, & spissitudo: & paucitas desiderij: & e [visus debilitas:] & somnia, quæ grauitatem portendunt: sicut eius, qui uidet se quasi mouere non posse, aut onus graue deferre, aut loqui non posse, sicut videre se volare. & motuum velocitas humores significat subtiles, & in quantitate tẽperata. Et repletionis quidem secundum virtutem signa sunt grauitas: & pigritia: & desiderij paucitas: quę ei, & primæ repletioni sunt cõmunia. Sed, quum repletio secundum uirtutẽ est simplex, non sunt uenæ adeo inflatæ: neque cutis vehementis extensionis: neq; pulsus adeo plenus, & magnus: neque urina multum grossa: neq; color ualde rubeus: & f [concussio quoque, & lassitudo non proueniũt in eo: nisi post motum & incessum:] & uidet in somnis pruritum & mordicationem, & incensionem: & odores fœtidos. Humor etiam dominans cognoscitur per significationes ipsius, quas nominabimus. Et secundum plurimum repletio secundum uirtutem generat ęgritudinem, antequam eius compleantur significationes.

d B. Repletio autẽ secũdũ uirtutẽ est ut non sit nocumentũ ex humoribus pp quantitatẽ ipsorũ solũ, immò propter malitiã qualitatũ ipsorum.

e B. & fatigatio in uisu.

f B. & fractio, & lassitudo nõ proueniunt, nisi post motus & operationes.

ANNOTATIONES.

Plenitudo duplex est Gal. lib. de multitud. de cur. rat. per sang. miss. 9. meth. & 2. de nat. hum. quo ad vasa, & quo ad uires. plenitudinem quo ad uasa describit hic a Gal. non dissentiens. At plenitudo quo ad uires non est cum humorum uitio, ut hic ait, Gal. teste eo lib. de multit. sed cacochymia ea appellatur, quando uitiosi humores redũdãt. cum hoc tamen sentit Auerr. 3. Coll. De signis plenitudinis, tùm sępe alibi tùm lib. de multitud. agitur. & lib. de cur. rat. per sang. miss.

cap. 3. cap. 4. cap. 5. cap. 1. cap. 11. cap. 9. cap. 6. & 12. cap. 4.

De signis Dominij cuiuslibet humoris. Cap. 7.

SAnguinis significationes quum dominantur, significationibus repletionis secundũ a [foramina] vicinæ existunt: & propter hoc accidit ex dominio eius grauitas b † [ ] in origine oculorum propriè: & in capite, & temporibus: & halices: & oscitationes: & nausea: c [& dormitio multa:] & in sensibus perturbatio: & in intellectu tarditas. & lassitudo absque pcedente labore: & dulcedo in ore præter solitũ: & rubedo in lingua: & fortasse in corpore apparebunt † furunculi: & in ore † pustulæ: & sanguinis fluxus accidit a locis, quę facile scindũtur, sicut naribus; ano; & gingiuis. Et est etiam, quum illud demonstrant complexio: & regimen præteritum: & regio: & ętas; & tempus: & consuetudo: & tempus longum a minutione. Et somnia, quæ illud significãt: sicut quum homo in somnijs res uidet rubeas: aut sanguinem multum ex suo corpore exire, aut se in sanguine natare, aut his similia. Dominij verò phlegmatis significationes sunt albedo in colore superflua: & lassitas: & tactus mollities: & frigiditas: & saliuæ multitudo, quæ sit uiscosa, et sitis paucitas, nisi salsum fuerit, et præcipuè in senectute, et digerẽdi debilitas: et oxyregmia: et vrinę albedo: et somnus multus, et ociositas, et e [membrorũ lassitas: et pigritia:] et pulsus lenitas: qui tarditati, et raritati attinet. Amplius ætas: et consuetudo, et regimen præteritum: et ars, et regio. Et somnia in quibus uidẽtur aquæ, et flumina, et niues, et pluuiæ, et frigus, e † [ ] demonstrant illud. Significationes autem dominij choleræ rubeę sunt coloris, et oculorum citrinitas, et oris amaritudo, et linguæ asperitas, et ipsius siccitas, et narium ariditas: & uento frigido delectari, & sitis multa. Et pulsus festinatio, & desiderij comedendi debilitas: & nausea: & uomitus cholericus, & uiridis, & f [uenter] mordificatiuus, & horripilatio ad modum puncturæ acuum. Amplius præcedens regimen, et ętas, et complexio: et cõsuetudo: et regio: et hora, et tempus, et ars. Et somnia in quibus videntur ignes, et uexilla citrina, et uidere res, quæ non sunt citrinæ, citrinas, et uidere incensionem, aut calorem balnei, aut solis: aut his similia, significant illud. Dominij verò choleræ nigræ significationes sunt, corporis macies, et ut sit fuscus, et sanguinis nigredo, et eius grossities, et uigilię multæ, et multa sollicitudo, et ardor oris stomachi, et desiderium mendosum, et urina fusca, g [aut nigra, et grossa,] et ut corpus sit nigrum, et pilosum, quoniam cholera nigra raro generatur in corporibus albis et lenibus, et ut frequenter accidant † uitiligo nigra, et ulcera mala, et ęgritudines in splene. Et præter hoc, ætas, et complexio, et consuetudo, et regio, et ars, et hora, et tẽpus, et regimen præteritum. Et somnia terrorẽ faciẽtia ex tenebris, et cruciatu, et rebus nigris, et terroribus.

a B. uasa.

b † B. in corpore &.

c B. & somnolẽtia continua.

† ademe mil. 3. b. hor.

d B. neruorum lassitas & hebetudo.

e † B. cum tonitruis.

f B. fluxus uentris.

g B. & nigra, aut rubea grossa. Alia litera & rubea grossa.

† morphea.

ANNOTATIONES.

Humores redundantes quibus indicijs cognoscãtur collige ex 1. aph. 4. aphor. 4. de tu. san. lib. de multitudine. 15. meth. & 1. ad Glauconem ubi de febribus intermittentib. agitur. 3. in 1. de uulg. morb. 10. de comp. med. per loc. & pręterea Hipp. Arist. Gal. libris de insomnijs, diuinatione per somnium, dignotione ex somn. uide Auerr. 6. Coll.

Com. 2. com. 2. cap. 4. cap. 1. cap. 18. Comm. 1. cap. 2. cap. 10. 11. 12. 13.

De signis, quæ oppilationem demonstrant. Cap. 8.

QVum materię a [coniunguntur,] & significationes eas demonstrant, & sentitur extensio, & non sentiuntur significationes repletionis in toto corpore, oppilationes procul dubio ibi adesse intelliguntur. Verũtamen grauitas in oppilationibus sentitur, quum oppilationes,

a B. fuerint coarctata seu conculcata.

tiones in canalib.existunt, per quas multas currere materias est necesse; sicut in oppilationib. quę in hepate fiũt: quoniam, quum illud, quod ex cibo ad hepar peruenit, oppilationes penetrare prohibuerunt; colligetur ex ea res multa: & retinebitur, & grauabit vehementius, quàm apostema; & discernetur ab apostemate ꝑ multam grauitatem, & febris priuationem. Quum autem oppilationes in alijs fuerint canalibus, non sentietur grauitas: sed sentietur retentio, penetratio sanguinis, & extensio. Amplius plurimi oppilationes in venis habẽtium, colorem habent citrinum: quoniam sanguis per foramina sua, ad cutis superficiem non accedit.

ANNOTATIONES.

Ea quæ obstructionem adesse indicant, non eadem in locis quibusq; sunt, quum non ijsdem indicijs obstructio in uisorijs neruis, & in iecinore dignoscatur. Cæterùm fontes huius morbi cognoscendi, ijdem tamen sunt qui in cæteris. læsę actiones, affectus sensibiles, excreta, & retenta, & causæ præterea, quæ præcesserunt, quamuis non æquè certa sit in hoc morbo coniectura. 5. de loc. aff. de hoc autem, & in loco citato, & in 3. de tu. sanitat. aliqua habes.

cap 7.
cap. 10.

De signis, quæ uentositates significant. Cap. 9.

VEntositates cognoscuntur per id quod ex doloribus accidit membris sensibilibus. Et hoc quidem sequitur illud, quod ipsæ ex solutione continuitatis efficiunt. Et cognoscuntur per motus, qui eis accidunt membris. Et cognoscuntur etiam per sonos, & cognoscũtur per tactum. Dolores autem extendentes, ventositates significant: & præcipue, [a] [si vehemẽtes fuerint.] Quòd si illic ꝑmutatio ex dolore fuerit: iam significatio completa erit. Et hoc quidẽ non erit: nisi quum continuitatis solutio in membris fuerit sensibilibus. In eis autem, quę sunt sicut ossa; aut sicut caro glandosa; non apparet hoc per dolorem. Est tamen quum in ossibus fiunt ventositates, quæ ossa rũpendo frangunt, vbi non est dolor, nisi sequens puncturã, qua os fractum illud, quod est coram ipso, frãgit. Cognitiones autem ventositatum ex motibus membrorũ sunt, sicut cognitiones ex [b] [saltu] accidente ex ventositatibus; quæ generãtur, & mouentur ad hoc, vt exeant; & resoluantur. Ex sonis autem cognoscuntur; quoniam soni aut erunt in ipsis eisdem, sicut ventris rugitus, & eis similia; & sicut sonitus in splene, quum eius dolor ex vẽtositate fuerit: [c] † [ ] aut sonus in eis fiat per percussionẽ; quemadmodum dignoscitur hydropisis inter ascitem, & tympanitem per [d] [percussionem.] Earum autem cognitiones ex parte tactus sunt, verbi gratia, quia tactus discernit inter inflationem, & [e] [tumorem cum humoribus,] propterea ꝙ inflatio est ibi cum extensione; & cędit pressioni: & non in materia fluida & liquida, aut humore viscoso; sensus enim tactus inter ista discernit. Et differentia quidem inter inflationem, & ventositatem non est in substãtia; immò in forma [f] [motus stationis, & compressionis.]

a B. si fuerint cum lenitate.

b B. ieċ̃tigatione

c † B cum compressione.
d B. Alia litera uocem.
e B. alselha.
f B. motus rei statis, & rei sparsæ, uel cõmotę per cõpressionẽ Alia litera motus rei sparsæ, uel cõmotę per se, uel per compressionẽ, & in forma stationis seu quietis.

ANNOTATIONES.

De flatuum quoque indicijs passim ex Gal. aliqua habes 2. de loc. aff. & 3. eiusdem: 14. meth. li. de sympt. dif. & 3. de sympt. cau. Verùm ꝙ hic author flatus in ossibus fieri ait: id apud Gal. non legitur, immo 14. meth. flatus quidem modo sub cute modo sub membranis, quæ ossa circundant, aut musculos & uiscerũ aliquod includunt, & in ipso quoque uentriculo, atque intestinis esse aliquando testatur. at de ossibus non meminit.

Cap. 5. 7. & 9.
cap. 7. cap. 5.
cap. 2.
cap. 7.

De signis apostemata declarantibus. Cap. 10.

APparentia apostemata quidem declarant sensus & præsentia. Occultorum verò calida, demonstrant febris [a] [comitans eam:] & grauitas: si membrum, in quo existit, caret sensu: & grauitas cum dolore pungitiuo, si membrum apostematum sensum habuerit. Et ex eis etiam, quæ ipsa declarant, aut declarando iuuant: est nocumentum in operationibus illius membri ingrediens. Et ex illis, quæ ipsa vehementer significant; est sentire inflationem in parte illius membri; si sensus ad ipsum semitã habuerit. Frigidum autem dolor proculdubio non comitatur. Cuius vniuersalia signa demõstrare est difficile. [b] [Quæ si facilia facta fuerint, necessariò erunt tediosa.] Melius ergo est vt sermo de eis posterius ad dictiones cuiusque membri particulares reseruetur. Quod autem hic dicimus, est, quòd quum sentietur grauitas & non dolor, & fuerint cum eo significationes dominij phlegmatis: existimandum erit, quòd sit phlegmaticum. & si cum eo fuerint signa dominij melancholiæ; erit melancholicum; & propriè quum tangetur, & fuerit durum. Durities nanque est de conuenientioribus significationibus ad ipsum declarandum. Quũ autem apostemata calida in neruis fuerint: erit dolor vehemens: & febres fortes: quę cito ad extensionem, & turbationem intellectus perducent: & in motibus dilatationis, & constrictionis faciet nocumentum. Amplius omnia interiorum apostemata in † abdomen tenuitatem, & macredinem efficiunt. Quumque collectionem facient apostemata in visceribus, & secundum exituræ semitam processerint; infestabit dolor vehementer: & febris; & exaspe rabitur lingua valde: & vigiliæ fortes fient; & accidentia augmentabuntur: & accrescet grauitas: & fortasse sentietur [c] [grauitas, & infixio.] Est etiam quum in corpore subita apparet macies: & in oculis repentina concauitas. Quumque illud, quod collectum est, fit maturum; febris fortitudo; & doloris: & pulsus sedatur: & loco doloris res aduenit, quæ est sicut pruritus & si rubedo, & durities ibi affuerint: minorabitur rubedo: & mollificabitur durities: vt compressio incedat, & sedabuntur accidentia omnia dolorem facientia: & grauitas ad sui finem perueniet. Quumque aperietur, accidet prius [d] [tremor mordicationem saniei sequens: deinde apparebit febris propter exitum materiei: & erit pulsus vacuitati & diuersitati aptus:] & incedet secundũ viã debilitatis, & raritatis, & paruitatis, & tarditatis; & ĩ desiderio appar b t

a B continua.
b B Quæ si facilia fuerint, necessario in sermone erunt tediosa.
† mirach.
c B. durities, & plenitudo extẽdens, sicut plenitudo utris ualde pleni.
d B. rigor propter mordicationem saniei, & erit pulsus latus propter euacuationem, & diuersus.

casus;

casus: & sæpe calefiunt per ipsum extrema. Materia autem expellitur per causam suæ partis, aut in itinere spuendi, aut mingendi, aut egredi. Et significatio quidem bona post apertionẽ est, vt febris ex toto quiescat: & anhelitus fiat facilis: & uirtus uiuificetur; & materia cito in parte sua egrediatur. Est autem, quum in occultis apostematib. materia de membro ad membrũ mutatur. Et est, quum hæc quidem mutatio est bona: & est quum est mala. Bona autem est, quũ de membro nobili ad ignobile mutatur membrum: sicut quum de apostematibus cerebri mutatur ad id, quod est post aures; & de apostematibus hepatis ad inguina. Et mala est, quum de membro ignobili ad membrũ eo nobilius mutatur: aut quod minus possit tolerare illud, qđ ei accidit: sicut quum apostema lateris ad partẽ cordis, aut pulmonis mutatur. Mutatio præterea occultorum apostematum, & inclinationes [f] [magnorum apostematum] ad superiora, aut inferiora significationem habent. Nam si in motibus ipsorum ad inferiora declinauerint; demonstrabit illud nobis dispositionis anhelitus malitia: & eius coangustatio: & ipsius difficultas: & pectoris constrictio: & ardor ab inferioribus incipiens, & ad superiora tendẽs: & grauitas in parte furculæ: & capitis dolor. Et est etiam, quum signum apparet in adiutorio, & [g] [† cubito.] Et illud quidem, quod ad superiora declinat, si cerebro fuerit infixũ: erit malum, & terrefaciens. Veruntamen si ad carnem laxam, quæ est post aures, declinauerit: euasionis fiducia in ipso erit. Fluxus præterea sanguinis ex naribus ĩ talibus apostematib. est signum bonum, & in omnibus etiam interiorum apostematibus. Tu autem ad hoc inquirendum expecta in eo, quod postea dicturi sumus; ubi sermonem de apostematibus inuestigabimus: & dispositionem cuiusq; occultorum membrorum nominabimus.

f B. exiturarũ.

g B. alseid.
† alseid.

A N N O T A T I O N E S.

cap. 75. & 50.
cap. 7. cap. 9.
ca. 8. c. 3. 4. & 5.
cap. 9.
cap. 3. 4. & 5.
cap. 9.
cap. 1.
com. 49.

Internorum tumorũ, & affectuum indicia vnde sumantur, vide lib. ar. med. & libris de affectis locis passim, præsertim autem 2. lib. 3. 4. & 5. Notat autem Gal. solidum firmumq; in internis tumoribus discernendi iudicium per omne tempus morbi a pulsu sumendum esse 3. de aff. loc. sed & alia quoque accidentia esse perpendenda. Vide autem Hippoc. lib. de internis affectionibus passim. nec non lib. de morbis, præsertim 2. copiosissimè. Quæ de tumorum signis adijciuntur habes ex Gal. 2. ad Glauc. & 5. de simp. med. fac. Quod item de neruis additur, vide primo de motu muscul. & 6. aph. Vbi nota apparentem contradictionem, quum negare hoc in loco uideatur Galen. neruos posse inflammari, contra quàm author hic sentiat. Verùm non discrepant, quamuis enim neget Gal. neruos inflammari; neruosas tamen partes inflammatione corripi loco aphor. citato confitetur. per neruos ergo & hic non simplicem neruorum substantiam, sed neruosa membra intelligit. Cętera quæ de internorum apostematum coctione afferuntur, habes 2. aph. lib. de tot. memb. tempor. primo de crisib. lib. de trem. palp. & rig. & 2. prognost. Vide etiam pro iis, quę in fine capitis subiunguntur. 3. de crisi. 1. in 1. de uulg. morb. vulg. morb. & Hipp. 1. prognost.

aph. 47.
cap. 3. cap. 18.
cap. 7.
aph 5 6. 58. 60.
62. 63. & 64.
cap. 7.
com. 10.
tex. 32.

De signis solutionis continuitatis. *Cap.* II.

SOlutionem continuitatis, si in membris acciderit apparẽtibus: sensus declarabit. Quòd si mẽbris acciderit occultis; dolor eam demonstrabit perforatiuus, aut pungitiuus, aut corrosiuus: & præcipuè si non cum eo affuerit febris. Et ipsam quidem multotiens [a] [comitatur humoris spissi cum sanguine exitus ad amplitudinem descendentis: & purulentæ materiæ egressio,] si post significationem apostematum fuerit, & eorum maturationem. Quæ autẽ est post apostemata, est quum significat apostematis apertionem cum maturatione; & est quum nõ. Si verò cum maturatione fuerit febris, cũ apertione quiescet; & euacuabitur pus: & quiescet grauitas: & alleuiabitur. Quòd si non ita fuerit; dolor fiet maior; & augmentabitur. Est etiam, quum continuitatis solutio ex membri dislocatione a suis locis, & recessione membri a suo loco, & nõ dislocetur, sicut ruptura; dignoscitur. Et est, quum ipsa cognoscitur retentione eius, quod euacuari consueuerat ex canalibus: quoniam fortasse ad canales, aut amplitudinẽ, quã continuitatis solutio facit, descendit: & non secundum naturalem separatur viam: quẽadmodum illi contingit, cui intestina rumpuntur, quum egestio foras exire illi prohibetur. Et est, quum continuitatis solutio non apparet: neq; per signa cognoscitur uniuersalia, quæ nominata sunt: vnde in eius declaratione diuisiones particulares sunt necessariæ, quę sunt secũdum unumquodq; membrum. & hoc quidem erit, [b] [vt quum membrum sensum non habeat: & comprehendit humorem: & currit, quod est in ipso proculdubio: & separatur a loco suo: & non sustentatur super membrum: & separetur per dislocationem eius, quam habuerit: neque humorem susceperit, qui ab eo effluat: neque a suo loco moueri poterit, & alij membro non adhæserit, cuius dislocatione moueatur.] Et tu quidem scire debes, quòd apostemata, & continuitatis solutio, quæ deteriora habent accidentia, sunt, quæ in membris existunt neruosis: quæ sunt fortis sensus: quoniam est quum sunt pernitiosa, & syncopis & spasmus ea semper comitãtur: syncopis quidem propter doloris fortitudinem: & spasmus propter membri neruositatem: deinde illa, quæ sunt super iuncturas: quoniam tarde meliorationem recipiunt, propter uehementem iuncturæ motum: & propterea quòd amplitudo, quæ est apud iuncturam, est apta, ut materia ad ipsam descendat. Et quoniam pulsus, & vrina existunt ex significationibus dispositionum uniuersalibus: de eis igitur loquemur.

a B. sequitur fluxus humoris sicut sputum sanguinis, & effusio ipsius ad spatiũ, & puris & saniei egressio.

b B. quum mẽbrũ sensum non habet, aut non cõprehendit humiditatem, quæ ex ipso fluat; aut non habet spatiũ, propter qđ a loco suo remoueatur; aut non sustentatur, uel appodiatur sup membrũ, ppqđ remoueatur ab eo per dislocationem.

SVMMA PRIMA DICTIONIS II.

Cuius sunt xix. cap.

Sermo vniuersalis de pulsu. *Cap.* I.



PVLSVS est motus receptaculorum spiritus ex diastole, & systole compositus, ad regendum spiritum per aerẽ attractum. Consideratio autem, quæ attenditur in pulsu, aut est vniuersalis, aut particularis secundum vnamquamque egritudinẽ. Et nos quidem hic de vniuersalib. regulis scientiæ pulsus loquemur: & particulares ad loquendum

dum de ægritudinib. particularib. in posterioribus reseruabimus. Dicemus ergo, ꝙ quisque pulsus est compositus ex duob. motibus, & duabus quietibus. Omnis nanque pulsus ex diastole & systole est compositus. Post hoc verò necesse est, vt inter omnes duos contrarios motus quies interueniat. Impossibile est nanq; ut motus vnus alij motui continuetur postquam spatio eorum applicatur terminus, & extremitas in effectu. hoc tamen in scientia naturali declarabitur. Postquam igitur hoc ita est; impossibile est quin in vnoquoq; pulsu, antequã alius consequatur, quatuor interueniãt partes, s. motus duo, & quietes duæ: s. motus eleuationis: & quies inter ipsam & depressionẽ: & motus depressionis: & quies inter ipsam & eleuationẽ. Depressionis verò motus apud plurimos medicorum nullo modo sentitur, sed apud [a] [alios] est, quum aut in forti pulsu sua fortitudine sentitur, aut in pulsu magno pp eleuationem sui, aut in duro pp multam sui [b] [refrenationem,] aut in tardo propter lõginquitatem temporis sui motus. Galen. quoque dixit, longo tempore non fui solicitus ex depressione, postea verò nõ quieui tangendo, donec ex eo aliquid percepi, & postea illud compleui: nam postea portæ pulsus mihi apertæ fuerunt. Qui verò his studuerit vt ego: percipiet illud, quod consequutus fui. Et licet ita sit, vt dicit: in plurimis tamen dispositionibus depressio non est sensu percepta. Causa verò, ob quam statutum fuerit tangere venas brachij, est facilitas præbẽdi ipsum: & quod homo non est solicitus, vt ipsum discooperiat: & rectitudo situs ipsius propter rectitudinem cordis, & eius quod est iuxta ipsum. Et oportet quidem, vt sit tactus manu super latus existẽte: quoniam si manus super vola plantę extendatur, in latitudine augmentum prębet: & ex eleuatione diminutionem facit: & etiam diminuit ex longitudine: & propriè in macilentis; & resupinata augmentat in eleuatione, & longitudinẽ, & diminuit ex latitudine. Oportet præterea, vt tactus fiat in hora, qua ille, cuius pulsus est, sit ab ira remotus, & gaudio, & exercitio, & omnibus passionibus, & saturitate, quę grauedinẽ facit, & fame, [c] [& dispositione relinquendi consuetudines, & renouandi vsus.] Et oportet etiam, vt sit de pulsu experimentum temperati nobilis, ita vt alius ei comparetur. Amplius dicemus quòd genera, ex quibus medici pulsus dispositionem cognoscunt secundum quòd ipsi referunt: sunt x. quamuis eis fuerit necessarium, vt posuissent ea nouem. Genus quidem, quod est sumptum ex quantitate diastoles. Et genus, qđ est sumptum ex qualitate percussionis venæ in digitos. Et genus, quod est sumptum ex tẽpore cuiusque motionis. Et genus, quod est sumptũ ex essentia instrumenti. & genus, quod est sumptum ex eius euacuatione, aut repletione. & genus, quod est sumptum ex caliditate tactus ipsius, aut frigiditate. & genus, quod est sumptũ ex tempore quietis. & genus, quod est sumptũ ex pulsus æqualitate, aut diuersitate. & genus, qđ est sumptũ ex eius ordinatione in diuersitate sui, aut inordinatione. & genus, qđ est sumptum ex pondere. Genus verò quantitatis pulsus significatur ex quantitatibus suarum trium

a B. aliquos.

b B. resistentiã.

c B. Et dispositione, in qua relinquuntur consuetudines, & renouãtur consuetudines.

diametrorũ, quæ sunt ipsius longitudo, & latitudo, & eius profunditas. Sunt ergo in eo nouem pulsus dispositiones simplices, & compositæ. & nouem quidem simplices, sunt longus, curtus, & mediocris: & latus, strictus, & mediocris: & profundus, [d] [apertus,] & mediocris. Lõgus aũt ille est, cuius partes in longitudine plus sentiũtur, quam naturalis absolutè, qui est pro certo eius, qui complexionẽ habet temperatã, aut naturalis [e] [qui est eius, qui huic est propinquus,] & est tẽperatus, cui est proprius. & tu quidem iam prius sciuisti differentiã inter eos. curtus verò est ei contrarius. & inter eos est mediocris. & tu quidem iudicabis secundũ hanc regulam in sex, quæ remanserunt. Cõpositarum verò ex his simplicibus, quedã sunt, quę nomẽ habent: & quædam quę nomine carent. Ille enim qui ĩ lõgitudine & altitudine, & latitudine est augmẽtatus: vocatur magnus: & qui in his omnibus est diminutus: vocatur paruus. & qui inter eos existit; temperatus. Qui verò in latitudine, & altitudine est augmentatus; vocatur grossus. & qui in eis est minutus; dicitur subtilis. & qui est inter eos; est æqualis. Generis aũt, quod ex qualitate percussionis venæ in digitos sumptum est; tres sunt species: fortis, & ipse est, qui apud diastolem tactui resistit: & debilis, qui est ei oppositus: & æqualis, qui est inter eos. Generis quoq; , quod ex tempore cuiusque motionis sumptum est, tres sunt species; uelox, & est, qui motum in breui tempore complet: & tardus ei contrarius: & ęqualis inter eos existens. Generis verò, quod ex essentia instrumenti sumitur, tres sunt species. mollis, qui est recipiẽs reditum ad interiora [f] [&] cõpressionem facile: & durus, qui est ei cõtrarius, & inter eos mediocris. Generis aũt, qđ est sumptũ ex eo quod continetur; tres sunt species; plenus, & ipse est, qui sentitur sicut si in eius [g] [foramine esset humor] implens, de quo sollicitandum est, vt purè euacuetur; & vacuus est ei contrarius; & inter eos mediocris. & generis quidem quod ex suo tactu sumptum est, tres sunt species: calidus & frigidus; & temperatus. Generis verò, quòd est sumptũ ex tẽpore quietis, species sunt tres, frequens, & ipse est, in quo tempus sensatum quod existit inter duas percussiones, est breue; qui etiam vocatur continens, & spissus; & ei cõtrarius rarus, qui etiam dicitur lassus, & [h] [resolutus;] & inter eos mediocris. Et hoc quidem tempus est, secundum ꝙ ex systole cognoscitur. Si verò systole nullo modo cognita fuerit; erit tempus quod inter oẽs duas diastoles cõtinuatur; & si ipsa cognita fuerit; erit secundũ duo tempora duorum extremorum. Genus uerò quod est sumptum ex æqualitate et diuersitate, est, aut æquale; aut diuersum scilicet inæquale. et hoc quidem est per comparationem similitudinis, aut dissimilitudinis pulsuum; aut partiũ vnius pulsus, aut vnius partis pulsus, in quinque reb. magnitudine, et paruitate; aut fortitudine, et debilitate, et uelocitate, et tarditate, spissitudine aut raritate; duritie, & mollitie; [i] [donec contingit, ꝙ vnus pulsus est postremus suæ diastoles citius propter vehementem calorẽ:] aut debilior propter debilitatẽ. Quod si volueris, dilatabis sermonẽ, & considerabis in æqualitate, & di-

d B. eleuatus.

e B. proprius huic indiuiduo.

f B. per.

g B concauitate esse humiditas.

h B. raram habens compositionem.

i B. ita ut sit vnus pulsus in quo finis suæ diastoles sit velocior propter vehementem caliditatem suam.

& diuersitate in tribus generibus prędictis alias partes: sed considerationum fortitudo ad istas [k] † [ ] reducta est. Pulsus verò æqualis absolutè est ille, qui in his omnibus est æqualis: q si in aliquo eorum solo fuerit æqualis, in eo solo dicetur æqualis: sicut si diceremus æqualem in virtute: aut æqualem in velocitate. Et similiter diuersus est ille, qui non est ęqualis, aut absolutè, aut in [l] [aliqua re.] Genus autem, quod ex ordinatione, & inordinatione sumptū est; duas habet species: diuersè ordinatus; & diuersè inordinatus. Ordinatus autem est ille, cuius diuersitas habet ordinem conseruatum, super quem transit: & est secundum duos modos; aut ordinatus absolutè; & est quum totum illud, quod ex eo prouenit, non habet nisi tantum diuersitatem vnam: aut ordinatus, [m] [qui est propriè;] & ipse est, qui hēt duas diuersitates, aut plures; sicut si ibi esset circulus, & alius circulus ab eo diuersus, sed ambo ad suum redirent ordinem, sicut si esset vnus circulus. & inordinatus est q est ei contrarius. Quumque certificaueris; inuenies q̄ hoc [n] [decimum genus est, sicut, si essent noni generis species] intrans sub inæquali. Debes autem scire, quòd in pulsu reperitur natura musicæ: quoniam quemadmodum ars musicæ completur per adiunctionem sonorum secundum proportionem comitantem eos inter acuitatem & grauitatem: per circulos casuum, [o] [& temporum, quæ sunt] inter eorum percussiones; sic est dispositio pulsus: quia proportio suorum temporum in velocitate, & spissitudine, est sicut proportio [p] [sonorum eius: & proportio dispositionum eius in fortitudine & debilitate, & in quantitate, est sicut proportio adiunctionis eius.] Et quemadmodum tempus [q] [feriendi,] & quantitas sonorum, est quum sunt conuenientia: & est quum non sunt conuenientia: similiter est, quum ibi diuersitates sunt ordinatæ, & est quum sunt inordinatæ. & proportio etiam dispositionum pulsus in fortitudine, & debilitate, & in quantitate, est quū est conueniens: & est quum non: immò diuersa est. Et hic quidem est egrediens a genere considerandi ordinem. Gal. autem videtur, quòd id, quod potest sentiri ex proportionalitatibus † ponderis, est secūdum vnam proportionem musicarum [r] [nominatarum: aut non nominatarum. Nominatarum verò] aut secundū proportionem totius, & quinque: & est proportio tripli: quum est proportio dupli adiuncta cum proportione addentis medietatem: & ipsa est quæ dicitur proportio per quinque. & secundū proportionem, quæ est per totum: & est dupla. & secundum proportionem, quæ est per quinque: & est addens medietatem, & secūdum proportionem, quæ est per quatuor: & est addens tertiam: & secundum proportionem addētem quartam, postea non sentitur. & ego quidem miror, quomodo proportiones istæ per tactū discerni possint. dico tamen, quòd ei est facile qui in gradu tangendi consueuit, & proportionatur sonos per artem, postquam erit ei potentia cognoscendi musicam acquisitam: & comparabit [s] [factum per notum.] homo enim iste, quum suam intentionem ad pulsum reduxerit: huiusmodi poterit discernere proportiones per sensum. [t] † [ ] Genus verò quod ex pondere est sumptum, est per cōparationem proportionis quātitatum proportionum quatuor temporum; quæ sunt duobus motibus, & duab. quietibus. Et si sensus totum hoc discernere non potest; tamen est per comparationem proportionis quātitatum proportionum temporum diastoles, ad tempus, quod est inter duas diastoles; & ad [u] [vltimū temporis,] in quo est motus ad tēpus, in quo est quies. Qui autem ponunt in hoc capitulo comparationem temporis motus ad tempus motus, & temporis quietis ad tempus quietis: mittunt capitulum in capitulo: licet huiusmodi missio sit tolerabilis; & non sit inconueniens: sed tamen non est bona. Et pondus quidē est illud, in quo proportiones musicę cadunt. & dicemus q̄ pulsus, aut est † boni ponderis, aut † mali pōderis. Et illius quidem, qui est mali ponderis, sunt tres species: vna est † illius, cuius pondus est mutatum, & est iuxta pondus: & iste est cuius pōdus, est pondus ętatis; quæ est iuxta ætatem illius, cuius est pulsus: sicut quum iuuenes habent pondus pulsuum puerorum. & altera est † separati ponderis; sicut quum pueri habent pondus pulsus, sicut senum. & tertia est † egrediens a pondere; & est ille, cuius ponderi, pulsus hominis non similatur. & multa egressio pulsus a pondere, magnam in dispositionibus significat mutationem.

k † B quinque.

l B. ea re in qua nō est æqualis.

m B. cum circuitione.

n B. genus nonū, est sicut species octaui generis.

o B. cum mensura temporis quod est.

p B. casuū eius, & proportio dispositionū eius in fortitudine, & debilitate, & in quantitate, ē proportio quasi cōpositionalis.

q B. casuum.

† .i. rhythmi.

r B. quas dicemus.

s B. artificiosè seu aturā ad id, quod intellectu est perceptum.

t † B. Dico aūt q̄ singulare genus sumptū ex ordinatiōe, aut inordinatione: licet sit unū ex decē generib. & sitiuuarium: tamen non est cōueniens in diuisione: quoniam hoc genus igreditur sub genere diuersitatis, & est quasi species eius.

u B. totū tēpus.

† eurhythmus: † arrhythmus † pararhythmus

† heterorrhythmus.

† ecrhythmus.

A N N O T A T I O N E S.

De pulsuum differentijs seu generibus, causis, usu, dignotione habes libros a Gal. accuratissimè conscriptos. & eadem elegantissimè ex Gal. collegit Paulus. lib. 2. & Auer. quoque in 4. Collig. nec non hic author in Canticis. Notat Auer. loco citato propria pulsuum genera simplicia septem tantum esse, reliqua autem, pulsui, ratione qua pulsus est, conuenire negat.

cap. 12. cap. 17. 18. 19. & 20. par 1 tract. 2. cap. 17.

De pulsu æquali & diuerso. Cap. 2.

Dicunt q̄ diuersi pulsus diuersitas, aut est in multis [a] [percussionibus:] aut in vno pulsu. Sed qui in vno pulsu diuersificatur: aut in multis diuersificatur partibus, scilicet in locis separatis, in quibus cadūt digiti: aut in una parte, s. in loco vnius digiti. & illius quidem qui in multis diuersus existit pulsib. est diuersus gradatus æqualiter currens. & ipse quidem est, qui ab uno incipit pulsu, & permutatur ad maiorem eo, aut ad minorem: & procedit sic secundum hanc regulam, donec perueniit ad finem in diminutione, aut in augmento per similem ordinem: deinde intersecatur, & ad primam magnitudinem redit; aut rediens ex paruitate sua simili reditu in ambabus dispositionibus ad primam regulam, aut diuersificans, postquam uenerit a principio, quod est huiusmodi; ad finem, qui est huiusmodi. Et est, quum ad finem peruenit; & est quum intersecatur [b] [ante] ipsum, & est quū addit supra ipsum, donec intersecatur, quūq; intersecatur fortasse, ītersecatur in medio [c] [cessādo] & est quū agit ab hoc diuersu; & illud est, ut ī medio sui īteruenat motus.

a B. pulsibus.

b B. infra.

c B. cū tēpore.

Et

d B.intersectus cum tempore. Alia litera. Et pulsus quidem habens tepore. e B. cadens in medio.

Et pulsus quidem [d] [cessationem habens] est diuersus;in quo expectatur motus,& venit quies. Et [e] [ille,qui in sui medio habet motum ,] est diuersus;in quo expectatur quies,& venit motus. Diuersitas verò pulsus in multis partib. vnius pulsus,aut est in situ suarum partium ; aut in motu suarum partium; sed diuersitas, quæ est in situ suarum partiũ,est diuersitas proportionis partium venæ ad partes. Et quoniã partes sunt sex,erit illud,quod in eis cadit ex diuersitate similiter. Diuersitas autem,quæ est in motu,aut est in velocitate,& tarditate;aut in [f] [consequutione & præuentione:] scilicet,vt moueatur pars eius ante horam sui motus:aut post horam;aut in fortitudine & debilitate: aut in magnitudine & paruitate,& hoc totum,aut curret secundum ordinem ęqualem,aut diuersum in augmento,& diminutione: & illud quidẽ aut erit in duabus partibus:aut in tribus:aut in quatuor; scilicet in casu digitorum. Et tu quidem componere poteris & ordinare. Ex diuersitate verò pulsus in vna parte est ille, qui intersectus,& reditiuus,& continuus. Intersectus autẽ est ille,qui in parte vna [g] [cum paruo motu separatur:& partis vnius, quæ ex eo intersecatur cum quiete]est,quum duo extrema diuersificãtur in velocitate, & tarditate, & in similitudine. Reditiuus verò est vt pulsus magnus redeũdo fiat paruus in vna parte;deinde reditu subtili redit. Et huius quidẽ modi est ille,cuius quędam specierum in alias ingrediũtur;& hoc est, vt sit vnus pulsus,sicut duo propter diuersitatẽ: aut duo sicut vnus,propterea quòd alię in alias ingrediuntur. Et istud quidem est secundum sẽtentiam eorum,qui in hoc non conuenerunt. Continuus autem est ille, cuius diuersitas est [h] [ordinata] in continuitate, non sensu percepta separatione in eo, ad quod ipsa mutatur ex velocitate ad tarditatem;aut econtra: aut ad æqualitatem,aut [i] [inæqualitatem] in eis: aut ex magnitudine, aut paruitate, aut æqualitate in eis ad aliquod corũ, ad quod mutatur. Et hoc quidem est, quum secundum similitudinẽ sui procedit. Et est,quum accidit vt cum continuatione sua sit in aliquib. suarum partium plus diuersitatis;& in alijs minus.

f B. postpositione & antecessione.

g B. cum paruo seu leui tepore separatur,& partis unius separatæ cum tépore seu cum paruo motu.

h B.graduata.

i B.ab æqualitate.

ANNOTATIONES.

cap.10.usque ad 26.ac ca.30. & 31. Epist.1.

Habes & hęc omnia copiosissimè ex Gal.libris proprijs, potissimumq́, lib.de diff.pulf.primo. Sed uide & doctissimũ Manardum lib.epist.11.

De speciebus pulsus diuersi,quæ nomina habent propria. Cap. 3.

† capriza

EX eis est † gazellans, qui est diuersus in vna parte,quum fuerit tardatus: & deinde intersecatur,& fit velox. Et ex eis est vndosus,& ipse quidem est,qui est diuersus in magnitudine partium venæ,& earum paruitate, & eleuatione ipsarum ad superiora:& in latitudine, & in consequutione,& præcessione in principio motus pulsus,cum mollitie,quę est in ipsa:& ipse quidem non est valde paruus, & habet latitudinem quandam:& assimilatur vndis: quarum aliæ alias sequuntur secundum rectitudinem cum diuersitate,quæ est inter eas in eleuatione earum ad superiora, & descensione ad inferiora:& velocitate & tarditate. Et ex eis est vermiculosus,qui est illi similis:sed est paruus,multæ spissitudinis,cuius spissitudo existimatur velocitas,sed non est;& formicans, qui est valde minor,& vehementioris spissitudinis:& vermiculosi quidem,& formicantis diuersitas in eleuatione ad superiora,& præcessione, & consequutione in sensu est manifestior ipsorum diuersitate in latitudine: immo quasi non apparet id. Et est ex eis serrinus, qui vndoso in partium diuersitate similatur, & in eleuatione ad superiora,& latitudine,& præcessione, & consequutione: sed est durior: & eum duritie ipsius,partes in duritie diuersæ existunt. & serrinus quidem est pulsus velox,spissus,& durus:cuius partes in magnitudine diastoles diuersæ existũt;& in duritie,& mollitie. Et ex eis est† cauda soricina,& est ille,qui ordinatur in diuersitate suarum partiũ ex diminutione ad augmentum:aut ex augmẽto ad diminutionem:& cauda quidem soricina est,quum est in pulsib. multis: & est,quum est in uno pulsu in partib. multis,aut in parte vna.& eius diuersitas [a] † [ ] propria est illa,quę ex magnitudine pendet: & est quum est in comparatione velocitatis ad tarditatem,aut fortitudinis ad debilitatem. & ex eis est† mesalius,& ipse est, qui ex diminutione procedit ad aliquem terminum in augmento,postea reclinatur inferius ad suum ordinẽ, donec ad primum terminũ diminutionis perueniat. est ergo sicut duę caudæ soricinæ, quæ continuantur apud maiores eius extremitates: & ex ęis est bispulsans,& in ipso quidem discordati sunt medici. sunt enim quidam,qui ipsum vnum pulsum ponunt,diuersum in præcessione,& cçonsequutione:& sunt alij,qui ponunt ipsum duos pulsus, quorum vnum alter consequitur,& ad vltimum inter eos non existit tempus,quod dilatetur ad colligendum systolem: deinde diastolem;non enim omne,ex quo cõsequuntur duę percussiones,oportet,vt sit duo pulsus,alioquin ille,cuius intersecatur diastoles,& deinde redit, esset duo pulsus: neque etiã oportet, vt sint duo pulsus, nisi quum incipit diastoles, & postea redit ad fundum faciendo systolem, deinde redit iterum,& diastolem facit. Ex eis sunt quietem habens,& cadens in medio; quos prędiximus. Sed differentia inter cadentem in medio & gazellantem, est quòd gazellantis secunda ante venit quàm compleatur prima; sed in cadente,in medio est pulsus; qui venit in tempore quietis quum completur percussio prima.& ex istis quidẽ capitulis sũt pulsus spasmiosus,& tremulus,& retortus,qui filo, quod torquetur,assimilatur, & est ex capitulo diuersitatis in pręcessione, & consequutione; & in situ, & in latitudine; & chordosus quidẽ est ex summa retorti;& similatur tremulo: sed tamen in chordoso diastole est magis occulta; & similiter exitus ab æqualitate situs in eleuatione ad superiora,est in [b] [retorto] occultior sed tensio in chordoso est manifesta, & est quum eius torsio est ad vnam partem tantum. Plurimum verò tales accidunt quales isti; scilicet chordosus,& retortus ad vnum latus declinans,

† μύουρος muris caudam imitans.

a † B.magis.

† reciprocus.

b B.chordoso.

clinans, in ęgritudinibus siccis. Pulsuum verò cōpositorum species quasi infinitę sunt, & neque habentes nomina.

De primo qui ex speciebus pulsus est naturalis. Cap. 4.

a B. diuersitas.

b B. Et si aliquod aliorū generū: in quo fuerit augmentū, nō augmentetur, nisi augmēto facto in uirtute & efficitur maius, uerbi gratia, tūc illud est naturalis propter uirtutem, seu propter fortitudinem pulsus.

CVìusque generum prænominatorum, in quo est[a] [superfluitas] augmenti, vel diminutionis; naturalis est æqualis, nisi fortis: quoniam naturalis in eo est augmentatus[b] [& si aliquod aliorum generum non augmentum prębuerit, nisi fortitudinis augmentum sequens, & factum fuerit maius, verbi gratia, ipse erit naturalis propter fortem.] Aliorum verò generū, quę neque augmentum, neque diminutionem tolerant, naturalis est mediocris, & ordinatus, & qui est boni ponderis.

ANNOTATIONES.

cap.8.

Gal. lib. de pulsibus ad Tyr. eorum pulsus generum, quæ supra enumerauit, omnium media esse ait præterquam æqualis & inæqualis, ordinati, & inordinati. nihilq; ibi de vehementi & imbecilli meminit. At primo tamen de puls. caus. inter uehementem quoque, & languidum non esse medium pulsum qui secundum naturam sit: disputare videtur.

cap.7.

De causis specierum pulsus prædictarum. Cap. 5.

CAusarum pulsus quædam sunt cōmunes, necessariæ, essentiales, in cōstitutione pulsus ingredientes; & vocantur cōtentiuę: & quędā sunt in constitutione pulsus non ingredientes. Et harum quidē alię sunt inseparabiles: quarum permutatione permutatur iudicium pulsus; & vocantur causę inseparabiles: & alię sunt separabiles, quæ vocantur mutantes absolutè. Contentiuæ verò causæ sunt tres, virtus vitalis, quæ est in corde, mouens pulsum: & tu quidem iam sciuisti eam in capitulo de virtutibus. Et secunda est instrumentum, & est venæ pulsatiles: quas iam sciuisti, quum numerauimus mēbra. Et tertia est necessitas extinguendi: & est aduenieus[a] [per quantitatem notam extinctionis, quæ renouatur in termino caloris opposita in suo incendio; aut extinctione; aut æqualitate sua.] & harum quidem causarum contentiuarum operationes mutātur secundum id, quod adiungitur eis ex causis inseparabilibus, & mutantibus absolutè.

a B. seu acquisita per quantitatem notā extinctionis, & p mēsurationem quātitatis termini caloris in sua inflāmatione & extinctione sua & temperamento suo.

ANATNOTIONES.

cap.1.2.3.& 4.

Et hæc ex Galeno habes primo de caus. puls. pulchrè & copiosè. Ex quo etiam loco sumi contentiuæ, seu coniunctæ in morbis causæ uidentur.

De his quæ proueniunt ex causis contentiuis solummodo. Cap. 6.

QVum instrumentum fuerit obediens sui lenitate, & virtus fortis, & necessitas ad extinguendum vehemens; erit pulsus magnus. Veruntamen necessitas iuuantior his tribus est ad hoc. Quòd si virtus fuerit debilis: pulsus paruitas eam proculdubio sequetur. Et si cum hoc instrumentum fuerit durum, & necessitas pauca; erit minor. Est etiam, quum durities efficit paruitatem; sed tamen paruitas cuius causa est durities separatur a paruitate, cuius causa est debilitas per hoc, quòd est durus, & non debilis: & breuitas eius, & profunditas non est multa, sicut est, quum est virtus debilis. Pauca quoque necessitas paruitatē efficit: sed debilitas ibi non erit. Et non est aliqua harum trium, quæ plus efficiat paruitatem, quàm debilitas. Et paruitas quidem duritiei cū virtute, plus est, quam paruitas priuationis necessitatis cum virtute. Virtus nanque cum priuatione necessitatis nō minuit multum ex æquali: quoniā a diastole prohibentem non habet. Et non declinat ad hoc; vt non multum super temperamentum addat; nisi ideo ꝙ non multam habet necessitatem. Si verò necessitas multa fuerit, & virtus fortis, & instrumentum inobediens propter suam duritiem, magnitudini; non poterit esse, quin fiat velox; & velocitate restauret id, quod deest ex magnitudine: quòd si virtus fuerit debilis; & pulsus non poterit magnificari, & velocitas in eo non operata fuerit; non poterit esse, quin fit spissus: qua spissitudine restauret illud, quod ei defuerit ex magnitudine: & velocitate: & multę vices tenebunt locum vnius vicis sufficientis, & magnæ, aut duarum velocium. Et hoc quidē est sicut, quum homini necesse est rem ferre ponderosam, quam si poterit, vna vice totam feret; si verò non, diuidet eam in duas partes, & festinabit: & si non, in multas partes ipsam distribuet, & feret quamcūque partem quocunque modo poterit cum spatiositate, aut velocitate; deinde non cessabit inter quaslibet duas oneraturas eius, licet sit in eis tardatus: quòd si multę fuerit debilitatis; stabit tunc, & feret eam[a] [festinè;] & redibit cum tarditate. Si autem virtus fuerit fortis, & instrumentum obediens, sed necessitas erit maior fortitudine temperata; uirtus augmentabit velocitatem cum magnitudine. Et si necessitas fuerit fortior; erit cum magnitudine, & velocitate spissitudo. Longitudinem quoque, magnitudinis causæ pro certo efficiunt, quum aliquid prohibens, amplitudinē prohibuerit, & eleuationem ad superiora non permiserit fieri: sicut durities instrumenti, verbi gratia, quæ amplitudinem prohibet: & densitas carnis, & cutis, quæ sursum eleuari non permittunt.[b] [Sed ēt, quum in amplitudine addit macies.] Et amplitudinem quidem efficit, aut venarum vacuitas, vt per ipsam tunica superior super interiorem declinet & dilatetur: aut multa instrumenti lenitas. Spissitudinis autem causa est debilitas, aut multa necessitas,[c] [aut caliditas.] Et raritatis quidem causa est uirtus, quæ necessitatem in magnitudine superat: aut frigiditas multa diminuta a necessitate: aut[d] [nimia intensio uirtutis;] & aduentus perditioni proximus. Causæ verò debilitatis pulsus ex mutantibus quidem sunt,[e] [tędium:] & uigiliæ, & euacuatio: & macies: & humor nociuus: & exercitium superfluum: & humorum motus: & ipsorum obuiatio membris fortis sensus: aut cordi uicinis: & totum illud quod vehementer resoluit. Et duritiei pulsus causæ sunt siccitas corporis uenæ; aut eius fortis extensio: aut vehemens

a B. cū labore.

b B. per accidēs aūt quādoq; adiuuat ipsam macies.

c B. propter caliditatem.

d B. ultimitas, causus uirtutis.

e B. alhem.

hemens frigus congelans. Et etiam est, quū pulsus in crisibus durescit ex fortitudine pugnæ; propterea ꝙ membra per ipsam extendūtur ad partem impulsionis naturæ. Lenitatis verò causæ sunt causæ naturales mollificantes sicut nutriens: & ægritudinales mollificantes, sicut hydropisis & lethargia: aut ea quæ neque sunt naturalia, neque ægritudinalia, sicut balneatio. Et diuersitatis quidem causa cum perseuerantiam virtutis est grauitas materiei cibi, aut humoris: & cum debilitate virtutis est pugna causæ, & ægritudinis. Ex causis quoque diuersitatis, est repletio venarum ex sanguine; sed quod huic est simile, remouet minutio. Et plurimum quidē fit diuersitas, quum sanguis est viscosus suffocans spiritum, qui mouetur in arterijs; & propriè quum [f] [densitas] fuerit circa cor. Ex causis præterea ipsius, quę eā in breui efficiunt tempore; sunt stomachi repletio: & [g] [tristitia;] & cogitatio in aliquo. Sed quum in stomacho malus fuerit humor, non cessabit diuersitas: & forsitan ex eo proueniet tremor cordis; & fiet pulsus tremulus. Et serrini quidē pulsus causa est diuersitas eius, quod in corpore venę est fusum in putrefactione sui; aut ipsius cruditate: aut sui maturatione; aut diuersitas dispositionum venarum in duritie sua, & mollitie: aut apostemata in membris neruosis. Bispulsantis verò causa est virtutis fortitudo: & plurima necessitas: & durities instrumenti: quare nō obedit ei, quod virtutes ipsi præcipiunt de diastole in vna vice: sicut quum, quis vult vna percussione aliquid incidere, & non obeditur ei: adiuuatur ab alia: & præcipue quum necessitas subito augmentatur. Soricini verò pulsus causa, quandoque est virtus debilis, quæ de labore ad quietem ordinatè procedit: & de quiete ad laborem: sed ille, qui in vna permanet dispositione, plus est virtutis debilitatem significans. Et cauda quidem soricina, & quæ eis similis existit, est plus significans fortitudinem aliquam, & ꝙ debilitas non est in fine: sed eis deterior est cauda finitiua; deinde māsiua: postea cauda reditiua. [h] [Cadētis autem in medio, causa est virtutis lassitudo, & eius defectus:] aut accidens subito veniens, ad quod anima & natura subito redeūt. Et spasmosi quidem pulsus causa sunt motus non naturales in virtute; aut malitia in essentia instrumenti. Pulsus autem tremulus procedit ex fortitudine, & instrumēto duro, & necessitate forti. sine istis enim non prouenit tremor. Vndosi autem est, quum eius causa existit virtutis debilitas secundum plurimum: & non potest fieri diastole, nisi paulatim, & paulatim. Et est etiam, quum instrumenti lenitas eius causa existit, licèt virtus non sit valde debilis. Instrumentum nanque molle & humidum concussionem, & motum non recipit, quæ in vnamquamque penetret partem: quemadmodum siccum, quod est durum, recipit: quoniam siccitas concussioni est apta & tremori. Et duri quidem sicci finis sui principij motu mouetur: mollis verò humidi partem possibile est moueri, & aliam partem motu ipsius non pati: propterea ꝙ cito recipit separationem, & flexionem, & diuersitatē in figura. Et vermiculosi quidem pulsus, & formicantis causa, est fortis debilitas: ita vt tarditas, & spissitudo, & diuersitas in partib. pulsus coniungantur: quoniam uirtus instrumentum in vna hora dilatare non valet, sed paulatim & paulatim. Causa autem pulsus mali ponderis, si pulsus quidem [i] † [ ] fuerit in dispositionibus temporis quietis: est augmentum necessitatis: Et si in dispositionib. temporis motus fuerit, [k] † [ ] est augmentum debilitatis, aut necessitatis priuatio: [l] [sed pulsus temporis motus] propter uelocitatem diastoles, alius est ab hoc. Et causæ quidē pleni & vacui: & callidi & frigidi: eleuati sursum, & submersi inferius: manifestæ sunt.

f B. coadunatio uel coarctatio.

g B. algam.

h B. Causa aūt pulsus habentis quietem est uirtutis lassitudo, & eius refocillatio, seu quies.

i † B. diminutus.

k † B. diminutus

l B. Diminutus verò in dispositione temporis motus.

De pulsibus ętatum, & masculorum, & fœminarum. Cap. 7.

M[1]Asculorum pulsus maiores, & sunt fortiores valde, propter vehementiā virtutū eorum, & necessitatis ipsorum, & propterea ꝙ eorum necessitas magnitudine completur: est eorum pulsus tardior pulsu mulierū, & rarior secūdum plurimum. Et omnis quidem pulsus, in quo perseuerat virtus, & est spissus, oportet proculdubio ꝙ sit velox: est enim[a] [quum ante est velocitas, quàm spissitudo,] propter hoc igitur sicut pulsus masculorum est tardior; ita est rarior.[2] Puerorum verò pulsus lenior propter humiditatē, & est debilior, & spissior: quoniā calor est fortis: sed virtus nō est fortis, eo quòd nōdum sunt completi. Puerorum verò pulsus comparatione quātitatis corporis eorū, est magnus: quoniam eorum instrumentum est valde molle; & ipsorū necessitas est valde fortis: & eorum virtus comparatione [b] [paruitatis corporis ipsorum, non est paruæ quantitatis.] Verun tamen eorum pulsus comparatione pulsus cōpletorum est non magnus, sed velocior, & spissior propter necessitatem. In pueris nanq; multiplicatur vaporis fumosi collectio, ꝓpter multam digestionem eorum, & frequētiam eius in eis. Et propter hoc valde est necesse ipsum extra here: & calorem ipsorum innatum euētare. Iuuenū verò pulsus est multę magnitudinis: & nō est multæ velocitatis: immo in ipsa est ualde diminutus, & in spissitudine, & ad raritatem tendens. Et illorum quidē pulsus: qui in principio iuuentutis existunt: est maior. Et eorū, qui sunt in medio iuuentutis: est fortior. Et nos quidem iam declarauimus, ꝙ calor in pueris, & iuuenibus ferè est similis: ergo necessitas in eis erit ꝓpinqua, sed virtus in iuuenibus est augmētata: [c] [habebitur ergo ex magnitudine, quod ī ipsis restaurat, quod defuerit ex velocitate & spissitudine.] Et principium quidē rei, vnde prouenit magnitudo: est uirtus, sed necessitas est appetēs: & instrumētum quidem est adiuuans. Senū autem pulsus est minor propter debilitatē, & minotis uelocitatis ꝑꝑ hoc ēt, & propter diminutionem necessitatis, & propter hoc est rarior. Et pulsus quidem senum, qui iam processerunt in annos, est paruus, & rarus, & tardus, & est, quū est mollis propter humores extraneos, & non propter naturales.

a B. uelocitas ante spissitudiné.

b B. corporis ipsorū non est debilis, quoniā ipsorum corpora sunt paruę quātitatis.

c B. quare cum magnitudine ꝓuenit ad illud cū quo excusatur a uelocitate & frequentia.

ANNOTATIONES.

1 *Masculorū pulsus &c. Marium pulsus maiores, ferè quam*

quam in fœminis, sed tardiores et rariores esse testatur Gal. cap. 9. *lib. de puls. ad Tyron. & 3. de caus. puls. ubi huius rei causã* cap. 2. *fusius explicat. quod & Auer. 4. Coll. confirmat. Hoc tamẽ* cap. 19. *controuersia non caret. Quum enim frequentia, & uelocitas, authore Gal. caliditatem sequantur: aut fœminas maribus calidiores esse statuendum est: aut tardiores harum esse pulsus & rariores, quam in uiris. Sanè non ignoramus quosdam tardiores in fœminis pulsus statuere, quam in viris. ratio tamen facit, ut authori nostro & Gal. assẽtiamur. quum ei presertim & experientia astipulari uideatur. inest enim maior uiris caliditas, quam mulieribus (de qua re in superioribus actum est a nobis) & longè propterea maiores horum sunt pulsationes ob maiorem refrigerij usum. assentitur uerò huic usui arteriarum latitudo in his ob insitũ calorem insignis. atque ob id, quia impellenti necessitati satisfit magnitudine pulsationum: opus præterea non fuit alieno subsidio, magna uidelicet vel celeritate, uel uelocitate. At in fœminis minor quidem caliditas inest, ut & ea ratione minores ijs pulsus fiant; non respondet tamen harũ calori quantumuis imbecilli, arteriarum constructio. quin hæ, & ob innatam mulieribus frigiditatẽ angustiores sunt, & præterea pinguedine, & crassorum humorum copia, quibus illę ob frigiditatem scatent copiosis, circumquaque opprimuntur; quare tantum extendi, & dilatari nequeunt, quantum earum calor, licet imbecillus, postularet. iure igitur æquandæ huius necessitatis gratia, maiori in his quam in maribus, opus fuit & uelocitate, & frequentia.*

2 *Puerorum uerò &c. De pulsuum uariatione ob ætates* cap. 9. *pete Galenum lib. de pulsib. ad Tyron. & tertio de* cap. 5. *caus. puls.*

De pulsu complexionum. *Cap.* 8.

PVlsus calidæ complexionis vehementis est necessitatis. Quod si uirtus conuenerit, & instrumentum, erit pulsus magnus. Si ergo vnum eorum diuersificabitur: erit quemadmodum dictum est in præcedẽtibus. & si caliditas quidem non malę fuerit complexionis, immò naturalis: erit cõplexio fortis, & sana, & virtus multum fortis. Et non existimes ꝙ calor innatus si fuerit fortis, quantumcunque sit, minuat ex uirtute: immo ex eo prouenit in substantia spiritus fortitudo, & in anima, audacia. Calor verò complexionis malitiam sequens, quanto plus augmentatus fuerit, tanto in uirtute plus debilitatem augmentabit. Complexio verò frigida declinat pulsum ad partẽ diminutionis: sicut propriè est paruitas, & propriè tarditas, & raritas. Quumq; instrumentum fuerit molle, latitudo eius augmẽtata erit: & eius similiter tarditas, & raritas. Quod si durum fuerit, erit minus hoc. Et debilitas quidem, quam mala complexio frigida hæreditare facit; maior est ea, quam mala complexio calida facit hæreditare: quoniam caliditas, scilicet, calori innato magis est conueniens. Complexionem uerò humidã sequitur inundatio, & dilatatio. & siccam quidẽ sequitur coangustatio, & durities. Amplius si virtus fuerit fortis, & necessitas multa: accidet bispulsans: & spasmosus, & tremulus. Tu uerõ deinceps compone obseruando principia. Est præterea, quum vni homini accidit, ut duorum laterum ipsius diuersificetur complexio: erit ergo unum ipsorum frigidum, & alterum calidum; & accidet, ut diuersitate, quę prouenit ex caliditate, & frigiditate horum duorum laterum: pulsus diuersi fiant. eritq; pulsus calidi lateris pulsus calidæ complexionis, & lateris frigidi pulsus cõplexionis frigidæ. & ex hoc quidem scitur, ꝙ pulsus in diastole sua, & systole, non est secundum modum [a] [accessionis, & re- a B. med. & giezer. cessionis] cordis: immo secũdum modum diastoles & systoles ipsius corporis arteriæ.

ANNOTATIONES.

Qui pulsus quorum sint temperamentorum, pete ex Gal. 3. de causis puls. Vnũ hic aduertendũ est, quum de sicci tem- cap. 3. *peramenti pulsu uerba facit. Ait sequi ad siccum temperamentum coãgustationem, & duritiem pulsus. ac si uirtus ualida fuerit, & necessitas multa; fieri pulsum bispulsantẽ, spasmosum & tremulum. His uerbis multum certè a Gal. discrepare uidetur, quum ipse tremulũ pulsũ. 2. de pręsag. ex* cap. 12. *puls. facultatem imbecillam, & tunicam arterię mollem significare asserat. Cęterùm controuersia nulla est. & si enim interpres ex Arabico idiomate tremulum pulsum conuertit uibratum tamen author, non tremulum pulsum intelligit; quem sanè ex ualida facultate, instrumenti duritie, & urgente usu prouenire, ipse quoq; Galenus fatetur 2. de caus.* cap. 6. *ex quo loco hęc Auic. transtulit.*

De pulsu temporum. *Cap.* 9.

IN vere quidem est, [a] [quũ pulsus est paruus, a B. pulsus temperatus in omni re. non tamen in omni re:] & est in fortitudine augmentatus. In æstate uerò est uelox & spissus propter necessitatem, & paruus & debilis propter uirtutis resolutionem, quæ est propter resolutionem spiritus, quę fit propter calorẽ exteriorem dominantem superfluum. & in hyeme est maioris raritatis, & [b] [tardioris debilita- b B. tardior, & debilis cũ hoc ꝙ est paruus. tis, & cum hoc est paruus: [quoniam uirtus debilitatur, & in quibusdam corporibus accidit, ut calor in profundo teneatur, & adunetur, & uirtus fortior fiat, & hoc, quum complexio calida est dominans, & refrænans frigus, & non ꝑ ipsum patiens: neque frigiditas ad fundum uadit. In autumno autem est pulsus diuersus, & trahit ad debilitatem quãdam; sed ipsius diuersitas est propter multitudinem conuersionis complexionis accidentalis in autumno nũc ad calorem, nunc ad frigiditatem. & ipsius quidẽ debilitas est etiam propter hoc: complexio. n. diuersa semper deterius efficit nocumentum, quam similis & æqualis: licet sit mala; & quia autumnus est tempus naturæ vitę contrarium, quoniam calor in eodem debilitatur; & siccitas fit fortior. Temporum uerò pulsus, quæ sunt inter tempora: temporibus proportionantur, quæ sunt circa ipsa.

ANNOTATIONES.

Habes hęc ex Galen. lib. de puls. ad Tyr. & 3. de caus. cap. 20. *puls. copiosè: nec non ex Auer. 4. Coll. Recentiores tamen* cap. 9. cap. 1. *quidam viri clarissimi ab his authoribus de autumni pulsibus discrepant: tales autumno pulsus apparere existimantes, quales vere. Cæterum fuit hęc & antiquorum quorũdam opinio, quam doctissimus Auerroes loco iam citato refellit. quod autumni tempore propter paucum spirituum calorem imminutæ sunt vires, et quodammodo senescunt. vnde et hoc tempore uegetabilia (quæ uocant) et animalia gignendi uim habent imbecilliorem.*

De pulsu regionum. Cap. 10.

Regionum quædam sunt temperatæ vernales, & quædam sunt calidæ æstiuę, & quędam sunt frigidæ hyemales, et quædam siccæ autumnales. Iudicia igitur pulsuum erũt in eis secundum modum, quem sciuisti de pulsu temporum;

De pulsu, qui prouenit ex cibo & potu. Cap. 11.

Exterius corpori aduenientia, et ipsum ingredientia, pulsus dispositionem mutant qualitate sui, et quantitate. Sed qualitate, quoniam si ad calefaciendum declinauerint, aut ad infrigidandum, mutabunt ipsum secundum illud. Et quantitate quidem, quoniam si æqualia fuerint, fiet pulsus in magnitudine augmentatus, et velocitatis maioris, et spissitudinis, ꝑpter augmentum uirtutis, et caloris, et permanebit hęc [a] [mutatio] aliquandiu. Et si plurimæ magnitudinis valde fuerit: erit pulsus diuersus absque ordine propter grauitatẽ nutrientis supra virtutem: quoniam ex omni grauitate prouenit in pulsu diuersitas. Et quidem existimauit Archigenes, ꝙ eius uelocitas est nũc multo maior, quam spissitudo, et hæc mutatio est perseuerans,[b] [quoniam causa perseuerantiæ, licèt sit multitudinis minoris hac: tamen est diuersitas ordinata.] Quod si paucæ fuerit quãtitatis: erit pulsus minoris diuersitatis, & magnitudinis, & velocitatis: neque eius mutatio diu perdurabit: quoniam materia pauca cito digeritur. Amplius, si uirtus deficiat, & debilitetur ex multitudine, aut paucitate; quæcunque fuerint, similes erunt pulsus in paruitate, & tarditate usque in finem rei. Quòd si natura fortis fuerit in digerendo, & conuertendo, fiet pulsus temperatus. & uinum ẽt proprietatem hẽt, & est quoniam ex multitudine ipsius,[c] [licèt sit subtile: prouenit diuersitas. ex ipso tamen non prouenit, qđ sit tantum, quãtum illud, quod prouenit ex nutrientibus: quæ sibi similantur:] & hoc quidem propter raritatem substantiæ ipsius, & subtilitatem eius, & leuitatem. Quum autem uinum in actu est frigidum; prouenit ex eo, quod prouenit ex alijs frigidis, in minorando & rarificando, & tardãdo [d] [velocitate suæ penetrationis.] Deinde, quum in torpore calefit: remouetur velociter, quod ex eo prouenit. Vinum præterea, quum in corpus penetrauerit, & fuerit calidũ: non elongabitur multum a natura, & accidet uelox resolutio. Quod si quum est frigidum, penetrauerit:[e] [fiet ex nocumento,] quod non fit ex alijs frigidis rebus: quoniam illæ tardantur, donec calefiant, neque earum penetratio est ita uelox, ut istius. Istud. n. uelocius penetrat, quam compleatur calefactio, & eius quidem impedimentum est magnum, & præcipuè in corporibus,[f] [quæ horripilationi sunt apta.] Et neq; est sicut impedimentum calefactionis ipsius: quũ ipsum calidum penetrat: quoniam eius calefactio in principio obuiationis non peruenit ad hoc, ut magnum faciat impedimentum: immò natura ei obuiat cum partitione, & distributione & resolutione. Frigidũ verò est, quum naturam deficere facit, & eius virtutẽ extinguit: antequam ad portionem & distributionem, & rẽsolutionẽ perueniat. & hoc quidẽ prouenit ex vino multitudine suæ quantitatis: & calefactione ipsius, & frigiditate. Quum aũt ipsum consideratum fuerit, vnde fortitudinem efficit, alia habebit iudicia; quoniã ipsum sua essentia fortes efficit sanos;[g] † [ ] propterea quòd velociter præbet augmentum in substantia spiritus. Sed licet calefactio, & infrigidatio, quę ex eo fuerit, plurima corporum impediant: est tamen quum vnaquæque earum cum aliqua cõuenit complexione, & est quum non cõuenit. est nanque, quum res frigidæ eos fortes reddũt, qui complexionem calidam malam habent: sicut dixit Galenus, ꝙ succus granati calefactos sẽper fortes efficit, & hydromel infrigidatos semper reddit vigorosos. Vinum [h] [prętereà,] vnde est calidum natura, aut frigidũ natura: est, quũ quosdam fortes facit, & quosdam debilitat. Nõ tamen sermo noster est nunc de hoc: immò in uirtute eius, qua velocior ad spiritum conuertitur: quoniam hoc semper habet per sui essentiam.[i] † [ ] Quod si vnum horum duorũ ipsum in aliquo corpore iuuerit: augmentabitur in faciendo fortitudinem, & si ei contrarium extiterit: minus fortitudinem faciet secundum hoc. igitur ipsum pulsum conuertet secundum hoc: quoniam si fortitudinem faciet, in pulsu augmentabit fortitudinem, & si calefeciet, in necessitate efficiet augmentum, & si infrigidabit: minorabit necessitatem. & secũdum plurimum in fortitudine faciet augmentum. Nunquam autem necessitate efficit augmentum, quin in velocitate addat. Aqua verò propterea, quòd nutrimentum penetrare facit; vigorat, & similitudinem operationis vini operatur. & quoniam non calefacit, immo infrigidat: non tantum auget in necessitate, quantum vinum.

a B. impressio.

b B. quoniã causa est firma seu stabilis. Et si fuerit in multitudine sua in quãtitate multo minor hac, erit diuersitas ordinata, uel alter. Et si fuerit minor hac quantitate, plurima erit diuersitas. Alia litera. Et hæc mutatio est perseuerãs, quoniã causa est firma. Et si fuerit in multitudine minus hac, erit diuersitas ordinata.

c B. licèt proueniat, seu causetur diuersitas: non tamen tanta, ꝙ de ipsa sit curandum, neque tanta quanta respectiue seu comparatiue causatur ex cibis.

d B. u.[illegible] pro uentu propter uelocitatem suę penetrationis.

e B. caulabit nocumentum.

f B. Vna litera. quæ sunt præparata nocumẽto ex frigore. Alia litera. præparatis nocumento quod fit ex eo.

g † B. & uiuificat uirtutem.

h B. igitur.

i † B. confortans semper.

ANNOTATIONES.

Sunt & hæc ex Gal. desumpta lib. de puls. ad Tyron. & 3. de caus. puls. Quæstio autem hic est, qualis sit pulsuum ex sumptis alimentis mutatio. Archigenes Gal. referente 3. de caus. puls. cibos, quia facultatem opprimunt, languidiores minoresq́; pulsus concitare existimauit. At huius sententiam Gal. ibidem refutat, quòd ex oppreßa facultate nõ languidi absolute: sed languidi uehementib. commisti fiũt, inæquales tamen semper & inordinati. languidi uerò, & parui facultatis dißolutionem sequũtur. Author noster hic Archigenis sententiam tantum recitat, sed neque probat, neque damnat. Verum Auerroes 4. Coll. palam Archigenis sententiam sequitur, licet de ipso non meminerit. ait. n. ex cibo, quum nuper est ingestus, pulsum sequi paruum, debilẽ, et occultum, quando autem concoquitur, contrarias sequi differentias. Obruinempe (id quod ẽt Gal. 3. de caus. puls.) antequam alimenta coquantur, ab ijs natiuum calorem aßerit, quo pacto ignis a lignorum multitudine opprimitur; contra uerò, quum concoquuntur, augeri, ut propterea pulsus, & magni, & uehementes, & manifesti succedant. Atque hoc pacto Auerr. neglecta Gal. sententia Archigenem uidetur sequi, quem Galenus damnat. Quid ergo de hac re statuendum? Nos certe inter tantos uiros sententiam nostram inuiti interponimus: suspicamur tamen Archigenis placitum non prorsus esse contemnendum, quando id author noster non damnat, & magnus Auerroes ipsum sequitur, oppreßa

cap. 9. cap. 16. cap. 16.

cap. 10.

cap. 6.

oppreßa quippe facultate inæqualitatẽ statim subire, & ordinis perturbationem aßentimur. at num ualidi, an imbeciles; num magni, an parui pulsus fiant, adhuc ambiguum est. Galenus misceri ait languidos uehementibus; & magnos paruis, ubi facultas (quæ alioqui erat ualida) opprimitur: sed an post aßumptum cibum magni paruis, uehementes languidis præpolleant, nõ explicat. Hinc Auerrois ratio non leuis est. quòd. s. ab alimentis natiuus calor ut a lignorum multitudine obruatur. Illinc & Gal. ratiocinatio est efficax: quũ facultatis aggrauatio ab eius imbecillitate et dissolutione differat. Crediderim posse paucis horum litẽ componi. Quòd sanè post aßumpta alimenta uitalis facultas non mediocriter opprimatur, obruaturq́; certum est. neque id pluribus probandum est a nobis. hinc uerò & pulsus, qui antea magni, uehementes, & conspicui erant (quando facultas aggrauatur magis quàm antea; & naturalis calor ab ingestis alimentis statim affectus refrigeratusq́; quodammodo contrahitur) minores, imbecilliores, & obscuriores pulsus euadere necesse est. id quod Auer. Verùm, & si, & facultas opprimitur; & naturalis calor patitur: contrahiturq́;: non tamen obruitur prorsus, ac dissoluitur; sicuti neq́; ignis ex lignorum copia (nisi ea immoderatissima fuerit) extinguitur. Quo fit, ut, non tamẽ minimi, imbecillissimi, aut obscurissimi pulsus euadant: licet paulò quàm antea minores imbecilliores, & obscuriores fiãt: id qđ Gal. ratio ꝑsuadet. Erũt ergo si priorẽ pulsuũ statum conspexeris, post assumptos statim cibos paruæ, imbecilles, & obscuræ pulsationes: ut & Archigenes et Auer. Sin uerò præsentem dumtaxat statum animaduertas: dici uitalis facultas imbecilla, aut naturalis caliditas extincta non poterit: neq́; propterea pulsus absolutè parui aut imbecilles erunt, de qua re Galenus Archigenem accusabat.

De eis, quæ somnus & uigiliæ, in pulsu operantur. Cap. 12.

PVlsus quidem iudicia in somno diuersificantur secundum horã sõni: & secũdũ dispositionẽ digestionis. Pulsus igitur in principio somni est paruus: & debilis: quoniam motus caloris naturalis, tunc est ad constringendum, & submergendum: & non ad dilatandũ & [a] [manifestandum:] quoniam ipse in hora illa totus tẽdit ad occultum, propterea quòd ipsum anima mouet ad nutriens digerendum, & maturandum superfluitates: & est sicut superatus, & obsessus proculdubio. Et pulsus etiam est maioris tarditatis, & raritatis: quoniam, licet in calore accidat augmentum secundum [b] [constrictionem,] & coadunationem: tamen priuatus est augmento, quod habet in hora uigiliarum; propter motum calefacientẽ. & motus quidem plus est ad inflammandum, & inclinandum ad partem malitiei complexionis. sed constrictio, & eorum coadunatio temperatæ, minoris sunt inflãmationis. & minus extrahunt calorem ad æstuationem. Et tu quidẽ hoc scies ex hoc, quòd anhelitus lasſi, & ipsius æstuatio multo maiores sunt, anhelitu & æstuatione eius, cuius calor est cõstrictus ꝑꝑ causam, quæ similis est somno; uerbi gratia, submersi in aqua temperatæ frigiditatis, qui sit [c] [expergefactus, licèt calor constringatur, & fugiat;] ex hoc non tamen augmentum anhelitus eius perueniet ad id, ad quod [d] [perueniet] labor, & exercitium; quæ sunt ei propinqua. Quumq; bene consideraueris; non inuenies aliud, quod calorem uehementius incendat, quam labor & motus. Et uigiliæ quidẽ calorem nõ efficiunt motu corporis, ita ut, quum corpus quieuerit [e] [non fit ipse necessarius: immò faciũt calorẽ, propterea quòd spiritus ad exteriora mouetur, & motus eius ad ea, est secundum continuitatem; quũ est eius generatio,] Quum autem cibus digestus est ĩ somno; redit pulsus, & fit fortior, propterea quòd uirtus augmentum recipit a nutriente: & redit illud, quod ad profundum descenderat, ad regendũ nutriens ad exteriora, & ad suũ principium. Et propter hoc etiam magnificatur tunc pulsus multum: & propterea quòd complexionis caliditas, propter nutriens, augetur; quẽadmodum diximus & instrumẽti etiã augetur lenitas per id, quod ad ipsum ex nutrimento penetrat. Veruntamẽ sua magnitudine non auget uelocitatem; neque spissitudinem: quoniam hoc nõ est illud, qđ in necessitate prebet augmentum: & hoc ẽt non est prohibens restaurari ex eo, quod necessarium est magnitudine sola. Deinde quando cũ dormiente somnus perseuerauerit; fiet pulsus debilis, propter caloris innati constrictionem, & uirtutis compresſionem sub superfluitatibus, quæ euacuandæ erant secundum euacuationis modos, qui sunt ĩ uigilijs: ex quibus est exercitium, & euacuationes, quę non sentiuntur. Quum autem somnus in principio [f] [euacuationẽ] inuenerit: nec inuenit aliquid, ad quod digerendum tendat; declinabit complexionem ad partem infrigidandi: perseuerabunt ergo paruitas, & tarditas, & raritas in pulsu; & incessanter augmentabuntur. Vigilię etiã diuersa habent iudicia; quum enim dormiens euigilabit; natura sua declinabit pulsus ad magnitudinem, & uelocitatem ordinatè: deinde ad suam naturalem redibit dispositionem. Sed subita causa euigilato accidit, ut pulsus eius illico, quũ a somno remouetur, [g] [qescat;] quoniã uirtus corã eo, quod subito euenit; uicta est. Et deinde post hoc redibit ad eum pulsus magnus uelox, spissus, & diuersus ad tremorem. Et quoniã motus iste est similis uiolẽto; ideo [h] † [nõ] inflammat etiam ipsum. Et quoniam uirtus subito mouetur ad repellendum naturaliter illud quod accidit; ergo motus accidũt diuersi: & tremit pulsus: sed tamen secundum hoc nõ longo perseuerat tempore; immò ad ęqualitatem cito redit; quoniã licèt eius causa sit quasi fortis; eius tamen durabilitas est pauca: & cognitio destructionis ipsius est uelox.

a B. ad exteriora.

b B. coarctationem.

c B. uigilans, licèt calor coarctetur & fortificetur.

d B. perducet.

e B. nõ causent illũ, immò non faciunt calorẽ, nisi ꝑpterea, ꝙ spiritus mouentur ad exteriora, & motus eorum ad ea est secundũ cõtinuitatẽ generatiõis istorum.

f B. vacuitatẽ.

g B. fit tepidus vel debilis.

h † —— B.

ANNOTATIONES.

De pulsibus qui per somnũ fiunt, eadẽ ferè Gal. scripsit lib. de puls. ad Tyron. & 3. de caus. puls. distinxitq́; & ipse de somni temporibus, ut hic author, astipulãte sanè (si quis perpenderit) ratione. aberrant ergo qui (uiri alioqui doctissimi) dormientium pulsus absolute paruos, languidos, tardos, & raros esse aiunt. quũ etsi hoc somni initio uerùm est, ob caloris contractionem: ipsius tamen somni uigore, quando idem calor ad externas iam partes extenditur, factus seipso ualidior ac uehemẽtior, uehementiores quoque ac maiores pulsus, ut efficiat, necesse est. Cap. 9. Cap. 9.

De iudicijs pulsus exercitij. Cap. 13.

IN principio quidem exercitij, & dum est tēperatum, pulsus fit magnus & fortis: & hoc quidem propter augmentum caloris innati, & fortitudinē ipsius: & fit etiam uelox, & spissus valde propter superfluam necessitatem, quā facit motus. Quod si perseuerauerit, & fuerit ꝓlixum; aut licèt fuerit breue, erit tamen fortissimum; destructur, quod ex fortitudine prouenit, & debilitabitur pulsus: & fiet paruus ꝓpter resolutionem caloris innati: sed ipse fiet uelox, & spissus propter duas res: quarum una est augmentum [a] † [fortitudinis] necessitatis: & alia est, quoniam uirtus [b] [retrahitur,] ne magnitudini sufficiat; postea uelocitas incessanter minuitur, & spissitudo augmentatur secundum quantitatem eius, quod ex uirtute debilitatur. Deinde ad ultimum si exercitium perdurauerit, & debilitauerit: fiet pulsus formicans propter debilitatem, & spissitudinem fortem. Postea si magis superfluum fuerit, & ex ipso quasi ad mortem perueniatur; efficiet, quod omnia faciunt resoluentia, & reducet pulsum ad hoc, vt sit vermiculosus: [c] [deinde faciet ipsum declinare] ad raritatem, & tarditatem cum debilitate, & paruitate.

a † —— B.
b B. deficit seu debilitatur.
c B deinde formicalis declinans.

De iudicijs pulsuum balneatorum. Cap. 14.

BAlneatio aut erit cum aqua calida, aut cum frigida. Si autem fuerit cum aqua calida, in principio prouenient ex ea fortitudinis, & necessitatis iudicia. Quumque multum resoluerit: debilitabit pulsum. Galenus quoq; dixit, erit tunc paruus, tardus, & rarus. Dicemus ergo, quòd debilitas quidem, & paruitas pulsus [a] [proculdubio existunt;] sed aqua calida, quum in interiorib. corporis calefacti onem efficiet calore accidentali: fortasse non durabit: sed ad sui naturam, quæ est infrigidādi, redibit; & fortasse durabit, & permanebit. Quod si accidentalis qualitatis iudicium superauerit: fiet pulsus velox, & spissus. Et si superauerit, quod ex natura sui prouenit; fiet tardus, & rarus. Et si eius calefactio accidentalis ad tantam uirtutis resolutionem peruenerit, ut syncopi sit propinqua: fiet etiam pulsus tardus, & rarus. Sed balneationis cum aqua frigida factæ si penetrauerit frigiditas: debilitabit pulsum, & faciet paruum, & efficiet raritatem, & tarditatem. Et si non penetrauerit: immo calorem coadunauerit: augmētabitur fortitudo, & crescet parum, & minuetur uelocitas, & spissitudo. Ex aqs uerò in thermis existentibus, quę sunt exsiccantes, duritiem in pulsu augmentant, & ex eius magnitudine minuunt. Sed calefacientes uelocitatem in pulsu augmentant. Si autem virtutem resoluerint, erit, quod iam diximus.

a B. sunt de his quæ fiunt uel accidunt proculdubio.

De pulsu, qui mulieribus est proprius, & est pulsus prægnantium. Cap. 15.

NEcessitas quidem in eis est multa propter communitatem filij in attractione aeris. Ipsæ .n. quasi duab. attrahunt necessitatibus, & duabus aeris attractionibus. Sed virtus proculdubio non augmentatur, neque etiam minuitur, nisi quātum oportet propter lassitudinem paucam, quæ prouenit ex pondere prægnationis: propter hoc igitur iudicium uirtutis mediæ, & necessitatis fortis vincit, & augmentatur pulsus, & fit uelox, & spissus.

De pulsu dolorum. Cap. 16.

DOlor mutat pulsum, aut propter fortitudinem sui: aut quia est in mēbro principali: aut propter longam moram sui. Et dolor quidem, quum in sui principio fuerit, [a] [faciet virtutem ebullire, & mouebit ipsam ad resistendū, & refrenandum, & inflammabit caliditatem. Fiet ergo pulsus magnus, & velox, & maioris spissitudinis: quoniam fixio] magnitudinem faciet, & velocitatem. Quumque dolor ad finem suæ fortitudinis peruenerit; propter illud, qđ diximus de modis: procedet minorando, & redibit ad inferiora, donec magnitudinem perdet, & velocitatem, & uicem earum supplebunt spissitudo fortis, & paruitas, formiculatio, & vermiculatio. Et si augmentatus fuerit: adducet ad raritatem, & perditionem.

a B. cōmouebit uel excitabit uirtutem, & mouebit ipsam ad resistendum, & expellendū, & inflāmabit caliditatē. Fiet ergo pulsus magnus, & uelox, & uehementioris raritatis: quoniam aluthar.

De pulsu apostematum. Cap. 17.

APostematum quidem alia sunt, quę febres efficiunt. & hoc aut propter eorum magnitudinem: aut propter nobilitatem mēbri, in quo sunt.) & pulsum in toto corpore mutāt secundum mutationem febris propriā, & nos ipsam dicemus in loco suo. Et alia sunt, quę febrem non faciunt, & mutant pulsum membri, in quo sunt proprium per essentiam. Et est ēt, quum reliqui corporis pulsum mutant per accidens scilicet non propter hoc, quòd est apostema: sed propter hoc, ꝙ dolorem efficiunt. Apostema autem, quod pulsum mutat; aut ipsum mutat per speciem sui, aut per sui tempus, aut per quantitatem suam: aut per membrum, in quo est, aut per accidens, quod sequitur ipsum, & comitatur. Quod verò per sui speciem mutat, est sicut apostema calidum: ex quo per suam speciem prouenit, ut mutetur pulsus ad serrinum, & ad tremorem, [a] [& horripilationem,] & velocitatem, & spissitudinem; nisi ei contraria sit causa humectans, quæ proprietatē serrini destruat, & vice ipsius undositatem supplere faciat. Veruntamē tremor, & uelocitas, [b] † [& horripilatio,] & spissitudo ipsū semper comitantur. Et quemadmodum causarum quędā sunt, quæ serrini proprietatem prohibent: similiter sunt quædam earum, quę serrini proprietatem augmentant, & ipsam apparere faciunt. Et molle quidem apostema pulsum facit vndosum. Et si fuerit valde frigidum: ipsum efficiet tardum & rarum. Durum verò apostema proprietatem serrini augmentat. In exitura autē, quum fit collectio: ipsa pulsum conuertit de proprietate serrini ad vndosi proprietatem ꝓpter humiditatem, & lenitatem, quæ ipsam sequuntur; & præbet augmentum in diuersitate propter suam grauitatem. velocitas autem, & spissitudo alleuiatur propter caloris accidentalis quietem causa maturationis. Mutatio verò ipsius

a B. & dispositionem similé tremori.
b † —— B.

ipsius causa suorum temporum est, quoniam, dum calidum apostema existit in augmento; proprietas serrini, & quæcunq; diximus, sunt sicut in augmento, & eius durities semper augmentatur propter extensionem, quæ augetur, & in tremore propter dolorem. Quumq; ad statum peruenerit; omnia augmentantur accidentia præter illud, quod fortitudinem sequitur: ipsum nanque debilitatur in pulsu, & in spissitudine, & uelocitate augmētum præbet: deinde si prolongabitur: uelocitas destruetur, & redeundo fiet formicans. Quum autē c[minuetur] aut resoluetur, aut aperietur, fiet pulsus fortis propterea ꝙ uirtus exonerabitur a pondere; & d[cessabit] ipsius tremor, propterea ꝙ dolor extensiuus minuetur. Secundum quātitatem uerò sui, quoniā magnum facit, ut sint istæ dispositiones maiores, & magis augmentatæ, & paruum, ut sint e[rariores,] & paruiores. Et secundum suum membrum, quoniam ex membris neruosis prouenit augmētum in duritie pulsus, & in proprietate, quam hēt f[serrinus] ipsius. Et ex venosis quidem prouenit augmentum in magnitudine sua, & vehemētia, & diuersitas multa: & præcipuè, si quæ in eis superant arteriæ, sicut in splene, & pulmone, & non durabit huiusmodi magnitudo, nisi quātum perseuerauerit fortitudo. Et membra humefacta, & lenia ipsum faciunt vndosum: sicut cerebrum & pulmo. Mutatio uerò, qua apostema mutat pulsum aliquo mediante, g† [ ] est sicut apostema pulmonis, quod facit pulsū tremulum, & sicut apostema hepatis, quod facit ipsum h† [tabidorum pulsui similem,] & apostema renis, quod facit ipsum stranguriale: & apostema membri fortis sensus, sicut stomachi & diaphragmatis facit ipsum spasmosum, & syncopizantem.

c B. declinabit.
d B. alleuiabitur.
e B. pauciores.
f B. serrinitas.
g †B. accidēte.
h B. sicut pulsus aldebul.
† mictualem.

De iudicijs pulsus accidentium animæ. Cap. 18.

IRa quidem propterea ꝙ uirtutem a[feruere facit,] & spiritum subito dilatat: pulsum facit magnum ad superiora se eleuantem, velocem, & spissum, in quo nō oportet diuersitatē cadere, quoniā passio existit similis: nisi timor ei admisceatur, ꝗ vna uice superet: & hæc alia superet vice, & similiter, si verecundia ei admisceatur: aut cōtrarietas ab intellectu, qui tacere precipiat, & ne ferueat ad malum inferendū illi, cui irascitur. Et ex delitijs quidem, propterea quòd ad exteriora paulatim mouēt: non peruenit pulsus ad illud, quod ꝑuenit ex ira in velocitate & spissitudine, immò est, quum eius magnitudo sufficit necessitati, & est tardus, & rarus. Et similiter pulsus letitiæ, quoniam ipse fit magnus secundum plurimum cum lenitate, & attinet tarditati, & raritati. In b[tristitia] uerò propterea ꝙ calor suffocatur, & submergitur, & fortitudo debilitatur; oportet ut sit pulsus paruus, & debilis, rarus, & tardus. Timor verò qui subito uenit, pulsum facit uelocem & diuersum & inordinatum. Sed c[consuetus,] & qui ordinate prouenit, mutat pulsum secundū modum mutationis solicitudinis.

a B. commouet
b B. algam.
c B. prolongatus.

De summa mutationis rerum contrariarum naturæ essentiæ pulsus. Cap. 19.

AB eis fit mutatio, aut propter hoc, ꝙ accidit ex eis de malitia complexionis, & tu quidem iam sciuisti pulsum cuiusque cōplexionis; aut propterea ꝙ uirtutem constringūt, & pulsum faciunt diuersum, &, si constrictio ualde fuerit fortis: erit sine ordine, & absque pondere, & constrictionem quidem faciens est omnis materialis multitudo, siue sit apostema, siue non sit apostema. aut propterea ꝙ virtutē dissoluit, & facit pulsum debilē. Et omnia hæc sunt sicut dolor fortis, & a[ęgritudines] animales, quę sunt fortis resolutionis.

a B. læsiones.

ANNOTATIONES.

Mutationes pulsuum ob causas contra naturam, in breue compendium redigit ex Galeno li. de pulsib. ad Tyron. nempe causæ contra naturam appellatæ, pulsus immutāt, uel quia temperamentum corporis euertunt: ex qua mutatione similes similibus intemperiebus euadunt pulsationes; (de quibus supra actum est) uel quia uitalem facultatem afficiunt. & hoc bifariam: aut aggrauantes facultatem, id quod ex materię multitudine semper euenit: & tunc pulsus inęquales semper atque inordinati, pręsertim quo ad magnitudinem ac uehementiam, fiunt. aut eandem facultatem dissoluentes; id quod ex immodica euacuatione contingit; siue ea sit ex inedia, siue ex animi affectuū et perturbationum ui, siue ex dolorum uehementia & diuturnitate. adde uerò & quæ tota substantia corrumpunt (hęc.n. omnia spirituum copiam immoderatè absumunt) & sequūtur pulsus parui, languidi, & crebri. Ita author noster Galenum per omnia ferè æmulatur. Ab eo tantum deflectit, ꝙ de pulsibus diuersorum morborum diuersis, ut Gal. nō agit hoc in loco, quod de singulis ijs, quum de morbis aget lib. 3. & 4. particulatim sermonem faciet.

cap. 1.

SVMMA II. DOCTRINÆ III. FEN SECVNDÆ.

De vrina, & egestione, & est continens xiij. cap.

Sermo vniuersalis de vrina. Cap. 1.

V[1]Ilæ significationis dispositionū vrinæ nō oportet credere, nisi postquam conditiones obseruatæ fuerint. Oportet enim, ut vrina, quæ consideratur, sit prima urina quæ in mane colligitur; a [& non permaneat longo tempore, & non sit ex nocte reseruata. Neque sit ille cuius est, qui aquam non bibit: & cibum nō comedit.] Et non sit, qui in cibo, aut potu rem tingentem accepit, sicut crocum, & cassiam fistulam; quoniam urinam tingendo ad citrinitatem & rubedinem mutant, et sicut olera, quę tingendo mutant ad viriditatem, et † almuri, quod ad nigredinem, et uinum, b† [ ] quod mutat vrinam secundum suum colorē.[2] Neque sit, qui exteriora sui re tingente infecerit, sicut † alkanna: quoniam quum ex ea aliquis tingitur, fortasse eius vrina ex ea inficitur. Neque sit, qui rem, quę cum vrina aliquem humorem expellit. assumpsit; sicut quod cholerā, aut phlegma expellit. Neque se exercuit motibus corporeis, aut operationibus, aut dispositionibus, quæ sunt extra cursum naturæ: quæ vrinę colorem mutant, sicut ieiunium, aut vigiliæ, aut labor, aut ira, aut c[timor.] Omnia enim hęc vrinam tingunt secundum citrinitatem, aut rubedinē. Et coitus vrinam ualde impin-

a B. & non fuerit uiolenter retenta longo tēpore, & ille cuius est dormierit in nocte. Neque sit ille cuius est qui biberit aquam, & cibū comederit.
† .i. quoddā salsamenti nigrioris genus.
b †B. inebrians.
† fortasse, quæ archenda dicitur, qua & ungues, & seipsos totos Parthi inficiunt nostra etiam tempestate.
c B. famea.

pinguat.& ſicut vomitus,& euacuatio:quoniā hæc colorem mutant,& ſubſtātiam:quę in vrina eſſe debet.Similiter quum ipſa multis ꝑmāſerit horis.Quapropter dixerunt quidā, quòd poſt ſex horas inſpicienda non eſt,quoniam ipſius ſignificatio debilitatur, & color mutatur, & hypoſtaſis diſſoluitur:aut mutatur, & fit ſpiſſior,quamuis ego dicam ꝙ nec poſt horā vnā. Vrina præterea tota integre colligenda eſt in vrinali magno,ne ex ea aliquid effundatur. Et eius quidem diſpoſitio illico, quū mingitur, non eſt conſideranda:neque,niſi poſtquam in vrinali reſederit. & obſeruandum eſt,ne ſol eā tangat,neque ventus,ne perturbetur,& ne congeletur, donec hypoſtaſis ſeparetur,& ſignificatio compleatur:non.n.deſcendit illico, quū mingitur, neque in ultimo fine maturationis. & non colligatur in vrinali, in quo alia fuerit vrina: niſi prius fuerit ablutum. Amplius vrinæ puerorum ſignificatio eſt parua: & præcipuè infantium: propterea ꝙ lacte nutriuntur, & ꝙ materia tingens in eis eſt quieſcens,& ſubmerſa; in eorum quoq; natura exiſtit ex debilitate, & multa dormitione, quod maturitatis ſignificationē perneccat. Et inſtrumentum quidem colligendi vrinam eſt corpus peruiū ſubſtantiam habēs nitidam, ſicut vitrum clarum, aut cryſtallus.Scias autem,ꝙ urina, quāto plus eam tibi approximas,tanto ſpiſſitudo augmentatur,& quanto plus elongas eam a te:augmentatur in ea claritas.& per hoc differt ab omnibus falſitatibus, quæ ſunt in ea, quibus medici experiuntur,quum eis oſtenduntur.Quum vrina in vrinali colligitur:cuſtodienda eſt a mutatione frigoris,& ſolis,& uenti.Et oportet,vt in lumine aſpiciatur, ita ꝙ ſuper eam non cadat radius:immò ab ipſo tegatur, & ſic in ea iudicetur de accidentib. quæ in ipſa apparent.[3] Scito etiam,ꝙ prima ſignificatio, quam vrina habet:eſt de diſpoſitione hepatis:& viarū aquoſitatis:& ſuper diſpoſitiones venarū, & eis mediantibus alias demōſtrat ęgritudines.Firmior tamen eius ſignificatio eſt illa, quæ de hepate exiſtit, & propriè de diſpoſitione gibboſitatis ipſius.[4] Amplius ſignificationes,quæ ex vrinis habentur, ex ſeptem ſunt acceptæ generibus; genere coloris,& genere ſubſtantiæ, & genere claritatis & turbulentiæ, & genere hypoſtaſis: & genere quantitatis in paucitate & multitudine,& genere odoris,& genere ſpumæ.Sunt verò quidam,qui inter hæc genera ponūt genus tactus;& genus ſaporis. d † [ ]

d † B nos uero ambo iſta abijcimus ſeu caſſamus.

Quumq; dicimus genus coloris, intelligimus illud, quod uiſus in ea ſentit ex coloribus ſcilicet albedinem, aut nigredinem, aut quę inter eas exiſtūt.Et quum ſubſtantiæ genus dicimus, intelligimus diſpoſitionem ipſius in groſſitudine,aut tenuitate.Et quum dicimus genus claritatis & turbulentiæ,intelligimus, quòd penetratio uiſus in ea eſt facilis, aut non eſt. Inter hoc autem genus,& genus ſubſtātię exiſtit differentia: quoniā plerunque eſt ſubſtantia groſſa & clara,ſicut albumen oui & gluten piſcium liquatum,& uitrum liquatum,& oleum,& plerunque eſt res ſubtilis ſubſtantiæ turbida,ſicut aqua turbida, quæ eſt magis tenuis quam albumen oui. Turbulentiæ autem cauſa eſt permiſtio partium colores habentium extraneos, fuſcos, aut alijs coloribus infectos, qui ab inſpiciente ſenſu non ſunt percepti, & prohibent peruietatem,& non per ſe percipiuntur. Inter eam uerò & hypoſtaſim exiſtit differentia;quoniam viſus plerunque cognoſcit hypoſtaſim. Et inter ipſam, & colorem exiſtit differentia: quoniam color per totam humoris ſubſtantiā procedit cum maiori permiſtione.

ANNOTATIONES.

1 *Viæ ſignificationis &c. Vt rectum de urinis iudiciū feratur, plura obſeruanda proponit, de quibus Græci ne uerbum quidem: uno excepto Actuario, qui pauca quædam ex his animaduertit. Vnum hic primo loco aduertendum eſt. quum de opportuuo excipiendæ urinæ tempore verba facit,ait primam poſt nocturnum ſomnum eſſe colligendam.hoc certè ea ratione ſcripſit:quoniam,quum urinæ eā,quæ in iecinore, & uenis totius corporis obitur,coctionem atque cruditatem ſignificent, nullum commodius uel aptius matutino eſt tempus; quo abſolutæ peractęq; coctiones omnes ſunt. propterea & Gal.1.de criſibus ſpectandæ urinæ horam exactæ coctionis tempus eſſe notatum reliquit. At non ꝓpea tamen arbitrandū eſt,quin lotium,ſi alijs temporibus uel noctu,uel interdiu exceptum, fuerit: aliquid & ipſum nobis ſignificet. in ægrotis, enim atque ijs qui decumbunt,quouis tempore exceptum id fuerit; ſi modo quietiorem morbi partem, uel ſomnum ipſum ſequatur, & ſi a cibi aſſumptione paulò longius diſtet: par ferri poſſe iudicium exiſtimamus. alioqui ſæpenumero ęgrotantium urinæ ſpectandæ non eſſent:quum frequenter noctu acceſſiones fiant:uigiliæ inſtent,& alia plurima ſymptomata incidant,quæ iudicium hoc interturbant.* cap.12.

2 *Neque ſit qui exteriora &c. Cauet ne is,cuius urina medico ſpectanda eſt, tingente re quapiam corpus infecerit,ſicut alcanna.Eſt autem alcanna liguſtrum, & liguſtri fructus ad picturam uſurpari certum eſt.uidetur illius tamen ſuccus dilutior,quam ut,profundi etiam cutem ſi ſubeat,inficere humores ac ſerum poſſit. Quare pro alcanna legendum archenda ſuſpicamur eſt autem archenda tinctorius quidam puluis,quo noſtra etiam tempeſtate Parthi atque id genus homines ornatus gratia ungues, & totum quoque corpus quandoque inficiunt.noſtri eo,admiſta aceti portione quadam,equorum iubis & caudis rubrum colorē conciliant.Ac mirum certè cuipiam uideri poſſit,quomodo infecta externa corporis cute humorum et urinarum quoque colores immutentur, non id tamen fortaſſe abſurdum exiſtimabitur, ſi quis mutuum totius corporis conſenſum, ſpirituumq; extra & foras recurrentium motum aduerterit;cuius ni & aeris & circunſtantium nobis rerum qualitates profundis etiam corporis noſtri partibus communicari quotidie,re ipſa experimur.quod tamen neque nos confirmamus:neque hic pro certo adnotauit.*

3 *Scito etiam quòd prima &c,Quod urina iecinoris præſertimq; gibbæ eius partis,affectionum ſit nota: docet non uno in loco Galenus. At,an uenarum omnium,& uenoſi (ut aiunt) generis affectus ſignificet, paulò uidetur obſcurius.Certum illud profectò eſt a iecinore ad renes per emulgētes uenas ſanguinis ſerum deferri:at quomodo ex uenis, quę in uniuerſo corpore ſunt diſperſæ,idem ſerum ad eoſdē renes prouehatur,uidetur difficilius.neque.n.totius corporis uenæ cum renibus communicant:neq; ab omnib.retrocedere pōt quod in eas fluxit. præſertim ſi ſerum,hoc ſanguinis ex poſtrema reſecatur coctione,quæ in capillaribus uenis per carnoſa mēbra diſperſis perficitur: nempe ab ijs*

regre...

gredi serum ad renes, neq; per cutis meatus ac sudores potius excerni difficilè creditu est. Cæterùm, quod ad hãc quæstionem pertinet; quòd urina & iecinoris & venarum omnium affectus notet, passim Gal. testatur. & 1. de crisib. & 2. prog. & sepissimè alibi. & Galeni sententiam sequuntur omnes. Quamobrem, etsi uenæ omnes cum renibus non consentiunt: consentiunt tamen uenæ omnes omnibus venis (qđ in lib. de locis in homine Hipp. asserit) ob principium earũ omnium commune. Neque difficile intellectu est, quomodo a minorib. etiam & capillaribus uenis ad maiores serum regurgitet, illi qui natura vim norit; perpenderitq́, etiã semen a toto corpore proficisci, ut lib. de genitura & 4. de morbis ab eodem est annotatum. ac demum, qui ex ipsomet Hip. lib. 1. de dieta, & Gal. 4. aph. naturam sibi ipsi uias ad omnia struere, didicerit: esseq́, conspirationem in toto corpore vnam, confluxionem unam, & consentientia omnia, ut idẽ senex lib. de alimento scriptum reliquit, & Gal. passim confirmauit. Secernitur sanè nõ minima seri huius portio, quod ex postrema residet coctione, etiam per sudores; atqui non semper id licet, ueluti quum serum ipsum non usquequaque tenue fuerit, & habitus corporis crassior ac densior extiterit. Quare probè ab authore nostro & Gal. statutum putamus urinas non iecinoris dumtaxat, sed venosi totius generis affectus significare.

(cap. 7. comm. 26 — a principio. — com. 54.)

4 *Amplius significationes &c. In urinis duplex substantia est. quæ continet, & quæ continetur. cõtinens humor est, contenta autem multa, & hypostasis, & sabulamenta, & lapilli, & pinguedo, & bullæ, & alia id genus: quæ omnia, quia substantiæ sunt & corpora; & habent annexa accidẽtia, quantitatem, qualitatem, crassitudinem, tenuitatẽ, splendorem, opacitatem, colores, odores etiam, & sapores, situm (quamuis hoc contentis solùm accidat) infimam. supremũ medium. propterea hic author hæc omnia in septem capita redegit. licebit tamen ut, & in plura & in pauciora perstringas, si uolueris. nunquam tamen particulatim plura, aut pauciora offerunt se in urinis animaduertenda; quã hic adnotarit.*

De significationibus coloris urinæ. Cap. 2.

EX coloribus vrinæ sunt gradus citrinitatis, sicut palearis. deinde citrinus: [a] † [post flauus:] deinde ruffus: postea citrangularis: postea igneus; qui tincturę croci assimilatur; & ipse quidem est vehemẽter citrinus. postea croceus, qui similatur capillis † croci: & iste quidem est, quẽ vocant rubeum [b] [clarum.] Omnes autem, quę sunt post citrinum, caliditatem significant: sed tamen secundum suos diuersificantur gradus. Et est quidem, quum accidunt propter vehemẽtiam motus, & propter dolores: & propter famem: & propter aquæ abstinentiã. Post istos verò gradus prædictos existunt gradus rubedinis: sicut [c] [rubeus roseus; & rubeus obscurus: & rubeus puluerulentus.] Et omnes quidem sanguinis dominium significant. Et in omnibus quib. est color † croco attinens, est significatio dominij choleræ rubeæ. Et in omnibus, qui puluerulento attinent: est significatio dominij sanguinis. Et igneus quidem magis significat calorẽ, quàm rubeus & puluerulentus: sicut cholera in se calidior est quam sanguis: & color quidem vrinæ in ægritudinibus acutis incendentibus, trahit ad colorem † croci, & igneitatem. Quod si ibi fuerit tenuitas: aliquam maturationis significat [d] [dispositionem:] & q̃ iam incepit, & si non appareat in substantia. Si autem citrinitas fortior fiat, & vsque ad igneitatis perueniat terminum; & ad finem in ea, significat q̃ calor incessanter processit: & iste quidem [e] [est finis citrinitatis.] Quòd si in ipso claritas augmentetur: calor iam secundum diminutionem incedit. & est præterea, quum in ęgritudinib. acutis sanguineis urina, sicut ipse sanguis mingitur, apertione venæ ibi non existente, & significat repletionem superfluam; quæ, si paulatim mingẽdo emittitur, & est cum odore malo, est significatio timoris: & timetur ex ea, ne sanguis ad loca suffocantia fusus deriuetur. Et peior quidẽ, ea est, [f] [quum est subtilis in colore sui, & dispositione.] Quum autem ex ea multum mingitur, est quum est significatio bona in febribus acutis, & commistis: quoniã est, quũ est significatio crisis, & sanitatis, nisi in principio subito attenuetur, antequam sit hora crisis, quoniam tunc erit recidiuationis significatio. Et similiter, si tenuitas post crisim ordinata non fuerit. In icteritia verò, quum vrina adeo fuerit maioris rubedinis, donec ad nigredinem trahat, & pannũ taliter tingat, ne remoueri possit, & quãto plus fuerit, erit sanius, quoniam, quum vrina in ipsa fuerit alba, aut rubea, paucæ rubedinis, icteritia in sua dispositione manente, timetur ex ea hydropisis. Fames quoque est ex eis, quæ vrinam vehementer tingunt, & ipsam ualde acuunt. Post uerò sunt gradus viriditatis, sicut vrina, cuius color colori phisticorum attinet, deinde, cuius color est similis colori ęruginis æris, postea illius, cuius est color similis colori ireos, deinde cuius color similatur indico, postea, [g] [quę similis est succo porri.] Phisticalis verò significat frigiditatem, & similiter omnes, in quibus existit viriditas, præter eam, quæ ęrugini ęris, aut [h] [succo porri] similatur, hęc nãque vehemens significat incendium. Veruntamen succo porri similis sanior est ea, quæ ærugini æris similatur, post laborem significat spasmum. Viridis verò in pueris spasmum significat. Quæ verò colorem ireos habet, frigiditatẽ vehementem secundum plurimum significat, et ante ipsam præcedit vrina viridis. Et quidã dixerunt, quòd significat venenum in potu fuisse haustum, & si fuerit in ea hypostasis, spes erit uitę, & si non, timetur ei. Aerugini uerò æris similis vehementem significat perditionem. Graduum aũt coloris nigri, alius est niger, qui ad nigredinem tendit secundũ viam coloris croci, sicut est in icteritia, & significat choleræ rubeę spissitudinem, & eius adustionem, & choleram nigram, quæ accidit ex cholera rubea, & significat icteritiam, [i] [& alius est, qui ex fusco prouenit ad nigredinem, & significat cholerã nigram, & alius niger, qui prouenit ex viriditate, & colore indico simili,] & significat cholerã nigram puram. Et ad summum quidem vrina nigra significat, aut uehemẽs incendiũ, aut forte frigus, aut [k] [mortem, aut caloris naturalis superationem] aut crisim & expulsionẽ naturę, qua ipsa cholerę nigrę expellit superfluitates. Quod autem ex incendio est, cognoscitur, quoniam, illic est fortis ardor, & ante ipsam fuit vrina citrina, uel rubea, & hypostasis est diuulsa, & inęqualis, & incontinua, & non est uehemẽtis nigre-

Marginal notes:
a † —— B.
† zahafarani. b B. alnasa.
c B. rubeus ad albedinem declinans & roseus. & rubeus purpureus, seu rubeus niuax, & rubeus obscurus.
† zahafarani. d B. imaginationem.
e B. est ruffedo clara.
f B. illa quæ est subtilior secundum calorẽ suũ & dispositionẽ eius fętidam.
g B. porrinus.
h B. porrin.
i B. Et alius est niger qui declinat ad fuscedinem uel obscuritatẽ, & significat cholerã nigram sãguineã. Et alius niger q. declinat ad uiriditatem, & colorem indicum.
k B. mortem innati caloris, & eius fugam.

nigredinis:imò trahit ad colorem croci, & citrinitatem, aut ad fuscitatem:& si ad citrinitatem trahit,significat multam icteritiam. Verũtamen, qđ ex frigiditate sit;cognoscitur,vt ante ipsam habeatur vrina,quæ ad viriditatē trahat,aut liuiditatem:& est sedimen paucum iũctum ac si esset siccum : & nigredo in ipsa est purior. Et est etiam, quum inter duas complexiones differentia notatur:quoniam, quando cum vrina nigra fortis odor fuerit:significabit caliditatem,& quum fuerit cum ea odoris priuatio,aut fortitudinis eius debilitas: significabit frigiditatem. Quum.n.natura valde fuerit superata;odor non erit in vrina. Illud autem, quod ex casu caloris accidit innati : cognoscitur propterea, ꝙ ipsum sequitur fortitudinis casus,& eius dissolutio, Et illud quidem,quod accidit secundum modum purgationis,& crisis;cognoscitur;sicut, qđ accidit in fine quartanarum,& quum splenis ægritudines resoluuntur,& dolores dorsi, & matricis, & febres melancholicæ:[l] † [ ] & nocumenta,quæ ex menstruorum accidunt retentione,& retētio eius, quod ex sanguine fluere solebat per anum;& precipue; quum natura & ars in prouocando iuuant; & sicut accidit mulieribus, quarum menstrua retinentur: & non[m] [retinet]natura sanguinis superfluitatē, propterea ꝙ ante ipsam præcessit urina indigesta,aquosa, & propterea ꝙ post ipsam adueniet corpori alleuiatio;& erit ipsius quãtitas maxima,copiosa. Quòd si non ita vrina fuerit nigra,signum erit malum:& præcipue in acutis ęgritudinib. & tanto plus,si eius quãtitas fuerit pauca:quoniam ex sua paucitate,est sciendum, ꝙ humorem iam destruxit adustio;& quantomagis fuerit grossa,erit deterius, & quanto magis fuerit tenuis:erit minoris malitiæ. Et est quidē, quũ accidit vt vrina nigra,aut rubea [n][obscura] mingatur propter vini potionem,quod huiusmodi habet colorem, quum nullo modo natura aliquid in eo operata fuerit,& exierit secundũ suam dispositionē; sed in hoc non est timor. Et est, quum bonæ crisis significatio existit, & in acutis ægritudinibus : sicut si æger eam tenuem minxerit,& fuerit in ea suspensio in partib. diuersis, multoties enim significat[o] [sonitum capitis,] & uigilias,& surditatem, & desipientiam,& præcipue, si paulatim eam minxerit. & in longo tempore[p] † [fuerit suspensa,] & fuerit eius odor acutus, & fuerit cum febribus,quoniã tunc uehementer significabit[q] [capitis sonitum,]& desipientiam. sed quando affuerit ibi insomnietas,& surditas,& desipiētia, &[r] [sonitus capitis;] significabit sanguinis fluxum ex narib. Et est etiam, quum existit causa lapidis in rene. Rufus inquit, vrina nigra bona est in ęgritudinib. renum;[s] [& ægritudinibus lapidis,]quę ex humorib. proueniũt grossis, & est significatio mortalis in ægritudinib. acutis. dixit ēt ꝙ urina nigra est mala in ęgritudinib. renum & vesicæ; quum uehemēs ardor ibi adest. considera ergo alia signa. Vrina nigra in senibus non est bona, propter illud, qđ scis,neque uenit ĩ eis nisi ex corruptione[t] [mala.]& similiter in mulieribus urina nigra post laborem,significat spasmum. Ad summum vero vrina nigra in principio febrium est pernitiosa, & similiter in earum fine, quando non cum ea fuerit alleuiatio;neq; significauerit crisim. Vrina autem alba secundum duas intētiones est scienda:una earum est, quum ipsa est tenuis translucens : quoniam vulgus, qđ trãslucens est,album vocat: sicut uitrũ,quod est clarum,& crystallũ clarum,vocat album. Et altera est,quę pro certo est alba,cuius color est disgregatiuus visus, sicut lac & pergamenum : & ista quidē non translucet ut visus in ipsa penetret; translucentia.n. pro certo non est nisi omniũ colorum priuatio. Album igitur secundum intentionem translucentis significat frigiditatē omnino,& est auferens digestionis fiduciã: & si cũ grossitudine fuerit,significabit phlegma. Sed alba [u][pro certo] non erit nisi cum grossitudine. Et eius quidem alia est, cuius albedo est mucillaginosa, & significat multitudinem phlegmatis,& humoris crudi. Et alia est,cuius albedo est vnctuosa: & significat adipis liquefactionem. Et alia est, cuius albedo est similis[x] [†albulæ, & significat phlegmatis liquefactionē:] quæ accidit,aut accidet. Et alia est,cuius albedo similis albedini,quæ est in[y] [fungo cum tenuitate, & sanie,& significat exituras ulcerosas] in instrumentis vrinæ.& si absque sanie fuerit : erit propter superationem materię multæ crudæ non maturæ. Et est, quum est cum lapide vesicę.& est alia, quæ spermati similatur : q̃ est, quum phlegmaticorum apostematum adest crisis, & laxitas interiorum & ægritudinũ, quæ ex phlegmate accidunt uitreo. Quum verò vrina spermati similis existit,& non est secundum modum crisis,[z] [est]ꝑ apostemata phlegmatica: immò, quum in primis prouenerit : pronosticabitur apoplexiam,aut paralysim. Et quum in omnib. horis febris alba superuenerit vrina cito in quartanam cõuertetur. & plũbina quidem sine hypostasi,est ualde mala. & lactea etiam in acutis ęgritudinibus est pnitiosa. Albedo præterea urinæ in febribus acutis quocunque modo fuerit,post tincturam, quæ præcessit:significat quòd cholera rubea ad aliquod membrum declinauit, quod apostematur,aut ad fluxum uentris,& quod magis significat, est quòd declinauit ad caput. Et similiter, quum vrina[a] [rubea]est in febrib. deinde subito fit alba; significat[b] [desipientiam.]Et quum urina in sanitate perseuerauerit in colore albo,significat priuationem digestionis. Et[c] [albulæ similis] quæ lacti similatur acetoso, in febribus acutis mortē significabit aut[d] [phthisim.]Scito autem quòd possibile est, ut urina sit alba & complexio calida & cholerica,aut vrina rubea,& complexio frigida phlegmatica. Cholera enim rubea,quum declinat a uia vrinæ,& non admiscetur urinæ,remanet urina alba. Debes ergo urinam albam considerare:quoniam,si fuerit eius[e] [humor multus, &] luminosus, & ipsius sedimen multum & grossum, & eius substantia cum hoc trahit ad grossitudinem : debes scire, quòd albedo est ex frigiditate[f] [phlegmatis.] Sed quum urina non fuerit luminosa clara:neque eius sedimen multum:neque[g][peruia, &] albedo ad fuscitatem traxerit;scire debes,quod cholera rubea est occultata,

l † B. & febres nocturnæ & diurnæ.

m B. recipit.

n B. alchapi.

o B. sodam.

p † —— B.

q B. sodam.

r B. soda.

s B. & uesicæ & in ægritudinib. furiosis. Alia litera, & in ægritudinibus furiosis.

t B. magna.

u B. uera.

x B. Alia litera heali & significat phlegma & diariam.

† .i. maculę oculorum albæ.

y B. focha cum tenuitate & sanie & significat ulcera saniosa.

z B. neque.

a B. subtilis.

b B. permixtionem rationis futuram.

c B. ethicam.

d B. ethicam.

e B. color.

f B. & phlegmate.

g B. splendida neque.

e ultata,& si in ęgritudine acuta fuerit alba, & fuerint in ea significationes salutis, ex quibus non timetur phrenesis,& quæ sunt, sicut ipsū, debes scire, ꝙ cholera rubea declinauit ad aliū canalē,& ad intestina;& accidet ei constrictio. Causa verò, ob quā urina existit rubea in ęgritudinibus frigidis, est una harum rerum; aut fortitudo doloris,qui cholcram rubeam resoluit,sicut in colica accidit frigida; aut oppilatio,quæ facta fuit ex superatione phlegmatis in canali,qui est inter fel & intestina; quapropter fel ad intestina naturaliter nō descendit,sicut solebat:immò vrinæ societas est ei necessaria, cum qua egrediatur; quemadmodum accidit in colica frigida,aut propter debilitatem hepatis,& suæ uirtutis defectum; quæ inter aquositatem,& sanguinem separationem facere non valet;sicut accidit in hydropisi frigida:& in ęgritudinib.debilitatis hepatis secundum plurimū, quoniam propterea ea vrina est similis loturæ carnis recentis: aut propter constrictionem,quam oppilationes fecerunt,& mutatur color phlegmatis in venis,pp aliquam putrefactionem,quæ ei accidit,& eius quidem signū est aquositas urinæ,& eius sedimen, secundū modum,quem diximus,& eius tinctura est tinctura debilis,non luminosa.Choleræ.n.rubeæ tinctura est luminosa. Vrina quoque multoties in principio ęgritudinū erit alba, sed postea fiet nigra:& fętebit,sicut accidit in icteritia. Amplius vrina post comestionem albescit: neque sic cessat,donec digestio fieri incipiat: tūc enim incipit urina tingi. Et propter hoc urinæ uigilantium sunt albę, (& adiuuat ad hoc caloris innati resolutio) sed non luminosę; immò attinent fuscati propter priuationem digestionis. Tinctura rubea in ægritudinibus acutis melior est quā aquosa alba [h] [& eius etiam substantia] melior est quam aquosa. Sed rubea, quę est sanguinea: maioris est securitatis quā rubea cholerica. Rubea quoq; cholerica nō tāti est timoris,quum cholera quieta manet: sed si extat mobilis: magni est timoris. Amplius vrina rubea in ęgritudinibus renum est mala; quoniam secundum plurimum calidum significat apostema. Et in dolorib.capitis, desipientiam portendit. Quumque urina in ægritudinibus acutis rubere cœperit: & sic permanserit, & non inferius descensum fecerit: perditionis ægri timorē affert,& renum apostema significabit. Quod si cum rubedine fuerit turbida,& taliter permanserit: apostema in hepate & caloris innati significabit debilitatem. Amplius colorum urinæ sunt quidam compositi, ex quib. est color, qui carnis recentis loturæ assimilatur, qui etiam sanguini in aqua dissoluto similis existit:& est ex debilitate hepatis, & quandoque ēt est ex multitudine sanguinis; ueruntamen sępius existit ex debilitate hepatis, ex quacunque cōplexione superuenerit malitia vincente, quam digerendi debilitas demonstrabit, & virtutis dissolutio. quod si uirtus fortis fuerit, tunc non erit nisi ex sanguinis multitudine, & eius augmento, ultra mensuram: quam uirtus disgregatiua penitus separare non sufficit. Et ex eis est etiam color oleaginus: & est citrinitas, cui admista est† uiriditas betæ similis:& colori olei similatur propter viscositatem; quę est in ipso, & transluscentiam cum nitore adipino: & cum splendore substantiæ ad quandam spissitudinem trahit. Et in plurib. dispositionibus significat malum; aut non significat bonum: neque maturationem: neque meliorationem: sed fortasse raro materierū unctuosarum euacuationem, secundum modum crisis significat;& hoc quidem non est, nisi, quū post ipsam aduenit requies. Quæ verò ex ea est pernitiosa; est illa, cuius vnctuositas est fœtida: & proprie illa, ex qua parua mingitur quantitas. Quum verò ei aliquid miscetur, quod est simile loturæ carnis recentis; est deterior. Et hoc qdem plus contingit in hydropisi,& phthisi, & colica mala. Et est, quum oleagina post nigram sequitur urinā, quæ præcessit, & tunc quidē est significatio bona. [i] [Maius autem, quod vrina significat oleagina, est quòd] in die quarta indicat ægrum in die septima moriturum, in ægritudinibus uidelicet acutis. Ad summum verò oleagineæ urinę tres sunt species, alia enim ex ea est, quæ tota est [k] [adeps:& alia est cuius inferius est tantum adeps, & alia est cuius superius est adeps,] Ex ea etiam est, quę in suo colore tātum est oleagina; sicut est in phthisi, & proprie in sui principio: aut in sui substantia tantum: aut in eis utrisque, quemadmodum est in ęgritudinibus renum;& in perfectione phthisis, & eius fine. Et ex eis est etiam [l] [† color ex citrino & nigro compositus.] qui malus est,& perniciosus; quoniam utriusque cholerę significat adustionem. Et quandoque est color rubeus, in quo currit nigredo;& significat febres compositas;& febres, quę ex grossis fiunt [m] [superfluitatibus:] qui si clarior fuerit,& nigredo ad ipsius sumitatem declinauerit, apostema significabit lateris.

h B. Et alba ꝑpter substantiã ipsius.

† declinitã s.

i B. & multoties vrina oleagina.

k B. vnctuosa, vel pinguis, & alia est cuius inferius est tantū vnctuosum, vel pingue,& alia ē cuius superius ē vnctuosum, vel pingue.

l B. alargiuani. † carminius.

m B. humorib.

ANNOTATIONES.

De urinarum coloribus plura Gal. 1. de crisib. nec non libello de urinis. egit & Paulus lib. 2. Sed de citrino colore author noster a Gal. discrepare uidetur. enumerans citrinos colores, primo ordine palearem: secundo quem particulatim citrinum uocat: tertio flauum: quarto rufum: post citrãgularem, igneum, croceum, subiungit. At Gal. primo spiceū, quem ēt subrufum nominat. dein rufum, post flauum, quarto loco rubrum constituit. ita, ut hic author rufum flauo coloratiorem esse arbitretur, Gal. uerò dilutiorem. Cęterum utrum dixeris coloratiorem, rufum aut flauum, parui momenti eße existimo, de uoce sola contentio erit. propriè certè rufus flauo est dilutior. quamuis author noster seu eius potius interpres pro rufo flauum, & pro flauo rufum usurpauerit. Quid uerò singuli urinarum colores significent, nō est, ut ex Gal. uel ex alijs singula loca afferamus. Sed uide præsertim primo, ut diximus lib. de crisib. & libellum de urinis. Vide quæ author lib. de Coac. pręn. satis copiosè adnotauit, quæ 2. prognost. Hipp. Actuarius 1. de iudic. urinarū, Auer. 4. Coll. Auicēnas in Canticis parte prima tract. 2. & demum quæ Rasis 31. contin. scripta reliquerunt.

cap. 12. cap. 14. cap. 12. Aphor. 26. & deinceps. cap. 12. ca. 22. tex. 293. & deinceps. cap. 22. tract. 9.

De significationibus substantię urinæ, & qualitate ipsius, & claritate sui, aut turbulentia. Cap. 3.

Substantia vrinę, aut est tenuis, aut grossa, aut mediocris. Valde verò tenuis in omnib. dispositio-

spositionibus, maturationis significat priuationem: aut in uenis oppilationes: aut [a] [hepatis] debilitatem, & canalium urinæ, qui non attrahunt, nisi quod tenue est; aut attrahunt, sed extra non eijciunt: nisi quod [b] [natura subtile] existit: aut multam aquæ potationem; aut uehementis frigiditatis complexionem cum siccitate. Et in acutis quidē ęgritudinibus significat uirtutis digestiuę debilitatem, & maturationis priuationem. Et est etiam, quum reliquarum virtutum tantam significat debilitatē, ut nullo modo in aqua operentur: immo, quemadmodum ingreditur, ita labitur. Et urina quidē tenuis valde secundū hunc modum deterior est in pueris, quam in iuuenib. quoniam naturalis puerorum urina spissior est urina iuuenū: ideo quòd sunt humidiores: & ꝙ eorum corpora plus attrahunt humiditates; propterea ꝙ materia superfluens est eis necessaria causa augmenti. Si ergo eorum vrinæ in febribus acutis multum fiant tenues: iam valde elongati erunt a sua naturali dispositione. Et si hæc in eis perseuerauerit: non significabit nisi perditionem: quoniam, quum perdurat: significat perditionem, nisi bona sint adiūcta signa, & virtutis stabilitas: tunc enim exituram significat, quę accidet: & propriè inferius sub parte hepatis. Et similiter, si hęc in sanis permanserit, [c] [& se non conuerterit ab eis;] significabit apostema quod accidet illic, vbi dolorem sentiunt. & secundū plurimum accidet eis, ut cum hoc in† lumbis, & in renibus dolorē sentiant. & significat aptitudinem ad apostema. Quòd si dolor & grauitas uni membro, proprie non fuerit; imò sint communes: significabit† pustulas & variolas, & apostemata, quæ corpori erunt cōmunia. Tenuitas quoque vrinæ in crisi sine ordine, recidiuationem pronosticatur. Vrina autē multū [d] [spissa] secundum plurimum significat maturationis priuationem: & secundum minus, humorum grossæ substantię maturationem. Erit ergo in statu humorosarum febrium, & in apertione apostematum. Et plurimum quidem qđ in acutis significat ægritudinibus, est malum. Veruntamen tenuitatis durabilitas plus significat malum. Spissitudo nanque quandam significat digestionem, quæ quidem substantię confert, in eo ꝙ digestionē significat. & quod uirtus expellendi habet potentiam, est id, in quo fiducia habetur. & inquantum materiei significat corruptionem, & eius multitudinem, & maturationis prohibitionē separantis, ad fundum descendentis, significat malum. Quid aūt sit illud, quod inter duas res superātius est, cognoscitur ex eo, quod post eam aduenit ex requie: aut succedit ex debilitatis augmento. Et vrinarū quidē spissarum in febrib. sanior existit illa, de qua multum subitò euacuatur. Illa verò, quæ paulatim euacuatur: multorū humorum est significatiua, & debilitatis uirtutis: & post illam quidem, quæ vtilitatem affert, sequitur mediocris vrina simul cum requie. Quum autem tenuis urina in acutis ægritudinibus ad spissitudinem conuertitur, postquam non aduenit requies, significat liquefactionem. Quūque in sano vrina pseuerauerit spissa, & in parte capitis dolorē senserit, & conquassationē; indicabit ei febrem. Est tamen, quū hoc est ex superflua expulsione, aut apertione, aut ulcerib. in partibus viarum vrinæ. Nō autem subtilitas & spissitudo vtręq; maturationis significāt priuationem: nisi quia maturationem, substantiæ comitatur mediocritas. Spissæ ergo maturatio est, vt digerendo ad tenuitatem mutetur. Et tenuis maturatio est: vt coquendo mutetur ad spissitudinem. Amplius vrina spissa, (quemadmodum prius diximus) quandoque est clara translucens: quandoque est turbida: ueruntamen inter spissam translucentem, & tenuē existit differentia: quoniam spissa trāslucens quū inundatur motu: nō fiunt partes ipsius inundatę multū paruę: immò magnę in ea accidūt: vnde & eius motus sunt tardi, & quū spumat, fit spuma multarum ampullarum: & ipsius ampullæ non cito rumpuntur. & quæ quidē huiusmodi existit, ex phlegmate generatur bene digesto: aut cholera vitellina, si est in ea tinctura ad citrinitatem trahens. & si tinctura nō est in ea, significat phlegmatis vitrei resolutionē, & hoc quidem in epilepticorum vrinis multū existit. In tenui autem, in qua multa existit tinctura; scitur tincturam non esse propter digestionem. [e] [alioquin digestio in primis nō magis operatur substantiā, quam coloris pmistionem: propria nanq; digestionis operatio] est substantiam efficere, deinde ipsam tingere. & digestio quidē in substantia melior est quam in colore. & pp hoc, quum vrina tenuis citrina. s. in acuta ægritudine perseuerat, significat malum, & ꝙ uirtus digestiua est sopita. Quum autem vrinam videris tenuem: in cuius partib. rubedinis & citrinitatis fuerit diuersitas, laborē cognosces inflammātem. & si tenuis fuerit, fuerintq; in ea res, quæ sunt sicut fursures: ęgritudine in vesica nō existente: signum erit hoc esse pp phlegmatis adustionem. Spissa aūt vrina in febrib. acutis ad summum multos significat humores: & fortasse significat liquefactionē. Et ipsa quidem est, quæ quum vna permanet hora: cōgelatur, & inspissatur. Ad vltimum verò turbulentia urinæ est propter terreitatem cum ventositate, quæ aquositati admiscetur. ex istis nanque, quum admiscentur, prouenit turbulentia, & ex ipsorum ab inuicem separatione, prouenit claritas.[2] Amplius tres debet attendere dispōnes. Est nanque, quū tenuis mingitur, & deinde inspissatur, quæ significat, ꝙ natura laborat in maturando, sed nondū materia ei vndique obediuit, & est [f] [patiens.] et fortasse est quum mēbrorum significat liquefactionē. Aut mingitur spissa, & postea clarificatur, & separatur ab ea grossum subtus stans: & significat ꝙ natura iam superauit materiā, & ipsam maturauit. & quanto maior fuerit claritas, & maior descensus inferius, & citius. magis significabit maturationem. Aut est dispositio media inter primam & alterā, ex qua, quum perdurauerit, & natura fuerit fortis, & virtus fixa: scietur, ꝙ non ad maturationē perueniet integram. Si vero virtus fixa nō fuerit; timendum erit, ne perditio præueniat maturationem. Quum autem perdurauerit, & timorosa significatio non affuerit, significabit capitis dolorem: quoniam significabit ebullitionē, & vento-

a B. renum.

b B. subtile inobediens expulsioni.

c B. non alteratur uel non uariatur in eis.

† alchatin.

† bothor.

d B. grossa.

e B. sed ex permixtione cholerae cum ea. Et si non, tunc digestio in primis fecisset substantiam in ea, quoniam prima digestionis operatio.

f B. recipiēs impressionem.

ventositates vaporosas. Illa verò, quæ ex tenuitate ad turbulentiam peruenit, & sic procedit: melior est ea, quæ in turbulentia permanet secundum plurimas horas. Vrina quoque multoties fit spissa: & est hoc propter casum virtutis, & non propter naturæ expulsionem. Sed vrina, quę aquosa mingitur, & aquosa remanet: signũ est priuationis maturationis penitus. Et vrina spissa laudabilior est, quæ ad exeundum est facilis: & multæ separationis simul. Ex huiusmodi nanque sanatur paralysis, & quod est ei simile. Quum vrina grossa mingitur, & deinde procedendo secundum ordinem attenuatur: si multa est: conueniens existit. [g] [Et quum ipsa post spissam & turbidam, aut spissam & paucam sequitur: est signum bonum. Et hoc quidem est, quum spissa quę turbulenta est, aperitur: quæ mingitur] paulatim, & subito inde multa facile mingitur vrina: cum hac enim multoties resoluitur ęgritudo, siue ipsa sit vna febrium acutarum, siue sit vna aliarum ęgritudinum ex repletione prouenientium: siue sit repletio, ex qua nõdum manifesta accidit ægritudo. Et istæ quidem vrinæ modus est [h] [extraneus.] Quando cũ vrina naturalis coloris superflua est spissitudo: plerunq; significat bonitatem expulsionis multarum materierum, cui exeundi associatur facilitas: & plerunque significat perditionem, propterea ꝙ humorum significat multitudinem & virtutis debilitatem: & hoc quidem demõstrat egrediẽdi difficultas, & paucitas eius, quod egreditur. Vrina quidem spissa bona est, quę est crisis ęgritudinis splenis, & febriũ permistarum, in qua nõ expectatur ęqualitas: quoniam natura in expellendo [i] [impeditur.] Vrina ad vltimum turbulẽta significat humorum multitudinem, & naturã ab eis occupatam in maturando eos. Vrina spissa, in qua sedimẽ existit [k] [arenosum,] significat lapidem. Vrina spissa, quæ apostematum significat apertionem: cognoscitur ex eo, quod ei admiscetur: & ex eo, quod præcessit: ex eo enim quod admiscetur, sicut pure, qđ malus odor demonstrat: & exeuntibus, quæ cum ea separantur, sicut † petala alba, & rubea, aut sicut furfur, aut alia ab istis, ex eis, per quæ cognoscitur, ex eo autem ꝙ pręcessit, quoniam ibi prius fuit significatio apostematis, aut viceris in vesica, aut rene, aut hepate, aut in partibus pectoris, & significat hoc apostematis apertionem; & si ante ipsam vrina fuit similis loturæ carnis recẽtis, quod est ex gibbositate hepatis. Et si egestio [l] [talis fuit apostematis, ꝙ est] in eius concauitate: & si anhelitus coangustatio præcessit, & tussis sicca, & dolor in membris pectoris pungitiuus: tunc quod apostema apertum est, est lateris: & exiuit a parte arteriæ maioris: & si in pure illo est maturatio: conueniẽs est. & est, quum sanus [m] [euacuatus,] qui exercitium relinquit: mingit vrinam, sicut pus, & virus tenue; quo ipsius purgatur corpus, & eius aufertur lassitas, quam exercitij dimissione consequutus est. Et est etiam quum in hepate, aut in eo, quod est corã ipso, fiunt oppilationes: & plerunque contingit, vt earum apertione sit vrina spissa, propterea ꝙ earum egreditur materia. Et hæc talis spissitudo non est pus. Sed in ipsa, quę est post apostematis apertionem, est

g B. Et quãdoque grossa turbida plurima sequẽs ad grossã paucã est significatio bona, & hoc quidẽ quũ erumpitur, seu aperitur grossa turbida, quæ mingebatur.

h B. raro eueniens.

i B. operatũr, seu conatur.

k B. oleagineũ.

† squamma.

l B. similiter fuerit tunc apostema erit.

m B. ociose uiuens.

pus. & quum hæc vrina fuerit cũ spissitudine; & ad nigredinem traxerit: & cum ea fuerit in latere sinistro dolor, erit tunc ex parte splenis. Et secundum hanc considerationem, si supra [n] [femur] fuerit, aut in summitate ventris: erit, tunc ex parte stomachi. Hoc tamẽ sæpius est ex parte hepatis, & canalium vrinæ. Vrina turbulẽta multoties significat casum virtutis. Quũq; virtus ceciderit; frigiditas superabit, quæ erit sicut illa, quæ exterius infrigidat. Vrina turbulenta, quę malo vino similatur, aut aquæ ciceris; est vrina pregnantium, aut habentium apostemata calida lõgi temporis in interioribus. Vrina, quę vrinis asinorum, aut animalium assimilatur, & est quasi [o] [† confectio multum turbida propterea ꝙ est multum turbida] corruptionem humorum corporis significat: quod tamẽ magis significat: est phlegma crudũ: in quo aliqua caliditas operata fuit; & ipsum cum grossa ventositate ebullire fecit; & propter hoc plerunque significat capitis dolorem [p] [venturum, aut † fluxionem a capite ad asperam arteriam. &] quum perseuerat significat lethargiam. Vrina, quæ colori alicuius membri similatur, quum perdurat: ęgritudinem in illo membro significat. Et quidam dixerunt, ꝙ quum in inferiori parte vrinæ fuerit aliquid, quod [q] [pulueri] sit simile aut fumo: prolongabitur ægritudo: & si in tota perdurat ægritudine, pronosticatur mortem, aut phlegma crudũ, quod a pure discernitur fœtore. Vrina habens partes diuersas significat, ꝙ quãto plus partes in ipsa fuerint maiores, tanto plus naturę operatio est studiosior: & natura plus potens. & pori plus aperti. Vrina, in qua videntur quasi fila ad inuicem mista, significat, quòd fuit micta postquam coitus fuit completus.

n B. vmbilicũ.

o B. metelachlach propter vehementiã commotionis & ebullitionis. † mulachach.

p B. existẽtem; aut almethal, & quandoque. † alabachal.

q B. nebulæ.

ANNOTATIONES.

1 *De substantia, tenuitate, scilicet & crassitudine, quas & modos substantiæ Gal. quandoque nuncupat, plura in Coacis prænot. Multa & 2. prognost. & 4. aph. habentur. Galenus plura tùm in commentarijs, quæ in citatos Hipp. libros edidit. tum etiam primo de crisib. & libello de vrinis. & ex eo Paulus lib. 2. collegit. Author quoque noster lib. Cantic. parte prima tract. 2. breuissimis verbis hanc rem est complexus, quod & Auer. 4. Coll. & Actuarius lib. 1. de iudic. vrinarum. Sed fusius vide Rasim 31. Cont. quem ferè hic author in omnibus æmulatur.*

Aph 30. ad 34. Aphor. 69. 70. 72 74. cap. 12. cap. 2. 3. & deinceps. cap. 14. tex. 299. cap. 23. cap. . tract. 9.

2 *Amplius tres debes &c. Tres hoc loco turbulentæ vrinę differentias recenset: nempe aut tenues vrinæ minguntur, post modum conturbantur & craßescunt, aut primum turbidæ excernuntur, postea tenues euadũt, aut craßæ minguntur, et crassæ remanent. priores significare ait, naturam laborare quidem in concoquendo, sed materiam illi nõdum obtemperare: secundam indicare notat naturam superasse iam, & morbosam materiam concoxiße: foreq; tanto citius absolutam concoctionem, quanto ea citius pura euaserit. ex tertia verò si virium vnà robur aderit, ostendi ait maturam prope futuram coctionem: (intereà verò dolores capitis significat, si verò imbecilles sunt uires; in ambiguo eße ne coctionẽ mors ipsa anteuertat. Quare & illud subdit, vrinas, quæ tenues excretæ crassiores fiunt, ijs quę craßæ emictæ turbulentæ itidem perstant, minus esse insalubres. hæc Auicennæ sententia est, ut nos colligimus. Cæterum aduersus huius placitum Galeni esse authoritas uidetur. Qui*

1. de

1. de criſib. de iiſdem turbulentę vrinæ differentijs agens, eam quæ craſſa excernitur, ſed pura poſtea euadit, id prognoſticari ait, naturam propè coctionem eſſe aggreſſuram, quæ contra tenuis excreta craſſeſcit, nondum inceptam eſſe coctionem indicare. at in ea, quæ medio loco eſt, craſſa uidelicet mingitur, & craſſa remanet; uigere ait in ſanguine agitationem, proptereaq́; ſecundum id urinæ genus, quæ pura excernitur, ſed poſtea conturbatur, media illa eſſe deterius, quæ & craſſa mingitur, & craſſa remanet. Sanè, quod ad hanc controuerſiam facit: ſi horum authorum uerba diligentius perpendamus: non multum fortaſſe diſcrepant. Galenus id animaduertens, ut morbus ſuperetur, oportere morboſam materiam antea concoqui; tantumq́; ipſum morbum prorogari, quanto ſerius pugnam natura aggreſſa fuerit; deteriorem eam, quę ex pura craſſa euaſit, minus uerò exitialem alteram exiſtimat; quaſi in illa nōdum pugnari ſit cœptum, neque adhuc illud conſtet, an auſura ſit natura hanc pugnā aggredi, uel detrectet potius ob morbi magnitudinē prauitatemq́; : in altera uerò cœpiſſe iā pugnam ſignificetur; neq; perterritam naturā eſſe, quominus morboſis cauſis reluctetur. At author noſter, & ſi magis, quę media eſt, exitialē eſſe ait; non de omni tamen hac uerba facit. quin, ſi cum uirium ſit robore, nunc, id eſt ſtatim maturationē ait fore. (legendum enim affirmatiue arbitramur, ut antiqui codices plures [quòd nunc ad maturationem perueniet] non autem negatiuè, ut alij quidem uulgati [quòd non ad maturationem:] at ſi uirium imbecillitas aderit; ueretur ne mors antea adueniat, quàm coqui materia cœperit. Exponit ergo ac limitat potius Galen. ſententiam Auicennæ, quàm diſſentiat: quando Gal. de craſſa ea urina agens, quę talis excreta talis etiam perſtat: ualidas eſſe uires, et naturę auſum contra morbum ſupponit. Verùm, quando hic de turbulentis urinis agitur, nō uidetur ſilentio inuoluendum, quęnam urinarum turbulētię ſit cauſa. cur uidelicet urinæ antea tenues excretæ, poſtea craſſæ fiant. Sanè Actuarius lib. .de diff. urin. problema hoc tractat, atque non ex ambientis aeris frigiditate (ut alij exiſtimabant) uerum ex innati ipſius caloris imbecillitate id fieri contendit. quem cæteri ferè medici ſequuti ſunt. At uerò ſi ita res habet, (vt ratione interim vtar, qua Franciſcus Modegnanus Laudenſis ciuis noſter, maximus noſtra tempeſtate philoſophus ac medicus, uti ſolet) cur nunquam calido in loco vrinę perturbantur, craſſeſcuntq́? Indicium hoc eſt non mediocre, ex aeris frigiditate urinas turbari, quòd non niſi frigido loco craſſeſcant: quamuis neq; id abſque innati caloris imbecillitate euenire fateamur: quod magnus uir Actuarius arbitratur.

cap. 10.

De ſignificationibus odoris urinæ. Cap. 4.

DIxerunt quidam ſe nunquam vidiſſe ęgrū, cuius vrinæ odor ſit ſicut odor vrinę ſani. Et nos quidem dicemus, quòd quum vrina nullo modo odorem habet: complexionis frigiditatem ſignificat: & ſuperfluam cruditatem. Et plerunque etiam ſignificat in acutis ægritudinibus mortem naturæ. Quum autem odorem habuerit fœtidum, & maturationis ſignificationes in ea fuerint: erit ipſius cauſa ſcabies, aut vlcera in inſtrumētis vrinæ, quę ſuis cognoſcuntur ſignis. Quòd ſi maturatio non affuerit; poſſibile erit, vt ſit ex hoc; & poſſibile eſt, vt ſit ex putrefactione. Quumq́ue hæc in febribus fuerit acutis, & non fuerit cauſa membrorum vrinæ: erit ſignum malum, & quum ad acredinē traxerit: ſignificabit putrefactionem, quæ eſt in humoribus frigidam habentibus ſubſtantiam, quos calor ſuperauit extraneus: ſed ſi ægritudo fuerit acuta: erit ſignum mortis, & ſignificabit mortem caloris naturalis, & dominium frigiditatis in natura cum calore extraneo. Odor verò, qui ad dulcedinem trahit ſanguinis ſignificat dominium, & quæ multum eſt fœtida, eſt cholerica. Et fœtida ad acredinem trahens, eſt melancholica. Quumq́ue vrina fœtidi odoris in ſanis perſeuerauerit, ſignificabit febres, quæ ex putrefactione accidūt, aut [a] [minorationē] putrefactionis, quæ in ipſis eſt retenta. Et hoc quidem demonſtrabit, ſi illico alleuiationē habuerit. In acutis ægritudinibus, quum fœtor vrinam comitabitur, & poſtea ab ea remouebitur, fueritq́ue ablatio hæc ſubito, & poſt ipſam non ſubſequuta fuerit requies; ſignificatio erit caſus virtutis.

a B. expulſionē.

ANNOTATIONES.

Sicuti odoris priuatio in vino frigiditatem ſequitur, vt Gal. 3. de rat. vict. in ac. ait: ita & in vrinis, & omnib. præſertim humoribus, ſummæ frigiditatis indicium videtur. eſt enim & ſaporum, & odorum motor, & artifex calor: et hi frigiditate & congelatione hebetantur, vt Ariſt. lib. de ſenſ. & ſenſ. ſcriptum reliquit. Ita & ſi moderato odore vrina conſtiterit, temperatum calorem ſignificabit; immoderatum verò, ac putridum, non naturalemq́; , vbi fętidus fuerit, ſiue putredo illa in toto corpore, vt in exitialibus, & peſtilentibus morbis, ac febribus, vt 2. prognoſt. ſiue in parte quapiam extiterit, vt in veſica ac renibus, de qua re Hipp. 4. aph. Solent tamen & in ſecundum naturam ſe habentibus corporibus fetidæ excerni quandoque vrinæ, vt ijs qui calido & humido ſunt temperamento, quod Gal. 8. meth. adnotauit. & in ægrotis etiamnum ſuaui odore prędite aliquando vrinæ ſunt, vt ijs qui terebinthum, ſilphium, moſcum vel odoratum aliud quidpiam aſſumpſerit. Vide quæ Gal. lib. de vrinis ſcripſit.

com. 10. cap. 5. Aphor. 32. Aph. 81. cap. 7. cap. 36.

De ſignificationibus vrinæ ex ſpuma aſſumptis. Cap. 5.

SPuma accidit ex humiditate & ventoſitate proiecta in vrinale cum proiectione vrinæ. Ventoſitas verò cum vrina egrediēs auxilium proculdubio præbet in ſubſtantia vrinæ: & pręcipuè, quum ventoſitas in [a] [corpore] ſuperauerit, quemadmodum in vrina accidit [b] [oppilationes] habentium, in qua multæ ſunt ampullę. & ſpuma quidem quandoque cum ſuo ſignificat colore, ſicut ſignificat ſua nigredine, & rufedine in icteritia. & eſt quum paruitate ſui, & magnitudine ſignificat; quoniam ipſius magnitudo ſignificat viſcoſitatem. Sui verò multitudine & paucitate: quoniam ipſius multitudo ſignificat viſcoſitatem, & multam ventoſitatem. Et ipſa quidem ſignificat per rupturā ſuarum ampullarum cito factā aut tardè, quoniam ruptura ampullarum tarda ſignificat viſcoſitatem. Et paruæ quidem ampullæ remanentes in ægritudinibus renum [c] [ſignificant ventoſitates, & viſcoſitatem.] Ad ſummum verò humor viſcoſus in ęgritudinibus renum eſt malus; & ſignificat humores malos & frigiditatem. Et illud ſignificant [d] [granula, quę] nominauimus.

a B. aqua ſeu in nrina.
b B. tetanium.
c B. ſignificant longitudinē ægritudinis pp ſignificatione earum ſuper ventoſitatem & viſcoſitatem.
d B. ampullæ paruæ quæ.

ANNO-

ANNOTATIONES.

Com.43. *Spumæ generatio, vt Gal. 2. aph. notat, ex spirituosæ & humidę substantię mistione conficitur. & effectrix eius causa est, & motus violentus & calor. Quid hæc in* aph.34. *vrinis significet Hipp. 7. aph. & Gal. ibidem explicauit.* cap.18. cap.14. *Sed Actuarius fusius lib. 1. de diff. urin. 1. de iudicijs vrin.* cap.3. cap.16. *2. de causis urin. & 1. de prouidentijs ex urinis totum hoc negocium est prosequutus.*

De significationibus specierum hypostasis. Cap. 6.

IN primis dicemus, quòd medicorum conuenientia in usu nominis hypostasis, & sediminis iam recessit a via cognita. Dicunt enim hypostasim, aut sedimen, non illud tantū, quod inferius descendit, sed omnem substantiā, quæ spissioris existit essentiæ quàm aquositas, & est ab ea diuisa; siue sit suspensa, siue sit supra. Dicemus igitur, quòd hypostasis multis cognoscitur modis scilicet ex substantia sui, & quantitate, & qualitate, & situ suarum partium, & loco sui, & tempore, & qualitate suæ permistionis. Significatio uerò eius ex substantia sui, est quoniam hypostasis, aut erit naturalis, laudabilis, demonstrans digestionem, & maturationem naturalem, & hæc erit alba, & descendens inferius, & eius partes continuæ, & similes, & æquales; & oportebit, vt sit rotundam habens figuram,[a] † [ ] æqualis, subtilis, similis hypostasi aquæ rosaceæ. & proportio suæ significationis super maturationem materiæ in toto corpore; est sicut proportio significationis materiæ puris, albi, læuis, similis essentiæ, super maturationē apostematis. Sed pus est spissum, & hoc est subtile. Et hypostasis quidem, & sediminis significationes sunt bonę; licèt tinctura deficiat & æqualitas. Verum æqualitas apud antiquos[b] [melior est tinctura.] Æqualis nanque, quæ non tantum est alba, sed rubea; est melior alba; quæ est aspera. Amplius plurimæ hypostases secundum colorem vrinæ existunt: sed ex eis, quæ diuersificantur; alba est melior, post illam rubea, & post ipsam citrina, & post eam illa, quæ est vt arsenicum, & malitia quidem a † lentinosa incipit. Tu autem non attendas illud, quod alij dicunt; nam albedo erit quandoque non propter maturationem, & æqualitas non est nisi propter maturationem, & de albedine est, quę est propter vehementem ventositatis commistionem. Malæ autem hypostasis incontinuitas melior est quàm ipsius continuitas. Et hypostasis quidem mala est, quam è vicino scies. Bona autem hypostasis, de qua loquimur, puri assimilatur & phlegmati crudo, quum tenuia fuerint. Veruntamen pus ab ea differt per fœtorem. Et phlegma crudum separatur ab ea conculcatione suarum partium. & ipsa ab vtrisque differt subtilitate, &[c] [lenitate.] Et hæc quidem hypostasis non quæritur; nisi in ægritudinibus: quoniam in sanitate nō requiritur, & illud est; quoniam non dubitatur, quin in corpore ægri malæ retentę sint materiæ in venis ipsius, quę nisi maturentur, portendunt corruptionem. In venis autē sani non semper oportet esse humorem, qui sit excutiendus: sed si est, melius est quòd hoc significent ex eis superfluitates, quæ in eis superfluunt ex cibo a digestione priuatæ: deinde superfluit superfluitas, quę in vrina fit hypostasis, siue matura, siue non matura. Et in macilentis quidem est sedimen paucum, quod descendit secundum sanitatis dispositionem, & propriè, qui exercitio vtuntur, & artibus se exercent laboriosis, & nō multiplicatur huiusmodi hypostasis, nisi in corporibus pinguium, ociosè uiuentium. Et propter hoc etiam in vrinis ægrorum macrorum non est expectanda hypostasis tantum, quātum in vrinis ægrorum pinguium: quoniam eorū ægritudo multoties recedit ita, quòd nihil descendit, & multoties hypostasis in eorum vrinis non peruenit ad hoc, vt descendat; sed tamen plerunq; est modicum eius in eis natans, aut pendens, & in multis quidem[d] [vrinis hypostasis illico quum mingitur, descendit; nisi in eis, quę valde maturæ sunt;] immò eis parum expectandum est.[e] [Et plures ex hypostasis coloribus sunt secūdum plurimum secundum colorem vrinæ: sed melior ex eis, quæ diuersificantur; est alba; post quam est rubea: deinde citrina.] Non naturalis verò hypostasis alia est similis rasuræ intestinorum corticalis, quæ est furfurea, aut[f] [herbina, aut similaginea,] aut aut similis arsenico rubeo, aut ei quod est valde citrinum, alia est carnosa: alia est adipina, & alia est saniosa, & alia est mucillaginosa; & alia est, quę est similis frustulis fermenti in aqua[g] [soluti,] & alia est sanguinea sanguisugalis: alia est capillaris, & alia arenalis[h] [granosa,] & alia est cineritia. Similis verò rasuræ intestinorum corticalis, alia est petaloides magnarū partium rubearum, aut albarum, quæ significat secundum plurimum, quòd separatę fuerunt ex membris, quę sunt propinqua membris a quib. diuiduntur vrinę, & albę significant, quòd sunt ex uesica propter vlcera, quę sunt in ea, aut scabiē, aut corrosionem. Rubeæ autē carnosæ significant, ꝙ sunt ex rene. Et ex petaloidibus quidem sunt, quæ sunt coloris fusci & obscuri, aut squammis piscium similes, & hęc est vehementer mala, & omnibus speciebus hypostasis, quas nominauimus, deterior, & significat † [petalorum membrorum radicalium rasuram: verùm duo prima ipsius genera nullo modo impediunt; immo plerūque vesicam mundando sanant, & dixerunt quidam cuidā homini se in potu tribuisse cantharides, qui cortices albos quasi[i] [venosos] minxit; qui, quum in aquositate fricabantur, resoluebantur, & tingebantur tinctura rubea: qui factus est sanus, & uixit. Et ex ea quidem, quę est sicut rasura intestinorum, est quędam, quę est minoris latitudinis, quam duę prędictæ, & spissioris substantiæ: quæ si rubea fuerit, vocatur † herbina, & si rubea non fuerit, vocatur furfurea. Et † herbinę quidem, si fuerint rubeæ partes, plerūque sunt partes hepatis adustæ, & plerūque est sanguis in eo adustus, & plerunque est etiam ex rene: sed quæ est ex rene, est maioris cūtinuitatis, carnosa; aliæ verò duæ plus similantur ei, quæ non est carnosa, & fracturas est magis recipiens, & quum uehementer trahit ad citrinitatem, est ex rene proculdubio; quoniam illa, quę est ex hepate, ad rubedinem trahit fuscam, & quādoque[k] [associatur] ei

a † B. lenis.

b B. magis est significatiua digestionis.

†.i. ea quæ colorem habet lentium.

c B. lenitate.

d B. vrinis, & nō qualibet vrina illico, quum mingitur residet, neque etiam vrina valde digesta.

c † —— B.

f B. orobina, aut desilli.

g B. infusi.

h B. lapidosa.

† squāmarum.

i B. garichi.

† orobina.

† orobinæ.

k B. communicat.

ei in hoc illa, quę est ex rene. Furfurea verò hypostasis quandoque est ex scabie vesicę: & quandoque est ex liquefactione membrorum. Et differentia inter eas est, quòd quum illic in radice [l] [membri] fuerit pruritus, & fœtor; erit ex vesica, & propriè quum pus prius mictum fuerit, & præcipuè, quū aliæ significationes vrinę demonstrauerint maturationem: & fuerint venæ superiores sanæ complexionis, & non fuerit in eis macula, immò in vesica. Sed, si cum inflammatione fuerit, & virtutis debilitate, & mēbrorum mingendi incolumitate; & color fuscitati attinuerit, erit tunc ex liquefactione humoris. [m] [Et crimnoides verò] secundum plurimum ex adustione sanguinis, quę ad rubedinē trahit, & multoties est ex liquefactione membrorum; & eorum rasura: si albedini attinet. Et quandoque etiam est ex vesica scabiosa secundum minus. Et tibi quidem possibile est, vt modum differentiæ inter eas intelligas per illud, quod iam sciuisti. Si autem nigredini attinet; est ex sanguinis adustione, & propriè in splene. Omnes pręterea petaloides hypostases, quę nō sunt ex causa, quæ sit in vesica, & rene, & canalibus vrinę: in ęgritudinibus acutis malum portendunt pernitiosum. Et tu quidem iam sciuisti ex hac summa carnosæ dispositionem, & ꝙ plurimum eius est ex rene, & quandoque ipsa non est ex rene. Nam ex rene nō est, nisi quum caro est sanę carnositatis, & nō est in corpore liquefactio. Et vrina quidem [n] [matura] venarū significat sanitatem: quoniam renum ægritudines [o] [maturationem] non prohibent vrinę, quia ipsa supra ipsos existit. Hypostasis verò adipina, adipis, & pinguedinis, & etiam carnis significat liquefactionē, & earum peior est, quæ auri aquę similatur. Duo autem ipsius principia cognoscuntur ex paucitate, & multitudine, & commistione, & separatione: quoniam, quū est multa & separata, existimatur quòd sit ex parte renis, & propter liquefactionem suę adipis, & si est minus, & maioris commistionis, est ex loco magis remoto. Et est, quum in vrina frustum album granati grano simile visum fuerit: & erit ex adipe renis. Saniosa verò vlcus significat, quod apertum fuit, & propriè ī membro mingendi; & pręcipuè si ibi fuerit sedimen laudatum ad fundum descendens. Et mucillaginosa quidem significat humorem [p] [spissum] crudum, aut quòd est in corpore multus, aut ex instrumentis vrinę ęgrediens, aut crisim apertionis venę sciaticę, aut doloris juncturarum. Et hoc quidem cognoscitur ex alleuiatione, quæ post ipsam sequitur. Plerunque enim subtiliatur & attenuatur, & putatur hypostasis laudabilis. Quapropter in acutis ægritudinibus nō est confidendum in eo, quod apparet secundum similitudinem laudabilis hypostasis: quum nōdum fuerit maturationis hora, nec pręsentes fuerint eius significationes. Et etiam est, quum uehemētem complexionis renis frigiditatem significant. Inter saniosam verò & crudam existit differentia: quoniam saniosa existit cum fætore, & præcedunt ipsam significationes apostematis, & eius partes faciles sunt ad coniungendum, & separandum, & quędam ex ea est, quæ cum aquositate uehementer miscetur, & quædam ex ea, quæ separatur: sed cruda, est & turbida & spissa: & non facilè coniungitur, nec facile separatur & vrina quidem, in qua plurima mucillaginosa hypostasis apparet, quando est exuberans, quum in fine podagræ apparet, & dolorum arthreticorum; significat bonum.

l B. virgæ.

m B. Similis verò frustulis sauich paruis. Et similis frustulis magnis frumenti fracti.

n B. digesta.

o B. digestionē.

p B. grossum.

Capillaris autem est, propterea quòd humor [q] [occultus consolidatur] ex calore in ipsum agēte; quę quandoque est alba, quandoque est rubea, & eius [r] [consolidatio] est in rene. Et ferunt quidam, quòd in eius longitudine plerunque palmi mensura inuenitur. Quæ autem fermenti infusi frustulis similis existit: debilitatem significat stomachi, & intestinorum, & digerendi malitiam in ipsis: & est plerunque causa eius comedere lac & caseum. Arenosa uerò semper significat lapidem, [s] [qui consolidatur: aut consolidando procedit:] aut qui resoluitur. Et, quę quidem ex eis rubea est, est ex rene. Et quando non est rubea, est ex uesica. Plurimum aūt, quæ cineritia est, phlegma significat, aut pus, cui propter longam moram accidit coloris mutatio, & sectio partium, & est quādoque propter adustionem, quæ ei accidit. Sanguisugalis uerò hypostasis, si uehementer est mista: hepatis debilitatem significat, & si minus hac: significat vulnus in canalibus urinæ, & continuitatis solutionem in ipsis. Et si fuerit separata: plurimum eius erit in uesica, & in uirga. Et nos quidē perscrutabimur hoc in particularibus ægritudinibus, in capitulo de mictu sanguinis. Et si in vrina fuerint sicut sanguisugæ rubeę, infirmo splenem habente: resoluetur splen ipsius. Scito autē quòd in ægritudinibus uesicæ nō multus egreditur sanguis, quoniam eius uenæ mistæ sunt in ipsius corpore calcatæ, & angustæ, & paucæ. Hypostasis uerò significatio ex quantitate ipsius sumpta, multitudine quidem sui, & paucitate declarat causæ ipsam efficientis multitudinem, aut eius paucitatem; & ex quantitate quidem sui in magnitudine, aut paruitate sui est, quemadmodum diximus, [t] [in hypostasi mucillaginosa.] Eius autem significatio ex qualitate sui, est ex colore quidem ipsius: quoniā quæ ex ea nigra est, significat malum secundum diuisiones, quas nominauimus. Quæ tamen ex ea sanior est: est illa, cuius hypostasis est nigra, & aquositas non est nigra. Et rubea quidem [u] [sanguinis significat proprietatem, & fastidiū.] Et citrina quidem significat calorem fortem, & ęgritudinem insidiosam. & ex ea quidem, quæ alba est, quædam est bona sicut diximus, & quædam est mala, sicut mucillaginosa, aut saniosa, aut spumosa maturationi contraria. Viridis quoque semita est ad nigram. Ex odore uerò eius est, queādmodum diximus in ijs, quę præmissa sunt. Ex ipsius verò situ, & ex lenitate quidem sui, & diuulsione, quoniā lenitas & ęqualitas in hypostasi laudata est melior, & in nō laudata est deterior. sed diuulsio significat ventositates, & digerendi debilitatem. eius autē significatio ex loco sui est: quoniam aut est natans, & vocatur nubes: aut pendens, & hęc quidem est in medio stans, quæ est maioris maturationis, quam prima. & ex pendente illa est melior, cuius rugę & fimbriæ ad inferiora declinant: aut ad fundum descendēs, quę est melioris maturationis.

q B. in longum protensus coagulatur.

r B. coagulatio.

s B. coagulatū, aut qui est in coagulari.

t B. Alia litera. in hypostasi corticali, seu simili rasuræ intestinorum.

u B. significat sanguineitatem & altochime.

rationis. hoc quidem est de hypostasi laudata. Non laudata uerò quę leuior est; melior existit; sicut nigra, & hoc ī febribus acutis. & similiter si humor est phlegmaticus, aut melancholicus: quoniā ea quæ est, ut nubes; melior est ea, quæ inferius descendit: significat enim eius subtilitatem; nisi cum causa natationis fuerit multa uentositas: & si, non fuerit ita natans; est melior quàm pendens, & inferius descendens est deterior. Et causa quidem natandi superius est caliditas,[x] [cum qua est cuitas, &] uentositas. Hypostasis autem diuulsa in grossa, superius natat, & propriè quum sit leuis, & in tenui descendit inferius, & propriè, quum sit grauis. Quumque in principio ęgritudinis apparet pendens, & natans postea perseuerat; significat, quòd crisis cū exitura ueniet. Macilentorum verò ęgritudo plerunque remouetur sedimine bono natante, aut pendente, quemadmodum diximus in pręcedentibus.[y] [Et quum inter nephelim, & enęorema, & hypostasin fuerit aliquid simile telæ araneæ, aut densitas:] erit signum malum. Et multoties quidem natans sedimen non bonum apparet; ex quo prouenit terror. sed istud erit principium maturationis, & permutatio ad bonitatem: postea pendebit: deinde descendet, & erit signum non malum. Quòd si post ipsum malæ prouenerint hypostases; timor, quem ī primis habebamus, fiet necessarius. Significatio verò hypostasis ex suo tempore est; quoniam si velociter postquam mingitur, descendit, est significatio bona [z] [secundum maturitatem.] Et quū tardè descendit; est significatio priuationis maturationis, secundum quantitatem suę dispositionis. Significatio autem formæ, commistionis ipsius, est, sicut diximus; quum de mictu sanguinis, & adipis mentionem fecimus.

x B. faciēs ascendere, aut.

y B. Et natans & pendens vnctuosa, quū fuerit similis telæ araneæ, aut densitati vel compositioni alzelabi.

z B. in maturatione.

ANNOTATIONES.

De urinæ sedimento, quod hypostasim uocant, Gal. multa & 1. de crisib. & 1. de diff. feb. & 1. prognost. et 2. progn. ac sæpe alibi, præsertim uerò lib. de urinis copiosè hanc rem explicat. Hipp. in Coacis prænot. & 4. aph. multa, & passim alibi. Multa & Rasis 31. Contin. a quo Auic. ferè mutuatur multa & Auer. 4. Coll. & author noster in Canticis, parte 1. tract. 2. Sed exactissimè Actuarius 1. de diff. ur. 2. de iudi. ur. 1. de cau. urin. & 1. de præuident. ex urin. totum hoc negocium est prosequutus: ut nihil certè ad huius rei absolutam doctrinam desiderari uideatur. Hic essent profectò de hypostasi urinarum dissoluendæ aliquot controuersiæ, ueluti quid hypostasis ipsa sit: quo in loco signātur: an eadem in sanis & ægrotis sit. Verum hæc egent maiori ocio. interea uerò (etsi & author noster hic, et alibi, & Gal. quoque ipse contrarias partes tueri uideantur) hypostasim, nihil esse quàm id quod in sanguinis generatione naturæ refugit confectionem, & subsidet in urina, ut Gal. 1. progn. fieriq; hanc non in extremis tantum uenis atque ultima concoctione, ut sensisse Auer. 4. Coll. & Actuarius uidetur & 1. de iud. urin. & alibi: sed in omnibus uenis atque omni coctione, quæ in uenoso obeatur genere: atque eiusdem omnino speci ei & in sanis & in ægris esse arbitramur cum & Auicennæ, & Gal. consensu.

cap.12. cap.6. com.26. comm.42. cap.16. & deinceps. Aphor. 31. 32. 33. & 71. tract.9. cap.24. tex. 302. cap. 11.12. & deinceps. A septimo ad finem. cap.15. com. vltim. cap.24. cap.3.

De significationibus multitudinis urinæ, & paucitatis ipsius. Cap. 7.

VRina, quæ paucæ existit quantitatis, virtutis significat debilitatem. Et illa, quæ est minus eo, quod bibunt, resolutionem significat multam, & [a] [ventrem] habere, & aptitudinem ad hydropisim. Illa verò, quæ est multæ quantitatis, quandoque significat liquefactionem, & superfluitatum liquefactarum in corpore in vrina euacuationem. Et nos quidem differentiam inter eas cognoscere possumus secundum virtutis dispositionem. Vrina mali coloris malum significans, quanto plurima fuerit, tanto erit magis salutis nuntia. Et quum intersecta fuerit. plus malitiam significabit, sicut nigra, & grossa. Vrina diuersarum dispositionū, quę quandoque mingitur multa, quandoque pauca, & quandoque retinetur; est significatio pugnæ, & laboris naturę, & est significatio mala. Vrinæ multitudo in acutis ęgritudinibus, quum non post ipsam aduenit requies; est significatio hecticę, & spasmi ex inflammatione, & similiter sudor. Vrina, quę in acutis ægritudinibus guttatim inuoluntariè mingitur; significat in cerebro nocumentum, quod neruis accidit, & musculis. Et si febris quieta fuerit, & signa affuerint salutis: pgnosticatur sanguinis exitum ex naribus: [b] [sed prima] desipientiam prognosticatur, & corruptionē. Quādo autem sani vrina minuitur, & attennuatur, & perseuerat hoc totum, & sentit grauitatem, & dolorē in [c] [renibus,] significat durū apostema in partibus renis. Et quum in ęgritudine colica multiplicatur; plerunque portendit prosperum euentum, & propriè, quum est alba, & ad egrediendum facilis.

a B. solutionem ventris.

b B. Et si non.

c B. in alchatin.

ANNOTATIONES.

De vrinarum quantitate plura Rasis 31. Cont. Aliqua et Gal. notauit 4. aph. plura verò Actuarius 1. de caus. urin. Vide & quæ Hipp. 1. uulg. morb. com. 2.

Tract.9. com. 69.73.74. 83. cap.4. text. 42.

a [De vrina sana & optima est sermo.] Cap. 8.

a B. De vrina digesta vere bona.

HÆc est mediocris substantię, & subtilis tincturæ, ad citrinum trahentis; & hypostasis si ibi fuerit; bona ex albedine, & [b] [lenitate,] & ęqualitate, & figuræ rotundę, & odoris temperati, neque fœtida, neque [c] [extincta.] Quidam autem dixerunt, ꝙ quando huiusmodi vrina subito in ęgritudine, quæ est in ultimo acuitatis, uisa fuerit; sanitas die sequenti aderit.

b B. leuitate.

c B. priuata odore.

ANNOTATIONES.

Vrinam optimā describit Hipp. 2. prognost. & lib. de iudicationibus (si Hippocratis ille est) eam esse, quæ hypostasim habet albam læuem & æqualem, & quæ talis per omne tempus apparet. Assentitur Hippocrati Gal. tùm eo 2. progn. tùm 1. de crisib. & 4. de tuend. san. & lib. de urinis, atque alibi sæpius. Actuarius fusius quæ optima urina sit demonstrat, subauream esse dicēs, uel subcroceam, substantia mediocrem proportione potui respondentem, in qua nulla innatet bulla, neque turbulentum aliquod subsideat, nō inhæreat matulæ, hypostasis alba sit læuis & æqualis; omniaq; similia; neque quicquam cum hisce complicetur ex eis, quæ solent inferri similia capillis & ramentis & eiusmodi generis. Addit author noster ut hypostasis figuræ sit rotundæ, & odoris temperati. Et quamuis hę omnes conditiones, quas & Actuarius & Auicēnas notant, in optima urina

Aphor. 26. à principio. cap.12. cap.18. cap.4.

urina exigantur; Hipp. tamen, & Gal. per id potissimum describunt, quod præsertim magna in iudicando uim habet, ipsum uidelicet sedimentum.

De urinis ætatum. Cap. 9.

Infantium vrinę ad lactis proprietatem trahunt, ex parte nutrimenti eorum, & propter humiditatē complexionis ipsorum: & tunc declinant magis ad albedinem. Puerorum autem vrinæ sunt spissiores, & grossiores urinis iuuenum, & turbidiores. Et nos iam nominauimus hoc ante. Iuuenum uerò urinę ad ignis formā trahunt, & ad substantiæ mediocritatem. Et vrinæ senum ad albedinem & subtilitatem. Est tamen, quum sunt grossę secundum superfluitates in eis existentes; quarum euacuatio multiplicatur. Decrepitorum verò vrinæ maioris sunt albedinis, & tenuitatis. Est tamen, quum prædicta grossities eis accidit; sed raro, & quum vrina vehementer fuerit grossa; apti erunt, ut lapis eis accidat.

ANNOTATIONES.

cap 12. cap. 38. cap. 5. comm. 33. *Quomodo secundum ætatum varietatem vricæ varientur, docuit Gal. 1. de crisibus. & libello de vrinis. Sed pulchrè & Actuarius lib. de iudicijs urin. Vide & Galen. 2. prognost.*

De vrinis virorum & mulierum. Cap. 10.

Mulierum vrinæ semper sunt maioris grossitiei, & albedinis, & minoris pulchritudinis, quàm virorum vrinæ. Et hoc quidem est propter debilitatem digestiuę earū, & propter superfluitatum ipsarum multitudinem, & propter amplitudinem canalium, vnde egrediuntur ea, quę ab eis exeunt, & propter illud, quod ex earum resoluitur matricibus, & ad vrinæ instrumenta tendit. Masculorum verò vrinas, quum moues; turbantur, & declinat earum turbatio, ad superiora, & est, quòd secundum plurimum turbidantur. Sed mulierum vrinę ferè non turbidantur ex motione, propter paucam separationem sui, & habent secundum plurimum supra summitatem suam spumam rotūdam, & si turbidæ fuerint, earum turbidatio pauca erit. In vrinis virorum illico, quum mulieribus commiscentur, sunt fila adinuicem texta. Vrinæ prægnantium sunt claræ, & supra earum superficiem est nebula, & quandoque trahunt ad colorem aquę ciceum, aut aquæ pedum, citrinum, & in ipso est [a] [irinus:] & supra summitatem earum est nebula: sed quocunq; modo fuerit, in medio uidebitur sicut cotum carminatum. Et est, quum in eis sunt velut grana, quæ ascendunt & descendunt. Quumque [b] [irinus] manifestior fuerit; erit impregnationis principium, & quum loco ipsius fuerit rubedo; erit in fine impregnationis, & propriè si turbantur, quum mouentur. Parientium urina secundum plurimum est nigra, & in ipsa est velut atramentum, & sicut sordities.

a B. zarach.

b B. zarach.

ANNOTATIONES.

tract 9. cap. 5. *Vrinę secundum sexum ut distinguãtur, docet Rasis 31. Cont. et Actuarius 1. de iudic. uri. Sed discrepare ab authore nostro Actuarius uidetur. ait enim mulierum uigentis iuuentæ, & temperatarum urinas non multum recedere a subaureo colore & subcroceo, quum declinēt uersus album, quarum substantię tenues sint quodammodo. Auicen. uerò semper maioris esse crassitiei testatur, non autem tenues. Sed non dissentiunt hi inter se, quamuis aliquos hac de re Actuarium suggillare non ignoremus. Certum est enim mulierum urinas ob crassiora quib. abundant excrementa, crassiores esse quàm uirorum: at quæ temperatarum sunt mulierum & uigentis ætatis, non absolutè tenues esse pronunciat Actuarius, sed quodammodo tenues, ita ut & ipse cum Auic. consentiat. De prægnantium urinis quod hic author, et alibi etiãnum repetit, Rasis 31. Cont. confirmat. Gręci tamen ne uerbum quidem, quum alioqui & Hipp. lib. de carnibus, signa cōceptuum satis multa recenseat, & Actuarius de urinarum secundum sexum differentijs egerit.* tract. 9.

De rebus urinarum animalium, & diuersitate ipsarum ab urinis hominum. Cap. 11.

Plerunque confert medico, quum animaliū urinas cognoscit; propterea quòd, quum ipse in eis experitur, certitudinem facit, & hoc quidem difficile est. Quidam autem dixerunt, ꝙ urina asini, est sicut butyrum liquidum cum turbiditate, & grossitie exteriore. Et subiugalium urinæ ei similantur: sed sunt [a] [citrinæ:] & uidebitur, quod superior medietas urinalis sit clara; & inferior medietas sit turbida. Ouiū uerò urinæ sunt albæ ad citrinitatem trahentes, propinquę urinis hominum; sed substantiam non habent, & earum sedimen est sicut oleū, aut sicut amurca. Et cuiuscunque nutrimentum fuerit melius erit urina clarior. Vrina uerò capreoli urinis hominū & ouiū similatur: sed neque substātiā habet, neque sedimen, & est clarior vrinis ouiū.

a B. clariores.

De rebus alijs, quæ urinis similantur, & differentia inter eas & urinam. Cap. 12.

Sirupum acetosum, & omnes liquores, quæ fiunt ex aqua & melle, & [a] [aqua, & ficubus;] & reliquos qui fiunt ex croco, & eis similibus; quāto plus tibi appropinquaueris, erūt in claritate magis augmētati, & quanto plus elongaueris ea; considera an oportet, ut augmententur grossitudo: vrina uerò ab hoc ē diuersa. Hydromellis præterea spuma est citrina, & [b] [aquæ ficuum] sedimen a latere descendit, & non in medio: neque [c] [ordinatè,] neque habet motū. Sit ergo sufficiens in nominando dispositiones urinarum. In libris uerò particularibus prouenient ad te diuisiones dispositionum urinæ.

a B. Alia litera: & aqua paleæ.

b B. aquæ paleæ

c B. cum figura

De significationibus egestionis. Cap. 13.

Egestio plerunque declaratur ex sui quantitate, quod est ut consideretur, si est minor eo quod comeditur, aut maior, aut æqualis. Et notum quidem est, quòd ipsius augmentum est propter humorum multitudinem, & paucitas propter ipsorum paucitatem: aut quia ex ipsa in intestino monoculo, & in colon, & in fasceijs multum fuit retentum; quod est signum colicam præcedens: [a] [aut propter] expulsiuæ debilitatem. Et cognoscitur etiam ex essentia sui: quoniã, quod ex ea humidum est, aut significat

a B. & significat.

ficat oppilationes, aut digestiuę malitiā: & plerunque significat mesaraicæ debilitatem, quæ humorem non sugit. Et quandoq; est propter capitis rheumatismum, aut propter comestionem rei, quæ egestionem humectauit. Quod autem in humido uiscosum est, plerunque significat liquefactionem:& hoc est cum fœtore;& plerunq; significat malorum humorum,& uiscosorum multitudinem:& hoc non [b][cū multa existit lenitate.] Et plerunque significat nutrientia uiscosa, quæ comesta fuerunt,& nō pauca, cum calore forti in cōplexione: & non fuit inter ea digestio bona. Sed, qđ ex ea est spumosum, fortitudinis caloris significat ebullitionē: aut multarum uentositatū permistionem. Qđ autem ex egestione est siccum; aut laborē significat,& resolutionem; aut multam urinæ prouocationem; aut igneum calorem, aut nutrientium siccitatem; aut multā moram ī intestinis; sicut in suo dicemus capitulo. Quumque humiditas sicco, quod est durum, admiscetur, significat quòd eius siccitas est propterea, ꝙ multum fuit retenta in humiditatib.[c] [ipsam exire prohibentibus,] & propter priuationem fellis pūgentis,& festinātis; sed quum ibi non est longa retētio, neque humiditatis in intestinis adsunt significationes; causæ in ipsa est superfluitatis [d] [saniosę] & pungētis extensio: quæ ab hepate fluxit in eo, quod est coram ipso,& euacuatiōe non quieuit donec commisceretur. Et est etiā, quum colore sui dignoscitur egestio. Eius uerò color naturalis igneus est, leuis existēs igneitatis: qui si augmentatur: fellis significat multitudinem,& si minuitur, significat cruditatem, & maturationis priuationē,& si albus fiat, quādoque est eius albedo propter oppilationē in canalibus fellis, & hoc significat icteritiam, & si cum albedine est uirtus sanici habens odorē: magni apostematis significat apertionem. Sanus quoque, qui non exercitatur: multoties egerit uirus,& saniem, quę est ei purgatio,& euacuatio laudabilis: quoniam propter hoc remouetur ab eo lassitas, quę ei propter priuationem exercitij acciderat: quemadmodum diximus in vrina. Præterea scito, quòd egestio colorem igneum vehementer superfluū habēs multoties in hora[e] [finium] ægritudinum significat maturationē:& multoties significat dispositionis malitiam.& nigra quidem significat taliter, qualiter sunt urinæ nigrę significationes: ę significant enim aut adustionem fortem; aut ęgritudinis melancholicæ maturationem; aut nutriens tingens, aut potionem rei, quæ melancholiam euacuat, sed prima est mala.& illa quidem quæ est pp puram melancholiam, non sufficienter cognoscitur ex colore sui; immò cognoscenda est ex acredine sui,& ponticitate, & bullitione terræ ex ipsa,& est mala siue sit egestio, siue uomitus: & ex ipsius proprietatib. est, quòd in se luminositatem habet. Ad ultimum uerò humor melancholicus purus pernecans est secundum plurimum, quando egreditur: scilicet est mortis significatio. Chymi uerò nigri exitus multoties confert: & illud est: quoniam melācholiæ radicalis exitus vltimam corporis adustionem significat, & humiditatum ipsius peremptionem. Viridis autem egestio caloris innati significat extinctionem, & similiter fusca. Egestio quoque plerunque ex sui cognoscitur forma, ex absentia inflationis suæ, aut ex inflatione: quoniam inflata, sicut stercus uaccæ, significat uentositatem. Et est quum ex hora sui cognoscitur: quoniam quum egestionis exitus festinat, & hora, qua egredi solebat antecedit, signum est malum, quia fellis significat multitudinem,& uirtutis retentiuæ debilitatem,& si eius tardatur exitus; digestiuæ significat debilitatem,& intestinorum frigiditatem,& humiditatis, & somni multitudo, uentositates significat inflatiuas. Colores quoque extranei, & diuersi mali existunt, & nos ipsos in libro nominabimus particulari. Quę verò ex egestione est melior, est iūcta, quę est similiū partium, & in qua aquositas siccitati est uehementer admista, & cuius spissitudo est sicut mellis spissitudo,& cuius exitus est facilis:& non pungit, & cuius color attinet citrinitati; & non est multi fœtoris, neque est priuata fœtore,& non habet gurgulationem, neque rugitum,& non habet spumam: cuius exitus est in hora in qua solet, & secundū quantitatem, quæ ei, quod comeditur, est propinqua in quantitate sui. Et scito quòd nō omnis egestionis æqualitas est laudabilis, neq; omnis lenitas, quia, quandoque sunt prooter uehementem maturationem in omni parte similē, & quandoque sunt propter adustionem,& liquefactionem similes, & tunc quidem sunt ex deterioribus significatiōibus. Et scito quòd egestio, quæ est temperatæ essentiæ, quę est ad tenuitatem, non est laudabilis nisi, quū non sunt cum ea rugitus, neque ventositates, neque in sui exitu paulatim intersecatur,& si non possibile est, vt eius exitus sit propter uirus molestās, quod est ei admistum, & non permittit ut coniungatur. Est autem, quū plerique solliciti fuerunt de significationibus, quæ in sudore, & alijs apparent rebus, veruntamen de ipsis loqui proprius est in sermone particulari. In sermone quoque particulari similiter reperies expositionis augmentum in re egestionis,& urinæ,& reliquorum.

b B. cum superfluo existit fœtore.
c B prohibitis ab exitu.
d B. uirulentæ.
e B status.

ANNOTATIONES.

Alui excrementa magnam ad morborum iudicationem uim habent, ut primo, aphor. Hippocrates notat: dum videlicet naturalis actionis uim, & quæ in aluo fiunt coctiones aut incoctiones significant, ut Galenus, & primo, de crisibus, & sæpe alibi. In his substantia, & modus substantiæ, & qualitas, colores uidelicet & odores, & tempus; & modus quo excernuntur, uti in urinis, diligenter sunt animaduertenda, propterea fusius hæc author prosequitur. Quænam uerò optima sint alui excrementa, Hippocrates secundo, progn. fusius docuit. & Galenus ibidem, ac primo, de crisibus copiosè explicauit. Habes tamen plura, & secundo, aph. & quarto, & septimo, ex Hippocrate, & multa in Coacis prænotionibus. Collegit ex Hippo. & Galenus, Paulus lib. 2. & Auicennas in Canticis, parte 1. tract. 2. repetit.

aph.12. cap.11. Aphor.13. cap.11. Aphor. 14. 15. 18. aphor. 21. ad 28. & 47. Aphor. 30. 69. 71. 81. cap.13. Text.320. & deinceps.

FEN TERTIA.

Cuius est capitul. vnum, & doctrinæ quinque.

De causis sanitatis, & ægritudinis, & necessitatis mortis. Capitulum singulare dictionis tertiæ.



MEdicina in prima diuisione in duas diuiditur partes, in partem theoricam, & partem practicam, [a] [quæ tamen omnes sunt scientiæ speculandi .] Quod autem nomine theoricæ propriè designatur, est illud, quod demonstrando sententias tantum confert, ita quod in demonstratione operationis nullo modo auxilium præbet: sicut pars, in qua res sciuntur complexionum, & humorum, & virtutum, & species ægritudinum, & accidentium, & causarum. Et illud, cui nomen proprium practicę attribuitur, est, quod in demonstrando operationis, & regiminis qualitatem, auxiliabitur: sicut pars, quę nos iuuat ad demonstrandum, quomodo sanitatem corporis, quod in illa, & ex illa dispositione existit: custodiamus, & quomodo corpus, quod talem habet ægritudinem medicemur. Et neque existimes, quod pars, quæ dicitur practica, sit operatio & actio; sed est ars, quæ docet nos, quo modo sit operandum & agendum. Et nos quidem iam declarauimus tibi hoc in ijs, quę sunt præmissa. Et postquam iam expleuimus [b] [dictionem] primam, & secũdam in his, quę sunt partis medicinæ, quæ est theorica vniuersalis; ergo nostrũ studium nunc reducamus in duabus, quę remanserunt, ad partem ipsius practicam secundum modum vniuersalem. Pars autem ipsius practica in duas distribuitur partes: quarum vna est scientia regendi corpora sana, qualiter in sui remaneant sanitate: & hæc quidem custodiendi sanitatem scientia uocatur. & pars eius secunda est scientia regendi corpus ægrum, qualiter ad sanitatis redeat dispositionem, & uocatur scientia medicandi. Et nos quidem incipiemus, & scribemus in hac [c] [dictione] sermonem compendiosum de custodienda sanitate. Et dicemus, quod propterea, ꝙ generationis nostrorum corporum principiũ res duæ fuerunt: quarum una est sperma uiri [d] [cuius essentiæ certius est] quod locum tenet factoris, & altera est sperma mulieris, & sanguis menstruus [e] [cuius rei certius est] quod locũ tenet materiei, & hæ duę substantiæ in hoc cõmunicant, quòd vnaquæque earum est fluida, & humida, licèt post diuersificentur, & aqueitas, & terreitas in sanguine & spermate mulieris, plus abundant, & aereitas & igneitas in sperma te viri superat; oportuit, ut coagulatiõis horum duorum principium esset coagulatio humida, licèt terreitas, & igneitas sint inuentæ in eo, [f] [quod ex eis fluit:] & terreitas cũ eo, quod in ea existit ex duritie; & igneitas cum eo, quod in ea [g] [ex virtute maturandi] iuuerint se, & coagulatum durum fecerint, & coagulationem quandam ei attribuerint, & duritiem: ueruntamen hoc ad terminum coagulationis durorum corporum non peruenit, sicut lapides, & uitrum: ita quòd ex eis nihil resoluatur, aut resoluatur, quod non sensu percipitur, tunc nanque secura essent a nocumentis, quæ propter assiduam accidunt resolutionem, & longissimam: sed res non est ita. Quapropter corpora nostra duabus nocumentorum speciebus sunt ex posita: quarum vnaquæque causam habet intrinsecam, & causam extrinsecam, & una quidem nocumenti species, est humiditatis resolutio, ex qua creati fuimus, & hęc quidem ordinate uenit. & secunda est humoris putrefactio, & eius corruptio, ipsius alteratio: unde fomento uitæ conueniens non est. & hic quidem a primo modo est alius, licèt sua ipsius malitia siccitatem adducat, propterea quòd corporis humiditatem prius [h] [exsiccari facit: & ex eo, quod nostris conueniens est corporibus, corrumpit:] deinde ad ultimũ a putrefactione resoluitur, quoniam putrefactio in primis corrumpit humiditatem, postea ipsam resoluit, & rem siccam dimittit cineritiã. Hęc igitur duo nocumenta ab alijs nocumẽtis sunt aliena, quæ propter alias accidunt causas, sicut frigiditas congelatiua, [i] [& uenena,] & species solutionis continuitatis pernitiosa, & reliquę ægritudines. Sed duę prædictę species huic nostræ inuestigationi sunt propinquiores, et digniores, [k] [quia earum mutatio est in dispositione sanitatis.] Et unaquęque ipsarum aduenit ex causis extrinsecis & causis intrinsecis, & extrinsecæ quidem causæ sunt sicut aer dissoluens, & putrefaciens: & intrinsecæ quidem causæ sunt, sicut calor innatus, qui in nobis existit nostras resoluẽs humiditates, & calores extranei in nobis a nostris nutriẽtibus generati, & reliqua nostras putrefaciẽtia humiditates. Omnes verò causę istæ se adinuicem iuuant in exsiccando nos. Verũtamen perfectio & integritas nostra, & potentia perficiendi operationem non est, nisi propter multam siccitatem, quæ nobis accidit: deinde siccitas incessanter procedit, donec [l] [nos perimat: hęc igitur siccitas, quæ nobis accidit, res est nobis necessaria. Nos si quidem a principio rei in ultima cõsistimus humiditate; vnde proculdubio oportet ut calor eam superet: quoniã si non; in ipsa suffocaretur. procedit igitur proculdubio in ipsam assiduè agẽdo, & ipsam semper exsiccando incedit. Quod tamen ex eius exsiccatione apparet in principio, æqualitati attinet: deinde quum nostra corpora ad temperatę siccitatis peruenerit terminum, calore existente vt erat; non est siccitas secundum suæ siccitatis primæ quantitatem, immò fortior: quoniã materia est minor; & propter hoc est magis recipiens. Inde proculdubio sequitur, ut siccitas supra siccitatem temperatam augmentetur, & non cessabit proculdubio quin assiduè augmẽtum sumat, donec humiditates consumat. Calor igitur innatus est causa extinguendi seipsũ accidentaliter, propterea ꝙ fit causa sui ipsius materiam consumẽdi: sicut lampadis flamma, quæ extinguitur, propterea quòd suam consumit materiam. & quanto plus siccitas secũdum augmentum procedit, calor innatus secũdum diminutionem incedit: ergo accidit defectus nunquam cessans vsq; ad vltimum, qui est defectus restaurandi humiditatem loco eius, quod resolutum fuit; defectus igitur semper augetur. Siccitas ergo duobus augmentatur modis. Vnus

a B: quælibet tamen ambarũ est scientia & speculatio, vel perscrutatio.

b B. fen.

c B fen.

d B. & uerior sermonum uel positionũ eius est.

e B. & uerior positionũ eius est.

f B. quod generatur ex ea.

g B. cum digestione.

h B. corrumpit & diuersificat formã seu modum conuenientiæ suæ ad corpora nostra.

i B. caliditas excessiuã, uel æstuosa.

k B. ut considerentur in cõseruatione sanitatis.

l B. compleatur

Vnus eorum eſt propter diminutionem potentiæ recipiendi materiam. Et alter minoratio humiditatis in ſe propter caliditatis reſolutionẽ. Augmẽtatur igitur caloris debilitas, propterea quòd ſiccitas in membrorum ſubſtantia dominatur, & propter naturalis humiditatis diminutionem, quæ eſt ſicut materia, & ſicut oleum flãmæ lampadis. Flamma nanque duas hẽt humiditates: aquam, & oleum: una quarum cõſiſtit, & altera extinguitur. Similiter calor ĩnatus humiditate conſiſtit naturali, & ab augmento extraneæ extinguitur, quæ prouenit ex debilitate digerendi, & eſt ſicut aquea humiditas flãmæ. Et quum ſiccitas ad complementum accedit, calor innatus extinguitur, & mors ſubſequitur naturalis. Corpus autem non permanet tẽpore, quo perdurat: propterea quòd ipſius innata humiditas prima, reſolutiõi reſiſtit caloris mũdani, & caloris ſui corporis in natura ſui, & eius quod ex motibus accidit ſuis, hac tam longa reſiſtentia: [m] [quoniam ipſæ ſunt ea in eſſentia ſua debiliores:] immò ipſum ſtare non facit niſi illud, quod reſtaurat illud, quod ex ea reſoluitur: & eſt nutriens. Amplius nos iam declarauimus, quòd virtus in cibo non operatur, & vtitur eo niſi uſque ad terminum. & ars quidem ſanitatem cuſtodiendi non eſt ars, quæ a morte ſecuros nos faciat: neque corpus ab extrinſecis nocumentis muniat; neque unumquodque corpus ad ultimam uitæ longitudinẽ perducat, quæ eſt ſecundum hominem abſolutè: ſed de duabus rebus ſecuritatem præbet, putrefactionis penitus prohibitione, & defenſione humiditatis, ne cito reſoluatur, & in ipſius quidem fortitudine [n] [conſiſtat,] vt ipſum uſque ad debitum tempus ſecundum ſuam primam complexionem permanere faciat. & hoc quidẽ erit propter regimen rectũ reſtaurationis, quæ fit in corpore loco eius, quod reſoluitur, ſecundum quantitatem poſſibilem, & propter regimen prohibens dominium cauſarum ſiccitatem accelerare facientium, exceptis cauſis, quæ faciunt ſiccitatem debere eſſe: & per regimen cuſtodiens a generatione putrefactionis, propter tutelam corporis, & cuſtodiam a poteſtate caloris extranei extrinſeci aut intrinſeci: quoniam omnia corpora non ſunt æqualia in fortitudine humiditatis radicalis, et caloris innati: immò corpora in his exiſtunt diuerſa. Vnũquodque præterea corpus terminum habet, in quo reſiſtat ſiccitati neceſſariẽ, cõplexione ſua, & calore ſuo innato, & quantitate ſuæ innatæ humiditatis, [o] [a quo non remouetur:] eſt tamen quum ante adueniunt cauſæ in ſiccitatem adiuuantes; aut alio modo pernecantes; Et multi quidem hominum dicunt, ꝙ iſti ſunt termini naturales, & termini accidentales ſunt alij. Et quòd cuſtodiendi ſanitatẽ ars exiſtit illa, quę corpus humanum ad naturalem perducat terminum, [p] [ſi conuenientia cõſeruat.] Huius autẽ cuſtodię adminiſtrationi duę attributæ ſunt uirtutes, quibus deſeruit medicus: vna earũ eſt naturalis, & uocatur nutritiua, quæ reſtaurat illud, quod ex corpore reſoluitur: cuius ſubſtantia terreitati, & aqueitati attinet. & altera eſt animalis: & ipſa eſt virtus pulſatiua, quę reſtaurat, quod ex ſpiritu reſoluitur; cuius ſubſtantia eſt aerea & ignea. Et propterea quòd nutriens nõ fuit ſimile nutrito, niſi in potentia: ideo creata fuit uirtus immutatiua, quatenus nutriẽtia mutet in ſimilitudinem nutritorum in effectu, & ut pro certo ſit nutriens in effectu: & ad hoc creata fuerunt inſtrumẽta, & canales, quę ſunt ad attrahendum, & expellendum, & retinendũ, & digerendum. Dicemus ergo ꝙ habenæ rei in arte cuſtodiendi ſanitatem cõſiſtunt in æqualitate cauſarum [q] [prædictarum comitãtium.] Illæ tamen in quarum æqualitate maior neceſſaria eſt ſollicitudo, ſunt ſeptem res. æqualitas complexionis, & electio eorum quæ comeduntur & bibuntur, & purgatio ſuperfluitatum, & cuſtodia compoſitionis, & rectificatio eius, qđ per nares attrahitur: [r] [& cuſtodia tangentis:] & moderamen motionum corpearum, & animalium, inter quæ etiam ſomnus, & vigiliæ quodammodo numerantur. Et tu quidẽ iam ſciuiſti in his quę ſunt pręmiſſa; quòd neque æqualitas unum habet terminum, neque ſanitas, neque aliqua ex complexionibus in hoc ingreditur, quòd ſit aliqua ſanitas aut aliqua æqualitas in aliquo tẽpore: ſed eſt id, quod inter duas res exiſtit. Incipiemus igitur in primis declarare regimen infantis, qui in ultima complexionis ęqualitate conſiſtit.

m B. qm̄ ipſa eſt reſiſtẽs debilius quàm ſit illa.

n B. conſiſtat.

o B. Alia litera. qui non pertrãſitur.

p B. ſecundum obſeruationem conuenientium.

q B. cõmunium comitãtium, ſeu neceſſariarũ pręďictarum.

r B. & rectificatio indumentorum, quæ ſunt de ſumma tãgẽtium.

ANNOTATIONES.

Pars autem practicæ &c. Medicinæ, partes duas maximas ac potiſſimas eſſe, Gal. teſtatur 1. de tuen. ſan. alterã tuendæ ſanitati, alteram pellendis morbis dicatam. priorem conſeruatricem; poſteriorem, curatricem appellant. Hic autor noſter Gal. exemplo de conſeruatrice acturus eſt: proinde neque aliunde quam ex generationis noſtræ initijs principium ſumit, Galenum æmulatus 1. de ſanit. tuend. Notat uerò ſtatim ijs uerbis. [Et uerior poſitionum] controuerſiã inter Ariſt. & Gal. de ſemine, de qua & ſupra Fen 1. doctr. 5. quum philoſophus ſemen fœminæ, ut materiam ſemper generationem ſubire exiſtimet, 1. de gen. anim. & 2. Gal. uerò cui aſtipulatur Hipp. libro de natura pueri philoſophum in libris de ſemine damnet. Sed hac in re Auicẽnas & ſupra & hoc loco & lib. de animal. natura. 16. nec non Auerroes 1. de gene. an. & 2. Coll. Ariſtotelem ſequuntur. Affert hic deinceps multa de corruptionis noſtræ cauſis, atque de innati & humidi, & caloris abſumptione ex Gal 1. de ſan. tuen. deſumpta. Tu uerò uide quæ Ariſt. libro de iuuent. & ſeneẽt. uita & morte ſcripta reliquit.

Cap. 1. Cap. 2. & deinceps. Cap. 1. Cap. 19. & 20. Cap. 4. Cap. 1. Cap. 10. Vide Diſquiſitiones phyſiologicas Coſtei pagina 375. 377. 378. & 389. Ca. pſertim 14.

DOCTRINA I. DICTIONIS III.

Quæ eſt de nutricatione iiij. continens capit.

De regimine infantis, ex [a] † [ ] quo naſcitur, uſque quo incedat. Cap. 1.

PRægnantium autem regimen, & mulierum quæ partui ſunt vicinę in dictionibus ſcribemus particularibus. Infantis uerò temperatæ complexionis, quum naſcitur, plerique ſapientum dixerunt, vmbilicum in primis debere incidi ſuper quatuor digitos, & cum lana ligari munda, [b] [quæ bene, & ſubtiliter ſit retortaliter ne doleat, & oleum cum panno ſuper ipſum ponendum:] & propter vmbilici inci-

a † B. tempere.

b B. quæ ſit retorta paramper & ſubtiliter, ſeu ingenioſæ taliter né doleat, vel taliter ne lędat, & pannus ſeu petia infuſa in oleo eſt ſup ipſum ponẽda.

incisionem, preceperunt, vt uenarum citrinarum,& sanguinis draconis, & sarcocollę, & cymini,& vsneæ,& myrrhæ partes sumãtur ęquales,& tritæ umbilico superponatur. Et festinandum est ad corpus ipsius saliendum [c] [cum salmora tenuis salis, quatenus umbilicus eius indurescat, & ipsius cutis dura fiat. Et salib. uerò ille melior existit, cui admista sunt [d] [† lapis hæmatites] & costus, & sumac, & fenugræcum, & origanum. Et ipsius quidem nasus nõ saliatur, neque os. Causa verò quare nobis necessarium est corpus eius durum facere; est quoniam illico quum nascitur: omnia, quæ ipsum tangunt, ei nociua sunt [e] [siue calida] siue frigida, siue aspera sentiat ea, & hoc quidem est propter cutis eius subtilitatem, & propter calorem eius, quoniam omne quod ipsum tangit, sentit durum & frigidum & asperum. & si nobis necessarium fuerit iterum salire: faciemus, & hoc quidẽ augemus, quum multæ fuerit sorditiei, & multarum humiditatum. Deinde aqua tepida ipsum lauabimus, & eius nares assiduè purgabimus digitis, quorum ungues sint incisi, & in eius oculos parum olei proijciemus. Ani præterea orificiũ minuto digito in circuitu eius est mouendum, ut aperiatur, & obseruandum est, ne ipsum frigus tangat. Quumq; eius ceciderit vmbilicus, quod est post tres, aut quatuor dies, erit melius vt super ipsũ ponatur cinis cochlearum, aut cinis [f] [calcanei] uitulini, aut plumbi adusti & triti, cuiuscunq; fuerit cũ uino. Quũque volumus vt fascietur: nutrix eius mẽbra suauiter tangere dẽt; & quod dilatandum fuerit, dilatare, & quod subtiliãdum, subtiliare, & omne membrum secundum conuenientiorẽ figuram figurare, & hoc totum subtili compressione cum extremitatib. digitorum; quod quidem multis faciendum erit vicib. Et oculi assiduè erunt tergendi cum re, quæ sit sicut seta. Vesicã quoque eius premere conuenit, vt vrinæ exitus facilis fiat: deinde manus eius extendantur, & ipsius brachia ad genua ducãtur. Et ipsius caput instita ligetur, et pileus ei imponatur, qui super ipsius caput [g] [constringatur.] In domo p̃terea temperati aeris, quę nõ sit frigida, ad dormiendum ponatur. Oportet aũt vt domus vmbræ attineat, et tenebrositati aliquantulæ, quę a superante radio nõ illuminetur. Quumq; dormiet, oportebit, vt caput eius toto reliquo corpore sit altius. et obseruandum erit, ne quũ dormiet: aliquid colli ipsius, aut extremorum eius, aut dorsi torqueatur. Ipse quoq; in ęstate aqua suaui æquali balneandus est. In hyeme verò aqua eius ad caliditatem trahat non pungentẽ: hora verò ad ipsum lauandum, melior est post eius longum somnum. Et plerunque quidem est conueniẽs, vt ipse bis in die lauetur, aut ter, et ordinatè ad id quod sit magis tepidum mutetur, si tempus fuerit ęstiuum. In hyeme autẽ [h] [non sit frigidior aqua, quę in caliditate temperata existit.] ipse quoque non lauetur, nisi usque quo eius corpus calefiat, et rubere ĩcipiat: postea extrahatur, et eius aures custodiãtur, ne aqua in eis ingrediatur. Et oportet quidem, vt quum in hora ablutionis accipitur, sit secundum hunc modum; accipiatur manu dextra, et super brachium sinistrum super pectus suum appodietur, & non super uentrem. Amplius in hora ablutionis ipsius, studẽdum erit, ut ipsius [i] [plantę ad dorsum eius eleuentur] & eius pedes ad caput eius subtiliter & suauiter perducãtur, deinde mollibus pannis exsiccetur, & suauiter extergatur. Deinde fiat ut in primis super ventrem sui iaceat; postea supra dorsum, & pręter hoc totum incessanter [k] [fricetur, & prematur, & figuretur; deinde ad ipsum cum panno fasciandum est redeundum: postea in ipsius nares oleum dulce proijciatur: quoniã eius oculos lauabit, & ipsorum tunicas.

c B. Alia litera. cum aqua salita pauci salis quatenus idurescat superficies corporis extrinseca.

d B. sadenegi. † sedenegi.

e——B.

f B. archub.

g B. adaptetur.

h B. non separetur ab eo aqua temperatæ caliditatis.

i B. palmę vel volę manus dorso eius adhæreant.

k B. prematur & figuretur: deide reducatur & fascietur cum pãno uel fascia:

ANNOTATIONES.

Scripsit de infantium victus ratione Gal. 1. *de tuen. san. & ex eo Aetius lib.* 1. *serm.* 4. *Sed & Paulus lib.* 1. *quædam. Vnum hic author notat ijs verbis.* [*Et festinandum est ad corpus &c.*] *quod videtur in controuersia esse positum. Iubet infantium corpora salita aqua esse abluenda. At Galen.* 1. *de tuen. san. sale ipso modice ait esse inspergenda. Auer. verò* 6. *Coll. non sale, sed oleo potius ex glandibus vtendum censet, quum idem agat, quod sal, Auenzoaris authoritate: sed absque mordicatione. Sanè probanda magis Auicennæ sententia videtur hac in re, vt. s. non sale, quod, quum mordicet, dolorem corpusculis illis infantium non mediocrem potest concitare: non item oleo ex glandibus; quod, & si absque mordicatione indurat, non abstergere tamen potest; sed salita potius aqua abluuntur, quæ & abstergit, & moderatè indurat. Verùm vnum aliud Auic. notat ijs verbis.* [*Et in eius oculos præterea &c.*] *quod paulò videtur difficilius, nempe in oculos infantium parum olei esse instillandum. At Gal. ab oculis semper, etiam in eorum inflammationibus oleum interdicit, quòd mordicet lib. de opt. secta ad Trasyb. &* 2. *simpl. med. Sane idem pręcepit & Aetius lib.* 1. *serm.* 4. *quod hic author: putantq; aliqui id ad leniendam oculorum acredinem in parentis utero ob serosos humores contractam, admitti posse. nos verò de hac quidem re non contendimus: tutius tamen calida & dulci aqua uti eius olei loco posse, existimamus.*

Cap. 3. cap. 3.

Cap. 6. Cap. 6.

Cap. 9. cap. 5. Cap. 3.

De reginine lactationis & remotionis a lacte. Cap. 2.

QValitas verò lactationis eius, & ipsius cibationis hoc modo obseruantur. Omnibus modis, quibus est possibile, lac matris infanti ad sugendum dandum est: ipsum enim est nutriens, quod magis simile existit substantiæ nutrientium præteritorum, quibus alebatur dum in [a] [ventre] erat, scilicet menstruorum matris; quoniam ipsa sunt, quæ conuertuntur, & fiunt lac, & ipse magis est recipiens hoc, & magis est ei [b] [conueniens] ita, vt iam experimento certificatum sit, quòd extremum mammillæ matris in os infantis ponere, valde confert ad remouendum quicquid ei nocet. Bis autem aut ter in die sugere mammillas debet ei sufficere, & in primis non est multum lactandus. [c] [Oportet autem] ne sit eius mater, quæ ipsum prius lactat: donec matris complexio temperetur. Et melius quidem est, ut parum mellis eidem [d] † [ ] tribuatur, deinde lactetur. Ex lacte quoque, quod puer sugit; in mane bis, aut ter emulgendum est; deinde mammilla ei tribuenda, & præcipuè quum in lacte fuerit macula. Lac autem malum, scilicet acutũ a nutrice infanti nõ est dandũ, dum est ieiuna.

a B. matrice.

b B. consuetus.

c B. Alia litera. Verum magis ẽ dilectum.

d † B. ad lambendum.

Et præter

Et præter hoc etiam duæ res sunt faciendę iuuamen ei conferentes, ad hoc vt eius complexio fortis fiat; quarum vna est lentus motus: & altera est consonantia musicæ, & vox cantilenę quemadmodum mos est dum infantes in locis ponuntur, in quib. dormire debent. Ex quantitate.n. recipiendi hęc duo, scietur quantũ sit aptus exercitio, & musicę: quorum vnum est corporis, alterum animæ. Quod si aliqua res prohibitoria matris lac dari non permiserit; siue causa debilitatis ipsius; siue corruptiõis lactis eius; siue quia est [e] [delitiosa,] eligenda erit nutrix secundum conditiones, quas dicemus. Quarum quædam attenduntur in ætate eius: & quædam in ipsius figura: & aliæ in eius moribus: & aliæ, in formis suarum mammillarum: & quædam in qualitate lactis ipsius: & aliæ in quantitate temporis, quod est inter eam & partum ipsius: & aliæ, quę sunt ex genere infantis eius. Quumque secundum has conditiones reperta fuerit, oportebit vt eius nutrientia renouando sint bona ex tritico & [f] [spelta] & carne agnorum, & hędorũ, & piscium, quorũ caro non putrefit, nec est dura. Lactucæ quoque sunt nutriens quod laudatur, & amygdalæ, & auellanæ. Ex oleribus verò deterius est eruca, & synapis, & [g] [† ocymum] quoniam sanguinẽ corrumpunt. Et in mẽtha est eius virtus. Nunc autem dicemus nutricis conditiones, & a conditione ætatis ipsius incipiemus. Dicemus itaq; quod melius est vt sit ætatis, quæ est inter xxv. & xxxv. annos, quoniam hæc ætas est iuuẽtutis & sanitatis, & complementi. Conditiones verò [h] [figurę ipsius, quæ attenduntur in compositione eius:] sunt, ꝙ oportet ipsam boni coloris esse: & collum habere forte; & pectus habere forte, & amplum: & musculosam & duram habere carnem, inter pinguedinem & maciem tẽperatam; & carnosam non adipe abundantem. Secundum mores verò suos consideratur, quoniam ipsam oportet bonorum morum & laudabilium esse, quæ tarde a malis animæ passionibus patiatur; sicut ira, tristitia, & timore; & reliqua ab istis. Omnes enim istę corrumpunt cõplexionẽ, & fortasse [i] [a lactatione abstinebit:] & propter hoc prohibuerunt quidam, ne stolida lactet. Et pręter hoc totum malitia morum ipsius eam perducet ad hoc, vt infantis paruam habeat solicitudinem; & ei parum blandiatur. Conditiones verò, quę in forma mammillarũ ipsius attenduntur, sunt; quoniam oportet ipsas esse solidas, & magnas: & sui magnitudine non sint laxæ: neque debent esse extensę magnitudinis: & oportet etiã vt inter duritiẽ & mollitiem sint mediocres. Secundum qualitatem verò lactis ipsius consideratur: quia oportet vt ipsius substantia [k] [& qualitas sint temperatę,] & eius color attineat albedini, qui neq; sit fuscus, neque viridis, neque citrinus, neque rubeus. Eiusq; odor sit bonus, in quo non sit acredo, neque ponticitas: & ipsius sapor dulcedini attineat, in quo non sit amaritudo, neq; salsedo, neque acredo, & oportet vt trahat ad multitudinẽ quandam, & vt eius partes sint similes: & [l] [vt] non sit subtile, fluidum, nec multum grossum, caseatum, neque diuersarum partium, neque multę spumæ. & eius quidem substantia quãdo

e B. ociosa.
f B. candarusio.
g B. bedarungi. † betadorem.
h B. quæ attenduntur in figura & compositione eius.
i B. fortasse permutatur seu trãseunt in infantem lactantem.
K B. sit æqualis, & quantitas eius æqualis.
l B. Alia litera. tunc.

que experitur, quòd est, vt de ipso super vnguẽ mulgendo distilletur: quod si fluit, est subtile: & si vnguis inclinetur, & non currat: est spissum. Ipsum etiam experitur, quum in [m] [ampulla] ponitur, & parum myrrhæ super ipsum proijcitur, & digito miscetur: propter hoc enim scitur aquositatis ipsius, & caseitatis ipsius quãtitas. Lac.n. laudabile & temperatum est: in quo aquositas & caseitas sunt æquales. Quòd si aliqua nobis necessitas fuerit, lac tale habere: ipsũ preparabimus ex parte lactationis: & ex parte nutricis. Ex parte quidem lactationis, quoniam lac, quod grossum fuerit, & mali odoris, melius est, vt non detur, nisi postquam mulctum fuerit, & in aere moram fecerit: & quod vehementis fuerit caloris conueniens erit vt nullo modo [n] [ieiuno] detur. Et nutricis quidem regimen est, ꝙ si eius lac grossum fuerit, dabitur ei oxymel diaspermaton: quod cum subtiliatiuorum apozemate sumatur, sicut mentastrum, & hyssopum, & † thymum, & origanum montanum. & tribuantur ei ad comedendum [o] [† nasturtium,] & quę eis similantur. In cibo quoq; ipsius imponatur parum [p] [croci:] & pręcipiatur ei, vt cum oxymelle calido euomat: & tẽperato vtatur exercitio. Et si eius complexio fuerit calida, dabitur ei in potu [q] [oxymel] cum vino subtili simul, siue separatũ. Quod si eius lac subtile fuerit: præcipietur vt quiescat, & ab exercitio remoueatur: & cibis nutriatur, qui sanguinem faciunt grossum. Et fortasse dabitur ei ad potandum, si non fuerit ibi, quod prohibeat: vinum dulce, aut mustum coctum: & pręcipiatur ei, vt diu dormiat. Si verò eius lac paucum fuerit, considerabitur, quę sit causa in hoc: vtrũ sit malitia complexionis in toto corpore, aut in mammillis ipsius: & hoc quidem cognoscetur per significationes prædictas in capitulis, quę sunt pręmissa. [r] [Et post tangemus mammillas] & si significatum fuerit, ꝙ sit in ea calor: nutrietur tali qualis est [s] [aqua hordei et spinacchia, & quę eis similantur.] Et si significatum fuerit, ꝙ sit in ea frigiditas complexionis: et oppilationes: aut debilitas virtutis attractiuę augmentabitur eius nutriens subtile ad caliditatem declinans: et uentosę sub mammillis ponẽtur absque [t] [multa cõpressione.] Ad hoc quoque confert semen † pastinacarum: et ipsemet etiam † pastinacę ad hoc multum prosunt. Qđ si causa eius fuerit [u] [nutrientis paucitas:] nutrietur iure facto ex hordeo, et furfure, et leguminibus. In iurib. quoque ipsius, et in cibis ponendę sunt radices fœniculi, et semen eius, et anethum, et nigella. Quidam autem dixerunt, ꝙ comedere vbera propriè ouium, et caprarum cum lacte, quod in eis continetur: valde est vtile ad hoc, propter illud quod in eis existit ex similitudine: aut propter proprietatẽ, quę est in eis. Quidã etiam experti fuerunt vt vnc.j. [x] [carici] aut vermium terrenorum siccorum in aqua hordei multis diebus sumatur; et reperierunt optimum. Et similiter elixatura capitum salsorũ piscium in aqua anethi. Ex eis quoque quę lac multiplicant, est ut butyri uaccini. unc.j. sumatur, et in uas, in quo purum existit vinũ mittatur, et bibatur. Aut sesamum in mola tritũ accipiatur, et cum uino misceatur, et colatũ ab bi

m B. vase vitreo.
n B. in ieiunio.
† hasce.
o B. altharich. † atharet.
p B. raphani.
q B. sirupus acetosus.
r B. Et ex tactu mammillarum.
s B. chist.
t B. labore. † bauciarum. † bauciæ.
u B. Dispositio nutricis perseuerans iam ante consueta. Alia litera. quia ipsa minuerit ei bum.
x B. alarde.

bendum detur. Amplius [y] [mammillæ ex stercore turdorũ cũ lacte asinæ, & oleo, more emplastri iiniãtur] aut ex eo, quod est in interiore parte melõgię elixatę. vnc. j. sumatur, & cum digitis in vino dissoluatur, & ad potandum detur. [z] [Medicamen validum. Rec. seminis aneti. vnc. iij. seminis† camepythios, seminis porri. ana. vnc. j. sem. a trifolij, sem. fenugreci] ana. vn. ij. totum cum succo fœniculi, & melle, & butyro misceatur, & in potu sumatur. Et quum lac nocumentum fecerit sui multitudine: propterea ꝙ constrictione retinetur, & propter suam spissitudinem: minuatur per id quod pauci existit nutrimenti, & comestione eius quod parũ nutrit, & emplastro pectori, & mammillis superposito ex cymino, & aceto, aut luto [a] [absoluto] & aceto, aut lentibus coctis in aceto, & post ipsum potu [b] [rei salsę] vtatur, & similiter comestione menthæ. Et mammillas quidẽ blandis manibus multum fricare lactis efficit multitudinem. Lac verò malum habens odorẽ medicandum est dando in potu vinum boni odoris, & ad comedendum dando cibũ boni odoris. Regimen autem, quod est tractum ex tempore partus nutricis est: quoniam oportet, vt partus sit propinquus, non tamen valde: immo sit a tempore, quo peperit, mensis vnus, & dimidius ad minus, aut menses duo [c] [sitq; ille,] quẽ peperit, masculus, & sit partus eius secundum tempus naturale, & non sit ipsa, quæ abortum fecit, neq; abortum facere consueuerit. Nutrici præterea est præcipiendum, vt temperato vtatur exercitio, & vt nutrientibus boni chymi alatur, & ne vllo modo aliquis cũ ea coeat: hoc enim sanguinem [d] [permiscet] menstruum, & lactis odorem corrũpit, & ipsius minuit quantitatem: immò fortasse impregnatur: in quo nocumentum duobus attinens filijs existit. [e] [Et nutrici quidẽ] propterea ꝙ illud, quod in sanguine est subtile ad embryonis nutrimentum redit, & embryoni quidem, propterea quòd id, quod ad ipsum venit ex nutrimento, est parũ, ideo quòd alius lacte indiget. In tota præterea ipsius lactatione oportet, & propriè in eius lactatione prima, vt aliquid lactis mulgeatur, & vt fluat, & vt ipsum pressione iuuetur, ne contingat, vt ex multa suctione gulæ lędantur instrumenta, & † gula, & faciant ipsum debilitari. Et si ante lactationem quaque vice [f] [parum] mellis ad lambendum detur: iuuamen erit, & si cum pauco vino fuerit, erit bonum. Neq; multum lac ad sugendum vna vice dandum est: immò melius est, vt parum ei detur ad sugẽdum, & sæpe, paruis interpositis spatijs. Quandoque enim, quum ad sugẽdum ei datur vice vna, tantum vt satietur; contingit extensio, & inflatio & ventositatum multitudo, & albedo vrinæ. Si ergo hoc accidit, oportet ne lactetur, & vt famelicus longo tempore teneatur, & vt studiũ impendatur [g] [ad hoc] donec istud digeratur. Et secundum plurimum in primis diebus, quum lactandus est, vt in prima die ter lactetur, & si qua in prima die ipsum lactauerit, alia fuerit quàm mater ipsius, [h] [[illegible]] erit melius. Similiter si nutrici mala acciderit complexio, aut ægritudo dolorosa, [i] [

] melius erit, vt alia ipsum

y B. emplastrentur, aut liniãtur mãmillæ cũ fæce olei nardini cum oleo & lacte asinæ.

z B. aut bulliat furfur & raphanus in uino, & detur ad potandum. Medicamen fortius Recipe sem. aneti unc. iij. se. andachoche, semi. porri, ana unc. j. sem. rathbe, se. fænugręci.

† andacoche.

† sulle.

a B. alhar.

b B. aqua salsa.

c B. Alia litera. Et non sit ille.

d B. cõmouet.

e B. Nutrito quidem lactanti.

† meri.

f B. cochleariũ.

g B. in dormitione eius.

h † B secundum quod diximus,

i † B. aut solutio neutris plurima, aut retentio nocens.

lactet, donec sanetur. Et similiter si necesse fuerit dare ei medicinam, quæ virtutem & qualitatem habeat dominantem. Quumque post lactationem dormiturus est, eius cuna vehementi motu non est mouenda: quoniam lac in ipsius stomacho concutitur: immò suauiter mouenda est. Fletus quoque paruus ante lactationem ei confert. Naturale autem tempus lactandi est tempus duorum annorũ. Quòd si infans aliud a lacte desiderauerit, ordinatè est ei tribuẽdum: non tamen est ei violenter prohibendum. Postquam verò duales apparere cęperint dentes: ipse ad nutriens mouendus erit ordinatè, quod sit fortius. Res tamen dura ad masticandum non est ei danda; immo primo detur ei panis, quem ei masticauit nutrix: deinde panis cum [k] [aqua mellis,] aut cum vino aquato, aut cum lacte. Et tunc quidem parum aquæ ei tribuatur, & in aliquibus uicibus, quę cum pauco vino sit mista: nec permittatur ad repletionem peruenire. Quod si [l] [vomitus sponte] superuenerit ei, & ventris inflatio, & albedo urinæ: ab omni re abstine eum, & melius est, ut ipsius nutriens ei tardetur; donec inũgatur in balneo. Deinde quum a lacte amouendus erit, ad id quod est ex genere sorbendi, & carnium leuium, mutãdus erit. Et oportet etiam ut a lacte ordinatè amoueatur, & nõ subito, & ut fiant ei glandes ex pane, & zucchar o. Quod si perfidè mammillas quæsiuerit: & eas sp sugere uoluerit; & fleuerit: sumendę sunt myrrhæ, & [m] [mẽtastri] an. vnc. iiij. & terãtur, & ex eis more emplastri mãmillę epithemandę sunt. Ad summũ autem dicemus, ꝙ infantis regimen est humectatio], proptereà ꝙ eius complexio ad hoc est conueniens: & quòd ea in sui indiget nutrimẽto & augmento: & exercitiũ temperatum, [n] [& non multum: & hoc quidẽ est eis sicut naturale, quoniam natura quasi accipiendo cum augmentat.] Quũ autem ambulare inceperit, & moueri; duris motib. non erit permittendus; nec ad ambulandum, & sedendum est ponẽdus, antequam secundum naturã ei desideriũ fiat; ne cruribus ipsius, & dorso nocumẽtum accidat. Et melius quidem est, ut in primis, quũ sedet, aut super terram ambulet, ponatur in corio leni ad sedendum: ne terræ asperitas scalpat ipsum: & fustes, aut cultelli, & his similia ex eis, quæ pungunt, aut incidũt, remoueãtur, ne sint coram eo, & custodiendum, ne ab alto labatur loco. Quumque caninus apparuerit; ab omni re, quæ ad masticandum est dura, abstinendus erit; ne materia, unde canini creantur, resoluatur propter masticationem, quam desiderat; & tunc quidem ipsius gingiuę ex cerebro leporis, & adipe gallinaceo fricari debent; ob hoc enim origo fit facilis. Quumque gingiuæ scindũtur, & caput; & collum ex oleo abluto cum aqua calida conquassato fricanda sunt, & ex oleo in aures ipsius parum guttatim infundatur. Quũ aũt iam possibile fuerit, ut cũ eis mordeat: tunc suum masticare desiderat digitum: quapropter tunc ei dandũ erit frustum radicis [o] [ireos, quę nondum ualde siccata fuerit;] hoc nanque in tempore isto ei confert: & ulcera in gingiuis, & dolorẽ prohibet, & similiter os eius fricari dẽt sale & melle: ne dolores isti accidãt. postea iam

quum

k B. aqua, & melle.

l B. chede.

m B. Alarfegi. Alia litera. alferfegi.

n B. plurimum & hoc quodẽ, est naturale quasi natura ipsum requirat, seu ipso delectetur & præcipue quum pertransierit infans ad ętatem pueritiæ.

o B. alsus, quæ nondum ualde siccata fuerit, aut rob eius exiccatus.

quum bene nati fuerint: aliquid erit dandũ ex succo liquiritię, aut radicis ipsius: quæ nõdum vehementer exiccata est, ut in ore teneat: & pręterea confert collum ipsius fricari, quum canini nascuntur, ex oleo dulci, aut alio dulci oleo: deinde post hoc, quum loqui cęperit: dentes erunt fricandi, & præcipue eorum radices.

ANNOTATIONES.

cap.2.3.4.& 5. cap.7.8.9.10.11. — cap.8. cap.5. — Fen 12. cap.2. cap.10. — Comm.37.

1 *De infantium educatione egit. Gal. 1. de tuen. sani. ex quo loco & Paulus lib. 1. & hic omnia transtulere. Sed hic nota contradictionem hoc loco dicit Auicennas ex sanguine menstruo lac fieri, quod & Gal. 14. de us. part. & lib. de uenæ sect. contra Erasistratum. Cuius oppositum et hic author lib. 3. et Gal. 16. de us. part. ubi lac et semen ex sanguine exactè cocto fieri aßerunt; ab Hippocrate non dissentientes, qui lib. de fętus natura, et 1. de mor. mulierum lac ex pinguedine et dulcissimo humore gigni putat, quam sententiam et Gal. 5. aph. perpendit. Cæterum facilè quæstio hęc diluitur, quum ex sanguine quidem menstruo semen et lac gigni queant, sed non nisi elaborato, et perfectissimè antea expurgato.*

cap.5. cap.4.& 8. cap.11.

2 *Et tunc quidem parum aquæ etc. Hic uinum dilutum infantib. exhibet, quod et Hipp. lib. de salubri diæt. et lib. de loc. aere et aquis. oppositum tamen sentire, et hic author infra, et Gal. 1. de sanit. tuen. uidetur. Soluitur, quoniam uinũ infantibus non prorsus interdicit Gal. sed meracum, et multum, hic uerò dilutum et paucum exhibet.*

De ægritudinibus, quæ infantibus accidunt. Cap. 3.

§. 8. principalis

INtentio [a] [præmissa] de medicandis infantibus est nutricem regere. Et si affuerit suspitio ꝙ in ipsa fit sanguinis repletio: minuenda erit, aut uentosanda. Et si repletio ex humore fuerit: ipse erit euacuandus. Quod si necesse fuerit naturam constringere, aut soluere, aut uaporem a capite prohibere, aut membra anhelitus rectificare, aut complexionis malitiam permutare: medicandum erit per ea, quæ comedũtur & bibuntur, quæ ad hoc sunt conuenientia. Quumq; medicabitur uentris solutione, aut [b] [venter] ei de natura euenerit, & fuerit multus, aut medicabitur vomitu, aut venerit ei naturaliter aduẽtu forti, melius erit, ut ipsum ea dic, alia lactet. Nominemus ergo particulares ægritudines, quæ infantib. accidunt. Et ex eis quidem sunt apostemata, quę eis fiunt in gingiuis, quũ dentes nascuntur: & apostemata quę eis accidunt in chordis, quæ sunt in partib. mãdibularum, & spasmus, qui fit in eis. Quumque hoc acciderit: ipse digito suauiter premendus erit, & ex oleis in capitulo originis dentiũ nominatis, [c] [fricandus] est: & ex melle cum oleo chamæmellino cõquassato, aut melle cum terebinthina: & super caput aqua calida ab alto proijciatur, ĩ qua cocta chamæmilla, & anethũ fuerint. Et ex eis, quæ infantibus accidunt, est ventris solutio, & propriè quum dẽtes nascuntur: de qua quidem sunt, qui dicunt, quòd fit propterea, quòd superfluitatem salitam saniosam suę gingiuę cum lacte sugit: possibile tamen est ne sit ita. Immò propterea, quòd natura impedita [d] † [ ] non bene digerit, & ideo quòd dolor accidit: & ipse quidem est, qui digestionem prohibet in debilibus corporibus. Et si hoc paucum fuerit: non de eo tibi curandum erit. Quod si timor affuerit, quòd ex eo adueniat superfluitas; succurrẽdum erit ei embrocando uentrem eius ex [e] [anthera] aut cymino, aut aniso, aut semine apij: aut ventri ipsius emplastrum superponendo ex cymino, & rosis [f] [in aceto infusis; aut spelta in aceto cocta.] Et si non iuuerit hoc: hædi coaguli sexta pars. 3. j. [g] [ablato quod est supra,] cum aqua frigida danda erit, & tunc quoque cauendum erit ne in ipsius stomacho lac caseus fiat, dando ea die aliquid, quod uicem lactis obtineat: sicut oui uitellum mollem: aut micas panis in aqua coctas: aut [h] [triticum fractum,] in aqua coctum. Et est etiam quũ eis accidit ventris constrictio: quibus [i] [in potu tribuendum est stercus muris,] aut suppositorium ex solo melle vehementer coctum faciendum: aut cum mentastro: aut cum radicibus ireos, sicut sunt, aut cõbustis: aut ad comedendum detur eis parũ mellis, aut terebinthinæ secundum quantitatem vnius ciceris, & uenter eius fricandus subtiliter est cum oleo: aut [k] [super ipsius femur uaccinũ fel ponendum, & † ciclamen. Et quandoque etiam in ipsius gingiuis fit] acuitas: quę sunt epithemandę oleo & cera. Caro quoque putrida, quæ est salita, eis confert. Et est etiam, quum eis accidit, & propriè quum est origo dentiũ, spasmus, qui plurimum accidit ei propter digestiuę corruptionem, & ex multa neruorum debilitate, & ei propriè, qui corpus habet grossum, [l] † [ ] & humidum: (est ergo medicandus ex oleo irino, aut oleo liliaceo, aut oleo alkãne, aut oleo keirino. Et est etiam, quum eis accidit † tetanus, qui tunc medicandus est cum aqua in qua [m] [coquatur † cucumis agrestis, aut ex oleo violaceo misto cum oleo sicionio:] & si existimetur, quòd spasmus qui accidit, sit ex siccitate propterea quòd post febres accidit, aut post [n] [febrem uehementem,] & quia paulatim aduenit, inungendæ sunt iuncturæ ex oleo violaceo solum, aut cum pauco cerę albæ conquassato; & super ipsius cerebrum proijciendum est oleum violaceum, & reliqua ab istis uehementer. & similiter faciendum est, si † tetanus siccus eis accidat. Est etiam, quum ei accidunt tussis, & [o] [rheumatismus.] Et in his quidam iam præceperunt quædam, ut multa aqua calida super ipsius caput proijciatur, cui hoc accidit, & vt ipsius lingua ex melle multum liniatur: deinde linguę radix prematur, ut multum phlegmatis euomat, & sanetur: aut gummi arabicum, & dragagantum, & semina cydoniorum, & succus liquiritię, & penithi sumatur, & quaq; die parum ex eis cum lacte illico mulcto detur. & est, quum infanti anhelitus malitia accidit: oportet ergo, vt radices aurium eius, & radix linguę ex oleo inungantur: & fiat, ut ipse euomat, [p] [similiter eius lingua dilatetur:] quoniam vehementer confert, & aqua calida guttatim in os eius distilletur, & parum seminis lini cum melle ad lambendum tribuatur. Et est, quum accidit † aphta multum, quoniam panniculi linguæ ipsius & oris uehementer sunt molles [q] [ut non patiatur ipsa tangi ex nimia ipsorum mollitie: tanto plus rasuram [aquositatis lactis: quoniam hoc est quod

b B. aut fluxus uentris.

c B. ungendus.

d † B. in generãdo membrum.

e B. semine rosæ.

f B. madefactis cũ aceto, aut cũ glaures decocto cum pauco aceto.

g ——B.

h B. sauich.

i B. suppositorium est faciendum cum stercore muris.

k B. liniatur ipsius umbilicus cũ felle bouis, & buchor mariẽ. Et quádoq; accidit in ipsius gingiuis mordicatio seu. Alia litera, cum felle bouis, & buchormarien, & aqua carnis salitę, & caro salita putrida confert eis, & quandoq; accidit in ipsius gingiuis mordicatio, seu acuitas quare epithemẽtur cũ oleo & cera.

† buchormariẽ.

l † B. seu pingue.

† alcuzez.

m B. decoctus sit cucumer asininus, aut cum oleo uiolato simul cũ oleo cucumeris asinini † sicidis.

n B. aut post fluxum uentris laboriosum.

† cuzez.

o B. coryza.

p B. similiter cũ cõpressione linguæ ipsius.

† alcola.

q B. ut non tolerent tactum ebenem quantomagis abstersioné.

multum ei nocet,& ducit ipsum ad† aphtha. Et deterior quidem † aphtha r [est, quæ nō est matura, & nigra;] & est mortalis: & quę sanior est; est alba, s [aut citrina.] Et qui eam patitur, medicandus est ex aliquo seu medicamine† aptha nominatorum in libris particularibus. Et est quoque, quum violæ tritæ solæ eis sufficiunt, aut cum rosis, & t † [ ] & xilocaractis mistæ. Et est, quum succus lactucæ, & solatri, & portulacæ ei sufficit, & si fortior ista fuerit; radix u [liquiritię tritæ.] Et est, quum in † pustulis humidis & † aphthis conferunt myrrha, & gallæ, & cortices thuris vehementer tritę, & cū melle mistæ, & est etiam, quod eis sufficit rob de moris solum acetosum, & rob de succo vuę acerbæ, & est quum confert ei abluere eas cum x [vino,] aut cum aqua mellis: postea continenter adhibere eis aliquod eorum, quæ diximus ex desiccatiuis, quòd si medicamē fortius hoc necessarium fuerit, y [† radicum chelidoniæ, & corticum granati,] balaustiarum, & sumac. ana. ʒ.vj. sumantur, & gallarum ʒ.iiij. aluminis iameni. ʒ.ij. & terantur, & cribellentur, & puluerizentur desuper. Et est etiam, quum auribus ipsius fluxus accidit humorum, quoniā ipsius corpus, & præcipue cerebrum vehementer est humidum. Lana igitur in melle & vino mistis cū pauco aluminis, aut croci, aut pauco nitri inungenda est, & auribus inijcienda. Et est, quum sufficit, ut lana in vino pontico, aut in quo parum croci sit missum: intingatur, & in auribus mittatur. Et plerunque etiam accidit ei dolor auris ex uentositate, & humiditate, qui medicandus est ex licio, & origano, & sale, z [& zuccaro] † albo, & lentibus, & myrrha, & seminibus colloquintidę, & a [cedri.] Quodcunque eorum fuerit, coquatur in oleo, & in ipsas guttatim ꝓijciatur. Et est, quum in cerebro infantis fit apostema calidum, & uocatur b [sitibundum.] Et est, quum multoties eius dolor ad oculum peruenit & guttur; & fit inde facies citrina. Cerebrum igitur eius est infrigidandum, & humectandum ex corticibus cucurbitæ, & c [citruli] & succo solatri, & succo portulacæ propriè, & oleo rosaceo cum pauco aceto, & uitello oui cum oleo rosato: quodcunque tamen fuerit, assiduè mutetur. Et est, quum in cerebro infantis accidit aqua: cuius curam iam nominauimus in d [cura] capitis. Et est, quum oculi eius inflantur. Super ipsos igitur licium cum lacte est epithimandum: deinde in aqua, cum qua cocta fuerint camæmilla, & † ocymum fluuiale, abluātur. Et est, quum ei accidit ex multo fletu albedo in suis pupillis, qui medicandus est cum succo solatri. Et quandoque accidit coopertura oculi infantis e [† ptilosis] ex fletu: & cura eius est etiam succus solatri. Et accidūt ei febres: & tunc melius est, ut nutrix regatur, & ei etiam detur aliquid, sicut succus f [granati cum oxymelle & melle, & succus citruli] cum pauco camphoræ & zuccaro: deinde fiat, ut sudet, quod fit, quum cannæ recentes premuntur, & earum succus super uerticem, & super pedes ponitur, & ipse cooperitur, quoniam cum hoc sudat. & est quum accidit ei dolor uetris, & torquetur, & flet: uentri ergo superponenda sunt aqua calida, & oleum multum calidum, & parum ce-

† alcola. † alcola. r B. est nigra similis carboni. s B. & rubea. † alcola.
t † B. pauco croco.
u B. Alia litera. susen trita & est cum bothor gingiuarum. † bothor. † alcola.
x B. syrupo mellis.
y B. uenarū & corticum granatorum. † uenarum meimeran.
z ——B. † tabarzer. a B. sauinæ.
b B. athas.
c B. cucumeris.
d B. ægritudinibus.
† albedarungi.
e B. silach. † sulacum.
f B. granatorū cum syrupo acetoso, & melle, & sicut succus cucumeris.

rę. Et est, quum ei accidunt sternutationes frequentes: & est, quum hoc contingit propter apostema in partibus cerebri: & si ita fuerit: medicandum erit apostema infrigidando, & epithimando & ungendo ex infrigidantibus succis & oleis. Quòd si non fuerit ex apostemate, quod ei accidit, † ocymum fluuiale tritum naribus eius erit insufflandum. Et est, quum in corpore accidunt ei † pustulæ: sed quod ex eis ulcerosum est & nigrum, est mortale: & etiam si g [non fuerit nisi] † aphta tantum; erit mortale: quanto magis, quum expandetur? quod autem est album, est sanius: & similiter rubeum. & est quum in eius egressione multa sequitur utilitas. & ipsa quidem h † [ ] medicāda sunt ex subtilibus desiccatiuis in aqua solutis, ex qua ipse lauetur, & in ea coctis, sicut rosa, & myrtus: & folia arboris masticis, & tamarisci, & olea etim istarum rerum. † Pustulæ uerò si sanę sunt, dimittendæ sunt, donec maturentur: deinde curentur. & si ulceratæ fuerint, fiat eis unguentum ex cerusa: & est etiam, quum necesse est lauare eas cum aqua mellis, & pauco nitro: & similiter † aphthæ. Quū autem spissæ fuerint, indigebunt eo, quod sit fortius. Lauabuntur ergo tunc ex aqua † aphronitri cum lacte mista: ideo ut tolerari possit. Quòd si i [fiat earum caro uesicæ,] uaporabitur, & infundetur ex aqua, in qua coctę fuerint myrtus & rosę, & squinantum, & folia arboris masticis. Sed antequam hoc totum fiat, nutricis nutriēs meliorare conuenit. Et est, quum propter multū fletum fit in k [inguine] tumor: aut accidet aliqua ex causis l [fissurę:] in quo quidem iam pręceptum est, ut † ammi teratur, & cum albumine oui conspergatur, et desuper ponatur, et cum panno subtili lineo super ipsum strictura fiat: aut lupini amari adusti infundantur in uino m [& myrrha: & cocta] desuper ponantur. z His autem fortiora sunt calida stiptica, sicut myrrha, & cortices cupressi, & eius nuces, et aloes, et acacia, et illud qđ in capitulo de n [fissura] dicemus. Et est etiam, quum infanti accidit, et propriè, quum umbilicus inciditur, apostema, et tunc quidem accipienda sunt o [† spica celtica] et terebinthina, et in oleo sesamino sunt soluenda, et infanti p [adhibenda:] et ex eis super umbilicum epithema faciendum. Et est etiam, quum infanti accidit, ne dormiat: et incessanter ploret, et ut os assiduè uagiēdo moueat, et tunc quidem necesse est, ut si possibile est, fiat quatenus dormiat, cum corticibus papaueris, et ipsius semine, et oleo, et lactucis, et oleo de papauere superponendo ex eis, temporibus, et vertici, et erit conueniens. Quòd si necessarium fuerit aliud istis fortius, fiat hoc medicamen. q [Semen † sule] et nux hendem, papauer album, r † [ ] semen lini, s [† semen chelidoniæ,] portulacę, semen plantaginis, semen lactucarum, et semen fœniculi, et anisum, et cyminum sumantur: et ex unoquoq; istorū aliquid paulatim torreatur: deinde omnia terantur, et cum eis pars una psilij tosti, et non puluerizati ponatur: et omnia hæc cum tanto zuccaro, quantum ipsa sunt, misceātur, et ex eis infanti quātitas duarū ʒ. in potu tribuatur. Si autem uoluntas fuerit, vt hoc sit fortius;

cum

† bedarungi.
† bothor.
g B. esset sicut. † alcola.
h † B. secundū omnem dispositionem.
† Bothor.
† alcola.
† baurach. i B. cutis eorū vesicabitur.
k B. umbilico. l B. rupturæ. † ameos.
m ——B.
n B de ruptura
o B. alsehal qđ est alsengius. † aslakel quæ ē aluianis.
p B. exhibeatur in potu ex eo.
q B Semen vel granū alsemne. † .i. uel sampsuci uel chamepytheos. † grana.
r † B. papauer nigrum.
s B. alchausegi.

cum eo tantum opij ponatur, quantũ est tertia huius partis, aut minus. Et est etiam, quũ infanti accidit singultus: cui tunc danda est nux indica cum zuccaro. Et est quum infanti accidit vomitus fortis. cui forsã dabitur medietas† dauic vnius gariophylli. Verũtamẽ quãdoq; ei cõfert stomacho supponere emplastrũ ex aliquo constringentium uomitum, debilium. Et est, quum infanti accidit stomachi debilitas. cuius quidẽ stomachus tunc [c] [ex muscho] cum aqua rosæ est liniendus, aut cum aqua myrti; & ei in potu succus cydoniorũ tribuatur cum parua gariophyllorum quantitate [u] [& zuccaro, aut. iij. octauæ. 3. vnius galię muschatæ] cum pauca quantitate miuæ. Et est, quum infanti accidunt somnia terrefacientia in somno, quæ plurimũ eueniunt propter repletionem ipsius factã ex multa gulositate; quum ergo cib. corrumpetur, & stomachus hoc senserit; procedet nocumentũ a uirtute sensibili ad uirtutem formatiuam, & imaginatiuam: & apparebunt ei somnia terrefacientia. Oportet igitur, ne [x] [stomacho ipsius valde pleno] cogatur dormire, & ut ex melle ei ad lambendum detur, quod digerat id, quod est in stomacho isto, & deponat. Et est, quum infanti accidit apostema gulæ inter os † et gulã, quod quandoque extenditur usque ad musculos, & spondyles colli: & tunc quidem ipsius vẽter suppositorio soluendus est; deinde ipse est medicandus cum aliquo, quod sit sicut rob de moris, & eis sibi similibus. Et est etiam, quum infanti, dum dormit uehementer, accidit oregmon; cui semen lini tritum cum melle ad lambendum est tribuendum; aut cyminum tritum melle conspersum. Et est, quum infanti accidit [y] [uentris inflatio,] cuius medicationem iam nominauimus in capitulo de ægritudinibus capitis; veruntamen hic referemus rem ei uehementer conferentem. [3] & est, ut origani, & castorei, & cymini partes sumantur æquales, & tritæ commisceantur, & ei in potu tribuantur; quorum sit pondus trium granorum hordei. Et est, quum infanti accidit, ut eius [z] [intestinũ] egrediatur; & tunc quidem corticum granati; & myrti recentis, & cupularum glandium, & rosarum siccarum, & cornu combusti, & aluminis iameni, & ungularum caprinarum, & balaustiarum, & gallarum partes sumendæ sunt æquales, & in aqua adeo fortiter coquendę; donec eorum uirtus egrediatur; deinde in eorum apozemate sedere cogatur ipso tepido. Et est, quum infanti accidit tenasmõ, propter frigus quod ei superuenit: cui confert, ut nasturtij, & cymini. ana 3. iij. sumantur, & trita cribellẽtur, & butyro veteri uaccino conspersa ad bibendum cum aqua frigida dẽtur. Est præterea, quũ in uentre infantis uermes minuti procreantur ei nimis nociui, & plurimum circa anũ, in quo etiam longi generantur; sed lati rarò procreantur in ipso. Longi autem medicantur ex aqua a [† santonici] de qua modicum in lacte in potu est tribuendum secundũ eius fortitudinẽ. Et fortasse necessarium erit uentri ipsius emplastrum superponere ex [b] [† nigella & herba kali,] & vaccino felle, & coloquintidarum pulpa. Sed ad paruos curandos, qui sunt in ano, helenij, & † venarum [c] [rubearum] ana pars una sumenda est, & zuccari secundum totius magnitudinem, & deinde cum aqua, [d] † [ ] & ad bibendum detur. Et est quum infanti in coxa accidit excoriatio, & tunc quidem myrtus trita puluerizãda est desuper, aui radix [e] [ireos] puluerizata; aut rosæ tritę, aut cyperus, aut hordei farina, aut lentium.

† dauic pondus est sex granorũ
c B. cũ misufen.
u B & galiæ, aut kirat. i. galiæ.
x B. super chede.
† meri.
y B. riha alsanabi.
z B. anus.
a B. sciha, seu sceha. † asceth.
b B. albrengi al kebuli. † boroum & caulæ.
c B. citrinarum † .i. rubiæ tinctorum.
d † B. calida.
e B. liquiritiæ.

ANNOTATIONES.

1 *Qui morbi pueris accidant habes ex Hipp. 3. aph. Horum curationem doceat Paulus lib. 1: Vide & Aetium lib. 1. serm. 4.*

2 *His autem fortiora sunt calida &c. Cyparißum calidum esse ait, quod & lib. 2. Oppositum Dios. lib. 1. & Paulus lib. 7. Vide Gal. sexto de simp. med. fac. Hic item acaciã calidam facit. Contrarium tamen idem scribit lib. 2. ubi lotam frigidam eße ait in secundo: non lotam autem frigidã in primo. quin etiam Paulus lib. 7. ait primi eße refrigerantium ordinis, quod & Diosc. lib. 1. & Gal. 6. simpl. med. asserere uisi sunt. Verum quod ad hæc pertinet. Acaciam inter frigida eße medicamenta reponendam, tum eius astrictio uehemens, tum tota medicorum schola constantissimè tuetur. Cupreßum uerò, & si frigidam eße omnes consentiunt, quum tamen ea & odore, & amaritudine quadam præstet non mediocri, non negarim calidas quoque in se partes continere, tametsi frigidæ præualent.*

3 *Et est ut origani & castorei &c. Exhibet infantibus origanum, castoreum, & cyminum in potu, quæ sane uehementis caliditatis sunt. Tu perpende Auerrois rationem 5. Coll. ob quam amaris necari pueros dicit. & Galeni quoque sententiam 1. de tuen. san. qua uinum pueris interdicit. At verò quòd alimentorum usus, quæ amara & calidiora sunt, puerulis summè sit noxius: nulli dubium est, medicamenta tamen & amara & calida, ubi necessitas urgeat, exhiberi, nullus est qui neget.*

Aphor. 24. 25, & 26.
Cap. 6. 7. 8. & deinceps.
Fen 1. tract. 2. & cap. 150.
cap. 85.
F. 1. tra. 2. cap. 3. cap. 104.
cap 25.
cap. 11.

De regimine infantium, quum mutantur ad ętatem pueritiæ. Cap. 4.

Oportet vt tota intentio sit in meliorando mores pueri, & moderando ipsos: & hoc quidem est, ut obseruetur, ne fortis ira, neque timor uehemens ei accidat, neque tristitia, neque vigiliæ: & istud fit considerando semper, vt ei adhibeatur, quod desiderat, & appetit; & nõ permittatur esse corã eo aliquid, quod ipse abhorreat, & in hoc duæ consistunt utilitates, vna in ipsius anima, ut crescat, ipso a pueritia sua existente, bonorum morum, & fiat ei habitus fixus, & altera est in corpore ipsius, quoniam sicut mali mores malitiæ complexionis speciem sunt sequentes, ita, quum ex consuetudine acciderint, sequitur eos complexionis malitia. [a] † [ ] Ira nanque vehementer calefacit, & tristitia multum exsiccat, & pigritia uirtutes laxat animales, & complexionem ad phlegmatis proprietatem inclinat. In temperamento ergo morum, custodia, sanitatis animę, & corporis simul consistit. Quum autem puer a somno excitatur, balneandus est; deinde dimittendus est ludere hora una, postea aliquid ad comedendum ei dandum: deinde dimittẽdus est ludere prolixius: postea balneandus: deinde cibandus, & quanto plus possibile est, aquam super cibum bibere non est permittendus, ne cibus crudus penetret antequam digeratur. Quum

a † B. consimilis eis.

Quum autem sex habuerit annos: magistro tradendus erit, qui eum doceat: in quo etiam gradatim est ordinandus: et neque est cogendus assidue in scholis morari. Quumque ad hanc puerit ętatem;[b] [minus erit balneandus:] et eius labor ante comestionem erit augmentandus: neque vinum erit ei dãdum: et propriè, quum aliquis calidę complexionis fuerit et humidę: quoniam nocumentum, quod ex vino timetur (et ipsum est cholerę rubeę in potatoribus generatio) ei cito aduenietur;[c] † [ ] et vtilitas, quę ex vini potatione generatur, est[d] [vrinę] prouocatio, et humectatio iuncturarũ, quorum non indiget ipse. Non enim eius cholera rubea est multa, quę in vrina sit prouocanda: neque eius iuncturę humectatione indigent: sed permittendus est aquam dulcem limpidam secundum desiderium in potu sumere. Et hic quidem erit cursus regendi eos donec ad.xiiij. perueniant annos, cum solicitudine illius quotidiana, quod in eis est, ex minoratione humiditatum ipsorum, et processione exsiccationis et indurationis. Ordinandi ergo sunt minorando exercitium, et separado ab eo, quod eos laborare facit inter pueritiam, et adolescentiam, et temperatuũ comitetur exercitiũ. Post hãc uerò ætatem sit eorũ regimen, regimen[e] [sanorũ] et conseruatio sanitatis. Nos igitur ad ipsam mutemus, et sermonem de rebus præmittamus, in quo cõtinentur rei[f] [habenæ] in regimine adolescentiũ necessariç, et ab exercitio incipiamus.

b B. Alia litera. minoretur ocio sitas, seu quies.
c † B. faciliter.
d B. choleræ ꝑ ruinam.
e B. Alia litera. augmenti.
f B. fundamẽta.

DOCTRINA II. DICTIONIS III.

De regimine, quod est commune † puberibus, cuius sunt. xvij. capitula.

† albaleghini.

De regimine adolescentium communi, & sermonis summa de exercitio. Cap. 1.

PRopterea quòd plurimũ regiminis cõseruationis sanitatis est, vt nos exercitemur: postea comestio: deinde dormiendi regimen: ideò sermonem ab exercitio incipere debemus. Dicemus itaque, ꝙ exercitiũ est motus uoluntarius, propter quẽ anhelitus magnus, & frequens est necessarius. Et ad ipsum quidem peragendum cõuersus secundũ modũ suæ æqualitatis, & in hora sua, nullo indiget eorũ medicamentorũ, quæ materialib. necessaria sunt ægritudinibus, et ęgritudinibus,[a] † [ ] quæ eas sequuntur, et ex eis accidunt: et hoc quidem est, quum reliquum eius regimẽ conueniens est et rectum, et huius quidem declaratio est, quoniam, quemadmodum scis, nutrimento indigentes sumus, et nostræ conseruatio sanitatis est ex nutrimento nobis conueniẽte, quod æquale existit in quantitate sui et qualitate. Nullum autem ex nutrientibus, quę sunt in potentia: cum omni totalitate sui ad nutrimentum mutatur in effectu; immò in unaquaque digestione aliqua ex eo superest superfluitas, ad quam euacuandam studet natura. Verũtamen naturę euacuatio[b] [solummodo] non est euacuatio completa, immò procul dubio ex superfluitate cuiusque digestionis remanet[c] [abstersio] & impressio. Quumq; hoc frequenter fiet: & iterabitur, & aggregabitur ex eo aliquid mensuram habens; prouenient ex aggregatione superfluitates malæ, corpus a multis lędentes partibus. Quũ enim putrefient, ęgritudines generabunt putridas. Et si ipsarum qualitas fortis fiat, malitiam generabũt complexionis: & si earum quantitates multiplicentur, prouenient inde[d] [accidentia repletionis prædicta.] Et si ad aliquod membrum fluxerint, apostemata generabunt: & ipsarum fumi substãtiæ spiritus complexionem corrumpent. Nobis ergo necesse est eas proculdubio euacuare. Earum autem euacuatio secundum plurimum non completur, neque[e] [est conueniens] nisi, cum medicinis fiat venenosis, quæ proculdubio naturam frangunt: quę etiam si venenosæ non essent; non posset esse, quin eas bibere naturæ laboriosum esset: quemadmodum dicit Hippocrates, ꝙ medicina purgat, & inueterat. Et pręter hoc totum cum humore superfluo euacuant ex humiditatibus naturalibus, & spiritu, qui est vitę substantia, partem magnam, & hoc quidem totum est ex eo, quod uirtutem membrorum principalium, & eis seruientium debilitat: hęc ergo, & alia sunt impedimẽta repletionis, quum in sui dispositione dimissa fuerit, aut quum euacuabitur. Amplius exercitium est res, quæ magis prohibet, ne repletionis materia congregetur: quum alia regimina conuenerint ei, & est id, quo calor innatus[f] [renouatur] & corpori leuitatis confert vsum. Ipsum nanque subtilem amplificari facit calorem: & quod ex superfluitatibus congregatur; quaque die dissoluit: & motus eas in[g] [labendo] iuuat: & ad loca; vnde egredi solent, perducet. Omnibus ergo diebus non congregatur superfluitas, de qua sit curandum: & pręter hoc, est, sicut diximus, quòd calorem innatum accrescere facit, & iuncturas, & chordas duras efficit: quamobrem[h] [operationes efficere possunt: & a passionibus securæ fiunt:] & membra apta reddit ad nutrimentum recipiendum, propter illud, quod ab ipsis ex superfluitatibus[i] [expellit:] uirtus igitur attractiua mouetur, & membrorum[k] [duritiem] resoluit, & membra facit leuia, & humiditates subtiliat, & poros dilatat. Exercitium autem relinquens in hecticam frequenter incurrit: quoniam membrorum debilitantur uirtutes, propterea quòd motum dimittunt, qui innatum eis defert spiritum: qui uitæ cuiusque membri instrumentum existit.

a † B. complexionalibus.
b B. unius earũ.
c B. residuum.
d B. ægritudines repletionis prædictæ.
e B. perficitur.
f B. uiuificatur.
g B. expellẽdo.
h B. fortificat eas ad operationes pficiendas, & a passionib. securas facit.
i B. minuit.
k B. nodositatẽ.

ANNOTATIONES.

Quid exercitatio sit, & qui eius usus ac necessitas, Gal. 2. de tuend sanit. & lib. de renum affec. dign. scriptum reliquit, ex quo hic author transtulit. & Paulus lib. 1. Vide quæ de nutrimento, & excrementis hic notantur 1. de tu. san. Verùm quod ultimo loco ex intermißa exercitatione hecticam induci scribit; id sanè ex Galeno non legimus. habemus tamen ex eo 1. de diff. feb. febres, atque alios morbos intermißa exercitatione sequi. & 3. de symptom. cau. ac 5. de loc. aff. cruentas fieri dysenterias. ad quas postmodum ubi diutus perdurauerint, hecticas quoq; febres consequi certißimum est.

cap. 7. cap. 2. cap. 16. cap. 3. & 12. cap. 2. cap. 7.

De ſpeciebus exercitij. Cap. v.

EXercitium aliud eſt, ad quod peruenitur ex occupatione alicuius humanarum operationum: aliud eſt exercitium purum, quod eſt illud, quod intenditur ſcilicet, quod eſt exercitium tantum, ex quo exercitij quæruntur iuuamenta: quod habet differentias. Nam exercitiũ aliud eſt multum aliud eſt paucum: aliud eſt forte, & uehemens: aliud eſt debile & leue: & aliud eſt uelox, & aliud eſt tardum: & aliud eſt athicũ ſcilicet compoſitũ ex fortitudine & uelocitate & aliud eſt [a] [laxum] & inter omnia duo extrema reperitur æquale. Exercitij verò ſpecies ſũt, luctari [b] [& manus manibus contorquere, & percutere in mandibulis,] & currere, & incedendi uelocitas, & iacere cum arcu, [c] [& ſalire ſurſum ad rem, a qua fiat ſuſpenſio, & ſuper pedem unum.] Et cum enſe, aut cum lancea ſcrimire, & eqtare equos, & [d] [caſchu] manibus, quod eſt, ut homo ſuper pedum extremitatem ſtet, & manus ſuas ante & retro ueloci extendat motu, & hæ quidem ſunt exercitij ſpecies notabilis. Ex ſubtilium verò, & debilium exercitiorum ſpeciebus eſt exercitiũ, qđ fit [e] [inundationibus] & in cunis ſtando, aut ſedendo, aut iacendo, aut paruam nauiculam intrando, aut nauiculam piſcatorum. Iſtis autem fortius eſt, uectari in equis, & camelis, & lecticis, & in plauſtris uehi. Et ex fortioribus quidem exercitijs ſunt ea, quæ fiunt campeſtribus armis: & eſt ut homo, curſum ſtringat ſuum in loco campeſtris ludi uſque ad finem, deinde retro redeat, & inceſſanter ſpatium quaque reuerſione minuat, donec [f] [in medio ſtet capite reuerſo. Et ex eis eſt, loca coſtarum, quæ ſunt ſub aſcellis, manibus ad anteriora porrectis brachijs uerberare,] & manus adinuicem percutere: & in plano ſalire, et in alto, & ludere cũ uirgis [g] [alcheiſeran retortis: & cum pila magna & parua; et ludere cum reuolutione uirgarum; et in adiutorij muſculis ſe adinuicem capiendo, & eleuare lapidem:] et equos currere, & ipſos in circuitu retroducere. † Lucta quoque multas habet ſpecies, ex quibus eſt, ut quiſque luctãtiũ in medio ſui comparis manus ſuas teneat, et ipſum conſtringat, et quiſque ipſorum laboret, ut a ſuo ſocio ſoluatur, altero ipſum tenẽte. Et eſt etiam ut manus ſuas ſupra ſuum comparẽ contorqueat, et dextram ſuam ad ſui comparis dextram porrigat, et ſiniſtram ad ſiniſtram, et facie ipſius ad illius faciem conuerſa, et ipſe eleuet eum ad ſuperiora, deinde reuoluat eum, et quandoque incuruetur, et quandoque erigatur. Et de eis eſt impulſio, quæ duobus fit pectoribus. Et ex eis eſt, ut quiſque eorum ſui comparis collum teneat, et ipſum ad terram trahat. Et ex eis eſt, pedes torquere, et ipſos premere, [h] [et calcaneos ſui comparis ſuis calcaneis aperire,] et quæ his ſimilia exiſtunt ex modis, quos luctatores faciunt. Ex exercitijs uerò uelocibus eſt ut quiſque duorum comparium locum cũ ſuo compare velociter permutet, et ſaliendo ad poſteriora retrorſum tendat, et alter ad anteriora ſecundum ordinem, aut abſque ordine. Et ex eis eſt exercitium, quod fit duabus acubus ſubſelliorum, et frequenter ad poſteriora ſaliẽdo, et eſt ut homo ſtet in aliquo loco, deinde a duobus ſui lateribus duas ſubſelliorum acus in terram figat, inter quas ſit unus paſſus: poſtea incedat mutando, quæ a dextra eſt, ad ſiniſtram, et quę a ſiniſtra ad dextram: et ſit hoc quam uelocius poſſibile fuerit. Et exercitia quidem fortia et uelocia fiunt quietibus admiſta, aut exercitijs ſuauibus. Amplius exercitia fieri debent ſecundum diuerſos modos, & non ſecundum vnum eſt ſtandum. Vnumquodque præterea membrum exercitium habet ſibi proprium. Et manuum quidem & pedum exercitium non eſt res occulta. Pectus verò & membra anhelitus quãdoq; exercitãtur uoce graui, & magna, & quandoque acuta, & inter eas miſta. & hoc etiam exercitium eſt ori, & uuluæ, & linguæ, & collo, & decorat colorem, & mũdat pectus; & ipſum exercitat cum exſufflatione & retentione anhelitus, & hoc erit toti corpori aliquod exercitium, & ipſius dilatat canales; veruntamen magnam longo tempore efficere vocem, eſt timoroſum, & ſi quæ fortis eſt perduret, neceſſaria fit multa aeris attractio, in qua eſt timor. & ſi ſit longa, erit neceſſe multum expellere aerem, in quo magnus exiſtit timor. Ad legendum præterea ſuauiter eſt incipiendum, deinde uox ordinatè eſt exaltanda: poſtea, quũ uox fortior facta fuerit, & creuerit, & longa, fuerit; tempus ipſius ponendum erit temperatum, quoniam tunc magnum affert iuuamentum. Quod ſi eius tempus prolongabitur, erit in ipſo timor temperatis & ſanis. Vnuſquiſq; præterea homo ſecũdum ſe habet exercitium. Exercitium uerò, quod eſt debile, ſicut [i] [reuolutio in cuna,] illis eſt conueniens, quos febres debilitauerunt, & conualeſcentibus, qui ſe mouere non poſſunt, neque ſedere, & quos ellebori potio debilitauit, & quæ ſicut ipſum ſũt; & ægritudinem in diaphragmate habentibus. Quumque ſuauiter fiet, dormire faciet, uentoſitates diſſoluet, & conferet reliquijs ægritudinũ capitis, ſicut ſtupori, & obliuioni; & commouebit [k] deſideria:] & naturam excitabit. Quum autem ſuper lectum [l] † [ ] fiet motus; erit conuenientius ei, qui habet ſicut hemitritæum, & febres compoſitas, & phlegmaticas, & habenti hydropiſim, & dolorem podagricum, & ęgritudines renum: quoniam hęc [m] [inundatio] materiam efficit aptam euulſioni, & debile quidẽ ei, qui eſt debilior; & forte ei, qui eſt fortior. In plauſtris autem uehi has efficit operationes, [n] [ſed humores magis quam huiuſmodi ebullire facit.] Et eſt etiam, quum quidã plauſtris uehuntur facie retrouerſa, quod uiſus debilitati, & eius obfuſcationi magnum confert iuuamentum. In paruis verò nauib. & magnis ferri, confert lepræ, & hydropiſi, & apoplexię, & frigiditati ſtomachi, & eius inflationi; [o] [quoniam, quum coram littoribus maris fuerit, cõmouebitur ei vomitus,] & deinde quieſcet, & confert ſtomacho: ſed nauibus ferri in mare altum eſt fortius in remouendo ægritudines, quas nominauimus: ppea quòd ſecũdũ animã lætitia & triſtitia diuerſificantur. [p] [& ſecundũ membra nutrienti eorum uero exercitium, corporis exercitium eſt ſequens.] Viſus præterea exercitatur res inſpiciendo minutas, & quãdoque

a B. athit, & aliud eſt metharach.

b B & almebathaſe, & cũ ſpatula, uel cubito, uel alia pte corporis ſociũ impellere, & concutere.

c B & proijcere iaculos, & ſalire ſuper pedẽ unum.

d B. alcafachcum.

e B. alargiha.

f B. ſtet in fine eius in medio. Et ex eis eſt, inſequi umbram ſuã, ut ipſam pcutiat ĩ capite.

g B. retortis dictis alſulegian cũ pila magna, aut pua lignea: & ludere cũ pila ex corio inflata, aut nõ inflata, & lapidẽ eleuare, aut proijcere.

† B. almubataſe.

h B & crura ſui cõparis ſuis cruribus contorquere uel inuoluere.

i B. altergiha.

k B. appetitum

l †B. in modum uiſcoli.

m B. commotio ſuper lecticã in modũ uiſcoli.

n B. ſed eorum impreſſio eſt uehementior quã huius.

o B. & illud quũ prope littus maris fuerit, & quũ commouebit ex eo nauſea, ſeu uomitus.

p B. Membrorũ aũt nutrientium exercitiũ eſt conueniens exercitium reliquarum partiũ corporis.

doque ordinando ipsum, ut res luminosas leuiter intueatur. Auditus etiam exercitatur, sonos auscultando occultos, & quandoque auscultando magnos. Vnumquodque etiam membrum exercitium habet sibi propriũ: & hoc quidem in conseruatione sanitatis cuiuscunque membri referemus, quum librum disponemus particularem. Exercitio præterea utens sibi cauere debet, ne exercitij [q] † [ ] calefactio ad id, quod ex membris suis est debile, perueniat, nisi secundum modum consequendi: uerbi gratia, oportet vt, cui uarices accidunt, pedes in exercitio, quo utitur, non multum moueat, sed ipsum diminuat, & suum perficiat exercitium cũ eis, quę sunt corporis superiora: sicut collo, & capite, & manibus: ideo ut exercitij [r] [operatio] ad ipsius pedes a superioribus perueniat. Corporis præterea debilis exercitium oportet ut sit debile, & fortis ut sit forte. Et est tibi sciendum, quòd vnumquodque membrum per se habeat exercitium, quod est sibi propriũ, quemadmodum oculo est proprium intueri, quod est subtile, & gutturis vocem ingrossare, uel augmentare, postquam hoc ordinatè fit, & similiter dens & auris. Et eodem modo omne membrũ in suo cap.

q † B. fortitudo, uel.

r B. impressio seu uestigium.

De hora incipiendi exercitium, & mensurandi, & ordinandi ipsum. Cap. 3.

HOra, qua inceptio exercitij preparatur, oportet ut corpus sit mundum, & ne in partibus interaneorum, & uenarum chymi Syluestres, & mali existant, quos exercitium in corpore diffundat: & ut cibus hesternus iam sit digestus in stomacho, & hepate, & uenis, & ut alterius cibi hora iam aduenerit. Et hoc quidem declarat urinę secundum substantiam, & colorem maturatio, & erit hæc [a] [prima hora] digestionis. Quũ enim iam longè fuerit, & natura aliquo tpe in nutrimẽto ministrare desierit, & igneitas in urina accensa fuerit, & citrinitatis naturalis terminus trãsierit; exercitium impediens erit, quoniam uirtutẽ deijciet. Et pp hoc dixerunt quidam, quòd quum forte exercitiũ necessarium est; bonum est ne sit stomachus uehementer inanitus; immò sit in eo paucũ nutriens, & in hyeme quidem sit grossum, & in æstate subtile. Amplius, q exercitatur, si est plenus, melius est, quàm si exercitetur, quum est uacuus. & melius est ut exercitetur, quũ est calidus & humidus, quam ut exercitetur, dum est frigidus & sicus. & ex horis quidem ipsius melior est æqualitas. [b] † [ ] Est autem, quum exercitium hominem calidę & siccæ cõplexionis ad ægritudines perducit. quũ igitur discesserit ab eo, sanabitur. Oportet præterea, ut qui exercitatur, incipiat, & superfluitates ab interiorib. expellat scilicet intestinis & uesica, deinde exercitetur: ueruntamen præparationis fricatione prius utatur, quę naturam uiuificet, & poros dilatet: & oportet, ut fricatio cum re aspera fiat: deinde oleo i nungatur dulci, postea secundum ordinem inungatur, donec membrũ pressione non uehementis penetrationis comprimatur: & fit hoc manibus multis & diuersis obuiantib. sitib. ideo ut hoc ad omnes musculorũ perueniat partes: deinde dimittatur fricatus, & exercitari incipiat. In tempore autem ueris horarum ipsius melior est, quæ est iuxta meridiem in domo temperata. & in æstate oportet ipsum præcedere. In hyeme uerò rationi conueniens erat, ut ferè usque ad [c] [noctem] tardaretur: sed alia prohibentia hoc uetant. In hyeme igitur locus tepefieri debet, & temperatè calefieri; deinde exercitio utendum in hora, quæ melior existit secundum illud, quod diximus, ex digestione nutrientis, & expulsione superfluitatum. In quantitate autem exercitij tres res sunt considerandæ; una earum est color: quoniam dum in ipso bonitas augetur, adhuc est hora. et secunda motus: quoniam dum leues perseuerant, adhuc est hora. et tertia membrorum dispositio secdm ipsorum inflationem: quoniã dũ ipsorũ augetur inflatio, adhuc est hora. Quum aũt dispositiones istæ minui ceperint: & sudor uaporalis, & resudatio [d] [liquida] facta fuerit, dimittẽdũ erit. Quũ aũt præmissum fuerit; [e] [redeundum est ad oleũ, quod sudare facit:] præcipue, si anhelitum sui exercitans tenuerit. Quũ que die primo terminum exercitij ipsius cognoueris, & ipsum nutriueris, & nutrientis quantitatem, quam tolerare ualet, cognoueris; nil in secunda die mutes; sed nutriens ipsius, & exercitium in die secundo mensura secundum eius terminum in die primo.

a B. principium horæ huius.

b † B. inter ea ambo.

c B. uesper.

d B. fluens.

e B. Alia litera, applicetur ei oleum almagarach in unguendo.

De fricatione. Cap. 4.

FRicatio alia est dura, quę extendit uel inspissat: [a] † [ ] alia est mollis, quę laxat: & alia est multa, quę macrescere facit: et alia est tẽperata, quę ingrossat. Quũq; hęc cõponẽtur, prouenient paria nouem. Et est etiam fricatio, quæ est aspera scilicet cum pannis asperis, quæ sanguinem ad exteriora uelociter trahit et alia est lenis cum palma, aut cum pannis lenibus, quæ sanguinem [b] [coniungit;] et ipsum in membro continet. Quod autem ex fricatione quæritur; est corporum rarorum inspissatio, et molliũ ĩduratio, et spissorũ rarificatio, et durorum mollificatio. Est pręterea ꝑparationis fricatio; quæ est antequam est exercitium: et incipit fieri suauiter: [c]] quæ, quum uoluntas surgendi adest, stringit et indurat. Et est fricatio reductionis] quæ est post exercitium, et uocatur etiam fricatio quiescere faciens: et quod in ea intenditur, est superfluitatum in musculis retentarum resolutio, ex eo quod per exercitium non euacuatur, ut euaporentur, et non accidat fatigatio: Et oportet quidem ut hęc fricatio molliter, et suauiter fiat. Sed quę ex ea melior est; est prima, quæ est cum oleo; quæ cum duritie, [d] [et grossitie,] et asperitate facienda non est; quoniam membra inde exasperantur: et pueri ab augmento prohibentur: sed in adolescentibus est eius impedimentum minus. Quòd si in fricatione contingat error, qui ad partem duritiei declinet, est sanior errore, q ad mollitiei partem declinat: quoniam fortem resolutionem facilius est corrigere, quam molli fricatione ad recipendum [e] † [ ] corruptionẽ præparare: licet fricatio dura, & aspera, quum superflua fuerit ĩ corpore puerorum, ipsos crescere prohibeat. Et tu quidem nunc inuenies hoc post, apud rememorationem horę fricationis,

a † B. & fortificat.

b B. aggregat.

c B. deinde quũ existimatur, q approximetur hora surgẽdi ad exercitiũ, tunc uehementior fiat fricatio. Et ex ea est fricatio alastardad.

d † ——— B.

e † B. superfluitates uel.

nis,& conditionum ipsius:ueruntamen in hac hora [f] [reductioni] declarationem addemus. Dicemus itaque quòd ipsa pro certo est, ac si esset [g] [altera] pars exercitij, in qua cum oleo incipiendum est & fortitudine: deinde cum ea ad mediocrtatem est declinandū: neque, [h] [dū in sua existit fortitudine,] est dimittenda. Et melius quidem est, ut, dum fit, multę super eã coniungãtur manus. Fricatus pręterea membra sua fricata post fricationem extēdere debet, ut ab eis superfluitates expellantur: & fasciam sumat, quę ad partem membrorum omnium ipsis extensis † [ ] procedat, & quanto plus poterit, suum contineat anhelitum, & præcipue quum musculi uentris lassi fient, & pectoris musculi, si facile fuerit extendētur: postea etiã musculi uentris in fine rei parum extendantur, ut intestina inde aliquam habeant reductionem, & inter hoc & hoc eat, & se supinum projciat, & suos pedes pedibus sui comparis commisceat. Exercitantium uerò excellentes aerem inter sua continent exercitia, sed tamen reductio quandoque in medio interponitur exercitio. Ipsum nanque dimittitur, & deinde ad ipsum reditur, si prolongandi exercitium uoluntas affuerit. [k] [Non antem multa indiget fricatione cum oleo, qui uult reductionem, nisi in ipso dispositio fuerit, quæ sibi non placet, & nisi non reductionem quærat.] quòd si fatigationem senserit, oleo inungatur, sicut nominabimus. & siccitatem si senserit; fricatio augmentanda erit, donec ad æqualitatem perueniat. Fricatio pręterea quandoque iuuat, & foris compressio, quum tempus est dormiendi, quoniam corpus alleuiat. & humiditates ad iuncturas prohibet fluere.

f B. fricationi reductionis.
g B. vltima.
h B. vsque ad laborem eius.
† B. fricando.
k B. & ille non indiget fricatione plurima, qui vult fricationẽ reductionis, & ẽ ille cui nõ denegatur aliquid ex dispositiõe sua, & non uult reductionem.

ANNOTATIONES.

Frictionum differentias & vim omnem breuissima sententia complexus est Hippoc. lib. de ijs, quæ in medicatr. fi. part. Hanc probat Celsus lib. 2. & fusius Gal. explicat secundo de tu. san. & lib. 3. & libro 5. & ex Gal. Paulus collegit lib. 1.

Aph. 25. Cap. 14. Ca. 3. 4. 5. 6. & 6 Cap. 2. cap. 3. Cap. 15. & 18.

De balneo & nominandis balneis. Cap. 5.

HVic autem homini, in cuius regimine noster consistit sermo, balneatio resolutionem faciens non est necessaria: quoniam corpus ipsius est mundum: & neque, qui balneo indiget; eget ipso, nisi ut ab ipso habeat calorem subtilem, & humiditatem temperatã, Quapropter isti in ipso non multam debent facere moram. [a] [Quòd si in fontem descenderint; in ipsum ingrediantur quousque ipsorum rubet, & inflatur superficies;] & in principio resolutionis ab eo remoueantur. & aer in circuitu eorũ aquam dulcem fundendo humectetur; deinde uelociter lauentur, & egrediantur. Oportet prætera ne exercitatus ad balneum uelociter pergat, donec perfectè quiescat. Balnearum uerò dispositiones, & earum conditiones, iam declaraui, & in alio loco retuli. Veruntamen quod hic dicere debemus, est, quòd omnes balneandi, secundum ordinem balnei casas ingredi debent, & neque in domo calida morentur, nisi secuudum quantitatem, quæ eis nocumentum non inferat, & requiescere faciat propter super fluitatum resolutionem, & corporis ad nutricẽs preparationem a debilitate ipsum custodiẽdo, & ab aliqua forti causarum febrium putridarum. Qui uerò impinguari desiderat, balneum post comestionem ingrediatur: si securus fuerit ne oppilationes accidant. Et qui bene se custodire uoluerit, si calidæ fuerit complexionis, [b] [oxymel] bibat propter oppilationum prohibitionem, & si frigidæ fuerit complexionis, diamentastrum sumat, & diatrionpipereon. Qui autem uult resolutionem, & macrefieri: balneãdus est dum est famelicus, & ibi multum moretur. Sed, qui sanitatem uult conseruare: balneũ ingredi debet, postquam digestum est, quod est in stomacho & in hepate, & si timet, ut cholera ebulliat rubea, si hoc fecerit, & se ieiunus balneauerit, ante balneationem rem sumere debet subtilem, quam comedat. Et qui uerò calidę existit complexionis, cholera abundans rubea: hoc est ei necessarium. & huiusmodi ab ingressu domus balnei calidę prohibẽdus est. Ex eis autem quibus isti cibantur, melius est panis in succo fructuum infusus, aut in aqua ros. Et se custodire debent ne rem frigidam actu bibant in egressione balnei, aut in balneo; quoniam pori sunt aperti: quare frigiditas non tardatur, quin ad membrorum principalium corpora procedat, & ipsorum corrumpat uirtutes: ab omni quoque re uehementis caliditatis se custodire debent; & præcipue ab aqua: quoniam si eam sumpserit, timendum erit ne cito ad membra penetret principalia, & accidat phthisis & hectica. Præterea sibi caueant ne cito balneum egrediantur, & caput post ipsum discooperiant: & corpus ad recipiendam frigiditatem exponant. [c] [A balneo uerò] egredi debent, si tempus fuerit hyemis, suis bene cooperti pãnis. Sed qui febrem habet; a balneo se custodire oportet in hora febris, & qui solutionem habet continuitatis; aut apostema. Et tu quidem iam sciuisti ex eo, quod præcessit, quòd balneum est calefaciens, & infrigidans, & humectans & desiccans, & iuuans, & impediens. Et eius quidem iuuamenta sunt somnum facere, & aperire, & [d] [abradere,] & resoluere, & digerere, & nutrimẽtum ad cutis superficiem attrahere, & ipsius iuuamentum non est nisi in resolutione eius, qđ resolui uolunt: & in expulsione eius, quod vult expelli in parte naturali, & in retentione uentris, & remotione [e] [fatigationis.] Eius autem impedimenta sunt, debilitare cor, si multum morati fuerint, & facere syncopim, & nauseã, & humores quietos mouere, & eos ad putrefactionem preparare; & cum eis ad membrorum debilium receptacula declinare. ergo ab eis accidunt apostemata in occulto membrorum, & in eorum superficie.

a B. immo vtantur tina vsu tam longo, quousq; in ea rubeat ipsorum cutis, & inflectur.
b B. syrupũ acetosum.
c B. immo abalneo.
d B. abstergere.
e B. lassitudinis.

ANNOTATIONES

Habentur hæc de balneis omnia ex Gal. 3. de tuend. ualet. & 10. meth. & Paulo lib. 1. Sed egit de hac re & Hippo. 3. de rat. uict. in ac. copiosè. Facitq; ad hunc locum, & Gal. lib. de marasmo. & Celsus lib. 2. Dissentire autem hic authbor uidetur ab Hippocrate, & Galeno quum ijs qui pingues

Cap. 4. Cap. 10. Cap. 51. Text. 44. 45. & deinceps. Cap. 6. 7. & 8. Cap. 17.

gues fieri uolunt, balneum à cibo consulit: cuius contrarium tum Hipp. libro citato, tum Gal. ibidem, & 1. de tu. san. ac alibi sensisse uidentur. Desumptum tamen & hoc ex Gal. est & 6. de san. tu. & 14. meth. quibus locis & ijs quibus mordaces succi redundant, & qui extenuati sunt, utiles esse a cibo balneas confirmat, nisi obstructionum suspicio sit; quod & hic author. Vide & de balneis multa in libello, quem author de remou. nocum. quę accid. & c. scripsit tractatu tertio.

Tex. 55. Cap. 10. Cap. 3. Cap. 16.

De ablutione, quæ fit cum aqua frigida. Cap. 6.

HOc quidem conueniens non est, nisi cuius regimen undique conseruatur, & cuius ætas & uirtus, & figura, & tempus sunt conuenientia, & [a] [neque fastidium. neq; uomitũ, neque uentrem] neque uigilias, neque rheumatismos habet: neque est puer, neque senex, & in hora, in qua ipsius corpus est leue, & motus cõuenientes. Et est, quũ hoc fit post ablutionem aqua calida factam, ad hoc, ut exteriora fiant fortiora, & ut calor retineatur naturalis. Quòd si uoluntas affuerit ut istud sit; oportet ne aqua multum sit frigida, immò sit temperata, & est quum hoc fit post exercitium, & tunc quidem oportet, ut fricatio ante ipsam fiat fortior quã solebat: sed inunctio sit ex oleo, quemadmodũ solebat, & sit exercitium post fricationem[b] [& inunctionem temperatam: aut sit parum uelocius] quam solebat. Deinde post exercitium, in aqua frigida subito [c] [natet, ut ipsius membra simul dura fiant; [postea perseueret in ea secundum mensuram suæ leuitatis, & quantum tolerare ualet, antequam superueniat horripilatio; deinde quum egressus fuerit; fricetur, sicut nominabimus, & eius cibus augmentum suscipiat & [d] † [ ] potus diminutionem. Et consideretur tempus reuersionis sui coloris ad ipsũ, caloris eius: ex quo, si uelox fuerit, scietur, quòd eius mora fuit moderata, & si tarda fuerit; scietur quòd mora prolixior fuit, quàm debuit. Ipse igitur alio die mensuretur secundum quòd ex hoc scitum fuerit. & est cum post fricationem, & coloris, & caloris reuersionem, iterum aquam ingreditur: sed, qui hoc agere uoluerit: gradatim in ipso procedat, & calidiore die, qui est in æstate, hora feruoris prius incipiat, & sibi caueat, ne uentus sit ibi, & ne illud post coitum peragat: neque post cibum, qui non sit digestus: neque faciat hoc post uomitum: neque euacuationem: neq; post cholericã passionem, neq; vigilias, neque corporis debilitatem: neque stomachi: neque post exercitiũ, nisi qui illud agit, ualde sit fortis [e] † [ ] secundum modum, quem diximus. Cum aqua autem frigida lauari secundum modos quos diximus, calorem naturalem subito ad interiora pellit. postea confortat ipsum ut fortior fiat, & egrediatur extra [f] [multum.

a B. nauseatiuã satietatem, neq; vomitum, neq; fluxum ventris.

b B. & fricationem temperatã, & sit fricatio p̃dicta velocior parum. Alia litera. fricationem temperatã, & sit parũ velocius.

c B. ingrediatur ut ipsius mem bris simul accidat uel superueniat.

d † B. vini.

e B. tunc enim administretur.

f B. in duplo plus quam erat.

De regimine eius, quod comeditur & bibitur. Cap. 7.

OPortet ut sanitatis conseruator studeat, ne cibi ipsius substantia sit aliquod nutrientium medicinalium, sicut olera, & fructus, & reliqua ab ipsis: quoniam subtiliantia sanguinẽ, sunt adurentia: & grossa, sunt ipsum phlegmaticum facientia, & corpus grauantia. Oportet autẽ ut cibus sit talis, quales sunt carnes, & propriè carnes hędorum, & uitulorum lactentium paruorum, & agnorum annualium. Et triticũ ab extraneis rebus purgatum: quod ex messe sana fuerit collectum, cui nullum accidit nocumentum: & res dulcis [a] [conuenientis complexionis, & uinum bonum, odorem bonum habens.] Alia autem ab istis non respiciat: nisi secundum modum fuerint medicationis: aut secundum præseruationem. Fructus tamen nutrienti magis similes sunt ficus, & uuæ [b] [ualde maturę,] dactyli in regionibus, & ciuitatibus, in quibus esse consueuerunt. Veruntamen, quum aliquis hæc comederit, si superfluitas inde prouenerit: ad ipsam festinet euacuandam. Oportet præterea, ne aliquis comedat, nisi post desiderium: neque in hoc tardetur, quum desiderium [c] [ebullierit:] nisi fuerit mendosum, vt ebriorum desiderium, & habentium [d] [fastidium,] quoniam tolerare famem stomachum[e] [putridis] replet humoribus. In hyeme præterea nutriens actu calidum comedat, & in æstate frigidum, aut quod paruæ sit caliditatis. & neque caliditas, neque frigiditas ad rẽ perueniat, quam sustinere non possit. Scias autem quòd nihil est deterius saturitate in tempore fertilitatis, quam fames sequitur in tempore sterilitatis, & econuerso. sed tamen conuersio est deterior. Vidimus enim multos, quibus in tempore sterilitatis cibus defecit: postea, quum in tẽpore fertilitatis abũdauit: repletos fuisse, & mortuos: licet uehemens repletio in qualibet dispositione sit pernecabilis: siue ex comestione sit, siue ex [f] [potu.] Quot nanque homines superflue se repleuerunt, & suffocati interierũt? Quũ autem error ceciderit in comedendo, aut bibẽdo aliquod medicinalium nutrientium: regendum erit, quomodo digeratur, & maturescat, & ipse custodiendus a malitia complexionis, quę ex eo timetur: accipiendo post ipsum, q̃d sit ei contrarium, donec digeratur. Quod ergo frigidum fuerit, sicut cucumer, & cucurbita: tẽperetur cum eo, quod ei existit contrarium, sicut allia & porri. Et si fuerit calidum, temperetur cum eo etiam, quod ei fuerit contrarium: sicut cucumeres, & portulaca. Et si oppilatiuũ fuerit, sumatur, quod aperiat, & euacuet: deinde famem [g] [diu] toleret. & neque ipse, neque omnes, qui sanitatem custodire uolũt, aliquid comedant, nisi desiderium fuerit certum, & stomachus, & superiora intestina a primo nutriẽte euacuata fuerint. Quod enim in corpore est deterius: est nutriens super nutriens, quod non est digestum, mittere. Et præterea nihil est deterius quam [h] [fastidium, & propriè, quum fuerit fastidium] ex malis nutrientibus: quoniam, quum fastidium prouenerit ex grossis nutrientibus: hereditare faciet iuncturarum dolores, & renum, & dispnæam, & podagrã, & splenis, & hepatis grossitiem, & phlegmaticas egritudines, & melancholicas: sed quum ex subtilibus acciderit nutrientibus, prouenient ex ipso febres acutę, malignę, & apostemata mala acuta. Veruntamen quandoq; necesse est aliquem; ei bũ, aut rem cibo similem mittere super alium cibum, quæ sit ei sicut medicina, uerbi gratia

a B. conueniens complexioni, & vinum bonum habẽs odorem.

b B. maturæ dulces valde.

c B. fuerit excitatum.

d B. nauseatiuã satietatem.

e B. virulentis.

f B. vini.

g B. conuenientem.

h B. altochme, & proprie quũ fuerit nauseatiua satietas, seu repletio.

tia[i] [sicut illi, qui nutrientia comedunt acuta, aut salsa: deinde post tempus, in quo nondum completa fuit digestio, consequenter eis adiungunt res humectantes ex nutrientibus saporem non habentibus.] Et istis quidem hoc sufficit regimen: & exercitium non est eis necessarium. & horum contraria dispositioni, est dispositio eorum, qui grossis cibarijs post aliquod tempus consequenter admiscent, quod velociter digeritur, & est acutum. Amplius paruus motus post[k] [comestionem, ipsam in stomacho quiescere facit:] & propriè quum dormiendi post ipsam voluntas affuerit. Accidentia pretere animæ[l] [horribilia,] & motus corporei fortes, digestionem fieri prohibent. Et in hyeme quidem cibi pauci nutrimenti non sunt edendi, sicut olera, sed nutriens magis est edendum, quod est[m] [ex granis:] & fortis etiam soliditatis: & in ęstate, huius contrarium. Ex cibo etiam nullus ita est replendus, vt non sit ibi locus[n] [superfluus: sed ab eo est remouendus reliquijs desiderij adhuc in anima remanentibus: hę enim famis reliquię post horam vnam destruuntur. Et in hoc vsus est conseruandus: quoniam deterior comestio est, quæ stomachi facit grauitatem: & deterior potus[o] † [ ] est, qui temperamentum egreditur: & in stomacho natat. Et si aliquo die superfluerit: sequenti die famelicus maneat; & somno vtatur prolixiore in loco temperato, in quo neq; sit calor, neq; frigiditas. Quòd si somnus ei non aduenerit: multo vtatur incessu suauiter, & continuo, in quo non sit quies neque requies, & parum puri vini bibat. Rufus inquit. Incessus hic mihi placet, & propriè post[p] [prandium: quoniam bonitatem operationis cęnæ præparat.] Oportet præterea vt post comestionem primo super dextrum latus dormiat pauco tempore: deinde super sinistrum reuoluatur: postea reuoluat se super dextrum. Et debes scire ꝙ multis cooperiri pannis, & ceruical eleuare, ex illis existunt, quæ in digerendo iuuant; & ad vltimum quidem vt membrorum situs ad inferiora sint declinantes, & non ad superiora. Et cibi quidē mensuratio existit secundum vsum, & virtutē: & vt mensura eius in eo, qui sanæ est virtutis, sit talis, quum ipsum recipit: qui ei grauamen nō afferat; & hypochōdria non tendantur, neque inflet: & rugitum non faciat, neque natet: & nō accidat ex eo nausea, neque caninum desiderium, neque casus, neque ingenij pigritia, neque insomnietas, neque ipsius sapor in ructibus post tempus reperiatur: quoniam, quum post[q] † [ ] longum tempus sapor in ore repertus fuerit; erit deterius. Declaratur autem, ꝙ cibus sit temperatus, quum ex ipso non prouenit magnitudo in pulsu, & in anhelitu paruitas: hoc nanque non accidit, nisi propterea quòd stomachus comprimit diaphragma: & propter hoc fit anhelitus paruus, & inspissatur: & cordis necessitas[r] [ei præbet augmentum.] magnificatur ergo pulsus, quoniam in virtute non existit debilitas. Ille pręterea, cui post comestionē accidit caliditas, & calefactio, non vna totum comedat hora, sed paulatim per interualla: propterea ne ei ex repletione dispositio accidat, quæ sit sicut[s] [tremor,] quem postea sequatur

i B. sicut illis, q comedūt nutriētia acuta aut salsa. Quum.n.ad ea subsequūtur post tp̄s, in quo nondū cōpleta fuit digestio, res humectantes ex cibarijs seu nutrientib. insipidis, rectificatur p hoc chymus illius, quo nutriti fuerunt.

k B. cibū facit ipsum ad fundū stomachi descēdere.

l B. fortia seu superflua.

m B. maioris nutrimenti & leguminibus, & similibus eius.

n B. superfluo ipsius.

o B. vini q̄titas.

p B cibū. Alia litera. prandium qm̄ pręparat bonitatem loci, in quo cæna debet cadere.

q † B. magis.

r B. additur seu augetur cū hoc.

s B. rigor.

calor, sicut fortis febris, quum calesit cibus. Amplius, qui, quantum ei sufficit, digerere non potest: comedendi numerum multiplicet, & quātitatem minuat. Melancholicus pręterea nutriēte indiget vehementer humectante, & parū calefaciente. Cholericus verò eo, quod humectat et infrigidat. Et ille quidem in quo sanguis calidus generatur[t] [et bonus:] nutrientibus indiget frigidis, et pauci nutrimenti. Et hic in quo sanguis generatur flegmaticus; nutrientib. pauci nutrimenti indiget, in quibus caliditas sit et subtilitas: Nutrientia præterea ordinem in sui receptione habent, in quo sanitatis cōseruator sollicitus esse debet: ne illud quod subtile est, et cito digeritur, post forte nutriens, quod sit eo durius, in cibo sumat:[u] † [ ] quia prius digeritur quàm ipsum, et super illud natabit, non habens viam, qua penetret: putrefiet ergo et corrumpetur: et corrumpet illud, quod ei admiscebitur. Iste etiam non primo comedere debet cibum labilem, ita vt post ipsum cibū fortem et durum in cibo sumat: quoniam cum ipso labetur, quum ad intestina penetrabit, eo nondum tam integre digesto, quantum debebat. Pisces quoque, et quę eis similantur, post laboriosum exercitium comedendi nō sunt: corrumpentur enim et corrumpent humores. Hominum pręterea sunt quidam, quibus conceditur comedere illud, in quo virtus existit stiptica, antequam suum comedāt cibum. Et isti quidem sunt stomachi laxitatem habentes: ex quorum stomachis cibi descensus fit velociter; et non in eis moratur, donec digeratur. Quapropter stomachi dispositio, et eius complexio semper est consideranda. Et est etiam aliquis hominum, in cuius stomacho cib. corrumpitur subtilis, qui cito digeri solet: et fortis, qui tardè solet digeri, in ipso digeritur: et hic quidem est, cuius stomachus est igneus. Et ex eis est, qui huic existit contrarius: quorum quisque secundum suum vsum est regendus. Regiones quoque[x] [naturas habent proprias, et vsus sunt res extra rationem,] & hoc quidem obseruandū est, et oportet, vt experimentum in hoc rationem vincat. Est nanque cibus, qui solet comedi, in quo aliquod existit nocumentum, et est conuenientior bono non vsitato. Vnaquęque præterea figura, et complexio hominis, cibum habet conuenientem et consimilem, ad quem mutādum, si voluntas ei affuerit:[y] [nocumentum ei faciet, & impedimentum.] Ex hominibus quoque est, cui aliquod nutrientium bonorum, & laudabilium nocet; ipsum ergo relinquere est ei conueniēs. Ille verò, in quo mala digeruntur nutrientia; ob hoc nō decipiatur: quoniā post dies in ipso mali generabuntur humores, ægritudines facientes & pernecantes. Et sæpe etiam conceditur ei, in cuius corpore mali habentur humores; vt rem bonam largiter comedat; & propriā, quum non patitur ventrem sibi solui,[z] [propterea quòd est debilis.] Quum verò alicuius corpus rarum fuerit, & ad resoluendum facile; nutriendus erit ex nutriēte humido, qđ cito digeratur: licèt rara corpora magis tolerare possint nutrientia grossa, & diuersa; & sint longinquiora ab hoc, vt causæ intrinsecæ ea lædant; & magis apta recipere extrinsecarum cau

t B. inflāmabilis

u † B. nisi secundum modū, quē dicemus.

x B. proprietates habēt naturales, & cōplexionib. insunt res extra rationem.

y B. fiet cum cōtrario.

z B. propter debilitatem eius.

ſarum impedimen ta. Amplius, qui multam cõ ſueuit comedere carnẽ, ſi ocioſus, fuerit frequẽter ſibi minuere dẽt. Et ille cuius complexio ad frigiditatem declinat [a] [confectiones] bibere debet, & trypſeras, & ex eis quę ſtomachũ, & inteſtina, & uenas, quæ ſunt iuxta ea, mundificare conſueuerũt. Et nihil quidẽ deterius eſt, quàm diuerſa nutrientia ſimul adiungere: & poſt in in comedendo tempus prolongare. Quũ enim poſtremum nutriens aduenit; primum iam in cepit digeri: nutriẽtis ergo partes in digerendo non ſimilantur. Oportet præterea te ſcire, quòd nutriens melius eſt, quod melius ſapit, propterea quòd ſtomachus, & uirtus retentiua uehementer ipſi applicantur, quum bonæ fuerit ſubſtantiæ, & fuerint omnia principalia membra ſecundum [b] [operationem ſibi adinuicem conuenientia, & ſana:] & iſta quidem eſt conditio. quòd ſi complexiones ſanæ non fuerint, & mẽbra in ſuis complexionibus diuerſificentur: fueritq; hepar a ſtomacho diuerſum ſecundum diuerſitatẽ, quę fit ſupra naturalem; nõ erit iſtud conſiderandum. Ex impedimentis uerò nutrientis bene ſaporoſi [c] † [uehementer groſſi,] eſt quòd poſſibile eſt ut homo ex eo multum comedat. Ex uicibus pręterea ſatiantis comeſtionis, melius eſt, ut homo una die ſemel, & altera bis, mane, & ueſpere comedat; ueruntamen in hoc uſus uehementer eſt conſeruandus. quoniam ſi ille, qui bis in die comedere conſueuit, ſemel comedit; debilitabitur, & laſſabitur eius uirtus. Sed qui digerendi debilitatem habet: bis comedere debet: [d] [& rarò comedat ſemel in die .] Et qui ſemel ĩ die comedere conſueuit, ſi ad bis comedendum redibit, accidet ei debilitas, & pigritia, & laſſitas: & ſi ſine comeſtione permanſerit nocte illa; debilitabitur, & ſi cœnauerit, nõ digeretur, & accident ei ructus accidit, & malitia animæ, & nauſea, & oris [e] [amaritudo,] & lenitas uentris; propterea quòd ſtomacho immiſit rẽ, quam non conſueuit: & accidet ei aliquod accidentium, quę accidunt ei, cuius nutriens non bene fuit digeſtum, quę nunc ſcies. Et ex eis quidẽ, quæ accidunt ei [f] [ ] ſunt [dolor] oris ſtomachi, & mordicatio, & uidebitur ſibi, quod oĩa eius interiora. & inteſtina ſint ſuſpenſa propter uacuitatẽ ſtomachi, & propterea ꝙ in ſeipſo colligitur, & contrahitur, & minget urinam ardentem, & egeret rẽ ardentem. Et eſt ẽt quum in extremitatibus accidit frigus, [g] [ꝓpterea quòd cholera rubea ſtomachum inflammauit.] Et hoc quidem eſt magis in cholericas habentib. complexiones: & ſimiliter in eis, qui habent in ſtomacho choleram rubeam, & non in toto corpore, & corrumpetur ſomnus, & de latere in latus reuoluetur. Corpora præterea habentibus, in quorum ſtomachis, cholera rubea magis adunatur, eſt neceſſe ſeparatim comedere; & ut tam velociter ſit, quatenus ſit antequã balneentur. alia verò ab eis, exercitari debent, & etiam balneari; deinde cibari, ſed comeſtio balneationem non præcedat. quòd ſi alicui neceſſarium fuerit comedere ante exercitium; ſolũ panem talis ſumere debet mẽſura, vt digeri poſſit, antequam ſuum incipiat motum, & quemadmodum oportet motum, qui eſt ante comeſtionem, debilem non eſſe; ita neceſſe eſt ei, ne

a A. langueris.

b B. complexionem propinquã ſibi adinuicem conuenientia & ſana, & non ſint multum diuerſa in complexiõe pluſquã exigit res naturalis. Alia litera. & fuerint omnia mẽbra principalia ſecundũ contra operationẽ, uel ſecundũ cõtra operantiam.

c † —— B.

d B. & minuat comeſtionem quaque uice.

e B. humiditas.

f B. ſi ipſe non cœnauerit. Alia litera. timiditas.

g B. propter effuſionem cholera ad ſtomachũ

motus, qui eſt poſt ipſam, ſit niſi molliter & ſuauiter. Corrupto pręterea deſiderio, quod ad res declinat acutas, & neque dulces diligit, neque unctuoſas; nil eſt melius quam vomitum cum tali, quale eſt oxymel cum raphano poſt piſces, prouocare. Qui autem ex hominibus pinguis exiſtit, oportet ne illico, quum egreditur balneum: comedat: ſed expectet, & paruum dormiat ſomnum, & huic quidem ſemel comedere in die, eſt conueniens. Amplius non illico poſt comeſtionem eſt dormiendum cibo natante, & a forti motu [h] † [ ] quãtum plus poſſibile, eſt abſtinendum: ne cibus antequam digeratur, penetret: aut ſine digeſtione labatur, aut [i] [propter inundationem] corrumpatur: neque poſt ipſum multa bibenda eſt aqua, quæ inter ipſum, & corpus ſtomachi ſeparationem faciat, & ipſum faciat natare, ſed expectandum eſt, & non eſt bibendum, donec de ſtomacho deſcendat. & hoc quidem declarat ſuperioris uentris leuitas, quòd ſi ſitis ei neceſſitatem fecerit, modicum aquæ frigidæ ſugendo ſumat, & quanto plus fuerit frigida, tanto minus ex ea ſufficiet. Et hæc quidem quantitas ſtomachum alleuiat, & colligit. [k] [Ad ſummum uerò oportet ut poſt comeſtionem bibat quis, & non in hora comedendi quantitatem aliquam, quę cibo conferat.] Sitim autem tolerare, & cum ea dormire, infrigidatis, & humectatis cõfert: [l] [& febres ex cholera rubea habentibus] nocet, & ſimiliter tolerare famem. Cholera pręterea rubea abundantibus ex tolerantia famis accidit, ut cholera rubea ad ipſorum [m] [deſcendat] ſtomachos, quumque aliquid comederint, ipſorum corrumpentur cibi, & in ſomno, & in vigilijs accidet eis illud, quod nominauimus ex eis, quę ei accidunt, cuius corrumpitur cibus. eis quoque accidet, ut comedendi uoluntatem amittant. quibus tunc dandum eſt aliquid, quod hoc deponat, & eorum [n] [reſoluat] naturam, cum eo qđ eſt lene, & non faſtidiens, ſicut pruna, & parum [o] [† de ſuccis fructuum uentrem laxantium.] Quumq; deſideriũ reuerſum fuerit, comedant: licèt corpora humida cũ humiditate naturali habentes, ueloci reſolutioni ſint apti: neq; tantum famis tolerent, quantũ corpora ſicca paucę humiditatis habentes: niſi humiditatib. plena fuerint, alijs ab eis, q̃ ſunt in ſubſtantia membrorum eorum, quũ bonæ fuerint, & conuenientes, & recipientes, ut natura eas in nutrimẽtum in effectu completum conuertat. Vinum quoque poſt cibum, eſt ex rebus magis impedientibus: quoniam digeritur uelociter, & penetrat, & facit penetrare cibum, quũ nondum ſit digeſtus, & facit hereditare oppilationes & putrefactionem. Res pręterea dulces ad faciendas oppilationes ſunt ueloces, quoniam natura eas trahit antequam digerantur. Et oppilationes quidem ad multas perducunt ægritudines tales, qualis eſt hydropiſis. Groſſities præterea aeris, & aquæ, & quæ maximè eſt in ęſtate, eſt ex eis, quę cibum corrumpunt. Ideoque nõ eſt malum, vt ſuper ipſum uinum temperatum bibant, aut aquam calidam, in qua cocta fuerint xyloaloes, & maſtix. Et prætereа, cuius [p] [inteſtina] calida fuerint & fortia, quum groſſum comederint cibum, frequenter acci-

h † B. ſup cibũ.

i B. complexio eius propter cõmotionem.

k B. Alia litera. Et ad ſummũ ſi bibatur aliqua quãtitas ſup cibũ poſt complementũ eius, ſeu poſt comeſtionem eius, nõ in chalel. i. non in hora comeſtionis. ſ. parũ comedẽdo, & parum bibendo eſt conferens cibo, nõ nocens. Alia litera. Ad ſummum uerò ſi bibatur ſuper cibum poſt cõplementum eius, ſeu poſt cõpletã comeſtionẽ eius, non in hora comeſtionis quantitas aliqua cũ qua cib. infundatur, ſeu humectetur, eſt non nocens.

l B. Et calefactis habentibus cholerã rubeã. Alia litera. calidis cholericis.

m B. effundatur

n B. leniat.

o B. ſiracolt. † xiraſcet.

p B. uiſcera.

accidet ut ipsius nutriēs ventositates efficiat, & stomachum,& partes eius tendentes,& egritudo mirachia inde etiam procedit.. Qui autem stomachum habet uacuum; quū rem comedit subtilem;stomachus post ipsam stringitur: & si postea rē comedere uoluerit grossam: refugiet ab ea stomachus,neque eum digeret: quare corrumpitur nisi inter ea tempus positum fuerit. Et in huiusmodi quidem dispositione melius est,ut grossus cibus paulatim præmittatur,quoniam stomachus tunc a subtili non terrebitur. Quum aūt in aliquo comedente repletio superfluerit,aut quia in eius stomacho aliquis inūdauerit motus,aut aliquis admiscebitur potus;ad uomēdū erit properandum. Quòd si hoc ei defecerit:aut vomere non potuerit:aquam calidā paulatim bibat, quoniam repletionē deponet, & somnum afferet. Ad dormiendum ergo se prosternat,& quantū uoluerit:dormiat. Quòd si hoc non suffecerit: aut ei non aduenerit:considera,si te natura excusabit expulsione,bonum erit:& si non:iuua ipsam cum eo,quod ventrē suauiter soluit, & calefactum quidem cum tali qualis est tryphera, & zuccarum rosatū egestionem faciens,aut mistum cum origano† conditi cum zuccaro uel melle,& infrigidatum, cū tali quale est [q] [cyminum† conditum & alphodelus, & ius brassicæ.Et potu] quidem impleri melius est quam impleri cibo.& ex eo quod est conueniens sumere,est aloes post tale,qualis est cibus hic ad magnitudinem triū cicerum, aut mediam.ʒ.aloes,& mediam.ʒ.[r][masticis]& sextam.ʒ.† aphronitri.Et ex eo,quod est leue,est sumere ex terebinthina secundum quantitatem duorum cicerum,aut trium. & est quum ei admiscetur quātum ipsa est,aut minus ex † aphronitro.Et ex eo quod est conueniens, & uehemēter laudatum, est parum epithymi cum vino. Quòd si nihil horum [s] [suffecerit;]dormiat sōnum longum: & die una a comestione abstineat,& si alleuiatus fuerit:balneet se, & pannū calidū uentri superponat,& nutriens subtiliet. Et si cum hoc toto,non digestus fuerit,& grauitatem,& tensionem,& pigritiam fecerit:sciasꝙ iam uenę replete sunt ex suis superfluitatibus, quoniam nutrienti multo & superfluo,licet accidat ut in stomacho digeratur:raro tamen digeritur in uenis:immò in ipsis remanet crudū, & extendit eas:& quandoque scinduntur,& generat pigritiam,& laborem,& halices,& oscitationes. Ipse igitur medicādus est cum eo,quod ex uenis [t] [expellit.] Quod si neque hoc senserit,immò fatigationem tantum: aliquo tempore quiescat:deinde fatigationis speciem,quæ accidit,medicetur cum eo,quod modo nominabimus.Si verò aliquis in annis multum processerit,neque ipsius corpus ex nutrimento tantū receperit,quantum suscipiebat,dum esset iuuenis,& eius nutrientia fiant superfluitates, non tantum debet comedere,quantum solebat,immò minus.Et quum ille,qui regimen ingrossare consueuerat, regimē subtiliauerit; ingredietur ex aere in foramina: [u] [& hoc est quod regiminis grossitudo impediebat:sed iam nulla regiminis grossitudo impedit ea. In subtiliante uerò regimine,quum ad ipsum ingrossando redit:accidunt oppilationes,] Et calidorum nutrientium impedimenta emendentur cum syrupo acetoso: & quam maxime de seminibus, quoniam ipse est magis iuuans, quam omnes species syrupi acetosi, si fuerit de zuccaro: sed si fuerit de melle, simplex sufficit.Et frigidorū, quæ ex eis sunt cum hydromelle, & syrupo ipsius,& diacymino.Et quæ ex eis sunt grossa,cōplexionem habens calidam,cum syrupo acetoso de fortibus seminibus,& complexionem habens frigidam ea corrigat cum pauco diatrion pipereon, aut diacalamenthi. Nutrientia uerò subtilia magis sunt sanitatis conseruatiua, & uirtutem minus iuuant,& fortitudinē, & grossa sunt istis contraria,ei igitur,qui confortatione indiget, nutrientia fortis chymi sunt necessaria,[x] [& vehementis famis contrarium.] Veruntamen ex eis non multum comedat, ideo vt digerantur.Exercitati præterea, & multi laboris,magis sunt tolerantes nutrientia grossa: quos forsitan in digerendo iuuat fortis somnus:& quia in ipso fiunt profundi. Sed accidit eis propterea qđ multum sudant,& ex eorū corporibus multa resoluitur quantitas,ꝙ ipsorum hepata ex nutriente rapiunt illud, quod nondum fuit digestum: & præparat eos ad ægritudines pnitiosas in fine uitæ, aut in eius principio,& propriè,quia sunt in sua cōsiderātes digestiua,quod ex sua habēt dormitione,qđ destruitur,quum eis frequenter accidunt vigiliæ, propriè quū senescunt. Fructus pręterea recentes non sunt boni nisi laboriosis,exercitatis,cholera rubea abundantib.& in æstate,& eos ante comestionem comedant.& ipsi quidē sunt, sicut chrysomela,& mora,& melones, & persica, & pruna.Quòd si alijs regantur rebus,& nō istis, erit melius,quoniā omnis res, quæ sanguinem aquositate implet, [y] [quæ in corpore ebullit,] sicut succus fructuum extra; licèt ea hora iuuamentum pręstet: tamen ipsum ad putrefactionem parat;& similiter illud, quod sanguinem humore implet crudo:licèt quandoque conferat, sicut cucumeres & [z] [† citruli. & propter hoc qui his nutrien tibus multū utūtur, febribus sunt apti:licèt prius infrigident.Et tu quidē scire debes, ꝙ humori aquoso plerunque accidit,ut fiat [a] [post:] & hoc erit,quum non resoluetur,& in uenis remanserit: & quum isti exercitijs uti cœperint, antequam huiusmodi aggregentur aquositates, & illico, quū fructus comederint, etiā exercitentur; resoluentur aquositates istæ,& minuetur impedimentum, quod per eas habent.Scire quoq; debes, quòd, quum in sanguine phlegma existit crudum, aut aquositas;prohibet ne cibi nutrimentum corpori adhæreat. [b] † [ ] Oportet præterea,ut qui fructus comedit,post ipsos incedat:deinde post ipsos comedat aliquid,ad hoc ut labantur. Nutrientia uerò,quæ aquositatem generant, & humorem crudum,[c] † [ ] & choleram: generant febres,propterea quòd ea, quæ ex ipsis sunt aquosa, faciunt sanguinem putrefieri: & quæ ex eis sunt uiscosa, & grossa, propterea quòd foramina claudunt,& quę sunt ex eis cholerica,ideo quod corpus calefaciunt,& propter sanguinis acuitatē,quę per ea generatur. Olera uerò cholerica quandoque multū conferunt ī hyeme:quemadmodū,quæ ex eis sunt insipida, quan-

† murabato.

q B. diacyminū & alseriaran, & altameri. Et vino.

† murabatum. & feriezen & tambri.

r B.terbenthinę

† baurach.

† baurach.

s B. tolerat.

t B.soluit.

u B.quātitas ei° qua farciebat, seu implebat, eos regiminis grossitudo, & nūc non replet eos regimē subtile,quumq; sit reditus ad regimen grossum, accidunt in eo oppilationes. Alia litera. secūdū quantitatem seu mēsurā qua replebat eos regimen grossum, & non replebit eos regimē grossum,qm̄ in subtiliante regimē quum redit ad ipsum ingrossandum, accidunt oppilationes.

x B. & contrariantis fami uehementi, seu & prohibentis famem vehementem.

y B.facit ipsum ebullire in cor.

z B. alchetha. † alcheret.

a B. virulentus.

b† B.& minceratur nutricatio.

c † B. grossum.

quandoque multum conferūt in æstate. Quod si alicui necessarium fuerit nutrientia comedere mala: paucis vicibus, & non frequentibus eis utatur: & cum eis misceat, quod sit eis contrarium. Et cui quidem res dulcis nocumentum præbet: acetosa bibat, sicut acetum, & granata, & syrupum acetosum factum ex vino acri, & cydonijs, & his similibus, & usum habeat euacuandi. Et cui acetosum nocuerit: post ipsum, mel sumat, aut vinum antiquum, & hoc quidē faciat ante maturationem, & digestionem, & similiter unctuosi nocumentum pontico emēdatur, sicut sunt castaneæ, & grana myrti, & siliqua de Syria, & † mespila & sorba, & amaro sicut enula † cōdita, & salso, & acuto, sicut † cauguamec, & alijs, & cepis, & e conuerso. Quū uerò alicuius corpus malis fuerit repletum humoribus. cum subtilitate ipsum nutrientibus laudabilibus copiosè refice. & illum cuius corpus ad resoluēdum facile fuerit, nutri humido, quod uelociter digeratur. Gal. inquit humidum nutriens est, quod ab omnibus qualitatibus est separatum, & est quasi insipidum, quoniā neque est dulce, neque acetosum, neq; amarum, neque acutum, neque ponticum, neque salsum. Rarū præterea est magis tolerans nutriens grossum, quàm solidum. Nutrientia quoq; sicca assidue comedere: fortitudinem cadere facit, & colorē corrumpit: & naturam siccat. Et ex unctuoso fit [d] [ociositas, & aufertur desiderium. ex frigido fit ociositas, & subtilitas. Et ex acetoso, fit senium. Et similiter ex acuto & ex salso fit stomacho nocumentum & salsum etiam impedit oculum. Amplius quum vnctuosum nutriēs, & conueniens comeditur, & post [e] † [ ] malum nutriens: corrumpet ipsum. Nutriens quoque uiscosum, est tardius ad descendendū, & similiter citruli cum suis corticibus uelocius descendunt, quàm excorticati: & similiter panis cum suo furfure uelocius descendit, quam cribellatus. Laboriosi præterea regimē, quum subtiliatur, & post rem comedit grossam, sicut rizū cum lacte post famem: acuit sanguinem; & fit ut ipse ebulliat: unde minutionis prouenit necessitas, licet parum sit ex quo fuit minutus, & similiter irā habēs. Scire præterea debes, quòd dulce nutriens rapit natura antequam maturescat, & digeratur, & corrumpit sanguinem. Nutrientium quoque iudicia quandoque fiunt ex parte compositionis ipsorum. Experimentatores nanque Indi, & alij iam dixerunt, quòd lac cum rebus acetosis edendum non est, neque pisces cum lacte, quoniam inde ad ægritudines peruenitur permanentes sicut lepra: neque comedi debet † lac acidum cum raphanis, neque carnibus uolatiliū neque † ptisana hordei post rizum cum lacte: neque in pulmento ponatur oleum, aut res unctuosa, quæ ī æneo stetit uase, neq; comedatur assatura, quæ fuit assata super prunas [f] [† resinæ. [Cibaria quoq; diuersa a duabus impediūtur partib. una earum est, propter diuersitatem eorum in digerendo: & quoniam quod ex eis est digestum, ei admiscetur, quod non est digestum. Et secunda, quoniam aliquis plus potest comedere ex uno cibario. In tempore quoque antiquo, qui exercitabantur: iam fugerunt ab hoc: contenti enim erant solius carnis comestione in mane, & solius panis in cœna. Et in æstate quidem melior comedendi hora existit, quæ est frigidior. Famem quoque tolerare, stomachum quandoque [g] [malis replet humoribus.] Amplius scire debes, quòd † caro super prunas assa, quum digeritur, multi existit nutrimenti: sed tardè descendit, & in monoculo moram facit, & [h] [† ius album] est nutriens bonum: cumq; in ipsa fuerit cepe, uentositates expellit, & quum cepe non fuerint, commouebit ventositates. Ex hominibus præterea sūt, qui putant vuas post capita assata vtiles existere, sed non est quemadmodum existimant: immò uehemēter sunt malę, & similiter † potus ex dactylis, & ficubus et id genus alia. Sed et comedēda sunt talia, qualia sunt grana mali granati absque suis ossib. Scire quoque debes, quòd [i] [† anser] est sicca, et uentrem stringens, sed pullus est humidus, et uentrem soluens. Ex gallinis verò assatis melior est, quæ in uentre hædi, aut agni assatur, quoniam eius conseruatur humiditas. Et etiam scire debes, quòd ius pulli uehemēter temperat humores, et plus, quam ius gallinarū; sed tamen ius gallinarum est magis nutriēs. Hędus præterea, quum fuerit frigidus, erit melior, propterea, ꝙ eius quiescit vapor, & agnus, quū est calidus, est melior; propterea quòd ipsius malus odor resoluitur. [k] [† Caro quoque cocta cum aqua, & aceto [quoque quum calefactis datur: nō oportet vt sit in ea crocus, sed nō calefactis, in eo esse dēt crocus. [l] [† Itria] quoque licet ex zuccaro fiant, sicut [n] [† penidiæ:] mala tamen sunt, propterea quod oppilationes faciunt et sitim. Amplius scire debes, quòd impedimentum panis, quum non digeritur: est multum: Sed carnis nutrimentum, quum non digeritur; est minus hoc.

† alnabac, & zarur.
† muraba.
† .i. salsamenta ea quæ in secunda mensa comedi solent.

d B. pigritia, & aufertur deside rium & ex frigido fit pigritia, & infrigidatio, & ex acetoso fit seniū, uel exiccatio corporis seu macilentia.
e † B. ipsum.

† mest.
† sanie.
† Alij polenta.

f B. alcherua.
† rati.

g B. replet uirulentijs malis humidis.
† alcubeb.

h B. surbagi.
† surabex.

† talis est ceruisia.
† nabit.

i B. althaiugi.
† tabim.

k B. Zirbagi.
† Zebrabegi.

l B. confectiones.
† Allues.
n B. alseludegi.
† pheludex.

A N N O T A T I O N E S.

1 *Oportet ut sanitatis conseruator &c. Galeno ascribitur libellus quidam de dissolutione continua ad hunc locum maxime pertinens, quem tu uide. Legendi, & libri sunt de alimentorum facultatibus. & de cibis boni & mali succi. ex quibus hæc ferè omnia. Vide etiam Hippocratem lib. de salubri diæta & lib. de ueteri medic. et 2. de rat. uict. in acutis. nec nō authorē lib. de remou. quę acc. &c. tractat. quarto.*

2 *Amplius paruus motus &c. Idem scribit Gal. lib. de dissol. continua & 3. de tuend. ualet. ac Arist. 2. poster. Huius tamen oppositum uidetur asserere Gal. lib. de cib. bon. et mali succ. ubi motum a cibo unumquenq; damnat. cuius rei rationem habes ex authore hoc libello de remou. nocumen. quæ accid. in reg. san. tract. 4. Intelligendum tamen est. Gale. dictum de uehementi motu, non de leui.*

3 *Et somno utatur prolixiore &c. In cruditate prolixiorē somnum laudat, & sane Gal. 4. de rat. ui. in ac. dormire per se cruditatibus conferre testatur. At, 12. meth. uberiorem somnum in ijs utilem esse negat. aitq; desiderari, et somnum, & uigilias moderatas.*

4 *Oportet præterea ut post comestionem. Arist. sectione problem. sexta, dextram quidem partem conciliando somno aptiorem esse scribit quàm sinistram. Sed quòd in dormiendo seruandus sit situs, quem scribit, neque Galenus, neque alius Grecorum quispiam notauit.*

5 *Nutrientia præterea &c. An quæ coctu facilia sunt difficilibus, lenia astringentibus, liquida siccis alimenta præpo-*

Tex. 1. 2 & deinceps.
Text. 20. & deinceps.

Cap. 1. cap. 15.
Text. 15.
Cap. 3.
Cap. 25.

Com. 105.
Cap. 3.

Problem. 5.

præponenda sint, quæstio est inter medicos frequens. Vide hunc locum diligenter, & præterea Galenum in libello de Cap. 1. & 22. *dissolut.contin.& secundo de alim.facult.ac* Cap. 11. *3. de rat. uict.* Com. 22. *in ac.morbis. necnon hunc authorem libello de rem.nocum.* Cap.16. *quę acc.&c.tract.4.*

6 *Quum uerò alicuius corpus rarum &c. Huius contra-* Cap.10. *rium uidetur asserere Gal.lib. de cib.bon. & mal.succi. ubi eos, qui raro sunt habitu, sicciore alimento ait indigere, contra humidiore, qui crassi sunt. Verùm soluitur. ijs qui in eo statu continendi sunt, quo deprehenduntur, nulli est dubium, quum conseruatio per similia fiat, siccis sicco, & crassis crasso utendum esse alimento. at si ad temperiem sint reducendi, contraria uictus ratione erit insistendum. in raris propterea corporibus, quæ calida sunt, & biliosa; ubi talia sunt conseruanda, qualia sunt; certum est siccis uti alimentis oportere: contrà uerò humidis, si ad meliorem statum fuerint reducenda.*

cap.4. 7 *Oporret præterea te scire. Quod sapit idem & nutri-* Aph.38. *re ait Arist.lib.de sens.& sens. propterea & Hipp. 2.aphor. suauia insuauibus præfert. Sed quomodo Arist. sententia* cap.3. *sit intelligenda, pete ex Gal.6.de tu.ual.*

8 *Ex uicibus præterea satiantis. Quibus semel aut bis,* Aph.17. *aut sæpius offerendus sit cibus Hippoc. considerandum esse* Com.36. *ait 1.aph. & illic totum hoc negocium Gal. explicat, quod & 2.de rat.uict.in ac. facit. Quæ uerò sequi ex peruersa nu-* Tex.22.& deinceps. *triendi consuetudine soleant, quæ hic author, Hipp. & lib. de ueteri medicin.& 2.de rat.uict. in ac. copiosè.*

9 *Amplius non illico post &c. Hoc notauit Gal. libr. de* Cap.1.cōm.67 *dissolutione cont.& rationem innuit in 4.aph. Verùm quod* cap.1. *postea subijcitur ab hoc authore, si post cibum bibatur, nō nocere. hoc ex lib. de contin. dissol. desumptum uidetur. Eius tamen contrarium in hoc capite paulò postea uidetur statuere, cum dicit uinum post cibum ex rebus esse magis nocentibus: quod ratione confirmat. & idem ait in sequen-* cap.6. *ti capite. quod fecisse & ipse Gal. uidetur 7.meth. Facilè tamen & hęc quæstio diluitur. si statim a cibo, aut paulò post, ante peractam coctionem uinum exhibeas; certum est fore, ut crudis adhuc alimentis calcar adiungas, quo per uniuersum corpus ferantur; unde non obita priori coctione, nec secundam, nec tertiam absolui oporteat. At uerò si absoluta concoctione id ipsum propines; uehiculum itidem alimentis præstabitur, quo celerius in corpus nutriendum digerantur: ac proderis.*

De regimine aquæ & uini. *Cap.* 8.

COmplexionibus temperatis, aqua conuenientior est, quæ in frigiditatis fortitudine temperata existit, & cuius infrigidatio cum niue deforis fit; præcipue si nix † mala fuerit. Et in niue etiam bona huiusmodi existit dispositio: quoniam, quod ex ea resoluitur; neruis, & membris anhelitus nocumentum facit, & omnibus interioribus, neque tolerat eam nisi vehementer sanguineus, quòd si non illico nocumentum alicui fecerit: secundum longitudinem dierum faciet, & quum in annis processerit. Empiricorum autem quidam dixerunt, quòd inter aquam putei, & fluminis non est facienda cōiunctio, nisi quum vna earum descenderit. Et aquæ quidem electionem iam demonstrauimus: & similiter emendationem eius, quę ex ea mala est: sed tamen si aceto misceatur, rectificatur. Scias autem, quòd bibere aquam, quum aliquis est ieiunus, & post exercitium, & balneationem, & propriè ventre vacuo: & similiter siti mendosæ nocturnæ obedire, quęadmodum crapulatis accidit, & ebrijs, & quum natura in digerendo studet, satietate aquæ iam sufficienter præcedente, vehementer est impediens. & si multa quidē fuerit necessitas: oportet vt aere frigido temperetur, & collutione oris ex aqua frigida. deinde, si hoc non suffecerit; cum vase bibat stricti orificij: licèt hoc quandoque ebrio conferat, [a] [& non impediatur a potu aquæ ieiunus.] Quòd si quis ieiunus abstinere non poterit, quin aquam bibat, & propriè post exercitium: bibat prius uinum aqua calida temperatum. Et siti quidem mendosa impeditus scire debet, quòd dormire, & sitim tolerare, ipsam sedat. Natura enim tunc materiam sitim facientem resoluet; & propriè, quum inter tolerantiam, & somnum coniunctio fit. Quumque natura digestiua extinguetur propter potum, & obedientiam eius: redibit sitis mendosa, propterea quòd humor sitim faciens eleuat eam. Oportet preterea, ne sitim habens mendosam aquam ingurgitando sumat, immò sugēdo. Multam quoque aquam frigidam bibere, est malum. Quòd si vehementer necessarium fuerit: sit post sufficiātem comestionem. Amplius aqua tepida nauseam facit. & quæ magis calefacta est quàm ista, quum frequenter bibitur; infirmat stomachum: sed quum [b] [raro] bibitur: stomachum lauat, & ventrem resoluit. [2] Vinum verò album & subtile [c] † [ ] calefactis est melius: non enim capitis efficit dolorem: sed [d] [fortasse] humectabit, & dolorem capitis alleuiabit, qui ex stomachi ardore prouenit. Et loco quidem ipsius ponitur [e] [illud, quod tortellis aut pane clarificatur; & propriè quum factum [fuerit duabus horis antequam bibatur. Vinum verò grossum, quod est dulce: est melius illi, qui pinguis vult esse, & fortis: ab oppilationibus tamen eius sibi caueat. Vetus autem rubeum est melius complexionem habenti frigidam & phlegmaticam. Et vinum quidem post quodlibet omnium cibariorum bibere, est malum: quemadmodum huius causam iam integrè declarauimus. Nō ergo bibatur, nisi postquam ipsum fuerit digestum, & descenderit. Super cibum verò mali chymi bibere vinum, dum comeditur, aut ante, aut postquam digeritur: est malum; quoniam facit malum chymū in extrema corporis penetrare; [3] & similiter super fructus, & propriè melones. Et a paruis quidem incipere melius est, quam a magnis. super cibum tamen duas brialas, aut tres bibere, non nocet ei, qui cōsueuit: & similiter sano post minutionem. Vinum præterea cholera abundantibus rubea confert, propterea quòd choleram rubeam, vrinam prouocando, expellit. & humidis, propterea ꝙ humiditates maturat. Et quanto magis eius odor fuerit bonus, & ipsum fuerit melius, & saporis melioris; est magis conferens. Vinum quoque est cibo bonus penetrator in toto corpore: & incidit phlegma: & resoluit ipsum: & choleram rubeā in vrina, & alijs extrahit: & choleram nigram labi facit, & facile exire: & eius flectit nocumentum propter contrarietatem: & omnes resoluit nodos sine multa caliditate extranea. Et ipsius quidem species in suo loco nominauimus. [4] Ille autem, cuius cerebrum fuerit forte, non cito inebriabitur,

† non mala legendum est.

a B. & quādoq. non nocet, ut ieiunus bibat.

b B. aliquib. diebus, seu aliquoties.

c † B. aquosum.

d B. quandoque.

e B. uinū, in quo infusæ fuerint tortellæ, aut panis: & collatum seu ab eis tortellis, & pane infusis depuratum, & propriè. ꝗd permixtus.

neque eius cerebrum malos vapores ascendentes suscipit, neque ad ipsum peruenit ex vino, nisi eius conueniens calor, & ipsius [f] [tantum clarificatur ingenium, quantū ante, alijs vicib. nō clarificaretur.] Qui vero ab isto diuersus fuerit: erit ei diuersum. Et ille quidē, qui in pectore debilitatē habuit: quia eius anhelitus in hyeme coangustatur, vinum multum bibere nō potest. Amplius, qui multum vinum bibere voluerit, comestione non repleatur, & diuretica in suo epulo ponat. Quod si ex cibo, aut vino repletio acciderit: ipsum euomat, & hydromel bibat, & postea ipsum etiam euomat: deinde os suum aceto, & melle abluat, & faciem aqua frigida. Et cui quidem vinum nocumentum fecerit per calefactionem in corpore, & ignitū fuerit hepar; sit eius nutriens, verbi gratia, illud qđ fit cum succo vuæ acerbæ, & quæ eis similātur, & sint ea, quibus post comestionem vtitur, dum bibit: talia, qualia sunt granata, & citri acetositas. Et ille, quem ex parte sui capitis impedierit; minuat ex ipso, & quod est [g] [temperatum,] & clarificatum, bibat: & ea quibus post comestionem vtitur, dum bibit, sint talia, qualia sunt cydonia. Quod si in stomacho nocumentum fecerit, [h] [& ipsum calefecerit;] comedat semina myrti torrefacti, & parum ex trocischis de cāphora [i] [sugat,] & illud in quo est stypticitas, & acredo. [k] [Et ille quidem, qui in stomacho patitur ex frigiditate;] vtatur post comestionem dū bibit, cypero & gariophyllis, & corticib. citri. Et tu quidem scias, quòd vinum vetus est quasi medicina, & pauci existit nutrimenti. Nouum verò vinum impedit hepar, & ad hepaticam perducit dysenteriam propter inflationem suam, & propterea quòd facit ventrem. Et scias etiam quòd ex vinis illud est melius, quod inter vetustatem & nouitatem est æquale, & est clarum, [l] † [ ] quod ad rubedinem trahit, bonum habens odorem, æqualis saporis, & quod neque est acre, neque dulce. Et bonum quidem vinum, quod ablutum vocant, est quod ita fit. tres musti sumātur partes, & aquæ vna, & commisceantur, & coquatur quousque quarta pars minuatur. Quòd si alicui ex vini potatiōe mordicatio acciderit; mala granata post ipsum sugat, & aquam frigidam, & syrupum absinthinū in mane. Et balneum ingrediatur postquam aliquid parum comederit. [m] † [ ] Scias præterea quòd mistū [n] [velocius] inebriat, propterea quòd aquicitas penetrat. Amplius sapiens sibi prohibere debet, ne ieiunus vinum bibat, aut antequam mēbra in [o] [humectatis] aqua reficiantur, aut post motum fortem; quoniam hæc duo magnum cerebro faciunt nocumentum, & neruis, & ad spasmum perducunt, & ad amentiam, aut in [p] [ægritudine, aut in tempore calido.] Frequēs quoque ebrietas est mala, quæ hepatis, & cerebri complexionem corrumpit, & neruos debilitat, & ad neruorum ægritudinem perducit, & apoplexiam, & mortem subitaneam. Vinū præterea multum in quorundam stomachis in malam choleram rubeam conuertetur, & in aliorum stomachis in acetum [q] [purum,] & eorum amborum nocumentum est magnum. Quibusdam verò uisum est, quòd semel in mense, aut

f B. ingenium taliter clarificatur propter uinum, quod ingenia alia cum re simili nō clarificantur.

g B. permixtum.

h B. caliditate eius.

i B. Alia litera. bibat &.

K B. Et si nocumentum fecerit propter frigiditatem eius.

l † B. album.

m B. Alia litera. Et scias quod uinū permixtum mollificat stomachū, & humectat ipsum & permixtū sedat sitim.

n B. uelociter.

o B. calefactis.

p B. Alia litera. ægritudinē, aut in superfluitatē calidam.

q B. malum uel acutum.

bis inebriari confert, propterea quòd virtutes alleuiat animales, & requiescere facit, & vrinam prouocat, & sudorē. & superfluitates resoluit. Et scias quòd maius nocumentorum vini non est nisi in cerebro: ex ipso igitur nemo debile cerebrum habens bibat, nisi parum & mistum. Et ei quidem, qui vino impletur: melius est, vt ad vomendum festinet, si facile fuerit, quòd si nō; aquam solā multam super ipsum bibat, aut cū melle, & post vomitum in tina balneetur: deinde ex oleo multū inungatur, & dormiat. Et pueris quidem vinum ad bibendum dare, est sicut ignem igni addere in lignis debilibus: sed seni quantum tolerare potest, da: & iuuenibus da ipsum temperate. Regio præterea frigida vinum tolerat: sed calida [r] [minuit.] Qui autem vino repleri voluerit; cibo non repleatur, neque rem tunc dulcem comedat: sed bibat [s] [† ius album vnctuosum,] & micas vnctuosas comedat, & carnem pinguedine mistam, [t] [& inungatur;] & non laboret, & post cibum quum bibere voluerit, vtatur amygdalis, & lentibus salitis, & [u] [† salitis] capparibus, & si comederit caules coctos cum carne, & oliuas de aqua, & eis similia; confert ei, & iuuabit in bibendo vinum: & similiter omne quod vaporem alleuiat, sicut semen caulium de syria nabati, & cyminū, & ruta sicca, & calamenthum, & sal naphticus, & ameos. nutrientia præterea in quibus est viscositas, & conglutinatio, [x] † [ ] vaporem ingrossant, & hęc quidem sunt velut res vnctuosæ, dulces, viscosæ: quoniam ebrietatem prohibent, licet non [y] [multum recipiant vinum,] propterea quòd tardè penetrant. ebrietatis autem velocitas est, aut propter cerebri debilitatē, aut propter multos humores, qui sunt in eo, aut propter vini fortitudinē, aut propter cibi paucitatem, aut propter regiminis malitiā in ipso, aut in eo, quod cum ipso continuatur. Et eius, quidem quæ propter cerebri debilitatem est: medicatio est rheumatismi antiqui sedatio ex epithematibus in capitulo [z] [illo] nominatis, & ne ex eo bibatur, nisi paucum. Syrupus, qui ebrietatem tardat: succi alborum caulium pars vna, & succi granatorū acrium pars vna, & aceti pars media sumantur, & ferueant ebullitionibus aliquibus, & sumatur inde antequam vinum bibatur, vnc. j. Sumantur etiam [a] [grana salis] & rutæ, & cymini nigri, & siccentur, & comedatur inde granum post granum. Sumatur & semen caulium de syria, & cyminum, & amygdalæ amaræ excorticatæ, & [b] [calamenthum] & absinthium, & sal naphticus, & ameos, & ruta sicca, & sumat inde in potu, qui caliditatis nocumentū non timet, duarum. drach. pōdus cum aqua frigida ieiunus. Ex eis præterea, quæ ebrij remouēt ebrietatem, est vt ei ad bibendum detur aqua & acetum multis vicibus, aut aqua † aceto mista, aut † lac acetosum, & fiat vt ipse odoret camphoram, & sandalū: & super ipsius caput ponantur infrigidantia repercussiua, sicut oleum rosaceum cum aceto de vino. [c] [Ebrietatis verò] sanationē in particularib. nominabimus. Quòd si quis cito sine aliquo impedimento inebriari voluerit, in suo vino infundat vsneæ, aut lignum aloes indum. Et qui fortiter vult ebrietatē incurrere, ideo vt

mem-

r B. non tolerat.

s B. alasfidbagi unctuosum.

† tafeam.

t B. & comedat.

u B. chamac.

† cauguamec. de capparibus.

x † B. propterea quòd.

y B. permittant bibere uinū plurimum.

z B. catarri.

a B. pillulæ ex sale.

b B. ramnus.

† almasab.

† raib.

c B. Accidentiū verò quæ ebrietatē sequuntur.

membrum medicatione dolorem faciente sanetur: in suo vino aquam lolij ponat, aut sumat d [fumi terræ,] & opij, & iusquiami ana. ʒ.s. & nucis muscatæ, & galliç muscatæ, & ligni aloes crudi ana. ʒ. vnius sextam, & inde ad bibēdum detur in vino, quātum est ei necessarium, aut iusquiamum nigrum cum corticibus man dragoriç in aqua coquatur, donec rubea fiat: & eam vino admisceat.

d B. sibizagi. Alia litera aliebruha.

ANNOTATIONES.

1 *Complexionibus temperatis &c. Aquam niue refrigeratam, ea præsertim niue, quæ mala sit, salubrem esse nulla est ratio, quare mendum in codice est. legendumq́; [cuius infrigidatio non cum niue deforis fit. præcipuè si nix mala fuerit] aquam etenim niue refrigeratam nusquam non damnat Gal. libello præsertim inscripto de bonitate aquæ, qui si Galeni non est, ex Oribasio certè excerptus est 5. Colle. medic. Quę uerò hic de aqua adijciuntur, pete & ex iam dicto libello. & copiosè ex Hipp. lib. de loc. aer. & aqu. & 3. de rat. uict. in ac. ex Gal. 1. de tu. ualet. 4. in 6. de uul. mor. 1. aph. lib. de renum affect. digno. & cur. & Paulo lib. 1. necnon Dioscor. li. quinto, lege & supra. Fen 2. doct. 2. Summa prima.*

2 *Vinum uerò album &c. Quæ de uino hic scribuntur, pete ex Gal. lib. de cib. bon. & mali succ. 5. de san. tuenda. 12. meth. uide libellum de uinis eidem ascriptum. ex uarijs Gal. libris ab Oribasio collectum, lib. 5. medi. Colle. & Hip. 3. de rat. uict. in ac. & 2. de diæta. circa medium, ac Paulum lib. 1. necnon libellum de dissolut. continua.*

3 *Et similiter super fructus &c. Negat esse post fructus bibendum. Huius rei contrarium collige ex Arist. 22. sect. problem. Soluitur quum Arist. non consulat aut bibendum esse post fructus aut non, sed rationem inquirat, cur post eos & uinum bibatur, & aqua.*

4 *Ille autem &c. Pro ijs, quæ de ebrieate hic notantur, uide Arist. tertia problem. sect. Paulum libr. 1. & Dioscor. lib. 5.*

Cap. 1. 2. 3. 4. Cap. 3. 4. & 5. Tex. 42. cap 11. Com. 10. Com 26. Cap. 5. Cap. 9. Cap. 50. cap. 16. cap. 11. cap. 5. & 12. Cap. 4. Cap. 6. Tex. 1. 2. & deinceps. Cap. 95. Cap. 1. Problem. 8. Problem. 3. Cap. 95. & 33. Cap. 5.

De somno & uigilijs. Cap. 9.

De sermone causę somni naturalis, & subeth & contrariorum ipsorum, & vigiliarū & insomnietatis: & quid faciendum sit a [in medicando vnumquodque eorum:] & in remouendo ipsum, quum fuerit impediens: & quid vnumquodque eorum significet: & reliqua ab eis, iam in suo loco parumper præmisimus: & in medicatione particulari adhuc dicemus. Sed quod in hoc loco dicemus, est: quòd somnus tēperatus virtutem naturalem potentē efficit per ficiendi suas operationes: & est animalem virtu tem quiescere faciens, & in eius substantia autem quiescere præbens, ita vt fortasse b [redeat: pro gmentum præbens, ita vt fortasse] spiritus, quapterea quòd lassat ad prohibendā] spiritus, qualiscunque fuerit, resolutionem, & propter hoc digerit cibum secundum digestiones nominatas: & succurritur cum eo debilitati, quæ accidit ex specieb. resolutionis: quæ est ex fatigatione, aut coitu, aut ira, aut reliquis ab istis. Sōnus preterea temperatus, quum humorum inuenit æqualitatem in quantitate, & qualitate; est humectans, & calefaciēs: & est res magis proficiēs senibus, quoniam in eis humiditatem conseruat, & ipsā eis reducit: & propter hoc dixit Galenus, comedo quaque nocte c [olera ex lactucis facta] cum aromatibus: ex lactucis quidem, propterea ꝙ dormire faciunt: & cum aromatibus, ad emendandam eorum frigiditatem. Et dixit, quia ego sum nunc diligens somnum, nam ego sum nunc senex, & confert mihi humiditas, quam somnus mihi facit. Et hoc quidem est regimen, cōueniens ei, cui rebellat somnus. Et si pręmittatur, vt ipse balneetur, post quam cibi, quem sumpserit, complebitur digestio: & super ipsius caput multa aqua calida proijciatur: erit hoc conueniens adiutorium. regimen verò hoc fortius in medicationibus nominabimus. Sani ergo de re somni cogitare debent, ut ipsis temperatè exhibeatur, & in sua hora, & nō superflue: & ab impedimento sibi caueāt, quod cerebris ipsorum, & omnibus suis virtutibus afferunt vigiliæ. Homo præterea multoties vigilare cogitur: & somnum a se repellere timore syncopis, & casus virtutis; melior quoque somnus est ille, qui est profundus. Et melior similiter somnus est ille, qui prouenit postquam cib. a superiori ventre descendit, & post quietem eius, quod forsitan sequitur ipsum ex inflationibus, & rugitibus: quoniam dormire super hoc multis impedit modis, immo non sapit, neque continuatur d [ ] ab instabilitate, & reuolutione de latere in latus: & est impediens: & cum suo impedimento nocet dormienti. Quapropter si descensus tardauerit, parumper incedere debet, postea dormiat. 2 Amplius super vacuitatem dormire est malum, & virtutem deijciens: & super repletionem, antequam a superiori ventre fiat descensio: est malum: quoniam non erit profundus: immò erit cum reuolutione de latere in latus. Quū enim natura in ipso solicitatur cum eo, quo solicitari solet hora somni ex digestione; deterrens expergefactio & disturbans eam retroducit: & fit natura stupida: & corrumpitur digestio. 3 In die quoque dormire est malum: generat enim ægritudines humectantes, & rheumatismos, & corrumpit colorem, & grauat splenem, & lassat neruos, & efficit pigritiam, & debilitat desiderium, & generat apostemata, & febres frequenter. Et ex causis suorum nocumentorum est, vt cito e [interrumpatur,] & naturam ab eo in quo erat, stupidam reddat. Ex somni autem nocturni bonitatibus est, quòd est continuus & profundus: licèt qui in die dormire cō sueuit, ipsum subito f [interrumpere] non debet absque ordine. Sed quæ ex figuris somni est melior: est, vt super dextrum incipiat latus, & deinde ad sinistrū reuoluatur: Quod si eius inceptio super ventrem fiat; auxilium fert satis magnum in digerendo, propterea ꝙ calorem retinet naturalem, & ipsum compręhēdit; quare augetur. 4 Resupinè autem dormire est malum, & ad malas preparans ægritudines, sicut apoplexiam, & g [phrenesim] & incubum, quoniam superfluitates ad posteriora declinare facit, & retinētur, & per suos non incedunt canales naturales, qui sunt ab anteriorib. sicut nares & palatum. Et somnum, qui resupinè fit, solent incurrere infirmi debiles propter illud, qđ musculis eorum accidit ex debilitate, & eorū membris; & quia vnum latus aliud ferre non potest

a B. ut eueniat vnumquodque eorum.

b B. ipsam laxā faciendo, prohibeat.

c B. manipulum seu fasciculum ex lactucis.

d † B. neque se paratur.

e B. fiat excitatio ab eo.

f B. dimittere.

g B. paralysim.

immò cito resupini voluuntur, quoniam dorsum latere fortius existit. Et propter hoc aperto ore dormiunt propter debilitatem musculorum, quibus mandibulæ stringuntur. Et hoc quidem in libris particularibus capitulum habet integrum.

ANNOTATIONES.

1 *De sermone &c. Quòd per somnum & animalis facultas quiescat, & naturalis vehementius agat, viresq; instaurentur, primo de sympt. caus. Gal. scriptum reliquit, & sæpe alibi. Elegantissime autem moderati somni vsum descripsit Paulus lib. 1.*

Cap 8.

Cap. 97

2 *Amplius super uacuitatem &c. Duo notat: somnum commendari, qui fit post cibi descensum ad uētriculi fundū: & q malum sit uentriculo cibis uacuo dormire. prioris rōnem reddit: cui adde & quòd Gal. 4. aph. notauit somnū a cibo replere caput. posterioris uerò ea est ratio, quam Hipp. 2. de diæta retulit, quum somnum ieiunū attenuare scripsit, & frigefacere, corpus exoluere, ac debiles facere.*

Cap. 67.

Aph. 11. & 12.

3 *In die quoque dormire malum est. Hippoc. 2. progn. Interdiu præcipit vigilandum, noctu dormiendum. ex quo loco hic author sumpsit. Celsus tamen meridianum somnum in longis diebus non improbat lib. 1. quod & Hipp. facit lib. de diæta primo.*

Cap. 2.

4 *Resupinè autem dormire &c. Supinus decubitus malus est, & ut causa, & ut signum. ut causa propter ea, quæ hic author. ut signum propter ea, quæ Gal. 1. prognost.*

Com. 13. 14. & deinceps.

De eo quod ab hoc loco ad posteriora reseruandum est, Cap. 10.

QVod ab hoc loco ad posteriora reseruare debemus ex eo quod hic dici solet, est coitus, & ipsius temperamentum, & emendatio impedimenti eius. Et nos quidem ad posteriora reseruabimus loqui de eo in libris particularibus. Ex eo quod hic etiam dicitur, est res medicinarum ventrem soluentium, & ablationis impedimēti earum, & nos quidem in quibusdam eorum reseruabimus sermonem ad nostras dictiones de medicationibus, & in quibusdam eorum ad sermones nostros de medicinis ventrem soluentibus. Veruntamen dicemus, quòd sanitatis conseruator vti debet euacuatione, [a] [quæ fit cum solutiuis,] & diureticis, & sudorem prouocantibus, & sputum producentibus. Et mulieres quidem [b] [cum] menstrua prouocantibus ex eo, quod modo declarabimus, & te scire faciemus.

a B. euacuatione facili.
b B. vti debent.

ANNOTATIONES.

Veruntamen dicemus &c. Quia corpus nostrum quum perpetuò diffluat, alimentis eget, ex quibus excrementa gigni necesse est, primo de san. tu. educi hæc oportet. quibus ergo ijs, & quomodo in sanis corporibus id fiat, fusius 1. de san. tu. Gal.

Cap. 3.

Cap. 12. & 14.

De confortatione membrorum, & corporum debilium, & impinguatione, & magnificatione [a] [corporis vel carnium ipsorum.] Cap. 11.

a B. eorum seu quātitatis eorū.

MEmbra debilia, & parua confortantur, & augmentantur: in eo quidem, qui adhuc in tempore existit augmenti, & in tempore vltimo augmenti; fricatione temperata, & exercitio assiduo, quod sit eis proprium: deinde emplastro ex pice. Retentio quoque anhelitus in hunc ingreditur modum, & propriè quū membrum pectori, & pulmoni fuerit vicinum: verbi gratia, præcipiemus illum parum percurrere, qui crura habet gracilia, postea temperatam ei adhibebimus fricationem; deinde ex pice emplastrum apponemus, postea secunda die fricationem custodiemus sicut erat, [b] † [ ] & tertia similiter, & augmentabimus exercitiū, nisi amplitudinis venarum apparuerit significatio, & descensionis materierum: quoniam timor tunc erit in vnoquoque membro ne apostema accidat, & nocumentum ex repletione veniens, quod est ipsi proprium, quemadmodum timentur hic varices & elephantia. Quum ergo aliquid huius generis apparuerit; minuemus ex exercitio, quod prius iniunctum fuit, & ex fricatione: deinde faciemus ipsum quiescere, & resupinum iacere, & eleuabimus mēbrum illud; verbi gratia, vt in primo, qui habet crus siccū, per pedem suum, & fricationem faciemus prime conuersam, scilicet a postremo ad radicem. Quod si voluerimus hoc efficere in membro, quod sit iuxta membra anhelitus; sitque, verbi gratia, pectus; ligabimus quod est sub eo ligatura, quæ in stringendo sit media; & in latitudine æqualis: postea præcipiemus ei, vt vtatur exercitio manuum, & [c] [fortis anhelitus] emittendo voces, & clamorem magnum, & fricatione leui. In libris præterea particularibus perueniet ad te, qualiter hæc summa exquisitè diuidatur. Illud igitur in libro decorationis considerabimus, si Deus voluerit.

b † B. & augmētabimus exercitium.

c B. retentione anhelitus uehementi.

ANNOTATIONES.

Gal. 14. meth. & 6. de tuen. san. hac de re plura. & ex eo Paulus lib. 1. præcipit autem Gal. non absolutè temperatam frictionem, sed post temperatam, duram. quod uidit Paulus. Lege Celsum lib. 1. & Paulum in eodem lib.

Cap. 15. Cap. 8. Cap. 58. & 59. Cap. 3. Cap. 19.

De lassitudine, quę sequitur exercitia. Cap. 12.

LAssitudinis species sunt tres, quibus additur quarta. Et modi, quibus accidit, sunt duo. Eius uerò species sunt tres, ulcerosa, extensiua, & apostematosa. & illa quidem, quæ hic additur, est lassitudo quæ uocatur desiccatiua, & arefactiua. Vlcerosa igitur est lassitudo, ex qua, qui eam incurrunt, in superficie corporis tactus vlcerum similitudinem sentiunt, & in cutis profunditate, [a] [& orificijs profunditatis ipsius,] & est quum hoc sentit quando ipse tangitur, & est quum habens eam sentit illud in suo motu, & est quum sentit quasi puncturam spinarum, & abhorret motus: ita vt extensiones alarum etiam extendantur cum debilitate. Quumque fortior fit; accidit ei horripilatio. Et quum augmentatur, accidit ei tremor & febris. Et ipsius quidem causa est multitudo superfluitatum subtilium, & acutarum, & liquefactio carnis, & adipis propter motus fortitudinem, & ad vltimum humores mali, qui si per venas discurrerent, [b] [bonus sanguis, qui est in venis, corrumperetur. & propterea quòd ad

a B. & fortior est illa, quæ est profundior.

b B. Alia litera fragere et sangui[s] bonus nocumē[n]tum eorum, & propterea quò[d] expulsi sunt a[d] partes cutis. i[d] expulsum est il[…] luc purum noc[u]mentum.

ad partem cutis declinauerunt, minutum fuit nocumentum.] minus nanque malum quod efficere possunt est, vt hoc lassitudinis genus accidat: & si parumper moti fuerint, accidet horripilatio: & si plus moti fuerint, accidet tremor. Et est etiam, quum humores acuti ab istis separantur, & crudi remanent in venis. Et est etiam quum crudi in carne existunt. Extensiuam verò habens sentit suum corpus quasi fractum, & sentit calorem, & extensionem, & abhorret motum, [c] [vsque quo abhorreat resupinando ad posteriora flecti;] & propriè si ex labore fuerit. Et ipsa quidem est ex superfluitatibus retentis in musculis, quæ tamen bonæ existunt substantiæ, & non est in eis mordicatio; aut ex ventositate: inter eas verò existit separatio cũ dispositione leuitatis, & grauitatis. Et ipsa etiam multoties accidit ex somno non completo: Quum enim post somnum accidit completum: alia est ibi diuersitas, quę specierum peior est. Et quę ex ea peior est: est quum musculorum [d] [villi] secundum rectitudinem tenduntur. Apostematosa autem lassitudo est, vt corpus sit solito calidius: & sit inflato simile, in magnitudine sui, & colore: & accidat ei nocumentum quum tãgitur, & mouetur: & sentit eius extensionẽ. Lassitudo autem desiccatiua, & arefactiua est dispositio, per quam sentit homo in suo corpore, ac si siccaretur ariditate superflua. Et ipsa quidem accidit, aut ex multo exercitio cum bono chymo: aut ex reditione aspera. [e] † [ ] Et quandoque etiam accidit ex siccitate aeris: & ex diminutione nutrimenti: & ex multo ieiunio. Modi autem, quibus accidit lassitudo: sũt duo. Et ipsi quidem sunt, quia lassitudo, aut accidit propter exercitium, & hæc est magis secura: cuius sanationis via modum habet, qui ei est proprius: aut accidit ex se, & hæc quidem ęgritudinis est antecessio: cuius sanationis via propriũ habet modum, qui sibi proprius est. Et est etiã, quum vna alij coniungitur secundum suarum materierũ compositionem, aut per seipsas, aut per exercitium. Quumq; simplicium noueris regimen: ad compositarum regimen illud mouebis secũdum regulam, quam tibi dicam. Et hoc est, ꝙ in primis oportet te maiorem habere solicitudinem de re, quæ maiorem incutit terrorẽ regendo illud etiam, quod est sub ea. Et fortasse quod magis terrefacit, magis est terrefaciẽs propter tres res; aut propter [f] [fortitudinem;] aut propter nobilitatem: aut propter substantiam. Quumque in eo quod oportet, ex istis conditionibus, duę, aut tres coniungentur: erit hoc magis terrefaciens, nisi vna, quæ remanserit, duab. fortior fuerit, adeo vt ipsis resistat, verbi gratia, lassitudo nanque apostematosa fortior est, & nobilior vlcerosa. sed si vlcerosæ substantia a temperamento, & cursu naturali valde fuerit remota; duobus apostematosæ modis propter nobilitatem, & fortitudinem resistet, & præmittetur super ipsam. Si verò non ualde remota fuerit, apostematosa super ipsam præmittetur.

c B. ita ut etiam alices abhorreat
d B. extremitates.
e† B. post ipsũ.
f B. uirtutem.

A N N O T A T I O N E S.

aph. 5. *Lassitudo duplex est, spontanea de qua Hipp. 3. aphor. & quæ sequitur exercitia. Vtriusque tres proprię ac simplices sunt species ut habetur 3. de san. tuen. tensiua, ulcerosa, inflammatoria. his tamen altera quædam species accedere uidetur lassitudini potius similis quam lassitudo, quum neque ulceris, neque tensionis, neque phlegmones affectum referat, sed gracilitas solum, sit quædã & ariditas. Ex his verò aliæ species oriuntur si eę coniungantur. De his & earum differentijs, causis, & curatione, legendus Gal. locis antea citatis. & 4. de tu. san. & 7. meth. & 2. de symp. cau. et 4. aphor. nec non Paul. lib. 1.*

cap. 5.
cap. 2. cap. 12. cap. 5. com. 31. cap. 20. & 22.

De halicibus & oscitationibus. Cap. 13.

HAlices sunt propter superfluitates, quę in musculis congregantur. & propter hoc multum accidunt post somnum. Quũq; humores illi plus abũdauerint: fiet horripilatio & tremor; & quum plus exercuerint: facient febrem. Oscitatio verò modus est halicũ, [a] [quę accidit in mandibularũ musculis, & thoracis] Quumq; sanis in primis absque causa acciderit, & nõ in hora, [b] † [ ] quum multa fuerit, erit malũ. Et quæ quidem est ex ea, melior est prima, quę est post finem digestionis, quoniam est propter superfluitatum expulsionem. & est etiam quũ halices, & oscitationes efficiunt frigus, & cutis spissitudo, & pauca resolutio, & expergefactio a somno, antequam compleatur, & expulsio cõprimẽs. Vinum verò ad medium temperatum halicibus, & oscitationib. est conueniens, quum non est ibi alia prohibens causa.

a B. propter accidens tendens uel faciés alices, quod accidit in musculis mandibularum, & labiorum.
b† B. sua.

A N N O T A T I O N E S.

Et hęc quoque de oscitatione ac pandiculatione ex Gal. habes 2. de symp. cau. Sed uide & 7. aph. Vbi nota apparẽtem contrarietatem in paucis Gal. uerbis. quum curari hos affectus dicat potu uini meracioris. & statim uinum æqua portione aquę commisceat. ut author hic facit.

cap. 5. com. 56.

De medicando lassitudinem ex exercitio prouenientem. Cap. 14.

DIcemus ꝙ studium impendere in medicãdo lassitudinem est a multis securari ęgritudinibus, ex quibus sunt febres. Oportet autẽ, vt quum lassitudo vlcerosa apparuerit, ex exercitio minuatur, si ipsum fuerit causa, & si cum ea multitudo fuerit humorũ, expellãtur. Quòd si [a] [breuis temporis fastidia] affuerint, ipsorũ nocumento succurrendum erit cum fame, & euacuatione, & resolutione eius, quod puenit ad partem cutis, cum fricatione multa, & leui, cum oleo, in quo nõ sit [b] [ponticitas, & in die tertio] reditionis, fiat exercitium. & nutriatur ipse in die primo, ex eo quod consueuerat in qualitate; sed ex quantitate minuatur. & in die secundo humectantib. nutriatur, & si uenæ fuerint mũdę, & phlegma crudũ [c] [in adipe fuerit intestinorũ;] fricatio ipsum quandoque maturat, & propriè quũ [d] [calefacientium] medicinarum ad ipsum penetrauerit virtus. Oleũ pręterea de [e] [salicibus] in hoc multum confert, & oleũ de anetho, & chamæmilla, & his similibus. [f] [& apozima radicũ† betę, & eius oleum in instrumẽto duplici, & vnguẽtũ ex radicib. maluę]

a B. satietas nauseatiua propinqui temporis.
b B. stipticitas. Et in die scdo.
c B. in carne patientis lassitudinem.
d B. digerentiũ.
e B. algarab.
f B. & decoctio radicum siclę in oleo in duplici uase bullita, & oleum radicis althææ.
† siclę.

& oleum de radicibus cucumeris aſinini, & & brioniæ, & oleum de vſnea, & omne oleum in quo vſnea recipitur. In laſſitudini ſaũt extẽſiuæ medicatione intentio eſt laxare illud, qđ induruit, fricatione leni calefaciente in ſole: & aqua tepida balneari, & in ipſa longo morari tempore: & ſi in ſolium alia vice, aut duabus deſcenderit in die: erit conueniens: & poſt vnamquamq; inungantur balneationem. Quòd ſi neceſſe fuerit [g] [propter venarum abſterſionem, & propterea ꝙ oleum in eis ſiccatur] ad inungendum oleo redire; fiat, & nutriente humido nutriatur, etiam paucę quantitatis: quoniam plus indiget nutrimenti paucitate, quàm vlceroſa. & hãc quidem laſſitudinem reſoluit exercitium, [h] † [& mundificat. Quòd ſi per ſe acciderit propter groſſas ſuperfluitates; neceſſe erit eas euacuare. Et ſi fuerit propter cauſam ventoſitatis extendentis: reſoluet eam tale, quale eſt cyminũ, & carui, & aniſum. Intentio autem in apoſtematoſam laſſitudinem regendo: eſt tres res: laxare, quod extenſum fuit: & quod calefactum infrigidare; & ſuperfluitatem euacuare. Et hoc quidem completur oleo multo tepido; & fricatione vehemẽter leni: & prolixa mora, in aqua, quæ parumper ad caliditatẽ declinat, & quiete. In arefactiua verò nil de regimine ſanorum mutetur, niſi quòd oportet, vt aqua in qua balneatur, ſit maioris caliditatis: quoniam [i] [in aqua vehementer calida eſt quod] inſpiſſat cutem: & non eſt eius impedimentum, ſicut impedimentum aquarum frigidarum: quoniã cum eo quod inſpiſſat, eſt in eis [k] [ambiguitas mala, & frigiditatis ipſarum penetratio] in corpore, quod iam ſiccatum fuit: & eſt quum ſuę maciei cauſa eſt cutis ipſius raritas, immò hoc eſt ſecundum plurimum. In die autem ſecundo reductionis, exercitio leniter, & ſubtiliter vtatur, & balneo ſecundum diſpoſitionem diei primæ: deinde præcipiatur ei, vt aquam frigidã ſubito ingrediatur, quatenus cutis eius inſpiſſetur, & ſit eius reſolutio pauca: & cum hoc conſeruetur ipſius humiditas. Obuiabit nanque aqua corpori, in quo eſt tantum caliditatis, ꝙ reſiſtat ipſo iam inſpiſſato. Et iſtæ quidẽ duę cauſæ adinuicem ſe iuuant in remouendo nocumentum frigoris ipſius, & propriè quum ſubmergitur ſubito, & egreditur, & non moratur: quoniam cum mora nulla eſt ſecuritas. Ipſe prę terea nutriatur mane in fine primę horę; cibo humectante pauco, ideo vt ipſe alia vice iuxta noctẽ fricari poſſit, & tunc cænam tardet. Studium quoque adhibeatur in expellendo ſuperfluitates ab eo, fricatione olei [l] [de ſalicibus] cũ quo ventrem ſuum non tangat, niſi laſſitudinẽ in muſculis ſui ventris ſenſerit: quoniam tunc illos leuiter vngere conuenit. & eius nutriens ſit largius: & in eo procedat, cauendo, ne eius nutrimẽtum ſit multę caliditatis. Amplius omnem laſſitudinem, cuius cauſa eſt motus, ipſum dimittere, quum eius ſignum incœperit, prohibet ne accidat; poſtea reuerſionis exercitio vtatur, vt motus temperatus ad cutem materias expellat, & eas fricatio reſoluat, quę fit inter [m] [illos motus] in ipſorum conſiſtentia. Diſpoſitio præterea ipſius balneationem experiatur: nam ſi ex balneo accidat ei tremor; tunc res terminum pertranſiuit: quanto magis ſi febrem generauerit? quoniam tunc non eſt balneandus: immò euacuandus: & eius complexio rectificãda. Quòd ſi nihil eorum ex balneo accidit, erit cõferẽs, quum eius aqua fuerit temperata. Quum autem in eius venis crudi fuerint humores: in primis laſſitudo erit regenda cum eo, quod oportet: poſtea ſtudendum erit in eo, quod crudos maturat, & ſubtiliat, & expellit humores. & ſi multi fuerint, tunc quies erit iniungenda, & exercitium dimittendum, quoniam quies eſt magis digerens, & minutionem relinquat, quoniam ſecundum plurimum mundum expellit, & crudum dimittit. Venter quoque eius ante maturationem non eſt ſoluendus, quoniã hoc non confert, immò damnum infert, vrinam verò prouocare non nocet ei, ſed res multum calefaciens non eſt ei danda, quoniam crudum humorẽ in corpore diffundi faciet. ſitque eius operatio leuiter, & cum quantitate æquali. In eius pręterea nutriẽtibus ponenda ſunt, piper, & capparis, & zingiber, & acetum de capparib. & acetum de allijs, & acetum de [n] [alſtraguat,] & corpora etiam ipſorum, & † cõfectiones ſcitæ ſecundum menſuram. Poſt maturationem autem, & apparitionem hypoſtaſis in vrina, & maturationem, plurimum da ei vinum, vt maturatio compleatur, & fiat vrinę prouocatio. Sitque eius vinum, quod ſubtile eſt, & clarum, & vomitum non faciat.

g B. propter neceſſitatẽ abſtergendi ſudorem, & propterea ꝙ cum eo abſtergitur oleum.

h † —— B.

i B. calida uehementius.

k B. periculum penetrationis frigiditatis.

l B. dulcis.

m B. quietes illorum motuũ.

n B. alarſtargar. † forte laſerpitium eſt. iagueris.

De alijs diſpoſitionibus, quæ ſequuntur exercitium & reliqua ab eo. Cap. 15.

PRius loquemur de iſtis diſpoſitionibus. Poſtea mutabimus nos ad regendum laſſitudinem, quæ venit per ſe. Et ex iſtis quidem eſt raritas, quę corpori accidit. Et accidit multoties ex fricatione pauca, & balneo. Ipſa verò eſt medicanda fricatione ſicca ad duritiem parum declinante, & cum oleo ſtyptico. Et ex eis eſt ſpiſſitudo, quæ ex frigiditate accidit, aut ex re ſtiptica, aut ex multitudine ſuperfluitatum, aut ex earum groſſitie, aut earum uiſcoſitate, unde prouenit, vt in poris cutis retineantur, aut erit ſpiſſitudo cauſa exercitij, quod ipſos humores ex pro fundo extraxit, non exiſtentibus ibi cauſis antecedentibus, aut erit eius cauſa locus pulucrulentus, aut fricatio fortis & dura. Illius autẽ, quæ eſt ex frigiditate, & ſtypticitate, ſignũ eſt coloris albedo, & calefactionis tarditas, [a] [& ſudor, & corporis reuerſio] ad rubedinem, quũ adeſt exercitium. Et hi quidem in balneis calidis ſunt balneandi, in quibus de latere in latus & ſuper ventrem, & ſupini reuoluantur [b] [ſuper pauimentum æqualis caliditatis,] donec ſudent, & inungantur oleis ſubtilibus, calidis, & reſoluentibus. Illorum autem, qui ad hoc deueniunt ex exercitio. ſignum eſt quòd non habẽt hoc ſignum, [c] [& reſudat] cutis. & ipſi quidem medicandi ſunt expulſione, ſi ibi fuerit ſuperfluitas, poſtea regimen adhibeatur, quod reſoluat ex balneo, & inunctione. Qui verò in hoc incidunt ex puluere, aut ex forti fricatione, magis eſt eis balneum neceſſarium, quam inũctio ex oleis. Et ipſi quidem fricatione molli vti debent ante balneum, & poſt ipſum. Eſt quoque

a B. & ſudoris, & reuerſionis coloris.

b B. manſionib. balnei æqualis caliditatis, & in lectis uel ſtratis ipſius.

c B. eſt ſordida.

que quum accidit eis post superfluũ exercitiũ cum pauca fricatione, debilitas cum raritate. et est quum accidit etiam ex superfluo coitu, & ex balneo [d] [frequenter.] Ipsi igitur medicandi sunt cum exercitio reuersionis, & fricatione sicca, quę ad duritiem trahit cum oleo styptico. Et nutrientia comedant humectantia paucę quantitatis, in caliditate & frigiditate temperata: aut quæ parumper ad caliditatem trahant. Et similiter fiet si debilitas accidit, aut uigiliæ, aut tristitia, aut accidit siccitas [e] [in neruis.] Quòd si istis acciderit malitia digerendi cibum; nõ confert eis reuersionis exercitium, neque aliquod exercitiorũ ullo modo. Est præterea, quum accidit ex superfluitate balneãdi; & multitudine comedẽdi, & bibẽdi, & ociandi, ut homo in suis mẽbris humiditatis sentiat superfluitatem, & propriè in lingua; ita ut operationes membrorum lędat. Quod si hoc ex causa fuerit antecedente; in particulari medicatione continebitur. Et si ex aliquo eorum fuerit quæ nunc ex proximo nominauimus, sicut uino, aut multa ociositate, aut multa balnei humiditate; erit ei iniungendum, ut forti utatur exercitio, & fricatione aspera, & sicca, sine oleo: aut fricatione cum pauco oleo calefaciente. Superflua autem siccitas, quam, qui habet, sentit sua manu, est ex genere lassitudinis arefactiuę. & ipsius sanatio, est eius medicatio.

d B. frequenti.

e B. ex ira.

De medicatione lassitudinis per se uenientis. *Cap.* 19.

VLcerosa quidem dispositio cognoscenda est si humor eam efficiens sit intus in venis, aut extra venas. Quod autem sit in venis, ex fœtore declarat urinę, & ex dispositionibus nutrientium præteritorum, & ex hoc quòd superfluitatum multitudo in uenis generari solebat, aut earum paucitas, aut velocitas expellendi eas a se, aut cui necessitatem medicandi eas faciebat, & ex dispositione [a] [uini eius] si erat clarũ, aut turbidum. Et si hæ quidem significationes apparuerint; declarabitur, quòd in uenis existunt: & si non sunt; extra. Quòd si lassitudo ex superfluitatibus est extrinsecus: & sunt uenæ interius mundæ, sufficit ei exercitium [b] [reuersionis, & augmentum regiminis, quod in capitulo ulcerosæ diximus;] quę accidit propter exercitium. Sed si alia diuisio fuerit, non cogites exercitare eum; immo fac eũ ociari, & dormire, & esse famelicum: & iniunge ipsum [c] [semper] circa noctem super uentrem ex oleo, & balnectur eum aqua temperata, si balneum tolerare potuerit, secundum conditionem quam diximus, & nutriatur ex eo quod diximus, cuius tamen chymus sit bonus, quod fit ex genere eorum, quę sorbentur, & sit illud, in quo non est uiscositas, neque multum nutrimẽtum. Et hoc quidem est sicut hordeum [d] [& spelta, & ex carne uolatilium,] & de syrupis sit syrupus acetosus cum melle, & hydromel, & uinum albũ, & subtile: & huiusmodi uinum ei nõ prohibeas, quoniam est maturans & prouocans: ueruntamen ipsi in primis dare debes [e] [illud, in quo sit parum acetositatis.] Postea ex eo mutetur ad album & subtile. Quòd si hoc regimen ei nõ profuerit; humor ibi adest: superantẽ ergo euacua. & si superans fuerit sanguis; aut cum eo fuerit sanguis: minues eum: & si non; uentrem solues: aut facies hoc, & hoc, secundum quòd tibi uidebitur de sanguine. Tibi tamen caue, ne aliquid horum facias, si cognoueris, quòd uirtus sit debilis. Genus aũt humoris cognosces per vrinã, & sudorem, & dispositionem somni, & uigiliarum. Quumq; somnus se remouerit te regente eum cum regimine bono; erit significatio mala. Quòd si cognoueris, quòd bonus sanguis in corpore sit paucus, &, ꝙ humores crudi sunt superantes; [f] † [ ] fac eum quiescere: & da ei ad comedendum, & bibendum rem, quæ subtiliet, & non des ei ad bibendum rem, quæ multã habeat caliditatem: sed da ei ad bibendum aliquid, in quo sit ĩcisio, sicut syrupus acetosus de melle. Quòd si tibi necesse fuerit in uirtute subtiliantium augmentum præbere; pone in illo quod comedit, & in aqua hordei, quam bibit; parum piperis. & si necessaria fuerint; diacyminum, & diatrionpipereon propter humorum cruditatem: da ei sicut tibi videbitur ante comestionem, aut post ipsam, aut in tempore dormitionis, & sit eius mẽsura cochlearium paruum, & diacalamenthum quidem non est bonum, qnoniam pertransit terminum in calefaciẽdo. Si autem pro certo scieris humores crudos in uenis non esse: sed in radicalibus contineri membris, fricationem adhibe: & proprie in matutinis cum oleis laxantibus. & da ei ad bibendum ex calefacientibus, ut ipsorum calefactio ad cutem perueniat, & iniunge ei quietem longam: postea fac cum aqua temperatè calida balneari: & da ei ex diacalamẽtho absque timore: sed tamen oportet vt sit antequam comedat, & exercitetur. Quòd si post comestionem necessarium fuerit ei, quod [g] [stomachum] iuuet: non des ei, quod sit uehemẽter penetratiuum, sicut diacalamenthum, sed sicut diacyminum, & diatrionpipereon: sitque, quod ex quolibet eorum dabis, res modica: aut diacydoniten. Et possibile quidem est, ut quod ex diacydonite dabis; sit plus eo, quod dabis ex illis: postquam considera ueris, ne corpus sit uehementis caloris accidentalis, te dante ista. Istis prӕterea cõfert oleo inũgi chamęmelino, & anethino, & amaracino, & reliquis ab istis. [h] † [ ] Aut confortetur cum resina, aut cum resina, & duodecuplo ipsius olei. Quum autem scieris humores in uenis, & foras simul esse: esto de maiori solicitus; & tamen minus non dimittas. Quod si hęc duo ęqualia fuerint: prius intende ad digestionem cum diatrionpipereõ: in quo si volueris, adiunge petroselinum cum pondere pari anisi, ad hoc ut sit magis diureticum. Et si volueris, admisce ei parum diacalamenthi, postquã minueris ex eo, quod accepit de diacymino, & diatrionpipereon, & processeris in hoc secundum ordinem, donec ad ultimum purum remaneat diacalamẽthum. Quũ autem illud, quod est in venis, digeretur, & egredietur, & remanebit solicitudo eius, qđ est extra uenas; diacalamẽthum, quemadmodũ scis, erit ad hoc conferens, & impediens primum. Istos verò in quibus res duæ coniunguntur: ab omni re vehementer trahente ad exteriora, aut interiora, custodire debes. Quapropter non cito

a B. eius quod bibitur.

b B. reditionis, & qđ diximus de regimine, & curatione prædicta in capitulo ulcerosæ.

c B. omni uespere.

d B. candarusiũ & caro uolatilium ex eis, quorum caro est subtilis.

e B. Alia litera. illud unum qđ parum declinat ad citrinum.

f † B. dimitte phlebotomiã &c.

g B. digestionẽ.

h † B. singulatim uel per se aut pmixtis cũ cera.

cito vomitum eis dare debes, neque quod ventrē inferius deponat, nisi ante præmiseris, quæ subtiliant, & incidant, & maturent, neque etiam exercites eos. Quumque lassitudo quieuerit, & color meliorabitur, & vrina maturabitur: fricabis eos multum, & pauco exercitabis exercitio, & considerabis, si aliquid ęgritudinis reuersum fuerit: quoniam tunc dimittes, & si nil reuersum fuerit: duces eos ad suos vsus ordinatè, donec peruenias ad illud, quo solebant uti ex balneatione, & iniunctione, & fricatione, & exercitio, & ad vltimum tandem vnguētorum, quibus vtuntur, virtutem conforta. Quòd si alicui istorum lassitudo reuersa fuerit cum sensu vlceroso: redi ad tuum regimen, & si absque vlceroso sensu reuertitur: ipsum cum [i] [reuersione] rege. Et si mistæ tibi aduenerint significationes, & fortis lassitudo sensu percepta non apparuerit: permitte eum quiescere. Lassitudinis autem extensiuæ causa est repletio sine humoris malitia. Et eius quidem medicatio in corporib. malæ complexionis, est minutio, & regiminis subtiliatio. In corpore verò, de quo loquimur, est subtiliatio, & incisio tantum; postea adiuuetur cum quibus debet. Apostematosæ autē medicatio est succurrere cum minutione ex vena, quæ pertinet membro, in quo est plurimum lassitudinis, & in quo lassitudinis apparuerit principium, & ex [k] matrice] si nō inter membra fuerit inæqualitas. Et fortasse necesse erit ipsum secunda die minuere; immò adhuc etiam in tertio. ergo ipsum in prima die minue illico, quū apparet, & non tardes illud, ne in ipso [l] [infundantur.] Et in secunda die, & tertia minue cum in solis occasu. Oportet præterea, vt sit eius nutriens in die primo aqua hordei [m] [aut succus speltæ] simplex, nisi acciderit febris; sed si febris superuenięt, aqua hordei sola. Et die secūdo sit istud cum oleo infrigidante, aut temperato, sicut oleo amygdalino. Et in die tertio sit, sicut [n] [caro cum] lactucis, aut cucurbitis, aut maluis hortulanis, aut acetula, & ex piscibus petrosis in [o] [† iure albo,] & in hac die quantum possibile fuerit, a potu aquæ prohibeatur. Quum autem in die tertio iam non poterit tolerare, neq; poterit cibum bene appetere, & digerere, dabitur ei hydromel, aut vinum album subtile, aut temperatum. Et caue, ne post has euacuationes ei tribuas, quantum est necessarium ex cibo, subito: quoniam cibus indigestus ad venas trahetur tribus modis: vnus eorum erit, quum cibus fuerit paucus, stomachus erit auarus, & contraria erit eius virtus retentiua virtuti hepatis attractiuæ: sed quum multus fuerit: non erit ex eo stomachus auarus: immo fortasse attractiuam hepatis iuuabit sua virtute expulsiua: & similiter omne receptaculū, quod est ibi præcedens comparatione eius, quod est post ipsum. Et secūdus est, quoniam multus non bene digeritur in stomacho. Et tertius, quoniam multus multum venis transmittit nutrimentum, quod venę etiam digerere non valent.

i B. cum exercitio reuersionis.
k B. nigra.
l B. firmetur.
m B. aut sorbitio ex candaruſio.
n B ferculū ex.
o B. asfidbegi. † tafea.

A N N O T A T I O N E S.

Ca. 4. 5. 6. & de iaecp...

Descripta & hæc ex Gal. sunt 4. de san. tu. sed vide & Paulum lib. 1. Nota, quòd hic author in ys verbis. [Quod si tibi necesse fuerit &c.] quæ ex Gal. loco citato desumpta sunt, discrepare ab illo videtur, quum is diacalamenthum maximè probet, commendetq;: hic verò damnet, vt iustò calidius.

Cap. 22. Cap. 7.

De regimine corporum, quorum complexiones non sunt bonæ. Cap. 17.

CORpora ista, aut sunt quibus superuenit error, aut in creatione [a] [malè fuerunt impedita.] Et illa quidem, quibus superuenit error, sunt quorum complexiones naturales sunt conueniētes, sed acquisiuerunt complexiones malas in hora propter longum errorem in regimine, donec in eis quieuerint. [b] [Malè verò impedita] sunt, quorum complexiones a radice [c] [non sunt conuenientes. Eorum autem quibus superuenit error, erroris pars in quantitate, & qualitate scienda est: & cum contrario medicanda, & hoc fortasse cognoscetur ex dispositione figuræ corporis. [d] [Impedita verò malè] sunt, dispositionibus quorum accidit corruptio ex complexione eorum prima, [e] [aut ex eorum compositione.] ab eis igitur incipiemus, nominando senes.

a B. fuerunt ægrotatiua.
b B. ægrotatiua verò.
c B. nō sunt nobiles seu conuenientes.
d B. ægrotatiua verò.
e B. & ex eorū ætate.

A N N O T A T I O N E S.

Defectus corporum ab optima constitutione causas refert Gal. 5. de tu. san. Sed addit ætatem, de qua hic non meminit. reliqua pete ex eodem loco.

Cap. 13.

DOCTRINA III. DICTIONIS III.

Et est sermo vniuersalis in regendo senes. Cap. 1.



SVMMA regiminis eorum est [a] [operari] quod calefaciat, & humectet simul ex nutriētibus, & balneis, & potibus, & somno prolixo, & mora multa in lecto, & maiore quàm iuuenū, & ex assidua vrinę eorum prouocatione, & expulsione phlegmatis, ex eorum stomachis per viam intestinorum, & vesicæ, & vt naturę lenitas eis duret. Eis præterea multum confert fricatio temperata in quantitate, & qualitate cum oleo: deinde [b] [equitatio, aut incessio, si debiles fuerint ab equitatione.] Ad illum autem, qui ex eis debilis fuerit, fricandum, semel aut bis redeundum erit. Ex aromatibus præterea aliquid bene redolēs odorare debent, & propriè quod calidum temperatè existit. Et oportet vt post dormitionem cum oleo inūgantur: quoniam hoc virtutem ęxcitat animalem: deinde equitent aut incedant.

a B. administrare.
b B. incessio aut equitatio si debiles fuerint ab incessione.

A N N O T A T I O N E S.

Pluribus rem hanc prosequitur Gal. quinto de san. tuen. libro de marcore. quibus locis, quia senes temperamento frigido sunt & sicco, calefacientem illis, & humectantem victum instituit. Oppositum tamen Hippocr. statuit in lib. de salub. diæt. Sed vide Gal. in eius loci comm. & 5. de tuen. sanit.

Cap. 30. cap. 5. text. 7. cap. 8.

De

De nutriendis senibus. Cap. 2.

NVtriens senum paulatim est partiendum, & paulatim, bis aut ter nutriendi sunt, secundum digestionem eorum, & fortitudinem & debilitatem. Et comedant in hora [a] [secunda] panem bene factum cum melle, & in hora septima, post balneationem, quod ventrem leniat ex eis, quæ post illud nominabimus. Et iuxta noctem cibum laudabilis nutrimenti. Et si fuerint fortes: in cœna sua augmentum paruũ faciant, & ab omni nutriente [b] [ ] sibi caueant, ex quo melancholia generatur, aut phlegma: & ab omni calido, & acuto, & desiccatiuo, sicut [c] [† quę condita sunt aceto & sale. & aromata acria] nisi secundum modum medicationis adhibeantur. Quòd si ex hoc aliquid fecerint, quod non debebant, & ex his, quæ sunt primæ speciei comederint, sicut quod salitum est, & melongias, & carnem siccam salitam, & syluestrium animalium, & pisces duræ carnis: tunc vtantur melonibus † arecchijs, & cucumerib. Et si secundum commiserint errorem, & comederint † condita cum aceto [d] [& sale, & ex aromatibus acribus] medicentur ex contrarijs; sed tamen eis non sunt danda, nisi subtiliatiua; quũ scitum fuerit, quòd in eis sint superfluitates. Quum autem mundati fuerint; nutriantur ex humectantibus: deinde paucis ex subtilitatiuis cum cibo vtantur, sicut in ipso dicemus. Lac uerò eis, qui ex ipsis bene appetit, & digerit; confert: & post ipsum extẽsionem in parte hepatis, & uentris nõ sentit, neque pruritum, neque dolorem: quoniam lac nutrit & humectat: veruntamen quod ex eo melius est; est lac caprinum, & asininum. & ex proprietatibus quidem lactis asinini est, quòd non fit caseus, & descẽdit cito, & præcipue si fuerit cum eo sal & mel. Oportet tamen, ut locus; in quo pascuntur, obseruetur, ne herbæ, quæ ibi nascuntur sint põticę, neque acutæ, neque acetosæ, neque multum salsæ. Olera autem [e] [& fructus] quibus senes uesci debent; sunt sicut † beta, & apium, & parum porrorum, quæ comedere debent condita cum almuri, & oleo, & proprie in principio comestionis ipsorum: ideo vt eorum naturam mollificando, iuuent: [f] [Eis quoque confert, si in horis consueuerunt dormire; ut dormiant.] Zingiber præterea † conditum est ex medicinis, quæ eis conferunt. Et similiter plurima eorum, quæ sunt ex † conditis calidis: sintq; cum quantitate, qua tantum calefaciant & digerant, & non qua corpus siccent: quoniam oportet vt eorum nutrientia corpora, sint humectantia, quę non patiantur ab istis, nisi secundum uiam calefaciẽdi, & dirigendi, & non secundum uiam siccandi. Ex eis uerò, quibus uescuntur, ad suas leniendum naturas, & conueniunt corporibus eorũ; est volubilis cocta cum aqua & sale, ut boni sit saporis cum almuri, & oleo condita, & radix polypodij, quum in iure gallinæ posita fuerit, aut in iure † betæ, aut in iure caulium. Et ex eis, quidem, quibus in cibo utuntur ad suas mollificandas naturas, & ipsorum corporibus cõferunt, sunt, ex fructibus, ficus, & pruna in æstate; & ficus siccæ coctę in aqua & melle, si tempus fuerit hyemis: ueruntamen oportet, ut hoc totum sit ante comestionem, propterea ut eorum leniat uentres. Quòd si eorum naturæ taliter se habuerint, ut una die leniantur, alia non: excusatur solutiuũ, & lubricatio [g] [tertiana.] Quòd si fuerint naturæ eorum lenitę die uno, & constringantur duobus diebus: sufficiet ei aliquid tale, sicut uolubilis, & aqua caulium, & illud q̃d est intra semẽ carthami cũ † ptisana hordei, & terebinthina ad magnitudinẽ vnius auellanæ, aut duarum, & vt multũ triũ: quoniam ipsorũ naturam sua mollificat proprietate, & abstergit interiora sine læsione. Medicina quoque composita ex medulla carthami, & decuplo ipsius ficuum siccarum, confert eis. Sitq; illud quod ex ea in potu sumitur: ut magnitudo nucis. Enema quoq; cum oleo eis confert; quoniam in ipso cum euacuatione, est uirtus mollificandi intestina: & proprie quũ ex oleo dulci fuerit. Ab acuto autem clysteri sibi caueat: quoniam ipsorum siccabit intestina. Humidũ uerò clystere, & vnctuosum, est ex rebus magis eis conferens, quum ipsorũ uẽtres aliquot diebus constricti fuerint. Sunt præterea aliæ medicinę uentrẽ [h] [soluẽtes,] quas in antidotario nominabimus, Oportet etiam ut in senibus, & decrepitis, fiant euacuationes absq; minutione, quãto plus possibile fuerit: quoniam ipsorum uentrem tẽperatè soluere est eis maius prẽstans iuuamentũ.

a B. tertia.
b † B. grosso.
c B alchuamich & alruabel. † cauguamich, & tanguebil.
† Nomen est regionis.
† canguamich, & lehene & bũca.
d B. sahane. Alia litera. & sahane & res ex lacte confectas, acutas, uel salsas.
e —— B.
† sicla.
f B. Alia litera. Et si administrauerint allũ aliquibus horis, & fuerint consueti eo iuuantur cum ipso.
† muraba.
† muraba.
† siclæ.
g —— B.
† Kist.
h B. lenientes.

De uino senum. Cap. 3.

VInum eis melius, est vetus rubeum, vt vrinam prouocet, & calefaciat simul. A nouo autem & albo uino sibi caueant; nisi se post comestionem balneauerint, & sitim habuerint. Tunc enim dabitur eis uinum album, & subtile pauci nutrimenti, ideo ut sit loco aquæ. Ab illo uerò, quod ex uinis est dulce & oppilatiuũ, sibi caueant.

ANNOTATIONES.

De uino senibus apto agit Gal. 5. de san. tu. copiosè. Sed hic ab eo dissrepare uidetur, quãdo uinum rubrum probat, & album improbat. nanque si per rubrum rufum intelligat non id solum; sed & album a Gal. probatur. si uerò nigrum, hoc senibus a Gal. prorsus inutile censetur.

cap. 5.

De aperiendis senum oppilationibus. Cap. 4.

SI eis acciderint oppilationes, quarũ facilior est ea, quæ ex uini prouenit potatione; erũt aperiendæ cum diacalamentho, & diatrionpipereon, & pulueriżatione piperis super vinum. & si allia & cepas comedere consueuerint: comedant. Theriaca quoq; eis multum confert, & propriè, quum oppilationes acciderint: & similiter athanasia, & homorusia. Ipsi uerò post eas [a] [mollificandi] sunt cum balneo & oleo, & nutientibus, sicut [b] [aqua carnis in spelta] & hordeo: & si biberint hydromel; confert eis, & securos eos faciet, ne eis accidãt oppilationes, & dolores iuncturarum, postquam in ipso additum fuerit (si oppilationem in aliquo senserint membro, aut præparationem ad ipsam) illud, quod sit ei proprium, sicut semen apij, & eius radix membris vrinæ. Quòd si oppilatio

a B. humectãdi.
b B. brodium carnis cum candarusio.

petrosa

petrosa fuerit: aperiatur ex eo, quod est fortius, sicut [c] [petroselinum.] Et si oppilatio fuerit in pulmone: aperiatur cum aliquo, quod sit sicut hyssopum; & capillus veneris, & cassia lignea, & his similia.

c B. fatrahasiliū

De fricatione senum. *Cap.* 5.

OPortet ut in qualitate; & quantitate sit temperata, & ne vllo modo membra debilia cum ea tangantur; neque dolentia. Et si fricatio uices habuerit interpositas: in vicib. pānis grossis aut manibus [a] [asperis] fricentur; hoc nanque eis confert, & interpollationes ægritudinum membrorum eorum prohibet.

a B. alia litera, nudis.

De exercitio senum. *Cap.* 6.

EXercitium senum diuersificatur secūdum dispositionum corporum eorum diuersitatem, & secundum illud, quod eis ex ægritudinibus accidere solet, & secundum usus ipsorū in exercitio. Nam si eorum corpora in vltima fuerint equalitate posita: conuenientia eis erūt exercitia temperata. Et si fuerit in eis membrū, quod non in sua meliore existit dispositione, sit eius exercitium alia sequens exercitia: verbi gratia alicui incępit in capite accidere uertigo, aut [a] [apoplexia,] & materię ad collum descendere, & frequenter consueuerunt ascendere vapores ad caput, & cerebrum; non cōfert ei exercitium, in quo caput curuatur, aut declinat: sed exercitio uti debebit, quod sit in incedendo, & currendo, & equitādo, & omni exercitio, [b] [qđ sit ab subtilianda interiora.] Et si ægritudo in partibus pedum fuerit, exercitijs utetur, quę fiunt ex superioribus, sicut manibus contrahere, & proijcere lapides, & eleuare. Et si ægritudo fuerit in medio, sicut splene, & hepate, & stomacho, & intestinis; erūt ei utilia exercitia duarum extremitatum, nisi sit aliquid, quod prohibeat. Quod si ægritudo in parte pectoris fuerit: exercitium inferiorum erit ei necessarium. & si in rene aut vesica fuerit; non confert ei nisi superiorum exercitiū. Et hæc membra in exercitio penitus non ordinentur ad hoc; ut ex eo fortiora fiant. Et hoc quidem in senibus diuersum est ab eo, quod est in alijs ętatibus, & [c] † [ ] in primis senibus quibus confert plurimum eius, quod confert senibus. Isti nanque membra debilia fortiora facere debent ordinatè, secundum modum exercitij, quod est eis conueniens, & in quo sunt. Membra verò infirmo est quando exercitātur, & est quando hoc non conceditur, scilicet quum fuerint calida, aut sicca, aut fuerit in eis materia, [d] [quæ ad putrefactionem declinauerit:] & non fuerit in eis maturatio.

a B. epilepsia.

b B. quod medietas corporis inferior assumitur.

c † B. est diuersum.

d B. Alia litera. quæ ad mēbrū declinare timetur.

ANNOTATIONES.

Descripta et hæc sunt de senum tùm frictione, tùm exercitatione, ex Galeno 5. de tu. san. et Paulo lib. 1. Sed quod de cursu in uertigine in posteriori capite scribit, ex Galeno et ipsum loco citato decerptum, dubitationem facit. quum in uertiginosis et Auic. lib. 3. et cęteri medici omnes quietem pręcipiant. quod presertim de quiete a cursu statuendum uidetur, quando ex eo, tametsi partium inferiorum exercitatio in hoc casu laudatur, spiritum cerebri agitatio sequi solet.

cap. 3.
cap. 23.
Fen. 1. Tract. 5. cap. 3.

DOCTRINA QVARTA.

De regimine corporis, cuius non est complexio conueniens. Et sunt quinque capit.

Doctrinę quartæ dictionis tertię de rectificatione complexionis superfluę caliditatis. *Cap.* 1.



DIcemus quòd malitia complexionis calidę, aut est cum æqualitate ambarū passiuarum; aut cum uictoria siccitatis, aut humiditatis. Quum autem ambę passiuæ fuerint æquales; sciemus quòd caliditatis augmentum erit secundum terminum, & non erit superfluum; [a] [quoniam] si non: sic caret. Quum autem calidum existit cum siccitate; possibile est, ut complexio ista in sua dispositione longo remaneat tempore. Calidi uerò cū humiditate societas non durat: quoniam humiditas quandoque superat caliditatem, & extinguit ipsam. Et quandoque caliditas superat humiditatem, & siccat eam. Dispositio igitur habentis complexionem, in qua humiditas superat: meliorabitur in complemento iuuentutis, & fiet æqualis in eis. Quum autem [b] [descenderit:] humiditas extranea augmētari incipiet, & caliditas minui. Ergo dicemus, quòd summa regendi complexionem habentes calidam, in duabus est collecta intentionibus: vna quarum est, secundum quòd est uoluntas reducendi eos ad æqualitatem, & altera est secundum quam est voluntas conseruandi sanitatem, sicut est. Primam vero habere non possunt [c] † [ ] ociosi, qui suas domuerunt animas secundum prolixam tolerantiam, in tempore quo ordinatè ad æqualitem redeant: ipsos nanque absque ordine regere, perducet eorum corpora ad ægritudinem. sed & secundam possibile est, si sit eorum regimen ex nutrientibus, quæ ipsorum sint conuenientia complexionibus: ita ut conseruetur sanitas, quæ est eis reperta. Quicunque autem complexionem habentium calidam in duabus passiuis temperati fuerint; sanitati, in principio rei ipsorum, propinquiores erunt, & faciet illorum complexio dentes, & pilos uelocius nasci, & erunt facundi, & clari in uerbis, & ueloces in incessu. Quum autem in annis processerint, uincet in eis caliditas, & augmentabitur siccitas, & accidet eis complexio mordicatiua, & in multis quidem eorum multa cholera rubea generatur. Ipsorum uerò regimen in prima ętate debet esse sicut temperatorū regimen. Et quum mutabuntur: suum mutabunt regimē ad illius regimē, in quo elaborabatur, vt ipsius prouocetur urina, et cholera euacuetur rubea secundum unam duarum partium, ad quā declinant superfluitates, scilicet partis fluxus ventris, aut partis uomitus. Quòd si sola natura ad deponendum humorem, et euacuandum non suffecerit: in uomitu quidem adiuuetur ex reb. leuibus sicut potu multæ aquæ calidæ solius, aut cum [d] [† uino.] Et in solutione quidem ventris fit cum aliquo; quod sit sicut uiolaceum † condi-

a B. &c.

b B. declinat in ætate, tunc.

c † B. nisi.

d B. nebit. † nabit.

† tereniabin. † xiraffet. e B. firacoſt.

† cōditum, & tamarindi humidi, & † māna[e] [& rob de ſucco fructuum aluum ſubducentiū.] Ipſorum præterea exercitium erit alleuandū. Et oportebit ut cibus detur eis, qui ſit boni chymi. Et fortaſſe neceſſe erit, ut [f] [balneationē in die ſequātur:] & oportebit etiam ut ab omni re calfaciente prohibeantur. quòd ſi ex balneatione poſt comeſtionem non ſenſerint tenſionem, & grauitatem in parte hepatis & uentris; ſecurè ea vtātur, & ſi aliquid horum acciderit; aperitiua eis dentur, ſicut [g] [apozema abſinthij, & medicina ex aloe, & aniſo, & amygdalis amaris cum oxymelle:] & balneationem poſt comeſtionem dimittant. Hæc autem aperitiua eis danda ſunt, poſtquam primus cibus digeſtus fuerit: & antequam ſecundum ſumāt. in hora tamen, inter quam & comeſtionem ſecundi ſpatium interueniat temporis, & hoc quidem eſt inter excitationem matutinalem, & horam, in qua balneantur. Ipſi præterea ſunt oleis ſuperinungendi, & uinum eis album, & ſubtile in potu tribuendum eſt, & [h] [debilitat eos] aqua frigida. Et illi quidem, qui a principio rei complexionem habent calidam, & ſiccam, hoc toto ſunt digniores. Qui verò complexionem habent calidam & humidam, & putrefactioni ſunt apti, & vt materiæ ad membra deſcendant; exercitio vti debent, quod multę ſit reſolutionis, & leni, ne calefaciat: cauendo a motu, qui in humoribus ebullitionem appare re faciat. Qui verò plurimum ab exercitio ſibi cauere debet: eſt ille, qui non conſueuit. Et melius quidem eſt, ut exercitentur poſt euacuationem, & ut balneentur antequam comedant, & ut ſtudeant in expellendo ſuperfluitates oēs. Quumque in uer intrauerit; temperatè ſe conſeruent minutione & euacuatione.

f B. qualibet die tertia adminiſtrēt balneationem.

g B. infuſio abſinthij, & infuſio de aloe, & aniſum, & amygdalæ amaræ, & oxymel. Alia litera & amigdalæ amaræ cum oxymelle.

h B. cōfert eis.

ANNOTATIONES.

Pulcherrimè ſcripſit hæc omnia Galenus 6. de tu. ſanit. collegit & Paulus ex eo loco lib. 1. Inſtituit autē Galenus eandem planè uiuendi rationem, quam hic. Uterque igitur frigidæ aquæ potum bilioſis corporibus exhibet. de qua tamen re licet dubitare propter ea quæ Hippocr. 3 de uict. ratione in ac. & 3. de fracturis. ubi aquam bilioſis bilioſam eſſe teſtatur. ſi enimuerum hoc ſit, augebitur aquæ potione intemperies calida ac ſicca: non autem temperabitur. Verùm ſoluitur. Frigidæ potio bilioſis eorum temperamenti ratione, confert, dum caloris eorum acrimoniam retundit: quum tamen ſui frigiditate incraßet, & obſtructiones faciat; id ex hoc ſequitur, ut, dum diutius in anguſtioribus uaſis, meſenterij præſertim, & iecinoris retinetur in bilem obearum partium acriorem caliditatem conuertatur. Vnde huius rei gratia Hippo. citatis locis mel aquæ ipſi immiſcet, ut celerius perfluat, neque obſtruat.

Cap. 3. cap. 70. Tex. 40. Tex. 49.

De rectificatione complexionis, in qua eſt frigiditas cum augmento. Cap. 2.

HVius quoque ſpecies tres ſunt. In illa ergo quæ ex eis, in duabus paſſiuis ęqualis fuerit, elaborandum erit, ut eius innatus calor ſecundum augmentum procedat cum nutrientibus calidis, inter humiditatē, & ſiccitatē temperatis, & unguentis † calidis, & electuarijs magnis, & euacuationibus humoribus proprijs, & balneationibus ſudorem facientibus, & exercitijs iuuantibus eos: licèt enim aliquo tempore in humiditate ſint temperati: accidet tamē eis, ut humiditates in ipſis propter frigiditatem generentur. Illorum autem in quibus cū hoc eſt ſiccitas; regimen oportet ut ſit ipſummet regimen ſenum.

† calefacientib.

De regimnie corporum, quæ velociter ægritudines incurrunt. Cap. 3.

ISti aut autem ad hoc ſunt parati propter repletionem ſui. Et tunc quidem in ipſis tēperanda eſt humorum quantitas, aut propter humores crudos, qui in eis exiſtunt, & tunc quidem temperanda eſt ipſorum humorum qualitas, & eligendum eſt eis ex nutrientibus illud, quod nutrimētum præbet medium inter multum, & paucum. Et humorum ipſorum quantitas temperanda eſt cum ęqualitate quantitatis nutrimenti, & augmento exercitij, & fricationis antequam balneentur, ſi exercitij, & fricationis vſum habuerint; aut cum leuiore eorū, ſi non conſueuerunt: & ut eis cibus partiatur, & non una uice ſuam compleant ſatietatem. quòd ſi in ipſorum corporibus ſudor fuerit facilis, & conſueuerint: fiat vt iſti aliquibus ſudent uicibus. Et ſi tarditas comeſtionis ipſorum non fecerit, ut cholera rubea in eorū fundatur ſtomachis, retardetur ipſa uſque poſt balneum. quòd ſi fecerit, pręmittatur antequam balneentur. Et hora quidem temperata, ſi prohibitor ibi non affuerit: eſt poſt quartam horarum diei [a] [ęqualium.] Si autem propterea, ꝙ cholera rubea in ipſorum funditur ſtomachis, cibus fuerit ſumendus prius [b] [antequam balneentur, et] oppilationum in hepate ſignificationes ſenſerint, cum aperitiuis prænominatis, ſuis conuenientibus complexionibus, medicētur. Et ſi cum hoc in capite nocumentum ſenſerint: cum ambulatione ſuccurratur. Et ſi eius cibus in ſtomacho corruptus fuerit, & poſtea deſcenderit per ſe; erit hoc lucrū: quòd ſi non, deponatur cum diacymino, aut ficubus cum ſemine carthami [c] [conſperſis.] Cuius confectio eſt nominata.

a B. æqualis.

b B. balneantur poſtea ſi.

c B. commixtis.

De impinguando macrum. Cap. 4.

CAuſarum maciei fortior, ſicut diximus, eſt ſiccitas complexionis, et meſaraicæ, et ſiccitas aeris. Meſaraicæ enim, quum ſiccantur; nutrimentum non recipiunt, & augmentatur ſiccitas, et macies. Fricatio igitur ipſi adhibenda eſt antequam balneetur, quæ ſit media inter aſperam et lenem, donec rubeat cutis: deinde fricatio fortior fiat: poſtea emplaſtrum ex pice ſuperponatur: deinde tēperatè exercitetur: poſtea abſque tarditate balneetur: deinde ſiccis mantilibus exſiccetur: poſtea pauco inungatur oleo deinde cibum ſumat ſibi conuenientem. Et ſi ipſius ætas, et tempus, & conſuetudo aquā tolerauerint frigidam, ex ea ſuper ſe fundat. Finis autem fricationis, quæ ante picis emplaſtrū præmittitur, eſt ut inflatio non incipiat conſumi. Et hoc quidem eſt propinquum ei, quod in augmentando membrum paruum diximus.

Com-

Complemẽtum verò locutionis de hoc, inuenietur in libro de[a] [pulchritudine] quarti libri.

a B. decoratione.

De macrefaciendo pinguem. *Cap.* 5.

IPsius regimen est, ut descensus cibi a stomacho eius, et intestinis sit uelox, ne compleatur mesaraicarum suctio in ipso, & ut cibum sumat, qui sit multæ quantitatis, & pauci nutrimenti. Et frequenter balneetur antequam comedat; & exercitium festinũ, & olea resoluẽtia. Et de electuarijs, tryphera minor, & electuariũ de lacca, & theriaca, et vt ieiunus bibat acetum[a] [et] almuri. Et nos quidem nominabimus hoc in dictione decorationis.

a B. cum.

DOCTRINA QVINTA.

De mutationibus aeris, & est capitulum 1. & summa. 1.

Doctrinæ dictionis tertiæ, de regimine temporum cum rectificatione aeris. *Cap. Vnum.*



IN veris quidem principio succurrendum est ad minuendum, & ab bibendum cathartica, secundum quòd necesse est, & secundum consuetudinẽ. In ipso quoque propriè vomitus prouocandus est. Et omnis res multum calefaciens, & humectans est dimittenda, ex carnibus, & potib. & nutriens subtiliandum. Et exercitio utendum est temperatè, quod sit maius exercitio æstatis. Cibo quoque non repleatur quis: immò ipsum partiatur, & in potu sumat syrupos & rob extinguentes: & a rebus abstineat calidis, & ab omnibus amaris, aut salsis, aut acutis. In æstate vero minuatur ex cibis, & potibus, & exercitio, & maneat quietus, & extinguentia bibat. Et si potuerit, uomat, & semper in vmbra moretur, & in loco cooperto. In autumno autem, & propriè in eo, qui est diuersi aeris, conseruatio facienda est cum regimine meliore: & omnia siccantia sunt dimittenda. Et cauendum est a coitu, & a potu multæ aquæ frigidę, & ipsius fusione super caput. Neq; in loco frigido dormiat, in quo eius cutis horripiletur: neque repletus dormiat. Et caueat sibi a calore æstiuo, & frigiditate matutinorum, & suum custodiat caput ne frigiditati obuiet. A fructibus quoque,[a] [quæ sunt in tempore primo;] sibi caueat: neque ex illis multum comedat: neque balneetur, nisi cum tepida. Quumque dies cum nocte fuerit æqualis: euacuetur, ne superfluitates in hyeme constringantur; licet in multis corporibus sit melius, ne in autumno aliquid faciant, unde humores ferueant, et moueantur: immò melius est eis, vt ipsi quieti permaneant. Quidam etiam iam uetuerunt ne uomitus in autumno fiat, quoniam ad febrem perducit. Vinum præterea uehementer debet esse aquatum, & non sit superfluè. Scias quoque, quòd in multis pluuijs in ipso consistit securatio ab ipsius malitia. In hyeme uerò multum laborare debent, et copiosius comedere, nisi fuerit meridionalis: quoniam si sic fuerit, exercitium erit augmentandum, et cibus minuendus. Oportet præterea, vt triticum panis hyemis sit fortius, et fortioris soliditatis quam panis æstatis. Et similiter est illud, quod est in carnibus:[b] † [ ] et eis quę sunt sicut ipsæ. Et ut sint olera, quibus vescũtur, sicut caules, et † beta, et apium, et non atriplices, neque blitis, neque portulaca, neque scariola. Amplius corporibus sanis raro accidunt ægritudines in hyeme: quibus si acciderint: medicando succurrendum est, et euacuando, si oportuerit. Impossibile enim est ut ipsa accidat ægritudo, nisi propter magnam causam: et propriè si calida fuerit. Calor enim innatus, qui est regitiuus; in hyeme vehementer fit fortis, propterea quòd a resolutione saluatur, et constrictione coniungitur. Omnes præterea naturales virtutes suas melius perficiunt operationes. Hippocrati quoque visum est, quòd melius est in ipso uentrem soluere, quam minutionem facere. Et abhorret uomitum in ipso, et uidetur ei, quòd in ęstate sit bonus, quoniam humores in ęstate sunt natãtes, et in hyeme ad subsidendum declinantes, ipsum ergo imitentur. Aer verò, quum corrumpitur, aut fit pestilentialis; obuiandum est, exsiccando corpus, et reparando domum cum rebus, quæ suis uirtutibus infrigidant, et † humectant. Et hoc quidem est, quod magis est faciendũ in pestilentia: Aut calefaciant, et faciant quòd sit contrarium ei, quod ex aeris corruptione prouenit. Odores præterea boni sunt res in hoc magis conferentes, et propriè quum putauerint, quòd sint cõplexioni aeris contrarij. In pestilentia quoque necessitas multum aerem attrahendi est minuẽda, et hoc quidem fit cum ocio, et euentatione.[c] † [ ] A terra pręterea multoties eleuatur aeris corruptio, et tunc quidem conuenit in lectis sedere, et hospitia quærere uehementer alta, quę a ventis rumpuntur. Multoties quoque est principium corruptionis ab ipso aere, propter illud, quod ei aduenit ex corruptione uicinantium aerum, aut propter rem cęlestem, cuius qualitas non est hominibus cognita, in huiusmodi ergo ad domos subterraneas est fugiendum, aut ad domos, quæ parietibus undique sunt circundatæ, et ad cauernas. Suffumigationes autem, quę aerum putrefactiones sunt rectificantes, sunt sicut cyperi, et thuris, et myrti, et rosæ, et sandali. Aceto præterea in cibo et potu uti in pestilentia, est nocumenti ipsius securatio, et nos quidem in libris particularibus nominabimus complementum eius, quod est dicendum de hoc.

a B. illius temporis. Alia litera. horarijs.

b † B. & assatis.

† ficla.

† legendum est deficcant.

c † B. facta cum ventolis uel flabellis.

ANNOTATIONES.

1 *In ueris &c. Quod hic de uenæ sectione & purgatione in uere facienda proponitur, Hipp. consilium est 6. aph. & 7. quod sequitur Gal. ibidem, & lib. de sangu. miss. & libello, quos, quando & quibus purg. opor. De uictus quoque ratione quam hic præscribit, Hip. copiosè lib. 1. & ante Gal. Celsus libro primo eadem ferè adnotauit.*

Aphor. 47. Aph 53. Cap. 7. Tex. 1. 2. & deinceps. Cap. 53. Cap. 3. Aphor. 4.

2 *Et abhorret uomitum &c. Hipp. 4. aph. Medicandũ æstate ait per superiora, hyeme autem per inferiora, quod & Gal. ibidem probat. Ex aduerso tamen Celsus lib. primo. Vomitum utiliorem esse hyeme quàm æstate censuit. quum id tem-*

Cap. 3.

temporis pituitæ plus, & capitis maior grauitas subsit. de qua re alibi.

Comm.7. *3 Aer uerò quum corrumpitur &c. Vide pro his quæ de pestilenti aere hic scribuntur. Galen. 2. in primum de uulg. morb. & sæpe alibi. & Auicennam lib. 4.* Fen 1. Tract. 4. Cap 4. *Hic nota contradictionem in paucis uerbis, quum dicat obuiandum esse pestilenti aeri exsiccando corpus, moxq; inferat reparandã esse domum cum rebus, quæ suis uirtutibus infrigidant, & humectant. Sed legendum est. desiccant, sicuti in Arabico contextu legi affirmauit Hebræus quidam medicus clarissimo Paterno præceptori nostro.*

SVMMA DOCTRINÆ V. FEN III.

Cuius sunt. viij. capitula.

Summæ doctrinæ quintæ fen tertiæ est ad succurrendum accidentib. quæ prognosticantur ægritudines. Cap. 1.

ILle, cui tremor cordis assiduè acciderit, de se ipso sit solicitus ne subita intercipiatur morte. Ille cui, frequenter acciderit incubus, & [a] [scotomia,] de se ipso solicitus existat, & humorem euacuet grossum, ne ad epilepsiam perueniat & apoplexiam. Quãdo multus in toto corpore fuerit [b] [† saltus,] regatur phlegmatis euacuatione; ideo ne hoc habens, spasmũ incidat, & apoplexiam. Et similiter quum perdurauerit ut sensus sint turbidi, & motionum adsit debilitas cum repletione. [c] [Quum membris multoties acciderit, ut sensum amittant, regatur cui hoc accidit, cum euacuatiõe phlegmatis: ne ad paralysim perueniat.] Quum facies multũ [d] [salierit,] cui hoc acciderit, regatur purgatione cerebri, antequam ad torturam deueniat. Quũ facies uehementer rubuerit, & oculus, & lachrymæ fluxerint, & lumen effugerit, & capitis dolorem habuerit; minutione regendus erit, & solutione ventris, & his similibus, ne incidat in [e] [phrenesim.] Quumq; multa absque causa fuerit tristitia, & timor; regẽdus erit adusti humoris euacuatione, ne ad melãcholiam deueniat. Facies quoque, quum rubet, & tumet, & fuscitari attinet, & fit hoc perdurans: portendit lepram. Quum corpus fuerit graue, & lassum sit, & venæ apparuerint; minuendum erit, antequã venæ scissura accidat aut apoplexia, aut mors subitanea. Quum in facie [f] [parum tumoris apparuerit] & in palpebris, & in extremitatibus, dispositioni hepatis est succurendum, ne incidat in hydropisim. Quum stercoris fœtor multus fuerit, regime utendum erit remouendo a putrefactionem, antequam ad febres perueniat: urinæ tamen significatio est in hoc [g] [deterior.] Quumque lassitudinem, & fracturam uideris; time quòd febris accidat. Quumque comedendi appetitus cadit, aut augmentatur: significat ægritudinem. Et ad summum omnis res, quæ de suo mutatur usu, scilicet desiderium, aut egestio, aut urina, aut coeundi voluntas, aut somnus aut sudor, aut corporis pruritus, aut ingenij subtilitas, aut sapor gustus, aut [h] [somniorum vsus,] quum augmẽtãtur: aut diminuuntur, aut suam mutant qualitatem: prognosticãtur ægritudinem. Et similiter usus nõ naturales, sicut hæmorrhoidarum sanguinis fluxus, aut menstruorum, aut vomitus, aut ex naribus sanguinis fluxus, aut consuetudo desiderandi rem aliquam, siue mala sit, siue non sit mala: quoniam vsus est sicut natura. Et propter hoc non debet abstinere quis, nisi a multum malis: quæ tamen ex eis dimittere debet: ordinatè dimittat. Est præterea, quum res particulares particularium rerum sunt demonstratiuæ: per seuerantia namque doloris capitis, & hemicranei, dilationem pronosticatur pupillæ, & descensum aquę in oculum. Imaginari [i] † [ ] coram facie sicut cimices, & reliqua, quum mãsiuum sit & stabile, & uisus cum hoc assiduè debilitatur; portendit descensum aquæ in oculũ. Quum grauitas, & punctura in parte dextra perseuerauerit: hepatis significabit ægritudinẽ. Grauitas & tensio in inferioribus dorsi, & ilio, cum mutatione dispositionis urinæ ab [k] [usu] nocumentum in renibus pronosticatur. Stercus non habens tincturam sicut solebat; significat icteritiam. Quum ardor urinæ perseuerat; vlcera significat: quæ in uesica accidunt, & virga. Egestio in ano adustionem faciens, prognosticatur dysenteriam. Desiderij casus cum uomitu, & inflatione, & [l] [extremitatum] dolor, portendunt colicam. Pruritus in ano, quũ parui uermes ibi nõ affuerint: prognostic atur hæmorroidas. Multorũ [m] [carbunculorum natiuitas, & nodorum, magnum significat apostema.] Serpigo, † uitiliginem prognosticatur nigram. Et † impetigo alba, prognosticatur † uitiliginem albam.

a B. uertigo.
b B. iectigatio. † palpitatio.
c B. Quum mẽbra omnia stupida fuerint multum tunc regantur cũ euacuatione flatis, ne ad paralysim & spasmum perueniant.
d B. iectigauerit.
e B. sirsem.
f B. tumor seu inflatio sparsa fuerit.
g B uehementior.
h B. pollutionis nocturnæ cõsuetudo.
i † B. oculis.
k B. eo quod est consuetum.
l B. Alia litera. crurium.
m B. aldemamil idest foruncul orum natiuitas, & nodorũ magnam significat exiturã seu magnum significat aldubeleti.
† albaras.
† morphea.
† albaras.

ANNOTATIONES.

Tali ferè methodo scripsisse Dioclem ad Antigonum regem testatur Paulus lib. 1. (Cap. 100.) *qua hic author est vsus. quæ quidem uel eo nomine comprobanda est, quod præter id quod morbos futuros indicat, præcauendi etiamnum modum docet mira & breuitate, & compendio. Tu uide Galen. in ar. med.* (Cap. 82.) *& illi methodo, quã potes ex eo loco colligere, de qua & hic author meminit, innixus, nempe inspecto actionum, excretorum ac retentorum, & sensibilium affectuum a naturali constitutione, ac consuetudine recessu, & hæc, et multa deprehendes alia, quæ hic non refert. Sed ijs Hipp. & libros pronosticorum, & Coacas prædictiones, & omnes demum suos libros refersit. Vide & Celsum lib. 2.* (Cap. 2.)

Dictio vniuersalis de regimine iter agentium. Cap. 2.

ITer agens a rebus abstineat, quibus uti consueuerat, quum esset cum suis familiaribus; labores nãque, & dolores ei accidunt; quapropter studium impendere debet ad hoc, vt de se sit solicitus, ne ad [a] [magnas] perueniat ægritudines. Et illud de quo plus solicitus esse debet: est nutriens, & lassitudo. Suum verò nutriens meliorari debet, & facere vt sit bonæ substantię, & propinquæ mensuræ, & non multę, ideo vt bene digeratur, & superfluitates in venis ipsius non congregentur. Amplius equitare non debet plenus, ne eius cibus corrumpatur, & necessitatem habeat bibendi aquam, & augeatur [b] [sonitus & dilatatio sui,] immò expectare cibũ debet vsque ad horam hospitandi: nisi fuerit propter causam, quam postea dicemus. Quòd si multum ei necessarium fuerit, rẽ modicam comedat

a B. multas.
b B commotio & sonitus in stomacho, & nauseatiua satietas.

medat secundum modum temperamẽti:& tantum,ne per ipsam bibendi aquam necessitatem habeat; siue sit eius iter nocturnũ, siue diurnũ. Lassitudo quoque,eius regenda est ex eo,quod in capitulo de lassitudine dictum est. Oportet præterea,ne eat in uias repletus sanguine, aut alio;sed corpus suum mundificet,deinde inccedat,& si [c] [fastiditus fuerit,] famelicus fiat, & dormiat,& [d] [fastidium] resoluta,postea in uiã pergat. Oportet præterea, ut qui iter aggreditur,utatur ordine, & parum plus solito exercitetur.Et si in suo itinere necessarium fuerit uigilare, assuescat uigilare parum: & similiter, si timet ne fames ei accidat, aut sitis, aut aliud ab istis; debet ea assuescere, & debet uti cibo, quo in itinere uult nutriri, & debet constituere,ut eius cibus sit in quantitate paucus,& multi nutrimenti.Olera præterea dimittat, & fructus, & quicquid humorem generat crudum, ni fuerit propter necessitatem,ut ex eo medicetur,& fortasse iter agenti [e] [necessitas superueniet tolerandi famem, donec desiderium ei minuatur.] Ex eis autẽ,quæ ipsum iuuant in hoc; sunt cibi frigidi ex hepatibus assatis, & his similibus. & est quum ei fiunt pilulæ cum uiscositatibus,& adipibus liquefactis fortibus,& amygdalis,& oleo amygdalino:sintq; adipes,sicut adeps uaccinus:quarum unam, quũ comederit: famem longo tpe tolerabit. Quidam quoque retulerunt, quòd unus homo biberit lib.j. olei violacei,in quo [f] [adeps resolutus fuit,]donec in emplastri similitudinem conuersa fuerint: decem diebus postea comedere non desiderauit.& similiter [g] [contingit,quum necesse est ei tolerare sitim.]Secum ergo deferre debet ex medicinis sitim extinguentibus,quas in libro tertio,in capitulo de siti dicemus, & propriè ex semine portulacæ.iij. ℥.cum aceto bibat. Et dimittat nutrientia sitim facientia,sicut pisces,& cappares,& salsa,& dulcia,& minuat loquelam, & molliter incedat. Quumque aquam cum aceto biberit, parum ex ea ei sufficiet in sedando sitim:ubi non multa inuenitur aqua.

c B. nauseatiuã satietatem habuerit.
d B. nauseatiuã satietatem.
e B. est necessarium ut præparetur ad famem tolerandã & minorationem appetitus.
f B. cera dissoluta fuit biberit.
g B. quãdoque indigent ut præparentur ad sitim tolerandũ.

A N N O T A T I O N E S.

Agit hac de re & Paul.lib.1.sed diuersè. Desumpsit hæc author ex Rasi.ex 34.Contin.tract.2.

cap.55.
Cap.1.& 2.

De regimine cauendi a caliditate, & propriè in itinere, & regimine iter agentium in ipsa.
Cap. 3.

Hos etiam,nisi seipsos regant; res in suo fine ad hoc perducet;quòd debilitabuntur, & eorum resoluentur uirtutes; ita quòd se mouere non poterunt:& superabit sitis;& fortasse sol eorum impediet cerebra.Quapropter studere debent, ut uehementi coopertura a sole sua tegant capita. Et similiter debent iter agentes pectora sua custodire:& epithemare ex tali,quale est mucillago psylij, & succus portulacæ.Iter preterea agentes in calore quandoque necesse est aliquid comedere antequã eant,sicut [a] [ius] hordei. & syrupũ de fructibus,& reliqua ab eis quoniam,quum equitant,& in eorum interioribus nihil existit; multum debilitat eos resolutio: & non erit in eis restauratio. Sumere ergo debet ex eo,quod diximus,aliquantulum,& deinde moretur donec de stomacho descendat, & non inundet.In uia præterea deferre dẽt oleũ ros.& uiolarum,ex quo hora post horam in suis dorsis inũgatur.Multorũ præterea, quibus in via, ex calore accidit nocumẽtum; redeunt dispositiões propter natationem in aqua frigida, ueruntamen melius est,ne hoc cito fiat; sed parum expectent,deinde ordinatè ad ipsam accedant.Qui autem [b] [uenena] timuerit; nares, & os instita sibi ligare debet, & toleret laborem in hoc:debet etiam prius cum [c] [lacte absque butyro] cepas comedere:& propriè quum cepæ in ipso fuerint [d] [† conditæ] aut nocte una infusæ:comedat cepas,& sorbeat [e] [lac.] Et oportet ut sint cepæ, antequam in † lac acidum mittantur; fortis incisionis. Sit præterea illud,quod odorat, oleum rosaceum [f] † [[& oleum de seminibus cucurbitæ,& sorbeat oleũ de seminibus cucurbitæ,quoniam malitiam uenenorum remouet,quam timet. Quum autem uenenum,ei nocumentum fecerit, super extremitates ipsius aqua proijciatur frigida,& facies ea lauetur. Sitq; eius cibarium ex oleribus frigidis:& super ipsius caput ex oleis fundatur frigidis,sicut oleo rosaceo,& ex [g],[salicibus:] & succis frigidis,sicut uermicularis succo; deinde lauetur,& a coitu sibi caueat.Saliti quoque pisces ei conferunt,quum quieuerit quod habet:uinũ quoque temperatum ei confert:lac præterea est melior cibus,si febrem non habuerit,& si habuerit febrem,quæ non fuerit ex febribus putridis immò ex [h] [diurnis,] bibat † lac acetosum.i.lac absque butyro. Quumq; sitim habuerit post uenena,succurratur ex collutione oris cum aqua, sed non bibat ex ea donec satietur;quia tunc subito morietur; sed temperandus est ex collutione oris cum aqua. Quod si multa ei necessitas bibendi ingruerit,semel ex ea glutiat parum, et secundo,et tertio, et deinceps. Quumque quieuerit illud,quod ex siti ei [i] [admistum] fuerit; bibat.et si,antequam bibat. inceperit bibere oleum rosaceum cum aqua mistum,et postea bibat aquam;erit melius.et ad summum ille,quem calor impedit;in loco debet manere frigido:et pedes abluere ex aqua frigida.et si fuerit sitiens; aquam frigidam paulatim bibat.et ex cibo,qui cito digeritur,nutriatur.

a B. sauich.
b B. æstuationẽ aeris calidi, & sic ubique in hoc capitulo p uenena intelligitur æstuatio ab aere calido.
c B in aldog.
d B. præparatæ
† muraba.
e B. aldog.
† aldog.
† aldog.
f † B. uel narib. attrahat oleum rosaceum.
g B. chalef.
h B. ephemeris.
† doch.
i B. excitatum.

De regendo iter agentem in frigore, & congelatos. Cap. 4.

Dico quòd iter agere in forti frigore, est res magni timoris,licèt multum custodiat se, & muniat omnibus,quæ sunt necessaria:& quãto magis, quum non totum quod necessarium est præparauerit?Quamplures nanque iter agentes.omnibus quæ necessaria erant, se rexerunt: & postea frigore mortui sunt,quos frigus interfecit,& [a] [pruina] spasmo,aut † tetano,aut cõgelatione,aut apoplexia,& moriuntur,quidem morte eorum,qui opium biberint,aut mandragoram. Quod si eorum dispõ ad mortem non peruenerit,multoties famẽ incidunt quę uocatur† bolismus:in qua quid sit faciendum,& in alijs

a B. uentos frigidos cũ pauca pluuia.
Alia litera.aldomach.i.nix cũ.
† alcuzez.
† bulimus.

alijs ægritudinibus, iam in suo loco diximus. Et res quidem eis melior est, vt poros claudāt, & nares: & os custodiant ne in eo aer frigidus subito ingrediatur; & vt extrema custodiant cũ eo, quod nominabimus. Quumque iter agens in frigore, hospitatur; non illico se calefacere debet: immò in hoc paulatim ordinetur in calore paruo, & ad fortem calorem non cito accedat: immò si ad ipsum non accesserit, erit melius. Quòd si vehementer ei fuerit necessarium: secundum ordinem ad ipsum accedat. Et ille quidem, cui est conuenientius ab eo separari: est qui cito vult ire, & ad frigus egreditur: hoc est, quum frigus non ad hoc peruenerit, vt iter agentem debilitet: & eius deijciat fortitudinē. Sed si [b] [congelatio] in ipso operetur: necesse est vt festinet ad se calefaciendum, & leniēdum ex oleis calefacientibus, & propriè illis, in quib. theriacę proprietas existit, sicut oleum de lilio. Quumque iter agens in frigore, hospitatus fuerit, & fuerit famelicus, & rem comederit calidam; accidet ei calor sicut ex febre mirabilis. Iter agentes præterea nutrientia habent, quæ rē facilem frigoris eis faciunt. Et hæc quidem sũt nutrientia, in quib. multum ponuntur allia, & nuces, & synapi, & assa. & est, quum in eis mittuntur [c] [cepæ,] vt boni sit saporis conditæ cũ allijs & nucibus. Butyrum quoque est eis bonũ, & propriè quum post ipsum forte hauserint vinum. Oportet præterea vt iter agens in frigore non ambulet dum est vacuus; immò impleatur nutrimento. Et vinum loco aquæ bibat: & moretur donec istud in suo ventre quiescat, & calefiat: & postea equitet. Assa quoque est ex eis, quæ in frigore congelatum calefaciunt: & propriè quum ipsa in vino ei ad potandum datur; cuius integra dosis est. ℥.j. assæ, & vini lib.j. Amplius iter agentes in frigore habent vnde fiat epithema, quod eorum muniat corpora, ne a frigore patiantur; ex quib. est [d] [pix] & alia ab ea. Allia quoq; sunt ex rebus eis vtilibus, qui ab aere venerunt frigido.

b B.infrigidatio

c B.almasal conditum.

d B.oleum.

ANNOTATIONES.

1 *Descripsit hæc ex Rasi. locis superiori capite citatis. Vide Hipp. de salub. diæta. Celsum lib. 1. & Paulum lib. 1.*

tex.9.& 10. cap.3. cap.40.& 55.

2 *Multorum præterea quibus &c. Natatione ait in frigida aqua leuari eos, qui ex itinere sunt facti calidiores. At Gal. 10. meth. ijs qui ex itinere refrigeratione indigēt, si graciles sint atque imbecilles. tutum non esse commonuit frigidi, nedum balnei, sed neque etiam solij, vsum; nisi prius fuerint in balneo æqualiter excalfacti.*

cap.10.

3 *Debet etiam prius cum lacte &c. Cepas pro cauendo aeris æstu ex acido lacte comedendas consulit. At quamuis lac refrigerantis sit ordinis 4. de simpl. medic. fac. præsertimq; quod acidum est, ut 3. de alim. fac. habetur, cepas tamen 7. de simpl. med. fac. quarto ordine calefacere scriptum est.*

cap.17. cap.16.

De custodiendis extremitatibus a nocumento frigoris. Cap. 5.

ITer agēs extrema in primis fricare debet, donec calefiāt: deinde ex oleo calido, ea liniat, quod sit ex oleis bene redolentib. sicut oleũ de lilio, & oleum de ben [a] [† Mysi quoq; est epithema] eis conueniens; & si ipsum nō habuerit oleum sumat, & propriè quum in ipso posuerit piper, aut pyrethrũ, aut euphorbium, aut assam fœtidam, aut castoreum. Ex epithematib. præterea extremitates custodientibus est, vt superponat eis galbanũ, & allia; quia est securatio [b] [aut] sicut † gummi cedri. & non oportet vt sotular aut calciamentum, quo pes tegitur; sit strictus, ita vt pes in eo commoueri non possit; quoniā motus membri est vna ex rebus prohibentibus ab eo frigus; membrum quoque suffocatũ [[c] duriter inuenit frigus. Et quum ipsum quidē pergameno cooperitur, & aliquid ei superponitur, & nihil superponitur;] est magis ipsum custodiens. Quum autē manus, aut pes frigus non senserit, & ex frigore nihil diminutum fuerit, nec solicitudo prima fuerit custodiendi ipsum regimine conuenienti: scias quòd sensus iā est in itinere destructionis; & ꝙ frigus iam effecit in ipso operationem suam. Nunc igitur excogitare debemus, quid in ipso sit faciēdum. ꝙ si frigus in membro operabitur, & innatum qui in ipso erat, extinxerit calorem, & constrinxerit illud, quod resoluebatur ex eo in eius substātia, & ipsum putrefactioni aptum effecerit; erit quandoq; necessarium facere totum, quod in capitulo de vlcerib. est dictum, & propriè de herpetibus esthiomenis malis. Sed quum frigus ipsum impedierit, & nondum computruerit, sed in illo consistit processu, melius erit vt extremitates ponantur in aqua naporum propriè, aut in aqua, in qua [d] [ficus coctę] fuerint, & in aqua caulium, & in aqua [e] [myrti] & in aqua anethi, & in aqua chamæmille, [f] [totum hoc ad superponendum est eis conueniens, & aqua † stæcados arabici, & aqua † serpilli.] Ex napis quoque emplastrum apponere est medicamen eis conueniens. Ab igne pręterea sibi cauere debet ne ad ipsum accedat. Et oportet quidem vt velociter incedat, & pedem moueat, & extrema, & exercitet ipsum, & fricet, postea inungat, & super ipsum aquam calidam ab alto fundat, cũ eo, quod diximus. Et scito quòd dimittere extremitates suspēsas, & quietas in frigore ne moueantur, & vt non exercitentur; est ex maioribus causis, quę faciunt extremis, vt ea superet frigus. Sũt præterea hominum quidam, qui ponunt in aqua frigida, & faciunt vtilitatem, ac si nocumentum ab eis remoueretur, quemadmodum fructibus accidit congelatis. Quum enim in aquam proijciuntur frigidam, fiunt quemadmodum si ab eis extraheretur congelatio, & ab eis labitur, & leniuntur, & ęquantur, & si ea igni applicantur, corrumpuntur. Sed quomodo fit istud, nō est medico necessarium. Quum autem vna extremitas obfuscari cęperit, scalpellanda etiam erit, & sanguis ab ea extrahendus, membro in aqua calida posito, propterea ne aliquid sanguinis in orificijs plagarum congeletur, & nō egrediatur, sed egredi dimittatur donec per se restringatur; postea ipsa epithemetur ex bolo armeno, & aceto temperatis, quoniam hoc eius remouet læsionem. † Gummi citri quoque in principio, & fine iuuamentum prębet. Quumque res ad nigredinem transierit, aut uiriditatem, & consequatur ipsam,

a B. & almisusa quoque linitũ. † .i. sirup[s] ex floribus lilij cum aromatibus.

b B. & non est aliquid ita adiuuans. † alkitran.

c B. incurrit in frigus uehemēter. Et quum ipsum cooperitur pergameno, & pillis, & postea cũ buber.

d B. palea cocta

e B rerum odoriferarum.

f B. omnia ista sunt bona, & calamentũ est bonum epethematum, & aqua alfecha & aqua alfimbrij.

† sehe.

† namen.

g B. velociter.

ipsa secundum putrefactionem procedente. non laboret nisi vt [g] † [ ] auferatur illud, quod computruit: nec etiã sanum, quod in eius consistit vicinitate: putrefiat: & putrefactio paulatim ad interiora procedat: sed faciat illud, quod in suo diximus capitulo.

ANNOTATIONES.

cap. 5. Cap. 3. Cap. 3. cap. 39. & 55. cap. 8. Cap. 5. cap. 7.

Quæ mala immineant ijs, qui iter frigido tẽpore faciunt lib. de diff. morb. & de caus. morb. Gal. notauit. Quibus verò præsidijs sit illis consulendum, Celsus lib. 1. & Paul. lib. 1. docuere. Cur verò non statim eum, qui perfrixit, igni occurrere oporteat, Gal. lib. de inæqu. intemp. secundo de loc. aff. & 12. meth. reddidit rationem.

De conseruando colorem faciei in itinere. Cap. 6.

a B. chritan. † cheutan. b B. alterauerit.

Facies est epithemanda ex rebus viscosis, in quibus existit conglutinatio, sicut mucillagine pylij, & mucillagine portulacæ, & sicut dragaganto in aqua resoluto, & gummi arabico in aqua resoluto, & sicut albumine oui, & sicut tortellis de simila in aqua resolutis, & trocischis quos [a] [† Crito] nominauit. quum autem ventus eam [b] [sciderit,] aut frigus, aut sol: regimen eius quæres in sermone de decoratione.

De conseruando iter agentem a nocumentis aquarum diuersarum. Cap. 7.

a B. clarificat.

b B. & frustum magnum lanæ, deinde exprimatur aqua, & quę exprimitur est melior quã prima. Et similiter quum aqua conquassatur in vase, & quandoq; ponitur in ea lutum liberum.

c B. frangit.

d B. xazur.

e B. lenit.

Aquarum diuersitas iter agentem ad ægritudines magis perducit, quàm nutrientium diuersitas. Ex hoc solicitudo est habenda, & res aquæ corrigenda. De eius autem emendatione est, vt vehementer coletur: & fiat, vt a resudante corpore, multum per resudationem egrediatur: ipsam quoque coquere, quemadmodum iam in hoc demonstrauimus causam: cã quandoque [a] [colat:] & inter puræ aquæ substãtiam, & id quod ei admiscetur, separationem facit. Et maius hoc toto est, ipsam sublimando distillare. Est etiam, quum ex lana retorta fit lychinium, cuius vna extremitas in vas plenum ponitur, altera in vas vacuum: & guttatim aqua ad vacuum dilabitur; & est clarificandi modus idoneus. & propriè quum multoties factũ fuerit: similiter quoque quum aqua amara, & mala coquetur, & proijcitur in ea dum ipsa bullit, lutum liberum, [b] [& guttatim distillabitur cum lana ad modum primæ. & similiter etiam, quũ aquæ puræ admiscebitur lutum liberũ] in quo non existit mala qualitas: & propriè quod in sole fuit adustum: & postea colabitur: erit ex eo quod eius prohibet malitiam. Aquam quoque cum vino bibere ex eo, quod eius [c] [remouet] malitiam, quum ipsius malitia fuerit ex genere paucæ penetrationis. Aqua etiam quum pauca fuerit, & non inuenietur temperata: cum aceto erit bibenda, & propriè in æstate, quoniam hoc a multo excusat potu. Aqua prętcrea salsa cum aceto est bibenda, & syrupo acetoso in quam siliquæ, & myrti genera sunt proijcienda & [d] [sorba.] Et post aluminosam quidem aquam & pỗticam bibendum est totum illud, quod naturam [e] [soluit.] Vinum quoque est ex eo, quod post ipsam potatum, confert. Super amarã quoque aquam exhibenda sunt dulcia, & vnctuosa: & ipsa cum iuleb est miscenda, & ante ipsam aqua cicerum est bibenda, [f] [& antequam volũtas adsit, remouebitur eius impedimentum:] & similiter comedere cicera. Ante verò aquã stantem, & palustrem, in qua existit putrefactio, nõ sunt gustanda nutriẽtia calida: supra quam, styptica sunt exhibenda ex fructib. frigidis, & † mica, sicut cydonia & maciana & [g] [acetula.] Super aquas quoque grossas & turbidas, vtendum est allijs. Et ex eo etiam, quod eas clarificat, est alumen iameni. Ex eis quoque, quæ diuersarũ aquarum remouent malitiam, sunt cepæ, quoniam sunt vt theriaca huius, & propriè cepæ cum aceto, & allia etiã. & ex rebus frigidis, sunt lactucæ. Amplius ex regimine viatorum conueniente in diuersitate aquarum, est vt ex aqua suæ terræ ferat, & cũ aqua misceat terrę, in qua prius hospitabitur, & ferat ex aqua cuiusque hospitij ad hospitium, quod est post ipsum, & admisceat eam cum sua aqua, & ita faciat donec perueniat, vbi vult; & similiter ex luto suæ terrę sumpserit, & cum omni aqua ad quam peruenerit, admiscuerit: & ipsum in ea conquassauerit, & eam dimiserit quousque clarificetur. Aqua præterea panno interposito bibenda est, ne sanguisuga cũ errore ingrediatur: &, ne quod ex malis permistionib. vehementer est minutũ, transglutiat. Ex rob quoq; acetoso secum deferre, vt ea cum vnaquaque diuersarum aquarum misceat, est regimen conueniens.

f B. & ante illã quæ ei similat est ex his quæ remouent eius nocumentum.

† cib. est ex pene azymo, & oleo papatus.

g B. ribes.

ANNOTATIONES.

cap. 4. com. 10. & 19. cap. 50.

Aquæ expurgandæ modos plures tradit. pro qua re uide Gal. 1. de simpl. med. fac. 4. in 6. de uulg. morb. & Paulum. lib. 1. Sublimationem addit eam, quæ distillatio per filtrum dicitur. inuentum Arabum.

De regimine uiatoris in mari. Cap. 8.

a † B. scotomia &.

b B. hasce. † hasceh. c B. hasce. † hasceh.

Viatori in mari plerunque accidit [a] † [ ] vertigo, & reuoluitur cum ea, & cõmouetur in ea nausea & vomitus: & hoc quidẽ in primis diebus, sed postea residet, & quiescit. Et oportet ne fortiter retineatur nausea, & vomitus; sed dimittatur donec per ipsum mundetur, quod si superfluus fuerit; retinebitur tunc; præparatio tamen ne vomitus accidat, non est mala. Et hoc est, ut ex fructib. comedat, sicut cydonia, & maciana, & granata. Semen quoque apij quum bibitum fuerit, prohibet nauseam ne cõmoueatur, & sedabit eam, quum commouebitur; & absinthium similiter. Ex eis etiam, quæ id prohibent, est, vt acetosis os stomachi confortantibus, & vaporem, ne ad caput ascendat, prohibentibus: nutriatur, Et hæc quidem sunt, sicut lentes in aceto & succus vuæ acerbæ, & parum calamenti, & [b] [† thymi,] & panis fractus in vino bene redolẽte, aut in aqua frigida. Et est quando in ea ponitur [c] [† thymus.] Nares quoque eius interius cum cerusa sunt epithemandæ.

Explicit Fen 3. huius primi canonis. Et incipit quarta.

FEN

FEN QVARTA.

De diuisione modorum medicationum secũdum ægritudines vniuersales.

Dictionis quartæ est locutio uniuersalis de medicatione. *Cap.* 1.



DIcemus quòd res medicationis ex vna trium rerum completur: vna earum est regimẽ & nutrientia, & alia medicinarum est exhibitio: & tertia est operatio manualis. Per regimen autem intelligimus administrationem, quæ fit in causis necessarijs numeratis, quæ secundum vsum sunt currentes; ex quibus est nutriens. Et iudicia quidẽ regiminis ex parte qualitatum earum, sunt proportionalia iudicijs medicinarum. Nutriẽs vero [a] ex eis omnibus iudicia habet, quę sunt ei propria ex modo quantitatis. Nutriens. n. quandoque prohibetur, quandoque minuitur, quãdoque æquatur, quandoque augetur. Sed non prohibetur, nisi quum medicus vult, vt natura occupetur in maturatione humorum. Et non minuitur, nisi quum vult virtutem cum hoc custodire: ergo inquantum nutrit, custodit partem virtutis: & inquantum minuit, custodit partem materiei, ne natura tunc occupetur in digerendo multum cibum. Ipse quoque semper sit solicitus de eo, quod magis suspectũ est, & est virtus, si fuerit valde debilis: aut ęgritudo si fuerit multum fortis. Nutriẽs quoque ex duabus minuitur partibus; vna earum est ex parte quantitatis: & altera est ex parte qualitatis: & tibi quidem possibile est ponere coniunctionem duarum partium, diuisionem tertiam. Differẽtia autem inter duas dictiones quantitatis, & qualitatis, est, quoniam nutriens quandoque est multę quantitatis, & pauci nutrimenti, sicut olera, & fructus; quoniam qui ex eis multum comedit, ex quantitate nutrientis multum recipit, absque eius qualitate. Et quandoque est nutriens paucæ quantitatis, & multi nutrimenti, sicut oua, & gallorum testiculi. Nobis quoque quandoq; est necessarium qualitatem minuere & in quantitate augmentum facere: & hoc quidem est, quum desideriũ fuerit superans, & in venis crudi fuerint humores: & voluerimus desiderium sopire per stomachi repletionem, & a venis multam prohibere materiam: ideo vt prius maturetur illud, quod est in venis, aut ꝓpter intentiones alias ab istis. Et quandoque necessarium est nobis in qualitate augmentum facere, & minuere quantitatem: & hoc quidem est, quum voluerimus virtutem confortare: & stomachi natura rem multam digerere non valet. Plurimum autem quod nos laboramus in minuendo cibum, aut prohibendo: est quũ ægritudines medicamur acutas. In ægritudinibus[b] [quoque chronicis] minuimus: sed minus quam in acutis. In ægritudinibus nãque chronicis plus de virtute soliciti sumus; quia scimus, quòd earum crisis est longinqua, & ipsarum status est remotus. Quapropter nisi virtus custodiatur, vsque ad horam crisis stare nõ poterit: neque illud, quod in longo digeritur tempore, digerere valebit. In acutis verò ęgritudinibus, crisis est propinqua: & confidimus, quòd virtus ante statum non resoluetur. quòd si hoc timuerimus, nutriens non plurimum minuemus. Et quanto ægritudo plus principio propinqua fuerit, & accidentia magis quieta: nutriemus, virtutem confortantes. Et quantum ęgritudo secundum augmentum processerit, & accidentia ibi etiam augmentata fuerint, minuemus diętam propter fiduciam eius, quod iam dedimus; & propterea vt virtus alleuietur in hora luctaminis. In tempore quoque status regimen vehementer subtiliamus. Et quanto magis ægritudo fuerit acuta, & crisis propinquior; erit nostra regiminis subtiliatio maior, nisi causæ acciderint, quæ nos ab eo prohibeãt, quemadmodum in libris nominabimus particularibus. Nutriens præterea secundum hoc quidem ex eo quod fit nutrimẽtum, duas alias hẽt operationes, quæ sunt velocitas penetrationis, sicut dispositio vini, & tarditas penetrationis, sicut assatorum dispositio, & frixorum; & etiam spissitudo substantiæ eius, quod ex ipso generatur in sanguine, & eius retentio, sicut est dispositio nutrimenti carnis porcinæ & vituline, aut ipsius subtilitas, & resolutionis eius velocitas, sicut est dispositio nutrimenti, quod fit ex vino, & ex ficubus. Et nobis quidem est necessarium nutriens, quod cito penetret; quum casui virtutis[c] [animalis succurrere volumus, & eius resolutioni, & non potest stomachus, & virtus tanto tempore tolerare,] vt nutriens digeratur, quod tarde digeritur. & nos quidem a nntriẽte terremur, quod cito digeritur, quum accidit, vt nutriens præcedat, quod tarde digeritur, & timemus, ne cum eo misceatur, & fiat secundum modum, quem iam declarauimus. Et terremur etiam a nutrimento grosso, quũ pro certo scimus, ꝙ accidunt oppilationes. Sed eligimus cibum fortis nutrimenti, & tardæ digestionis, propter eum, quem confortare volumus, & exercitijs fortib. præparare. Rarũ quoq; nutriens eligimus propter illum, cui uelociter accidit pororum spissitudo.

Medicatio autem, quæ fit cũ medicinis, tres habet regulas, una earum est regula eligendi eius qualitatem. s. eligendi ipsam calidam, aut frigidam, aut humidam, aut siccam. & secunda est regula ipsius eligendi quantitatem: & hæc quidem regula diuiditur in regulam mensurandi pondus eius, & in regulam mensurandi ipsius qualitatem. s. suę caliditatis gradum, aut frigiditatis, aut reliquarum ab istis. Et tertia est regula ordinandi suam horam. In electione autẽ qualitatis medicinæ absolutè nõ habetur cognitio nisi per cognitionem speciei ægritudinis; quoniam, quum ægritudinis qualitas scita fuerit, erit medicina eligenda, quę ei in sua qualitate sit contraria, quoniam ægritudo suo medicatur contrario, & cõseruatur sanitas suo simili. Quantitatis autem ipsius mensura[d] [ex duab. cognoscitur partibus] secundum modũ mensurę artificialis, ex natura membri, & ex quantitate ægritudinis, & ex reb. quæ super illud sua significãt cõuenientia, & aptitudine ipsarũ, quę sũt genus, & ętas, & cõsuetudo, & tempus, & regio & ars, & virtus, & forma. Naturæ verò membri cognitio quatuor rerum continet cognitionẽ

a B. quod est ex summa earum.

b B. verò chronicis quãdoque

c B. uitalis succurrere uolumus, & ipsam uiuificare, & non est tempus aut uirtus sufficiés seu potens tolerare.

d B. duorũ modorũ simul cognoscitur.

scilicet complexionis membri, & creationis eius:& eius situs,& ipsius virtutis. Et complexionis quidem membri, quoniam, quum eius naturalis complexio scita fuerit:& ipsius complexio e [in ægris] scietur per mensuram existimatiuam quantum eius complexio naturalis elongata fuerit: scietur ergo mensura quantitatis, qua ipsa reduci possit ad f [temperiem: verbi gratia, quoniam si sanatiua] complexio fuerit frigida,& ægritudinalis calida; tunc iam multa elongatio erit a complexione sui:& tunc multa indigebit infrigidatione: ꝙ si ambæ fuerint calidę, sufficiet ei parua infrigidatio. Et creationis quidem membri iam diximus, quòd creatura membri in quatuor diuiditur modos:& tu quidem eam ibi cōsiderare debes. Post hoc scire debes, ꝙ membrorum quædam sunt, quæ g [in foraminib. suis sūt facilia,] & sunt in eis interius, aut exterius loca vacua, per quę expellitur superfluitas medicina subtili & temperata. Et eorum sunt alia, quæ non sunt ita: sed medicina indigēt fortiore,& similiter eorum est, quòd est rarum:& eorum est, quod est spissum. Et raro quidem medicina sufficit subtilis:& spisso est medicina fortis necessaria; quod autem forti medicina magis indiget; est illud, quod in nulla duarum partium ventriculū habet, neq; receptaculum. Et post ipsum est illud, quod habet in vna parte:& post ipsum est illud, quod a duab. partibus habet receptaculum: sed est solidum & spissum, sicut† ren, postea est illud quod ea habet a duab. partibus,& est rarum sicut pulmo. Et situs quidem membri, quoniam per situm cognoscitur, quemadmodum tu scis, aut locus, aut societas. Vtilitas verò, quę ex societatis prouenit cognitione, est magis propria, ꝑpterea quòd partem magis eligis ad quam medicina trahit, & ad quam eam declinare facis: verbi gratia, quū fuerit materia in gibbo hepatis: euacuabis eam per vrinam,& si in hepatis concauitate fuerit: euacuabis eam per ventrem: quoniam hepatis gibbositas membris vrinæ est associata, & eius concauitas est associata intestinis. Sed eius vtilitas, quæ ex parte sciēdi locum prouenit: est triū modorum: vnus eorum est eius longitudo, & ipsius propinquitas, quoniam si fuerit propinquum, sicut stomachus, peruenient ad ipsum medicinæ temperatę, & operabuntur in ipso, & si longinquum fuerit sicut pulmo; medicinarum temperatarū virtutes corrumpentur antequam ad ipsum perueniāt. Quapropter erit necessarium, vt in earum virtutib. augmentū fiat. Oportet itaque, vt, quum membrum est propinquum cui obuiat medicina: sit virtus ipsius medicinæ secundum mensuram, quæ ægritudini sit opposita:& si inter ea fuerit lōgitudo,& spatium: & est ægritudo, cui est medicina necessaria quam virtus profundans penetrare faciat: tunc necessarium est in virtute medicinæ plus addere quā prius erat ei necessarium, sicut h [acetum] in emplastro sciaticę,& reliquis. Et secundus modus est, vt sciatur quid medicinis sit admiscendum; vt per illud velociter ad membrū perueniat: quemadmodum medicinis mēbrorum vrinę admiscentur diuretica:& medicinis cordis, crocus. Et tertius quidem modus est, vt sciamus qua parte medicinam ad ipsum trāsire faciamus: verbi gratia, si sciuerimus, ꝙ vlcera in inferiorib. existūt intestinis: per clysteria iniiciemus:& si sciuerimus, ꝙ sint in superioribus: per illud quod bibunt, afferemus. Quandoque etiam confert loci,& societatis simul solicitudinem habere;& hoc quidem est in eo, quod facere debemus, quum fuerit materia tota iam in membro i [euacuata;] & in eo quod facere debemus, quum materia adhuc k [euacuatur:] quoniam quum sciuerimus, quod materia fuerit adhuc in descensu; a suo loco materiam extrahemus, postquam quatuor cōditionum curā habuerimus; vna est partis diuersitas, quemadmodum a dextra ad sinistram trahimus, & a superiorib. ad inferiora. & secunda est, vt societatis curam habeamus, sicut menstrua ventosis retinemus, quas mammillis superponimus l [socio] attrahentes. Et tertia rectitudinum curam habere, quemadmodum oportet in ægritudinib. hepatis, in dextra, minutionem facimus basilica; & in ægritudinibus splenis, in basilica sinistra. Et quarta quidem est cum solicitudine elongationis, ne ad m [quod extrahitur,] valde sit propinquum ei a quo extrahitur. Sed quum accidit vt tota materia iam sit euacuata, vtræq; res ei cōferūt ex parte, quoniam si voluerimus, accipiemus eam ex ipso membro, & si voluerimus, trahemus ipsam ad membrū propinquū, quod associatum est,& eam ab eo extrahemus, quemadmodum duas minuimus saphenas in matricū ęgritudinib.& uenam, quę est sub lingua, quū medicari uolumus apostema duarum amygdalarum. Quūque ad diuersum trahere volueris, membri a quo protrahis, dolorem prius seda. Et caue tibi, ne transitus super principale fiat. Et vtilitas quidem, quę sequitur ex parte virtutis membri, est trium semitarū, vna est dignitatis, & principatus curam habere, quoniam super membra principalia non faciemus aliquid cū fortib. medicinis, in quo sit ambigēdum, quanto magis potuerimus, ne nocumentum toti corpori commune faciamus. Quapropter ex cerebro, & hepate non euacuabimus illud, quod ab eis euacuare debemus ī vna hora, neque vllo modo vehementi infrigidabimus infrigidatione,& quum hepati emplastrum superponemus & medicinis resoluentibus, non relinquemus quin in eo res n [retentiuas &] boni odoris ponamus, propter virtutem custodiendam. Et similiter in eis, quę propter ea ad bibendum damus. Quod aūt inter omnia membra hęc tota custodia dignius existit, est cor, & postea cerebrum,& post ipsum hepar. Et secunda quidem semita est curā habere operationis membro associatæ, licèt non sit principale, sicut stomachus & pulmo. Quapropter in febrib. cum stomachi debilitate aquam frigidā in potu, quę sit vehementis frigiditatis, non damus. & scias quòd dare ea pura, quę laxa faciūt, principalib. membris,& eis quæ sunt o [coram] ipsis: est valde timorosum in re vitę. Et semita tertia est, habere solicitudinem acuitatis sensus,& eius hebetudinis. debet nanque sibi cauere, ne mēbris acuti sensus neruosis det medicinas malarum qualitatum,& mordicatiuas, & nociuas, sicut sunt tithymali,& reliquæ ab eis. Medicinarū verò, a quarum datione nobis cauemus,

species

e B. ægritudinanis.
f B ipsam sanā verbi gratia si sane.
g B. in creatione sua sunt facilis penetrationis.
† rigar.
h B. dispositio.
i B. effusa.
k B. effunditur.
l B ab membro associatum.
m B. ne membrū ad quod attrahimus.
n B. stypticas.
o B. uicinas.

species sunt tres,resoluentes vehementer,& infrigidantes; & contrarias habentes qualitates, sicut flos ęris & cerusa & † æs vstum, & eis similia. Hoc quidem est electionem medicinæ diuidere secundum membri naturam. Secundum verò ægritudinis quãtitatem: quoniam illi, verbi gratia, cuius corporis caliditas[p] [ęgrotatiua] est fortis, necessarium est ipsam extinguere cũ medicina, quæ sit in infrigidando fortissima, & illi, cuius accidentalis frigiditas est fortis, est necessarium eam calefacere cum medicina fortis calefactionis, si vero non fuerint fortes, medicinæ debilioris qualitatis nobis sufficient. Ex tempore autẽ ęgritudinis est, vt sciamus in quo suorum temporum sit ęgritudo: verbi gratia, quum apostema in principio fuerit: super ipsũ ponemus, quod solum repercutiat: & quum in[q] [statu] fuerit, ponemus illud, quod solummodo resoluit: in medio autem miscebimus vtraque. & si ægritudo fuerit acuta: ipsa in principio existente, temperatè regimẽ subtiliabimus: & si in statu fuerit; in subtiliando studebimus. & si fuerit prolixa; non tãtum in principio subtiliabimus, sed in statu temperata utemur subtiliatione: licèt multas prolixarum ægritudinũ præter febres, subtiliatiuum resoluat regimen. Aegritudo quoque si multæ[r] [ebullientis] materiæ fuerit; in principio eam euacuabimus, nõ expectantes maturationem: & si mediocris fuerit; maturabimus eam, & postea euacuabimus. Cognitio autem rerum, quæ sua significant cõuenientia: est ad sciẽdum tibi facilis; & aer quidem, qui ex earum existit summa, est dignior, cuius rem custodiri oportet: & an sit medicinæ iuuamentum pręstans an ægritudini. Et dicemus ꝙ in ægritudinibus, in quibus est timor, & non sumus securi ex defectu virtutis,[s]] si quod facere debemus, tardauerimus, aut ex eo aliqd alleuiauerimus;] a forti medicamine primo incipere debemus. Ille verò, in quibus non existit timor, secundum ordinem, ad fortiorem procedetur, si non suffecerit eis debilis. Præter hoc quoque tibi caue, ne a rectitudine recedas, licèt videris, quòd ipsarum tardetur iuuamentum, neque in errore moreris, & si videris quòd eius non appareat impedimentum. Et cum hoc secundum vnam medicationem, non cum vna tibi standum est medicina, immò in vna medicatione medicinas permuta, quoniam ab ipso q̃d consuetum est, non fit passio, & vnicuique quidem corpori, immo omni membro, immò vni corpori, & vni membro, in vna hora, & non in altera, inest proprietas ab vna medicina pati, & non ab altera. Quum autem ignoras, quæ sit ægritudo, relinque eam naturę, & non properes quoniam aut natura superabit ægritudinem; aut ipsam manifestabit. Quumque ęgritudo dolori coniuncta fuerit,[t] [aut causę doloris, aut a quo prouenit dolor,] sicut est percussio, aut casus, incipies sedare dolorẽ. Et si tibi necesse fuerit stuporem inducere, non transcendas tale, quale est papauer album, quoniam cum suo stupore est etiam domesticum.[u] [Quumque vehementia caloris membri tibi nocumentum fecerit,] nutri ex eo, quod sanguinem vehementer ingrossat, sicut frumentum coctum.[x] [Et si ex hoc quidem regimine non alleuiabitur, nutri cum infrigidantibus, sicut lactucis, & eis similibus. Scias preterea ꝙ ex congruis medicationibus, quæ conferunt, est iuuamentum, quod fit ex eo, quod virtutes confortat animales, & vitales, sicut lætitia; & obuiare ei quod sibi placet, & assiduè sedere cum eo, cum quo gratulatur, quandoque etiam cõfert sedere cum eo, a quo verecundatur, & quem erubescit, quoniam ægrum prohibet a rebus, quę ei nocent. Ex eis pręterea, quæ huic modo medicationis sunt propinquæ, est mutatio de terra ad terrã, & de aere ad aerem, & de formis ad formas, & præcipere eum formas efficere, & motus, qui membrum dirigant, aut complexionem mutent, quemadmodum puero lusco præcipitur[y] [ut scintillas intueatur, aut rem quæ ei apparet, aut sicut pręcipitur torturam patienti,] & ut speculum intueatur chalybis, quoniã hoc perducit eum ad hoc, ut laboret in rectificando faciem suam, & frontem, & oculum, & fortasse inuitus redibit ad hoc, vt melioretur. Ex regulis præterea, quas obseruare debes, est fortes dimittere medicationes in temporibus fortibus, quanto plus poteris, sicut ventrem vehementer soluere, aut prouocare vomitum, aut aperire, & adurere, in ęstate, & hyeme. Ex rebus quoque, in quarum medicatione subtile est adhibendũ studium, est quũ in vna coniunguntur ægritudine duo, quæ fieri debent, contraria, quia oportet, verbi gratia, vt ægritudo infrigidetur, & eius causa calefiat,[z] [aut econuerso, quia oportet vt ægritudo calefiat, & eius causa infrigidetur, [sicut materia colicæ indiget calefactione, & incisione, & subtiliatione,[a] [& oportet vt fortitudo doloris eius] infrigidetur, & stupefiat, & econuerso. Amplius scire debes, ꝙ non omnis repletio, neque omnis cõplexionis malitia, suo medicatur contrario ex euacuatione, & oppositione, immo multoties sufficit multa regiminis bonitas in repletione, & malitia complexionis.

† calcucecaume non.

p B. accidẽtalis

q B. Vna litera. declinatione.

r B. furiosæ.

s B. cum tardatione eius qd̃ debet fieri, aut alleuiationis ex ea.

t B. aut igitur cã ipsius est dolor aut ęgritudo est causa doloris

u B. Et quũ est necessarium pp uehementiã sensus membri. Alia litera. Quũque uehemẽtia sensus membri nocumentum fecerit.

x B. Et si nõ timetur infrigidatio, tunc.

y B. intueri oblique in rem lucidam.

z B. sicut febris requirit infrigidationẽ, & oppilatio, quæ est cã febris requirit calefactionem, aut è conuerso. Et similiter si indiget, ut ægritudo calefiat, & accidens eius, ut infrigidetur.

a B. & indiget fortitedo doloris eius ut.

ANNOTATIONES.

1 *Dicemus quòd res medicationis &c. Morbos triplici veluti instrumento curari, victus ratione, medicamentis, & manuum operatione, non vno loco Gal. testatur. factum autem id est, vt a tribus ijs instrumentis, in tres partes curatoria facultas Gal. adnotante li. de partib. ar. med. 1. de rat. vict. in ac. & de subfigurat. empirica. & ante Gal. Celso lib. 1. dissecta fuerit,* διαιτητικὴν, φαρμακευτικὴν, χειρουργικὴν. *Potissima autem inter has quum ea sit, quæ de victus ratione agit: nempe, quę nullo non debetur morbo: de hac primo loco hic agitur. Sed hæc non ea solum, quæ necessario occurrunt, amplectitur, vt hic author intelligit, de quibus lib. ar. med. sed & ea quę non necessario adueniunt: de quibus in 1. de sanit. tuen. approbante Gal. 3. in 3. de vul. morb. Referuntur enim ad hanc frictio, & balneæ, & alia id genus. Summi autem pręcipuè momenti est nutritio. de qua quidem tria hic consideranda proponũtur, qualitas, quãtitas, & modus substantiæ alimentorum. At Gal. 1. aph. tria quidem cibationis capita facit. sed loco modi substantiæ, vtendi modum ponit. & idem 1. de tuend. san. ordinem quoque adiungit. Quod autem ad qualitatem & quantitatem rectè in hac re instituendam pertinet: plura ex Hipp. & Gal. 2. aphor. habes. & quamuis non in nutritione solùm, sed omni prorsus medici actione vires morbo sint comparandæ, & agendi ex ijs ratio desumenda. libr. de constitu. art. &*

Cap. 1. cap. 6.
Com. 4.
Cap. 1.
cap. 85.
cap. 15.
Com. 9.
com. 19.
cap. 13.
Aph. 5. 6. 7. & deinceps.
cap. 18.

cepe alibi. An tamen de nutriendi quantitate scopus, qui duplex est, detrahendi aliqua vel totum, & apponendi com 4. multum vel æqualiter 1. aphor. a viribus vel a morbo de- com.41. sumatur, videtur esse controuersia. quum Gal. 1 de rat. vic. in ac. solam virtutis custodiam nutritionem indicare asse- com 19 rat, quod & 1. aph. & 11. meth. Idem tamen lib. de const. cap.14. ar. med. et a morbo eam indicari innuat. Et sane multos tor cap.14. sit hæc dubitatio, licebit tamen, vt ex clariss. Paterni sentētia illi vno ferè verbo satisfacias. Quum nutritionis partes sint duæ, adiectio, & subtractio, a viribus adiectio: a morbo subtractio indicatur, atque ita omnia Gal. loca facillimè conciliantur. Cætera, quæ de nutritione hic subiungun com.11. cap.2. tur cita, aut tarda, pete ex Hip. lib. de aliment. Gal. 2. aph. cap. 2. li. de dissolutione continua, octauo methodi, primo ad Glau- cap.8. conem. Sed hic adnotanda quædam se offerunt. Primùm ijs qui ciborum desiderio affliguntur, & humorum simul in venis cruditate laborant, cibos multos, sed parū nutrientes exhibet. quod Galeno aduersari videtur: qui cruditatē omnem tenui & modico victu curandam præcepit: si qui- cap.4. dem in ventriculo sit 8. de comp. med. per loca: si in primis cap.5. venis 4. de tu. sang. Et si in extremo sit corporis habitu, co- cap.8. dem 4. de tuen. san. Cui & ratio videtur astipulari, quum ex tali victu cacochymiæ periculum impendeat. & ex Gale. potius sententia esse videatur, si pinguia & lenta alimēta exhibeantur: quæ & celeriter implent, & appetentiam, ipso in 3. de alim. fac. asserente, euertant. Secundo in diutur cap.27. nis morbis victum ait esse minuendum, minus tamē quam in acutis. Cuius contrarium sensisse visus est Hipp. 1. aph. Aphor.4. scribens victum tenuem in diuturnis morbis semper esse Fen 1. Tract.2. cap.8. periculosum. & ipse quoque Auic. lib. 4. de nutritione loquens febricitantium in generali, in diuturnis morbis non esse, ait regimen subtiliandum. Tertio pleniorem victum in morborum initio pręcipit, ex Hipp. desumens 1. aph. & ex Aphor.8.& 10. Gal. Cōtrarium tamen scripsisse videtur & Hipp. 1. de rat. ibidem & com. 7. tex.22.23. & 25. vict. in ac. in pleuritide, quando nihil expuitur, in ipso uidelicet principio solum potum exhibens, ac ubi os madescit, sorbitionem: tantumq; ad pleniorem uictum usque ad iudicationem inclinans, quantum maior fit expurgatio. Gale- cap.6. nus quoque ipse 12. meth. in curatione syncopis ex humorum tenuitate, primis diebus chōdrum, ubi autem coctio apparere incipit, etiam carnes exhiberi præcepit. Quod & ipsemet Auic. lib. 3. de calido capitis apostemate loquens ser Fen prima trac. 3. cap 3. uauit, primò oxymel, dein aquam hordei subtilem (ut ait) cum oxymelite uno aut duobus transactis diebus, postea aquam hordei (ut docet) grossam, ipsum uidelicet cremorem propinat. Cæterum ad hæc breuibus. Ad id quod primo loco obijcitur. tametsi crudorum adest humorum copia urgēte tamen appetitu, symptomatis ratione, nihil obstat multa offerri alimenta, sed parum nutrientia: multa quidem, quia multis indiget dispositio, ut Gal. 1. aphor. ait, parum uerò nutrientia, quia crudi humores redundant. Id uerò quod de cacochymiæ discrimine obijcitur, soluere hic author uidetur ijs uerbis (& à uenis multam prohibere materiam) quasi dicat, excrementa quum apta non sint, ut nutriant, propterea a membris non recipi, sed expelli. Adde, non absolutè praua alimenta in hoc casu esse exhibenda, sed talia quæ etsi uim nutriendi imbecillem obtinent, potestatem tamen habent aut attenuandi, aut urinas, sudores & excrementa cuiuscunque alterius generis promouendi. Quod uerò secundo loco dicebatur, nihil est: quum detrahantur alimenta in diuturnis morbis, facta ad sanos collatione, nō ad morbos alios. At uerò quod tertio loco proponitur. illud nobis generatim statuendum uidetur, quod hic author hoc in loco. & Hippocrates ac Galenus citatis locis, pleniori semper uictu a principio utendum esse quam postea, tum uirium, quæ eo tempore ualidiores sunt, tùm morbi ratione, qui non tantum urget, ut in augmento aut statu. At si ex pleniori uictu in discrimine fortasse res sit, ne aut morbus augeatur, aut uires concidant, tunc immutato consilio detrahendum est potius in initio & paulò post adijciendum, quàm coctionis dumtaxat ratione habita, id permittere, ut aut increscat morbus, aut uires collabantur. Quamobrem, cum pleuritis inflammatio sit, & fluxionis soboles, quæ celerrime & augeri potest, & ad interitum perducere, exhibet Hipp. ea inchoante, solum potum, ne fluxio augeatur: procedente autem morbo, ubi fluxionis impetus est cohibitus, uirium gratia sorbitionem admittit, quæ quum morbo præualeant (nempe cum expurgari morbus iam cœperit: possunt uictum ferre paulò pleniorem, quo ipse quidem conseruari, morbus uerò nihilum possit augeri. Id seruauit & hic author lib. 3. quum in calida capitis inflammatione primò oxymel, dein aqua hordei cum oxymelite, demum etiam cremorem propinat. Gal. uerò 12. meth. quia tenues humores essent qui syncopin facerent; plenum propterea uictum semper exhibet, in morbi tamen uigore etiam pleniorem: quum non copia, sed solo substantię modo peccet materia, quæ morbum faciebat.

2 Et terreamur etiam a nutrimento grosso &c. Vbi obstructionis periculū impendeat, crassos cibos interdicit. hoc cap.14. & si ex Gal. desumptum est ex 1. & 6. de tuen. san. non ita cap.6. tamen intelligendum, quòd attenuantia absolutè alimenta pręcipiantur. quin & hæc liberalius sumpta lib. de bon. & cap. 2. mal. succi alim. obstructiones nedum auferre, sed parere consueuerunt.

3 Medicatio autem &c. Tria proponit in ea curatricis parte, quæ per medicamenta agit, consideranda: qualitatem, quantitatem medicamenti, & tempus, quo illud sit offerendum. Aphor.5.23 At Hipp. 6. de uulg. morb. sec. 2. & cum eo Gal. quinque proponit animaduertenda. qualia, quantum, quomodo, qua ex parte, & quo tempore. His tamen ordinem cap.2. adiungere Gal. uidetur 2. de tu. san. ubi Hipp. sententiam illam afferens, labor, cibus, somnus, uenus &c. eam commendat, quòd non quę agenda solùm, sed & ordinem agendorū complectatur. Rursum tamen ex horum numero Gale. idē cap.1. quandoque unum detrahit, quandoque aliud. Primo ad Glau. quattuor tantum ponit, qualitatem, quantitatem, mo- cap.85. dum usus, temporis occasionem: ordinē uerò, & qua ex parte, omittit. In lib. uerò art. med. solam qualitatem & quantitatem ponit, ad hæc duo, tempus referens, cætera derelinquens. ita ut de scoporum, qui in agendo spectandi sunt, numero, nondum constet. Ad hanc sedandam controuersiam, breuibus dicemus nos quid sentiamus. Nulli dubium est, aliud esse qualitatem, aliud quātitatem, aliud tempus, aliud modum usus, aliud ordinem, & aliud partem, per quam agendum sit. quum ad interrogationem, quale medicamentum offerendum sit, non rectè respondeas, multum, aut paucum, nunc aut cras, ante somnum aut post, per os aut aliū esse offerendum. Quamobrem aberrare ij nobis uidētur, qui hosce scopos omnes ad duo referri capita contendunt. quū neque si propriè loquendum sit, neque si id spectes quod ē re medica est, confundere eos præstet, aut liceat. Summè ergo laudandus Hipp. uenit, qui paucissimis uerbis ad quinque capita uniuersum negocium redegit. Nihil autem is de ordine meminit, quòd hic in ijs solū spectandus sit, quæ multa agenda sunt. scopus uerò quem Gal. aliquando silentio inuoluit, qua parte. s. agendum sit, in modo usus plerunque intelligitur. Si enim interroget quispiam, quomodo educēdus sit pituitosus humor in uentre existens, respondere licet, per uomitum aut clystere, quo & modum educendi, & partem qua educendum sit, simul notas. Tempus uerò ipsum, quòd a qualitate, aut quantitate medicamenti differat, magis est notum quam probare oporteat, quum si quale futurum sit medicamentum rogem, non rectè respondeas summo manè esse exhibendum. refert tamen Gal. li. ar. med. ad qualitatē, & quan-

& quantitatem,non quòd alius ab ijs non sit scopus, sed quòd
hic qualitate & quantitate constituta , statim emergat,
vt ex eius verbis licet colligere. differunt tamen longo in-
teruallo scopi omnes,quos recensuimus, & è re medica est
in plura potius capita secari, quàm in vnum confundi . At
cap.12. verò ex his omnibus qualitas ab affectu indicatur , & est
cap.1.2.12. semper contrariorum.7.& 11.meth.med.lib.de constit.ar
cap.12.& 17. tis 2. in 6.de vulg. morb. & sæpe alibi . Quantitatem ait
com.9. hic author ex duobus indicari,ex affectus magnitudine,&
affecti membri natura. plura tamen alia his addit. sexum,
cap 7.9. 10.16. & 17. (genus appellat) ætatem,corporis habitum,vitæ rationē,
& reliqua,ex Gal.uidelicet desumens 9.meth. Quibus &
ipse quoque Hipp.duo alia adiungere uidetur . uentris nem
Aph.35. pe crassitudinem,aut gracilitatem 2.aph.& eiusdem natu
ram si ex deorsum purgantibus cita sit , & celeriter obe-
diat , aut non : libello de medicam. purgant. Verùm qui ex
his omnibus primus sit scopus, a quo medicamenti quan-
Aph 3. titas desumatur; non planè constat , quum Hipp. 1.aphor.
tantum agendum esse præcipiat , quantum pro eius natura
fuerit qui perferre debet.Gal.verò 7.meth. a partis tempe
cap.13. rie,agendi quantitatem desumi dicat.& lib.de opt.secta ad
cap.45. Trasyb. illud disserat generis quātitatem indicare quod ge
nus indicat. qua rōne ab affectus magnitudine primus desu
mendus esse scopus uideatur. Facile tamen & hæc quæstio
dissoluetur.Verè quod genus indicat,id etiam generis quan
titatem ostēdit . ac propriè affectus magnitudo præsidij ma
gnitudinem significat. spectandæ tamen sunt uires, qui sco-
pus est morbo contrarius, & semper sui conseruationē indi
cant,si consentiant vel non. ad uas verò & partis tēperies
refertur a Gal.& ipsa quoq; sui conseruationē semper indi
cat. Quare & hæc quoq; spectanda erit, si quantitati præsi
dij,quæ a morbi est magnitudine indicata, cōsentiat aut nō.
neq; aliter Hipp.aut Galenus citatis locis intellexere. Na-
turam deinceps mēbri quattuor rebus author ait contineri,
cap.13.Cap.17. & 19. temperie naturali,formatione,situ,& uirtute. quæ ex Gal.
habes 7.meth.& 13.lib.art.med.& 2.ad Glauc.inter hęc
Cap.95. tamen dum scopum quātitatis pollicetur,de modo etiānum
cap.2. & parte qua agēdum sit,uerba facit. Hic uerò,quum illud
docet, quō ex partis temperamento quantitas medicamēti
indicetur;perpendendum se offert, quòd facta partis frigidę ad
calidam collatione,si utraq; in calidam intēperiem decidat
naturæ limites excedentem ; frigidam ait maiori refrigera-
tione indigere quàm calidam. cuius sententiæ, & Gal. fuit:
cap.13. 7.meth.& 8. Huius tamen cōtrarium 7.Coll. tuetur Auer
cap.9. roes . Illud ēt quod in ijs verbis. [Vtilitas verò quæ ex so-
Cap.2. cietatis &c.] præcipit,si materia in gibba sit iecinoris par
te per urinas esse educendam;non absolutè asserendum est.
cap.13. Sed addidit Gal.7.meth.nisi materia multa sit: tunc.n.præ
stat per aluum,vt viciniorem partem & latiorib.vijs con-
structam,quàm per vrinæ vias educere. Ita & quod pulmo
nem paulò post,ex partib.longinquis esse affirmat,relatione
ad ea medicamenta,quæ confertim ingeruntur, dubium nō
est. at falsum,si ijs quæ lambendo assumuntur,contuleris.
3 Quandoq; confert &c. Vbi materia in fluxu est,non-
dum autem fluxit, reuellendam esse ait , id quod ex Gal.3.
Cap.6. meth.desumptum est. Sed quattuor seruādas hac in re con
ditiones proponit , vt auersio ad partem sit oppositam , vt
consensus partium seruetur,vt partis rectitudo inspiciatur,
vt distantia animaduertatur , ne ad locum nimis vicinum
materia reuocetur. Pro qua re pete Gal 5.& 13. methodi
& 2.ad Glauc. Quæ uerò pars sit opposita,habes tu quidē
cap.3. cap.11. ex Gal.5.aph.vbi tres notat oppositiones:eam quæ est su-
cap.2. perne infra,a dextra ad sinistram,ab anteriorib.ad posterio
Com.68. ra,& contra.at 5.præterea meth.ac lib.de hyrud.scarif.cu
Cap.3.Cap.19. curbit.alteram adiungit,quæ foris est intro,& intus foras.
cap.3. Aph.50. Quæ sit colligantiæ seu cōsensus ratio,habes 5.meth. & ex
cap.15. cap.16. Hipp.licèt discere,5.aph. De partium rectitudine,lege lib.

de cur.rat.per sangu.miss. De quarta verò proposita condi
tione,habes 13.meth.& 5.aphor.Cæterùm dubium hic est, cap.11.Aph.68.
quum superiores partes eæ intelligantur , 2. in 6. de vulg.
morb.quæ supra iecur sunt,inferiores uerò quæ infra . in re-
uulsione laborante manu secandum esset crus . id quod fa-
cit Gale.3.meth.ac laborante dextro crure secandum per- com.14.
petuo fuerit crus alterum,ut ibidem præcipit . Atqui 13. cap.5.
meth.2.ad Glauc. in lib.de cur.rat. per sangu.miss. affecto cap.11.
collo,& capite venas cubiti secat,& lib.de const.ar.in co- cap. 2.
xendicis affectu venā poplitis ac malleoli tundit.& Hipp. cap.18.19. 20.
quoque ipse 2.de rat.vict.in ac. affecto latere internam cu cap.17. Tex.10.
biti venam secat,quod & in eodem libro paulo infra facien Text. 73.
dum probat.Cæterùm,quod ad hoc pertinet. vnum hic ad-
notandum censemus, reuulsionem non uno modo a Gal. &
cæteris sumi consueuisse.Si propriè loquamur ea est ad ma-
ximè opposita, & seruandæ in ipsa sunt omnes oppositionis
differentiæ,quas recensuimus. At extenso uocis significato,
non id solùm, sed medium prꝫterea quoddam inter deriua-
tionem & reuulsionem significat . nempè quæ neq; ad ma-
ximè distantia,vt reuulsio, neq; ad proximè,ut deriuatio.
Prioris reuulsionis vsus tunc exigitur vbi tarda sit fluxio,
ac inducias præstet,quando.s. materia fluens & crassa est ,
& pauca,& in hac seruanda est oppositio, quod facit Gal.
loco citato.13.meth.quando laborante manu crus secat, et
laborante crure ad alterum crus auertit . At si materia,
quæ fluit,aut tenuior,aut copiosior, aut & tenuitate, & co
pia simul peccet; tunc quum morbus instet,& periculum
sit ne fluxio augeatur , ac partem quampiam grauiter affi-
ciat; non priori,sed posteriori reuulsione vtendum fuerit ,
quæ præterquam quòd fluentem materiam ab affecta particu
la auertit,euacuandi etiam ab eadem non mediocrem vim
habet. propterea ergo laborante iugulo non crus,sed cubitū
Gal.secat;affecto coxendice venam malleoli,ac poplitis tun
dit non brachij,& offenso latere non a cruribus,sed a cubi
to sanguinem detrahit . Notat postmodum hic author duo
in reuulsionib.obseruanda: vnum,quòd vbi reuellere opus sit ,
sedandus antea sit dolor: alterum , ut euitemus ne supra
membrum princeps transitus fiat. & horum prius ex Gal.
sumptum uidetur 2.in 6.de vulg.morb. alterius verò ratio
nem,licebit,vt colligas 1.aph. Verum priori regulæ non ui com.8.
detur assentiri Gal.1.aph. quum in maximis doloribus.nullū aphor.25.
maius esse præsidium venæ sectione testatur, quo in casu se- com.23.
datum non esse dolorem constat : alteri aūt refragari uide-
tur Hipp.5.aphor.quum dolente posteriori capitis parte in Aph.68.
fronte venam,supra ipsum nempe cerebrum materiam tra-
hens. Ad hæc tamen breuib.dici posset . Vbi dolor ex facta
fluxione accidit,uera eius curatio est materiæ , quæ in affe-
ctam particulam irrepsit,euacuatio.hæc.n.partem distēdit
sui copia,uel qualitatib.irritat . Quia tamen ea ipso morbi
initio eductioni reluctatur,ne dum coctionem expectas, &
ex causæ actione,quæ fluxionē mouit, & ex dolore ipso,cu
ius naturæ est,ut attrahat,fluxio interea augeatur,auerten
da est materia,quæ fluit,& mitigandus est dolor , quando
ob materiæ illum facientis ineptitudinem sedari non potest.
Propterea quum duo hic agēda se offerant,& materia,quæ
fluit auertēda,& dolor mitigandus,utrum horum priori sit
loco aggrediendum, uidetur docere hic author , his uerbis
(quūq; ad diuersum trahere &c.) Sanè si auersionē prius
moliris,quia humores suo iā impetu fluunt inclinantq; ad af
fectam eam partem,a qua reuellere animus est, & quia ij-
dem dolore urgente attrahenteq; ad sese magis ēt concitan
tur;in discrimine res est,ne ex hac quoq; auersione, quam
tētas,ij ob nouam uim,quam naturæ infers , magis agitati,
ad affectam particulā copiosius irruant, nihilq; fluxionem
imminuas ; sed augeas potius, aut ēt si id quod fluxurū est
prohibeas,de eo tamē quod fluxerat,et dolorem facit,nihil
detrahas : sed ipsum ab attrahente dolore augeri sinas.

Quamobrem, quum hæc ita se habeant, ubi & fluxio reuocanda est, & dolori consulendum, a doloris mitigatione inchoandū esse indicatur, quod hic author præcepit, et Hipp. de rat. uict. in ac. in pleuritidis curatione obseruauit. At verò si uel medicamentis anodynis, uel id genus presidijs, quæ mitigatoria sunt sedari dolor nequeat, vrgeatq; is uehementius, tūc agere id oportebit, quod agi potest, periclitandūq; cum Gal. fuerit 1. aphor. & sectione venæ utendum fuerit, quæ fortè & causam & symptoma ipsum educet, non interea tamen a mitigatorijs medicamentis abstinendum, atq; ita solui priorem dubitationem putamus. Quod uerò secundò obijcitur, minimi momenti est, quum reuulsio, quæ a posteriori fit cerebri parte ad anteriorem, non ab una ignobili sit particula ad nobilem: sed ab eodem prorsus membro, ab affecto loco ad sanum.

4 *Et vtilitas quidem &c. Tertium caput explicat in curatione spectandum, quod in tria rursum capita diuidit, pro qua re lege 7. meth. & 11. & 2. ad Glauc. Vnū scribit, quod ad primum caput pertinet, ex Gal. locis citatis desumptum. id quod inter omnia mēbra custodia dignius est, cor esse, postea cerebrum. deinde hepar. Contrarium tamen legi videtur 7. meth. vbi in morbis indigere nos iecinoris potius facultate ait, quā cerebri, et 11. meth. naturalem facultatē & animali, et pulsatoria potiorem esse oportere confitetur: ita, ut in priori quidem sententia, cerebro: in posteriori aūt & cordi, & cerebro preponi iecur uideatur. Sed intelligenda est Galeni sententia in morbis, qui materiæ coctione egent, in his nempe naturalis facultatis potius, quàm animalis, aut uitalis cōstantia est opus, propter coctionem: verior tamen prior est sententia: si absolutè pronuncies.*

cap. 13. cap. 15. 16. 17. & deinceps.
Cap. 2.
Cap. 9.

5 *Ex parte autem &c. Quartum caput in curatrice considerandū proponit, tempus uidelicet offerendi medicamenti, quod triplici exemplo aperit, medicamenti extra admouendi, eiusdem intro assumendi, & nutritionis, quāuis, quū de nutritione antea sit dictum, non ita aptè fortasse id hoc in loco repetitum uideatur. Primum explicat, exemplo apostematis, in quo nimirum diuersi temporis ratione diuersis utimur medicamentis, a principio repercutientib. in statu ijs solùm, quæ resoluunt, in horum aūt medio, status uidelicet & principij, commistis & repercutientib. & resoluentib. (et si. n. nouus quidam codex aliter legit, antiqua tamē & recens Mantini uersio id sonat, quod nos diximus.) idē ferè notauit & supra fen 1. necnon li. 4. Huius tamen oppositum (sicuti alias etiam notauimus) infra legitur de cura abscessuum, & ex Gal. .. de comp. medicam. secundum loc. & 1. de comp. medic. per genera. Quomodo verò a morbi tempore, alimenti quantitas indicetur, quod hic notat, uide 1. ad Glauc. 2. aph. De tempore medicamenti intro assumendi opportuno lege ex Hipp. 1. aph. 2. & 4. ex Gal. lib. quos, quando, & quibus purg. opor. Quæ verò de aere subduntur. pete ex 9. meth. & 11.*

in cap. de diffinit. medic.
Fen. 3. Tract 1 cap. 3.
Cap. 1.
cap. 8.
Aph. 7. 8 10.
Apho. 22. & 24
Aph. 29. aph. 10
cap. 14. cap. 14.

6 *Et dicemus ꝙ in ægritudinib. &c. Quòd in uehementib. morbis a ualidis sit medicamentis inchoādum, leges ex Hipp. 1. aph. & Gal. 5. meth. Oppositum tamen seruare hic uisus est lib. 3. in curatione apoplexiæ, ubi multis olei speciebus propositis, quib. eo in morbo utendum est, ab oleo primū rutaceo incipit, deinde ad illud, quod ex agresti fit cucumere, ad scilliticum, & alia longè fortiora transcundum consuluit. Verum tametsi oleum rutaceum imbecillius est eo qđ ex agresti cucumere paratur; utrunque tamen potens est, ita, ut a ualidissimo medicamento incipiat.*

Aph. 6. cap. 15.
Fen. 1. Tract. 3. cap. 14.

7 *Præter hoc quoque &c. Sententia hæc Hipp. est 2. aphor. Quod uerò de immutandis medicamentis subiungit, habet 5. de tuen. sanit. & pro ratione quam hac de re affert, pete libellum Gal. de consuetudine.*

Aphor. 57.
Cap 9.

8 *Cumq; ægritudo &c. Vbi complicatus fuerit affectus doloris cum morbo aut causa, exordiendam ait curationem a dolore ipso. Contrarium tamen uisus est sentire lib. 4. de curatione putridarum febrium in generali, ubi febre, & dolore simul affligente. febris curationem scripsit esse digniorem. Sed uide Gal. 12. meth. Quibus autem modis sedetur dolor 5. de simpl. med. fac. fusius explicatur. Cōsulit hic inchoandum a sedantibus dolorem leuibus. quæ uerò subdit paulo sunt obscuriora, uult tamen incrassādum esse sanguinem fluxionis cohibendę gratia, quę dolores sequitur, ut 13. meth. & sæpissimè alibi Gal. scriptum reliquit. Reliqua quæ de letitia adijciuntur. uide 5. in 6. de uulg. morb. et libello de paruæ pilæ exercit. Quod de regionis mutatione dicitur, habes ex Hippocr. et Galeno 5. in 6. de uulg. morb. Quæ de medicatione in magnis temporum excessibus euitanda, ex Hipp. 4. aph. et libello de medicamentis purgantibus. Quæ de complicatis affectibus. 3. meth. & 7. et 10. et 11.*

Cap. 1.
Cap. 20.
Cap. 5.
Aph. & com. 5 cap. 1.
Aph. & com. 20
Apho. 5.
Cap. 9. cap. 11.
cap. 1. cap. 9.

De medicationibus ægritudinum malitiæ complexionis. Cap. 2.

QVæ ex eis quidem sine materia existit, cōplexio, tantum permutatur: sed si cum materia fuerit, ipsa euacuabitur, & plerunque quidem ei sola sufficit euacuatio si complexionis[a] [infusę, quæ præterita est, malitiam non ibi reliquerit:] & quandoque non sufficit nobis istud, si complexionis dimiserit malitiam: immò erit nobis necesse complexionem pmutare, quum in euacuando finē fecerimus.[2] Dicemus ergo, ꝙ malitiæ complexionis medicatio multis fit modis. Complexionis nanq; malitia, aut erit[b] [infusa,] & erit ipsius medicatio ex contrario absolutè: & hæc est medicatio absolutè: aut erit in termino vt ipsa generetur, & erit eius sanatio, sanatio quæ fit cum præmissione seruationis:[c] [quemadmodum putrefactionem quæ est cum febre quartana, medicamur cum theriaca: & aquam frigidam in tertiana damus, ut extinguat. Et exemplum præmissionis seruationis est euacuatio in quartana, q̄ fit cum elleboro & in tertiana cum scāmonea, quū principium interpollationis quæ accidit] prohibere uolumus. Et exemplum præmissionis seruationis solummodo, est euacuatio, quartanæ aptis propter melancholiæ superationem, cum elleboro: & febri tertianæ propter cholerę dominium, cum scammonea. Quum autem in aliqua ægritudine dubitaueris, an sit eius causa caliditas an frigiditas: & si experiri volueris: non experiaris cū superfluo, & caue tibi ne decipiat te impressio, quæ erit accidentalis.[3] Et debes scire quòd infrigidationis, & calefactionis tempus est unum: sed in infrigidando est plus timoris, quoniam caliditas est amica naturæ, & in humectando quidem, & exsiccando est timor æqualis; sed humectandi tempus est longius. Vnaquæque præterea humiditas & siccitas cōseruatur propter suarum causarum confortationem, & permutatur propter causarum contrarij ipsius fortitudinis augmentum.[4] Et caliditas quidem fit fortior[d] [causis] quarum iam expleuimus sermonem: deinde per[e] [mundificantia:] & est superfluitates expellere, & repletionem, & oppilationem aperire, deinde ex eo quod ipsam conseruat, & hæc est humiditas tēperata, frigiditas verò fortior ex eo, quod ipsius confortat causas: & quòd caliditatem suffocat:

a B. malitia nō relinquetur ab ea, propter morā ipsius præteritam.

b B. firma.

c B prohibēdo causam, aut ex ea est quæ uult fieri, seu quæ est futura fieri, & oportet in ea vt prohibeatur cā solummodo, & nominatur præmissio seruationis. Exemplum medicationis est curatio putredinis febris quartanæ cum theriaca, & dare in potu aquam frigidam in tertiana, ut extinguat. Et exemplū medicationis cum præmissione seruationis est euacuatio in quartana, quæ fit cū elleboro, & in tertiana cum scāmonea, quū principium paroxysmi accidētis per hoc.

d B. pp causas.

e B. ex qua uiuificant.

& ex

& ex eo ꝙ ipsam superflue resoluit, & est siccitas secundum essentiam, & caliditas secundum accidens. 5 Qui autem caliditatis superfluitatē cum f [oppilationibus] medicatur, sibi cauere debet ab infrigidatione superflua; ne in cōuertendo oppilationem in lapidem augmentum faciat: & ne calidæ complexionis malitiam augmentet, immò paulatim primo medicari debet cum eo, quod abstergit: & si g † [ ] quod infrigidat, ei suffecerit, sicut aqua hordei & succus scariolæ; erit conueniens: & si non suffecerit istud, tunc cum illo, quod temperatum existit, quòd si hoc non suffecerit, tunc cum eo, in quo subtilis existit calor. neque ex hoc sis solicitus, quoniam iuuamētum eius h [diaphoresis] in infrigidando plus confert, quàm sit nocumentum, quod facit ei calor, qui ad extinguendum est facilis post apertionem. i [Et est etiam quum acutorum humorum digestio extinguēdi superfluitatem prohibet,] licèt quidam hominum sint, qui proteruiant ad hanc destruendam sententiam, & ignorent, quòd fortis extinctio deijcit virtutem: & quanto magis in corporibus, quæ ab ęgritudine debilitata fuerunt, licèt aliquo k [directionis modo materiam rectificet, quod est, quum post ipsam aliç proueniūt ęgritudines, aut ex malitia complexionis simplicis, aut ex materijs frigidis complexioni contrarijs,] quam rectificauit. Complexionem verò frigidam calefacere quasi difficile est, quum iam est l [infusa :] & multum facile in principio, & ad ultimum, calefacere frigidum in principio rei est facilius, quàm calidum in principio infrigidare: sed calidum in fine infrigidare, licèt sit difficile, est tamen facilius quàm frigidum in fine, calefacere: quoniam superflua frigiditas est ipsa mors innati caloris, aut ei propinqua. Et debes scire, quòd infrigidatio quandoque siccitati coniungitur, & quandoque humiditati, & quandoque ab utrisque separatur: veruntamen siccitas magis fit m [mansiua cum frigiditate, quę senuit;] & humiditas est magis adducens frigiditatem, quę accidit. Et iam quidem omnes caloris causę, quum superfluunt: in exsiccando iuuant, & quandoque etiam omnes frigiditatis causę, quum superfluę fuerint, in humectando iuuant. Et nulla quidem res ad hoc tantum peruenit, quantum ociositas, & assidua balneatio, quæ est facilis n [ ] in tina. Et nos quidem te fecimus scire hoc in eo, quod est præmissum. 6 Vinum pręterea o [temperatè bibitum] in humectando est forte. 7 Amplius scire debes, quòd quum senex infrigidatione indiget, & humectatione, non sufficit ad hoc illud quod ipsum ad æqualitatem reducit, immò, quod ipsum transire facit ad complexionem frigidam, & humidam, quę ei debetur, quoniam ipsa licèt sit accidentalis, est tamen ei quasi naturalis. Scire quoque debes, ꝙ sæpe est nobis necessarium in permutando cōplexionem, dare illud, quòd huiusmodi confortat complexionem admistum ei, quod sibi sit contrarium quemadmodum est nobis necessarium dare acetum cum medicinis calidis alicui membro, ideo vt ipsarum penetrent virtutes; & sicut est nobis necessarium dare crocū cum medicinis infrigidantibus cor, propterea ut eas ad ipsum ferat. Et multoties quidem est medicina uehemētioris operationis in permutando complexionem, sed propter sui subtilitatem non permanet, donec suam perficiat operationem. Est ergo nobis necessarium, ei aliquid admiscere, quod ipsā inspisset, & retineat, licèt ex ea suę operationis proueniat contrarium sicut balsamo admiscemus ceram, & reliqua: ad hoc ut ipsum tanto tempore retineatur, in quo suam perficiat operationem,

f B. aptione oppilationum.
g † B. abstergēs.
h B. apertionis.
i B. Alia litera. Et quandoq; superflua extinctio prohibet digestionem humorum acutorum.
k B. rectificationis modo materiam rectificet, quū quandoque post ipsam aliæ proueniūt ægritudines, aut ex malitia complexionis frigidæ simplex, aut cū materijs frigidis cōtrarijs materiei.
l B. confirmata.
m B. confirmās frigiditatē, quæ iam acciderit.
n † B. & balneari.
o B. mixtum.

ANNOTATIONES.

1 *Quę ex eis quidem &c. Quid in intemperiei curatione siue cum materia, siue sine materia faciendum sit, ex cōmunissima curandi regula licet colligere. si quidem intemperies simplex sit, alteratione simplici, si autem cum materia, tunc si temperata ea sit, sola satisfacit euacuatio: sin intemperata, & alteratione, & materiæ euacuatione curabitur: pro qua re uide 2. ad Glauc. & lib. art. med. An autē vbi utrunque agendum sit, ab alteratione, an uerò ab euacuatione inchoandum sit, hic uidetur ab euacuatione exordiri, quod & Gal. locis citatis. Sed contrario tamen ordine quandoque opus esse, uide lib. 4. dè curat. febr. putrid. in generali perpende etiam quæ 1. aphor. scribuntur.* Cap.2. cap.88. Fen.1. Tract.2. cap.7. Aphor.22.

2 *Dicemus ergo quòd malitiæ &c. Sicuti morbi omnes aut sunt facti, aut fiunt, aut futuri sunt, & factis curatio, ijs qui futuri sunt præseruatio, illis autem qui fiunt, mista ex præseruatione, & curatione actio propriè debetur. 4. metho. & 11. & 1. de diff. feb. & 2. aph. Ita & in intemperie. quapropter quum uarient hoc in loco codices, & antiquus unum legat, aliud Bellunensis, & aliud Mantinus, Bellunensis lectio probanda præ cæteris uidetur, quæ triplicem intemperiem, eam quæ facta est, quæ fit, & quæ futura, & triplex quoque exemplum affert.* cap.3. cap.20. cap.4. Com.22.

3 *Et debes scire quod infrigidationis, &c. Fusius hæc scripsit Galen. 7. meth. comparatāq; caliditatem, & frigiditatē humiditati, & siccitati, illas facilius, has difficilius curari testatur, tametsi in eodem libro humidam intemperiem facillime omnium curari dicat. Idem collata (quod hic author facit) caliditate frigiditati: eodem tempore immutari vtrasque ait, sed non pari discrimine, quum maius in refrigerando periculum sit, quàm in calefaciēdo. & in humido quoque ac sicco parem securitatem esse dicit, sed ęgrius siccam curari intemperiem quam humidam. Verum quod de caliditate & frigiditate dicitur, dubitatione non caret propter ea quæ 4. de simpl. med. facult. scribuntur, quando uehementem caliditatem non minus noxiam dicit esse Gal. quam frigiditatem. ac præterea, quoniā quum caliditas efficacissima sit primarum qualitatum omnium, & magis agat quam frigiditas, lib. de constit. ar. med. & 2. de fac. nat. uerius dictum uideretur caliditatem citius quoque fore acturam, id quod lib. de vsu respir. habetur, & propterea frigiditatem minori negocio & tempore posse immutari quam caliditatem. Ad hæc tamen licet ita respondere. Quod ad priorem dubitationem attinet; si caliditas & frigiditas absolute, ut actiuę sunt qualitates, considerentur, sicut immoderata frigiditas offendit, ita & caliditas; atque ita æquè offendit caliditas, ut frigiditas. At facta harum ad animalis corpus collatione, quum animalium uita in calore sit, & calore tueatur, si plus iustò calefacias, ac refrigeres, id non pari est discrimine, quod frigiditas, quæ naturæ opera non subit longiori a uita differat interuallo. Quo uerò ad secundam controuersiam. Non item absolutè par esse frigiditatem & caliditatem curandi tempus Gal. ait, sed quodam modo. agit tamen celerius caliditas, ita, ut minori tempore amoueri frigiditatem oporteat.* cap.5. cap.9. cap.14. cap.9. cap.4. cap.5.

4 Et

4 *Et caliditas quidem fit fortior &c. Causas calidæ intemperiei supra quoque descripsit. addit tamen hic euacuationem frigidorum humorum, obstructionis apertionem, nempè quum hæc non semper refrigeret, ut in putridis febribus; sed etiam calefactionis occasio sit, dum spiritibus parantur uię, quæ occlusæ, refrigerationis, immò etiam syderationis quandoque causæ sunt. addit & temperatam humiditatem, qua uidelicet ali calor consueuit. His tamen adduntur & alia, & frigidæ admotio, ut 5. aph. & siccitas, quę lima caloris dicitur. & eæ præterea omnes quas & supra hic author, & Galen. lib. de morborum caus. retulere, ex quibus tamen omnibus, quum accidētia a simili tantum generentur, ut ait Auerr. 7. metaph. sola calidi uicinia, per se caloris causa est: cæteræ uerò per accidens, si bene aduerteris, quamuis non ignorem alios aliud hac de re sensisse.*

Fen 2. cap.
Aph. 21. & 25.
Cap. 2.
Com. 32.

5 *Qui autem caliditatis superfluitatem &c. Si obstructio ex uiscido & crasso humore fiat, infigitur is humor tenaciter; quare, si obstructionem cum calidiori intemperie, frigidiori medicamento mediceris, indurabis, & in lapidosā materiam uertes. Consulit ergo quid agendum sit. Vide pro hac re Gal. 2. ad Glauc. 11. meth. & 14. necnon Paulum lib. 3. quum de iecinoris affectibus loquitur.*

Cap. 1. cap. 10.
Cap. 3.

6 *Vinum præterea temperatè bibitum &c. Alij legunt vinum dilutum in humectando forte esse, antiqua tamen lectio uinum habet temperatè bibitum. ex qua, controuersia duci solet, de uini temperamento, an siccum uel humidum sit. Sanè Arist. 4. meteor. uinum aqueæ naturæ facere uidetur. & Gal. quoque humidum ipsum uisus est existimasse 1. de rat. uict. in ac. & 2. aphor. & 7. meth. Hipp. uerò non uinum absolutè, sed dulce, pituitosum esse. ait, lib. de affectionibus. & 2. lib. de diæta mollia uina, & dulcia nigra humidiora esse refert, & humiditatem inducere. Idem tamen in eo lib. de diæta 2. paulò antea, uinum calidum et siccum esse dixerat, & in lib. de affectionib. itidem, austerum uinū ad siccitatem, & ad robur conducere protulit. Gal. uero, absolutè loquens 5. aph. calefacere et exsiccare. 8. autem de simpl. med. fac. calefacere scripsit 2. ordine, & si admodū uetus sit; tertio. et eius caliditati proportione siccitatem respondere. et in 3. meth. uino utitur ad exsiccanda ulcera, quo et Hipp. in lib. de ulceribus. Adde, quòd uigilias facit 3. de loc. aff. quas ex siccitate fieri constat. Quod ad hanc tamen controuersiam pertinet. Quod uinum exsiccantis sit facultatis, sat est ex ijs, quæ modo diximus, confirmatum: ut iudicio nostro locum non habeat dubitatio. pro ijs tamen quę contrariam fulcire sententiam uidentur. quod philosophus aqueæ naturæ uinum asserat, de eius substantia intelligitur, non de potestate ad humanum corpus, de qua medici. Galenus tamen humidum ipsum nonnunquam esse ait, quod sanguinem gignit mediocriter exhibitum, quo solidarum partium humiditas conseruatur. Hipp. quoque dulce uinum pituitosum facit; facta ad nigrum collatione. absolutè tamen sumptum uinum omne exsiccat, idq; magis aut minus, ut sapore atque ętate distinguitur.*

Cap. 46.
Text. 51.
Com. 22. cō. 11
cap. 6.
Circa finem.
Circa medium.
circa principiū.
cap. 4.
cap. 9

7 *Amplius scire debes etc. Pro eo quod hic scribitur, uide quæ in præcedenti capite adnotauimus de controuersia in Gal. et Auerr. Quod uerò de medicamentorum admixtione deinceps subiungit fusius sequenti libro, et 5.*

Ad sciendum qualiter, & quando oportet euacuari. Cap. 3.

R[1]Es quę demonstrāt rectitudinem iudicij in euacuando sunt decem, repletio, & uirtus, & complexio, & accidentia conuenientia (sicut si [a] [contingeret quòd naturam soluere vellemus, deinde accideret vētris solutio:] quoniam ventrem soluere super ventris solutionē est timorosum) & figura, & ętas, & tempus, & aeris, regionis dispositio, & consuetudo euacuandi, & ars: hæc nanque, quum fuerit contraria significationi, propter quam euacuatio facienda erit; prohibebunt euacuationem. Vacuitas itaque sine dubio euacuationem fieri prohibet. Et similiter, quum debilitas cuiuscunque trium virtutum fuerit: veruntamen quandoq; plus eligimus alicuius virtutis debilitatem, quā [b] [impedimentum] relinquendi euacuationē, & hoc quidem est in virtutibus sensibilibus, & motiuis, quum fiduciam habuerimus succurrēdi rei timorosæ, si acciderit, & similiter in omnibus virtutibus. Complexio quoque calida & sicca [c] [ad] hoc prohibet, & frigida & humida caliditatem non habens, aut debilem habēs ab ea etiam prohibet: in calida autem, & humida facile faciemus illud, & fortiter. Figura autem scilicet superfluitas maciei, aut raritas, ab ea prohibet, propter timorem ne spiritus resoluatur, & similiter oportet in regendo debilem, & macrum, multam choleram rubeam in sanguine habentem, ut ei blandiaris, & non ipsum euacues, & vt eum nutrias ex eo, quod bonum generat sanguinem ad frigiditatem, & humiditatem declinantem: quoniam ex hoc sui humoris complexio rectificabitur, [d] [aut] fortasse ipsum fortem efficies, & euacuationes tolerabit. Et similiter oportet ne illum euacuare sis ausus, qui ex consuetudine parum comedit, quandiu ab eius euacuatione abstinere poteris. Superflua quoque pinguedo ab eo prohibet, propter timorem, ne frigiditas dominetur, & ne caro venas comprimat, & eas [e] [extinguat] quum vacuas inuenerit, & calorem suffocet innatum: aut superfluitates exprimendo, ad interiora expellat. Accidentia quoque mala, sicut aptitudo [f] [cholericæ passioni], & spasmo, ab ea prohibent. Aetas pręterea quæ nondum ad augmenti complementum peruenit, aut ad consumptionis terminum est transiens; ab ea prohibet. Hora quoque multum calida, aut multum frigida; ab ea prohibet. Et regio quidem meridionalis vehementer calida ab ea prohibet; quoniam plurima eorum, quæ ventrem soluunt, sunt [g] [calida:] & duarum acuitatum coniunctio tolerari non potest: quoniam virtutes in eis debiles erunt, & dissolutæ, & quia exterior calor materiam ad exteriora trahit, & medicina ipsam trahit ad īteriora: quare inde prouenit in diuersas partes protractio, & ad resistentiam perducit. Et septētrionalis multū frigida ab ea prohibet. Parua quoque euacuandi consuetudo ab ea prohibet. Ars etiam, qua multa fit euacuatio, sicut seruiendi in balneo: & onera dorso deferentium ab ea prohibent, & ad vltimum omnis ars laboriosa. [2] Scias pręterea quòd intentio in omni euacuatione est vna quinque rerum. Aut euacuatio illius, quod est euacuandum, & sequitur ipsum proculdubio tranquillitas, nisi quòd receptaculorum lassitudo ipsum sequatur, aut caliditatis ebullitio, aut febris ęphemera, aut aliæ ægritudines, quæ comitantur, sicut excoriatio, quam ventris solutio in intestinis facit, aut vlcera, quæ vrinæ prouocatio in vesica facit, & hoc quidem licet iuuamentum cōferat; eius tamen vtilitas nō sentitur, im

mo

a B. naturæ, quā soluere uoluimus, non acciderit uentris solutio.
b B. nocumentū
c B. ab.
d B. &.
e B. Alia litera claudat.
f B. diariæ.
g B. acutæ.

mo quãdoque præsentialiter dolet, donec accidens remoueatur. Et secunda est consideratio partis suæ declinationis: sicut nausea, quę vomitu mundatur, & mordicatio in ventre, quæ ventris solutione remouetur. Et tertia est membrũ egressionis eius a parte declinationis eius, sicut basilica dextra in ægritudine hepatis, & non cephalica dextra: quoniam si error prouenerit in tali, quale est illud: quandoque sequetur inde timor. Et oportet quidem, vt sit membrũ egressionis ignobilius illo, a quo fit euacuatio: ne materia ad illud declinet, quod est nobilius. Oportet præterea vt sit eius [h] [exitus naturalis] sicut membra vrinæ gibbositati hepatis, & intestina concauitati ipsius. Est tamen, quum membrum a quo expellitur; est ipsum membrum, per qđ euacuatio facienda est: sed est in ipso ægritudo vetus, aut recens: propter quam est timendum de cursu humorum super ipsum. Ipsi ergo ad aliud, quod sit melius, transponendi sunt. Et est etiam, quum ex superatione humorum timetur super ipsum ægritudo: sicut quum tractus fit ab oculo ad gulam: quoniam timetur ne illi quandoq; superueniat suffocatio, ideo [i] † [quale est] huiusmodi, suauiter & molliter fieri debet. Natura quoque plerunque taliter operatur, & euacuat, non per partem qua consueuit, ideo vt membrum custodiat, quum debile fuerit, & plerunque etiam est, vt sit illud quod natura euacuat, [k] [partis longinquę & oppositę,] & remaneat cum ipso ambiguitas, sicut, quum a capite ad anum, aut crus, aut pedem euacuat: non enim pro certo scitur, si ex toto sit cerebro, aut ex uno ventriculo.[3] Et quarta quidem est hora euacuationis ipsius: nam dicit Galenus penitus ꝙ in chronicis ęgritudinibus maturatio [l] [tantum & nihil plus expectanda est.] Et tu quidem iam sciuisti, quid sit maturatio: & antequam euacues, & post maturationem ex subtiliatiuis in potu tribuere debes, sicut aquam hysopi, & † satureiæ, & seminũ. Sed & in acutis ẽt ægritudinibus maturationẽ expectare melius est, & pręcipue quum quietæ fuerint.[4] Quod si mobiles fuerint, tunc ad euacuandum materiã festinare erit melius; quoniam impedimẽtum motus [m] [eius] est maius, quam suæ euacuationis, antequam ipsa sit matura, & propriè quum humores fuerint subtiles, & pręcipue, quum in concauitatibus venarum fuerint, & non in membris ingredientes. Quum autem humor in vno fuerit membro comprehensus, nullo modo moueatur, donec maturetur, & essentiam habeat temperatam, quam tu sciuisti in suo loco. Et similiter quum non fuerimus securi, quòd virtus vsque ad maturitatis horam perduret; euacuabimus eam postquam nobis cauerimus vt eius subtilitatem, & grossitiẽ sciamus: quoniam si [n] [spissa fuerit] & grossa, ipsam mouere non debemus, nisi post subtiliationem. Eius verò grossitiẽ cognoscemus propterea quòd [o] [fastidium pręteritum] iam pręcessit: aut sub hypochõdrijs dolor extẽsiuus, aut aduentus apostematis in interioribus. Quod autem magis custodire debemus in huiusmodi dispositione; est habitudo canalium, ne ipsi sint clausi, & post hoc quidem totum possibile tibi erit, vt ante maturationem vẽtrem soluas.

h B. expulsoriũ naturale.

i † ——— B.

K B. ex parte longinqua, & opposita.

l B. est expectãda, & nihil aliud.

† hasce.

m B. earum.

n B. atochme prouenient. Alia litera. si enim fuerit tochamie prouenient & grossa, non administrabimus hic secũdum quantitatẽ eius quod euacuatur, sed administrabimus secundũ quantitatẽ numeri euacuationum. Et

† [p] [

] Et scias quòd materiei euacuatio & ipsius de suo loco eradicatio; est secũdum unum duorum modorum: unus eorum est propter attractionem, quæ fit ad longinquam diuersitatem; & alter propter eam quę ad propinquam: & suarum quidem horarum dignior est, quum in corpore [q] [nullo modo est alicuius materiei repletio.] Ponamus itaque quòd ab ore uiri superius multus fluat sanguis: & ab hęmorrhoidibus mulieris superfluè fluat sanguis. Vnũ itaque duorũ faciemus, aut trahemus per declinationem, quę fit ad propinquam diuersitatẽ: & oportebit tunc ut materiam ad nares declinemus, faciendo sanguinem ex naribus fluere: & in altero ad matricem prouocando mẽstrua: aut si uoluerimus ad longinquam diuersitatẽ attrahere, euacuabimus in primo sanguinem a uenis & locis, quæ sunt in inferiore parte corporis, in secundo a uenis & locis, quę sunt in suprema parte corporis. Et [r] † [ ] non oportet quidem ut in duas diametros prolõgationẽ facias: sed in una tantum, ꝗ sit diameter magis longinqua: nam si materia fuerit in supremo dextræ partis, non erit trahenda ad infimum sinistræ, immò ad infimum ipsius dextrę (& hoc quidem est illud, quod est magis necessarium) aut ad sinistram a supremo, si fuerit tantum lõginqua quantum est ab humero ad humerum: & nõ fuerit dispositio eius sicut dispositio duorum laterum capitis. Materia namque si in dextra capitis fuerit, eam ad inferiora, & non ad sinistram trahes capitis. Quandoque materiam ad longinquum trahere uolueris, loci dolorẽ prius sedabis, ut ipsius minuatur[s] [compressio] per attractionem, quoniam dolor est trahens. Quumq; ad locum non obedit, ad quem ipsam trahis, non uiolenter agas: quoniam quandoque uiolentia illa ipsam mouebit, & subtiliabit, & non trahetur, & fiet uelocius declinãs ad dolentem locum. Et forsitã tibi sufficiet, ut trahas: licèt non euacues; quoniam ipsa attractio eius iter ad membrum prohibet, licet non extrahatur, per ipsam ergo attractionem ad intentionem perueniemus: licet cum ipsa non euacuaueris, sed declinatione contentus fueris: quę fit ligando membra opposita, aut uentosis, & medicinis rubificantibus, & ad summum cum omni, quod dolorẽ efficit: Ex materijs autem quæ ad euacuandum sunt faciliores, sunt illæ quæ sunt in uenis, deinde illæ quę in membris & iũcturis: quoniam quandoque est difficile eas extrahere, & euacuare: ideoq; necesse est, ut quum euacuabuntur, aliæ cum eis egrediantur. Euacuato præterea est necessarium ne properet comedere nutrientia multa, & mala: quæ natura indigesta trahat. Qđ si aliquid ex hoc fieri necesse fuerit, oportebit ut paulatim & suauiter fiat, donec sit secũdũ ordinẽ, & ut sit, qđ corpus ingreditur, digestum, & conueniens. Minutio quoq; est euacuatio humoribus æqualiter augmentatis propria. Euacuatio uerò humori, qui

quantitas numeri aduenit seu pcipitur ex consideratione uirtutis propriè, & ex consideratione superfluitatis euacuandæ existentis in loco longinquo, aut propinquo, aut ex præparatione totius, aut diuersitate partis eius a præparatione, ut non moueatur, nisi post subtilationem.

o B. ex antecessione nauseatiua.

p † B. Et quinta est mẽsuratio eius, qđ euacuatur, & ista aduenit ex consideratione quãtitatis materiæ, & ex consideratione uirtutis & ex cõsideratione accidentiũ, quæ relinquuntur post euacuationem: qm̃ si fuerit ex eis accidens sequẽs euacuationem, minuem⁹ ex eo quod uolumus euacuare, cum mẽsura, qua mẽsuramus seu existimam⁹ ꝙ illi accidenti quod sequitur euacuationem, succurritur, sicut fit in spasmo repletionali.

q B. non fuerit repletio superflua, neq; materia commota. Alia litera. non fuerit repletio, neque materia fuerit declinans ad ipsum membrum ad quem fit attractio.

r B. in attractione, quæ fit ad diuersitatem lõginquam.

s B. coarctatio.

t † B. in qualitate.

qui in quantitate solus augmentatur, aut[t] † [ ] corrumpitur propria, est alia a minutione. Omnis præterea euacuatio, quæ est superflua; secundum plurimum febres generat. Quũque ventris constrictio, qui fluere solebat, aliquam ægritudinem possidere fecerit: illius euacuationis reuersio secũdum plurimum ipsum medicabitur; sicut ab eo, quem constrictio saniei aurium, aut mucorum narium vertiginẽ possidere fecit; eius reuersio ipsam remouebit. Et scito quòd residuum materiei dimittere, ꝙ necesse erat euacuare; minus nocumentum est, quam exquisitissime euacuare, & peruenire in ipsa ad hoc, vt virtus terreatur: quoniam multoties natura hoc resoluit residuum. Quumque humor illius fuerit generis, cuius esse oportet; & æger tolerare potest; non terreri debes ex superfluitate. quandoque etiam contingit, quum te euacuare oportet vsque ad lipothymiam. Quumque alicuius virtus fortis [u] † [ ] fuerit, & ipsorum humorum materia multa, & mala; ipsam paulatim euacua. Et similiter, quum materia vehementer fuerit [x] [penetratiua] aut cum sanguine multum mista: non poteris ipsam vna vice euacuare, sicut est in sciatica, & arthretica longi tẽporis, & cancro, & scabie antiqua, & [y] [carbunculis] veteribus. Et debes scire, quòd ventris solutio a superioribus trahit, & ab inferioribus eradicat. Duabus ergo attractionibus est apta, conuenienti, & diuersę: quæ etiam post materierum quietem est conueniẽs. Quum ergo materiæ fuerint [z] [à superioribus;] ad diuersum trahet eas; & ipsas etiam eradicabit a locis, vbi sunt; vomitu vero fit attractio, & eradicatio èconuerso. Minutionis præterea dispositio diuersificatur secundum loca a quib. sanguis accipitur: sicut sciuisti; minus itaq; cunctis hominibus euacuatione dignus est ille, cuius cibus bonus fuerit, & digestio bona. In regionibus quoque calidis morantes euacuatione parum indigent.

u † B. Alia litera. non.
x B. adhærens.
y B. furunculis.
z B. in inferioribus.

ANNOTATIONES.

ca. 7. 9. 10 16. 17 — cap. 1. — Aph. 35.

1 *Res quæ demonstrant &c. Sicut supra notauimus, ex 9. meth. scopi non in purgatione solùm sed omni curatoris actione duo sunt præcipui: alter ab affectu desumitur; alter a viribus. affectus correctionem, vires conseruationem indicant. præter hos duos, vnus tertio loco se offert considerandus, vt causa sine qua non, aer videlicet ambiens. Sed ad tria hæc capita plura alia referuntur. sub affectu quidem intelligitur, & causa si adsit vel absit, & symptomata, vt 12. meth. habetur, non quidem omnia, sed in genere læsæ actionis, & excretorum ac retentorum, quæ tamẽ per accidens coindicant, aut contra indicant, quòd causæ rationem habent, sine qua non fieri curatio potest: aut vrgentis, sicut dolor, vigiliæ, immodica euacuatio, a quibus indicatio sumitur ob uires, quas possunt offendere. Ad uires sexus, temperamentum, ætas, corporis habitus, consuetudo, vitæ ratio, referuntur. ad quæ & ventris habitum reijcere oportet, additum ab Hipp. 2. aph. & eiusdem promptitudinem ad euacuandum ex libello Hipp. de purgantibus medicamentis. Ad aerem verò, regio, tempus anni, & cœli status redigitur. Ad hęc, ait Gal. si egregius aliquis in vna corporis parte affectus sit, alia quædam offerri quę & ipsa indicent, partis temperiem, vsum, figuram, situm, sentiendi promptitudinem, aut hebetudinem. quę superius quoque ab hoc authore sunt adnotata. Quo fit, vt si ea singulatim omnia explicanda sint, quæ indicant, vel coindicant, contraindicant, vel correpugnãt, vt plura omnino capita futura sint, quam decem. Verùm quod hic author dicit, quum de accidentibus concurrentibus loquitur, fluente aluo periculosum esse aluum soluere, hoc desumptum ex Gal. est 1. ad Glau. ex quo loco magna huius capitis pars descripta est. Hic tamen lib. 3. de curatione profluuij alui ea exhibet, quæ aluũ soluunt. & Hipp. quoque lib. de loc. in hom. fluxum fluxu, et vomitum uomitu curandum pręcepit: Soluitur tamen quęstio hæc ex Gal. lib. de cur. rat. per san. miß. In fluxibus non euacuatio indicatur, sed roboratio. at si excrementa prauam habeant coniunctam qualitatem: sumpta non ab affectus, sed ab eius causa indicatione, etiam purgatione ad abscindendam causam vtendum est. Adde, quod in his, non absolutè educentibus utimur; sed ijs, quæ educendo corroborãt, & astrictionis notam relinquunt, rhabarbaro, myrobolanis, tamarindis, atque alijs id genus. Quod de virium imbecillitate subdit, habetur ex Gal. 1. aph. & 11. meth. nec non 7. meth. Sed quòd non omnis tamen uiriũ imbecillitas euacuationi contraindicet, collige ex 2. de rat. u. in ac. Quum uerò de temperamento loquitur, aitq́, calidum, & siccum temperamentum euacuationi esse ineptũ, id primo ad Glau. ibidem, notatur. Sed quod subiungit, calida & humida temperię præditos euacuationi consentire, aduersari Gal. uidetur 9. meth. & de cur. rat. per sang. miss. ubi calidam & humidam temperiem celerrimè dissipari, atque ideo euacuationi obsistere testatur. Quę item de corporis habitu dicit, eadem certè eo primo ad Glauc. habentur. Sed oppositum legi uidetur. libr. de cur. r. per sang. miss. quo loco, graciles secandæ uenæ aptos esse scriptum reliquit. Distinguendum tamen hac in re est. Nanque quod ad priorem facit dubitationem, si ad temperamentum calidum atque humidum tenuior substantia accedat, quod celerrimè ea natura præditi dissipantur, euacuationi repugnãt. at cum crassiori substantia, redundant sanguine eiusmodi corpora, & ferre facillimè omnium euacuationem possunt. Quo uerò ad posteriorem cõtrouersiam: qui graciles a natura sunt, calidiori sunt temperamento, atque hi & latas uenas habent, & secãdæ propterea uenæ aptissimi. contra uerò qui uel ex morbo uel ex accidente alio graciles euasere, ineptissimi. De consuetudine lege & eo 1. ad Glau. & 9. meth. & libello quos quãdo, & quibus purg. op. De accidentibus malis, & libr. ad Glauc. & 12. meth. De ætate ibidem, & de sang. miß. De tempore, ibidem, & Hipp. 4. aph. ac libello de purg. medic. & Galen. libr. quos quando & quibus pur. opor. Ita & de regione.*

cap. 14. — cap. 8. — com. 3. cap. 5. — cap. 1. — com. 48. — cap. 14. — cap. 5. — cap. 14. — cap. 14. — cap. 13. — cap. 14. cap. 15. — cap. 1. Cap. 1. — Aphor. 5.

2 *Scias præterea quòd intentio. Quinque enumerat in euacuationibus præter propositos iam scopos animaduertenda; primum, ut talia purgentur qualia confert, pro quo uide primo aphor. alterum, ut per loca conferentia ducatur ex primo aphor. tertium, ut membrum aptum eductioni sit, in qua re quinque alia obseruanda admonet. ut humor educendus ad partem feratur, per quam educi possit, quod sepe Gale. docuit, & 7. meth. & 13. & in art. med. ut ad ignobilibilius membrum trahatur, ueluti ab oculis ad intestina. 6. aphor. & 3. de comp. medic. per loca. ut ad locum a natura excipiendis excrementis constitutum trahatur materia, quod habetur & 6. aphor. & 1. ut pars ad quam trahitur, ualida sit, non autem imbecilla propter morbum uel præsentẽ, uel præteritum. tunc enim aliò transferenda materia est, ne pars ea afficiatur, quod probat hoc author naturæ exemplo, quæ cauet ne ad imbecillas partes trahat. ut Gal. eo 6. aph. ait. Quòd si obijcias oppositum passim legi, & 4. de diff. feb. & lib. de cur. rat. per sang. miß. & 3. de fac. nat. & sepe alibi, ubi naturam excrementa ad imbecillas partes semper pro-*

Aphor. 23. — aphor. 21. — cap. 13. — cap 11. — cap 99. — aph. 17. cap. 1. — Com. 17. & 21. — com. 17. — cap ult. cap. 8. — cap. 13.

protrudere Gal. scribit. Respondetur, ubi ualida natura sit, & optimum futurum iudiciū; nō ad imbecilles tantùm, sed ignobiles quoque partes extrudi excrementa, ut cutem, & crura, nunquàm uerò ad membrum, quod princeps sit, atque insignis alicuius actionis instrumentum transfert natura, si morbo præualeat, quamuis secus eueniat ubi morbus exsuperat. imitanda autem a medico natura est recte agens, non aberrans. Seruandū est demū ne ad partē aliquā materia trahatur, in quā ubi recepta fuerit maius discrimē afferatur: sicuti ne ab oculo ad fauces retrahatur. sed huius quoque contrarium legi uidetur 2. in 6. de uulg.
Aphor. 31. morb. Ubi ab oculis ad fauces reuelli materiam præcipitur.

3 Et quarta quidem, &c. Quarto loco obseruādum in euacuatione, tēpus est. adducit hic author Gal. sententiā, qui in longis morbis expectandam esse coctionem ait. & in acutis quoque nisi turgeant. Quo loco dubitatio excitatur. An euacuatio in morbis fieri ante coctionem possit. quod certè non de quauis euacuatione, sed de sanguinis missione & purgatione intelligendum est, quæ duo magnæ euacuationis uim tenent. Sanè de sanguinis missione suspicari quis possit, expectandam coctionem esse, propter ea
cap. 4. & 5. cap. 1. cap. 4. quæ Gal. 4. de tu. san. & in lib. de sangu. miss. & 9. meth. ubi summam in uentre cruditatem uenę sectionem prohibere asserit. sed oppositum statuit, & lib. de sang. miss. &
cap. 20. cap. 11. 1. ad Glauc. ubi in curatione quartanæ febris sanguinem a principio mittit, & sæpissimè alibi. At, de purgatione ipsa
Aph. 22. & 24. controuersia est. Hipp. etenim primo aph. & Gal. ibidem, non esse in diuturnis morbis, neque in acutis, nisi turgeant,
Aph. 19. & 34. Aphor. 9. cap. 4. euacuādū præcipiunt, quod & Hipp. idē lib. de humori b. & 4. de rat. uict. in ac. & 2. aph. & Gal. ibidem & 2. de tu.
Fen prima. san. & lib. quos quando, & quibus pur op. & Auic. lib. 4. de curatione febrium putridarum in generali. scriptum reliquere. Huius tamen contrarium colligi uidetur, 2. aph. 2.
Aph. & com. 29 Aphor. 11. cap. 11. de rat. uict. in ac. ubi elleborum pleuritidis initio exhiberi consulit Hipp. & Gal. quoque 2. ad Glauc. in quartana febre a principio paulatim coquendam & paulatī educendā materiā præcepit. necnō 4. de tuen. san. ī ulceroso affectu pur
cap. 4. gandum a principio monet, si uitiosi humores redundant. Cui assentiri & Auic. uisus est lib. 4. de curatione febriū ex
cap. 2. cap. 9. pituita. Vide pro hac re & Rasim 16. Cont. & Auer. 7. Coll. Quod tamen ad quæstionis huius solutionem pertinet, difficile profectò est tāta in controuersia, quæ summos utrinque uiros subscriptores habet, quidpiam statuere, quod omnib. satisfaciat: nostra tamen tempestate plerique omnes, qui medicinam faciunt, permiscere ipso etiam morborū initio purgatorij & soluentis medicamenti portiunculam lenienti non uerentur. cui sanè curationi uidere est fortunatos frequenter morborum euentus succedere, ubi a perito medico euacuādi necessitas prudenter fuerit animaduersa. Quid tamen ex Hippocratis & Gal. sententia statuendum sit; nos fusius hic non disserimus, quum uir clarissimus Pater nus pulcherrimum de hac re libellum alias ediderit, & modo aliud integrum eadem de re uolumen habeat, quod propediem fortaße studiosorum commodo est euulgaturus.

4 Quòd si mobiles fuerint &c. Tametsi concocta medicanda sunt, non cruda, idq; uidetur in omnibus morbis & diuturnis, & acutis seruandum: Si tamen acuti turgeant,
Aph. 22. aph. 10 euacuandum consulit, etiā ante coctionem, ex Hipp. 1. aph. & 4. præsertim si duo adfuerint, tenuitas humorum, & si ij in uenis contineantur, nō autem in partem aliquam impacti sint, tunc enim coctionē expectandam esse ait, quod &
cap. 95. cap. 15. Gal. lib. ar. med. asserere uisus est. Quod si obijcias oppositū seruari ab eodē Gal. 13 meth. ubi in cauæ iecinoris partis inflammatione inter initia cnico & polypodio atque alijs id genus medicamentis aluum præcipit esse subducendā. Breuibus, certum est purgationem per aluum in uiscerum inflammationibus initio morbi a Gal. prorsus interdici: quod &
13. meth. testatur. non est tamen hæc quam obijcis, purgatio cap. 11.
sed lenis potius alui subductio: quum et lenia hæc suapte natura medicamenta sint; & commistis præterea cibis (quod agendum Gal. præcipit) uis eorū omnis temperetur. Adde etiā quòd nō inflammationis initio hæc exhibet Gal. sed procedente tēpore, et ubi phlegmone iam concoquitur. Addit etiam hic author, ante coctionem esse euacuandum, si periculum sit, ne dum coctio expectatur, ipsæ succumbant uires: obseruato tamen antea, si crassa materia sit, aut tenuis. si enim tenuis sit (adde etiam ex Gal. lib. quos quando & quib. p. op. & cō. in li. de humoribus si aquosa existat) educi
statim potest: at si crassa attenuandam esse ait, & aperien Com. 2.
dos meatus priusquàm educas. pro qua re lege Hip. et Gal. Aphor. 9.
2. aph. sed, quum coctio craßorum nihil sit quā eorum attenuatio quòd attenuari crassos humores uelit ante euacuationem, coctionem uidetur imperare ante ductionē, atque ita sibi ipsi refragari, nisi coctionē a præparatione differre dixeris. At uerò quando turgere humores dicātur, pete ex Gal.
1. aph. & quòd nō semper turgēte materia sit euacuandum Com. 22.
eodem 1. aph. licèt colligere. Subdit post eā sententiā de qua modo est dictum. [& scias quòd materiei euacuatio, &c.] Interponunt tamen & Bellunensis & Mantinus alia quædā uerba, quibus quintum caput in euacuatione obseruandū explicari uidetur. quæ tu uide. Quod autē hic ab author scribitur, pete ex Galeno libro art. med. 2. ad Glauc. 5. meth. &
lib. de cur. r. per sangu. miss. Vide præterea & Gale. senten- cap. 95. Ca. 2. 3. c. 11. 15. & 16.
tiam 3. meth. ubi aduersus, huius authoris præceptum, labo cap. 6.
rante dextro crure, sinistrum secat. & ea quæ in præcedenti cap.

5 Quumq; materiam ad longinquum &c. De hoc & superiori capite dictum est. Sed quomodo sedandus sit ante reuulsionem dolor, aut per lenientia, quibus Hip. 2. de rat.
u. in ac. vtitur: an per deriuationem, quā Gal. 2. in 6. de uul. Com. 8.
morb. reuulsioni præmittendam scribit, dubium est, præser- cap. 2.
tim quòd Gal. 2. ad Glauc. reuulsionem deriuationi præponit. At uerò, quæ subiūguntur de diuersione materiæ absq; euacuatione facienda, nempe per uincula, cucurbitas, &
dolorem, colliges ex Gal. 5. meth. & 13. nec non 1. ad Glau. cap. 3. cap. 6. &
& libello de hirud. reuuls. & scarif. & 5. aph. 11. cap. 14 ca. 3. com. 23.

6 Euacuatio præterea est necessaria &c. Idem præcepisse Hipp. uidetur, de purgatione & uenæ sectione, de purgatione quidem 2. de rat. uict. in ac. de sanguinis autem missio-
ne 4. de rat. uict. in ac. ubi post uenæ sectionem famem in- Tex. 59.
stituit. com. 3.

7 Omnis præterea euacuatio &c. Gal. 1. aphor. ex immodica euacuatione lędi nutritionem scribit, & dissolui ait ui-
res 1. aph. & 2. scribit etiam conuulsionem sępenumero se- com. 13. com. 2. com. 1.
qui, cū Hip. 5. aph. sed quòd (vt author dicit) febres sequantur, non dixit. Quod autem subdit. [Quumq; neutris constrictio] id ex Gal. desumptum est 2. in 6. de uulg. morb. Quod
etiam subiungit, satius esse aliquid educendum superesse, com. 28.
quam exquisitissime euacuare, scriptum & illud est ab Hip.
& Gal. 2. aph. De eductione uerò ad animi deliquium habes 1. aphor. et 9. meth. vbi et quando id agendum sit, Gal. Aph. & com. 51. Ap. & com. 23.
explicat. Contra hoc tamen et Hip. et Gal. præceptum, stat cap. 4.
Auer. 7. Coll. cap. 8.

8 Quumq; alicuius uirtus fortis etc. Quòd, ut antiqui codices legunt, virtute forti existente et materia multa praua, paulatim educendum sit; videtur certè rationi repugnare, tum quòd uires cum multitudine prauorum humorū imbecilles sint, non fortes, ut licet ex Gal. colligere lib. de bon.
& mal. suc. & 9. meth. & sępe alibi, tametsi & ipse opposi- cap. 1. cap. 10. com. 17.
tum scripsisse uidetur 1. aph. de qua re modo non disserimus tum etiam, quia materia multa praua euacuationē affatim faciendam potius indicet quam paulatim, & stante uiriū fortitudine nihil cōtra indicet ꝑpterea Bellunēsis negatiuè legit,

legit, [*Quumq; alicuius uirtus fortis non fuerit,*] *Mantinus verò negatiuè quidem & ipse cum Bellunen. legit, sed huic sententiæ aliam præponit in hunc modum.*[*Et si quis uires ualidas habeat, materia tamen humorum uitiosorum eius admodũ exuperans fuerit, uberrimè euacuari potest.*]

De regulis communibus uomitui, & solutioni uentris, & qualiter trahat id, quod uentrem soluit, & uomere facit. Cap. 4.

O[1]Portet ut illius cibus, cuius soluendus est uenter, aut uomitus prouocandus, partiatur: ut quod ei in una die sufficiebat, multis comedat uicibus, & ut sint cibi diuersi, & potus etiam diuersi. Ex hac nanque dispositione accidit stomacho; ut expellere desideret, quod est in eo superius, aut inferius. Ex cibo autem non diuerso, neque super alium cibum ingrediente, stomachus est auarus, & ipsum forti continet retẽtione, & propriè si fuerit eius quantitas parua. Mollem uerò habens uentrem, nihil ex hoc facere debet.[2] Et scias quòd uomitus, & uentris solutio, & quę eis assimilantur, nõ attinent ei, qui bono utitur regimine: quoniã ille, qui bene regitur, non indiget nisi eo, quod sit istis leuius: & fortasse excusabunt ea, exercitium, & fricatio & balneum. Amplius si eius corpus repletum fuerit; plurimum talis repletionis, qualis est ipsius, erit ex eo qui humorum melior est. s. ex sãguine. Minutio igitur est illud, quod ad ipsum mundificandum erit necessarium, & non uentris solutio.[3] Quum autem minutio necessaria fuerit, & uentris solutio ex aliquo quod sit ut elleborus, & uiolentæ medicinæ. a minutione incipere debes; quoniam hoc est ex præceptis Hipp. in lib. epidemiorum, & hæc est ueritas, & similiter si humores fuerint phlegmatici cũ sanguine misti. quòd si uiscosi & frigidi fuerint; fortasse minutio grossitudinem, & uiscositatẽ eis augmentabit. Incipiendum ergo erit a solutione uentris. Et ad summum, si humores fuerint æquales, præmitte minutionẽ, & si postea [a] † [ ] superabundauerint; euacua. quòd si æquales non fuerint, in primis superabundãtẽ euacua humorem, donec ęquetur: postea minue. & ei, qui ante minutionem præmiserat medicinam, quum minutionem præmittere debebat; postponat minutionem diebus paucis: & cui paruum intercessit spatiũ ex quo minutus fuit, & euacuatione indiget; medicinam sumere est ei conuenientius. Multoties præterea ex haustu medicinæ, ille qui minui debebat, peruenit ad febrem, & ad ęstuationem. Et si ex eis, quę quiescere faciunt, non quieuerit; scias quòd minutionem præmittere debebat.[4] Non omnes præterea euacuationes sunt necessariæ propter superfluitatem repletionis: immò quandoque sunt necessariæ propter ęgritudinis magnitudinem, & propter repletionem secundum qualitatem, & non secundum quantitatem. [b] † [ ] Et multoties quidem est euacuatio necessaria: sed superuenit aliquid, quod prohibet, & non est ibi ingenium, nisi in ieiunando, & dormiẽdo, & in emendando cõplexionis malitiam, quę ex repletione prouenit. Amplius euacuationis, quædam est, quæ secundum modum præseruationis est, sicut indiget ille, cui podagra euenire solet & epilepsia, & reliqua ab his, in hora cognita, & propriè in uere. Ei ergo necessarium est, ut præseruatione utatur ante suã horam, & euacuet ea, quæ propriè in ipsius ægritudine sunt euacuanda; siue sit minutio, siue uẽtris solutio: & fortasse desiccantia exterius apponere, & medicinas [c][abstergẽtes] est euacuare; quemadmodum hydropisim patientes faciunt. Quandoque etiam necesse est tedare medicinam, quæ sit [d] [ex genere euacuandi humoris] in qualitate, sicut quum scammonea est tibi necessaria ad euacuandum cholerã rubeam. ei ergo admiscẽdum est illud, quod ipsam in qualitate diuersificet, & in uentrẽ soluẽdo cum ea conuenit, & ipsam ab euacuatione non prohibeat, sicut myrobalani. Et emẽdetur complexionis malitia, si post acciderit. Habentium quoque in interioribus apostema, uentrem soluere est difficile, & facere ut uomant. Quod si tibi necessarium fuerit; da eis, quod sit sicut uolubilis, & semen croci hortensis, & apozema polypodij, & cassiam fistulam, & his similia.[5] Hippocrates quoque inquit, qui fuerit macer, & fuerit naturæ, cui uomere sit facile, melius erit in mundando ipsum, ut ad uomitum adducatur, & ut sit hoc in æstate, aut uere, aut autumno, & non in hyeme. ei uerò, qui mediocris fuerit figuræ, conuenientior est uentris solutio. quòd si sibi euacuatio, quæ fit uomitu, necessaria fuerit, usque ad æstatem expectet: ab ipso tamen sibi caueat, quum eo non indiget. veruntamen antequam uentris fiat solutio, aut uomitus, pręmittenda est humoris subtiliatio, qui est euacuandus, & amplificatio canalium, & ipsorum apertio: quoniam hoc est ex eo, quod corpus a pœna securum reddit. Et scito quòd facere naturę, con suetudinem lenitatis, & obedientiæ ei, quod uis ex solutione uentris, & uomitu facili, antequam medicina detur,[e] [aut uomitus, est ex regiminibus aperientibus.] Amplius uentris solutio, & uomitus cum macredine uentris, est difficilius, & laboriosus, & timorosus. Medicina quoque uomitum faciens, quandoque fit uentris solutiua, quũ stomachus fuerit fortis, aut bibita fuerit super fortem famem, aut, qui eam bibit, habuerit [f] [passionem cholericam,] & naturæ lenitatem, aut si uomere non consueuerit, aut si medicina in sua substantia grauis fuerit, & uelocis descensionis. Et ventris solutiua facit uomitum, propter debilitatem stomachi: aut propter multam fœcis siccitatem, aut propterea ꝙ medicina abhorretur: aut propterea quòd bibitur, [g] [fastidium] habere solet, Omnis præterea medicina, quæ uentris est solutiua, quum non ipsum soluit; aut soluit, sed non id quod est maturum, mouet humorem, quem debet soluere, & dilatat ipsum in corpore; superat ergo corpus, & conuertuntur ad ipsum humores alij: quare humor iste in corpore multiplicatur.[6] Ex humoribus quoque est, qui est uelocioris obedientię uomitui secundum plurimum, sicut cholera: & ex eis est, qui uomitui rebellis existit, sicut melãcholia, & ex eis est, qui inter hoc & hoc est medius, sicut phlegma.[8] Et febrem quidem habentis uentrem soluere melius est, quam facere ut ipse uomat, & cuius humor descendens fuerit, sicut

a † B. humor.

b † B. Et multoties excusat bonitas regiminis a minutione necessaria in hora.

c B. exuccantes.

d B. homogenea humori euacuando.

e B. fortis, est ex regiminib. proprijs, seu optimis.

f B. diariam.

g B. nauseatiuã satietatem.

ſicut [h] [lienteriam] habentem facere ut uomat, eſt inconueniens. Medicinarium præterea uentris ſolutionem facientium deterior eſt, quę ex medicinis eſt compoſita multæ diuerſitatis, in tempore, in quo ſoluendus eſt venter, quoniã ventris ſolutio conturbatur, & prima ventrem ſoluit, antequam ſecunda, & quandoque prima ipſam ſecundam expellit. Amplius, qui biberit aliquid ventris ſolutionem, aut vomitũ ſibi faciens, corpore ipſius [i] [limpido,] neceſſe erit, vt ei vertigo accidat, aut mordicatio in vẽtre, & anguſtia, & quod ab eo expelletur, egredietur cum difficultate. Et ad vltimum quidem dum medicina ſuperfluitates euacuat, non erit in ea æſtuatio: quumq; qui medicinam biberit, æſtuationem habere cœperit, iã euacuat quod ſuperfluum non eſt. Humor prçterea, qui vomitu, aut ventris ſolutione euacuatur: quũ ad alium mutabitur humorem, ſignificabit, quòd iam corpus eſt mundificatum a ſuperfluo humore, quem euacuare volumus. Quod ſi mundificatio vſque ad inteſtinorum raſuram peruenerit, & ad rem nigram fœtidum habentẽ odorem, erit malum. Somnus quoque, quum poſt ventris ſolutionem, aut vomitum fuerit multus: demonſtrabit, quòd euacuatio iã perfectè mundauit corpus, & contulit. Et ſcias ꝙ, quum ſitis poſt uentris ſolutionem, aut vomitũ fuerit fortis: maximam & ultimã purgationis bonitatem ſignificabit. [g] Scito etiam quòd medicina ventris ſolutiua expellit illud, qđ euacuat cum virtute attractiua, quę attrahit hunc eundem humorem, & fortaſſe attrahit groſſum, & relinquit ſubtilem: quemadmodum facit illa, quæ melancholiam expellit. Illius præterea verbum, qui dicit, ꝙ ipſa generat illud, quod attrahit, aut quod in primis attrahit id quod eſt ſubtile, non eſt aliquid. Et Galenus, quidem licèt hoc ſentiat: penitus tamen dicit, quod medicina ventris ſolutiua, in qua non eſt venenoſitas; quum ventrem non ſoluerit, & digeretur; generabit humorem, quem attrahere ſolebat. ſed huiuſmodi dicta non ſunt conuenientia. Et videtur quidem, quòd Gal. ex hoc quod certificat, ſentiat quòd inter attrahentem medicinam, & humorem attractum ſit conuenientia in ſubſtãtia: & propter hoc attrahit ipſum; ſed hoc non eſt verum: quoniam ſi attractio fieret cum conuenientia: ferrum attraheret ferrum, quum ipſum ſuperaret; & aurum attraheret aurum, quum ipſum ſuperaret quantitate ſua: hoc tamen certificare non eſt medici. Et debes ſcire, quòd humorum attractio, quæ fit potu medicinarum ſoluentium ventrem, aut vomitum facientium, non eſt niſi [k] [in venis, in quibus venerunt, donec ad inteſtina perueniãt & ſtomachum. & hic natura mouetur] ad hoc vt eos expellat extra. Et raro quidem accidit, vt [l] † [ ] quum ventris ſolutiuum bibitur, ad ſtomachum aſcendant: & ſi aſcẽderint, ad vomitum declinabunt. Quod autem ad ſtomachum aſcendere non dimittuntur, non eſt niſi propter duas cauſas: vna quarum eſt, quoniam medicina ventris ſolutiua velociter penetrat ad inteſtina. Et altera eſt, quoniam, quũ medicina ventris ſolutiua bibitur, natura properat ad hoc vt [m] † [ ] ex venis meſaraicis ad inferiora expellat, & non ad ſuperiora, quoniam hoc propinquius eſt, & facilius; & qa illud quod eſt poſt eas, [n] [non] etiam ipſas cõprimit. Et hoc quidem eſt ex eo, quod naturã mouet, vt ex propinquioribus expellat vijs. Quòd ſi medicina virtutem haberet attractiuã, [o] [quæ humorem comitaretur; eſſet natura virtutis expulſiuæ] magis digna, vt in ſano, & forti ſuperaret: licèt medicina non attrahat niſi ad viam ſignificatam. Medicinæ verò vomitum facientis diſpoſitio, eſt diuerſa ab hoc: quoniam, quum in ſtomacho fuerit, in eo morabitur, & humorem ab inteſtinis ad ſeipſam attrahet, & ſua virtute ſuperat [p] [ad reſiſtendũ virtuti naturali.] Et ſcias quòd plurimum attractionis humorum, quos medicinæ attrahunt, [q] [non eſt niſi ex venis, & ex eo quod eſt multæ propinquitatis: quoniam attractio fit in venis] & in eis quæ non ſunt venæ, ſicut humores, qui ſunt in pulmone, qui propter vicinitatem, ad ſtomachum, & inteſtina trahuntur, licèt in venis non vadunt. [r] [Et debes ſcire, quòd attractio, quæ fit per nares ex medicinis ſiccis, eſt] cauſa euacuandi humores a corpore, ſicut fit in hydropiſi.

h B lubricitatẽ.

i B. mundo.

k B. per uias p quas expulſi fuerunt, donec ad inteſtina perueniant, & illic natura mouet.

l † B. ipſi humores.

m † B. Alia litera. ipſam.

n —— B.

o B. quę retineret humorem, tunc eſſet uirtus naturæ expulſiuæ. Alia litera, quę nõ retineret humorem, tunc eſſet naturæ expulſiuæ.

p B. Alia litera. reſiſtẽtiã uirtutis naturalis.

q B. fit quidẽ ex uenis, niſi ſit ex loco multæ propinquitatis: quare fiet attractio ex eo in uenis.

r B. Et debes ſcire ꝙ plurima eorum, quæ ſunt exuccantia ſeu exiccantia ex medicinis ſiccis, ſunt.

ANNOTATIONES.

1 *Oportet vt illius &c. Corpora quum quiſpiam purgare uoluerit, oportet fluida facere 2. aph. propterea q; cum in uomitu, tum in alui ſubductione, paranda ut ſint corpora, author noſter docet, Hippocratem paſſim imitatus. Ac primum quod de uomitu ait, uidetur ex 4. aphoriſm. & lib. de ſalub. diæta deſumptum, ubi eos qui non facilè per ſuperiora purgantur, ad ueratrum eſſe admittendos, ſtatuit pleniori antea cibo & quiete humectatis corporibus. Quod et lib. 3. de diæta confirmat. uomendum eſſe a cibis omnis generis, a bubulis & porcinis carnibus, aut caſeoſis pinguibus, & dulcibus, ab ebrietate, ciborum mutatione, & regionum alteratione aßerens. Idem affirmat Gal. tum com. in citatos Hipp. libros, tum in nuper uulgatis commentarijs in libellum Hipp. eiuſdem de humoribus. Sed & hic controuerſia eſſe videtur, quum 4. eo aph. citato exponens Galen. quinam humectantes ſint cibi; eos eſſe teſtetur, qui nullam fortem obtineant qualitatem, neque acerbam, neque acrem, ſalſam, amaram: quod etiam lib. quos quando, & quib. purg. opor. confirmat. At in lib. de humoribus, ijs qui uomituri ſunt, cauendum ait, ne quibus veſcuntur, aut acerba, aut acida ſint: ſed tum dulciora, tum liquidiora, tum denique acriora. qualia radicula, eruca, uetus ſalſamentum, origanum uiride, & quæ mel miſtum habeant. quare acria hic alimenta probat, quæ alibi improbauit. Sanè (quod ad hanc quęſtionem facit) Gal. lib. aphor. acriora fortaſſe alimenta damnat, ueluti quæ corpora non humectent, ſed exſiccent potius: de quibus propterea verendum eſt, ne uentriculi corpore ſicciori reddito, in ipſo vomendi conatu uenula quępiam rumpatur, ut idem eo in lib. de humoribus commentario notat: eadem tamen acria ſecandæ quæ in ventriculo eſt, materiæ, ſi pręſertim pituitoſa eſt, nec non irritandi, atque ad uomitum impellendi uentriculi gratia, conuenient, Adde quod non ſimpliciter fortè acria in lib. de humoribus conſulit: ſed cum dulcibus vinis, & pinguibus. ac demum acria in ipſo ciendo uomitu conſulit, quod ſemper fieri ſolet: aßumptis tamen antea diſponendi uentriculi gratia, pinguibus & humectantibus qualitatũ omnium fortium expertibus.*

Aphor.

Aph. 3. aph. 22.

a principio.

Comm. 11.

Comm. 13.

2 *Et ſcias &c. Qui bene habent corpore, difficulter purga-*

purgationes ferunt 2.aph. propterea purgationem interdicit Aph 36. et 37. *ijs, qui recta victus ratione utuntur, quod his pauca excrementa gignantur, & sanguinis potus copia accumuletur, quæ aut exercitatione aut frictionibus, & in edia, vt 4. de rat.* com. 19. *vict. in ac. aut sanguinis missione tollenda est.*

3 *Quum autem minutio &c. Magna hic inter medicos est controuersia de præmittenda aut alui solutione aut venæ sectione, vbi utroque auxilio sit opus. Hac tamen in re, si constantes sint vires, si probi sanguinis copia redundet; videtur a venæ sectione esse inchoandum. At si imbecilles fuerint uires, id quod præsertim euenit sanguine aut multũ ab eius natura recedente, aut pauco existente, a purgatione curatio videtur exordienda. Tu pro hac re pete Gal. 5.* cap. 14. et 8. 21. com. 43. et 44. *methodi. 4. de rat. uict. in ac. 3. in 6. de vulg. morb. nec non li*cap. 12. et 14. *bello de sect. ven. & 4. de tuen. valet.*

cap. 4. 4 *Non omnes præterea &c. An a morbi magnitudine indicetur euacuatio, quæstio est non leuis. Gal. . meth. indi*cap. 6. *cari testatur. & Auic. hoc loco confirmat. & scripsisse an*aphor. 19. *tea Hippocrates videtur 4. de ra. vict. in ac. In acutis morbis sanguinem mittendum docens, si morbus uehemens sit, flourueritq́; ægrotanti ætas, & virium robur affuerit. Contra tamen multi morbi magni sunt, in quibus ab euacuatione omni interdicimur; vt hectica est febris. Breuibus soluitur ex Galeni loco citato. Morbi magnitudo propriè euacuationem non indicat, sed magnitudinem præsidij, iuxta Hippoc. sententiam 1. aph. Extremis morbis extrema re*Aph. 6. *media. summa autem præsidia sunt venæ sectio, & purgatio. quare ubi magnus sit morbus, horum alterũ indicatur, non id tamen absolutè atque vniuersim; sed si morbus a materia dependeat. hæc enim morbosa materia uel sui quãtitate morbum facit, uel qualitate. si quantitate, certum est de euacuatione statim iudicari; sin qualitate: huius quoque gratia qualitatis auferenda morbosa materia est, in qua alteranda debitum tempus expectari ob morbi magnitudinem vires continuè oppugnantem non potest. indicatur ergo semper in morbis qui a materia sunt, euacuatio, ubi magni fuerint, quamuis vires, & alia frequenter euacuationi omni reluctentur.*

5 *Hippocrates quoq; inquit &c. Graciles & facile vomentes per superiora purgandos esse, & æstate medicari per* Aph. 4. et 5. *superiora oportere, hyeme per inferiora 4. aph. Hipp. docuit. Idem tamen sibi ipsi dissentire uidetur, quum lib. de sa*Aphor. 15. *lubri diæta (si modo is liber Hippocratis est) sex brunalib. mensibus per vomitiones purgandum præcipiat, quia id tẽpus æstiuo sit pituitosius, & morbi caput tentant, & regionem supra septum transuersum. Huic & Celsus lib. 1. assẽ*Cap 3. *titur, uomitum hyeme vtiliorem esse testatus quam æstate, quòd tunc plus pituitæ & capitis grauitas maior subest. Porrò controuersiam hanc Galenus quoque aduertit commentarijs in eum de salub. diæta librum. aitq́; ipse, si totum purgandum sit corpus, æstate per superiora, & hyeme per inferiora purgari oportere. ac, si ne augeantur humores velis obsistere, per contraria loca esse retrahendum. Hæc Galenus. fortasse quidem id intelligens hyeme per uomitum esse pituitam educendam, quando, si deorsum feratur, in discrimine sit res, ne inferiorem uentrem malo quopiam affectu lædat: æstate uerò retrahendam bilem ad inferiora, quũ ueremur ne, si sursum vergat, superiores partes offendat. vniuersim tamen expurgandi totius corporis gratia pituitosa hyeme per inferna, biliosa æstate per superiora esse deducenda. Sed obijciet hic fortasse quispiam, sit ut pituita in ventriculo redundet hyeme, vel æstate, uel quouis alio tempore, si quo natura uergit per loca conferentia eo ducere o*Aphor. 21. *portet, ex primo aph. nullo certè tempore non per uentriculum expurganda est pituita in ipso affluens. quum alioqui, si a uentriculo ad intestina pituitam hanc reuellas, periculum immineat quocunque id tpe moliris, ne intestina ipsa (præsertim si pituita multa sit) infarcias atq; obstruas. ad hæc tamen dici forte pro Gal. posset, pituitam, quia natura grauior est, facilius pelli ad inferiora, quam sursum. proptereaq́; in toto expurgando corpore esse eam non per uomitũ, (nisi uomitum natura ipsa tentauerit) sed per intestina subducendam. neque enim in solo ipso uentriculo, sed & in visceribus reliquis, atque in solidioribus partibus pituita residet, ita ut aptior sit pro toto purgando corpore per inferiora duci, quam per superiora. At, si bilis in toto corpore non in uentriculo duntaxat affluxerit, (quod æstate euenit) hæc natura leuior facillimè a quacunque corporis particula ad uentriculum impellitur, ut propterea uomitus aptior videatur. Quicquid tamen de Gal. sentiendum sit, quandoquidem ambientis aeris ratione, æstate & multa bilis copia in toto corpore affluit, & partes, quæ uentriculo circunstant, caliditatis externæ ui laxiores sunt, & facilem eductioni viam parantes; hyeme uerò contra ob frigiditatem, quæ circa uentriculum sunt, angustiora euadunt, & motui ac dilatationi ineptiora omnia, quæ & idcirco vomitioni magis reluctantur. propterea videtur (nostra quidem sententia) Hippocrates præceptum rationi consentaneum tradidisse, quum per superiora æstate, per inferiora hyeme euacuandum esse pronunciauit. At uerò, quoniam, si hyemem æstati conferas; ob ambientis aeris frigiditatem coctiones, & quæ in uenis, & quæ in iecinore obeuntur, minus absoluuntur, & ob pluuias præterea constitutiones, atque ob ciborum copiam ac qualitates, quæ (vt testatur Gal. commentario in 1. de natura hum.) pituitosæ sunt, longè maior* Com. 36. *in ventriculo pituitæ copia exuberat quam æstate bilis. idcirco non iniuria & authorem libri de salubri diæta, & cum eo Celsum, uomitum hyeme utiliorem quam æstiuis temporibus censuisse existimamus. Adde & quod æstate ea ratione uomitus periculo non uacat, quod ex eo conatu insignis ad caput spirituum copia ferri consueuit, quibus cum & biliosi humores tenues, ac leues recipi paruo negocio possunt: vt hac quoque ratione uomitus hyeme minus quam æstate detrimenti afferre uideatur.*

6 *Ex humoribus quoque &c. Si humores è uentriculo sint educendi, bilis suapte natura facilius quam cæteri omnes, non per uomitionem dumtaxat, sed & per secessum ob eius tenuem, leuem, & minimè uiscidam substantiam educi solet. minus facilè verò pituita ob crassitudinem & viscidi tatem; ac difficilius omnium atra bilis ob crassam terrestremq́;, qua prædita est substantiam expurgatur. Si tamen horum humorum sedes animaduerteris, certum est si pituita in uentriculo, bilis in iecinore sit, fore, ut non æquè facilè per uomitum bilis eijciatur, ut pituita: quum tamen, si omnes in uentriculo æquè humores sint, bilis primo loco educi soleat. id quod author noster uoluit; etsi quosdam intelligimus in hunc inuehi, & contendere, facilius per uomitum educi pituitam, quam bilem.*

7 *Et febrem quidem &c. Quæstio est an febricitantes vomitu prestet, quam alui solutione curari. Auicennas alui solutionem magis probat. Passim tamen Gal. uomitionem in febribus summè laudat, vnde & primo ad Glauc. tertia*cap. 6. *nas solo vomitu curatas testatur. & Author quoque noster prima quarti de curatione pituitosarum febriũ agens, vomitum commendat, & ferè cæteris presidijs anteponit. Sed soluitur. vbi materia morbum faciens ad ventriculum fertur (quod in tertianis & pituitosis febribus in ipsa præsertim accessione vsu venit) certum est, prestare, si ea uomitione regeratur, quam si alui expurgationem moliamur; quum id naturę opus & studium sit. At, si ad ventriculũ humores non fluant: cauendus est uomitus ob agitationem, & totius corporis conturbationem, cuius causa succendi febris potest multo magis quam antea.*

8 *Scito etiam quod medicina &c. Duplex attractio est, altera*

Altera qua id quod trahit, dum trahit, mouetur: altera qua quod attrahit non mouetur: sed quiescens trahit; prior tractio propriè dicitur, posterior æquiuocè. 7. physi. Rursum æquiuoca hæc tractatio est duplex, Gal. . fac. nat. altera, quæ ratione uacui: altera, quæ qualitatis fit conuenientia: ratione uacui aer in follem attrahitur, ob qualitatum conuenientiam a magnete ferrum. Addit uerò his Gal. 2. de diff. feb. eam, quæ ex calore & dolore: de quibus alias. Sanè, quæ ob qualitatum similitudinem tractio fit; eo ab alijs differt, quæ calore, uacuo, dolore, perficiuntur, quòd hæ omnes promiscuè humores trahunt, qualitatum verò conuenientia non omnes: sed particulatim hic aut ille humor ducitur. Inest autem posterior hæc attrahendi uis ex qualitatum similitudine, purgantibus medicamentis, Gal. 3. facult. nat. 3. simpl. med. & passim alibi testimonio, cui & Auerr. quoque 5. Coll. assentitur, ut errare propterea eos constet, viros alioqui, quos ego maximè veneror, qui Auerroem medicamentis purgantibus tractionem primi generis ascripsisse putant: quum, quanquam is tenues primo loco humores, postea crassos educi aßerit, non tamen præter qualitatum conuenientiam id fieri arbitretur: trahuntur nempe a scammonio, ob qualitatũ similitudinem biliosi humores non pituitosi, ex biliosis tamen antea tenues, postea crassi educuntur. Profectò de purgantium medicamentorum tractione triplicem (vt ego video) hoc in loco Auicennas opinionem refellit. primam, eorum qui hæc uacui ratione, uel aliter quam ob qualitatum similitudinẽ trahere humores existimarunt: alteram eorum, qui eadem non humores quidem ex corpore trahere; sed ipsos gignere, sunt opinati: tertiam illorum, qui inter medicamentum trahens, & humorem tractum substantiæ similitudinem ponunt. Harũ priorem reijcit, quoniam (vt innuit) si caloris, vel uacui ratione traherent; promiscuè humores quosque obuios, præsertim uerò tenues educerent: uidemus tamen nonnunquã crassos relictis tenuibus expurgari, quod agunt medicamenta bilem atram educentia. Secundam eorum sententiam, qui gigni ex medicamentis humores arbitrati sunt, refutat, neque pluribus confutat. videtur verò hac de re Gal. carpere, quasi is idem senserit. Tertiam demum eo improbat, quoniam si similitudo in substantia, tractionis causa esset: ferrum ferro traheretur, & aurum auro. qua in re & a Gal. discrepare uidetur passim purgatoria medicamenta trahere ob substantiæ conuenientiam, pronunciante. Hic locus multos torsit, ut plures authorem nostro Galeno prorsus aduersari profiteantur, & hunc etiam maledictis persequantur. Nos mancum certè, atque corruptum aliquo pacto codicem hoc in loco suspicamur, etsi & Cremonensis, et Mantinus eodem ferè sensu converterint: rectè tamen Auicennam sentire, neque a Gal. discrepare existimamus, si quis odium deponat, quo nostra hac tempestate Arabum libros prosequuntur.

Com. 10. cap. 15.

cap. 11.

cap. 15. Cap. 17. cap. 21.

Ait primo loco purgantia medicamenta ui attractoria ducere, & crassos fortaße humores non autem tenues. hæc uerba, qui expenderit, norit ex Auicennæ sententia insitam trahendi ex electione (ut aiunt) facultatem ineße medicamentis, ex quo eorum sententia reijcitur, qui Asclepiadẽ sequuti ex uacui ratione medic [illegible] *ere sunt opinati. qua in re Galeno assentit* [illegible] *ica. Subdit, illius sententiam, qui gigni* [illegible] *mores docet aberrare. At nonne & hi* [illegible] *odem libello de purg. med. Erasistratu* [illegible] *? Quid ergo de Galeno ait? dicet quis* [illegible] *terat, Galenum idem cum Erasistrato sen*[illegible] *edicamentis, ubi a corpore euicantur, non vin*[illegible] *gi tales humores idem aßerat 3 de simpl. med. facul. quales educunt. Respondet ergo Auicennas, licèt hoc Gal. scripserit, non esse tamen priorem sententiam admittendam. nanque (quãuis fusius rem author non explicet, quòd ex depravatorum potius codicum & interpretum culpa accidiße dixerim) etsi converti quandoque in humorem, quem attrahunt medicamenta, Galenus confitetur, ut loco iam citato apertè videre est, non semper tamen id fieri admittit: præsertimq́, quum soluunt, id quod Erasistratæi crediderunt. atque hoc pacto neque hac in re a Gal. dissentit. Addit verò præterea non esse inter attrahens & attractum humorem substantiæ similitudinem: ut sentire Gale. uidetur. Verùm paucis neque hic ab illo planè discrepat. Quum enim bifariam similitudo in substantia intelligi poßit, de exacta similitudine, ac de non exacta, negat Gal. 3. simpl. med. attractionem medicamentorum fieri ob exactam similitudinem, quam identitatem queas appellare: ita enim & ferrum ferro traheretur. (ait ipse, quod & Auicennas) admittit tamen non exactã similitudinem, quæ licèt inter hanc & illam sit substantiã; verius tamen, & rectius similitudo qualitatum vocetur, vt eam nuncupat Gal. . fac. nat. quàm conuenientia substantiæ. Refutat ergo author noster merito, atque eruditè admodum, substantiæ conuenientiam tractionis medicamẽtorum causam esse, quum non substantiarum: sed qualitatum cõuenientia ea sit, vt ex Gal. eo 3. fac. nat. colligere est.*

cap. 1. cap. 2. & 3.

cap. 24.

cap. 25.

cap. 15.

In sermone purgationis ventris & regulis eius. Cap. 5.

IAm in præcedenti sermone ostẽdimus, quomodo sit corpus præparandum ad recipiẽdum id, quod ventrem soluit, antequam purgetur cum amplificatione pororum, & lenificatione naturæ, & propriè in ægritudinibus frigidis, & ad summum, naturam mollificare antequam venter soluatur, est competens regula, in qua existit securitas nisi in eo qui [a] [cholericæ passioni] valde est aptus: ex hoc nanque nihil isti est faciendũ, quoniam esset cã superfluitatis, q̃ ei accidet. Solutorio nanq; ventris alicuius talis, qualis est iste, res admiscẽda est, in qua sit virtus vomitiua, ne properet descendere de stomacho, antequam suam pficiat opationem: immò q̃uentur in ipso duarum medicinarum virtutes, & pficiat ventris solutiua operationem suã, & vomitiua suam è conuerso illius. Trauli quoque sunt ex eis, qui [b] [cholericæ passioni] sunt apparati: fortem igitur non tolerant medicinam ipsarum tamen plurimi [c] [cholericam] incurrunt passionem, ex rheumatismis suorum capitum. Ex cã præterea timorosa est, ut medicina ventris solutiua sumatur fæce in intestinis existente sicca, immò expellenda est, saltem cũ clysteri, aut iure [d] [mollificatiuo.] [2] Balneum quoque ingredi antequam ventris solutio fiat aliquantis diebus, est ex eis quæ [e] † [ ] bene pręparant, nisi aliquid prohibuerit: & oportet quidem vt inter balneum, & haustum medicinę paruum interueniat tempus, post medicinam quoque non ingrediatur quis balneum: quoniam trahit materiam ad exteriora: & neq; est bonum nisi ad uentrem constringendum, præterquam in hyeme, quia non est timẽdum primam balnei casam ingredi tali modo, ne calor sit vllo modo impediens ad attrahendum, sed sit ad mollificandum. Et ad vltimum oportet vt aer illius, qui pharmaciam bibit, sit calidi tatis paucæ, ne sudorem faciat, neque [f] [turbationem,] quoniã hoc est ex pparatorijs. Fricatio quoque, & oleis inũgi, est similiter ex præparatorijs. Quum autem aliquis medicinæ assuetus

a B diarriæ.

b B. diariæ.

c B. diariam.

d B. solutiuo.

e † B. subtilians &.

f B. angustiam.

suetus non est,neque eam bibit, melius est me
dico, sibi caueat, ne uentris solutiua violentas
uirtutes habentia,ei tribuat. [[g] Fastidium verò
habentibus] & humores uiscosos, & in hypo-
chōdrijs tēsionem, aut qui in suis interioribus
habet inflammationem,aut oppilationes ; non
est dandum aliquid, donec ista rectificent nu-
trientibus mollificantibus , & balneo , & re-
quie , & dimissione eius quod mouet, & eius
quod inflammat. Illis uero qui stantes bi-
bunt aquas, & habentibus splenes, fortes me-
dicinæ sunt necessariæ.[4]Quumque aliquis medi
cinam uentris solutiuam biberit:melius erit ei,
si medicina fuerit fortis,ut super eam dormiat,
antequam operetur,quoniam operabitur meli
us: & si debilis fuerit,melius erit ei , ne super eā
dormiat:quoniam natura digeret medicinam.
Quum autem medicina operari cœperit , me-
lius erit ei, ne sup eā dormiat quocūque modo
fuerit. Amplius, quum aliquis medicinam bi
bit,non illico super eam se mouere debet: sed
debet super eam quiescere, ut ipsam natura cir
cundet,& in eam operetur:quoniam,nisi natu
ra in ipsam operata fuerit,non operabitur ipsa
in naturam. Odores quoque nauseam prohibē
tes olfacere debet,sicut est odor mentæ , & ru-
tę, & apij, & cydoniorum,& † boli corasceni
aqua rosacea,& pauco aceto aspersi:& si ex odo
re medicinę quis exterritur;quum medicinam
bibit,nares constringat,& qui medicinā abhor
ret;debet masticare parum ex † tarchon,ideo ut
sui oris vel odoris uirtus stupida fiat. quòd si
vomere timuerit, extremitates constringat: &
quum ipsam biberit, desuper rem stypticam bi
bat.Medici præterea pilulas quas ei daturi sunt,
quandoque in melle uoluunt, & quandoq; su
per eas proijciunt mel coctum, aut zuccarum
coctum,donec eis inde faciunt tunicam. Ex eo
quoque, quod est ingenium utile, est ut super
eas ponatur cera cum pauco oleo mollificata :
& ex eo,quod est magis conueniens ingenium
est,ut os aqua,aut alia re impleatur:deinde pilu
læ sicut sunt;bibantur super ipsam. aut quæ ali
quo horum ingēiorum aptatę fuerit; transglu
tientur itaq; omnes ita,quòd medicinæ] [h] [o-
peratio] non cognoscetur.Et oportet ut apoze
ma tepidum bibatur,& pilulæ cum aqua tepida
sumantur.Frigidi præterea stomachus & pedes
calefaciendi sunt. Quumque ipsius anima seda
ta fuerit,ambulet,& moueatur paulatim:quoni
am motus hic est iuuatiuus. Et interpositione
horarum ex aqua calida tātum bibat, quòd me
dicinam non [i] [liquefaciat,] & expellat ipsam,
& eius debilitet uirtutem ; nisi fuerit ut hora,
quando necesse est, ut uentris stringatur solu
tio. In potu quoque aquæ calidę,malitiæ medi
cinę existit debilitatio.[5]Qui autem medicinam
bibere uoluerit,calidæ exitēs complexionis, &
debilis compositionis, & debilis stomachi: erit
ei melius ut eam bibat, postquam prius biberit
aliquid,quod sit sicut aqua hordei, aut succus
granati;aut,ut uniuersaliter dicam, quum sto
machus receperit nutriens subtile,& leue : sed
qui non ita fuerit;erit ei melius, ut eā ieiunus
bibat.Plurimi pręterea,quibus datur medicina
uētris solutiua in ęstate, ex ea perueniunt ad fe
brem. Oportet ergo ne medicinæ potator co-

g B. Nauseatiuam verò habētib. satietatem.

† Mant. terræ lemnię.

† Planta est de qua secundo libro meminit. aliqui pyrethrū existimant. notat & Mant.

h B. impressio.

i B. soluat.

medat,uel bibat, donec medicina suam perfece
rit operationem;neque etiam quandiu medici
na opatur,dormiat,nisi uoluntas affuerit ,ut re
stringatur. Quòd si ipsius stomachus non tole
rauerit ne comedat , propterea ꝙ stomachus
eius est cholericus, & cito [k] [descendit] ad ip
sum cholera, aut propterea quòd a comestio
ne uehementer abstinuit,& famem tolerauerit,
detur ei parum panis infusi pauco uino super
medicinam , antequam uēter soluatur,quoniā
hoc est ex eo,quod medicinā fortasse adiuuat.
Oportet præterea ne anus aqua frigida lauetur
sed cum calida , Quidam etiam dixerunt,quòd
pilulę,quę sunt cum apozematibus dandę,sunt
dandæ cum apozematibus,quę sunt cum eis ho
mogenea. Pilulæ nanq; quę choleram expellūt
rubeam,cum apozemate dandę sunt alicuius ,
quod sit,uerbi gratia, sicut fumus terræ,& quę
melancholiam euacuant:cum apozemate alicu
ius.quod si sicut epithymum,aut polypodium,
aut his simile,& quæ phlegma expellunt: cum a
pozemate alicuius,quod sit sicut centaurea.Qu
um autē euacuare uolueris corpus siccum , car
nem habens duram, medicina forti,sicut elle-
boro,& his similibus, uehementer stude in hu
mectando ipsum nutrientibus unctuosis, & ad
ultimum,quum fortes medicinę multi sunt ti
moris;tales uidelicet,qualis est elleborus, quo-
niam in corpore mundo efficit spasmum,& re
pleti corporis commouet humiditatem motu
[l][turbido,] & ad intestina trahit illud,quod ei
difficile est expellere,& tithymali uenenosi , si-
cut † laureola & pityusa,& earum impedimen
tum,quum superant,remouet † lac acidum. [m]
† [[illegible]] amplius medicina multoties suum
odorem in stomacho dimittit: est ergo sicut si
medicina ibi remaneret:cuius medicamen est [n]
[† aqua hordei, quę ipsum lauat: quæ quidem
melior existit eorum,quæ in potu sumuntur,&
medicina operari non cœperit , [o] [si alleuiatio
fieri] & ut nihil moueatur. fiat ; quòd si quid
fueri timoris, melius erit ut hydromel traijciat,
aut eius syrupum,aut aquam,in qua nitrum re
solutū fuerit:aut subijciatur ei collyrium : aut
fiat ei clystere . Ex causis uerò,propter quas me
dicina non operatur ; est canalium coangusta-
tio de natura, aut propter complexionem ;
aut propter ęgritudinis uicinitatem:in habenti
bus enim paralysim.aut apoplexiā, medicinarū
uię ad suas materias coangustantur. Accidit er [p]
go ut difficile sit facere quatenus uenter eis
[currat.] Duas pterea medicinas uentrē soluen
tes in una die coniungere,est timorosum,& est
extra rectitudinem.Omnis quoq; medicina ,
quū alicui humori est propria : quum ipsum
non inuenit, perturbat:et uentrem cū difficul
tate [q] [facit] et similiter , si ipsum in suo cōtra
rio infusum i[illegible] Omnis pręterea medici
na humor[illegible]extrahit,qui est ei pro-
prius:dei[illegible]t post ipsum in multi-
tudine,e[illegible]liquos secundum hū c
ordinen[illegible]nem : quoniam natura
vsque ad[illegible]am retinet et recondit .
Humore[illegible]longinquo attrahere est diffi
cile.Amplius quum timor affuerit, ne nausea ,
aut [syncopis] alicui accidat, postquam medi
cinam biberit.oportebit fieri, ut antequam me
dicinam

k B. effundi[illegible]

l B. inducēte pro- uocationem.

† mezereon, s[illegible] cebran.

† raib.

m † B. constri[illegible] gi.

n B. sauich uel suich hordei,p- pter eius ablu- tionem, quod quidem est me- lius seu conue- nientius, quàm alij suffus.

Alia litera. sa- uich vel suich hordei ablui, quod quidē est melius seu cōue nientius, q̄ alij suffiat.

† farina hordei Mant.

o B. si fieri po terit,vt fiat alle uiatio seu, ut le uiter, pcedatur

p B. soluatur.

q B. soluit.

dicinam bibat, tribus diebus, aut duobus cum aqua raphani uomat, & vt raphanum comedat. Oportet præterea ne multum salis sit in cibis eius; qui medicinam vult bibere. Multoties quoque ex haustu medicinæ perueniutur ad nauseam, & angustiam, & syncopim, & tremorem cordis, & ventris mordicationem, & propriè quum solutionem non fecerit, aut [s] [sudorem,] multoties præterea est nobis necessarium, vt eum faciamus vomere, & multoties excusat nos ab hoc dare ei [t] [retentiua,] & facere, vt aquam hordei bibat, [u] [quatenus venter soluatur, & medicinæ malitia remoueatur,& quod intestinis retẽtũ fuit,lauetur.] Ille verò,cuius complexio fuerit frigida,& sup alios humores habuerit phlegma superabundans, debet sumere post medicinam, & ipsius operationem, nasturtium aqua calida ablutum cum oleo. Et qui calidę fuerit complexionis, psyllium bibat cum aqua frigida,& oleo uiolaceo,& zuccarum† albũ,aut iuleb.Et ille quidem,qui temperatę est complexionis,semen lini. Ei autem,qui excoriationem timuerit intestinorum,bolus armenus cum succo granati detur.Sumere etiam debet quicquid diximus post [x] [fluxum ventris,] & si non ipsũ retinebit.Omni prẽterea pharmaciam bibenti, cui postea aduenit febris; melior est aqua hordei.Syrupus verò acetosus,est excoriatiuus,& ideo tardandus est usque ad duos dies,aut tres, donec in intestinis uirtus sua redeat.Ille quoq; qui medicinam bibit,secunda die est balneum intraturus. Et si ex humoribus ipsius aliquid fuerit relictum,balneum ipsum mundare poterit.Nam si videris,quòd balneum sit ei sapidũ, & in ipso delectetur,erit hoc signum quòd balneum ipsum ab eo,quod relictum est, mundificat,ipsum ergo in eo dimitte. quòd si inueneris, quòd in ipso non delectetur, immo in eo æstuationem patiatur,expelle eum.Scias præterea quòd ei,qui intestinorum patitur debilitatem,plerunque ex medicinis uentrem soluentibus aduenit uentris solutio fortis,& prolongabitur ei res, & multis indigebit medicinis,donec retineatur,in senibus etiam similiter timetur ex uentris solutione,ipsius nocumentũ. Et scito quòd ex potu [y] [† uini] post medicinas ventris solutiuas ad febres peruenitur, & ad æstuationem. Post solutionem quoque uentris, & minutionem, multoties in hepate aduenit dolor,quem aquę calidę potus remouet.Et scito quod tempus, quo maior canis ascendit, & hora,qua niues super montes quiescunt, [z] [& hora frigoris fortis;] non est tempus sumendi medicinam. Medicina.n. in uere aũt autumno est bibenda. [a] [Et uer quidem est, quum niues de montibus cadunt. Et post ver quidem venit æstas,in qua non est sumenda nisi res subtilis: Autumnus uerò est ueri contrarius,] Amplius naturæ non est facienda consuetudo bibendi medicinam,cum qua necesse sit mollificare vẽtrem:quia fiet consuetudinaria. & hoc habens ad impedimentum mali finis perueniet. Vnũquemque etiam,qui fuerit siccæ complexionis deijcit fortis medicina. Oporret præterea vt super debilem medicinam ex motu minuatur:nec eius virtus resoluatur.Ex medicinis quoq; debilibus benedictis sunt violę cum zuccaro.Et iste cui in hyeme necessariũ fuerit medicinam bibere:ventum obseruet meridionalem.Et in ęstate dixerunt quidam eorum,èconuerso, & hoc quidem diuisionem habet. Aeger quum debili indiguerit solutione, & non operabitur: non magis moueatur, sed dimittatur. [b] Ægritudo quoque multoties ebullire facit uentris solutionem,] & accidit febris:& est,quum minutio sufficit.

s B. fuerit impediens.

t B. styptica.

u B. post solutionem uentris expellit malitiã solutiuæ medicinæ,& lauat ꝙ in meatib. seu in intestinis retentum fuerit. Alia litera. & lauat quod transeũdo in meatib. adhærens fuerit.

† tabarzet.

x B. solutionẽ ventris.

y B. nebit.

† Mant. aquam fructuum uertit

z B. & tempus frigoris quo niues firmantur uel cadunt in montibus.

a B. Et uer quidem est tẽpus antecedens æstatem. Et in ipso uere non est sumenda nisi res subtilis,sed autumnus est hora conueniens.

b B. Et multoties solutio ventris commouet seu ebullire facit sanguinem.

ANNOTATIONES.

1 *Et ad summum.Quòd paranda sint corpora, vbi soluẽda est aluus.Hipp.2.aph.docet.quomodo autem id agendũ sit,uidetur idem explicare 7.aph. dicens corpora ubi quis purgare uoluerit,oportet fluida facere,et si supra uelis fluida facere,sistere aluum;si uerò infra,humectare.ita,ut quo ad aluum solummodo & uias præparationem hanc uideatur intelligere.Gal.tamen 2.aph.non ad uias solùm,sed et humores referendum putat,ueriorémq; propterea sententiã esse,quæ in 2.aphor.libro est,quam quæ in 7.scibitur. Excipit ab hac præparatione hic author eos qui cholerę morbo parati sunt,ut antiqui codices legunt,& ut Mantinus,eos generatim,qui fluxui sunt obnoxij. His enim,ubi purgandi sint,non alio apparatu opus est,immò soluentibus per aluum medicamentis uomitorio immiscenda esse ait, cohibẽdi uidelicet humorum ad intestina fluxus gratia, de qua sanè re Græcorum nullus meminit,quos ego uiderim,uno fortè excepto Hippocrate,is enim 5.uulg.mor.de quodam loquens qui Athenis cholera correptus est,cui sisti neque uomitus,neque alui secessus porterat. Hic (ait) ueratrum in lentium succo bibit,& alterum lentium succum insuper bibit quantum potuit,& postea uomuit, & coacta sunt, ac astricta ipsi ambo,uomitus.s.& secessus.Quòd autem elleborus & lentium succus uim habeant, ille quidem uomitoriam,hic subductoriam,non est,ut hic fusius a nobis ostendatur. Excipit rursum hic author balbutientes, quod & Hipp.6.aph.sunt enim hi satis suapte naturæ subducendæ aluo parati:Subdit deinceps(id quod ad corporum quoque preparationem facit) aluos ubi siccæ fuerint, & excrementa ijs sicciora inerint, esse clystere molliendas, pro qua re uide & Galenum lib.quos.quando & quibus purg. oporteat.*

Aph. 9. Aph. 72. com.6. Aph.32.

2 *Balneum quoque &c.Balneas inter ea recenset, quibus purgatione corpora parantur.de quibus sanè non parua est difficultas,quum Hipp. 3.de rat.vict.in ac. balneas interdicat ijs,qui aluum tum nimis fluidam,tum astrictiorẽ habent. quum & Gal. eodem 3. de rat.uic.in ac. & alibi balneum non nisi euacuatis corporib.concedat.Adde quòd ut ex eodem Gal.ibidem colligere est, balneum in corporis superficiem educendos per aluum humores trahit,qui ad intestina erant reuocandi.unde.& 7.de comp.med.per loc.alui profluuium sistere adnotauit.Sanè Hip.5.in 9.de uulg. morb.celerioris purgationis gratia balneas cõsulit. ueratrũ (dicens) epotum.si celerius purgare uis,lauare,aut cibum sumere oportet,quam sententiam perpendens Gal.ex communi illo desumptã præcepto asserit, qua, corpora ubi quis purgare uelit, fluida esse facienda statuerat,& humectanda,& balneum eo nomine probat, quod humores fundat, membra uerò,si quæ contenta duraq; fuerint,relaxet. Unde,sicut Hip.in ijs quib.secanda est uena,si sanguis crassior fuerit,in ijs prius lotis uenam rescindi alibi iubet,ita & in expurgandis lotiones pręcipere ait, ut celerius simul ac minus molestè purgatio fiat. Quare, & eam sententiam amplificat, qua quarto libro aph. corpora ad ueratrum ad-*

tex.59. com.62. cap.1. Aph.29. Aph.13.

admittenda humectanda cum cibis & quiete docuerat: putatq; & balneas ad eandem rem conducere. Ex Hipp. ergo author noster propositam sententiam desumpsit. At obijcies statim senem de uomitu loqui, non de alui subductione. Fatemur id quidem nos. extendit tamen eandem Gal. etiã ad inferiorem purgationem, cui & aßentitur ratio: si etenim (id quod diligentißimus Paternus vidit) id de ueratro in 6. vulg. morb. præceptum, ut Gal. ait, in generalissima ea lege complectitur, quam 2. aph. tradidit: amplecti uniuersalem hanc regulam particulare illud necesse est. neq; propterea, quod de balneis hic præcipitur, uomitioni duntaxat, verũ & inferiori purgationi conuenire. Cæterum, quid, de priori dubitatione statuendum est, quum Gale. balneas modo probet, modo improbet? Difficilis profecto hic locus est, quẽ enodandum suscipimus. Dici nihilominus fortasse poterit, & si Auic. balneum ante purgationẽ præcipit, non absolutè tamen ipsum euacuationi omni præposuisse. quin arbitrãdum est, absolute huic purgationi alias euacuationes esse præmissas. naturamq; leuibus antea euacuationibus huic magnæ futuræ purgationi consucuisse, vt superiori capite faciendum esse author admonuerat, & in vomitione & in alui solutione. non ergo ante euacuationem omnem, sed post leues euacuationes, & ante validam purgationem balneas author noster suadet. At verò si balneo purgationis gratia vti licèt, quo nam tempore ipso utẽdum est? Auicennas ait per aliquot dies ante medicamenti assumptionem: ita tamẽ, ut inter balneas & pharmacum exiguum intersit interuallum. At Hipp. de ijs ante pharmacum lotionibus nihil meminit, sed post assumptum medicamentum consulit sententia a nobis superiori loco citata ex 6. uul. morb. sect. . . cuius Aphor.29. *tamen cõtrarium Auic. statuit post hæc statim uerba. Magnæ profectò & hic dubitationis est locus. Dici tamen ex Gal. licebit, in eiusdem loci commentarijs, balnearum vsum ante medicamentũ per aliquot dies conuenire. At post assumptum etiam pharmacum, licere illico balneas ingredi, ut Hip. intellexiße Gal. putat, antequam purgatio iam cœperit, & si neque mox inceptura sit. Author verò noster negat ab assumpto medicamento balneas, vbi purgatio aut cœperit, aut propè incœptura fuerit. Sed contrariam rursus obiri actionem dices, quum balneæ ad superficiem humores trahant (id quod priori loco obiectum fuerat) Ad hoc fatemur id non inuiti, si tunc lotiones fiant quum purgatio iam cœpit. non tamen si antea, quod & Gale. ibidem denotauit.*

3 *Illis verò qui stantes &c. Qui stagnantes, & lacustres aquas bibunt, magnos semper splenes & duros uentres* Cap.3. *habeant neceße est, ut & Hipp. lib. de loc. aer. & aqu. notat. splen verò forti egere medicamento, ut expurgetur, te-* cap.5. Cap.15. *statur Gal. & 2. ad Glauc. & 4. de usu par. & alibi. crassis enim humoribus hic affluit, qui non leui pharmaco educi poßunt.*

4 *Quumq; aliquis medicinam &c. Dormiendum a forti* cap.6. *medicamento iubet, uigilandum uerò a leui. At Paulus li. 7. a somno, quoad absoluta in totum purgatio fuerit, præcipit abstinendum. Hic non ignoramus quosdam magni nominis uiros semper a sumptis medicamentis dormiendum eße arbitrari, quòd per somnũ expurgandi humores ad uentriculum trahuntur. ꝙ medicamentum in halitus dißoluitur, qui per uenas ad trahenda excrementa feruntur. quòd per somnum utile ab inutili segregatur, & coctio quædam fit. quod demum uires (ut aiunt) corporis una cum medicamento maiori impetu ad id consurgunt expellendum, quod noxium est. Quę tamen rationes non multi certè momẽti esse uidentur. quum per somnum concoquatur potius medicamẽtum: & innato uiscerum calore, qui per id tempus amplificatur, superante, eius uires imminui oporteat. quum eo etiam (quod aßerunt) conceßo, quòd in halitus pharmacũ dissoluatur, concurrentibus (ut per somnum fit) ad interiora cum calore spiritibus, perferri ij per uniuersum corpus nequeant. quum item segregatio eius quod utile est ab inutili per uigilias fiat non per somnum, docente Hippo. somnum concoquere, uigilias aũt digerere. & coctio medicamento obsit, non auxilietur, eo enim ab alimentis medicamenta differunt, ꝙ hæc naturę actiones superant: alimenta uero a natura & coquuntur & superantur. ita, ut & illud dictu absurdum sit per somnum uires una cum medicamento, maiori impetu ad illud excernendum aggredi quod noxiũ est. quando segregatio atq; omnis demum naturæ expulsio (ijs forte exceptis, quę per insensilem perspiratum ac sudores fiunt) ualentius per uigilias obeatur, quam per somnum. Quamobrem non iniuria Paulus eße uigilãdum ab assumptis medicamentis iubet. quum enim exactum, & certum temporis spatium ignoremus, quo (id quod potest emolumẽti ex somno aduenire) ad actum (vt dici solet) ipsum pharmacum perducatur; tutius est vigilare, quàm manifesto se periculo exponere, ne medicamentum concoquatur, & eius vires dißoluantur. quamuis multum alioqui somnus conduceret, si tantus ferè esset, quantus ad medicamentum ad actum perducendum sufficeret. ita, ut Auicennæ quidem consilium optimum sit, Pauli verò tutius.*

5 *Qui autem medicinam &c. Medicamenta ieiuno & concoctione obita esse exhibenda iubet Paulus libr. 7.* cap. 6. *Noster tamẽ author corporib. calido temperamento, imbecilli constitutione, & ventriculo imbecilli, aut potum, aut ẽt alimentum ante medicamentum concedit. non sane pleniorem (ut nostra tempestate multi qui ab ipsa statim cœna catapotia exhibent) sed tenuem uel potum uel cibum. de qua tamen re Græci (quod ego uiderim) ne uerbum quidem. Subiungit deinceps sumpto pharmaco a cibo & potu ad absolutam usque purgationem esse abstinendum. id quod sanè & Paulus libr. . . Excipit tamen si quos inedia* cap.6. *cruciet. Et si uerò Gal. assumptis ijs, quæ aluum subducunt, dimidia post hora, prandium consulit. & post purgatoria etiamnum medicamenta, lib. quos, quando & quib. purg. op. Hippocratis exemplo 2. de rat. uic. in ac. sorbitionem ex hor-* aphor.13. *dei cremore propinat; id tamen abstersionis, non nutritionis gratia. quod tamẽ diligentißimus Auic. notat, neque id quidem iniuria, nempe sit ut biliosus quispiam assũpto pharmaco, aut ob inediam, aut ob biliosorum excrementorũ confluxum ad uentriculum, linqui animo paratus sit, commodissimum (nostra sententia) consilium est, quod in animi deliquijs fieri solet, cibi exhibitione aut potus symptomata ea, quæ sequi ad hæc poßunt, anteuertere. quod quidem tenuiori ac pauciori seu cibo, seu potu fieri debet, non pleno, ut nostra tempestate multi, omnibus, & quouis tempore quemcunque cibum, & quantumcunque promiscuè offerentes. Et si ergo Paulus & ante, & post medicamentum cibo potu somnoq; abstinendum iubet; licebit tamen, Auicẽnæ monitu, symptomatum aliquorum ratione id consilij immutare.*

De superfluitate medicinæ uentrem soluentis, & de horæ constringenndi eam. Cap. 6.

EX significationibus, quib. cognoscitur hora, qua est catharticum cõstringendum, est sitis. Quum ergo ventris solutio pseuerauerit, & sitis non acciderit; non erit timendum, ꝙ superfluitas peruenerit. Veruntamen sitis quãdoque accidit, & non propter multitudinem solutionis ventris, neque propter eius superfluitatem: immo propter causam dispositionis stomachi, quoniam si fuerit calidus, aut siccus, aut vtrunque, aut in talibus, quales sũt causæ huiusmodi,

iusmodi:non est longinquum,quin faciat cito sitim:aut propter causam dispositionis medicinę, quum fuerit calida pungitiua:aut propter causam materiei in se ipsa:quoniam,quũ fuerit calida,sicut cholera,aut in talibus, quales sunt causę huiusmodi:non erit longè, quin festina veniat sitis:[a] [& si cum hoc] harum rerum accidit contrarium;non erit longe,quin penitus sitis cum tarditate veniat. Quum ergo videris, ꝙ sitis iam superfluit; & quòd ventris solutio non sit pauca,constringe: & præcipue, quum causæ festinationis sitis,& velocitatis ipsius,nõ fuerint in uentæ: quoniam in huiusmodi non debes tardare constrictionem:quum sitis apparuerit. Quandoque etiam exitus eius,quod egreditur.est demonstratiuus horę constringendi.Qui enim choleram expellit rubeam, quum viderit quòd iam peruenitur ad phlegma; sciat quòd iam medicina superfluè operatur: & quãto magis si ad choleram peruenitur nigram? sanguis verò maioris est timoris, & deterioris periculi. Et si cui,propter medicinam mordicatio superuenerit; considerandum erit illud quod in capit. de mordicatione [b] † [ ] diximus.

a B. sicut quando. Alia litera. sicut quando accidit harũ causarum contrariũ.

b † B. uentris & eius punctura.

A N N O T A T I O N E S.

Aph.19.

Sitim Hippocrates 4.aph.inter absolutæ euacuationis indicia reponit, quæ quidem res, quomodo intelligenda sit, Gal.ibidem explicat. Quod uerò de indicio ab excrementis sumpto subiungit, primum Hipp.1.de natura hum.post uerò fusius Gal.notauit 1.de elem.& 2.necnon 3.de simpl. med. fac.

cap.3. Cap.4. cap.26.

De modo succurrendi dispositioni eius,in quo superfluit ventris purgatio. Cap. 7.

INanitio] [a] superfluit aut propter venarũ debilitatem;aut propter orificiorum ipsarum amplitudinem;aut propterea quòd pharmacia earum pungit orificia:aut propterea quòd ex ea complexionis malitia corpori acquisita fuerit, [b] [aut ex ea,quæ est sicut ipsa.]Quum ergo ventris purgatio superfluit: liga extrema superius, & inferius,incipiens ab ascellis & inguinib. descendendo ab eis:[c] † [ ] & in potu parum theriacæ,aut philonij tribue:& si poteris: fac ipsum sudare in balneo, aut vapore aquæ calidæ sub pannis suis,capite exterius tracto.[d] [quumque multum sudauerit: constrictiua ad potandum da ei;& fricetur.]Et fiant ei [e] [epithemata ex rebus] bene redolentibus, ex aqua myrtorum,& sandalis,& cãphora;& succo fructuũ. Membra præterea ipsius extrinseca fricare debes,& calefacere ventosis cum igne sub [f] [hypocondrijs prius positis]& inter spatulas ipsius. Quòd si tibi necesse fuerit stomacho ipsius, & intestinis superponere emplastra ex hordeo fracto,[g] † [ ] & aquis stypticis; fac similiter ex oleis, oleo de cydonijs, & oleo de mastice. Ipse præterea ab aere frigido est separandus; quoniam [h] [premit eum,& ipsum resoluit vẽtrem:& ab aere calido:quoniam ipsius laxat virtutem.Confortari quoque debet ex rebus bene redolentibus, & ex stypticis ad traijciendum ei dandum,& ex † tortellis in vino suauiter redolente. Oportet tamen vt sint calida, & vt panis cum succo granati iam præcesserit,& similiter [i] [† genera cibariorum ex farina hordei torrefacti confectorum] & cortices papaueris albi triti. Ex eo quoque expertum est vt grana nasturtij pondere trium.ʒ.sumantur,& torrefiãt; deinde in † lacte acido coquantur,donec coagulentur;& ad bibendum tribuatur:est nanque vltimum in bonitate. oportet præterea vt eius nutriẽs sit stypticum infrigidatum cum niue, quale est,quod fit ex succo vuæ acerbæ, & sibi similibus;ex eo etiam,quod in retinendo solutionem iuuat,est,vt vomitus prouocetur cum aqua calida;& eius etiam extrema in ea mittantur,& non infrigides ea. [k] [Quum autem alicui eorum syncopis superuenerit;da ei uinum ad potandum;] & si hoc totum non contulerit,tribue ei in fine rei narcotica,& medicamẽta fortia nota;quę sunt in capitulo de prohibitione fluxus ventris.Medico verò est vtilius, vt prçuisor existat in prçparãdo trochiscos,& pulueres ponticos, antequam sit hora,vt etiam sit præuisor in enematibus, & ipsorum instrumentis.

a B. Solutio uentris.

b B. aut ex eo quod currit cursu eius.

c † B. ambobus.

d B Alia litera. quumq; multũ sudauerit fricetur & dentur ei in potu constrictiua.

e B. odoramenta ex aquis.

f B costis appositis.

g † B. torrefacto.

h B. exprimit & soluit uentrem ipsius.

† exsiccato pane,quem nos biscoctum uocamus. Mant.

i B. species sauich.

† asauguicha.

† adoch.

K B. quãuis eis accidat syncopis verbi gratia, & prohibe eos a uino.

A N N O T A T I O N E S.

Cap.26.

Superpurgationis causas easdem Gale. recenset 3.simp. med. quas hic author. Illi quo ingenio sit occurrẽdum, Gal. 1.ad Glauc.docuit,& Paulus libr. 7.elegantissimè descripsit.Controuersia tamen hic de balneis est, quum Paulus ubi purgatio maior fiat,cutis perfrictionem,& lotionem ex aqua calida præcipiat,quod & hoc loco Auicennas. At Hipp.3.de rat.vict.in ac.balneas & fluente, & astricta aluo interdicat,quod & Gal.ibidem confirmat.Ad hanc dirimendam litem (quamuis neque hoc certe contenderim) dici fortè posset,ubi excrementis corpus redundet, atque aluus suaptè natura fluat,non esse balneis cohibendam fluxionem,quòd hę ad corpus uniuersum ea excrementa reuellant;atque hac occasione detrimentum afferant. At ex purgato iam satis per medicamentum corpore, & eductis excrementis,reuellitur sanè materia fluens ad intestina in uniuersum corpus,sed ea utilis & tuendæ uitæ necessaria, quam contineri,non excerni oportet.ita,ut Hip. de fluentibus excrementis:Paulus uerò & Auic. de humoribus ad uitam necessarijs uerba faciant.

cap.14. Cap.7.

Text. 59.

De eo, qui bibit medicinam,& non solutus fuerit. Cap. 8.

QVum pharmacia solutionem nõ fecerit, & fecerit mordicationem ventris, & angustiam in ipso,& qui sumpsit ipsam,æstuauerit,& scotomabitur, & dolebit caput, & patietur halices,& oscitationes;succurrere debes cũ enemate, & collyrijs[a][siccis;] & ipse quidem bibat masticis[b][ʒ.ij.]in aquatepida.Medicina quoque quandoque operatur propter stypticorum bibitionem,& comestionem talium qualia sũt cydonia, & maciana; propterea ꝙ os stomachi comprimunt,& quod sub eo existit, & propterea quod nauseam sedant, & medicinam a suo motu,qui est ad superiora,violenter ad partem mouent inferiorem, & propterea ꝙ [c] [naturę vim inferũt.] Quod si enema nõ iuuerit,& mala supuenerint accidẽtia, extẽsiõis corporis,& oculi exierint extra,& fuerit motus ad supiora ne-

a B. notis.

b B. tres carmexat uel garmas.

c B. confortans naturam.

necessaria erit minutio. Et quum medicina vẽtrem non soluerit, & mala eam nõ sequuta fuerint accidentia: melius etiam erit, vt ipsam consequatur minutio, saltẽ post duos dies, àut tres: nam si hoc factum fuerit: timẽdum est in ipso, ne humores ad vnum principalium membrorum moueantur.

ANNOTATIONES.

cap. 6. *Sunt hæc ex Paulo præsertim desumpta lib. 7. De eo autem quod de mastices, & astringentium ciborum ac potionum assumptione consulit, habes pulchram ex Gal. historiã* cap. 23 *2. de alim. facul. quam tu vide.*

De dispositionibus medicinarum ventrem soluentium. Cap. 9.

MEdicinarum ventrem soluentium quedã sunt, quarum malignitas magna est, sicut elleborus niger & turbith, quum nõ fuerit [a] † [ ] bonum, immò fuerit ex genere ipsius, quod est citrinum: & agaricum, quod non fuerit album, & purum, immò nigredini attinuerit: & sicut laureola. & quia res istę malę sũt tunc si bibitæ fuerint, & mala inde accidentia prouenerint: melius erit vt medicina a corpore expellatur, quanto plus possibile fuerit, vomitu, aut [b] [purgatione:] & medicetur cum theriaca. Multarum præterea earum remouetur malitia, & conturbatio, quam faciunt animę: dãdo in potu aquam vehementer frigidam, & sedendo in ipsa, sicut turbith citrini putridi. Omnis quoque res, quę acuitatem frangit glutinatione & lenificatione, & vnctuositate, in qua sit [c] [dulcedo,] ad hoc confert. Quædã etiam medicinarum quandoque aliquibus proportionales existunt complexionibus, & alijs non cõueniunt. scammonea nanque in eos, qui in frigidis morantur regionibus, nõ operatur, nisi debiliter: nisi magna inde detur quãtitas, sicut est mos eius in terra Turcorum. & quandoque est necessarium quibusdam corporibus in aliquibus regionibus, ne medicinarum corpora dentur, sed virtutes earum tantum. Et est necesse etiam, vt medicinis soluentib. ventrem bene redolentes medicinæ misceantur, propterea vt membrorum virtutes eis conseruentur. Medicinę quoque cordis ad hoc iuuamentum conferunt, propterea quòd spiritum [d] [animalem] in vnoquoque membro confortant, plurimę quoque earum subtilitate sua, & facilitate iuuant. Duæ præterea medicinæ quandoque coniunguntur, quarum vna suum humorem cito expellit, & altera tardè, vna ergo suam operationem efficiet, postquam ipsa iam alteram in suo etiam humore compressit, & operabitur in ipsam, & eius debilitabit virtutem. Quum secunda post operari cœperit, erit debilis virtutis, mouens, & non perficiens, quare erit aliquid ei admiscendum, quod ipsam facilem reddat, & festinare faciat sicut zingiber turbith, quoniam ipsum [e] [stupefieri] non permittit, & similiter fiet, si eas bene sciueris permiscere. Amplius cõsiderare debes principia, quæ in virtutibus medicinarum ventris solutiuarum, declarauimus, quum locuti fuimus de principijs vniuersalib. medicinarum simplicium. Medicina preterea solutionem faciens, plurimum operabitur illud [f] [soluendo] proprietate sui, sicut turbith, & plerunque efficit illud exprimendo sui proprietate, sicut myrobalani. & quandoque operatur illud lenificando proprietate sui, sicut † manna, & quandoque operatur id [g] [lambificando] sicut mucillago psyllij, & pruna. In pluribus quoque uiolentarum medicinarum existit aliqua venenositas, & solutionem ventris efficiunt secundum modũ, quo naturæ violentia infertur. Ipsæ igitur sunt aptandæ medicinis, in quibus [h] [existit † beazearticum.] Plerunque etiam adiuuant amaritudo, & acuitas, & põticitas, & stypticitas, & acetositas in operationibus medicinæ, quum eius proprietas [i] [ei præsens affuerit;] amaritudo nanque, & acuitas in resoluendo iuuant, & ponticitas, & stypticitas in premendo, & acetositas in incisionem faciendam, quę ad [k] [lambendum præparat. Amplius, quod lambere facit,] non est coniungendum ei quod [l] [in premendo iuuat,] taliter ut sint eorum ęquales virtutes, immò melius est in huiusmodi, vt vnum post aliud tardetur, ut sit verbi gratia, vna duarum medicinarum quę lenificat prius suam perficiens operationem, quàm ea quæ [m] [premit,] deinde adueniat expressiua, & expellat, quod lenificatum fuit, & in reliquis secundum hanc considerationem.

a † B. album.
b B. p secessum
c B. glutinatio,
d B. uitalem.
e B. pigrũ esse.
f B. resoluendo.
† siracost.
g B. lubricãdo.
h B. existit uirtus bezahartica uel bedaxartica † uis antidoti.
i B. conuenerit.
k B. lubricandũ præparat. Amplius quod lubricum facit.
l B. exprimit uel comprimit.
m B. exprimit.

ANNOTATIONES.

Quòd praui ex prauis medicamentis effectus consequãtur, Dioscorides lib. 6. testatur. Scopus autem post horum assumptionem, idem est qui in venenatis fungorum esu sese offert, ait idem Dios. loco citato. At uerò quomodo paranda medicamenta sint; quæ corporum & regionum habenda sit ratio: quæ in componendis rectè medicamẽtis sint obseruanda, quod hic obiter notat: ex Gal. certè li. de comp. med. per genera passim habes. cap. 32

De eo, quod ex hoc capitulo in alijs locis inquirendum est. Cap. 10.

MEdicinæ ventris solutiuæ, & lenificantes, quæ bibũtur, & epithemantur, & reliqua ab eis, in nostro antidotario sunt relinquendę, & secundum ętates vniuscuiusque etiam medicinarum simplicium melioratio, & qualiter sit ei succurrendum, & quomodo sit ei in potu tribuenda, in medicinis requiratur simplicib. Pilulę præterea ad bibendum dandæ non sunt postquam desiccatæ sunt, & factę fuerint vt lapides, neque etiam quum sunt molles, ne penetrent, & retineantur, sed sint sicut quando siccari cœperint, & a digitis cedant, si comprimantur.

De uomitu. Cap. 11.

HOmines, qui sũt remotiores ab hoc vt medicus eos uomere faciat [a] [leuiter,] aut propter naturam, sunt homines, qui pectus habent strictum, & qui male anhelant, & qui ad sanguinem spuendũ sũt apti, & homines colla habentes gracilia, & apostematibus, quę in ipsorum nascuntur gulis, apti, & stomachos habẽtes

A—B.

tes debiles: & multum pingues, quoniam istis conuenientius est ut uenter soluatur; & macris melior est uomitus choleræ ipsorum aptus, aut propter usum, omnes, quibus difficile est uomere, neq; uomendi habent consuetudinem, quoniam si istis uomitus prouocatus fuerit fortib. uomitibus, non remanebit, quin ipsorum uenę in membris anhelitus scindātur, & perueniant ad phthisim. Quum autem alicuius res, qualis sit, ignorabitur; uomitibus leuibus prius erit experiendus; qui si ei fuerint faciles, erimus ei ausi fortes dare, sicut illum, qui fit ex elleboro, & sibi similes, [b] [& si non oportuerit ut fiat quatenus uomant, aut fuerit unus cui necessarium erit dare vomitum,] præpara ipsum ante, & fac ei consuetudinem, & mollifica ipsius nutrientia, & fac ea unctuosa, & [c] [solutiua,] & fac eū quiescere ab exercitijs, & postea da ipsum ei, & da in potu unctuosa, & olea cum uino, & ad comedendum da ei antequam uomat nutrientia bona, & propriè si uomitus fuerit difficilis: quoniam fortasse non uomet ipsum, immò natura ipsum retinebit, & melius est, vt bonum retineat quam malum. Quumque post cibum, quem comedit causa uomendi, uomuerit, tardet comestionem, donec fames sit fortis: & seda sitim eius cum aliquo, quod sit sicut syrupus macianorum sine aqua, & non cum iuleb, neq; syrupo acetoso, quoniam uomere faciunt. Cibus autem qui est ei utilis est † pullus [d] [in carbez & tres phialæ] uini post ipsum. Et ille quidem, qui acetosum uomuerit, & non cōsueuit, & in pulsu aliquod signum febris habuerit, comestionem usque ad medium diem tardet; & ante ipsam aquam calidam rosaceam bibat. Cui autem acciderit, ut choleram uomat nigrā, ipsius stomacho spongia aceto [e] † [[illegible]] calido infusa superponatur, & melius quidem est, ut sit cibus, qui ad uomendum sumitur, diuersus quoniam, quum est unus, quandoq; ipsum amplectitur stomachus, & in dimittendo ipsum fit auarus. Post uomitum autem ipsius [f] [superfluum] conferunt aues paruæ, & [g] [pulli †] quum ambulare incipiunt: ossa tamen suarum extremitatum non comedat, quia sunt grauia, & in stomachū tardantur, & fac eum ingredi balneum. In hora autem vomēdi currat; & exercitetur, & fiat vt laboret, post vomat, sitque hoc in media die. In hora pręterea uomendi oportet ut oculi ligentur † superpositis [h] [pilis duabus:] deinde venter leui fascia temperatè fascietur. Res quoque, quæ uomitus sunt præparatoriæ: sunt eruca, & raphanus, & [i] [† carica] & calamentum montanum recens, & cepæ, & porri, & aqua hordei cum fece sua & melle, & † pultes fabarum cum dulcedine, & uinū dulce, & [k] [nuce] cum melle, & quæ sunt eis similia, & [l] [† repletio] quæ facta est ex pane azimo, & oleo, & melones; & cucumeres, & earū semina, aut aliquid ex eorum radicibus tritis, & in aqua infusis cum dulcedine [m] [& hermodactyli & raphanus. [Qui autem vinum biberit inebrians ad hoc ut euomat, non incipiat uomere, dum adhuc parum bibit; sed bibat multum. † Zithus quoque quum bibitus fuerit cum melle post balneum, faciet uomere, & soluet ventrem. Amplius, qui vomere uoluerit; nō fortiter masticare debet propriè ipsum. Quum autem aliquis forte uult uomitiuum sumere, sicut, qui fit ex elleboro, ipsum bibere debet ieiunus, nisi fuerit quod prohibeat, & post duas horas diei, & postquam stercus ab intestinis exierit. Et si cum penna vomuerit, bene erit, & si non, moueatur parumper, & si non, in balneum mittatur. Penna quoque, qua fit vomitus, inungenda est ex aliquo, quod sit sicut oleum † sisaminum: quod si [n] [incensio] acciderit, & angustia stomachi, detur in potu aqua calida ei [o] [aut] † oleum, quoniam aut uomitū faciet, aut uentrem soluet. Ex eo pręterea, quod ad hoc iuuat, est stomachi & extremorum calefactio, quoniam hoc nauseam facit. Quumque medicina uomere faciens properauerit, & suam inceperit operationem, vomitor quiescere debet, & odores bonos olfacere; & eius extrema comprimendo sunt fricanda: & parum aceti est ei in potu tribuendum, & comedat maciana, & cydonia cum pauco masticis. Et scito quòd motus facit magis vomere, & quies minus. Et æstas est tēpus, in quo magis est dignius, ut in ipso fiat vomitus: quòd si alicui necessarius fuerit, & non fuerit figuræ ipsius conueniens; æstas erit dignior hora, ut in ea concedatur. † Et finium uomitus longinquior [p] † [ ] secundum modum purgationis primę est stomachi solius, & non intestinorum. & ad modum quidem purgationis secundæ est capitis, & totius corporis. ipsius verò attractio, & eradicatio, est ab inferioribus. Et tu quidem cognosces uomitum conferentem ab eo, qui non fecit iuuamentum, ex eo quod ipsum sequitur alleuiationis, & desiderij boni, & anhelitus, & pulsus bonitas: & similiter ex dispositionibus aliarum uirtutum. Eius autem inceptio, est nausea. Et deterius quidem malum, quod efficit, est mordicatio fortis in stomacho, & adustio, si medicina fuerit fortis, sicut elleborus: † & quod ex eo fit, [q] [quandoque incipit a salina; q̄ fluit;] deinde sequitur ipsam uomitus multi phlegmatis multoties, post quem sequitur uomitus rei liquidę tenacis. Mordicatio quoque & dolor erunt mansiui, [r] [ita quòd ad alia accidentia non mutentur, nisi in nauseam & angustiam.] Et quandoque soluitur etiam uenter, postea in hora incipit quiescere, & ad requiem declinat. Malum autem est, ut uomitus non proueniat, & magnificetur angustia, & accidat tensio, & egressio oculorum ad exteriora, & fortis rubedo in eis vtrisque, & sudor multus, & interfectio uocis. Si ergo alicui acciderit: nisi ei subueniatur, perueniet ad mortem inde. Illud autem, quo ei succurritur, est enema, & dosis mellis cum aqua calida, & in potu ei dare olea, in quibus theriacę virtus existit, sicut oleum de lilio. Et labora donec uomat: quia si uomuerit, non suffocabitur, & adhibe etiam enæma, quod sit apud te præparatum. Et ægritudines quidem, quæ sunt digniores eo, ut in eis fiat uomitus, sunt chronicæ, sicut hydropisis, & epilepsia, & melancholia, & lepra, & podagra, & sciatica. Vomitus præterea cum suis iuuamētis plerunque affert ęgritudines; sicut quandoque generant [s] [surditatem.] Amplius minutio non est cum eo continuanda: sed tardanda tribus die-

b B. Qđ si fuerit unus ex eis, quib. non cōuenit vomitus, & fuerit necessarium, ut ipse vomat.
c B. dulcis.
† Mant. pullus gallinaceus præparatus cum iusculo qđ Arabes adrabagi nominant, & post ea bibat tres ciathos.
d B. in chiardanegi & tres ciathi.
e † B. Alia litera. acuto.
f B. humidum.
g B. alnuahed.
† columbarum addit Mant.
h B. plumazolis.
† linamentis adhibitis.
i B. altharich.
† itria & origanum ex Mant.
† edulium ex faba contracta, cōfectum Mant.
k B. amygdalæ.
l B. albelchēd.
† micla.
m B & alsirbagi ex raphano.
† Foca.

† cyperi Mant.
n B. mordicatio.
† oleum oliuarum Mant.
o B. &.
† Mant. Remotior quoq; terminus, a quo vomitus fit.
p † B. a quo vomitus euacuat.
† Mant. quod; quum sumitur, incipit primo effluere.
q B. deinde incipit fluxus saliuæ.
r B. absq; φ p mutentur ad aliud accidēs diuersum a nausea, & ab angustia.
s B. Alia litera. congelationem dentium.
Mant. surditatē legit.

z B. Alia litera grossities.
† Mant. sumendo farinam granorum mali punici cocti.
u S. nauseatiuã satietatem.
† Mant. significat ex alui accidentibus, id fieri. Et cõmodius tẽpus ad uomitũ est æstas propter eius raritatem.
† Al. in meridie
† Al. caloris.
* in aliquib. codicibus non legitur.
x s. menstrui.
† per eum.

bus: & precipue si in ore stomachi fuerit z [humor.] Vomitus quoque multoties fit difficilis propter humoris subtilitatem: Ipse igitur est ingrossandus [† potu sauich, & granis granati.] Et scito quòd exitus malæ rei per inferiora, post uomitum, est signum quòd illud, quod faciebat u [fastidium,] descendit inferius. Et uomitus post ascellationem † est signum, quòd est ex accidentibus ascellandi. Hora præterea vomẽdi in † estate melior, causa † doloris in * meridie est.] Et uomitus corpori confert, sed visui nocumentum facit. Amplius faciendum non est, ut prægnans uomat; quoniam superfluitates x [corporis] ipsius in ea, non egredientur: † & vomitus, & labor eam ad æstuationem perducent: faciendum est igitur vt quiescat. Alij uerò, quibus accidit vomitus: sunt iuuãdi.

ANNOTATIONES.

Com. 12. Cap. 3. Aphor. 6. & 7. Aph. 8. Text. 17. & deinceps. Cap. 14. Cap. 100. Cap. 10.

Qui apti, qui inepti ad uomitum sint Gal. lib. quos, quando & quibus purg. op. & com. in libellum Hipp. de humorib. 1. scribit, ex quo Auic. sed hic unum notat, macris uomitum conducere. At contrarium sentire Celsus uidetur lib. 1. inutilem esse dicens uomitum gracilibus. Sed non est controuersia, Author noster Hipp. æmulatur 4. aphor. vbi graciles per superiora, mediocriter uerò carnosos per inferiora expurgandos docet. Celsus verò per graciles non macros & siccos de quib. Hipp. supra, sed tabidos intelligit, de quibus idem quoq; Hipp. cauendũ ait ne per superiora purgentur eodẽ 4. aph. Excipit uerò & eos a uomitu qui imbecilio uentriculo sunt, quod et Celsus loco citato & Gal. com. in 1. lib. de humorib. Quomodo autem uomituri preparandi sint, Hipp. lib. de salub. dieta. et 4. lib. de dieta docet, et Gal. 1. ad Glauc. ac fusius commentarijs in citatum Hipp. libellum explicauit. Vide et Paulum. lib. 1. et 7.

De eo, quod agere debet ille, qui uomit. Cap. 12.

Quum ille, q uomuerit, a suo uomitu euaserit; os suum, & faciem post vomitum abluere debet, ex aceto aqua temperato, ut grauitas, quę quandoque capiti accidit, remoueatur, & parum masticis cum † aqua macianorũ bibat, & caueat sibi a comestione, & potu aquæ: & diu quiescat, & ipsius inungantur hypochõdria, & ingrediatur balneum, & abluat se velociter, & egrediatur. Et si necessarium ei fuerit dare aliquid ad comedendum, sit res boni saporis, & bonæ substantię, & uelocis digestionis.

† vino malorũ. Mant.

ANNOTATIONES.

Cap. 32. Ca. 39. Cap. 5.

Habes et hæc ex Paulo libro primo, et tertio. Celsus quoque de hac re agit libro 1. Discrepare tamen is ab authore nostro uidetur. Hic a uomitu cibum et aquæ potum interdicit: Celsus concedit. Vbi et aliud obseruatione dignum videtur nempe de ijs agens, quibus ob nauigationem citatus est uomitus, si multam bilem euomuerint, vel cibo abstinere, uel paulum aliquid iubet assumere: eos uerò qui acidam pituitam effuderunt, sumere utique ait cibum debere, sed assueto leuiorem. Cur autem post bilem abstinentiam probat, post pituitam non probat? certum est profectò pituitosum uentriculum inediam promptius ferre, quàm biliosum. Ad hæc tamen, paucis. A uomitu ex medicamento Celsus abstinentiam non damnat: sed si infirmus stomachus sit paulum idonei cibi gustandum, et aquę frigidę cyathos tres bibendos consulit. At de uomitu ex nauigatione: excreta bile magis certè abstinentiam probare uidetur, quum eam priori loco suadeat dicens, quòd uel abstinere cibo debet, uel paulum aliquid assumere, cibum tamen etiam admittit: laudat autem cibum eiecta pituita magis, quàm bile, ob id fortasse, quòd excreta bile, aut pituita, aut crudus alius succus in uentriculo adhuc remanet, quo ali is potest: at educta pituita, nihil alimenti in eo superest: quo fit, ut cibi aliquid adijcere consultius sit, quàm ventriculum alimenti inopem derelinquere.

De iuuamentis, quæ affert uomitus. Cap. 13.

Hippocrates precepit uomitum fieri in vno quoque mense duobus diebus continuis, vt in secundo emendet id, quod in primo die fuit difficile, & vt expellatur id, quod aduenit stomacho. Hippoc. nanque securitatem facit, quòd cum eo conseruatur sanitas: hoc autem plus est malum. Et vomitus quidem, qui est huiusmodi, euacuat phlegma, & choleram, & mũdificat stomachum. Ipse nanque non habet, quod ipsum mundet: sicut intestina habent cholerã rubeam, quæ ad ea descendit, & mundat ea, & remouet grauitatem, quæ accidit capiti: & clarificat visum, & aufert a [fastidium:] & confert ei, ad cuius stomachum descendit cholera, quę ipsius corrumpit cibum: quoniam, quum præcesserit vomitus, eius cibus semper mundus veniet, & remouet abhominationem, b [quæ fit propter vnctuositatem, & casum desiderij ipsius † meri, quod facit desiderare acutum,] & acetosum, & ponticum, & confert lassitati corporis, & vlceribus, quæ sunt in renibus, & vesica: & est lepre forte medicamẽtũ, & malitię coloris: & epilepsiæ stomaticę, & icteritiæ & asthmati, & tremori, & paralysi; & est ex curationibus, quæ conferunt habentibus c [vulnera nigra magna.] Ipse quoque fieri debet in mense semel, aut bis post repletionem: ita quòd non obseruetur reuolutio scita, neque numerus dierum notus. Et ille quidem, cui maius iuuamentum affert vomitus, est cuius complexio prima est cholerica, & est macer.

a B. nauseatiuã satietatem.
b B. vnctuosi, & dulcis, & casum desiderij sani ipsius, & desideriũ ipsius ad id quod est acutum.
† ventriculi ex Mant.
c B. impetiginem.

ANNOTATIONES.

Vomitum sanitatis gratia bis singulo mense duobus, scilicet continuis dieb. repetitum Hippoc. probat lib. de salub. dieta. At qui particulares morbosi affectus uomitione auertantur, habes ex Paulo lib. 1. contra. Quæ cohibito uomitu mala eueniant, lege ex Gal. 4. de tu. ualet. Qui uerò morbi curentur. ex Paulo lib. 7.

Cap. 43. & 100. Cap. 4. Cap. 10.

De malitijs, quæ proueniunt ex superfluo uomitu. Cap. 14.

Superfluus vomitus stomacho nocet: & ipsũ debilitat: a [& resoluit ipsum,] & facit eum aptum ut materiæ ad eum perueniant: & obest pectori, & visui: & dentibus: & antiquis capitis doloribus, nisi eis, qui sunt propter societatem stomachi, & facit nocumentum epilepsiæ capitis, quæ nõ est causa inferiorum membrorum. Superfluitas quoque, quæ est in ipso, nocet hepati, & pulmoni, & oculo: & aliquam venarum quandoque scindit. Ex hominibus pretereà est, qui

a B.

qui uult cito impleri; deinde nõ tolerat, immò properat ad uomendum, & actio huius ex eis est, quę perducunt eum ad malas ægritudines mansiuas. Ipse ergo a repletione prohibendus est. & tu ipsius cibum & potum mensura.

ANNOTATIONES.

Immoderatus uomitus seu multitudine euacuationis, seu frequentia peccet, summis hominem periculis parat. Quæ hic author enumerat, ex uarijs Gal. locis. In uniuersum uerò Celsi consilium memoriæ mandandum est, quum lib. 1. cap. 3. *commoneo (ait) ne quis qui ualere & senescere uolet, hunc quotidianum habeat.*

Ut succurratur dispositionibus, quæ accidunt uomenti. Cap. 15.

DE prohibitione autem uomendi diximus iam, quod oportebat. Tensioni uerò & dolori, qui sub hypochondrijs fiunt, cõferunt panni aqua calida infusi, & superpositi, & oleis lenificantibus, & ventosæ cum igne. Fortem autem mordicationem in stomacho remanẽtem remouet bibere iura vnctuosa, quæ cito digerantur, & vngere locum ex aliquo, quod sit sicut oleum violaceum mistum cum oleo † uiolarum lutearum, & pauca cera. Singultum uerò si cum eo acciderit, & permanserit, retinebit sternutatio: & dare ei ex aqua calida ad traijciendum paulatim. Et de [a] [sanguine] quidem iam diximus in capitulo de impedimentis uomitus. † tetano uerò, & ægritudinibus frigidis, [b] † [ ] & interfectioni uocis, quæ accidit post ipsum, confert ligare extrema, & stringere ea, & superponere stomacho pannum infusum oleo, in quo cocta fuerit ruta, [c] [† cucumeres agrestes] & dare ei bibendum mel cum aqua calida. Et habenti quidem † soporem fiat hoc, & in aurem eius mittatur.

† Keiri.
a B. vomituantem sanguinis.
† Alcuzez.
b † B. & subeth
c B. cucumer asininus.
† ficidis.
† alsubet.

ANNOTATIONES.

Quomodo symptomatibus occurrendum sit, quę uomentib. accidunt, uide ex Gal. 8. de comp. med. per loc. & Paulo li. 7. Porrò in mordicatione uentriculi, de qua hic author, Gal. 12. meth. ptisanam exhibet. Author uerò noster ius pingue, quod certè non uidetur inferius presidium quā ptisana, quum pinguedinis ratione asperitatem facilius fortasse leniat, quàm ptisana, quæ & si lenis est, ut Hippoc. 1. de rat. vict. in ac. ratione qua abstergit, acrimoniam potius utcunque irritaret, nisi eductione adiuuaret.

cap. 4. cap. 10. cap. ult. Tex. 18.

De eo, in quo superfluit uomitus. Cap. 16.

FIat vt ipse dormiat, & ingenietur quanto plus possibile fuerit, quomodo dormiat: & ligentur eius extrema taliter, qualiter ligantur, quando fluxum uentris retinere volumus. Et ipsius medicetur stomachus cũ emplastris [a] [ponticis fortitudinem facientibus.] Quòd si vomitus superfluerit, & incessanter egrediantur humores, donec sanguis exeat, da ei ad bibẽdum lactis uino admisti quatuor cotylas: quoniam medicinæ uomitiuę malitiam reprimit, & sanguinem prohibet, & naturam lenit. Quòd si partem pectoris, & stomachi a sanguine cum hoc mundificare volueris, ne ex eo aliquid coaguletur, da ei ad bibẽdum syrupum acetosum, siue sit ex melle, siue ex zuccaro, cum niue infrigidatum, paulatim; cum hoc quoque quandoque confert bibere succum portulacæ cum bolo armeno. [b] [Quum ergo terrefactus fueris ꝑ aliquo, in quo superfluit medicina, fac ipsum vomere.] Et oportet quidem te quærere medicinas vomitiuas secundum suos gradus, & quo modo queque earum ad bibendum sint dandæ, & præcipuè elleborum, in antidotario, & medicinis simplicibus.

a B. conforrantibus stypticis.

b B. quũ ipsum transglutit ille in quo superfluit medicina & uomit. Alia litera. & quãdo times de superfluitate medicinæ in aliquo, tunc fac vt ipsa euomatur. Alia litera. in quo superfluit medicina vomitiua. Mant. At si medicamen, quod excrementa uentriculi per vomitum euacuarit, modũ excessisse metuis, alio loco petenda sunt remedia.

ANNOTATIONES.

Sistendæ uomitioni somnus presertim commendatur, & ab Hippocrate 4. aphor. & a Galeno ibidem, & Paulo libro septimo, nempe, quum per somnum excretiones ferè omnes, retracto ad internas partes spirituum concursu, cohibeantur. Reuulsiones præterea uarij generis, conferunt, & frictiones & uincula extremis corporis partib. pro qua re pete Gal. 1. ad Glauc.

aph. 13. cap. 14.

De enemate. Cap. 17.

ENema est medicamen nobile in expellendo superfluitates, quę sunt in intestinis, & in sedando dolores renum, & vesicæ, & apostemata ipsorum, & ęgritudinis colicę, & in attrahendo superfluitates a membris principalibus superioribus. Quæ verò ex eis sunt acuta, debilitãt hepar, & perducunt ad febrem. Ex enematibus præterea fit iuuamen in expellendo reliquias quas inanientia relinquunt. Formam verò clysteris, & quomodo clysterizetur, iam retulimus in capitulo de colica. Videtur quoque, quòd clysterizai situs melior sit, vt supinus iaceat, deinde reuoluat se ad latus dolens. Et clysterizandi hora melior est, quum est aeris frigiditas, [a] [quoniam sequetur inde, ne augmentetur grauitas, & dolor, & æstuatio, & nausea.] Balneum preterea solet facere [b] [ut ebulliant] humores, & spargantur. Clysteris quoque conditio est, ut aerem, & humores retẽtos attrahat. Et propter hoc secundum plurimum non est bonum, vt balneũ enemati pręmittas, quòd si quis † in intestinis [c] pustulas] habens ipso indiguerit causa febris, aut alicuius ægritudinis, & timuerit [d] [ne enema retineatur: superponere debet ano suo, & femori, & locis, quæ sũt in circuitu, speltam calefactam cum panno.]

a B. & est in horis duabus frigidioribus, ut in minore angustia, & æstuatio, & syncopis.
b B. ut commoueantur.
† Mant. intestina habuerit vel nerata indiget tamen clysteri.
c B. apostemata uel ulcera.
d B. qui non retineat enema, fomentare debet anum suũ, & femur, & loca quę sunt in circuitu ipsorũ cũ panno calefacto. Alia litera. fomentare debet stomachũ suum & vmbilicũ suum, & quæ sunt in circuitu.

ANNOTATIONES.

Clystere quibusdam etiam usque ad uentriculum subijsse ex Galeno legitur 3. de symptom. caus. id tamen affectis uolulo intestinis euenit, alioqui enim crassa tantum intestina pertingit, ut 5. metho. ac si admodum utaris, ut ait Gal. 13. meth. tenue fortasse intestinum cõtingere poterit. Expurgandis ergo primum intestinis aptum est, ac si ualidius fuerit, etiam ijs partibus, quæ circa uentrem sunt, & mesaræo, & circa hepatis sima hærent, ut 2. de comp. med. per loca. & capiti quoque ipsi reuellendo, quæ ad ipsum confluunt, auxiliatur. iuuat præterea, & in renum affectibus, ut in libello de affect. renum dign. & cur. & in colicis,

cap. 2. cap. cap. 17. cap. 1.

ac

Cap.4. cap.1.& 8. *ac dysenterijs, ut 12.meth. & in febribus, ut 1.ad Glauc. At ubi clysteria uehementiora sint, Author noster ledi iecur, & febrem accendi, ob calidiorum uidelicet.qua parantur medicamentorum uim.* cap.14. cap.44. *Gal.uerò 1.ad Glauc.etiam animi deliquium sequi testatur. & Paulus præterea lib.1. eo nomine huius frequentem usum detestatur, quòd irritata hoc natura, spontaneæ excretionis obliuiscitur.* comm.11. cap.44. *Cætera de clysteris usu pete ex Gal.com. in lib. Hipp.1. de humorib. & Paulo lib.1.*

De [a] *[epithematibus.] Cap. 18.*

a B. De linimẽtis & sic infra pro linimentis intellige epithemata.

† Mant. coriandrum, quum fit ex eo & polenta emplaustrũ &c.

b B. coriandro cum sauich. Alia litera. coriandrum in emplastro sup scrofulas.

c † B. medicinarũ.

c Mant. prout res exposcet.

Epithemata sunt ex medicinis bonis, quæ ad ipsam perueniunt ægritudinem. & medicina fortasse duas habet virtutes: vnam subtiliatiuam, & alteram ingrossatiuam, & erit maior necessitas subtiliatiuæ, quam inspissatiuæ. Quũque eius inspissatio fuerit temperans subtiliationem; quum ex ea fiet emplastrum, penetrabit subtilitas, & remanebit spissitudo, & illa q̃dem, quæ penetrat, confert, sicut facit [b] [† coriandum cum hordeo fracto] quum ex eis fit emplastrum super scrophulas, Emplastra præterea sunt talia, qualia epithemata: sed emplastra sunt dura, & epithemata currentia. Est quoque, quum epithemata fiunt cum pannis. quumque membris principalibus superponũtur, sicut hepati, & cordi, & non fuerit ibi, quod prohibeat: conferunt panni suffumigati ex xyloaloe crudo, & virtutibus [c] [epithematum] & bonum tribuunt odorem, † quem principalia diligũt.

ANNOTATIONES.

cap.18. *Epithematis nomine hic, & propriè dicta epithemata, & linimenta etiam intelligit. pro qua re, uide Paulum libro septimo.*

De embrocis. Cap. 19.

a B. effundũtur.

Embrocæ sunt medicamenta congrua ei, qđ ex capite, & alijs membris oportet resolui; & illi cui complexionem necessarium est permutare. In membris autem; quæ embrocare oportet, ex calido, & frigido, si non in eis fuerint superfluitates, quę [a] [descẽdunt,] fiat prius embroca ex calefacto, deinde fiat ex aqua frigida, ut constringantur. quòd si res diuersa fuerit; a frigida incipiatur.

ANNOTATIONES.

Embrocationis uoce capitis, uel particulæ alterius irrorationem, atque irrigationem ex alto intelligit; paráturq́ hæc, modo quidem ex thremarum aquis, modo quidem ex factitijs, præsertimq́ herbarum decoctis.

De phlebotomia. Cap. 20.

Phlebotomia est euacuatio vniuersalis, q̃ multitudinem euacuat. Multitudo autem est augmentum humorum super ęqualitatem ipsorum in uenis. Et nemo quidem est phlebotomandus nisi unus duorum, unus eorum est ægritudinibus præparatus, qui quum ipsius sanguis multiplicatus fuerit, cadet in eas. Et alter est cadens in eas. Vnusquisque autem eorũ, aut phlebotomatur propter sanguinis multitudinem, [a] † [ ] aut propter ipsius malitiã: aut propter utrunque. & his quidem ægritudinib. preparatus, est sicut qui est expositus sciaticę, & podagrę [b] [fortibus,] & arthreticæ sanguineis: aut ille, cui accidit sputum sanguineum ex fissura uenæ, quæ in pulmone eius existit tenuiter consolidata: quoniam quum ipsius multiplicabitur sanguis, findetur, & apti epilepsiæ, & apoplexię, & melancholię cum sanguinis multitudine, & squinantiæ, & apostematibus interiorum, & ophthalmiæ calidę, & ex eis quibus hæmorrhoidarum sanguis, qui fluere solebat, est retentus, & mulieribus, quibus menstruus sanguis est restrictus horum tamen [c] † [ ] colores non demonstrant, quòd phlebotomari debeant, propter ipsorum obscuritatem, aut albedinem, aut uiriditatem: & illi, qui in interioribus membris cum complexione calida debilitatem patiuntur. Nam istis melius est, vt in vere minuantur, licèt in has nondum acciderint ægritudines. Et illis quibus percussio accidit, aut casus: quoniam, quandoque minuũtur timẽdo, ne eis accidat apostema, & q hẽt apostema minuẽdus est: quoniã timetur ne aperiatur, antequã maturetur: licèt nõ indiguerit, & nõ fuerit ibi multitudo. [2] Et debes scire, ꝙ dũ istæ ægritudines timẽtur, & nondum in eas ceciderint, plus securè eis conceditur minutio, & quũ in eis ceciderint: in earum principio penitus phlebotomia dimittatur; qa humores subtiliat, & eos per corpus fluere facit, & eos sano sanguini admiscet, & est etiam, quum nihil euacuatur ex eo, quod oportet, & facit [d] [quòd necessaria sint medicamenta aleuiantia.] Quumque maturatio apparuerit, & ęgritudo principium, [e] [aut] statum præterierit, tunc si oportuerit vt minutio fiat, si nõ fuerit, quod prohibeat; fiat. Phlebotomia quoque neque euacuatio uentris est facienda in die motus ægritudinis: quia est dies requiescendi, & inquirendi somnum, & dies [f] [ebullitionis] ægritudinis. Et quum ægritudo est habens crisim, in cuius tẽmpore est longitudo: nullo modo sanguis multus est minuendus: sed, si possibile fuerit, quies facienda: ꝙ si non fuerit possibile, ut quies fiat; ex eo parum minuatur: & in corpore sanguis thesaurus recondatur ad phlebotomiam faciendam, si [g] [apparuerit;] & virtus conseruetur ad resistendum in crisibus, quòd si multum præterierit temporis, ex quo quis minutus fuerit, & in hyeme fuerit conquestus, ꝙ se quasi fractum sentiat; minuatur, & sanguis pro thesauro recõdatur. Amplius phlebotomia, propterea quòd ad diuersum trahit, † naturam secundum plurimum retinet. Quumq; ex multa minutione debilitabitur uirtus, multi generabuntur humores. Syncopis præterea accidit in prima minutione, quum subito euenerit ei, qui non consueuit, sed uomitum præmittere est ex eo, qđ eam prohibet: & similiter vomere hora, qua accidit. Et debes scire, quòd minutio est ꝑturbãs; donec quiescat. Phlebotomia quoque, et colica raro simul eueniunt. Pregnans præterea, & menstruata non minuatur, nisi propter magnam necessitatem, sicut est necessitas retinendi forte sanguinis sputum. quum uirtus fuerit con-

a † B. additam.

b B. sanguineis.

c † B. duorum.

d B. & facit necessarias reiterationes quæ debilitant uirtutẽ.

e B. uersus.

f B. cõmotionis.

g B. oportuerit.

† Mant. aluum ualde astringit.

conueniens. Et debes scire quòd non quoties nominata signa repletionis apparuerint: oportet vt minuas: immo quãdoque est repletio ex humoribus crudis, & est tunc phlebotomia multum impediens; quoniam si minueris: non maturabis eos, & timebitur, ne æger perdatur. Non autem est inconueniens, vt ille, in quo melancholia superabundat; minuatur: postea medicina solutiua euacuetur. Sed solicitus esse debes ex dispositione coloris secundum cõditionem, quam nunc dicemus, & considerare tensionem, quoniam propter tensionem per totũ corpus incedentem magis eris confidẽs, quod phlebotomare debes. Quum verò sanguis alicuius fuerit bonus & paucus, & fuerint in ipsius corpore multi mali humores; phlebotomia bonum rapiet, & malum relinquet. Et quũ alicuius malus sanguis fuerit paucus, [h] [&] declinauerit ad membrum aliquod, quod eius declinatio uehementer impedit, & fuerit necessarium, vt ipse minuatur: ex eius sanguine parum erit assumendum, & cibo bono erit alendus: deinde erit minuendus iterum post dies: proptepterea ut malus sanguis ab eo extrahatur, & bonus restauretur. Quòd si mali humores cholerici in eo fuerint, ingenietur quatenus [l] † [ ] subtili pharmacia euacuentur, aut vomitu, aut ut sedentur, & stude in hoc, ut æger quiescat, & ocietur. Et si grossi fuerint, antiqui præceperunt vt balneetur, & in suis ministerijs moueatur. & dabant ei ad bibendum ante phlebotomiam, & post ipsam, antequam alia fieret minutio; syrupum acetosum subtiliatiuum [k] [coctum] cum hyssopo & † satureia. Quum autem phlebotomia necessaria fuerit cum debilitate uirtutis, causa febris, aut aliorum humorum, [l] † [ ] partire phlebotomiam, sicut diximus. Amplius phlebotomia stricta, magis est conseruatiua uirtutis: sed tamen subtilem, & clarum interdum sanguinem fluere facit, & spissum, & turbidum tenet. Ampla uerò uelociter est ad syncopim, & magis operatiua in mũdificando, & tardior ad consolidandum, sed tamen est dignior ei, qui secundum præseruationem phlebotomatur, & in [m] [grossis.] Et amplam quidem efficere in hieme, est dignius ne congeletur sanguis, & angustam efficere in estate est dignius; si necessarium fuerit. Phlebotomandus præterea supinus iaceat, quando phlebotomatur, quoniam hoc est conuenientius, ad hoc vt ipsius conseruetur virtus, & ne ei superueniat syncopis. In febribus autem a minutione cauendum est scilicet in ijs, quæ vehementis sunt calefactionis, & inflammationis, & in omnibus non acutis febribus in sui principio, & in die periodica. In febribus præterea cum quibus aduenit spasmus, [n] [est a minutione cauendum:] licet fuerit necessaria, quoniam quum spasmus accidit, vigilare facit, & sudare multum, & deijcit virtutem, quapropter sanguinis thesaurus est dimittendus. & similiter oportet, vt ex minutione febricitantis, cuius febris nõ est ex putrefactione: † minoratio fiat; propterea vt ad resoluendum febrem, thesaurus relinquatur. Et si fortis inflammationis nõ fuerit, & fuerit febris putrida; attende decem regulas, † & postea intuere in urinali, & si vrina fuerit grossa, & rubedini attinens, & pulsus etiã fuerit magnus, & [o] [facies tumida, & febris in suo motu non properet,] phlebotoma in hora, qua stomachus a cibo est vacuus. Et si vrina fuerit subtilis, aut ignea, aut facies a principio ægritudinis fuerit † tornatilis: caue tibi a phlebothomia. Quòd si interpollatio in ea fuerit, & quies febris: in ipsa fiat minutio. Dispositionem quoque tremoris considera: quoniam, quum tremor fuerit fortis, a minutione tibi cauendum erit. Amplius sanguinis qui egreditur colorem attende, & si fuerit subtilis albedini attinens: ipsum illico retine. Et summopere tibi caue ne ægrum ad vnam duarum perducas rerum: scilicet humorum cholericorũ ebullitionem, & frigidorum cruditatem. Quumq; in febre te oportebit phlebotomare, non attendas quod quidem dicunt, scilicet, quòd non est bonum, ut post quartum diem fiat: quoniam est, ut fiat etiam si sit post quadraginta dies, & hoc secundum sententiam Gal. licet præmittere, & properare sit melius, quum significationes certæ fuerint. Quòd si in hoc erratum fuerit: quacunque hora inueneris ægrum, & oportuerit: phlebotoma ipsum postquam decem † rerum solicitudinẽ habueris. Multoties præterea phlebotomia in febribus, licet necessaria non sit: efficit ut natura fortis fiat super materiam: propterea ꝙ eam efficit paucã, & hoc quidem, quũ fuerit figura, & ętas, & virtus, & reliqua talia, vt permittant. In febre autem sanguinea necesse est, ut euacuatio fiat minutione † non superflua in principio: & superflua, quum affuerit maturatio febris, quæ multoties remouetur in hora phlebotomię. Tibi quoq; cauere debes a minutione in complexione uehementis frigiditatis, & in regionib. fortis frigiditatis, & in hora fortis doloris, & post balneum resolutiuum, & post coitum; & in ętate, quę est minor. xiiij. annis, quanto plus poteris: & in ętate senũ, quanto magis poteris: nisi in figura confisus fueris, & in soliditate musculorum, & uenarum amplitudine, & earum repletione, & colorum rubedine, hos nanque ex adolescentibus, & senib. phlebotomare audebis. Adolescentes tamen secundum ordinem ad phlebotomandũ paulatim prouehere debes cum pauca minutione. In corporibus quoque fortis maciei, & fortis grossitiei, & raris, & albis, & lassis, & citrinis, sãguinem non habentibus, a minutione tibi quãtum plus poteris cauere debes. Amplius in corporibus, quæ prolixas perpessa sunt ægritudines, caue tibi a phlebotomia, nisi sanguinis affuerit corruptio quæ te ad hoc perducat: quoniam tunc phlebotomabis ea. Et considera sanguinem: & si ipsum uideris nigrum, & spissum: extrahe eum: & si ipsum videris album, & subtilem: eum illico constringe, quoniam in ipso existit vehemens timor. A minutione præterea tibi cauere debes super cibi repletionem, ne materiam non [p] [maturam] ad uenas trahas loco eius, quod ab eis euacuasti: Et oportet etiam, vt tibi caueas ab ea in repletione stomachi, † & intestinorum facta ex fęce iam consequuta, & propinqua: immo in eam euacuando stude, & illud quidem quod est in stomacho [q] [aut coram eo:] vomitu, & quod in intestinis interioribus

h B. aut.

l † B. prius.

k B. & decoctionem. † hasce.

l † B. malorum.

m B. grassis, seu pinguibus.

n B. minoretur phlebotomia.

† Mant. si sanguis mittatur, fit exiguus.

† prædictas.

o B. facies uel figura tumida, & febris nõ ꝓperet in faciendo tornalitatẽ.

† Mãt. extenuata.

† prædictarum.

† Mant. quæ in principio non exuberans, tẽpore tamen coctione copiosa fiat. Sæpissime aũt recedit ipsa febris post sanguinis detracti onem.

† Mant. At quicunque supra modum sunt obesi, uel macilenti, aut carnis raritatem obtinentes, & pituitosi tumidiores, & pueruli qui sunt sanguinis expertes, his uenam incidere, quantũ possibile est, caue.

p B. digestam.

† Mant. ac intestinis excremento sicco concocto uel fere concocto abundantibus.

q B & in eo quod ei vicinatur.

riorib. quo poteris, &, si non alio: saltem clysteri. Caue præterea tibi ne [r] [fastiditum] phlebothomes: sed prolonga ipsum ab hoc, ut eis [s] [fastidium] digeratur. Et tibi etiam caue, ne subtilitatem sensus oris stomachi habetem, aut ipsius debilitatem, phlebotomes: & infelicem ex generatione choleræ rubeæ in ipso: huiusmodi nanq; sibi cauere debet [t] [a nimia quoque] audacia in minuendo, & proprie quum est ieiunus. Sensus verò subtilitatem oris stomachi habentem dignosces: propterea quòd † mordicatiua traijcere ei nocet. Et habentem oris stomachi debilitatem cognosces ex desiderij ipsius debilitate, & doloribus oris stomachi, & habentē os stomachi aptum receptioni choleræ rubeę, & in quo ipsa etiam multum generatur, dignosces ex perseuerātia nauseæ ipsius, & propterea quòd choleram quaque hora uomit, & ex oris ipsius amaritudine. Istis nanque, quum phlebothomati fuerint, oris stomachi conseruatione non præmissa: accidet inde timor magnus, & quandoque moriuntur inde. Subtilitatem verò sensus habenti, & debilitatem, † buccellæ mundi panis in rob acetoso bonum habente odorem infusæ, sunt dandæ. Et si fuerit debilitas complexionis frigidæ, sint intinctæ in aliquo, quod sit sicut † aqua cum zuccaro cum alcfaniati, aut in syrupo mentę muscato, aut in miua muschata: postea minuatur. * Aptitudinem uerò generationis cholerę habens, est mundandus, dando in potu ei multitudinem aquæ calidæ cum syrupo acetoso: postea dētur ei buccellæ panis ad māducandum, deinde fiat ut parumper quiescat, postea minuatur.] Præparandum pręterea est, vt quod ex bono sanguine resolutum fuerit; restauretur, si fuerit fortis, [u] cum assatura carnis, quæ fit super prunas:] quoniam si digeritur, nutrit multum & bene; veruntamen oportet vt sit pauca, quoniam stomachus propter phlebotomiam est debilis. Amplius venæ quandoque phlebotomantur propterea vt fluxus sanguinis ex naribus, & matrice, & ano, & pectore prohibeantur, aut ex alijs [x] [exituris:] ideo vt sanguis ad id, quod a parte illa est diuersum, protrahatur: & hoc quidē medicamen est forte in iuuando. Oportet uerò vt [y] [phlebotomus sit vehementer strictus,] & sint vices multæ, quæ non sint in vna die, nisi magnæ necessitatis causa fuerit: sed in die post diem, & quacunque vice minoratio fiat quantum possibile fuerit, & ad summum melius est, vt phlebotomiæ vices sint multæ, quam ut ipsius quantitas sit multa. Et phlebotomia quidē quum non est necessaria, choleram rubeam ebullire facit, & postea aduenit linguæ siccitas, & quæ sibi sunt similia. Est igitur ei succurrendum cum aqua hordei, & zuccharo. Qui autē secundare voluerit, [z] [& non acciderit ex prima minutione malitia paralysis, aut quod sit sibi simile:] venam manus in longitudine phlebotomare debet, propterea vt iuncturæ motio ipsius prohibeat consolidationem, & ut amplificetur. Quòd si cū hoc timor affuerit, quòd cito consolidetur, superponatur ipsi pannus oleo cum pauco sale infusus, & desuper ligetur. Et si phlebotomus etiam oleo inunctus fuerit, quum fiet phlebotomia: prohibebit consolidationis velocitatem, & minuetur dolor. & hoc quidem est, vt super ipsum, oleum, aut sibi simile, leuiter inungatur: aut ipse in oleo mittatur postea cum panno exsiccetur. Inter phlebotomiam quoque, & secundationem dormire, phlebotomiæ consolidationem festinare facit. Recordare præterea eius, quod diximus de euacuatione in hyeme cum medicina, quòd dies est eligēda austrina: quoniam similiter in phlebotomia. Et scire debes, quòd quum minuuntur melancholici, & [a] [epileptici,] & illi quos minuere oportet in nocte in hora dormiendi: oportet vt sit [b] [angustus phlebotomus] ideo ne sanguis exitus accidat. Et similiter in omnibus, qui secundatione non indigent. Scire quoque debes, quod secundatio secundum debilitatis mensuram est tardanda: & si debilitas quidem non affuerit: sit vltima eius tardatio una hora. Qui voluerit eam facere, ut sanguis ipsius trahatur, sit dies vnus. Amplius phlebotomia transuersa melior est ei, qui secūdationem vult in die eadem. Et illa, quæ est secundum latitudinem, ei qui vult secundationem in eadem hora. Et illa, quę est secundum longitudinem, ei qui vult non vna esse contentus secundatione: immo in corde tenet, quod eam per multos faciet dies, quaque die. Quumque phlebotomiæ dolor maior fuerit: tanto erit eius consolidatio tardior. Multa præterea in secundatione euacuatio syncopim affert, [c] [nisi fuerit postquam assaturæ aquam sumpserit,] Inter phlebotomiam quoque, & secundationem dormire, prohibet [d] [ne superfluitates, quæ extrahuntur, cum sanguine incedant:] propterea quod superfluitates in somno ad corporis profundum trahuntur. Ex iuuamentis verò secundationis est, quòd phlebotomati virtutem cum perfectione suæ euacuationis, quæ est necessaria; conseruat. Et melior quidem secundationis terminus est, vt duobus, aut tribus tardetur diebus. Ex dormitione verò phlebotomiæ propinqua, plerunq; accidit in membris confractio. Balneatio quoque, antequam minutio fiat, plerunque [e] [aggrauat minutionem,] propterea quòd cutem ingrossat, & eam lenificat, & ad labendum aptam efficit: nisi phlebotomandus multam sanguinis habuerit grossitiem. Et oportet ne phlebotomatus in se replendo sit audax: sed secūdū ordinē nutriatur, & cibum primitus subtiliet. Et similiter oportet ne post ipsam exercitetur: sed decline at ad hoc, vt supinus iaceat: neque post eā balneo vtatur resolutionem faciente. Quum autem aliquis phlebotomatur, & postea ipsius brachium apostematur: ex altero brachio minuatur, secūdum quòd tolerauerit: & super ipsum emplastrum de cerusa ponatur: & ex fortiter in frigidantibus in circuitu eius fiat cataplasma. Quumque aliquis eorum phlebotomatur, in quorum corporibus superabundantes existunt humores; phlebotomia fit causa [f] [ebullitionis] illorum humorum, & eorum cursus, & ipsorum permistionis: fit ergo frequens phlebotomia eis necessaria. Sanguis quoque melancholicus facit, vt frequens minutio sit necessaria: quæ in præsenti quidem alleuiat, sed in senio peruenitur inde ad malas ęgritudines, ex quib. est apoplexia. Amplius phlebotomia multoties com-

r B. satietatem nauseatiuam patientem.
s B. satietas nauseatiua.
t B. ab.
† Mant. a rerum mordicantium deuoratiōe molestatur.
† Mant. debes sumere frusta panis purissimi musto cocto acetoso odorato perfusa.
† aqua muscata cum aromatib. ex Mant.
* Mant. Ille uerò in quo bilis generatur, debet vomitum aqua calida liberalissime epota prouocare ex syrupo acetoso, deinde aliquid degustare, parūq; quiescere, mox uenam secare.
u B. cum alchebab cum fęce sua, uel secundū totam substantiam suam.
x B. uulneribus uel plagis
y B. foramē phlebotomiæ sit uehemēter strictū.
z —— B.
a B. maniaci.
b B. angusta phlebotomia.
c B. nisi ille in quo secunda est fienda assumpserit uel comederit aliquid.
d B. ne cum sanguine expellantur superfluitates quæ attrahūtur.
e B. difficilē facit phlebotomiā.
f B. commotionis.

commouet febres, [g] [& multoties resoluit putrefactionem.] Omnis quoque sanus, qui phlebotomatur, illud, quod in capitulo de [h] [potu] diximus: accipere debet. Et debes scire, quòd venarum, quæ phlebotomantur, aliæ sunt, quæ sunt tantum venę, & aliæ sunt, quæ sunt tantū arteriæ. Arteriæ verò minus phlebotomantur propter terrorem eius, quod in eis existit de timore cursus sanguinis. Et suarum quidem dispositionum minor est, quòd ex ea prouenit aneuisma. Et hoc quidem est, quum fixura fuerit vehementer angusta. Quum autem fuerit securitas, quòd ex ea sanguis non fluet; maxime est iuuatiua in ægritudinibus proprijs, propter quas phlebotomantur. Maius tamen iuuamentum, quod ex minutione arteriæ prouenit; nō est nisi, quum in membro sibi vicino malæ sūt ægritudines, quarum causa est sanguis subtilis, & calidus. Quumque arteria phlebotomabitur: quę est ei vicina, in qua non erit timor: maximum afferet iuuamentum. Venæ præterea manus, quæ phlebotomantur, non pulsatiles quidem, sunt sex, cephalica, nigra, & basilica, & funis brachij, & sceilem, & illa quæ proprio nomine ascellaris vocatur; & ipsa quidem est ramus basilicæ; eis verò sanior omnibus est cephalica. Oportet autem ut omnes tres supra iuncturam aperiantur, & non sub ea, neque in ea, ideo vt egrediatur sanguis bene taliter, ut saliat, & ut sit securitas a nocumentis neruorum, & arteriarum: & similiter cephalica. Earum verò phlebotomia, quæ fit secundum longitudinē, ad consolidandum est tardior: quoniam ipsę sunt [i] [coniunctionales: in non coniunctionalibus] uerò res est ab hoc diuersa: & in sciatica quidem, & sceilem, & alijs venis melius est, vt secundum longitudinem phlebotomentur: Et cum hoc oportet in cephalica, ut a capite musculi moueatur ad locum lenem, & dilatetur phlebotomus [k] [& phlebotomus phlebotomū non consequatur:] quoniam faciet apostema. Plurimum autem erroris, qui euenit in minuēdo cephalicam non prouenit ex percussione vena, licet sit magna: immò non accidit nocumētum nisi propter iterationem percussionum. Et quæ ex ipsius phlebotomia plus tardatur [l] † [ ] est illa quę fit in longitudine; cuius quidem [m] [phlebotomi dilatandi sunt] si voluntas affuerit, ut secundatio fiat. Quū autem eam non inueneris, quære aliquem ramorum eius, qui sunt in syluestri [n] [† cubiti,] & in vena quidem nigra est timor propter neruum, qui est sub ea, & quandoque etiam est inter duos neruos. [o] [tibi igitur cauere debes, vt ipsam in longitudine phlebotomes, & ad inferiora.] Et fortasse super ea erit neruus subtilis tensus sicut chorda. Et tunc quidem oportebit, vt hoc cognoscatur, & caueatur, ne percussio in eo cadat, & proueniat inde stupor perseuerans. In eo autem cuius [p] [nerui] sunt grossiores, ramus iste est magis manifestus. Et error quidem in ipso est deterioris nocumenti: quare, quum error accidit, & neruus ille percussus fuerit; non consolides phlebotomiam, immo super eam pone, quod ipsius prohibeat consolidationem. Et eius quidem medicamentum, est sicut medicamentum vulneris neruorum. Et nos iam locuti sumus de ipso in libro quarto. Caue tibi præterea ne res infrigidans ad ipsum perueniat, quod sit, verbi gratia, sicut solatrum, & sandalum; sed ipsum, & totum corpus oleo calefacto frica. Funis autem brachij melius est, vt transuersè minuatur, nisi utrinque fuerit [q] [flexuosa:] quoniam tunc in longitudine phlebotomatur. Basilica quoque magni est timoris, propterea quòd arteria cadit sub ea: & quod nerui & musculi etiam sub ea cadunt. In ipsam ergo phlebotomando tibi caue: quoniā si percussio fuerit in arteria. sanguis nō restringetur, aut restringetur difficulter. Hominum quoque sunt quidam quorum basilicæ duæ associantur arteriæ, quarum vna, quum signata fuerit: existimabitur quòd iam sit securitas, & fortasse percutietur altera: hoc enim scire debes. Quumque ligaueris, secundum plurimum rei accidet ibi inflatio, quandoque ex arteria, quandoque ex basilica: sed qualitercunque fuerit, ligaturam soluere debes, & inflationē molliter [r] [inungere;] deinde ad ligandum redi, & si inflatio reuersa fuerit; reitera. quòd si non iuuerit. quid erit in hoc si basilicam dimiseris, & ad ramum qui ascellaris vocatur, redibis? quæ quidem est, quę super domesticum † cubiti existit ad inferiora. Et inflatio nanque errorem multoties efficit: & ligatura sæpe arteriæ pulsum quiescere facit, & ipsam eleuat, & ponit ipsam supremam, & existimatur quòd sit vena, & phlebotomatur. Quumque quamlibet ligaueris venam, & ex ligatura super eam prouenerit, quod sit simile lenti, aut ciceri; fac in ipsa, quod in basilica diximus. In basilica quoque phlebotomanda quanto plus ad brachium descenderit: erit sanius. Phlebotomus pręterea in venam procedere debet ad diuersitatem partis arteriæ. In basilica quoque non solum contingit error ex parte arteriæ, sed etiam musculus sub ea est, & neruus; propter quos etiam prouenit error: hoc quidem iam tibi diximus. Signū verò erroris in basilica, & quod arteria iam sit percussa: est quod sanguis egreditur subtilis, rufus, qui saliendo manat: & lenificatur cum eo tactus, & ipsa fit inferior: tunc ergo succurre ei, & in vulneris orificio parum de pilis leporis pone cum pauco pulueris thuris, & sanguinis draconis, & aloes, & myrrhę, & pauco † chalcitidis, & mysi: & super ipsam ex aqua frigida quantum poteris rora; & super locum ipsum phlebotomatum ligaturam appone tenacem. Quod si se tenuerit: vsque ad tres dies non soluas: & post etiam tres dies, quanto plus poteris tibi cauere debes, & loco emplastrum ex stypticis superpone. Multi præterea hominum arteriam illam incidunt penitus, vt ipsa contrahatur, & caro desuper eam cooperiatur, & teneat. Amplius plerique hominum propter sanguinis exitum moriuntur. Et quidam eorum sunt, qui moriuntur propter fortitudinem doloris ligaturæ, quam voluerunt propter fortitudinem prohibitionis fluxus sanguinis arteriæ, donec membrum factum est secūdum viam mortis. Et scias quod cursus sanguinis quandoque prouenit etiam ex venis. Præterea scire debes, quod sanguis, qui plurimum de cephalica euacuatur, est qui ex collo, & eo quod est supra ipsum,

g B. & huiusmodi febres resoluunt putrefactionem.
h B. uino.
i B iuncturales in non iuncturalibus.
k B. phlebotomia seu scissura phlebotomiæ, & foramē phlebotomiæ, seu punctura phlebotomiæ non fiat super foramen seu pūcturam præcedentem.
l † B. in consolidatione.
m B phlebotomia dilatanda est.
n B. alsahad.
† aseid.
o B quare oportet studere, ut ipsam in longitudine phlebotomes, & suspensa sit eius phlebotomia. Alia litera, quare oportet studere, ut ipsum in longitudine phlebotomes, & ut ipsa suspēsa phlebotometur.
p B. Alia litera, uenæ.
q B. labilis uel mobilis.
r B. fricare.
† aleid.
† alcolcotar, & alzegi.

ipsum,& parũ de eo,q̃ est sub ipso,egreditur,& terminũ partis hepatis nõ ptrãsit,& hypochondriorũ,[s] † [ ] & inferiora non taliter mũdificat, vt inde sit curandũ. Nigræ verò iudiciũ inter cephalicam,& basilicã est medium,& basilica quidem euacuat qđ est a parte [t] [suminis & ventris inferius.] Funis verò brachij similis est cephalicę.De sceilem verò dicunt,quod quę dextra est,doloribus hepatis confert; & quę sinistra,doloribus splenis.& quòd sanguis fluere dimittatur,donec per se stringatur.Manus quoque illius,qui phlebotomatur, in calidam aquã est ponenda,ne sanguis cito restringatur: & ut facile egrediatur,si eius egressio debilis fuerit; sicut est in pluribus eorum, qui ex sceilem minuuntur. Et sceilem quidem phlebotomia melior est ea, quæ fit in longitudine.Ascellaris autem iudicium est sicut iudicium basilicæ.Arteria verò manus,[u] † [ ]quæ phlebotomatur,est arteria,quæ inter pollicem existit,& indicem, & eius quidem iuuamentum in antiquis doloribus hepatis, & diaphragmatis est mirabile.Et Gal.quidem iam vidit hoc in somnis,pręcipiebat enim homini hanc facere phlebotomiam causa doloris,quem in hepate habebat,q̃ eam fecit,& sanus effectus est.Plerunque etiam phlebotomatur alia arteria,quæ ad interiorem partem palmæ decliuior hac existit:cuius iuuamentum est propinquum iuuamento istius. Qui autem venam manus phlebotomare voluerit,& non potuerit,[x] [non erret in ligando eã fortiter cum inuolutione,& iterationem faciẽdo;]sed vna die,aut duabus dimittat.Veruntamen si percussionem iterare necessarium fuerit, a prima percussione se remoueat [y] [& non ab ea descendat.] Ligatura verò præterea fortis apostema affert; & infrigidatio [panni,]& ipsius humectatio ex aqua ros.aut aqua infrigidata,est bona & conueniens. Oportet etiam,ne ligatura cutem de suo loco ante phlebotomiam, aut post eam, remoueat. † Et corporibus quidem macris ligaturæ fortitudo est causa euacuandi venas,& retinendi sanguinem [a] [ex] eis. In crassis autem corporibus propter laxitudinem uenæ non apparent,nisi constringantur. Minutorum preterea sunt quidam, qui ingeniantur, qualiter dolor tegatur stupefaciendo manum constrictione brachij, & dimissione horæ vnius.Et suntquidam,qui phlebotomum oleo inungunt. sed hoc totum,sicut iam diximus dolorem lenit, & consolidationem retardat.Et si venæ quidem, quas in manu nominauimus,non apparuerint;sed apparuerint ipsarum rami, [b] [prematur ramus digito protrahendo inferius. Et si sanguis] cito ad ipsum reuersus fuerit, quum digitus remouetur, & intumuerit:phlebotometur:& si non,non minuatur.Quumque lauandi affuerit uoluntas; cutis trahatur,ideo ut percussio cooperiatur, & fiat ablutio, deinde ipsa ad suum situm reducatur. Pannus quoque eminentiam habens [c] [rectificetur,qui est melior quum pilam habet] & desuper ligetur. Quum autem in orificio percussionis adeps egreditur, [d] [molliter interius reducenda erit,] & non erit incidenda.Et in horum quidem secundatione non est fiducia habenda sine percussione, & hoc quidem in fi-

s † B.& non mũdificat hypochõdria.

t B. capacitatis uentris, & inferiori uentre.

u † B. Alia litera.dextrę.

x B non laboret in ligando eam fortiter cum inuolutione,& iteratione punctionis, seu percussionis cũ phlebotomo.

y B.& faciat eã supra primã pcussionem & nõ infra ipsam.

† Mant. Valida p̃terea deligatio in corpo ib macilẽtis est cã inanitionis venarũ, ac sanguinis retentionis, sed in pinguiorib. lẽta non permittit apparere uenas, nisi ualida fiat.

a B. in.

b B.tunc cõprimatur manu ramus faciendo super ipsum fricationem post fricationẽ, q̃ sanguis apud remotionem fricationis effunditur uel.

c B. applicetur, qui melior est, quum rotundæ seu sphericæ figuræ fuerit.

d B. tunc suauiter uel molliter a loco remoueatur.

ne capituli vehementer perscrutabimur; nam sermo iste accidentaliter hic ingressus est. Amplius scire debes, quòd sanguinis retentio, & percussionis ligatio, terminatam habent horam, licet sit diuersa: nam quidam sunt, qui tolerare possunt, etiam si febricitantes essent, vt quinque, aut sex sanguinis librę auferantur. Sunt & alij,qui nõ possunt tolerare, ipsis etiam sanis, vt vna sanguinis libra auferatur; veruntamen tres in hoc considerandæ sunt dispositiones, quarum vna est[e] [lenitas sanguinis,& ipsius laxitas:] & alia est color sanguinis: nam in hoc etiam multoties accidit error,quoniam in principio sui egreditur subtilis, & albus, quare, quum repletionis ibi affuerit significatio, & oportuerit te phlebotomiam facere: non decipiaris propter hoc:[f] [nam color sanguinis in eis, qui repletionis signa habent, permiscetur quandoque: sed tamen inde non est curandum.] In eis[g] [quoque,] qui apostemata habent; color sanguinis errorem facit; quoniam apostema sanguinem ad se ipsum trahit. Et tertia est pulsus, a quo recedere non debes. Quum ergo[h] [pertransierit pulchritudo coloris,] aut mutabitur color sanguinis, aut mutabitur pulsus, & propriè ad debilitatem; retine. Et similiter si aduenerit oscitationis accidens, aut halicum, aut singultus, aut nauseæ, aut si cito mutabitur color, [i] [aut pulchritudo:]innitere pulsui. Qui verò magis præparati sunt ad hoc, vt syncopis eis velociter accidat; sunt illi, qui calidarum existunt complexionum,macri,[k] [laxa] habentes corpora; & qui sunt pręparati ad hoc, vt istud eis eueniat tardè: sunt corpora habentes temperata, & carnes duras. ✱ Oportet præterea, vt minutor phlebotomos habeat multos, quorum quidam sunt[l] [pilum habentes,& quidam pilo carentes. Et pilum quidem habentes] sunt conuenientiores venis labentibus,sicut ‡ venę iugulares.Et vt habeat glomorem ex[m] [cuculo, aut serico:] et instrumentum vomitiuum ex ligno,aut penna, & vt secũ teneat pilos leporis,& medicamentũ ex aloe & thuri,& folliculum muschi,& diamuschatum, & trochiscos de musco;ideo vt,si syncopis acciderit,quæ est vna ex rebus,quę ex minutione timetur:& fortasse habens hoc[n] [non vomuerit:] succurrat,& glomorem in os eius mittat, & ipsum cum instrumento vomere faciat,& folliculum ei ad olfaciendum tribuat, & faciat ipsum traijcere aliquid ex electuario diamuschato, & ex trociscis eius, propterea vt eius virtus viuificetur. Et si accidat vt ex arteria sanguis egrediatur:succurrat,& repleat vulnus pilis leporis, & cum medicamine ex aloe ipsum retineat. Syncopis vero raro accidit sanguine egrediẽte,immo secundum plurimum non accidit nisi post retentionẽ: nisi superfluus fuerit sanguinis exitus; licet in febribus synochis non curemus, si vsque ad syncopim perueniant, & in principio apoplexiæ, & in synantijs, & in magnis apostematibus pernitiosis, & fortibus doloribus: hoc tamen facere non debemus, nisi quum uirtus fuerit fortis. Et iam quidem accidit nobis,ut in uenis manus sermonem amplificaremus secundũ[o] [aliorum]sententias,& obliuisce-

e B.sanguinis egressio impetuosa, & ipsius egressio laxa non impetuosa.

f ——B.

g B enim quandoque.

h B. debilitatur seu minuitur impetuosa egressio sanguinis.

i B.immo impetuosa sanguinis egressio.

K B.rara.

✱Diciturad huc, q̃ qui secandæ uenæ artẽ profitetur,dẽt habere plura scalpella, quorum aliqua latiorem,aliqua uero angustiorem habeãt aciem. Quæ uero latioris sunt acuminis uenis quidẽ fugiẽtib. ac declinãtibus maximè accommodãtur,ut sũt venæ iugulares. Is adhuc debet habere pilulam bombacineam, uel sericeam. Ita uertit Mant.

l B.cuspidem, uel punctã ualde acutam quasi in modũ capilli,& quidam non habẽtes punctam ita acutã, & phlebotomi quidem habentes punctã ualde acutã in modum capilli.

‡ guidez.

m B. ex chazi aut serico subtili.

n B. excitatur a syncopi.

o B.alias.

visceremur de venis pedis, & alijs venis: nos ergo in eis sermonem nostrum continuare oportet. Dicemus ergo quòd ex venis pedis, est sciatica,† q̃ phlebotomatur a parte syluestri [p] [†calcanei, aut sub eo, aut supra ipsum, † & ligatur illud quod est supra ipsum a summitate coxæ, vsque ad † foramen, & inuoluitur fascia fortiter, aut instita. Et melius quidem est vt ante balneentur in aqua calida: & ut ipsa in longitudine phlebotometur. Quod si ipsa fuerit occulta; aliquis suorum ramorum phlebotometur, qui inter minimum & secundum digitum ab eo existit. Et iuuamentum quidem in phlebotomia sciaticæ est magnum in dolore sciæ, & similiter in podagra, & in varice, & in elephantia; sed sciaticę secundatio est difficilis. Et ex eis est saphena, quę est † super partem domesticam† calcanei: & est manifestior sciatica; & ipsa quidē phlebotomatur, ꝓpterea ut euacuetur sanguis ex membris, quæ sunt sub hepate, & vt sanguis a partibus superioribus ad inferiores declinetur, quare menstrua uehementer prouocat, & hæmorrhoidarū orificia aperit. Et ratio quidē facit oportere, ut sciatica, & saphena similis existant iuuamenti, sed experimentum facit ut operatio sciaticæ plurimum conueniat dolori sciæ, [q] [sicut si hoc esset debitum.] Et saphenæ quidem phlebotomia melior est, quæ fit transuersè, latitudini attinens. Et ex eis est vena curuaturæ, quę phlebotomatur sub genu poplitis, quę tantum efficit, quantum & saphena, sed est fortior saphena in prouocatione menstruorū, & in dolorib. ani, & hęmorrhoidibus. Et ex eis est vena, q̃ est [r] † [in postrema parte calcanei,] quæ est quasi ramus saphenæ, & operatur quantum ipsa. Et ad summum quidem, venarum pedis phlebotomia confert ęgritudinibus, quæ fiunt ex materijs ad caput declinantibus, & ęgritudinibus melancholiæ. Et ipsa quidem magis debilitat uirtutem, quam phlebotomia uenarū manus. In venis autem, quę phlebotomantur; & sunt in parte capitis, excepta † iugulari, melius est vt transuersè phlebotomentur, & earum q̃dem quędam sunt, quæ sunt venæ: & quędam quę sunt arterię. Venę ergo sunt sicut vena frõtis, quæ inter duo existit supercilia, & ipsius quidem phlebotomia confert grauitati capitis, & propriè illi, quæ est in posteriore parte capitis, & grauitati oculorum, & dolori capitis perseueranti antiquo; Et vena, quę super caput, phlebotomatur propter hemicraneam & vlcera capitis. Et duæ venæ temporum, quæ flexuosè incedunt; & duæ venæ quę sunt in angulis oculorum lachrymalibus, & secundum plurimum non apparent, nisi per constrictionem suffocantem. Et in ipsis quidem phlebotomus non est profundandus, quia fortasse fient fistulæ ex ꝑcussione ossis: & ex eis non egreditur sanguis, nisi paucus. Iuuamentum verò phlebotomiæ ipsarum duarum existit in dolore capitis: & in dolore hemicraneo: & ophthalmia antiqua, & lachrymis, & panno, & scabiei palpebrarum, & earum † pustulis, & nyctilopis. Et tres venæ par uæ, quarum locus est post illum vbi extremitas auris [s] [tangit, quum peruenit ad capillos.] Et vna quidem harum trium est magis manifesta, quę phlebotomatur in principio† aquę, & quū caput stomachi recipit [t] [fumum.] Et propter hoc conferunt vlceribus aurium, & colli, & posteriorum capitis. Et Galenus quidem negat, quod quidam dicunt, quòd duæ venæ, quę sūt post aures, phlebotomātur, ut qui filios gignūt, ipsos non gignant. Et ex venis istis sunt † iugulares, quæ sunt duę, & minuuntur in principio lepræ, & fortis squinātiæ, & coangustatione anhelitus, & asthmate [u] [acuto,] & raucedine vocis. & in habente apostema in pulmone, & dispnia, quæ est ex multo sanguine calido, & ęgritudinibus splenis, & laterum. Et oportet, vt diximus ante, ut phlebotomo [x] [† pilum] habente minuantur. Modus verò ligandi eas, est, ꝙ oporte trahere caput ad contrarium partis phlebotomiæ, vt vena extendendo fiat sicut chorda: & consideretur quæ pars sit magis [y] [declinans,] & fiat phlebotomia ex contrario partis illius. Oportet præterea vt eius [z] [phlebotomia] fiat in latitudine, & non in longitudine; & sicut fit in saphena & sciatica. Et cum hoc toto oportet ut ipsius phlebotomia cadat in longitudine. Et ex eis est vena, q̃ est in † lepore nasi, cuius phlebotomiæ locus est ipsius extremitas, quę digito pressa in duo partitur [a] [vbi] quidem fit phlebotomia; sed sanguis, q̃ inde egreditur, est paucus. Et ipsius quidē phlebotomia confert [b] [† lētigini faciei,] & turbationi oculorum, & hæmorrhoidibus, &† tuberculis, quæ in narib. nascuntur, & pruritui, qui fit in eis: veruntamen plerunque accidit ex eo coloris rubedo perseuerans, quæ similatur [c] [† serpigini, & corrumpit faciem,] & est ipsius impedimentum maius suo iuuamento. Et venæ quidem quæ sunt † post [d] [aures sub ossibus eminentibus] a parte nuchæ, quarum phlebotomia confert [e] [ægritudini oculorum antiquæ] quæ est ex sanguine subtili, et antiquis capitis doloribus. Et eis sunt venæ, quæ sunt in labijs: [f] † [ ] et sunt quatuor, et super unumquodque corū existit par, quę conferunt vlceribus oris, et † aphthis, et doloribus gingiuarum: et carū apostematibus, et ipsarum laxitati, et ulceribus, [g] † [ ] et fistulis, et fixuris, quæ sunt in eis. Et ex eis est vena, quæ est sub lingua super occultum menti, quæ minuitur in squinantijs, et apostematibus duarum amygdalarum. Et ex eis sunt venæ, quę sunt sub lingua, et existentes super ipsam linguam: et minuuntur propter linguæ grauitatem, quę est ex sanguine: quæ quidē in longitudine sunt minuendæ, quia sanguinē constringere, qui fluit ex phlebotomia in latitudine facta, est difficile: † et ex eis est vena [h] [alanfuta] quę inter mentum, et labium est inferius, quæ phlebotomatur propter oris fœtorē. Et ex eis est vena furculæ, quæ phlebotomatur in medicationibus oris stomachi. Ex arterijs vero, quæ sunt in capite, est arteria temporis, quę quandoque phlebotomatur, et quandoque inciditur, et quandoque extrahitur, et quandoque [i] [aduritur.] Et hoc fit propterea, vt acuti rheumatismi, et subtiles constringantur, qui ad oculos descendunt, et propter amplificationis principium. Et duæ arterię, quæ sunt post aures quæ phlebotomantur propter species ophthalmiæ, et principium† aquæ, et pannum, et nyctilopas, et antiquum dolorem capitis. In earum tamen

† Mant. in extrema parte malleoli inciditur.
p B. alcahab.
† alcabi.
† Mant. deligandaque est pars suprema, videlicet a crure vsq; ad foramen.
† cabi.
† in interna parte malleoli. Mā.
† alcabi.
q B. & illud est propter aspectū eius.
r B. alarcub.
† alaurchob.
† guidez.
† bothor.
s B. terminatur uel obuiat apud eius tactum, uel eius depressionē versus capillos.
suffusionis.

t B. vapores.
† guidez.
u B. calido.
† acutā aciem
x B. cuspidā vel punctā valde acutam.
y B. mobilis.
z B. Alia litera. vt declinatio vel extensio.
† extrema parte
a B. & ibi.
b B. alchalef.
† calips.
† bothor.
c B. alsahafati & expāditur in facie.
† sahaf.
d B. alhasusa.
† asese.
e B. alsedar.
f † B. dictæ giearech.
† alcola.
g † B. & hęmorrhoidibus.
† Mant. Est quoque alia vena ī ima parte labij, quæ ad oris fœtorē inciditur.
h B. alhanfache.
i B. cauterizat.
† suffusionis.

tamen phlebotomia semper existit timor,& cū hoc tardetur consolidatio. Galenus quoque dixit, quod cuiusdam in gula vulnerati arteriam per cussio parumper tetigit, ex qua magna sanguinis pars manauit: sed Galenus ei subuenit cum medicamento thuris,& aloes,& sanguinis draconis & myrrhæ,& restrictus fuit sanguis: & dolor antiquus, quem in exteriore parte coxæ posterius consueuerat habere:recessit. Et ex venis, quæ in corpore phlebotomantur, sunt duæ uenæ super uentrem: quarum una super hepar consistit, & altera super splenem est posita,& phlebotomatur dextra in hydropisi, & sinistra in ægritudinibus splenis. Scito preterea quòd phlebotomia duas habet horas, horā electam,& horam necessariam; hora uerò electa est eius,quæ est in [k] [lumine] diei,& post digestionis complementum, & superfluitatem, expulsionem,& hora necessaria est hora,qua fieri oportet,& quæ tardari non potest,& in qua res prohibitoria non attenditur. Scias etiam quòd phlebotomus obtusus est magno impedimēto, quoniam errat,& non consequitur id, qđ debet,& apostemare facit, & dolere. Quum ergo phlebotomo operaberis,non manu premendo impellas,sed suauiter blandiendo, & etiam furtim agas,ut phlebotomi extremitas ad interiora uenę perueniat:quoniam si illud duriter feceris sępe caput phlebotomi intus in uena occulta rumpetur fractura,& facit,ut uena refugiat, & nō vulnerabit uenam. Et si perfidiosè institeris ut cum eo phlebotomes: augmentabis malitiā; quapropter experiri debes, qualiter phlebotomus īgrediatur cutem, antequam cum eo phlebotomes,& quum percussionem secundare uolueris,si tibi necessarium fuerit.[l] [Tibi præterea cauere] debes ut uenam impleas,& sanguine infles,quoniā tunc lapsus,& remotio minus erūt. Quumque uena tibi rebellauerit, uel occultauerit, & ipsius repletio sub ligatura non apparuerit, solue ipsā. & multoties liga, & [m] [inunge eam] & comprimendo descende,& ascende, donec eam manifestare & apparere facias. Et hoc quidem experieris cum duobus digitis unumquemque locorum [n] [tangens] in quibus scis uenam extendi; & quandoq; tangens utrisque;& quandoque uno ipsorum, & cum altero facies sanguinem incedere, [o] [donec altero cadente] ipsius sentias sanguinis accessionem,[p] [quum ad ipsum perducitur sanguis:] & eius recessionem,quum dimittitur. Et scito quòd caput phlebotomi habet spatium,in quo penetrat,quod tamen non est longum,ne ad arteriam,aut neruum penetret,[q] [Et ipsum quidē plurimum impellere debes,] quum uena fuerit magis subtilis, Oportet autem ut phlebotomi apprehensio fiat pollice & impudico, & dimittatur index ad palpandum,& ut in medio ferri fiat apprehensio, & non apprehendatur superius;quoniam non bene tenebitur,immò erit uacillans. Quumque uena remouendo se ad partem unam mutabitur, oppones ei ligaturam,& stricturam ècontrario partis illius;& quum remouendo se ad duas partes æqualiter mutabitur:[r] [non] debebis eam in longitudine phlebotomare. Et scito,quod oportet ut constrictio,& compressio, sint secundum quantitatem dispositionis cutis ī duritie sui,& grossitie,& in multitudine carnis,& abūdantia. Et oportet ut etiā ligatura sit propinqua. Quumque ligatura,uenam occultauerit: fac signum super eam: & caue tibi ne a signi rectitudine remoueatur,quum ligaturam facies, & cum hoc toto [s] [impelle] phlebotomum. Quum autem uenę declinatio, & ipsius eleuatio tibi rebelles extiterint:finde locum,qui est super eā in corporibus macris propriè,& cum uncino operare. Casus præterea ligationis,& constrictionis in iunctura, prohibet uenarum impletionem. Quumq; uolueris lauare,digito tuo tende cutem,ut a rectitudine remoueatur foraminis:deinde laua,& exsicca. & pone pannum eminentiam habentem,& dimitte cutem, ut ad locum suum redeat. Et scito;quòd,qui multū sudat causa repletionis: est phlebotomia indigens. Et multoties etiam habenti febrem,& habenti dolorem capitis,qui ex consilio phlebotomia esset medicandus: superuenit fluxus uentris naturaliter. qui phlebotomia excusat.

k B. dhau.

l B. Præterea solicitati.

m B & frica eā suauiter.

n B. cōprimens.

o B. ita ut cū altero stante seu firmo existente.

p B. qui uersus digitū stantem vel firmum impellitur.

q B. Et ipsa quidē vena magis debet impleri.

r B. tunc ingeniose, & cū dexteritate.

s B. suspendo.

ANNOTATIONES.

1 *De uenæ sectione Gal. tres integros libellos fecit de uenæ sectione aduersus Erasistratum. de eadem contra Erasistratæos, & de curandi ratione per sanguinis missionem. Egit & Paulus lib. 6. Author idem negocium in Canticis repetit, parte 2. tr. 2. Auerroes quoque plura de hac re septimo Coll. quæ loca petet qui uolet hæc copiosius.*

cap. 40. Tex. 75. & deinceps. cap. 3.

2 *Et debes scire quòd dum istæ &c. Negare uidetur in morbis esse initio mittendum sanguinem, sed expectandam esse coctionem. At Hipp. 2. de rat. uict. in ac. pleuritidis initio uenam secat. & 2. aphor. principio si quid uidetur mouendum, monet, ut moueamus. quod Gal. ibidem & alibi de uenę sectione confirmat, immò ipsemet Auicennas 1. quarti de curatione febrium in uniuersali agens, uenę sectionem non esse ait ex ijs, in quibus coctio expectetur. plura alia sunt loca, quibus probare liceat non esse in mittendo sanguine coctionem expectandam. Sanè eget res hęc consideratione: Nos quamuis non ignoremus pręstantissimos viros hac de re Auicennam acrius accusasse atque alios rursum Auicennę partes confirmasse, breuibus tamen & ipsi proferemus quid sentiamus. Non est huius sententia adeo futilis, adeo absurda, vt aliqui existimant. Quum hic de morbis agitur, non de omni morbo verba fiunt, sed de inflammatione. Vbi ergo inflammatio nondum facta sit, periculum autē sit, ut fiat, admittit venę sectionem. at postquam facta iam & absoluta est, negat esse mittendum sanguinem, nisi transacto morbi principio, & ubi coctio apparuerit. Quis hic non uidet Auicennam Hippocratem ęmulari? Ait diuinus ille senex 4. de rat. vict. in ac. (quanquàm enim de illius libri authore ambigitur, ea tamen sententia, ut Hippocrate digna recipitur) ait, inquam, in hęc verba. Quicunq; ea, quę inflammantur, statim morborum inter initia medicamento soluere conantur, hi ab intenta, inflammataùe particula nihil adimunt, non enim cedit obsequitur ue: quę adhuc cruda est affectio, quę verò morbo aduersa & sana sunt, absumuntur, contabescuntq;. ducto autem corpore ad imbecillitatem morbus superior euadit, qui ubi corpus euicerit, remedium non habet. His uerbis, purgationem facta inflammatione inter initia prohibet ea ratione, quòd nihil ab inflammata parte adimitur, sed ea, quę sana sunt, absumuntur, & contabescunt. Si ergo Hippocrates cęterorum pręter sanguinem humorum euacuationem detestatur (ne-*

Aph. 10. Aph. 19. cap. 5. Aph. 2.

que

quę enim purgatorijs medicamētis sanguis educitur) quod absumi & contabescere oporteat, quæ sana sunt, quanto magis prohibenda sanguinis est missio, a quo præsertim seruatur vires atque ipsa uita? eadem profecto, immo maior est de sanguine, quàm de alijs humoribus ratio, si quis æquo animo rem perpenderit. Contendent hic alij Hippocratem de purgatione, non de uenę sectione loqui. Nos id non ambigimus. sed eandem prorsus rationem spectare nobis ipsis videmur de sanguinis missione, quæ de purgatione est. Sit.n. confirmata iam & absoluta inflammatio, non poterit certè uenæ sectione impactus sanguis, & illi commisti humores ex inflammata particula educi (qui enim nondum firmati humores sunt, educi quidem possunt, & qui firmati iam & Com. 76. *impacti, moueri non queunt, ut innuere Gal. uidetur 4. de rat. uict. in ac. nisi forte ipsam inflammatam particulam seces. quod neque ipsum initio ages.) Quin si sanguinem confirmata iam inflammatione miseris, extenso iam ab ipsa inflammatione ad uniuersum corpus calore, (id enim in inflammationibus sequi solet, præsertim quum putrescit iam quod fluxerat, atque si interna inflammatio sit, febres enim has nunquam non comitantur) quod sanguinis superest, attenuari necesse est. ac nouā fortasse fluxionem rursum concitari. aut si non id fiat, incrassari saltem quod fluxerat, educta spirituum copia & calore naturali refrigerato, atque inflammationem in crudos & malos abscessus conuerti necesse erit. Ita ut absoluta iam inflammatione, firmatis iam & impactis humoribus, non ineptè fortaße author noster uenæ sectionem interdicat, nisi antea coctio apparuerit. Quod si obijcias Hippocratem uenam initio pleuritidis secare, fatemur hoc quoque ipsum. at nondum absoluta inflammatione, sed quando etiamnum fieret & in ipso (ut aiunt) fieri quod Auicennas non prohibet. Consulit & idem in aph. principio mouendum esse nondum confirmato morbo, ac, si ad inflammationes transferas, nondum fluxione absoluta. Et Author quoque noster prima quarti uenæ sectionem non esse ex ijs, in quibus coctio expectetur, asserit, de febrib. agens, quarum solutio coctione humorum terminatur, qui nō in una quapiam particula, sed in toto corpore putruerant. Atq; hoc forte Auic. in proposita sententia intellexit.*

3 *Phlebotomia quoque &c. Venæ sectionem & purgationem negat in die accessionum tentari, quum id quiescendi & somni potius inducendi sit tempus. Assentitur huic* Circa medium. *de purgatione consilio Hipp. 4. lib. de mor. scribens, quicunque a febre continua correpti pharmaco usi in diebus paribus sunt, hos nimium nunquam purgatos eße. Sed qui imparibus, eos aut nimium fuisse purgatos, aut etiā mortuos, cuius ratione medicos antiquiores improbat, qui imparibus diebus medicamenta exhibebant, quo tempore humores in ægrotantium corporibus magis turbantur. unde si qui conturbatum morbi uiolentia hominem, medicamento etiam magis turbet, mirum non est, si pereat. Atque his Hipp. in continuis febribus purgationem die quietiori suadere uidetur, quamuis neque de alijs morbis neque de intermittentibus febribus quidquam statuat. ut author noster, qui in uniuersum quieta die in morbis euacuationes per pharmacum & sanguinis missionem consuluit. At uerò quid de alijs prēter continuas febres statuendum sit morbis, tu considera. De his uerò nota apparentem contradictionem in Auicēnæ libris. Is nempe lib. 4. fen 1. tr. 2. si natura in statu non* Cap. 7. *moueat, mouendum ait esse a medico hora motus eius. ut propterea in die etiam critica, quæ solet maior eße morborum uehementia, euacuandum consulat. Existimant docti quidam uiri, tunc præcipi, ut die iudicij euacuemus, ubi materia neque mouet, neque moturam se indicatoria die significauerat. At hi quid ad Hippocratem dicent, qui dies impares damnat, quos in acutis morbis esse afflictionis dies certum est? Tu uide quod ad hunc locum facit, an fortè in euacuatione, quæ medici fit consilio, die semper pari, hoc est quietiori euacuandum sit, in excretione uerò, quæ naturæ opera fit, die impari: si quum antea futuram uacuationem natura ipsa indicarit, expectata tamen postea iudicij die, aut non moueat, aut inertius aduersus morbum insurgat. Illud sanè monuisse Hipp. uisus est, quum lib. 1. aph. quæ iudicantur & iudicata sunt integrè neque nouare, neque mouere medicamentis uel aliter irritando suasit. quasi, ubi integre id a natura non obeatur; euacuandum consulat, & naturę ferendum auxilium.* Aphor. 20.

De uentosis. Cap. 21.

VEntosæ cutis partem magis mundificant, quàm phlebotomia: & plus extrahunt sāguinem subtilem, quàm grossum. Et ipsarum quidem iuuamentum in corporibus grossis, & crassis, grossum habentibus sanguinem, est paruum: quoniam ex istis non extrahunt sanguinem, neque extrahunt sicut oportet, immo qui ex eo vehementer est subtilis, & cum difficultate, & in membro ventosato debilitatē efficiūt. Quidam autem præcipiunt vt ventosæ in principio mensis non apponantur, quoniā humores nondum [a] [moti fuerunt, neq; ebullierūt.] neque in fine mensis: quoniam humores, tunc sunt minuti, sed in medio mensis, quum humores sunt [b] [ebullientes,] & in sui augmento, luminis in corpore lunæ augmentum sequētes, & augmētatur cerebrum in craneis, & aqua in fluminibus accessionem & recessionem habentibus. Ex suis vero horis in die, melior est hora secunda & tertia, & oportet quidem vt a ventosis sibi quilibet caueat post balneum, nisi cuius sanguis fuerit grossus, quoniā ipse se prius balneari debet, & una hora morari, & postea ventosas apponere. Plurimi autem hominum abhorrent ventosas in anterioribus capitis apponere, & reperiunt in hoc sensum, & intellectū impediri. Et ventosæ quidem super nucham, quę est in collo, positæ, nigræ vicariæ existunt, & conferunt superciliorum grauitati, & alleuiant palpebras, & conferunt scabiei oculorū, & fœtori oris. Et super † scapulas vicem tenēt basilicæ, & conferunt doloribus humerorum & gulæ. Et super [c] † [ ] alteram duarum uenarum colli posteriorum, sunt vicariæ cephalicæ, & conferunt tremori capitis, & membris, quæ sunt in capite, sicut facies, & dentes, & [d] † [molæ, & aures, & oculi, & gula, & nasus.] Ventosę autem, quę nuchę superponuntur, obliuionem hæreditate faciunt ueraciter, sicut quidam dixerunt, quoniam posterior pars capitis, est locus conseruationis, quem ventosæ debilitant. † Super scapulas vero debilitant os stomachi. [e] [Et propter † uenas colli posteriores quidem quandoque accidit capitis tremor; parumper itaque mutemus nos a nucha, & ad † scapulam parumper ascendamus,] nisi quum fuerint necessariæ propter [f] [fluxum] sanguinis [g] [ex tussi,] quoniam tunc cum eis est descendendum, & non ascendendum. Et hę quidem ventosæ, quæ † scapulis superponuntur, & inter duas spatulas, conferunt ægritudinibus pectoris sanguineis, et spasmo sanguineo, et asthmati sanguineo, sed stomachum debilitant, et cordis tremorem generant. Et ventosæ quidem, quæ

a B. cōmoti fuerunt, neque excitati.
b B. commoti.
† alchael.
c † B. duo.
† alchāda posterius.
d B. molares.
† Mant. Verū, ut inquit Muhamad, si cauitati occipitij imponantur, obliuionē inducūt.
† Alchaelie.
e B. Et propter uentosas super alchada qñque accidit tremor capitis; quare a nocta parūper descendatur inferius, & ascendatur parumper ab alcheel.
† alcnadam.
† alcheel.
f B. Alia litera sputum.
g B. [illegible]
† alchael.

cruribus superponuntur, sunt minutioni propinquæ,& mundificant sanguinem,& prouocant menstrua. Et ei quidem, quæ ex mulierib. alba existit,& laxa, sanguinem habens subtilem, ventosæ in cruribus positæ sunt meliores quã phlebotomia, quæ fit in saphena. Quidam præterea dixerunt, quòd ventosæ super occiput positę,& summitatem capitis, conferunt amētię, & scotomię,& tardant canos, quemadmodum dixerunt. In hoc verò consideratio est habenda: nam istud in his operantur corporibus, & non in alijs; quoniam plurimis corporum festinare faciunt canos,& impediunt intellectũ: & conferunt ægritudinibus oculi:& hęc quidē est maior earum vtilitas; quoniam conferunt eorum scabiei,& † tuberculis,& [h] [egressioni] corneæ & uueæ, sed intellectum impediunt,& faciunt hæreditare stupiditatem,& obliuionē, & malitiam cogitationum,& ægritudines permanentes:& nocent,† aquam in oculo habentibus, sed fortasse si hora se præsentauerit, qua illud fieri debet, non impediunt. Ventosæ autē sub mento positæ prosunt dentibus, & faciei, & gutturi,& mundant caput, & mandibulas. Et uentosæ [i] [renibus superpositę] conferunt apostematibus coxarum,& earum scabiei, & † pustulis,& podagræ,& hęmorrhoidibus,& elephantię,& uentositatibus vesicę,& matricis, & elephantię,& vētositatibus vesicæ, & matricis, & pruritui dorsi. Quumque vētosæ istę fuerint cum igne, siue sint cum scalpellatione, siue absque ea, iuuabunt etiam in hoc: sed illæ quidem quæ sunt cum scalpellatione, sunt fortiores prę terquam in ventositate. Nam quę sine scalpellatione sunt, in remouendo vētositates frigidas, & ut radicitus euellantur hic & ubique, sunt fortiores. Ventosæ præterea in anteriori parte coxarum, testiculorum apostematibus conferunt,& [k] [vulneribus] coxarum, & crurum. Et ventosæ posteriori parti coxarum superpositę prosunt apostematibus,& exituris, quæ in natibus fiunt. Et uentosę positę sub poplice conferunt pulsationi poplitis, quæ ex calidis generatur humoribus,& exituris malis,& vlceribus [l] [putridis] in cruce, & pede. Et uentosę super [m] [malleolos] conferunt prohibitioni menstruorum,& sciaticę,& podagrę. Vētosę autem sine scarificatione quãdoque ponuntur, propterea vt materia a parte sui motus trahatur, sicut quũ mammillis superponuntur, ideo ut cursus sanguinis menstrui retineatur. Et quandoque quęruntur, vt apostema profundum ad exteriora trahatur, ideo ut medicamētum ad ipsum perueniat. Et quandoque requiruntur propterea, vt apostema ad aliud mutetur mēbrum, quod ignobilius in uicinitate existit. & quandoque requiruntur propterea vt membrum calefiat,& sanguis ad ipsum trahatur,& ipsius resoluãtur ventositates,& quãdoque requiruntur propterea ut membrum ad suum naturalem locum reducatur a quo remotum fuit, sicut fit in [n] [ruptura inguinis.] Et quandoque requiruntur ideo vt dolor sedetur, sicut quum superponuntur umbilico in dolore colicę uehemēter cogente,& in ventositatibus ventris,& in doloribus matricis, qui accidunt apud motum mēstruorum,& propriè in adolescentibus. Et super [o] [laxitatem partis exterioris coxę] sicut fit in sciatica;& quum timetur ossis exitus a iũctura:& inter duas anchas, prosunt duabus anchis,& duabus partibus interioribus coxarum, & hęmorrhoidibus, & habēti rupturam inguinis,& podagricis. Ventosę quoque super [p] [nates] positę a toto corpore trahunt, vt a capite, & conferunt intestinis, & menstruorum sanãt corruptionem,& alleuiatur per eas corpus. & dicemus quidem, quòd in ventosis cum scarificatione tria existunt iuuamenta. Primum corũ est euacuationis ex ipso membro,& secundum est [q] [repositionis] substantię spiritus, ne, euacuationem humoris, qui educitur, sequendo, euacuetur, & tertium est, quoniam non curatur, ut ex principalib. membris fiat euacuatio. Scarificatio vero est profundãda ut ex profundo trahatur. Locus præterea vbi ventosa adhęret, quandoque apostematur, & fit difficile ad ipsam remouendam. Pannus ergo aut spongia in aqua tepida infusa, quę caliditati attineat: sumatur:& cum ea in circuitu fiat embrocha. & hoc quidem frequenter cõtingit, quum super mammillarum partes ventosas ponimus, vt sanguinis menstruorum fluxus,& ex naribus arceatur, quamobrem super ipsas mammillas eas ponere non debemus. Quumque locus ventosę inungetur, propere ipsam suspende,& non tardes, sed ad scarificandum festina. sitque prima positio leuis, & cito remoueatur ipsa; deinde secundum ordinem tardetur ipsius remotio,& tolerantia. Et oportet quidē vt ventosatus post vnam horam cibetur. [r] [Infans pręterea in tertio anno ventosetur, & post transactis duobus annis, quoniam prorsus non debet uentosari, quum est unius anni.] In uentosis quoque [s] † [ ] fit securitas, ne materiæ ad inferiora descendant. Et cholericus quidem ventosatus post ventosas comedere debet grana mali granati,& ipsorum succum,& [t] [succum seariolarum] cum zuccaro, aut lactucas cum aceto.

h B. almursegi, idest.
† bothor,& almuseragi.
† suffusionem.
i B. super alchatim.
† bothor.
k B. exituris.
l B. antiquis.
m B. duo alcahab.
† duas alcabi.
n B. in chila.
o B. anchas.
p B. anum.
q B. remanētia.
r B. Infans pręterea vētosatur in secūdo anno, & post sexaginta annos nō fiat omnino ventosatio.
s † B. in superioribus.
t B. aquam endiuiæ.

ANNOTATIONES.

* *De cucurbitarum vsu paruus adhuc Galeni libellus extat, de hyrudinibus, cucurbitulis & scarificatione inscriptus. Sed paulo prolixius res hæc ab Oribasio lib. 7. & 8. Coll. ex Gal. libris descripta est. Egit & Paulus lib. 6. Ex nostris verò Celsus elegantissimè & de usu & de modo vsus lib. 2. scribit. Hipp. quoque aliquando de hac re meminit, præsertimq́; 5. aph. quum mammis in profluuio mensiũ copiosiori affigi iubet. id quod tamen caute agendum est, vt Paulus notat loco citato.*

Cap. 41.
cap 11.
Aphor. 50.

De sanguisugis. *Cap.* 22.

INdi dixerunt, quòd in quarundam sanguisugarũ natura existi uenenositas, ab eis igitur cauendum est, quæ sunt ex genere magna habētiũ capita, & quarum colores sunt antimoniales,& nigræ: aut quarum color est uiridis: aut quæ sunt lanuginē habentes,& similes [a] [mezcemeiz]& super quas existũt fila coloris azuli, & quarum color similatur [b] † [alicui serpentiũ generi:] in omnib. enim istis existit uenenositas, & proueniũt ex eis apostemata.& syncopis, & sãguinis fluxus,& febris,& laxitas,& ulcera mala.

a B. marmagi.
b B. almabun.
† madion.

la. Eas quoque non accipias ex aquis malis, in quibus limus aluei est niger, & cenosus,& motus statim turbat aquam,& fœtet,sed illas elige, quæ in aquis colliguntur [c] [† quibus lenticulæ supernascuntur,] & in quibus morantur ranæ. Neque attendas illud, quod quidam dicũt, quod si sint in aquis vbi morantur ranæ, sunt malæ. Sitq; earum color similis [d] [rei super quã] existit uiriditas,& tendantur super eas fila duo colorẽ arsenici habentia,& rufę, rotundæ quę sunt coloris hepatis. Et illę quæ similantur paruæ locustæ,& quæ caudę muris similes existũt, & minutæ parua habentes capita, omnes istæ eligendæ sunt.& nullas magis eligas, quam habentes ventres rubeos,& dorsum uiride,& pręcipue si ex aquis fuerint currentibus. Extractio præterea sanguinis a sanguisugis facta,profundior est extractione,quæ fit cum uentosis. Et ipsæ quidem antequam ponãtur,quasi per vnam diem colligendę sunt [e] [& constrictione] faciẽdum est ut euomant,donec quod in earum existit uentribus,egrediatur.si hoc fieri poterit, & ipsis parũ sanguinis agni,aut alterius rei,proijciatur,ut inde nutriantur,antequam ponãtur, deinde sumantur,& earum viscositas,& sordities cum aliquo,quod sit ut spongia, mundentur. Locus præterea ubi sunt apponendę, cum †nitro lauetur,& fricatione rubificetur,postea quum uoluntas apponendi sanguisugas affuerit,in aquam proijciantur dulcem & mundentur, deinde apponantur. Ex eo autem quod eas efficit uoluntarias ad se suspendendum, est ut locus luto [f] † [ ] liniatur,aut sanguine. Quumque hæ fuerint plenę,& eas proijcere uolueris,pulueriza super eas parum salis, aut cineris,aut † nitri,aut setæ combustæ,aut lini,aut spongiæ combustæ, aut lanę combustæ, & cadent. Et melius quidem est, ut postquam cadunt,locus uentosa sugatur, & ex sanguine loci parumper accipiatur,ut morsurę ipsarum malitia remoueatur. Quod si sanguis non cõstringetur,gallę combustę, aut calx, aut cinis, aut tegula [g] [combusta,]& subtiliter puluerizata superponatur,aut reliqua ab istis, ex eis quæ sanguinem constringunt. [h] [Et hæc quidem oportet,ut sint apud eũ præparata, qui sanguisugas apponit,quum ipse se suspendunt.] Appositio pręterea sanguisugarum confert ęgritudinibus subcutaneis,sicut [i] † [serpigini & impetigini] & eis similibus.

c B in quib. est altaleb.

† cochalibus to lubiatu.

d B. colori almes super quas

e B.& cõuersione capitis earũ ad inferiora.

† baurach.

f † B.capitis.

† baurach.

g B contrita.

h B. Et oportet quidẽ, ut apud ipsum sit præparata sanguisuga quæ prius non fuerit alicui suspẽsa,quũ ipse suspendit sanguisugas.

† sahaf,& alcuabe.

i B. safari & impetigini.

ANNOTATIONES.

Scripsit & de hac re Gal. libello de hirudinibus,cucurbit.& scarific.panca quędam.plura Oribasius ex Gal.sententia lib. 7.& 8.Coll. descripsit. Authori nostro harum commoda in curando non uidentur plurimum innotuisse, sed de iis plura scripsit Gal.& nostra tempestate non subcutaneis tantum morbis,sed internis pluribus auxiliari mirum in modum experimur,dum frequenter iis ad hęmorrhoidales uenas utimur aperiendas.

De retentione eorum,quę euacuantur. Cap. 23.

EA quæ euacuantur,retinentur,aut propter materię inclinationem absque alia euacuatione,aut propter inclinationem cum alia euacuatione,aut propterea quod ipsamet euacuatio iuuatur,aut medicinis infrigidantibus, aut stypticis:aut uiscosis, [a] [aut adurentibus :] aut strictura Et retentio quidem euacuationis, propter attractionem sine alia euacuatione, est sicut appositio ventosarum super mammillas facta,ad hoc ut sanguinis fluxus ex matrice prohibeatur. Sed melior attractio est,cum qua existit sedatio doloris illius,a quo trahitur. Et ea quidem,quę fit propter attractionem, quæ est cum euacuatione,est sicut phlebotomia basilicæ facta propter hoc,aut retentio uomitus fluxu uentris; aut fluxus ventris vomitu,aut utrorumque retentio prouocatione sudoris. [Et euacuationis quidem iuuamentum] est sicut stomachi,& intestinorum mundificatio ab humoribus viscosis malis [c] [labi facientibus] cum picra,& sicut studium, quod adhibetur ad os stomachi mundificandum vomitu, propter incisionem materię vomitus mansiuę. Et medicinę quidem infrigidantes [d] [liquidum congelant,& orificia constringunt,] & coangustant. Et stypticæ quidem medicinæ materiam coarctant, & canales constringunt. Et uiscosę quidem medicinæ oppilationes in canalium orificijs efficiunt,quę si fuerint [e] [acutę] exiccatiuę,plus operabuntur illud. Et adurentes quidẽ [f] [cortices] efficiunt ,ut super canalis orificium maneant,& ipsum claudant & confirment,sed tamen earum impedimentum timetur. Et hoc est, quoniam possibile est ut cortex rumpatur, & eradicetur,& amplificatio foraminis augmẽtetur. Et ex adurentibus quidem,sunt quędam, in quibus existit stypticitas,sicut atramentum: & quędam,in quibus non,sicut calx non extincta, & adurentes quidem stypticę sunt necessarię, vbi uoluntas est, ut cortex sit fixus. Et aliæ sunt necessarię,ubi uoluntas est, ut cortex cito cadat. & eius quidem,quę fit,strictura: alia est cum clausura foraminis, & coarctatione,ad hoc vt ipsius partes in unum conducantur,sicut constringitur illud,quod est supra cubitum,quum phlebotomator in basilica errans percutit arteriam,& alia est, quæ fit oppilatione orificij uulneris,& clausurę uiæ euacuati,sicut pilos leporis in uulnus ponimus. Dicemus ergo,quòd si sanguinis cursus ex apertione orificiorum uenarum fuerit, stypticis medicabitur, ut orificia uenarum constringantur, & si ex [g] [ruptura] fuerit,stypticis glutinosis, sicut terra sigillata.& si ex corrosione fuerit,eo,quo carnem nasci facit [h] † [ ] cum eo, quod corrosionem abstergit.

a B. seu glutinãtibus, aut cauterizantibus.

b B.Illa uero, q̃ fit cũ auxilio euacuationis.

c B diariã faciẽtibus lubricantibus.

d B pp congelationẽ rei fluidæ & ppea q̃ constringunt orificia.

e B.calidæ.

f B.escaram.

g B. Alia litera: ex adustione.

h B. pmiscẽdo

ANNOTATIONES.

Sicut immodicæ euacuationes uel fluentis materiæ, uel expultricis aut retentricis facultatis uitio fere fiunt, ita, quæ eas sistunt,uel ad materiam,uel ad meatus,uel ad facultates retentricem & expultricem pertinent. Materia promptissimè fluit ob multitudinem,tenuitatem, substantiæ fluiditatem(ita enim appellemus qualitatem uisciditati contrariam) Meatus euacuationi paratiores sunt,quòd dilatati,aut ex toto reclusi ob sectionem,ruptionem aut aliud quidpiam eius generis. Retentrix facultas siccitate roboratur, & superflua humiditate imbecillior redditur. Expultrix ob materiæ præsertim acredinem concitatur Co-

Cohibebitur ergo euacuatio fluentis humoris, ſi materia ſit copioſior, euacuatione, uel per eandem regionem ad quam fluit, uel per alteram. ſi tenuior, incraſſatione admotis tum frigidis, tum craſſa ſubſtantia præditis, qualia aſtringentia ſunt. Si fluuidior, lentis viſcidiſq; ſiſtitur item meatib. aſtrictis ſi latiores ſint, quod fit aſtringentibus extra uel intra appoſitis. ſi recluſi, corroſi, apertiq;, operculo adhibito occluduntur. Retentricis autem uitium aufertur laxiorem particulam denſantibus, & deſiccantibus cum aſtrictione. Expultrix uerò ad naturalem ſtatum redit, ſublata irritante cauſa, acredine uidelicet ipſa, uel acrem materiam educentib. uel alterantib. ac ſublato demū eo omni quod moleſtat, ſiue qualitate, ſeu etiam quantitate. Hæc omnia author ſeptem ferè capitibus amplectitur, quę ſingula ſuis exemplis patefacit. Vide, quod de reuulſione ait fluentium menſium per cucurbitulas mammis appoſitas Hipp. 5. aph. Aphor. 10. *Quod de fluxu alui, per uomitum cohibito. Gal. 6. aph.* Comm. 15. *De euacuatione in uomitu per uomitum, & fluxionis per fluxionem Hipp. lib. de loc. in hom.* Com. 6. *& Gal. 2. in 6. de uulg. morb.* Cap 18. *Quū deinceps de urentibus ſubdit, pete Ga. 1. de ſimpl. med. fac.* Cap. 3. & deinceps. *Vide & quod ait de fluxione ſanguinis 5. meth.*

De ſanationibus oppilationum. *Cap.* 24.

Oppilationes autem ſunt ex humorib. groſſis, aut uiſcoſis, aut multis. & multorum quidem humorum, quando cum eis alia non fuerit cauſa, malitia remouebitur extractione ipſorum, phlebotomia, aut ventris fluxu facta, & ſi groſſi fuerint, indigebunt eis, quæ reſoluant [d] † [ ] Et ſi fuerint viſcoſi, & maxime ſi fuerint ſubtiles, erunt eis neceſſaria ea, quę incidant. Et tu quidem iam ſciuiſti differentiam inter groſſum, & viſcoſum, & quod eſt ſicut differentia inter gluten liquidum, & lutum, & groſſo quidem reſolutiuum eſt neceſſarium, ideo ut ipſum attenuet, & eius expulſio fiat facilis, & viſcoſo inciſiuum eſt neceſſarium, ideo vt inter ipſum, & id cui adhæſit penetret, & inter ea ſeparationem faciat, & ut ipſum in paruaſecet fruſta quoniam viſcoſum oppilat, propterea quia adhæret, & propter ſuarum partium cōtinuationem. Oportet autem vt in reſolutione groſſi, a duabus contrarijs caueatur rebus: quarum vna eſt reſolutio debilis, quę in raritate materiei augmentum efficit, & ipſius [b] [locum] augmentat, ita quod ad reſolutionem non perueniet, quare oppilationē augmentat, & altera eſt reſolutio fortiſſima, qua eius ſubtile fit uapor, & ſpiſſum ipſius fit lapis. Quum ergo reſolutio fortis eſt neceſſaria, [c] [iuuetur lenificante ſubtili] cū materia, in qua nō ſit groſſities, ſed ſit in ea calor temperatus, qui iuuet in reſoluēdo totum illud, quod eſt oppilatiuum. Et ex oppilationibus quidem, peiores ſunt oppilationes venarū, & deteriores eis ſunt illæ, quæ ſunt in arterijs, & adhuc peiores ſunt illæ, quę in membris exiſtunt principalibus: ergo quum in aperitiuis ſtypticitas & ſubtilitas coniungentur, erit melius, quoniam ſtypticitas remouebit a membro ſubtiliatiui grauamen.

a † B. & abſtergant.

b B. quantitatē.

c B. ſuccedat ei lenificans ſubtile.

ANNOTATIONES.

Obſtructiones ex triplici ferè cauſa proueniunt multitudine, uiſciditate & craſſitudine materiæ, ut Gal. 9. meth. Cap. 1. Cap. 8. *& 11. & ſæpe alibi. & quamuis lib. de morb. diff. multitu-* Cap. 6. Cap. 2. *dinem reticuerit, quod & 2. de ſymp. cauſ. apertius refert tamen in libris methodi, curationis gratia, & multitudinē. Erit ergo obſtructionum præſidium, multitudinis uacuatio, craſſitudinis attenuatio, & lentoris abſterſio, pro qua re ui de Gal. lib. ar. med.* Cap. 94. *Quod autem de craſſi humoris diſſolutione monet, habes ex Gal. 1. ad Glauc.* Cap 4. *Quod item poſtremo loco de aſtringentibus cum ſecantibus admiſcendis, habes ex Galeno 13. meth. & ſæpiſſime alibi.* cap. 15.

De medicationibus apoſtematum. *Cap.* 25.

A [1] Poſtematum quædam ſunt calida quędā ſunt frigida [a] [fluxa] & quædam ſunt frigida dura, & ea iam diximus. Et ipſorum quidē cauſæ aut ſunt primitiuæ, aut antecedentes: & antecedentes quidem ſunt ſicut repletio: & primitiuę ſunt ſicut caſus, aut percuſſio, aut morſus. Quædam verò, quæ ſunt ex cauſis primitiuis quandoque cum corporis repletione ſe repreſentant, & quandoque eueniunt cum æqualitate humorum. & ea quidē, quæ ſunt propter cauſas antecedentes, aut primitiuas cum repletione corporis repreſentata, aut ſunt in membris, quæ principalibus ſunt uicina, ſicut euacuantia, aut non ſunt, & ſi non ſunt, nullomodo aliquid ex reſoluentibus eſt eis applicādum in principio, immo membrum expellēs eſt meliorandum, ſi ibi fuerit membrum expellēs, aut totum corpus melioretur, ſi non fuerit ibi mēbrum ſingulare, [b] [quatenus ad ea perueniat, quicquid refrenat,] & ad diuerſum trahit, & ſtypticum efficit. Eſt tamen quum ſecundum diuerſitatem illius mēbri fit attractio ad illud, quod in alio latere diuerſo ē poſitum, propter exercitium ipſius, aut propter rem pōderoſam ſuper ipſum delatam, nam multoties a manu apoſtemoſa trahitur materia, quando cum alia res defertur ponderoſa, & hora vna tenetur. Oportet aūt vt ſtyptica conſtrictiua repercuſſiua frigidæ cōplexionis purę exiſtāt, ſi apoſtemata fuerīt acuta. Quòd ſi apoſtemata fuerīt frigida, oportet quòd alicui ſint admiſta, in quo uirtus ſit calida cum [c] [retentione] ſicut ſquinantum & blattæ bizantiæ. [d] [[2] Quum autem maturare uolueris, minues retētiuum] & admiſcebis ei, quod ſit reſolutiuum, donec ad ſtatū perueniat: tunc ei ipſa admiſcēda erunt æqualiter. Quum autē declinatio fuerit, non ſit ibi, niſi ꝙ reſoluat, & laxum efficiat. Et oportet quidē, ut illud quod [e] [frigida fluxa reſoluit, ſit abſtergēs & exſiccans, & hoc quidē plurimum inuenitur in calidis.] [3] Ea autē, quæ propter cauſas accidunt primitiuas, ubi nō eſt humorū repletio, medicari debent in principio rei cum eis, quę [f] [fluxa] faciāt & reſoluant, & ſi nō, cū eo quod ſit ſicut illud, quo primū medicatū fuit. [4] Si uerò mēbrum apoſtemoſum mēbri principalis euacuatorium fuerit, ſicut loca glandoſa in collo [g] † [ ] quæ ſunt in circuitu auriū cerebri, aut aſcellæ cordis, & inguina hepatis, nullomō erit ei applicandum alqd, quod [h] [refrenet:] nō iō ꝙ hoc non ſit medicamentum apoſtematū eorum, quoniam hoc eſt ipſorum medicamentum, ſed quia nolumus ipſorū medicari apoſtemata, immo ſtudiū ad hoc impēdere, ut ea augmentemus, & materiā ad ipſa trahamus, & nō cu-

a B. laxa.

b B. & appropīquandū ſeu applicandū eſt ei omne quod repercutit.

c B. ſtypticitate.

d B. & quotieſcunque ſunt in augmento duæ ſpecies, minue ſtyptica.

e B. reſoluit frigida laxa ſit exſiccans & exſiccans plus quam illud quod ſit calidis.

f B. laxa.

g † B. &.

h B. repercutiat.

curamus si malitia in membro augmētata fuerit. non enim curamus, nisi de eo, quod mēbro principali est melius. Et timemus, quòd si materiam i [refrenauerimus,] redibit ad membrum principale, & perueniemus inde ad illud, quod emendare nō poterimus. Quapropter volumus, vt malitia in membrum cadat ignobile, quum principali contulerit membro: ita vt studium impendamus in attrahendo materiam ad mēbrum ignobile, & facere ut ipsum apostemetur & si non cum alijs: saltem cum ventosis, & emplastris attractiuis k [acutis.] Quumq; ad collectionem peruenerint huiusmodi apostemata, aut reliqua ab eis: l † [ ] quandoque aperientur per se, aut maturationis adiutorio: 5 & quādoque indigent maturatione, & sectione simul. Maturatio verò completur ex eo, in quo cum calore existit oppilatio, & glutinatio; vt per ipsum calor retineatur. Qui autem maturationem efficit cum aliquo, quod sit sicut huiusmodi maturatiuum, attendere debet, vt si uiderit calorem innatum debilem, & quod membrum iam declinet ad hoc, vt corrumpatur, remoueat ab eo glutinosa, & oppilatiua: & ponat aperitiua, & scarificationem faciat profundam: deinde adhibeat medicinas, in quibus existit resolutio, & desiccatio, sicut de eis īuestigabimus in libris particularibus. Multoties præterea erit apostema profundum, & erit nobis necessariū trahere ipsum ad partem cutis: & si non cum alio, saltem cum uentosis ignitis. In apostemate autem duro, quod m [status] terminum pertransiuit regula in eo est, vt mollificetur quandoque cum eo in quo existit caliditas & siccitas parua: ideo ne quod ex eo spissum est, propter multam resolutionem fiat lapis, immò totum ad resolutionem præparetur, postea super ipsum resolutio fortior fiat, deinde si timetur ex resolutione eius, quod resoluitur, ne quod remansit lapis fiat, iterum ad mollificandum ipsum secundò redeat, & incessanter fiat hoc, donec totum finiatur inter mollificandi & resoluendi uices. Inflata autem apostemata curentur ex eo, quod calefacit subtilitate suæ substantiæ, propterea ut uentositates resoluat, & poros amplificet, nam causa in apostematibus inflatis est ventositatis grossities. & pororum clausura. Studium quoque est adhibendum in prohibendo materiam, ex qua ventosus prouenit vapor. Ex apostematibus præterea sunt quę sunt vlcerosa, sicut formica, † quæ sunt infrigidanda, sicut phlegmon: sed non sunt n [mollificanda, & si propterea quòd sunt apostema: sunt mollificanda:] immò sunt siccanda, quoniam accidens o † [ ] hoc iam superauit causam: accidens enim est vlcerositas, de qua timetur, quod accidat, aut quòd iam acciderit. Et ulcerositatis quidem medicamētum est desiccatio, & res ei magis contraria est p [mollificatio.] Occultorum autem apostematum materia minoranda est phlebotomia, & ventris solutione, & oportet ut ea habens, a balneo, & vino, & motibus corporeis, & animalibus superfluis, sicut ira, & sibi similibus, caueat: postea in principio rei adhibeatur ei, quod absque nimia superfluitate repercutit, & propriè si in membro fuerit, quod sit sicut stomachus, aut hepar. Quumque hora resoluendi affuerit, non debes dimittere, quin stypticas medicinas bonum habentes odorem admisceas, sicut in præcedentibus tibi narrauimus. Et hepar quidem & stomachus plus indigent hoc, quàm pulmo. Oportet præterea, ut q [mollificantia subtilia,] quæ istis adhibentur, sint medicinæ, in quibus existit maturatio; & sint apostematibus conferentes, sicut solatrum, & cassia fistula. Solatrum nāque proprietatem habet resoluendi apostemata calida, quæ sunt occulta. Et ea quidem habenti non est dandus cibus nisi subtilis, & non in hora paroxysmi, si ibi fuerit, neque in principio sui, nisi propter multam debilitatem fiat. Quum autem symptoma superuenerit propter collectionem apostematis interioris, cum casu uirtutis, in itinere mortis existit, quoniam virtus non substentatur, nisi nutrimento, & nutrimentum est res magis r [timorosa:] ergo si resolutum fuerit, valde bonum erit, quòd si aperta fuerint, dāda sunt eis quę ea lauent, sicut aqua mellis, & aqua zuccari; postea dentur eis, quæ suauiter maturent cum siccitate: postea in fine rei non adhibeantur nisi exsiccatiua, & tu quidem scies hæc ex libro, qui particulares ægritudines colligit secundum declarationem, est præterea, quum in apostematibus occultis, s † [ ] quæ sub ventre existunt, contingit error: quoniam, quando non sunt apostemata, sed rupturæ, erit in perforando ea timor. Et plerunque apostema occultum non existit in panniculo, sed in ipso intestino, & est in aperiendo ipsum, timor.

i B. repercussi-uerimus.
k B. calidis.
l † B. & propriè in mēbro emunctorio.
m B. principii.
† Mant. quæ quidem remedia refrigerātia exposcunt. eiusdem generis sumi apostemata inflāmata, (quę phlegmone vocant) at nō debēt humectari, & si ipsi apari deberetur humectatio; Immo exsiccentur.
n B. humectanda quamuis apa requirat humectationem.
o † B. in.
p B humectatio
q B. mollificantia, seu lenietia naturam, aut vētrem.
r B. nocina.
s † B. &.

ANNOTATIONES.

1 *Apostematum &c. Inflammationum causas, & curationem prolixe Gal. li. ad Glau. 2. explicauit. & author noster li. 4. fusius. Quo modo earum initio repellentibus reuellentibusq; utendum sit, eodem li. ad Glauc. 2. habetur. sunt uerò repellentia medicamenta alia, quæ astringendo propellunt, alia quę refrigerando. Astringētia rursum alia calida, alia frigida sunt: & utraque hæc ad medicorum usum faciunt, in calidis quidem inflammationibus frigida, in frigidis uero calida. quod hic author notat, etsi plerique eorum qui manu medentur, frigidis perpetuo repellunt, quod post modum protrahendis, immò insanabilibus sæpe reddendis morbis plurimum facit.* Cap. 2.

2 *Quum autem maturare &c. Alibi quoque admonuimus controuersiam esse, an in statu solis utendum sit dissoluentibus, an permistis etiam repellentibus, quare hic negocium hoc consulto prętermimus.* Cap. 17.

3 *Ea autem quę propter causas &c. Paulus li. 4. inflammationes, quę occasioni cuidam feruntur acceptę, a procatarctica uidelicet causa manantes, non offendi ait, etiam si calefacias ac humectes, ex Gal. de plenitudine cauenda meminit, ut author noster diligentissimus.* Cap. 2.

4 *Si uerò membrum apostemosum &c. In omni inflammatione, nisi parti principi uicina sit, repellendum esse Gale. 3. de comp. med. per loca & 6. & sępissime alibi testatur excipit tamen is, si malignum sit quod influit, aut multum, aut corpus humoribus ex ęquo redūdet 3. de cōp. per loc. in his enim, licèt inflāmatio longe a principe sit mēbro, repellētibus innuit utendū a principio non esse, sunt uerò inflāmationes principib. partib. propinquę, quæ in glādib. colli, axillarum, inguinū, prę sertim uerò, quę in collo et cere* Cap. 2. Cap. 1. Cap. 2.

bro uicinæ sunt, ac eæ quæ sub axillis cordi adhærent repellentia renuunt. non æquè uero quæ ad inguina iecinoris excrementa suscipiunt. Hic author de parotidibus, inflammatione. s. quæ ad aures, uerba facit, prohibetq; repercutientia. immo attrahentia & tumorem amplificantia consulit, quod & Gal. 3. de comp. per loca. Fatetur tamen Gal. eodem in loco, usum se quandoque etiam in parotidibus, ijs, quæ repulsoria constant facultate, quamuis raro. atque id ubi citra uehementem dolorem parotides irruunt. admista etiam pauca astringentium moli multa discutientium copia. Celsus quoque lib. 6. si sine morbo hæ fiant, primum ait experimentum esse reprimentium, sin ex aduersa ualetudine contingant, illa inimica esse, maturariq;, & quam primũ primum aperiri commodius fore.

Cap. 2. Cap. 16.

5 *Et quandoque indigent maturatione &c. Parotidas adhuc crudas maturatione ait & sectione quandoque indigere. At Gal. contra 2. ad Glauc. & sæpe alibi magnum ex sectione inter initia inflammationis malum afferri testatur. Breuibus. Sequitur hic author. Archigenis sententiam, quam Gal. 3. de comp. per loc. affert, neque alioqui improbat. Is enim si per multa, quę proposuerat medicamenta, parotides nõ discutiantur, adiuuandum, ait, ad suppurationem frequentibus cataplasmatis, dehinc rursus digerendum larga quadam & frequenti perfusione admisto nitro uel columbino stercore, aut etiam cucurbitam cum scarificatione esse affigendam, deincepsq; ad chirurgiam et crudi etiam num abscessus sectionem esse perueniendum, qđ in his optimum sit, ut quam celerrimè foras fluxio euellatur. Constat ergo non sine magni uiri testimonio Auicennam hæc pronunciasse. De qua tamen re non sine summa præmeditatione deliberandum erit. Vbi enim discuti aut concoqui alijs præsidijs inflammatio nequeat, atque (ut nos intelligimus) in discrimine res sit, ne fluxio retrocedat: atque in cerebrum mali quidpiam portendat, tunc omni conatu & sectione crudæ quantumuis inflammationis, id quod resluit, est reuocandum.*

Cap. 2. Cap. 2.

De sectione. *Cap.* 26.

QVi a [plagam secare] uoluerit, oportebit ut sectio incedat secundum rugarum b † [ ] collectionem, quæ sunt c [in terius] in illo membro, nisi fuerit tale, qualis est frons quoniam si incisio incedet sicut procedunt rugarum ipsius collectiones, incidetur musculus frontis, & cadet supercilium. Et similiter in membris rugarum, quarum incessus diuersificatur ab incessu uillorum suorum musculorum, oportet ergo ut sector ex anatomia sciat anatomiam neruorum, & venarum, & arteriarum, ne errore incidat aliquid ex eis. & oportet etiam, vt secum deferat multas ex medicinis sanguinem constringẽtibus, & emplastris dolorem sedantibus, & instrumentis, quæ ad hoc pertineant: habeat ergo secum quod sit sicut medicina Galeni, & sicut pili leporis, & tela araneæ, & albumen oui d [& ferramenta quibus aduritur. Omnia enim hæc sanguinis fluxum prohibent] siue ex errore ipsius proueniat siue necessario, & ut medicinas deferat, e [quæ fluxu faciunt.] Quumque exituram perforauerit, & quod in ea continetur, extraxerit, non debebit ei adhibere oleum, neque aquam, neque emplastrum, in quo sit oleum, neque sepum superabundans, sicut basilicon, immo aliquid, quod sit sicut emplastrum ex f [calchanto,] quod apponat, quum eo indigebit, & desuper imponat spongiam in uino styptico infusam.

a B. sectionem seu aperturã facere.
b † B. paruarũ, & magnarum,
c ——B.
d B. & cauteria omnia, ut prohibeatur fluxus sanguinis.
e B. mollificantur.
f B. colcotar.

ANNOTATIONES.

Quod secundum fibrarum rectitudinem in abscessibus, una excepta fronte, sectio a medico administranda sit, Gal. 4. administr. anatom. testatur. Quod deinceps de sanguinis fluxum sistentibus medicamentis subiungit, habes ex eodem Gal. lib. de cur. rat. per sang. miss. & 5. meth. Quod itẽ oleum ab omni ulcere sit auertendum, quod agglutinationẽ prohibeat, Hipp. lib. de vlceribus docet, & Gale. passim affirmat.

Cap. 2. Cap. vlt. Cap. 4.

De ægritudinibus corruptionis membri, & de incisione. *Cap.* 27.

QVum membrum propter malam complexionem cum materia, aut sine materia, rumpitur: & non profecerit ei scarificatio, neque epithemati ex eo, quod conferre consueuit, de eis quæ in libris particularib. dicta sunt necesse est ut caro corrupta, quæ est supra ipsum, remoueatur, & melius quidem erit, ut sit sine ferro, si possibile fuerit, quoniam ferrum plerunque a [inuenit tunicas] musculorum & venarum pulsantium periculosè. Quod si hoc non contulerit & corruptio iam in carne processerit, necesse erit ut ipsa incidatur: & ut locus incisionis oleo feruente aduratur. Ex hoc enim ꝓuenit securitas ab acuitate malitię ipsius: & restringitur sanguinis exitus, & nascũtur super incisionis locum caro, & cutis extranea non proportionalis, sed res quæ magis carni similis existit propter sui duritiem. Quumq; incidendi uoluntas affuerit, tenta prius erit immittenda in circuitu ossis b [uoluendo, donec quod sanè teneatur, reperiat, & ubi dolor fit fortior, quum tenta ibi innititur, quoniam est terminus sanitatis:] & ubicunq; inueneris laxitatẽ, & retentionis debilitatẽ, totũ erit ex c [collectione] eius, quod est incidendum. Quandoque autem perforatur illud, quod circũdat os, quod uis incidere, ita ꝙ foramina circundent ipsum; ergo rumpetur per ipsum, & incidetur, & quandoque serratur. Quumq; hoc facere uolueris, separa inter incidentem & perforãtem, & inter carnem ut nõ d [redeat.] Si ergo ipsum os qđ est necesse incidere, fuerit frustum eminens, quod non possit aptari ita ut debet, neque sit in eius rectificatione fiducia, & timeatur ne corrumpatur, & corrumpat illud quod est corã ipso, subleuabimus carnem ab eo, aut scindẽdo, deinde ligãdo. & ad diuersitatẽ partis illius extendendo, aut alijs ingenijs, quę sensus demõstrat, & separabimus inter ipsum, & membrum nobile, si ibi affuerit, cum pannis, qui ipsum ab eo elongabunt, & postea incidemus. & si os fuerit tale, quale ẽ os coxæ, & fuerit magnũ, & neruis, & arterijs, & venis propinquũ, & fuerit eius corruptio multa, debet medicus ab eo fugere.

a B. percutit extremitates. Alia litera. extremitates neruorum.
b B. vbi n inuenitur carnis adhærentia, & dolor illic uehementior fit apud intromissionẽ tẽnet seu stilli, tũc ibi est terminus sanitatis seu carnis sanæ.
c B. summa.
d B. doleat.

ANNOTATIONES.

Quomodo in gangrena & syderationis curatione agendum sit, lege ex Gal. 2. ad Glauc. Vide & Paulum lib. 4. nec non Celsum lib. 5.

Cap. 3. Cap. 19. Cap. 28.

De

a B & specierũ vlcerũ. & cõtorsionũ, & casus, & percussionis.

De medicationibus solutionis continuitatis a [*ipsorum ulcerum.*] *Cap.* 28.

SOlutio cõtinuitatis in magnis membris medicatur equatione,& ligatura conueniente, quæ in doctrina restaurationis dicta est: & quã tibi in suo loco postea [b] [† dicemus,] cum qete,& comestione cibi conglutinanti,in quo habetur fiducia,quòd ex ipso nutrimentum generetur cartilaginosum, quod labia fracturę claudat,& in unum conducat,sicut [c] [cibus, qui fit de extremitatibus animalium.] Impossibile.n. est,vt os restauretur, & proprie in corporibus consistentium,nisi secundum hunc modum; quoniam nullo modo redibit ad continuitatem, & nos quidem de restauratione sermonẽ exquisitum loquemur in libris particularibus. Intentio autem in medicando solutionem cõtinuitatis, quę in membris accidit mollibus, est trium principiorum curam habere. Primũ eorum est,quoniam si causa fuerit fixa [d] [minus quod oportet,est retinere illud quod fluit, & constringere eius materiam si ipsa fuerit currens.] Et secundum est,fixuram consolidare cũ medicinis,& cibis conuenientibus. Et tertium est putrefactionem prohibere quanto plus fuerit possibile.Quumque ab uno trium te excusaueris redi ad cogitandum de duobus remanentibus. Tu uerò iam scis quomodo illud quod fluit,retineatur : sed consolidatio fit adiungendo labia,si adiunguntur,& exsiccando,& comedendo glutinatiua.Et scito quod intẽtio in medicando vlcera est exsiccatio, quod ergo ex eis mundum fuerit, tantum exsiccetur & in illud quod ex eis putridum fuerit, medicinę acutæ corrosiuæ mittantur,sicut [e] [calcãthũ] & † mysi,& arsenicum,& calx, quę si non contulerint, necessarius est ignis,& medicina quæ est composita ex flore æris,& cera, & oleo,quoniam ipsa flore æris mundificat,& prohibet morsionis superfluitatem oleo & cera, ipsa ergo in hac re medicina existit temperata, & dicemus quod omnia ulcera,aut sunt simplicia,aut composita,& simplicia quidem quum fuerint parua,& nil ex eorum [f] [humiditate] corrodetur , tunc coniungenda erunt ipsorum labia, & liganda, custodiendo ne inter ipsa aliquid olei, aut pulueris cadat, quoniam consolidabuntur.Et similiter magnum de cuius substãtia nil perditum fuerit,& cuius vna pars alij applicari potest. Magni verò cuius partes applicari nõ possunt, siue sit fixura,siue concauitas,vel spatium, plesiue sit sanici, & iam aliquid ex substantia membri perditum est,curatio est exsiccatio.Si ergo illud quod perditum est,tantum fuerit cutis,necessarium erit,quod cicatricem inducit.Et hoc quidem cum essentiã cum stypticis,& per accidens cum [g] [calidis,quum ex eis parum, quod sit adustum,superponetur sicut † mysi & calchantum] quoniam magis iuuant in exsiccando. & magis producunt crustam,nam si multum fuerit,corrodet,& in vlceribus augmentum faciet. Si autem illud quod perditum fuit,fuerit caro, sicut est in vlceribus profundus, non erit festinandum in cicatrizando ea: immo primo erit studendum,ut caro in eis nascatur.& caro quidem non generatur nisi ex eo,cuius siccitas nõ multum gradum primum transcendit, veruntamen hic conditiones attenduntur, de quibus cura est habenda,& ex eis est consideratio dispositionis complexionis membri principalis, & complexionis vlceris, quoniam si membrum in sui complexione fuerit multæ humiditatis, & ulcus non fuerit multæ humiditatis,sufficiet siccitas pauca in primo gradu, quoniam egritudo non multum fuit elongata a natura membri,sed si membrum fuerit siccum, & vlcus humiditatis multę,erit necessarium illud, quod exsiccet in secundo gradu,& tertio , vt reducat ipsum ad suam naturalem complexionem. Et in temperatis quidem dispositio erit equanda. Et ex eis est consideratio complexionis totius corporis: nam,quum corpus fuerit multæ siccitatis,& membrum augmentatum in humiditate,fuerit in humiditate temperatum,secundũ corpus æquale [h] [ex] temperamento, erit exsiccandum.Et similiter si corpus fuerit in humiditate augmentatum, & membrum in siccitate. Et si ambo ad augmentum deueniunt, tunc si egressus fuerit ad humiditatem,[i] [ampliori] exsiccabitur siccitate,& si fuerit ad siccitatẽ,[k] [minori] exsiccabitur siccitate.Et ex eis est consideratio virtutis siccantium,quoniam licèt ex siccantibus carnem nasci facientibus, exsiccatio fortis non quæratur,[l] [sed exsiccatio, quæ sit talis] qualis est illa,quæ prohibet materiam,quæ descendit ad mẽbrum, quod sit aptum ad hoc vt carnis generatio sit ex ea,[m] [multum tamen ea queritur in exsiccantibus, quę non sunt ad hoc,vt caro per ipsa generetur, sed ut cicatrizatio fiat per ea,ex eis nãque queritur ut sint plus abstergentia,& magis lauantia plusquam siccãtia,] ex quibus non queritur nisi cicatrizatio, & consolidatio,& continuatio. Et omnes quidem medicinę, quę sine mordicatione desiccant, sunt ingredientes in genus earũ,quę carnem nasci faciunt. Omne preterea ulcus,quod in loco existit non carnoso, est inobediens ad hoc, ut cito medicetur,& similiter rotundum. Medicinis autem siccantibus, & stypticis, quę in ulceribus occultis adhibentur, sunt admiscendæ medicinæ [n] [mundificantes,] sicut mel, & medicinę loco propriè, sicut diuretica medicinis ulcera instrumentorum urinæ curantibus. Quumque cicatrizare uoluerimus, ponemus medicinas cum stypticitate sua uiscosas, sicut terra sigillata. & scito quod quædam sunt ulceris sanitatem prohibentia, ex quibus est malitia complexionis membri, quare studere debes, ut ipsum rectifices, & malitia complexionis sanguinis, qui ad ipsum aduenit, quare succurrere debes cum generatione boni chymi, & multitudo sanguinis,qui ad ipsum fluit,& humectat ipsum, cui succurrere debes cum euacuatione,& subtiliatione cibi,& faciendo ut exercitetur si possibile fuerit,& ossis corruptio, quod est sub eo, & quod ei trãsmittit saniem, & huiusmodi quidem curatio non est,nisi ossis illius melioratio, & ipsius fricatio,si fricatio totam ipsius corruptionem remouere poterit,& accipere ipsum,& incidere. Multoties præterea est necessarium medicanti ulcera, ut secum deferat emplastra attractiua, ut eis frustra ossium. & res extraneæ carni in-

b B. dicemus. † aduenier.

c B. alcheffir.

d B. vt abscindatur,uel retineatur, quod fluit, & remoueatur materia eius, si ipsa fuerit extẽdens, uel coarctans. Alia litera, si ipsa fuerit mobilis, aut furiosa.

e B. colcotar. † alzegi. Mant. chalcitidem vertit.

f B. medio.

g B. acutis,quũ ex eis administratur aliquid notum vel limitatum, sicut alzegi, & alcolcotar. † alzegi.

h B. cum.

i B. Alia litera, minori. k B. maiori.

l —— B.

m B. sicut quæritur in exsiccãtibus, quæ non administrantur pp generatioẽ carnis, sed propter cicatrizationem tamẽ ex eis quæritur, ut sint ipsa abstergẽtia,& lauãdia saniem, magis qui exsiccantia cicatrizantia.

n B. penetrantes.

infixæ euellantur:& si non; prohibebunt ulcus meliorari. Vlcera quoque nutrimēto indigēt, propterea vt confortatio fiat: & minoratione nutrimenti, propterea vt saniei materia restringatur: & inter hæc duo contraria existit diuersitas,[o] [quoniam sanies debilitat: quare confortare necesse est: & multiplicatur,] quare necesse est nutrimentum prohibere. Medicus ergo de hoc solicitus esse debet. Quumq; ulcus in principio[p] † [ ] fuerit, non debet æger balneum ingredi: neque ipsum aqua tangere calida, quoniam attrahet ad ipsum, quod in apostemate augmentū faciet; sed quum ulcus quieuerit, & saniem fecerit, fortasse tunc facile fiet ei. Omne præterea ulcus, quod cito reuertitur, postquam carne repletum est, & consolidari debet, est in semita perueniendi ad fistulam: debes ergo semper intueri colorem saniei, & colorem labiorum vlceris: & si pus multiplicabitur sine multiplicatione nutrimenti,[q] [est ibi † maturatio. Loquemur ergo nunc de curatione † rupturæ. Et dicamus quoniam propterea quod † ruptura] est continuitatis solutio infra cutē profunda, & manifestum est quòd oportet vt eius medicamina sint fortiora, quā eius quod discoopertum est: & propterea quòd multum sanguinis ad ipsum fluit, est necessarium illud, quod illum resoluit: veruntamen oportet ne eius resolutio sit cum multa siccitate, ut non resoluat quod ibi subtile est, & faciat lapidem, q̄d ibi spissum est; quumque ex resolutione perfecerimus illud, quod nobis necesse est, debemus apponere cōsolidatiuum, quod sit desiccatiuū, ne sit[r] [sanies] in concauitate, quæ exire nō valeat, & fiat lapis: & postea qualibet causa putrefiat, aut eradicetur, & redeat continuitatis solutio. Quum autem[s] [† ruptura] fuerit profundior, scarificabitur locus, vt medicamen magis penetret. In medicando autem[t] [† rupturam] & contusionem leuem, fortasse sufficiet phlebotomia.[u] [quod si † ruptura fuerit in primis cū † percussione; medicetur prius percussio medicaminibus percussioni aptis, donec sit possibile medicari † rupturæ & contusio] quidem si magna fuerit, medicabitur cum siccantibus, & si fuerit parua, vt punctura acus; dimittatur esse eius ipsi naturæ, si non fuerit venenosa[x] [perdens,] aut fuerit fortis doloris; aut si tetigerit neruum, & timeatur inde apostematis generatio, & pulsatio. In contorsione autem sufficit mollis ligatura, nō dolorosa, & ut super ipsam ponantur medicamina cōtorsioni apta. In his autem, quæ sunt sicut casus & percussio, necessaria est phlebotomia ex parte diuersa, & subtiliandum est nutriens, & dimittenda est caro, & quę sunt sicut ipsa. Et regendus est ex apozematibus, & potionibus. Sermonem autem in solutionibus continuitatis factis in neruis, & ossib. reseruabimus posterius ad libros particulares.

o B. Alia litera. quoniam virtus debilitatur, quare cōfortare necesse est, & multiplicatur sanies.

p † B. & augmē to.

q B. tunc illud est propter digestionem. Loquamur autem nūc de curatione alfasch, & dicamus, quoniā propterea quòd alfasch.

† alfase.

† alfase.

† alfase.

r B: sordities, uel superfluitas.

s B. Alfasch.

† alfase.

t B. alfase:

u B. quòd si alfasch fuerit cū alsadach medicetur prius alsadach medicaminibus aptis alsadach, ita ut sit possibile medicari alfasch, & alfasch.

† alfase.

† contusione Mant.

† alfase.

x B. corrumpēs.

ANNOTATIONES.

Com. 1. 1 *Vbi confracta ossa sunt, docet Gal. 1. in primū de fracturis, quatuor, vt curentur, expeti, extensionem, conformationem, deligationem, & depositionem. i. quietem. Rursum, quę solutionem continui patiuntur, alia absque alterius rei interuentu agglutinantur, quæ mollia sunt: alia non nisi alicuius rei medio coalescunt, quæ dura & sicca sunt: molles carnes sunt, dura uerò ossa. proptereaq;, vbi fracta hæc fuerint, iure hic ex Gal. desumens & lib. art. med. & 6. meth. & alibi sæpe, ossa non sine callo coniungi asserit. quum uerò hic callus, atque hoc gluten non nisi ex alimento gignatur, quod ad ipsa ossa perferri solet: propterea, quo tempore callus gignitur, nutriendum boni succi alimentis est corpus, ex quibus proueniat non solum bonus, sed etiam tenax, ut eodem 6. meth. Gal. notat. rectè ergo author noster confractis, animalium extrema, quæ neruosa & glutinosa sunt, cōsuluit. Licet uerò Hipp. lib. de fracturis sect. 1. statuere ui deatur, a uino & carnium esu esse abstinendum. id tamen decem primis diebus intelligendum est. nempe subuulgari victu & obsonijs mollibus, atque (ut ait Gal. ptisana, beta, malua, atriplice, & piscibus molli carne præditis tantisper utendum est. hoc uerò transacto tempore, idem quoque Hippocrates monet ex additione ęgros esse reficiendos.*

Cap. 91. Cap. 3.

Cap. 5.

Text. 47.

2 *Intentio autem &c. Molles corporis particulæ dissectæ, postquam adducta utrinque ulceris sunt labia: nullius rei interuentu a natura coniunguntur, ut Galenus lib. art. med. nisi quid impediat. impedit autem quidquid medium inter labra ulceris interponitur, seu id humores sint, seu inflammatio, callus, pilus, oleum, atque intemperies, subiectæ particulæ. hæc author noster prolixe prosequitur Gal. copiosissimè sex prioribus methodi libris tractat. præsertim lib. 3. & 4. quæ hic adnotantur.*

3 *Et scito quòd intentio &c. Vlceris, ut ulcus est, prima, quæ oritur indicatio, est vnitas. Sed hæc artificio caret: ipsis etiam vulgaribus nota, artificiosa uerò exsiccatio est. cōfluit enim ad omne vlcus & simplex & compositum (ut sæpissime in libris methodi Galenus notat) duplex quoddā excrementum, alterum tenuius, alterum crassius: tenuius desiccatione aufertur, crassius abstersione abstergunt uerò, quæ sicca sunt. atque ita ulcerum curatio in unam exsiccationem recidit. Quamuis ergo prima in ulceribus indicatio unitas ipsa sit, desiccatio uerò secundo loco, & per accidens rectè tamen et author noster hoc loco, & Gal. 4. meth. & sæpe alias, ulcus, ratione qua ulcus, exsiccationem indicare prenūciant. de indicatione uidelicet artificiosa intelligētes.*

Cap. 91.

Cap. 5.

De cauterizatione. Cap. 29.

Vide libros de Igneis medicinę presidijs, Io. Costœi.

CAuterizatio est medicamen valde vtile, iuuans ad prohibendum, ne corruptio spargatur; & ad confortandum membrum, cuius[a] [complexionem volumus rectificare,] & ad resoluendum materias corruptas in membro retentas: & ad restringendum sanguinis fluxum. Res verò qua cauterium fit melius, est aurum: & locus quidem qui cauterizatur, aut est manifestus, & ponitur cauterium super ipsum sensibiliter: aut est profundus interius in membro, sicut in naso, aut ore, aut in ano, † & huiusmodi quidem[b] [forma] indiget, super quam ponatur q̄d sit sicut talch: aut magra in aceto infusa: postea ponantur super ipsam panni aqua rosacea uehementer infrigidati, aut succis aliquibus,[c] [& mittatur in cannalem ita vt locus cauterizandus eius buccella fiat, deinde immittatur cauteriū, propterea vt ad locum perueniat, & in circuitu non impediat, & propriè quum cauterium subtilius fuerit quam formæ vacuitas, ne lateribus formæ obuiet.] Cauterizator præterea sibi cauere debet, ne fortitudo cauterizationis ipsius ad neruos perueniat, neque ad chordas, neq; ad ligamenta, quòd si propter sanguinē, qui fluit, cauterizauerit, oportebit vt cauterizatio

a B complexio est frigida.

† Mant. ubi oportebit aliqua formula uti, supra quam inclinetur, ut est illud genus terræ samiæ (q̄ alter uocatur) & ab Arabib. talk, & ut genus illud chimoleæ terræ, quæ rubrica est, vulgo, Sinòpide & ab Arabibus magra dicitur.

b B. instrumento sicut cannula perforata.

c B & intromittatur instrumētum perforatū, uel cānale in illo loco profundo, uel in illo meatu membri cauterizādi, ita vt extremitas talis cānalis præ

dicti deglutiat, seu recipiat in orificio suo partem membri, in qua dēt cadere cauteriū, seu partem mēbri cauterizandā: deinde īgeniose ponatur cauteriū in eo, ut perueniat cauteriū ad partē ī qua dēt cadere cauteriū uel ad partē cauterizandā, & nō noceat ei, quod est in circuitu eius, & propriè quū fuerit cauterium subtilius quàm cannalis uacuitas, ut nō obuiet lateribus cannalis.

terizatio sit fortis, ideo ut crusta grossitiem habeat, & spissitudinem, ne cito cadat: quoniā ex casu crustę cauterizationis factæ, propterea vt sanguinis fluxus, prohibeatur: peruenitur ad malum deterius eo, quod erat. Quumq; cauterizaueris propterea, vt carnem corruptā proijcias, & terminum sani scire volueris, erit ubi dolet. & fortasse necessarium erit tibi cum carne, cauterizare os, quod est sub ea: & supra ipsum morari: donec tota ipsius destruatur corruptio. Quum ergo fuerit, quod sit sicut craneum, subtiliter ipsam operare ita, vt cerebrum non ebulliat, neque ipsius panniculi corrugentur, & in alio osse ab ipso non cures perquirere.

ANNOTATIONES.

Aphor. 85.

Per cauterizationem, non quod uulgo cauteria, & fontanellas uocant, quum sanæ partes ægrotantium gratia urūtur, quib. antiquos esse usos ferè non uideo: sed affectæ ipsius particulæ ustionem intelligit. De hac Hipp. .. aph. Quæcūque (ait) non sanant medicamēta, ea ferrum sanat. quæ ferrum non sanat, ea ignis sanat, quæ ignis non sanat, ea incurabilia putare oportet. Eandem Gal. 6. in 6. de uulgaribus morb. adhiberi dicit, pessimè affectis locis ob prauorum succorum exsuperantiam, ut in malignis ulcerib. euenit. et 13. meth. ex ijs esse præsidijs notat, quę totam eius, quod infestat, substantiam exinaniunt. Author uerò introductorij, particulatim quibusnam morbis usu ueniat ustio, scribit propriè quidem, dicens, in ijs malis, quæ depascunt, & oculorum fluxionibus, coxis, tabidis, lienosis, brachijs quæ in alam excidere consueuerunt, in ægylope, in nigricantib. in ijs quæ resecantur propter vasorum apertionem, ac postremò in alijs sanguinis profluuijs. Sed et Hippocrates quoque sexto aphor. hydropem urit. & tabidos in lib. de internis affectionibus. ubi etiam urendi modum docet.

Com. 5. Cap. 6. cap. 18. Aphor. 27.

De sedatione doloris. Cap. 30.

IAm sciuisti dolorum causas in duarū comprehendi diuisionib. scilicet mutatione cōplexionis subito, & solutione continuitatis, postea sciuisti, quòd postremum diuisionis earū peruenit ad malitiam cōplexionis calidę, aut frigidæ, aut humidę, aut siccę absque materia, aut cum materia chymosa, aut [a] [ad vētositatē, aut apostema.] doloris ergo sedatio ex contrarietate harum causarū erit. Et iam sciuisti qualiter vniuscuiusque earum cōtrarium sit. & sciuisti quō malitia complexionis, & apostema, & ventositas medicentur. & omnis quidem dolor, qui fit fortior, interficit: quoniam ex eo in primis accidit frigiditas corporis & tremor, postea fit pulsus paruus, deinde destruitur, & postea moritur. Et ad summum, id qđ dolores, sedat, est aut id quod complexionē mutat: aut qđ resoluit materiam, aut quod stupefacit. & stupefaciens quidem remouet dolorem, quoniā defruit sensum membri. Eius verò sensum nō aufert, nisi propter vnam duarum causarum: aut propter multā infrigidationē: aut pp multam venenositatem, quæ est in ipso contraria uirtuti illius mēbri. Ea quoque quę [b] [fluxa] faciūt, sunt ex summa eorum, quæ molliter resoluūt, qualia sunt anethum & semen lini, & melilotū, & chamæmilla, & semina apij, & amygdalæ amaræ, & oīs res in primo gradu calida, & propriè quando fuerit cum ea glutinandi potētia, sicut gummi prunorū, & amylum, & cerusa, & crocus, & ladanū, & althea, & amomum, & caules, & napi, & apozema eorū, & adipes, & † hyssopus [c] [ceratus,] & olea sicut dicemus ī antidotario: & uentrē soluentia, & euacuantia quocūque modo fuerint, sunt istiusmodi, & [d] [fluxa] quidem facientia, sunt danda, post euacuātia, si necessarium fuerit euacuare, donec materiā restringas, quæ ad membrum descēdit. & ēt illud totū, quod apostema maturat: aut quod ea aperit. Omnib. cutem stupefacientibus fortius est opium. Et ex eis sunt poma mādragoræ, & eius semen, & cortices radicis ipsius, & papauer, & † cicuta, & [e] [iusquiamum] & solatrum stupefaciens, & semen lactucarum; & ex eis sunt nix. & aqua frigida. In doloribus præterea multoties accidit error, quoniam eorū causę erūt extrinsecæ, sicut calor: aut frigus: aut ceruicalis eminētia: aut [f] [lecti corruptio,] aut casus, [g] † [ ] qui fit in ebrietate: aut alia ab his, & quærūtur eorū causæ in corpore, & prouenit error: quapropter scire debes hoc & cognoscere, si est ibi repletio, aut non, & si sūt ibi causę repletionis notæ. quandoq; ēt causa aduenit exterius, deinde interius fit mansiua; sicut quum aliquis bibit aquam frigidam, & accidit ei fortis dolor in parte stomachi, & hepatis. & multoties quidem non est multum necessaria euacuatio, & sibi similia: quoniā sæpe sufficit sibi balneum, & fortis somnus in eo. Et sicut qui comedit rē calidā, & infert ei fortē capitis dolorem, & sufficit ei aquā infrigidatā bibere. Et quandoque est res, in qua fiducia est, ꝙ dolor ea remoueatur: [h] † [ ] aut tardè operans, ita ꝙ dolor ille vsque ad horam illam tolerari non pōt; sicut euacuatio materiei dolorem facientis colicę retentæ in villis intestinorum; aut cito operans est: sed ex ea timetur finis vehementer malus: sicut stupefactio membri dolētis in colica cum medicinis, quæ hoc operari solent, & fit medicus in hoc ambiguus. Dēt ergo bonæ mensurationis fortitudinē habere, vt sciat quod duorū temporum sit longius, aut tempus fixionis uirtutis, aut tempus doloris. Et ēt quæ duarum rerum sit ei deterior: an dolor, an malus finis, qui ex stupefactione timetur, ut eligat [i] [studium ei impendere, quod magis est impediens:] fortasse. n. si dolor remanserit: fortitudine sui, & magnitudine interficit. & stupefactio forsitan nō interficiet, licet ex alia parte impediat, cuius impedimentum fortasse corrigere poteris [k] [& redibit forsitan, & tu redibis] medicina conueniente. & pręter hoc totum, stupefacientis [l] [cōplexionem] considerare debes, & ipsius qualitatem, ut quod ex eo est facilius, dones: & vt tribuas id, quod est cū suis theriacis compositum, nisi res fuerit maxima, quę forti indigeat stupefactione. Sunt pręterea membra de quib. nō curamus, & si eis superponas narcotica, quoniam non inde ad vehementer malum finem perueniunt, sicut dentes, quum eis apponitur stupefactiuum, & fortassequidem bibere etiam erit melius in hmōi, sicut bibere, quod stupefaciat propter dolorem oculi, quoniam ex hoc minor malitia prouenit oculo, quam ut [m] [interius ponatur.] Et fortasse facile erit corrigere malitiam, quæ ex potu alijs accidit membris: in eo autem, quod est sicut colica, magnificatur malus

a B. vētosa, aut apostemosa.
b B. laxa.
† œsypus.
c B. humida.
d B. laxa.
† bengi.
e B alsucharan.
f B autiacendi situatio corrupta.
g † B. epilepsie.
h † B. sed est.
i B. Alia litera. ꝑmittere illud, quod est magis conueniens.
k B. & redire, uel reiterare, & curare.
l B. compositionem.
m B cū eo fiat cohol.

malus finis; quoniam materiam augmentat frigus, & congelationem, & clausuram. Amplius stupefacientia plerunque sedant dolorem, propterea quod dormire faciũt, quoniam somnus est vna ex causis ipsius sedationis doloris, & propriè quando cum eo facta fuerit fames, & in dolore materiali. Et stupefacientia quidem cõposita, quorum fortitudines aliæ debilitãt medicinæ, sicut theriaca, sunt magis secura, quemadmodum philonium, & trochisci quib. nomẽ ponitur † ternarij; sed corum stupefactio est debilior: quod aũt ex eis est recens, maioris est stupefactionis: & in antiquo ferè nulla est stupefactio. & n [quod est medium: mediũ.] & ex dolorib. quidẽ, qui sunt multæ fortitudinis, & sunt ad medicandum faciles in quibusdam horis, sunt sicut dolores ventosi. quoniam quandoq; sedãtur, & sufficit vt super eos aqua calida euacuetur: veruntamen in hoc timor existit; unde ab eo tibi cauere debes, quoniã plerunq; causa erit apostema, & existimabitur, quod sit ventositas. & si fortasse facta fuerit ei embrocha ex aqua calida, & præcipue in sui principio, ei affert magnum malum. Et præter hoc quandoq; impedimentum ventoso efficit, quum vẽtositatem resoluere non poterit, & in quantitate ipsius spatij augmẽtum faciet. & vaporationes ẽt sunt ex medicationib. ventositatum. & ex eis quidem melior est, cũ qua est id quod o [exsiccat,] sicut milium: nisi in mẽbro fuerit quod illud tolerare non valet, sicut oculus. Fiat ergo tũc vaporatio cum pannis. Ex vaporationib. etiam sunt, quæ cum oleo calefacto fiũt, & ex vaporationibus quidem fortib. est, ut oroborum farina cũ aceto coquatur, & postea siccetur, & fiat ex eo vaporatio. & minor causa ea ẽ, ut furfur coquatur sicut hoc. Salis aũt vapor est pungitiuus: sed milij est melior, & debilior. & plerũq; ẽt fit vaporatio ex aqua in p [vase] posita, quę est incolumis & leuis: sed operationẽ efficiet, quã nominauimus, si illud non fuerit obseruatum. Vẽtosæ ẽt cum igne sunt istius modi, & sunt fortes in sedando dolorem ventosum, & si eas iterũ adhibueris, dolor penitus destruetur. Veruntamen plerunque ex eis accidit illud, quod prouenit ex eo, quod diximus. Ex sedantibus prętere a dolorem, est molliter longo tempore incedere: propter illud, quod in ipso existit ex uirtute faciendi q [fluxa.] & similiter adipes subtiles noti, & olea, quæ nominauimus, & dulcis cantilena, & proprie quum ex ea prouocatur somnus, & occupari in eo, quod gaudium efficit: doloris uehementiam sedat.

† diatriton.

n B. in medio ci est mediocritas.

o B. est lene.

p B. vesica

q B. laxa.

In quo præcipitur a quibus curationibus incipiamus. Cap. 31.

QVum multæ coniunguntur ægritudines, ab ea incipere debemus, in qua vna harũ trium proprietatum existit. Vna earum est, quod alia sanari non potest, antequam ipsa sanetur; sicut apostema, & vlcus quum coniunguntur: medicamur enim apostema, donec complexionis malitia, quæ cũ eo uenit, remoueatur: absq; cuius sanatione ulcus sanari non potest: postea medicamur vlcus. & secunda earum est, quum una ęgritudo causa fuerit alterius; sicut quum accidit oppilatio, & febris: medicamur. n. oppilationem prius, deinde febrem, & si nobis necessarium fuerit oppilationẽ aperire cum eo, in quo aliqua existit caliditas, non curabimus de febre, & medicamur quidem a [pulmonis apostema] cũ desiccatiuis, & non curabimus de febre, quoniam impossibile est ut febris remoueatur causa ipsius remanente: & causæ quidẽ eius sanatio est exsiccatio, quæ febris nocumẽtum facit. Tertia verò quum fuerit una earum ea de qua maior solicitudo sit habenda: sicut si coniũgatur synochus & paralysis: medicamur. n. synochum extinguendo, & phlebotomãdo, & de paralysi non curabimus. Quum aũt ægritudo, & accidens coniunguntur: a sanatione ęgritudinis incipiemus, & si accidens superauerit: tunc accidentis curam habebimus, & ęgritudinem non considerabimus: sicut in colica damus stupefacientia propterea ut doloris fortitudo remoueatur, licet ipsi colicæ impedimentum faciat. Et cum hoc quandoque tardamus b [quod facere debebamus] propter stomachi debilitatẽ, aut propter ventris fluxum, qui præcessit: aut propter præsentem nauseam. Et quãdoque non tardamus, sed c [operamur,] & non totam remouemus causam, sicut in ægritudine spasmi: non enim totum expellimus humorem, immo ex eo aliquid dimittimus, ut ipsum spasmosus remoueat motus, ne humorem resoluat naturalem.

a B. phthisim

b B. phlebotomiam, quæ erat necessaria.

c B. phlebotomamus.

ANNOTATIONES.

In complicatis affectibus docet Galen. 7. methodi, primum quidem spectandum esse, a quo maxime discrimen ægro impendere uideatur. secundo quid causæ rationem obtineat, tertio quæ sanari ante alia poßint, & quæ non. Atque ubi a quopiam affectu non leue instat periculum, ad id quod urget primum curantis consilium dirigendum est. Vbi aliud efficiens est, aliud quod ab eo efficitur: ipsa causa spectanda. At ubi curari hoc ante illud non licet, ad id, quod ordo dictat, est respiciendum. Atque in eo quidem curationis consilio, quod ab urgente initur, affectus magnitudo perpendenda est. Ea triplex est: alia quæ ex læsæ actionis præstantia spectatur, alia quæ ex propria affectus essentia. & tertia præter has, quæ ex facultate quæ læsum corpus gubernat, æstimatur. In eo uero consilio, quod ex causæ ratione initur. animaduertendum est, quidnam eorum quæ inter se coniuncta sunt, augere aut gignere reliqua posit, quæ rursus ab eo uel gignantur, uel incrementum accipiat. In eo uero, quod ordo præscribit, quid ante quod, uel quid cum quo, uel quid post quid, sanari poßit. Hæc Gal. quæ exẽplis post modum patefacit.

Cap. 21.

Operis sigillatio & gratiarum actio.

SIt quantitas huius nostri sermonis compendiosi de principijs uniuersalibus doctrinę medicinalis sufficiens. Deinceps autem laboremus, ut de simplicibus medicinis librum componamus, si deus uoluerit. & ipse quidem nos iuuabit, cui sint grates secundum sui innumerabiles misericordias.

Finis libri primi Canonis in medicina, principis Auicennæ.

Calamen-

A.Iethuba

FINIS.

FINIS.



LIBER SECVNDVS CANONIS PRINCIPIS AVICENNAE.



HORVM librorum, quos de medicina specificauimus, primus est de iudicijs vniuersalibus in medicina: & secūdus eorum est hic liber aggregatus de medicinis singularibus. Et nos quidem, hunc librum in duos diuisimus tractatus. Quorum primus est de canonibus [a] [vniuersalibus, quos te scire oportet in re medicinarū;] & est scientia virtutum medicinarum in medicina. Et secundus eorum est de cognitione virtutum medicinarum particularium.

a B. Alia litera naturalib. quos. te oportet scire in re medicinæ.

PRIMVM verò tractatum in vj. diuisimus capitula.

Capitulum primum est de complexionibus medicinarum singularium.

Capitulum secundum est de cognitione cōplexionum medicinarum singularium per experimentum.

Capitulum tertium est de cognitione complexionum medicinarum singularium per rationem.

Capitulum quartū est de cognitione operationum uirtutum medicinarum singularium.

Capitulū quintum est de iudicijs [b] [accidentium medicinarum extrinsecus]

b B. quæ accidunt medicinis ab extra.

Capitulum sextum de collectione medicinarū, & conseruatione ipsarum.

IN secundo autem tractatu posuimus medicinas singulares in areolis.

In prima nanque areola posuimus nomina medicinarum singularium, & cognitionem essentiæ ipsarum.

In secunda areola electionem bonitatis ipsarū.

In tertia areola rememorationem qualitatum, & naturam ipsarum.

In quarta areola proprietates [c] [operationum earum, & dispositiones ipsarum vniuersales] sicut resolutio, & digestio, & conglutinatio, & stupefactio, & quæ illis sunt similia ex operationibus, quas in tractatu primo diximus: & proprietates alias, si insunt eis. & fecimus earum descriptionem cum colore, vt sit facile ipsam colligere.

c B. dispositionū ipsarū & operationes ipsarum vniuersales.

In areola quinta operationes earum, quę pendent ex decoratione, aut in cute sicut remotio lentiginum, † vitiliginis, & porrorum, & verrucarum; aut in capillis, sicut conseruatio ipsorū, & prolongatio, & coloratio, quæ in decorationem ingrediuntur, & signauimus id totum signis depictis, ut per illud facilis eius inquisitio fiat in tabulis, donec colligantur omnes medicinę singulares, quę in eis cadunt velociter.

† albaras.

In areola sexta operationes earum in apostematibus & bothor.i. in paruis eminentijs, quę fiunt sicut pustulæ: & terminauimus etiam omnem speciem dictam in eis cum colore, proprio vnicuique earum.

In areola septima similiter ulcera, & vulnera, & fracturas depictas coloribus suis.

In areola octaua ęgritudines iuncturarum, & neruorum depictas similiter.

In areola nona ægritudines membrorum capitis omnes depictas suis coloribus.

In areola decima ægritudines membrorum oculi depictas similiter.

In areola vndecima ægritudines membrorū [d] [spiritus] depictas coloribus suis.

d B. aphelitus.

In areola duodecima ægritudines membrorū nutrimenti depictas suis coloribus.

In areola decimatertia ęgritudines membrorū expulsionis depictas etiam.

In areola decimaquarta febres, & quæ eis conueniunt, depictas similiter.

In areola decimaquinta proportionem medicinarum ad uenena.


In areola decimasexta permutationem earum, & quandoq; [c] [communicant] in medicina una omnes areolæ, & quandoque nō [f] [cō municant, & forsitan non reperiuntur quędam, nisi in quibusdam areolis.]

e B. aggregātur.
f B. reperiuntur in aliqua earum nisi quædam areolę.

Quumq; cōplēdo ex tabulis recessero, & signis virtutū medicinarum particularium, sigillabo tractatum secūdū: & illic sigillabo hunc librum, procedendo ab eo ad tertium librum.

TRACTATVS PRIMVS.

De complexionibus medicinarum singularium. Cap. 1.


AM declarauimus in libro primo intentionem sermonis nostri, s. hęc medicina est calida, & hæc medicina est frigida, & hæc medicina est humida, & hæc medicina est sicca. Et ostendimus illic, quòd illud est per comparationem ad corpora nostra. Et præmisimus quòd omnium compositorum mineralium, & vegetabilium, & [a] [viuentium materiæ elementa sunt quatuor.] & quòd ipsa commiscentur adinuicem, & agunt in se, donec cōsistant secundum æqualitatem: aut secundum dominium in eo, quod est inter [b] [eas. Et quum consistunt secū dum illud, est complexio vera: & quòd complexio, quum est contenta in composito, preparat ipsum receptioni uirtutum qualitatum, quarū proprietas est, ut sint in ipso.] Et ostendimus uniuersaliter, secundum quot diuisiones est cōplexio: & quid quæritur per complexionem æqualem in hominibus, & quid per complexionem æqualem in medicinis. Et ostendimus, ꝙ per hoc non intelligitur, nisi quòd corpus hominis, quum obuiat ei, & agit in ipsam calore innato, [c] † [ ] non preualet; ita ut in corpore hominis imprimat infrigidationem, aut calefactionem: aut humectationem: aut desiccationem vltra eam, quæ est in homine.

a B. animalium principia, seu materiæ sūt elementa quatuor.
b B. ipsa. Et qñ cōstiterit secundū aliqd illius tūc est complexio vera, & ꝙ cōplexio quū puenit in composito pparat ipsū ad recipiēdum virtutes, & qualitates quæ debent esse in ipso post complexionem.
c † B. nō cōuertitur ipsa seu.

Nos tamen per illud non significauimus, ꝙ complexio eius sit similis complexioni hominis. Complexio nanque hominis non est nisi in homine. Et scias ꝙ complexio est secundum duos modos scilicet complexio prima, & complexio secunda. Complexio itaque prima, est cōplexio proueniens ab elementis. & complexio secunda, est complexio, quæ prouenit a rebus q̄ in seipsis habent complexionem: sicut verbi gratia, complexio medicinarum compositarum vt complexio theriacæ: unaquæque enim medicinarum singularium theriacæ complexionem habet sibi propriam: deinde commiscentur & componuntur ita, ut vniantur & adueniat eis [d] [commistio, & aduenit complexio secunda.] Et hæc quidem complexio secunda, non est ita quòd nō sit tota nisi ab arte: immò est quandoque etiam a natura: lac enim commistum in veritate est ex aqueitate & caseitate, & butyrositate. Et unumquodque horum trium est non simplex in natura: immò est commistum, & habet complexionem sibi propriam. Et hæc quidem complexio secunda est ex operatione naturæ, non ex operatione artis. Complexio autem secunda est secundum duos modos; aut complexio fortis, aut complexio debilis. Complexio verò fortis est uerbi gratia. ut unumquodq; simplicium alij sit unitum tali unitione, ut eius separatio calori nostro innato, non solum sit difficilis: immò sit aliqua, cuius separatio calori ignis sit difficilis, sicut corpus [e] [olei.] Commistio enim inter humiditatem, & siccitatem ipsius ad hoc peruenit, ut igneitas deficiat in separando inter eas: immò, quum igneitas aqueitatem soluit, ut eam subleuet: tenentur cum omnibus partes terreæ, quare non valet efficere carum subleuationem, & ut terreę subsistant: sicut potes illius simile uidere in ligno, immò in plūbo, & stanno. Quum ergo est complexio, cuius firmitudo est hæc firmitudo: tunc non est longe, quin sit complexio, a separatione simpliciū, cuius calor innatus, qui est in nobis: deficit, & quæcunque ita est: est complexio firma. Si ergo fuerit æqualis, remanebit in corpore æqualis vsquequo [f] [resoluat eius formam & corrumpat.] Et si fuerit decliuis ad dominium, remanebit in corpore secundum suum dominium, usquequo corrumpatur eius forma. Et vniuersaliter quidem nō prouenit ab ea, nisi operatio vnā. Quum autem complexio non est firma: sed debilis facilis ad disgregationem, tunc possibile est, vt eius simplicia separentur, quum nostræ naturæ operatio existit in ea, & remoueatur vnum ab alio: & sint diuersarum uirtutum, & faciat unum eorum operationem vnam, & aliud contrarium ipsius. Et quum medici dicunt, quòd medicinę illius uirtus est composita ex uirtutibus contrarijs, non oportet vt ipsi intelligant a seipsis & tu ab eis, quod sit pars vna ferens frigiditatem, & caliditatem simul operans unaquęque earum singulariter, sicut illæ, quæ sunt diuisæ: nam illud non est possibile: sed [g] † [ ] sunt in duabus partibus eius diuersis, ex quibus ipsa est composita [h] [cum sua singularitate.] Et etiam non oportet ut existimes, quòd aliud genus medicinarum nō sit cōpositum ex virtutibus contrarijs: quoniam omnes medicinæ sunt compositę ex virtutibus cōtrarijs; immo oportet ut intelligas ex hoc quòd ipsi significant per illud quod est actu habens virtutes contrarias, aut potentia propinqua actui: quoniam in ipsa sunt partes diuersę, quarum una non efficit in aliam actum integrum facientem totum similium virtutum similitudine completa, & non adhærent, & uniuntur ita [i] † [ ] ut quum earum una in parte membri continetur, consequatur alteram cum ea cōtineri: quoniā si ita fuerit similis uirtutis, nō diuersificabitur eius operatio ī corpore penitus. Et si est adhærentium partium [k] † [ ] & diuersarum uirtutum, possibile est etiā ut non diuersificetur [l] [eius] impressio in corpore; immò sit, ut quum pars simplicis in membro continetur [m] [conueniat] ei quod ei adhæret ex simplici alio: [n] † [ ] & perueniat ex eis operatio, & impressio, quam [o] [ad ipsum ducunt] amborum operationes in omnib. partibus illius membri secundum æqualitatem, quum sit cum unaquaque partium eius impedimentum a complemento actionis eius fixum in ea, nisi sit pars mēbri recipiēs, ab uno [p] [quoque] duorum simplicium absque alio, & natura utatur uno eorum & alterum renuat: & hoc quidem est multoties: noster tamen sermo nō est in hoc: immò est in specie, quæ est diuersæ impressionis propter rem in seipsa, non propter rem in alia. Et illa quidem res est, quoniam simplicium eius commistio est debilis [q] [recipiens discretionem, & simplicia eius ipsam cōmiscentia sunt debilia ubi recipiunt impressionem ab impressione nostri caloris.] Istę autem medicinæ simplices, quibus dicimus inesse uirtutes contrarias sunt, in quibus non est illa cōmistio

d B. complexio quæ est complexio secunda.
e B. auri.

f B. resoluatur eius forma, & corrumpatur.
g † B. ipse sunt
h — B.
i † B. inseparabiles.
k † B. inseparabiliter.
l B. earum.
m B. associetur.
n † B. inseparabile.
o B. requirant.
p — B.
q B. in modo q ipsa recipit sequestrationem seu separationē p impressionē caloris nostri.

mistio

r B. totalis.

mistio [r] [vniuersalis.] De eis ergo aliæ sunt,quę sunt fortioris commistionis: & non possunt decoctio,& ablutio facere separationem inter virtutes earum sicut chamæmilla, in qua est virtus resolutiua,& uirtus styptica: & quum coquitur in emplastris,non separantur ab ea vtræque virtutes,& aliæ sūt, in quibus decoctio separare potest inter eas sicut caules: substantia enim ipsorum commista est ex materia terrea styptica, & ex materia subtili abstersiua nitrosa. Quum ergo coquitur in aqua resoluitur substantia nitrosa abstersiua ab ea in aqua, & substātia terrea styptica remanet, & fit aqua eius solutiua, & corpus eius stypticum, & similiter lens [s] [& fructus mandragoræ] & similiter allium: in ipso nanque est virtus abstersiua,& adustiua,& humiditas grauis; sed decoctio separat inter eas, & similiter cepæ,& raphanus.& reliqua. Et propter hoc dicitur,quòd raphanus digerit,& non digeritur. Digerit enim & non cum omnibus partibus suis; sed cum substantia subtili tantum,quæ est in ipso. Quum ergo resoluitur ab eo,remanet substantia spissa,,quæ est in ipso inobediens uirtuti digestiuæ viscosa: sed illa substantia alia incidit uiscositatem. Et ex hoc capitulo sūt alia, inter quorum simplicia ablutio separare ualet sicut endiuia,& plurima olerum: eius enim substantia est composita ex materia terrea [t] † [ ] frigida plurima, & ex materia subtili pauca: quare fit eius infrigidatio cum materia prima,& oppilationum apertio ab ea,& penetratio ipsius plurima cum materia altera:& plurimum huius materiei subtile est expansum super superficiem eius. Iam enim eleuata est ad eam, & aspersa super ipsam.Quum ergo abluitur cum aqua,resoluitur,& non remanet ex ea aliquid vnde sit curandum.ergo propter hanc causam præceperunt ne abluatur secundum legem,& medicinam. Et hac de causa plurimæ medicinarum quum homo sumit eas,infrigidant vehemēter: & quum ex eis fit emplastrum,resoluunt, verbi gratia,sicut coriandrum:quum enim sumitur, eius infrigidatio fortior fit: & quū ex eo fit emplastrum,quandoque resoluit;uerbi gratia,scrophulas & propriè permistum cum sauich: & illud ideo quoniam est compositum ex substantia terrea aquosa multæ īfrigidationis,& ex substantia subtili resolutiua. Quum ergo [u] [sumitur] aduenit calor innatus,& resoluit ab eo substantiam subtilem,& non est plurimæ quantitatis. ita ut in complexione impressionem faciat: immò deficit, & remanet substantia eius singularis vltima in infrigidatione. Quum autem ex eo fit emplastrum, videtur, quod substantia terrea nō penetret in poris,neque efficit in eis impressionem omnino,sed substantia subtilis [x] [secunda] penetrat in eis,& digerit. Si ergo associatur aliquid ex substantia frigida; iuuat ad repellendum,& uincit calorem innatum: & hoc quidē propinquum est ei, quod ostendimus in libro primo de adustione cepæ,quum ex ea fit emplastrum, & de eius incolumitate,quum comeditur. Et quum nos posuerimus unam causam in ea propinquam huic,oportebit vt fit hæc intentio nota certè. Et ex medicinis quidem sunt,in quibus videntur esse duæ substantiæ diuersæ secundum naturam absque permistione omnino.Et ex eis itaque sunt,quæ sunt sensui apparētes, sicut partes citri. Et ex eis sunt,quę sunt magis occultę:videtur enim quòd cortex psylij, & quod est super eius corticem, sit fortis infrigidationis. & farina medullæ, quæ est in ipso, sit fortis calefactionis: ita ut forsitan sit medicina rubificans,aut vlcerans,& cortex eius sit sicut velamen distinguens inter ea. Si ergo bibitur non tritum,non dimittit durities sui corticis, vt penetret virtus medullæ eius, & quod est intra ipsum ad suum exterius;immò operatur cum eo, quod ex ipso apparet & sua mucillagine. [y] † [ ] Quod si conteratur, forsitan illud, quod dicitur de ipso quòd est uenenum,est propter apertionem medullæ eius & sui interioris. Et videtur quòd illud,quod ex eo est cōtritum, disrumpat exituras. & illud, quod est integrum ex eo faciat eas crudas, & refrenet eas propter hanc causam. Sufficiat quantitas hæc in dando hanc radicem.

s B. & similiter nitrum.

t † B. Alia litera. aquosa.

u B. comeditur.

x B. ignea.

y † B. Alia litera frigiditatem.

ANNOTATIONES.

Et scias quòd complexio est secundum duos modos &c. Res non eæ solùm, quæ artificio parantur, sed etiam quæ naturales, multiplici sæpe facultate præditæ sunt. Hac de causa licebit, ut frequenter ex Gal. atque alijs legas brassicam astringente,& laxante facultate esse præditam. atque id, quum authore Gal. actiones merito diuersorum temperamentorum diuersæ proueniant; non nisi uarijs, quibus brassica temperiebus constat, ascribi potest. non certè quòd eædem prorsus particulæ contrarijs, aut facultatibus, aut temperiebus constent: sed eadem prorsus res, ob varias, quæ illi insunt partes, contrarys viribus pollet. Id in ijs, quæ artificio fiunt, facile uidere est, quæ sæpe numero quum diuersis rebus constent, pugnantibus facultatibus excellunt. Id in Theriaca, in compositis demum medicamentis omnibus, præsertimq; ijs quæ, quia multi vsus sunt, polychresta nuncupantur, conspicuum est. Neque hoc in ijs dumtaxat, quæ ab arte, sed & frequenter in naturę operibus vsu venit. Lacti triplex inest substantia, triplex temperamentum, & triplex actio. id quod Gal. tertio de alim. fac. & sæpe alibi testatur, præter quas tamen particulares temperies tres, vnam demum habet, cuius gratia lactis naturam seruat, id & in rebus est, quæ miscentur omnibus. Et si enim homo ex multiplicis temperamenti est partibus, quando aliæ frigidæ, aliæ calidæ sunt, aliæ humidæ, aliæ siccę, est tamen vna illius temperies ex ijs particularibus forte prosiliens, cuius gratia hominis natura seruatur. Hæc verò postrema temperies, ac (vt ita dixerim) forma in ijs, quæ artificio parantur, non statim post mistionem inducitur: sed postea. Idcirco Gal. 5. meth. in Romana muliere theriacam exhibet nondum fermentatam, quòd in ea opij parum adhuc imminutę essent facultates, neq; planè ex multiplicibus simplicium qualitatibus una ea qualitas communis theriacæ comparata. Huius rei gratia Author noster lib. de uirib. cordis tra. 2. theriacam initio secundum formas partium: post verò secundum specificam formam agere adnotauit. Vide pro hac re, & Auer. 5. Coll. & in libello de Theriaca.

Cap. 15.

Cap. 13.

Cap. 4.

Cap. vltim.

Cap. 1.

De cognitione virtutum complexionum medicinarum singularium per experimentum. Cap. 2.

MEdicinarum cognoscūtur virtutes ex duabus vijs, vna earum est semita experimēti.

Et altera est ratiocinationis semita. Nos verò in experimento sermonem pręmittamus. Dicimus ergo, quòd experimentum ad cognitionē virtutis medicinę cū fiducia nō perducit septē, nisi post obseruationē septē cōditionū. Vna earum est, vt sit medicina uacua a qualitate acquisita ex caliditate accidentali, aut a frigiditate accidentali, aut qualitate, quæ accidat ei cum alteratione in sua substantia, aut uicinitate alterius. Aqua enim quamuis frigida sit natura, tamen quum calefit, calefacit, dum permanet calida. Et euphorbium quamuis sit natura calidum, tamē quum infrigidatur infrigidat, dum permanet frigidū. Et amygdala quamuis sit ęqualis † subtilis, tamen quum fit rancida, calefacit potentia. Et caro piscium quamuis sit frigida, tamen quum salitur, calefacit potentia. Et secunda est ut illud, in quo experitur, ægritudinē habeat singularem, nam si ægritudo est composita, & in ea sunt duę res significantes duas curationes contrarias, & experiatur in ambab. medicina, & conferat, nescimus causam in illo uerè, uerbi gratia, quum homo habet febrē phlegmaticam, & datur ei in potu agaricus, & remouetur febris eius, non oportet, ut iudicemus agaricum esse frigidum, quoniam confert ęgritudini calidæ, quę est febris; immò forsitan nō cōfert; nisi propterea quod resoluit materiam phlegmaticam, & euacuat eandem, & quum deficit materia, remouetur febris phlegmatica. Et hoc quidem uerè est iuuamentum per se, permistum iuuamento per accidēs, per se quidem cum comparatione ad materiam, sed per accidens cum comparatione ad febrem. Et tertia est ut medicina sit experta iam in [a] [duobus] contrarijs, ita ut quum utrique eorum simul conferat, non iudicetur quod sit contraria cōplexioni alicuius eorum, & fortasse confert vni eorum per se, & alteri per accidens, sicut scammonea, si experiamur ipsam in ægritudine frigida, non est longinquum quin conferat, & calefaciat. Et quum experimur ipsam in ęgritudine calida, sicut est febris tertiana, non elongatur quin conferat in euacuando choleram. Quū ergo ita sit, non acquirit nobis experimentum fiduciam caliditatis, aut frigiditatis, nisi postquam scimus, quòd unam duarum rerum efficit per se, & efficit alteram per accidens. Et quarta est ut sit uirtus, quæ est in medicina opposita ei, quod æquatur ei de potentia ægritudinis. Sunt enim medicinæ quædam, quarum caliditas minoratur a frigiditate ęgritudinis alicuius, quare penitus in eam non agit. Et quandoque quum administratur in infrigidatione aliqua leuiore illa, facit calefactionem. Oportet ergo ut experiatur prius in debiliori, & secūdum gradus fiat processio paulatim, donec sciatur uirtus medicinæ, & non dubitetur. Et quinta est ut obseruetur tempus, in quo apparet eius impressio, & operatio, nam si in primis quum administratur, apparet, confidere facit, quòd efficit illud per se. Et si fuerit operatio, quæ in primis apparet ex ea, contraria ei, quæ apparet in fine, aut in principio rei non apparet ex ea operatio, deinde in fine rei apparet ex ea operatio: tunc erit locus ambiguitatis, & dubietatis: forsitā enim efficit illud, quod operatur per accidens, quando efficit in primis operationem occultam, quam sequitur per accidens hæc operatio alia apparens. & hæc quidèm dubietas est, & ambiguitas, & hęsitatio in uirtute medicinæ. Existimatio verò quòd eius operatio non sit, nisi per accidens, quandoque uigoratur, quum eius operatio non apparet, nisi post separationem obuiationis mēbri: nam si per se efficeret, operaretur dū obuiaret: impossibile enim est vt deficiat dum obuiat, & operetur dum non obuiat. & hoc quidem est iudicium plurimum sufficiens. Quandoque verò conueniens est, vt in quibusdam corporibus efficiat suam operationem, quæ est per se, post operationem suam, quæ est per accidens, & illud est quum iam acquisierit uirtutem extraneam uincentem uirtutem naturalem, sicut aqua calida: in præsenti enim calefacit, in die verò secundo, aut in hora, in qua remouetur ab ea eius impressio accidentalis, facit peruenire in corpore frigus, proculdubio propter conuersionem partium [b] [peruiarum] ad dispositionem naturalem frigoris, quòd debet habere. Et sexta est, ut obseruetur processus operationis eius secundum assiduationem: aut secundum plurimum: nam si nō fuerit ita, tunc processio operationis ab ea est per accidens: Quoniam res naturales procedūt a principijs suis, aut semper; aut secundum plurimum. Et septima quidem est, vt experimentum sit in corpore hominis. Nam si experiatur in corpore non hominis: possibile est ut fallat duobus modis. Vnus eorum est, quoniam possibile est ut sit medicina comparata ad corpus hominis calida, & comparata ad corpus leonis & equi frigida, quum hæc medicina est calidior homine, & frigidior equo, uel leone, & uidetur secundum quòd existimo; quod sit reubarbarum frigidum comparatum ad equum, & sit comparatum ad hominem, calidum. Et secūdus, quoniam quandoque comparata ad unum duorum corporum habet proprietatem, quam non habet comparata ad corpus secundum, sicut cicuta, comparata enim ad corpus hominis habet proprietatem uenenosam, quam non habet comparata ad corpus [c] [† sturni.] Isti ergo sunt canones, quos obseruare oportet in cognitione uirtutum medicinarum ex uia experimenti.

† substantiæ.

a B. ægritudinibus.

b B. subtilium profundæ in poris imbibitarū. Alia litera. calefactarum.

c B. alzaraxit. † turdi.

A N N O T A T I O N E S.

Duo artis medicæ fundamenta sunt, ut Gal. primo apho. experimentum & ratio. & duplici hac ratione medicamentorum notitia usurpatur, ut Gal. de Theriaca ad Pison. præsertim tamen non sine experimento eorum uires cognoscere est. Frequenter illud dictat ratio, cui non aßentitur experimentum: sæpe etiam id experimentum ostendit, cui ratio non suffragatur. Sunt uerò utraque hæc coniungenda: quantum licet, & quæ ratione inuenimus, sensu & experimento sunt probanda, atq; eo quidem aßentiente comprobanda; dissentiēte uerò reijcienda. Contra, eorum quę experimento sunt inuenta, quærenda est ratio, quam si aßequamur; tunc demum nullo interiecto scrupulo extollendum medicamentum est; sin autem ratio subterfugiat, aut etiam reluctetur; suspectum sanè id redditur, non semper tamen negligendum. Aristo-

Com. 1.

Cap. 3.

Ariſtoteles 1. metaph. expertos magis id quod volunt, conſequi exiſtimat, licèt rationem ignorent: quam eos qui rationem quidem rei tenent, ſed inexperti ſunt. Galen. empiricos paſsim magis quam methodicos probat: & ſi enim, qui ſoli nituntur rationi, ſapientiores ſunt. ut philoſophus primo metaph. ait, in medicina tamen, quæ circa ſingularia verſatur, errant magis, qui rationem abſque experientia, quam qui experientiam ſine ratione perſpectam habent. At uerò experimenti certitudo non ſtatim ex uno ſucceſſu iudicanda eſt; quin obſeruanda ſunt multa; atque ijs demum diligenter animaduerſis, de experimento, quòd certum ſit & conſtans, ferri iudicium poterit. Author noſter ſeptem ferè obſeruanda hoc loco proponit, quæ & Gal. tum 3. de temperamen. tum primo de ſimpl. med. facult. Sed uide pro hoc loco Auerroem 5. Coll.

cap. 5.
cap. 1. & 2.
cap. 27.

De cognitione uirtutum medicinarum ſingularium per ratiocinationem. Cap. 3.

COgnitionis autem virtutum medicinarũ ſingularium per ratiocinationem canones alij ſumuntur ex velocitate conuerſionis earum ad ignem, & calefactionem: & ex tarditate conuerſionis ipſarum: & ex velocitate congelationis earum, & tarditate congelationis ipſarũ, & alij ſumuntur ex odoribus: & alij ex ſaporib. Et quandoque ſumuntur ex coloribus: & quandoque ſumuntur ex operationibus, & virtutibus notis; ex quibus acquiritur ſignificationes ſuæ manifeſtæ ſuper virtutes ignoratas. Via aũt prima eſt, quoniam rerum ſimilium in conſtitutione eſſẽtiæ. ſ. in raritate & ſpiſſitudine, quæcunque recipit calefactionem velocius eſt calidior: & quæcunque recipit infrigidationem velocius eſt frigidior. Et ex vna cauſarum in hoc eſt: quoniam res quandoque calefit velocius alia, agente exiſtente vno: quoniam in ſeipſa eſt calidior altera: & neque infrigidat ipſam niſi frigus accidens: quumque aduenit caliditas exterior; & conſentit ipſi virtus calida innata, quę eſt in ipſa: æquatur alij in cauſa exteriore, & ſuperfluit illi in virtute, quæ eſt in ipſa, & fit calidior. Et ſecundum hoc cognoſces diſpoſitionem eius, quæ infrigidatur velocius. Et poſt illud in danda cauſa eius eſt ſermo prolixus, de quo intromittit ſe ille, qui loquitur in principijs naturalibus præter medicum. Quum autẽ vna earum eſt maioris raritatis: & altera maioris ſpiſſitudinis: tunc illa, quæ eſt maioris raritatis, quamuis ſit ſimilis alij in frigiditate & caliditate ipſius: tamen patitur [a] † [ ] velocius propter debilitatem ſui corporis. Res autem, quarum proprietas eſt vt congelentur: & illæ quarum proprietas eſt ut [b] [in phlegmate igniantur] poſſibile eſt vt adinuicem compararentur: ergo quæcunque eſt velocioris congelationis: & eius eſſentia eſt ſicut eſſentia alterius, eſt frigidior; & quæcunque eſt uelocioris inflammationis: & eius eſſentia eſt ſicut eſſentia alterius, eſt calidior; propter illud quòd diximus prius. Nos enim non dicimus, quòd res ſit calidior, & frigidior, niſi cum comparatione ad impreſſionem caliditatis innatę in ipſa, quę eſt in nobis. Et quum ipſa eſt longinquior a congelatione, & velocior ad inflammationem; tunc iudicamus, quòd ipſa eſt in impreſſione a caliditate noſtra innata illo modo. Principia verò iſta demonſtratione oſtenſa ſunt, ſicut oportet in ſcientia naturali. Quum autem duæ res diuerſificantur in raritate & ſpiſſitudine, deinde inuenitur ſpiſſior ex eis inflammationis uehementioris, & tardioris congelationis, & tunc iudica proculdubio, quòd eſt calidioris ſubſtãtiæ. Et ſimiliter quum inuenis raram tardioris inflammationis: tunc ſcias quòd eſt fortioris frigoris. Si autem inuenis raram ex eis uelocioris inflammationis, non conuenit tibi ut iudiciũ des; & ponas ipſam propter hanc cauſam fortioris caliditatis. Fortaſſe .n. raritas eſt cauſa in velocitate inflammationis eius. Sicut ſi tu inuenis raram ex eis velocioris congelationis, nõ conuenit tibi omnino, ut des iudicium, & ponas eam propter hanc cauſam vehementioris frigoris. Forſitan enim raritas eſt cauſa in uelocitate congelationis eius, propter debilitatem corporis ipſius, & velocitatẽ paſſibilitatis eius, ſicut uinum, quamuis enim ipſum ſit calidioris complexionis, quam oleum de cucurbita; tamen uelocius congelatur, quàm illud oleum; immò illud oleum denſatur & non cõgelatur; ſed uinum congelatur. Rerum enim quædam ſunt, quæ congelantur abſque condenſatione, & ſunt quædam earum, quæ condenſantur abſque cõgelatione. Huius autem cognitio in ſciẽtia exiſtit naturali. Rerum autem recipientium condenſationem, quum æquantur in conſtitutione ſubſtantiæ, quæ magis recipit condenſationem ex frigore, eſt frigidior earum. Et plurimæ quidem res non congelantur niſi in calore. Et res, quarum proprium eſt in calore congelari, omnes reſoluuntur per frigus: ſicut res, quæ congelantur ex frigore, omnes reſoluuntur calore. Calor autem congelat ſiccitate, & frigus [c] [congelat ſpiſſitudine] ſecundum ſententiam Galeni. Veruntamen ſententia philoſophi primi diuerſa eſt ab ea in re modica; ſed illius perſcrutatio in alia continetur ſcientia. Et quum ſint quædam medicinarum calidiores, ſed ſunt groſſiores, poſſibile eſt ut ipſæ ſuſcipiant congelationem, ſicut ſuſcipiunt illæ, quæ ſunt frigidiores eis, propter groſſitudinẽ ſuam. Et quum ſint quædam frigidiores, ſed ſunt ſubtiliores, poſſibile eſt ut ſuſcipiant inflãmationem, ſicut recipiũt illæ, quę ſunt calidiores eis, propter ſubtilitatem ſui. Condenſatio autem & [d] [congelatio] non ſignificant augmẽtum in caliditate, neque augmentum in frigiditate[e] [plerũq; enim condenſatur terreitas, quæ eſt in eis; & res propter multitudinem aqueitatis & aereitatis rarificantur.] Et multoties accidit aeritati ut infrigidetur, & cõuertatur in aqueitatẽ[f] [& rarificetur compoſitũ] & fiat frigidum. Et multoties[g] [reſoluitur] aqueitas frigida propter igneitatem feruentem in eis, [h] † [ ] & conuertit eã in aereitatem, & condenſat ipſam, quemadmodum accidit ſpermati ex[i] † [ ] condenſatione. Quum ergo ſeparatur ab eo calor igneus, ſubtiliatur, & non prohibet terreitas, quando fit cũ ea igneitas ſuperflua, quare poſſibile eſt, ut ſit diuiſio prima uehementis caliditatis. Et nõ prohibet aqueitas, quin eã ingrediatur aereitas, nõ ſuperãs uirtutẽ eius, & ſit diuiſio ſecũda vehemẽtis frigiditatis, aut igneitas uincat, & ſit vehemẽtis caliditatis valde. Ex alijs

a † B. plus &.
b B. inflammetur igne.
c B. reſoluit cũ humiditate.
d B. coagulatio.
e B. Plerunque enim condẽſantur res terreſtres aut propter terreſtreitatẽ, quę eſt in eis, & multitudinẽ aquoſitatis, & aereitatis in eis, quum rarificantur.
f B. & penetret, ſeu immiſceatur cum cõpoſito.
g B. rarificatur.
h † B. quæ facit ipſam ebullire.
i † B. ipſius.

aũt canonib. necesse est medicos rem vnã scire, quoniam nõ est possibile vt sapores [k] [dulcis] & amarus, & acutus sint, nisi in substantia calida: neque ponticus stypticus, & acetosus, nisi in substantia frigida. Et similiter odores boni acuti non sint, nisi in substãtia calida: & colores albi in corporibus[l] [congelatis] in quibus est humiditas, non sint, nisi in substantia frigida: & in corporibus, in quibus est siccitas &[m] [puluerizatio] non sint nisi in substantia calida: & nigri in vtrisque rebus sunt e contrario. Frigus enim albificat humidam substantiam, & denigrat siccam: & calor denigrat humidam, & albificat siccam. Et hoc quidem verum est & necessarium: veruntamen hic est causa alia: propter quam significationes istę quandoque diuersificantur: & propriè in odore, & calore; & propriè in colore suo. Et illud est, quod nos iam ostendimus, quòd corpora medicinalia commiscentur ex elementis contrarijs quandoque cõmistione prima: & quandoque commistione nõ prima: immò magis digna, vt vocetur complexio secunda. possibile est ergo in hac complexione secunda, vt vni duorum elementorum iã aduenerit complexio, qua meretur colorem, aut odorem, aut saporem; & aduenerit ei illud, quod iam meretur: & ut alij elemento iam aduenerit complexio diuersa illi complexioni: & sit possibile ut in ea mereatur colorem contrarium illi colori: aut odorem: aut saporẽ contrarios primis: & sit possibile, vt ea non mereatur contrarium primo. Quod si iam meretur colorem contrarium illi; deinde sint æqualis quantitatis: peruenit in commisto secundo color compositus ex duobus coloribus, & si sunt diuersa, continetur in secundo commisto color magis decliuis ad vnum duorum colorum. Si autem secundum non meretur colorem omnino, & similiter odorem, aut saporem; & sint equalia; qui in eis reperitur color: est primus, & odor est primus. [n] [Et si sint iam fracta propter commistionem partium minutarum alijs contrarijs, & colori secundo non sit impressio penitus; quoniam hoc etiam frangitur] fractione peruij permisti colorato: & quasi illud corpus videtur, verbi gratia, album: & est possibile, vt sit virtus eius non virtus albi per hoc quòd est album; sed est ei uirtus alia opposita primæ. Nam quum est corpus permiscendum priuatum colore, ita ut sicut est æqualis quantitatis, sit æqualis in potentia; est uirtus comprehensa inter duas virtutes æquales. Si autem est fortius plurimum colorato, est impressio [o] † [ ] uirtuti contrariæ uirtuti corporis associati albedini; & est albedo, uerbi gratia, faciens necessarium, ut sit frigidum, & ipsum est calidum [p] [subito,] hoc est quando est æqualis quantitatis. Quum autem est, uerbi gratia, hoc, quod nõ habet colorem, aut habet colorem contrarium paucæ quantitatis cum comparatione ad aliud [q] † [ ] plurimæ qualitatis, & uirtutis, [r] † [ ] non imprimit penitus impressionem in colore illius alterius, & uincit illud uirtute uictoria uehementi, ita ut sit [s] [color eius] quasi non habeat uirtutem innatam omnino. Considera ambas dispositiones in libra lactis, cui si permisceas duos aureos euphorbij, ita

k B. salsus.
l B. coagulatis.
m B. frangibilitas.
n B. quãuis sint iã confracti seu remissi propter permixtionem partiũ, quæ sũt priuatæ non habentes partes cõtrariantes, & in secũdo non est impressio coloris penitus: qm̃ huiusmodi etiã franguntur.
o † B. tribuẽda.
p B. uehemẽter
q † B. sed est.
r † B. tunc.
s —— B.

permiscendo, ut sint quasi res una, est permistũ ex eis calefaciẽs in ultimo, & sensus non discernit euphorbium ex eis utrisque, neque colorẽ eius neque priuationẽ ipsius a colore, si est priuatum colore, & neque uidet nisi albedinem puram, & nos quidem [t] [ueraces erimus] quòd hęc albedo est substantię frigidę, uerbi gratia, si posuerimus quòd lac est frigidum: & mentiemur, si dixerimus quòd hæc substantia confusa est frigida. Et illud ideo quoniam hæc albedo non est color huius corporis confusi permisti ex parte unde est confusum & permistũ, sed est color unius simplicium eius uincentis quãtitate, & uicti uirtute, quæ sensata est ex eo, & ita oportet ut tu formes dispositionem in albo [u] [natura, quæ est, commistioni] quę est in ultimo caliditatis, & uidetur quòd sit frigidum, sicut piper albũ. Quemadmodum enim hoc est permistum arte, similiter quandoque commiscetur natura, & est forma existens hæc forma. [x] [Harum quidem qualitatũ sensatarum, quædam sunt digniores, ut [y] † [ ] efficiat in eas impressionem manifestam illud,] quod eis permiscetur ex contrario, & dũ perseuerant qualitates earum uere sensatæ, & non sentiuntur in eis contrariæ earum, [z] [ ] sunt vincentium uirtutum, & hoc quidem est in saporibus, non secundum quòd sit necessarium, sed secundum quod est plurimum, & post sapores est in odoribus, & post utraque est in coloribus, & in coloribus quidem est sicut sine fiducia cum eo. Et ex causis quidem, in quibus sapores uincunt odores in hoc capitulo est aduentus eorum ad sensum cum obuiatione. Sunt ergo digniores ut perducant ex omnibus partibus medicinæ uirtutem, sed odores, & colores imprimunt sine obuiatione suorum corporum, quare possibile est, ut perueniat ad sensum ex partibus habentibus odorem uapor ex subtili partium eius, & inobediens fiat uapor [a] [spissus] partium eius, & non uaporet, & possibile est ut perueniat ad ipsum color [b] [manifesti, & est] uincens sine uicto occulto. Et quoniam odores quandoque significant sapores, sicut odor dulcis, & acetosi, & acuti, & amari, tunc sunt odores sequentes sapores. Sapores ergo in significatione sunt plus ueri, deinde odores, post colores. Amplius si in saporibus non caderet etiam hæc compositio prædicta, non esset opium in amaritudine sua cum frigiditate superflua, hic autem error, qui accidit in saporibus cadit in parte frigoris plusquam in latere caloris, scilicet ut insit medicinę sapor significans caliditatem, quum sit frigida, hæc enim plus est, quam ut medicinæ insit sapor significans frigus quum sit calida, quoniam calor in pluribus dispositionibus est fortioris impressionis, & manifestioris operationis, & magis penetrans. Si ergo frigido sit permistum in complexione naturali calidum, summa uirtutis cuius, sit summa frangens frigus, quod ei opponitur, est dignius ut appareat ei sapor frangens saporem ipsius, quum sit calidum in omnibus dispositionibus magis penetrans, & magis uincens, & dignius ut ferat sapores, & odores. Et propter hanc causam non inuenis acetosum, aut ponticum, in quo non

t B. credemus.
u B. naturaliter commisto.
x B Verum ex istis qualitatib. sensatis illud est dignius ut imprimat impressionem manifestam. Alia litera Verũ istarum qualitatũ sensatarũ quædã sũt digniores, ut in eas imprimatur impressio manifesta, & fiat illę cum quibus est contrarium suũ admixtum.
y † B. Alia litera. non.
z † B. tunc.
a B. ex spisso.
b B. manifestus.

non est permistio sensu, quòd sit calidum secundum plurimum suæ complexionis, sicut inuenis amarum, & mordicatiuum frigidum secundum plurimum suæ complexionis: ueruntamē hoc est plurimum, & multo pluris plurimitatis quàm aliud: sed non est necessarium. Et postquam scis canonem istum, oportet nunc ut narremus tibi illud, quod dicunt medici de saporibus, & odoribus, & coloribus. Ipsi enim ponunt sapores simplices nouem, & quamuis sint penitus octo sapores, & vnus priuatus sapore, & est insipidus [c] [ ] cuius sapor penitus non cōprehenditur sicut aqua: ipsi enim nominat saporem, omne, quod gustu iudicatur tali iudicio, qđ est actu; aut iudicio, quòd est potentia non efficiens omnino, & est illud, quòd non habet saporem, & est secundum duos modos scilicet aut insipidum priuatum sapore secundum ueritatem: aut insipidum priuatum eo apud sensum. Insipidum autem secundum ueritatem est, cui non inest sapor secundum ueritatem. Et insipidum apud sensum est illud, quod in seipso habet saporem; uerum propter uehementiam suę spissitudinis, non resoluitur ex eo aliquid, quod linguæ admisceatur, & comprehendat ipsum; deinde quum ingeniatur ut resoluantur. partes eius, & ut subtilientur, sentit saporem eius, sicut æs adustum, & ferrum. lingua enim non consequitur ex eis saporem: quoniam non resoluitur ex substantia amborum aliquid perueniens ad humiditatem positam in lingua, quæ est media in sensu gustus. & si ingenietur, ut in partes minimas conuertatur, apparebit eius sapor fortis. Sapores autem sunt octo quos ipsi dicunt qui sunt uere sapores, post insipidum. Et sunt dulcedo, amaritudo, acuitas, & salsedo, acetositas; ponticitas, stypticitas, & unctuositas, Et dicunt quòd substantia ferens saporem: aut est spissa terrea, aut est subtilis, aut media. & eius uirtus est calida, aut frigida, aut æqualis, Spissa igitur terrea, si est calida, tunc est amara: & si est frigida, est pontica: & si est æqualis: tunc est dulcis. Et subtilis si est calida, tunc est acuta: & si est frigida, tunc est acetosa: & si est ęqualis, tunc est unctuosa. Et media in spissitudine, & subtilitate, si est calida, tunc est salsa: & si est frigida, tunc est styptica, & si est ęqualis: tunc dicunt quòd est insipida, & insipida sunt uerba. Acutum autem est calidius, deinde amarum, deinde salsum: quoniam acutum est fortius ad resoluendum, & ad incidēdum, & abstergendum, quā amarum: deinde salsum est, sicut amarum confractum cum humiditate frigida: quod significat illud quòd diximus in modo generationis eius: [d] [& similiter] quum salsum calefit a sole, aut igne: aut separatione aqueitatis frangentis uirtutem caloris, fit amarum, & similiter † nitrum, & sal amarum calidius est sale, quod comeditur. Pōticum uerò est frigidius, deinde stypticum, postea acetosum, & propter hoc in omnibus fructibus, qui dulcescunt, prius est ponticitas uehementis infrigidationis. Quū ergo currunt in eis aqueitas & aereitas, ita ut temperentur parumper cum aereitate, & calefactione solis digestiua, declinant ad acetositatem sicut agresta: & inter illud trahunt ad stypticitatem parumper nō cum ponticitate, deinde permutantur ad dulcedinem, quum agit in eis caliditas digestiua. Et quandoque permutantur ex ponticitate ad dulcedinem absque [e] [acetositate] sicut oliuæ. Acetosum verò quamuis sit minus frigidum quàm stypticum: tamen in pluribus est pluris infrigidationis eo, propter sui subtilitatem & penetrationem suam: ponticum autem & stypticum sunt in sapore propinqua, sed in stypticum non contrahit, nisi quod de lingua manifestum est: ponticum uerò contrahit, & exasperat, quod manifestum est & occultum. Et ex eis quidem, quę [f] [ualent] ad exasperationem eius, est quòd ipsum non diuiditur propter sui spissitudinem in partes minimas uelociter, neque continuantur adinuicem uelociter. Et propter has duas causas ipsarum casus in lingua separatur sensibiliter: quare diuersificatur propter stypticitatem suam in partib. eius, & diuersificatur situs earum & exasperantur: Et ad illam diuersitatem iuuat diuersitas partium membri in poris suis, & suis continuationibus. Et ponticum quidem est subtilius, & magis intrans. Acutum verò & amarum sunt linguam radentia rasione; sed amarum non radit, nisi quod de lingua apparet. Acuti autem abrasio, & eius separatio est profunda: quoniam est subtilis substantiæ profundans sed amarum est grauis substantiæ siccę. Et propter illud ipsius purum, non recipit putrefactionem, ex qua animal generetur: neque purum ipsius nutrit animal, & propter siccitatem suam amarum, quod abradit: abradit cum exasperatione aliqua. Ex eis autem, q̄ caliditatem acuti amari caliditatem fortiorem efficiunt, est ipsius penetratio: quare uehemēter incidit, & uehementer soluit, ita ut corrodat, & putrefaciat, & perueniat ad hoc vt interficiat. Dulce verò & unctuosum ambo dilatant linguā & leniunt eam faciendo currere illud, quod frigus lęsit, & congelauit absque resolutione, & remouent ipsius asperitatem: uerum unctuosum facit illud absque calefactione manifesta, & dulce facit illud cum calefactione. Quapropter digerit dulce plus. Dicunt medici, dulce non factum est suaue, vel delectabile: nisi quia taliter abstergit grossitudinem, quòd eam [g] [aptat] & lenit eam, & currere facit ipsam, & remouet impedimentum congelationis eius absque incisione & separatione continuitatis, & obuiatione laboriosa, & neque calefacit cum calefactione nociua: immò delectabili sicut est delectatio aquæ tēperatæ calidæ quum effunditur super corpus. [h] † [ ] Sermo uerò [i] [differentiæ] in hoc apud illū est, qui est altioris gradus quàm medici. Et non oportet quidem ut sit illud, quod est dulcius, nutribilius: neque illud, quod est dulcius, nutribilius: neque illud, quod est suauius, nutribilius; quamuis sit impossibile, quin in omni nutriente apud medicos sit dulcedo aliqua [k] [ueruntamen] nutrimentum alijs indiget conditionibus præter dulcedinē hanc. Et unctuosum [l] [comparatum] est dulci. Spissum uerò, quod ad vtrumque eorum conuertitur operatione caliditatis proportionalis conuertitur ad dulcedinem [m] [quum est in initio suæ subtilitatis] cum aqueitate, & pauca aereitate:

c B. almesich en ius.

d B. & propter illud.

† baurach.

e B. quòd fiant acetosa.

f B. adiuuans.

g B. rectificat.

h † B. alchasser idest super corpus ualde infrigidatum.

i B. distinguens seu verificans.

k B. quoniam.

l B. proportionum.

m B. quādo plurimum opationis eius est subtiliatio.

tate: & conuertitur ad unctuositatem [n] [quum est intentio suæ subtiliationis cum aqueitate delectabili] & permiscetur ei aereitas plurima, cuius introitus ad aqueitatem sit uehemens. Amarum autem & salsum linguam abradunt; uerum tamen salsum abradit leuiter; & lauat; & non exasperat : & iuuat ipsum ad illud aduentus obuiationis suæ membro ad omnes partes eius cum æqualitate propter sui subtilitatem: sed tamen ipsum lædit os stomachi ; amarum verò abradit vehementer ita vt exasperet, & iuuat ipsum ad illud diuersitas locorum suorum secundum quòd diximus. Acutum uerò & acetosum mordicant linguam: sed acutum mordicat eam uehementer cũ calefactione. Et acetosum mordicat eam mediocriter absque calefactione. Et salsum quidem prouenit ex resolutione amari in insipido aquoso ; quum ergo [o] [congelatur] sicut aqua cineris, fit salsum. Et acetosum prouenit ex conuersione dulcedinis cum diminutione caliditatis : aut digestione ponticitatis cum augmento humiditatis & caliditatis: & eius substantia secundum summam rei, est substãtia humida. & similiter dulce; substantia enim eius ad humiditatem pertinet : sed substantia amari & pontici ad siccitatem. Operationes autem dulcis sunt digestio, & lenificatio, & multiplicatio nutrimenti, & natura diligit ipsum, & virtus attractiua attrahit ipsum. Et operationes amaritudinis sũt abstersiua & exasperatiua . Et operatio ponticitatis est [p] [contractio,] si est debilis: & expressio, si sit fortis . Et operationes stypticitatis sunt [q] [contractio] & inspissatio, & induratio, & retentio. Et operationes unctuositatis sunt lenificatio , & lubrificatio, & [r] [coctio] parua . Et operationes acuitatis sunt resolutio, & incisio , & putrefactio. Et operationes salsedinis sunt abstersio, ablutio, & exsiccatio, & prohibet putrefactionem. Et operationes acetositatis sunt infrigidatio, & incisio . Et quandoque aggregantur duo sapores in substantia una, sicut est aggregatio amaritudinis, & stypticitatis in licio: & nominatur horribilitas, & sicut aggregatio amaritudinis & salsedinis [s] [in lacubus] & nominatur turpitudo; & sicut aggregatio acuitatis & dulcedinis in melle cocto : & sicut aggregatio amaritudinis, & acuitatis , & stypticitatis in melongena; & sicut aggregatio amaritudinis, & insipiditatis in endiuia . Et quandoque adiuuant se ea , quę proueniunt ex duobus saporibus ad confortandum illud, quod prouenire debet ex uno sapore: Acuitas enim & mordicatio remanentes in aceto ex uino, faciunt ipsum vehementioris infrigidationis: quoniam acuitas & mordicatio aperiunt transitus, & adiuuant ad penetrandum. & non perueniunt in aceto ad hoc ut ipsum calefaciant, ita quòd inde sit curandum: ergo fit infrigidatio aceti magis profundans . Et quandoq; iuuant se ea, quæ proueniunt ex duobus saporibus ad confringendum illud , quod prouenit ex uno sapore, sicut acetositas & ponticitas in† agresta: ponticitas enim agrestæ prohibet eius acetositatem ab infrigidatione ultima. Et quandoque essentia iuuat qualitatem , & quandoque est contraria. iuuans quidem est sicut subtilitas, quę associatur acetositati: & ponit

n B. quando plurimũ operationis eius est subtiliatio cũ aquositate dulci, seu insipida.

o B. coagulatur.

p B. stypticitas.

q B. stypticatio.

r B. maturatio, seu digestio.

s B. in locis adustis seu in terrenis adustis, in quibus aqua cõgregatur.

† omphacio.

infrigidationem eius magis profundantem: contraria, verò est sicut spissitudo , quæ associatur [t] [lacti acetoso] & ponit infrigidationem eius breuiori spatio. Et quandoque accidit vt sint quidã sapores non puri, & deinde purificentur secundum tempus, sicut aqua agrestæ; quum enim super ipsam prolongatur tempus, purificatur eius acetositas propter multitudinem eius, quod resi det ex pontico, & reliquis . Et quandoque accidit vt sint quidam sapores puri, & permiscet eos tempus cum alijs, sicut mel: tempus enim ipsum amarum efficit, & acuit, augmentata acuitate, & amaritudine: [u] [& sicut uigorat amaritudo temporis: idest quam facit tempus, & eius acuitas, ex pressionem vuæ. nam tempus in primis dat amaritudinem permista terra: deinde incipit in ipsa puritatem, & clarificationem facere.] Quum ergo permiscentur ponticum & amarum, fit abstersio cum stypticitate, & est conueniens consolidationi [x] [exiturarum] in quibus est laxitas pauca: & conuenit omni solutioni [y] † [ ] cuius causa est oppilatio, & confert spleni uehementer, si amaritudo non est in eo debilis. Et omnia quidem , quę sunt huiusmodi, conferunt stomacho & hepati . Amarum enim absolutum & acutum absolutum, nocent uisceribus; et si associatur eis stypticum, conferunt: nam ipsa sua amaritudine radunt, & quod est in eis de stypticitate seruat uirtutem viscerum. Et quandoque est in styptico amaritudo: immò in styptico , in quo nõ apparet multitudo amaritudinis, est uirtus soluens choleram citrinam, & aquositatem cum expressione , & non est in ipso virtus soluens phlegma uiscosum , & propriè si stypticitas est fortior amaritudine, & hoc est sicut absinthium . omne autem dulce cum stypticitate, visceribus est amicum , quoniam est suaue , & confortans etiam . [x] [Et prohibet exasperationem] † gulę, quoniam est simile temperato . Et omne exsiccatiuum propter ponticitatem suam aut stypticitatem , quum est in eo unctuositas, aut insipiditas, aut dulcedo : & uniuersaliter qđ prohibet mordicationem, est generatiuum carnis. Si autem est stypticum cum acuitate & amaritudine: & est compositum ex substantia ignea & terrea, est conueniens ulceribus , & exituris , in quibus est humiditas mala: & conueniens valde ad consolidandum. Et quandoque fit compositio ex uirtutibus istis, secundum compositionem materierum earum ; & saporem secundũ ratiocinationẽ, quam conditionauimus ante, . Hęc ergo sunt , quæ diximus de saporibus, & quæ sequuntur secundum ipsarum principia . Sermo autem uerificans in his rebus , est sapienti naturali , sed medico quantitas hæc sufficit assumpta ex eis. Odores verò proueniunt a caliditate, & proueniunt a frigiditate: sed eorũ olfactio, & ipsorũ sternutatio est caliditas secundũ plurimum: quoniã causa plurima in propinquitate odorum ad uirtutem odorandi, est substantia subtilis uaporosa, quamuis sit iam cõcessum , ꝙ sit secundum semitam cõuersionis aeris ꝑter resolutionem alicuius ei ex habente odorẽ; veruntamen est primum secundũ plurimum . Omnes ergo odores, ex quib. sentitur mordicatio, aut q̃ declinant ad latus dulcedinis, sũt calidi & illi

t B. almassal.

u B. & succum vuæ amarũ efficit tẽpus amaritudine ꝑmixta, deinde incipit in ipsa ad puritatem declinare.

x B. vlcerum.

y † B. ventris.

x B. & confert asperitati.

† meri.

a B. caragie. † charagiati.
b B. tendit.
† alefeniati.

& illi ex quibus sentitur acetositas, & a † [rei humidæ & pituitosę] roralis omnes sũt frigidi. Et bene redolentia secundum plurimum sunt calida, nisi illa, quibus associatur roritas b [vt muschus] & sedatio spiritus, & anhelitus; ut camphora, & nenuphar. Corpora enim amborum non euacuantur ex substantia infrigidante associata odori vsque ad cerebrum. Omne ergo bene redolens est calidum, & similiter omne † aromaticum: quare propter illud sunt facientia dolorem capitis. De coloribus iã locuti fuimus, & fecimus te scire, quòd ipsi diuersificantur secundum plurimum, & non sunt sicut odores secundum plurimum: sed ipsi demonstrant in intentione vna, demonstrationem plurimam. Et est quidem quum speciei unius diuersificantur modi, & quidam eorum sunt decliues ad albedinem, & quidã eorum sunt decliues ad tincturam rubeam, aut nigram: tunc ad albedinem declinantes, si sunt in specie frigidi, natura sunt frigidiores: & declinantes ad alia duo sunt minus frigidi. Et si natura trahit ad caliditatem: tunc res est e conuerso. Et hoc quidem quandoque diuersificatur in rebus: ueruntamen illud, quod est secundum plurimum, est, quod dixi ante. Loquamur ergo nunc de operationibus medicinarum singularium.

ANNOTATIONES.

Tex.33.
Cap.5. Cap.9.
cap.26.
cap.
Cap. 27.28.29
Cap.3.4.5.

Docet quo pacto medicamentorum facultates rationis ui sint inuestigandæ, & fontes quatuor proponit. primum autem naturalem quandam eorum potentiam ob quam alia facilè calescunt, alia frigescunt: aitq; calida ea esse, quæ cito calefiunt: frigida, quæ congelascunt. sicut enim inter ea, quæ similes habent qualitates facilis transitus est, ut scribit Aristot. 2. de gene. & cor. ita, quæ similem potestate qualitatem habent, eandem facilè actu concipiunt. propterea & Gal. 3. de temp. & 4. de vsu part. pinguedinem calidam eo argumento putat, quòd cito inflammatur. Hanc regulam, ut intelligenda sit, hic author docet copiosè. At uerò de congelatione, & condensatione quoque uerba facit, pro qua re uide Arist. 4. meteor. Vide & Auerroem 5. Coll. ubi doctissimè disserit, quomodo ex congelatione, coagulatione, atque alijs id genus qualitatibus, rerum facultates noscantur. Agit præterea & de coloribus, saporibus, atque odoribus. pro quo pete Galen. 4. de simpl. med. fac. & Paulum lib. 7. præsertimq; Auerroem 5. Coll. atque philosophum lib. de sens. & sens.

De operationibus medicinarum singularium. Cap. 4.

Dicemus quod medicinæ simplices habent operationes vniuersales: & operationes particulares, & operationes similes vniuersalibus. Operationes itaque vniuersales sunt sicut calefactio, infrigidatio, & expulsio, & attractio, & vlceratio, & consolidatio, & quæ sunt similia illis. Et operationes particulares sunt, sicut iuuamentum in cancro, & iuuamentum in hæmorrhoidibus, & iuuamentum in ictéritia, & similia his. Et operationes, quæ sunt similes uniuersalibus, sunt sicut prouocatio, & solutio, & quæ sunt similia illis: hę enim quamuis sint particulares: quia sunt in membris proprijs, & cum instrumentis proprijs, tamen sunt similes vniuersalibus, quoniã sunt operationes rerum, quarum iuuamenta, & nocumẽta sunt communia cum hoc, quòd patitur ab eis corpus totum a † [ ] non p accidens. Nos verò non rememoramur hic, nisi operationum earum vniuersalium, & similium vniuersalibus. Vniuersalium itaq; operationum aliæ sunt, quæ sunt primæ. Et alię sunt, quæ sunt secundæ. Et primæ quidem sunt operationes quatuor, quæ sunt infrigidatio, calefactio, humectatio, & exsiccatio. Secũdarum verò aliæ sunt, quæ sunt istæ eædem operationes, sed sunt mensuratę, aut comparatæ cum termino additionis: aut diminutionis, sicut adustio, & putrefactio, & sicut congelatio. nam istæ eędem sunt calefaciẽtes, & infrigidantes, sed sunt mensuratæ, & comparatæ. Et aliæ sunt, quæ sunt operationes aliæ: sed sunt procedentes ab istis: sicut stupefactio, & sigillatio, & attractio, & lubrificatio, & apertio, & conglutinatio, & quæ sunt similia illis: vniuersalibus verò similes sunt, sicut ventris solutio, & prouocatio, & sudoris eductio. Et ante quidem quam loquamur de operationibus earum, loquamur de proprietatibus, quas in seipsis habent. Dicimus ergo quòd proprietates, quas medicinæ in seipsis habent: aliæ sunt ipsæ qualitates quatuor notæ, & aliæ sunt odores, & colores: & alię sunt proprietates famosę, quarum sunt istæ subtilitas, & spissitudo, & puluerizandi proprietas, & viscositas, & congelatio, & b [cursus:] & mucillaginositas, & oleaginositas, & c [spongiositas:] & leuitas, & grauitas. Medicina autem subtilis est cuius proprietas est, ut quum a virtute patitur naturali, quæ in nobis est, diuidatur in corporibus nostris in partes minimas sicut crocus, & cinnamomum: & hęc quidem medicina magis confert in omnibus suis impressionibus, quam omnes medicinę d [ita ut licèt in eius desiccatione non sit mordicatio, tamen consequatur desiccationem rei fortis mordicantis.] Et intelligo per spissam, cuius non est istud de suis proprietatibus, sicut cucurbita, & e [gypsum:] Per uiscosam uerò significamus omnem medicinam, cuius proprietas est actu, aut potentia, qua est eius operatio, quũ caliditas innata in eam impressionem efficit, ut recipiat extensionem suspendendo, & non abscindatur, quando extenditur. Et est illa, cuius duabus extremitatibus quum duo adhærẽt corpora, & mouentur ad elongationem, possibile est, ut cum eis moueatur præter quàm illud, quod est inter eas abscindatur, sicut mel. Et puluerizabilis quidem est, quæ in partes diuiditur paruas, propter compressionem paruam, cum siccitate, aut congelatione, sicut aloes bonum. Et congelatiua est illa, cuius proprietas est, vt perueniat, taliter quod moueantur partes eius ad dilatationem a quocunque loco ponatur: ueruntamen actu est fixa secundum suã figuram & suum situm, propter causam frigidam ualde, sicut cera; & uniuersaliter est cuius proprietas est, ut fluat. nõ tamẽ actu fluit. Et medicina quidem f [decurrens] est medicina, quæ non firmatur secundum suam figuram, & situ suum,

a † B. non per se sed.
b B. fluxibilitas.
c B. exuccatio.
d B. ita ut et in exiccatiõe, quáuis in ea non sit mordicatio, q̃ consequatur, seu p̃ueniat ad exiccationem.
e B. lactuca.
f B. fluida.

suum, quum sistitur super corpus durum: sed mouentur partes eius superiores ad inferiores in partibus, ad quas earũ processus est possibilis, sicut fluxibilia omnia. Et medicina mucillaginosa est illa, cuius proprietas est vt quum infunditur in aqua, aut in corpore aquoso, separentur ex ea partes permistæ illi humiditati, & perueniat substantia aggregata ex eis ad [g] [lubricitatem] sicut psyllium & althea, & semina mucillaginosa soluunt cum lubricitate nisi assentur, & fiat eorum mucillaginositas [h] [conglutinositas & retineat. Et [i] [oleagina] est medicina, in cuius substantia est aliquid vnctuositatis, sicut grana. & [k] [spongiosa] est medicina, quæ est sicca in actu, terrea: cuius proprietas est, ut quum obuiat ei aqua, aut humiditas liquida, profundetur aqua in ipsa, & penetret aqua in meatibus eius occultis, ita ut non uideatur, sicut calx non extincta. In leui autem & graui res est manifesta. Medicinarum autem operationes famosas oportet nos numerare secundum conditiones prædictas: deinde continenter ponamus descriptiones, & expositiones nominũ earum secundum ordinem vnum. Dicitur ergo medicina calefactiua, subtiliatiua, resolutiua, abstersiua, [l] [carminatiua vel exsiccatiua] exasperatiua, aperitiua, mollificatiua, maturatiua, digestiua, incisiua, frangitiua ventositatis, attractiua, mordicatiua, rubificatiua, pruritum faciens, vlceratiua, corrosiua, adustiua: frangens [m] [disrumpens] putrefactiua, cauterizatiua, excoriatiua. Istæ ergo sunt. xxij. operationes. Et est ordo alius, infrigidatiua, confortatiua, repercussiua, ingrossatiua, crudum faciens, stupefactiua. Et istæ sunt sex operationes. Et est ordo alius, humectatiua, inflatiua, lauatiua, sordidatiua [n] † [illegible] lubrificatiua, planatiua. Istæ itaque sunt sex operationes. Et ordo alius, desiccatiua, expressiua [o] [contractiua] oppilatiua, glutinatiua, consolidatiua, generatiua carnis, sigillatiua. Istę ergo sunt octo operationes. Et est aliud genus proprietatum secundum operationes earum, pernitiosa, venenosa, theriaca, † antidotus. Et etiam est solutiua, prouocatiua, sudoris eductiua. Omnes ergo iste sunt. xlix. operationes, quas eligimus de summa operationum proportionatarum vel pertinentium & nos quidem narrabimus vnamquamque harũ operationum sua descriptione. Calefactiua est nota. Subtiliatiua ergo est medicina, cuius proprietas est, vt ponat essentiam humoris subtiliorem cum caliditate temperata, sicut hyssopus, & alhasce, & chamæmilla. Resolutiua verò est medicina, cuius proprietas est, vt separet humorem faciendo ipsum vaporem: & extrahendo ipsum a loco, in quo fuit detentus scilicet partem post partem, donec assiduatione illius operationis finiat illud, quod ex eo remanet fortitudine suæ caliditatis, sicut castoreum. Et abstersiua quidem est medicina, cuius proprietas est vt moueat humiditates viscosas, & congelatas ab orificijs pororum in superficie membri ita, vt elonget eas a loco, sicut aqua mellis. Omnis autem medicina [p] [abstersiua essentialiter] lenit naturam: licet in ea non sit virtus solutiua. Et omne amarum est abstersiuum. Exasperatiua verò est medicina, quę ponit superficiem membri diuersarum partium in latitudine & profunditate: aut propter fortitudinem contractionis suę cum spissitudine substantiæ suæ, secundum quòd præmissum est: aut propter vehemẽtiam suæ acuitatis cum subtiliatione substantiæ & secat eam, & destruitur æqualitas: aut propter suam abstersionem a superficie aspera in principio, uel in radice plana per accidens, quoniam cum abstergit a membro grossæ essentię, cuius superficies est aspera: & partium situs diuersus humiditatem viscosam currentem super eam, & facientem prouenire superficiem extraneam planam, egreditur [q] [asperitas plurima & procedit.] Et hæc medicina est, sicut corona regia. Et magis manifesta operatio ipsius in exsiccando, non est nisi in omnibus ossibus, & cartilaginibus, & minus manifesta in cute. Aperitiua autem est medicina: cuius proprietas est, vt moueat materiam existentem intra concauitatem meatuum ad exteriora, vt remanere faciat concauitatem meatum apertam: & hæc quidem est fortior abstersiua sicut petroselinum. Et ipse quidem non efficit hoc, nisi quia est subtilis, & resolutiua; aut quia est subtilis, & incisiua; & tu scies intentionem incisiuæ [r] [iam:] aut quia est subtilis, & lauatiua: & scies intentionem lauatiuæ post. Omne autem acutum est aperitiuum. Et oẽ amarum subtile est aperitiuum, & omne subtile liquidum est aperitiuum, quũ ad caliditatem, aut æqualitatem declinat: & omne subtile acetosum est aperitiuum. Mollificatiua verò medicina est, cuius proprietas est, vt ponat essentiam membrorum habentium spissos poros leniorem, caliditate & humiditate sua: & accidit ex hoc ut pori fiant latiores, & expulsio superfluitatum, quæ in eis continentur, facilior, sicut emplastrum de anetho, & semine lini. Maturatiua est medicina, cuius proprietas est, ut acquirat humori digestionẽ: quoniam calefacit cum æqualitate, & in ipsa est virtus [s] [contractiua] retinens humorem vsque quo digeratur, & non resoluatur laboriose: & separetur humidum ipsius ab eius sicco, & est adustio: quia facit adustio, vt separetur. Et digestiua est, cuius proprietas est ut acquirat cibo digestionem: & tu iam sciuisti illud in his, quæ præterierunt. Frangens autem uentositates est illa, cuius proprietas est, ut essentiam efficiat ventositatis subtilem aeream propter caliditatem, & desiccationem suam: quare resoluitur, & fugatur ab eo, in quo retenta erat, sicut semen rutæ. Et incisiua est medicina, cuius proprietas est ut penetret subtilitate sua in id, quod est inter duas superficies scilicet humoris uiscosi, & superficiem, in qua est inuiscatus, & remouet ipsum ab ea, & propter hoc adueniunt partib. eius superficies diuersæ [t] [operationis propter quod, ipsa separat eas] quare fit facilis expulsio earum a loco, in quo fixæ erant, sicut synapis, & oxymel. Et incisiua quidem opposita est uiscosæ facienti adhærere: sicut resolutiua est opposita ingrossatiuæ: & subtiliatiua opposita est inspissatiuæ. Et numerãt unamquamque earum, & definiunt ex ea, quæ cõpar est ei in

g B. uiscositatẽ.
h B. glutinosa.
i B. unctuosa.
k B. exuccatiua.
l —— B.
m B. uel cõminuens in paruas partes.
n † B. ulcerum.
o B. stypticatiua
† bezahar
p B. cum sua abstersione.
q B. seu resultat asperitas radicalis & extra eminet, seu apparet
r B. post.
s B. styptica.
t B. uel separatur actu cum separatiõe ipsius.

in rememoratione; & non est quidem conditionis incisiuę, ut efficiat in essentiam humoris aliquid: sed in continuatione eius, & fortasse separat ipsum in partes, & vnaquęque ipsarũ est secundum similitudinem essentiæ primę. Attractiua verò est illa, cuius ꝓprietas est, ut moueat humiditates ad locum cui obuiat, & illud est propter subtilitatem sui, & caliditatem suam sicut castoreum. & medicina vehementis attractionis est ea, cuius proprietas est, vt moueat humiditates, & extrahat eas ex profundo, & est cõferens valde sciaticæ passioni, & doloribus iuncturarum profundarum emplastrata post purgationem: & per eam euelluntur spinæ & sagittę ex locis in quibus retinẽtur. Mordicatiua verò medicina est, in qua est qualitas penetratiua valde subtilis faciens prouenire in continuitate separationem plurimi numeri [u][inordinati] situs, paruæ quantitatis, quare vnaquæque earũ non sentitur singulariter: sed sentitur totũ quasi dolor vnus sicut emplastrum synapis cũ aceto. & acetum ipsum. Sed rubificatiua est medicina, cuius proprietas est, vt calefaciat membrum cui obuiat, fortiter: ita vt ad ipsum uehementi attractione sanguinem attrahat, peruenientem ad eius exteriora: & rubefaciat ipsum, & hoc est sicut synapi, & [x][napellus] & calamentum. Et medicinæ rubificantes efficiunt operationem cauterizationi propinquam. Pruritum autem faciens est medicina, cuius proprietas est propter acuitatem & calefactionem sui, vt attrahat ad poros humorem mordicatiuum, pruritum facientem, & non peruenientem ad hoc vt exulceret. & quandoque adiuuant ipsum spinæ pilosæ durorum corporum non sensatæ, sicut† ranunculus. Et vlceratiua quidem medicina est, cuius proprietas est vt consumat & resoluat humiditates [y][continuantes] inter partes cutis, & attrahat materiam malam ad eam, ita ut perueniat vlcus, sicut anacardus. Sed adustiua est medicina, cuius proprietas est, vt resoluat subtile, quod est in humoribus & membris, & faciat remanere cinereitatem eorum sicut euphorbiũ. & corrosiua est medicina, cuius proprietas est, vt resoluat, & consequatur ex eius resolutione & vlceratione: quatenus de substantia carnis minuatur sicut flos æris: [z][Rumpitiua] autem medicina est, cuius proprietas est, vt quum humorem inuenit lapideum minoret partes eius, & conterat eas, sicut saxifragia, & sicut lapis iudaicus, & reliqua. Putrefactiua verò est illa, cuius proprietas est, vt corrumpat complexionem spiritus peruenientis ad membrum, & complexionem humiditatis membri eius cum resolutione, ita quòd non est conueniens, ut sint pars illius membri, & nõ peruenit ad hoc ut adurat ipsum & corrodat, & resoluat humiditatem eius, immò dimittit in ipso humiditatem corruptam, in qua agit [a][non calor innatus], & putrefit. Et huiusmodi quidem exemplum est arsenicum, & gumma rutæ agrestis. Canterizatiua autem est medicina, quę carnem corrodit, & cutim adurit: ita quòd indurat, & exsiccat eam, & ponit ipsam quasi adustam, & fit substantia illius cutis [b][obstaculum meatus humoris currentis; aut eiectio in facie ipsius] & nominatur escara, & administra-

u B. propinqui.
x B. ficus.
† kebickengi.
y B. aduenięntes.
z B. frangitiua, seu cõminutiua ĩ partes paruas.
a B. aliud a caliditate naturali.
b B. constringẽs seu obturãs meatũ humoris fluẽtis propterea ꝙ sint i facie eius tanquam obstaculum.

tur in retentione sanguinis ex arterijs fluentis, & his similibus: sicut dragantum, & † calcantum. Excoriatiua autem est medicina, cuius proprietas est propter nimietatem suæ abstersionis, vt abstergat partes cutis corruptas, sicut costus, & aristolochia, & omne, quod confert† lepre, & panno, & similibus. Infrigidatiua vero nota est, & confortatiua est medicina, cuius proprietas est, vt temperet essentiam membri, & complexionem eius, donec prohibeatur accipere superfluitates ad ipsum effusas, & [c][impedimenta] aut propter proprietatem, quę est in ea, sicut terra sigillata, & theriaca, aut propter æqualitatem complexionis suæ: quare infrigidat illud, quod est calidius, & calefacit, quod est frigidius, secundum quod visum est Galeno de oleo rosaceo. Repercussiua verò medicina, est contraria attractiuæ, & est medicina, cuius proprietas est propter frigiditatem suam, vt in membro faciat prouenire frigus, & inspissetur ea, & constringantur pori ipsius, & frangatur caliditas eius attractiua, & congeletur illud, quod ad ipsum currit, & inspisset ipsum, & prohibeat ipsum ne ad membrum currat, & prohibeat membrum a receptione ipsius, sicut solatrum in apostematibus. Et ingrossatiua est contraria subtiliatiuę, & est medicina, cuius proprietas est, vt faciat essentiam humiditatis grossiorem: aut congelando ipsam, aut inspissando, aut permiscendo. Crudum uero faciens, contraria est digestiuæ, & maturatiuæ, & est medicina, cuius proprietas est vt sua frigiditate destruat operationem caloris innati, & etiam extranei in cibo, & humore, ita vt remaneat indigestus & non [d][coctus.] Et stupefactiua est medicina frigida, ex infrigidatione cuius, quam in membro facit, prouenit vt ponat substantiam spiritus deferẽtis ad ipsum virtutem motus & sensus, frigidam in complexione sua, & grossam in substantia sui: quare non vtuntur eo virtutes animales, & [e][resoluitur] complexio membri propter illud & non recipit impressionem virtutum animalium, sicut opium, & iusquiamum, & lactuca, & papauer nigrum, & mandragora, & similia eis. Humectatiua autem est nota. Et inflatiua est medicina, in cuius substantia est humiditas extranea grossa, in qua cum calor innatus operatur, non velociter resoluitur: sed cõuertitur in vẽtositatem, sicut sunt faseoli. Et omnia, in quibus est inflatio, sunt facientia sodam: nocentia oculis. Ex medicinis vero, & cibis sunt, quorum humiditatem prima [f][resoluit] digestio ad ventositatem: quare fit inflatio eorum in stomacho, & resolutio inflationis eorum in ipso, & in intestinis. & ex eis sunt, quorũ humiditas superflua, quæ est in eis; & est materia inflationis, non patitur in stomacho aliquid, donec ad venas vadat; aut non patiuntur in stomacho totaliter, sed pars eorum: & remanet ex eis, quæ patitur in venis, & ex eis sunt, quæ patiuntur totaliter in stomacho, & conuertuntur in vẽtositatem; sed non resoluitur sua ventositas in stomacho: immo penetrat ad venas: & ventositas eius remanet in ipso. & uniuersaliter quidem cũ omni medicina, in qua est humiditas superflua extranea, propter illud, qđ ei permiscetur, est inflatio,

† colcotar.
† morpheæ.
c B. nocumẽta.
d B. maturatus.
e B. permutatur
f B. permutat.

flatio, sicut zingiber, & semen erucæ. Et omnis medicina cuius est inflationem facere in uenis, est uirilis membri inflatiua. Lauatiua uerò est omnis medicina, cuius proprietas est ut abstergat non uirtute agente in ipsa, sed uirtute patiente, quam iuuat motus, & significo per uirtutem patientem, humiditatem, & per motum significo cursum, currens enim subtile quum uadit super orificia uenarũ, lenit humiditate sua superfluitates, & remouet eas suo cursu, sicut aqua hordei, & aqua cucurbitæ. Sordidãs uerò vlcera, est medicina humectatiua, quæ permiscetur humiditatibus vlcerum, & facit eas plures: & prohibet desiccationem & cõsolidationem. Lubrificatiua autem est, cuius proprietas est ut humectet superficiem corporis obuiantis meatui, & retenti in ipso, ita ut remoueat ipsum ab ea, & faciat partes eius susceptibiliores cursus propter lenitatem earum acquisitam per admistionem eius: deinde moueantur a loco suo grauitate sua naturali, & uirtute expulsiua, sicut pruna in solutione sua. Applanatiua uerò est medicina uiscosa, cuius proprietas est, ut dilatetur super superficiem membri asperi, dilatatione planæ superficiei, & fiat manifestum illius corporis per eam planum [g] [rectæ asperitatis.] aut currat ad ipsum humiditas dilatata hac extensione. Et desiccatiua quidem medicina, est quæ consumit humiditates sua resolutione, & subtiliatione. [h] [Contractiua] verò medicina est, quę facit euenire in membri partibus superfluum motum currentem ad aggregationem ut inspissentur in suo situ: & [i] [oppilentur] meatus. Sed expressiua est medicina, ex qua peruenitur, propterea, quòd [k] [contrahit] & aggregat partes ad hoc, ut necessario faciat peruenire humiditates subtiles stantes in uacuitatibus earum, ad compressionem & separationem. Oppilatiua autem est medicina sicca, quę retinetur propter sui spissitudinem & siccitatem: aut propter suam glutinationem in transitu, & facit euenire in ipso oppilationem. Conglutinatiua est medicina sicca, in qua est humiditas pauca uiscosa, quæ adhæret super orificia, & oppilat ęa, & tenet materiam currentem. Omne autem [l] [currens] lubricum, quum in ipso, operatur ignis, fit conglutinatiuum, oppilatiuum, retentiuum. Consolidatiua est medicina, quæ exsiccat & inspissat humiditatem stantem inter duas supficies vulneris propinquas: ita ut conuertantur ad conglutinationem, & viscositatem, & adhereat una earum alteri, sicut sanguis draconis & aloes. Carnis uerò generatiua, est medicina, cuius proprietas est ut permutet sanguinem superuenientem vulneri in carnem, propterea quòd æquat complexionem eius, & coagulat ipsum cum exsiccatione. Et sigillatiua est medicina exsiccatiua, quæ exsiccat superficiẽ vulneris, ita ut fiat cortex super ipsam custodiens ipsam ex nocumentis, vsque quo generetur cutis naturalis: & est omnis medicina ęqualis in duabus actiuis, exsiccans absque mordicatione. Medicina verò perniciosa est medicina, quæ conuertit complexionem ad corruptionem superfluam, sicut euphorbium, & opium. Et venenum est medicina, quæ corrumpit complexionem non cum contrarietate tantum; sed cum proprietate, quæ est in ipso sicut napellus. † Antidotus autem & theriaca sunt omnes medicinæ, quarum proprietas est vt cõseruent sanitatem, & virtutem in spiritu: ut ex eis expellat nocumentum ueneni a se. & quasi nomen theriacæ artificialibus dignius conuenit, & nomen † antidoti singularibus cadentibus secundum naturam dignis. & videtur quòd uegetabilia [m] [& mineralia ex artificialibus] dignius nomen theriacę sumant, & mineralia nomen † antidotus. Et videtur etiam quòd nõ sit inter ea magna differentia. Solutiua autem, & prouocatiua, & sudoris eductiua, sũt notæ. Omnis verò medicina, in qua solutio coniungitur cum [n] [contractione] sicut hermodactylus, est conferens in doloribus iũcturarum, quoniam uirtus solutiua [o] [incipit] & attrahit materiã: & uirtus [p] [contractiua incipit] & contrahit meatum materię: quare non redit ad ipsum materia, neque succedit ei alia. Omnis medicina resolutiua, in qua est [q] [cõtractio] est æqualis, & confert mollificationi iuncturarum, & spasmo earum, & apostematib. plegmaticis. Et [r] [cõtractio] & resolutio in unaquaque earum, confert in exsiccando: Quum ergo aggregantur [s] [contractio] & resolutio, fit fortior siccitas. Medicinæ verò solutiuæ, & prouocatiuæ secundũ plurimum sunt prohibentium operationum: nam prouocatiuæ secundum plurimum exsiccant fæcem. Et medicinæ in quibus aggregantur uirtus calefactiua & uirtus infrigidatiua, sũt iuuatiuæ ualde in apostematibus calidis, quando ad statum suum perueniunt: quoniam ipsæ propterea ꝙ [t] [contrahunt,] repercutiunt: & propterea ꝙ calefaciunt, soluũt. Et medicinę, in quibus aggregatur virtus theriacæ cũ frigiditate, sunt iuuatiuæ hecticę uehementer. Et illæ in quibus aggregatur uirtus theriacæ cũ caliditate, conferunt frigiditati cordis plusquam aliæ. Virtus autem, quæ diuidit, & ponit unamquanque complexionem ad partem, quã meretur: ita vt non ponat virtutem resolutiuam in partem materiei, quæ effunditur ad membrum, neque infrigidatiuam, in latere materiei effusæ ab eo; est natura docta obedire creatori sublimi, & glorioso.

g B. habens asperitatẽ coopertã.
h B. Styptica.
i B. stringatur,
k B. stypticat.
l B. uiscosũ fluidum.

† Albezahar.
† albezahar.
m B. ex naturalibus. Alia litera artificialiter pręparata, seu mixta.
† albezahar.
n B. stypticitate
o B. festinat.
p B. styptica festinat.
q B. stypticitas
r B. stypticitas.
s B. stypticitas.
t B. stipticitate

ANNOTATIONES.

Medicamentorum qualitates aliæ primę, aliæ secundæ, aliæ tertię dicuntur. primas caliditatem, frigiditatẽ, humiditatẽ, siccitatẽ, uocant, quæ ex prima statim elementorum mistione consurgunt. secundæ ex primis oriuntur, atquę has post caliditatem; frigiditatem, humiditatem & siccitatem medicamenta ipsa in humanũ corpus inducunt, tales sunt apertio, astrictio, coctio, attenuatio, & aliæ id genus. atque & hę, & quas primas diximus, uniuersales qualitates appellantur, quòd toti corpori communes, sunt. neque in unam magis, aut alteram particulam agunt. Tertiæ uerò qualitates dicuntur, quibus, medicamenta. licèt primarum & secũdarum ope agant, in proprium tamen aliquod membrũ aut propriũ humorẽ agũt. & hę particulares dicũtur qualitates tales sunt, facultas, ciendi urinas, mẽses, sudores, educẽdi ex pulmone, capite, renib. aq; talia eius generis. Nõnulli inter primas & secundas, sapores interponunt. Cæterũ, quum ex Gal. sententia sapores agendi & immutandi corporis uim non habeant, iconstat non satis rectè sapores pro secundis

ane-

medicamentum qualitatibus poni, abstersionem uerò & alias eiusmodi pro tertijs. Author noster facta hoc loco qualitatum harum diuisione, quòd aliæ communes, aliæ particulares sint, quasdam tamen similes vniuersalibus adijcit, eas scilicet, quę, quum determinatam quidem particulam spectent, totum tamen corpus aut iuuant, aut lædunt. quamuis id sit per accidens. De his uerò qualitatibus agit hic author & in Canticis parte secunda tract. 2. agit & Gal. 5. de simpl. med. fac. Sed uide, quę magnus Auerrhoes 5. Col. notauit.

Tex. 36. & deinceps. cap. 2. 3. & deinceps.

De iudicijs quarundam medicinarum extrinsecis. Cap. 5.

MEdicinis accidunt iudicia secundum dispositiones, quæ eis eueniunt per artem. Et illæ quidem sunt sicut decoctio, & contritio, & adustio cum igne, & ablutio, & congelatio in frigore, & positio in propinquitate aliarum medicinarum. Sunt enim medicinæ, quarum iudicia alterantur per illud, quod eis accidit ex istis dispositionibus, & quandoque alterantur earum iudicia, propterea quòd aliis permiscentur medicinis, quamuis de hoc loqui sit conueniens in compositione medicinarum. Dicimus ergo quod medicinarum sunt quædam spissa habentes corpora: quare suas uirtutes in decoctio ne non amittunt: nisi nimium in decoquendo eas, laboretur, sicut radix capparis, & aristol. & a [zedoaria,] & quæ sunt illis similia. & earum sunt quędam medicinæ æquales, quib. mediocris sufficit decoctio: &, si in eis uiolenter laboretur, resoluentur earum uirtutes, & recedent, sicut semina urinam prouocātia: & stęchados, & sibi similia. Et ex eis sunt medicinæ, in quarū decoctione non peruenitur ad decoctionem æqualem, immò modica eis sufficit decoctio: quare si addatur ultra feruorem primum ebullitio vna, resoluuntur earum virtutes, & separātur cum decoctione, & nō remanet eis impressio, sicut epithymum. nam. quum eius decoctio fit multa, destruitur eius uirtus omnino. Et ex medicinis sunt quędam: quarū virtus propter contritionem destruitur sicut scammonea: quare oportet ut ultima facilitate conteratur, ne ex contritione caliditas eam consequatur corrumpens eius uirtutem. Plurimæ prætereà gūmarum sunt huiusmodi: Et ipsarum quidem resolutio in humiditate conuenientior est, quā contritio. Et omnium medicinarum, in quarū contritione superfluè elaboratur; operationes destruuntur; non enim quotiescunque quantitatem suam, & secundum proportionem minorationis eius, seruat: immò possibile est, ut diminutio corporis perueniat vsque ad terminū: ne post ipsum corpus aliquid suæ operationis, quę sibi propria est, agat; quoniam non est necessarium quando virtus alicuius corporis facit motum aliquem, vt medietas illius corporis moueat illud, quod est motum ab eo omnino; sicut decem homines mouent onus aliquod in die uno per milliare vnum; non ergo est necessarium, vt quinque moueant illud aliquantulū nedum quòd ipsum moueant per medietatem milliaris b [neque] medietas illius oneris ita c† [ ] iam fit singularis, vt quinque d [singularem eam assumant & ualeant ipsius facere permutationē.] Immò possibile est, ut suscipiens permutationē non patiatur a medietate virtutis penitus, quum ipsum est e [cum singularitate id quod est cum totalitate] & medietas eius non est recipiens a medietate illius quod recipit in singularitatis dispositiōe: quoniam est continua cum medietate altera, non preparata ad hoc vt moueatur ab ea singulariter: & propter hoc nō quotiescunque minoratur corpus medicinæ, & minoratur virtus, inuenit patientem in minore sibi simili: neque etiā oportet, ut hoc cum quantitate proportionis suæ minorationis efficiat in patiente a f [toto] omnino operationem, licet quibusdam uideatur, quòd propter minorationem g [non] destruatur forma & virtus, sed eorum verba in cōpositis sunt uiciniora ad hoc ut h [eorum uerborum incredulitas vires non sumat.] Et medicinæ quidem, quum aliquam operationem habent: si in earum contritione superfluè elaboretur, possibile est, ut ad speciem alteram operationis permutentur. nam uerbi gratia, si potentes sunt in euacuando humorem, aut fecem, deficiunt ab hoc, & fiunt euacuātes aquositatem, propter casum virtutis earum: & quoniam ipsę propter paruitatem suam fiunt magis penetrantes, quare velociter perueniunt ad membrum aliud a membro, in quo stant, quum sunt magnę, & procedit operatio ab eis, & in ipso: sicut narrat Gal. sibi accidisse. Inquit enim superfluè continui i [cyminum] quare permutatum est, & factum est vrine prouocatiuum, quum prius fuerit in natura sui, solutiuum naturæ. Oportet ergo ne ad summum perueniatur in conterendo medicinas subtilis substantiæ: immò non oportet ut ad summum perueniatur, nisi in cōterendo medicinas spissæ substantię: & propriè quum est uoluntas, ut earum penetratio perueniat ad k [finem elongationis] & sunt spissæ difficilis motus sicut medicinæ pulmonis, quum sūt factę ex corallo, & margaritis, & lapide† hæmatite: & quæ illis sunt similia. Iudicia uerò adustionis sunt ista. nam ex medicinis sunt quędam, quæ aduruntur vt virtus earum minoretur: & quędam sunt, quæ aduruntur, vt virtus earum augmentetur. Et omnes quidem medicinæ acutæ, subtilis substantiæ, aut æqualis, quū aduruntur, minuitur earum caliditas, & ipsarū acuitas: propter illud, quod ex substantia ignea resoluitur infixa in eis, sicut atramenta, & † calcāthum. Medicinis verò, quarum substantia est spissa, & ipsarum uirtus est non acuta, neque calida, adustio acquirit virtutem calidam, sicut calx. Ista enim fuit lapis, in quo non fuit acuitas, quum ergo aduritur, conuertitur in acuitatem, Medicina verò propter l [unum quinque accidentium] aduritur: aut ut frangatur de eius acuitate: aut vt acquirat acuitatem: aut vt subtilietur substantia eius spissa: aut vt preparetur ad conterendum, aut ut destruatur malitia, quæ est in eius substantia, exemplum primi est attramentum & calcāthum. Exemplum secundi est calx. Exemplum tertij est cancer, & cornu ceruinum, quod aduritur. Exemplum quarti est sericum. nam ipsum administratur in confortando cor: & si administretur incisum est etiam cōuenientius quam si administretur adustum:

a B. alzarūbad.
b B. nisi.
c † B facta.
d B. separati ab alijs quinque capiant. Tūc enim possunt ipsam permutare seu deferre.
e B. totum uel aggregatum nō diuisum.
f B. maiori.
g —— B.
h B. ipsa nō uehemēter negentur, uel ad hoc ut vehemēs fiat ipsorū negatio.
i B. permixtionem cymini.
k B. ultimitaté, seu ad summā elongationem.
† sedenigi.
† colcotar.
l B. unā quinque intentionem.

stum: sed quoniam incisum non consequitur minorationem partium sufficientem nisi cum labore, aduritur. Exemplum quinti est adustio scorpionis in intẽtione administrationis eius ad lapidem. Ablutionis autẽ iudicia sunt, quoniam remouet ab omni medicina illud, quod ei permistum est de substantia acuta subtili; & sedat illud in ea & temperat ipsam, Et sunt ex eis,[m] [quas infrigidat] post caliditatem super fluam. Et propter hoc ablutio ab omni medicina terrea, remouet igneitatẽ, quam ab adustione acquisiuit, sicut calx abluta: remanet enim temperata, & aufertur eius adustio. Et sunt ex eis, in quibus non est intentio eius in infrigidatione tantum, immò intentio eius, est possibilitas minorandi partes earum, [n] † [ ] ita ut ad [o] [ultimum] finem perueniant sicut [p] [ablutio] tutiæ in aqua. Et ex eis sunt, quæ abluũtur, vt remoueatur ab eis virtus, quæ nõ placet: sicut summum studium in abluendo lapidem armenum, & lazuli, ita, ut separetur ab eis uirtus nauseatiua. Congelationis autem iudicia sunt, quoniam in omni medicina [q] [congelata] uirtus subtilis destruitur, & additur frigus, si est frigidæ substantiæ. Vicinitatis uerò iudicia sunt, quoniam medicinæ aliquando acquirunt per vicinitatem qualitates extraneas, ita ut resoluãtur earum operationes: nam multæ medicinarum frigidarum fiunt calidæ impressionis propterea quòd acquirunt ex uicinitate [r] † [ ] assæ fętidæ, & euphorbii, & castorei, & muschi qualitatem calidam. Et plurimæ medicinarum calidarum factę sunt frigidæ impressionis, propterea quia adeptę sunt ex uicinitate camphoræ, & sandali, qualitatem frigidam; oportet ergo ut scias hoc de esse medicinarum, & aliena genera diuersa quarundam a uicinitate aliarũ. Iudicia uerò pmistionis sunt, quoniam medicinarum operationes quandoque fiunt fortes propter permistionem, & quandoque destruũtur ipsarum operationes propter admistionẽ; & quandoque rectificantur, & remouetur ipsarum malitia. Exemplum primi est, quoniam, quædam medicinæ sunt, in quibus est uirtus solutiua: sed tamen indigent uirtute adiuuatiua: quum in ipsarum natura non sit adiutorium forte, quum ergo eis adiutorium associatur, operantur fortiter sicut turbit. inest enim uirtus solutiua; sed ipsa est debilis [s] † [ ] quare resoluere [t] † [ ] non potest; euacuat ergo quod præsens est ex subtili phlegmate. Quũ ergo ei associatur zingiber, soluit cum adiutorio suæ acuitatis humorem uiscosum plurimũ uitreum: & fit velocior eius solutio. Et similiter epithymum tardæ solutionis est: quũ ergo associatur ei piper, & medicinę subtiles, soluit uelociter, quoniã ipsæ adiuuant ipsum in resoluendo: & similiter in rheubarbaro est uirtus [u] [contractionis] fortis: sed tamen cũ ea est uirtus aperitiua minuens eius opationem. Si ergo permisceatur cum bolo armeno, aut cum acacia [x] [cõtrahit] uehementer, & quandoque permiscentur ut penetrare faciant, & [y] [repellant] sicut crocus permiscetur cum rosa, & camphora, & corallo: aut faciat ea penetrare ad cor. Et quãdoque permiscent eas propter contrarium illius, sicut semen raphani permiscetur cũ subtiliatiuis, & penetratiuis, ut retineat ea in hepate tanto spatio, quo cõpleatur in ipso operatio, q̃ intenditur: quoniã ipsæ quum in hepate subtilitate sua penetrant, pertranseunt velociter ante cõplementũ operationis: semen ergo raphani cõmouet ad vomitũ, quare figitur illud, qđ ad venas mouetur per contrarium. Illę aũt, quę destruũtur propter commistionem, sunt, sicut si sint duæ medicinæ unam efficiẽtes operationem, sed duab. potentijs contrarijs, aut quasi cõtrarijs, tunc quando aggregantur, si contingat ꝙ una earum antecedat ad operationem, suam, efficiet operationem; & si non antecedit una earũ ad aliã, prohibent se sicut uiola et myrobolani: uiola. n. soluit leniendo, et myrobolani soluunt exprimendo, et inspissando; quum ergo superueniunt materiei, amborum operationes destruuntur, vel destruũt se: et si myrobalani antecedunt, deinde superuenit uiola, non inest alicui ipsorum operatio: et si antecedat uiolã et leniat: deinde superueniant myrobalani et exprimant, erit operatio fortior. Tertij uerò exẽplum sunt, aloes, et bdellium, et dragacãthum. Aloes. n. soluit et mũdat intestina: sed tamẽ excoriat, et aperit venarũ orificia: quũ ergo associatur ei dragacãthũ, et bdelliũ; cõglutinat dragacanthũ, qđ abrasit aloe, et cõfortat bdellium venarũ orificia, et est incolume. Isti uerò sunt canones et exẽpla iuuantia ad cognoscẽdas naturas medicinarũ, et earum administrationẽ.

m B. quæ infrigidatur cum ea.

n † B. & purificandi ipsas.

o B. intentum.

p B. contritio.

q B. cõgelatiua.

r † B. sicut.

s † B. acuitatis.

t † B. uehementer.

u B. styptica.

x B. stypticat.

y B. medicinarum uehiculum ad mẽbrũ fiat. Alia litera. & diuidãt in partes.

ANNOTATIONES.

De medicamentorum præparatione, quæ fit tũ urendo, tũ abluendo, plura ex Gal. leges præsertimq́; 5. de simpl. med. fac. De permiscendi uerò ratione, quod in postrema capitis parte notat. egit Gal. passim in libris de comp. med. per genera.

De collectione medicinarum & ipsarum conseruatione. Cap. 6.

MEdicinarum aliæ sunt de plãtis: aliæ sunt de mineris, aliæ de animalibus. Earũ uero, quę sunt de mineris, meliores sunt, q̃ sunt de mineris, quibus cognoscũtur, sicut † uitrioli Cyprij: et atramentum Carmeni: deinde sũt mundæ a permistione extranea: immò sit illud, quod collectum est in ipsa pura substantia de suo genere, non fractum in suo colore, et gustu, qui sunt ei proprię. Earum uerò, quæ sunt de plantis: aliæ sunt folia, aliæ semina aliæ radices, alię uirgæ, aliæ flores, alię fructus, aliæ gũmę, aliæ tota planta sicut est. Folia autem colligere oportet, postquam integre incipiunt habere quantitatem, quam debent, et remanent secundum formam antequam ipsorum color alteretur, et frangatur, nedum quòd cadãt, et attrita sint. Sed semina sunt colligenda postquam ipsorum [a] [terminus figitur, et exsiccatur] ab eis cruditas et aquositas. Et radices sumendę sunt, quum casus foliorum tempus est. Flores uerò colligere oportet post apertionem integram, ante extenuationem et casum. Sed virgæ sunt colligendæ quum iam ad integritatẽ peruenerint, et non inceperint extenuari, et cõtrahi. Et fructus quidẽ sunt colligendi

† calcadis cui brusi.

a B. corpus est stabilitum, seu complectum, & firmum, & exiccata vel dissoluta fueris.

ligendi postquam finitur complementum eorum.& antequam sint præparati ad cadēdum. Illud verò,quod sumitur totum,oportet vt sumatur b [secundum vigorem suum]& quū ipsius semina terminum suum sunt consequuta & quotiescunque radices fuerint minus cōtractæ,& virgæ minus extenuatę: & semina pinguiora,& plus plena & fructus solidiores,& pōderosiores erunt meliores;& non excusat magnitudo cum extenuatione & arefactione: sed si est cum pondere,est valde melior. Illæ pręterea, quæ in claro aere colliguntur sunt meliores collectis in dispositione humiditatis aeris, & vicinitatis temporis pluuię. Syluestres quoq; omnes domesticis sunt fortiores, & minoris quantitatis secūdum plurimum. Et de syluestribus montanæ sunt fortiores. Et illę quarū collectionis loca sunt ventosa c [& sublimia sunt fortiores alijs. Et illæ, hora collectionis quarū pluuia nō defuit] sunt fortiores eis,quib. defuit pluuia in tempore,quo debuit.& totū hoc secūdum plurimum: & quotiescunque fuerit earū color magis tinctus,& sapor magis apparēs, & odor fortior,erūt fortiores in genere suo. Amplius herbæ debilitantur post duos aut tres annos, nisi medicinæ numeratæ,quę excipiūtur, sicut duo ellebori: ipsi enim ambo longiori tēpore permanent. Gummæ verò colligendæ sūt post d [congelationem] & ante exsiccationem preparantem pulucrizationi,& virtus plurimarum earum nō remanet post tres annos,& propriè euphorbij, veruntamen fortiorum cuiuscunq; ordinis spatium durationis prolōgatur secundum ipsarum bonitatem. Quum autē recens deficit fortis,proculdubio stat duplum veteris debilis loco eius in omni re. Illa verò,quę sunt ex animalibus,assumere oportet ex animalibus iuuenib. tempore veris, & eligantur animalia saniora corpora habentia, & integriora membra. Et oportet vt quicquid de eis tollitur tollatur cum decollata sunt, & caueatur ne illud,quod assumitur sit ex animalibus mortuis ab ægritudinib. eis accidētibus. Isti ergo sunt canones vniuersales,quos apud medicum præparatos esse oportet in esse medicinarum singularium. Nunc verò in secundo tractatu incipere volo. Loquamur ergo de naturis medicinarū singularium a nobis cognitarum:& earum,quarū cognitio nobis possibilis erit,consequemur earum impressiones attendendo signa in eis ne ra. Et dimittemus narrare medicinas,de quibus nihil nouimus,nisi nomina tantum: & ordinabimus areolas prędictas cum suis coloribus. Et significabimus in primis numerum ægritudinum cuiusq; tauulæ,& secundum tincturā cuiuscunque ægritudinis cum uoluntate dei excelsi,& bonitate ipsius auxilij.

b B. quum ipsa sunt recentia.

c B. uel quæ sūt aeri & uēto exposita, & sunt uersus oriētem soli exposita sūt fortiores alijs. Et ille sup quas in tempore suę pductionis nō cęcidit pluuia.

d B. coagulationem.

ANNOTATIONES.

Sunt hæc de plantarum collectione & conseruatione, ex Dioscoride desumpta omnia in præfatione libri primi.

TRACTATVS SECVNDVS, LIBRI SECVNDI.

IAm significauimus in tractatu primo ordinem areolarum,quas ordinauimus. Et nos etiam volumus hìc afferre illud, quod significant res cadentes in omni areola & tincturas, quæ sunt eis propriè. Areolarum autem a [triū primarum] res apparētes sunt. In illis verò,quæ sunt post eas.s. quæ indigent distinctione capitulorum,& tincturarum,non existimes nos voluisse studere in inuestigatione numeri eius,qđ numerauimus:nos.n.non fecimus illud: sed attulimus,quod inuenimus in capitulis medicinarum singularium,quas narrauimus, de iuuamentis & iudicijs sibi proprijs: & areola prima huius summæ,quam ingrediuntur tincturę,est areola operationum & proprietatum.

a B. quattuor primarum & ultimarum.

Areola operationum & proprietatum.

SVbtilis spissa,viscosa,exsiccatiua,subtiliatiua inspissatiua, a [inuiscatiua,] & resolutiua,abstersiua,conglutinatiua,exasperatiua,applanatiua,aperitiua orificiorum venarū,laxum faciēs, incisiua,dirūpens uentositates,attractiua,mordicatiua,repercussiua,mundificatiua, sedatiua dolorum b [& est prohibens effusionem materierum] rubificatiua,pruritum faciens,vlceratiua,corrosiua,adustiua,rectificatiua putredinis, putrefactiua,cauterizatiua,roboratiua, digestiua,crudum faciens,stupefactiua, c [oppillatiua] laxi & rari inflatiua,lauatiua, d [lubrificatiua,] expresiua, e [contractiua,] extinctiua,clarificatiua sanguinis,sudoris prouocatiua, retentiua sanguinis,retentiua sudoris,laudabilis,chymi, vituperabilis chymi:expulsiua nocumēti f [cibi] multi nutrimenti,pauci nutrimenti,confortās membra,confortans uiscera,mali humoris, cōuertitur ad omnem humorem,confert ægritudinib. melancholię,generat melancholiam,generat cholerā citrinam,generat phlegma, expellit nocumentum phlegmatis,confert senib. operationes extraneæ:operatio eius in aere facit penetrare solutiua. g † [ ]

a B ingrossatiua lubricatiua.

b ——B.

c B. cōstrictiua.

d ——B.

e B. stypticatiua.

f B. aquarum.

g † B. & adiuuat ea.

Areola decorationis.

MVndat,conturbat,remouet † vlcera capitis manantia;confert † uitiligini a † [ ] & sordibus,& † lepræ. facit prouenire albaras,impetigini,panno,lentiginibus,facit euenire pannum,& lentigines: vestigijs ulcerum: vestigijs variolarum: fissuris labij: fissuris faciei,& capillorum. rubificat colorem, confert fissuris pedum. Eradicat b [† nigra uestigia cuti artificio impressa.] uerrucas. Odori ascellarum, & corporis,lepræ,facit possidere lepram, extrahit surculos, & sagittas, & spinas, abluit dentes, eradicat dentes, & odori narium, fœtori oris, facit possidere fœtorem anhelitus, impinguatiua, facit macrescere,pediculis, facit pediculos,confert panaritio, dentibus muris, unguibus tortis, unguibus corrosis, punctis albis in eis, custodit mammillam & testiculum, facit bonum colorem; anhelitum efficit bonum:denigrat capillos,dealbat capillos,prolongat c [magnificat] rubificat, confortat,incrispat, applanat, findit, prohibet fissuram tyriæ, alopeciæ, prostrationi, prohibet caluitium,

† sahafar.
† morpheæ.
a † B. albæ & nigræ, & aludha.
† albaras.
b B. alusem.
† barulos.
c B. multiplicat

vitium, facit cadere, facit caluitium, abradit, facit nasci capillos.

Areola apostematum & † pustularum.

APostematibus calidis, apostematibus frigidis, apostematibus intrinsecis, fluxioni, apostematibus[a] [fluxis] inflationi, cancro apostematib. duris, scropulis[b] [† meliceridibus, † exiturę saniem continēti] interioribus, erisypilę formicæ, † epinyctidib.[c] [desudationib.] vesicis, igni psico[d] [pestilētiæ ambulatiuæ [apostematib. vlcerosis[e] [† tuberculis capitis] † pustulis, & lacteo, apostematib. neruorum, apostematibus lacertorum, apostematibus quæ sunt sub auribus apostematibus sub ascellis, ramici aquosę, ramici ex intestinis, ramici ventosæ, apostematib. hepatis, apostematib. splenis, apostematibus stomachi, apostematibus veretri, apostematib. matricis, apostematibus, vesicę, apostematib. mammillarum, apostematibus testiculorum, [f] † [tineæ] apostematibus ficteris: generat apostemata calida: generat apostemata fluxa; generat apostemata dura, generat cancrum.

a B. laxis. b assudh, aldubellet. c B. formicę miliari. † esseræ. d B. althahnaz, seu althoiz ambulatiuis. e B. alsahafati. † alasaph. † bothor. f † B. apostematib. duob. femorum, apostematibus renum.

Areola vulnerum & vlcerum.

VLceribus ambulatiuis: ulceribus malignis, ulceribus,[a] [vetustis] ulcerib. sordidis, sordidat vlcera, fistulis confert,[b] [† carnositati callosæ] consolidat, generat carnem, destruit carnem, augmentat, sigillat confert scabiei & prurituí, scabiei ulcerosę, scabiei melācholicę, adustioni ignis, esthiomeno, ulcerib. lacteis, pustulis oris, putrefactioni membrorum, igni persico, ossibus, lenit escaras, infixis in membris.

a B. Alia litera, putridis. b B. aldesbet. † colubrese.

Areola instrumentorum iuncturarum.

DOlori iuncturarum, duritiei lacertorum [a] [† contritioni secundum locū] contorsioni: contusioni, laxitati, dolori neruorum, duritiei iuncturarum. Aegritudini [b] [iuncturarū] frigidę, desiccat neruos, confortat neruos, apostemati neruorum, vlceribus neruorum, nocet neruis, doloribus dorsi, sciaticæ, casui, percussioni, spaymo, † tetāo, paralysi, tremori, dislocationi, ramicibus, rupturis, dolori dislocationis, dolori pedis, podagræ, facit egredi cortices ossium.

a B. alfach, & alhetech. † alfase, alheiK. b B. neruorum. † alcuzez.

Areola membrorum capitis.

SOda calidę, soda frigidę, hemicraneæ. galeę, nocet cerebro debili, facit soda, cōfortat caput, augmentū facit in cerebro, purgat cerebrū: resoluit uentositates in capite: aperit oppilationes cerebri, torturę, apoplexię, grauat caput, facit subet: facit somnum; facit scotomiam, tardat ebrietatem: confert uertigini, & scotomiæ, confert subet; confert melancholiæ, & timori, confert manię; confert epilepsię, mouet epilepsiam: timori puerorum in somno, & aliorum; confert tremori; confert phrenesi calidæ, † subet asahari, congelationi, confortat [a] [cōseruationem] facit possidere obliuionē, cōfert ebrietati, prohibet ebrietatem; confert dolori auris; cōfert sonitui, & tinnitui, confert surditati forti, & debili, cōfert catarrho, & coryzę, confert fluxui sanguinis ex naribus: facit fluere sanguinem ex naribus, facit sternutare, remouet sternutationem, cōfert † pustulis oris, & † aphthis, confert ægritudinib. oris, confert fluxui saliuę, confortat dentes, confert dolori dentium, facilem efficit eradicationem dentium, confert natiuitati dentium infantium, facit cadere dētes, confert stupori, confert apostematib. linguæ, confert ranulæ, confert ulcerib. gingiuarum, confert gingiuis sanguineis, furfuribus.

† comati uigili. a B. memoriam † bothor. † cola.

Areola membrorum oculi.

OPhthalmia calida, ophthalmia uetusta, † venæ oculi dilatatæ & sanguine plenę, ulcera[a] [lippitudini albæ,] † quæ in oculo cadunt extrinsecus, uestigia uiridia, uarietati, albugini. Exiturę, grossitudini corneæ, lachrymis, attrahit lachrymas, confortat uisum, prohibet catarrhum, apertioni, constrictioni aquæ, fistulæ, ungulæ, lippitudini, conseruat sanitatem oculi, scabiei, & prurituí, † grossitiei palpebrarum, pilis impedientibus[b]] almusaraz ulceribus oculi.]

† sebel. a B. alchadi. † altarfatti. † silac. b B. aluardinegi almuseregi.

Areola membrorum pectoris & anhelitus.

COnfortat membra anhelitus, nocet membris anhelitus, confert apostematibus vtrarunque amygdalarum, & uuluę, squinantię, sanguisugæ, impedimentis anhelitus, asthmati, dilatationi anhelitus, asperitati pectoris, destructioni uocis[a] † [ ] clarificat uocem, facit bonam uocem, tussi siccæ, tussi antiquæ, pleuresi, peripneumoniæ[b] [saniei, hecticæ] mundificat ulcera velaminis, sputo sanguinis, dolori lateris, sanguini congelato in pulmone, confortat cor, rectificat intellectum, malitię complexionis cordis calidę, malitię complexionis cordis frigidæ, syncopi, tremori cordis frigido, tremori cordis calido, apostematibus mammillę, facit abundare lac.

a † B. asperitati uocis. b B. asthmati sputo saniei phthisi.

Areola membrorum nutrimenti.

COnfortat stomachum, debilitat stomachū, digerit, malam efficit digestionem, disrūpit desiderium, deijcit desiderium: desiderio corrupto, malo stomacho, cōfert singultui, nauseæ, facit nauseam,[a] † [ ] facit angustiam, eructuationi, facit eructuare, mollificat stomachum, aperit oppilationes hepatis, & stomachi, præparat stomachum, mordicat stomachū, lubricitati stomachi, cancro in stomacho, facit sitim, sedat sitim, inflat stomachū, sedat inflationem stomachi, cōfert dolori stomachi, apostemati stomachi, cōfortat hepar, nocet hepati, dolori hepatis, oppilationi hepatis, facit hepar possidere oppilationē, apostemati hepatis calido, apostemati hepatis frigido, duritiei hepatis, indurat hepar, debilitat hepar, ictеritiæ citrinę; ictеritię nigrę, facit possidere icteritiā, hydropisi asciti, hydropisi hyposarcę, hydropisi tympaniti, facit possidere hydropisim, dolori splenis, apostemati splenis, inflationi splenis.[b] † [ ]

a † B. facit uomitum. b † B. duritiei splenis.

Areola

Areola membrorum expulſionis.

a B. diariæ.

SOluit choleras, ſoluit humiditatem: & humores groſſos, ſoluit melancholiam, ſoluit aquoſitatem: ſoluit ventoſitatem: ſoluit ſanguinem, ſtringit, confert ſolutionis ventris fluxui ſanguinis [a] [cum egeſtione facit excoriationē] colericæ paſſioni, facit poſſidere cholericā paſſionem, lubricitati viſcerum, tardatur in inteſtinis, dyſenteriæ, & vlceribus inteſtinorum: pūgitiuo dolori: facit pungitiuum dolorem, tenaſmon, colicę frigidæ, colicæ calidæ, colicæ vētoſæ, colicę apoſtemoſę, apoſtemati inteſtinorū, ileos, vermibus, dolorib. viſcerum, fœtori ſtercoris, facit fœtere ſtercus; prouocat vrinā: prouocat menſtrua: prouocat vtrunque, retētioni vrinæ, ardori vrinæ, deſtillationi vrinæ, lenitati vrinę, mictui ſanguinis, mictui puris: confortat renes, nocet renibus; diabeti, lapidi renum, lapidi veſicæ, dolori renum, vlcerib. renum, vlceribus veſicæ, ſcabiei veſicæ, & prurituі eius, dolori veſicę, mollificationi veſicæ, cōfortat veſicā, nocet veſicæ, dolori matricis, retinet fluxū matricis, mundificat matricem, retinet menſtrua, cōfert apoſtematib. matricis, duritiei matricis; coarctationi oris matricis: præfocationi orificij matricis, calefacit matricem, conſtringit matricem, confert ventoſitatib. matricis, vlceribus matricis, eminentiæ matricis, prohibet impregnationem: facit hęreditate ſterilitatem, cōfortat embryonem, educit fętum, & deijcit ipſum, & interficit eum, iuuat ad impregnādum, facit egredi ſecundinam, facilem efficit partum, mūdificat parturientem, prouocat menſtrua, retinet menſtrua, incitat appetitum coeundi, multiplicat ſperma, minorat ſperma, minorat pollutionem, pollutioni plurimæ, multiplicat pollutionem, erigit, confert ſatyriaſi, apoſtematib. veretri, egreſſioni ani, confortat anum, confert apoſtematibus ani, vlceribus ani, ragadijs ani, fluxui ſanguinis ani, mollificationi ani, hęmorrhoidibus ani.

Areola febrium.

FEbribus calidis, antiquis, temporalib. frigidis, febribus permiſtis, tertianæ, cauſonidi, ſynocho, quartanę, quotidianæ, peſtilentiali, hecticæ, febrib. ephemeris, febri diei oppilatiuæ, febri diei apoſtemoſæ, febri antiquę, mediæ tertianę permiſtę, tremori, febri ſyncopali.

Areola venenorum.

† bezahat.
a B. ſucharaz.
b B albengi.
† beriz.
c B. alnemer, & aldib.
† thib.
† mugali.
d B. alhelahel.
† alheleil.
e B. alnemer.

THeriaca † antidotus, interficit venenoſa, expellit venenoſa, venenum, medicina perniτioſa, napello, extremitati caudę cerui, felli uiperæ [a] [iuſquiamo nigro.] opio [b] [† cicutæ] lithargiro, fungis, cātharidibus, ſtrāgulatori [c] [leopardo, & † lupo] lepori marino, interficit mures, morſui ſerpentis, uiperę, ſcorpioni, rutelæ, araneæ, altararati, interfectori uulturis, morſui canis, morſui hominis, cani rabioſo, draconi marino, dandę, † muri araneo, ſagittis ueneficatis [d] [† napello] ſagittę Armenæ, felli [e] [leopardi.]

LITERA. A.

De Aniſo. Cap. I.

ANiſum quid eſt? Eſt ſemen fœniculi Romani, & eſt minoris acuitatis quā Nabati [a] [& in ipſo eſt dulcedo, & eſt acutius quam Nabathi.] *Electio.* [b] [Romanum ponderoſius eſt.] *Natura.* Inquit Gal. eſt calidum in ſecundo: ſiccū in tertio [c] [dixit Dioſ.] eſt vtrunque in tertio. *Operationes & proprietates.* Eſt aperitiuum cum ſtypticitate pauca, & eſt ſedatiuum dolorum, & reſolutiuum ventoſitatum, & propriè ſi aſſetur; & in ipſo quidē eſt acuitas, qua medicinis adurentibus fit uicinum. [d] [*Vulnera & ulcera.*] Cōfert [e] [inflationi] faciei, & apoſtematibus extremitatum. *Membra capitis.* Si ex eo fiat euaporatio, & naribus uapor eius attrahatur; ſedatur ſoda, & uertigo: & ſi teratur, & miſceatur cum oleo roſ. & diſtilletur in aurem; ſanat [f] [quod accidit in interiori parte eius, & † dolorē capitis a cōpreſſione: aut] percuſſione; & dolores etiā eius. *Aegritudines oculi.* Confert † uenæ dilatatæ in oculo, & repletæ ſanguine antiquæ. *Membra anhelitus & pectoris.* Prouocat lac. *Membra nutrimenti.* Abſcindit ſitim factā ex humiditatibus † nitroſis. & confert oppilationi hepatis, & ſplenis generatæ ex humiditatib. *Membra expulſionis.* Prouocat vrinam, & menſtrua. & mundat matricē a fluxu humiditatum albarum. Et eſt motiuū coitus: & quandoque conſtringit uentrem. Et adiuuat ipſum ad illud eius prouocatio. Et aperit oppilationes renum, & ueſicæ, & matricis. *Febres.* Confert antiquæ. *Venena.* Expellit nocumētum uenenorum, & ueneноſorū. *Permutatio.* Loco eius carui quantum eſt ipſum.

a —— B.
b B. Alia litera melius eſt nouū habens magna grana, a quibus non excorticantur corticeſſimiles furfuri, & eſt fortis odoris, & alacriti melius eſt quā ægyptium.
c B. dicitur q.
d B. Apoſtemata & borhor.
e B. althebegi.
f B. contuſionē in interiori eius accidentem ex
† ſoda.
† ſebel.
† baurachijs.

ANNOTATIONES.

Fuit plantarum et metallicæ materiæ hiſtoria paucis ab hinc annis ſtudioſorum hominū Leoniceni, Manardi, Hermolai Barbari, Braſauoli, Ruellij, Georgij Agricolæ opera ex denſiſſimis tenebris in lucem reuocata. Eadem poſtea laudatiſſimorū uirorum Fuchſii, Geſneri, Cordi, pręſertimq; Andreæ Matthioli Senenſis indefeſſo ſtudio illuſtrata plurimum eſt, & amplificata. Nunc quoque Andreas Ciſalpinus uir & philoſophię & medicinæ ſcientia inſignis in Piſano Gymnaſio eandem hiſtoriam mira & diligentia, & iudicio profitetur. Aemulantur horum ſtudia Cæſar Simoneta Mediolanenſis, Petrus Antonius Michaelius Venetus, & Iacobus Antonius Cortuſius Patauinus, uiri genere, moribus, & ſtudio nobiliſſimi: ac conquiſitis magno ſumptu & labore uarijs undecunque rebus, dum ſciendi cupiditatem ſequuntur, hortos parant Imperatorum ac Regum gloriā æquaturos. Eò demum plantarum ac metallicæ materiæ redacta hiſtoria eſt, ut poſt tantorum hominum diligētiam, uel nos, uel alios præterea laborare ſit fortaſſe ſuperuacaneum. Non erit ergo, ut expectet a nobis quiſpiam hic de plantarum uel metallorum hiſtoria quidquam repeti quum id & ab inſtituto noſtro recedat: et difficilius ſit, quā ut in breui temporis anguſtia tractari debeat. Neque uerò etiā (quod ad nos magis pertineret) in commendanda Auicennæ hiſtoria, defatigabimur, in oſtendendoque quantum hæc ordine, copia, & compendio eorum omnium operam exſuperet, qui ante hunc ſcripſerunt, quando, & hoc ipſum (quamuis difficile fortè non eſſet, ut demonſtraretur) maius ocīū requirat. & a nobis maturius ſit conſulendum. Ve-

rum (quod fieri nunc potest) loca tantum quædam colligemus, quibus discrepare hic, & a Dioscoride, & a Galeno, & a cæteris demum scriptoribus uidetur. Consultoq́, ancipitem rem & pendentem litem dimittemus: ut studiosi, dũ his dirimendis quæstionibus laborabunt, legendæ huius, & degustandæ historiæ ansam habeant. Sed iam ad rem aggrediamur.

Cap. 54.

Anisum, ait Galeno calidum esse secundo ordine & siccum tertio: Dioscor. uerò utrunque in tertio. At Gal. 6. de simpl. med. fac. & Paul. lib. 7. & in desiccando & in calfaciendo tertij esse ordinis scripserunt. Diosc. autem lib. 3. in summa quidem excalfacere adnotauit, in certo tamen gradu non reposuit.

De absinthio. Cap. 2.

a B. Est herba cuius folia similantur folijs alsciha, uel alsceha.

† luKeni.

b B. stypticat.

† sceha.

† sceha.

c B coloris cineritij cum viriditate, & est habẽs calorem cũ quadã lanugine uel pilositate.

d —— B.

e B Alia litera. est in melancholia & cholera.

f † B. violacea

g B. Apostemata & bothor.

h † B. cũ nitro. Alia litera. quãdo ex eo fit emplastrũ intra palatũ, confert præfocationi accidenti ex fungis.

i † B. aurium.

ABsinthium quid est? [a] [Est herba similis folijs origani.] Et in ipso est amaritudo, & stypticitas, & acuitas. Inquit Humain. Absinthium est plurium specierum. Ex eo enim est Corascenum. Et ex eo est orientale, & allatũ de monte† Tauro & Susi, & Nabathi, & Tarsense. Et dixerũt alij antiquorum, species eius quinq; sunt, Tarsense, & Susi, & Nabathi, & Corasceni, & Romanum. Et in Nabathi quidẽ est bonus odor, & ad vltimum in ipso est substãtia terrea, qua [b] [contrahit] & substantia subtilis, qua soluit & aperit: & est etiam ex speciebus† absinthij & propter hoc vocauerunt ipsum quidam sapientes† absinthium Romanum. Et eius succus est fortior folijs ipsius, & est in comparatione succi prassij. *Electio.* Quod ex eo melius est, est Susi, & Tarsense: & est [c] [mirabilis coloris,] & odoris aloes cum conteritur. & quòd ex ipso est recens & siluestre. Rectificatio potionis fit cum Corasceni. ʒ. ij. *Natura.* Est calidum in primo: siccum in secundo [d] [& eius succus est calidior.] Et dicunt quidam est siccum in tertio, & est quasi verius. *Operationes & proprietates.* Est aperitiuum, & stypticum: & eius stypticitas est fortior ipsius amaritudine: sed Nabathium est fortioris stypticitatis, & minoris caliditatis: quapropter non soluit phlegma etiam ex stomacho: neque per ipsum fit iuuamentum in hoc: & eius operatio [e] [in phlegmate & melancholia.] Et in ipso etiam est resolutio. & ex proprietatibus eius est, vt prohibeat pannos a tineis, & corruptione vermium: & prohibet encaustrum ab alteratione, & chartas a corrosione. *In decorationes.* Facit bonum colorem. Cõfert tyriæ & alopeciæ: & remouet uestigia [f] † [ ] sub oculo, & in alijs locis. Et confert grossitiei palpebrarum. [g] [*Vulnera & ulcera.*] Confert duritijs intrinsecis in emplastro positum aut bibitum. *Aegritudines membrorum capitis.* Exsiccat caput, & ipsius succus facit sodala: & existimo ꝙ illud est propter suum nocumẽtum, quod in stomacho facit: & vapor decoctionis eius confert dolori auris. Et quando bibitur ante vinum, cõfert ebrietati. & quãdo ex eo fit emplastrum interius in palato, [h] † [ ] confert præfocationi intrinsecæ. & cõfert apostematib. quæ sunt post ambas aures; & confert dolori auris, & fluxui humiditatum; [i] † [ ] & confert apoplexiæ bibitum cum melle. *Aegritudines oculi.* Cõfert ophthalmiæ antiquæ & propriè Nabathicũ, quum ex eo fit emplastrum, sub oculo, & pãno. Et si ex eo fiat emplastrum cum careno sedat pulsationem oculi, & apostemata eius. Et confert [k] [percussioni in eo.] *Aegritudines membrorum anhelitus.* Syrupus eius confert tetano, qui est sub hypochõdrijs. *Aegritudines membrorum nutrimenti.* Reducit appetitum: & est medicina mirabilis ad illud, quũ bibitur decoctionis eius, aut succi ipsius decem diebus. s. quaq; die tres† cyathi. Et syrupus eius cõfortat stomachũ & efficit operationes alias. Et confert icteritiæ, & propriè si bibantur succi eius decem diebus. s. quaq; die tres vnciæ; & confert hydropisi. Et similiter emplastrum factum ex eo cum ficub. & nitro, & farina lolij, & est emplastrum splenis etiam; & quandoq; fit emplastrum ambob. ex eo cum ficubus, & farina [l] [lolij] & nitro & interficit vermes propriè quum decoquitur cũ lentibus, aut† rizi, & comeditur. Succus eius est malus stomacho; [m] [semina eius] etiam nocumentum faciunt ori stomachi propriè propter eius salsedinem, præter Nabathi, & quãdo pmiscetur cum spica, utile est dolori stomachi. Et si emplastrũ fiat ex eo hepati, & stomacho, & ilijs: confert dolorib. eorum. Hepati quidem, & ilijs cũ oleo de† ligustro facto cerato; & stomacho quidem cum oleo rosaceo, aut permistum cũ rosis: & confert duritijs ipsorum. *Aegritudines membrorum expulsionis.* Est prouocatiuum urinæ, & menstruorum fortiter [n] [etiam] suppositum cum hydromelle; & soluit cholerã, & neq; per ipsum fit iuuamẽtum in phlegmate, nec etiam in illo, quod est stans in intestinis. Sit quoq; potio eius infusi, aut decocti a quinque. ʒ. usq; ad septẽ. Et pulueris eius ab una. ʒ. usque ad. ij. s. Et potus syrupi eius etiam cõfert hemorrhoidib. & ragadijs in ano; & quando coquitur solum, aut cũ rizi, & bibitur cum melle, interficit uermes cum solutione uẽtris leui, & similiter quãdo coquitur cum lẽtibus. Et eius quidem syrupus cõfert omnib. illis, & mundificat uenas ab humore cholerico & aquoso, & prouocat ipsũ. *Febres.* Confert antiquæ, & propriè eius succus [o] [sicut succus] eupatorij. *Venena.* Confert morsui draconis marini, & scorpionis, & morsui †muris aranei, & [p] [iusquiamo] cũ uino, & suffocationi fungorũ, & propriè quũ bibitur cum aceto, [q] [& eius oleum confert cimicib. & quũ infunditur propriè in aqua encaustri] non corrodunt mures librum. *Permutatio.* Loco eius ponitur polium aut sceha armenum. Et in cõfortando stomachum, & ex asaro quãtum ipsum est cum medio pondere myrobalanorum.

k B. aludacha, quæ est in eo.

† anulasat

l B. ireos. Alia litera. cum ficubus, & oleo de lilio.

† oryza.

m B. & herba ipsius.

† alkanna.

n B. & propriè.

o B. cum succo.

† mugali.

p B. sucharaz.

q B. & aspersio aquositatis, seu decoctiõis eius prohibet cimices, & quum infunditur ppriè cum aquositate ipsi⁹ encaustrũ. Alia litera. & oleum eius prohibet cimices. Alia litera. & quãdo humectatur enclaustrum scriptorũ cum aqua ei⁹, uel cũ decoctione eius.

A N N O T A T I O N E S.

Absinthium calidum esse notat primo gradu & siccum secundo: succum uerò calidum tertio. Gal. tamẽ 6. simp. necnon Paul. lib. 7. calidum in primo ordine & siccum in tertio, eius uerò succum etiam calidiorem esse scriptum reliquere.

De Acacia. Cap. 3.

a B. alcharad, uel archard.

† alcharthi.

ACacia quid est? Est succus, [a] [† plantę] exsiccatus, deinde in trochischos mutatus. & in ipsa est mordicatio, quę ablutione remouetur, quoniam est composita ex substantia terrea styptica, & ex substantia subtili, ex qua est eius mordicatio, q̃ destruitur ablutione, & propter

b B. profunde.

pter suam acuitatem b [ ] mordicat & infrigidat. *Electio.* Melior ex ea est, quę est melioris odoris, viridis declinans ad nigredinem, pōderosior, durior. *Natura.* Quæ ex ea abluta est: frigida est, & desiccat in secundo, & non abluta frigida est in primo, & eius siccitas est in termino secundi. *Operationes & proprietates.* Est styptica prohibens cursum sanguinis. *In decoratione.* Denigrat capillos, & colorem efficit bonū, & confert fissuris accidentibus ex frigore. *Apostemata & † pustulæ.* Confert omnibus, quæ diximus in myrto. Et confert panaritio, & cum albumine oui cōfert adustioni ignis, & apostematibus calidis. *Instrumenta iuncturarum.* c [Prohibet mollificationem] iuncturarum. *Aegritudines capitis.* Confert ulceribus oris. *Aegritudines membrorum oculi.* Confortat uisum, & subtiliat ipsum: & non est conueniens oculo ea, nisi d [† quę defertur ex Bassera regiōe,] & sedat ophthalmiā, & rubedinem, quæ accidunt in eis. Et ingreditur in medicinis ungulæ. e † [ ] *Aegritudines membrorum expulsionis.* Constringit naturā bibita, & clysterizata, & pro emplastro posita. Et confert dysenteriæ, & solutioni sanguineæ, & abscindit fluxum matricis: & remouet f [eminentiam ani, & eminentiam] matricis: & confert mollificationibus amborum.

† bothor.
c B. Alia litera. Confert mollificationi.
d B. Alia litera. alnassari.
† albassari.
e †B. Alia litera. & rectificat eminentiā oculi.
f B. egressionē ani.

ANNOTATIONES.

Acaciam frigidam esse existimat, quod & Gal. 3. simpl. med. & Paul. lib. 7. & ante hos Diosc. lib. 1. At supra lib. 1. author calidam esse dixerat. Hanc præterea siccam facit secundo ordine. At Gal. 6. simpl. & Paul. lib. 7. necnon Auerr. 6. Coll. in 3. siccorum ordine collocarunt.

Cap. 114.
Fen 3. doct. 1. cap. 3.
Cap. 42.

De Assaro. Cap. 4.

Assarum quid est? Est herba habens semina plurima a [radicum cuius nodus est tortus: & similantur piperi] boni odoris, mordicantis linguam: & habet florem inter folia apud radicem suam, cuius color est purpureus similis flori iusquiami: & radix quidem ipsius est magis iuuans quam aliquid, quod sit in ipso, & eius virtus est virtus acori, aut est eo fortior. *Electio.* Ex eo melius est, ꝙ est fortioris odoris. *Natura.* Calidum est & siccum in tertio: & dicitur ꝙ eius siccitas est b [maior] ipsius caliditate. *Operationes & proprietates.* Aperit & sedat dolores intrinsecos omnes: & propriè eius infusio, quā dicturi sumus in capitulo hydropisis, & subtiliat, & resoluit, & calefacit membra frigida, & abstergit. *Instrumenta iuncturarum.* Confert sciaticæ, & dolori ancharum antiquo, & propriè eius infusio prædicta in capitulo hydropisis. *Aegritudines oculi.* Confert grossitudini corneæ. *Membra nutrimenti.* Cōfert oppilationi hepatis, & duritiei ipsius, & conferunt icteritiæ, & hydropisi infusionis eius tres aurei. in. xij. cotylis musti, quæ post duos menses coletur, & iuuamentum in febribus est maius: & confert duritiei splenis valde. *Membra expulsionis.* Prouocat c [utrunque] & confortat uesicam & renes: & soluit sicut elleborus albus in purgatione uētris. & eius quidem potio sic septem aureorū cū aqua mellis: & in spermate augmētū efficit. d

a B. & nodos radicū eius tortuosos similes altheil, uel alchil, & est.
b B. minor.
c B. vrinam & menstrua.
d ——B.

[*Permutatio.* Loco ipsius ponitur pōdus ipsius, & mediū acori: & sexta ponderis eius amomi.]

De Abhel. Cap. 5.

Abhel quid est? Est fructus a [† iuniperi similis zarur.] sed tamen est vehementius niger: & est boni odoris, et acuti. Arboris verò eius, duæ sunt species, una species, cuius folia sunt sicut folia cupressi multas habens spinas, quæ dilatatur, et non elongatur: et alia est cuius folia sūt sicut tamarisci, et sapor eius est, sicut cupressi: sed est siccior, et minus calida, et quum de ea assumitur, duplū cinnamomi ponitur loco eius. *Natura.* Dixerūt quidam ꝙ est calidus et siccus in tertio. *Operationes & proprietates.* Vehementis est resolutionis, et inest ei desiccatio cū mordicatione: et in ipso est stypticitas b [leuis] et ponitur in oleis calefactiuis, et in oleis aromaticis. Et plurimum ponitur in oleo, c [quod sit ex primendo.] *In vulneribus & vlceribus.* Confert eius puluerizatio in herpete esthiomeno, et ulceribus putridis cum melle, et prohibet ambulationem ambulatiuæ, et ulcera denigrata; & quādoque fit ex eo emplastrum d [quare] non consolidat propter sui mordicationem, et propter vehemētiam caliditatis et siccitatis suę, immò e [exsiccat.] *Aegritudines membrorum capitis.* Quū bullitur nux abhel in oleo sesamino in cochleari ferreo, donec nux nigra fiat, et destillatur in aurem, confert surditati ualde. *Membra expulsionis.* f [Prouocat vrinam et menstrua, et eijcit fætum, et educit sanguinem.] g [*Permutatio.* Loco eius ponitur cassia lignea: et dicitur quòd pondus eius de nuce cupressi, et dicitur quòd pondus eius de folijs cupressi.]

a B. alharar similis alzarur. Alia litera arboris alharar, similis alzarur. Alia litera Abhel quid est. Est arbor alhar similis alzarur.
† Sabinæ, quæ similis est tamarisco legendum credimus, vt.n. Bellunensis notat i Indice Arabum noīum, abhel genus est fructus Damasci vsitatū a plāta habēte folia myricæ. Sed quia uidetur codex Arabū Bellunēsis legisse, alharar similis alzarur. loco alzarur, legendum esset tharse.
† zarur.
b B occulta.
c B. alhascir.
d B. &.
e B. facit pus seu saniem.
f B. Alia litera. cū bibitur iterficit fętum, & descendere menstrua facit, & mingere sanguinē, & qn̄ supponitur, & fit suffumigatio cum eo, operatur illud.
g ——B.

De a [Adrimia.] Cap. 6.

Adrimia (.i. cyclamen.) *Natura.* Est calidum et siccum in tertio. *Decoratio.* Confert alopecię tritum cum aceto. *Instrumenta iuncturarum.* Cinis eius cū aceto superpositus cōfert sciaticæ. *Membra expulsionis.* Inquit Diosc. Quum mulier tāgit montanum, & sibi supponit, illico facit abortum. *Venena.* Confert venenis omnibus, et propriè morsui.

a B. Adriune uel adrim.

De a [Antimonio] Cap. 7.

Antimonium quid est? Est substantia plumbi mortui, et eius virtus est similis uirtuti plumbi adusti. *Electio.* Quod ex eo bonum est, est b [laminosum] frustis confractis, cui inest splēdor, et cui non admiscetur aliquid extraneum et neque est sordidum, et valde velociter frangitur. *Natura.* Est frigidum in primo, siccum in secundo, et est vehementioris desiccationis quā atramentum rubeū, et est c [syrum.] *Operationes, & proprietates,* constringit et exsiccat sine mordicatione, et abscindit fluxum sanguinis. *Vulnera & vlcera.* Confert ulceribus, et destruit carnes additas, et consolidat. Et ponitur cum adipe recente super adustionē, quare non vlcerat: et si vlcerat, consolidat ipsam, quum permiscetur cum d [adipe] et cerusa. *Membra capitis.* Prohibet fluxum sanguinis ex naribus, q̄ est ex uelaminibus

a B. Atemed.
b B. squamosū.
c B. sursi.
d B. cera.

cerebri. *Membra oculi.* Conseruat sanitatem oculi,& remouet sordes vlcerũ suorum. *Membra expulsionis.* Quum superponitur, confert fluxui sanguinis matricis. *Permutatio.* Loco eius ponitur stannum adustum.

a B. affach.

De a [*Ammoniaco.*] *Cap.* 8.

b B. altharthut.
† atorthut.
c B. secundi.
† bothor.
d B. alselha.
† Alia glandosis, quæ de loco ad locũ mouentur.
e B. exituris.
f B. Alia litera cum melle & pice resoluit lapidositatem.
g —— B.
h B. & præparationi anhelitus, quando ipsum cum melle sumitur in modum loch.

Ammoniacum quid est? Est gumma b [ferulæ,] & nominatur quandoque id, quo aurũ adhæret: quoniam pergamena & membrana, & libri eo deaurantur. *Natura.* Est calidum in fine c [tertij] & siccum in primo. *Operationes & proprietates.* Eius resolutio & exsiccatio est fortis,& nõ est mordicatio eius fortis. & ex ipsius quidem apertione peruenitur ad hoc, vt faciat currere sanguinem ex orificijs venarum;& ingreditur in rectificatione solutiuorum, & in ipso est lenificatio & attractio. *Apostemata & † pustulę.* Linitur & fit ex eo emplastrum, & confert scrophulis, & duritiebus,& d [apostematib. in principio paruis,& postea magnis sine capite.] *Vulnera & ulcera.* Confert e [uulnerib.] malis,& corrodit carnem malam, & facit nasci carnẽ bonã. *Instrumenta iuncturarum.* Confert dolori sciaticæ & iliorum;& iuncturarum bibitum cũ melle,& f [oleo resoluit duritiem] iuncturarum.& quando permiscetur cum aceto et † nitro g [et rosis] & oleo de alcanna confert lassitudini. *Membra oculi.* Lenit asperitatẽ palpebrarũ, & scabiem,& abstergit albuginem, & confert humiditatib. oculi. *Membra anhelitus & pectoris.* Cõfert dispniæ & difficultati anhelitus h [& eius dilatationi cũ transglutitur cũ melle] aut aqua hordei,& mundat ulcera uelaminis,et confert præfocationi, quæ est ex phlegmate & cholera nigra. *Membra nutrimenti.* Quũ bibitur ex eo aureus, confert duritiei splenis,et duritiei hepatis,et similiter quum linitur cum aceto, et confert hydropisi. *Membra expulsionis.* Prouocat, urinam, ita ut sanguinem mingere faciat, et interficit ascarides,et solutione educit, et facit exire embryonem,siue viuum,siue mortuum;et prouocat menstrua.et linitur super duritiem testiculorum cum aceto,et lenit eos. *Permutatio.* Loco eius ponitur sordities alueárij apum.

a B. Angiedan.

De a [*Aniuden.*] *Cap.* 9.

b B. nigredines.
† bothor.
† dubellet.

Aniuden (*i. laserpitium*) quid est? Ex ea est alba, et nigra,quę est fortior,et hæc nigra non ingreditur in cibis; et ipsius radix est propinqua sapori alastirgar, et eius natura ẽ aerea,sed alastirgar est tardæ digestionis ,et non est hoc in ordine eius; quamuis sit etiam digestionis ualde tardæ. Assæ uerò, quæ est eius gumma, capitulum singulare faciam aliud; et melius quidem est, vt administretur eius decoctio: aut ipsius acetũ quam corpus eius. *Natura.* Calida est et sicca in tertio. *Operationes & proprietates.* Est subtiliatiua valde,et radix eius inflat: et quum corpus ex ea fricatur et proprie cum lacte eius,trahit materias ad exteriora virtuosè. *Decoratio.* Alterat vẽtositatem corporis, et si ex ea fiat emplastrum cũ oleo,sanat b [aggregationes] sanguinis sub oculo. Apostemata et † pustulæ. Confert † aapostematib. saniosis intrinsecis. et quũ permiscetur ipsa,et radix cum emplastris,cõfert scrophulis. *Instrumenta iuncturarum.* Quum permiscetur cum oleo irino; aut oleo de † ligustro, confert doloribus iũcturarum propriè. *Membra nutrimenti.* Radix eius facit eructuare,et stringit uẽtrem,et est tardæ digestionis, et digerit,et calefacit stomachum,et confortat eum, et disrumpit appetitum. *Membra expulsionis.* Quando decoquitur cum corticibus granatorum in aceto,sanat hęmorrhoidas ani,et prouocat. Et facit fœtere odorem stercoris:et uentositatem exeuntẽ per anum,et est nociua uesicæ. *Venena.* Est † antidotus venenis.

† alkanna.
† bezahar.

a B. Astergar, seu astergazi.
† aniudeb.
b B. deterior.

De a [*Astirgar.*] *Cap.* 10.

Astirgar quid est? Rectius est ut eius acetum administretur,et est propinqua † silphio in natura sua,sed est b [calidior] ea. *Natura.* Calida est et sicca in fine tertij. *Membra nutrimenti.* Eius acetum est bonum stomacho, et purgat ipsum, et confortat eum,et disrumpit appetitum. Sed corpus ipsius facit nauseam mordicatione sua, et tardatur mora ipsius in stomacho,et eius digestio in ipso. *Febres.* Proprietas eius est iuuamentum febris quartanæ.

a B. Amirbaris, persice alzerfech.
b B. Alia litera, ad fuscedinem declinans.
† bothor.

De a [*Amirberis.*] *Cap.* 11.

Amirberis (*idest, spina acuta.*) quid est? Est azarasch.Et ex eo est rotundum rubeum b [campestre] et nigrum longum,arenosum: aut montanum,et est fortius. *Natura.* Frigidum est, et siccum in fine tertij. *Operationes & proprietates.* Est vincens choleram ualde. *Apostemata & † pustulæ.* Ex proprietatibus eius est suum iuuamentum, q᷑ confert apostematibus calidis, sicut emplastrum superpositum. *Membra nutrimenti.* Confortat stomachum,et hepar, et abscindit sitim ualde. *Membra expulsionis.* Constringit et confert rasturæ etiam fluxui sanguinis inferius.

a B. Alanoc & alabar.
† bothor.
b B. cõfert apostematibus malignis,ita vt cancro conferat.
c B. exituris.

De a [*Alaunoch & Alahabar.*] *Cap.* 12.

Alaunoch et alahabar, (*i. plũbũ elotũ*) quid est? Vtrunque est plumbum nigrum,in quo est substantia aquosa multa,quam congelauit frigus. et in ipso sunt aereitas et terreitas, non vehementis multitudinis. Signum autem humiditatis eius,sicut existimat Gal. est velocitas liquefactionis eius, et aereitatis ipsius est uehementia raritatis eius, et quòd ipsum crescit quum dimittitur in humorositate terræ, et inflatur; et est uehementer infrigidans apostemata. *Natura.* Est frigidum et humidum in secundo. *Apostemata † & pustulæ.* Fiant ex eo pistillum, et tabula,et fricetur vnum eorum super aliud cum aliquo ex oleis,et tunc illud, quod ex ipso resoluitur, confert apostematib. calidis, et infrigidat ea b [saniosa ex ipsis, ita q᷑ curantur,] et ligatur ex eo lamina super scrophulas, et glandulas, et vlcera iuncturarum,et ipsarum glandulas,et destruuntur. *Vulnera & ulcera.* Ipsius fricatio prędicta,et eius adustum propriè ablutum confert c [vulneribus] malignis,et ulceribus cãcerosis, et ulceribus iuncturarum. *Instrumenta iuncturarum.* Conferunt ipsius fricatio, et adustio prędictæ,

ctæ ulceribus iuncturarum: & si stricte ligetur super torsionem iuncturarum, & suas glandulas, liquefacit eas. *Membra oculi.* Quod ex ipso adustū est: est iuuatiuum in ulceribus propriè, quum abluitur: & similiter ophthalmiæ siccæ. *Membra anhelitus & pectoris.* Quod ex eo adustū est: iuuatiuum est vlceribus mammillæ: & similiter eius fricatio, & adustio prædictæ. *Membra expulsionis.* d † [ ] Confert hæmorrhoidibus. & ligatur lamina super locum renū: & prohibet pollutionem frequentem: & sedat desiderium coitus. & vtrumque eorum confert ulceribus veretri: & testiculorum, & apostematibus ipsorum.

d † B. Contusio eius uel fricatio ei° prædicta, & adustio ipsius.

De a [*Amumeli.*] *Cap.* 13.

a B. Alaumali, vel aumali.

Amumeli, *(i. eleomeli.)* quid est? Est oleū dulce, valde spissum sicut mel: & spissius eo: & extrahitur ex b [crure arboris, quæ est in terra Murzie, dulcis, & fit ex eo oleum si cum eo admiscetur etiam oleum de flore eius:] & nominatur amumeli, & oleum mellis. *Electio.* Ex eo est melius, quod est magis clarum, & spissius; & antiquius. *Natura.* Calidum est & humidum, & ipsius caliditas plurima est humiditate eius. *Vulnera & vlcera.* Confert c [uulneribus vlcerosis] illinitum. *Instrumenta iuncturarum,* confert doloribus iuncturarum. *Membra capitis.* In ipso est virtus faciendi † soporem, & facit pigritiā. *Membra oculi.* Conueniens est tenebrositati oculorum, quum ex eo fit collyrium. *Membra expulsionis.* Tres. unc. ipsius cum ix. unc. aquæ solutione educunt choleram & humores crudos, & faciunt pigritiam, & mollificāt. ueruntamen non est solicitudo habenda: neque timendum est ex eo, quod ipsum soluit, quoniam est iuuatiuum cum eo, quod ex ipso apparet incolume; oportet tamen ne super ipsum dormiatur omnino.

b B. trunco arboris, qui est in regiōe Tedmur dulcis, & fit ex eo oleum, & pmiscetur etiam cum ipso oleo flos eius. Alia litera. si pmisceatur cum eo, ēt oleum floris eius.
c B. scabiei vlcerosæ.
† subeth.

De a [*Agalugin.*] *Cap.* 14.

a B. Agalugen vel agalugi.

Agalugin *(i. agallochus,)* quid est? Lignum Indum, aut Arabicū boni odoris, habēs cutē b [coopertam] intrans in numero specierū, quæ uenduntur. Et in ipso est stypticitas cum amaritudine pauca. *Membra capitis.* Collutio oris facta ex ipsius decoctione odorem oris efficit bonum. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert dolori lateris. *Membra nutrimenti,* confert dolori hepatis. Et aureus unus ex eo confert viscositati stomachi, & debilitati ipsius. *Membra expulsionis.* Quum bibitur cum aqua, confert vlceribus intestinorum, & dolori pungitiuo calido.

b B. asperā seu cutem diuersis maculis, & signis coloratā.

De a [*Amgailem.*] *Cap.* 15.

a B. Amgailam.

Amgailem, *(idest, spina arabica)* quid est? Est arbor b [locorum rusticorum] nota. *Natura.* Est frigida & sicca. *Operationes & proprietates.* Est styptica prohibens sanguinem, & species fluxus. *Membra anhelitus & pectoris.* Prohibet sputum sanguinis. *Membra expulsionis.* Prohibet fluxum matricis.r

b B. spinosa locorum syluestrium.

De a [*Atharachic.*] *Cap.* 16.

a B. Adarachi, uel adaraca.

Atharachic, *(idest, adarce.)* quid est? b † [[Hæc est medicina acuta, quæ non bibitur propter suam acuitatem, sed in epithematibus administratur post fractionem suę acuitatis. *Natura.* Est calida & sicca valde. *Operationes & proprietates.* c [Permutat complexionem malam frigidam ad complexionem malam calidam.] Et neque sit audax aliquis super ipsum nisi epithimando. *In decoratione.* Confert pāno. *In apostematibus & † pustulis.* Confert † pustulis d [lenibus.] *In uulneribus & ulceribus.* Confert scabiei ulcerosæ, & impetigini. *Instrumenta iuncturarum.* Emplastrum factum ex ea confert sciaticæ.

b † B. Est spēs spumæ maris, q̄ coagulata adhærēdo iuncis, & cannis et
c B. Alia litera. Permutat complexionē frigidam ad complexionem calidā. Alia litera. Permutat complexionem malam frigida ad complexionem calidam.
† bothor.
† bothor.
d B. lacteis.

De a [*Azedaraeth.*] *Cap.* 17.

a B. Azadarache.

† Azedaraeth, quid est? Arbor nota habens fructum similem nabach. Et nominant eam in Rechi b [myrobalanum] & in Tabrasten, & kien, & Thahich: & est arbor magna: & est ex magnis arboribus. *Natura.* c [Quod est supra ipsam, est calidum in primo: siccum in fine primi. *Operationes, & proprietates.* Eius † focha] aperit oppilationes. *In decoratione.* Aqua foliorum eius interficit pediculos, & prolongat capillos: & propriè d [radices eius quum administrantur cum uino. *Membra capitis.* Eius flos aperit oppilationes cerebri. *Membra anhelitus & pectoris.* Eius fructus nociuus est pectori valde: & est pernitiosus. *Membra nutrimenti.* Eius fructus est malus stomacho e [conturbans.] *Febres.* Dicitur quòd decoctio corticum eius cum fumoterræ, & myrobalanis f [defæcata] confert febribus phlegmaticis. *Venena.* Succus extremitatum eius cum melle resistit venenis omnib. Et eius fructus interficit fortasse. *Permutatio.* Loco eius in elongatione capillorum ponuntur folia canabis.

† Arborem perlarum uocant.
b B. arborē mirobalanorum.
c B. Flos eius est calidus in tertio. Siccus in fine primi. Operationes, & proprietates, eius flos.
† succus.
d B. Alia litera. quod de ea est adustū quū administratur cū aceto.
e B. faciens in eo angustiam. Membra expulsionis. Confert colicæ.
f B colata.

De a [*Auricula muris.*] *Cap.* 18.

a B. Adan alfar.

Auricula muris, *(idest, alsine)* quid est? Est herba, cuius uirtus secundum Galenum est propinqua virtuti herbę, qua uitrum abstergitur. Et hoc nomen absolutum est duabus herbis, quarum vna est quam nominat Galenus, & odoratur ex ea odor malus, & non habet duritiem; & altera, quam nominauit Dioscorides, & existimauit, q̄ sit similis uolubili, nisi quia minora hēt folia comparata ad ipsam: & est herba expāsa super faciem terræ: paruos habens stypites b [domestica bona] sine odore: & non habet saporem fortem, azulinos habens flores, cuius semen semini coriādri similatur. & hirundines ex ipso comedūt, & est calida, & propriè cuius origo nō est iuxta aquā. Inqt Musaihach iuuamentum eius, est iuuamentum absinthij, & est res, quæ non est inuenta in duab. plantis simul. *Natura.* Quæ ex eis nota est secundum Galenū, est frigida & humida in gradu primo. Et altera est ex summa medicinarum calidarū. *Operationes & proprietates.* In prima non est stypticitas. Et altera est desiccatiua rubificatiua. *Vulnera & vlcera.* Illa, quam nominauit Dioscorides extrahit spinas & surculos, & facit adhęrere plagas. *Membra capitis.* Confert epilepsię bibita, & torturæ sternutatione facta ex ea, vehemēter: & eius sternutatio mundificat cerebrum.

b B. hortulana vmbrosā.

De [a] [Abugilise.] Cap. 19.

a B. Abugilesa, vel abugilisi, vel agisa, vel abuchalesi, vel achusi, seu achusa.
b B. sengiar & senchar. Et est lanuginem, vel pilositatem habés & spinosa.
c B. Abuchalesa ansadius argialesus achasunas.
d B. stypticitas.
† morpheæ.
† bothor.
e B. argialesus.
f B. adipe.
g † alkaratin.
h B. bolita.
i B. alsengiar.
k B. alkaratan, aut aqua chartami.
† alkaratin.
l † B. fructus.
m B. & radicē.
n B. & suspēsæ, & approximatæ.

Abugilise, *(idest anchusa.)* quid est? Est lactuca asini, & nominatur etiam [b] [simarem & sincarem. Et est pilosa spinosa] aspera, nigra plurima habens folia super radicem annexa ei. Et eius radix in grossitudine est digiti coloris rubei ualde, quæ tingit quum tangitur in æstate. & ex ea est species alia, citrina folia habens, coloris rubei: & eius species sunt quatuor, [c] [abugilise, intisanius, amelenius, ansubesin.] *Electio.* Fortiores omnibus sunt duæ primæ species. *Natura.* Dixit Gal. quòd ex abugilise est, quæ est calida & sicca. *Operationes & proprietates.* Quæ ex ea nominatur abugilise, est subtiliatiua cum stypticitate, & propter hoc est pontica amara, sed [d] [ponticitas] est in reliquis magis apparens. Reliquæ uero duę species sunt acutiores primis: & fortioris caliditatis, & radix eius fortioris est caliditatis quàm folia. *In decoratione.* Quando lenitur cum aceto, confert † uitiligini. & ipsa excoriat cutim. & eius folia sunt debiliora radice eius. *In apostematibus, & † tuberculis.* Prohibet radix abugilise, quæ est ex eis, cū farina hordei fracti erisypilā, & similiter [e] [radix amelenius] & ipsa resoluit scrophulas, quū superponitur eis cum adipe. *In uulneribus & ulceribus.* Ponitur cū [f] [cera] super vlcera omnia, & adustione ignis propriè. *Membra nutrimenti.* Radix abugilise aptat stomachum. & eius decoctio cum aqua chartami. [g] † [ ] ualet ictericitiæ & dolori splenis. *Membra expulsionis.* Decoctio eius cū aqua alkaratin*, aut aqua chartami confert dolori renum & lapidi in renib. Quūque mulier sibi supponit radicem eius, abortū facit. & eius folia [h] [frixa] cum vino stringunt ventrem: sed abugilise resoluit humores cholericos, & radix habentis citrina folia ex eo cum hyssopo, & sinapi interficit vermes, & educit eos. & similiter [i] [alsimaren] absolute, quæ ex ea citrina est & reliqua: sed citrina est fortior in hoc. *Febres.* Decoctio radicum abugilise cū aqua [k] [† carthami] confert febribus antiquis. *Venena.* Quando masticatur [l] † [ ] ex citrina habente folia citrina [m] † [ ] rubei coloris, & proijcitur super venenosa, interficit ea. & duę aliæ species conferunt morsuræ uiperæ bibitæ, & linitæ [n] [& sputatæ.]

a B. Almas.
b B. expulsum fuerit ad extra.

De [a] [Almesu.] Cap. 20.

Almesu, *(idest, smyris.)* quid est? Dicitur ꝙ rectius esset vt de ea loqueremur in capitulo de mineralibus. veruntamen nos attulimus narrationem eius in hoc capitulo vt sit magis nota. & magis famosa. *Natura.* Dixerunt quidam ꝙ est frigida & sicca. & dixerunt alij ꝙ est calida & sicca cum virtute. *Operationes & proprietates.* Est vehementis abstersionis. & apud Dioscoridem est adustiua & putrefactiua. *In decoratione.* Abstergit dentes fricando. *Membra capitis.* Dixerunt quidam, quòd quando tenetur in ore, frangit dentes: & dixerunt aut proprietate sua, aut propter venenum viperæ, quę multiplicatur in locis, in quibus ipsa est. & hæc quidem verba sunt eius, qui multa fabulosè narrat: & non cognoscit de operatione veneni uiperæ, quòd quū [b] [positum est ad aliquod membrum,] non efficit hanc operationem: propriè quum tempus supra ipsum prolongatum fuerit, *Membra expulsionis.* Dicunt ꝙ quum ex ipsa adheret granum vnum in extremitate siringæ annexum glutini Romano, & intromittitur in vesicam, frangit lapidem; sed hoc est ex eis, quę a me elongātur. *Venena.* Est venenum mortale.

a B. Armach.
b B. lignum iameni.
† bothor.

De [a] [Armech.] Cap. 21.

Armech quid est? Est [b] [herba iameni] boni odoris, similis cinnamomo grosso. *In decoratione.* Efficit odorem oris bonum. Apostemata & † pustulæ. Confert apostematibus calidis propriè sicut emplastrum superposita. *In uulneribus & ulceribus.* Prohibet dilatationem ulcerum: & consolidat ea siccādo propter desiccationem, quæ est in ea sine mordicatione, & prohibet putrefactionem membrorum. *Membra capitis.* Cōfortat cerebrū, & stringit gingiuas, & conuenit ęgritudinibus oris. *Membra oculi.* Ex ea comestum confert ophthalmiæ. *Membra anhelitus & pectoris.* Confortat cor & omnia uiscera. *Membra expulsionis.* Stringit naturam.

a B. Allebach, uel Allebengi, seu albegi, aut allebegi.

De [a] [Allabuch.] Cap. 22.

Allabuch *(idest, persea)* quid est? Dicunt ꝙ est asadar. Dico autem ꝙ siue non sit hoc allabuch aut sit de ueritate, pertinet ei ut dicamus in capitulo de sem. & est ex magnis arboribus: & forsitan permutatur ad Aegyptum, & alteratur illic natura eius. *Operationes & proprietates.* Cōfert fluxui sanguinis etiam si super membrum ponatur, & abscindit cursum.

a B. achtemecht
b B. fiat ex eo linimentum.

De [a] [Athamaraet.] Cap. 23.

Athamaraet quid est? Est medicina Inda efficiens pæoniæ operationē. *Membra capitis.* [b] [Ex folijs eius fiat epithema] illi, ad cuius caput eleuatur vapor, & prohibetur epilepsia.

a B. Alnachel, vel alnafel.
b —— B.
† pastinacæ.

De [a] [Alblage.] Cap. 24.

Alblage, quid est? Est medicina [b] [marina] similis alcot, quæ oritur in vere. & est similis ēt andacochæ, plurimos habens stipites. Et eius semen est sicut semen † baucię. *Membra nutrimenti.* Confert spleni ualde. *Membra expulsionis.* Prouocat vrinam.

a B. Alsefani.

De [a] [Asefeni.] Cap. 25.

Asefeni quid est? Existimo quòd est pastura camelorum. *Membra expulsionis.* Mundificat renes. *Venena.* Plurimum confert iuuamentum morsuræ canis rabiosi.

a B. Alusen.
b B. cuius fructus similatur altors. Et nominatur propter illud tarsia.

De a [Alguasen.] Cap. 26.

Alguasen *(idest, Alyßum)* quid est? Est herba [b] [similis lilio. Et nominatur propter illud lilialis.] *Natura.* Est calida & sicca in primo. *Operationes, & proprietates.* Desiccat cum ęqualitate, & abstergit. *In decoratione.* Confert panno, & re-

resoluit totum illud æqualitate. *Venena.* Gal. dixit quòd est iuuatiua propriè morsuræ canis rabiosi.& iā sanati sunt multi: & propter illud nominatur græce [c] [† alguasen.]

c B. alusen, uel Aaulusen. † alysson. a B. Astraticus.

De [a] [*Atratifus.*] *Cap.* 27.

Atratifus (*idest, aster atticus*) quid est? Est medicina [b]] cognita cum chali.] *Natura.* In ipsa est parum infrigidationis, & non est in ea stypticitas. *Operationes & proprietates.* Desiccat cū æqualitate,& eius uirtus est uirtus resolutiua cum infrigidatione. *Apostemata & † pustulę.* Confert apostematibus emunctoriorum more emplastri superposita & suspensa.

b B. nominata alhalebi, seu alhalebie. † bothor.

a B. Ardachiasi uel ardasiei.

De [a] [*Ardifrigi.*] *Cap.* 28.

Ardifrigi quid est? Est herba similis cappari, acuti odoris ualdè,& grauis habens fructum b [inferius,] *Natura.* Dixit [c] [Alhanzi & Arahib] quòd est fortior in natura sua quam solatrum, & alkekengi. *Apostemata & † pustulæ.* Confert apostematibus intrinsecis secundum uerba [d] Arahib.] Et potio ipsius sit vsque ad [e] [ij. vncias.] & liniatur super apostemata calida extrinseca. & erit mirabilis ualde [f] [vbicunque apposita.] *Venena.* Quum linitur super puncturam vespę, sanat illico.

b B. in vaginis. c B. Alraheb e. † bothor. d B. arahab. e B. vnciā vnā. f B. in quocūq; apostemate.

a B. seu arblutinon.

De [[a] *Abutilon.*] *Cap.* 29.

† Abutilon quid est? Est planta similis cucurbitæ: Et dixit Alkanzi, quòd hoc nomine est nota. *Vulnera & vlcera.* Dicitur quòd est res magis iuuatiua vulneribus recentibus,& conglutinat. & consolidat ea statim.

† Hoc malux genus quoddā esse videtur.

De asio. *Cap.* 30.

Asius quid est? Est lapis, super quem nascitur sal: cuius flos nominatur asius,& uidetur ꝙ sit eius generatio ex rore maris, & imbre, qui cadit super. cum *Operationes & proprietates.* Virtus eius & virtus floris eius est aperitiua: carnis generatiua, putrefactiua parū, cum liquefactione carnis putrefactæ absque mordicatione *Apostemata & † pustulæ.* Resoluit exituras more emplastri superposita terebinthina, aut pice. *In vulneribus & vlceribus.* Valet [a] [vulneribus] difficilibus & antiquis,& magnis, & profundis *Instrumenta iuncturarum.* Cum farina hordei superposita ualet podagræ,& quando ponuntur extrema ipsius in decoctione eius iuuantur. *Membra anhelitus & pectoris.* Si transglutiatur cum melle confert vlceribus pulmonis. *Membra nutrimenti.* Quum linitur cum calce & aceto super splenem: cōfert.

† bothor. a B. vlceribus.

De [a] [*Athiuth.*] *Cap.* 31.

Athiuth *Natura.* Calidum est in secundo: humidum in primo. *Operationes & proprietates.* Inest ei abstersio ultima. *In decoratione.* Abstergit morpheam fortiter.

a B. Athiuth vel athmuth.

De [a] [*Absio.*] *Cap.* 32.

Absius quid est? Medicina karmeni & Persica, *Natura.* Calida subtilis.

a B. Afeus, seu achisus uel afsus.

De *Anagallide.* *Cap.* 33.

Anagallis quid est? Est duobus modis: unus eorum est cuius flos est citrinus.& alius cuius flos est cęlestis. *In vulneribus & vlceribus.* Conueniunt ambo vulneribus, & prohibet ipsorum [a] [apertionem.] & extrahunt surculos, & similia, & prohibent vlcerum ampliationem. *Membra capitis.* Si ex aquis amborum fiat gargarismus: & fiat caput purgium cum eis: prouocat phlegma plurimum a capite,& sedant dolorem [b] [molę quę est] in parte illa. *Membra expulsionis.* Quando bibitur cum vino, confert dolori renum. Et existimauerunt quidam quòd [c] [varia declinans ad colorem cineris] reducit anum prominentem exterius, & rubeum habens florem augmentat ei eminentiam. *Venena.* Quando bibitur cum uino confert ueneno uiperæ.

a B. apostemationem. b B. dentiū molarium, qui sūt. c B habens colorem azurum declinantem ad cinereitatē, uel ad puluerulentiam.

De a [*Abrich.*] *Cap.* 34.

Abrich quid est? Est medicina Persica. *Membra capitis.* Est bona b [seruationi & rationi.

a B. Abrech. b B. memoriæ.

De *Ausid.* *Cap.* 35.

Ausid quid est? Est species nenupharis Indi. *Natura.* Dixit filius [a] [Masiriohe.] est calida & sicca.

a B. Mesue uel masergiue.

De [a] [*Ardiud.*] *Cap.* 36.

Ardiud quid est? Est medicina sicut cepe scissum.[b] † [ ]

a B. Arendbrēd uel ardubrid, seu aridbuid. b † B. Membra expulsionis cōfert hemorrhoidibus.

De [a] [*Aributh.*] *Cap.* 37.

Aributh. quid est? Est medicina caprusia, quæ assumpta est ex re, quæ assimilatur ostraco *Natura.* Dixit Gal. est frigidum in secundo: siccum in primo.& eius fructus est calidus & contractiuus in principio primi: exsiccatiuus in secundo. *Operationes & proprietates.* Conseruat femur puerorum, vt non oriantur pili in ipso spatio longo. *Membra nutrimenti.* Fructus eius confert icteritiæ.

a B. Auachisus uel auachsus.

De a [*Adrumilon.*] *Cap.* 38.

Adrumilon. (*i. securidaca.*) quid est? Est medicina, quæ nominatur bipennis: hēt enim duas acies sicut bipennis. *Natura.* Est calida. & in ipsa sunt amaritudo & ponticitas. *Operationes, & proprietates.* Aperit oppilationes viscerum. *Instrumenta iuncturarum.* Confert doloribus iuncturarum.

a B. Andrusasi uel andrucharum.

De [a] [*Atinat.*] *Cap.* 39.

Atinat quid est? Est medicina Inda in virtute b [testiculorum vulpis.] Et oportet vt consideretur: ita vt non sit [c] [atiut,] *Natura.* Calida est & humida. *Membra expulsionis.* Augmentat coitum.

a B. Athmath. a B. albuzidan, seu buzidan. c B. atiut.

De [a] [*Ata.*] *Cap.* 40.

Ata quid est? Est arbor algarab, dicta in cap. degaim.

a B. Atha vel anthaias.

De

a B. Beladur.

De [a] [*Anacardo*.] *Cap.* 41.

b B. tamtrindorum.
c B. amygdalæ
d B. perforatus, uel habens foramina.

Anacardus quid est? Est fructus similis ossi [b] [dactyli.] Et medulla est similis medullæ [c] [nucis] dulcis, in qua non est nocumentum. Et cortex ipsius est rarus, [d] [frangibilis,] in cuius raritate est mel uiscosum habens odorem. Et sunt homines qui ipsum masticant, & non nocet eis & propriè cum nuce. *Natura*. Calidus est & siccus in quarto. *Operationes, & proprietates*. Eius mel est ulceratiuum, apostematiuum, & adustiuum sanguinis, & humorum. *Decoratio*. Eradicat verrucas, & aufert albaras, & eradicat [e] [† stigmata nigra artificio cuti impressa.] & sanat alopeciam phlegmaticam. *Apostemata & † pustulæ*. Cōmouet calida apostemata in interioribus. *Instrumenta iuncturarum*. Confert frigori neruorum, & eorum mollificationi, & paralysi, & torturæ. *Membra capitis*. Confert corruptioni memoriæ, quum eius confectio nota, anacardinum, sumitur: sed tamen commouet alienationem, & melancholiam. *Membra expulsionis*. Suffumigantur cum eo hæmorrhoides, & exsiccantur. *Venena*. Est ex summa uenenorum; & adurit humores, & interficit. & eius quidem theriaca est [f] [lac vaccinum butyro inde extracto.] & oleum nucis eius frangit uirtutem. *Permutatio*. Loco eius ponitur quintuplum ponderis eius de [g] [bondacha:] & quarta ponderis ipsius de oleo balsami: & tertia ponderis ipsius de naphta alba.

e B. aluesin.
† barulos.
† bothor.
f B. machidvaccinum.
g B. auellanarū.

a B. bath.

De [a] [*Anate*.] *Cap.* 42.

Anas. *Natura*. Calidior est omnibus auibus domesticis. & dicunt quidam, quòd ipsa calefacit infrigidatum, & facit calefactum possidere febrem. *Operationes & proprietates*. Eius pinguedo est maxima in sedando dolorem, & in sedando mordicationem in profundo corporis, & est melior pinguedinibus auium. Et eius caro uentositatem [b] [dissoluit ipsius stomachi, & est plurimi nutrimenti.] *In decoratione*. Eius pinguedo clarificat colorem, & caro ipsius impinguat. *Membra anhelitus & pectoris*. Clarificat uocem. *Membra nutrimenti*. Eius caro tardatur in stomacho, & est grauis, & pprìè caro anseris. sed leuius quod est in ipsa, & melius sunt alæ, quum autem digeritur caro harum auium: est nutribilior omnibus carnibus auium. *Membra expulsionis*. Augmentum efficit in coitu, & multiplicat sperma.

b B. frangit. Et stomachus eius est plurimi nutrimenti.

a B. funduch.

De [a] [*Auellana*.] *Cap.* 43.

Auellana quid est? Est nota, & eius quidem terreitas maior est terreitate nucis, & est nutribilior nuce: quoniā ē magis solida, & minus vnctuosa, & tardioris digestionis. *Natura*. Decliuis est ad caliditatem quandam, & siccitatem paruam. *Operationes & proprietates*. Generatur ex ea cholera, & in ipsa est stypticitas maior quàm in nuce, & in ipsa est inflatio, & generat ventositates in uentre inferiori. *Decoratio*. Quod ex ea adustum est: tingit capillos. *Membra capitis*. Facit † dolorem capitis; assatur, & comeditur cū pauco pipere, & maturat coryzam. Hip. inquit auellana in cerebro facit augmentum. *Membra oculi*. Existimauerunt quidam, quòd ipsa linita super verticem puerorum varios habentiū oculos delet varietatem. *Membra anhelitus & pectoris*. Comeditur cum aqua mellis, & cōfert tussi antiquæ, & adiuuat ad spuēdum. *Membra nutrimenti*. Est tardę digestionis, & excitat vomitū, & est tardioris digestionis q̄ nux. *Membra expulsionis*. Eius cortex est stypticus, & stringit ventrē. *Venena*. Confert venenis, & morsibus, & præcipuè cum ficubus, & ruta, & puncturæ scorpionis.

† soda.

a B. Bengiech est.

De [a] [*agno casto*.] *Cap.* 44.

Agnuscastus quid est? est planta, & est fortasse propter sui magnitudinē arbor, & nascitur in locis propinquis aquis, & eius quidem rami sunt duri, & folia ipsius sunt, sicut folia oliuæ; sed sunt leniora, & eius lignum non ingreditur in medicinam: sed flos eius, & folia, & fructus. & in fructu quidem eius, & in reliquis, quæ ex eo administrantur, est subtilitas & acuitas, & ponticitas, & est infra rutam siccam. *Natura*. Calidus in primo, siccus in secundo. *Operatiooes & proprietates*. Est resolutiuus & subtiliatiuus, & disgregatiuus uentositatum [b] † [ ] & in ipso est apertio cum stypticitate. *Decoratio*. Est mundificatiuus coloris. *Instrumenta iuncturarum*. Fit ex eo emplastrum cum folijs suis torsioni neruorum, & remouet lassitudinem, *Membra capitis*. Facit † dolorem capitis, & soporem bibitus. & quando fit ex eo emplastrum, confert soda. & quum illud quod ex eo est frixum, comeditur, minus efficit sodam. *Membra anhelitus & pectoris*. Est ex eis, quæ multiplicant lac minorando sperma: sitq; eius potio. [c] [ʒ.ij.] vsque ad ʒ.j. *Membra nutrimenti*. Aperit oppilationes hepatis: & oppilatiōes splenis, & valdè [d] [iuuat duritiē] & quum bibitur ex eo cum oxymelle quantitas ʒ.ij. confert hydropisi. *Membra expulsionis*. Sedetur in eius decoctione propter dolorem matricis, & apostema eius, & bibitus cum mentastro, & uaporatus desiccat sperma. & quādo aliquid ex stipitibus eius sternitur sub dorso, prohibet pollutionem, & virgæ erectionem, & suffumigantur mulieres, quum uehemens desiderium adest. & est prouocatiuus, & confert præcipuè semen eius fissuris ani, & fit ex eo emplastrum cum butyro duritiei testiculi, præcipuè cum semine eius. *Venena*. Cōfert morsui serpentis quū bibitur ex eo. ʒ.j. & similiter morsui canis, & lupi, superposito emplastro [e] [& fumigatione facta ex eo, & eius folia fugant venenosa.]

b † B. & in ipso, nam est infatio omnino.
† soda, & sobeth
c — B.
d B. confert duritiei ipsius.
e B & fumus foliorum eius fugat animalia venenosa.

ANNOTATIONES.

Viticem ait calidum esse primi ordinis, & siccum secundi. At Gal. 6. simpl. & Paul. lib. 7. calidum & siccum putant tertio ordine. Ait item viticē ex eis esse medicamentis, quæ lac augent, & semen imminuunt: sed lib. 3. idem, omne quod semen adauget, ipsum etiam lac augere, et quodcunque semen imminuit, lac imminuere adnotauit.

a B. Gienaha.

De [a] [*Alis*.] *Cap.* 45.

ALæ, *Electio*. Meliores earum sunt alæ gallinarum, & alæ anserum sunt bonę digestionis, et nutrimēti: et non sunt leues, nisi propter

pter multitudinem motus,& exercitij sui.& earum nutrimentum non multiplicatur,nisi propter multitudinem carnis,& quæ est in eis. *Apostemata & † pustulæ*. Dicitur quòd quando pennæ alarum [b] [† palumborum] miscentur,cum equalitate sui de iusquiamo,& aduruntur,& teruntur,& ponuntur in pane,sicut sal:resoluunt scrophulas in collo absque ferro. & similiter quando puluerizantur super panem, & comeditur.*Membra expulsionis.* Dicitur ꝙ panis factus cum eo quod dictum est,soluit ualde.

† bothor. b B. aluraſan. † alguaraſeen.

De a [*Acoro.*] *Cap.* 46.

a B. Vbi.

Acorus quid est? est radix plantæ, quæ est sicut papyrus.& oritur plurimum eius in locis aquosis,& in aquis. & super hanc radicem sunt nodi ad albedinem declinantes,in qua est odor horribilis,& parum boni odoris, & est calidus acutus:Galenus aūt dixit,ꝙ non administratur nisi radix eius: cuius virtus est propinqua virtuti aristolochiȩ & ireos.*Electio.*Melior ex eo est ille,qui est spissior; & magis solidus, [b] [& dulcior,] & melioris odoris. *Natura.* Calidus est & siccus in principio secundi,vsque ad medium. *Operationes & proprietates*. Est resolutiuus inflationis & ventositatum subtiliatiuus; abstergit sine mordicatiōe,aperitiuus.& apud Gal.eius odor non est,nisi bonus,& secundum quòd nos sentimus,non bonus.*Decoratio.*Clarificat colorem, & confert morpheæ,& albaras.*Instrumenta iuncturarum.*Confert spasmo,& cōtritioni lacertorū, & decoctio eius etiā embrocata,& bibita.*Membra capitis.* Confert dolori dentis ualde,& grauitati linguæ. *Membra oculi*. Attenuat grossitudinē corneæ,& confert albugini et proprie in vtrisque succus eius. *Membra anhelitus & pectoris.* Eius decoctio est bona dolori lateris, & pectoris. *Membra nutrimenti*. Confert dolori hepatis frigido.& cōfortat ipsum,& confert stomacho; & confert duritiei splenis: immò extenuat splenē multum, & mundificat stomachum.*Membra expulsionis.*Confert dolori pungitiuo ventris,& rupturæ. & eius decoctio ualet ad dolorem matricis,& prouocat vrinam & menstrua, & confert distillationi vrinæ secundum quòd dixerunt quidam.& in coitu augmentum efficit:& excitat desiderium ipsius. & confert dolori intestinorum & rasuræ eorum frigidis. *Venena*. Confert puncturæ vermium uenenosorum. *Permutatio.* Loco eius ponitur in depellēdis uentositatibus, & iuuamento quod facit hepati, & spleni, æquale pondus de cymino cum tertio ponderis de sui c [aristolochia.]

b —— B.

c B. reubarbaro

ANNOTATIONES.

Acorum dicit calidum esse,& siccum in secundi ordinis principio vsque ad medium. Gal. verò 6. simpl. & Paul. lib.7. & Auer.lib.5. in tertio caliditatis, & siccitatis ordine ipsum reponunt.

De a [*argento viuo.*] *Cap.* 47.

a B. zaibach. † idest cynaprij vulgaris.

Argentum viuum quid est? Argentum viuum aliud est purgatum ex minera sua: & aliud extrahitur ex lapidibus mineræ suæ cum igne,sicut fit aurum & argentum. Lapis uerò mineræ ipsius quum est purus; & non permiscentur ei terra,& lapides:habet colorē [b] [† vzifur, immò uzifur] habet colorem eius, & non consequitur eum.et Gal. quidē et alij existimauerunt quòd ipsum sit arte factum,sicut lithargyrum:quoniam est extractum cum igne:oportet ergo vt aurum sit arte factum sicut lithargyrum;quoniam est extractum cum igne: et quoniam substantia eius est similis substantiȩ vzifur existimauit itaque ꝙ ipsum nō fit,nisi [c] uzifur. in vase linito luto, & accenditur ignis super ipsum] et sublimatur: sed non est ita: immò uzifur fit ex eo cum sulphure: deinde possibile est vt extrahatur ex eo sicut extrahitur ex uzifur minerali. quod est de substantia argenti viui. *Natura*. Est frigidum et humidum in secundo. *Operationes et proprietates.* sublimatum est stypticū. *Decoratio.* Quod ex eo extinctum est,est medicamen pediculorum,et lendinum.cum oleo ros. *Vulnera & vlcera*. Extinctum valet scabiei cum oleo rosaceo,aut cum medicinis scabiei,& vlceribus malis.*Instrumenta iuncturarum.* Eius uapor facit accidere paralysim, & tremorē. & [d] [rectat] membra *Membra capitis.* Fumus eius destruit auditum;& fumus eius facit accidere fœtorē oris quum transit per ipsum. *Membra oculi.* Fumus eius destruit visum. *Membra expulsionis.* Dixit Paulus. ex hominibus fuerunt,qui biberunt extinctum in ilcon. *Venena.* Argentum viuum sublimatum est interficiens propter uehemētem incisionem. Et eius cura fortis est bibere lac & uomere.et Gal. quidem dixit,quòd non expertus est illud in ipso. et dicunt quidam, quòd extinctum interficit grauitate sua. Ipsum enim corrodit,quod sibi obuiat grauitate sua:hoc autem verbum non est comprehensum.Et ipsum interficit mures,et ex fumo eius fugiunt [e] [uermes uenenosi]& serpentes.

b B. alzenzefer immo alzenzefer.

c B. ex alzengiufer in vase luto super quod est ignis accensus.

d B. spasmat seu inducit tetanū.

e B. animalia venenosa.

ANNOTATIONES.

Argentum viuum frigidum, & humidum secundo esse gradu existimat. Suspicari tamen posset quispiam calidum id esse potius quàm frigidum, ꝙ facillimè igne absumatur, & quòd aerem in eo naturam superare Ari. 4. meteor. scribat. De hoc item Gal. lib.9. simpl. notauit ex ijs non esse, quæ sponte nascantur. id tamen, ut multa alia, in terræ uisceribus, ex suo fonte ac perpetua uomica prodire, satis constat, quod & Plinius 6. nat. hist. adnotauit.

Text.43. Cap.33.

De a [*Atramento.*] *Cap.* 48.

a B. zagi. b B. alcalcant, & alsuri est, ꝙ atramenta sunt substantiæ recipientes dissolutionem permixtæ verò lapidibus nō recipiūt dissolutionem, & istæmet substantiæ recipiētes dissolutionē iam fuerunt liquidæ.

Atramentum quid est? Differentia inter atramenta alba,et rubeā,et citrina, et uiridia,et īter colcotar,et chalcadis, et [b] [chalcāthū et alsuriæ, est quòd atramenta sunt substantiæ recipientes solutionem permiste lapidibus nō suscipentibus solutionem, et ista sunt ipsȩmet substantiæ recipientes solutionem,quę iam fuerunt liquidæ, et coagulauerunt se:alcolcotar verò est citrinum,et alcalcadis est album, et alchalcāthum est uiride,et alsuriæ est rubeum.Et omnia hæc soluuntur in aqua, et decoctione, præter alsuriæ,ipsū enim est vehementis [c] [corporeitatis et congelationis.] Et viride est uehemētius congelatum,quàm citrinū,et [d] uehemētiores

c B. lapidositatis, & congelationis,uel coagulationis.

d B. vehementius decoctum.

tiores habet tunicas.] Et omne quidem atramentum in natura est simile vni eorum colori cuius assimilatur. Galeno verò iam premissũ est ad intellectum, quòd atramentum rubeum generatur ex colcotar. & vidit super colcotar una uice [e] [coopertum atramento rubeo pulverizato] sed in hoc est cõsiderario. *Electio.* Viride Aegyptium est fortius quàm † Cypriũ: sed in ægritudinibus oculi † Cyprium est fortius. & non adustum est fortius. & adustum est subtilius. & subtiliora eis sunt alchalcadis & uiride. & æqualius eorũ est alcolcotar, & grossius eorũ est alsurie, & propter hoc nõ resoluitur ĩ aqua. & virtus quidem atramenti, in quo sunt splendores aurei, propinqua est virtuti alcolcotar. & melius alcolcotar est illud, quod velociter frangitur, æreum, mundum, non antiquum. Ex atramento verò qđ in encaustro ponitur, quod nominatur sahira: melius est durum habens quasi aureum splendorem, & virtus eius est, sicut alcolcotar. & melius alsurie est, quod affertur de ægypto, & frangitur a nigredine & est habens [f] [venas plurimas rancidi gustus] stypticum; & similiter eius odoratus: *Natura*. Est calidum & siccum in tertio. *Operationes, & proprietates.* Omnia sunt adurentia, facientia prouenire crustã, styptica. Atramentum verò rubeum minus est mordicatiuum quàm alcolcotar, & atramentum ad coria, stypticius est omnium, & alcolcotar est æqualis stypticitatis. *Apostemata, & † pustulæ.* Alcolcotar [g] [prohibet erysipilam, & apostemata ambulatiuã.] *Vulnera & ulcera*. Omnia conferunt scabiei humidæ, & † tineę. & excolcotar quidem, & ex alijs quandoque fiunt licinia, & ponuntur in fistulis, & extirpant [h] [uentositatem.] *Instrumenta iuncturarum*. Alsurie clysterizatur cum vino, & confert sciaticę, *Membra capitis*. Sufflatur in naribus propter fluxum sanguinis nariũ, propriè alcolcotar. & conferunt omnia herpeti esthiomeno, & apostematibus malis in gingiuis. Et quando licinium cum melle inuoluitur & ponitur in aurem, confert ulceribus auris & saniei in ipsa, & similiter quando cum sufflatorio ĩ ea insufflatur, & prohibet corrosionem dentium; rubeum verò [i] [cognitum assuriæ] confirmat dentes, & molares motos, & atramentum adustum quando coniungitur cum hermodactylis, & ponitur sub lingua: confert ranulę, & ceratum factum ex eo, & propriè ex rubeo, confert herpeti esthiomeno in ore, & nare, & vlceribus eorum. *Membra oculi.* Alcolcotar propriè, & reliqua: communiter conferunt duritiei palpebrarum, & asperitati earum. *Membra anhelitus & pectoris*. Desiccat pulmonem, ita quòd fortasse interficit. *Venena*. In ipso est virtus venenosa desiccans pulmonem.

De [a] [*Arsenico.*] Cap. 49.

Arsenicum *(i. aurum pigmentum)* quid est? Aliud est album, & aliud citrinum, & aliud est rubeum. *Electio.* Melius ex rubeo est [b] [rubeum imbibitũ rubedine habens albaras] quod est aptũ teri, & suo odore similatur odori sulphuris. & melius ex citrino est quod est puluerizabile. Armenum, aureum, laminosum subtile quasi ipsum esset talk critinũ. Calidum est in tertio, siccum in secundo. *Operationes & proprietates.* Omnia sunt putrefactiua: mordicatiua. Et quod ex

e B. atramentũ rubeum puluerizatum.
† alkabrusi.
† alkabrusi.
f B. concauitates uel aufract⁹ plurimos. Alia litera. lineas plurimas mali gustus.
† bothor.
g B. alia litera. confert herysipile, & apostematib ambulatiuis
† sahafat.
h B duritiem ipsarum, seu duritiem in orificijs ipsarum.
i B. nominatum alsuri.
a B. zarnich.
b B. illud quod habet fortem rubedinem almebatas i. pmistã cum aliqua albedine.

eo rubeum est: melius est [e] [quàm alcalcodicõ.] *Decoratio.* Abradit pilos, & est cum gumma pini conueniens alopeciæ. *Vulnera & ulcera.* Fit ex eo emplastrum cum adipe super vulnera. *Apostemata & † pustulæ*. Cum adipe & oleo confert scabiei, & † vlceribus capitis manantibus, & putredini, & abstergit, & adurit cutem, & permiscetur cum myrrha ad pediculos, & vestigia sãguinis. & cum pice uestigijs vnguis. & quandoque administratur cum oleo ad pediculos. *Membra capitis*. Ceratum factum ex eo confert, & propriè ex rubeo, herpeti esthiomeno in ore, & [d] [aure] & vlceribus eorum. *Membra anhelitus & pectoris.* Datur ad potãdum [e] [inflatis cum aumeli, & hydromelle, & assumitur] cum gumma pini, ad tussim antiquam, & sputum saniei [f] [& sanguinis.] & quãdoque ponitur in pilulis, quę sunt ad asthma. *Membra expulsionis*. Commiscetur cũ oleo rosaceo ad † pustulas, & hęmorrhoidas in ano. *Venena*. Quod ex eo sublimatum est, interficit, & album ex eo interficit.

De [a] [*Aristolochia.*] Cap. 50.

Aristolochia quid est. Inquit Dioscorides. Ex ea quædam est rotunda, & quædã longa, & quædam est similis palmiti uitis [b] [rotunda, quæ dicitur fœmina. & est etiam ex longa & rotunda, & est fœmina, cuius folia sunt similia folijs plãtæ, quę dicitur fusos] quæ est maneries uolubilis, & est boni odoris cũ acuitate, & ad rotunditatẽ declinans, tenera: habens ramos plurimos ex una radice longos. & inter florẽ eius est quidã rubeum fœtidi odoris, pileatam habens formã: longę verò, & est masculus, folia sunt lõgiora, & vnusquisque thyrsus habet lõgitudinem vnius palmi: purpureũ habens florem fętidum, super quem apparet simile quid flori [c] [porri] et radix eius in lõgitudine unius palmi, et grossitudinem digiti habens, et eius quæ uitis palmiti similis est lõgę, thyrsi sunt parui, et folia sunt sicut folia semperuiuæ, et eius flos est sicut flos rutæ, et ipsius radix est superfluæ longitudinis, grossum habens corticem, quo uenditores medicinarum utuntur in [d] [creationis] oleorum. *Natura*. Omnes species eius sunt calidæ ad tertium peruenientes, siccæ in secundo. *Operationes & proprietates*. Est abstersiua, aperitiua, subtiliatiua, attenuatiua, attractiua, extrahit spinas, et surculos, et longa est [e] [dignior in nascentijs, et ulceribus] quoniam est magis abstersiua et calidior: sed in reliquis operationibus, rotũda, quoniam est fortioris apertionis, et subtiliationis: et uirtus longę similis est uirtuti rotundæ in calefactione: immò forsitan superfluit ei, nisi in subtiliatione. Rotũda. n. est subtilior, et propter hoc sedat dolores uẽtositatem fortius, et tertia est debilior ex eis. *Decoratio*. Confert † uitiligini, et abstergit dentes, et confert sordib. eorũ, et propriè rotunda, et clarificat colorem. *Vulnera, & ulcera.* Est mundificatiua ulcerum sordidorũ, et malignorum; et confert excoriationi, et generat carnem, et propriè longa, et prohibet fraudem ulcerum putridorum profundorum, et quando est cum ireos, replet ea carne. *Instrumenta iuncturarum.* Confert cõtritioni lacertorũ, et est conueniens epithema super podagram, et propriè rotunda, et ipsam quidem bibit habens podagram, et iuuatur ab ea. *Membra capitis*. Mun-

e B. in achalch dicun.
† bothor.
† saphati humidæ.
d B. naso.
e B. habentibus saniẽ in pectore cum aumeli, aut hydromele, & degiutitur.
f — B.
† bothor.
a B. zaraued.
b B. & est etiam ex longa & rotunda, quæ dicitur fœmina, cuius folia sunt similia folijs plátæ quæ dicitur chasus, seu tasus.
c B. pirorum. Alia litera. alisus.
d B. cõfectione.
e B. cõueniẽtior cũ eis q̃ faciũt nasci carnem in ulceribus.
† morpheæ.

Mundificat sordes auris,& confortat auditum quando ponitur in ipsa cum melle,& prohibet saniem [f] [si generatur]in ea.& quando administratur cum pipere, mundificat superfluitates cerebri:& ipsa confert epilepsiæ,& constringit gingiuam. *Membra anhelitus & pectoris*. Est bona asthmati,& propriè rotunda,& mundificat pectus,& pulmonem,& confert dolori lateris bibita cum aqua, & rotunda in omnibus illis est fortior. *Membra nutrimenti*. Bona est singultui,& similiter spleni cum oxymelle:& quandoque linitur super splenem cum aceto, & confert etiã valde, & rotunda in omnibus illis est fortior. *Membra expulsionis*. Quãdo sumitur ex ea aureus & teritur,& bibitur,soluendo educit humores phlegmaticos, & cholericos, & confert stomacho, & quando bibuntur longa [g] [&]rotunda cum myrrha, & pipere, purgant superfluitates matricis parturientium,& prouocat menstrua, & extrahit fœtum. *Febres*. Est bona rigori. *Venena*. Confert puncturæ scorpionis,& propriè lõga. Quidam autem dixerunt, quòd quando ex longa bibuntur. ℥.ij.cum vino,aut emplastrum fit ex ea,cõfert pũcturæ vermium venenosorũ, & venenis. *Permutatio*. Loco rotundæ ponitur pondus æquale † zedoariæ, & tertia põderis de macis,& medietas sui ponderis de costo. & loco longę ponitur pondus æquale†zedoariç,& medietas ponderis sui de pipere.

f B.generari.
g B.aut.
† zurumbet.
† zurumbet.

De [a] [*Alcanna.*] *Cap.* 51.

a B. hana.

Alcanna *(idest, ligustrum)* quid est? *Natura*. Frigida est in primo, sicca in secundo. *Operationes & proprietates*. In ipsa est resolutio,& stypticitas, & exsiccatio sine nocumento,& est resolutiua, & carminatiua, & aperitiua orificiorum venarum. Et eius oleum habet uirtutem calefactiuã & lenitiuam. *Apostemata & † pustulæ*. Eius decoctio confert apostematibus calidis, & phlegmaticis propter suam exsiccationem,& apostematibus inguinum. *Vulnera & vlcera*. Eius decoctio confert adustioni ignis embrochata: & dicitur quòd efficit in vulneribus operationem sanguinis draconis:& super fracturam ossium sola cũ cerato. *Instrumenta iuncturarum*. Eius [b] [supremũ] confert doloribus neruorum, & ingreditur in emplastris paralysis,& tetani:& ipsius oleum resoluit lassitudinem,& lenit neruos, & confert fracturæ ossium: *Membra capitis*. Linitur cum aceto supra frontem ad soda,& similiter etiam confert vlceribus oris. *Membra anhelitus & pectoris*. Conueniens est pleuresi,& ingreditur in emplastris squinantię. *Membra expulsionis*. Conueniens est doloribus matricis.

† bothor.
b B. flos.

De [a] [*Amomo.*] *Cap.* 52.

a B. hamama.

Amomum quid est? Est arbor sicut botrus ligni sicut rete inuoluti,& habet florem similem [b][hæmatiti]in colore, & eius folia sunt sicut folia vitis albæ;quorum color est sicut aurum, & color ligni eius est sicut hiacynthi, boni odoris. Et est eius species viridis & grossa nascens in locis humidis:& eius odor est sicut odor rutæ. Et est species Ægyptiaca,quæ non est longa, neque lata,neque debilis,neque grauis ad frãgendum,immò [vuealis] & eius odor exuberat super transitum viæ. *Electio*. Melius est primum, aureum,recens,Armenum,amarum,boni odoris,& secundum quod habet viride lignum, est malum, debilis odoris,nascens in locis humefactiuis & petrosis,& illo melius est tertium illud quod est recens declinans ad albedinem & rubedinem,& spissum planum,extensum absq; tortuositate, solidum,mordicatiuum,acutum: puluerizabile verò alienetur, & eligatur illud cuius virgulta sunt ex radice vna, nec sit adulteratum. Inquit Diosc.ex eo est melius album:aut ad rubedinem declinans,plenum semine, sicut botrus:grauis odoris,absque fœtore, unius coloris,non diuersum, mordicans linguam, in quo non est [d][contractio.] *Natura*. Calidũ est & siccũ in scdo. *Operationes & proprietates*. Subtiliat & maturat,& ĩ ipso est stypticitas,& virtus q̃ est sicut uirtus acori:imò est vehementioris digestionis & maturationis: sed acorus est vehemẽtius exsiccatiuus quã ipsũ. *Apostemata & † pustulæ*. Maturat apostemata calida. *Instrumenta iuncturarum*. Eius decoctio bibitur ad podagram,& sedetur in ea etiam ad illud. *Membra capitis*. Grauat caput,& facit soda,& facit somnum. Et quidã dixerunt,quod quando ex eo linitur frons,remouet soda,& est ex inebriantibus, dormire facientibus. *Membra oculi*. Fit embrocha ex decoctione eius ophthalmiæ calidæ. *Membra anhelitus & pectoris*. Confert pleuresi frigidę. *Membra nutrimenti*. Aperit oppilatiões hepatis, & bibitur eius decoctio ad ægritudines hepatis,& est pluris digestionis quam acorus. *Membra expulsionis*. Facit eis prouocationem: & confert doloribus matricis,& intrat in pessarijs matricis: & sedetur in decoctione eius ad dolorem renum, & bibitur ex eo ad dolores matricis omnes. *Venena*. Emplastrum factum ex eo cũ† ocymo latiore valet puncturæ scorpionis.

b B.folio indo.
c B.racemo vuę similis.
d B putredo, q̃ dicitur techeregi,seu altechere gi.
† bothor.
† bedarungi.

De [a] [*Assa.*] *Cap.* 53.

a B.halcit.

Assa *(idest,laser)* quid est? Duarum est specierum;quarum una est fœtida, & alia est odorifera non fortem habens odorem:sed calidior est fœtida: [b] [& est herba vehementis igneitatis in se tota.]Et plurimum quidem huius speciei est [c] [Carmense,& est gumma † almaroth.] *Natura*. Est calida in principio quarti,sicca in secundo. *Operationes & proprietates*. Frangit ventositates, & effugat eas propter suam resolutionem, & est cum hoc inflatiua,& incidit,& resoluit sanguinem congelatum in ventre. *Decoratio*. Confert alopeciæ illinita cum aceto & pipere. Et quãdo administratur in cibarijs facit bonum colorẽ, & abscindit verrucas,quæ sunt vt claui. *Apostemata & † pustulæ*. Quum [d] [inciduntur rectè]apostemata fraudulenta mortificantia membrum; & ponitur assa super ea, confert, & est bona in cura dubellet apparentium & occultarum. *Vulnera & ulcera*. Confert impetigini. *Instrumenta iuncturarum*. Quando bibitur cum aqua granatorũ confert contritioni lacertorum, & confert doloribus [e] † [ ]neruorum,sicut tetano,& paralysi; si accipiatur ex ea [f] [cumulus] & misceatur cum cera secũdum quòd dicitur, & deglutiatur:aut si bibatur cũ vino,& pipere,& ruta.

b B.& est vehementior duarũ specierum,& est ignea.
c B. chiruani.i. ex regione chiruan, & est gummi almharuc.
† ferulæ cuiusdam.
† bothor.
d B.scarificãtur
e † B.i. passionibus.
f B.obolus.

ta. *Membra capitis.* Implentur [g] [ea molæ motę] & permiſcetur cum thure,& ponitur ſuper dētem,& efficit operationem pęonię in epilepſia. Et cum ex ea fit gargariſmus,eradicat ſanguiſugam gutturi annexā. *Membra oculi.* Eſt bona initio aquæ [h] [† collyrio] facto ex ea cum melle. *Membra anhelitus & pectoris.* Quum diſſoluitur in aqua,& fit ex ea gargariſmus & ſorbetur,clarificat vocem ſtatim. Et confert aſperitati gutturis antiquę,& ſi ſorbeatur cum ouis, confert tuſſi antiquæ,& pleureſi frigidæ, & efficit operationem [i] [fœnugręci in apoſtemate vuluæ.] *Membra nutrimenti.* Si adminiſtratur cum ficubus ſiccis, confert icteritiæ: & ipſa quidem eſt ex eis, quæ nocent ſtomacho & hepati. *Membra expulſionis.* Confert hæmorrhoidibus, & in coitu fortitudinem prębet,& prouocat menſtrua,& vrinam,& confert dolori ventris pungitiuo, & vlceribus inteſtinorum. Et [k] [Gal.]quidem exiſtimauit in ipſa eſſe virtutem ſolutiuam parūper cum ſtypticitate ſua: ſed ſcitū eſt apud omnes, ꝙ ipſa confert ſolutioni antiquę frigidæ. *Febres.* Eſt bona [l] † [ ] febri quartanæ. *Venena.* Ponitur ſuper morſuram canis rabioſi,& vermium venenoſorum:& propriè ſcorpionis, & rutelæ,& confert omnibus illis bibita, & linita cum oleo,& expellit nocumentū ſagittæ venenoſe. [m] [*Permutatio.* Loco fœtidæ æquale pōdus ipſius de odorifera ponitur,& pondus ſemis de ſerapino:& tantundem de maroth:& medietas ponderis eius de gumma rutæ.]

g 1. ex ea dētes molares corroſi
h B. alcohol. † alcoſol.
i 1. Alia litera, elhaſech in apoſtematib. uueæ.
k B. Paulus.
l † 1. valde.
m —— B.

De [a] [Acetoſa.] Cap. 54.

Acetoſa *(ideſt, lapathum)* quid eſt? Alia eſt domeſtica:& alia eſt ſylueſtris. Et ſylueſtris quidē dicitur † beta ſylueſtris: & non eſt in ſylueſtri etiam ſicut dicunt acetoſitas: immò forſitā eſt in quadam ex ea acetoſitas:& ſylueſtris eſt fortior in omni ore. *Natura.* [b] [Frigida eſt in primo] ſicca in ſecundo. Et eius ſemen frigidū eſt in primo,ſiccum in ſecundo. *Operationes & proprietates.* In ipſa eſt ſtypticitas:& in inſipida ex ea eſt reſolutio parua:& acetoſum eſt magis ſtypticum, & illa, quæ non eſt vehementis [c] [rubedinis,] plus nutrit:& hęc quidem eſt ſimilis endiuię:& omnis ſuperat choleram, & eius humor eſt laudabilis. *Decoratio.* Radix eius cum aceto cōfert ſcabiei vlceroſæ,& excoriationi vnguis, & quando coquitur cum vino,confert emplaſtrū eius † leprę,& impetigini. *Apoſtemata & † puſtulæ.* Ex ea fit emplaſtrum ſcrophulis,ita quòd dicitur, quòd ſi eius radix ſuſpendatur in collo habentis ſcrophulas, iuuetur ea. *Vulnera & ulcera.* Eius radix cum aceto confert ſcabiei vlceroſę, & impetigini. & eius decoctio cum aqua calida,pruritui.& ſimiliter ipſamet in balneo eſt vltima. *Membra capitis.* Colluitur os cum ſucco eius ad dentem doloroſum, & ſimiliter cū decoctione eius in vino, & confert apoſtematib. quę ſunt ſub auribus. *Membra nutrimenti.* Confert icteritiæ nigræ cum vino,& ſedat nauſeam: & comeditur propter deſiderium luti. *Membra expulſionis.* Ipſa & ſemen eius ſtringunt,& proprie eius quæ ex ea magna eſt: & dicitur quidem ꝙ in eius folijs eſt lenitas quędam,& in ſemine ipſius eſt conſtrictio. Et dixerunt quidam, quòd in ſemine acetoſę non frixo eſt lubricitas & lenificatio, & radix eius trita confert fluxui matricis:& frangit lapidem in renibus,quando bibitur in vino,et viſcoſitas,quæ eſt in ipſa, confert raſuræ inteſtinorum, quæ accidit ex ſiccitate [d] [ſuperfluitatis] ipſa enim cum iuuamento, quod confert raſuræ,lubrificat. *Venena.* Cōfert puncturæ ſcorpionis,& propriè ſylueſtris, & ſi adminiſtretur ſemen eius ante puncturā ſcorpionis,non nocebit eius punctura.

a B. hamad.
† ſicla.
b 1. Eſt frigida.
c 1. acetoſitatis.
† albaras. † bothor.
d B. ſæcis.

De [a] [Aſino.] Cap. 55.

Aſinus. *Decoratio.* Cinis carnis aſini & hepatis eius cum oleo ualet ſuperpoſitus fiſſuris frigoris. *Apoſtemata † & puſtulæ.* Cinis hepatis aſini cum oleo valet ſuper ſcrophulas, *Vulnera & ulcera.* Sanat lepram. *Inſtrumenta iuncturarum.* [b] [Contracti]ex ſiccitate ſedeant in iure carnis,& fit iuuamentum, & etiam caro eius eſt iuuatiua. *Membra capitis.* Hepar eius aſſatum, & a ieiuno comeſtum confert epilepſię,& ſimiliter eius vngula aduſta: & ſit eius potio omni die duo cochlearia. *Membra expulſionis.* Dicitur ꝙ eius vrina confert dolori renum, & vrina ſylueſtris frangit lapidem in veſica, ſecundum ꝙ dicit Gal.

a B. homar.
† bothor.
b 1. Paticie alcuzezi.

De [a] [apio.] Cap. 56.

Apium aliud eſt montanum, & aliud ſylueſtre,& aliud domeſticum; & aliud eſt quod oritur in aqua [b] † [ ] maius domeſtico: cuius virtus eſt ſicut virtus domeſtici. Et eius ſpecies eſt alia,quæ nominatur ſumurion maius domeſtico, habens crus concauum,ad albedinem decliue,et diuerſificantur etiam in regionibus. Eius enim aliud eſt Romanū, et aliud eſt aliud:& neque eſt omne montanum petroſelinum: immò illud eſt petroſum. *Electio.* Fortius eſt Romanum montanum. *Natura.* Eſt calidum in primo,& ſiccum in ſecundo. Rufus verò dixit, ꝙ domeſticum eſt humidum, veruntamen radix eius eſt ſicca cum conuenientia. *Operationes & proprietates.* Eſt reſolutiuum inflationis: aperitiuum oppilationis,faciens ſudare,ſedatiuum dolorum, et ſylueſtre eſt impediens vlceratiuum: et quod ex eo nutritum eſt, eſt magis conueniens calefactis. *Decoratio.* Sylueſtre confert habenti alopeciam,et fiſſuris vnguis,et verrucis, et fiſſuris frigoris,et domeſticum oris odorem efficit bonū valde. Apoſtemata et † puſtulæ. Reſoluit phlegmatica in principo, et dura, et calida propriè quod nominatur ſumuriō. *Vulnera & ulcera.* Sylueſtre vlcerat quando ex eo fit emplaſtrum, et ſimiliter confert ſcabiei, et impetigini, et vulneribus vſquè ad ſigillationem, et propriè ſumurion. *Inſtrumenta iuncturarum.* Sumurion conuenientes ſunt omnes partes eius ſciaticę. *Membra capitis.* Eſt malum epilepſiæ, excitans epilepſiam epilepticorum. Et dicitur quòd ſi ſuſpenditur radix eius in collo,confert dolori dentis: veruntamen frangit ipſum. *Membra oculi.* Apiū domeſticum ingreditur in emplaſtris dolorū oculi. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert tuſſi,et propriè ſumurion,et aſthmati,et ſtricturę anhelitus,et difficultati eius. Et apium quidem

a B. chereſeſi uel chareſi.
b † B. & in loco aquæ propinquo. Et illud quod oritur in ipſa aqua eſt.
† bothor.

eſt

est ex emplastris apostematum mammillę calidorum. *Membra nutrimenti*. Confert hepati, & spleni, mouet eructuationem, propter resolutionem suam, & non est uelocis digestionis, & descensionis: & in semine quidem apij est aliquid quod facit nauseam, & vomitum, nisi assetur. Quidam autem dixerunt, quòd omnes species eius conferunt stomacho. Et Rufus dixit, non, immò quandoque trahit ad ipsum humiditates malas acutas, & crudum de eo in stomacho prolongatur, & facit nauseam, ueruntamē Romanum stomacho melius est. & Gal. quidē dixit, quòd ipsum est ex eis, quæ conueniens est comedere cum lactuca. Ipsum enim temperat frigiditatem lactucę, & conueniens est, ut eius exceptio sit post cibum, & semen eius confert hydropisi, & mundificat hepar, & calefacit ipsum. *Membra expulsionis*. Prouocat urinam & mēstrua. & est malum prægnantibus, & purgat renes & vesicam, & matricem, & omnes species eius, & partes ipsius conferunt. Et semen eius & folia non soluunt: sed in radice eius est solutio, & montanum frangit lapidem, & apium quidē confert difficultati vrinæ, & extrahit secundinam propriè sumurion, & replet humiditate a [acri] matricem, quum comestio eius est in cōsuetudine. Quidam autem dixerunt, apium excitat coitum ita, donec dixerunt, oportet vt ab lactans prohibeatur ab acceptione eius, vt non corrumpatur lac eius, propter excitationē desiderij coitus. Et Romanum quidem est bonum colon, & uesicæ, & renibus. *Venena*. Eius decoctione cum lentibus fit vomitus post potum veneni, & sumurion est ex eis magis conueniens. Et quum scorpio pungit comedentē ipsum, fortior fit res propter id.

a B. acuta.

ANNOTATIONES.

De apio sibi ipsi uidetur aduersari, quū hic semen illius nauseam mouere asserat. lib. autem 1. ijs qui iter in mare agunt, apij semen prohibendę, & sistendę nauseæ, ac uomitui proponat.

Fen 3. doct. 6. cap. 8.

De a [Azulo.] Cap. 57.

a B. lazuard seu laziuard.

AZul, (i. lapis cerulus) quid est? Virtus eius est sicut uirtus eius quo adhæret aurum. b † [ ] *Natura*. Est calidum in secundo, siccum in tertio. *Operationes & proprietates*. Inest ei uirtus eradicatiua, putrefactiua, & abstersio eius cum acuitate, & stypticitate pauca, & in ipso est adustio, & ulceratio. *Decoratio*. Deijcit uerrucas. *Membra oculi*. Bonos efficit pilos palpebrarum, & c [prolongat] eos, & est vltimum sicut dicitur in illo propter proprietatem, quę est in ipso. Et dicitur præterea φ ipsum euacuat humores malos prohibentes oriri pilos bene. *Membra anhelitus & pectoris*. Cōfert asthmati *Membra expulsionis*. Prouocat mēstrua sufficienter bibitum, & in matrice suppositum, & solutione educit melancholiam, & quicquid sanguini est commistum in quo est grossitudo, & confert dolori renum, & eius potio est vsque ad iiij. d [kermet:] & vsque ad † ʒ. ij. e [& mediam] per mistum medicinis.

b † B. & debilior eo parsper

c B. multiplicat.

d B. chermet.

† Aliàs ʒ. j. per mistum medicinis.

e —— B.

De a [amygdalis.] Cap. 58.

a B. lauzi.

Amygdalæ quid sunt? Notę sunt. Eorum vnctuositas minor est vnctuositate nucis: quum tamen in eis sit vnctuositas plurima, cuius causa rancidantur. Nux verò velocioris est digestionis quam ipsæ, & velocioris conuersionis ad choleram, & gumma quidem eius, quę dulcis est, secundum quod quidam existimāt, est proxima dispositionib. gummi arabici. *Natura*. Quę dulcis est, ęqualis est ad humiditatem parum declinans. Et amara est sicca in secundo. *Operationes & proprietates*. Gummi amygdalæ amarę constringit, & calefacit, & in omnibus specieb. amygdalæ est mundificatio, & abstersio, & apertio: sed dulcis est plurimum debilior quā amara in apertione sua: quoniam est subtiliatiua, abstersiua. & est per accidens inflatiua, & dicitur quòd in ipsa omnino non est stypticitas, & eius nutrimentum est paruum b [sed] proprietas amarę est c [quòd ipsa non stringit omnino,] & quod ipsa interficit vulpem, & amara est medicina absque nutrimento. Dulcis verò bonum prębet nutrimentum, licet paruum. Et oleum quidem amygdalarum leuius est corpore ipsius. *Decoratio*. Amara confert posita super pannum, & lentigines, & cicatrices, & percussiones, & applanat cōtractionem faciei. Et quū radix amarę coquitur, & linitur super pannū. est medicina fortis: & comedere amygdalas dulces impinguat. *Apostemata & † pustulæ*. Amara cum vino est bona ad † epinyctidas. *Vulnera & ulcera*. Liniuntur cum melle super ambulatiua, & formicam, et cum aceto et vino super impetiginem. Et amara est magis ultima in omnibus illis. *Membra capitis*. Sunt bonę valde dolori auris, et sonitui in ea, & propriè oleum amarę, et contrita cum sua dispositione, et quum caput abluitur cum eis, et cum vino purgat humiditatem et furfures, et faciunt somnum. Et quum amygdalę amarę bibuntur ante uinum. prohibent ebrietatem, et propriè 50. numero. d [Et arbor] quidem amygdalarum amararum, quando optimè teritur, et permiscetur cum aceto et oleo ros. et fit inde emplastrum fronti: confert soda, et similiter oleum amygdalarum amararum confert ei. *Membra oculi*. Confortat uisum. *Membra anhelitus & pectoris*. Amygdalę amarę cum amylo tritici sunt bonæ sputo sanguinis, et conferunt tussi antiquę, et asthmati, et pleuresi, et propriè oleum amygdalarum dulcium. Et † succus de amygdalis confert tussi, et sputo sanguinis. *Membra nutrimenti*. Aperiunt oppilationes hepatis, et splenis, et propriè amarę. Ipsę nanque aperiunt oppilationes accidentes in extremitatibus venarum, et quum comeduntur recentes cum corticib. mundificāt humectationem stomachi, et sunt difficilis digestionis, et boni humoris, et pauci nutrimenti. Et quando comeduntur cum zuccaro, descendunt uelociter, et earum † succus est grauis commouens choleram sua dulcedine. *Membra expulsionis*. Quę amarę sunt, aperiunt oppilationes renum, et oleum amararum mundificat renes et uesicam, et frangit lapidē, et propriè cum ireos bibitum, et quandoque confert facto emplastro cum eo, & oleo rosacco.

b B. &

c —— B.

† bothor.

† esseræ.

d B. Alia litera. Et radix arboris

† sauich.

† sauich.

ceo. Et confert doloribus matricis, & apostema tibus eius calidis, & duritiebus eius, & præfocationi ipsius, & difficultati urinæ, & dolori renum, & supponitur, & prouocat menstrua, dulces conferunt colicę propter suam abstersionem, & amaræ sunt magis iuuatiuæ, & earum oleum est leuius corpore earum. *Venena*. Conferunt morsui canis rabiosi.

ANNOTATIONES.

Amygdalas amaras in secundo siccitatis ordine reponit, nihil de primis qualitatibus agens. At Auer. 5. coll. siccas eas ferè in primo, & calidas in secundo ordine facit.

a B. ma.

De [a] [*Aqua*.] *Cap.* 59.

AQua. *Electio*. Aquas bonas & laudabiles iam dixi in primo lib. Illic igitur sciantur. Malæ autem aquę sunt stantes: & quę sunt in lacunis: & super quas dominatur sapor extraneus, & odor extraneus, & conturbatę, spissę, grauis ponderis, & quæ cito in lapidem conuertuntur: & super quas natat [b] [spuma alba mala.] Et in quarum supremo [c] [congelatur] res extranea mala. Et scias quòd nitrositatis nocumēto in aquis succurritur cum lacte, & vino grosso, & amylo, [d] [& melius est cum uino subtili odorifero, & antiquo crudo, & cucumeribus immaturis & oleribus solutiuis,] & cum prouocatiuis. aquas verò grossas conturbatas rectificant subtiliatiua, sicut allium, cepę, porri, & bibere vinum post eas remouet malitiam earum, & propriè permixtum eis. Et aqua quidem aspera non est nisi aut grossa: aut acuta abstersiua, & dicitur quandoque aqua aspera illa, quę vehementer mundificat illum, qui ea abluitur. amaram autem rectificant dulcia, & aquam salsam rectificant xylocaractæ [e] [Syrę,] & grana myrti, & poma quæ dicuntur zaror, & lutum [f] [calidum] & sauich, & aquas malas uniuersaliter rectificat acetum. *Natura*. Aqua maris est [g] [acris] calida: aqua nitrosa est calefactiua, exsiccatiua: aqua ęnea & ferrea conferunt visceribus. *Operationes & proprietates*. Aqua frigida, nocet habentibus oppilationes: verum ipsa confert habentibus raritatem, & cursum; quicunque cursus fuerit, & ex quocunque membro fuerit, & eis qui habent ęgritudines causa eius, & confortat omnes virtutes in operationibus suis, quando [h] [sunt] cum æqualitate scilicet digestiuā, attractiuam, retentiuam, & expulsiuam. *Decoratio*. Aqua marina confert fissuris accidentibus ex frigore antequam vlcerentur, & necat pediculos, & resoluit sanguinem congelatum sub cute. Et aquę sulphureæ sunt bonæ † vitiligini & lepræ. *Apostemata & † pustulæ*. Aquæ sulphureę conferunt apostematibus iuncturarum, & duritijs, & verrucis pendētibus. *Vulnera & ulcera*. Aqua dulcis ad bibendum est mala vlceribus, propterea quòd humectat, & est diuersa ei, quod cōuenit regimini vlcerum. Aquę marinę vsus confert prurituі, & scabiei, & impetigini, & aquæ sulphureæ etiam sunt bonę impetigini, & scabiei, si ex eis fiat balneatio, & similiter † ulceribus capitis manantibus. *Instrumenta iuncturarum*. Aqua marina & similes, conferunt ægritudinib. neruorum, & propriè quando balneatio fit cū eis, sicut tremor, & paralysis, & stupor, & similes, & aquę sulphureæ etiam similiter, & conferunt omnibus doloribus iuncturarum, & neruorum frigidis. *Membra capitis*. Epileptici iuuantur ab aqua tepida, & læduntur ab aqua calida. Vapor autem marinæ, confert [i] [epilepsiæ.] Et aqua ęrea cōfert ori & auri. *Membra oculi*. Aqua asphalti est mala oculo. *Membra anhelitus & pectoris*. Aqua frigida valde est mala pectori, quamuis aqua est nociua cannę pulmonis, propter humectationem, quę est in ipsa, quum ipsa indigeat exsiccatione. Aqua tepida, est bona apostematibus gutturis, & vucę, & pectoris. Ex aqua marina fit embroca apostematibus mammillę. Aqua nitrosa quandoque confert pulmoni. Aqua aluminosa confert sputo sanguinis. Aqua ferri confert spleni, & stomacho. & aqua ęrea proxima est illi. *Membra nutrimenti*. Aqua frigida valde, propriè nocet habentibus oppilationes. Aqua marina & similes malę sunt stomacho. Vapor aquę marinæ confert hydropisi. [k] [Aqua nitrosa] quandoq; confert propter nitrositatem stomacho humido. Aqua aluminosa confert vomitui, & prohibet ipsum, & similiter aquę thermarū stypticę. Aquę sulphureę conferunt apostematibus splenis, & doloribus eius, & similiter hepatis. *Membra expulsionis*. Ex aqua marina fit clystere ad dolorem pungitiuum ventris, & quandoque bibitur, & soluit. deinde post ipsam bibitur ius gallinę, & sedatur mordicatio eius. Aqua aluminosa prohibet abortum, & fluxum sanguinis menstrui. Aquę sulphureæ cōferunt doloribus matricis. Aqua frigida valde mala est coitui, & stringit ventrē, & sedat motum spermatis, & eius cursum. Aqua salsa soluit: deinde stringit exsiccatiōe sua. Et omnes aquę minerales faciunt vrinę difficultatem, & parturiendi, & mēstruorum, & plurimum earum soluit & exsiccat. Et quędam earum sicut aluminosa, stringit. Et quandoque faciunt euenire colicam etiam. Aquę verò ferreę & ęreę sunt bonę renibus, & colicę. Et aquę turbatę faciunt euenire lapidem in renibus, & vesica. Et aqua quidem in qua extinguitur ferrum, confert sputo sanguinis. *Febres*. Aquę sulphureę, & lutosę [l] [& turbidę, & foetidę] faciunt accidere febres, & grossæ faciunt euenire quartanas. *Venena*. Ad morsum uiperæ sedetur in aqua marina, & iuuatur ab ea: & similiter fit in reliquis vermibus perniciosis.

b B uelamē malū, seu res mala in modū panniculi tegentis ipsas.
c B. Alia litera. defertur.
d B. Et aluminosarum aquarum nocumēto succurritur cum uino subtili odorifero, & cum algobera cruda, & cum citrulis crudis, & oleribus subtiliantibus.
e B. scemi.
f B. alhor.
g B. acuta.
h B. fuerit.
† morpheæ.
† bothor.
† sahafati.
i B. sodæ frigidæ.
k B. Potus aquæ nitrosæ.
l B. & stantes & mortuæ.
a B. nesafsegi, & nesa.
b B. fortificatio
c B. catarrhegi

De [a] [*Amylo*.] *Cap.* 60.

Amylum. *Natura*. Frigidum est & siccum in primo. *Operationes & proprietates*. In ipso sunt [b] [mundificatio] & lenificatio. Et oportet quidē vt una pars amyli coquatur cum triplo sui de aqua. *Decoratio*. Cum croco superpositum panno delet ipsum. *Vulnera & vlcera*. Consolidat ulcera & sanat ea. *Membra oculi* Prohibet cursum materierum ad oculum. *Membra anhelitus & pectoris*. Lenit pectus et sorbitio facta ex eo prohibet [c] [fluxum] a pectore. *Membra expulsionis*. Amylum solum, et cum lentibus stringit naturam, et prohibet fluxum cholerę.

a B. nanachua, seu nanachue.

De [a] [Ameos.] Cap. 61.

Ammi quid est? In ipso est amaritudo pauca, & acuitas. *Electio.* Magis iuuatiuum, quod est in ipso, est semen eius. *Natura.* Calidum est & siccum in tertio. *Operationes & proprietates.* Aperit oppilationes. Et in ipso est cum exsiccatione lenificatio. *Decoratio.* Eius potus & linimentum cum eo factum conuertunt colorem ad citrinitatem, & ponitur in medicinis, quę sunt ad † vitiliginem & lepram: & conficitur cum melle: & ponitur ex eo emplastrum super [b] [occultationem] sanguinis vbi est *Membra anhelitus et pectoris.* Confert saniei pectoris. *Membra nutrimenti.* Confert madefactioni stomachi, & sedat nauseam stomachi, et subuersionem animæ: & est bonum hepati, & stomacho frigidis. *Membra expulsionis.* Datur ad bibendum cum vino; et prouocat [& comeditur] et remouet difficultatem vrinę: & extrahit lapidem [d] [fractum.] Et vniuersaliter mundificat renes, & vesicam; & confert ventositatibus, et dolori ventris pungitiuo, et suffumigatur cum eo matrix cum gumma pini, et mundificat eam. *Febres.* Confert febribus antiquis. *Venena.* Decoctio ameos effunditur super mordicationem scorpionis, et sedat. Et bibitur ad puncturam vermium venenosorum.

† morpheam, & albaras.
b uestigium nigredinis.
c —— B.
d —— B.

ANNOTATIONES.

Ammi epotum, ac linimentum ex eo factum colore citrino inficere testatur. At lib. 3. ipsum in citrino & pallido colore emendando non mediocriter probat.

a B. attanithi, uel arcanitha.

De [a] [arthanita.] Cap. 62.

Artanita (.i. ciclamen) quid est? illud quod de eo administratur est radix eius, et est buchormariem. Et nos quidem in ipso locuti fuimus secundum verba Dios. quòd habet capita sicut capita ciceris, et folia eius sunt sicut folia caulis; & eius radix est nigra similis radici rapę; sed hæc species non est species, quę cognoscitur in nostro tempore. nam quæ nunc artanita cognoscitur, est spinę spissæ breues, quę habent radicem, qua lana lauatur. Et proprietates quas narrauimus sunt istæ. Et uidetur quòd sit error translatoris. *Operationes & proprietates.* Est incisiuum resolutiuum. *Instrumenta iuncturarum.* Est bonum doloribus iuncturarum, et vtriusque anchæ. *Membra capitis.* Facit sternutationem, et vehementer aperit constrictionem narium, et oppilationem colatorij. *Membra nutrimenti.* Cōfert singultui. *Membra expulsionis.* Eijcit fœtum. *Venena.* Eius decoctio ualet pūcturis venenosis: et similiter [b] [syrupus] eius. *Permutatio.* Loco eius ponitur in abortu, et in iuuamēto quod efficit, in uenenis pondus ęquale de aristolochia longa, et semine citri, et mentastro.

b B. potio.

a B. har. bar.

De [a] [ambra.] Cap. 63.

Ambra quid est? Ambra secundum quòd existimo, est manatio fontis in mari. Illud verò quod dicitur, quòd est de spuma maris, aut stercore animalis maris, longinquum est. *Electio.* Melior est [b] [grisia fortis] Asseleheti; deinde varia, post eam citrina: et deterior est nigra mala, & adulteratur cum gypso, & cera, & ladano, & [c] [almendeli] & eius species nigra mala multoties assumitur ex ventre piscis, qui eam comedit & moritur. *Natura.* Est calida & sicca. Et videtur q sit caliditas eius in secundo, & siccitas ipsius in primo. *Operationes & proprietates.* Confert decrepitis subtilitate suæ calefactionis. *Decoratio.* [d] [De almēdi est species, quæ lituris denigrat corpus, & conuenit ad consequendum principia delinitionis.] *Membra capitis.* Confert cerebro & sensibus. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert cordi.

b B. alsheb. fortis deinde.
c B ambri bona uel secundū aliam literam, & mixtura odorifera facta ex ambra, & musco, quę mixtura appellatur alned.
d B. Et almēdeli est species q si tangatur digitis denigrat eos & est conueniēs ad nigrefaciendum radices pilorum succeßiue exeuntes.

De [a] [Aranea.] Cap. 64.

Aranea [b] [*Apostemata & † pustulæ.* Tela eius stringit fluxum sanguinis] quando ponitur super vulnera. *Vulnera & ulcera.* Quando ponitur tela eius super vlcera, prohibet [c] [ea apostemari, & super vulnera. *Membra capitis.* quando coquitur aranea grossę telę alba cum oleo rosato, & distillatur in aurem, sedat dolorem eius. *Febres.* Dixerunt quidam, quod tela araneæ, quum miscetur quibusdam emplastris, et ponitur super frōtem & tempora, sanat febrem [d] [tertianam,] & existimauerunt quidam quòd tela speciei, [e] † [ ] cuius tela est spissa alba, quando [f] [stringitur] in cute eius, & suspenditur super collum, aut adiutorium, sanat febrem tertianam.

a B. hanchebut.
b B. Operationes, & proprietates. Tela eius abscindit fluxum sanguinis super fluum. Et similiter.
† borhor.
c B. ab eis fluxū sanguinis. Et similiter.
d B. quartanam
e † B. illius.
f B. ligatur.

De [a] [Argento.] Cap. 65.

a B. fada.

Argentum. *Natura.* Est infrigidatiuum, exsiccatiuum. *Operationes & proprietates.* Scoria eius est styptica valde, et in ipsa est attractio et exsiccatio. † t quando permiscetur [b] [confricatio] eius medicinis alijs, confert humiditatibus uiscosis. *Vulnera & ulcera.* Est bonum ualde scabiei, et prurituі. *Membra capitis.* [c]] Confricatio [eius confert fœtori oris, quum permiscetur permixtionibus alijs. *Membra anhelitus & pectoris.* [d] [Confricatio] eius cum commistionibus confert tremori cordis.

b B. limatura.
c B. limatura.
d B. limatura.

De [a] Aloe.] Cap. 66.

a B. sabar.

Aloes quid est? Est succus congelatus inter rubedinem, et citrinitatē existens Et eius aliud est succotrinū, aliud Arabicū, et aliud est semegenium. et dixerunt quidam, q planta eius est sicut planta enulæ, sed non est ita *Electio.* Illud qđ melius est, est succotrinum, cuius aqua est sicut aqua croci, et odor eius est sicut odor myrrhę, splendidus, frāgibilis, mundus a [b] [gypso] et. Arabicū est minus eo in citrinitate, et ponderositate, et in splendore. [c] [Et viscosum eius est illud quod durescit. Et alsemegenij est fœtidi odoris coopertū] paruę citrinitatis, cui non inest splēdor. Quumq. aloes antiquatur, fit nigrior. *Natura.* Est calidum [d] [usque ad tertiū] siccū in ipso, et dicitur q est calidum et siccum in tertio, sed non est ita. *Operationes et proprietates.* Virtus eius est styptica, exsiccatiua corporis [e] † [ ] faciens

b B. lapidibus.
c B. & est magis uiscosum eo q magis durū: & alsemegenium malū est fœtidi odoris. Alia litera. & malū ex eo est illud quod est durum. & alsemegeniū est fœtidi odoris.
d B in secundo
e † B. Alia litera impingatiua.

faciens somnum. Et Indus quidem plurimi est iuuamenti: est enim exsiccatiuus sine mordicatione: & in ipso est stypticitas parua. Et de paucitate mordicationis eius est, ꝙ ipse non mordicat vlcera [f] [mala] *Decoratio*. Cum melle super vestigia prrcussionis confert, & consolidat panaritium vlceratum. Et quum in vino ponitur super capillos cadentes, prohibet casum eorū. *Apostemata † & pustulæ*. Confert apostematib. ani, & testiculorum: & propriè apostematibus lacertorum, qui sunt ab vtroque latere linguę quum est cum melle, aut cum vino. *Vulnera et ulcera*. Est conueniens vlceribus difficilis consolidationis; & propriè in ano: & virga, & naso, & ore, & fistulis. *Instrumenta iuncturarum*. Confert dolorib. iuncturarum. *Membra capitis*. Mundificat superfluitates cholericas, quæ sunt in capite: & quando linitur super frontem cum oleo rosaceo, cōfert † dolori capitis & sanat eam, & confert vlceribus nasi & oris: & est ex medicinis conferētibus contusioni nasi & auris & apostematibus lacertorum, qui sunt in vtroq; lacertorum linguæ linitus cum uino & melle. Et in medicina antiqua aloes solutione educit choleram nigrā & confert melancholię. Et aloes quidem persicus acuit rationem, & acuit os stomachi. *Membra oculi*. Confert ulceribus oculi [g] † [ ] & apostematibus eius, & doloribus ipsius, et [h] [cursui] lachrymalis anguli, et exsiccat humiditatem eius. *Membra nutrimenti*. Mundificat superfluitates cholericas, & phlegmaticas, q̄ sunt in stomacho. Et quando bibūtur ex eo duo cochlearia cum aqua frigida, aut tepida, infringit [i] †. [ ] appetitum falsum et corruptum. Et est conueniens adustioni et inflammationi factis in vuea ex caliditate choleræ in stomacho; et quando assumuntur de eo in mane, et sero pilulæ permixtæ cum rectificātibus ipsum, soluunt ventrem, et non corrumpunt cibum. Et quandoque confert doloribus stomachi in die vna. Et aperit oppilationes hepatis; sed ipse lædit hepar. Et aufert ictericiam soluendo ipsam. *Membra expulsionis*. Aureus et s. de eo cū aqua calida soluunt: et tres aurei mundificant complete, et temperate, duo aurei cum aqua mellis educunt phlegmata, et choleram solutione. Et, quum ponitur in medicinis solutiuis, expellit nocumentum earum a stomacho. Et ipse est conuenientior solutiuis alijs stomacho. Et ille, qui est ablutus, debilioris est solutionis: sed est magis conferens stomacho. Et permixtio ipsius cum melle minuit uirtutem eius adeo vt forsitan non soluat attrahendo: sed extrahat quod ei obuiat, quum tamen virtus eius quod purū est, non penetret ad illa, quæ in corpore sunt longinqua; immò non pertranseat hepar. Et quando Arabicus in potu sumitur, cōturbat, et facit dolorem ventris pungitiuum, et soluit, et remanet virtus eius in tunicis stomachi in die uno, et duobus diebus. Dare autem aloem in potu in dieb. frigoris, est timorosum. Quandoque enim educit sanguinem solutione, qualiscunque sit aloes, et quicunque aloes. Et quandoque ponitur cum vino dulci super hemorrhoidas eminentes, et fissuras in ano, et abscindit sanguinem currentem ex eis, et sanat apostemata ani, et virgę linitus cum vino [k] † [ ] *Membra expulsionis*. Quando datur ad potandum in diebus frigoris, timetur, quòd faciat solutione exire sanguinem. *Permutatio*. Loco eius ponitur [l] [duplum ipsius] de lycio.

f B. recentia.
† bothor.
† soda.
g † B. & scabiei eius.
h B. adustioni. Alia litera. pruritui.
i † B. facit redire appetitū ablatū & rectificat.
K † B. & melle: Venena.
l B. tantundem.

ANNOTATIONES.

Aloen calidam esse dicit, et siccam secundo ordine. At Gal. 6. simpl. tertio gradu scribit exsiccare et primo intenso uel secundo remisse calefacere. Auer. uerò 5. Coll. primo ordine accedente ad secundum et calfacere, et exsiccare adnotauit. cap. 42.

De [a] [*arundine*.] *Cap.* 67.

a B. chasab.

Arundo. *Natura*. Est vehementis infrigidationis, & cinis eius est calidus. *Operationes et proprietates*. In radice eius est abstersio pauca sine acuitate: & in folijs ipsius etiam. *Decoratio*. Cortices ipsius, & radix eius conferunt alopeciæ: & cortices ipsius, & radix abstergunt sordes: & radix eius cum cepa syluestri extrahit carni infixa. *Apostemata et † pustulæ*. Ponuntur folia eius humida super erisypilam, & conferunt. *Instrumenta iuncturarum*. Sedat torsionem neruorum. *Membra capitis*. Lanugo, quæ est flos eius quādo cadit in aurem, facit euenire surditatem, quoniam inuiscatur & non egreditur. *Membra expulsionis*. Prouocat vrinam & mēstrua. *Venena*. Confert mordicationi scorpionis.

† bothor.

De [a] [*abrotano*.] *Cap.* 68.

a B. chaissum.

Abrotanum. *Natura*. Est calidum in primo, siccum in secundo. *Operationes & proprietates*. Est subtile amarum: & in ipso sunt terreitas & subtiliatio. Inquit Gal. flos eius est magis [b] [ad finē deueniens] quam absinthium, & in ipso est apertio. *Decoratio*. Illud quod est adustum confert alopeciæ propriè, & cum alkerua, aut oleo de raphano. Et abrotanum quidem confert ad hoc vt nascatur barba, quæ est tardę natiuitatis, quando decoquitur cum quibusdam oleis propter suam apertionem, & constringit [c] [sanguinem gingiuæ.] *Apostemata & † pustulę*. Resoluit apostemata phlegmatica. Et quando decoquitur cum cydonijs, confert apostematib. difficilis resolutionis. *Vulnera et ulcera*. Non est conueniens vlceribus recentibus, immò mordicat ea. *Instrumenta iuncturarum*. Eius decoctio confert contusioni neruorum, & sciaticæ antiquæ, & difficili. *Membra capitis*. Quando coquitur cum oleo, calefacit caput, & remouet frigiditatem eius. *Membra anhelitus & pectoris*. Eius decoctio cōfert difficultati anhelitus [d] [dilatationis. Et q̄d de eo melius est, est decoctio [e] [eius quod est in ipso superius.] *Membra nutrimenti*. Quando decoquitur cum oleo, calefacit stomachum, & remouet frigiditatem eius. *Membra expulsionis*. Prouocat menstrua & extrahit fœtum, & frangit lapidem vesicę, & renum, & oleum eius confert coarctationis matricis, & difficultati vrinæ. *Febres*. Confert rigori quando [f] [comprimendo ex eo cum oleo fit inunctio.] *Venena*. Quando

b B. efficax.
c B. gingiuam.
† bothor.
d B. qui dicitur anhelitus præparatus.
e B. floris eius.

Quando bibitur cum vino, confert venenis. Et quando sternitur, interficit vermes venenosos: immò fugat eos.

ANNOTATIONES.

Abrotonum calidum putat primi ordinis, & siccum secundi. Gale. 6. simpl. calidum & siccum esse in tertio gradu existimat, quod & Paul. lib. septimo. Auerr. uerò quinto Coll. in fine secundi calidum, & in tertio siccum facit.

Cap. 42.

De [a] [*arbor marię.*] *Cap.* 69.

a B. segiar mariem.

ARbor marię quid est? Est buchormarien: & iam dictum est de ea: & est trium specierū vna species eius est sine fructu, & duæ cum fructu. *Operationes & proprietates.* Confert coryzæ frigidæ. *Membra oculi.* Confert descensui aquæ in oculum.

De [*alumine.*] *Cap.* 70.

a B. seb.

Alumen quid est? Inquit Dios. species aluminis sunt plurimæ: sed illę, quæ ex eis in curam medicinæ ingrediuntur, sunt tres, scissum, humidum, & rotundum. Scissum verò est alumen Iameni: & est album, ad citrinitatem declinans, & stypticum, in quo est acetositas, & est quasi sit flos aluminis. Et inuenitur species petrosa, in qua non inuenitur stypticitas apud gustum. Et ipsum quidem non est de genere aluminis. *Natura.* Est calidum & siccum [b] [ad tertium.] *Operationes & proprietates.* In ipso est prohibitio & exsiccatio: & prohibet fluxum omnis sanguinis, & prohibet cursum superfluitatum & effusionem earum [c] [& eius stypticitas maior est stypticitate bedoar: & propriè corticis, & radicis eius: & similiter est fortius omni re.] *Decoratio.* Cum aqua [d] [interficit alcharad, & pediculos, & fœtorem oris.] *Vulnera & ulcera.* Cum fœce vini & tantundem aluminis [e] † [ ] desiccat vulnera difficilia, & herpetem esthiomenum; & cum simili pondere sui de salgemma [f] † [ ] corrosiuo: & adustioni ignis. *Membra capitis.* Eius decoctio confert quando ex eo colluitur os, dolori dentium.

b B. in secūdo.
c —— B.
d B. picis interficit alcharad, & pediculos, & al fuab seu alsebib i. est lentigines.
e † B. Alia litera. & tantundē gallarum.
f † B. confert ulceri.

De [a] [*anetho.*] *Cap.* 71.

a B. sebet.

Anethum. *Natura.* Eius calefactio est inter secundum & tertium; & eius exsiccatio inter primum & secundum; & quando aduritur, fit eius exsiccatio in secundo. *Operationes & proprietates.* Est maturatiuum frigidorum humorum: & sedatiuum dolorum, & carminatiuum ventositatum: & similiter eius oleum, & in ipso est lenificatio vltima: & eius complexio est propinqua maturatiuo aperitiuo [b] † [ ] et quod siccum est, vehementioris est resolutionis. *Apostemata & † pustulæ.* Est maturatiuum apostematum. *Vulnera, & ulcera.* Eius cinis confert vlceribus tremulis. *Instrumenta iuncturarum.* Oleum eius confert dolorib. neruorum, & similium. *Membra capitis.* Facit somnum propriè eius oleum, & eius succus cōfert dolori auris melancholico, & exsiccat humiditatem auris. *Membra oculi.* Assiduatio comestionis eius debilitat visum. *Membra anhelitus & pectoris.* Anethum & semen eius lac abundare facit; & propriè in sorbitionibus [c] [lenibus,] quę multiplicant lac. *Membra nutrimenti.* Confert singultui repletionis facto ex natatione cibi in stomacho. Inquit Gal. Et nocet stomacho, & in semine eius est vomitatio. *Membra expulsionis.* Confert dolori ventris pungitiuo, & intersecat sperma, quando fit clystere ex eo: aut sedere in ipso, & eius semen abscindit hæmorrhoidas [d] [ortas,] & eius cinis est bonus ano, & virgę, & testiculis.

b † B. Verū ipsum est magis calefaciens, & humidū est uehemētioris maturationis.
† bothor.
c —— B.
d B. eminentes.

ANNOTATIONES.

Anethum scribit calfacere inter secundum gradum & tertium: desiccare uerò inter primum & secundum, cui & Gal. et Paul. astipulantur lib. 7. At Auer. 5. Coll. calidum esse primi ordinis putat, & siccum in principio secundi, et fine tertij.

cap. 42.

De [a] [*adipe.*] *Cap.* 72.

a B. sahan.

ADeps. *Natura.* Adeps anatis est calidior, & siccior; deinde adeps castrati, & adeps castrati decrepiti est lenior. *Operationes, & proprietates.* Adeps anatis est subtilis valde, & est calidior adipe gallinæ, & adeps galli [b] † [ ] & adeps cerui sunt vehementis calefactionis, et adeps vaccæ est media inter adipem leoninam, & caprinam. Et adeps [c] [† lupi] est subtilis. Et adeps masculi in omnibus eis est fortior. Et adeps decrepiti est leuior. Et adeps caprina est magis styptica omnibus. Et adeps hircina est vehementioris resolutionis. *Decoratio.* Adeps vrsi, & adeps anseris conferunt alopeciæ, & adeps asini valet ad vestigia cutis, & adeps anseris ualet ad fissuras faciei et labij. *Apostemata & † pustulę.* Adeps porci valet ad apostemata; & adeps leonis resoluit duritiem apostematum. *Vulnera, & ulcera.* Adeps [d] [porcina] ualet ad adustionem ignis. *Membra capitis.* Adeps anseris sedat dolorem auris, & similiter adeps uulpis: ipsa. n. est iuuatiua ad illud valde. Adeps gallinę confert asperitati linguæ. *Membra oculi.* Adeps piscis confert aquæ oculi, et acuit uisum cum melle, et adeps uiperę recens confert panno, et aquæ, et vt non nascantur pili euulsi ex palpebris. *Instrumenta iuncturarum.* Adeps cerui confert spasmo. *Membra expulsionis.* Adeps caprina confert mordicationi intestinorum quando administratur, et confert ulceribus eorum. Et adeps quidem caprina fortior est in cura ulcerum intestinorum, quā adeps porcina. Et illud est propter uelocitatem congelationis eius, sed adeps porcina uehemētius sedat mordicationē. Adeps, quæ est in gibbo cameli suffumigata confert hemorrhoidibus, et omnes adipes leues. sicut adipes gallinę, & aliorum, conferūt doloribus matricis, et antiquæ sunt eis malę, et similiter adeps anseris confert matrici. *Venena.* Adeps porcina confert puncturę vermium uenenosorum: & adeps elephantis, et cerui, quando fit ex eis linimentum, fugant uenenosa; et adeps caprina confert cantharidibus.

b † B. est media. Alia litera. est uehementis, calefactionis, & adeps uaccæ.
c B. aldub.
† adib.
† bothor.
d B. asinorum.

a B. ſegiar albach.

De [arbore cimicum.] Cap. 73.

Arbor cimicum(.i.ulmus) *Natura.* Eſt frigida in primo,& ſicca in ipſo. *Decoratio.* Linitur ſuper excoriationem cum aceto. *Vulnera & ulcera.* Conſolidat[b] [vulnera] recentia:& linitur ſuper excoriationem cum aceto & ſanat eam, & inuoluitur cortex eius ſuper vulnera, & conſolidat ea.

b B. vlcera.

a B. thum.

De[a] [allio.] Cap. 74.

Allium quid eſt? Allium aliud eſt domeſticum,& eſt notum:aliud eſt allium porrinum: & aliud ſylueſtre:& in ſylueſtri quidem ſunt amaritudo,& ſtypticitas:& eſt illud quod nominatur allium ſerpentis; porrinum autem eſt compoſitę virtutis ex allio & porro. *Natura.* Eſt calefactiuum, exſiccatiuum in tertio vſque ad quartum,& ſylueſtre plus illo. *Operationes & proprietates.* [b] † [ ] Reſoluit inflationem valde;& eſt vlceratiuum, aduſtiuum cutis,& confert ad mutationem aquarum. *Decoratio.* Bibitur decoctio montani, & interficit lendes,& pediculos,& inungitur ſuper eos, & eius cinis, quādo linitur cum melle ſuper morpheam,& [c] [occultationem oculi] confert, & confert alopeciæ ex materijs putridis. *Apoſtemata & † puſtulę.* Aperit † apoſtemata intrinſeca:& cinis eius eſt conueniens ſuper† puſtulas. *Vulnera & vlcera.* Exulcerat cutem, & cinis eius cum melle ſuper impetiginem:& ſcabiem vlcerosam:& allium quidem ſylueſtre facit cohærere vulnera fraudulenta, quando ponitur ſuper ipſa recens. *Inſtrumenta iuncturarum.* Quando ex eo fit clyſtere,confert ſciaticæ, quoniam ſolutione educit ſanguinem & humorem choleri cum. *Membra capitis.* Allium facit † dolorem capitis,& decoquitur allium & aſſatur,& ſedat dolores dentium: & collutio oris ex decoctione eius confert etiam doloribus dentium: & propriè quando permiſcetur ei olibanum. *Membra oculi.* Debilitat viſum, & attrahit puſtulas in oculum. *Membra anhelitus & pectoris.* Clarificat vocem,& guttur decoctum,& confert tuſſi antiquæ,& doloribus pectoris ex frigore, & extrahit ſanguiſugas ex gutture. *Membra nutrimenti.* [d] [Confert timori] & propriè decoctio, qua Chriſtiani vtuntur, quæ fit cum oliuis, & [e] [nuce.] *Membra expulſionis.* Quando ſedetur in decoctione foliorum allij, & crurium eius,prouocat vrinam & menſtrua:& extrahit ſecundinam:et ſimiliter quādo ſupponitur et bibitur, et ſimiliter cibus Chriſtianorum prædictus factus ex eo confert valde,et quādo teritur de co quantitas aurei cum aqua mellis,extrahit phlegma;et ipſum extrahit uermes,et in ipſo eſt ſolutio naturæ. Eius autem operatio in coitu eſt, quoniam ipſum propter vehementiam ſuæ exſiccationis,et reſolutionis quandoque nocet; ꝙ ſi decoquatur in aqua donec eius acuitas reſoluatur:non elongatur, quin ſit illud quod de eo remanet in elixatura eius paucę caliditatis, quod non exſiccat, et generatur ex eo materia ſpermatis:ita vt[f] [ponat materias phlegmaticas in complexionib. phlegmaticis cinerem] et nō poſſit eas carminare. Et quando in venis cōuertitur in ventoſitates; non elongatur quin adiuuet ad deſiderium coitus. *Venena.* Confert puncturæ vermium venenoſorum, et morſui ſerpentum,quando bibitur cum vino. Et nos quidem iam experti ſumus illud. Et ſimiliter morſui canis rabioſi, et quando fit emplaſtrum ex allio et folijs ficus, et cymino, ſuper morſum mugali confert.

b † B. eſt leniuum.

c B. veſtigium nigredinis ſanguinis.
† bothor.
† dubellet.
† hothor.

† ſoda.

d B. Confert al haben. i. hydropiſi. Alia litera. confert eructuationi.
e B. bautijs.

f B. conuertat materias phlegmaticas in complexionib. phlegmaticis ad ventoſitatem.

ANNOTATIONES.

Allium calfacere et ſiccare ait tertio graduuſq; ad quartum. Gal. uerò 8. ſimpl. medicam. deſiccare ſcripſit & calfacere quarto gradu. quod & Paul. lib. 7.

a B. chathmi, ſeu chathmie.

De[a] [Althęa.] Cap. 75.

Althęa quid eſt? Nomen eius in græco deriuatum eſt ex nomine plurium iuuamētorum. *Natura.* Calidum eſt cum æqualitate. *Operationes, & proprietates.* In ipſa ſunt lenificatio,et maturatio,et mollificatio,et reſolutio: et ſemen, et radix ipſius ſunt in virtute eius, et fortiora plurimum,et exſiccatiua ſubtiliatiua. *Decoratio.* Linitur ſuper morpheam cum aceto, et ſedetur in ſole,et ſemen eius eſt fortius in illo. *Apoſtemata & † puſtulę.* Mollificat apoſtemata,et prohibet ea,et reſoluit ſanguinea,et maturat[b] [vulnera] et confert apoſtematibus[c] [inflatis] et ſcrophulis,et ſupponitur cum gumma albotin ad duritiem matricis, et ponitur cum caulibus ſuper ſcrophulas. *Inſtrumenta iuncturarum.* Sedat dolorem iuncturarum, et propriè cum adipe anſeris,et confert ſciaticę,et tremori,et attritioni medij lacertorum,et extenſioni neruorum. *Membra capitis.* Quando fit ex ea emplaſtrum, confert apoſtematibus, quæ ſunt in glandibus aurium. *Membra oculi.* Reſoluit tumorem, et inflationem,quæ fiunt in palpebris. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert ſemen eius tuſſi calidę,et facilè efficit ſputum, et prohibet ſputum ſanguinis cum virtute ſuæ ſtypticitatis, quæ eſt in ipſo, et conferunt folia eius apoſtematibus mammillæ, et ponitur in emplaſtris pleurę ſis, et peripneumoniæ. *Membra nutrimenti.* Eius gūma ſedat ſitim. *Membra expulſionis.* Decoctio radicis eius confert quando bibitur,ardori vrinę et[d] [ardori] inteſtinorum,et etiam apoſtematibus ani,et ſimiliter folia eius,et ſimiliter ſolutioni malę,et ſupponitur ſemen eius cum gumma albotin ad duritiem matricis, et coarctationem eius. Et ſimiliter decoctio eius ſolummodo,et mundificat ſuperfluitates fœtarum;et decoctio radicis eius quando datur in potu cum vino,confert difficultati vrinæ et lapidi,et propriè ſemen eius,et gumma eius retinet uentrē. *Venena.* Quando linitur cum aceto et oleo, prohibet nocumentum uenenoſorum vermium, et confert decoctio eius cum aceto commiſta, aut vino puncturæ apis, et illud fit leniendo,ſicut exiſtimo.

† bothor.
b B. exituras.
c B. Alia litera, crudis.

d B. vlceribus.

a B. chanchi.

De[a] [Aſphodelo.] Cap. 76.

Aſphodelus quid eſt? Folia eis ſunt ſicut porrū[b] [de ſceni:et non hēt eius planū] ſup cuius caput

b B. alſami, [illegible] habet crus, [illegible] ſtipitem [illegible]

caput est flos, & habet radices longas rotundas sicut glans,& est[c] [acris.] *Natura*. Est calidus & siccus. Quidam verò dixerunt quòd est frigidus & humidus,& elōgati sunt. *Operationes & proprietates*. Est abstersiuus resolutiuus:& propriè radix eius:& quando [d] [teritur,] fit calefactiuus, & exsiccatiuus,& plus eo radix eius, & virtus eius est sicut virtus draconteæ crispæ. *Decoratio*. Confert alopeciæ,& [e] [serpigini]& propriè cinis radicis eius:& quando linitur[f] [ad augmētum† vitiliginis albæ]& sedetur in sole,cōfert. *Apostemata & † pustulæ*. Radix eius cum fœce vini ponitur super apostemata glandulosa omnia,& super carbunculos. Et quando ex ea fit emplastrum cum farina hordei, confert in inceptione apostematum [g] [calidorum] *Vulnera & vlcera*. Quum ponitur radix eius cum fœce vini super vlcera fraudulenta sordida, confert eis. *Instrumenta iuncturarum*. Confert contritioni lacertorum & contorsioni. *Membra capitis*. Quādo destillatur succus eius solus,aut cum thure, & melle,et myrrha,et uino, confert sanici in aure. Et quando distillatur in aurem diuersam dolori molaris;confert dolori molaris. *Membra oculi*. In succo radicis eius est iuuatiuum ad oculum. *Membra anhelitus & pectoris*. Quum sumitur in potu de eo pondus aurei cum vino, confert dolori utriusque lateris,et tussi. Et eius radix cum fęce uini est bona apostematibus mamillæ.. *Membra nutrimenti*. Confert icteritię. *Membra expulsionis*. Prouocat vrinam et menstrua, & eius fructus, & flos, quando in potu dantur cū vino, soluunt: & ex radice eius cum fœce vini fit emplastrum apostemati testiculorum. *Venena*. Dantur de eo tres aurei ad morsum vermium venenosorum. Et quando dantur ad bibendum fructus, & flos eius in vino; confert magnificè mordicationi scorpionis: & habentis quadragintaquatuor pedes cum hoc quòd soluit.

d B. Alia literà. aduritur.
e B. tyriæ.
f B. cum cinere ipsius sup morpheam albam.
† morpheæ.
† bothor.
g —— B.

De [a] [aceto.] Cap. 77.

a B. chal.

Acetum. *Natura*. Est compositum ex caliditate & frigiditate: & ambæ substantię sunt subtiles: & frigiditas quidem est magis dominans, & illud in quo est [b] [acredo,]est calidius. Si verò non est;est frigidum & humidum, & decoctio minuit de eius frigiditate aliquid. *Operationes et proprietates*. Est fortis exsiccationis,& prohi bet effusiones materierum ad interiora:& subtiliat et incidit. Et quando bibitur aut effunditur super fluxum sanguinis,si est exterius, prohibet ipsum,et prohibet apostema, ubi est præparatio vt accidat;et adiuuat ad digestionem,et aduersatur phlegmati; et ipsum est conferens cholericis,et nocēs melancholicis. *Decoratio*. Linitur cum melle super vestigia sanguinis et cōfert,verum ipsius multitudo citrinat. *Apostemata † & pustulæ*. Prohibet aduētum apostematum, et ambulationem cancrenarum, et sanat erysipilam comestum,et bibitum,et linitum,et prohibet ambulationem apostematis omnis. Et cō fert panaritio,et formicę,et erysipilæ, quando ex eo liniuntur,et prohibet ut non eueniat apostema, *Vulnera et ulcera*. Quādo ponitur super vulnera lana infusa in aceto,prohibet ea apostema

b B. acuitas.
† bothor.

ri,et confert ulceribus ambulatiuis,et scabiei,et impetigini,et confert adustioni ignis uelocius omni re. *Instrumenta iuncturarum*. Est nociuū neruis. Et quando embrochatur super podagra cū c [sulphure,] confert. *Membra capitis*. Quando miscetur cum [d] [uncto olei]aut oleo rosacco, et conquassatur, et effunditur in eo lana non abluta,et ponitur super caput;[e] [confert † dolori capitis calido et fortitudini eius] et similiter embrocatio ex eo, et oris collutio; et propriè cum alumine confert motui dentium, et uaporatio aceti calidi confert difficultati audi tus,et acuit ipsum,et aperit oppilationem cola torii fortiter,et resoluit sonitum. *Membra oculi*. Linitur cum melle super[f] [occultationem]sanguinis,quę est sub oculo, sed eius assiduatio debilitat uisum. *Mēbra anhelitus & pectoris*. Minorat vueam,et abscindit gargarismus ex eo fluxum humoris ad guttur;et sanat uuam,quę cecidit, et sorbetur ad sanguisugas,ad tussim antiquam [g] [aut difficultatem dilatationis] calefactum. *Membra nutrimenti*. Est conueniens stomacho calido,et humido [h] [disrumpens] appetitum, et adiuuans ad digerendum; et totum illud est, quia preparat stomachum,et vaporatio aceti resoluit hydropisim:sed eius assiduatio quandoque adducit ad hydropisim. *Membra expulsionis*. Infrigidat matricem,et fit clystere ex eo calefacto, et sale ad ulcera intestinorum ambulatiua post clystere lenitiuum. *Venena*. Effunditur super morsus uenenosorum,et confert ei, qui in potu sumpsit opium et iusquiamum,et acetum assumptum de vua agresti cum sale cōfert morsui canis rabiosi,et reliquis. Et quandoque bibitur calefactum post medicinas mortales, et confert.

c B. Alia litera. caulibus.
d B. oleo oliuę.
e B. sedat sodā calidam. Alia litera. sedat sodā calidā, & stringit gingiuas.
† soda.
f B. super uestigiū nigredinis.
g B ad anhelitū præparationis.
h B. fortificans.

ANNOTATIONES.

De aceti temperamento Dioscor. li. 5. refrigerare absolutè, et astringere pronunciauit. sed plura Gal. 1. de simp. me. fac. hac de re egit. et 8. lib. mistum illud esse ex frigida, et calida substantia, præualente tamen frigiditate constituit. Verùm quod ad passiuas qualitates magnam illi desiccandi facultatē ascribit, et in fine tertij gradus ponit, cui et Pau. lib. 7. astipulatur. Author tamen noster ipsum humidum facere uidetur.

cap. 11.

De [a] [*Auro.*] Cap. 78.

a B. deheb.

Aurum. *Natura*. Est æquale subtile. *Operationes & proprietates*. Limatura eius ingreditur in medicinis melancholię,et melius cauterium,et uelocius sanabile est,quod fit cum cauterio auri. *Decoratio*. Retentio ipsius in ore remouet fœtorem oris,et ingreditur limatura eius in medicinis alopeciæ,et [b] [serpiginis] liniendis, et in eis,quę bibuntur. *Membra oculi*. Confortat oculū in† collyrio positum. *Membra anhelitus & pectoris*. Confert doloribus cordis,et tremori ipsius,et malitię animę,et ei qui solus loquitur.

b B. tyrię.

De [a] [*Aromatico*] Cap. 79.

Aromaticum quid est? Dicemus in capitulo calami aromatici. [b] [*Membra nutrimenti*.] Dicitur quòd non est res melior eo ad adustionē

b B. ulceræ.

c † B.Mē. nu.

ignis cum oleo roſaceo,& aceto [c] † [ ] & confert apoſtematibus ſtomachi,& hepatis, & hydropiſi.

a B.garichun.

De [a] [*Agarico.*] *Cap.* 80.

b B.Meſue.

c B.ſolida.

d B.acuitas.

e B. bonū eſt illud quod eſt leue:album, uelociter frāgibile, & ualde leue. leues habens extremitates.

f B.uilloſa in loco fractionis.

Agaricum quid eſt? Inquit filius [b] [Meſaugue] eſt maſculus & fœmina. Et eſt agaricum, quod eſt ſimile radici aniudē: ſed exterior pars eius nō eſt [c] [rara] ſicut exterior pars radicis aniuden: & dixerunt quidam, quòd generatur in arbore corroſa ſecundum ſemitam putrefactionis & corruptionis, & in ſapore eius ſunt [d] [acredo] & ſtypticitas:& eius ſubſtantia eſt aerea, terrea, ſubtilis. *Electio.* [e] [Illud quod eſt melius, eſt album, velociter frangibile, porroſum valde, plenas habens extremitates] in cuius amaritudine inuenitur dulcedo,& fractum, habens fruſta [f] [ſuperpoſita]& eſt fœmina. Illud verò quod eſt maſculum, non eſt bonum:& durum, & nigrum ambo ſunt mala valde. *Natura.* Calidum in primo, ſiccum in ſecundo. *Operationes, & proprietates.* Eſt reſolutiuum, inciſiuum groſſorum humorum, aperitiuum omnium oppilationum, ſubtiliatiuum. Et dixerunt quidam, in ipſo eſt virtus ſtyptica,& in principio guſtus ſui eſt quaſi dulcedo, deinde amaritudo. *Apoſtemata & † puſtulæ.* Confert apoſtematibus omnibus. *Inſtrumenta iuncturarum.* Datur in potu cū ſyrupo acetoſo ad ſciaticam; & eſt ex eis, quæ mundificant ſuperfluitates neruorum proprietate, quæ eſt in ipſo,& confert [g] [ægritudinib.] lacertorum & caſui:& potio ex illo ſit tres kirates. Et quum adeſt febris: tunc datur cum mellicrato, aut iuleb. *Membra capitis.* Confert patientibus epilepſiam, & mundificat ſuperfluitates cerebri proprietate quæ eſt in ipſo. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert aſthmati,& ulceri pulmonis, quādo in potu datur cum rob, & ſit potio eius vſque ad aur.j. Et quando ex eo in potu dantur tres anuluſat cum aqua, confert ſputo [h] [ſanguinis] ex pectore. *Membra nutrimenti.* Cōfert icteritiæ, & datur ad bibendum cum oxymelle ad apoſtema ſplenis. Et quando ſolum maſticatur & deglutitur, confert dolori ſtomachi: & eructuationi acetoſę: & datur in potu de eo ad dolorem hepatis aureus. *Membra expulſionis.* Solutione educit humores groſſos diuerſos, melancholiæ & phlegmatis, & choleræ rubeę, quum ſumitur ex eo ab aur.j. vſque ad.ij. propriè cum mellicrato. Et quandoque adiuuat medicinas ſolutiuas: & facit eas peruenire vſque ad extrema corporis: & prouocat vrinā & menſtrua:& ſedat dolorem renū: & eius potio ad illud eſt aureus, & confert præfocationi matricis. *Febres.* Confert tremori,& febribus antiquis groſſis, quādo bibitur ex eo aureus cum uino:& uſque ad [i] [gluticem drachmæ.] *Venena.* Quum ex eo in potu datur cum uino uſque ad aur. eſt magni iuuamenti ad illud.& fit ex eo emplaſtrum ad puncturam vermium veneni frigidi.

† bothor.

g B. torſioni.

h B. ſaniei.

i B. darchami. vnū.i. uſque ad aureum unum. Alia litera. ante paroxyſmū, ſeu ante periodum, & prohibet rigorem.

ANNOTATIONES.

Agaricum ait calidum eſſe primo ordine,& ſiccum ſecundo. Gal.& Paulus nihil de hac re. Sed id probat Auer. 5. Coll. Dicit præterea author agaricum aſthmati & pulmonis ulceri conferre. Dioſcor. uerò tabidis. At Meſue materias, quæ in pulmone ſunt uiſcidas et putreſcentes ait expurgare. qui authores an conueniant, tu uide.

LITERA. B.

De [a] [*Blatta bizantia.*] *Cap.* 81.

a B.adfar alchaib.

b B. extremitatum oſtracorū quæ aſſumūtur.

c B.adhęrentes carni & cuti Et multoties cadit ſeu reperitur aliquid ex eis ueſſus abadan.

d B.algedi, & fortaſſe reperitur aliquid ex eis in abadan.

BLattę bizantiæ quid eſt? Sunt fruſta ſimilia unguibus boni odoris, aromatica, quæ adminiſtrantur in ſuffumigationibus. Inquit Dioſc. eſt de genere [b] [oſtracorum.] Aſſumuntur ex inſula, quę eſt in mari Indię in loco eius ubi eſt ſpica. Et ſunt ex eis, quæ ſunt ex mari rubro. Et aliæ ſunt Babylonicę nigriores, paruę:& ambæ ſunt boni odoris:& exiſtimo quòd illæ, quę ſunt de mari rubro, ſunt illę quæ nominantur Curaſcie:& dicitur quòd ipſæ ſunt [c] [adhærētis carnis & cutis. Et quandoque cadit aliquid de albedine] & plurimę earum ſunt Mechiæ:& ex trahuntur ex Gedde. Et iſtæ quidem medicantur & purgantur,& fiunt bonæ. *Electio.* Ex eis meliores ſunt illæ, quę ad albedinem declinant in uentę in mari rubro.& in Aliemen,& duobus maribus; ſed Babylonicæ ſunt nigræ paruæ valde. Venditores verò medicinarum dicunt, quòd bonæ ex eis ſunt duorum marium: deinde Mechię, deinde [d] [algeddin: & fortaſſe aliquid cadit ex eis ad albedinem.] *Natura.* Calida ſunt & ſicca in ſecūdo, & earum ſiccitas fortaſſe uicina eſt tertio. *Operationes, & proprietates.* Sunt ſubtiliatiuæ. *Membra capitis.* Earum ſuffumigatio confert epilepſiæ. *Membra expulſionis.* Ipſarum ſuffumigatio excitat illam quæ habet præfocationem matricis. Et quum bibuntur cū aceto, mouent ventrem, quodcunque genus earum fuerit.

De [a] [Ben] *Cap.* 82.

a B. ban.

b B.granū eius eſt.

c B. Alia litera. tachir.

† morpheæ.

† botho

† bothor.

Ben quid eſt? [b] [Eſt ſemen magnum] maius cicere declinans ad albedinem quandam; & habet medullam lenem unctuoſam. *Natura.* Calidum in tertio, ſiccum in ſecundo. *Operationes, & proprietates.* Eſt mundificatiuum, & propriè ipſius medulla,& inciſiuum humiditatum groſſarum; & aperit cum aceto & qua oppilationes uiſcerum,& in [c] [arbore] ipſius eſt amaritudo plus, & ſtypticitas; & propter illud eſt in ipſo uirtus cauterizatiua; & eius cortex eſt ſtypticus plus, & oleum ipſius non euacuatur a ſtypticitate;& in ipſo toto eſt abſterſio, & inciſio. *Decoratio.* Semen eius confert lentiginibus magnis & paruis, & panno,& † leprę,& ueſtigijs ulcerum, & ſimiliter eius oleum. *Apoſtemata, & † puſtulæ.* Confert apoſtematibus duris omnibus, quum ponitur in emplaſtris, & uerrucis. *Vulnera & vlcera.* Confert cum aceto ulcerationi,& ſcabiei ulceratæ, & excoriationi, & confert † puſtulis lacteis,& † tineæ. *Inſtrumenta iuncturarum.* Calefacit neruos,& lenificat ſpaſmum & duritiem neruorum,& propriè oleum eius. *Membra capitis.* Abſcindit fluxū ſanguinis [d] † [ ] ſtypticitate ſua,& conuenit oleum eius dolori auris,& ſonitui, qui eſt in ipſa, proprie

priè cum adipe anatis. Et decoctio radicis eius confert dolori dentium, quum os ex ea colluitur. *Membra nutrimenti*. Confert duritiei hepatis, & splenis, quando bibitur cum aceto mixtũ ex eo pondus duarum.3. Et quando coniungitur cum e [fermento] aut farina lolij f [& aqua alkarati:] aut farina † orobi aut lupini] & fit ex eo emplastrum spleni. Et ipsumquidem est malum stomacho faciens nauseam: & si bibitur ex eo aureus.j. cum melle, facit vomere fortiter & soluendo educit, & similiter eius fructus. *Membra expulsionis*. g [Aureus, s. eius soluendo educit] phlegma crudum, quum bibitur cum melle: & similiter eius oleum: & similiter cum supponitur licinium infusum in ipso. *Permutatio*. Loco eius ponitur quantum ipsum est de rubea: & medietas sui de cortice casiæ ligneę & decima ponderis eius de mace.

e B. badauard. f B. aut farina orobi aut farina lilij, & aqua mellis. † herbi.

g B. Aureus ex granis ei9 soluit

De a [bedoard.] Cap. 83.

a B. badauard.

Bedoard quid est? Est spina alba, & est similis b [alhasaketi:] veruntamen est vehementius alba, & habet longiores spinas: & similantur c [spinę] eius folijs amomi, veruntamen sunt d [subtiliores] & vehementius e [albæ.] Et eius quidem stipes quandoque peruenit ad duos cubitos. Et eius flos est purpureus; & semen ipsius est, sicut semen cartami: veruntamen est vehementioris rotunditatis. *Natura*. In radice eius est infrigidatio & exsiccatio cum resolutione quadam. Semen verò eius est calidum & subtile. Et dixerũt quidam, quòd tota est calida valde. *Operationes, & proprietates*. In ipsa est virtus resolutiua, & aperitiua, & propriè in semine eius: & in ipsa est retentio fluxus sanguinis, et eius retentio est æqualis. *Apostemata, & † pustulæ*. Confert apostematibus phlegmaticis propter illud, quod est in ipso, de resolutione, & f [contractione] quare fiat ex ea emplastrum: & ex radice eius propriè. *Instrumenta iuncturarum*. Cõfert spasmo propter illud quod est de contractione æquali cum resolutione, & semen eius confert infantibus, quando bibunt ipsum propter corruptionem in motibus lacertorum. *Membra capitis*. Collutio oris facta ex g [sacco eius] sedat dolorem dentium. *Membra pectoris*. Confert sputo sanguinis & propriè eius radix. *Membra nutrimenti*. Confert debilitati stomachi, & aperit oppilationes. *Membra expulsionis*. Confert solutioni antiquæ, & præcipuè stomaticæ, & propriè radix eius, et est prouocatiua. *Febres*. Valet febribus phlegmaticis longis; & cuius causa est debilitas stomachi, & omnibus febribus antiquis. *Venena*. Confert si masticetur, & postea superponatur, puncturæ scorpionis, attrahit enim venenum; & si bibitur semen eius, confert morsurę venenosorum reptilium. *Permutatio*. Loco eius in febribus ponitur fumus terræ.

b B. spinis alba fech. c B. folia. d B. subtiliora. e B. alba.

† bothor.

f B. stypticitate.

g B. elixatura uel decoctione eius.

De a [balsamo.] Cap. 84.

a B. belsan.

Balsamus quid est? Est arbor Aegypti nascẽs in loco qui dicitur oculis solis tantum, cuius folia & odor rutæ similantur, sed tamen ipsa declinant ad albedinem, & eius statura est statura arboris b [euisci,] eius quidem oleum est melius semine ipsius, & semen fortius ligno ipsius in omnibus modis eius. Eius verò oleum sumitur ita ut incidatur cum ferro post ortum c [alcerahe] & aggregatur quod de eis resudat cũ cotto, & neque pertransit in anno quod est inter quinquaginta vsque ad sexaginta lib. *Electio*. Experientia olei ipsius est congelatio lactis statim quum super ipsum distillatur, & permistio eius cum aqua, & inspissatio ipsius, & conseruatio suæ soliditatis in aqua, & ablutio ipsius a cotto, & subtilitas odoris eius. Adulteratur autem cum oleo de pino, & oleo de mastice, & cera dissolutis in oleo de † ligustro. Et quod ex eo melius est, est recens, grossum autem & vetus non habet virtutem. *Natura*. Eius lignum est calidum & siccum in secundo, & ipsius semen est calidius eo parum, & oleum eius est calidius vtrisque, & est in principio tertij calidum, & nõ est in ipso de calefactione quod existimant. *Operationes et proprietates*. Aperit oppilationes, & confert visceribus grossis. *Vulnera, et ulcera*. Mundificat vlcera propriè cum ireos, & extrahit fracturas ossium. *Instrumenta iuncturarum*. Confert sciaticę bibitum, & propter spasmum bibitur eius decoctio. *Membra capitis*. Confert vlceribus capitis, & mundificat caput ipsum, & confert epilepsię, & vertigini. *Membra oculi*. Abstergit pannum eius ipsum, & eius oleum. *Membra anhelitus & pectoris*. Lignum eius, & ipsius semen conferunt dolori vtrorunque laterum, & confert asthmati grosso, & stricturæ anhelitus, & dolori pulmonis, & confert semen eius peripneumonię frigidæ, & tussi, & similiter ipsius oleũ & ad summum est iuuatiuum viscerum, quæ sunt super † abdomen. *Membra nutrimenti*. Confert debilitati digestionis, & ipsius decoctio dissoluit malitiam digestionis, & mundificat stomachum. & d [confortat hepar.] *Membra expulsionis*. Prouocat vrinam, & confert dolori pungitiuo, & confert doloribus matricis, & exsiccat humiditates eius vaporatum & bibitum, et confert ipsius frigori, et extrahit embryonem, et secundinam, et confert, quum ex eo fit suffumigatio omnibus doloribus matricis, et ipsius decoctio aperit os matricis, et ceratum ex ipso cum oleo rosaceo, et cera, confert frigori matricis, et est iuuatiuum difficultati vrinæ. *Febres*. Eius oleum aufert rigores. *Venena*. Resistit uenenis, et confert morsurę uiperę, et eius oleum confert e [iusquiamo,] quum bibitur cum lacte, et uenenosis, et propriè scorpionibus. f † [

]

b B. lycij.

c B. alsahari. i. post ortum caniculæ.

† alkanna.

† mirach.

d B. Alia litera. & mundificat hepar, & prouocat.

e B. alsucharan.

f † B. Alia litera. Permutatio. Loco eius ponũtur rami dar fishaan, & loco olei ipsius ponũtur duplũ eius de oleo antiquo aut pondus ipsius de oleo laurino.

De a [Been.] Cap. 85.

Been quid est? Frusta b [aspera] quæ sunt radices ex siccitate contractæ c [carnosę] et sunt duarum specierum, quarum vna est, alba, et altera est rubea. *Natura*. Calidum est, et siccum in secundo. *Decoratio*. Est impinguatiuum. *Membra anhelitus & pectoris*. Confortat cor ualde, et confert tremori cordis. *Membra* ex-

a B. bhemen. b B. lignea. c B. habẽtes rugas seu liuesiones.

expulsionis. Manifestè augmentat sperma. *Permutatio*. Loco eius ponitur quantum est ipsum tuderi, & medietas ponderis eius linguę auis.

ANNOTATIONES.

Præterire hic non potuimus, quin, & si præter institutũ, hæc de been annotemus, & alijs impartiamur, quæ nos ex Georgio Melichio Augustano, Venetijs ad Struthiocameli insignia pharmacopææ officinæ diligentissimo præside habuimus. De been albo & rubro aliqui meminisse Actuarium putant quum de diamoscho uerba faceret: & hermodactylos albos & puniceos appellasse. Alij daucum esse Galeni & satiuam agrestem arbitrantur, quos Actuarius in diasatirione ponit. plerique uerò uulgatam polemoniam, & limonium usurpant. Cæterum ex his, qui hermodactylos esse Actuarij scribunt, nihil docent, quum de ijs, quid sint ignoretur. Qui daucos Galeni esse putant, non explicant, quod album sit been, quod rubrum, &, quum daucorum plures noscantur species, non assignant quibus utendum sit. Postremi uerò qui & limonium, & uulgarem polemoniam usurpant, qua ratione ijs insuauib. inodoris, & planè ignotis radicibus corroborandi cordis gratia utantur, non uideo. Arbitratur ergo Georgius (id quod certe nobis quoq; arridet) quas nos carotas uulgo appellamus, album & rubum been esse. duorum nempe generum hæ sunt: extant albæ, extant et rubræ: utræq; & odoris & saporis gratitudine non mediocri. ut uel horum ratione merito inter cardiaca medicamẽta ueniant. Sunt hæ homini substantia familiares (quib. certè quotidie uescuntur) non minimum alunt, & flatuum copiã mediocrem gignunt, ut propterea augendo etiam semini aptissimæ sint. Fit ergo ut breuis ea descriptio quã de been Auic. attulit, his multo uerius cohereat, quam uel polemoniæ, uel limonio. Author noster exsiccatas has tantum uidit. An uerò Græci illas norint, nos modo nõ statuimus. Sed illud præstare existimamus, si pro been albo & rubro, relictis tandem uilibus ijs uulgatis radicib. carotis tãtisper usi fuerimus, quoad, aut ueras (si hæ ueræ nõ sunt) aut alias plantas inuenerimus, quib. been descriptio aptius conueniat.

a B. berẽgiasef. seu berengesef.

De [a] [*berengesif.*] *Cap.* 86.

Berengesif est abrotanum; & est planta similis absinthio, cui inest humiditas viscosa, & eius quidem est vna species: thyrsos habens breuiores, & maiora folia, & sunt ei folia minuta, parua, subtilia, alba, & citrina, & apparet in ęstate. Inquit Gal. sunt duæ herbæ vicini saporis nominatæ hoc nomine. *Natura*. Calida et [b] [humida] est in primo. *Operationes & proprietates*. Est subtiliatiua aperitiua valde, cuius emplastrum prohibet attractionem materierum ad membra. *Membra capitis*. Confert soda frigidæ loco emplastri superposita, & embrocata: & [c] [in aqua cocta fit] magis secura, & confert oppilationi narium & coryzæ. *Membra expulsionis* Frãgit lapidem in renibus, & prouocat menstrua sedendo in eius decoctione; & confert vlcerib. eius, & eiicit secundinam & fœtum, & confert coadunationi oris matricis, & aperit ipsum, & duritiei eius bibita, & more emplastri superposita, & potatur ex ea vsque ad drachmas quinque.

b B. siccã.

c B. & aqua elixaturæ ipsius ē. Alia litera. & uaporatio elixaturæ ipsius est.

a B. baurach.

De [a] [*baurach.*] *Cap.* 87.

Baurach (*i. nitrum*.) quid est? Est fortius sale, & est ex genere virtutis eius, sed stypticitas non inest ei, & quandoque aduritur in [b] [ostraco] super carbones inflammatos, donec assetur. *Electio*. Ex eo melius est Armenum, leue, laminosum, frangibile, spongiosum, album, aut purpureum, aut roseum, mordicatiuum, et comparatio quidem Aphricani ad reliqua baurach est comparatio baurach ad salem, sed baurach nõ comeditur, nisi propter magnã causam, et spuma baurach est subtilior quam baurach, et in eius virtute, et ex ea melior est spuma marmorea facile frangibilis. *Natura*. Calidum et siccum in fine secundi, et eius siccitas fortasse declinat ad tertium. *Operationes, et proprietates*. Abstergit fortiter, lauat, et propriè Aphricanum, et mundificat [c] [et excoriat] et incidit humores grossos, et in baurach quidem est stypticitas pauca cum abstersione bona propter sui salsedinem, nisi in Aphricano. In eo enim non est stypticitas, sed abstersio pura multa, et in sale est stypticitas, et non est in ipso nisi [d] [resolutio] parua. *Decoratio*. Attenuat capillos puluerizatum super eos, et quãdo ex eo fit emplastrum, attrahit sanguinem ad illud quod apparet de corpore, et facit vt color sit bonus, et confert, [e] † [ ] sed fortasse denigrat eius plurima comestio colorem. *Vulnera et ulcera*. Confert pruritui propterea quod resoluit virus, et propriè Aphricanum cum aceto, et cõfert etiam scabiei. *Instrumenta iuncturarum*. Fit ex eo ceratum paralysi propriè postremę, et præcipuè cum iam declinat, et confert torsioni neruorum. *Membra capitis*. Confert fursuribus, et quum spuma eius cum melle distillatur in aurem, mundificat, aperit et confert surditati, et cum vino aut cum syrupo cum hyssopo confert sonitui. *Membra nutrimenti*. Est malum stomacho, corrumpẽs ipsum, et Aphricanum commouet vomitum, et si non faceret vomere, esset plus incisiuum humorum stomachi, quam reliqua baurach. Et ex eo quidem cũ ficubus fit emplastrum hydropisi, et extenuat eam. *Membra expulsionis*. Soluit quum superponitur. Et quando comeditur cum ruta, et cymino, aut decoctione rutæ, et anethi, sedat dolorẽ ventris pungitiuum, et cum hoc, et similib. uincit salem, et bibitum cum quibusdam medicinis interficientibus uermes, educit eos, et similiter quum linitur ex eo venter et sumen, et sedet qui linitus est iuxta ignem, interficit eos, et per hæc et similia distinguitur inter ipsum, et salẽ. *Venena*. Confert omne baurach, et præcipuè Aphricanum pręfocationi fungorum ualde, siue sit adustum, aut non adustum, et similiter eius spuma, et ponitur cum adipe asini, aut suis super morsum canis, et bibitur cum aqua frigida propter potum cãthari darum [f] [et quod ex eo nominatur baurachium nitrum, bibitur cum aniundem propter] nocumentum sanguinis tauri.

b B. in testa, sed in uase terreo rubeo.

c — B.

d B. abstersio.

e † B. maciei.

f B. quod ex eo nominatur baurachiten, & bibitur cum aniundem ad expellendum.

De [a] [*bulbo.*] *Cap.* 88.

Bulbus quid est? Est cepe quod comeditur paruum, simile cepæ narcisci, et eius folia sunt similia folijs porri, et ipsius rosa est similis uiolę, et est quędam eius species, quę cõmouet uomitum. Quidam verò dixerunt ꝙ ipse est cepe

ẑir:& dixerunt quidam alij non: sed est de genere porri,& uidetur quòd sit anagallis. permutemus ergo intentiones nostras ab hoc. *Natura.* Propinquus est naturę cepę,& fortasse est siccus in primo cum humiditate superflua. *Operationes et proprietates.* Est inflatiuus,& sudatiuus, & exasperat linguam. *Decoratio.* Linitur super pannū proprie in sole,& confert;& similiter confert, uestigijs vlcerum, & est exasperans palatum, & linguam,& linitur cum vitello oui super uerrucas,& cum oxymelle super vlcera b [leuia.] *Vulnera & ulcera.* Quando assatur cum capite piscis, & aloe, & ponitur super vlcus menti, eradicat ipsum. *Instrumenta iuncturarum.* Quum ex eo fit emplastrum cum aceto, est conueniens attritioni medij lacertorum:& fit ex eo emplastrum podagræ & doloribus iuncturarum, & fit ex ipso solo emplastrum torsioni neruorum,& est emplastrum c †]] vnguis,& auris, & similium,& fit ex eo emplastrum cum sauich. *Membra capitis.* Est medicamen furfuribus,& ulcerib. capitis,& linitur super d [plagas capitis,quæ nō sunt fractio] & permiscetur cum vitello oui & linitur. *Membra oculi.* Solus administretur, & cū uitello oui e † [ ]& quum adiungitur ei acetum,est medicamen bonum ad † fistulam lachrymalem,& apostematibus lachrymalium. *Membra nutrimenti.* Qui ex eo est dulcis,& rubeus, est bonus stomacho, & fit ex eo emplastrum cū melle doloribus stomachi, & amarus est melior,& digerit cibum, & multiplicatur eius nutrimentum in ipso: licet non sit nutrimentum suum laudabile, & præcipuè eius quod est crudum,& quando non digeritur, f [pungit] & inflat. *Membra expulsionis.* Excitat coitum.

b B.lactea: Alia litera. bothor lacteum.

c † B.ad contusionem.

d B.excoriationem cutis capitis cum qua nō est fractio.

e † B. ad tarfathi.

† garab.

f B. facit dolorem pungitiuū.

De a [bugenis.] Cap. 88.

a B.baianes.

Bugenis (*i.Peucedanum.*) quid est? Magis quod ex ea administratur, est radix eius, & ipsa quidem habet gummā & succum, & eius gumma est fortior succo ipsius,& quandoque permiscetur cum oleo,& muri,& pauco vino,& concutitur donec grossum fiat, & secundum quantitatem æqualitatis quam habet in grossitie, est eius bonitas. *Natura.* Est calida in tertio, sicca in ipso. *Operarationes et proprietates.* Est resolutiua. *Vulnera & ulcera.* b [Abradit] ossa corrupta propter vehementiam desiccationis,& mundificat vlcera. *Instrumenta iuncturarum.* Conueniens est neruis. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert superfluitatibus grossis in pectore; & confert superfluitatibus...

b B. excorticat.

De a [busuro.] Cap. 89.

a B. besser, & belha.

Busurum & baluum (*i.Palma.*) quid sunt? Nota sunt. *Natura.* Frigida sunt,& sicca in secundo,& albusurum magis est stypticum quam cassab. *Operationes,& proprietates.* Inflant, & propriè quum post ipsa bibitur aqua, et quum sunt dulcia, faciunt euenire rugitum plurimum, & faciunt euenire oppilationes in uisceribus. Et decoctio albusuri sedat inflammationem cum conseruatione caloris innati, et plurimus usus amborum generat in corpore humores grossos. *Membra capitis.* Albusurum facit soda, & inebriat plurimum, & ambo sunt bona carni, quæ est inter dentes et gingiuas. *Membra anhelitus & pectoris.* Ambo sunt mala pectori, et pulmoni. *Membra nutrimenti.* Præparant stomachū, et faciunt cōtingere oppilationes hepatis,et ipsorum digestio est tarda, et frangibile est minoris digestionis,et nutrimentum ipsorū est paruum,et b [algesaguerui] est minoris tarditatis. *Membra expulsionis.* Vnumquodque eorum stringit ventrem propriè, quum miscetur cum vino pontico,aut cum aceto,et albala facit abundare lac, et quando bibitur cum aceto pontico prohibet fluxum sanguinis hęmorrhoidarum. *Febres.* Vsus eorum plurimus facit cadere in tremorem,et horripilationem.

b B.algisuari

De a [buncho.] Cap. 90.

a B.bunch.

Bunchum quid est? Est res delata de Iamem. Quidam autem dixerunt,quod est ex radicibus anigailen,quum b [mouetur]et cadit. *Electio.* Melius est citrinum, et leue,boni odoris. Album verò et graue est malum. *Natura.* Est calidum et siccum in primo,secundum quosdam est frigidum in primo. *Operationes & proprietates.* Confortat membra. *Decoratio.* Mundificat cutem et exsiccat humiditates,quæ sunt sub ea, et facit odorem corporis bonum,et abscindit odorem psilothri. *Membra nutrimenti.* Est bonum stomacho.

b B.antiquatur.

De a [batecha.] Cap. 91.

a B.bachiecha.

Batecha (*idest caro peponis.*) quid est? Notum est. *Natura.* Frigida est in principio secundi,et humida in fine eius. Et quum eius semen desiccatur, non est humectatiuum, immò desiccat in primo, et eius radix est desiccatiua. *Operationes & proprietates.* Quę matura est subtilis, et immatura est spissa. Batecha b [præterea cineritia matura in natura existit cucumeris,] et in ipso est apertio quocunque modo sit. Melo autem melioris est humoris quam reliqua, et eius caro est digestiua, abstersiua, et propriè eius semen, matura verò, et immatura ambæ sunt abstersiuę,et semen eius est fortioris abstersionis. Et ipsa quidem conuertitur ad quemcunque humorem,quem in stomacho inuenit, et est ad phlegma vehementius decliuis, quam sit choleram, qualiter ergo ad melancholiam,melo non conuertitur uelociter. *Decoratio.* Mundificat cutē, et proprie semen eius, et illud quod est in interiori parte ipsius,etiam confert panno,et morpheæ.et furfuribus, et propriè,quando conficitur,quod est eius interius,sicut est cum oleo de frumento, et exsiccatur in sole. *Membra oculi.* Fiat vt cortex eius fronti adhæreat, et prohibet fluxum ad oculum fieri. *Membra nutrimenti.* Est vomitiua, et propriè radix eius. Nam duæ drac.eius cū vino mouent vomitum sine labore, et quum bibitur ex eis obolus. Quumque batheca nō digeritur bene, generat cholericam passionem, melo autem est tardę digestionis, nisi

b B. non matura est in natura citruli.

nisi quando comeditur cum eo quod est interius eius, & ipsius quidem nutrimentum est rectius, & eius humor est conuenientior. Oportet præterea vt [c] [cibum sequatur alium] batheca enim si non sequitur aliquid aliud, facit nauseam & uomitum. Post autem ipsum calefactus bibat oxymel, & humectatus olibanum, aut zingiber nutritum, & vinũ. *Membra expulsionis*. Prouocat vrinam qđ ex eo maturum est, & crudum ipsius, & confert lapidi in renib. & vesica, quum est paruus, & præcipuè lapidi renum. Et melo quidem est minoris [d] [penetrationis] & est magis abstersiuus, & velocioris descensionis, præcipuè qui est mollis. *Venena*. Quum corrumpitur in stomacho, conuertitur ad naturam uenenosam. Oportet ergo, vt quum grauat, extrahatur velociter.

c B. cibus alius sequatur.

d B. prouocationis.

De [a] [bule.] Cap. 93.

a B. bel seu bul

b B. citrulus indus, & est sicut cucumer, capparis, & ē amarus.

Bule quid est? Dixit Alkanzi quòd est [b] [cucumer Indus, & est similis cucumeri capparis] & similis zingiberi. *Natura*. Calidum est & siccum in secundo, & apud quosdam in tertio. *Operationes, & proprietates*. Est stypticus confortãs viscera. *Instrumenta iuncturarum*. Confert duritiei neruorum, & humiditati eorum, & ęgritudinibus ipsorum frigidis, sicut paralysi & torturæ. *Membra nutrimenti*. Accendit ignem stomachi, & confert vomitui, & intrat in [c] [algeguar set.] *Membra expulsionis*. Constringit uentrem, & siccat uentositatem.

c B. alginaresat idest in confectionib. solidis.

De a [bellíricis.] Cap. 94.

a B. belilegi.

Bellirici quid sunt? Sunt propinqui naturæ emblicorum, & eorum medulla est dulcis propinqua [b] [albundacha.] *Natura*. Frigidi sunt in primo, sicci in secundo. *Operationes et proprietates*. In ipsis est virtus subtiliatiua, & uirtus [c] [contractiua.] *Membra nutrimenti*. Confortant stomachum cum [d] [aptatione] & aggregatione, & [e] [prohibent mollificationem eius, & humiditatem] ipsius, & nihil est quod ita præparet stomachum, sicut ipsi. *Membra expulsionis*. Fortasse stringunt ventrem, & apud quosdam leniunt ventrem tantum, & est manifestum. & ipsi quidem conferunt intestino recto & ano.

b B. auellanis.

c B. styptica.

d B. cũ aldebag.

e B. cõfert mollificationi eius, & humiditati.

De [a] [bederenzego.] Cap. 95.

a B. bedarungine seu bedarengiue vel badarumbe. & alio nomine trungiá quod latinæ interpretatur melissa.

Bederenzegum (*idest melißa*) quid est? *Natura*. Est calida & sicca in secundo. *Operationes, & proprietates*. Confert omnibus ægritudinibus phlegmaticis, & melancholicis. *Decoratio*. Efficit odorem oris bonum. *Vulnera & ulcera*. Confert scabiei melancholicæ. *Membra capitis*. Confert oppilationibus cerebri, & remouet fœtorem oris. *Membra anhelitus & pectoris*. Lætificatiua est, & confortatiua cordis, & aufert tremorem cordis. *Membra nutrimenti*. Iuuat digestionem, & confert singultui. *Permutatio*. Loco eius ponitur in lætificando pondus ipsius de seta, & duæ tertię ponderis ipsius de corticę citri.

De a [baurach kebuli.] Cap. 96.

a B. brāch chabuli, uel buard chabuli.

Baurach kebuli quid est? Est semen Sendium, aut Indium, & habet duas species, quarum una est parua absque rugis, & alia magna cum rugis, & earum melior est parua. *Instrumenta iuncturarum*. Eradicat phlegma ex iuncturis. *Membra expulsionis*. Soluit phlegma ex intestinis & uermes, & ascarides, & est in hoc valde bona.

De [a] [beheremigi.] Cap. 97.

a B. bhramegi.

Beheremigi quid est? Est ex aromaticis. *Operationes & proprietates*. Resoluit inflationem in omni loco eius embrocatio. *Membra capitis*. Eius flos est bonus ventositatibus grossis in capite, & quum eius folia odorantur similiter. *Membra expulsionis*, Soluit uentrem.

De a [buzeidem.] Cap. 98.

a B. buzaidan seu buzidan.

Buzeidem quid est? Est medicina lignea Inda, in qua est virtus similis virtuti been. *Electio*. Illa, quę ex ea bona est, est alba grossa multarum linearũ, aspera: lenis verò & tenuis ligni, & paucę albedinis est mala, & adulterant eam cum [b] [luabati barbarica.] *Natura*. Calida est in secundo, sicca in primo. *Operationes & proprietates*. Est subtiliatiua. *Instrumenta iuncturarum*. Confert dolori iuncturarum & podagræ. *Membra expulsionis*. Augmentat coitum. *Venena*. Confert uenenis.

b B. cũ allhabe alberbarie.

De [a] [buckida.] Cap. 99.

a B. buchida seu buchisa.

Buckida. *Natura*. Frigida est. *Operationes & proprietates*. Est abstersiua, & est in ipsa stypticitas, & in [b] [techis:] & in fructu eius est humiditas. *Decoratio*. Abstergit faciem. *Vulnera et ulcera*. Trita ponitur super vlcera & scabiem [c] † [ ] & conglutinat plagas propter stypticitatem & abstersionem suã, & propriè cortex arboris eius, & aspergitur cum aqua sua, & fit embroca cum decoctione radicis eius, & foliorum etiam ipsius super ossa fracta. *Membra expulsionis*. Cortex eius grossus soluit phlegma, quando bibitur ex eo aureus cum aqua frigida & vino.

b B. uaginis.

c † B. ulceratam

De [a] [bihar.] Cap. 100.

a B. bhear.

b B. chiauasem.

Bihar quid est? Est illa, quę vocatur [b] [keusem] scilicet oculus vaccæ: rosa eius citrini coloris; rubea in medio: grossior rosa chamæmillæ. *Natura*. Calida est in secundo, sicca in primo. *Membra capitis*. Eius odor confert ventositatib. grossis in capite.

De [a] [busiri.] Cap. 101.

a B. bussir.

b B. aureus, seu citrinus.

c B. aureum seu citrinum.

† balhor.

Busiri (*idest, uerbascus*) *Operationes et proprietates*. Resoluit propriè, cuius flos est [b] [bene apparens] & abstergit cum ęqualitate. *Decoratio*. Syluestris habens florem [c] [bene apparentem] rubificat capillos. *Apostemata, &* † *pustulæ*.

Deco-

Decoctio foliorum illius confert apostematib. *Vulnera & ulcera*. Cum melle more emplastri ponitur super vulnera & vlcera, *Instrumenta iuncturarum*. Eius decoctio confert attritioni lacertorum. *Membra capitis*. Colluitur os cum decoctione eius propter dolorem dentium. *Membra oculi.* Eius decoctio confert ophthalmiæ calidæ. *Membra anhelitus & pectoris.* Decoctio ipsius confert tussi antiquæ. *Membra expulsionis.* Habēs folia alba: & habens folia nigra conferunt solutioni uetustę,

a B. bichie.

De a [*baheke.*] *Cap.* 102.

Baheke quid est? Similis est virtuti lentium, & est difficilioris digestionis. *Natura.* Est æqualis declinans ad siccitatem. *Operationes & proprietates.* Est styptica sicut lens, & generat melācholiam. *Apostemata & † pustulæ:* Est bona vtriique, & fit ex ea emplastrum herniç & rupturæ infantium. *Membra expulsionis.* Stringit ventrem.

† bothor.

a B.bersausan, idest capillus ueneris uel chusbare albir, idest coriandrum putei.

De a [*besceguascen.*] *Cap.* 103.

Besceguascen (*idest, adiantum*) quid est? Est coriandrum putei, & Persicè est besceguascen; & Syriacè est capillus porcinus: & Arabicè est capillus algul: & est herba parua, cuius ortus est in saltibus, & cursibus aquarum, & fluminum: & intus in puteis, & est similis coriandro humido: sed eius thyrsus ad rubedinem, & nigredinem declinat sine stipite existens b [ ] *Natura.* Galeno est æqualis, Ego autem dico, quòd fortasse declinat ad caliditatem valde parum, & siccitatem. *Operationes, & proprietates.* Est resolutiuus, subtiliatiuus, aperitiuus, & in ipso est stypticitas prohibens cursum. Et quādo permiscetur cibo gallorum, & c [coturnicum,] facit eos fortes, & ad dimicandum, & ad d [interficiendum.] *Decoratio.* Eius cinis cum aceto & oleo confert alopeciæ & tyriæ: & ipse cum oleo myrtino, & vino prolongat capillos: & prohibet eorum casum. *Apostemata † & pustulæ.* Confert † apostematibus, & delet scrophulas. *Vulnera & ulcera.* Confert fistulis, & vlceribus fraudulentis, & humidis. *Membra capitis.* e [Eius cinis] confert furfurib. *Membra oculi.* Confert † ægylopis. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert pulmoni purgando ipsum valde. *Membra nutrimenti.* Confert cum vino fluxui superfluitatum ad ventrem, & stomachum, & confert dolori splenis, & confert icteritię. *Membra expulsionis.* Prouocat vrinam, frangit lapidem: prouocat menstrua, & extrahit secundinam, & purgat mulierem fœtam, & abscindit fluxum sanguinis: & apud plures stringit ventrem: & secundum f [Mesaugue] soluit. *Venena.* Ipse cum vino confert morsibus serpentum, & canis rabiosi, & venenosis alijs. *Permutatio.* Loco eius in asthmate ponitur ponderis ipsius de flore violæ cum medietate ponderis ipsius de succo liquiritiæ.

b †B.& sine flore & sine semine, cuius uirtus uelociter remouetur.
c B.qualearum, seu quisculanū.
d B.& pugnandum inter se.
† bothor.
† aldubellet.
e B. Alia litera. A qua cineris eius.
† algarab.
f B. Mesue.

a B. badarugi.
b B.& est notū, & eius oleum in virtute est olei maioranæ.

De a [*bedarungi.*] *Cap.* 104.

Bedarungi quid est? Est ocimum b [fluuiale, & dicunt homines quidam, quòd est bedarambina, & est aluch, & est notum, & oleum eius in potentia est oleum alkeiri:] veruntamen est debilius eo, & in ipso quidem sunt uirtutes contrariæ. *Natura.* Calida est in primo declinans ad secundum, siccum in primo, & in ipso est humiditas superflua, cuius fortassis humiditatis summa ad secundum declinat non in substantia. *Operationes & proprietates.* In ipso est stypticitas, & solutio c [contrahit enim] nisi inueniat superfluitatem præparatam. Si autem inuenit humorem, soluit, & in ipso sunt resolutio, & digestio, & inflatio, & uelocitas ad putrefactionem, & generat humorem malum melancholicum, & eius semen confert ei in quo generatur melancholia. *Apostemata, & † pustulæ.* Confert quando cum aceto, & oleo ros. linitur super apostemata calida. *Membra capitis.* Eius succus distillatus confert fluxui sanguinis ex naribus, præcipue cum aceto vini & camphora: facto licinio, & intincto in ipso, & remouet stuporem dentium, & est ex eis, quæ sedant sternutationem in complexione vna, & mouet eam in complexione alia. *Membra oculi.* Confert pulsationi oculi more emplastri suppositum, & facit prouenire tenebrositatem visus comestum: proptèrea quia commouet humiditatem eius, & conturbat eam, & eius succus confortat uisum facto collyrio ex ea. *Membra anhelitus & pectoris.* Confortat cor valde, & desiccat pulmonem & pectus, & d [sacraiati ex aqua eius confert stricturæ anhelitus], et eius aqua est bona sputo sanguinis, et facit abundare lac. *Membra nutrimenti.* Difficilis est digestionis, et putrefactionis uelocis, et est malum stomacho propriè folia eius. *Membra expulsionis.* Constringit. e † [ ] quòd si inuenerit humorem præparatum, soluit, et prouocat, et nocet ano, et eius semen confert difficultati urinæ. *Venena.* Ponitur super puncturam vespæ, et scorpionum, et draconis marini.

c B. Et ipsum quidem stypticat.
† bothor.
d B alsachrugie ex aqua eius cōfert malitiæ anhelitus.
e † B. uentrem.

a B.bertaniki.

De a [*bertanichi.*] *Cap.* 105.

Bertaniki (*idest, britanica*) quid est? Dicitur, quòd est b [acror, et dicitur quòd est folium quod assimilatur] folijs acetosæ syluestris: veruntamen est uicinior nigredini, et c [grossior.] *Operationes & proprietates.* Eius folia sunt styptica. *Vulnera & ulcera.* Consolidat vulnera, et vlcera. *Membra capitis.* Eius succus est melior res vlceribus antiquis, quę sunt in ore, et † aphthis. Et oportet ut fiat ex eo rob, et confert † aphthis.

b B.bustē abruzi, & dicitur ꝙ folia eius similantur.
c B.magis aspera.
† alcola.
† alcola.

a B.belmun.

De a [*bilomon.*] *Cap.* 106.

Bilomon (*i. peplis*) quid est? Est alfarfac syluestris, et est ex tithymalis, et eius semen est igneū sicut sunt titymala. *Membra expulsionis.* Soluit.

a B.babeles.

De a [*bebilisi.*] *Cap.* 107.

Bebilisi quid est? Est illud quod dicitur papauer cordosum, et spumosum; et ipsum efficit operationem tithymali in solutione sua. *Natura.* Calidum est multum. *Membra expulsionis.* Soluit sicut tithymali.

De

a B.benat nardan.

De [a] *[benec guariden.]* *Cap.* 108.

Benec guariden. *Membra expulsionis*. Confert doloribus matricum, & renum, postquam eius frangitur resolutio cum oleo & cera, & vitello oui: quare non induratur, & prouocat urinam, & menstrua, & facit abortum, & cum cordumeni valet hemorrhoidibus. *Febres*. Confert rigori. *Venena*. Confert venenis, [b] [quæ sunt ex venenosis minoribus] *Permutatio*. Loco eius ponitur chossore.

b B.animalium.

a B.bedasfan.

De [a] *[barasican.]* *Cap.* 109.

Berasican quid est? bedelkeser ex cuius semine nigri armillas faciunt, & est herba Gal. calida in principio primi, sicca in secundo.

a B.bethbath.

De [a] *[bithar.]* *Cap.* 110.

Bithar quid est? Est uirga pastoris, & nos quidem narrabimus proprietates uirgę pastoris in cap. de hain.

a B.busderbēdi.

De [a] *[Beusderbendio.]* *Cap.* 111.

Beusderbendium quid est? Est collyrium album allatum de Armenia. *Apostemata et* † *pustulæ*. Administratur in apostematibus calidis, & † pustulis calidis. *Instrumenta iuncturarum*. Fit emplastrum ex eo super podagram calidam.

† bothor.

† bothor.

a B.gelenar.

De [a] *[balaustia.]* *Cap.* 112.

Balaustia quid est? Est flos granati syluestris Persici, aut Ægyptij; & ipsa quidem, quandoque est rubea, & quandoque est alba, & quandoque rosea. Et succi eius natura est sicut succi barbæ hirci. Inquit Paulus: virtus eius est sicut virtus pulpæ granati. *Natura*. Frigida est in fine primi, sicca in secundo. *Operationes et proprietates*. Glutinatiua est, & retinet fluxum, & generat melancholiam. *Decoratio*. Bona est gingiuę sanguineę. *Vulnera & ulcera*. Consolidat plagas, & ulcera antiqua [b] [& alhocor, & percussionem pulverizata.] *Apostemata &* † *pustulæ*. Fit ex ea emplastrum [c] [quod adhæret rupturę.] *Membra capitis*. Fortes efficit dentes motos. *Membra anhelitus & pectoris*. [d] [Prohibet fluxum] sanguinis. *Membra expulsionis*. Stringit & confert ulcerib. intestinorum, & fluxui matricis, & fluxui sanguinis. *Permutatio*. Loco eius ponitur cortex glandis, & caput granati.

b B. & alhachur & excoriationibus, seu plagis, in quibus est tā pelus abscissa, seu remota.
† bothor.
c B. ad faciendū adhærere rupturas.
d B. abscindit sputum.

a B.zebd.

De [a] *[butyro.]* *Cap.* 113.

Butyrum. *Natura*. Calidum est & humidū in primo, & eius gradus in humiditate est altior. *Operationes & proprietates*. Est maturatiuum, resolutiuum, mollificatiuum, & eius resolutio est in corporib. medijs nō duris, & in corporib. teneris est cū facilitate: & eius fumus exsiccatiuus est [b] [& stringit facile, & est sedatiuus dolorum interiorum] & materierum effusarum ad membra. *Decoratio*. Linitur ex eo corpus, & uenter, & nutrit, & impinguat. *Vulnera et ulcera*. Confert ulceribus neruorum, & implet ulcera, & purgat ea. *Membra capitis*. Bibuntur cum eo medicinæ, quæ sunt ad [c] [exituras[uelaminum cerebri & ad apostemata radicum aurium, & [d] [narium,] & oris, & ad apostemata gingiuę, & ad † aphthas, & linitur ex eo caro gingiuarum infantium, & fit facilis ortus dentium. *Membra anhelitus et pectoris*. Confert tussi siccę & frigidæ, et propriè cum amygdalis & zuccaro, et similiter in pleuresi, et peripneumonia, & sputū facit facile, & maturat: & similiter cum oleo amygdalino est eius maturatio plurima. Solum autem, quum est eius mundificatio est minor maturatione eius, et cum zuccaro est e conuerso, et prohibet sputum sanguinis, et confert [e] [uomitui sanguinis, et] saniei, quum ex eo lambitur quantitas. unc. j. s. cum melle. *Membra expulsionis*. Lenificatiuum est, & plurimus usus eius soluit, et fit ex eo clystere ad apostemata calida, et dura in intestinis, et matrice, et testiculis, et ponitur in medicinis [f] [vulnerum orificij vesicæ. *Venena*. Resistit uenenis, præcipue quum ex eo linitur morsus uiperæ.

b B. stypticans cum facilitate, sedatiuus materierum effusarū ad membra.
c B.vulnera.
d B.inguinum.
† cola.
e B.expulsioni.
f B.exiturarum.

a B.lhaie althis.

De [a] *[barba hircina.]* *Cap.* 114.

Barba hircina quid est? In ipsa est parum caliditatis & frigiditatis: ita quod tepefacit caliditatem eius, et quasi non sit uehementis frigiditatis, immò frigiditas eius est in fine primi, et siccitas eius est uehemens, perueniens ad tertium. *Operationes et proprietates*. Est styptica usque ad terminum, et radix eius est fortioris stypticitatis, et ponitur in theriaca ad cōstringēda mēbra, et succus eius est in stypticitate seminis rosarum. *Vulnera et ulcera*. Folia eius, quum exsiccantur, consolidant, et conferunt ulceribus antiquis, et eius flos in omnibus illis est fortior. *Membra capitis*. Radix eius est ex medicinis abstergentibus sorditiem auris, et exsiccantibus vlcera eius, et conferentibus [b] [odoratui.] *Membra anhelitus & pectoris*. Flos et folia, et radix eius quodcunque fuerit quū bibitur cum aqua hordei, vlceribus pulmonis confert, et succus eius sputo sanguinis. *Membra nutrimenti*. [c] [Confert stomacho] et prohibet effusiones materierum ad ipsum, et propriè succus eius. *Membra expulsionis*. Est fortior medicina ad vlcera intestinorum, quando bibitur: aut flos eius propriè: aut succus eius cum vino ad fluxum sanguinis ex matrice in modum emplastri superpositus, aut bibitus.

b B.surditati.
c B. confortat stomachum.

a B.mochel.

De [a] *[bdellio.]* *Cap.* 115.

Bdellium Iudaicum, et bdellium Mechium quid est? bdellium Iudaicum, [b] [aliud est Siclum, et aliud Arabicum, quod est aliud a bdellio palmarum syluestrium, et ambo sunt ex palmis syluestribus. Mechium autem est ex fructu arboris palmarum syluestrium.] *Electio*. Melior duarum gummarum est illa, quę est varia, clara, et amari saporis, et est munda a lignis, et est facilis resolutionis, boni odoris: cuius fumus habet odorem [c] [picis,] et quum antiquatur bdellium Iudaicum, egreditur a lenificatione ad exsiccationem. *Natura*. Mechium est frigidum

b B. scalebi, & aliud Arabicū quod ē aliud, a bdellito arboris aldum, & ambo sunt ex arborib. aldum. Mechiū autem est fructus arboris aldum.
c B.lauri.

dum, & siccum, & aliud est calidum in fine primi, lenitiuum, & propriè Siclum, & Arabicum exsiccat tempus. *Operationes & proprietates.*[d] † [ ] ita quòd resoluit sanguinem congelatum, & est lenificatiuum, maturatiuum & disrumpit ventositates. Et Siclum est vehemẽtis lenificationis: & Arabicum est siccius eo, nisi recens. *Apostemata & † pustulæ.* Resoluit apostemata dura, & propriè dissolutum cum saliua ieiuni: & similiter resoluit reliqua frigida. Et Mechium quod non est ex fructu palmarum syluestrium, & est bdellium Iudaicum, aufert scrophulas; & bibitur decoctum ad apostemata intrinseca & dura. *Vulnera & ulcera.* Linitur cũ aceto super † tineam. *Instrumenta iuncturarum.* Confert contusioni lacertorum, & spasmo, & duritiei neruorum, & coagulationi ipsorum. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert doloribus cannę pulmonis, & apostematibus eius, & confert tussi antiquę, & doloribus lateris. Et Arabicum confert apostematibus epiglottidis, & gutturis. *Membra expulsionis.* Confert hæmorrhoidibus bibitum, & superpositum, & suffumigatum, & retinet sanguinem earum, & confert lapidi renum. Et quãdo ponitur in solutiuis, prohibet abrasionem intestinorum, & prouocat vrinam & menstrua. Et de Mechio etiam existimatur, quòd ipsum prouocet.[e] † [ ] sed non dubitatur quin ipsum stringat, & frangit lapidem. Bdellium verò Arabicum clarum, rubeum, quando teritur ex eo quantitas duorũ aureorum, & bibitur cũ aqua mellis[f], [minuit phlegma] & bdellium vtrunque resoluit ramicem aquæ, & aperit os matricis clausum, & educit fœtum, & mundificat matricem, & resoluit apostemata ani, & testiculorum. *Venena.* Cõfert morsibus venenosorum.

d † B. Est resolutiuum.
† bothor.
† sahafat.
e † B. menstrua.
f B. facit descendere phlegma.

De[a] [*butyro.*] *Cap.* 116.

Butyrum[b] † [ ] recens quid est? Est faciens operationes butyri crudi, & fortius in maturatione, & mollificatione, & lenificatione, & calefactione; permutemus ergo de ipso quod dictum est in capitulo de butyro crudo in litera[c] [tertię] & adiungamus ad hoc. *Natura.* Calidum est in primo, humidum in ipso. *Operationes & proprietates.* Est maturatiuum, resolutiuum, & ipsum quidem non operatur, nisi in corporibus teneris medijs, non in duris. *Apostemata & † pustulæ.* d [Maturat apostemata propriè illa, quæ sunt in radice auris, & propriè infantium & mulierum, & neque potest tale aliquid in corporibus duris. *Membra capitis.* Maturat apostemata, quæ sunt post aures in corporibus teneris.] *Membra anhelitus & pectoris.* Lenit pectus, & maturat superfluitates in ipso, propriè cum melle, & zuccaro, & amygdalis amaris. *Membra expulsionis.* Ipsum cum amygdalis quandoq; stringit ventrem propter stypticitatẽ, quæ est in ipso, & quandoque soluit. *Venena.* Est theriaca venenis in potu sumptis.

a B. semen.
b † B. non.
c B. za.
† bothor.
d B. Alia litera. Maturat apostemata in corporibus teneris. Membra capitis. Maturat apostemata, quæ sunt post aures proprie in pueris, & non potest tale aliquid in corporibus duris.

De[a] [*bitumine Iudaico.*] *Cap.* 117.

a B. chefer aliheud.

Bitumen Iudaicum quid est? Dixerunt quòd bitumen aliud est quod manat de quibusdam montibus, & aliud est, quod natat in quibusdam[b] [meatibus aquæ.] Et nigrum quidem est malum simile pici, & est frustum nigrum leue, ex quo, quum masticatur, egreditur sapor[c] [picis] sed ipsum est frangibile. *Electio.* Illud quod melius est, est purpureum clarum cum splendore, forte, ponderosum. Nigrum uerò sordidum est malum. *Natura.* Calidum est in tertio, siccũ ad ipsum. *Operationes & proprietates.* Virtus eius est propinqua uirtuti picis, & ipsum confortat membra, & liquefacit sanguinem congelatum in ventre quando bibitur. *Decoratio.* Confert albedini vnguis linitum. *Apostemata et † pustulæ.* d [Confert scrophulis.] *Vulnera & vlcera.* Linitur super impetiginem, & super apostemationẽ vulnerum, & non permittit ea apostemari. *Instrumenta iuncturarum.* Est emplastrum podagræ, & bibitur, & linitur ad sciaticam. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert tussi, & vlceribus pulmonis, & iuuat ad spuendum, & extrahit saniem ex pectore, & confert apostematibus ambarum amygdalarum, & squinantię. *Membra expulsionis.* Confert duritiei matricis, & quando supponitur fumus eius, confert exitui matricis, & doloribus eius, & quando fit clystere ex eo, cum aqua hordei, confert dysenterię.

b B. fontib. seu in quibusdam lacunis fontium aquæ.
c B. alchar, seu alchir.
† bothor.
d B. Maturat scrophulas.

LITERA C.

De[a] [*coagulo.*] *Cap.* 118.

a B. anshac seu anshaa.


Coagulum quid est? Coagula sunt plurima & nos dicturi sumus vnũquodque coagulum in capitulo rememorationis animalis, cuius est. *Electio.* Ex eis melius est in specie, coagulum leporis. *Natura.* Omnia sunt calida, & sicca ignea. *Operationes, & proprietates.* Resoluit omne coagulatum sanguinis, & lactis caseati, & humoris grossi, & coagulat omne liquidum, & omne est incisiuum, & prohibet omnem fluxum sanguinis, & cursum sanguinis mulierum, & omne est subtiliatiuum: & non est dubium quin cum hoc sit desiccatiuum. Inquit Galen. non administretur quod ex coagulis acutum est in loco ubi necessaria est constrictio. *Membra capitis.* Conferunt omnia quum bibuntur, epilepsiæ, & propriè[b] [camelinum.[*Membra anhelitus & pectoris.* Resoluit sanguinem coagulatum in pulmone, *Membra nutrimenti.* Resoluit lac caseatum in stomacho, quando bibitur cum[c]] uino: & resoluit sanguinem coagulatum in stomacho: & est malum stomacho. *Membra expulsionis.* Quum supponitur post purgationem menstruorum, iuuat ad imprægnandum, & si bibatur post purgationem[d] [iuuat ad imprægnandum,] & confert præfocationi matricis, & propriè coagulum[e] [camelinum:] & confert vlceri intestinorum, & propriè coagulum pulli equini. *Venena.* Omnia sunt † antidotus, & conferunt[f] [iusquiamo nigro] & magis iuuatiua ad illud sunt coagula hędi[g] [& muli & ceruorum, & vituli, & agni] & sanant a venenis, & morsibus omnibus, tres anuloset. Sitq; potio ipsorum. x. Kirat cum[h] [linimento] et coagulum hędi est† antidotus euphorbij.

b B. alchuß.
c B. aceto.
d B. prohibet imprægnationem.
e B. alchuß.
† bezahar.
f B. alfucharan.
g B. & gazele, & camelorum, & agnorum.
h B. uino antiquo, aut vino decocto.
† bezahar.

De

a B. alatrungi, seu atrugi, uel atrungi.

De a [citro.] Cap. 119.

Citrum quid est? Est notum, & oleum ipsius factum ex eo, & ex cortice eius est forte, & factū ex flore ipsius est debilius in omni capitulo. *Natura.* Cortex citri est calidus in primo: siccus in fine secundi, & eius caro est calida in primo, & humida in ipso. Quidam autem dixerunt, quòd est frigida & humida in primo, & eius frigiditas maior est. Et ipsius acetositas frigida est, & sicca in tertio. Et eius semen est calidum in primo, & siccum in secundo. *Operationes, & proprietates.* Caro eius inflat, & folia ipsius sedant inflationem, & eius flos est subtilior eis: et eius acetositas est styptica frangens choleram rubeam. Et eius semen, & cortex ipsius sunt resolutiua. Et cum ponitur eius cortex in pannis, prohibet tineas, & eius odor rectificat corruptionem aeris & pestilentiam. *Decoratio.* Eius acetositas abstergit colorem, & aufert pannum. Et quod ex cortice eius adustum est, bonum est† vitiligini linitum. Et decoctio eius bonum efficit odorē oris. Et est impinguatiua corporis, & cortex eius retentus odorem oris bonum efficit b [et eius decoctio etiam similiter, quū tenetur in ore.] *Apostemata & † pustulæ.* Acetositas eius valet impetigini illinita. *Instrumenta iuncturarum.* Eius oleum valet mollificationi neruorum, & non fiat nisi ex cortice eius, & confert paralysi, & ipsius acetositas est mala neruis. *Membra capitis.* Confert torturæ oris. *Membra oculi.* Fit collyrium cum acetositate eius, & remouetur ictericia oculi. *Membra anhelitus & pectoris.* Eius acetositas sedat tremorem cordis calidum, & c [nutritum] est bonum gutturi, & pulmoni: & eius acetositas ē mala pectori. Et medulla citri quum coquitur cum aceto, & potatur ex ea medietas alsacraiati, interficit sanguisugas transglutitas, & eas educit. *Membra nutrimenti.* Caro ipsius est mala stomacho, inflatiua, tardę digestionis, quare oportet ut comedatur cum almuri, & similiter d [mista] cū melle est sanior, et magis recipiens digestionem nisi sit plurima. Et eius quidem folia confortant stomachum, & uiscera, & postea flos ipsius & cortex ipsius quum ponitur in cibarijs, sicut semina, quę pro condimento ponuntur adiuuant digestionem. Ipse tamen cortex non digeritur propter duritiem sui. Et ipsius decoctio sedat vomitum. Et rob eius. & est rob acetositatis, præparat stomachum, & aqua acetositatis eius valet ictericiæ, & sedat vomitum cholericum, et facit appetitum. Et oportet quidem vt citrum comedatur singulare, quòd non commisceatur cibo ante se, neque post se. *Membra expulsionis.* Eius caro facit vtentem se possidere colicam, & ipsius acetositas retinet ventrem, & confert solutioni cholericę, & eius semen confert hemorrhoidibus, & in eius semine est virtus solutiua, & succus acetositatis eius sedat e [infirmitatē] mulieris. *Venena.* Seminis eius pondus. ʒ.ij. cum vino f [& melle] & aqua calida illinitum resistit venenis omnibus, & propriè veneno scorpionis bibitum, aut linitum, & eius cortex est uicinus illi, & succus corticis confert morsioni viperæ bibitus; et cortex eius pro emplastro superpositus est vicinus illi.

† albaras.
b—B.
† bothor.
c B. conditum.
d B. nutrita, seu condita.
e B. galeme, seu galme mulieris idest appetitum coitus supfluū
f B. & altela.

ANNOTATIONES.

Citrij cum quatuor partes sint, de quibus Gal. 2. de alim. fac. cortex, caro, et acida pars, ac præterea semen. de singulis hisce in quo sint temperamento reponendæ, controuersia est. Summum corticem putat author calidum esse primo gradu, et secundo siccum. at Gal. 2. de simpl. med. fac. desiccare ait secundo ordine, non tamen aut frigidum aut calidum. sed aut temperatum, aut paulò infra temperiem, quod et Paulus ferè lib. 7. Author tamen lib. de uirib. cord. calidū hunc et siccum facit tertio ordine. Carnem dicit hic calidam esse et humidam in primo. Gal. verò pituitosam, quod et Paul. propterea, ut frigida dicenda sit, non calida, et Rasis quoq; frigidam esse et humidam existimat, sed frigiditatem superare. Partem uerò acidam frigidam esse dicit, et siccam tertio ordine. Gal. et Paulus nihil de hac uidentur meminisse in codicibus qui leguntur passim. Semen quoque, ait author calidum esse in primo et siccum in secundo. Gal. secundo quodammodo ordine in his a temperamento recedere notauit. Auerr. 5. Coll. calidum esse cū forti siccitate, scripsit, et author tandem in lib. de uirib. cord. in tertio siccitatis gradu reposuit, aliqui codices uariant, et frigidum siccumve legūt secundo ordine.

Cap. 37.
Tract. 2. cap. 3.
vlt. Cont. tra. 1. cap. 219.
cap. 4. Tract. 2.

De a [cerusa.] Cap. 120.

a B. asfidagi.

Cerusa quid est? Est cinis plumbi, aut alaunoch, & cum in ea quæ fit ex alaunoch b [multum elaboratur in aduredo, fit alasreng.] & acquirit superfluam subtiliationem. Quādoque verò fiunt omnes cerusæ cum aceto, & quādoque cum salibus, & quandoque fiunt pluribus modis secundum quòd scitur in libris huius artis. *Natura.* Frigida & sicca est in secundo. *Operationes, et proprietates.* Quę fit cum aceto est vehementis subtiliationis, et magis profundans, & in alia non est vehemens subtiliatio, & est glutinatiua, & propriè alasrengeg. *Apostemata & † pustulæ* Lenificat apostemata dura & frigida *Vulnera & ulcera.* Ponitur in emplastris, & replet vlcera: & generat in eis carnē, et corrodit propriè alasrēg carnem malam, & alasreng etiā fortior est in generatione carnis. *Membra oculi.* Confert† pustulis oculi. *Membra expulsionis.* Est ex medicinis, quæ conferunt fissuris ani. *Venena.* Est ex vēenis: & expositio rememorationis eius est in capitulo de venenis.

b B. quando fit eius adustio et ficitur alasrengi.
† bothor.
V. de annot. Contrai in Mensur. dist. de electuarijs. de elect. ex citro.
† bothor.

De a [chamæmilla.] Cap. 121.

a B. bahunegi.

Chamæmilla quid est? Ex ea est alia cuius flos est citrinus, et alia cuius flos est purpureus, & alia cuius flos est albus, & nota est. Et folia quidem ipsius, et flos reseruantur, et fiunt ex eis trocischi, et eius radix b [desiccat:] et ipsa quidem est secundum Galenum propinqua virtuti rosæ in subtiliatione sua, sed est calida, et eius caliditas est sicut caliditas est olei, scilicet conueniens. *Natura.* Calida est et sicca in primo. *Operationes, & proprietates.* Est aperitiua, subtiliatiua, spissitudinis, mollificatiua, resolutiua, cum pauca attractione, immò absque attractione, et est hæc eius proprietas inter medicinas. *Apostemata & † pustulę.* Sedat apostemata calida, mollificando, et resoluendo apostemata c [et lenificat dura, quæ non sunt stricta valde,] et bibitur propter apostemata viscerum spissa. *Instrumenta iuncturarum*

b B. exsiccatur.
† bothor.
† bothor.
c B. & resoluit & lenificat duricies, quæ non sunt valde uehementes.

sturarum. Mollificat tetanum, et confortat membra neruosa omnia, et est ex medicinis plus cō ferentibus lassitudini, quam reliquæ: quoniam caliditas eius est similis caliditati animalis. *Mēbra capitis.* Est confortatiua cerebri, conferens soda frigidæ, & ad euacuandas materias capitis; quoniam resoluit absque attractione, & hæc est eius proprietas. & confert [d] [pustulis oris.] *Membra oculi.* Sanat algarab disruptum more emplastri superposita. *Membra anhelitus & pectoris.* Alleuiat sputum. *Membra nutrimenti.* Aufert icteritiam. *Membra expulsionis.* Prouocat vrinā, et egredi facit lapidem, et propriè, quæ ex ea est purpurei floris, et cum chamæmilla quidem vaporatur vesica propter dolores frigidos, et prouocat menstrua bibita, et sedendo in aqua ipsius, et educit embryonem, et secundinam, et confert iliacæ. *Febres.* Fit iunctio ex oleo eius in febribus periodicis, et bibitur ꝓpter febres antiquas in fine earum, et cōfert omni febri absque forti acuitate quum apostema calidum non est in visceribus existens in ea, et quandoque confert apostemose quum non est calidū, et est eius maturatio etiam quum non est calidum, et est eius maturatio etiam quum iā firmata est digestio. *Permutatio.* Loco ipsius ponitur in confortatione cerebri, et iuuamento quod confert in soda, berengesif, et est abrotanum.

d B. alcolæ.

De [a] [cepe.] Cap. 122.

a B. bassal.

Cepe quid est? Notum est. Et in ipso [b] [est acuitas incisiua] amaritudo, et stypticitas. Comestū verò ex eo quod est longius, est acutius. Et rubeum est acutius albo, et siccum humido, et crudum assato. *Natura.* Est calidum in tertio, et est in ipso humiditas superflua. *Operationes & proprietates.* Est subtiliatiuum incisiuum propriè quod comeditur, et in ipso cum [c] [stypticitate quam habet, est abstersio, et aperit fortius,] et in ipso est inflatio, et in ipso est attractio sanguinis ad exteriora; quare est rubificatiuum cutis, et in nō cocto quidem non generatur nutrimentum, de quo sit curandum et [d] [† cibarium cum carne aut piscibus paratum] cum cepe, minus est inflatiuum eo, quod est sine cepe, et nutrimentū eius, quod decoquitur, etiam est humor grossus. Cepe præterea, quod comeditur, propriè confert nocumento aquarum [e] [et ex eis, quæ delent serpiginem est ipsum, quum proijcitur eius scopha.] *Decoratio.* Rubificat faciem, et semen eius delet morpheam, et quum fricatur ex eo in circuitu loci alopeciæ, confert valde, et ipsum cum [f] [melle] eradicat verrucas. *Vulnera et ulcera.* Aqua eius valet vlceribus sordidis, et cōfert cum adipe galline excoriationi, quæ fit ex calciamentis. *Membra capitis.* Quandoque fit caput purgium cum aqua ipsius, et confert capiti, et mundificat ipsum, et distillatur in aurem propter grauedinem capitis, et tinnitum, et putredinem in auribus, et aquam, et est ex eis, quæ faciunt soda. Et plurimus eius vsus facit subeth. Et est ex eis, quæ nocent intellectui, propterea quod generat humorem malum: et ipsum multiplicat saliuam: *Membra oculi.* Succus eius, quod comeditur, confert aquę descendenti in oculum, et abstergit visum, et ex semine eius fit † collyrium cum melle ad albulam oculi. *Membra anhelitus et pectoris.* Aqua cepe cum melle confert præfocationi. *Membra nutrimenti.* Syluestre est difficilis digestionis, & quædam species eius mouet vomitum, & quod ex eo comeditur propter suam [g] [caliditatem,] confortat stomachū debilem, & facit appetitum, & quod bis decoctum est, est multi nutrimenti faciens sitim, & confert icteritiæ. *Membra expulsionis.* Aperit orificia hemorrhoidarum, & omnes species cepe excitant coitum. Et aqua quidem cepe [h] [cocte prouocat menstrua, & lenit naturam.] *Venena.* Confert morsui canis rabiosi, quum linitur super ipsum aqua eius: aut emplastratur ex eo cū sale, & ruta. & cepe quod comeditur, expellit nocumentum ventositatis venenosorum, & dixerunt quòd ipsum generat in stomacho humorem humidum plurimum frangentem nocumentum venenosorum.

b B. cū acuitate incisiua est. Alia litera, cum acuitate superflua incisiua.

c B. incisione est stypticitas, & in est et abstersio, & apertio fortis. Alia litera. cum stypticitate sua est abstersio, & apertio fortis.

d B. alsorbegi. † ziribeza.

e B. & quādoq; remouet tyriā, quū proijcitur eius feculentū, seu pars grossa ipsius. Alia litera. & quandoque remouetur odor eius quum proijcitur.

f B. sale.

† aleofol.

g B amaritudinem.

h B. Alia litera. prouocat vrinā, & prouocat mēstrua.

ANNOTATIONES.

Cepam calidam esse ait tertio gradu. At Gal. 7. simpl. nec non Paul. lib. 7. calidam quarti ordinis putant. de secundis verò qualitatibus nihil dicunt, an exsiccet uel humectet. Sed Hipp. 2. de diæta calfacientem exsiccare ait propter succum. Notat preterea author. cepam bis coctam multum alere. Sed contrarium lege apud Paulum lib. 1. quo in loco bis coctam parum nutrire scribit, crudam uerò omnino nihil.

cap. 76.

De [a] [corallo.] Cap. 123.

a B. besd, seu morgian.

Corallus [b] [nascitur in maribus, quæ sunt in Aphrica, & dicitur quòd si teratur, & impleantur eo concauitates dentiumi nfirmorum. eradicat eos, & confortat gingiuas, & est summus in confortatione gingiuæ. Et Galen. quidem existimauit, quòd, quum ex corallo adusto, & abluto sumitur pondus. ʒ. i. cum qua teritur pōdus danich gummæ arabicæ, & conficitur cum albumine oui: & bibitur cum aqua frigida confert sputo sanguinis, [c] [& eius eleuationi, & fluxui bene] & propriè corallus rubeus, & confert omnibus ægritudinibus stomachi; ita vt suspendatur super ipsum directè. Et dixit Galenus. Ego expertus sum, & suspendi in collo eius qui habebat dolorem stomachi, ita ut esset corallus super os stomachi, & remotus fuit dolor. Quum ergo accepi ipsum, redijt, sicut expertus fui lignum crucis in habente epilepsiam. Et qui suspenderit in collo suo in diebus sanitatis suæ corallum rubeum: securus erit a dolore stomachi, & propter hoc appenduntur in collis puerorum.] Quid est? Notus est. Et corallus quidem alius est albus: alius rubeus, & alius niger. *Natura.* Frigidus est in primo, siccus in secūdo. *Operationes et proprietates.* Stypticus est, & prohibet fluxum sanguinis, & eius exsiccatio maior est, quam ipsius [d] [contractio] nam eius exsiccaiio est uehemens. *Vulnera, & ulcera.* Abscindit carnem additam. *Membra oculi.* Confortat ocuabstergendo, & exsiccando humiditates infixas in eo, & propriè quod est ablutum ex eo quod est adustum, et abstergit uestigia ulcerum, et est con-

b Alia litera, vsq; ibi quid est, natus est.

c B. & fluxui uētris sanguinis, & superfluo fluxui ipsius ex quocunque loco iuuamēto bono.

d B. stypticitas.

conueniens lachrymis. *Membra anhelitus & pectoris.* Retinet sputum sanguinis, & adiuuat ad expuendum, et similiter niger, præcipuè quod ex eo adustum est et ablutum, et est ex medicinis confortantibus cor, et conferentibus tremori cordis. *Membra nutrimenti*. Bibitur cum [c] [melle] propter apostema splenis, et est iuuatiuum eius. *Membra expulsionis*. Confert [f] [apostematibus] intestinorum.

e B. aqua.
f B. ulceribus.

De [a] [cepe azir.] Cap. 124.

a B. bassal azir.

Cepe azir quid est? Est similis cepe muris in uirtute, & sapore suo, et administratur loco eius, sed est debilior eo. *Membra expulsionis*. Sedat dolores matricis frigidos. *Venena*. Confert uenenis, et puncturę scorpionis, et rutelę bibitum: et more emplastri superpositū, quum misceetur cum ficubus. *Permutatio*. Quantum ipsum est [b] [de zedoaria] et duæ tertię ipsius de gariophyllis.

b B. zerumbed, uel zerumbad.

De [a] [castoreo.] Cap. 125.

a B. giendedestar, seu giendibidestar.

Castoreum quid est? Est testiculus animalis marini, quod submergitur, et inuenitur par suspensum ex radice una, sicut duo fella uaccina exsiccata, et habet corticem subtilem, qui quolibet tactu frangitur. *Electio*. Electum ex eo est quòd duo testiculi sunt simul adherentes pares: illud enim non adulteratum est, et eius quidem adulteratio fit ex opoponaco, et gummi confectis cum [b] [oleo] et pauco castoreo, et desiccatur in uesica. Qui autem laborat accipere hoc membrum animalis, oportet ut quādo findit cutem, quæ est supra ipsum, vt extrahat humiditatem cum eo, quod in ipso continetur, et est humiditas sicut mel, et exsiccet eam simul. *Natura*. Est subtilius, et fortius omni quod calefacit, et exsiccat, et oportet ut sit calidum in fine tertij vsque ad quartum, siccum in secundo. *Operationes & proprietates*. Resoluit inflationem, et quando ex eo linitur, calefacit corpus, et res [c] [gummosa,] quæ est in medio eius mordicatiua, est uehementis calefactionis. *Apostemata & † pustulæ*. Confert apostematibus [d] [calidis.] *Vulnera et ulcera*. Confert vlceribus pernitiosis. *Instrumenta iuncturarum*. Confert neruis, et calefacit, et confert tremori, et spasmo humido, et alcuzez humido, et stupori, et paralysi. *Membra capitis*. Confert obliuioni, et lethargiæ cum aceto et oleo rosaceo, et subeth etiam, et si sit cum febre, tunc si bibatur cum melle, et pipere, confert, et nō nocet, et sit eius potio cochlearium: et resoluit species sodę frigidæ, & uentosæ more emplastri superpositum et uaporatum, et cōfert surditati frigidę, et neque est aliquid magis iuuatiuum uentositati in aure quam ipsum, quum ex castoreo accipitur quantum est lens una, et dissoluitur in oleo nardino et distillatur in eam. *Membra anhelitus & pectoris*. Attractio per nares ex suffumigatione eius confert apostematibus pulmonis, et infirmitatibus eius. *Membra nutrimenti*. Bibitur cum aceto propter singultum, et facit sitim. *Membra expulsionis*. Delet dolorem ventris pungitiuum bibitum cum aceto, et resoluit uentositatem, et prouocat menstrua, et extrahit secundinam quum bibuntur ex eo. ʒ. ij. cum mentastro & melle post phlebotomiam saphenæ, quoniam tunc prouocat sine nocumento, & extrahit fœtum, & remouet frigus matricis, & eius uentositatem, & frigus testiculi. *Venena*. Confert morsui uenenosorum paruorum, & est theriaca præfocationi ellebori, & quod ex eo est [e] [varium] declinans ad nigredinem, est uenenum. Et quandoque interficit in die una, & cadit qui ab eo euadit, in † phrenesim. Eius uerò † antidotus est acetositas citri, & etiam acetum de uino, & etiam lac asinę. *Permutatio*. Ponitur loco eius quantum ipsum est de acoro, & quantum medietas ipsius de pipere.

b B. sanguine.
c B. & res cerea, uel similis ceræ.
† bothor.
d B. Alia litera. frig. dis.
e B. puluerulentum.
† birsen.
† bezahar.

De [a] [caseo. Cap. 126.

a B. gieben, seu giuben.

Caseus quid est? Caseus quandoque fit ex [b] [lacte, quandoque ex sero, & est ille qui nominatur recocta.] *Natura*. Recens est frigidus, & humidus in [c] [tertio] & salitus antiquus est calidus, & siccus in eo: in aqua verò casei, propterea quòd in ipsa sunt nitrositas acquisita ex sanguine primum & pars cholerica, est caliditas quædam. *Electio*. Melior est qui medius est inter illum qui extenditur, vt viscus, & frangibilem: ambo enim sunt mali, & qui est priuatus sapore. & decliuis ad dulcedinem, & suauitatem, æqualis in sale, qui non remanet in uisceribus plurimum, & factus ex acetoso, melior est eis. Et subtiliantia quidem augmentant malitiam eius, quoniam faciunt ipsum penetrare, & impellunt eum, & caseus caprarum, quæ vescuntur subtiliatiuis, melior est caseo caprarum, quæ vescuntur [d] [nil & robilijs.] *Operationes & proprietates*. In ipso est abstersio, & recens est nutritiuus, & impinguatiuus, & comeditur post ipsum mel, & vetus est calidus, abstersiuus, mundificatiuus, & comestus efficit cholericum humorem, & salitus non vetus est inter vtrunque. Aqua verò casei impinguat canes, & nutrit eos. Et in [e] [recocta ex summa] caseorum est virtus resolutiua. *Decoratio*. Bibere aquam casei cum medicinis mundificatiuis melancholię confert & panno [f] [& recens cocta cum tanto vino quantum ipsa est in cortice granati, donec consumatur,] prohibet spasmum faciei. Et caseus quidem salitus vetus extenuat. *Apostemata & † pustulę*. Recens non salitus prohibet apostemari plagas. *Vulnera & ulcera*. Vetus bonus est vlceribus malis, & vulneribus, & recens vulneribus leuibus recentibus. Recens enim fortior est in hoc, & prohibet apostemationem eorū pręcipuè cū folijs dulb: & acetosæ syluestris: & bibitur eius aqua propter scabiem. *Instrumenta iuncturarum*. Teritur vetus cum oleo, aut cum aqua pedum porcorum salitorum, & fit ex eo emplastrum super duritiem iuncturarum, & extrahit ab eis, sicut gypsum sine impedimento, & est valde magni iuuamenti. *Membra oculi*. Ex non salito & salito fit emplastrum ophthalmiæ, & [g] [extremitati palpebræ percussæ.] *Membra anhelitus & pectoris*. Quādo coquitur in aqua, & datur in potu ablactantibus,

b B. lacte non..., ter mulsio, & quandoque fit ex alraib, & ip- sum nominatur alachath, seu... cad.
c B. secundo.
d B. alchil, & a- gieb.n.
e B. alacath e... est ex summ...
f B. Alia litera donec consum... tur medicam... quum liniatur.
† bothor.
g B. altari... est magn... menti ual...

ctantib. multiplicatur lac earũ. *Membra nutrimenti.* Salitus est malus stomacho & similiter nõ salitus. In salito verò est aliquãtula [h] [expulsio,] & Dios. quidem dixit quòd recens est bonus stomacho, & illud est ex eis, in quibus est ambiguitas: salitus autem non vetus est intra eos, & est velocior in digestione quàm ille, & velocius descendit. [i] [recocta verò est minus nociua] stomacho quàm caseus nouus. *Membra expulsionis.* Generat lapidem in renibus, & vesica, & propriè humidus: & propriè qui comeditur cum seminibus penetrare facientibus. Non salitus uerò lenit naturam, & eius aqua soluendo educit choleram, & adiuuat ipsam abstersio eius propter [k] [nitrositatem,] quæ est in ipsa, & miscetur cum melle, & fit magis iuuatiua. Et medicina quidem, quæ ex eo administratur, fit ex illo, qui fit ex lacte caprarum, & ouium, & caseus quidem confert ulceribus, quæ sunt in intestinis, & propriè assatus, & prohibet solutionem. Et quandoque teritur ille, qui est assatus, & fit ex eo clystere cum oleo rosaceo, & oleo, & confert surgenti ad ascellandum [l] [cum sanguine.] *Venena.* Dicitur quòd cum calamentho montano epithematur super venena.

h B debag. i. p̃paratio stomachi.

i B. alacath seu alacad est min' nociuum.

k B. propter bauracitatem.

l B. alaharas. i. ad ascellandum mucositates stagnantes intestina cum pauco sanguine.

a B. darsiui.

De [a] *[cinnamomo.]* *Cap.* 127.

Cinnamomum quid est? Notum est: & eius quidem est una species bona ad aliquantulã declinans nigredinem: montana, grossa, breuis, & ex eo est album [b] [latum inflatum, frangibilem habens radicem declinantem ad mollitiem,] & species nigra est plana, parum nodosa: & est ex eo species odorem habens sicut casia lignea ad viriditatem declinans, cuius cortex est, sicut cortex eius rubeus. Et est ex eis quorum virtus longo durat tempore, & propriè si teratur, et fiant ex eo trocischi cum uino. Cinnamomi prçterea est species quę nominatur cinnamomum mendosum, & habet odorem quendam, & est asperum, & ipsius uirtus est debilis, & fit ex eo oleum. *Electio.* Melius est illud quod est boni odoris, & acutum habet saporem sine mordicatione, & color eius est purus, non commistus. Inquit Dios. Melius est nigrum [c] [ad igneitatem] & rubedinem declinans, planum, ramos habens propinquos subtiles, in quo sũt dulcedo, & salsedo, & mordicatio parua, et nõ est ualde frangibile. Et ex bonitate quidem ipsius est, vt uincat omnem odorem præter suũ, & non sentiatur cum eo. Malũ vero est, in quo est odor [d] [myrti, aut thuris, aut salsedo, aut aliquantulum mali odoris] & album [e] [frangibile, & etiam contractum, & planum, grossæ radicis est malum.] Eius autem virtus conseruatur si ex ipso fiant trocischi post contritionem, & si non, debilitatur post spatium. xv. annorum, & infra. Et oportet vt ex illo assumatur quod super vnam existit radicem, & fractum eius, est falsificari aptum. *Natura.* Calidum est & siccum in tertio. *Operationes & proprietates.* Vltimũ est in subtiliatione, attractiuum, aperitiuum, rectificans putrefactionem, & omnem virtutem corruptam, & omnem [f] [saniositatem] humorum corruptorum. Oleum verò eius est calidum ualde, resolutiuum; & liquefactiuum. *Decoratio.* Ponitur super pannum, & maculas lentiginosas, & cum aceto est conueniens † pustulę [g] [leni.] *Vulnera, & ulcera.* Est conneniens impetigini & vlceribus. *Instrumenta iuncturarum.* Oleum cinnamomi est mirabile in tremore. *Membra capitis.* Confert coryzæ, & eius oleum grauat caput, & ipsum mundat caput attrahendo humiditates ex eo, et est ex sũma eorum, quæ sedant dolorem auris, et ponitur in medicinis eius *Membra oculi.* Confert panno, et tenebrositati comestum, et collyrio ex eo facto, et liquefacit humiditatem grossam oculi. *Membra anhelitus et & pectoris.* Est [h] [lenificatiuum] & confert tussi, & mundificat quod est in pectore. *Membra nutrimenti.* Aperit oppilationes hepatis, & confortat ipsum, & confortat stomachum, et desiccat humiditatem eius, et confert hydropisi. *Membra expulsionis.* Confert doloribus matricum, & renum, & apostematibus eorum postquam frangitur eius resolutio cum pauco oleo, & cera, et vitello oui, vt non superfluat & induret, et ipsum prouocat vrinam & mẽstrua, et facit abortum, et cum cordumeni confert hæmorrhoidibus. Eius verò oleum confert doloribus matricis quãdo frangitur cum oleo et cera, et si non, indurat vehementia suę resolutionis vltra hoc, quòd eo indigetur. *Febres.* Confert rigori propriè eius oleum linitum. *Venena.* Confert morsui uermiũ uenenosorum, et fit ex eo emplastrum cum myrrha puncturę scorpionis. *Permutatio.* Loco eius ponitur cortex casiæ ligneæ stypticus, aut duplum ipsius de cubebe. aut duplum eius ex heabel.

b B. laxum, habens radicẽ cõtractam frangibilem.

c B. ad cinereitatem.

d B. asne. i. vsnee, seu musci quercini, aut odor casię lignee aut odor malus

e B. Vel secundum aliam literam radicẽ habẽs asperam est malum.

f B. uirulentiã.

† bothor,

g B. lacteis.

h B. letificatiuũ

De [a] *[Cerebro.]* *Cap.* 128.

a B. demag.

Cerebrum. *Electio.* Meliora eorum sunt cerebra uolatilium, & propriè montanorum, & ex cerebris quadrupedum, cerebrum arietis: deinde uituli. *Natura.* Frigidum est & humidum. *Operationes & proprietates.* Generat phlegma, & humores grossos. *Membra capitis.* Cerebrum gallinarum confert fluxui sanguinis narium ex uelamine, & cerebrum cameli, quum exsiccatur, & bibitur cum aceto uini, confert epilepsiæ. *Membra nutrimenti.* Ipsum facit nauseam apud digestionem suam, & delet appetitum. Et oportet quidem, ut comedatur cum seminibus. Qui autem post cibum uomere uult, sumat ipsum super cibum suum, & est tardæ digestionis [b] [inuolutum faciens stomachum.] *Membra expulsionis.* Lenit ventrem: & cerebrum anatis est ex medicinis apostematum ani. *Venena.* Cerebella salubria sunt in haustu uenenorum, & morsibus animalium, quum comeduntur.

b B. adhærens stomacho sicut linimentum.

De [a] *[Croco.]* *Cap.* 129.

a B. zafaran.

Crocus. *Electio.* Melior est recens boni coloris, subtilis odoris, super cuius pilos est paululũ albedinis, non plurimũ [b] [grossus] sanus non ue

b B. repletus.

c B. neque comminutus seu neque comminuibilis in partes paruas.

lociter tingens, non inuiscans c [neque frangitur.] *Natura*. Calidus est in secundo, siccus in primo. *Operationes, & proprietates*. Est stypticus, resolutiuus, maturatiuus, & propter illud, quod in eo est de stypticitate ipsius, glutinatiuus, & eius caliditas temperata est, d [aperitiuus.] Galenus verò dixit, quòd eius caliditas est fortior stypticitate ipsius. Et eius oleum est calefactiuum. Alkanzi inquit: ipse nunquam alterat humorem: immò conseruat eum secundum equalitatem. & rectificat putrefactum, & conseruat viscera. *Decoratio*. Potus ipsius colorem efficit bonum. *Apostemata, & † pustulæ*. Resoluit apostemata, & linitur ex eo erysipila. *Membra capitis*. Facit soda, & ipse nocet capiti, & bibitur cum rob ad ebrietatem, et est faciens somnum, et obtenebrans sensus. Quũ enim bibitur in vino, inebriat, ita ut ad e [roona] perducat, et confert apostemati calido in aure. *Membra oculi*. Abstergit visum, et prohibet fluxum ad ipsum, et ualet ad pannũ: et fit ex eo † collyrium ad varietatem acquisitam in egritudinibus. *Membra anhelitus & pectoris*. Confortat cor, et est f [lenificatiuus] et odorat ipsum habens pleuresim, et patiens † phrenesim ut dormiat, et propriè ipsius oleum: et facit anhelitum facilem: et confortat instrumẽta anhelitus. *Membra nutrimenti*. Ipse facit nauseam: et deijcit appetitũ: propterea quòd oppositus est acetositati, quæ est in stomacho, ex qua est appetitus, sed ipse confortat stomachum, pp illud quod in ipso est ex caliditate: et preparatione, et stypticitate, et dixerunt quidam quod crocus est bonus spleni. *Membra expulsionis*. Excitat coitum, & prouocat urinam, & confert duritiei matricis, & eius constrictioni, & ulceribus fraudulentis in ipsa, quum administratur cum fauo, aut cum g [medulla] cum duplo ipsius de oleo. Quidam autem dixerunt, quòd ipsum in potu dederunt ad h [prolixum] partum, & factus est partus statim. *Venena*. Dicitur quòd tres aurei de ipso interficiunt lætificando. *Permutatio*. Simile pondus ipsius de costo, & quarta ponderis eius de spica, & pondus ipsius de corticibus casiæ ligneæ.

d B. aperitiua.
† bothor.
e B. rhauna.
† alcofol.
f B. letificatiuus
† birsen.
g B. Alia litera. uitello oui.
h B. difficilem.

a B. handal.

De a [*coloquintida.*] *Cap.* 130.

b B. lenis.

Coloquintida quid est? Coloquintida alia est masculus, & alia est fœmina. Masculus verò est villosus, & femina est laxa alba b [facilis.] *Electio*. Quæ ex ea eligenda est, est alba uehementis albedinis, lenis: quæ enim ex ea est nigra, est mala, & dura mala est. Et oportet quidem, ut non extrahatur, quum colligitur, eius pulpa ex uentre ipsius: immò dimittatur in ipso sicut est, ipsa enim debilitatur si fiat illud, & neque colligatur, dum non incipit in citrinitatem mutari, & non expoliatur ab ea uiriditas integrè, & si non, tunc ipsa est nocens, & mala. Et dixerunt quidam, oportet, vt alienetur cortex, & semen eius. Et quum non est super arborem, nisi coloquintida una, est perniciosa. Et masculus quidem uillosus fortior est fœmina laxa. Et oportet ut in eius contritione ad summum perueniatur. Et neque c [sit aliquis contentus:] quòd ipsa sit ualde trita, pars enim minima eius in sensu, quum inuenit humiditatem, inflatur, & adheret partibus stomachi, & inuolutionibus intestinorum, & apostemat, quare oportet, ut, quum teritur, hydromelle infundatur, deinde siccetur, & conteratur. Et rectificatio quidem eius, & expulsio suæ malitiæ est cum dragagãtho melior, quam cum gũmi, quoniam gummi magis uincit d [fortitudinem] medicinæ. *Natura*. Calida est in tertio, sicca in ipso. Alchindus uerò existimauit, quòd ipsa sit frigida & humida, & elongatus est a veritate uehementer. *Operationes, et proprietates*. Est resolutiua, incisiua, attractiua ex longinquo, & eius quidem folia uiridia abscindunt fluxum sãguinis. *Decoratio*. Fricatur super lepram & elephantiam. *Apostemata & † pustulæ*. Eius folia uiridia resoluunt apostemata, & maturant ea. *Instrumenta iuncturarum*. Conferunt dolorib. neruorum, & iuncturarum, & sciaticę, & podagrę frigidæ. e † [ ] *Membra capitis*. Purgat cerebrum, & decoquitur radix eius cum aceto, & colluitur ex ea os ad dolorem dentium, aut aperitur, & proijcitur quod est in ipsa, & coquitur acetum in ipsa cum cinere calido, & quum coquitur in oleo, est illud oleum destillatum conferens sonitui in aure, & facit eradicationem dentium facilem; f [& quum extrahitur illud, quod est in coloquintida, & impletur aceto, & decoquitur super cinerem, & colluitur ex eo os, confert dolori dentium.] *Membra anhelitus & pectoris*. Cõfert euacuatio facta per eam g [dilatationi] anhelitus vehementer. *Membra nutrimenti*. Radix eius confert hydropisi, & est mala stomacho. *Membra expulsionis*. Solutione educit phlegma grossum ex iuncturis, & neruis propriè, & soluit etiam choleram, & confert colicæ humidæ, & ventosæ ualde, & fortasse soluit sanguinem, & supponitur, & interficit fœtum, & uelocitate sui exitus ex intestinis h [non peruenit in impressionibus] quæ timentur ex amaritudine sua, & confert ægritudinibus renum & vesicæ, & ipsius quidem potio sit duo hermet. s. xij. kirat. & oportet vt conteratur, & quandoq; extrahitur quod est in eius concauitate, a superiori parte, & impletur rob de uuis, aut uino veteri dulci, & dimittitur die & nocte, & quandoque ponitur super cinerem i [ignis] vsquequo calefiat satis, & datur in potu. *Venena*. Quæ colligitur viridis, soluit superfluè, & facit uomere superfluè, & cõturbat ita, ut fortasse interficiat, & datur ad potandum cum æquali põdere sui de dragagãtho, & ex singulari nascente super radicem suam solam fortasse interficiunt duo danich, & ex semine suo, & cortice ipsius danich vnus, & radix eius confert morsui uiperæ, & est ex medicinis magnis iuuantibus ad puncturam scorpionis. Et quidam iam narrauit, quòd vni Arabum dedit in potu, quẽ scorpiones in quatuor locis pupugerant. ʒ. ex ea, & sanatus est statim, & similiter confert epithema factum ex ea. k [*Permutatio*. Loco eius grana alkerua, & dixerunt triplum eius de cucumere asinino: & dicitur fœniculum siccum in melle.]

c B. decipiatur aliquis credendo.
d B. virtutem.
† bothor.
e † B. & quãdoque fit emplastrum cum folijs recentib. ipsius ad sciaticã, & quandoq; ponitur in clystere sciaticæ, & uehemens fit eius iuuamentum, & quando est uiridis adhuc, & cũ ea fricatur sciatica, confert ualde.
f —— B.
g B. p̃parationi.
h B non ultimã tur impressiones eius.
i B. calidum.
K —— B.

De

De [a] [cicere.] Cap. 131.

a B.hamos, seu alhamos.

b B. & aliud horobinũ, seu simile horobo.
† herbum.
c B. magis acutũ & magis amarũ

CIcer quid est? Aliud est albũ, aliud rubeũ, aliud nigrum [b] [ut † horob.] Et harũ specierum aliud est domesticum, aliud syluestre. Et syluestre quidem est [c] [melius, & digestibilius,] & vehementioris calefactionis, & efficit operationem domestici in potentia. Verum nutrimentum domestici est melius nutrimento syluestris. *Natura*. Album est calidum, & siccum in primo, & nigrum est fortius. *Operationes & proprietates*. Ambo sunt inflatiua, & lenitiua, & in ipso est incisio, et nutrimentum, quod præbet est fortius nutrimento fabarum, et magis solidũ: neque est aliquid in suis figuris [d] † [ ] quod magis ipso nutriat pulmonem, et quod ex ipso est humidum, plus est generatiuum superfluitatum, quam quod ex eo siccum est. *Decoratio*. Abstergit lentigines, et colorem efficit bonum linitum et comestum. *Apostemata, & † pustulæ*. Confert apostematibus calidis, et duris, et reliquis apostematibus, quę sunt ex eis in glandulis. *Vulnera et ulcera*. Eius oleum confert impetigini. et ipsius farina ulceribus fraudulentis, et cancerosis, et prurituі. *Instrumenta iuncturarum*. Cõfert dolori dorsi. *Membra capitis*. Confert † pustulæ humidę in capite, et confert eius infusio dolori molarium, et cõfert apostematibus gingiuæ calidis et duris, et apostematibus, quę sunt sub auribus. *Membra anhelitus & pectoris*. Clarificat vocem, et nutrit pulmonem melius quam res aliqua, & propter hoc fiunt ex eo sorbitiones scilicet ex farina ciceris. *Membra nutrimenti*. Eius decoctio vtilis est hydropisi, et ictеritiæ, & aperit, & propriè quod est ut † orobus, & nigrũ oppilationes hepatis & splenis. & oportet ut cicer comedatur, neque in principio cibi, neque in fine ipsius, immò in medio eius. *Membra expulsionis*. Decoctio nigri frangit lapidem in vesica, et renibus cum oleo amygdalino, et raphano, et apio. et totum [e] [quod ex ipso est,] extrahit fœtum, et est malum vlceribus uesicę, et vehementer addit in coitu, et propter hoc [f] [nutrit masculina animalia, et camelos.] et eius infusio facit erigere membrum fortiter quando bibitur cum uino. Et totum lenit naturam, et aperit oppilationes renum, et propriè nigrum, et quòd est vt † horobus. Et dixerũt quidam, ꝙ quando infunditur in aceto, et aliquis ex eo comedit ieiunus, et moratur super ipsum per medium diem, interficit vermes. Hipp. dixit quòd in cicere sunt duæ substantiæ, quæ separantur cum decoctione, quarum una est salsa, et lenit naturam, et altera est dulcis, et prouocat urinam, et dulcedo in ipso est inflatiua, et excitat coitum.

d † B. seu in genere ipsius.
† bothor.
† herbum.
e ——— B.
f B. pascuuntur eo animalia masculina & cameli.
† herbum.

ANNOTATIONES.

Cap. 39.

Cicer album notat calidum esse & siccum primo gradu, & nigrum esse potentius. At Auer. 5. Coll. temperate calidum et humidum utrunque facit, quod sentire et Gal. uisus est 6. simpl. med. dicens calidum esse et modicè humidũ. tametsi aliqui codices latini siccũ legunt. Locus uerò Hip. quem author innuit, hic est 2. de diæta. Cicer album per alvum secedit, et per urinam eijcitur, et alit. Et alit quidem carnosum in ipso. per urinam uerò eijcitur dulce. per alvum autem secedit salsuginosum.

De [a] [columbis.] Cap. 122.

a B. hamam.

Columbæ quid sunt? In pullis, qui volare nõ possunt, est caliditas et humiditas superflua, sed illæ quæ volant, sunt leuiores, et oua eorum sunt calida ualde. *Operationes, et proprietates*. In pullis est grossitudo propter humiditatem superfluam. *Membra capitis*. Sanguis columbæ abscindit fluxum sanguinis narium, qui est ex velamine cerebri. *Membra nutrimenti*. Volantes sunt leuioris digestionis, et melioris humoris quam pulli, et oportet quidem ut calefacti comedant eos cum acresta, et coriandro; et medulla citruli, et eius oua sunt mali saporis.

De [a] [camphora.] Cap. 133.

a B. chafur.

CAmphora quid est? Camphoræ species sunt [b] [alkansuri, et ariagie, deinde alczeid, et alescek;] et est illa quæ est permista cũ ligno suo, et ex eo quod sublimatum est ex ligno eius. Quidam autem dixerunt, quod est arbor magna faciens vmbram [c] [hominibus, cui leopardi adhærent, non ergo] peruenitur ad eam, nisi in tempore noto anni, et est spongiosa [d] [marina.] hoc est secundum quòd existimauerunt quidam. Lignum verò eius iam multoties vidimus: et est lignum album, frangibile, leue, in cuius [d] [ramis] quandoque continetur aliquid de vestigijs camphorę. *Natura*. Est frigida et sicca in tertio. *Decoratio*. Accelerare facit canitiem vsus eius. *Apostemata et † pustulæ*. Prohibet apostemata calida. *Membra capitis*. Prohibet cum aceto fluxum sanguinis ex naribus: aut cum expressione dactylorum immaturorum, aut cum aqua myrti aut aqua albedarungi, & confert soda calidæ. *Febres*. Facit vigilias, & confortat sensus calefactorum, & confert † aphthis vehementer. *Membra oculi*. Cõfert medicinis ophthalmiæ calidæ. *Membra expulsionis*. Abscindit coitum, & generat lapidem renum, & vesicæ, & constringit fluxum uentris cholericum.

b B. Alia litera. alfansuri, alrebahay, deinde alazud, & alasfarc, & alazarach.
c B. multitudini animalium valde numerosæ sub qua quidẽ vmbra cõsueuerunt habitare alnemur, seu alnemer & non.
d B Alia litera. similis arbori maritimæ, &.
e B. concauitatibus.
† bothor.
† alcola.

ANNOTATIONES.

Caphuram frigidam esse scribit & siccam tertij ordinis, quod & Auerr. 5. Coll. Huius tamen contrarium statuendum uidetur ex Gal. 3. de temperamen. & 4. de vsu part. ubi calidã esse scribit, et quæ facilè inflammantur talẽ uerò esse caphuram satis est notum. Notat hic author, caphuram vigilias facere. Huius tamen contrarium collige ex eodem, lib. 3. ubi eam medicamentis ad somnum conciliandum admiscet.

cap. 50. cap. 9. cap. 5.
Fen 1. Tract. 2. cap. 10.

De a [campepytheos.] Cap. 134.

a B. chamasitus seu kemasithus.

Camępithys quid est? Stipites, & flores rubei decliues ad nigredinem, & uirides subtiles, et eius flos est amari saporis cum stypticitate pauca, & eius [b] [acrimonia] est minor amaritudine, & eius folia sunt herbalia, subtilia, incedentia super terram, & sunt similia folijs albeharuerũtamen

b B. acuitas.

men sunt subtiliora,& molliora, et maiorũ florum quam ipsa,et eius flores sũt citrini. *Natura.* Calidus est in secundo,siccus in tertio. *Operationes et proprietates.* Est appetitiuus , abstersiuus , & eius abstersio in mẽbris interioribus est maior calefactione ipsius,& in ipso est virtus solutiua. *Apostemata & † pustulæ.* Ponitur super durities , & propriè duritiem mammillarum , & prohibet incensionem formicæ. *Vulnera et ulcera.* Consolidat vulnera cũ melle facto emplastro ex eo , & vlcera putrida. *Instrumenta iuncturarum.* Cõfert sciaticæ , & propriè quando bibitur cum aqua mellis.Et dixerunt quidam,quòd quando bibitur cum hydromelle xl.diebus sanat sciaticam, & resoluit duritiem podagræ:*Membra nutrimenti.* Aperit oppilationes hepatis , & eius ægritudines,& splenis, & confert icteritiæ nigrę quum bibitur septem diebus continuis. *Membra expulsionis.* Aperit oppilationes matricis,& prouocat vrinam & menstrua, & remouet difficultatem eius,& prohibet dolores renum, & supponitur cum melle , & mundificat matricem,& quando ex duobus aureis de eo cum ficubus,aut melle fiunt collyria,deponit phlegma sufficienter. *Venena.*Confert nocumento veneni nominati c [ositon.] *Permutatio.* Loco eius ponitur medietas ponderis de siseleos & quarta ponderis ipsius de casia lignea.

† bothor.

c B. aucaston , uel secundum aliam literam acuitum.

De a [*Chamædryos.*] Cap. 135.

a B chamadri° uel kemadrius.

Chamædrys quid est? Stipites, & folia frangibilia in grossitudine b [myrti] & maiores ad viriditatem decliues. Et herba eius nominatur apud græcos quercus terrę,quoniam habet folia parua similia folijs quercus, amara , & eius radix declinat ad purpureitatem. *Electio.* Oportet vt colligatur dum habet semen. *Natura .* Inquit Galenus est calidus & siccus in tertio , eius tamen calefactio fortior est desiccatione ipsius. *Operationes et proprietates.*Est aperitiuus,incisiuus, subtiliatiuus , & in ipso est calefactio corporum . *Vulnera,et ulcera.* Confert cum melle ulceribus antiquis.*Instrumenta iuncturarum* . Quando , quod ex eo recens est, bibitur , aut eius decoctio , confert contritioni lacertorum , & eius syrupus confert spasmo , & quanto plus antiquatur , est melior . *Membra oculi .* Fiunt ex eo pilulæ,& exsiccantur , & administrantur in ulceribus oculi,& similiter eius decoctio in oleo: aut quod ex eo tritum est , confert fistulis lachrymalium . *Membra anhelitus et pectoris .* Confert tussi antiquę . *Membra nutrimenti .* Detumescere facit grossitiem splenis , & confert icteritiæ nigrę,& habet syrupum , qui confert malitiæ digestionis ualde,& quanto magis antiquatur,est melior,& confert principio hydropisis. *Membra expulsionis .* Prouocat urinam , & menstrua,& c [extrahit] fœtum. *Venena.* Fit ex eo emplastrum morsibus vermium venenosorũ. *Permutatio.* Loco eius ponuntur folia eupatorij, & scolopendriæ.

b B.basiliconis

c B. facit descẽdere.

a B. chundes , seu kundes.

De a[*cundes.*] Cap. 136.

Cundes (.i.*struthium*) quid est?De hoc quidem plurimum administratur radix,& est notum . *Natura.* Est calidum & siccum in tertio, perueniens ad quartum. *Operationes & proprietates .* Est abstersiuum , mundificatiuum , vlceratiuum , b [acre,] mordicatiuum,excitans vomitum,incidit phlegma, & choleram nigram . *Decoratio .* Abstergit albaras,& morpheam, & propriè nigram. *Apostemata & † pustulæ .* Confert scabiei. *Membra capitis .* Facit sternutationem , & est ex summa medicinarum mundificãtium aurem, & abstergentium sordes,quæ sunt in ea : & de proprietatibus eius est resolutio ventositatum ex naribus,& confert alchasem aperiendo oppilationes colatorijs fortiter . *Membra nutrimenti .* Facit uomere fortiter, & soluit duritiem splenis. *Membra expulsionis .* Est solutiuum,prouocatiuum vrinę : & supponitur,& prouocat menstrua:& extrahit fœtum:& frangit lapidem. *Permutatio .* Loco eius in vomitu ponitur nux vomica eiusdem ponderis cum tertia sui ponderis de pipere.

b B.acutum.

† bothor.

De a [*cubebis.*] Cap. 137.

a B. chubabe uel kebabe.

Cubebe quid est? Eius virtus est similis rubeę veruntamen est subtilior. *Natura.* Dixerunt quidam in ipsa est cum caliditate virtus infrigidatiua & est vere calida & sicca perueniens vsque ad secundum . *Operationes & proprietates.* Est aperitiua,subtilis, ad acuitatem decliuis : & neque peruenit ad hoc vt loco cinnamomi ponatur . *Vulnera & vlcera .* Est bona vlceribus putridis in membris & gingiuis . *Membra capitis .* Est bona † aphthis putridis in ore. *Membra anhelitus & pectoris .* Quando tenetur in ore,clarificat vocem. *Membra nutrimenti .* Est fortis in aperiendo oppilationes in hepate . *Membra expulsionis .* Mundificat vrinæ vias, & prouocat arenosam . & extrahit lapidem renum, & vesicæ ; & sputum masticantis eam , delectat eam b [qua utitur .]

† alcola.

b B. cũ qua habetur coitus.

De a [*cuscute.*] Cap. 138.

a B. chessuth , uel Kessuth.

Cuscute quid est?Res inuoluta super spinas, & arborem similis villis Mechijs; & non habet folia; sed habet florem paruum album, in quo sunt amaritudo,& b [stypticitas]sed quod in ipso magis vincit:est substantia amara. *Natura.* Est calidum parumper in principio primi, siccum in fine secundi , quamuis ipsum sit habens virtutes contrarias. *Operationes et proprietates .* Est mũdificatiuum , & extrahit superfluitates subtiles ex venis, & grauat in stomacho propter suam stypticitatem : & mundificat venas,& extrahit superfluitates,quę sunt in eis cum facilitate lubrificans superfluitates subtiles. *Membra nutrimenti.* Confortat stomachum propriè quod ex eo frixum est;& quando bibitur cum aceto, sedat singultum , & aperit oppilationes hepatis , & stomachi , & confortat ea. Et eius aqua est mirabilis ad icteritiam: & succus eius quod de eo est syluestre quum teritur , & proijcitur super uinum , fortem efficitur stomachum debilem. *Membra expulsionis.* Et ipsum quidem

b B.ponticitas.

quidem mundificat sordes ventris fœtus, propterea quia mundificat venas, & prouocat urinam & menstrua, & confert dolori pungitiuo ventris. & supponitur, & retinet fluxum sanguinis, & quod ex eo frixum est, cōstringit, &[c] [mūdificat fluxum] matricis. *Febres.* Confert ualde febribus antiquis semen eius, & aqua ipsius.

c B. Alia litera. confert fluxui.

De[a] [*cymino.*] *Cap.* 139.

a B. kemun.

Cyminum quid est? Eius aliud est Carmeniū & aliud Persicum, & aliud [b] [Emium, & aliud Nabathium. Carmenium verò est nigri coloris & Persicum est fortius Emio.] Nabathium verò est illud, quod inuenitur in aliis locis. Et ex omnibus aliud est syluestre, & aliud domesticū. Syluestris itaque [c] [acrimonia] fortior est. Et de syluestri quidem est species quędam, cuius semen est simile semini lilij. *Electio.* Carmeniū est fortius quàm Persicum, & Persicum fortius alijs. *Natura.* Est calidum in [d] [tertio, siccum in secundo.] *Operationes, & proprietates.* Expellit uentositates; & resoluit: & in ipso est incisio, & exsiccatio: & in ipso est stypticitas. *Decoratio.* Quū lauatur facies ex aqua ipsius, clarificat eam, & similiter eius vsus, & acceptio eius cum mensura. Eius nanque nimius vsus, faciem citrinat. *Apostemata, &* † *pustulæ.* Administratur cum cerato, aut oleo, & farina fabarum super apostemata in testiculis. immò cum oleo, aut oleo & melle. *Vulnera & ulcera.* Consolidat vulnera propriè syluestre, cuius semen est simile semini lilij quum eo impletur super vulnera. *Membra capitis.* Quum teritur cyminum cum aceto, & fit odoramentum ex eo, abscindit fluxum sanguinis narium. Et similiter quum ex eo intromittitur licinium in nares. *Membra oculi.* Quandoque masticatur, & miscetur cum oleo, & destillatur super ungulam. & super coagulatum sanguinē sub oculo, & confert. Et quandoque masticatur cum sale, & destillatur sputum super scabiem, & † sebel, & ungulam abscisam, prohibet adhęrentiam, & succus syluestris abstergit visum, & attrahit lachrymas, & nominatur grecè fumus & ipsum etiā ponitur in cauterijs euulsionis pilorum in oculo, & non nascitur. *Membra anhelitus & pectoris.* Quando bibitur cum aceto mixto cum aqua, confert difficultati anhelitus: ita dicit Gal. & anhelitui dilatationis, & tremori cordis frigido. *Membra expulsionis.* Administratur cum oleo super apostemata testiculi: & quādoque administratur cum cerato: & quandoq; administratur cum oleo, & farina fabarum: & frangit lapidem, & propriè syluestre, & confert destillationi vrinæ, & mictui sanguinis, & dolori pungitiuo ventris, & inflationi, & succus syluestris triti cum aqua mellis soluit uentrem. Inquit Rufus cyminum Nabathium soluit uentrem. Carmenium uerò nō soluit, immò stringit. Et herba syluestris prouocat choleram in vrina. *Venena.* Datur in potu, cum uino ad morsum vermium venenosorum, & propriè syluestre, cuius semen est simile semini lilij.

b B. fcemium, & aliud nabathium. karmenium verò est nigri coloris: & fcemium est citrini coloris, & persicum quidē est fortius fcemio.
c B. acuitas.
d B. secundo, sic cum in tertio.
† bothor.
† venas oculi sanguinē tuentes.

De[a] [*carui.*] *Cap.* 140.

a B. karauia.

Carui quid est? Est proximum dispositionib. anisi. *Natura.* Calidum est & siccum in secundo. *Operationes & proprietates.* Expellit uentositates, & exsiccat; & nō est in sublimatione cymini. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert tremori cordis. *Membra expulsionis.* Est bonum vermibus, interficit enim eos.

ANNOTATIONES.

Caron calidum & siccum putat secundo gradu. Gal. 7. simp. & Paul. li. 6. ad tertium fere gradum protendi asserunt. At Auerr. 5. Coll. in tertio absolute ordine reposuit. Cap. 42.

De[a] [*cappare.*] *Cap.* 141.

a B. kabar.

Capparis quid est? Est fructus, & habet radicem, & habet fructum, aliūqui est sic], ut cucumis non capparis, & est [b] [acris,] calidus, qui ponitur in musto, & conseruat ipsum ab ebullitiōe sicut synapis, & eius radix est amara [c] [acris:] & quædam species eius est [d] [culzumita faciens in ore† pustulas usque ad terminū, quo vesicetur, & apostemat gingiuam. *Electio.* Iuuantius quod in ipsa est, sunt cortices radicis eius. *Natura.* Generata in terra calida, est calidior; & calor totius, & eius siccitas est in secundo. *Operationes & proprietates.* Est resolutiua, aperitiua, et abstersiua, & ipsius radix est incisiua, sublimatiua, mundificatiua, aperitiua in cuius cortice sunt amaritudo, & [a] [acrimonia] et stypticitas, et nutrimentum fructus eius est paruum, præcipuè quum salitur, & quod ex ea est humidum est magis nutritiuum, quàm quod siccum est. *Apostemata &* † *pustulæ.* Eius radix resoluit scrophulas, et durities, & admisceatur ei quod frangit virtutem eius: & folia eius iam experta sunt ad illud. *Vulnera & vlcera.* Cortices radicis eius ponuntur super fraudulenta, & sordida. *Instrumenta iuncturarum.* Cortices radicis eius conferunt sciaticæ, & doloribus anchæ, & quandoque fit clystere ex succo eius, et confert ei valde, & confert paralysi, & stupori, et stringit membra propter stypticitatem, quæ est in ipsa, et similiter confert attritioni accidenti in capitibus lacertorum, et in medio eorum. *Membra capitis.* Cortices radicis eius masticatę extrahunt humiditatem a capite: et sedant dolorem frigidum in eo; et eius succus destillatur in aurem, propter vermes ipsius. Et quandoque [f] † [ ] stringitur cortex radicis eius cum dente [g] [solo] et confert, et propriè quum est humida: aut folia eius, et similiter collutio oris cum aceto, in quo decoquitur, aut uino, aut quaudoque cum aceto, et quandoque cum vino. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert quod ex eo salitum est patientibus asthma. *Membra nutrimenti.* Ipsa est res magis conferens spleni, & duritiei eius bibita: & more emplastri superposita cum farina hordei, et similibus, et propriè cortex radicis eius. Et multoties euacuat ex splene materiam grossam, melancholicam. & succedit ei sanitas. *Membra expulsionis.* Solutione educit humorem crudum, grossum, et prouocat menstrua, & interficit serpentes, & uermes in intestinis. Et confert hæmorrhoidibus. Et augmētat coitum. Et quod ex ea salitum est, ante cibū sumptum soluit. *Venena.* Est theriaca.

b B. acutus.
c B acuta.
d B. chulzemi, i. regionis maris rubri.
† bothor.
a B. acuitas.
† bothor.
f † B. mordetur seu.
g B. doloso.

a B. karumb.

De a [caule.] Cap. 142.

b B. Alia litera. Albū ipsorum.
c B. Alia litera. calidior.
† .i. vulgatus caulis.
d B. althendue.
† bothor.
e † B. cinis eius.
f B. Alia litera. & confert ebrietati ex vino.
† alcofol.
g B. Alia litera. album seu substātia ipsius medullaris, quę est alba.
h † B. Alia litera. aut flos eius.

Caulis *Natura*. b [Corpus] humidius est folijs, & syluestris calidior est & siccior, & ipse totus est calidus in primo, siccus in secundo. Et caulis quidem alius est domesticus: & alius syluestris, & alius marinus, & alius caulis aquę. Syluestris verò est amarior, & c [acutior,] & remotior ab hoc vt sit cibus. Et decoctio quidem radicis caulis cū aqua granatorum est bona.† Canabit prȩterea est grossi nutrimēti, ingrossans sanguinem, quum non dissoluitur: & inflat vsque ad partes d [furculæ] & lateris: & facit dolorosum corpus, & non est mutabilis sicut uentosus. *Operationes & proprietates.* Est maturatiuus, lenificatiuus, desiccatiuus propriè quando decoquitur, & effunditur ab eo aqua prima. Et cinis quidem stipitum eius est fortis exsiccationis, & habet proprietatem in sedatione dolorum, & eius nutrimentum est paruum, & humidius nutrimento lentium, & sanguis eius est malus. Quum ergo coquitur cum carne pingui & gallinis, fit bonus parum. *Apostemata & † pustulæ*. Syluestris, & marinus, & domesticus maturant phlebothomationes & durities. *Vulnera, & ulcera*. Consolidat, & prohibet ambulationem fraudulentis, et ponitur e † [ ] cum albumine oui super adustionem. *Instrumenta iuncturarum*. Confert tremori, et quandoque ponitur cum fœnugreco super podagram; et embrocatur decoctio eius super dolores iūcturarum. *Membra capitis*. f [Eius decoctio & ipsius semen retardant ebrietatem, & confert furfuribus,] & quādo cum succo eius fit caputpurgium, purgat caput: & ex proprietatibus eius fit exsiccatio linguæ, & facit somnum. *Membra oculi*. Obtenebrat visum, hoc tamen quòd ponitur in † collyrijs. *Membra anhelitus & pectoris*. Fit gargarismus cum succo eius: aūt decoctione ipsius cum oleo sesamino, et confert præfocationi, et comestio eius clarificat uocem. *Membra nutrimenti*. Est malus stomacho et eius succus cum uino de passis confert spleni, et ictericitiæ, et eius g [canna] est tardæ digestionis. *Membra expulsionis*. Prouocat vrinam et mēstrua, et eius semen cum aqua lupinorum interficit vermes, et eius flos prouocat menstrua etiam. Quum ergo supponitur ēt ipse, et succus eius cum farina sceilem, h † [ ] interficit fœtum, et quando supponitur eius semen post coitum, corrumpit sperma et cinis radicis eius frangit lapidem. Et caulis, qui est marinus, declinat ad salsedinem et amaritudinem, propter illud ergo lenit naturam. et soluit propriè cum carne pingui, et folia eius sunt sicut folia aristolochiæ, quæ ex una radice oritur. *Venena*. Eius succus cum uino confert morsibus, et est conferens morsui canis rabiosi.

a B. Kuzbara, seu Kuzibara.

De a [coriandro.] Cap. 143.

b B. cum.
c B. aliter enim non oporteret, vt multa quantitas sit.
† bothor.
d B. confert fere, & igni persico.
† Aliās essere.
† sauich.
e B. aut.
† cola.

Coriandrum quid est? Aliud est humidum, et aliud siccum. Dixit Gal. quòd virtus eius est composita, et quòd in eo dominatur, est terreitas quandoque, et aqueitas tepida, et in ipso est ponticitas parua b [a] stypticitate. Apud me verò aqueitas in ipso frigida est, nō tepida omnino, nisi sit propter substantiam subtilem calidā permistam ei, cuius separatio ab eo fit velox. Et Hunaim quidem dixit etiam, quòd Gal. remouet frigus a coriandro contradicendo Dios. Ego autem dico, ꝙ testificati sunt iam frigus eius Rufus, et Archigenes, et alij ab eis. *Natura*. Frigidum est in fine primi usque ad secundum, sic cum in secūdo, et apud filium Viregi in tertio. Apud me verò siccum est declinans ad caliditatem paruam. Sed Galenus in toto facit declinationem ad caliditatem, et forsitan illud est propter substantiam in ipso subtilem, quæ resoluitur, et non remanet quum bibitur, c [et si non, propter qd oportet, ut sit multitudo.] succi eius interficiens cum infrigidatione? *Operationes & proprietates*. In ipso est stypticitas, et stupor, et succus eius cum lacte sedat omnem fortem pulsationem. *Apostemata, & † pustulæ*. Confert apostematibus calidis cum aceto, et cerusa, et oleo ros. et cum melle et oleo d [† scere, et uestigijs ignis persici.] Et cum farina fabarum, aut † succo, aut farina ciceris, scrophulis, quando permiscetur cum eis succus eius. Inquit Gal. quum resoluat scrophulas, quomodo ergo est frigidū? Et possibile quidem est ut dicatur ei, propter ipsius proprietatem e [et] quoniam in ipso est substantia subtilis, profundans, penetrans, et ꝓfundatur, et non profundatur substantia frigida, sed quando bibitur, resoluitur calidum velociter, et remanet agens frigidum; et dixit non sanat ex erysipila, nisi quod infrigidatum est, aut permistum humori melancholico, aut plegmatico. *Membra capitis*. Confert vertigini factæ a vapore cholerico, aut phlegmatico, et epilepsię factę ex hoc, et eius proprietas est prohibere uaporem a capite, et propter hoc ponitur in cibo patientis epilepsiam ex vapore stomachi, et multitudo eius humidi, et eius sicci, permiscet sensum. Et quod humidum est, facit somnum, et prohibet fluxum sanguinis narium. Et puluerizatio sicci, et collutio oris ex succo humidi cōfert † aphthis. *Membra oculi*. Generat tenebrositatem visus, et succus eius destillatus sedat pulsationem in oculo: et propriè cum lacte mulieris: et quando ex folijs eius fit emplastrum prohibet fluxum materierum ad oculum. *Membra anhelitus & pectoris*. Confert tremori cordis calido, et potantur ex eo ʒ.ij. cum aqua linguæ arietis, et retinet sputum sanguinis. *Membra nutrimenti*. Est tardę digestionis, et confortat stomachum calefactum, et quod de eo torrefactū est, prohibet vomitum. Et dicitur quòd ipsum sedat eructuationem acidam post cibum, et si ita est, tunc facit illud propterea quòd prohibet vaporem et motum eius. *Membra expulsionis*. Constringit semen eius torrefactum, et dicitur ꝙ semen eius cum rob solutione educit serpentes. Et coriandrum quidem humidum cum melle, et oleo confert apostematibus calidis testiculorum. Et quod ex eo humidum est, et quod siccū est, frangit virtutem coitus, et erectionem uirgæ desiccando sperma. *Venena*. Quum ex succo bibitur circiter. vnc. iiij. interficit, quoniam facit hominem possidere tristitiam, et syncopim et non oportet uniuersaliter, ut de eo multum sumatur.

ANNOTATIONES.

cap.115. *Coriandrum refrigerare putat Dioscor. lib. 2. Gal. Dioscoridem arguit 7. simp. med. & ex substantia ait constare tum terrena & tenui, cuius iudicium amaritudo est, tum aquea, quæ tepentis facultatis est particeps. quod & Paulus dicit. Author tamen hic Dioscoridem tuetur, tum multiplici ratione, tum Rufi & Archigenis testimonio, & secūdo quoq; de virib. cord. frigidum esse testatur, secundo ordine, et siccum tertio. cui et Rasis 3. ad Almans. consentire uidetur. Sed cum Gal. stat Auer. 5. Coll. et Rasis 23. Contin. horum sententiæ, fauere Hipp. uidetur 2. de dieta, calidū ipsum esse pronuncias. Notat præterea author coriandrum epilepsiæ conferre, quæ ex uentriculi fit consensu. Idem tamen lib. 3. illius usum comitiali morbo damnat præterquā in ea, quę sanguinea est et biliosa. In qua re et eo sibi aduersari uidetur, quod somnum ab hoc cōciliari adnotauit, quod et Hipp. loco citato. quod profectò si ita se habet, cum siccitas uigilias faciat non somnum, quomodo et uigilias facere et secundo ordine possit exsicare, tu considera.*

cap.17. cap.42. Fen 1. tract. 5. cap. 11.

a B. Kelb.

De[a] [*cane.*] *Cap.* 144.

CAnis. *Decoratio.* Vrina canis administratur super verrucas, et quod dicitur de lacte eius, q ipsum abradit pilos, & prohibet ortum pilorū euulsorum, est vanum, secundum quòd existimauit Gal. in locis pluribus, b [et Gal. quidem scripsit canones, in quibus dixit quod sanguis canis prohibet ortum pilorum euulsorū.] *Membra expulsionis.* Inquit Gal. destructus est sermo eius, qui existimauit, quòd sanguis canis extrahat foetum. *Venena.* Sanguis canis rabiosi conuenit morsui ipsius, et ueneno sagittę Armenæ.

b—B.

a B. lham.

De[a] [*carne.*] *Cap.* 145.

Caro quid est? Carnes bonę sunt b [caro ouina, quæ cum caliditate est subtilis, & iuuenum taurorum, & caprarum,] et carnes illorum, qui de eis sunt parui, sunt magis susceptibiles digestionis, & subtilioris nutrimenti. Et hœdina quidem est minorum superfluitatum, quàm c [arietina.] Caro autem lactentis a lacte laudabili est bona. ex lacte verò non laudabili, est mala. Et caro decrepiti quod est ex ouibus, est mala; & similiter caro extenuati. Et caro nimis macri est leuior et suauior. & similiter caro masculi d [& rubea diuisa ex animalibus plurimæ pinguedinis, & alba sunt leuiores: & uaria] est minoris nutrimenti: & natat in stomacho. *Electio.* Melior caro, & e [digestibilior] est illa, quæ est circa os. Et dextra quidem leuior est, & melior est sinistra, & quę est in medio lacertorum, mundior est f [carne neruorum.] Caro autem laxa, super quam non est neruus, fortasse est suauis, & propriè, quæ est propter generationem lactis, sicut caro mammillæ. aut propter generationem saliuæ, sicut caro radicis linguæ. Et eius quidem nutrimentum, quando digeritur, est bonum, et g [quibusdam] horis est phlegmaticū. Multitudo verò nutrimenti eius non est h [nisi multitudo nutrimenti reliquarum carnium, & caro lacertorum] nisi caro mammillæ; & caro testiculorum gallorum; minus verò bona ē, quæ creata est ad hoc vt sit substentaculū. sicut, quę texitur inter venas hepatis, & reliqua. Et caro cordis & radicis eius i † [ ] similis moro. Et mammillæ quidem nutrimentum est bonum. Quòd si in ea est lac, est grossum. k [Testiculorum uerò] caro est melior alijs. Et uolucris verò caro melior est alduragi, & gallinarum est subtilior ea, & non sunt cum nutrimento carnium l [coturnicum, perdicū et phasiani.] Omnis preterea animalis siccæ complexionis caro, parui, est melior m † [ ] sicut caro hœdi. Ipsa enim est bona. Caprina verò non est bona multum, & eius humor fortasse est malus valde. Hircina autem caro est mala absolutè. Et caro n [luporum] est mala. Et omnes volucres magnæ aquaticę, & habentes colla longa, & pauo, & miluus, & palumbus duræ o † [ ] & alcatha: & quorum plurima generatio est melancholica, & quæ eis sunt similia: & passeres omnes malæ sunt. Alæ verò auium grossarū magnarum exercitantium sunt boni chymi. Caro autē syluestris melior est caro gazel cum sua declinatione ad melancholiam. Christiani verò dicunt, & qui eos imitantur, quòd melior caro syluestris est caro porci siluestris. Nam cum hoc quòd est leuior carnibus domestici, est fortis nutrimenti & plurimi, et est velocis digestionis, & est melior quàm esse potest in hyeme. Oportet præterea vt consideretur in dispositionibus animalium etiam in ętate, & in loco sui pastus: & sui exercitij, et reliquorum, quæ dicta sunt in lacte. *Natura.* Caro p [auis omnino] siccior est carne quadrupedis, et caro vaccina siccior est carne caprina. Caro autē caprina est sicca et difficilioris digestionis carne ouina. Et caro q [veterum] est grossi nutrimenti, et vehementis calefactionis. Leporis uero caro est calida et sicca. Carnes magnarum auium. et anserum, et miluorum est grossa. Anatis verò caro, et aquaticarum est uehementis humiditatis, et est propinqua in hoc carni ouinæ. Et existimauerunt quidam quòd caro ericij est humectatiua, et caro pinguis, et r [natiū,] caro est calida et humida. *Operationes et proprietates.* Caro est cibus confortans corpus, et est cibus magis propinquę conuersionis ad sanguinem, et nutrimentum quidem eius, quę in patella cocta est, et eius, quæ assata est, est siccius et nutrimentum eius, quæ elixata est, est humidius. Et eius quidem, quę cocta est cum seminibus, et muri, et similibus. virtus, est virtus seminum eius. Pinguedo autem et adeps sunt mali nutrimenti et pauci, et subleuant cibum, et non est conueniens ex eis nisi quantitas parua secundum mensuram, quæ delectet. Salita verò caro quamuis in principio fuerit humida, tamen facta est desiccatiua, vehementiorem habens desiccationem quàm omnis caro, Et eius nutrimētū est paruum. Et caro quidem pingus lenit ventrē cum paucitate sui nutrimenti, et velocitate suæ conuersionis ad fumositatem, et choleram, et digeritur velociter. Et caro s [iliorum et natiū] deterior est carne pingui, et est mala in digestione et nutrimento, et est calidior et grossior t [pinguedine.] Caro uaccina plurimi est nutrimenti, grossa, melancholica, generans ægritudines

b B. carnes aldan. i. ouium q̄ sunt cum caliditate sua subtiles & carnes caprarum alfethi. i. unius anni, aut duorum annorum, & caro vitulorū alfethi.
c. B. agni.
d B. diuisa, seu separata ab animali multū pingui, & ab alba ē leuior. Et almegieza.
e B. delectabilior.
f B. Alia litera. a supfluitatibus seu est caro mūdior ab eo qđ non est conueniens. Alia litera. a neruis.
g B. pluribus.
h B. comparabilis ad multitudinē nutrimenti omnium carniū quæ sunt ex carne lacertorum. Alia litera. nisi multitudo nutrimenti omniū carniū quæ sūt ex carne lacertorum. Alia litera nisi sicut multitudo reliquarum carnium lacertorum.
i † B. Alia litera. & quæ est.
k B. Alia litera. Castratorum verò animalium.
l B. alchabagi, & altaiaigi, & altedarigi.
† alcubegi, & atheiz, & alderariz.
m B. quàm caro magni ipsius.
n B. animalium rapacium.
o † B. carnis.
p B. volucrum vniuersaliter.
q B. algiezur. i. camelorum.
r B. allie.
s B. allie.
t B. quàm adeps

gritudines melancholicas: quæ melior eſt eius, eſt caro vitulorum. Carnem præterea uaccinā diſſoluunt cortices melonum. Et melior quidem hora in qua comeditur, eſt ver, & principium eſtatis. Chriſtiani autem, & qui eos imitantur, dicunt ꝙ non habent cum groſſitudine ſua viſcoſitatem nutrimenti porci, neque eius ſpiſſitudinem: porcellorum autem caro parui eſt nutrimenti propter fortitudinem ſuæ reſolutionis & vehementiam ſuę humiditatis. Et caro quidem anatis eſt plurimi nutrimenti; non tamen exiſtit in bonitate nutrimenti gallinarum, & ſimilium: & ventres earum ſunt ſuaues: & hepata earum ſunt bona, ſuauia in cibo, & boni humoris. Caro alſcecrach eſt frangitiua ventoſitatum: & de carnibus longinquior ab hoc vt putrefiat, eſt illa quæ parum eſt pinguis, & cuius ſubſtantia eſt ſiccior. *Decoratio*. Caro vaccina generat morpheam. adeps aſini ſylueſtris eſt bonus panno linitus: ſimiliter adeps anatis impinguat: & illud quod eſt aduſtum de carne arietum, linitum ſuper morpheam eſt utile, & quod aduſtum eſt de carne ranarum, alopeciæ. *Apoſtemata & † puſtulæ*. Caro vaccina generat cācrum, & ſimiliter carnes groſſæ, & [u] [reſoluuntur apoſtemata dura eis.] *uulnera & ulcera*. Caro vaccina generat ſcabiem, & impetiginem malas: & ſimiliter carnes groſſæ, & caro arietis aduſta linitur ſuper impetiginem conuenienter. *Inſtrumenta iuncturarum*. Caro vaccina generat lepram, & elephātiam, & varices, & ſimiliter carnes groſſæ, & [x] [pingues & alleliati] more emplaſtri ſuppoſita eſt bona neruis [y] [inflatis.] in iure carnis leporis ſedent podagrici, & habentes dolores iuncturarum, & eius operatio eſt proxima operationi iuris uulpis. Caro dannulæ adminiſtratur more emplaſtri ſuper dolores iuncturarum poſita. Caro dorſi aſini ſylueſtris cum oleo coſtino emplaſtratur ſuper dolores iuncturarum. Adeps aſini ſylueſtris cum oleo coſtino [z] [mollificatus more emplaſtri ponitur ſuper] dolores dorſi, & ventoſitatibus groſſis. Et caro uiperæ confert lepræ ſecundum quod dictum eſt in cap. eius. Et caro ericij eſt bona lepræ. *Membra capitis*. Caro uaccina, & reliquæ carnes groſſæ [a] [malæ, faciunt euenire alienationem] propter exſiccationem. Et caro dannulæ miſcetur cum uino, & bibitur propter [b] [ſoda.] *Membra oculi*. Cinis carnis arietum confert albugini oculi, carnes [c] [luporum & habentium roſtra & ungues] conferunt oculo, & cōfortant ipſum. *Membra anhelitus & pectoris*. Cancer fluuialis confert [d] [extenuatis ualde, & carnes pullorum excitant præfocationem niſi acetoſæ.] *Membra nutrimenti*. Carnes groſſæ prædictæ ingroſſant ſplenem; uerum [e] [acetoſum vaccinum] cum coriandro ſicco & croco prohibet curſum materierum ad ſtomachum: & caro alcatha rememoratur in ſumma eorum, quę conferunt corruptioni complexionis, & hydropiſi, & oppilationis ſplenis, & hepatis: & melius eſt ut in hydropiſi [f] [congelata ſumatur] vt non commoueat ſitim, quidam autem hominum ſunt qui laudant carnes [g] [luporum] ad frigus ſtomachi: & humiditatem & debilitatē eius, & uelocitas quidem digeſtionis, & deſcenſionis, & ambarum tarditas non ſunt ſecundum groſſitudinem cibi, & ſubtilitatem eius. Caro enim porci ſylueſtris & domeſtici, ſecundum quòd dicitur, eſt velocis digeſtionis & deſcenſionis: & eſt fortis nutrimenti uiſcoſi & groſſi: & carnes ceruorum cum groſſitudine ſua ſunt velocis deſcenſionis, & caro quidem ericij cum oxymelle confert hydropiſi: & caro alcatha confert oppilationi hepatis, & debilitati eius, & corruptioni complexionis & hydropiſi, & carnem [h] [luporum] & habentium roſtra, & ungues [i] † [ ] abhorret ſtomachus. *Membra expulſionis*. Carnes vaccinę prohibent attractionem [k] [cholerę ad ſtomachum.] Caro leporis aſſata eſt bona vlceribus inteſtinorum. Caro ericij exſiccata cum oxymelle eſt bona dolori renum: ius galli decrepiti eſt bonum colicæ: & ægritudinibus melancholicis: & adeps aſini ſylueſtris cum oleo coſtino eſt bonus dolori renum, & ventoſitatibus groſſis: & caro [l] [luporum] & habentium roſtra & ungues [m] † [ ] eſt bona hemorrhoidibus. Ius carnis vaccinæ acetoſum eſt bonum ſolutioni cholericæ. Abſcindit enim ipſam, & ſimiliter [n] [congelatio] carnis eius cum coriandro & aceto, & acetoſitatibus ei ſimilibus, & coriandro ſicco & pauco croco: & ſimiliter carnes auium aſſatæ; aut non aſſatæ conſtringunt ventrem, & propriè alcubugi, & ateiagi, & eis fortior eſt alchatha, & alchanabiri, & propriè quum elixatur, & [o] [aufertur ab ea aqua.] caro autem [p] [cameli] prouocat vrinam, & carnes pingues uehementius leniunt naturam quàm aliæ. *Febres*. Caro vacina, & ceruorum, & hircorum ſylueſtrium, & magnarum auium facit euenire febres quartanas. *Venena*. Caro dannulę exſiccata cum uino in potu accepta confert venenis. Caro arietum aduſta confert morſibus ſerpentum, & ſcorpionum, & algerarat: & cum uino canis rabioſi, & caro ranæ puncturæ vermium uenenoſorum.

† bothor.
u B. faciunt accidere apoſtemata dura.
x B. & pinguedo & allie.
y B. induratiuis.
z B. i. vnguedo adminiſtratus. ē bonus.
a B. Alia litera, prædictæ faciūt euenire alueſues, i. imaginationes malas.
b B. epilepſiam.
c B. animalium rapaciū, & auiū rapacium habētium roſtra & ungues rapaces.
d B. phthiſicis valde, & carnes columbinorum excitant præfocationē niſi cū acetoſis præparentur.
e B. ſechbagi factum ex carne vaccina.
f B. fiat ex ea cariſſa i cibus acetoſus.
g B. animalium rapacium.
h B. animalium rapaciū & auiū.
i † B. rapaces.
k B. uel effuſionem cholerę ad inteſtina.
l B. animaliū rapacium.
m † B. rapaces.
n B. gelatiua facta.
o B. proijciatur ab ipſa brodiū eius, uel ſecūdū aliam literā & qua eius.
p B. ceruī.

ANNOTATIONES.

De carnibus animalium, quæ in ciborum, ac medicamentorum vſum veniunt, plura ſcripſit Gal. 3. de alim. facult. & 11. de ſimpl. med. necnon Paul. lib. 1. ex quibus hæc omnia deſumpta ſunt. Sanè in eo author aduerſari Galeno uidetur cum paſſeres malos eſſe pronunciat. Galenus etenim 3. de alim. fac. cui & Paulus lib. 1. aſtipulatur, paſſerculos turdos & merulas, duros quidem eſſe, non tamen praui ſucci concedit. immo & hos, & turdos & merulas inter cibos attenuantium, & incraſſantium medios reponit lib. de cib. bon & mal. ſuc. Dicit præterea author, leporis carnes calidas, & ſiccas eſſe, cui aſſentiri & Hipp. uidetur ſecundo de dicta. cum leporinas carnes ſiccas eſſe notauit, & aluum ſiſtere, & urinæ quoddā ex citamētum facere; nempe cum vrinas ab acribus, & calidis cieri ſatis conſtet. Huius tamen contrarium, & infra cap. de lepore. & lib. 3. fen 16. & 22. quibus locis inter frigida reponere uidetur. Sed pro hac re uide Auerr. 5. Coll. ubi de carnibus agit, & doctiſſimum Manardum, lib. 13. epiſt.

Cap. 2. Cap. 83. 84. 85.
Cap. 4. 5. & deinceps, vſque ad 15. & 19. 20. 21.
Cap. 19. Ca. 85.
Cap. 3.
Tract. 1. cap. 4.
Tract. 2. ca. 15.
Cap. 32.
Epiſt. 4.

De [a] [*chryſomelis.*] *Cap.* 146.

a B. meſmes ſeu miſmis.

Chryſomela. *Electio*. Meliora ſunt Armenia, non enim cito aduenit eis corruptio, & acetoſitas. Et quum ſumuntur chryſomela, oportet vt

vt accipiatur masticis & anisi æqualiter pondus ℥.j. vsque ad ℥.ij. in vino puro, aut vino de passis aut parum mellis. *Natura* Sunt frigida & humida in secũdo: & oleum nucleorum est calidum & siccũ in secundo. *Operationes & proprietates*. Eorum humor est velocis putrefactionis. *Membra nutrimenti*. Eorum infusio sedat sitim. Et chrysomela quidem conuenientiora sunt stomacho, quam persica. Et Armenia non corrumpuntur in stomacho, neque acescunt velociter. Ex eis vero, quæ eorum expellunt nocumentum, est, vt postea sumantur anisum, & mastix in miua, aut vino de passis [b] [& infrigidati cũ melle puro.] *Membra expulsionis*. Oleum nuclei ipsorum confert hæmorrhoidibus. *Febres*. Generant febres propter velocitatem suæ putrefactionis. verum infusio siccorum confert febribus acutis.

b B. Alia litera. aut uino ď melle.

De [a] [calce] Cap. 147.

a B. nura seu nure.

Calx quid est? Per calcem significamus cineritatem corporum lapidosorum, & ostracorum. *Natura*. Illa quidem quam nõ tetigit aqua, calefacit, & adurit, & illam quam aqua tetigit [b] † [ ] quum remanet extincta duobus diebus, aut tribus, tunc non adurit, immò calefacit tantum: & abluta quidem est sicca. † [ ] *Operationes, & proprietates*. Abscindit sanguinis fluxum; & abluta est exsiccatiua sine mordicatione, & calx quidem quando bullitur cum oleis, fit maturatiua. *Vulnera, & ulcera*. Corrodit carnem additam: et abluta consolidat, & confert adustioni ignis valde.

b † B. in hora seu statim post effusionẽ aquæ sup ipsam, ét adurit sed. Alia litera. Illa quidem quã nõ tetigit aqua, adurit ualde, & illa quam tetigit aqua.
c † B. moderate

De [a] [cypero.] Cap. 148.

a B. thad.

Cyperus quid est? Est radix plantæ similis porro, & segeti etiam, nisi quia est subtilior & longior in pluribus regionibus. Veruntamen melior est alcusi. Et dicitur quòd cyperus Indus [b] [cum croco] abradit pilos. *Electio*. Melior est ille qui est spissus, grauis, difficilis ad frangendũ, aromaticus: cuius herba est breuis, & cuius [c] [acredo] est vehemens. *Operationes & proprietates*. In ipso est stypticitas parua, & exsiccat sine mordicatione, & aperit orificia venarũ, & extenuat ventositates, & adurit sanguinem, & ponitur in emplastris. *Decoratio* Colorem efficit bonum et facit bonum odorem oris, & Indus, sicut dicitur, abradit pilos. *apostemata & † pustulę*. Consolidat ea quę sunt difficilis consolidationis, & [d] [fissa] & putrida, & corrosa cum oleo de grano [e] [alchadra.] *Instrumenta iuncturarum*. Valet ad dolorem in ilijs, & stringit dorsum, & neruos; & ipsius multitudo acquirit lepram. *Membra capitis*. Cõfert putredini nariũ, & oris, & † aphthis: & mollificationi gingiuæ, & augmentum efficit in seruatione. *Membra nutrimenti*. Calefacit stomachum & hepar. *Membra expulsionis*. Extrahit lapidem, & frangit ipsum, & confert distillationi urinæ, & debilitati vesicę valde, et frigori eius vehementer, & similiter operatur in renibus, & confert frigori matricis valde, & confert hemorrhoidibus. *Febres*. Confert febribus antiquis.

b B. quando masticatur efficit colorem eius sicut color croci. Alia litera facit fluxum sanguinis narium &.
c B. acuitas.
† bothor.
d —— B.
e B. uiridi.
† alcola.

De [a] [cupresso.] Cap. 149.

a B. seru.

Cupressus quid est? Nominatur in Syria arbor [b] [alheret] & Romanè cupressus. & in sapore eius sunt [c] [acredo & stypticitas pauca] & amaritudo plurima, & ponticitas eius est plus quam amaritudo, & eius acuitas est secundum quantitatẽ, qua eius virtus in membris profundatur, et facit prouenire stypticitatem sine mordicatione. & diuersificatur a reliquis calefactiuis, quoniam non attrahit. *Natura*. Calida est in primo sicca in secundo; quidam tamẽ existimauerunt quòd est frigida valde, & iudicauerunt quòd virtus eius est composita, & caliditas eius est secũdum quantitatem, qua facit penetrare stypticitatem: et qua stypticitas eius profundatur, & prouenit in membris. *Operationes & proprietates*. Folia & nux eius sunt styptica: & in ipsa est resolutio, & resoluit humiditates, & nux quidem eius fortior est omni re quàm folia ipsius: & in ipsa est vis faciendi adhærere, & abscindit sanguinẽ, ita quòd remouet putredinem. *Decoratio*. Quando decoquitur cum aceto & lupinis, & linitur super unguem, remouet eius vestigia, & eius folia delent † vitiliginem. *Vulnera & ulcera*. Folia eius recentia, et nux eius [d] † [ ] consolidant vulnera, quę sunt in membris duris, quum fuerint recenter collecta, & conferunt formicę & erysipilæ, & propriè cũ farina hordei. *Instrumenta iuncturarum*. Nux & folia ipsius bona sunt [e] [collo] cum ex eis fit ipsi emplastrum, & confortant neruos, & extenuat ramicem more emplastri superposita: & roborant mollificationẽ, & stringunt eam. *Membra capitis*. Quando teritur nux cupressi multum cum ficubus, & ponitur licinium de eis in narem. sanat carnem additam, & decoctio eius cum aceto sedat dolorẽ dentium. *Membra anhelitus & pectoris*. Datur ad bibendum cum vino nux eius ad sputum sanguinis, & ad difficultatem anhelitus, & anhelitum dilatationis, & ad tussim antiquam: & similiter eius decoctio. *Membra expulsionis*. Bibuntur folia eius cum uino, et conferunt difficultati mingendi, et cursui superfluitatum ad uesicã; et conferunt etiam ulceribus, quæ sunt in intestinis. *Permutatio*. Loco eius ponitur medietas ponderis ipsius de cortice granati, et pondus ipsius de sarcocolla rubea.

b B. alarzi.
c B. acuitas parua.
† morpheam.
d † B. & rã eius.
e B. rupturæ.

ANNOTATIONES.

Cupressum in calidorum ordine reponit, quod & lib. 1. sed contrarium, & Dioscor. lib. 1. & Paul. lib. 7. Cap. 85.

De [a] [cancro.] Cap. 150.

a B. sarthã nheri, uel sarathan nheri.

Cancer fluuialis quid est? Notus est. *Operationes & proprietates*. Est difficilis digestionis, et plurimi nutrimenti, et ipsum quidem rectificat decoctio cum mes, et extrahit res acutas infixas carni et spinas: sed marinus est subtilior. *Decoratio*. Cinis eius est bonus fissuris pedum ex frigore, & quod de eo adustum est, ponitur in medicamentis morpheæ et panni, et confert. *Apostemata & † pustulæ*. Cancer fluuialis resoluit apostema [b] [magnum] quando ponitur super ea. *Membra anhelitus & pectoris*. Caro eius

† bothor.
b B. durum.

confert

confert phthisi,& propriè cum lacte asinæ: & ius ipsius etiam. *Membra expulsionis*. Cinis eius est bonus fissuris ani. *Venena*. Cōfert morsui scorpionum,& rutelę more emplastri superpositus, aut comestus, & cinis eius cum melle confert ad morsum canis rabiosi bibitus:& quandoq;[c] sumitur ex eo cum frumento] ad morsum canis rabiosi bibitus sumitur ex eo cum frumento,ad morsū canis rabiosi,& est notū, & scies modū curæ in capitulo de venenis. Et existimauerunt ēt quòd quādo cum bedarungi approximat scorpioni,moritur scorpio.

c B. Et ex eo cū gentiana medicamen.

De a [*cancro marino*.] Cap. 151.

a B sarathā, seu sarthan chari.

Cancer marinus quid est? Quum dicitur cancer marinus, nolumus intelligere per hoc omnem cācrum maris,immò speciem cancri, qui propriè habet omnia membra dura,ut lapis. *Operationes & proprietates*. Quod de eo adustum est, subtilius est reliquis adustis. *Decoratio*. Quod de eo adustum est,abstergit dentes, & delet pannū & lentigines. *Vulnera & ulcera*. Quod de eo adustū est,desiccat ulcera,& confert scabiei. *Membra oculi*. Prohibet lachrymas,& resoluit cum sale ungulam,& fit ex eo collyrium,& fricatur cū eo scabies palpebrarum. *Febres*. Prohibet quartanam.

De a [*chrysolachano*.] Cap. 152.

a B. sarmach.

Chrysolachanū quid est? Est triplex qui plurimum inuenitur in Scemi. *Natura*. Frigidus & humidus est in primo,& apud quosdam tēperatus.

De a [*coturnicibus*.] Cap. 153.

a B. seman, uel semani.

Coturnices quid sunt? Ex comestione carnis earum timetur tetanus & spasmus,non quia comedant elleborum tantum, immò quia in substantia earum est hæc uirtus, & existimo quòd nutrimentum earum ab elleboro est propter similitudinem complexionis.

De a [*casia*] Cap. 154.

a B. salihacha.

Casia quid est? b [Dicitur quòd est cortex radicis mori alsceni. Et] est specierum, plurium quarum una est rubea boni saporis & odoris. Et altera species eius est cuius sapor est sapor c [spicæ.] Et est species nigra ad purpureitatem declinans,cuius odor est similis d [sandalo.] Et est species altera nigra horribilis odoris subtilis corticis,fissa. Et est altera species ad albedinē declinans porrini odoris. Et est species nigra, subtilis cannæ,concaua. Et dixerunt quidam, quod inuenitur simile casię, quod conuertitur ad cinnamomum. Et dixerunt alij, quod inuenitur super arborem cinnamomi casia huiusmodi. Et quandoque est coniuncta ipsi cinnamomo,& casia existit in uirtute cinnamomi, sed est debilior. Et bona est illa, quæ cōsequitur cinnamomum. *Electio*. Melior est illa,quæ est rubei coloris e [pura] plana, longi, ligni, grossę cannæ,subtilis foraminis,solida f [grossa] boni odoris,quę mordicat linguam,& stringit eam, Nigra uerò est mala,& quod de ea administratur est cortex ipsius. Et in ligno eius non est bonitas. *Natura*. Calida est,& sicca in g [secūdo.] *Operationes et proprietates*. Est resolutiua uentositatum grossarum,& in ipsa quidem sunt stypticitas, & resolutio cum h [acredine plurima, & subtiliatio multa, & incisio propter acredinē, quæ est in ipsa, adiuuat styptica,] & sua resolutione adiuuat solutiua,& ipsa cum eò,quod est in ipsa de resolutione & stypticitate,& subtiliatione,cōfortat mēbra. *Apostemata & † pustulæ*. Resoluit apostemata calida & frigida in uiscerib. *Vulnera,et ulcera*. Linitur cū melle sup lactea. *Mēbra oculi*. Pernitur in medicinis oculi pp illud, qđ in ea est de stypticitate & resolutione. *Membra anhelitus & pectoris*: Cōfert pectori. *Mēbra nutrimenti*. Syrupus eius confert hepati i [& vinū] in quo casia infunditur,cōfert stomacho. *Membra expulsionis*. Prouocat utraque propriè in quocunque eorum amborum fuerit causa humoris grossi,& confert doloribus renum & uesicę & quando fit encatisma in decoctione eius, ualet dilatationi matricis,& eius lubrificationi:et similiter fumus eius,& syrupus eius,& vinum, in quo ipsa infunditur, est bonum difficultati vrinæ:et existimauerunt quidam,quòd ipsa facit abortum. *Venena*. Datur in potu ad venenum tyriæ.

b——B.
c B. rutæ.
d B. Alia litera rosæ.
e B. clari.
f B. plena.
g B. tertio.
h B pauca acuitate & subtilitate plurima,& incisio pp acuitatem suam, & ipsa cum stypticitate sua adiuuat styptica.
† bothor.
i B aut syrupus

De a [*cydonio*.] Cap. 155.

a B. safargel.

Cydonium quid est? Quando abluitur cinis ramorum,et foliorum eius, est sicut tutia, et b [rob ipsius,remanet propter puritatem stypticitatis eius,] et rob pomorum acescit propter illud quod in ipso est de humiditate aquea frigida. *Electio*. Assatum est c [melius] et magis conferens,et eius quidem assatio fit quoniam concauatur,et deijciuntur grana eius,et ponitur in ipso mel,et linitur luto corpus eius, et ponitur in cinere. *Natura*. frigidum est in fine primi, siccum in principio secundi. *Operationes & proprietates*. Est stypticum,confortatiuum fortiter, et flos eius etiam stypticus est, et similiter oleū eius,et dulce est minus stypticum,et semen eius est lenitiuum sine stypticitate, et prohibet ipsū cursum superfluitatum ad uiscera. *Decoratio*. Retinet sudorem,et confert oleum eius fissurę frigoris. *Apostemata & † pustulę*. Confert oleū eius formicæ. *Vulnera et ulcera*. Oleum eius est utile ulceribus d [scabiosis.] *Instrumenta iuncturarum*. Multitudo comestionis eius generat dolorem neruorum. *Membra oculi*. Assatum ponitur super apostemata oculi calida. *Membra anhelitus et pectoris*. Eius succus confert dilatationi anhelitus, et asthmati,et prohibet sputum sanguinis,et semē eius confert asperitati gutturis,et lenit cannam pulmonis, et mucillago eius etiam humectat e [ipsam cannam.] *Membra nutrimenti*. Confert vomitui,et ebrietati,et sedat sitim,et confortat stomachum recipientem superfluitates syrupus eius, et ipsius infusio, et quod de ipso elixatum est:et ipso utuntur in secunda mensa super uinum,et prohibet ebrietatem,et fit ex eo syrupus confortās appetitum deiectum valde, et f [mortuum,et] confortat stomachum, et prohibet uomitum phlegmaticum. *Membra expulsionis*. Est pro-

b B. Alia litera. rob eius est fortior quàm rob pomorum propter veram eius stypticitatem.
c B. leuius.
† bothor.
d B. asperis.
e B. siccitatem cauæ.
f B. minus eius.

prouocatiuum, & iam dictum est, ꝙ illud est per accidens, continens constrictionem eius, & illud quod cum melle elixatum est, est vehemẽtius prouocatiuum; verumtamen quandoque soluit ventrem, & non constringit, & generat colicam, & dolorem ventris pungitiuum & cõfert dysenteriç, & retinet fluxum mẽstruorum & confert arsuræ urinæ, quando distillatur succus eius, aut oleum ipsius in virgam, & confert oleum eius renibus & vesicæ, & quando assumitur post cibum, soluit, adeo quòd quando plurimũ ex eo sumitur, extrahit cibum ante digestionem, & clysterizatur deco ctio eius ad eminentiam ani & matricis.

a B. hasfor.

De a [croco hortulano.] Cap. 155.

Crocus hortulanus. *Natura.* Est calidus in primo, siccus in secũdo. *Operationes et proprietates.* In ipso est stypticitas æqualis cum maturatione. *Decoratio.* Mundificat pannum & morpheam. *Vulnera et ulcera.* Ponitur cum aceto super impetiginem. *Membra capitis.* Ex eo hortulano syluestri quum fit linimentum cum melle, confert †aphthis puerorum.

† cola:

a B. fudenegi, seu faudenegi.

De a [calamentho.] Cap. 156.

Calamenthum quid est? Eius aliud est fluuiale, & aliud montanum simile hyssopo in sapore & similiter folia eius sunt ei similia. Et est alia species eius, quę nominatur b [alhauium.] Et est quędam species eius, quæ vocatur calamenthum hirci, & uirtus eius est sicut virtus aliorũ: [acris:] & virtus syrupi ipsius est similis uirtuti syrupi alhahase, & calamẽthum quidem est substantiæ subtilis, & montanum fortius est fluuiali. *Operationes & proprietates.* Subtiliat fortiter sua acuitate, & amaritudine sui, & propriè syluestre, & propter illud est rubificatiuum, vlceratiuum, & quum bibitur solum, prouocat sudorem, & calefacit vehementer per id quod extrahit ex profundo corporis, & incidit, & exsiccat, & calefacit valde. *Decoratio.* Quando decoquitur, & propriè quod recens est cum vino, & fit ex eo emplastrum, remouet vestigia nigra a corpore: et d [occultationem,] quæ accidit sub oculo. *Vulnera & ulcera.* Montanum confert rasuræ intestinorum et rupturæ, et fit balneatio ex decoctione montani ad pruritum et scabiem. *Instrumenta iuncturarum.* Potus decoctionis eius confert cõtractioni lacertorum in carnibus, et extremitatibus suis. Et quandoque fit ex eo emplastrum ad sciaticam, et adurit cutem, et permutat complexionem: e † [ ] et extrahit ex profundo, comeditur et bibitur post ipsum aqua casei diebus continuis, confert elephantiæ, et varicibus. Et illud quod nominatur fel alhauium quando bibitur, confert spasmo. et linitur ex eo podagra et confert & suffumigatur cum eo; f † [ ] et confert potus calamenthi lepræ non resolutione sua tantum: sed sua incisione et subtiliatione etiam. *Membra capitis.* Succus eius interficit vermes in aure, et ĩ ipso est virtus faciendi soda. Et montanum quidem confert vlceribus oris, et g [extrahit] superfluitates ex vtrisque naribus, et illud quod est adustũ de alhauium, stringit gingiuas. *Membra anhelitus & pectoris.* Eius decoctio confert dilatationi anhelitus, et est fortis in extractione humorum grossorum viscosorum ex pectore propriè quum comeditur cum ficubus et cõfert dolori laterũ. Et mõtanũ quidẽ est fortius illo, et alhauiũ facit illud totum. super alhauium verò roratur acetum, et sumitur h [acetosum] ex eo quod est vicini tpis cum acetositate et odorat ipsum syncopizatus, et sanatur & calamenthum hirci cõfert tremori cordis. *Membra nutrimenti.* Confert paucitati appetitus, et debilitati stomachi, et propriè silustre singultui, et confert patientibus icteritiam cum abstersione et apertione sua, et subtiliatione sua melancholicam et cholericam, et similiter decoctio eius, et quandoque fit balneatio ex decoctione montani ad illud, et separatur icteritia, confert hydropisi, quando comeditur cum ficubus, et in montano quidem est uirtus faciendi appetitum cibi, et i [succus] eius est conferens hydropisi etiam, et alhauium sedat nauseam, et fit ex eo emplastrum cum cerato super splenem, et extenuat eum, et similiter calamẽthum hirci, et vehementer cõferens tremori cordis stomatico, et conturbationi, et nauseæ. *Membra expulsionis.* Eius decoctio prouocat vrinam, et confert dolori pungitiuo ventris, et cholericæ passioni, et quando teritur cum dispositione sua, aut decoquitur, et bibitur cum melle, interficit fœtum, et prouocat menstrua, et quandoque facit uomere phlegma, et dixerunt quidam k [montanum] abscindit coitum, et propriè syluestre et prohibet pollutionẽ. Et syluestre quidem soluit uentrem sufficienter, et confert matrici, et interficit uermes præcipuè syluestre. Et montanum solutione educit choleram nigram, et sit quod de eo sumitur in potu xx. kirat cum iuleb, et illud quandoque operatur species calamenthi syluestris. et omnia illa confortantur quando permiscentur cum aceto, et rob pauco, et rectius quidẽ est, vt teratur et spargatur super acetum commistum cum aqua et sale, et bibatur, et illud quod nominatur alhauium extrahit superfluitates melancholicas ex via vrinę, et calamenthum syluestre quãdoque operatur omnia illa. *Febres.* Bibitur decoctio eius, et confert rigori, et similiter inunctio ex oleo in quo ipsum est decoctum. *Venena.* Quando bibitur, aut ex eo fit emplastrum, confert puncturæ vermium uenenosorum, approximat liniri ex eo in illo opere cauterij, et quando præmittitur, et bibitur cum vino, expellit venena mortalia. Et suffumigatio ex folijs eius fugat uermes venenosos, et quãdo sternitur etiam. Et syluestre est bonum puncturę scorpionis. Et montanum quando bibitur l [succus] eius cum decocto, confert morsui luporum.

b B. haalgiun.

c B. acuta.

d B. nigredinẽ.

e † B. membri.

f † B. Alia litera. apostemata & bothor.

g B. facit descẽdere.

h B. præparatũ cum aceto, seu conditum cum aceto.

i B. elixatura.

k B. domesticũ seu hortense.

l B. decoctio, uel elixatura.

a B. chachulę.

De a [Cardamomo. Cap. 157.

Cardamomus quid est? Aliud est magnum, sicut cicer nigrum quod quum frangitur, interius habet granum album mordicans linguam, sicut cubebe, in quo est aromaticitas, et aliud est paruum sicut lens, aromaticum etiam. *Natura.* Calidum est et siccum in tertio. *Operationes, & proprietates.* In ipso cum calefactione est stypticitas,

b B. achma, & proprie in achma ipso
c B mastice, & aqua utriusque granatorum.

tas,& propriè in illo quod habet [b][caput,& propriè in capite ipso.] *Membra nutrimenti.* Confert vomitui, & nauseæ cum [c] [aqua masticis, & vtriusque granati.]

a B. cardumeni uel cardamana.

De [a] [Cordumeni.] Cap. 159.

Cordumeni. *Natura.* Calidum est & siccum in tertio. *Operationes & proprietates.* Est ex rubificantibus,& in ipso est virtus liquefactiua,& propriera eius est confortare membra intrinseca. *Vulnera & ulcera.* Confert scabiei, & impetigini linitum cum aceto. *Instrumenta iuncturarum.* Confert ægritudinibus neruorum, & dolori anchæ ex phlegmate,& confert paralysi,& contusioni lacertorum. *Membra capitis.* Confert epilepsiæ bibitum in aqua. *Membra anhelitus & pectoris.* Cordumeni est mundificatiuum pectoris, sedatiuũ tussis. *Membra expulsionis.* Confert dolori pungitiuo ventris,& vermibus,& ascaridibus,& cũ vino dolori renum,& difficultati vrinæ. Et datur in potu de eo drakimet vnum cum cortice radicis lauri ad lapidem; & eius fumus interficit fœtum. *Venena.* Confert mordicationi scorpionis, & reliquis puncturis. *Permutatio.* Loco eius ponitur harmel & squinanthum.

a B. cassabalda rira.

De [a] [calamo aromatico.] Cap. 160.

b † B. uillosa.
c B. acuitate.
d B. nigredini.
† bothor.
e B h:ben. idest conferés hydropisi.

Calamus aromaticus. *Electio.* Melior est ille qui est hyacinthini coloris, propinquos habēs nodos, qui in plurima frangitur frusta [b] † [ ]& cuius canna est plena re simili telæ araneæ,& in masticatione eius est acuitas; & eius contritum est boni odoris,& est declinans ad citrinitatem & albedinem. *Natura.* Calidus est & siccus usque ad secundum. *Operationes & proprietates.* Est subtiliatiuus, & in ipso est stypticitas pauca cum [c] acredine]& in substantia eius sunt terreitas,& acreitas,& est bonę commistionis ad æqualitatem pertinens, sed eius exsiccatio est maior, & in ipso est substantia subtilis sicut in reliquis speciebus, quæ sunt ut piper, & cinnamomum. *Decoratio.* Confert [d] [occultationi sanguinis mortui. *Apostemata, &* † *pustulæ.* Resoluit apostemata. *Instrumenta iuncturarum.* Cōfert contritioni lacertorum. *Membra oculi.* Abstergit uisum. *Membra anhelitus & pectoris.* Fit cũ eo euaporatio in traiectorio in gutture; & confert tussi solus, aut cum gumma albotim. *Membra nutrimenti.* Confert apostemati hepatis,& stomachi cum melle, & semine apij, & est ualens ad [e] [timorem.] *Membra expulsionis.* Prouocat ambo, & ipse cum semine apij confert renibus, & distillationi vrinæ,& confert eius decoctio dolori matricis bibita, & sedendo in ea, & bibitur cum melle, & semine apij ad apostemata matricis.

a B. cãthurium.

De [a] [centaurea.] Cap. 161.

b B. alathel.
c B. duos habet stipites.
d B almekenefo.

Centaurea quid est? Duarum est specierum scilicet maior,& minor, quæ nascuntur in fine veris, & folia sunt sicut [b] [alethil.] & grossa [c] [duas habet species] albam & citrinam, in quorum cacumitibus est viriditas; & planta eius est magna sicut [d] [almekenesati]& ipsius potio ad febricitantes est vsque ad ʒ.ij. herba verò eius quę est parua, est similis [e] [alhausegi montano, & est farecon,] & eius folia sunt sicut folia rutæ: & assumitur quandoque succus ex ea, quæ est viridis,& quandoque ex ea quæ est sicca, decoquitur enim in aqua donec aqua eius virtutem assumat: deinde aqua illa [f] [rectificatur.] *Natura.* Calida est & sicca in tertio. *Operationes & proprietates,* In ipsa sunt abstersio & stypticitas,& [g] [acredo] & parũ dulcedinis,& exsiccatio, & est sine mordicatione, & dicitur quòd si coquatur cũ carne incisa, coniungit eã. *Vulnera & ulcera.* Quæ recens est, mundificat vulnera & sigillat vlcera, & sigillat ulcera antiqua & quæ sicca est, ponitur in emplastris,& consolidat fistulas, & ulcera profunda,& uulnera mala & quando replentur fistulę de centaurea, & ligatur, rectificatur earum dispositio. *Instrumenta iuncturarum.* Cōfert attritioni in lacertis, & saniei in eis, & minor propriè. Et quandoque confert clystere factum ex ea sciaticæ,& doloribus neruorum,& contusioni eorum, sed minor est magis iuuatiua ad omnia illa. Quum ergo illa soluit solutione [h] [educit aliquid sanguinis subito] & quandoq; fit clystere ex cinere eius cum aqua ad illud. *Membra anhelitus & pectoris.* Prohibet sputum sanguinis propter suam stypticitatem, & confert quę grossa est, et quæ minuta, difficultati anhelitus,& datur in potu de ea pondus. ʒ.ij. cum vino in pleuresi frigida,& sputo sanguinis. *Membra nutrimenti.* Confert oppilationi hepatis, et duritiei splenis. *Membra expulsionis.* Prouocat menstrua, et extrahit fœtum, et interficit vermes, et prouocat vrinam, et datur in potu de ea pondus. .ij ad dolorem ventris pungitiuum, et dolorem matricis, et confert colicę. Et minoris quidem decoctio quandoque soluendo educit cum phlegmate, et crudo humore cholera, et potus duarum specierum eius, quando superfluit, educit sanguinem solutione, et proprie minoris.

e B. calamẽtho montano & hyperico.
f B. inspissatur.
g B. acuitas.
h B. que educit aliquid sanguinis complexionis iuuamenti cito

a B. charthoni.

De [a] [cartamo.] Cap. 162.

b † B & sequitur aquositas. Et quidam existimauerit, q dissoluit lac coagulatum, & coagulat lac.

Cartamus quid est? Alius est domesticus, et alius syluestris. *Natura.* Qui syluestris est, calidus est in secundo, siccus in tertio: et notus est calidus in primo, siccus in secundo. *Operationes & proprietates.* Oleum eius est propinquum oleo urticę, ueruntamen est debilius, et est ex eis quę casent lac [b] † [ ] currens, et nutrimentum eius est multæ paruitatis. *Membra anhelitus & pectoris.* Mundificat pectus, et clarificat vocem. *Membra nutrimenti.* Est malus stomacho, et ipse caseat lac in stomacho. *Membra expulsionis.* Confert colicæ, et solutione educit phlegma adustum, quando miscetur cũ ficubus, aut melle, et confert coitui. Et oleum eius qui domesticus est, soluit ventrem, et quandoque fit solutio per ipsum si ponatur medulla granorum eius in iure; aut fiãt ex eo, et ex amygdalis et melle pilulę, et fit quod de eis in potu sumitur, pondus aur. iiij. et quando sumuntur de medulla eius, et costo, et amygdalis amaris tres anulasat, et anisi, et nitri cuiusque eorum aureus cum ficubus siccis, et melle, et recipitur de eo nux, aut nuces duæ soluēdo, educit aquositatem,

c B.nathaf. d B. & fiat nathaf. e B. Alia litera. super cgnam.

sitatem,& quãdoque fit ex eo [c] [natif] ad illud, & eius confectio est ut sumatur,& pmisceatur cum amygdalis excorticatis, & aniso, & melle decocto [d] anatifen]& sumatur de eo [e][sparsim] & quandoque bibuntur de medulla eius retentę.3.xx,infusæ in lib.aquę cum.3.penidiarum albarum tritarum,& solutione educit phlegma. *Venena.* Conferunt folia syluestris, aut fructus eius, aut amborum commistio quando in potu tribuuntur cum uino ad puncturam scorpionis. Quidam autem homines dixerunt, quod si morsus tenuerit in ore suo folia syluestris, & fructus eius, non sentiet dolorem,quando ea a se proiecerit,redibit dolor.

De [a] [chitran.] Cap. 163.

a B. chatran, seu chitran.

Chitran (*idest cedrus*) quid est? Est arbor quæ nominatur alscerbin,& uirtus fumi eius est sicut virtus fumi picis, & fit ex eo oleum, cuius separatio est cũ lana sicut separatur ex pice. *Natura.* Est calida & sicca in quarto. *Operationes & proprietates.* Conseruat corpus mortuum,& rubificat & cauterizat. *Decoratio.* Confert lendinibus & pediculis, & interficit vtrunque adeo ꝙ etiam in animalibus. *Vulnera, et ulcera.* Fortem efficit carnem laxam, & confert scabiei [b] [vsque ad scabiem animalium, & propriè eius oleum habentibus quatuor]& canibus,& camelis. *Instrumenta iuncturarum.* Confert contusioni lacertorũ, & aggregationi puris & sanguinis in eis, & est medicamen elephãtiæ,& uaricibus deglutitum & linitum. *Membra capitis.* Est res maxima in sedando soda frigidam linitum capiti. Et distillatur in aurem,& interficit vermes auris. Et distillatur cum aqua hyssopi in eam ad tinnitũ & sonitum, & distillatur de ipso cum aqua hyssopi in dentem dolorosum, & sedat dolorem eius,& confert dentibus corrosis. *Membra oculi.* Acuit visum, & abstergit uestigia vlcerum in oculo. *Membra anhelitus & pectoris.* Linitur super guttur ad ambas amygdalas, & dolores earum, & confert deglutire ex eo. vnc.j.s.ulcerib. pulmonis & sanat ea, & confert tussi antiquę. *Membra nutrimenti.* Fructus arboris eius est stomacho malus. *Membra expulsionis.* Interficit vermes in visceribus,& propriè clysteri facto cum eo,& interficit vermes omnes, & prouocat mẽstrua, & interficit fœtum, & corrumpit sperma,& quando linitur ex eo virga ante coitum, prohibet impregnationem. Et fructus eius,quę nominatur scerbin,est malus stomacho, & confert distillationi vrinæ. *Venena.* Fit ex eo emplastrum super morsum serpentis habentis cornua, & datur cum vino ad potum leporis marini, & soluitur in adipe cerui, et leniuntur ex eo membra, et non approximant eis uenenosi vermes.

b B. ita ꝙ etiã scabiei animalium,& propriè eius oleum quadrupedibus.

De [a] [costo.] Cap. 164.

a B.chast.

Costus quid est? Eius species sunt tres. vna earum est Arabicus,et est albus, leuis, aromaticus. Et secunda est Indus qui est magis leuis. [b] [Et iste amarus est species grauis odoris qui nominatur gariophyllatus.] Et istarum specierum minor est illa cuius odor est odor [c] [pini,] & est ad nigredinem tendens. Et qui de istis speciebus est Romanus est similis [d] [ascunir,] & habet odorem [e] [latum.] bonus autem costus quandoque falsificatur cum radicibus enulę duris;& propter illud non mordicat linguam, neque habet odorem fortem. *Electio.* Melior est ille,qui est albus,recens,plenus,non corrosus: neque fœtidi odoris,mordicans & linguã lędens deinde Indus,niger,leuis, & niger [f] [ascemus.] & melior est marinus subtiles habens cortices. *Natura.* Est calidus in tertio,siccus in secundo. *Operationes, & proprietates.* In ipso est qualitas amara,& [g] [acris valde] & caliditas,& [h][acredo] adeo,quòd ipse vlcerat, & confert omni mẽbro quod indiget calefactione, & vt ex eo extrahatur humor ex ꝓfundo. *Decoratio.* Abstergit pãnũ cutis linitus cũ aqua & melle. *Vulnera et ulcera.* In ipso est vlceratio,& ille qui est amarus, exsiccat vlcera humida. *Instrumenta iuncturarum.* Confert mollificationi neruorum, & contritioni lacertorũ,& est bonus sciaticæ suppositus ut emplastrũ. *Mẽbra capitis.* Cõfert lethargię. *Mẽbra anhelitus et pectoris.* Confert doloribus pectoris. *Membra expulsionis.* Prouocat menstrua bibitus,& suffumigatus in traiectorio,& interficit fœtum,et prouocat vrinam, & extrahit ascarides, & vermes,& dat vires ad coitum, & ipse supponitur ad dolores matricis,& confert dolori matricis frigido bibitus,& sedẽdo in decoctione eius,& mouet naturam quando bibitur cum vino, & ipse non dat uires ad coitum. nisi propter humiditatem superfluam inflatiuam, quæ est in ipso. *Febres.* Confert rigori linitus cum oleo. *Venena.* Confert morsibus omnibus, scilicet morsui viperæ: & alijs quando bibitur cũ vino,aut absinthio. *Permutatio.* Loco eius ponitur pyretri medietas ponderis ipsius.

b B. Et tertia species est amara grauis odoris quæ nominatur gariophyllata. c B.aloes. d B. alsemsar.i. busso,seu buxo. e B. vehementem. f B.alscemius. g B.valde acuta. h B.acuitas eius est multa.

De [a] [crocoma.] Cap. 165.

a B.chorchumhama·uel chorchumani.

Crocoma quid est? Dicitur ꝙ est fœx olei de croco. *Electio.* Melior crocoma est illa,quę est boni odoris,ponderosa,nigra, in qua non sunt ligna,& quando soluitur, tingit aquam colore croci,& quando masticatur tingit dentes tinctura vehementi remanente. *Operationes et proprietates.* Est calefactiua,maturatiua. *Mẽbra oculi.* Virtus eius est abstersiua oculi [b][& oleum eius confert tenebrositati eius.] *Membra expulsionis.* Prouocat vrinam.

b B. remouens tenebrositatem eius.

De [a] [cambil.] Cap. 166.

a B.chanbil.

Cambil quid est? Semen est areno sum quod cooperit rubedo,quæ est minor rubedine [b] [lapidis in felle bouis reperti.] *Natura.* Calidum & siccum est in tertio. *Operationes & proprietates.* Filius Mesauguę inquit, in ipso est stypticitas uehemens. *Membra expulsionis.* Interficit vermes,& ascarides,& expellit eos.

b B.alures.

De [a] [climia auri.] Cap. 167.

a B. chlimia aldheb.

Climia(*idest cadmia*) auri. *Electio.* Melior est illa,quæ aurea est [b] [ut cincinus glaciei] cineritij coloris,recens,& laminosa grossior. *Natura.* Est ęqualis,ad siccitatem declinãs in tertio. *Ope*

b B. alhaucudi. idest conglobata in modum racemi.

rationes

rationes & proprietates. Ipse & quod ablutũ est de ea, sunt subtiliora climia argenti, & in ipsa sunt exsiccatio & abstersio. *Vulnera & ulcera*. Implet vulnera, & mundificat sordities eorum, & corrodit carnes eorum additas. & incarnat vulnera fraudulenta. *Membra oculi*. Confert albugini oculi, & initio aquæ, & confortat oculum.

a B. chlimia alsada.

De a [*climia argenti*.] *Cap*. 168.

Climia (*idest cadmia*,) argenti quid est? Quandoque assumitur climia ex auro & argento, & quandoque assumitur ex ære, & ex marchasita, & est fœx, quæ eleuatur super locum in quo funditur, aut fumus, & illud quod submergitur est laminosum. *Natura*. Est proxima climię auri: sed est frigidior. *Operationes & proprietates*. In ipsa sunt exsiccatio, & abstersio cum æqualitate, absque mordicatione, & propriè quod ablutum est de ea, & est conuenientior in emplastris, & eius exsiccatio & abstersio in corporibus temperatis b [sunt minus, quàm] in duras habentibus carnes *Vulnera & ulcera*. Confert vulneribus & vlceribus difficilibus, & humidis, puluerizata in emplastris.

b B. non.

a B. calcant., seu calcand.

De a [*chalcantho*.] *Cap*. 169.

Chalcãthum. *Natura*. Calidum est & siccum ad quartum. *Operationes & proprietates* Est exsiccatiuum, induratiuũ, inspissatiuũ corporis, & in ipso sunt constrictio & adustio. *Vulnera & ulcera*. Confert fistulis nasi. *Membra capitis*. Prohibet fluxum sanguinis narium, & quando de eo distillatur una stilla dissoluto in aqua innares, mundificat caput, & b [radix eius] est de summa medicinarum mundificantium aurem, conferens doloribus eius frigidis, & ĩterficit vermes, *Membra expulsionis*. Datur in potu. ʒ. de eo cum melle ad vermes, & ascarides. *Venena*. Expellit nocumentum fungorum.

b B. ipsum.

a B. cholchosar

De a [*colcotar*.] *Cap*. 170.

Colcotar (*idest calcitis*) quid est? Inquit Galenus alcalcadis quandoque conuertitur vt, & fit colcotar. *Natura*. Est calidum et siccum in tertio *Operationes et proprietates*. In ipso sunt adustio uehemens, et constrictio cursuum sanguineorũ & exsiccatio, & adustũ est plurimæ exsiccationis, et minoris mordicatiõis, & in ipso est cũ stypticitate plurima, caliditas plurima, *Apostemata &* † *pustulæ*. Cõfert formicæ, et erysipilę, quãdo linitur cũ aqua coriãdri, & puluerizatur super fraudulẽtũ, & ambulatiuũ, & adurit carnẽ additã, & facit euenire escaram. *Membra capitis*. Confert fluxui sanguinis narium, & apostematibus gingiuæ, *Mẽbra anhelitus & pectoris*. b [Confert apostemati gauonis. [*Membra oculi*. Ponitur in † collyrijs ad abstergendum, & subtiliandum grossitudinem palpebrarũ. *Membra expulsionis*. Prohibet fluxum c † [matricis.]

† bothor.

b B. cõfert apostematibus amygdalarum.

† alcofol.

c † B. Alia litera. sanguinis ex matrice.

a B. chanaberi.

De a [*canebiri*.] *Cap*. 171.

Canebiri. *Natura*. Est calidum in primo. *Operationes et proprietates*. Est subtile, abstersiuum, incisiuum. Inquit Paulus. generat melancholiam, et propriè b [illud quod coquitur] cum sale. *Decoratio*. Abstergit pannum et morpheam, et secũdum ueritatem est res magis iuuatiua ad c [sorditiem.] comestum enim et superpositum ut emplastrum remouet ipsum ĩ diebus paucis, et hoc sciunt Arabes. *Vulnera & ulcera*. Quando ex folijs eius fit emplastrum, confert vlceribus fraudulẽtis in mãmilla. *Membra capitis*. Quum ex eius radice fit caput purgium, confert humiditatibus grossis in cerebro. *Membra anhelitus & pectoris*. Aperit oppilationes pulmonis, et mundificat ipsum. *Membra nutrimenti*. Aperit oppilationes hepatis et splenis. *Membra expulsionis*. Aqua eius soluit ventrem, et est emplastrum ad hæmorrhoidas, et remouet dolorem ventris pungitiuum, et resoluit duritiẽ matricis, et extrahit chymos grossos malos, et aperit oppilationes hepatis, et splenis. *Venena*. Alcanebiri est emplastrum cõueniens vermibus venenosis omnibus.

b B. quod est expressum.

c B. albaras.

a B. chasus.

De a [*cuso*.] *Cap*. 172.

† Cusus quid est? Eius species sunt tres, nigra, alba, & rubea; & omnes sunt b [acres] et stypticæ. vna quidem specierum eius est quoddã quod nominatur laudanum. Et cusus quidem in radice est laudanum: aut aliud, ambo enim sunt propinquarum dispositionum. *Natura*: Natura eius ad caliditatem declinat, & fortasse in quibusdam generibus eius est frigus, sed laudanum ipsum est calidum in fine c [tertij.] *Operationes & proprietates*. Est nociuus neruis, et in ipso est stypticitas, et propriè in folijs eius, et ĩ floribus ipsius est constrictio. Ille verò, qui ex tota eius summa nominatur laudanum, est calefactiuus aperitiuus orificiorum uenarum, et lenificatiuus. *Decoratio*. Lachryma eius est interficiens pediculos d [abstersiua.] Laudanum autem cũ vino [et oxymelle abstergit vestigia vlcerum] & asperitatem eorum, et quando miscetur cũ uino, et myrrha, et oleo de myrto prohibet casum capillorum: ueruntamen non peruenit ad hoc ut conferat eis, quæ sunt sicut alopecia, quoniam eius resolutio est pauca *Vulnera & vlcera*. Decoctio eius cum uino confert plurimum vlceribus, et fit ex eo emplastrum, et f [confert ambulationi fraudulentæ,] et fit ex eo ceratum ad adustionem ignis. *Instrumenta iuncturarum*. Nocet neruis. *Membra capitis*. Quãdo administratur succus g † [ ] cum oleo irino, et melle, et nitro, soluit soda antiquam. Et quando accipitur succus h † [ ] eius qui niger est, et calefit in cortice granati. et distillatur in aurem diuersam parti dentis dolorosi, confert. Et caput purgium factum ex aqua eius est bonum ad purgandum caput, et sanat cursum antiquum i [ad aurem,] et exsiccat vlcera eius. *Membra nutrimenti*. Quando ex recenti fit emplastrum spleni cum aceto, confert. *Membra expulsionis* Quando k [bibuntur tres enulusat] de flore albi cum vino, confert dysenteriæ, et bibat in die bis, et quando fit ex eo quod recens est emplastrum, et ex capitibus eius, prouocat menstrua. Et quando fit ex eo suffumigatio post purgationem menstruorũ, prohibet impregnationẽ. Et ille q l [paruus] est, quum supponitur ex parte capitis eius, prouocat

† kisos,
b B. acutæ.

c B. secundi.

d B. abradit pilos.
e B aut hydromelle linitũ super uestigia ulcerũ rectificat. Alia litera. & oxymelle linitũ sup uestigia ulcerum rectificat ea.
f B. & prohibet ambulationes fraudulentas.

g † B. in caput purgio.
h † B capitum.

i B. ex naso.

k B. quantum tres digiti capiunt.

l B. recens.

uocat

uocat menstrua,& extrahit fœtum.Et ex laudano quidem fit suffumigatio ad secundam,& ut abotum faciat;& flos eius stringit naturam.*Venena.*Quãdo bibitur radix eius cum aceto & uino, confert morsui rutelę.

a B.canab.

De [a] [*cannabe.*] *Cap.* 173.

Cannabis.*Operationes & proprietates.*Semen eius fugat ventositates,& exsiccat,& est difficilis digestionis,& mali humoris, & fortis calefactionis,& quod frixum est,est minoris nocumenti sed syrupus acetosus de zuccaro expellit eius nocumentum.*Apostemata et* † *pustulæ*. Ex decoctiõe radicis eius qui est syluestris,fit emplastrũ apostematibus calidis & erysipilæ. *Membra capitis.* Conferunt succus eius,& oleum ipsius dolori auris.Et lauatur cum succo foliorum eius caput,& confert furfuribus.Et semen eius facit soda propter vehementiam calefactionis, & uaporationem ipsius.*Membra nutrimenti.*Grana eius sunt difficilis digestionis,& sũt mala stomacho. *Membra expulsionis*. Ex corticibus eius quando plurimum sumitur,ipse interfecat sperma.

† bothor.

a B.chimulia.

De [a] [*cimolea.*] *Cap.* 174.

Cimolea quid est?Est laminosa sicut marmor alba,splendida,bona, in sapore suo est camphoreitas. Et de ipsa est quædam,quæ splendorem non habet, omnis velociter est frangilis.*Vulnera & vlcera*. Confert adustioni ignis propriè cum aqua & aceto,& quod est ex ea adustum, & lotum, cõfert vlcerib.difficilibus ad incarnandũ.

a B. chachali, seu chachal.

De [a] [*culcasia.*] *idest, brassica marina.* *Cap.* 175.

Culcasia quid est?Est planta in qua est assimilatio de alusnem. *Natura*. Calida est & sicca in primo.*Operationes & proprietates.*In ipsa est salsedo cum stypticitate, & partes eius non sunt similes & est cum inflatione pauca. *Membra anhelitus & pectoris*.Fit ex ea gargarismus cum lacte,& sale ipsius [b] [& in Aegypto decoquitur cum ea caro, & frigitur cum oleo,& est cibus illic.] *Membra nutrimenti.* Solutione educit aquam citrinam,& propriè semen eius,& succus ipsius, & minoretur ex ea ut non debilitet.*Membra expulsionis.*Prouocat vrinam,& generat sperma,& expellit choleram,& aquositatem cum facilitate:& potus ipsius fit ab vna tertia libræ unius vsque ad duas tertias libręe.

b B.& est ei cõueniens.

a B.chartas.

De [a] [*charta.*] *Cap.* 176.

Charta (*idest,papyrus.*) *Natura*. Calida est in primo,sicca in secundo.*Operationes et proprietates.* Prohibet quod adustum est de ea fluxum sanguinis.[b] [*Apostemata &* † *pustulæ.*Quod de ea adustum est,prohibet † tineam. *Membra capitis*. Quod de ea adustum est, prohibet fluxum sanguinis narium.

b B. Vulnera & ulcera.
† bothor.
† sahafat.

a B. cataf.

De [a] [*cataf.*] *Cap.* 177.

Cataf (*idest atriplex*) quid est?Est illud quod dicitur chrysolochana.*Natura.*Est [b] [calida] ad secundum, humida in ipso. *Operationes & proprietates*. In semine eius est uirtus lenitiua habẽtium choleram.

b B. frigida.

a B.charha.

De [a] [*cucurbita.*] *Cap.*178.

Cucurbita. *Natura*. Est frigida & humida in secundo. *Operationes & proprietates.* Illa quę est elixata,nutrit aliquãtulum;& est velocis, descẽsionis [b] [si non corrumpitur ante digestionem propter causam aliquam, & non generatur ex eo humor malus. aut si corrumpitur in stomacho,& miscetur ei humor malus, est tardę consistentiæ] sicut reliqui fructus, & humor qui ex ea generatur,est insipidus, nisi dominetur ei aliquid, quod sibi sit commistum. nam si cum cydonijs commiscetur, humor eius est laudabilis cholericis,& similiter si aquę acrestę,& aquę granati,uerum nocumentum quod ipsa affert, colon duplicatur, & de proprietate quidẽ eius est,quòd generatur ex ea nutrimentum homogeneum ei quod ei associatur. Nam si comedatur cum sinapi,generatur ex ea humor malus acris:aut cum sale generatur ex ea humor salsus aut cum stypticis generatur ex ea humor stypticus:& est omnino nocitiua quibus dominatur melancholia,& phlegma,& bona cholericis, & illa quidẽ q̃ est [c] [Romana] non ingreditur in medicinis,neq; aliquid imprimit infrigidationis,neque calefactionis: sed quandoque administratur propter delectationem.*Membra capitis.* Succus eius sedat dolorem auris calidum: & propriè cum oleo ros.& confert apostematibus cerebri,& † phrenesi, & est cõferens dolori gutturis. *Mẽbra anhelitus et pectoris.*† Succus cucurbitæ cõfert tussi & dolori pectoris factis ex caliditate.*Membra nutrimenti.* Eius decoctio cõfert superfluitatibus calidis in stomacho,remouet eas, & similiter vinum effusum in vacuitatem eius, deinde administratum,& fit ex succo eius caput purgium ad dolorem dentium valde,& abscindit sitim,& est ex eis,quæ generant [d] [ægritudinem stomachi valde, ita vt stomachis puerorũ, & adolescentium:] & non est medicamen nocumenti stomachi,nisi vomitus, & nocumentum quod affert colon,maximum est: *Membra expulsionis.* Quãdo eius aqua coquitur cum melle, & ponitur in ipsa nitrum,lenit ventrem,& similiter quando sepelitur in prunis & decoquitur sicut est,& bibitur eius aqua cum zuccaro,ipsa vehementer nocet intestinis,& colon propriè.*Febres.* Confert febribus cholericis.

b B. Et si non corrũpitur,non generatur humor malus, & corrumpitur in stomacho,ppter illud quod ei miscetur de humore malo,aut pp tarditatem moræ, seu pp longam moram.

c B. condita.

† sirsen.

† Sauich.

d B. humectationem stomachi, ita ut hoc faciat in stomachis puerorum.

a B. chetha.

De [a] [*cucumere.*] *Cap.* 179.

Cucumer quid est? [[b]Semen eius est melius semine [c] [citruli,] & ille qui est melior, & subtilior,est maturus. *Natura.* Frigidus est et humidus ad secundum. *Operationes et proprietates.*Sedat caliditatem et choleram, sed eius chymus est malus,præparatus ad putrefactionem,et excitãs putrefactionem, et febres prauas. batheca verò est velocioris corruptionis quàm ipse, et in eo quidem qui maturus est,est abstersio, et semen eius est melius semine [d] [citruli. Citrulus verò longioris est digestionis] & discurrit in venis

b B.cheta.Electio.
c B.chaiar.

d B.chaiar.chaiar verò est longinquior a digestione, quàm ipse.

crudus,& generat febres chronicas, cuius quidem nocumentum expellit ammi a uehementia inflationis stomachi. *Apostemata & † pustulæ.* Ponũtur folia eius cum melle super scere phlegmaticum & confert ei. *Membra capitis.* Quando habentes syncopim calidam ipsum odorant, reuiuiscunt. *Membra nutrimenti.* Quando administratur sedat sitim,& est bonus stomacho. uerũ tamen ipse raro digeritur bene, & quando bibuntur de radice eius duo anulusat cum hydromelle, facit uomere humorem subtilem. *Membra expulsionis.* In ipso sunt prouocatio & lenificatio,& confert doloribus testiculorum;& est cõueniens uesicæ, sed est minor batheca in prouocatione. *Venena.* Folia eius conferunt morsui canis rabiosi.

† bothor.

De [a] [*cucumere asinino.*] *Cap.* 180.

a B. chethá alhamar.
b B. Alia litera. fit eius succus hoc modo.
c † B lenis.
d † B. squile.

Cucumer asininus quid est? [b] [Est arbor, cuius colligitur succus hoc modo.] Accipitur eius fructus in fine æstatis postquàm est citrinus,& suspenditur in panno vt currat eius aqua,& coletur,& exsiccatur in scutella super cinerem,& ponitur super tabulam in umbra. *Electio.* Bonus est ille, qui est citrinus, rectus sicut cucumer, uere amaritudinis. Et bonus succus est ille, qui est albus planus [c] † [ ] qui est similis cepæ [d] † [ ] & super quem iam præterijt annus. *Natura.* Est calidus & siccus in tertio. *Operationes & proprietates.* Est subtilis, resolutiuus,& radix & folia eius,& fructus ipsius abstergunt,& resoluunt & exsiccant: cortex eius magis, & uirtus succi radicis,& fructus ipsius est una. *Decoratio.* Succus eius, aut succus radicis, & foliorum ipsius, confert icteritiæ. Et puluerizatio eius quod de ipso siccum est, delet vestigia in consolidatiõnibus nigra,& mundificat sorditiem faciei. *Apostemata & † pustulæ.* Quum fit ex radice ipsius ẽplastrum cum farina hordei. resoluit omne apostema phlegmaticum antiquum,& est disrũptiuum exiturarum propriè cum gumma albo: in & propriè succus eius, *Vulnera & ulcera.* Quando puluerizatur quod de eo siccum est, super scabiẽ & impetiginem, confert eis. *Instrumenta iuncturarum.* Confert doloribus iuncturarum, & eius decoctio clysterizata confert sciaticæ,& fit ex eo emplastrum cum aceto super podagram. *Membra capitis.* Succus eius resoluit hemicraneã grossam caputpurgio facto ex eo cum lacte. Et si liniantur cum eo nares cum lacte, euacuabit superfluitates plurimas. Et confert galeatæ passioni,& soda antiquę. Et succus quidem foliorum eius est debilior. Quumque destillatur succus in aurem, sedat eius dolorem. *Membra anhelitus et pectoris.* Solutio cum succo eius facta uehementis est iuuamenti ei qui anhelitus malitiã habet, & linitur palatum ad præfocationẽ phlegmaticam ex succo eius cum melle & oleo. *Membra nutrimenti.* Confert hydropisi extrahendo aquositatem mirabiliter sine nocumento, quando in potu datur de radice eius [e] [anulu sat vnus & semis.] Et quando decoquitur media lib. eius cum duobus kist vini,& dantur in potu omni die tres anulusat vsque ad .v.& quando assumitur de radice eius anulusat .j.s. aut de cortice eius quarta [f] [ancesune] in die, facit vomere phlegma & choleram rubeam. Et bibitur cum aqua mellis,& confert vehemẽter & manifestè: & prouocat ambo facilè sine læsione,& non est stomacho nociuus. Ex eis autem quæ faciunt solutionem, quę ex eo fit, bonam, est, ut succo eius duplum salis admisceatur, deinde fiant inde pilulę sicut † orobus,& bibantur cum aqua: in uomitu autem sumitur aliquid de eo dissolutum aqua,& linitur ex eo radix linguæ, & quod sequitur ipsam. Et si uis ut velocius fiat & fortius, fiat illud ex eo cum oleo,& oleo de lilio. Et si superfluit, detur in potu ei qui bibit, vinum cum oleo, quoniam quiescere facit statim. Si autem non confert, detur sauich de hordeo cum aqua frigida & aceto. *Membra expulsionis.* Solutione educit phlegma & sanguinem. Et succus eius ꝓuocat vrinam,& menstrua, & corrumpit fœtũ suppositus.

e B. obolus.j. s.
f B. hac unes.
† herbus.

De [a] [*cornu.*] *Cap.* 181.

a B. choron.
b B. alhaben hydropisim.

Cornu quid est? Cornu cerui,& capræ adustum abstergit dentes fortiter,& stringit gingiuam,& sedat dolorem gingiuæ inflatæ, & oportet ut aduratur donec albescat. *Mẽbra oculi.* Cornu cerui adustum albificatum sicut sal, ablutũ, prohibet materias ab oculo. *Membra anhelitus & pectoris.* Cornu cerui adustum ablutum, sputo sanguinis confert. *Membra nutrimenti.* Detumescere facit [b] [latus,] & non nocet stomacho, & confert icteritiæ. *Membra expulsionis.* Cornu cerui adustum ablutum, confert dysenteriæ.

De [a] [*curace.*] *Cap.* 182.

a B. caris.

Curacis quid est? Est vrtica.

De [a] [*catatul.*] *Cap.* 183.

a B. catha.

Catatul. *Natura.* Est debilis caliditatis,& vehementis siccitatis. *Operationes & proprietates.* Generat melancholiam. *Membra nutrimenti.* Confert hydropisi. *Membra expulsionis.* Confert solutioni ventris.

De [a] [*cokio.*] *Cap.* 184.

a B. chuchi.

Cokium (*i. uitulus marinus.*) quid est? Est animal marinum, cuius uirtus est propinqua uirtuti animalis castorei. *Membra capitis.* Caro eius confert epilepsiæ. *Membra expulsionis.* Confert præfocationi matricis.

De [a] [*cubugi.*] *Cap.* 185.

a B. cabegi.
b B. stomachũ.
c † B. venturi.

Cubugi quid est? Attuiugi communicat ei in formis suis. *Natura.* Caro eius est de subtilioribus carnibus. *Decoratio.* Caro eius impinguat. *Membra anhelitus & pectoris.* Caro eius abstergit [b] [cor.] *Membra nutrimenti.* Confert caro alcubugi hydropisi, & confert stomacho. *Membra expulsionis.* Caro eius est leuis,& stringit [c] † [ ] & augmentum facit in coitu.

De [a] [*cambura.*] *Cap.* 186.

a B. canaberi vel camberi.

Cambura. *Membra nutrimenti.* Quando digeritur

geritur, nutrit plurimum: sed est tardæ digestionis.

a B. chadancha reis.

De a [cathimunkureis. Cap. 187.

Cathimunkureis. dictum est in cap. de nun. *Membra expulsionis*. Est bonum vlceribus renum & vesicæ.

a B. culb, uel calt.

De a [calab.] Cap. 188.

Calab quid est? Est almes Indum, & est simile semini lini, & maius aliquantulum ad cinereitatem declinans. *Natura*. Est frigidum in secundo, humidum in primo. *Membra nutrimenti*. Delet singultum. *Membra expulsionis*. Frangit lapidem renum, & vesicæ: & est bonum solutioni ventris.

a B. caisur.

De a [caisur.] Cap. 189.

Caisur quid est? Est alased: & iam dictum est de eo in cap. spumæ maris.

a B. cot.

De a [cot.] Cap. 190.

b B. alaselet. i. fasfasa, seu rathbe.

Cot quid est? Est b alistiscat, & nominatur etiam alfassasat. s. viridis:] & est cibus animalium omnium. *Instrumenta iuncturarum*. Oleum alcot est res magis conferens tremori, & remouet cũ secundum omnes.

a B. ramel.

De a [cinere.] Cap. 191.

Cinis. *Operationes et proprietates*. Omnis est abstersiuus, exsiccatiuus, quamuis diuersificetur, & ablutio minuit eius abstersionem, & acquirit ei glutinationem, & exsiccationẽ sine mordicatione. Aqua verò cineris ingreditur in medicinis putrefacientibus. Et fortior eorum est cinis fici, & lacticinij. Et abstersio reliquarum aquarũ cineris, & siccitas, sunt minores quam istarum duarum, & cinis almezerion est abstersiuus, & putrefactiuus, & cinis lignorum stypticorum, sicut quercus & reliquorũ, retinet sanguinem. *Apostemata & † pustulæ*. Cinis b [alathahagi] super scabiem & impetiginem linitur, & confert. *Membra oculi*. Cinis almezerion acuit visum. *Membra anhelitus & pectoris*. Cinis almezerion confert squinantiæ, & propriè cum diahirundinis.

† bothor.
b B. alathaie, seu alhadaie.

a B. semha.

De [a cera.] Cap. 192.

Cera quid est. dicta est in capite de mund. *Membra expulsionis*. Addit in coitu, & prouocat.

a B. shar algul.

De a [capillo algul.] Cap. 193.

Capillus algul quid est. Est planta quę cum suis eradicatur uenis, & color ipsius est inter rubedinem, & nigredinẽ, & b [uenæ eius, & suprema eius sunt plana curuata.] *Natura*. Est calidus & siccus. *Membra anhelitus et pectoris*. Mundificat pectus, & pulmonem.

b B. radices ei⁹ & stipice ipsius superiores sunt expansi seu dilatati, & crispi seu contracti.
a B. shar.
b B. Alia litera. contriti sunt.

De a [capillis.] Cap. 194.

Capilli. *Natura*. Capilli adusti b [sunt calefactiui &] exsiccatiui fortiter. *Decoratio*. Adusti abstergũt dentes, & aqua eorum facit nasci capillos. *Vulnera & ulcera*. Exsiccant capilli adusti vlcera humida, & sordida, & tremula fortiter. *Membra capitis*. Capilli adusti abstergunt dentes. *Venena*. Capilli hominis cum aceto in modum emplastri ponuntur super morsum canis rabiosi.

a B. chaserudar seu chasurudar.

De a [casurudar.] Cap. 195.

Casurudar quid est? Mesauguc inquit est galange. *Natura*. Est calidum & siccum. *Operationes, et proprietates*. Est resolutiuum liquefactiuum. *Membra expulsionis*. Confert colicę, & dolori renum: & augmentum efficit in coitu, & plurimum proprietatis eius est in dolore renum.

a B. chaiarsandar.

De a [cassia fistula.] Cap. 196.

Cassia fistula quid est? Alia est kebulia: alia Ægyptia. *Electio*. Melior est illa, quę sumitur a canna, & quę est splẽdidior & pinguior. Et melior canna ipsius est illa, quæ splẽdida est, & plana. *Natura*. Est æqualis in caliditate & frigiditate, & est humida. *Operationes et proprietates*. Est resolutiua, lenitiua. *Apostemata & † pustulæ*. Confert apostematibus calidis in uisceribus, & propriè gutture, quando ex ea fit gargarismus cũ aqua solatri, & linitur super apostemata dura, & confert eis. *Instrumenta iuncturarum*. Liniũtur ex ea podagra, & iuncturæ dolorosæ. *Membra anhelitus & pectoris*. Quando dissoluitur manib. in aqua coriandri humidi cum b [spuma] psyllij, & deinde fit ex ea gargarismus, confert præfocationi. *Membra nutrimenti*. Mundificat hepar, & confert ictéritiæ, & dolori hepatis. *Membra expulsionis*. Est lenificatiua uentris. Et educit cholẽram adustam, & phlegma, & soluit sine nocumento, & absque mordicatione, adeo quòd ipsa est conueniens prægnantibus, & soluit eas. *Permutatio*. Loco eius ponitur pondus. s. ipsius de tereniabin: & triplum ponderis ipsius de carne † passæ, & octaua ponderis ipsius de turbit, & quandoque ponitur loco passæ c liquiritia.]

† bothor.
b B. cum mucilagine.
† .i. passularũ.
c B. succus liquiritiæ.

a B. charnub.

De a [carnub.] Cap. 198.

b B. scemi exsiccata.

Carnub. (*i. siliqua.*) *Electio*. Melior est illã quæ est b [de Scemi alnabathia.] *Natura*. Nabathia est vehementioris siccitatis & frigiditatis. *Operationes & proprietates*. Illa quæ est de Scemi est exsiccatiua, styptica, & similiter fructus eius, ueruntamẽ in ipsa est dulcedo, & cum hoc stringit, Et Nabathia quidẽ est vehementioris siccitatis, & exsiccationis, & non mordicat. Et Nabathia comeditur humida, & humor eius est grauis malus. *Decoratio*. Quando fricantur uerrucæ cũ carnub Nabathia immatura uehementer, delet eas omnino. *Membra capitis*. Collutio eius ex decoctione eius est bona dolori dentium. *Membra nutrimenti*. Illa quæ est de Scemi humida, stomacho mala est, & non digeritur, & sicca est tardioris digestionis, & descensionis. Inquit Gal. c [medulla huius fructus non defertur ad regionẽ aliam,] & aliembut est bona ictéritiæ.

c B. Vtinam talis fructum nunque deferatur, ad regionẽ nostram, & deferatur ad regionẽ.

Membra expulsionis. Encatisma in decoctione eius factum confortat anum, et in ipsa est prouocatio, et propriè quæ nutrita est cum congelato uuæ, et illa de Scemi quæ humida est, soluit, et sicca stringit, et confert solutioni uētris. Et Nabathia confert fluxui d † [ ] menstruorum superfluo comesta, & supposita. Et aliembut est bona dolori ventris pungitiuo, & solutioni.

d † B. sanguinis &.

De a [*cubeze*.] *Cap.* 198.

a B chabazi, & interpretat mal ua apud latinos

Cubeze quid est? Est species maluæ: & dicūt quidā quòd cubeze est syluestris, & Muluchia est domestica. Et cubeze quidem est species quę dam quæ dicitur Muluchia arborea, & ipsa est althea & b [est] olus Iudaicum, & non est c [longum] quin sit species eius, & est melior quæ sit in ipsa. *Electio*. Syluestris est subtilior & siccior, & fortitudo aqueitatis domesticæ minorat ex virtute eius. *Natura*. Est frigida, & humida in primo. dicitur quòd domestica est calida & sicca, & huius quidem verbi dictor fuit Paulus, & videtur ꝙ fuit eius intētio ad olus Iudaicum, quoniam ipsum nominatur almuluchia. *Operationes & proprietates*. In ipsa est lenificatio, & est subtilior quam atriplex, & grossior † beta syluestri, & subtilior, & siccior, & dicitur quòd domestica calefacit parumper, & descendit velociter propter humiditatem, & viscositatem suā, & propriè cum almuri & oleo, & est æqualis digestionis. & eius humiditas secundum ꝙ dicitur, est grossior humiditate lactucæ. Inquit Paulus, & ipsa constringit, & carminat, & resoluit sine mordicatione, & videtur quòd ipse uoluit per illud, olus Iudaicum. *Apostemata & † pustulæ*. Ipsa confert formicæ, & erysipilæ, folia syluestris cum oliuis cōferunt adustioni ignis & similiter eius decoctio embrochata, & domestica quidem confert inceptioni apostematis calidi, & additioni eius. *Vulnera & vlcera*. Quando masticatur cum sale cruda, & ponitur super fistulas, confert eis, & propriè paruis, & in oculo. *Membra capitis*. Fit ex ea emplastrum vlceribus capitis cum vrina, & confert eis ualde, & masticatur ad d [† aphthas.] *Membra oculi*. Quando masticantur folia eius, & administrātur ex eis cum pauco sale, mundificat fistulas oculi, & facit nasci carnem. *Membra anhelitus & pectoris*. Folia & flos eius leniunt pectus, & faciunt exuberare lac, & sedant tussim euenientem a caliditate, & siccitate, & semen eius est illud, quod de ea est melius in remouendo asperitatem pectoris. *Membra nutrimenti*. Domestica est mala stomacho, & in ipsa est apertio e † [ ] hepatis. *Membra expulsionis*. Flos eius confert ulcerib. renum & vesicæ, bibitum, & linitum cū oleo. Et semen muluchiæ confert rasuræ, & ulcerib. intestinorum. Et rami alcubezę domesticę conferunt intestinis, & vesicę leniendo naturam, & dolorib. eorum, & et illud quando bibitur aqua eorum, & fit ex ea syrupus. Et eius decoctio confert duritieb. matricis sedēdo in ea, & faciendo cum ea enema. Et in ipsa est uirtus prouocans vrinam. Et de alcubeze quidē syluestri, quæ cum sole f [reuertitur,] est, quæ soluit humorem crudum, & choleram, & quandoque superfluit, & solutione educit sanguinem. *Venena*. Folia eius sedant puncturam vespæ more emplastri superposita, & propriè cum oleo, & similiter g [bibitur] semen eius, & uomitur semper, & confert morsui rutelę.

b B. dicitur.
c B. lōginquū.
† sicla.
† bothor.
d B. alcola.
† cola.
e † B. oppilationum.
f B. reuoluitur, uel quæ solem sequitur.
g B. uenenatus bibat.

ANNOTATIONES:

Quòd syluestris frigida, & humida sit primo ordine, hortensis autem calida & sicca, nusquam legimus uel ex Gal. vel ex Paulo. Quòd item ea constringat quę syluestris est, Paulus non asserit, sed Gale. 6. simpl. id radicibus ascribit, quod & Auer. facit. Sed ait Auerr. folia & flores calidos & siccos in primo gradu, radicem uerò in principio secundi.

De a [*Caucho.*] *Cap.* 199.

a B. chalidunit uel chaledfiun.

Cauchun (*idest, chelidonium maius*) quid est? Dixerunt quidam quòd est uene. Et ipsa quidem dicitur memiran. Et dixerunt alij, quę deest, est parua b [memirant, & quę magna est alguardatione.] *Operationes & proprietates*. Est quoddam genus eius paruum calidum ulceratiuum. *Apostemata & pustulæ*. Ponitur cum uino super formicam, & confert. *Vulnera & ulcera*. Quę parua est, eradicat scabiem. *Membra capitis*. Masticatur eius radix, & sedat dolorem dentis. *Membra oculi*. Quando bullitur succus eius super prunas, donec ad medietatem deueniat, acuit uisum. Et quando excæcatur pullus hirundinis, affert ei mater hanc plantam, & redit ad ipsum uisus & additur uisus eius, & propter hoc nominatur hirundinaria.

b B. memirā, & quæ est magna est aluardachule uel aluardachule uel alaat dahune.
† bothor.

De a [*Canderos.*] *Cap.* 200.

a B. Candarus.

Canderos quid est? Est triticum Romanum. *Natura*. Eius nutrimentum est frigidius nutrimento tritici, & minoris nutrimenti, & est cū hoc bonę digestionis, plurimi nutrimenti, fortis, grossi.

De a [*Chamæleonte.*] *Cap.* 201.

a B. Camalaū seu chamaliū.

Chamæleon. *Operationes & proprietates*. Non bibitur in aliquo, sed administratur exterius. Et est in summa abstergentium exterius, et in emplastris lenificantium, et resoluentium. *Decoratio*. Lenitur super morpheam. *Vulnera & ulcera*. Linitur super scabiem et impetiginem, et fit ex eo emplastrum ulceribus corrosiuis. *Membra nutrimenti*. Datur in potu de radicib. albi b [et suthesin] in uino, et iuuatur inde habens hydropisim. *Membra expulsionis*. Radices albi interficiunt vermes. *Venena*. Quod nigrum est, interficitur.

b B. achsuncsi unum.

De a [*Charatin .i. intestinis terræ.* *Cap.* 202.

a B. charatini.

Charatin. *Natura*. Oportet secundum ꝙ existimo, ꝙ sit calidū. *Vulnera & ulcera*. Ex eo quod contritum est, fit emplastrum uulnerib. neruorū, et nō dissoluitur ab eis per tres dies, et est iuuatiuū ualde. *Mēbra capitis*. Eius decoctio cū adipe anseris cōfert dolori auris, et q̄doq; distillatur cū oleo sup latus diuersū a dēte doloroso.

Mem-

Membra nutrimenti. Sanat quādo bibitur cum vino ab ičteritia. *Membra expulsionis.* Teritur multum,& datur ab bibendum cum vino, & prouocat vrinam,& confert lapidi illud etiam.

a B.chayebus.

De a [*Cobzbague.*] Cap. 203.

b B.alsefale.

Cobzbāgue quid est? Est granum paruum simile cardamomo, quod affertur de b [Sclauonia.] *Natura.* Est calidum & siccum in tertio. *Operationes, & proprietates.* Eius virtus est virtus gariophyllorum, & abstergit, & subtiliat: & est subtilius cardamomo. *Membra nutrimenti.* Est bonum stomacho, & hepati frigidis,& est melius stomacho, quàm cardamomum, & retinet vomitum.

a B. Daneb alchail.

De a [*Cauda equi.*] Cap. 204.

b B. descēdunt.

Cauda equi quid est? Est planta nascens in locis concauis,& in vallibus, habens stypites concauos ad rubedinem declinātes, asperos, duros, nodosa cum nodis intrantibus & apud nodos sunt sicut folia squinanti minuta, spissa,& adhęret arbori cui appropinquat, deinde b [generātur] ex ea extremitates plures sicut cauda equi, & habet radicem duram. *Natura.* Est frigida in primo, sicca in secundo. *Operationes, & proprietates.* Est styptica,& propriè succus eius, & est vehementis exsiccationis sine mordicatione, & est valde iuuatiua ad fluxum sanguinis. *Vulnera, & ulcera.* Consolidat vlcera,& vulnera mirabiliter,& si in eis sunt nerui, consolidat etiam. *Instrumenta iuncturarum.* Confert quādo linitur, aut fit ex ea emplastrum attritioni medij lacertorum,& c [fit ex ea emplastrum intestinis.] *Membra nutrimenti.* Confert apostematib. stomachi,& hepatis,& hydropisi.

c B & detumescere facit herniam intestinalem.

a B.darariha.

De a [*Cantharidibus.*] Cap. 205.

Cantharis. *Natura.* Dixerūt quidam quod est superfluę caliditatis,& dixerunt alij quòd est calida & sicca in tertio; sed primum est verius. *Operationes et proprietates.* Est acris, acuta, putrefactiua, adustiua. *Decoratio.* Eradicat verrucas linita,& fit ex ea ceratum,& linitur ex eo albedo vnguis,& confert ei.& eradicat b [vnguem mollificatam velociter] quando fit ex ea emplastrum & remouet morpheam,& albaras linita cum aceto, & quando ex ea trita cum sinapi fit linimentum, facit nasci capillos, & similiter quando coquitur cum c † [ ] oleo donec inspissetur. *Apostemata & † pustulæ.* Linitur super apostemata cancerosa,& resoluit ea. *Vulnera & ulcera.* Linitur super scabiem & impetiginem. *Membra oculi.* Inquit filius Mesaugue. Ipsa incidit vngulam valde. *Membra nutrimenti.* Parum de ea prouocat vrinam valde, adeo quod valet etiam hydropisi. *Membra expulsionis.* Parum de ea prouocat vrinam valde:& parum de ea etiam adiuuat medicinas prouocatiuas ad prouocandum absque nocumento, & prouocat menstrua, & facit abortum. Dixerunt quidam. Datur in potu una earum ei qui conqueritur de uesica sua,& non confert in ea cura, & confert, & dantur in potu tres d [tasanagi] de

b B. Alia litera velociter unguē quæ indiget eradicatione.

c† B.aceto & † bothor.

d B.tasafiha.

ea,& exulcerat vesicam. Inquit Gal. quòd ipsa exulcerat vesicam, propterea quia facit materias acutas declinare ad, eam a quibus corpus non euacuatur, cum proprietate, quæ est in ipsa.

De a [*Colla.*] Cap. 206.

a B.gara.

Colla. *Natura.* Colla cutium calida est & sicca in primo,& colla piscium minoris est caliditatis, verum est b sicca.] *Operationes & proprietates.* Omni collæ inest uirtus glutinatiua,& exsiccatiua. *Decoratio.* Colla de piscib. ponitur in c [symplasmatibus] & ponitur in medicinis albaras, et quando aduritur colla de corijs, et colla corij vaccini, et lauatur, stat loco tutię in curatione lendinum. d [*Apostemata & † pustulæ.*] Colla de corijs linitur super † tineam, et confert vesicis adustionis, et similiter colla de piscibus, et colla de corijs uaccinis, quādo linitur cum aceto super impetiginem, et scabiem excoriabilē, quum non est vehementis profunditatis, confert, et quando linitur cum melle, et aceto super vulnera, confert eis: et ponitur colla de piscib. in emplastris scabiei vlcerosæ, et confert. *Membra capitis.* Colla de piscibus ponitur in emplastris vlcerum capitis, et confert. *Membra anhelitus & pectoris.* Colla de piscibus datur in potu cū aceto ad sputum sanguinis, et ingreditur in sorbitionibus, quę fiunt ad sputum sanguinis.

b B.siccior.

c B. linimentis faciei.

d B.Vulnera & ulcera.
† bothor.
† sahafat.

LITERA D.

De a [*digitis citrinis.*] Cap 207.

a B.asabasafra.

Digiti citrini quid est? Eius figura est sicut uola manus commista ex citrinitate et albedine, et est dura, in qua est parum dulcedinis et ex ea est citrina cum b [parua alteratione] absque albedine. *Natura.* Est calida et sicca in secundo ferè. *Operationes & proprietates.* Resoluit superfluitates grossas ualde. *Decoratio.* Inest proprietas mundificandi cutem. *Instrumenta iuncturarum.* Confert membris neruosis in impedimentis suis. *Membra capitis.* Confert maniæ propriè. *Permutatio.* Loco eius iuuamento maniæ ponitur quantum ipsę est, et medietas eius ex c [hezeriaseen eum duabus tertijs ipsius de sod.

b B.puluerulentia.

c B. bezargiesan cum duab. tertiis ipsius de shad.

De a [*digitis hermetis.*] Cap. 208.

a B. asabahermes.

Digiti hermetis quid est? Est flos hermodactyli et eius uirtus est uirtus hermodactyli.

De a [*durungi.*] Cap. 209.

a B.durunegi.

Durūgi. (*i.dorocinus.*) quid est? b [Herba lignea radicalis,] cuius quantitas est modus pollicis vsque ad extremum unguis et minus, habens quod est interius, albū, et quod, est exterius cineritiū, declinās ad duritiem et grauitatem. *Natura.* Est calida et sicca in tertio. *Operationes & proprietates.* Extenuat uentositates. *Membra anhelitus, & pectoris.* Confortat cor, et confert tremori cius ualde. *Membra expulsionis.* Dissoluit uentositates quę sunt in matrice. *Venena.* Confert uenenis

b B.Est frustum lignosum dicale. Alia litera. lignosum radicale nodos habens interius album, et exterius cineritium, uel puluerulentum colorē habens.

nis & puncturæ vermium venenosorũ,& scorpionum,& rutelę bibita: & emplastro facto ex ea cum ficubus. *Permutatio*. Loco eius ponitur [c] [zurumbet] æquale pōdus, aut duæ tertię ponderis ipsius de gariophyllis.

c B. zurumbad.

De [a] [*darsciscahan*.] *Cap.* 210.

a B. darsishaan.

b B. Alia litera. habens spinas plures.

c B. cũ qua venditores medicinarum inducũt ponticitatẽ in suis oleis. Alia litera. cum qua venditores medicinarũ confortãt olea sua.

Darsciscahan (*idest, aspalathus*,) quid est? Est arbor grossa habens [b] [spinam grandem] [c] [qua venditores medicinarum sua vnguenta experiuntur] & est composita ex partibus dissimilibus. Cortex nanque eius est acutus: & eius flos est calidus: & lignum eius est ponticum, in quo est frigiditas quædam: nam in ipso etiam est virtus composita, & in ipso est acuitas & stypticitas. Acuitate ergo sua calefacit. & sua stypticitate infrigidat. Sunt autem quidam, qui dicunt, quòd ipsa est radix spicæ Indicæ: sed non affirmatur. *Electio*. Illa quæ est bona, est grauis, sub cuius cortice egreditur rubeum ad purpureitatẽ tendens, boni odoris, & saporis, sed alba priuata odore est mala. *Natura*. Calida est in primo, sicca in fine secundi, vsque ad tertium, & dicitur in primo, sed ipsa est fortioris siccitatis quam illud: quidam verò dicunt quòd est frigida. *Operationes & proprietates*. In ipsa est resolutio, & stypticitas, resoluit enim vẽtositates, & retinet cursus, & fluxus sanguinis, & rectificat putrefactionem. *Vulnera et ulcera*. Confert vlceribus ambulatiuis & putrefactiuis. *Instrumenta iuncturarum*. Confert propriè mollificationi neruorum. *Membra capitis*. Aldarsciscahan est bona fœtori narium, & fit ex ea licinium, & ex decoctione eius colluitur os propter [d] [† aphthas] & cōseruat dentes, & confert valde. *Membra anhelitus et pectoris*. Aqua decoctionis eius prohibet sputũ sanguinis ex pectore. *Membra nutrimenti*. Confert inflationi stomachi. *Membra expulsionis*. Eius decoctio constringit uentrem, & confert inflationi [e] † [ ] difficultati vrinæ, & supponitur, & extrahit fœtum, & puluerizatur super vlcera [f] [caudæ & testiculorum,] & confert duritiei ipsorum, & ambulationi eorum. *Permutatio*. Loco eius ponuntur fructus aliembut duæ tertię ponderis ipsius, & in iuuamento neruorũ pondus eius de asaro, & medietas eius ponderis de durungi.

d B. alçola. † cula.

e † B. intestinorum.

f B. femoris, & partiũ circa mẽbra genitalia existentium. Alia litera. ani & genitalium.

De [a] [*darirhe*.] *Cap.* 210.

a B. Darhire. i. calamus aromaticus.

Darirhe quid est? Dictum est in capitulo de calamo aromatico. *Vulnera & ulcera*. Dicitur ꝙ non est res melior ad adustionem ignis quã darirhe cum oleo rosato, & aceto. *Membra nutrimenti*. Confert apostematibus hepatis, & stomachi, & hydropisi.]

De [a] [*dethiu*.] *Cap.* 211.

a B. Dadi.

b B. & siccitatem in secundo.

Dethiu quid est? Est granum simile hordeo, & longius, & strictius, & magis solidum, amarum. *Natura*. Inquit filius Mesaugue quòd est frigidum, & sanius est quòd ipsum declinet ad caliditatem & [b] [est siccum in tertio.] *Operationes & proprietates*. Est stypticum, constringens vẽtrem, & cum eo quod est in ipso ex stypticitate conseruat vinum de dactylis ab acetositate. *Apostemata & † pustulæ*. In ipso est lenificatio bona duritiebus. *Membra capitis*. Est faciens sco tomiam. *Membra expulsionis*. Constringit, & ualde confert doloribus ani, & mollificationi eius sedendo in eius decoctione. Et quãdo ex eo cōficitur pondus. ʒ. ij. cum oleo, & transglutitur, confert hemorrhoidibus. *Venena*. Confert venenis. *Permutatio*. Loco eius ponuntur in resolutione duritierũ duæ tertię ponderis sui de kur, & medietas ponderis ipsius de abhel. Veruntamen in impręgnatione non administretur abhel.

† bothor.

De [a] [*dulb*.] *Cap.* 212.

a B. Dulb.

b B. nux.

c B. & scarabei moriuntur ex foliis eius. Et puluis foliorum eius est malus sensib. & reliqs & est exsiccatiuus ualde. Alia litera. & scarabei moriũtur ex folijs eius, & ex nuce ipsi⁹ & ex cortice eius, & est vehementis exsiccationis & puluis foliorum eius est malus sensibus, & reliquis, & est exsiccatiuus ualde. † bothor.

Dulb. (*i. platanus*.) *Natura*. Cortex & nux eius sunt vehementis siccitatis, & est frigidus in primo. *Operationes et proprietates*. Cortex & [b] [abrasio] ipsius sunt vehementis abstersionis, & desiccationis [c] [& sensibus est desiccatiuus, & scarabei moriuntur ex folijs eius, & abrasione eius, & cortex eius est vehementis exsiccationis. Puluis verò foliorum eius est sensibus, & reliquis desiccatiuus valde, & malus eis.] *Decoratio*. In cortice est virtus abstersionis, & exsiccationis, & quandoque confert albaras. *Apostemata & † pustulæ*. Conferunt folia eius apostematib. phlegmaticis; & apostematibus iũcturarum & genuum. *Vulnera & ulcera*. Cinis ipsius ponitur super excoriatiónem, & super vulnera putrida, & sanantur: & cortex eius coctus cũ aceto confert adustioni ignis. *Instrumenta iuncturarum*. Eius folia doloribus iuncturarum sunt utilia, & apostematib. calidis in eis, & propriè geniculorum. *Membra capitis*. Eius cortex decoctus cum aceto est bonus dolori dentium, & puluis eius est malus auditui & auri. *Membra oculi*. Puluis foliorum eius nocet oculo. Verum ipsius folia humida quum lauantur, & coquuntur, & fit ex eis emplastrum, retinent fluxũ ab oculo, & conferunt [d] [inflationi, & ophthalmiæ.] *Membra anhelitus & pectoris*. Puluis eius nociuus est pulmoni & uoci. *Venena*. Fructus eius recens cũ uino confert puncturæ vermium venenosorum. Et ex nuce eius cum adipe fit emplastrum puncturæ & morsui. Et iam quidem diximus, ꝙ ipse est uenenum scarabeis, & scarabei moriuntur ex folijs eius, & ex corticibus eius.

d B. cõmotioni humorum ophthalmiæ.

De [a] [*demest*.] *Cap.* 213.

a B. dhemest.

Demest (*i. laurus*) quid est? Est arbor lauri, & eius grana administrantur, et folia, sed grana sũt meliora, et fortiora eis, quæ sunt in ipsa. Deinde cortex radicis, de cuius operib. aliquid dicemus hic, sed complementum eorum erit in capitulo de gain, vbi loquemur de lauro. *Natura*. Est calida in tertio sicca in secundo. *Instrumenta iuncturarum*. Est bona mollificationi neruorum et paralysi, et torturæ. *Membra capitis*. Quod ex ea tritum est [b] [est bonum sternutationi.] *Membra nutrimenti*. Confert apostematib. hepatis, et splenis. *Membra expulsionis*. Confert colicæ.

b B. est faciens sternutationẽ.

De [a] [*deuser*.] *Cap.* 214.

a B. dusser.

Deuser (*idest, ægylops*) quid est. Est herba, cuius

euius folia sunt similia folijs tritici, sed sunt leuiora, et fructus eius habet uelamina duo, aut tria, et super ipsa sunt quædam similia pilis, et sumitur succus eius, et seruatur, et est melior herba. *Natura.* Calida est in primo, sicca in secundo. *Operationes & proprietates.* In ea sunt exsiccatio & resolutio. *Apostemata & † pustulæ.* Lenit apostemata, quę indurari incipiunt, & prohibet ipsorum duritiem. *Decoratio.* De proprietatibus eius est, vt deleat alopeciam. *Membra oculi.* Confert † ægylopibus.

† bothor. † algarab.

De a [*dirdar.*] *Cap.* 215.

a B.derdar.

Dirdar (*.i. ulmus*) quid est? Est arbor cimicum, ex qua egrediūtur capita inflata sicut granata, in quibus est humiditas, quæ fit cimices: quum enim aperiuntur, egrediuntur cimices, & eius folia comeduntur uiridia sicut olera. *Operationes & proprietates.* In ipsa sunt stypticitas, & abstersio, & cortex est stypticus, & radix est ei propinqua. *Decoratio.* Humiditas capitum eius abstergit faciem, & cortex eius cum aceto quum est humidum, abstergit albaras. *Vulnera & vlcera.* Inuoluitur cortex eius sicut ligamentum super percussiones, & vulnera, & consolidat ea, & similiter folia eius, & cortex, & flos ipsius conueniūt vulneribus, & similiter illud quod cadit de cortice, b † [ ] & res quæ ex ea cadit sicut farina, & prohibet ambulationem fraudulentis, & propriè cum æquali pondere sui de aniso confecta cum decocto. *Instrumenta iuncturarum.* Ex decoctione radicis, & foliorum ipsius embrochantur ossa fracta. *Membra expulsionis.* Quum ex eius cortice grosso bibitur aureus cum decocto, aut aqua frigida, expellit phlegma.

b B.corroso.

De a [*deindar.*] *Cap.* 216.

a B.diudar.

Deindar quid est? Est ex genere abhel quæ dicitur pinus Inda. Et eius lignum similatur ligno zurumbet. In quo est acuitas parua, & b [syrupus deindar] est eius lac, quod est calidum acutum faciens sitim. *Natura.* Eius siccitas est in tertio maior caliditate eius. *Operationes & proprietates.* In eius lacte est acuitas adurens, et in substātia eius est stypticitas. *Instrumenta iuncturarum.* Bona est mollificationi neruorum, & paralysi, & torturæ ultimæ, & neque est aliquid melius ea. *Membra capitis.* Confert apostematibus frigidis in cerebro, & apoplexię, & epilepsiæ. *Membra nutrimenti.* Lac eius facit sitim. *Membra expulsionis.* Frangit lapidem renum, & vesicæ, & retinet ventrem, & remouet mollificationem ani sedendo in eius decoctione.

b B.syrdiudar.

De a [*dauco.*] *Cap.* 217.

a B.ducu.

Daucus quid est? Est semen bauciæ syluestris. distinctio verò esse eius dicetur in capitulo bauciæ syluestris. *Natura.* Calidus in tertio, siccus in principio ipsius. *Operationes & proprietates.* Est aperitiuus valde. *Membra expulsionis.* Prouocat vrinam, & menstrua.

De a [*dende.*] *Cap.* 218.

a B.dend.

Dende quid est? Quæ est Sceni, ex ea, est sicut phistici, & b [alscetrie] est similis alkerua rubeo, habens puncta nigra: & Inda est minor alsceni, & maior c [alscetrie,] & eius medulla est cineritia declinans ad citrinitatem, & de proprietatibus eius est, quòd ipsius medulla minoratur cū tempore, donec consumatur. In terra verò magis remanet. *Electio.* Alsceni melior est & fortior d † [ ] Inda, & e [alscetrie] est mala, tardæ operationis, faciens turbationem, & dolorem pungitiuum, & oportet vt excorticetur scenia cum ferro, & non tāgat labia, quoniam ipsa delet eorum colorē, & facit quasi albaras, & quando excorticatur, egreditur ex cortice eius lingua parua proxima medietati grani. oportet ergo vt relinquatur illa lingua, & accipiatur medulla. *Natura.* Est calida valde. *Decoratio.* Euacuatio facta cum dende mixta cum eo quod f [ipsi pertinet,] conseruat nigredinem capillorū. *Membra expulsionis.* Soluit cum superfluitate, & potio quidem eius est granum .j. s. & ipsa soluēdo non educit nisi humiditates, & melancholiam, & phlegma, quę sunt in iuncturis, & neq; bibatur nisi in regione frigida, & in complexione frigida. & neque bibitur sola, quandoque verò præsumit aliquis dans ad bibendū de ea quę præparata est, duos danich, sed ei qui est fortis complexionis tolerans g [fluxum.] Oportet ergo ut teratur, & permisceatur cum h [scescenegi] & aliquanto croco. Et si miscetur cum medicinis solutiuis, nō oportet vt cum eis misceatur opium, neque quęlibet medicina, immò oportet ut misceatur cum tali, qualis est turbit, & lac ficus, & succus absinthij, & semen nil, & i [keriken] quintis duabus.

b B.alsegieri. c B alsegieri. d † B.deinde. e B.alsegieri. f B. lenificat. g B.solutionem uentris. h B.nesagesti. i B. churchuma.

De a [*dinaraguadi.*] *Cap.* 219.

a B.dinaruie.

Dinaraguadi quid est? Est planta b [alhasce] & zufere, & dicemus ipsum in capitulo de ze.

b B.alhaze.

De a [*duraz.*] *Cap.* 220.

a B.duragi.

Duraz quid est? Nota est. caro eius est melior carne b [pullorum, & alfaguakit] & magis temperata, & subtilior, & siccior carne c [atadrogi] & minoris caliditatis, quam ipsa. *Membra capitis.* Caro alduraz in cerebro, & intellectu augmentum efficit. *Membra expulsionis.* Caro d [alduraz] auget sperma & coitum.

b B.eubugi, & alfuachut. c B.altedarugi. d B. duragi.

De a [*dedikisa.*] *Cap.* 221.

a B.dichsie, uel darchsene.

Dedikisa quid est? Cortex Indus, stypticus valde. *Operationes et proprietates.* Est stypticus. *Membra anhelitus & pectoris.* Bonus est sputo sanguinis ex pectore, & pleuresi, & clarificat uocem. *Membra expulsionis.* Confert ulceribus intestinorum.

De a [*durusataris*] *Cap.* 222.

a B.darummatharis.

Durusataris quid est? Res quę voluitur super arborem antiquam, quæ fert glandes, & similis est b [asarach,] minor tamen ea, & minus fructuosa, & habet radicē intextam, vt rete in qua est dulcedo cum acuitate, & amaritudo, & stypticitas cum uirtute putrefactiua. *Natura.* Est calida

b B.alserach.

lida fortem habens caliditatem, & siccitatem. *Decoratio*. Subtiliat capillos, & abradit eos: & delet eos propter suam putrefactionem, & acuitatem suam. *Instrumenta iuncturarum*. Confert paralysi, & torturæ.

a B. dragagāto.

De [a] [*dragantho.*] *Cap.* 223.

b B. alchathad.

Dragāthum quid est? Est gummi[b] [alcuted.] *Natura*. Est frigidum ad siccitatem declinans. *Operationes, & proprietates*. Eius virtus est sicut virtus gummi, & in ipso est exsiccatio pauca, quæ est sicut illa, quæ est in gummi. *Membra oculi*. Ponitur in † collyrijs eo modo, quo ponitur gummi.

† alcofol.

a B. tenin bahari.

De [a] [*dracone marino.*] *Cap.* 224.

Draco marinus. *Operationes & proprietates*. Inquit Galenus scinditur, & ponitur super morsum suum, & confert.

ANNOTATIONES.

Ait tragacantham frigidam esse, & ad siccum inclinare. At infra, omne gummi calidum esse pronunciabit.

De [a] [*dhab.*] *Cap.* 225.

a B. dab.

Dhab (*i. crocodilus*) quid est? Dhab aliud est a lacerto inuento in regione nostra, quamuis sit ei similis, & habeat dispositiones, & virtutes ei proximas, & aldhab quidem raro est nisi in regionibus Arabum. *Decoratio*. Linitur stercus eius super pannum, & lentigines, & confert. *Membra oculi*. Stercus eius confert albugini oculi, & confert descensioni aquæ.

De [a] [*dhoboha.*] *Cap.* 226.

a B. dabha.

Dhoboha [b] † [ ] [c] [Iam diximus in capitulo de.k.] summam iuuamenti ipsius quod facit in podagra, & dolore iuncturarum.

b † B. Instrumēta iuncturarū. c B. Iā diximus in libro tertio.

LITERA E.

De [a] [*Emblico.*] *Cap.* 227.

a B ambegi.

Emblicus quid est? Est notus, & † [b] [ ] est debilior myrobalanis [c] [nutritis, & est in eorum semita. Quumque in lacte infunditur, nominatur siremblez. *Natura*. Apud Iudæum est calidus, & apud plures aliorum est frigidus in [d] [tertio,] & apud Schirek Indum in ipso est calefactio, & forsitan veritas est, quòd ipse siccus est parum habens frigiditatis. *Operationes & proprietates*. Extinguit caliditatem sanguinis. *Decoratio*. Fortes efficit radices capillorum, & denigrat capillos. *Instrumenta iuncturarum*. Confert neruis valde. *Mēbra oculi*. Confortat oculum. *Membra anhelitus & pectoris*. Confortat cor, & [e] [subtiliat ipsum] & intellectui præbet augmētum. *Membra nutrimenti*. Confortat stomachū, & præparat ipsum, & sedat sitim, & vomitum, & facit appetitum cibi. *Membra expulsionis*. Confortat anum, & excitat coitum, & apud quosdā stringit ventrem. Verùm, quod ex ipso [f] [nutritum] est, lenit ventrem absque labore, & confert hæmorrhoidibus, [g] [& soluit phlegma, & melancholiam.]

b† B. conditus, c B. conditis,

d B. secundo,

e B. uigorat ipsum, seu ipsum lęuificat.

f B. conditum,

g —— B.

De [a] [*epithymo.*] *Cap.* 228.

a B. asthimum.

Epithymum quid est? Est semen, & flos, & stipites parui [b] [confracti, & est acutum, calidum pungitiui saporis] semina habens rubea, cuius plante virtus est, sicut virtus alhasce, verum alhasce est debilior eo, & dicitur quòd est de genere alhasce. *Electio*. Quod ex eo bonum est, est Cretēse, & Hierosolymitanum, & est decliue ad [c] [rubedinem,] & quod est vehementius rubeum, & acutioris odoris, melius est. [d] [Et melius est illud quod affertur de insula Cretæ. Et affertur etiam ex oris domus sanctę, & ex alijs vicinis sibi, sed rubedo est fortior, & similatur semini cuscutę. *Natura*. Est calidum & siccum in tertio secundum Galenum. Et dixit Hunaim, quod est calidum in tertio, siccum in fine primi. *Operationes & proprietates*. Sedat inflationem, & conuenit consistentibus, & senibus, & remouet ægritudines [e] [oppilationum.] *Instrumenta iuncturarum*. Confert spasmo. *Membra capitis*. Confert melancholiæ & epilepsiæ. *Membra nutrimenti*. Conturbat eos, in quorum complexionibus cholera rubea uincit, & facit eis nauseam, & est ex eis, quæ sitire faciunt. *Membra expulsionis*. Potio epithymi sit iiij. aur. bibantur cum melle, & sale, soluendo educit melancholiam fortiter, & educit etiam phlegma. Quidam uerò dixerunt, quod ex eo bibitur sit vsque ad. ℥. ij. & decoctio sit vsq; ad. iiij. aur. & oportet ut uoluatur quod ex eo bibitur cum oleo amygdalino, & non oportet vt in decoquendo ipsum, multum elaboretur.

b B. frangibiles & est calidū acuti saporis.

c B. rusedinem.

d —— B.

e B. melle.

De [a] [*ebeno,*] *Cap.* 229.

a B. abenus, uel abanus.

Ebenus quid est? Est nota. *Electio*. Quæ ex ea melior est, est nigra, ęqualis, in qua non sunt lineę, & similatur in suo tactu cornu tornatili, & est ualde compacta, & solida, in cuius sapore est mordicatio, & quum ponitur super carbonem odoratur ex eo odor bonus acutus. *Natura*. Calida est & sicca in secundo. Et existimant quidā ꝙ ipsa cum caliditate [b] † [ ] extinguit caliditatem sanguinis. *Operationes, & proprietates*. Fricatur in aqua sicut plures lapidum, et est subtiliatiua, abstersiua. *Membra oculi*. Abstergit pannum oculi, er albuginem, et ex ipsius fricatione fiunt collyria, et fit ex ea [c] [alcofol] ad medicinas oculi propter vehementiam conuenientię eius, et quū aduritur eius serratura super sartaginem, deinde abluitur, cōfert ulcerib. antiquis et ophthalmię siccę, et scabiei oculi. *Membra expulsionis*. Dixit Alcanzi, ꝙ ipsa frangit lapidem in renibus, et dicitur ꝙ in ipsa est resolutio inflationis uentris.

b † B. sua.

c B. almelen.

De [a] [*eruca.*] *Cap.* 230.

a B. giargir.

Eruca quid est? Ex ea alia est syluestris, et alia hortulana. Semen autem erucę est illud, quod in decoctione ponitur loco sinapis. *Natura*. Calida est in secūdo, sicca in primo, et in humida

qui-

quidem est humiditas in primo. *Operationes, & proprietates*. Est aperitiua lenitiua. *Decoratio*. Aqua erucę cum felle vaccino vestigijs vlcerum confert.& semen eius,aut aqua ipsius cum melle,lentiginibus. *Membra capitis*. Facit soda,& propriè si comedatur sola. lactuca verò remouet nocumentum ab ea:& similiter endiuia,& portulaca. *Membra anhelitus & pectoris*. Facit lac abundare. *Membra nutrimenti*. In ipsa est digestio cibi. *Membra expulsionis*. Syluestris facit abundare vrinam,commouens coitum;& faciens ei erectionem,& propriè semen eius. *Venena*. Quando comeditur & bibitur post eam vinum odoriferum,est theriaca morsui mustellæ.

a B.eylbua, uel ealbua.
b B.Eylbua q d est, est chirbua.

De [a] [elbue.] *Cap.* 231.

Elbue quid est? Est vizbue,] [b] & est subtilior quam kacule. *Natura*. Calida est in primo,sicca in secundo. *Operationes,& proprietates*: Est subtilis. *Membra nutrimenti*. Confortat hepar & stomachum frigida:& digerit cibum.

a B.endeba.

De [a] [*endiuia.*] *Cap.* 232.

b B nutriendo.
c B. Alia litera. hepatis &.
d B. conueniēs.

Endiuia quid est? Alia est syluestris, & alia hortulana,& est duarum specierum, habens lata folia,& habens stricta folia, & ipsa procedit cursu lactucæ,veruntamē.sicut dixerunt,est minor ea in suis operationibus:apud me verò ambæ vincunt eam in aperiendo, & in præstando iuuamentum oppilationi hepatis: quamuis minorentur ab ea in extinguendo & [b] [confortādo.] *Electio*. Magis iuuatiua ex eis hepati est quæ est magis amara. *Natura*. Endiuia frigida est in primo,& siccitas siccæ est in primo,& humiditas humidę est in fine primi.& hortulana quidem est frigidior & humidior, & eius quidem amaritudo in ęstate fit fortis,& declinat ad paruam caliditatem,quæ non efficit impressionē. Syluestris verò est minoris humiditatis,& est taraxacon. *Operationes & proprietates*. Aperit oppilationes [c] † [ ] viscerum,& venarum, & in ipsa quidem est stypticitas [d] [aliquantula,] sed non est vehemens,& eius aqua cum cerusa, & aceto est mirabile epithema in infrigidando illud,cuius infrigidatio quęritur. *Instrumenta iuncturarum*. Fit ex ea emplastrum podagrę. *Membra oculi*. Confert ophthalmiæ calidæ, & lac quidē endiuiæ syluestris abstergit albuginem oculi. *Membra anhelitus et pectoris*. Fit ex ea cum farina hordei emplastrum tremori cordis,& confortat cor,& quando dissoluitur cassia fistula in aqua eius,& ex ea fit gargarismus,confert apostematibus gutturis. *Membra nutrimenti*. Sedat nauseam,& excitationem choleræ,& confortat stomachum,& est de melioribus medicinis stomachi,cuius complexio est calida,& syluestris quidem est melior stomacho quam hortulana, & dicitur quod est conueniens complexioni hepatis quocunque modo sit, calidæ quidem est vehementer conueniens,& non est nocumentum ipsius frigidæ, nocumentum reliquarum specierum olerum frigidorum. *Membra expulsionis*. Quando comeditur cum aceto,stringit ventrem,propriè syluestris. *Febres*. Confert quartanę,& febribus frigidis. *Venena*. Quando ponitur emplastrum cum radice sua super pūctura scorpionis, & vermium paruorum venenosorum, & vespę,& serpentis [e] [guasseuabras,]confert, & similiter cum sanich.

e B. semabras.

a B.kebd.

De [a] [*hepate.*] *Cap.* 233.

Hepar. *Operationes et proprietates*. Humor generatus ab hepatibus est grossus. Et sanius ex eis est hepar anatis pinguis,& gallinarum pinguiū. *Membra capitis*. Hepar caprarum,& propriè hircorum detegit esse epileptici. Et quando epilepticus ipsum comedit,incurrit epilepsiam. Hepar [b] [stellionis] super molares corrosos positū, sedat dolores eorum. *Membra oculi*. Aqua hepatis caprini confert ano comesta, & in † collyrio posita, & inclinatio super vaporem eius. *Membra nutrimenti*. Hepar † lupi confert doloribus hepatis omnibus.inquit Gal. Ego quidē posui ipsum in medicamento eupatorij,& non reperi ipsum augere iuuamentum vltra illud ꝙ ex eo solet prouenire. Amplius hepar est tardi incessus in uenis,nisi hepar anatis pinguis. *Venena*. Hepar canis rabiosi si detur in morso ab ipso,confert. Et iam dictum est, ꝙ ipsum prohibet metum aquę,& iam uixerunt per illud quidam eorum,& fuerunt curati etiam curationibus alij.

b B.lacerte.
† alcofol.
† adib.

a B. nhas.

De [a] [*ere.*] *Cap.* 234.

Aes quid est? Aes aliud est rubeum ad citrinitatem declinans:& est† Cyprium quod est melius,& aliud est rubeum clarum,& aliud rubeū ad nigredinem declinās,& est genus æris quod dicitur talacon. Et ęs quidem adustum est [b] [acre] in quo etiam est stypticitas. Quumq; abluitur, est medicamen bonum ad sigillandum in corporibus lenibus,& sine ablutione [c] † [ ] est melius. *Electio*. Flos æris subtilius est ipso. *Natura*. Calidus est & siccus in tertio. *Operationes & proprietates*. In ære adusto est stypticitas & acuitas & consolidatio,& ex eis quæ de ipso dicuntur [d] † [ ] est quòd si cum forcipibus de talacon fiat pilorum euulsio, prohibet ortum eorum. *Decoratio*. Denigrat capillos. *Vulnera,& ulcera*. Ipsum consolidat ulcera maligna ambulatiua,& prohibet ea ab ambulatione, & corrodit carnem augmentatam,& ablutum cōsolidat vulnera,& dicitur ꝙ si linitur cum melle,conueniens est vlcerib. [e] [duris adustis] in corporibus duris. *Mēbra ocul*. Acuit uisum,& confert duritiei palpebrarum. *Membra expulsionis*. Soluit aquam citrinam quando bibitur cum [f] [oxymelle,et si ex eo liniatur palatum,excitat vomitum,et potio quidē eius sit aur.j.s.& extrahit aquositatem absq; nocumento. *Venena*. Oportet quidem vt caueatur vsus dimittēdi illud in quo est salsedo,& amaritudo,aut piguedo sicut sūt olea,et carnes,aut acetositas,aut dulcedo in vasib.æris,et bibendi ex eis,ipsa.n.transmittunt proculdubio [g] [ziniariā,et ziniar] est uenenum.

† achabruse.
b B.acutum.
c † B. ad dura-
d † B absq; ratione.
e B. induratis ostracosis &.
f B. hydromelle
g B.viriditatem æris, & uiride æris.

a B. farbium.

De [a] [*euphorbio.*] *Cap.* 235.

Euphorbium quid est? Est gummi [b] [calidū,] cuius virtus alteratur post tres, aut quatuor annos,

b B.acutum.

annos:& quod antiquatur tendit ad palliditatem & citrinitatem: & non dissoluitur in oleo nisi cum difficultate:& recens est e contrario illius.sed dixerunt quidam,seruat virtutem suã, quando ponitur cum fabis excorticatis in vase.*Electio*. Quod de eo bonum est,recens est,clarum,citrinum,ad pallorem declinans: acuti odoris,vehementis [c] [acredinis.] Aliud verò ab hoc, est adulteratum cum sarcocolla, & gummi. *Operationes,et proprietates*. Est abstersiuum, & habet virtutem subtilem,adustiuam,abstersiuã, & quod est recens,est vehementioris calefactionis,quam assa. quum tamen non sit gumma sicut assa in calefactione sua. *Instrumenta iuncturarum*. Miscetur cum quibusdam potionibus factis cum speciebus,quę sunt sicut piper, & cinnamomum,& similia,& confert sciaticæ,& eijcit cortices ossium in die vna. Verum oportet vt muniatur caro,quę est in circuitu ossium cũ cerato tepefacto [d] [in vnguento, & comprimẽdo] inungitur ex eo paralysis, & stupor,& confert valde. *Membra oculi*.Quando ex eo fit collyrium,est abstersiuum, sed perdurat eius mordicatio tota die, & propter hoc miscetur cũ melle,& reliquis collyrijs. *Membra nutrimenti*. Confert aquæ citrinæ,& frigori renum, & confert habentibus colicam, & potio de eo cum quibusdam seminibus boni odoris, & aqua mellis est trium anulusat,Dixit Alcanzi,ꝙ coarctat os matricis vehementer,adeo vt prohibeat medicinas abortum facientes eijcere fœtum. *Membra expulsionis*.Soluendo educit phlegma viscosũ retentum in vtrisque anchis,& dorso, & intestinis secundum ꝙ dixerunt. *Venena*. Dixerunt quidam,ꝙ si illius,quem aliquis vermium venenosorum pupugit,cutis capitis scindatur, & ꝙ eam sequitur vsquequo craneum appareat, & ponatur in ea hoc gummi tritum, & suatur, [e] † [ ] non adueniet ei nocumentum illius, & etiam interficiunt tres drachm. eius in diebus tribus exulcerando stomachum & intestina.

c B.acuitatis.
d B. in oleo, & fricando.
e † B. cum filo.

De [a] [equo. Cap. 236.

Equus. *Operationes & proprietates*. Facit stercus eius operationem stercoris asini. *Apostemata & † pustulæ*. Corium pulli si aduratur,& liniatur ex eo cum aqua super† pustulas,[b]] infrigidat] eas. *Membra capitis*. Dicitur quòd additiones illæ,quæ sunt in genu equi, quando teruntur, & bibuntur cum aceto, sanant soda. *Membra expulsionis*. Coagulum equi propriè conueniens est fluxui antiquo,& vlceribus viscerum & fluxui.

a B.feres uel feras.
† bothor.
† bothor.
b B. remouet, seu delet.

De [a] [ærugine ferri.] Cap. 237.

Aerugo ferri. *Operationes & proprietates*.In ipsa est infrigidatio & stypticitas. *Membra expulsionis* Confert fluxui b [parturientium.

a B. sada alhadid.
b B. Alia litera. sanguinis mulierum.

De [a] [ericio.] Cap. 238.

a B.caused.

Ericius quid est?Syluestris est notus,& montanus,est aduldul,habens spinas sagittales,propinquus naturæ syluestris,vel terreni.Itle verò qui est marinus,est species habentium ostraca. *Operationes & proprietates*. Eius adeps prohibet effusiones materierũ ad viscera, & similiter eius hepar,[b] † [ ]& in cinere quidem terreni, & marini sunt abstersio,& resolutio, [c] [acuitas]& exsiccatio. *Decoratio*. Quod de ericio terreno salitum est,confert elephantiæ. Et caro eius qui terrenus est,confert leprę: & illud propter vehementiam resolutionis,& exsiccationis, & quod adustum est de cute ericij,[d] † [ ] confert alopeciæ mistum cum pice. *Apostemata & † pustulæ*. Cutis ericij marini ponitur in medicinis scabiei,& caro eius confert valde scrophulis. *Vulnera et ulcera*. Cinis cutis eius confert vlceribus sordidis,& mundificat carnem additam,& caro eius confert scrophulis valde, & nodis prauis duris. *Instrumenta iuncturarum*. Caro terreni salita confert paralysi,& spasmo, & egritudinibus neruorum omnibus, & elephantiæ. *Membra anhelitus & pectoris*. Caro ericij terreni confert [e] [extenuationi,] *Membra nutrimenti*. [f] † [ ] confert malitiæ complexionis, & quod de eo salitum est cum oxymelle est bonum hydropisi,& similiter eius hepar exsiccatum in sole super pannum. *Membra expulsionis*. Ericius [g] [terrenus] est bonus stomacho, & lenit uentrem,& prouocat. Et caro ericij terreni saliti cũ oxymelle confert dolori renũ.Et caro ericij terreni confert ei qui mingit in lecto de pueris,adeo ꝙ assiduatio comestionis eius fortasse faciet,vt vrina cum difficultate egrediatur. *Febres*.Confert caro eius qui terrenus est febrib. antiquis. *Venena*. Ericij caro confert morsui vermium venenosorum.

b † B.exsiccatũ
c — B.
d † B.terreni.
† bothor.
e B.phthisi.
f † B. Caro syluestris seu terreni.
g B.marinus.

De [a] [enula.] Cap. 239.

a B.rasen.

Enula quid est? Eius quidem est hortulana, & est quędam species eius, cuius folia sunt ab vno palmo usque ad cubitum unum, expansa super terram,sicut sisymber, & folia lentis. Et quod in ipsa magis est iuuatiuum, est radix eius. *Electio*. Virtus syrupi eius est fortis in operationibus suis, & melior nutritura eius est cum aceto fractę caliditatis. *Natura*. Est calida & sicca in secundo, & in ipsa est humiditas superflua, & propter illud non calefacit corpus statim,quum ei occurrit. *Operationes & proprietates*. Confert omnibus læsionibus,& doloribus frigidis,& commotionibus uentositatum,& inflationis.Et in ipsa est uirtus rubificatiua,& est in ea abstersio ultima. *Instrumenta iuncturarum*. Confert sciaticæ, & dolori iuncturarum, & emplastrum factum ex radice eius, & ex folijs ipsius, confert doloribus frigidis, & contusioni lacertorum. *Membra capitis*. Facit soda; veruntamẽ soluit hemicraneam phlegmaticam,& propriè embrochata. *Membra anhelitus & pectoris*. Adiuuat ad expuendum deglutita cum melle, & est bonæ operationis quando admiscetur cum electuarijs mundificantibus pectus. Et est ex eis quæ lætificant, et confortant cor. Et quandoque fit ex ea uinum hoc modo. Sumuntur de ea aur.l.et ponuntur in vj.anulusat musti,et bibitur post tres menses, et mundificat pectus, et pulmonem. *Membra expulsionis*. Decoctio radicis eius prouocat utrunque, et propriè

syrupus

ſyrupus eius. Et qui aſſuetè utitur enula, non indiget, ut mingat omni hora. *Venena.* Confert morſui uenenoſorum uermium, & propriè Ægyptia.

a B. ſadenegi.

De [a] [*hæmatite.*] *Cap.* 240.

b B. alſadenegi.

c B. & inſpiſſet eam & eius uirtus eſt ſtyptica.

d B. abſq; ſubtiliatione & abſterſione.

e B. puluis.

f B. aſsiduitatẽ fluxus.

Hæmatites quid eſt? Quandoque inuenitur in mineris, & quandoque ſubtiliatur aliqui in adurendo magnetem, & quod prouenit inde, eſt hæmatites in operationibus ſuis. *Electio.* Melior [b] [alſedenegi] eſt ille qui eſt uelociter frangibilis, æqualis duritiei, cui non admiſcentur ſordes, & in quo ſunt uenæ. *Natura.* Non ablutus eſt calidus in primo, ſiccus in ſecundo, & ablutus eſt frigidus ad ſecundum, propter ablutionem, ſiccus in tertio. *Operationes & proprietates.* In ipſo eſt ſtypticitas uehemens, & apparet quã do fricatur in aqua, donec in ipſa reſoluatur [c] [eius ſordities. Et eius uirtus eſt prohibens.] Et in ipſo eſt calefactio quædam, & ſubtiliatio, & exſiccatio ultima. Et dixerunt quidam, quod ipſe eſt in uirtute marchaſitæ, ſed eſt ſiccior, & minoris caliditatis [d] [præter quam in ſubtiliatione & abſterſione.] *Vulnera & vlcera.* Adminiſtratur ſicut [e] [puluerizatur ſuper carnem additã, & extenuat eam. *Mẽbra oculi.* Abſtergit ulcera oculi, & conſolidat ea, quando adminiſtratur cũ albugine oui. Et quandoque confert ſolus aſperitati palpebrarum. Et ſi fuerit illic apoſtema calidum. adminiſtretur prius cum aqua: deinde inſpiſſetur gradatim, aut ſpargatur ſicut puluis ſuper carnem additam. Et quandoque confert vlceribus oculi ſolus. *Membra expulſionis.* Datur in potu cum vino ad difficultatem urinæ, & ad [f] [fluxum] menſtruorum. Et in hęmatite eſt proprietas rectificandi gonorrheam.

a B. charbech aſued.

De [a] [*elleboro nigro.*] *Cap.* 241.

b B. non habentia additamẽta villoſa, ſed fruſta eius ſunt; ac ſi eſſent inciſa in extremitatibus ſuis.

c B. ex radice vna ſicut ex capite cepe.

d B. gair alnachar.

e B. madefiat cum pauca.

f B. tertium.

Elleborus quid eſt? Ille qui niger eſt, eſt fruſta [b] † [inciſa]& eius acuitas eſt fortior acuitate albi. Et illi, qui ipſum colligunt, præſeruantur ab eius nocumento comedendo allia, & bibendo uinũ. Et folia quidem plantæ eius ſunt ſimilia folijs aldulb: ſed ſunt uehementioris nigredinis quã ipſa, & habet crus breue ad purpureitatem declinans, & eius figura eſt ſicut figura racemi, & in ipſa eſt fructus, & habet uenas ſubtiles nigras [c] [ex cuiuſque quarum radice ſicut duo capita cepe parum egrediuntur,] & quod de ea adminiſtratur ſunt venæ iſtæ, & oritur in ſiccis. *Electio.* Melior eſt ille, qui eſt medius inter ueterem, & nouum, & groſſum, & extenuatum, habens colorem cineritium, uelociter frangibilis [d] [non ponderoſus;] in cuius uacuitate eſt quiddam ſimile telę araneæ, ſaporem habens acutum, & mordicans linguam, & bonum quod de eo adminiſtratur eſt, ut aſſumatur lignum paruum quod eſt apud radicẽ eius, & [e] [infundatur parua] aqua, & excorticetur, & aſſumantur cortices illius, & exſiccentur in umbra, & adminiſtrētur triti & cribellati, & potio eius ſit tres kermet, & melius eſt ut in potu detur cum petroſelino & dauco, & quandoque datur ex eo uſque ad aur. ij. *Natura.* Calidus eſt et ſiccus uſque ad [f] [ſecundum.] *Operationes & proprietates.* Eſt reſolutiuus, ſubtiliatiuus, & eſt fortis abſterſionis, adeo q corrodit carnem mortuam, & quando naſcitur apud radicem uitis, fit uirtus uini eius ſolutiua, et de proprietatibus quidem ellebori eſt, quod ipſe permutat corpus a ſua complexione, et facit ipſum complexionem bonam iuuenilem acquirere: et multi ſunt qui elleborum album ſumunt ad vomendum, et non facit uomere et non ſoluit; ſed facit illud quod facit uomitus et ſolutio, et conuenientia eius ad uiros, et uiragines mulieres, et fortiores, et adoleſcentes, et eos qui habent [g] [carnes teneras in corpore] et multitudinem ſanguinis eſt plurima, et non eſt conueniens caſtratis, neque mollibus: et ipſe quidem eſt conueniens in [h] [Martio] deinde in Septembri. ueruntamen oportet ut ante ipſum procedant tres dies penitus in quibus abſtineatur a comeſtione, et potatione groſſorum, et ut adminiſtretur ea quæ gaudere faciãt, et delectari, et ut euomat et ut eijciat poſt cænã duabus vicib. aut tribus, deinde aſſumatur. *Decoratio.* Linitur ſuper morpheam cum aceto, et ſimiliter [i] [loca in quibus ſunt ſordes] et ſimiliter ſuper albam † vitiliginem, et eradit uerrucas. et euacuatio, quæ fit cũ eo, confert † lepræ, et ſimiliter albus. *Vulnera & ulcera.* Linitur niger, et albus cum lacte ſuper ſcabiem, et impetiginem cum aceto, et ad excoriationem linitus valet, et fit cum eo euacuatio, et fiunt ex eo ſicut licinia, et immittuntur fiſtulis, et dimittuntur per diem, et quando extrahuntur ex eis, eradicantur [k] [corpora earum.] *Inſtrumenta iuncturarum.* Confert paralyſi, et dolori iuncturarum, et euacuatio facta per ipſum eſt medicamen eorum omnium forte. *Membra capitis.* Quando decoquitur cum aceto, et diſtillatur in aurem, ſedat ſonitum, et quando os colluitur ex illo aceto ſedat dolorem dentium, et quando diſtillatur decoctio eius in aurem debilis auditus, confortat ipſum, et confert melancholię quę eſt cũ aliquis ſolus aliena loquitur, et hemicraneę antiquę, et ægritudinibus capitis, ſcilicet epilepſiæ et melancholiæ. *Membra oculi.* Confortat viſum, quando ponitur in † collyrijs. *Membra expulſionis.* Confert melancholiæ, et dominio eius, et ſoluendo educit ex toto corpore abſque horribilitate, et extrahit choleram etiam et phlegma: et extrahit omnem ſuperfluitatem miſtam ſanguini, ita quòd ab extremitatibus corporis et à cute, et oportet vt fiat uelocis ſolutionis cum ſcammonea, et miſceantur ei petroſelinum, et daucus: & quãdoq; datur in potu hoc modo, infunditur in oxymelle, aut vino dulci, et dimittitur in ipſò aliquo ſpatio, deinde coquitur uinũ illud cũ lentib. aut cum hordeo, aut gallina, et ad ſorbendũ datur ius eius, & quandoq; admiſcetur duob. aureis de eo quantitas triũ anulu ſat de ſcammonea, & quandoq; decoquitur cũ lentibus. Et iam quidem dictũ eſt in tabulis proprietatum de regimine eius, qđ oportet fieri in hoc loco etiã. Et ipſe valde confert apoſtematib. in inteſtinis, & veſica: & prouocat urinã, et menſtrua. *Permutatio.* Loco nigri ponitur mediũ pondus ipſius de mezereon, & duæ tertiæ ponderis eius de agarico. Filius autem Meſaugue dixit, quòd loco eius ponitur condes.

g B. corpus carnoſum & pingue. Alia litera. & non eſt conuenjens corporibus timoroſis neq; mollibus.

h B. menſe Aprilis.

i B. ſup albaras † morpheam. † albaras.

k B. partes calloſæ, uel oſtracoſæ, quæ ſunt in eis.

† alcofol.

De

a B. charbech abiad.
b B. cortex, & cortices parui sunt fragibiles, figuram uel formã habens similem rei inuetera tæ seu corrosæ a uermibus, uel a carollis albæ, in qua.
† sicla.
c B. habens concauitatem.
d B. Alia litera; habens quantitatem magnam subtilem.
e B. tertij.
f B debilior est ille qui est infusus.
g B. cathedra.
h B. moueatur nargiuha.

De [a] [elleboro albo.] Cap. 242.

Elleborus albus quid est? [b] [Cortex corticum ramorum diuersæ figuræ, similis rei veteri albę, in quo] non est grauitas, & similatur etiam radicibus altheę, cuius amaritudo est uehementior amaritudine nigri. Et eius planta est sicut arnoglossa, aut sicut † beta syluestris, sed est breuior ea rubei coloris. Et longitudo cruris eius est vsq; ad. iiij. digitos cõiunctos in latitudine [c] [concauum.] Et habet venas plurimas a radice vna procedentes sicut cepæ, & nascitur in locis montuosis, & colligitur in tempore messis, & exsiccatur. *Electio.* Ille qui est electus est planã habens superficiem cum ęqualitate, albus, uelociter frangibilis, [d] [plurima habens grana minuta,] non mordicans linguam statim uehementer, & attrahit saliuam. Qui autem uehementer, mordicat, statim est præfocatiuus: sed operationes regiminum in ipso predictæ sunt in capitulo proprietatum. *Natura.* Calidus est & siccus in medio [e] [secundi.] *Operationes et proprietates.* Albus est vehementioris amaritudinis. Et niger est vehementioris caliditatis, & quum mus comedit ipsum, moritur, & ex industria probatur illud, & comedit de ipso mus in sauich, & melle, & quando coquitur cũ carne, dissoluit eã, & [f] [debilitat eã.] de ipso verò inciso sumũtur quinq; aur. & ponuntur in nouẽ. vnc. aquæ pluuialis, & dimittuntur in ea trib. dieb. & colatur, & fit tepida, & bibitur, & hic est infusus. deinde est ille qui est decoctus, qui hoc modo præparatur: libra vna de eo inciso in duob. kist aquę pluuialis posita tribus diebus infunditur, & decoquitur, donec eius tertia pars remaneat, deinde extrahitur ab ea elleborus, & pijcitur super aquæ mellis boni colati quantitas duarum librarum. & inspissatur, & sumitur ex eo cochleariũ magnum, sicut est, aut cum aqua calida, & hoc est sanum, & tutum: deinde est cortex incisus, post confractus in eo positus, qđ sit sicut aqua hordei, vt nihil remaneat in gutture & stomacho: deinde est ille, qui est puluerizatus præparatus cum aqua mellis: & iste est ille qui plurimũ nocet, propterea ꝙ remanet in meatib. quare oportet bibentem ipsum præparare res, quib. medicatur ille; qui forsitan incidit in spasmum, sicut ius gallinę, & syrupũ de hyssopo cũ mentastro & ruta, & lentes, & olea boni odoris, sicut factũ est de cyperis. & lilio, & narciso: & ut sint apud eum acetum acuti odoris, et poma, & cydonia, & panis calidus, et vinum odoriferum, & medicamen sternutatoriũ, & penna, & [g] [condisi & anethũ;] & lectus stratus, & ventosæ diuersæ, & quãdo assellat cũ facilitate, sorbeat aquã frigidã, et odoret odores bonos, & cibetur ex eis, quorũ chymus bonus est. Et si iã accidit ei spasmus, & debilitas, tunc detur ei panis fractus in uino, aut aqua mellis, & quandoque oportet ut reiteretur, & cibetur pane infuso in aqua frigida, & si accidat ei singultus in medio operationis, detur ei aqua mellis, in qua decoctus sit raphanus, & si medicina in ipso non mouetur, post aliquantulum spatium bibat aquam mellis cum aqua calida, in qua decocta sit ruta: aut detur in potu aqua, & oleum, & vomat cum penna intincta in oleo de cyperis, & de lilio, & [h] [eleuetur in suspensorio:] quòd si acciderit ei sicut pręfocatio, sumat in potu de decoctione ellebori quãtitatem trium. vnc. illud enim adiuuat medicinam, & remouet accidens. Si verò non iuuerit, faciat clystere acutum, & in potu dentur tres anulusat de eo: non ut euomere faciat, sed vt expellat præfocationem, & fiat ut sternutet cum sternutatorijs, quòd si singultus vomitu non remouetur, administremus tunc ventosas super spondyles magnas, quę sunt inter spatulas, & super reliquas dorsi spondyles. Ventosæ enim æquant contorsionem accidentem post singultum, & inungẽ membra spasmata cum oleo vehementis calefactionis, & cum aqua balnei & tina: [i] † [[illegible]] operatur enim in isto capitulo operationem nigri. [k] † [[illegible]] *Membra capitis.* Quando odoratur ille qui puluerizatus est, excitat sternutationem. *Membra oculi.* Acuit uisum. *Membra nutrimenti.* Elleborus albus [l] [confortat fortiter:] sed in ipso est timor, quoniam pręfocat. quandoque verò ponitur in [m] [pane] ut uomere faciat, & oportet vt illi, in quo timetur pręfocatio, non in potu tribuatur stomacho existente vacuo. huiusmodi enim debilis est. *Venena.* Interficit quod de eo superfluum est homines: & est venenum canibus, & porcis, & stercus bibentis ipsum interficit gallinas.

i † B. Vulnera & ulcera.
K † B. & similiter operatur in decorationis capitulo.
l B. facit uomitum cum fortitudine.
m B. cibis.

De [a] [eupatorio.] Cap. 243.

a B. gafet.
b B. spinosis.

Eupatorium quid est? Est ex herbis [b] [aromaticis:] & habet folia sicut folia cannabis: & flos eius sicut nenuphar: & est illud quod administratur, & succus eius. *Natura.* Est calidum in primo, siccum in secundo. *Operationes, & proprietates.* Est subtiliatiuum, incisiuum valde: & abstersiuum sine attractione: & sine caliditate manifesta. Et in ipso est stypticitas pauca, & ponticitas, & amaritudo fortis, sicut est amaritudo aloes. *Decoratio.* Est bonum in initio alopeciæ, & tyriæ. *Vulnera, et ulcera.* Linitur cum adipe veteri super vlcera difficilis consolidationis, & eius succus confert scabiei, et pruritui quando bibitur cum aqua fumiterrę, et oxymelle: et similiter flos eius, et succus ipsius est fortior. *Membra nutrimenti.* Confert doloribus hepatis, et oppilationibus eius, et confortat ipsum: et confert duritiei splenis, et apostematibus hepatis, et apostematibus stomachi: et eius herba, et succus conferunt [c] [malitiei formæ:] et accidentibus hydropisis. *Membra expulsionis.* Datur in potu cum vino, et confert ulceribus intestinorum. *Febres.* Confert febrib. chronicis, et antiquis; propriè succus eius: et propriè cum succo absinthij. *Permutatio.* Loco eius ponitur pondus de assaro, & medietas ponderis ipsius de absinthio.

c B. cacexie.

LITERA F.

De [a] [Fabis.] Cap. 244.

a B. bachale.

Fabæ quid sunt? Nutæ sunt: et aliæ sunt Aegyptiacæ: et aliæ Nabathiæ, et Nabathię quidẽ sunt uehementius stypticæ: et Ægyptiacę sunt humidiores: et minoris nutrimenti. uirides uerò sunt plurimę superfluitatis: et si non esset

tarditas

tarditas suę digestionis, & multitudo inflationis earum, non essent minores in nutriendo bene, quam pultes hordei, sed sanguis earũ est grossior, & fortior. *Electio.* Meliores ex eis sunt grossę, albæ, quę a gurgulionibus non perforantur: & deteriores earum, sunt recentes, & earum quidem rectificatio est prolongatio infusionis earum, & bonitas decoctionis, & comedere eas cum pipere & sale, & † thymo, & origano, & similibus cum oleis. *Natura.* Proximæ sunt æqualitati, sed sunt declives ad frigiditatem, & siccitatem plus, & in ipsis est humiditas superflua, & propriè in viridibus. De veritate uerò uiridium est ut iudicentur frigidæ & humidæ. Quidam autem, qui ponũt frigiditatem fabarum in gradu secundo, modum excedunt. *Operationes & proprietates.* Abstergunt parumper, & inflant valde, & si earum decoctio bene fiat:[b] [& liniantur sicut pultes hordei; tunc decoctio uehementer iterata cum aqua remouet earum inflationem: verum cum fabę excorticantur, & moluntur, & decoquuntur in vase sine motu, &] minoratur earum inflatio, & quæ ex eis frixę sunt, paucæ sunt inflationis, sed sunt tardioris digestionis, & coctæ cum suis corticibus sunt plus inflatiuæ: sed sunt tardioris digestionis, & fortasse earum farina est minoris inflationis: sed earum, quæ sunt Nabathiæ est uirtus styptica, & earũ cortex est fortioris stypticitatis, & non abstergit: & Ægyptiaca est stypticior omnibus, & in ipsa est abstersio, & generatur ex ea caro mollis, & generat humores grossos. Hippocrates quoque testificatus est bonitatem nutrimenti earum, & conseruationem sanitatis ab eis, & quãdo scinduntur in duo media, & ponuntur super fluxũ sanguinis [c] [incisionis valent.] Et de proprietatibus quidem earum est, quod abscindunt oua gallinarum quum nutriuntur ex eis, & quod faciunt videre somnia [d] [cum alienatione perturbata,] & quod faciunt accidere pruritum, propriè recentes. *Decoratio.* Quando ex corticibus earum fit emplastrum capillis, subtiliat eos, & quando fit ex eis emplastrum super femur infantis, prohibet ortum pilorũ, & similiter quando sępe iteratur super locum rasum, & abstergunt † uitiliginem in facie, pręcipue cum cortice, & pãnum, & lentigines, & faciunt colorẽ bonum. *Apostemata, & † pustulæ.* Fit ex eis emplastrum cum uino super apostemata testiculi. [e] † [ ] *Vulnera et ulcera.* Confert vlceribus lacertorum. *Instrumenta iuncturarum.* Conferunt spasmo lacertorum, & more emplastri ponuntur, cum decoctione sua podagræ cum adipe porci. *Membra capitis.* Faciunt soda, & nocent omnibus, quib. accidit soda, & res uiridis, quæ est in concauitate earum, quæ sunt Ægyptiacæ, cuius sapor est amarus, quum teritur & miscetur cũ oleo rosaceo, & distillatur in aure, cõfert dolori eius. *Membra oculi.* Ipsę cum melle, & fœnugreco more emplastri superpositæ, conferũt obfuscationi oculi, et palpitationi, & ex eis cũ thure, & rosis, & albugine oui fit emplastrũ exitui oculi, propriè qui est pupillę. *Membra anhelitus & pectoris.* Bonę sunt pectori & sputo sanguinis, conferunt etiam tussi, & si misceantur cum melle, & farina fœnugręci, conferunt apostematib. gutturis et duarum amygdalarum, et earum emplastrum est bonum apostematibus mãmillę, et caseitati lactis in ea. *Membra nutrimenti.* Sunt difficilis digestionis, et non tardę descensionis & exitus. Et non sunt generatiuę oppilationũ. Et decoctę cum corticibus in suis in aceto prohibent vomitum. *Membra expulsionis.* Quę ex eis decoctę sunt cum aceto & aqua, conferunt solutioni antiquę, et quum propriè fuerint cum corticib. suis, et cõferunt dysenterię, & propriè Nabathię. Et earum etiam † succus confert ad illud [f] [sicut etiam earum sorbitio. Et earum sorbitio confert apostemati testiculorum propriè decoctarum cum vino.]

† thasce.

b B. & nõ sunt sicut chist hordei, quoniam decoctio plurima ipsius reiterando aquam remouet inflationem eius, uerum cum fabæ excorticantur, & decoquũtur in aqua, deinde frigũtur in oleo in uase sine motu.

c B. abscindit ipsum seu remouet ipsum.

d B. mala mentem perturbantia.

† morpheam.

† bothor.

e † B. cum uino

† sauich.

f B. comestum sicut est & bibitũ cũ re aliqua liquida Et earũ emplastratio cõfert apostemati testiculorum. Alia litera. Et earum sorbitio & emplastratio confert apostemati testiculorum.

De [a] [Fæce.] Cap. 245.

a B. durdi.

Fęx. *Electio.* Melior fęx et sanior, est fęx vini veteris: deinde quę similis est ei. Et fęx quidem aceti est vehementis virtutis. Et oportet ut aduratur post ipsius exsiccationem bene, sicut aduritur spuma maris in vitreata linita ex luto, aut olla. Et finis adustionis eius est, ut albescat, et puluerizetur. [b] † [ ] Et similiter omnis fęx. Et oportet quidem vt omnis fęx administretur, dum est recens, et fiat quod necessarium est de adustione eius, et tũc administretur, quę enim ex ea uetus est, est debilis uirtutis. Et oportet quidem vt cooperiatur in uase, et non [c] [appareat] aeri, et quãdoque abluitur, sicut lauatur tutia. *Operationes & proprietates.* Fęx aceti fortior est aliis fęcibus, et uirtus abstersionis eius, est styptica, et adusta est adustiua, et putrefactiua virtute alia. *Decoratio.* Quę adusta est, administratur in ungue albificato cum gumma pini, et rectificat ipsum. *Apostemata et † pustulæ.* Fæx non adusta est bona inflationi sola, et cum myrto etiam, et exsiccat † pustulas cum quo [d] [sunt ulcera.] *Membra anhelitus & pectoris.* Fęx non adusta extinguit inflammationem [e] [capitis in quo] constrictus est sanguis. *Membra nutrimenti.* Fęx non adusta prohibet fluxum materierum ad stomachum. *Membra expulsionis.* Quando exterius apponitur matrici emplastrum ex fęce non adusta, confert fluxui sanguinis menstrui.

b † B. subtiliter.

c B. exponatur.

† bothor.

† bothor.

d B. nõ est ulcus

e B. mammillæ in qua.

De [a] [fumo.] Cap. 246.

a B. dochan.

Fumus quid est? Est terreus, subtilis, et diuersificatur eius substantia, et omnes eius species sũt exsiccãtes substantia sua terrea, et est in eis igneitas parua. *Electio.* Fortior eorum est fumus † alchitram, deinde fumus picis humidę: deinde fumus storacis: postea myrrhę, deinde thuris: postea terebinthinę, et uidetur quod fumus naptę sit fortior omnibus. *Operationes & proprietates.* Fumus est substantia terrea subtilis, digestiuus, resolutiuus. *Membra oculi.* Fumus thuris, et fumus terebinthinę etiam ponuntur in medicamentis vlcerum oculi, et prohibent ortum pilorum additorum, et [b] [cursum] et corrosionem, et humiditates cum quibus non est ophthalmia, et vlcera lachrymalium.

† resina abietinę.

b B. alselach.

De [a] [flore æris.] Cap. 247.

a B. zar alnhas uel zer alnhas.

Flos ęris. *Operationes, & proprietates.* Est stypticus, corrosiuus, mordicatiuus. *Vulnera & ulcera.* Corro-

Corrodit carnem additam. *Membra capitis.* Ponitur in desiccatiuis vlcerum auris, et quando illud quod ex eo album est, teritur, et sufflatur in aurem, delet surditatem antiquam, et ex eo tangitur palatum cum melle propter apostemata gulę, et uuę. *Membra expulsionis.* Quatuor anulusat eius soluunt humorem grossum, et soluunt aquam citrinam, et ponitur in exsiccatiuis hęmorrhoidarum, et b [exiturarum] ani.

b B. ulcerum.

De a [*fistula pastoris*.] Cap. 248.

a B. zumara alrahay.

Fistula pastoris. *Natura.* Calida est et sicca, et forsitan in principio secundi, & dicitur quoniam resoluit b [augmentationem.] *Membra expulsionis.* Expertus est Gal. quod succus eius frangit lapidem in renibus, & dixerunt quidā quod confert ulceribus intestinorum, et pungitiuo dolori, & infirmitatibus matricis, et facit prouocationem utriusque, & confert c [fissuris.] *Venena.* Aureus unus aut duo aurei in potu accepti conferunt ei qui bibit leporem marinum, & opium, & reliqua.

b B. inflationem

c B. aperturæ, seu herniæ ex apertura.

De a [*frumento*.] Cap. 249.

a B. hantha.

Frumentum. *Electio.* Melius est illud, qđ est mediū inter duritiē, & raritatem, magnū, pingue, recēs, planum quod est inter rubedinem & albedinē. Frumentum uerò nigrum, est mali nutrimenti. *Natura.* Est calidum & temperatū in humiditate, & siccitate, & ipsius† succus declinat ad siccitatem. *Operationes & proprietates.* Triticum plurimæ rubedinis, plurimi est nutrimēti. Et frumentum elixatum est tardæ digestionis, inflatiuum: uerum eius nutrimentum quū digeritur, est plurimum. Et b [adarmacha quidem est proxima] amylo, sed est calidior, et farina uiscosa per naturam est non uiscosa arte. Et neque est uiscosum natura, sicut uiscosum arte. † Succus præterea tritici est tardæ descensionis, & plurimum inflatiuum, indigens dulcedine faciente ipsum descendere uelociter, et ablutione cum aqua calida, ita ut remoueatur inflatio eius, & humor† succi est paruus. Amylum uerò est frigidum & humidum, uiscosum, & frumentum est magis nutritiuum corporis omnibus granis. *Decoratio.* Triticum mundificat faciem, & eius farina, & amylum cum croco est medicamen panni. *Membra nutrimenti.* † Succus tritici, & hordei grauat. *Membra expulsionis.* Triticum crudum, & etiam decoctum elixatum, non mollitum, neque fractum c, [neque coctū ita vt sit puls, & fractum] etiam similiter quando comeditur: generat uermes. *Venena.* Triticū tritum puluerizatum super morsum canis rabiosi, est iuuatiuum.

† sauich.

b B. alhauari quidem est proximum.

† Sauich.

† sauich.

† Sauich.

c B. uehemēter coctum sicut alherisse, & alherisse.

De a [*fœnugreco.* Cap. 250.

a B. halbe uel helbe.

Fœnugræcum quid est? Notum est. *Natura.* Calidum est in fine primi, siccum in primo non euacuatur ex humiditate extranea. *Operationes & proprietates.* Eius uirtus est digestiua, lenitiua, & illud propter id, quod in ipso aggregatur de caliditate cum viscositate, & ipsius viscositas prohibet dominium nocumenti caliditatis eius, & eius caliditas operatur cum facilitate: & eius humor est malus licèt non sit paucus. *Decoratio.* Eius oleum, quod fit cum myrto, confert capillis, et uestigijs ulcerum, et confert fissuris frigidis per mucillaginositatem suam propriè cum oleo rosaceo. Et ingreditur in medicinis panni, & facit colorem bonū, & alterat odorem oris, & facit fętere odorem corporis, & sudoris. *Apostemata & † pustulæ.* Resoluit apostemata phlegmatica, & dura: & eius farina ad apostemata calida apparentia, & occulta, quum non sunt inflammata, sed sunt declinantia ad duritiem quandam, & lenit dubellet, & maturat ea. *Vulnera & vlcera.* Confert cum oleo ros. adustioni ignis. *Membra capitis.* Mundat furfures ablutione capitis facta ex eo, facit sodam capiti, & propriè quum comeditur cum muri, quamuis sit cum almuri minus nocumentum stomacho. *Membra oculi.* Decoctio fœnugræci sanat b [atarafa.] *Membra anhelitus & pectoris.* Clarificat vocem, & pulmoni tribuit aliquod nutrimentum, & lenit pectus, & guttur, & sedat tussim, & dispnęam, & propriè quando coquitur cum melle, aut dactylis, aut ficubus, & melius est vt coniungatur cum dactylis carnosis, & sumatur succus amborum, & misceatur cum melle plurimo, & super prunas temperate calefiat, & assumatur ante cibum tempore longo. *Membra nutrimenti.* Cum nitro emplastrum factum ex eo confert spleni, et eius decoctio cum aceto debilitati stomachi, & propriè quod ex eo recens est, & c [eius electuarium facit] nauseam: sed acetum et muri expellunt nocumentum comestionis eius. *Membra expulsionis.* Fit encatisma in decoctione eius ad apostema matricis, et dolorem eius, et coarctationem ipsius. Et eius decoctio cum aceto conuenit vlceribus intestinorum, et similiter recens cum aceto quando comeditur d [fractum.] Et decoctio eius cum aqua calida est bona tenasmoni et solutioni. Et eius oleum est bonum apostematibus ani, et clysterizatur etiam ad tenasmò, et dolorem vētris pungitiuum, propriè cum almuri ante cibum, et non mouet ad expellendam fœcem nisi propter suam e[acrimoniam] et propriè cum melle non plurimo, vt non mordicet fortiter, et eius decoctio cum melle facit descendere humiditates grossas ab intestinis, et prouocat vrinam et menstrua, et supponitur cum anatis adipe, et confert duritiei matricis, et facit generationem matricis facilem, cuius generatio est difficilis propter desiccationem, et est bonum habentibus hemorrhoidas, et facit stercus boni odoris, et facit fœtere vrinam, et sudorem, et non est sicut lupini in difficultate sui exitus.

† bothor.

b B. altarfati.

c B. vlceribus eius & ē faciens.

d B. unum post aliud.

e B. acuitatem.

De a [*ferro*.] Cap. 251.

a B. hadid.

Ferrum quid est? Est tres species b [seneburucam. Et lieremehem et fuludeth. Seneburucam ergo est alfuledh naturale, et alfuledh artificiale est purum ex lieremehen, et scoria alsenebrucam] propinqua est scoriæ æris. Et ego quidem scoriæ singulare faciam capitulum in capitulo de cha. *Operationes & proprietates.* Eius ziniar stypticum est, corrosiuum, et scoria ipsius est debilior ziniar eius, et ipsa est fortioris exsiccationis

b B. faburcani & bermahen, & est fulad naturale & fulad artificiatum est factum ex bermahen & scoria alfaburcan.

ficcationis omni scoria. *Decoratio*. Ærugo eius superposita panaritio cum vino, est bona. *Apostemata et* † *pustulæ*. Ærugo ferri cum uino super erysipilem & † pustulas, utilis est. *Instrumenta iuncturarum*. Ærugo eius cum uino super podagrã confert. *Membra capitis*. Quando teritur cum aceto forti, & coquitur in ipsa, est illud acetum medicamen saniei antiquæ currenti ex aure. *Membra oculi*. [c] † [ ] Est bona asperitati palpebrarum, & vngulę. *Membra nutrimenti*. Vinum & aqua in quibus extinguitur ferrum, cõfert apostemati splenis, & mollificationi stomachi, & debilitati eius. *Membra expulsionis*. In eius scoria est virtus soluens aliqua. debilior ea quę est in scoria æris, & eius ærugo est styptica: quare supposita abscindit fluxum sanguinis ex matrice, & eius ærugo styptica exiccat hæmorrhoidas [d] † [ ] & uinum in quo extinguitur ferrum, retinet solutionem antiquam, & dysenteriam, & confert mollificationi ani, & [e] [insensibilitati vrinę] & fluxui menstruorũ, & confortat coitum.

† bothor.
† bothor.
c † B. Ærugo ferri.
d † B. Et aqua.
e B. fluxui urinæ inuoluntario.

De [a] [phaseolis.] Cap. 252.

a B. lubia.

Phaseoli. *Natura*. Rubei calidiores sunt eorum. Filius Mesaugue, & Arsaianis dixerunt q̃ sunt frigidi & sicci, & apud me substantia eorũ est sicca, in qua est humiditas superflua, & ipsi ad caliditatem declinant, sed rubei sunt calidiores. *Operationes et proprietates*. Sunt velocioris digestionis, & egressionis, quam mes, & non sunt minus nutritiui eis. Et dixerunt quòd sunt minoris inflationis, & est in eo consideratio, & uerius est, quòd ipsi sunt magis inflatiui quam est mes: verum fabæ sunt magis inflatiuæ eis, & humor phaseolorum est humidus phlegmaticus, & faciunt videre somnia mala. *Membra anhelitus et pectoris*. Sunt boni pectori et pulmoni. *Mẽbra nutrimenti*. Generant humorem grossum, sed synapi prohibet nocumentum eorum, & similiter acetum cum sale, & pipere & origano, & ut bibatur super eos vinum [b] [passum purum,] & qui cum aceto sunt nutriti, paucæ sunt humiditatis. *Membra expulsionis*. Prouocant menstrua proprie rubei, & propriè cum oleo de nerei dem.

b B. potens.

De a [fistula pastoris.] Cap. 253.

a B. mezamar alra.

Fistula pastoris. *Operationes, & proprietates*. Virtus eius est uirtus abstersiua. *Apostemata, &* † *pustulæ*. Resoluit apostemata [b] [fluxa & grauia] in uisceribus. *Membra expulsionis*. Confert lapidi renum, & frãgit ipsum. Decoctio eius, & radix ipsius, confert ulceribus intestinorum.

† bothor.
b B calida. Mẽbra nutrimenti. Confert doloribus mollibus. i. doloribus apostematum mollium, & apostematũ ex humoribus fæcalibus grossis.

De [a] [felle.] Cap. 254.

a B. merara.
b B. aldabha.

Fel. *Electio*. Fortiora fella quadrupedum, sunt fel vaccinum, deinde fel [b] [adubua] & vrsi, deinde caprinum, post ouinum. Et magis incolume fellium auium, est fel galli, & duragi & cubugi. Reliqua autem fella auium sunt fortiora fellibus quadrupedum, quando comparantur [c] [rapaces earum cum pascentibus, & uenantes cum feris syluestribus, & fel quidem forte ualde viscosum] est fel rapacium, & propriè magnorum, & de eis electum est illud, cuius color est citrinus naturaliter. Illud verò quod est ut [d] [ziniar, & quod est ut azul] sunt mala, & similiter quod est pure rubeum. Debilius autem fellium est fel porcinum, & fel quidem asabut, & piscis qui nominatur scorpio, & testudinis, est fortius fellibus quadrupedum. Inquit Dioscorides stringatur extremitas fellis, & bulliat in aqua secundum quantitatẽ, qua homo tres eius feruores computet: deinde extrahatur, & exiccetur in vmbra, in qua non sit ros & reseruetur. *Natura*. Omnia calida sunt, & sicca in quarto. *Operationes & proprietates*. Fel omne est calidum, abstersiuum, & diuersificatur secundũ masculum, & fœminam, & secundum dispositionem sitis & famis, & dispositionem [e] [saturitatis] & dispositionem, quietis & exercitij. *Decoratio*. Fel asini syluestris eradicat morum, & confert linitum super vestigia apostematum [f] † [ ] & ponitur in emplastris erysipilæ, & prohibet ipsam. *Vulnera, et ulcera*. Quando fel miscetur cum nitro, & gumma pini, & chimolea, confert scabiei vlcerosę: & fel uaccinum ponitur in emplastris [g] [conferẽtibus vulneribus, & quæ sunt] ab erysipila, & doloribus uehemẽtibus, & fel hircinum eradicat carnem [h] [malam,] & necessitas quidem vlcerum, vt eis adhibeatur fel forte, & debile diuersificatur secundum suas horas, & secundum mundificationem, & sordidationem eorum: & fel quidem † lupi est bonum vulneribus neruosis, & in tempore frigoris prohibet spasmum, & alcuzez qui timentur in similibus eorum. *Membra iuncturarum*. Fel hircinum super elephantiam, et varices confert, et similiter fel asini syluestris propriè, et fel † lupi prohibet spasmum, et alcuzez, qui sequuntur vulnera neruorum proprie ex frigore. *Membra capitis*. Fel hircinum et taurinum conferunt vlceribus recentibus in aure. Fel [i] [aracham] cum oleo distillatur in aurem grauem, et cum qua est surditas, et cum succo porri nabathi ad tinnitum, et ad grauitatẽ auditus. Et fel bouinum cum nitro, et chimolea ad furfures valet, quum lauatur ipso caput. Et dictum est iam, quod quando fel [k] [adib] lambendo sumitur, prohibet epilepsiam. Et fel testudinis confert † aphthæ fraudulẽtæ in oribus puerorum secundum quod dicitur. Et confert attractio odoris eius cum naribus epileptico. Et omne quidem fel confert stricturę narium aperiendo valde oppilationes, quæ sunt in colatorio. *Membra oculi*. Omne fel confert obscuritati visus. Et fel quidem rapacium, propriè siccum, confert initio aquæ, et dilatationi pupillæ. Et neque conceditur, vt administretur nisi post mũdificationem corporis, et capitis. Et fel magis conferens oculo ex quadrupedibus quidem est fel gazel. Et auium quidem fel alcubi. Et ex piscibus [l] [felisabut.] Et fel caprinum confert [m] [cæcitati] et propriè montanum. *Membra anhelitus & pectoris*. Ex felle bouis linitur palatum cũ melle ad præfocationem, et similiter ex felle testudinis. *Membra expulsionis*. Fel bouis aperit orificia hæmorrhoidarum. Et omne quidem fel est solutiuum: ita etiam quòd fel porcinum quando cum eo linitur [n] [sumen] et supponitur:

c B. albegath ex eis cũ deambulantib. & venantibus, & rapaces earũ cum rapacibus. Et fel quidem forte ualde mordicans.
d B. uiride æris. & lapis lazuli.
e B. potus plurimi.
f † B. Apostemata & bothor
g B uel unguentis prohibentibus uulner
h B. addit...
† adib.
† adib.
i B. alrachme.
k B. ursi.
† alcola.
l B. Gbut.
m B. panno.
n B. umbilicus

nitur, & fel tauri cum melle linitur ad vlcera, quę sunt in ano, & fit ex eo linimentum ad dolorem matricis, & testiculorum, & ponitur super apostemata oschei. *Venena.* Fel hirci ° [syluestris] est theriaca morsibus uenenosis, & similiter fel tauri,

o B. montani.

De [fuligine] *Cap.* 255.

Fuligo. *Electio.* Melior est illa quæ est leuioris ponderis, & magis intensæ nigredinis. *Natura.* Omnis est calida exsiccatiua, nisi Inda: quoniã Indi, & Paulus numerant eam inter infrigidantia. *Operationes & proprietates.* Omnis est exsiccatiua. *Apostemata, & † pustulæ.* Existimant quidam, quòd Inda ponitur super apostemata calida, & confert eis. *Vulnera & ulcera.* Illa, quæ assumitur ex fumo ligni pini cum gumma, & bdellio, ponitur super adustionem ignis, & dimittitur donec cadat.

† bothor.

De [a] *[fistula.]* *Cap.* 256.

a B. mermarad.

Fistula quid est? Stipites albi, pilosi, similes polio: sed sunt plus pilosi: immo sunt toti quasi pili, & odor eius est sicut odor myrrhæ. *Natura.* Est calida declinans ad aliquantulum aromaticitatis.

De [a] *[furfure.]* *Cap.* 257.

a B. nachale.

Furfur. *Natura.* Calidus est & siccus in primo. *Operationes, & proprietates.* In ipso est abstersio, & lenificatio, & mundificatio plurima, & † orobus quidem ipsius finem non consequitur, & resoluit ventositates, & phlegma. *Apostemata & † pustulæ.* Est bonum cum aceto forti in initio apostematis calidi, & madefit cum vino, & fit ex eo emplastrum ad apostema quod est in mammilla calidũ: & rarificat apostemata [b] [phlegmatis & uentositatis.] *Vulnera et ulcera.* Cum aceto forti ponitur super vlcerationem scabiei facto emplastro ex eo calido. *Membra anhelitus & pectoris.* Lenit pectus sua abstersione, & proprie sorbitio aqueitatis eius cũ zuccaro, & oleo amygdalino [c] [infunditur] cum vino, & confert apostematibus mammillę. *Membra expulsionis.* Mouet intestina ad expellẽdum quod in eis est, & eius sorbitio quum sorbetur, lenit ventrem. *Venena.* Confert puncturæ scorpionis, & serpentis more emplastri superpositus.

† herbus.
† bothor.
b B. phlegmatica & uentositates.
c B. madefit.

De [a] *[folio Indo.]* *Cap.* 258.

a B. sadegi.

Folium quid est? Est proximum virtuti spicę, est tamen leuius, & eius folia & rami sunt sicut [b] [sehesabram,] & habet florem frangibilem quod nascitur in terra Indiæ, [c] [& sunt ei aquæ infusę in terris lacunalibus] & erigitur super faciem [d] [aquæ] sicut planta, quę nominatur lenticula aquæ, absque suspensione radicis, & quãdoque ligatur in loco cum filo, & exsiccatur, & fortasse existimauerunt quidam, quod est folia nereide Indæ, propter similitudinem quã cum ea habet in uirtute sua. oleum uerò eius uirtutem habet olei [e] [alacuchen,] & olei de croco: sed est fortius. *Electio.* Melius est recens, ad albedinem declinans, quod non frangitur in minima, & est eius odor manifestus vt nereidẽ odor, & non est [f] [limosum] neque salitum, neque mollificatum. *Natura.* Calidum est, & siccũ in secundo. *Operationes & proprietates.* Quando in pannis spargitur, conseruat eos a tineis. *Decoratio.* Odorem oris efficit bonum retentum sub lingua. *Apostemata et pustulæ.* Decoquitur in aqua rosacea, & fit ex eo emplastrum super apostema calidum post contritionem, & medicamen bonum apostematibus oculi [g] † [ ] calidis. *Membra nutrimenti.* Est magis conferens stomacho, & hepati, quam nereiden. *Membra expulsionis.* Ipsum vehementius prouocat vrinam, quam nereiden. *Permutatio.* Loco eius ponitur pondus ipsius de [h] [mace] aut etiam spica.

b B. sahesefram.
c B. infusa in aqua in terra cænosa.
d B. Alia litera. terræ.
e B. nuiden.
f B. putridum.
† bothor.
g † B. non
h B. thalisfar

De [a] *[falamamiski.]* *Cap.* 259.

a B. felengiemesch.

Falamamiski quid est? Dicitur quòd falamamiski est ocymum gariophyllatum. nam ipsum est odoris similis gariophyllo, & est magis temperatum quam maiorana, & sisymbrium, & minus siccum. *Membra capitis.* Aperit oppilationes accidentes in cerebro, & ambabus naribus, comestum & odoratum. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert tremori cordis accidenti ex phlegmate, & melancholia in corde comestum. *Membra expulsionis.* Est bonum hæmorrhoidibus.

De [a] *[phu.]* *Cap.* 260.

a B. fu.

Phu quid est? Folia eius sunt sicut folia apij, magna habentis folia, & stipites: & eius crus est vnius cubiti, & plus planum, tenerum, cuius supremum est grossum proximum grossitudini digiti, purpureos habens nodos, & habet florẽ sicut narcissus, aut maiorẽ narcisso. Et in albo ipsius est quasi purpureum, & inferius in radice sua. emittit ramos, & in radice sua est aromaticus odor, & uirtus eius est similis spicæ in rebus plurimis. *Natura.* Virtus radicis eius est aromatica, & uirtus eius est similis spicę calefaciens. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert dolori lateris. *Membra expulsionis.* Prouocat vrinam, si bibatur sicca, et eius decoctio prouocat menstrua. Et eius prouocatio maior est prouocatione spicę Indę, et Romanę, et est sicut [b] [almentasina] in illo.

b B. almentagisine.

De [a] *[fusel.]* *Cap.* 261.

a B. fufel.

Fusel quid est? Virtus eius est propinqua uirtuti sandali. *Operationes & proprietates.* Est infrigidatiuum cum uirtute styptica. *Apostemata et † pustulę.* Est bonum apostematibus calidis grossis. *Membra oculi.* Est conueniens ei qui habet inflationem in oculo suo.

† bothor.

De [a] *[fangenkest.]* *Cap.* 262.

a B. fangekest, uel bengekest.

Fangenkest quid est? Dictũ est de eo in c. de b.

De [a] *[fael.]* *Cap.* 263.

a B. fel. b. B.

Fael quid est? [b] [Est fructus, super quem est cortex

cortex similis in colore corticibus auellanarũ. Et figura eius est sicut phystici. Et intra ipsum est granum pingue simile grano pini quod nominatur granum regum: cuius color est inter album et nigrum, et citrinum, et est illud, quod administratur, et asportatur de terra Indię. Et albel, et alfel omnes calidi sunt, et conferunt mollificationi neruorum et uentositatibus hęmorrhoidarum, et sanat eas: et est medicina, In da nota, cuius uirtus est sicut uirtus mandragorę, & pomorum eius. *Membra capitis*. Si fiat emplastrum ex ea, confert soda.

a B falangic.

De [a] [*fal.*] *Cap.* 264.

Fal. N*atura*. Calidus est in secundo, & siccus.

a B. fagara.

De a [*fagara.*] *Cap.* 265.

Fagara quid est? Granum simile ciceri habens granum sicut mahaleb: & in concauitate eius est granum nigrum sicut scchedenigi, & asportatur de [b] [assekelati. *Natura*. Calidum est & siccum in tertio. *Operationes & proprietates*. In eis est resolutio & stypticitas. *Membra nutrimenti*. Ponitur in medicinis rectificantibus stomachum, & hepar frigida, & expellit in eis malitiam digestionis frigidam. *Membra expulsionis*. Confert solutioni frigidæ, & constringit ventrem.

b B. sefale.

a B. fufulmunie uel fulgamunie.

De [a] [*fulfulminue.*] *Cap.* 266.

Fulfulminue quid est? Est radix piperis. *Operationes, & proprietates*. Dicitur quòd proprietas eius est conferre doloribus frigidis, & spasmo ualde. *Instrumenta iuncturarum*. Confert podagrę. *Membra expulsionis*. Est ei proprietas, vt iuuamen afferat colicæ, & uentositatibus frigidis.

a B fesurichun.

De [a] [*fesurigo*] *Cap.* 267.

Fesurigum. *Operationes & proprietates*. Est uehementioris exsiccationis, quam alcolcotar: cum hoc, quod est minoris mordicationis, & est subtilius. *Vulnera & vlcera*. Remouet scabiem.

a B. fessera.

De [a] [*fesire.*] *quæ est uitis alba.* *Cap.* 268.

Fesire quid est? Est [b] [alhazarasen], & est uitis alba. *Natura*. Est calida & sicca in tertio *Operationes & proprietates*. Est [c] [acris,] mordicatiua, abstergit, & exsiccat, & subtiliat, & calefacit temperatè. *Decoratio*. Radix eius cum † orobo, & fœnugræco abstergit [d] † [ ]pannum, & uestigia nigra remanentia post ulcera, & similiter quando coquitur cum oleo donec dissoluatur, & aufert [e] [occultationem sanguinis ab] oculo. *Apostemata & † pustulæ*. Eius radix abscindit uerrucas, & [f] [† pustulas leues] & cum vino sedat panaritium, & resoluit apostemata dura, & disrumpit aldubellet, & si unaquaque triginta dierum bibantur ex ea tres anulusat cum aceto, resoluit apostemata splenis, & emplastrũ factum de ea cum ficubus etiam est conueniens spleni, & sedat panaritium quando ex eo fit emplastrum cum uino. *Vulnera & vlcera*. Ex radice eius fit emplastrum cum sale super ulcera mala: & ponitur in emplastris corrosiuis carnis, & ex fructu eius delinitur scabies ulcerosa, & non vlcerosa. [g] † [ ] *Instrumenta iuncturarum*. Emplastrũ factum ex radice eius cum uino extrahit ossa, & bibitur de ea quaque die aur.j. ad paralysim, & ad attritionem lacertorum ualet linita & bibita. *Membra capitis*. Bibitur de ea omni die aur. [h] † [ ] & confert epilepsię, & uertigini, & facit quandoque in ratione accidere permistionem. *Membra anhelitus & pectoris*. Quandoq; assumitur de ea cum melle deglutienda ad præfocatos, & ad corruptionem anhelitus, & ad tussim, & ad dolorem lateris. & quãdo bibitur succus eius cum frumento decocto, facit exuberare lac. *Membra nutrimenti*. Inquit Gal. comestio extremitatum eius in primis, quum eleuatur cõfert stomacho cum sua stypticitate, & [i] [gustus eius est inter paucam amaritudinem, et acredinem.] *Membra expulsionis*. Cor huius plãtę in primis quũ eleuatur, comeditur, et prouocat urinam, et soluit ventrem, & de radice eius aur. interficit fœtum. Quum ergo supponitur, extrahit fœtum, et mundificat matricem sedendo in decoctione eius, & succus eius solutione educit phlegma. & est ex medicinis bonis spleni, *Venena*. De radice eius aur.j. confert morsui uiperæ, & similiter puncturę omnium vermium venenosorum. *Permutatio*. Loco eius ponitur pondus ipsius de durungi, et duę tertiæ ponderis ipsius de macis.

b B. hezargiesan uel hezarchasé.
c B. acuta.
† herbo.
d † B. uehementer exteriora corporis & clarificat, & mundificat, & remouet.
e B. nigredinẽ sanguinis sub.
† bothor.
f B. uestigia & bothor lactea.
† bothor.
g † B. & confert etiã linito eius excoriationi.
h † B. uno anno.
i B. cũ eo quod est in eo de amaritudine & acuitate.

a B. fasarsin.

De a [*fesiresin.*] *Cap.* 269.

Fesiresin (*i. uitis nigra.*) quid est? Est de genere alfesire, habens folia sicut volubilis maior, et radix eius est nigra exterius, et citrina ĩterius. *Operationes et proprietates*. Est similis alfesire in operationibus suis: sed est debilior parumper. *Instrumẽta iuncturarum*. Confert paralysi etiam. *Membra capitis*. Cor eius in primis quum eleuatur, comeditur, et confert epilepsiæ. *Membra anhelitus & pectoris*. Mundificat pectus. *Membra expulsionis* Cor alfesiresin si comeditur, quum eleuatur, prouocat vrinam. [b] † [ ]

b † B. & menstrua.

a B. fagaie. idest flos alcanna.

De [a] [*fagama.*] *Cap.* 270.

Fagamá dictum est in cap. b [ha.]

b B. alcanna.

a B. felizheregi.

De a [*feluzeharagi.*] *Cap.* 271.

Feluzeharagi quid est? Est arbor lycij, quę habet fructum sicut piper. Et lycium quandoque sumitur ex eo, et quãdoq; sumitur ex [b] [adere sceeh.] et Arabicum est species altera, et uirtus alfeluzeharagi ꝓpinqua est uirtuti lycij, quod ex ea fit, sed est debilior parum. *Decoratio*. Confortat capillos linitum. *Membra nutrimenti*. Decoquuntur rami eius cum aceto, et bibitur ad splenem, et confert ultimæ, et similiter icteritię. *Mẽbra expulsionis*. Decoctio ramorum eius prouocat menstrua, et similiter ipsa, et si de fructu eius bibatur pondus [c] [matulem,] soluendo educit humorem phlegmaticum plurimum.

b B. alzarsech.

c B. duorũ mostar.

De

a B. fath.

De [a] [fath.] Cap. 262.

Fath quid est? Est medicina Turchia. *Venena*. Est bona ad potum [b] [iusquiami] & puncturam vermium venenosorum data in potu cum aqua frigida, & similiter nuci methel confert, & omnibus venenis.

b B. sucharan.

De [a] [farfag.] Cap. 273.

a B. Alia litera. sarfanch uel far frugi, uel fartegi.

Farfag quid est? Est portulaca.

De [a] [fungis.] Cap. 274.

a B. father.

Fungi. *Electio*. Melior species, est nota, quæ nominatur alchalahie. neminem enim interficit, sed aduenit ex ea cholerica passio: & illi quidem qui sunt sicci, minus sunt mali. *Natura*. Frigidi sunt in fine tertij: humidi in [b] [principio] eius. *Operationes & proprietates*. Generant humorem grossum, malum. Eorum autem rectificatio est, vt elixentur, & ponātur cum eis pyra humida, & sicca, & ocymum montanum, & bibatur super ipsos vinum purum. *Membra capitis*. Generant stuporem, & apoplexiam. *Membra anhelitus et pectoris*. Accidit ex illis, qui non interficiunt, præfocatio: & proprie ex interficientib. *Membra nutrimenti*. Accidit ex illis qui non interficiunt, cholerica passio, quando multiplicantur, & sunt difficilis digestionis, & multi nutrimenti. Et accidit ex mortiferis, syncopis, & sudor frigidus. *Membra expulsionis*. Faciunt possidere difficultatem urinæ. *Venena*. De eis sunt qui sunt mortiferi, & sunt illi, qui nascuntur in vicinitate ferri æruginosi, & rerum putridarum aliarum: aut in propinquitate mansionis reptilium venenosorum: aut apud aliquam arborū, quarum proprium est, vt corrumpant fungos, qui apud eas nascuntur, sicut oliuę; & de signis quidem eorum est, quod super eas est humiditas viscosa putrefacta, & cito aduenit eis alteratio, & putrefactio, & prouenit ex ipsis constrictio anhelitus, & syncopis. Et cura eorum est cū incisiuis, & oxymelle cum calamentho, & quandoque interficiunt statim.

b B. proximo.

De [a] [phistico.] Cap. 275.

a B. festuc.

Phisticum. *Natura*. Dicitur quòd est uehementioris caliditatis quam nux [b] [& amygdala. Et est calidum in fine secundi] & est in ipso humiditas, & existimauerunt quidam, quod est frigidum, sed errauerunt. *Operationes et proprietates*. Aperit oppilationes hepatis propter suam amaritudinem, & aromaticam virtutem sui, & in ipso est ponticitas, & nutrimentum eius est parum valde. *Membra nutrimenti*. Est bonum stomacho, proprie [c] [ascemium] simile grano pini, propter illud quod est in ipso de amaritudine cum ponticitate, & aperit oppilationes hepatis propter amaritudinem, & aromaticitatem suam, & mundificat ipsum propriè, & aperit meatus nutrimenti, & oleum eius confert dolori hepatis euenienti ex humiditate grossa. Inquit quidam. Non inueni ipsum faciens in stomacho nocumētum multum, neque iuuamentum. Ego autem dico, immo prohibet nauseā, & subuersionē stomachi, & confortat os eius. *Membra expulsionis*. Non lenit ventrem, neque constringit. *Venena*. Confert morsui vermiū venenosorum propriè decoctū cum uino forti.

b B. Alia litera. & est calidum.

c B. alscemium.

De [a] [fesefisis.] Cap. 276.

a B. fesafese.

Fesefisis. (*i. Cimex*) quid est? Est animal sicut alcorat, notum in Scemi existens in lectis: & videtur ꝙ sit illud quod dicitur apud nos [b] [igil.] *Membra capitis*. Quando bibitur cum aceto, aut cum vino, extrahit sanguisugā ex gutture. *Membra expulsionis*. Quando odoratur, valet præfocationi matricis, & facit parere, & quum teritur, & ponitur in foramine virgę, sanat difficultatē vrinæ, *Febres*. Quando de eis assumuntur. vij. numero, & ponuntur in faba, & deglutiuntur antequam inuadat febris quartana, conferunt. *Venena*. Quando deglutiuntur absque faba, valent ad puncturam vermium venenosorum.

b B. angil.

De [a] [facailesso.] Cap. 277.

a B. fagalasus, uel fagilinius.

Facailesus (*i. cyclamen.*) quid est? Dicitur quod est species buchormariem, & est genus hartanitæ. *Operationes, & proprietates*. Virtus est mundificatiua cum abstersione, & incisione, & est [b] [calefactiuum] resolutiuum, & est sudorem faciens valde, quādo bibitur eius radix, & [c] [uigorat.] *Decoratio*. Si bibantur de eo tres aur. non pertranseuntes illud, cum vino aut mellicrato permisto aqua, sanat icteritiam, & oportet tunc vt iaceat, & cooperiatur pannis pluribus, ut sudet uehementer, & sit sudor coloris choleræ, & eius radix mundificat cutem, & delet pānum, & confert eius decoctio scissuræ accidenti ex frigore: et similiter eius oleum, quod calefit in eius radice tepefactum super cinerem calidum. *Apostemata, et* † *pustulæ*. Radix eius delet † pustulas, & succus eius resoluit duri-ties, & apostemata splenis, & scrophulas, & vulnus, recens, aut siccus, & aufert † tineam etiam. *Vulnera & ulcera*. Quando permiscetur radix eius cum aceto, aut melle, aut sola, & administratur, sanat vulnera antequam antiquentur. Et quando effunditur decoctio eius super caput, est conueniens vlceribus, quæ sunt in ipso. *Instrumenta iuncturarum*. Confert torsioni neruorum, & podagræ: & totum illud operatur superpositum ut emplastrum. *Membra capitis*. Quādo permiscetur cum vino, inebriat magnifice. Et quandoque fit ex aqua eius caput purgium ad caput [d] [confortandum.] Et quando effunditur decoctio eius super caput, est conueniens vlceribus, quę sunt in ipso: & sedat soda frigidam. *Membra oculi*. Aqua eius cum melle est conueniens aquæ accidenti in oculo, & debilitati visus, & similiter caputpurgium ex ea factum. *Membra anhelitus & pectoris*. Sunt quidam hominum qui in potu dant radicem eius patientibus asthma. *Membra nutrimenti*. Fit emplastrum ex eo spleni cum aceto. *Membra expulsionis*. Quando bibitur cum hydromelle, soluendo educit phlegma aquosum: et prouocat menstrua bibitum, & suppositum. Et existimauerunt quidam ꝙ [e] [ambulatio per ipsum facit abortum. Et quando ligatur in collo, aut in adiuto-

b P. Alia litera aperitiuum.

c B. prouocat.

† bothor.

† bothor.

† sahafati.

d B. mundificandum.

e B. quod ipsum humidum, sed recens.

adiutorio prohibet impregnationem. Et supponitur cum lana, ut soluat uentrem. Et similiter quando liniuntur ex eo sumen, et † abdomen, et ilia, lenit uentrem, et eijcit fœtum, et interficit fœtum fortiter. Et eius succus est fortior in hoc. et si misceatur eius aqua cum aceto, et liniatur super anum extra egredientem, reducit ipsum ad interiora. Et succus eius aperit orificia uenarum, quę sunt in ipso ano, & radix eius prouocat menstrua bibita, & supposita. Et si de radice eius bibantur drag. v. cum melle, soluunt fortiter, sitq; potio eius vsque ad iiij. aur. *Venena.* Bibitur cum vino ad medicinas mortiferas, & venena, propriè ad leporem marinum.

† mirach.

De [a] [*fuca.*] *Cap.* 278.

a B. foca, uel al foca.

Fuca. (*i. Zithum.*) *Electio.* Conuenientius est illud quod fit de pane [b] [adarmachino] & menta, & apio, non enim est sicut illud quod fit de pane cocto, & sicut illud quod fit de massa azyma. *Operationes & proprietates.* [c] [Alfuca] generat humorem malum, & est mali nutrimēti, & nocumentum eius membris animalis est ita, quod si in ipso infunditur os elephantis, lenit ipsum, & fit artificiale operari in ipso. Et illud quod fit ex pane [d] [adarmache] & apio, & menta, est boni chymi, & est conueniens calefactis. *Instrumenta iuncturarum.* Nocet neruis ualde. *Membra capitis.* Nocet uelamini cerebri. *Membra nutrimenti.* lud quod factum est ex [e] [adarmacha] est bonum stomacho calido. *Membra expulsionis.* Factum cum hordeo prouocat urinam, & nocet renibus, & vesicæ.

b B. alhauari.
c B. est inflationem.
d B. hauari.
e B. hauari.

De [a] [*fasuricon.*] *Cap.* 279.

a B. fesurichun.

Fasuricon (*i. psoricon.*) quid est? Est medicamen ad scabiem factum ex merdasengi, & duplo ipsius de calcadis tritis cum aceto uehementer forti, & ponitur in uase nouo linito ex luto, & sepelitur in fimo. xl. diebus in tempore ęstiuo.

De [a] [*feniculo.*] *Cap.* 280.

a —— B.

Fœniculum, & est Persicè baralme, quid est? Illius uirtus, cuius semē similatur semini coriādri, est propinqua uirtuti syluestris, sed est debilius, ueruntamē est fortius syluestri magno. *Natura.* Syluestre est vehementioris caliditatis & siccitatis, & est dignius tertio. Hortulani autē caliditas, est in secundo. *Operationes & proprietates.* Aperit oppilationes. *Membra oculi.* Acuit uisum, & propriè gumma eius, & confert initio aquæ, & apud ipsius descensum. Et Democritus quidem existimauit, quod uenenosi uermes pascunt fœniculi recentis semen, ut eorum uisus confortetur, & uiperæ, & serpentes fricant oculos suos, quum egrediuntur de cauernis suis post hyemem super ipsum, ut illuminentur oculi. *Membra anhelitus & pectoris.* Quod humidū est, lac exuberare facit, & propriè hortulanum. *Membra nutrimenti.* Quando bibitur cum aqua frigida, confert nauseæ, & inflammationi stomachi, et eius digestio est tarda, & eius nutrimentum est malum. *Membra expulsionis.* Prouocat urinam, & menstrua, & syluestre propriè frangit lapidem, & in terreno quidem, & fluuiali est iuuamentum ad renes, & uesicam, & confert propriè illud quod est syluestre, destillationi urinæ, & mundificat fętas, & quando comeditur eius radix cum semine suo, stringit. *Febres.* Confert febribus antiquis, & datur in potu cum aqua frigida, & confert nauseę in febribus, & inflammationi stomachi ex eis. *Venena.* Confert eius decoctio cum uino morsui uermium uenenosorum, & cum aqua, & teritur eius radix, & ponitur super morsum canis rabiosi, et confert.

Gal. in secūdo.

De [a] [*fumo terrę.*] *Cap.* 281.

a B. fah[illegible]

Fumus terræ. *Electio.* Melior est ille, qui est viridis recens [b] [acutus] amarus. *Natura.* Dicitur quòd est frigidus in primo, siccus in secundo. *Operationes & proprietates.* Purificat sanguinē et aperit, et in ipso est frigus, propter illud, qđ in ipso est de sapore stypticitatis, et calor, propter illud quod in ipso est de sapore amaritudinis, sed quasi frigus eius est fortius. *Vulnera, & ulcera.* Bibitur ad pruritum & scabiem. *Membra capitis.* Stringit gingiuam. *Membra nutrimenti.* Confortat stomachum, et aperit oppilationes hepatis. *Membra expulsionis.* Lenit naturam & prouocat urinam, et potio eius sit a pondere drag. x. vsque ad lib. s. et usque ad duas tertias lib. cum zuccaro, et de eo qui siccus est cum medicinis in decoctione usque ad drag. x. Et de tertio sicut est, a tribus usque ad vij. *Permutatio.* In scabie et febribus antiquis quantum est medium ponderis ipsius de sene, de Mecha.

b —— B.

ANNOTATIONES.

Fumariam in primo refrigerantium & secundo exsiccantium ordine reponit, at quum huic acredo amaritudoq; insit, qui duo sapores Gal. teste calorem indicant, quomodo frigida hæc sit, tu considera.

De [a] [*ficubus.*] *Cap.* 282.

a B. tin.

Ficus quid est? Ficus in seipsa naturam habet, et folijs, et lacti eius inest virtus lacticinij: et quū non reperiuntur folia eius, rami eius quę syluestris est, decoquuntur, confracti, et contriti, et assumitur eorum aqua, et de ea accipitur succus sicut accipitur in reliquis herbis, et [b] [geminæ quidem ficus] melli similes existunt in operationibus suis. *Electio.* Melior est alba, deinde rubea, deinde nigra. Et quando uehementer matura est, est melior, et proxima ad hoc ut nō noceat. Et sicca quidem in suis operationibus est laudabilis, uerum tamen sanguis ex ea generatus non est bonus, et propter hoc facit pediculos, uerum si sit cum nuce, tū c eius chymus fit bonus, et nucem cum amygdala, et leuior omnibus est alba. *Natura.* Illa quæ est humida, est calida parumper, et quæ est humida, plurimæ est aqueitatis, et parum est medicinalis. Quę verò immatura est, est abstersiua ad frigiditatem aliquantulam declinans, nisi lac eius, et quæ est sicca, est calida in primo, et in fine ipsius et est subtilis. *Operationes, & proprietates.*

b B. coagulatum ficuum.

Quæ sicca est & propriè [c] [acris,] fortis est abstersionis, maturatiua, resolutiua, & carnosa est plurimæ maturationis, & in ipsa sunt glutinatio, & incisio, & subtiliatio, & syluestris est acutior & fortior [d] [in hoc] & ficus quidem nutribilior est reliquis fructibus, & quæ vehementis est maturationis, propinqua est ad hoc vt non noceat, & in ipsa est inflatio, & quādoque egreditur quę [e] [acris] est & sicca, de abstersione ad ulcerationem, & adeò, vt sicca, & folia eius quū decoquuntur cum radice almezerion nigri, fit cura scabiei animalium, & succus foliorū eius uehementis est calefactionis, & abstersionis. Et in ipsa quidem est lenificatio ultima, & expellit [f] [superfluitates] ad cutem, & facit sudare, & in eius acceptione est sedatio caliditatis, & similiter (secundum quod ego existimo) sicca etiā expellit ad exteriora, & facit sudare. Et lac quidem eius coagulat liquefactionem sanguinis, & lactis, & liquefacit congelatum. Et illa quidē quæ humida est, uelocis est nutrimenti, & penetrationis in stomacho & corpore. Nutrimentū uerò ficus, licèt non existat in [g] [robore] nutrimenti carnis & granorum, est tamen vehementioris [h] [roboris] quam nutrimentum omniū fructuum. Et uirtus succi ramorum eius antequam frondescant, propinqua est virtuti lactis eius. Et aqua quidem cineris ligni eius iterata, in potu datur ad coagulationem lactis in uētre Et aqua cineris ligni quercus propinqua est in intentione. [i] [Vinum verò ficus est subtile] mali humoris, & ramis quidem fici inest tantum subtiliationis, quòd quādo caro coquitur cum eis, dissoluitur, & in [k] [iumeiz] quidem est virtus attractiua ex profundo corporis, & resoluēdi illud quod attractum est. *Decoratio*. Illa quæ est immatura, linitur, & fit ex ea emplastrum super [l] [hailem] & verrucas & species ipsarum: & † uitiligem, & similiter folia eius. Et acceptio eius rectificat colorem corruptum, causa ægritudinum, & apostematum calidorum, & mollium, & maturat carbūculos, & propriè cū ireos, & nitro, aut calce. Et cum cortice granati ponitur super panaritium. Et lac quidem [m] [aliumeiz] confert apostematib. difficilis resolutionis, & scrophulis [n] & [lacertis, & similiter decoctio aliumeiz, & confert moro, & propriè aliumeiz.] Et succus foliorum eius abscindit vestigia [o] [alguassen] & cum cerato ponitur sup fissuram frigoris, & similiter lac eius in omnib. illis. Et est impinguatiua, eius tamen impinguatio facilè resoluitur. Et est faciens pediculos: [p] † [ ] & illud quidem contingit ab ea propter corruptionem humoris eius, & dicitur q ipsa est velocis expulsionis ad exteriora, & est conuenientis humoris animalibus. *Apostemata & † pustulæ*. Fit ex ea emplastrum apostematibus duris, & [q] [erysipile decocta] cum farina hordei. Et quæ immatura est, ponitur super morpheam. Et ipsa maturat carbunculos, & facit accidere quæ humida est, alhasaf, quæ administratur, & confert eius decoctio apostematibus gutturis, & apostematibus radicum aurium gargarizata ad illud cum cortice granati, & panaritio cum penitho. Et sicca quidem nocet apostematibus hepatis, & splenis propter suam dulcedinem. Et quando apostema est durum, non nocet ne-

c B. acuta.
d B. in his duobus, s. incisione & subtiliatiōe.
e B. acuta.
f B. Alia litera. putredines, seu materias putridas.
g B. soliditate.
h B. soliditatis.
i B. Syrupus verò de ficub. est subtilis.
k B. giumeizi.
l B. alchailan. † morpheam.
m B. giumeizi.
n B. & dubelesi, & similiter decoctio giumeizi, & cōfert moro, & propriè giumeizi.
o B. alusem.
p † B. vehementer.
† bothor.
q B. cum fermēto, quum decoquitur.

que confert, veruntamen si coniungatur cum subtiliatiuis, & resoluentibus, confert valde. Et [r] [aliumeiz] quidem vehementer resoluit apostemata difficilia. *Vulnera, & ulcera*. Succus foliorum eius exulcerat, & linitur decoctio eius cū spuma synapis super [s] † [ ]. scabiem. Et folia eius ponuntur [t] † [ ] super † epinyctidas: & super ulcera grossarum humiditatum. Et aqua quidem in qua iteratur cinis ligni eius, est corrosiua, mundificatiua vlcerum putridorum antiquorum. Et si administretur cum cortice granati, sanat panaritium. Et cum calcantho valet ad ulcera crurium fraudulenta. Et lac [u] [aliumeiz] facit adhærere uulnera. *Instrumenta iuncturarum*. Ponuntur cum immaturo ex eis, & folijs folia papaueris, & ponuntur super cortices ossium. Et aqua cineris ligni eius iterata effunditur sup neruos dolorosos. Et quandoque datur de ea in potu quantitas unius unc. & s. *Membra capitis*. Confert quæ humida est, & quę sicca, epilepsiæ, & destillatur eius decoctio cum [x] [spuma] synapis in aurem in qua est tinnitus. Et conferunt lac eius, & succus ramorum ipsius, antequam frondescant, quum ponuntur in dente corroso. Et confert eius administratio super apostemata, quæ sunt sub aure, quum fit ex ea emplastrum, & illa quæ est immatura, sanat vlcera capitis puluerizata. *Mēbra oculi*. Lac eius cum melle confert pāno humido, & inceptioni aquæ descendentis, & grossitudini [y] [palpebrarum] & cum folijs eius fricatur asperitas palpebrarum, & scabies carū. *Membra anhelitus & pectoris*. Confert quæ humida est, & quę sicca, asperitati gutturis. Et est conueniens pectori, & cannæ pulmonis. Et [z] [uinū ficus prouocat menstrua et urinam. Et similiter vinum eius] confert tussi antiquę, et doloribus pectoris, et confert apostematibus cānæ pulmonis. *Membra nutrimenti*. Aperit oppilationes hepatis & splenis. Inquit Galenus. Quę humida est mala est stomacho, et quę sicca est, non est mala. Et quando comeditur cum almuri mundificat superfluitates stomachi, et est ex eis quæ interscant sitim quæ est ex phlegmate salso, et excitat sitim [a] [quę est ex] hydropisi proprie cum absinthio, et similiter bibere uinum eius confert stomacho, et incidit appetitum cibi. Et ficus quidem est velocis descensionis, et uelocis penetrationis propter suam abstersionem. Et sicca nocet hepati, et splenis apostematis propter suā dulcedinem, sed si apostema est durum, non nocet, neque iuuat. Et administratio ipsius quum ieiunium adest, est mirabilis iuuamenti in aperiendo uias cibi, et propriè cum nuce et amygdala, quum tamen eius nutrimentum cum nuce sit plusquam cum amygdala. Si autem comedatur cum ingrossatiuis, fit tunc nocumentum eius maximum. Et [b] [aliumeiz] est mala stomacho, parui nutrimenti, sed est conferens duritiei in splene facto emplastro ex ea cum ammoniaco. [c] † [ ] Et omnes quidem species ficus sunt inconuenientes cursui materierū ad stomachum. *Membra expulsionis*. Confert renib. et uesicæ quæ humida est, et quæ sicca. Et iuuat ad tolerandum retentionem urinæ, et non est conueniens cursui materierum ad intestina, et succus foliorum eius aperit orificia venarū ani.

Et

r B. giumeizi.
s † B. pruritum &.
t † B. super impetiginem &. † essera.
u B. giumeizi.
x B. Alia litera. folijs.
y B. tunicarum.
z B. syrupus de ficubus facilitat sputum, & similiter syrupus ipsorum ficuum.
a B. & confert.
b B. giumeizi.
c † B. & lacte ipsius.

Et quæ humida est, lenit, & soluit parumper, & propriè quando assumitur de ea cum amygdala contrita, & similiter duritiei matricis, & similiter si misceatur cum nitro & cartamo, & assumatur ante cibum. Et supponitur lac eius cum vitello oui, & mundificat matricem, & prouocat menstrua, & fit ex ea emplastrum ad matrices cum fœnugręco, & in clysteri ad dolorem ventris pungitiuum ponitur cum ruta. Et ficus quidem, & propriè lac ipsius, extrahit a renibus arenam, quando administratur, & quando assumitur aqua casei cum lacte eius [d] [distillata] super lac motum cum ramo eius parumper, erit fortior in soluendo uentrem, & in mundificando renes. Et datur in potu de aqua cineris ligni eius iterata, ei qui habet solutionem, & dysenteriam. unc. j. s. & clysterizatur ex ea, & in vtrisq; dispositionibus miscetur cum oleo. [e] [uinum autem ficus] prouocat, & lenit, & est propter suam abstersionem velocis descensionis ex uentre, & uelocis penetrationis. *Venena.* Lac eius cōfert puncturę scorpionis inunctum, & similiter rutelæ, & similiter ponitur illa quæ est immatura, aut folia recentia super morsum canis rabiosi, & confert, & fit ex ea emplastrum cum † orobo sup morsum mustellæ, & cōfert, & aqua cineris eius iterata confert morsui rutelæ in potu data, & facta inūctione ex ea, & [f] [aliumeiz] confert puncturis venenosis bibita & linita.

d B. distillato.
e B. Syrupus autem de ficubus.
† herbo.
f B. giumeizi.

De [a] [*fæce.*] *Cap.* 283.

a B. thesal.

Fœx. *Electio.* Melior est fæx olei de croco granis. *Natura.* Fęx expressionis olei est in primo caliditatis. *Operationes & proprietates.* Iam diximus quòd fęx olei de croco tingit linguam & dentes, taliter quòd perdurat sic tinctura sex horis. *Vulnera & ulcera.* Fæx expressionis olei est ex consolidatiuis ulcerum accidentium in corporibus siccis.

De [a] [*fermento.*] *Cap.* 284.

a B. chamir.

Fermentum. *Natura.* In ipso est caliditas, humiditas verò eius & siccitas sunt secundū quantitatem multitudinis salsedinis, & nitrositatis eorum. *Operationes, & proprietates.* In ipso est uirtus abstersiua propter salem, & nitrositatem, et frumentitatem, & in ipso est virtus infrigidatiua propter suam acetositatem attrahentem marterias profundas ad exteriora corporis, & resoluit. *Instrumenta iuncturarum.* Fit ex ea emplastrū ad dolorem, qui est in inferiore parte pedis.

LITERA G.

De [a] [*glande.*] *Cap.* 285.

a B. beluth.

GLans quid est? Nota est, & est styptica, sed castanea minus ea est styptica: Quod verò in glande uehementius est stypticum, est [b] [cortex] eius, qui est cortex eius interior. *Natura.* Glans frigida est & sicca, & siccitas ipsius est in secundo. frigiditas uerò in primo. In castanea autem est parum caliditatis propter sui dulcedinem, & folia quidem glandis sunt uehementioris stypticitatis, & minoris exsiccationis. *Operationes, & proprietates.* In castanea est abstersio, & in eis omnib. est inflatio in uentre inferiore, & stypticitas, & ꝓhibet fluxum sanguinis, & propriè cortex eius interior, & omnes confortant membra, & castanea quidem est tardæ digestionis, sed est boni nutrimenti. [c] [Si ergo] cum zuccaro misceatur, eius nutrimentum fit bonum. Gal. quoque dixit, quòd est nutribilior omnib. granis, adeo quòd est proxima granis panis, ueruntamen castanea propter illud quod in ipsa est ex dulcedine, nutribilior est ea, quum tamen nutrimentū omnium sit hominib. illaudabile, sed fortasse earum nutrimentum porcis laudatur. *Apostemata & † pustulę.* Ipsa cum adipe hædi & porci salita confert duritiebus, et fructus quidem glandis confert in principio apostematibus calidis. *Vulnera & ulcera.* Prohibet ambulatio nē † aphtharū & ulcera ambulatiua, quādo aduritur, & administratur. Folia præterea glandis cohęrere faciunt plagas quum teruntur, & puluerizantur desup. *Membra capitis.* Facit soda, ꝓpea quòd coarctat uaporem constringendo naturam. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert sputo sanguinis. *Membra nutrimenti.* Confert humiditati stomachi. *Membra expulsionis.* Constringit, & cōfert dysenterię, & ulceribus intestinorum. & fluxui sanguinis, & multiplicat urinam. *Venena.* Confert uenenis uenenosorum. Et decoctio quidē corticum eius cum lacte uaccino confert ueneno sagittarum Armenarum, & caro quidem castaneę est bona uenenis.

b B. giesr.
c B. Et b.
† bothor.
† alcola.

De [a] [*geloum. i. grano pini.*] *Cap.* 286.

a B. geleuxi.

Geloum quid est? Notum est, & est granum pini maioris. Et est melioris nutrimenti, quam nux: sed est tardioris digestionis. Et est cōpositum ex substantia aquea; & terrea. Et acreitas in ipsa pauca. Et oportet quidem ut cōplementū sermonis in ipso requiratur in c. de pino. *Natura.* Est temperatum, & in ipso tamē est caliditas parua. *Operationes et proprietates.* Nutrimentum præbet forte [b] † [ ] non malum, & rectificat humiditates corruptas in intestinis, & est tardæ digestionis. Eius verò digestio rectificatur in infrigidatis quidē cum melle, & in calefactis cū tabarzet ex zuccaro, & pp hoc augetur bonitas nutrimēti eius. Eius uerò qđ in aqua infusum est, deletur acuitas, & acrimonia, & mordicatio, et fit in ultima uirtute nutriendi, ita ut paruū in quo non est nutrimētū, ꝑueniat ad nutrimentū a medicatione. hoc aūt paruū est granū pini [c] [parui repti] in omni regione. *Instrumenta iuncturarum.* Sanat dolores neruorū, et dorsi, & sciaticæ, et ualet mollificationi. *Membra anhelitus & pectoris.* Magnum mundificat pulmonē ualde, et extrahit quod in ipso est de sanie, et de humoribus grossis. *Membra expulsionis.* Excitat coitum, & propriè quod ex eo nutritum est, et confert saniei, et lapidi in uesica. *Venena.* Cum ficubus et dactylis confert pūcturæ scorpionis.

b † B. Alia litera. & grossum.
c B. repertum.

De [a] [*gentiana.*] *Cap.* 287.

a B. genthiana.

Gentiana quid est? Eius folia quę sunt iuxta radicem ipsius sunt similia folijs nucis, et fo-

lijs arnoglossę, et eius color est rubeus, et ipsius mediū, & extrema sunt b [imbibita.] Et eius crus est concauum, planum, in grossitudine digiti, et longitudine duorum cubitorum, & ipsius folia adinuicem sunt elongata, & fructus eius est in suis capitibus, & radix ipsius est longa similis radici aristolochiæ, quę oritur in montibus, & in umbra, & in locis humidis eorum, & dicitur ꝙ non nominatur gentiana, nisi quia primus, qui eam agnouit fuit Gētius rex. & ipsa quidem crescit in montibus altis. Ex ea uero assumitur succus, quoniam ipsa infunditur in aqua usque ad quinque dies, deindes coquitur, postea c [transmutando desiccatur,] deinde congelatur, postea inspissatur sicut mel. *Electio*. Melior est Romana, & ipsa est uehementius rubea, & durior, & est lignum, & uenæ sicut grossitudo digiti, & maius, & minus, & eius color est citrinus, declinans ad nigredinem, et quod ex ea fractum est, est uehementius citrinum propinquum reubarbaro. *Natura*. Calida est in tertio, sicca in secundo. *Operationes & proprietates*. Est aperitiua, et in ipsa est stypticitas, et eius radix ultima est in apertione, et subtiliatione, et abstersione. *Decoratio*. Radix eius abstergit † uitiliginem pręcipuè succus eius prædictus. *Vulnera & ulcera*. Sanat plagas, & ulcera corrosiua, et præcipuè succus eius prędictus. *Instrumenta iuncturarum*. Bibuntur ex eo, Drac. ij. cum uino propter torsionem neruorū, et est iuuatiua ei qui cadit ex loco alto. *Membra oculi*. Fit ex ea linimentum ophthalmiæ. *Membra anhelitus & pectoris*. Duę Drag. succi eius sunt bonę pleuresi. *Membra nutrimenti*. Aperitiua est oppilationū hepatis, et splenis, et pōdus drag. ij. ex ea cum uino ualet dolori hepatis, et splenis et splenis, et frigiditati amborum, et apostematibus eorum, et syrupus radicum eius conueniens est stomacho infirmo ex frigore. *Membra expulsionis*. Prouocat urinam, et menstrua, et supponitur radix eius sicut collyrium, et extrahit fœtum, et facit ipsum abortiri. *Venena*. Est ultima medicina puncturæ, scorpionis. Et pōdus. drag. ij. ex ea cum uino confert puncturæ omnium uermium uenenosorum, et morsui canis rabiosi, et morsui omnium d [luporum.] *Permutatio*. Quantum ipsum est et medietas eius ex assaro: et quantum medietas eius de radice capparis e † [ ]

b B. incisa.
c B. colatur.
† morphæam.
d B. animalium rapacium.
e † B. & radicis apij.

De a [gilbenec.] Cap. 288.

a B. gielbhenoc

Gilbenec quid est? Eius operatio est proxima operationi ellebori, quidam autem dixerunt est semen turbit nigri, et cortex radicis eius, est turbit citrinum, & oritur in Said, ueruntamen qđ ex eo bonum est, est Indum, & est simile b [papyro.] *Instrumenta iuncturarum*. Quidam iam dederunt ex eo in potu paralytico vsque ad pondus Drag. & uomuit, & senatus est. *Membra nutrimenti*. Est uomitiuum, & quandoque est mortificatiuum propter fortitudinem uomitus. *Membra expulsionis*. Soluit, & potio ex ipso est medietas. Drag. sed Drag. est timorosa. *Venena*. In ipso est uirtus uenenosa.

b B. altuderi.

De a [geferefrend.] Cap. 289.

a B. giesi afrid.

Geferefrend quid est? Res pinealis figuræ, in cuius capite sunt sicut duæ spinæ, & dicitur ēt ꝙ est similis amygdalæ, & quandoque finditur, & aperitur. *Membra expulsionis*. Facit augmentum in coitu ualde.

De a [gepsin.] Cap. 290.

a B. giebsin.

Gepsin quid est? Est lapis gypsi laminosus albus b [peruius] cuius subtilitas augmentatur, quum aduritur. *Natura*. Frigidus est et siccus. *Operationes & proprietates*. Est glutinatiuus, & ponitur super partes fluxuum sanguinis, & stringit secundum quòd in suo dicitur cap. quoniā in ipso cum glutinatione est uirtus faciens adhęrere, & in ipso est stypticitas cum uiscositate, & quando aduritur, subtiliatur, & additur eius exsiccatio. *Membra capitis*. Linitur ex eo frons, aut cooperitur ex eo caput cum pileo, & retinet fluxum sanguinis ex naribus, & quod ex eo gypsatum est, etiam præcipuè cum bolo armeno frixo & lentibus mixtum, & ipsum destillatur cū aqua myrti & pauco aceto. *Membra oculi*. Miscetur cum albugine oui, ut non fiat lapis, & ponitur super ophthalmiam sanguineam. *Venena*. Est ex summa uenenorum præfocantium.

b B. trāsparens

De a [gyps.] Cap. 291.

B. gief.

Gyps quid est? Est sicut gypsum.

De a [gemssesmi.] Cap. 292.

a B giemsesiā.

Gemssesmi quid est? Eius uirtus est similis uirtuti scehaf cum vua b [lupina.] *Operationes & proprietates*. Est mundificatiuum, aperitiuum, sedatiuum inflationis, & uentositatum propriè. *Membra nutrimenti*. Resoluit humiditates uiscosas in stomacho, & confert stomachis infantiū. *Membra expulsionis*. Confert uentositatibus matricum.

b B. vulpina.

De a [gezar.] Cap. 293.

a B. giezar.

Gezar quid est? Nota est. Fortius semen eius est semen syluestris. Inquit Dioscorides. Est vna species eius cuius folia sunt minora folijs fęniculi, et est in eius forma, & eius crus peruenit vsque ad quantitatem palmi. Et quod est superius eius, est citrinum, et habet summitatem b † [ ] sicut coriandrum et anethum. Et habet fructum acutum, album, boni odoris, et masticationis. Et nascitur in locis spatiosis c [solitarijs] lapidosis. Et quæ ex ea est hortulana similatur apio Romano, acuta, adustiua, boni odoris. Et tertiæ folia sunt, sicut folia coriādri, d [cuius superius est albū, et anethales sunt summitas et fructus eius.] Et habet sicut capita nucis plena semine quod est sicut cyminum in forma, et acuitate sua. *Natura*. Calida est in fine secundi, humida in primo. e † [ ] *Vulnera, & ulcera*. Semen & folia ipsius quum teruntur, & ponuntur super ulcera corrosiua, conferunt eis. *Membra anhelitus & pectoris*. Confert pleuresi, et tussi antiquę. *Membra nutrimenti*. Est difficilis digestionis, & nutrita facilioris est digestionis, et confert hydropisi. *Membra expulsionis*. Sedat

b B. in qua nascitur flos & semen eius.
c B. soli expositis.
d B. & florem album & similatur aneto fructus, seu semina ipsius, & summitas eius producens flores & semina.
e † B. Alia litera. & in radice hortulanæ, seu domesticæ ē inflatio, & constrictio naturæ, & non est sic semen eius, quoniam cum eo fit emplastrum, & carminat uentositates.

Sedat dolorem ventris pungitiuum, & propriè daucus. Et prouocat vehementer, et propriè syluestris, et propriè semen eius, et similiter eius folia. Et excitat coitum, et propriè semen domesticę, est enim uehementis inflationis, et semen domesticę, est enim uehementis inflationis, et semen syluestris non est illius operationis. Si autem secakul, & baucia syluestris numerentur in baucia, tunc ipsa magis excitant coitum quã hortulana, & prouocat menstrua, & vrinam, ꝓpriè syluestris bibita & supposita, & conferunt semen eius, & radix eius difficultati imprægnationis.

De [a] [geguers.] Cap. 294.

a B. giaures.

Geguers quid est? Tres habet species, & similatur rizi in virtute sua. Veruntamen rizi nutribilius est, & panicum melius est in omnibus dispositionibus suis quàm milium, sed tamen est fortius constrictiuum. *Electio*. Coquitur cum lacte, aut aqua furfuris similæ, & oleo amygdalino, & præbet nutrimentum bonum. *Natura*. Frigidum est & siccum in fine secundi: quidam autem dicunt ipsum esse calidum in primo. & primum sanius est. *Operationes et proprietates*. In ipso est stypticitas. & exsiccat sine mordicatione: & eius vaporatio est sedans dolores. Quum uerò non regitur, generat sanguinem malum, & nutrit minus quam grana reliqua ex quibus fit panis. Et eius nutrimentum est paruum viscosum. Et in ipso est subtilitas quędam, sicut existimant quidam. Veruntamen quum coquitur cũ lacte, aut furfure similę, fit eius nutrimẽtum bonum præcipue cum butyro, aut oleo amygdalino. *Membra nutrimenti*. Est tardæ digestionis in stomacho in sua substantia, & in suo pane. *Membra expulsionis*. Cum eo uaporatur dolor ventris pungitiuus, & est prouocatiuus.

De [a] [gallinis & gallo.] Cap. 295.

a B hiazindine.

Gallinæ & gallus quid est? Ius gallorum ueterum proprietatem habet, quam dicemus. Modus verò quem Gal. narrauit in decoctione eorum est, ut [b] [decollentur postquam cibantur & nutriuntur, fatigentur enim] faciendo eos currere, & cadant, & decollentur, deinde extrahatur quod in ventribus eorum est, & impleantur ventres eorum sale, & suantur & coquantur cum. xx. kist aquæ vsquequo perueniat ad tres cotylas, & bibatur totum in loco uno: postea addatur illud quod dicturi sumus in omni loco. *Electio*. Rufus gallorum melior est ille, qui non cantat adhuc, & gallinarum melior est, quę nõdum parit oua [c] [antiqui verò sunt mali.] *Natura*. Adeps pullorum calidior est adipe gallinarum magnarum. *Operationes et proprietates*. [d] [Testiculi gallorum] laudabiles sunt, velocis digestionis. *Instrumenta iuncturarum*. Ius gallorum prędictum conuenit tremori, & dolori iuncturarum, sed oportet ut coquatur cum polypodio, & anetho, & sale in. xx. cotylis, donec remaneãt tres, aut quatuor. *Membra capitis*. Caro gallinarum [e] [quæ sunt pullæ] in intellectu augmentum efficit, cerebrum gallinarum prohibet fluxum sanguinis narium accidentem ex uelaminib. cerebri. *Membra anhelitus & pectoris*. Ius gallorum prædictum, confert asthmati. Caro gallinarũ clarificat uocẽ, ius galli uetustissimi cũ anetho, & cartamo confert omnib. illis & [f] [issidebegi] pullorum sedat inflammationem stomachi. *Membra nutrimenti*. Ius gallorũ confert dolori stomachi ex ventositate. *Membra expulsionis*. Ius galli veteris cum polypodio, & anetho confert colicæ valde. Caro gallinarum quæ pullæ sunt, augmentat sperma. Et ius prędictum cum polypodio soluit melãcholiam: & cum cartamo soluit phlegma. Quandoq; uerò decoquitur cum medicinis stypticis ad dysenteriam, & cum lacte ad ulcera vesicæ.[g] † [ ] *Venena*. Gallinæ scissæ sup cor suum aut gallus ponuntur super locum læsum a vermibus venenosis, & permutatur quaque hora, & prohibet nocumentum venenorũ, & in venenis bibitis etiam sorbetur eorum decoctio cũ anetho, & sale, & euomitur.

b B. postquam fuerint cibati fatigentur.
c B. antiquæ verò sunt malæ.
d B. Alia litera. Galli castrati, seu capones.
e B. alfethi.
f B. asfidbegi.
g †B. Ius gallorum confert febrib. chronicis.

De [a] [guasmeim.] Cap. 296.

a B. vsnae.

Guasmeim quid est? Est folium nil. *Natura*. Est in fine primi calidum, & in secundo siccum. *Operationes, et proprietates*. In ipso sunt stypticitas, & abstersio. *Decoratio*. Tingit capillos.

De [a] [gures.] Cap. 297.

a B. vres.

Gures quid est? Res rubea [b] † [ ] declinãs ad pallorẽ, similis tincturæ croci, & asportatur de Iamen, & dicitur ꝙ abraditur de arbore sua. *Natura*. Calida est & sicca in secundo. *Operationes & proprietates*. Est styptica. *Decoratio*. Confert panno, & lentiginibus. Quum ergò bibitur, cõfert [c] [sorditiei.] *Apostemata & † pustulæ*. Confert † pustulis. *Vulnera & ulcera*. Confert scabiei & pruritui, et † tineę, et impetigini.

b B. rosea.
c B. albaras.
† bothor.
† bothor.
† sahafati.

De [a] [guarascen.] Cap. 298.

a B. vresan.

Guarescen. *Membra oculi*. Sanguis alguarescen est bonus [b] [ulceribus] oculi. *Membra nutrimenti*. Caro eius difficilis est digestionis. *Membra expulsionis*. Caro eius constringit ventrem.

b B. vulneribus.

De [a] [guaril.] Cap. 299.

a B. vrel.

Guaril quid est? Est maxima figurarum [b] [alguasgon, et samambras] longam habens caudã: et paruum caput, et non est lacertus, lacertus enim non est, aut raro est nisi in ruribus, et caput, et corpus ipsius diuersa sunt alguaril, sed fortasse proximus est ei in naturis suis. *Natura*. Caro eius calida est multum. *Decoratio*. Confert stercus eius pãno, et lentiginibus, et impinguãt fortiter adeps et caro eius, et propriè quasdam mulieres. *Operationes & proprietates*. In ipso est virtus extrahens surculos et spinas. *Apostemata & † pustulæ*. Tritum stercus eius eradicat verrucas. *Membra oculi*. Stercus eius simile est stercori lacerti, ualet enim ad albuginem oculi.

b B. ex lacertis vel ligutis.
† bothor.

De [a] [guadai.] Cap. 300.

a B. vdha.

Guadai quid est? Est ostracum. *Operationes et proprietates*. Extrahit surculos et spinas.

Decoratio. Quod ex eo tritum est, abscindit uerrucas infixas, & pendentes contritum.

a B. hab alban.

De[a] [*grano ben.*] *Cap.* 301.

Granum ben. Iam diximus operationes eius in cap. b. quum diximus ben.

a B. hab algar.

De[a] [*grano lauri.*] *Cap.* 302.

Granum lauri. Ipsum est granum ademest: & est sicut auellana parua, & cortex eius ad nigredinem tendit, subtilis, quod cum premitur in duas separatur partes, duras, decliues ad citrinitatem, in quibus est parum boni odoris, & nos dicemus operationes eius in capitulo de [b] [gain.]

b B. lauro.

a B. hab alreló.

De[a] [*grano azelem.*] *Cap.* 303.

Granum azelem quid est? [b] [Dicitur piper nigrum: & est granum boni odoris, & saporis valde, & oritur in partibus Scecherazura.] *Natura*. Est calidum in secūdo, humidum in primo. *Decoratio*. Est impinguatiuum. *Membra expulsionis*. Augmentat sperma.

b B granū eius ē boni saporis, & oritur in partibus sherzur.

a B. hab almen sem, vel almisen.

De[a] [*grano anescen.*] *Cap.* 304.

Granum anescem quid est? Est granum existens in quantitate piperis, & in colore eius: veruntamen est facilius frangibile, sciinditur a medulla uehementis albedinis, cuius odor est bonus. *Natura*. Est calidum & siccum in secundo. *Membra nutrimenti*. Est bonum stomacho frigido [b] [valde.]

b B. mollificato.

a B. hab alnil.

De[a] [*grano nil.*] *Cap.* 305.

Granum nil quid est? Est cartamum Indum. *Electio*. Melius eius est ponderosum, planum, recens. *Natura*. Dixerunt quidam. Est calidum & siccum in primo. Et verum est, quòd est calidū & siccum perueniens ad tertium. *Decoratio*. Cōfert † lepre & vitiligini albe. *Membra nutrimenti*. Est conturbatiuum, faciens nauseam. *Membra expulsionis*. Solutione educit humores grossos, scilicet melancholiam, & phlegma fortiter, & uermes, & ascarides. *Permutatio*. Loco eius in solutione, & iuuamento in melancholia ponitur medietas ponderis de pulpa coloquintidæ cū sexta ponderis sui de lapide armeno.

† albaras, & morphex.

a B. hab alsēne.

De[a] [*grano asumne.*] *Cap.* 306.

Granum asumne quid est? b † [ ] Est arbor syluestris secundum quantitatem brachij habens alba folia, non tamen uehementis albedinis, cuius fructus est sicut piper, unctuosus, lacteus. & dixerunt quidam. Est semen [c] [sameno na.] *Natura*. Est calidum parum habens humiditatis. *Decoratio*. Est impinguatiuum. *Membra nutrimenti*. Tardatur eius digestio in stomacho, & quum digeritur, multiplicatur eius nutrimē tum. *Membra expulsionis*. Augmentat sperma, & excitat coitum.

b † B. eius.

c B. sameriuma.

De[a] [*grano pini.*] *Cap.* 307.

a B. hab alsenubar.

Granum pini quid est? Granum pini, est minus phistico, corticem habens [b] [minutum,] frāgibilem, rubeum: [c] † [finditur] a medulla alba, [d] † [ ] vnctuosa, suaui. & hæc sunt magna [e] [quę sunt pini, quæ nominatur bissus.] paruum verò est granūm triangulatum durioris corticis, & acutioris medullæ, & in ipso est [f] [acrimonia,] & ponticitas, & paruum est melius ad medicinam, quam ad cibum. *Natura*. Magnum est sicut ęquale, ad caliditatem declinans, & augmentatur humiditas ipsius. Et paruum est calidum & [g] [humidum in tertio.] *Operationes & proprietates*. In ipso est maturatio, & lenificatio, & resolutio, & mordicatio, & propriè in recente, sed eius mordicatio deletur, si infundatur in aqua, & complentur tunc eius [h] [applanatio] & glutinatio quāuis sint ante illud ambo reperta in ipso [i] [integre,] & eius substantia est terrea, aquea, in qua est parum acreitatis. *Decoratio*. Est impinguatiuum. *Instrumenta iuncturarum*. Granum pini magnum confert mollificationi, & debilitati corporis comestum, & exsiccat humiditatē corruptam, quæ est in eo. *Membra anhelitus et pectoris*. Paruum & magnum confert humiditatibus pulmonis putrefacti, & puri & fluxui sanguinis, & tussi, & propriè cū rob recente propter amaritudinem paucam, quæ est in ipso. Et quando coquitur cum uino dulci, est ad mundandum pus pulmonis bonum valde, & similiter eius cortex, & lignum, quādo ponuntur in electuarijs. *Membra nutrimenti*. Quādo ex eo fit emplastrum cum absinthio super stomachum, confortat ipsum. Et est difficilis digestionis [k] [leniens cibum;] uirtus eius mordicat stomachum, nisi infundatur in aqua calida. Comedant ergo ipsum calefacti cum tabarzet, & infrigidati cum melle, & tunc digeritur, & fit bonum, & est bonum stomacho. Inquit Dioscori. Est malum stomacho, sed uidetur quòd non sit ita, nisi quando [l] [aduritur, aut] rancidatur, & quòd fit infusum bonum, quoniam rectificatur eius corruptio, & frangitur eius uentositas. Et quando bibitur cum portulaca, sedatur eius mordicatio omnino, ita vt non sit mordicans. *Membra expulsionis*. Augmentum facit in coitu [m] † [ ] plurimum quum comeditur cum sesamo, & tabarzet, & melle, & penidijs: & saturati ex eo, & paruo faciunt dolorem ventris pungitiuum, sed eius theriaca est granum granati [n] [amarum] quod sugitur post ipsum: & ipsum vehementer abstergit humiditates renum, & uesicæ: & confortat eos ad retentionem urinæ, & sanat destillationem: & prohibet ulcera vesicæ, & lapidem: & prouocat, & confert ex eo cum absinthio facto emplastro.

b B. subtilem.
c † B. qui separatur.
d † B. tendente in longum.
e B. Alia litera. & huiusmodi granum est magnū ex arbore pini, quæ nominatur fesus, uel chassus, vel serbin.
f B. acuitas.
g B. siccus in secundo.
h B. lenitas.
i — B.
k B. multi nutrimenti.
l B. Alia litera. ex vetustate acquirit acuitatē &.
m † B. & in spermate.
n B. muzum.

ANNOTATIONES.

Pini fructus, ait Dioscoridis sententia uentriculum offendere, id tamen apud Diosc. nequaquam legitur, immò lib. 1. nuces pineas stomachi læsiones lenire testatur. Contra cuius sententiam stare author videtur libro tertio, quum pini grana ut plurimum uentriculo obnoxia esse adnotauit.

Cap 73. Fen 3. tract. 1. c. vlt. circa fin.

De

a B. hab alchalchel.

De [a] *[grano alkilkil.]* *Cap.* 308.

GRanum alkilkil quid est? Est sicut piper album, maius cartamo, non purè rotundũ, & frangitur a medulla unctuosa, boni saporis. Quidam autem dixerunt, est semen granati sylvestris, & dixerunt isti, eius radix est almugat. *Instrumenta iuncturarum.* Confortat corpora mollificata. *Operationes & proprietates.* Quod ex eo frixum est, est [b] [siccius.] *Decoratio.* Est impinguatiuum. *Membra capitis.* Facit soda, & propriè quãdo in secunda mensa comeditur super uinum. *Membra nutrimenti.* Plurimus vsus eius facit [c] [fastidium] & colericam passionem, & quum comeditur cum tabarzet, & zuccaro, & melle, digeritur, & quod ex eo frixum est, est melius, & non est eius humor malus, & paruum uehemẽter mordicat stomachum.

b B. Alia litera. leuius.
c B. nauseatiuã satietatem.

a B. hab alchadara.

De [a] *[grano uiridi.]* *Cap.* 309.

Granum uiride quid est? In fructu eius est stypticitas, & ipsius iuuamentum simile est iuuamento masticis, & eius gumma est melior gummis post masticem, & [b] [quæ ex ea magna est dicitur atharo] & eius quidem arbor nominatur albotin. *Natura.* Dixerunt quidam, quòd in eius oleo est lenificatio, & stypticitas, sicut est in oleo rosaceo, & ueritas est, calefactio grani uiridis est calefactio non [c] [minor.] eius uerò exsiccatiò, dum perseuerat humida, est parua, & quum exsiccatur, est in tertio, & eius gumma est calida, in qua est siccitas pauca. *Operationes & proprietates.* Est calefactiuum, lenificatiuum, & mundificatiuum, & in ipso est stypticitas, & eius gũma est plurimæ resolutionis quam mastix, quoniam est amarior, & in ipsa sunt parum stypticitatis, & est fortis abstersionis, & ĩ ipsa est apertio bona, & maturatio & lenificatio, & extrahit ex profundo, & in pluribus horis ponitur loco masticis, & suffumigatio albotin elõgatur a nocumento sicut suffumigatio thuris, & eius oleũ est compositum ex [d] [uirtutibus tribus cum virtute constrictiua.] & existimauerunt quidam, quòd in eius oleo est infrigidatio quædam. *Decoratio.* Abstergit pãnum, & faciem, & [e] [uiscus] albotin confert scissuris faciei. *Apostemata et † pustulæ.* Eius gumma maturat exituras duras. *Vulnera & vlcera.* Abstergit scabiem, & impetiginem, & ingreditur eius gumma in emplastris ad purganda [f] [ulcera] & exsiccat saniem, & sanat ulcera manifesta, & confert pruritui ulcerum, & scabiei ulcerosæ, & scabiei phlegmaticę, & † pustulæ phlegmaticæ. *Instrumenta iuncturarũ.* Ponitur eius oleum in oleis quæ sunt ad lassitudinem, & emplastris ad paralysim & torturam. *Membra capitis.* Eius gumma cum melle & oleo, est bona humiditati auris. *Membra oculi.* Eius fumus ingreditur in † collyrijs oculi, & conseruatione capillorum, & medicamento corrosionis palpebrarum. *Membra anhelitus & pectoris.* Cõfert doloribus pectoris more emplastri superpositum, & iunctum, & eius gumma est bona vlceribus pulmonis, & tussi antiquæ deglutita sola, aut cum dulcibus. *Membra nutrimenti.* Iuuatiua est splenis, & propriè [g] [ex] albotin, sed ipsa delet appetitum cibi, & similiter mundificat hepar. *Membra expulsionis.* Prouocat, & excitat coitum, & gumma eius etiam prouocat, & lenit uẽtrem, quũ accipitur ex ea auellana vna, aut nux in ieiunio, absque nocumento, & mundificat viscera, & abstergit renes. *Venena.* Bibitur gumma eius, & fructus eius cum vino ad morsum tutelæ.

b B. qui ex eo est magnus dicitur aldaru.
c B. parua.
d B. uirtute lenitiua cum uirtute styptica.
e B. & gluten siue gumma.
† bothor.
f B. uulnera.
† bothor.
† alcofol.
g —— B.

a B ientam.

De [a] *[gento.]* *Cap.* 110.

Gentum quid est? [b] [Est tesisie.] scilicet gummæ rutę montanæ.

b B tafasia.

a B. iembut.

De [a] *[gembut.]* *Cap.* 311.

Gembut quid est? [b] [Est rosa uineæ, sicut quidam sapientes dixerunt, &] est alkarnub anabathium, & de ipso quidem iam dictum est in capitulo de cha. *Natura.* Eius frigus, & caliditas sunt parua, & est siccum in secundo. *Operationes et proprietates.* Eius [c] [fructus uomitum facit] sine mordicatione. *Membra expulsionis.* Prohibet fluxum ventris. *Venena.* Decoctio algembut interficit pulices.

b ——B.
c B. uirtus est uomitiua. Alia litera. virtus est mundificatiua.

a B. hegiem.

De [a] *gramine.]* *Cap.* 112.

Gramen. *Vulnera & ulcera.* Facit cohærere plagas sanguineas. *Membra expulsionis.* Eius decoctio extrahit lapidem. Et semen ipsius prouocat, & constringit.

a B. halch.

De [a] *[glutine.]* *Cap.* 113.

Gluten quid est? Iam locuti fuimus de glutine alimbat, & resina pini, & reliquis in suo loco. *Natura.* Gluten alimbat est calidum, deinde gluten cupressi, deinde est gumma pini. *Operationes & proprietates.* Est resolutiuum, [b] [sed gũma pini & gluten] cupressi non sunt uehementioris resolutionis, quàm gluten alimbat, quamuis sint calidiora eo.

b B. Alia litera & glutẽ pini, &c.

a B. hafus.

De [a] *[gallis.]* *Cap.* 314.

Gallæ. *Electio.* Meliores sunt immaturæ & põderosę, duræ: [b] [glaucę uerò] molles sunt paruæ virtutis, & aduruntur super prunas. *Natura.* Sunt frigidæ in primo, [c] [humidæ] in secundo. *Operationes & proprietates.* Constrictio earum est uehemens, & prohibet humiditates a cursu, & substantia earum est frigida terrea. *Decoratio.* Denigrat aqua earum capillos. *Vulnera, & ulcera.* Liniuntur in aceto super impetiginem, & auferunt eam, & si puluis earum sternatur super carnem additam, remouet eam. *Membra capitis.* Prohibent cursum humiditatum corruptarum ad linguam, & gingiuam, & conferũt [d] † [aphthis] & propriè in infantibus, & propriè cum aceto: & conferunt quum ponuntur in corrosione dentium: *Membra expulsionis.* Spargitur puluis earum super aquam, & bibitur ad [e] [vulnera] intestinorum, & ad fluxum antiquum, & similiter quando ponitur in [f] [medicinis,] conueniens est ad hanc operationem.

b B. russe uerò seu citrinę.
c B. siccę.
d B. alcosa.
† cola.
e B. ulcera.
f B. cibis.

a B. sech.

De [a] [galia.] Cap. 315.

b B Alia litera quia adulterata sumitur põdus de gallis, et de belha, & fit secundũ ꝙ fit alramoch.

c † B. Alia litera. & iuncturarum.

Galia quid est? Galia vera est sinia facta ex emblicis. nunc autem [b] [quoniam illud est difficile, sumitur pondus ipsorum de gallis, & albella, & fit secundum quòd fit alkimek.] *Natura*. Quę pura est, est calida in primo, sicca in secundo: & aromatica calida est in secundo. *Operationes et proprietates*. Est styptica, confortans viscera, & in aromatizata sunt apertio, & resolutio. *Instrumenta iuncturarum*. Est bona dolori neruorum. [c] † [ ] *Membra expulsionis*. Existimauerunt quidam, quòd galia aromatica augmentum efficit in coitu, & stringit uentrem, & confert fluxui.

a B. zamag.

De [a] [gummi.] Cap. 316.

b B. clarum.

c B. Alia litera. confortatione.

Gummi. *Electio*. Quod melius est, est Arabicum [b] [purum] parum habens ligni. *Natura*. Species gummi omnes, calidę sunt. *Operationes & proprietates*. Est stypticum, & glutiuatiuum cũ exsiccatione, & [c] [glutinatione.] Et gummi quidem acatię est fortius ualde, & ponitur propter hoc in medicinis theriacæ. *Membra anhelitus & pectoris*. Lenit tussim calidam, & expellit nocumentum ulcerum pulmonis. & clarificat uocē. *Membra nutrimenti*. Confortat stomachum.

De gariophyllo. Cap. 317.

a B. subtilis.
b B. Alia litera secundo.
c B. Oris.
d B. Acuit.

Gariophyllus quid est? Est sicut sãbacus, sed est nigrior, & qui masculus est, est sicut nucleus oliuę; & longior, & vehemētius niger, & est fructus arboris in insula Indiæ, & gluten ipsius existit in virtute glutinis albotin. *Electio*. Ille qui est melior, est similis nucleo sicco, suauis odoris, & [a] [acuti.] *Natura*. Calidus est & siccus in [b] [tertio.] *Decoratio*, [c] [Corporis] odorem bonum efficit. *Membra oculi*. [d] [Abstergit] visum, & cõfert pãno. *Membra nutrimenti*. Confortat stomachum, & hepar, & confert vomitui, & nauseę.

a B. chant.

De [a] [galbano.] Cap. 318.

b B. alhade fiat.
† bothor.
c —— B.
d B lactea. Alia litera perniciosa.

Galbanum, quid est? Est duarum specierum: una species eius est, quod est spumosum, leuis ponderis, vehementioris albedinis, & altera est eius quod est spissius, & grauius. *Electio*. Melius amborum est illud, quod est spissius. *Natura*. Est calidum in secundo, & exsiccatiuum in tertio. *Operationes & proprietates*. Virtus eius est lenitiua, resolutiua, carminatiua ventositatum, & est ex eis quæ corrumpunt carnem, & in ipso sunt calefactio, & inflammatio, & attractio, & resolutio. *Decoratio*. Eradicat [b] [lentigines.] *Apostemata & † pustulæ*. Confert [c] [apostematibus &] scrophulis. *Vulnera & ulcera*. Linitur super ulcera [d] [lenia] cum aceto. *Instrumenta iuncturarum*. Confert lassitudini, & alcuzez, & spasmo lacertorũ. *Membra capitis*. Confert sodæ, & epilepsiæ, & quando epilepticus ipsum odorat, reuiuiscit, et confert scotomiæ, & confert dolori molaris, et denti corroso subito, & confert doloribus frigidis in aure, & resoluit apostemata eius, & dolores ipsius sine impedimento, & illud quando soluitur in oleo de lilio, & tepidum fit, & destillatur in aurem. *Membra anhelitus & pectoris*. Confert asthmati, & tussi antiquæ. *Membra expulsionis*. Prouocat menstrua fortiter, & extrahit fœtus, et facit eos abortiri suppositum, & confert præfocationi matricis bibitum cum uino, & remouet difficultatē vrinæ. *Venena*. Est theriaca venenis, quæ imbibunt sagittas, quãdo bibitur cum uino, et uenenis serpentum, et scorpionũ, et fumus eius fugat venenosos uermes, et quando fit ex eo linimentum, non approximant ei ꝙ linitus est: et quando ex eo fit linimētum cum [e] [sacuduliõ] et oleo, interficitur ille qui de vermibus venenosis, ei qui linitus est, appropinquat. Et ipsum quidem omni veneno resistit, minus tamen quàm sit resistentia serapini. *Permutatio*. Loco eius serapinum ponitur.

e B. scolopendria.

ANNOTATIONES.

Galbanum comitiali morbo affectos ait excitare, quod ex Diosc. lib. 3. Sed contrarium scripsisse author uidetur, lib. 3. ubi huius suffitum comitialem morbum detegere asserebat.

Cap. 79. Fen 1. Tract. 5. cap. 10.

a B. roman.

De [a] [granato.] Cap. 319.

b B. ita et etiã in acetoso.
† bothor.
c B faciunt adhærere vulnera, quum sunt calida, seu recentia.
d † B. Alia litera. dentium & conferunt grana granati dolori.
e B. alcole.
f —— B.
g † B. & guttur.

Granatum. *Natura*. Illud quod est dulce, est frigidum ad primum, et humidum in ipso, et acetosum est frigidum et siccum in secundo. *Operationes & proprietates*. Acetosum reprimit choleram, et prohibet cursum superfluitatum ad viscera, et propriè vinum eius, et in omnib. speciebus eius [b] [vsque ad acetosum] est abstersio cum stypticitate. *Apostemata † & pustulæ*. Grana granati cum melle liniũtur ad panaritium. *Vulnera, & ulcera*. Grana granati cum melle liniuntur ad vlcera fraudulenta, et eius capita ad vulnera, et præcipuè adusta, et balaustię [c] [quidem cum caliditate sua faciunt adhærere uulnera .] Et dulce quidem lenificat, et totũ ipsius est parui nutrimenti, et est bonum. Muzum uerò quãdoque est magis iuuatiuum stomacho, quàm poma, et cydonia, sed eius granum est malum, et quod de partibus eius est magis stypticum, sunt capita; et grana eius styptica, sunt siue sint grana dulcium, aut nõ dulcium. *Membra capitis*. Grana granati cum melle conferunt dolori [d] † [ ] auris; et sunt linimentum interioris narium, et conferunt grana granati cũ melle contrita et commista [e] [colla] linita. Et si granata dulcia decoquantur cum vino, deinde terantur sicut sunt, et fiat ex eis emplastrum auri, conferunt apostemati eius bene. Et uinum granati, et rob eius, conferunt ebrietati, et rob acetosi propriè [f] [et conferunt cholera.] *Membra oculi*. Succus acetosi confert ungulę. *Membra anhelitus & pectoris*. Acetosum exasperat pectus [g] † [ ] et dulce lenit ipsum, et confortat pectus, et quando dantur in potu grana granatorum in aqua pluuiali, valent ad sputum sanguinis, et ipsum totum confert tremori cordis, et abstergit os stomachi. *Membra nutrimenti*. Granatum muzum confert inflammationi stomachi. Et dulce est conueniens stomacho propter illud, quod est in ipso de stypticitate subtili, et acetosum nocet stomacho, et cũ hoc

† sauich.

hoc grana granati sunt mala stomacho. Et eius † succus est conueniens desiderio prægnantiũ, & similiter rob eius, propriè acetosi, & vt sugat febriens de ipso post cibum suum, & prohibeat eleuationem vaporum est melius, quàm vt præmittat ipsum, & subleuētur materiæ ab inferioribus. *Membra expulsionis*. Acetosum est plurimũ prouocans vrinam, quàm dulce: & ambo sunt prouocatiua, & grana granati cum melle conferunt vlcerib. ani, & qđ acetosum est, nocet[h] [stomacho] & intestinis, & eius † succus confert solutioni cholericæ, & confortat stomachum, & cortex radicis granati cum vino extrahit vermes & ascarides, & assumitur cum sua dispositione, aut sumitur eius decoctio. *Febres*. Granatum muzum confert febribus acutis, & inflammationi stomachi, sed dulce multoties nocet acutas habentibus febres.

h B. Alia litera. ano.
† sauich.

ANNOTATIONES.

Malum punicum, ait, frigidum & humidum primo ordine quod dulce est, frigidum uerò & siccum secundo gradu quod acidum est. Verùm de actiuis qualitatibus Dioscor. lib. 1. dulcia calorem in ventriculo aliquantulum gignere testatur. De passiuis uerò Paulus lib. 7. malum punicum omne exsiccare, & astringere asserit. quamuis id dulcia minus agant quàm cætera. At Auer. lib. quinto Coll. omnia mala punica humectare tradidit.

Cap. 126.
cap. 40

De[a] [galanga.] Cap. 320.

a B. chaulengiã.

Galanga quid est? Frusta inuoluta, rubea, & nigra[b] [mesiriobe, & est casurudaru] ipsum. *Natura*. Est calidum & siccum in secundo. *Operationes, & proprietates*. Est subtile, resolutiuum uentositatum. *Decoratio*. Odorem oris efficit bonum. *Membra nutrimenti*. Est bonum stomacho, & est digestiuum cibi. *Membra expulsionis*. Confert colicæ, & dolori renum. & iuuat ad coitum. *Permutatio*. Loco eius ponitur[c] [kerfat gariophyllatum.]

b B. Mesargue dixit est casurudar.
c B. cherfæ gariophyllorum. Alia litera. pondus ipsius gariophyllorum.

De[a] [gubera.] Cap. 321.

a B. gubera.

Gubera. *Natura*. Frigida est in primo, sicca in fine secundi. *Operationes & proprietates*. Retinet omnem fluxum, & est minoris constrictionis, & stypticitatis quam zarur, & repugnat cholerae effusæ ad viscera, & quando ipsa administratur in secunda mensa, detardat ebrietatem. *Membra anhelitus & pectoris*. Confert tussi calidæ. *Membra nutrimenti*. Retinet uomitum. *Membra expulsionis*. Confert rasuræ cholericę, & retinet uētrem, & uomitum; & similiter zarur, & confert multitudini vrinæ.

De[a] [gagate.] Cap. 322.

a B. gagathi.

Gagates quid est? Lapis leuis, habens odorem asphalti. *Instrumenta iuncturarum*. Confert podagræ. *Membra capitis*. Quando suffumigatur ex ipso epilepticus, confert ei. *Membra expulsionis*. Confert præfocationi matricis. *Venena*. Effugat fumus eius uermes uenenosos.

De[a] [gailim.] Cap. 323.

a B. galiun galbun.

Gailim (*i. galion*) *Decoratio*. Est boni odoris. *Operationes & proprietates*. Est exsiccatiuum, congelatiuum lactis, & in ipso est parum acuitatis, & prohibet eruptionem sanguinis. *Vulnera & ulcera*. Confert adustioni ignis.

De[a] [gusume.] Cap. 324.

a B. gussune.

Gusume quid est? Est quòddam genus tuberum fungorum, quod exsiccatur, & coarctatur sicut cartilago, cuius figura est, sicut figura uasis parui contracti, quo pāni lauantur, & ingreditur in acetosis, & inest ei suauitas, sicut est suauitas cartilaginum, & plus. *Natura*. Non existit in frigore reliquorum tuberum, neque est mali humoris, sicut tubera, & existit in sapore eius carnositas quædam, & b [aquositas.]

b B. salsedo.

De[a] [garab.] Cap. 325.

a B. garab.

Garab (*i. salix*) quid est? Administratur cortex eius, & administratur gũma eius sup ipsam b [borach] bonum, & est de melioribus speciebus[c] [borach] ad comedendum. *Operationes & proprietates*. Flos eius, & folia ipsius, & amborum succus sunt ex exsiccatiuis, sine mordicatione, & in ipsa est[d] [stypticitas,] & eius cortex est in uirtute eius, sed est siccior. Et ex folijs quidem eius sumitur succus, & exsiccat sine mordicatione. *Decoratio*. Cinis arboris eius cum aceto exsiccat uerrucas, & incidit eas, siue sint[e] [inuersæ, siue non inuersæ,] & cortex radicis eius ingreditur ad linimentum capillorum. *Vulnera et ulcera*. Cortex & folia eius trita, quando ponuntur super incisionem, & uulnera recentia, conferunt. *Instrumenta iuncturarum*. Decoctio eius est est embroca bona podagræ. *Mēbra capitis*. Quando distillatur succus foliorũ eius cum oleo rosaceo bullito in cortice granati in aurem, confert dolori auris: & similiter cortex eius humidus, quando fit ex eo illud, & eius decoctio est ablutio furfurum. *Membra oculi*. Abstergunt gũma & flos eius obscuritatem uisus. *Membra anhelitus & pectoris*. Fructus eius confert sputo sanguinis, & cortices eius etiam. *Membra nutrimenti*. Succus eius extrahit sanguisugas.

b B. baurach.
c B. baurach.
d B. ponticitas.
e B. infixę in modum clauí, aut non infixę.

De[a] [galia.] Cap. 326.

a B. galię.

Galia. *Apostemata & † pustulæ*. Galia lenit apostemata dura. *Membra capitis*. Dissoluitur in oleo de ben, aut keiri, et distillatur in aurē dolorosam, et eius odoramentum cōfert epileptico, et uiuificat eos, et sedat soda frigidam, et quando datur de eo in vino, inebriat. *Membra anhelitus & pectoris*. Odor galię confortat cor. *Membra expulsionis*. Algalia confert doloribus matricis frigidis supposita, et apostematibus eius duris, et phlegmaticis, et prouocat menstrua, et facit matricem descendere prefocatam, et inclinatam, et mundificat ęam: et pręparat ipsam, ad impręgnationem.

† bothor.

LITERA H.

De a [homine.] Cap. 327.

a B. ausan.

Homo. *Decoratio*. Dicitur φ sperma hominis abstergit morphæã, et similiter sal urinarum

b B. factus in ære, seu in vase æneo & abstergit pannum, & stercus eius cōfert aludha.
† bothor.
† bothor.

narum infantium b [assumptus in ære abstergit pānum, et forsitan eius stercus confert sorditiei.] *Apostemata & † pustulę.* Fæx urinæ hominis sedat erysipilam, secundum quòd dicitur, et similiter eius stercus calidum, et cinis capillorum ipsius sanat † pustulas: et quando p̄misetur cum butyro, prohibet apostemata ambulatiua. *Vulnera et ulcera* Eius vrina abstergit scabiem vlcerosam, et pruritum, et prohibet serpiginem c † [ ] et impetiginem, et propriè sperma eius confert impetigini. *Instrumenta iuncturarum*. Dicitur quòd sanguis menstruus sedat dolorē podagræ, & similiter sperma hominis, & lac eius cū opio, et cum cera, et oleo. *Membra capitis.* Adustio capillorum eius cum oleo rosaceo distillatur in aurem, et d [dens dolens sedatur] secundum quòd dixerunt. Et saliua ieiuni extrahit vermes ex aure, et os hominis adustum datur in potu epileptico, et sordities auris hominis confert hemicraneæ. *Membra oculi.* Vrina eius quando coquitur cum melle in vase æneo, abstergit albuginem oculi, et confert palpitationi, & adustio capillorum eius cum lithargyrio prohibet scabiem, et pruritum in oculo. *Membra anhelitus & pectoris.* Dicitur q̄ vrina infantiū, quum bibitur, confert difficultati anhelitus, & dilatationi eius, & est curatio mala. Et lac mulieris confert ualde in cōsumptione, & est cura leporis marini. *Membra nutrimenti.* Dicunt quòd lac mulieris seuat mordicationem stomachi, & quòd e [ascaraiatu] vrinę eius confert icteritię propriè cum aqua mellis, & aqua ciceris, & similiter stercus eius. *Membra expulsionis.* Lac hominis prouocat urinam, et dicitur si supponatur sanguinis menstruus purus, prohibet impregnationem. Lac mulieris confert vlceribus matricis, & vulneribus eius, embrochatum & suppositum, Et vrina hominis dicitur abscindere solutionem, & purgare matricem secundum quantitatem duarum tertiarum libræ, decocta cum porris. *Febres.* Stercus siccum cum melle, aut uino, quando bibitur in febribus periodicis prohibet earum periodos. *Venena.* Lac mulieris est theriaca leporis marini. Et dētes hominis triti & puluerizati super morsuram viperæ, aut adusti & pulverizati. Et stercus eius pulverizatur super morsuram hominis, & eius sputum, dum ieiunus, interficit scorpiones, & serpētes.

c † B. fraudulēteam.

d B. & in dentem dolentem, & sedatur.

e B. saeraiati vnum.

De herba Iudaica. *Cap.* 328.

Herba Iudaica. *Natura.* Caliditas eius est supra æqualitatem a [& est † orobus, Gal. calidum in principio primi, siccum in secundo.]

a —— B.
† herbum.

De a [*hezeriascen.*] *Cap.* 329.

Hezeriascen quid est? Fructus eius est similis b [elhanakid] & vtuntur ipso preparatores coriorum, c [& quandoque sunt apud eos, qui faciunt syrupum ex ipso, frusta grossa similia frustis persici siccis.] Et est in principio suæ masticationis d [rancidum,] deinde apparet ei amaritudo, & loquemur de eo exquisitè ī c. de fesire.

a B. bezargiesan.
b B. borris.
c B. & illa, quæ sunt apud herbolatos seu apud eos qui herbas cognoscūt sunt frusta lignosa similia frustis p̄sici sicci.
d B. insipidum.
a B herthamā.

De a [*hareoman.*] *Cap.* 330.

Hareoman quid est? Est granum, cuius virtus est sicut virtus hordei: immò ipse est medium inter triticum & hordeum & ipsius † succus, & pultes eius magis sunt stypticæ, quam † succus hordei, & eius pultes. *Natura.* Est æquale declinans ad humiditatem. *Operationes & proprietates.* Exsiccat sine mordicatione, & in ipso est resolutio, & stypticitas simul.

† sauich.
† sauich.

De a [*henfistides.*] *Cap.* 331.

a B. heinfistidas.

Henfistides quid est? Succus plantæ, quæ dicitur barba hircina. Et eius succus est frigidus & stypticus, & dicetur in cap. barbę hircinæ, *Natura.* b † [ ] Declinat ad siccitatem.

b † B. est frigidus &.

De a [*hernue.*] *Cap.* 332.

a B. hernue.

Hernue quid est? Est simile piperi, nisi quia citrinitati appropinquat, boni odoris, simile xyloaloes, quod fertur de regione b [Sclauorum.] *Natura.* Est æquale. *Membra nutrimenti.* Confortat stomachum, & digestionem.

b B. Alia litera alsefade.

De a [*hearfelo.*] *Cap.* 333.

a B. heufilus.

Hearfelus quid est? Est lactuca asini, quæ dicetur in cap. de cha. *Natura.* Est frigida & humida, & in ipsa est exsiccatio, & calefactio parua. *Operationes et proprietates.* In ipsa est stypticitas.

De a [*hestdeen.*] *Cap.* 334.

a B. hesteb de hen.

Hestdeen quid est? Lignum Indum notum. *Instrumenta iuncturarum.* Eius proprietas est iuuamentum forte podagræ.

De a [*haasce.*] *Cap.* 335.

a B. haasa.

Haasce (*idest, thymus*) quid est? Est herba habens florem album declinantem ad rubedinē & cannas subtiles plurimas, similes cannę squināthi, aut calami aromatici. Et flos eius est flos rotundus. Et folia eius parua subtilia plurima. Et super ipsius extremitatem sunt capita parua purpurea. Dioscorides dicit. est arbor, cuius spinæ sunt paruæ, in quarum circuitu sunt folia parua subtilia, quæ plurimum nascitur super lapides. *Natura.* Calida est & sicca perueniens vsque ad tertium. Rufus verò inquit. Est siccior calamentho. *Operationes & proprietates.* Est resolutiua, incisiua, ita ut etiam sanguinem congelatū incidat: & resoluat, & est calefactiua, ita, ut eius syrupus prohibeat horripilationē hyemis. *Decoratio.* Resoluit verrucas. *Apostemata & † pustulæ.* Fit ex ea emplastrum cum aceto apostematibus phlegmaticis recentibus. *Instrumenta iuncturarum.* Bibitur ad debilitatem neruorum. Et cum sauich, & vino fit ex ea emplastrum super sciaticam, & syrupus eius cōfert doloribus, qui sunt sub hypochōdrijs. *Membra oculi.* Miscetur cum cibis, & seruat virtutem visus, & remouet eius debilitatem. *Membra anhelitus & pectoris.* Mundificat pectus, & pulmonem, & adiuuat ad spuendum, & sedat dolores hypochōdriorum, & pulmonis cocta & deglutita cum melle, & propter suam exsiccationem prohibet sputum sanguinis. *Membra nutrimenti.* Adiuuat digestionem, & eius

† bothor.

& eius syrupus remouet malitiã digestionis, & paucitatem appetitus. *Membra expulsionis*. Prouocat urinam,& menstrua,& solutione educit vermes. Et quum bibitur ex ea quod est inter drag.ij.vsq; ad iiij.soluendo educit phlegma absque impedimento sufficienter. *Permutatio*. Ponitur loco eius origanum montanum, & dicitur epithymum, & hasce loco eius.

a B.hasceth.

De [a] [*hasek.*] *Cap.* 336.

Hasek quid est? Qui syluestris est, terreitatis est plurimæ. Et domesticus ē plurimæ aqueitatis, & vniuersaliter est substantiæ humidę,& eius frigiditas non est pauca, † plurima, & substantiæ siccę,cuius frigiditas non est pauca. *Natura*. Hasek secundum Dioscoridem duas habet species,quę sunt frigidæ & siccę.Alij autem dixerunt, quòd est calidus in principio primi, & siccus in primo.Et est magis simile hasek nostræ terræ. *Operationes & proprietates*. In ipso est prohibitio effusionis materierum propter suã stypticitatem,& maturatio,& lenificatio. *Apostemata &* † *pustulæ*. Prohibet accidere apostemata calida, & effusionem materierum, & est bonus apostematib.gutturis.*Vulnera & ulcera*.Confert ulceribus antiquis, & putridis in carne cũ melle. *Membra capitis*.Est bonus vlceribus gingiuæ putridis. *Membra oculi*. Intrat succus eius in † collyria. *Membra anhelitus & pectoris*. Confert apostematibus circundantibus lacertos gutturis. *Membra expulsionis*. Augmentum efficit in coitu,& frangit lapidem renum,& uesicæ,& similiter eius succus,& cõfert difficultati urinæ, & colicæ. *Venena*. Duæ drag. fructus syluestris, morsui viperę,& duę drag.eius cum vino venenis perniciosis cõferunt, & ex decoctione eius, aspergitur locus, & interficit pulices.

† sed plurima.

† bothor.

† alcofol.

a B. harmel.

De [a] [*harmel.*] *Cap.* 337.

Harmel quid est? Nota est. *Operationes & proprietates*. Est incisiua,& subtiliatiua. *Instrumenta iuncturarum*.Est bona dolori iuncturarum,& sciaticæ,quum desuper linitur.*Membra capitis*. In ipsa est virtus faciens ebrietatem, quæ est sicut ebrietas vini, verbi gratia. *Membra oculi*. Dioscorides dixit quòd ipsa trita cum melle, & vino, & felle alcubugi,& gallinarum,& aqua fœniculi conueniens est debilitati visus. *Membra nutrimenti*. Facit nauseam fortiter. *Membra expulsionis*. Prouocat vrinam, & menstrua cum virtute,bibita,& linita,& confert etiam colicæ uentosę bibita & linita.

a B. halbib.

De [a] [*haltit.*] *Cap.* 338.

Haltit quid est? Est medicina Inda, similis hermodactylo albo. *Natura*. Calida est & sicca in tertio. *Instrumenta iuncturarum*. Potus eius confert podagre, & dolori iuncturarum. *Membra expulsionis*. Solutione educit phlegma,& humorem crudum,& vermes,& ascarides, & humores grossos.

a B. harsef.

De [a] [*harsafo.*] *Cap.* 339.

Harsafum (*idest,carduus*) quid est? Est quędam ex speciebus alcunker. *Natura*. Est temperata,ad caliditatem declinans, humida ad secundũ perueniẽs. Alcanzi inquit. Est frigida & humida. Inquit Musaia. Est sicut asparagus in operationibus suis;calida & humida in primo. Alij verò dixerunt quòd est calida in primo, humida in secũdo,& iam comparata fuit Galeno, quòd ipsa est apud eum calida in secundo. Apud me verò est, quòd eius genera plurima sunt diuersarum naturarum.*Operationes & proprietates*.Mundificat parum & exsiccat,& in ipsa est subtilitas. Alcanzi dixit, quòd ipsa generat melancholiã, & elongatus est. *Decoratio*. Confert linita alopeciæ: & aqua eius necat pediculos in capite ablu to ex ea, & remouet fœtorem ascellarum, & prouocatione sua vrinam fœtidã cum sua proprietate,quam habet in se. *Apostemata, &* † *pustulæ*. Resoluit apostemata dura. *Vulnera & ulcera*. Aqua eius confert pruritui duro sicco.*Membra capitis*. Aqua eius delet furfures. *Membra nutrimenti*. Facit nauseam, & propriè montana, & præcipuè radix eius, & eius gumma est alcunkar, & de ipso loquar postea in capitulo de [b] [Kef.] *Membra expulsionis*. Addit in coitu,& addit in prouocatione urinæ, & extrahit urinam fœtidam, & lenit naturam, & educit phlegma, & multoties constringit ventrem quando bibitur cum uino.

† bothor.

b B. Kenker.

De [a] [*handacocha.*] *Cap.* 340.

a B. handchuchi,velandachuchi.

Hãdacocha quid est? Ex ea alia est syluestris, & alia est domestica, & alia est Aegyptiaca, & fit ex eius semine panis. *Natura*. Inquit filius Iuragi,Calida est & sicca in fine secundi.Inquit filius Mesaugue,calida est in medio secundi.Et videtur quòd domesticæ caliditas sit propinqua in fine primi. *Operationes & proprietates*. Domestica est ęqualis abstersionis,& exsiccationis,et in syluestri est stypticitas cum calefactione,et eius oleum valet ad ventositates grossas.*Decoratio*.Syluestris confert pãno,et similiter domestica. *Vulnera & ulcera*. Succus domesticę cum melle mundificat vlcera.*Instrumenta iuncturarum*. Eius oleum est bonum doloribus iuncturarum ex uentositate,& apud timorem b [cõtractionis;] et iam sanati sunt eo quidem. *Membra capitis*. Facit soda. Et quando fit caputpurgium ex succo eius, confert ei qui cadit ex epilepsia. *Membra oculi*. Succus domesticæ confert albugini oculi, et panno ipsius,& propriè cum melle. *Membra anhelitus & pectoris*. Confert dolori laterũ ex phlegmate, et propriè syluestris,& facit accidere dolorem gutturis,et præfocationes:sed nocumento eius succurritur cum coriandro,& lactuca, et endiuia. *Membra nutrimenti*. Confert dolori stomachi frigidi,& ventositati,& eius oleũ confert principio hydropisis. *Membra expulsionis*. Prouocat vrinam,et mẽstrua, et syluestris cum vino,et semine molochiæ,est bona dolori uesicę,et eius oleum vtile est dolori testiculorũ, et dolori matricũ,et syluestris cõfert cholericę passioni,et constringit uentrem. & ipsa, & semen eius excitat coitum. *Febres*. Dicitur vt habẽs tertianam in potu sumat tria ex folijs eius,aut tria ex granis ipsius,et alterabunt circuitus febris,et quartanę quatuor ex quibus illorum duorum voluerit.

b B. alzamene.

voluerit. *Venena*. Quando aspergitur aqua eius super puncturam scorpionis sedat dolorem statim: &, si aspergitur super membrum sanum, excitat mordicationem & dolorẽ,& eius semẽ est fortius in curatione puncturæ scorpionis.

a B. haurum.

De a [hauro Romano.] Cap. 341.

b B. Haur rumi quid est? Nominatur achirus, seu achirufes.

Haurum Romanum quid est? Nominatur a chirosa.b [*Natura*.] Calefacit vehementer in tertio,& exsiccat in primo, & eius flos est vehemẽtioris calefactionis,& ipsius gumma est vltima in calefactione. *Membra capitis*. Eius fructus cum aceto confert epilepsiæ.

a B. hased, vel haubed.

De a [hasech.] Cap. 342.

Hasech quid est? Dixerunt quidam quòd est balaustia alhaure. *Instrumenta iuncturarum*. Nocet neruis,& facit euenire spasmum.

a B. hasis algiagi.

De a [herba uitri] i. parietaria. Cap. 343.

† bothor.

Herba uitri quid est? Hec est herba, qua uitrum abluitur. *Operationes & proprietates*. In ipsa est stypticitas cum humiditate, & est faciens adhærere,lenificatiua,mundificatiua. *Apostemata † & pustulæ*. Sedatiua est apostematum. Et dantur in potu folia eius ad erysipilam, & adustionem ignis, & præcipuè apostemata phlegmatica, & eius succus cum cerusa de plumbo ponitur super erysipilã,& formicam, & fit ex ea gargarismus ad apostemata ambarum amygdalarum. *Instrumenta iuncturarum*. Cum cerato super podagram ponitur. *Membra capitis*. Eius succus cum oleo ros. confert dolori auris,& ex succo eius cum pollice ponitur in palato ad apostemata ambarum amygdalarum. *Membra anhelitus & pectoris*. Sorbetur succus eius ad tussim antiquam. *Membra expulsionis*. Remouet hæmorrhoidas. b † [ ]

b † B. antiquas.

a B. harbe.

De a [harbato.] Cap. 344.

Harbatum (*idest, lonchitis*) quid est? Et dicitur angustus: semen eius triangulatum est; sicut lancea, & eius folia sunt triangulata similia folijs scolopendrię. *Natura*. Domesticæ caliditas est pauca,& syluestris caliditas est in secundo. *Vulnera & ulcera*. Consolidat recens vulnera. *Membra nutrimenti*. Eius cortex cum aceto super splenem confert,& eius folia sicca quando in potu sumuntur, sanant splenem. *Membra expulsionis*. Prouocant propriè folia illius, cuius folia sunt similia folijs scolopendriæ.

a B. halibi.

De a [halibio.] Cap. 345.

b B. caliditate.

† bothor.

Halibium quid est? Planta, quæ nominatur alibiem, quoniam ei inest proprietas sanandi apostemata emunctorij more emplastri superposita, & suspensa, & propter hoc nominatur alibien. Et est compositarum virtutum sicut rosa. *Natura*. In ipsa est uirtus infrigidatiua cum b [acrimonia,] quæ est in ea. *Operationes et proprietates*. Est resolutiua,& in ipsa est virtus infrigidatiua,pręparatiua. *Apostemata & † pustulæ*. Sanat apostemata accidentia in emunctorio, quum suspenditur super ipsa,ne dum sit more emplastri superponatur.

a B. hara.

b B. dinaruie.

De a [haze.] Cap. 346.

Haze quid est? Est zufere, & est b [aldinarugina.] Et iam diximus de ipso in ijs, quæ præterierunt.

a B. haasis.

b B. dixit alchuzi.

De a [hasaso.] Cap. 347.

c B. insipidi.

Hasasum quid? Est medicina Armena,& dicitur etiam Persica,& b [dixerũt Alchuz] quòd est fortior euphorbio,& quum eius potio augmentatur supra drag. interficit. *Natura*. Calida est & sicca in quarto. *Operationes & proprietates*. Est adustiua, saporis c [mali.] *Membra nutrimenti*. Est adurens stomachum, & faciens uomitum.

a B. haure.

De a [hauro] idest, electro. Cap. 348.

† alcohol.

Haurum quid est? Dicitur quòd gumma eius quæ ex hac arbore est Romana, est Karabe, & nos quidem de Karabe singulare faciemus capitulum. *Natura*. Est æqualis, ad siccitatem declinans paucam. *Operationes, & proprietates*. Est subtilis, & eius semen subtilius est, & non est uehemẽtis caliditatis. *Instrumenta iuncturarum*. Aureus ex fructu ipsius arboris confert sciaticę, & emplastrum factum ex folijs Romanæ cum aceto, confert dolori podagrę. *Membra capitis*. Tepefit succus foliorum eius,& distillatur in aurem,& sedat dolorem eius,& fructus eius confert epilepsiæ. *Membra oculi*. Ex eius fructu cum melle fit † collyrium, & est confortatiuum oculi. *Membra expulsionis*. Aureus ex fructu eius confert distillationi vrinæ, & aureus ex fructu eius cũ aceto post purgationem menstruorum, prohibet impręgnationem,& similiter folia eius.

a B. harba.

De a [harbe.] Cap. 349.

Harbe quid est? Nota est. *Membra oculi*. Dicitur quòd eius sanguis prohibet pilos oculi euulsos oriri. *Venena*. Dicitur quòd eius ouum est uenenum pernitiosum,& nos dicturi sumus illud in libro quarto.

a B. Kersene.

De a [herbo] idest, orobo.] Cap. 350.

b B. almelic est illud, quod de eo.

c B. in ichma. Alia litera, in galesi.

Herbum quid est? Dixerunt quidam est granum minus, quàm almelic in magnitudine lẽtis,non cum compressione rotundum, sed lateratum. Et eius color est inter cineritium, & citrinum,& ipsius sapor est inter saporem almes & lentis,quod comedunt boues, & nutriuntur ipso, Alkanzi uerò existimauit,quòd est granũ simile grano cydonij. apud me uerò b [est almelic,& propriè illud quod] est syluestre. Ipsum pręterea quandoque est album,decliue ad citrinum, sicut dicitur, & quandoque est rubeum. Inquit Dioscorides. Herba eius est parua,minuta habens folia,& semen ipsius est c [nitentius.] *Natura*. Est calidum in primo usque ad secundum,& siccum in tertio. *Operationes & proprietates*. Est abstersiuum, aperitiuum, & inest ei humor

mor malus, et ipsius rectificatio, est sicut rectificatio lupinorum, quod autem de ipso declinat ad albedinem, minus est medicinale, quam rubeum. Quum ergo decoquitur bis, destruitur eius abstersio, & remanet terreitas ipsius, quare nutrimentum præbet siccum. *Decoratio*. Linitũ super morphęam, pannum, & lentigines, & cicatrices est bonum, et colorem efficit bonum, & fit ex eo † succus, et datur de eo extenuatis sicut nux, & remouetur extenuatio, et eius decoctio ponitur super fissuras frigoris, et pruritũ eius [a] [accidentes manibus, & confert lacteæ.] *Apostemata & † pustulæ*. Lenit durities, et mammillarum duritiem propriè. *Vulnera & ulcera*. Mundificat vulnera cum melle. Et confert † tineę, & lenit durities ulcerum mortificantium carnem, et membrum, et confert igni persico, et mellino. *Membra anhelitus & pectoris*. Confert duritiei mammillarum, et facile efficit sputum [e] [saniei] grossæ. *Membra expulsionis*. Plurimus usus ipsius facit mingere sanguinẽ propter fortitudinem suæ prouocationis, et soluit naturam. Et quando cum aceto miscetur, & bibitur, confert difficultati vrinę, et sedat tenasmon, et dolorem pungitiuum uentris. *Venena*. Fit ex eo emplastrum cum vino super morsum viperæ, et morsum canis rabiosi, et hominis ieiuni.

† sauich.
d B. & bothor lactcis.
Alia litera. & gingiuis.
Alia litera. confert occultationi sãguinis, seu nigredini sãguinis sub cute retenti.
† bothor.
† sahafar.
e B. rei.

De [a] [hermodactylo.] Cap. 351.

a B. surengian.

Hermodactylus quid est? Est radix plantę habentis rosas albas, et citrinas. Et aperitur in primis, quum aperiuntur flores, et existit in [b] [planitiebus montium, et in angulis eorum,] et folia eius expansa sunt super terram. *Electio*. Melior est albus [c] [in introitu, et interius] durus ad frangendum. Et niger, et rubeus sunt mali ambo. *Natura*. Calidus est et siccus perueniens ad secundum. Et in ipso est humiditas superflua. Et existimauerunt quidam, quòd in albo est caliditas subtilis, et in alijs uirtus fortis, et si non, non solueret, et existimauerunt alij, quòd si esset calidus, [d] † [ ] mordicaret ulcera [e] [purus,] sed in ipso non est mordicatio penitus. Et existimaverunt alij, quòd est calidus valde. *Operationes, et proprietates*. Cum ipso est uirtus solutiua, et si sit in ipso stypticitas *Vulnera, & ulcera*. Albus est bonus uulneribus. *Instrumenta iuncturarum*. Confert podagræ, et sedat dolorem statim more emplastri superpositus. Et quum ex eo multoties fit emplastrum, indurat apostema, et in lapideam naturam cõuertit, et est conferẽs theriaca omnibus doloribus iuncturarũ, et propriè in horis fluxuum. *Membra nutrimenti*. Est malus stomacho debilitans eum, et rubeus, et niger, retinent medicinas solutiuas in stomacho, et attrahunt nocumentum maximum. *Membra expulsionis*. In ipso est uirtus solutiua, et efficit augmentum in coitu, propriè cum zingibere, & mentastro, et cymino. *Venena*. Rubeus et niger sunt venenum. *Permutatio*. Loco eius ponitur in doloribus iuncturarum pondus eius de folijs alcannæ, et medietas ponderis ipsius de bdellio uario.

b B. inferiori parte montium & in eminẽtijs, seu in collibus locorum planorum.
c B. exterius, & exterius.
d † B. tunc modicum ipsius.
e —— B.

De [a] [heiren.] Cap. 352.

a B. habitan, uel habitran.

Heiren. *Operationes & proprietates*. Est resolutiuum. *Membra capitis*. Confert ægritudinib. frigidis in cerebro, et prohibet coryzam frigiditatis. *Membra oculi*. Aqua eius acuit uisum.

De [a] [bausegi.] Cap. 353.

a B. hausegi.

Hausegi quid est? Est rubus, et [b] [in concauitatibus fructus a quibus procedit stipes quo tenetur, sunt folia.] *Apostemata & † pustulæ*. Folia omnium specierum eius conferunt erysipilæ superposita, vt emplastrum.

b B. est in chalalu.
† bothor.

De [a] [hausuro.] Cap. 354.

a B. hasler uel hassar.

Hausurum quid est? Arbor Arabica Iamena, et est unum de lacticinijs, et quidam dixerunt, quòd [b] [desurum est quædam species] interficiens sedentem in umbra eius. *Natura*. Est calida et sicca ad tertiũ, et siccitas ipsius est in quarto. *Operationes & proprietates*. In ipsa est stypticitas temperata. [c] [*Apostemata & † pustulæ*.] Confert † tineæ linita et impetigini. [d] [*Vulnera & ulcera*.] Linitur cum melle super † aphthas in ore infantium, et remouetur. *Membra expulsionis*. Soluit uentrem, et debilitat uiscera. *Venena*. Quędam species eius est, quæ nocet sedenti in umbra eius, et quandoque interficit eum. Caueatur ergo ab eo, et lactis eius tres drag. interficiũt in duobus diebus frangendo hepar, et pulmonem.

b B. de hausurum est quædã species.
c B. Decoratio.
† bothor.
† sahafari.
d B. Membra capitis.
† alcola.

De [a] [hirundine.] Cap. 355.

a B. chatas uel chataf.

Hirundo. *Membra capitis*. Dixit Dioscorides, quòd [b] [quando primus venter hirũdinis sciuditur] inueniũtur in ipso duo lapides, quorum unus habet vnum colorem, et alter habet colores plurimos: qui ponuntur [c] [in pelle uituli antequam ei accidat, ut coire appetat, et ad coitum incitetur, et ponuntur] super adiutorium epileptici, aut collum eius, iuuatur inde. Inquit, iam expertus illud fui, et sanatus est epilepticus. *Membra oculi*. Comedere hirundinem acuit uisum, & quandoque exsiccatur, & datur in potu de ea quaq; die. Et est potio eius. au. j. Et propriè adustum matris, & filij in vitro, quando ex eo fit † collyrium cum melle, confert. Et dicitur quòd cerebrum eius cum melle confert principio aquæ. Et similiter cerebrum vespertilionis. *Membra anhelitus & pectoris*. Tangitur palatum ex cinere eius ad squinãtiam, & confert, & similiter quando salitur, & exsiccatur, & bibitur de ea pondus aurei, confert squinantię.

b B. si scindatur uenter illius hirundinis, quæ generatur in ouo, quod prius peperit.
c B super pellẽ uituli antequã quàm super ipsam effundatur terra & ligetur.
† alcofol.

LITERA I.

De [a] [iusquiamo.] Cap. 356.

a B. bengi.

IVsquiamum quid est? Ex eo deterius & fraudulentius est nigrum: deinde rubeum: sed album est magis incolume, & est illud quod administratur. [b] [Et melius est ut non administretur. Et flos quidem nigri est Armeni coloris,] & flos rubei est citrinus, & flos albi est albus [c] [&] declinat ad citrinitatem. In eo verò, quo vtuntur, est vnctuosa humiditas. *Electio*. Ex eo melius est album. Si ergo non reperitur, administretur rubeum, & alienetur nigrum semper, veruntamen

b B. & duæ primæ species iusquiami non administrantur, & flos quidẽ nigri est argiuani coloris.
c B. aut.

tamen

tamen succus thyrsorum eius quandoque administratur loco opij. *Natura.* Nigrum frigidũ est, & siccum in fine tertij, & albũ in principio ipsius. *Operationes & proprietates*. Est stupefactiuũ, & abscindit fluxum sanguinis, & sedat sua stupefactione dolores percussiuos. *Decoratio.* Ingreditur in impinguando, propterea quod coagulat sanguinem, & congelat ipsum. *Apostemata &* † *pustulæ.* Sedat dolores eorum, & resoluit duritiem testiculorum, & confert erysipilæ. *Instrumenta iuncturarum*. Sedat dolorem podagræ epithimatum, & bibuntur tres kirat ex eo cum hydromelle [d] [ante, & si bibantur] ex folijs eius tria, aut quatuor cum vino, sanat corrosionem ossium. *Membra capitis*. Succus cuiuslibet generis ipsius acceptus sedat dolorem auris, & cum aceto, & oleo ros. dolorem dentium. Et similiter eius semen, & radix ipsius decocta in aceto, & eius oleum in omnib. illis, & est faciens subeth, & facit dormire. Et si ex folijs ipsius comedatur aliquid quantitatem habens, conturbat rationem. Et similiter si fiat clystere ex decoctione foliorum eius, & ex oleo ipsius distilletur in aurem, sedat dolorem eius. *Membra oculi.* Linitur super oculum semen eius, aut succus foliorum ipsius, et tunc sedabuntut dolores oculi praui, & administratur rob eius, aut succus foliorum ipsius, aut semen eius linitum, & prohibẽt fluxus ad ipsum. *Membra anhelitus & pectoris*. Quum bibuntur ex semine eius duo anulusat, conferũt sputo sanguinis superfluo, & fit ex folijs eius emplastrum apostematibus mammillæ, & quandoque ponitur in medicinis, quæ sunt ad sedandam tussim. Et linitur super apostemata mammillarum post prægnationem, & prohibet, & delet ipsa. *Membra expulsionis*. Eius succus valet dolori matricis, & abscindit fluxum sanguinis eius, & fit emplastrum cum folijs ipsius super apostemata testiculi. *Venena*. Est venenũ, quo ratio permiscetur, & destruit memoriam, & facit prouenire præfocationem, & maniam.

† bothor.

d B. & dicitur si bibatur.

De [a] [*ireos*.] *Cap.* 357.

a B. aiersa.

Ireos quid est? Est radix lilij cœlestis, & est ex herbis habentibus stipitem, & super ipsum flores diuersi compositi ex albo, & citrino, & cœlesti, & purpureo, & propter hoc nominatur ireos [b] [.s. arcus cusa.] Et istę radices sunt nodosę, & folia eius sunt [c] [parua.] Et quãdo ueterascunt, a vermibus perforantur. *Electio*. Quod ex ea bonum est, est durum, spissum, compactum, breue, declinans ad rubedinem aliquantulam, boni odoris: non odoratur ex ea odor limi. Et est mordicatiua linguæ, & mouet sternutationem cum fortitudine. *Natura.* Est calida, & sicca in fine [d] [tertij.] *Operationes & proprietates*. Est digestiua, aperitiua abstersiua, mundificatiua, & eius succus resoluit cum aqua mellis, & purgat phlegma grossum, & educit ipsum. *Decoratio.* Cũ æquali quantitate ellebori purgat pãnum, & lentigines, & efficit illud sola. *Apostemata &* † *pustulæ.* Quæ ex ea elixata est, lenificat duritiem, & apostemata grossa, & scrophulas, & † pustulas lenes. *Vulnera & ulcera.* Confert ulceribus sordidis, & facit carnem nasci in fistulis, etiam si puluerizetur, & uestit os carne. *Instrumenta iuncturarum*.

b B. chaus chaza.
c B. tenuia, uel subtilia.
d B. secundi.
† bothor.
† bothor.

Eius oleum resoluit lassitudinem, & quando bibitur cum aceto, aut vino, confert spasmo, & contritioni lacertorum, & clysterizatio eius cõfert sciaticę. *Membra capitis.* Facit dormire, & remouet soda antiquam, & quando permiscetur cum oleo ros. & aceto, vini prohibet soda sola, & facit sternutationem, & collutio oris ex decoctione ipsius sedat dolorem dentium, & sedat oleum eius cum aceto sonitũ auris, & prohibet rheumatismos antiquos, & aufert oleum eius fœtorem narium, & eius decoctio etiam [e] [tremori.] *Membra oculi*. Attrahit lachrymas. *Membra anhelitus & pectoris.* Sedat dolorem lateris, & pleuresis, & confert tussi, & præcipuè ab humiditate grossa, & peripneumonię, & difficultati anhelitus, & squinantiæ. Et expellit superfluitates in pectore retentas, quarum expulsio est difficilis, cum subtiliatione sua vltima, cum apertione, & bibitur in ęgritudinibus pectoris cũ rob'. & collutio oris ex eo facta [f] [nocet vuluę] *Membra nutrimenti*. Sedat dolorem hepatis, & splenis frigidorum, quando bibitur cum aceto, & propriè splenis, & confert hydropisi. *Membra expulsionis*. Aperit orificia uenarũ hæmorrhoidarum, & remouet dolorem pungitiuum, & aufert gonorrheam, & plurimam pollutionem, & prouocat menstrua cum vino, & fit encatisma in decoctione eius propter duritiem matricis, & dolores eius frigidos, & administratio suppositorij eius cum melle facit abortiri, & eius oleum iuuatiuum est matrici, & soluendo educit aquam citrinam, & choleram, & phlegma, quando bibitur ex veteri eius confracto, & eius quidem potio debet esse ab vnc. s. vsque ad aur. vij. *Febres*. Eius oleum remouet frigus. & tremorem. *Venena*. Quando bibitur cum aceto, confert venenis omnibus.

e B. Alia litera timori.
f B. detumescere facit vuluam apostematam.

De a [*iumar.*] *Cap.* 358.

a B. gieman.

Iumar quid est? Notum est. *Natura.* Est frigidum in secundo, siccum in primo. *Operationes & proprietates.* Est stypticum. *Membra anhelitus & pectoris*. Confert asperitati gutturis. *Membra expulsionis.* Constringit solutionem, & fluxum sanguinis. *Venena.* Est bonũ puncturę vespæ more emplastri superpositum.

De a [*iumeiz.*] *Cap.* 359.

a B. giumeiz.

Iumeiz quid est? Inuenitur in Aegypto, & Syria similis ficui, & dicetur de ipso in capitulo de ficu.

De [*iar fluminis*.] *Cap.* 360.

a B. Iumar fluuialis, uel giar fluuialis.

Iar fluminis quid est? Est planta floris similis nenuphari, & est submersa in aqua, ex qua parum apparet, et ipso quidem est propinqua virtuti b [albitbat.] *Natura.* Frigida est, & styptica. *Vulnera & ulcera.* Conueniens est ulceribus fraudulentis, & pruritui.

b B. bathbatb.

De a [*iesu.*] *Cap.* 362.

a B. giassus.

Iesus. *Proprietates*. Est proxima naturæ, & virtuti gilbenech, et eius quidem potio est pondus. drag. s.

De

a B. heinfarichun.
b B. alharan.
c B. sunt frangibiles, & eius semen.
d B. fructu eius quod includit semen cũ cortice exteriori, & non sit contentus aliquis semine.
† bothor.

De [a] [Hypericon.] Cap. 362.

Hypericon nominatur Arabicè [b] [alharib] & nominatur Syriacè vua damonis, quid est? Thyrsi et flos [c] [puluerulentus, et eius gummi] est citrinum ad rubedinem declinans, et est similis figuræ sumach; ueruntamen non est in eius rubedine. *Electio.* Gal. dixit. detur in potu ex [d] [semine eius, et non sit contentus aliquis flore] eius solo. *Natura.* Calidus est in secundo, siccus in fine eius. *Operationes et proprietates.* Est subtiliatiuum aperitiuum, liquefactiuum, resolutiuum. *Apostemata & † pustulæ.* Confert apostematibus frigidis, & duris, magnis. *Vulnera & vlcera.* Emplastrum foliorum eius confert adustioni ignis, & cõsolidat plagas, & vlcera mala, & quando teritur, & pulverizatur super vlcera tremula, & putrida, confert. *Instrumenta iuncturarum.* Confert dolori anchæ, & sciaticæ decoctum cũ uino, propriè quum bibitur. xl. dieb. continuis. Ipsum enim sanat sciaticam. *Membra expulsionis.* Prouocat vrinã, & prouocare menstrua est eius proprietas, & eius [e] [succus] soluendo educit choleram. *Permutatio.* Loco eius ponitur pondus ipsius de squinantho, & pondus ipsius de radice capparis.

e B. semen.

a B. iusarathab.
b B. aliat.
c B. fluida quare decoquitur, & ispissatur ibi.
† bothor.

De [a] [isopo humida. i. æsypo.] Cap. 363.

Isopus humida quid est? Est sordities aggregata super lanam [b] [iliorum ouium] in Armenia, & sternitur super herbas tithymalorum, & accipit virtutes, & lac earũ, & fortasse est [c] [currens. ergo coquitur & præparatur ibi.] *Natura.* Calida est in tertio, humida in primo. *Operationes, et proprietates.* Est maturatiua, resolutiua. *Apostemata & † pustulæ.* Resoluit apostemata dura, cum ex ea fit emplastrum. [d] [*Membra oculi.*] Confert apostematibus oculi linita, & bibita.] *Membra nutrimenti.* Confert frigiditati hepatis linita, & bibita. *Membra expulsionis.* Resoluit duritíes, quę sunt in partibus vesicæ, & matricis, & confert frigiditati earum, & frigiditati renum.

a B. iusa iabes.
b B. algamer.
† bothor.
c —— B.
tarfati.
d B. asma & tussim antiquam.

De [a] [isopo sicca.] Cap. 364.

Isopus sicca (*i. Hyssopus*) quid est? Alia est mõtana, & alia est hortiua. *Natura.* Calida est, & sicca in tertio, & est subtilis, sicut origanum. *Decoratio.* Eius potus colorem efficit bonum, & eius [b] [gumera] abstergit uestigia in facie. *Apostemata & † pustulæ.* Resoluit apostemata dura bibita cum uino. *Membra capitis.* Eius decoctio cum aceto [c] [& oxymelle] sedat dolorem dentis, & vapor decoctionis eius cum ficubus confert sonitui in aure cum traiectorio sumptus. *Membra oculi.* Coquitur, deinde fit ex ea emplastrum † suggillationi, & sanguini mortuo sub palpebra. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert pectori, & pulmoni patientibus [d] [a dispnæa, & tussi antiquis [& eius decoctio cum ficubus, & melle similiter, & apostematibus duris, & anhelitui dilatationis, & gargarismus ex ea confert etiã pręfocationi intrinsecæ. *Membra nutrimenti.* Emplastrum factum ex ea cum ficubus, & baurach cõfert spleni, & infusio eius bibita, & confert hydropysi. *Membra expulsionis.* Soluendo educit phlegma, & ascarides, & uermes, & quando miscetur cum cordumeni, & ireos, confortatur eius solutio. [e] [*Permutatio.*] Loco eius ponitur sampsuci tantundem & medium.

e —— B.

a B. iabruha, i. mandragora.
b B. s. plantæ, quę est.
c B. frangibilitatem.
d † B. Alia litera. frigoris.
† bothor.
† bothor.

De [a] [iabrol.] Cap. 365.

Iabrol quid est? Radix mandragoræ syluestris, & est radix omnis mandragoræ, magna, similis formæ hominis, propter hoc ergo nominatur mandragora. Mandragora enim est nomen imaginis naturalis [b] [. s. sicut plãta existẽs] in forma hominis. Aequale enim est siue sit intentio huius nominis inuenta, aut non inuẽta, multa nanque nomina significant secundum intentiones non inuentas: forma autem mandragoræ inuenta est lignum cineritium declinans ad [c] [contritionem] magnam, sicut costus magnus. *Natura.* Est frigida in tertio: sicca in ipso, et in ipso est aliquantulum caliditatis secũdum quòd existimant quidam. Radix verò est fortis [d] † [ ] desiccatiua, et cortex radicis est debilis. folia autem administrantur exsiccata, & humida etiam conferũt, et in mandragora ipsa est humiditas. *Operationes, & proprietates.* Est narcotica, & habet lachrymam, et habet succum, sed eius succus est fortior lachryma ipsius. Qui autem vult, vt aliquod ex membris suis secetur, bibat tres anulusat ex ea in vino, et faciet subeth, et dicitur quòd quãdo cum radice eius coquitur dens elephantis. vj. horis, lenit ipsum, et fit facilis obedientia eius. *Decoratio.* Fricatur cum folijs eius albaras per hebdomadam, et deletur absque vlceratione, & propriè si inueniuntur humida et lenia, et lac mandragoræ euellit lentigines, et pãnum sine mordicatione. *Apostemata & † pustulæ.* Administratur super apostemata, et † pustulas duras, & dubellet, & scrophulas, et confert. Et quando teritur radix eius multũ, et ponitur cum aceto super erysipilã, sanat eã. *Instrumenta iuncturarum.* Ex radice eius cũ sauich fit emplastrum ad dolorem iuncturarũ. *Membra capitis.* Facit subeth, et facit somnum, & quãdo ponitur in uino, inebriat uehementer, & quandoque supponitur in ano, et facit subeth, et odoratio eius facit subeth uehemẽter, & hęc est habens folia alba, quę crus non habet, et dicitur masculus, et multus vsus mandragoræ, et odoramentum eius faciunt possidere apoplexiã, et propriè habentis folia alba, et quandoque fit ex ea ad expellendas vigilias, & ad attrahendum somnum syrupus, et remouet vigilias, et est, vt ponantur ex corticibus radicum eius tres hemine in metrolijs vini dulcis, et bibũtur ex eo tres anulasat. Et quandoque decoquuntur cortices etiam in vino, donec assumat uinum fortitudinẽ eius, et administratur ex eo ad hoc, vt faciat subeth plus, et ad hoc vt dormire faciat minus. Et existimo quòd intentio in hoc, est aggregatio caliditatis. *Membra oculi.* Eius lachryma ĩ medicinis oculi sedat dolorem superfluum, et fit ex folijs eius etiam emplastrum. *Membra nutrimenti.* Sumitur ex lachryma eius. vnc. j. cum mellicrato, et uomitu educit choleram et phlegma sicut elleborus. *Membra expulsionis.* Supponitur medietas anulasat ex lachryma eius, et prouocat, et extrahit fœtum. Et semen mandragoræ

mundificat

mundificat matricem quando bibitur, & si misceetur cum sulphure quod ignis non tetigit, & supponat ipsum mulier, abscindet fluxum matricis. Lac mādragorę soluēdo educit phlegma, & choleram. Quum enim paruus puer mandragoram errando assumit, accidunt ei vomitus, & solutio ventris, & fortasse moritur. *Venena.* Cum melle & oleo ponitur super puncturas. Et dixerunt, quòd propriè species, quæ videtur antidotus, habet folia alba, veruntamen folia eius parua sunt bezahar vuæ lupinæ pernitiosæ, & illā, quæ ex ea pernitiosa est, antecedunt accidentia præfocationis matricis, & rubedo faciei, & exitus oculorum, & tumor faciei etiam ac si esset ebrius. Cuius quidem cura sunt butyrum, & mel, & uomitus.

ANNOTATIONES.

Mandragoram in tertio refrigerantium, & exsiccantium ordine collocat, id quod de radice dumtaxat intelligendum est, quę tamen si tertio ordine, an alio exsiccet, nec Galen. nec Paul. scribit. Verum unum author scribit de radice, eam esse dicens fortis frigoris, desiccatiuam, eius verò corticem debilem. Huius tamen contrarium, & Galen. 7. simpl. & Paul. lib. 7. scripsere nempe cortices radice multo esse vehementiores.

a B. lezach aldeb.

De [a] [*eo quo aurum adhæret.*] *Cap.* 366.

Id quo aurum adhæret (*idest, chrysocolla,*) quid est? Hoc nomen conuenit ammoniaco, de quo nos iā locuti fuimus. Et quandoque conuenit cuidam rei, quæ fit ex vrina infantium mota in mortario æreo cū aceto in sole, donec coaguletur. Et quādoque est ex minera; generatur enim in minera [b] [ex vapore,] & resoluitur aqua calida, deinde coagulatur. Et hoc est illud de quo nunc loquemur. *Electio.* Clarum, mundum, & propriè [c] [tertium] & artificiale est fortius, & subtilius, deinde minerale adustum. *Natura.* Calidum est [d] [valde.] *Operationes, et proprietates.* Est abstersiuum, constrictiuum, calefactiuum, putrefactiuum, subtiliatiuum, mordicatiuum, parum resolutiuum, desiccatiuum cum fortitudine. Et eius resolutio est vehementior mordicatione eius, & similiter eius desiccatio. Et ipsum dissoluit absque mordicatiōe plurima, & quod de eo est artificiale, est vehemētis exsiccationis, et minoris mordicationis propter subtilitatem suam additam. Quumque minerale aduritur, augmentatur eius subtilitas, & est perueniens ad summum in his capitulis. *Vulnera & ulcera.* Eliquat carnem, & ad medicamen optimum ulceribus difficilis consolidationis. *Membra nutrimenti.* Est [e] [desiccatiuum] constrictiuum.

b B. viridis æris

c B. firmum.

d B. acutum.

e B. nauseatiuū.

a B. harar.

De [a] [*iunipero.*] *Cap.* 367.

Iuniperus quid est? Est cupressus syluestris, & eius quidem, alia est parua, alia magna, [b] [& arbor multiplicatur in terris Romanorum, & in occidente, & assumuntur ex ea ligna ad fabricas magnas.] *Natura.* Est declinans ad caliditatem, & siccitatem, & semen eius est calidum in primo, siccum in secundo. *Operationes & proprietates.* Est calefactiua, subtiliatiua, carminatiua, & in fructu eius cum hoc est stypticitas, & nō est in ipsa stypticitas in reliquis partib. arboris eius. *Instrumenta iuncturarum.* Est bona attritioni lacertorum. *Membra anhelitus & pectoris.* Est bona doloribus pectoris, & tussi. *Membra nutrimenti.* Mundificat, & aperit oppilationes in eis, et est bona stomacho bibita, & ad inflationem in ipso. *Membra expulsionis.* Prouocat ambo, et est bona præfocationi matricis, et doloribus eius. *Venena.* Expellit nocumentū puncturę vermium uenenosorum, & suffumigatio ex qualibet earum, et ex qualibet parte arboris eius facta effugat vermes uenenosos.

b —— B.

a B. harab.

De [a] [*iuiubis.*] *Cap.* 368.

Iuiube. *Electio.* Meliores sunt maiores earum. *Natura.* Frigidæ sunt in primo, æquales in siccitate, & humiditate, & sunt declinantes parum ad humiditatem. *Operationes & proprietates.* Confert acuitati sanguinis calidi, et existimo quòd illud est, propterea quòd ingrossant sanguinē, et viscosum faciunt ipsum, et illorum existimatio qui putant, quòd ipsæ clarificēt sanguinem, & lauent eum, est existimatio corrupta, ad quā ego non declino, & nutrimentū earum [b] † [ ] & digestio [c] [sunt difficilia] sermo quidem in eis bonus est ille, quem dixit Galenus. Non reperi iuiubas in conseruanda sanitate, et remouenda ęgritudine aliquid operantes; sed reperi eas difficilis digestionis, & pauci nutrimenti. *Membra anhelitus & pectoris.* Conferunt pectori, et pulmoni. *Membra nutrimenti.* Sunt malæ stomacho, difficilis digestionis. *Membra expulsionis.* Existimat quidam, quòd conferunt dolori renum et uesicæ.

b † B est parū.

c B. est difficilia.

a B. aldib.

De interfectore [a] [*adeib.*] *Cap.* 369.

b B. aldib.

Interfector adeib,] [b] *Operationes & proprietates.* Virtus eius est virtus strangulatoris leopardi; nisi quia eius proprietas est in [c] [adib.]

c B. aldib.

De interfectore canis. *Cap.* 370.

Interfector canis. *Membra capitis.* Facit accidere fluxum sanguinis narium. *Membra anhelitus & pectoris.* Facit accidere sputum sanguinis. *Venena.* Interficit canes velociter, & facit euenire in hominibus fluxum sanguinis narium, et sputum sanguinis.

LITERA K.

a B. Karabe.

De [a] [*karabe.*] *idest electro.* *Cap.* 371.

Karabe quid est? Gumma sicut sandaraca, tendens ad citrinitatem, & albedinem, & peruietatem, & quandoque declinat ad rubedinem, quæ attrahit paleas, & [b] [fracturas] plantarum ad se, et propter hoc nominatur karabe, scilicet rapiens paleas, persicè. Et ipsa quidem composita est ex aqueitate tepida, et terreitate iam subtiliata, & est gumma arboris, quæ diciter [c] [nux] Romana, quæ est composita ex terreitate subtili, et aqueitate [d] [sicca.] *Natura.* Est calida, parumper sicca in secundo. *Operationes & pro-*

b B. frusta subtilia.

c B. haur.

d B. Alia litera tepida.

& proprietates. Est restrictiua, & propriè sanguinis cuiuscunque loci fuerit: & eius uirtus est similis uirtuti floris suæ arboris scilicet floris [e] [nucis,] sed est eo frigidior. *Apostemata &* † *pustulæ*. Dixerunt quidam quod suspenditur super apostemata calida, & confert eis. *Membra capitis*. Retinet fluxum sanguinis narium, & descendentis a capite ad pulmonem. *Membra anhelitus & pectoris*. Karabe confert tremori cordis, quum bibitur ex eo medietas aurei cum aqua frigida: & prohibet sputum sanguinis valde. *Membra nutrimenti*. Retinet vomitum, & prohibet materias malas a stomacho, & cũ mastiche confortat stomachum. *Membra expulsionis*. Retinet fluxum sanguinis ex matrice, & ano, & fluxum ventris, & confert tenasmoni.

e B.haur.
† bothor.

De [a] [*Karmezik.*] *Cap.* 372.

a B.karmazech

Karmezik quid est? Est fructus tamarisci, de quo iam locuti fuimus in capitulo de tamarisco. *Natura*. Est frigidus in primo, siccus in secundo.

De [a] [*Kusele.*] *Cap.* 407.

a B.kusila.

Kusele quid est? Est lignum sicut rubea, quod nigredo cooperit. *Natura*. Est calidum & humidum in terminis primi. *Operationes et proprietates*. Est glutinatiuum, & frangit uirtutem medicinarum acutarum sicut gummi. *Decoratio*. Est impinguatiuum.

De [a] [*Kemelio.*] *Cap.* 374.

a B.kemaliun.

Kemelium quid est? Est species mezerion nigra, mortifera, & est etiam notum nomine [b] [hamelium.] & nos quidem iã diximus ipsum in capitulo de [c] [ha.]

b chameliun
c B.cha.

De [a] [*Kebikengi.*] *Cap.* 375.

a B. kebikengi.

Kebikengi (*idest, ranunculus*) quid est? Eius species sunt quatuor, dixit Dioscorides. una species eius est, cuius folia sunt similia folijs coriandri, sed sunt latiora folijs eius, ad albedinẽ declinantia, & flos eius est citrinus, & quandoque est purpureus, cuius longitudo peruenit vsque ad duos cubitos, & eius radix est non grossa, & ipsius radix est alba, & habet uirgulta similia uirgultis ellebori: & oritur in ripis cursus aquarum. & est species eius alia fortius cineritia, quam illa, longiorem habens radicem, folia habens [b] [regulata] quæ nominatur [c] [lupinus syluestris,] & est alia parua ualde aurei coloris, & quarta est similis tertiæ: ueruntamẽ flos eius est albus lacteus. *Natura*. Est calida & sicca in tertio. *Operationes & proprietates*. Omnes sunt calidæ, acutæ, ulceratiuæ, abstersiuæ, excoriatiuæ, mordicatiuę cutis facientis pruritum. *Decoratio*. Folia, & stipites eius antequam desiccentur, eradicant albaras, & albedinem vnguium. *Apostemata &* † *pustulæ*. Eradicat scabiem, & sanat verrucas, & quæ sunt ut claui, & glandulas pendentes, quibus nocet frigus. *Vulnera, et ulcera*. Decoquitur & embrochatur † tineæ cum aqua eius tepida, & confert. *Membra capitis*. Eius radices [d] [sunt exsiccantes sternutationibus fortibus, & quod ex eis tertium est, confert percussionibus] dentium.

b B. ordinatim incisa.
c B. Alia litera. apium syluestre
† bothor.
† sahafat.
d B. exsiccatæ sunt ex sternutatoriis fortibus, & contritæ conferunt pulsationibus.

De [a] [*Kekengi.*] *Cap.* 376.

a B. Kekenegi.

Kekengi quid est? Virtus eius est proxima virtuti vuæ [b] [lupinæ,] & propriè virtus foliorum eius. *Natura*. Est frigida & sicca ad secundum perueniens. *Vulnera & ulcera*. Suo succo conseruat vlcera, & delet duritiem fistularum, & vlcera auris antiqua. *Membra anhelitus et pectoris*. Confert asthmati, & inflationi, & difficultati anhelitus. *Membra nutrimenti*. Cõfert icteritiæ. *Membra expulsionis*. Confert vlceribus viarum urinę.

b B.vulpinæ.

De [a] [*Kenkezred.*] *Cap.* 377.

a B.Kenkerezed

Kenkezred quid est? Est gumma alcorsof. & iam dictum est de eo [b] [quod est Kurket.] *Natura*. Est calidum & siccum in secundo.

b B.de Kurkuẽ

De [a] [*Kustberkusti.*] *Cap.* 378.

a B.kestberkest.

Kustberkusti quid est? Est similis filis inuolutis ad inuicem, quorum numerus secũdum plurimum est.v.& inuoluuntur super radicem vnam, & eius color ad nigredinem declinat & citrinitatem, & non habet plurimum saporẽ. & dixerunt quidam, quòd est [b] [albarsekar.] Alij verò dixerunt, quòd virtus eius est sicut virtus [c] [albarsekar:] & hoc est sanius. *Natura*. Est calidus & siccus in secundo. *Operationes, & proprietates*. Est subtilis.

b B.est albedeschian.
c B.albedeschian.

De [a] [*kildaru.*] *Cap.* 379.

a B.kildaru.

Kildaru quid est? Est [b] [asaraxi,] & nos quidem loquemur de ipso in sequentibus, in capitulo de sin.

b B.alfarax.

De [a] [*kemescir.*] *Cap.* 380.

a B.kemanscit.

Kemescir quid est? Est in dispositionibus [b] [alicusir] sed ipsum est fortius plurimum. *Natura*. Est calidum, & siccum in tertio virtuose. *Operationes & proprietates*. Est liquefactiuum, resolutiuum. *Membra expulsionis*. Prouocat urinam, & menstrua, & eijcit fœtum virtuosè, & virtus eius in hoc comparem non habet, & neque habet comparem soluendo aquositatem.

b B.giausit.

De [a] [*kormidenen.*] *Cap.* 381.

a B.Karmedane

Kormidenen [b] [quid est?] Est granum, quod medici laudant. *Membra expulsionis*. Prouocat urinam, & menstrua, & calefacit vuluam valde: & soluit [c] [saniem & aquam.]

b B. karmedane.
c B. aquam & choleram.

De [a] *keusauguen.*] *Cap.* 382.

a B.katuan.

Keusauguen quid est? Est nomen herbæ, & existimo quod Keuzauguen est lingua bouis Persicè. *Membra anhelitus & pectoris*. Proprietas eius lętificare, & tristitiam remouere.

a B.Kallem.

De [a] [*karon.*] *Cap.* 383.

Karon quid est? Est lignum Indum, cuius allatio ad terram nostram multiplicatur. non ergo elongatur quin sit almugat Indum. *Instrumenta iuncturarum.* Est magni iuuamenti in negotio fracturæ, & torsionis, & dislocationis.

a B.kasem.

De [a] [*keisin.*] *Cap.* 384.

Keisin. *Natura*. Semen & radix eius calefactiua sunt. & semen ipsius est calefactiuum, & exsiccatiuum in secundo. *Operationes et proprietates*. Expellit ventositates, & aperit. *Membra nutrimenti.* Est maturatiuum, digestiuum, resolutiuum ventositatis, præcipuè in stomacho, & confortat ipsum. *Membra expulsionis*. Pondus. drag. .i. ex eo solutione educit vermes, & ascarides, & prouocat menstrua virtuose, scilicet semen eius. *Venena*. Confert puncturæ vermium venenosorum.

a B.Kuzikendé.

De [a] [*kuzkenden.*]. *Cap.* 385.

b B.asne.

c B. bagaded nominatur nux handez, uel secundum aliã literam nux genden.

Kuzkenden quid est? Est res leuis sicut [b] [alhusnati] lutea: & ĩ Kakia nominatur stercus columbarũ, & in [c] [Baldach, & in Aegypto nominatur kenden.] *Electio.* Quæ ex ea melior est, barbarica est: sed Rakia est debilis. *Natura.* Est calida & humida in primo, & dicitur quòd infrigidat parumper: sed non est firmatum. *Operationes, & proprietates.* Exsiccat, & in ipsa est extinctio, & dixerunt quidam, quòd ipsa incidit sanguinem, & ex proprietatibus quidem eius est, quod assumuntur decem lib. mellis, & xx. libr. aquę, & [d] [kileie] ex ea, & concutiuntur bene, & cooperitur os vasis, & fit vinum statim. *Decoratio*. Impinguat. *Membra expulsionis*. Augmentum efficit in coitu.

d B.kilgie.

a B.kessengi.

De [a] [*kebenzkesenz.*] *Cap.* 386.

b B.kessengi.

c B.renum, uel cuius magnitudo est magnitudo renum.

d B. incisũ ualde habens incisiones.

Kebenzkesenz] [b] quid est?] Quiddam de genere tuberum solidum adunatum in magnitudine [c] [testiculi] veruntamen est [d] [verrucatum habens verrucas] profundas, quod nascitur in arena, sicut nascũtur tubera & fungi, suaue valde, quod in nostra terra multiplicatur in locis quę sunt ultra fluuium, & in Corasceni etiã, & nos quidem non audiuimus ab aliquo vnquam, quod tantum inferat nocumentum quantũ fungi, & tubera. Quumq; ipsorum sapor tuberum sapori comparatur, est parumper declinans ad dulcedinem. *Natura*. Habet frigiditatem maiorem frigiditate reliquorum tuberum, & fungorum, & neque est vacuum ab humiditate extranea, cum siccitate substantiæ. *Operationes & proprietates.* Est extinguens grossum.

a B.kerfe alcarũ fel.

De [a] [*kerfe aromaticum.*] *Cap.* 387.

b B.Kerfe.

c B. Alia litera. tertio.

Kerfe aromaticum quid est? Est cortex grossus, colorem habens [b] [purpureum,] quod habet saporem gariophylli absque dulcedine cinnamomi, quamuis sit dulcius quam gariophyllus: & est debilius in operationibus suis, quam gariophyllus. *Natura.* Est calidum & siccum in [c] [secundo.]

a B. kerfe ki... ni.

De [a] [*kerse cinnamomi.*] *Cap.* 388.

Kerse cinnamomi quid est? dicitur quod est de cinnamomo, & dicitur quod est alterius generis. & ipsum quidem est durum sicut cinnamomum: de ipso tamen est quoddam, quod nõ durescit: & de ipso est quod est lineatum, & aliud est album frãgibile velociter. & ipsum quidem cinnamomum est debilius. & dictum est de ipso in cap. cinnamomi.

a B. keikhe..

De [a] [*keiken.*] *Cap.* 389.

b B. In ipso ... conglutinatio parua.

Keiken quid est? Est gumma horribilis saporis: & asportatur de regione occidentis, & existimauerunt quidam, quòd est sandaraca, sed non est firmum, & quandoque quidem suffumigatur ex eo cum myrrha & sigia. *Operationes & proprietates.* [b] [In ipsa est nutrimẽtum paruũ.] *Decoratio*. Mundificat ulcerum uestigia velociter, & in ipsa est extenuatiua virtus quãdo quaque die bibuntur de ea tres quartæ. drag. j. cum oxymelle, aut aqua. *Membra capitis*. Nihil æquiparatur ei in remouendo dolorem dentium, & casum gingiuæ. *Membra oculi*. Acuit uisum. *Membra anhelitus, et pectoris*. Confert asthmati cum melle, & vtuntur ea luctantes. *Membra nutrimenti*. Quando de eo bibitur tribus diebus cum oxymelle, extenuat splenem ualde. *Membra expulsionis*. Prouocat menstrua cum aqua mellis.

a B. Bothen.

De [a] [*kotto.*] *Cap.* 390.

Kottum. *Natura.* Semen eius est calefactiuũ, lenitiuum. *Membra anhelitus & pectoris*. Grana eius sunt bona pectori & tussi. *Membra expulsionis.* Semina eius sunt lenitiua ventris, & succus foliorum eius, confert solutioni puerorum.

a B. keted.

De [a] [*keted.*] *Cap.* 391.

Keted quid est? De gumma eius dictum est in capitulo de kef. cuius quidem gumma est dragagantum. *Natura.* Est frigidum & siccum.

a B. kali.

De [a] [*kali.*] *Cap.* 392.

Kali. *Operationes & proprietates*. Est calidum, adustiuum, abstersiuum, corrosiuum fortius quam sal. *Decoratio*. Confert morpheæ. *Vulnera & ulcera*. Confert scabiei, & corrodit carnem additam.

LITERA L.

a B. arnebb...

De [a] [*lepore syluestri.*] *Cap.* 394.

Lepus syluestris quid est? Coagulum huius leporis facit omnia, quæ diximus in cap. de coagulis, subtilius, & melius, & inest operationis additio. [b] [*Natura.* Frigidus est & siccus, & rectificatio est cum melle. *Electio*. De eo qui in domib. nutritur, adusto, sumitur in potu me dietas. drag.] *Decoratio.* Eius sanguis mundificat pannum, & cinis capitis eius est etiam medicamen

men bonum habenti alopeciam,& propriè marini. Quumq; uenter leporis sumitur sicut est cũ uisceribus,& frigendo super sartaginem aduritur, est medicamen originis pilorum super caput, quum conteritur,& administratur cũ oleo ros. *Instrumenta iuncturarum*. Eius cerebrum assatum confert tremori accidenti ex successione ægritudinis. *Membra capitis*. Quum inunguntur gingiuę infantis ex cerebro ipsius, proprietate, quæ est in ipso, uelociter oriuntur dentes, & facile exeunt sine dolore; c † [ ] & similiter quum soluitur cum butyro ueteri, aut recenti, aut melle,& quum bibitur eius coagulũ cum aceto, confert epilepsiæ. d [*Membra nutrimenti*. Mundificat stomachum.] *Membra expulsionis*. Coagulum eius quum bibitur tribus diebus cũ aceto post purgationem menstruorum, prohibet impręgnationem, & mundificat humiditatem currẽtem ex matrice. Et sanguis quidem leporis frixus confert dysenteriæ,& apostemati intestinorum,& solutioni antiquæ. *Venena*. Coagulum leporis cum aceto est theriaca,& † antidotus uenenis. Et sanguis leporis frixus aufert uenenum sagittæ.

c † B. & illud propter proprietatem, quæ est in eo.

d —— B.

† bezahar.

De a [*locustis.*] *Cap.* 395.

a B.gierad.

Locustæ. *Electio*. Ex eis sunt meliores grossæ, quę alas non habent. *Decoratio*. Pedes earum eradicant uerrucas, secundum quod dicitur. *Membra nutrimenti*. Sumũtur ex rotundis earum. xij. grana.& abijciuntur capita,& extremitates earum, & ponitur cum eis parum myrti siccę, & bibuntur propter hydropisim sicut sunt. *Membra expulsionis*. Conferunt guttationi urinæ,& quando cum eis fit suffumigatio, conferunt difficultati eius, & præcipuè in mulierib. & fit cum eis b [uaporatio hæmorrhoidibus. *Venena*. Grossæ,quæ alas non habent, assantur, & comeduntur propter puncturam scorpionis.

b B.suffumigiũ.

De a [*lepore marino.*] *Cap.* 396.

a B. arnebbahari.

Lepus marinus quid est? Est animal ostracosum, b [luto sum,] declinans ad rubedinem aliquantulam, inter partes cuius sunt quædã similia folijs alusnem. *Decoratio*. Eius sanguis est calidus mundificans morpheam, & pannum. Et eius caput adustum generat pilos in alopecia propriè cum adipe vrsi,& in tyria valde. Quum ergo ex eo fit emplastrũ sicut est, abradit pilos. *Membra oculi*. Abstergit visum more emplastri superpositum,& sicut collyrium. *Venena*. Numeratur inter venenosas medicinas, |quę interficiunt cum vlceratione pulmonis.

b B.durum.

De a [*longo pipere.*] *Cap.* 397.

a B.darfulful.

Longum piper quid est? Res paruę sicut b [digiti] in figura floris salicis, qui cecidit: sed ipsum est minus, & est durum: solidum, & sapor eius in acuitate, proximus est sapori piperis, & est primus fructus piperis: quapropter est humidus, & comeditur, & non mordicat in primis gustum. *Electio*. Bonum est illud, quod non est c † [ ] iactum,& non dissoluitur in aqua tepida etiam si in ipsa remaneat tota die, & est simile piperi in sapore suo. *Natura*. Calidũ est in tertio, siccũ in secundo. *Operationes & proprietates*. Est resolutiuum: remouet ægritudines frigidas. *Membra oculi*. Cum aqua hepatis caprini assati, confert panno oculi. *Membra nutrimenti*. Digeritur,& facit appetitum, & confortat stomachũ. *Membra expulsionis*. In spermate facit augmentum,& valet vt zingiber.

b B.nodi extremi digitorum.

c † B.arte.

De a [*lycio.*] *Cap.* 398.

a B.hadad.

Lycium quid est? Magis vincens secundum existimationem est, quod Indum est, & est succus alfeluzaharagi, & falsificatur, ita quod latet probos medicos, & illud fit succo b [azeresc:] coquitur enim in aqua donec coaguletur, & virtus eius est propinqua substantiæ ignee subtili, & terreę frigidę. Quod autem de Mecha est, est res artificialis. *Electio*. Indum est fortius, quam illud de Mecha in re capillorum,& confortatione eorum,& illud de Mecha in apostematibus est fortius. *Natura*. Est temperatum in caliditate & frigiditate,& siccum in secundo. *Operationes & proprietates*. In Indo est resolutio, & stypticitas parua,& confert omni fluxui sanguinis,& eius resolutio est plurima stypticitate ipsius,& est in secundo in resolutione, est stypticitas eius minor exsiccatione ipsius, & in ipso est uirtus subtilis. *Decoratio*. Rubificat capillos, & confortat eos, & propriè Indum, & sanat pannum, & confert omne lycium panaritio. *Apostemata & † pustulæ*. Confert apostematibus c [fluxis] & formicæ. *Vulnera & vlcera*. Confert vtrunque ulceribus fraudulentis. *Instrumenta iuncturarum*. Constringit hoc membra. *Membra capitis*. Indum confert fluxui saniei ab aure,& vlceribus eius, & cum eo tangitur palatum propter † aphthas, & sanatur, & vlcera gingiuæ,& ęgritudines eius curat. *Membra oculi*. Confert ophthalmiæ, & abstergit corneam, & remouet pannum eius, & sanat scabiem oculi. *Membra anhelitus & pectoris*. Indum in potu datur ad sputum sanguinis & ad tussim. *Membra nutrimenti*. Bibitur Indũ, & prohibet ictéritiam nigram,& splenem, & similiter linitum, & ipsius arbor operatur illud, & confert fluxui stomaticho. *Membra expulsionis*. Confert fissurę ani, & bibitur, aut supponitur solutioni antiquę, et ei quę est ex debilitate stomachi, et dysenteriæ, & prouocat menstrua, et eius fructus recens soluendo educit phlegma aquosum, et confert vlceribus ani, et prohibet sciaticam, et confert hęmorrhoidib. *Venena*. Eius fructus confert perniciosis, et Indum datur in potu ad morsum canis rabiosi. *Permutatio*. Loco eius ponitur feluzaragi ęquale pondus, et aggregatis fausel, et sandalo æquale pondus ipsius.

b B.alzeresch.

† bothor.

c B.laxis.

† alcola.

De a [*lacerto.*] *Cap.* 399.

a B.hardun.

Lacertus quid est? Est b [athab] et eius natura vicina est naturæ c [stellionis: sed est melius stellione] propter illud quo nutritur. *Membra oculi*. Eius stercus albugini, et pruritui confert, et acuit uisum.

b B. aldab.

c B. guaril, seu urel & est similius urel.

a B.halzun.

De a [*limacia.*] *Cap.* 400.

Limacia quid est? Est ex summa ostracorum. *Operationes & proprietates*. Extinguit sanguinem. *Membra oculi*. b [Eius stercus] adustum confert ulceribus oculi.

b B. Quod ex eo est.

a B. hagiar ali lieud.

De a [*lapide Iudaico.*] *Cap* 401.

Lapis Iudaicus quid est? Est lapis sicut nux parua ad longitudinem paucam declinans, proximus figuræ amygdalæ, aut dactyli, quem secant lineę in suis extremitatibus, & lineæ alię latitudinales ei æquidistantes, & quare se secāt, & remanent ex eis sicut b [squammę paruæ lucidæ.] *Membra nutrimenti*. Debilitat stomachum, & non conuenit ei, & deijcit appetitum. *Membra expulsionis*. Confert lapidi renum, & extrahit ipsum, & potio eius sit .x. anulus at cum aqua calida, & dixerunt quidam quod ipse confert lapidi uesicæ, sed non est ita, & ipse est ex eis, quæ abscindunt sanguinem ani.

b B. puncta parua lucida.

a B. hagiar almetene.

De a [*lapide uesicæ.*] *Cap.* 402.

Lapis vesicę. *Membra expulsionis*. Dicitur quod ipse frangit lapidem renum, & uesicæ. Gal. verò dixit, quod nihil horum est.

a B. hagiar alsefengi.

De a [*lapide spongiæ*] *Cap.* 403.

Lapis spongiæ quid est? Est lapis inuentus in corpore spongiæ. *Membra expulsionis*. Frangit lapidem renum.

a B. hagiar lebenie, uel lebeni

De a [*lapide lacteo.*] *Cap.* 404.

Lapis lacteus (*.i. galactites.*) quid est? Quū iste lapis fricatur cum aqua, egreditur ex eo quiddam, quod est sicut lac, & hic quidem lapis est cineritij coloris, dulcis saporis, & teritur cum aqua, & seruatur, quod resoluitur ex eo in pyxide plumbi. *Natura*. Est temperatus. *Apostemata* † *et pustulæ*. Confert initio apostematum calidiorum, sed non peruenit ad hoc, ut tale iuuamentum conferat apud statum ipsorum, quo consequatur sanitas. *Membra oculi*. Ex fricatione eius cum aqua fit † collyrium, & prohibet cursum superfluitatum ad oculum, & ulcera accidentia in ipso.

† bothor.

† alcofol.

a B. hagiar alchaa.

De a [*lapide molari.*] *Cap.* 405.

Lapis molaris. *Apostemata &* † *pustulæ*. Vapor aceti ab eo prohibet fluxum sanguinis, & apostemata calida.

† bothor.

a B. hagiar almesen.

De a [*lapide in quo acuitur.*] *Cap.* 406.

Lapis in quo acuitur. *Decoratio*. Fricatio eius super mammillā & testiculum ponitur, ut non magnificentur. *Apostemata &* † *pustulæ*. Fricatio eius bona est apostematibus mammillæ calidis.

† bothor.

a B. hagiar alagi. i. lapis eburneus.

De a [*lapide alagi.*] *Cap.* 407.

Lapis alagi. *Operationes & proprietates*. Exsiccat, & abstergit, & retinet sanguinem. *Vulnera, et ulcera*. Prohibet fluxum sanguinis ex vulneribus & vlceribus.

De a [*lapide alkali.*] *Cap.* 408.

a B. hagiar alhasali.

Lapis alkali quid est? Est lapis qui habet fricationem superfluę dulcedinis, uerum est sicut lapis lacteus in omnibus suis operationibus. *Natura*. In ipso est caliditas quædam, & habet uirtutem alscedenegi.

De a *lapide lunæ..*] *Cap.* 409.

a B. hagiar alchamar.

Lapis lunæ quid est? Ipse dicitur splendor lunæ b † [ ] & inuenitur apud augmentum lunæ, & inuenitur in terra Arabum leuis. *Operationes et proprietates*. Suspenditur secundum quod dicitur super arborem, & fructificatur. *Membra capitis*. Sanat epilepsiam, & suspenditur super epilepticum, qui secundum terminum assumitur ab ea.

b † B. & spuma lunæ.

De a [*lapide semeito.*] *Cap.* 410.

a B. hagiar saichus uel sheithus.

Lapis semeitus quid est? Iste lapis in operationibus suis est sicut hæmatites, sed est b [minor.

b B. debilior.

De a [*lapide nigrorum*] *Cap.* 411.

a B. hagiar alhabasi.

Lapis nigrorum quid est? Lapis qui defertur ex b [nigris] declinans ad citrinitatem: fricatur, & egreditur ex eo fricatio mordicans linguam similis lacti. *Membra oculi*. Mundificat pānum oculi, quum non est cum apostemate, & ophthalmia, & confert uestigijs ulcerum in eo, & eradicat ungulam lenem.

b B. terris Indiæ minoris. Alia litera, terris alhabes.

De [*lapide afrogion.*] *Cap.* 412.

a B. hagiara fruchi uel afrugi.

Lapis afrogion. *Operationes & proprietates*. Exsiccat cum stypticitate, & mordicatione, & resolutione.

De a [*lapide serpentis.*] *Cap.* 413.

a B. hagiar alhaie.

Lapis serpentis. *Membra expulsionis*. Dicitur quòd ipse frangit lapidem in uesica, sed Gal. negat illud. *Venena*. Dicitur quod ipse confert sua suspensione morsui serpentis. Inquit Gal. Retulit illud quidam homo uerax.

De a [*lapide, qui extinguitur in oleo.*] *Cap.* 414.

a B. hagiar iesh fabalzaith, uel balzeit.

Lapis qui extinguitur b [in] oleo. *Operationes, & proprietates*. Lapis iste extinguitur oleo, & inflammatur aqua. *Venena*. Ex lapide isto fugiunt vermes uenenosi.

b B. cum.

De a [*lapide aneseb.*] *Cap.* 415.

a B. hagiar anesib.

Lapis aneseb. *Membra nutrimenti*. Est iuuatiuus stomachi ualde. Et Galen. quidem dixit, quod, quando fit ex eo suspensorium æquidistans stomacho, & suspenditur, confert † gulæ, & stomacho.

De

a B. hagiar alhe sechefe.
b B. ulcerib. pectoris & apostematib.

De [a] [lapide alesekifa.] Cap. 416.

Lapis alesekifa. *Membra pectoris*. Confert [b] [apostematibus & vlceribus] quæ sunt in vua valde.

a B. hagiar armeni.

De [a] [lapide armeno.] Cap. 417.

Lapis armenus quid est? In ipso est aliquātu lum azuli coloris. non tamen est in colore azuli, & non est in eius soliditate, sed est in eo arenositas quædam, & quandoque vtuntur eo tinctores & pictores loco azuli, & est lenis tactus. *Membra nutrimenti*. Est malus stomacho, & ille qui est ablutus non facit nauseam, & non ablutus facit nauseam, & in dispositionibus est malus stomacho. *Membra expulsionis*. Soluendo educit melancholiam fortius, quam lapis azuli, & iam contenti sunt eo, & dimittunt elleborum nigrum propter illud quod inueniunt in eo ad ægritudines melancholicas.

a B. thin machtum.

De [a] [luto sigillato.] Cap. 418.

b B. monte rubeo ex loco.

Lutum sigillatum quid est? Hoc lutum affertur de [b] [termino rubeo] qui nominatur lacuna, & non nominatur lacuna, nisi quia ipsa est terra plana profunda, in qua non est herba omnino, neque lapis, & iam retulit mihi quidam proprio ore qui uidit eam; hoc autem lutum dicitur lutum diuinum. & illud ideo, quoniam primus qui ipsum accepit, fuit mulier diuina in diebus. s. preteritis, & ipsum quidem dicitur magra diuina; quoniam ipsum vere est magra, quā diuina, quæ nominabatur Bartamise, accipiebat, & ad ciuitatem deferebat, & ponebat in aqua, & fiebat sicut puls, & dimittebat ipsam post motionem fortem quiescere, donec residebat, & effundebat ab ea illam aquam, & accipiebat rem grossam, & proijciebat eam, & utebatur qđ ex ea pingue erat, & viscosum, & faciebat ex eo lutum sicut cera. Apud Dioscoridem verò est lutum speluncæ illius loci confectum cum sanguine hircorum, & ipsum quidem quandoque adulteratur ita vt penitus non cognoscatur. *Electio*. Melius est illud quod non habet odorem, nisi odorem aluminis, & retinet sanguinem, quum currit ex ore, & annectitur linguæ, & pēdet ex ea. *Operationes & proprietates*. Inquit Paulus Non est medicina magis abscindens sanguinē quàm ipsum, & est fortius quàm lutū scemius, ita quòd membra non tolerant fortitudinem eius, quum habent apostema calidum propriè tenera, immò sentiunt ex eo asperitatem quandam, & est infrigidatiuum, glutinosum. *Apostemata & † pustulæ*. Confert in principio apostematum calidorum. *Vulnera & ulcera*. Consolidat vulnera recentia, & ulcera difficilia, & prohibet vlcerationem adustionis, & sanat ulcerationem eius. *Instrumenta iuncturarum*. Conseruat membra apud casum, & restaurat, & prohibet effusionem materierum ad manus, & pedes, & prohibet corrosionem. *Membra capitis*. Prohibet catarrhum, & prohibet cursum oris & gingiuæ. *Membra anhelitus & pectoris*. Conseruat uiscera apud casum, & confert extenuationi & ēt sputo sanguinis, propterea ꝙ exsiccat ulcus pulmonis. *Membra expulsionis*. Confert rasuræ intestinorum malignæ, bibitum, & clysterizatū, & propriè post clysterizationem cum hydromelle decliui ad puritatem, deinde aqua salis. *Venena*, Resistit venenis, & morsibus bibitum cum uino, & linitum cum aceto. & quod ex eo purum est, quum bibitur, non cessat facere nauseam, & facit venenum uomitu exire, & propriè quum ante ipsum bibitur. Inquit Galenus. [c] [medicamen gargarismatis] facti ex eo expertus sum in lepore marino, & cantharidibus, & inueni ipsū vomitu educens ea statim. & iam quidem expertus fui ipsum in morsu canis rabiosi cum vino, & liniui ipsum super morsum viperæ cum aceto, & posui super ipsum post linimentum folia scordion, aut centauream.

† bothor.

c B. medicamine grani alhatar.

De [a] [luto.] absolute. Cap. 419.

a B. thin.

Lutum absolute: *Natura*. Lutum omne infrigidatiuum est. *Operationes & proprietates*. Est desiccatiuum, abstersiuum, & lutum quidem [b]] calidum] terræ solaris est desiccatiuum corporū laxorum absque mordicatione propter suam glutinositatem, & quum ei non admiscetur nisi adustum, quod est sicut testa, & parietes adusti in sole, tunc in ipso est virtus resolutiua, ꝙ si uice alia lauetur, fit desiccatiuum cum æqualitate in caliditate & frigidate, subtile. *Decoratio*. Constringit carnem laxam. *Apostemata † & pustulæ*. In cerato ponitur super scrophulas & durities. *Membra nutrimenti*. Ex luto terræ solaris liniuntur hydropici, & splenetici, & iuuantur manifestè, & sanat [c] [carneum] multoties.

b B. alhar.
† bothor.
c B. carnosam.

De [a] [luto Armeno.] Cap. 42б.

a B. thin armeni.

Lutum Armenum quid est? Est lutum rubeum, declinans ad cineritium, notum, & alemum est ei propinquum in operatione. *Natura*. Frigidum est in primo, siccum in secundo. *Operationes & proprietates*. Retinet sanguinē, quoniam eius exsiccatio est in ultimo. *Apostemata & † pustulæ*. Confert apostematibus pestilentialibus bibitum & linitum, & prohibet ambulationem putredinis membrorum. *Vulnera & ulcera*. Mirabile est in re vulnerum. *Membra capitis*. Prohibet catarrhum, & confert † aphthis. *Mēbra anhelitus & pectoris*. Est bonū sputo sanguinis & ꝓhibet ꝓhthisim, ꝓpea quia exsiccat ulcus pulmonis, & est cura stricturæ anhelitus ex catarrhis. *Membra expulsionis*. Est bonum ulceribus intestinorum, & solutioni, & fluxui sanguinis matricis. *Febres*. Confert febribus [b] [ethicis] & pestilentialibus propriè, & plures quidē iam sanati sunt ex pestilentia magna propter consuetudinem bibendi ipsum in vino subtili. Et si bibitur in febre pestilētiæ, necessarium est, ut uinum perducat ipsum ad cor, & misceatur uinum illud cum aqua ros.

† bothor.
† cola.
b B. phthisicorum.

De [a] [luto Samio.] Cap. 421.

a B. thin samus

Lutum Samium quid est? Inquit Galenus. Nos vtimur eo ex hoc, ꝙ nominatur stella Samia.

mia. ego autem dico,quòd hominibus uidetur quòd illud sit talk: uerum de talk iam dixerunt ueridici, ꝙ ipsum inuenitur in terra Græcorum in insula Cypri. *Operationes et proprietates.* Lutum Samium dixit Gale. esse sicut sigillatum in retentione sanguinis,& rebus alijs, & est pluris acreitatis quàm sigillatũ,quapropter est leuius, immò est uehementis leuitatis, & est tenacius, & viscosius quàm sigillatum, sed sigillatum est fortius eo. *Natura.* Hoc est viscosum,tenax,glutinatiuum,non indigens ablutione, & infrigidatio est parua:& sedatio plurima. *Apostemata & † pustulæ.* Prohibet apostemata calida in inceptione,& † pustulas uehementius quàm reliqua luta, & confert apostematibus mammillarum. Et si infundatur, non sentitur in eo asperitas [b] [calefaciens,] sicut sentitur ex sigillato. *Vulnera & vlcera.* Et propter uehementiam suę tenacitatis non confert ulceribus adustionis ignis sicut sigillatum. *Instrumenta iuncturarum.* Cõfert in principio podagrę linitum. *Membra capitis.* Confert apostematibus, quæ sunt post aures. *Membra expulsionis.* Confert eruptioni sanguinis a matrice,& egressioni sanguinis cum egestione.

† bothor.

† bothor.

b B. contrahẽs.

De [a] [luto,quod comeditur.] Cap. 422.

a B. thin almacul.

Lutum,quod comeditur. *Operationes & proprietates.* Est oppilatiuum,corruptiuum complexionis: verùm ipsum confortat os stomachi,& delet [b] [eleuationem] cibi, & cum hoc ego nõ diligo ut administretur. Et habet proprietatem in prohibendo uomitum. Quod autem in ipso dicitur [c] [de bonitate anhelitus] est secundum comparationem desiderantium ipsum,& [d] [delectantium in ipso] propter illud,quod accidit de gaudio per acquisitionem eius quod desiderant.

b B. saporẽ malum.

c B. ꝙ ipsum bonificat anhelitũ vel secũdũ aliã literã, ꝙ ipsum bonificat stomachum.

d B. & qui ipsũ appetunt.

De [a] [luto terræ masticis.] Cap. 423.

a B. thin heled almastache.

Lutum terræ masticis. *Operationes & proprietates.* Est abstersiuum, lauatiuum, generatiuum carnis.

De [a] [luto Cretico.] Cap. 424.

a B. thin achrites.

Lutum Creticum. *Operationes, & proprietates.* Est plurimæ acreitatis:& est simile reliquis lutis prædictis, verum est debilius reliquis, & abstergit absque mordicatione, & debilitat sensus. *Membra oculi.* Confert ulceribus eorum,& inflãmationi eorum. *Membra expulsionis.* Alleuiat parturitionem,secundum quòd dicitur, & conseruat prægnantes suspensum super eas.

De [a] [luto chimolea.] Cap. 425.

a B. thin chimulia.

Lutum kimolea. *Operationes & proprietates.* Qđ de eo purum est, plurimi existit iuuamenti, & in ipso est infrigidatio, & resolutio,sed quum lauatur, destruitur eius resolutio. *Apostemata & † pustulæ.* Cum aceto ponitur super apostemata quæ sub [b] [stomacho] sunt. *Vulnera & vlcera.* Prohibet initium adustionis ab ulceratione.

† bothor.

b B. Alia litera. ano.

De [a] [luto uitis.] Cap. 246.

a B. thin alcharin.

Lutum uitis. *Operationes & proprietates.* Exsiccat non longe a mordicatione,& in ipso est aliquantulum resolutionis.

De [a] [luto magra.] Cap. 427.

a B. thin almagara.

Lutum magra. *Electio.* Melius est [b] [baldagdium] purum,non permixtum, brunum declinans ad rubedinem, & illud est quod dicitur Persice culsara. *Operationes & proprietates.* Existimauit Paulus,quòd ipsum est in operationibus stypticitatis, & exsiccationis melius quàm sigillatum. *Vulnera & ulcera.* Consolidat ulcera *Membra expulsionis.* Interficit vermes,& sorbetur super oua sorbilia, & retinet naturam, & confert ualde.

b B. bagadadiũ.

De [a] [lacticinio.] Cap. 428.

a B. lethuha.

Lacticinium quid est? Est omnis planta,quæ habet lac, acutum, solutiuum, incisiuum, adustiuum. Ex eo autem famosa sunt septem, alhascir,& alscebram,& aleibe,& hartanite & [b] [almemethena] & almezerion,& pentaphylli, qđ est habens folia quinque,omnia uero sunt mortifera. Plurima verò intentio in eis,est in lacte ipsorum, & inueniuntur quidem lacticiniorũ species,quæ sunt præter hęc famosa, sicut quædam species auriculę muris, & quædam species volubilis,& portulaca agrestis, & reliqua. Lac autem lacticinij absolutè est lac aleibe, & videtur quòd sit illud qđ nominatur theriaca [c] [alkarnem] & albusengi. & dixerunt etiam quòd lacticinia sunt septem genera ad ultimum:lacticinium quod dicitur masculus, & eius nomen est karakilus,& post ipsum omnes sunt fœminę,& eorum fortius est,quod similatur myrto, & nominatur burastius, deinde est arboreum generatum inter lapides: [d] † [ ] deinde illud quod assimilatur [e] [citro, & nominatur caurape scias.s.scirum,deinde albans] littoreum,quod nominatur marinum,quoniam nascitur in ipso. Et dixerunt uice alia,lacticiniorũ fortius est masculus prędictus,& radix eius longior cubito ad rubedinem declinans, plena lacte,et eius rami sunt similes ramis oliuæ, sed sunt longiores,et strictiores,et radix [f] [montana,] et oritur in altis locis asperis montanis. Fęminæ autẽ q̃ etiam nominatur nucalis, planta eius est,sicut planta herbę muris,sed est maior, et fortior,et capita foliorũ sunt spinosa, et egrediuntur ex radice eius stipites longitudinẽ palmi habentes,et fructificat vno anno, et non fructificat alio,et fructus iste mordicatiuus est linguæ,similis nuci,et est inferius primo in faciendo vomitum,et origo est sicut origo masculi, marinum autem quod dicitur [g] [panaritium;] habet stipites palmorum declinantes ad rubedinẽ,ꝑparatos,sup quos sunt quinque,aut sex folia subtilia,parua,longa parũper, et eius fructus est sicut † eruũ,et sunt eius folia similia folijs lini,et eius capita sunt dupla,rotũda, et flores ipsius albi.et dixerunt hoc est lacticinium,qđ dicitur [h] [almesenis] qđ est portulaca,sed eius folia sunt plurima,sed sunt strictiora,et uehemẽtius

b B. almaheudane.

c B. alfaraui.

d † B. Alia litera, deinde illud quod limitatur, & scitur, pter illud quod habet folia lata.

e B. cucumeri & nominatur marasias s. scirus deinde alyus seu alyrus.

f B. lignosa.

g B. alchalschasi.

† herbum.

h B. almecalmes, seu almesemin.

ro-

rotunda, ex cuius radice egrediuntur stipites rubei pleni lacte, quorum numerus est iiij. aut. v. & ipsius stipites habẽt comas, sicut anethum, & in ipsis est fructus eius, & eius origo sunt domus deserte, & circuitus ciuitatum secundum plurimum. Scirum autem habet stipitem in mẽsura unius palmi, & maiorem, & sunt folia eius similia folijs cupressi, & pini, sed subtiliora, & humidiora. Petrosum autem quod nominatur arboreum, habet folia sicut folia myrti parua, et sicut folia lacticinij masculi, et ipsum suprema habet humida, & plurimas habet comas, et hic est species lacticinij alia similis i [citrulo:] et radix eius, et folia ipsius soluunt omnem aqueitatem. *Electio*. Fortius quod in lacticinijs est, est eorum lac, deinde semen, postea radix, deinde folia, et quum dicitur lac lacticinij, k† [ ] est lac aleibe. *Natura*. Eius lac est calidum & siccũ in quarto, reliqua verò ipsius sunt in secundo, usque ad tertiũ. *Operationes, & proprietates*. Est ulceratiuum, interfectiuum, quumq; in lacunã ponitur pisces omnes eleuantur super aquam. *Decoratio*. Eradicat mora, et uerrucas, et l [alchanelim,] et carnes augmẽtatas in laterib. unguis, & eius lac abradit pilos, quum liniuntur ex eo, & propriè in sole, & qui nascuntur post illud, sunt debiles, & quum iteratur, non nascuntur omnino, et quandoque permiscetur cum oleo, ut frangatur eius malitia, & admistratur ad abradendum. *Vulnera & ulcera*. Ex eius radice cum aceto linitur durities, quæ est in circuitu fistularum, & resoluit eam, & eradicat impetiginẽ, & est conueniẽs ulceribus putridis, & corrosis, quum ponitur in cerato, & scabiei melancholicæ, & igni persico, & herpeti esthiomeno, & cãcrenis. *Membra expulsionis*. Eius lac distillatum super dentem corrosum frangit ipsum, & deijcit ipsum, & quandoque ponitur cum alkitran, ut sit magis frangens virtutem eius, sed melius est vt sanus locus muniatur cera, deinde distilletur in ipsum post illud lac, quando eius radix in aceto decoquitur, et ex eo os colluitur, sedatur dolor dentium. *Membra oculi*. Lac eius eradicat ungulam. *Membra expulsionis*. Eradicat hęmorrhoidas, & soluit phlegma, et aquositatẽ, et si distillentur ex lacte eius duę guttę, aut tres super ficum, et desiccentur, et assumatur, soluit sufficienter, et similiter in sauich et pane, et quando bibitur, & est purum, tunc est melius vt assumatur in cerato aut in cera, & tauo, vt non ulceret os & guttur, quandoque autem assumuntur stipites lacticinij humidi, & torrefiunt super m [concham ostraci] paulatim, & teruntur, et datur ex eis quantitas duorum Kermet cũ sauich, et effunditur desuper aqua, et bibitur. Eius nanque stipites sicci debiles ualde sunt. et speciei quidem, quę nominatur n [carupeion] stypites assumuntur, et in umbra siccantur, de quibus cortices assumuntur, et accipiuntur ex eis nouem Kermet, & infunduntur in uino ueteri die & nocte, deinde colatur & fit tepidum, postea bibitur, et soluit absque impedimento. *Permutatio*. Loco eius ponitur in euacuando aquositatem & phlegma, triplum ponderis eiusdẽ ireos, et duæ tertię ponderis sui o [oppopanacis.]

i B. cucumeri
k † B. absolute.
l B. alchilam.
m B. testam seu super uas terreũ
n B. chersiun.
o B. de serapino

De a [ladano.] Cap. 429.

a B. laden.

Ladanum quid est? Est humiditas pendens in pilis caprarum pascentium, & barbis earum, cum pascunt plantam quę nominatur b [† cusus.] Cadit enim super eam res, & aggregatur in ea humiditas, & permiscetur ille ros resudationi foliorum illius plantę. Quum ergo inficiuntur eo pili caprarum, & suspenditur in eis, assumitur ab eis ladanum, & illud quidem quod purum est, est quod pendet in barbis earum, in pilis earum, qui a terra eleuati sunt. Et malũ erit quod pendet in partibus inferioribus earum; quoniam conculcant ipsum cum arena & terra. *Electio*. Melius est illud quod est pingue, ponderosum & c [cabrosi,] boni odoris, quod ad citrinitatem declinat, & in quo nõ est arenositas, & resoluitur totum in oleo, & ex quo non remanet fęx. Nigrum uerò piceum est non bonũ. *Natura*. Est calidum in fine primi, siccum in secundo. Et dixit Alcanzi, quòd est frigidum & stypticum, sed non est ita. Quod autem est in regiõibus meridionalibus est calidius. *Operationes & proprietates*. Est subtile ualde, & est in ipso pauca stypticitas, & est maturatiuũ humiditatũ grossarũ viscosarũ, quas cũ ęqualitate resoluit, ĩ quo est virtus attractiua. Et est calefactiuum, aperitiuum orificiorum uenarum, & ingreditur in sedatione dolorum. *Decoratio*. Facit nasci pilos, & inspissat eos, & prolongat eos, & conseruat propriè cum oleo myrtino, & cum uino, & nõ facit hoc, nisi quoniam ipsum est subtile, & profundatur d [resolutiuũ,] & mundificat corruptionẽ corrodentem carnẽ, & est attractiuũ, attrahit enim materiã bonã ad pilos, uerùm ipsum non ualet cõferre caluiciei quum incipit, & casui pilorum, quum apparet cutis, & fluxui capillorum, & nõ peruenit ad hoc ut sanet alopeciã, quoniã materia alopecię, nõ resoluitur nisi uirtute quæ est supra uirtutẽ resolutionis eius, & uirtute subtiliore magis vacua stypticitate eius. *Vulnera et ulcera*. In catageni, laudanum consolidat ulcera duræ consolidationis. *Membra capitis*. Distillatur cum oleo ros. in aurem dolorosam, & ingreditur in medicinis soda & pulsationis. *Membra anhelitus et pectoris*. Confert tussi. *Mẽbra expulsionis*. Resoluit apostemata matricis suppositum in pessario, & extrahit fętum mortuum, et secundinam suffumigatione facta ex eo intraiectorio, et quando bibitur cum uino antiquo, constringit uentrem, et prouocat vrinam.

b B. chasus. † cistus.
c B. ex insu. Cypri.
d B. & resoluit.

De a [lubue.] Cap. 430.

a B. lebbi.

Lubue (i. styrax.) b [quid est? Est arbor sigic. arbor lubue est magna, cuius folia, et lignũ sunt similia arbori cydoniorum, et habet fructum album similẽ gallæ. Et in ipso est granum pingue. Et illud quod est in ipsa est melius, ex quo exprimitur oleum, et cortex huius arboris est storax, sicca. et eius aqua accipitur quum inciditur, ita vt exeat, et est mel lubue. Et illud quod egreditur ex granis eius dicitur sciregi storacis siccæ, et gumma huius est storax heremitarum, et est gumma alba.] Quid est lubue? est storax. Et dicitur illa quæ liquida est mel c allubue et storax;] et est lachryma arboris, quæ est sicut cydoniorum et nos quidem iam diximus in cap. storacis illud quod diximus.

b ——B.
c B. lebui, & storacis uel astarach.

Et nos reiteramus sermonem illum quamuis in eo sit reiteratio. Et iam dicitur quòd est oleum arboris alterius [d] [romanæ.] *Electio.* Melior specierum storacis est illa liquida per seipsam, mellina, gummosa, boni odoris, perueniens ad citrinitatem, & non est nigra furfurea. Et quando que inuenitur de ea liquida similis e [saniei,] & quandoque adulteratur cũ oleis & melle, proijcitur enim in eis in sole, deinde exprimitur. *Natura.* Calida est in primo, sicca in secundo. *Operationes & proprietates.* Inest ei virtus maturatiua, lenitiua valde, calefactiua, resolutiua, & eius fumus est similis fumo olibani, & in ipso est stupefactio [f] [natura,] & eius oleum quod ex ea fit [g] [Sceni] lenificat fortiter: [h] [& eius fumus est sicut fumus olibani.] *Apostemata & † pustulæ.* Confert duritijs in carne, & linitur super † pustulas humidum, & siccum cum oleis. *Vulnera & ulcera.* Linitur super scabiem siccam & humidam, & est epithema bonum super eam. *Instrumenta iuncturarum.* Confortat membra, & [i] [prohibet spasmum & contractionem] iuncturarum bibita & linita, & ponitur in oleis lassitudinis. *Membra capitis.* Retinet quod ex ea humidum est, & quod ex ea siccum est, catarrhum suffumigatũ, & ad coryzam est ultima, & in ipsa est virtus faciens subeth, & præcipuè in oleo eius. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert tussi antiquæ, & phlegmati & dolori gutturis, & clarificat uocem [k] [arteriacam] cum lenitate uehementi. *Membra nutrimenti.* Digerit. *Mẽbra expulsionis.* Lenit [l] [subtiliter,] & prouocat urinam, & prouocat menstrua conuenienter bibita & supposita, & lenit duritiẽ matricis, & quod ex ea siccum est, stringit uentrem, & cum ex storace, aut liquida [m] † [ ] bibitur aureus cum æquali pondere de gumma amygdalarum, soluit phlegma viscosum absque impedimento. *Permutatio.* Loco eius ponitur æquali pondere castoreum, & duplum eius de oleo sesamino.

d B. rumie.
e B. mirrhæ.
f B. per naturã.
g B. syria.
h ——— B.
† bothor.
† bothor.
i B. confert lapidositati.
K B. raucam.
l B. naturam.
m † B. aut ex sicca.

De a [*lacca.*] *Cap.* 431.

a B. luch.

Lacca quid est? Dixerunt quidam, de quibus est Paulus, est gumma herbæ similis myrrhę boni odoris, & oportet quidem ut administretur cum cautela. Alij verò errauerunt, & dixerunt, hoc est karabe. Et dixerunt quidã, quòd hęc est lacca, verum lacca in plerisque proprietatib est in uirtute karabe, *Decoratio.* Est extenuatiuę uirtutis vehementis. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert tremori cordis. *Membra nutrimenti.* Confert hepati, & confortat ipsum, & confert icteritiæ, & hydropisi, & doloribus hepatis.

De a [*lehibach.*] *Cap.* 432.

a B. lahaie.

Lehibach quid est? Est arbor rara] b habens rosas boni odoris, quam apes pascunt, & uidetur quod sit arbor quæ nominatur c [farara, quamuis illud non uere scio.] Et eius quidem virtus est proportionalis prassio, veruntamen est debilior ipso, et est lacticinium. *Natura.* Est calida & sicca in secundo. Et dicitur quòd est calida & sicca vsque ad quartum. *Operationes & proprietates.* Quum proijcitur ex lacte eius in gurgite piscium aliquid super aquam, eleuat eos. *Membra nutrimenti.* Facit uirtuosè uomere. *Membra expulsionis.* Soluendo educit aquam.

b B. Lahaie qđ est, est arbor fesahie.
c B. besaraue albusengi altiriach quãuis non uerificem illud.

De a [*luhabat*] *barbarica.* *Cap.* 433.

a B. lhabe.

Luhabat barbarica quid est? est quiddam qđ est sicut hermodactyli, & affertur de partib. Aphrice, & adulterantur eo hermodactyli. *Natura.* Calidum est & siccum in secundo. *Membra expulsionis.* Mouet coitum.

De a [*lingua auis.*] *Cap.* 434.

a B. lesan alasefir.

Lingua. *Natura.* Est calida in tertio, humida in primo. *Operationes & proprietates.* Est in folijs eius constrictio, & mundificatio, & uis consolidandi. *Vulnera & ulcera.* Folia eius consolidant, & vlcera humida carne replent. *Instrumenta iuncturarum.* Cortices eius cum aceto super constrictionem lacertorum positi, conferunt. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert tremori cordis. *Membra expulsionis.* Addit in coitu. *Permutatio.* Loco eius in mouendo coitum ponitur æquale pondus de nuce excorticata, & pondus eius de tuderi rubeo.

De a [*lingua bouis.*] *Cap.* 435.

a B. lesan althaur.

Lingua bouis quid est? Herba lata habens folia sicut almaru. b [& canna eius est plana, & rami cannę eius] sunt sicut pedes locustarum, & color eius est ex viridi & citrino. *Electio.* Oportet ut administretur illa, quę est Corasceni, grossa habens folia, super quorum faciem sunt puncta, quę sunt radices spinarum, & pilorum exeũtium ab ea. Quæ autem in hac terra reperitur, & qua vtũtur medici, plurimum eius est genus almaru, & non est lingua bouis, & neque cõfert vt iuuamentum illius est. *Natura.* Proxima est æqualitati in calore, ad caliditatem enim declinat paruam, & est in fine primi in humiditate, & quę sicca est, est minoris humiditatis. Et dixerunt aliqui, quòd est frigida & humida in fine secundi, sed illud est longinquum. c [*Operationes & proprietates.*] Virtus eius quæ adusta est, remouet † aphthas, quę sunt in infantibus, & sedat inflammationem oris, & similiter ipsamet, sed ipsa est debilior. *Membra anhelitus & pectoris.* Est d [lenitiua,] confortatiua cordis, bona melãcholię ex solicitudine, & tremori cordis in uino, & dispositionibus melãcholicis, & quidam in potu eam tribuunt ad tremorem cordis calidum cum luti armeni pondere. ij. Drag. & confert tussi, & asperitati cannę, & propriè cum coquitur cum hydromelle, et zuccaro.

b B. & aspera ad tactum, & rami eius asperi.
c B. Membra capitis.
† alcola.
d B. lætificatiua.

De a [*lingua arietis.*] *Cap.* 436.

a B. lesan albamel.

Lingua arietis (*idest plantago*) qd est? Est duorum generum, scilicet parua & magna. Inquit Dioscorides, ipsa nominatur plurium costarũ, & habet. vij. costas. Et folia quidem magnæ, maiora sunt folijs paruę, & eius substantia est composita ex aquеitate & terreitate, & aqueitate quidem infrigidat, & terreitate constringit. *Electio.* Earum magis iuuatiua est maior, & fru-

& fructus quidem, & radix sunt propinqui natura folijs. Verum sunt magis sicci, & minus frigidi. *Natura.* Est radix eius siccior, & minus humida, & frigus eius est minus stupefactione ipsius, & siccitas eius est infra ipsius mordicationem, & propter illud est vltima ad vlcera, & est subtilis, & propriè quum siccatur. Inquit Galenus. Est frigida & sicca in [b] [tertio.] *Operationes, & proprietates.* Folia ipsius sunt constrictiua, repercussiua cum aqueitate frigida, & propter illud sunt vincētia cursum sanguinis, & siccitas eius non est mordicatiua, & propter illud est iuuatiua ad consolidanda vlcera antiqua, & recētia, & neq; est aliquid melius ea, & in ea est apertio propter abstersionem, quæ est in ea. Sed & radix eius suspenditur super collum habentis scrophulas. *Apostemata & † pustulę.* Est bona apostematibus calidis, & adustioni ignis, & formicæ, & scere, & erysipilæ, & apostematibus radicum auris, & scrophuiis. *Vulnera & ulcera.* Est bona ulceribus fraudulentis, & igni persico ambulatiuo, & vlceribus antiquis, & uulneribus profundis, & est sublimis vniuersaliter in his capitulis, & confert cum Kimolea, & cerusa quando ponitur super erysipilam. *Instrumenta iuncturarum.* Fit ex ea emplastrum ad elephantiam, & prohibet augmentum eius, & ipsam detumescere facit. *Membra capitis.* Confert dolori auris ex caliditate. Et decoctio radicis, ore ea colluto cōfert dolori dentis, & pulmentū lentium, in quo ponitur ipsa loco † betæ, confert epilepsiæ, & quando distillatur succus foliorum eius in aurem illius, qui dolorem patitur auris, sedat dolorem, & quando masticatur radix eius, aut colluitur os ex succo [c] † [ ] ipsius, sedat dolorem dentium, & similiter aqua foliorum eius sanat † aphthas. *Membra oculi.* Confert ophthalmię, & dissoluūtur collyria ophthalmię cum succo eius, & conferunt. *Mēbra anhelitus & pectoris.* Semen eius confert sputo sanguineo, & pulmentum lentium in quo ponitur ipse loco † betæ, confert asthmati. *Membra nutrimenti.* Radix & semen, & folia ipsius sunt bona in cura oppilationum hepatis & renum, & ex ea quidē decoquitur pulmentum lentium, & ponitur ipsa loco † betæ, & confert hydropsi. *Membra expulsionis.* Confert vlceribus intestinorum, & solutioni [d] [aquosæ] potus seminis eius, & clysterizatio cum succo ipsius, et fluxum sanguinis, hæmorrhoidarum retinet, et bibuntur folia eius cum vino ad dolorem vesicæ, et renum. *Febres.* Dicitur quòd confert febri triangulę scilicet tertianę, & oportet vt ad tertianā bibantur tres radices eius in vnc. iiij.s. vini cōmisti, & ad quartanam quatuor radices eius similiter. *Venena.* Ponitur cum sale super morsum canis rabiosi.

b B. Alia litera secundo.
† bothor.
† ficle,
c † B. Alia litera, aut ex elixatione.
† alcola.
† ficle.
† ficle.
d B. cholericæ.

De [a] [*lingua.*] Cap. 437.

a B. glesan.

Lingua quid est? Substantia composita ex carne laxa, in qua penetrāt venę, & nerui, & lacerti, & humor eius est humidus.

De [a] [*luch aridis.*] Cap. 438.

a B. lucharidis.

Lucharidis (*idest, morochthus*) quid est? Est lapis Aegyptius, quo fullones vtuntur in dealbatione pānorum, laxus, qui in aqua velociter soluitur. *Operationes et proprietates.* Est glutinatiuus, exsiccatiuus absq; mordicatione, stypticus, prohibens fluxum materierum ad membrum. *Vulnera & ulcera.* Est iuuatiuū vulnerum, & vlcerum, & propriè in membris lenibus. *Membra oculi.* Confert fistulis, [b] † [ ] & ingreditur in medicinis vlcerum oculi. *Membra anhelitus & pectoris.* Est bonus sputo sanguinis. *Membra expulsionis.* Confert solutioni antiquæ & dolori vesicę et supponitur ad abscindendum fluxum sanguinis.

b † B. lachrymalibus.

De [a] [*luf.*] Cap. 439.

a B. luf.

Luf (*idest arum*) quid est? Alia est plana, & alia est crispa: sed crispa est calidior [b] † [ ] ea quę dicitur luf serpentis et plana. Et in plana quidem est terreitas plurima, quapropter minoratur eius abstersio ab abstersione crispæ, & si ambæ sunt abstergentes. Inquit Dioscorides. Folia eius sunt similia folijs [c] [dracōtij,] & minora propter diuersitatem [d] [vestigiorū in eis. & radix eius est [unius palmi, & eius radix est sicut radix medicinæ prædictæ, similis pistello mortarij, & fructus eius est citrinus. Crispa autem est [e] † [ ] sicut oliua. *Natura.* Plana est calida in fine primi, & sicca, & crispa in fine secundi, & in calefactione, & fortius q̄d est in ipsa, est semen eius, & iuuantius quod est in ipsa, est radix eius. *Operationes et proprietates.* Est aperitiua oppilationum, incisiua humorum grossorum uiscosorum cum [f] [æqualitate,] & in ipsa est abstersio. & crispa quidem in omnibus istis est fortior quàm aliæ, & propriè plana, terrea. *Decoratio.* Radix crispę abstergit pannū, & morpheam, & lentigines paruas, & magnas, & propriè cum melle, et linitur cum uino sup fissuras frigoris. *Apostemata & † pustulæ.* Confert apostematibus indigentibus abstersione. *Vulnera, & ulcera.* Permiscetur radix eius, & propriè radix crispæ cum vite alba, et ponitur in emplastris frandulentis. Et illa, in qua est humiditas, est conuenientior uulneribus, quam sicca, quæ est acutior quàm illud, quo indigetur in vulneribus. Et quandoque contusa sumitur loco licinij, & emplastri ad omnia ulcera, et fistulas, & fiūt ex radice eius glādes ad fistulas. & folia eius sunt bona uulneribus malis. *Instrumenta iuncturarum.* Radix alluf cum stercore uaccino ualet supra podagram, & contusionem lacertorum. *Membra capitis.* Succus [g] [vuę] eius, quæ est domestica, confert dolori auris, & quandoque ponitur in [h] [aures] cum oleo ros. prohibet corrosiones, & cancrum factum in eis. Et quum accipitur succus [i] [vuæ] luf serpentis, quæ est super eius extremitatem, & quando miscetur succus eius cum oleo, & destillatur in aurem, sedat dolorem, et radix quidem eius est ex medicinis abstergentibus sordes [k] [eius exsiccantibus vlcus, eius conferentibus auditui.] Et semen luf sanat hæmorrhoidas, quæ sunt in naribus, ita q̄ cancerositatem earum, immò cancrum ipsū, & consilium est ut ponatur in naribus cum lana. *Membra oculi.* Confert radix eius ulcerib. oculi. *Membra anhelitus & pectoris* Facit spuere, & conuenit

b ɀ & existimatur quòd sit.
c B. drachichū
d B. impressionum in eis, & stipites eius sūt.
e † B. Alia litera. minor. Alia litera. Crispæ autem fructus est citrinus declina. ad pur pureitatem.
† bothor.
f B. incisen æquali.
g B. botri.
h B. naso.
i B. botri.
k B. auris exsiccantibus ulcera eius conferentibus surditati.

uenit asthmati, & dilatationi anhelitus, & coquitur in aqua aliquoties, donec remoueatur medicinalis uis eius, deinde comeditur in dilatatione anhelitus, & in asthmate antiquo, & radix eius facit illud, sed in crispa fortius. *Membra nutrimenti*. Ex eius comestione generatur humor grossus. *Membra expulsionis*. Crispa mouet coitum in uino, & mundificat renes, & confert hæmorrhoidibus, & dicitur, quòd quũ ex fructu crispæ sumuntur triginta numero cum aceto misti, aut vino, eijcit fœtum. Et quandoque supponitur glans ex ea facta, & facit abortum, & quandoque facit abortum odoramentum huius plantę apud arefactionem floris eius, & quandoque prouocat urinam. *Venena*. Quando fricatur radix eius super corpus, non mordet ipsum uipera.

a a.himinium.

De[a] [*liminio*.] *Cap.* 440.

Liminium quid est? Fructus eius est stypticus siccus. *Membra expulsionis*. Confert solutioni ventris, et datur ad hoc in uino, et similiter fluxui sanguinis[b] † [ ] et potio eius est heesunesi.

b † B.menstrui.

a B.leben.

De [*lacte*.] *Cap.* 441.

Lac quid est? Lac ex tribus compositum est substantijs, aqueitate, et caseitate, et butyrositate: et in uaccino quidem multiplicatur butyrositas. Lac verò camelarum partui uicinarum minus habet butyrositatis, et caseitatis, et est subtile valde. et lac asinarum etiã minus existens butyrosum est subtile. Caprarum uerò lac est temperatum. et lac ouinum est grossum valde pĩgue Et lac uaccinum est pinguius et grossius. equarũ verò lac est sicut lac camelarum partui vicinarũ subtile, aquosum. *Electio* Lac, quod melius est[b] [omnibus,] est lac muliebre, et lac melius est, quod ex ubere sugendo bibitur, aut sicut mulgeatur, et melius ipsius est quod est uehementis albedinis, ęqualis essentię, quod super unguem distillatum figitur, et non currit, et est pastui animalis ipsius planta bona, et nõ est in ipso sapor extraneus, declinans ad acetositatem, aut amaritudinem, aut[c] [acredinem,] aut odor extraneus horribilis. Et oportet ut administretur statim ut mulgetur, antequam conuertatur. Et lac quidem omnis animalis, cuius prægnatio est prolixior pręgnatione mulierum[d] † [ ] est malum, qua propter proportionale, est illud quod est proximum, sicut vaccinum. *Natura*. Aqueitas est calida, et butyrositas ad æqualitatem tendit, licèt ad caliditatem declinet. Et lac acetosum est frigidum et siccum. *Operationes, & proprietates*. Aqueitas eius est subtiliatiua, lauatiua, solutiua, et in ipsa non est mordicatio, et lac quidem est, nutritiuum, et ęquat chymos, et cõfortat corpus, et[e] [abluit.] Et quando bibitur cum melle, mundat ulcera interiora ab humoribus grossis, et maturat ea, et lauat, et est boni chymi,[f] [et facit exuberare sanguinem,] augmentum faciens in cerebro, et propriè lac muliebre, et lac quidem propinquæ digestionis, et quomodo non, quum sit generatum ex sãguine, quod est in summo digestionis, cui superuenit digestio quędam alia, quanuis fit ex membro, quod ad frigus declinat? non enim nutritur ab eo, donec fiat in dispositione cibi, qui indiget digestione plurima, & clarificatione post clarificationem, immò quando dominatur ei caliditas bona, reducit ipsum ad naturam sanguinis æqualis uelociter. O quam bonum est. quod Rufus dixit de eo; & si[g] [non] ei contradicatur, & propter declinationem suam ad frigus aliqđ, nocet phlegmaticis, quoniam caliditas eorum non conuertit ipsum ad sanguinem, sicut oportet. Et corpus utitur ipso ante conuersionem eius, propterea quòd est ei propinquum, & pp hoc confert habentibus complexionem calidã & siccam, quum in ipsorum stomachis non est cholera. Amplius lac cum corporibus proportionalitates habet, quarũ causę non cõprehenduntur. Illum autem qui bibit lac, post ipsum quiescere oportet, ut non corrumpatur, & non acescat, uerum oportet ut non super ipsum dormiat, neque suscipiat super ipsum cibum aliũ, donec descendat, & est magis conueniens consistentibus, quam adolescentibus calidam habẽtibus complexionem. nam conuertitur in ipsis ad choleram, & confert senibus etiam, propterea quòd humectat, & remouet pruritum, qui eis est proprius, sed oportet ut iuuentus ad ipsũ digerendum cum melle. & multoties quidem incipit lac soluere, & extrahere superfluitates, quæ sunt in partibus intestinorum: deinde incipit nutrire, & expanditur in corpus, et retinet naturam, et est inflatiuum[h] [quousque feruere incipiat:] et est compositum ex soluente, quod est eius aqueitas, et cõstringente, quod est caseitas ipsius. Et[i] [colostra] est tardæ digestionis, et grossi humoris, et tardæ descensionis. Mel uerò ipsam rectificat, et acquirit ex ea corpus nutrimentum plurimum, et acetosum est crudi humoris, et quod decoctum est, et propriè quod est grossius, est magis constrictiuum. et omne quidem lac facit possidere oppilationes, et propriè in hepate, nisi lac camelarum fœtarum, et similium, propter paucitatem caseitatis eius, et abstersionem aqueitatis ipsius, et confert materiebus, quę effunduntur ad membra interiora, et lædunt ea sua acuitate et mordicatione, debilitat enim eas, quoniam lauat ipsas ultra ablutionẽ aquæ, pp abstersionem, quæ est in aqueitate sũa, et nõ est in aqua; & in æqua qualitate earum, ita ut k [conuertantur, et fiãt similes mẽbro: deinde glutinat eas super ipsum, scilicet inter membrum, et inter humorem malum. non ergo obuiat ei humor nudo. Et ipsum nocet habentibus fluxum sanguinis. Lac præterea non est bonum visceribus: et lac caprarum est[l] [minus nocens] visceribus quam aliud. Nanque plurimum eius quo pascitur, est cõstrictiuum. Ouium uerò lac est ècontrario, et non est laudabile, et in ipso est inflatio. et lac quidem in sua substantia est uelocis conuersionis, et propriè ad caliditatem, et neque est aliquid nocibilius corpori, quam lac malum. Et lac quidem asinarum est aquosum, et lac scrophinum aquosum, est non maturum, et lac vernale est aquosum comparatum ad æstiuum, et similiter lac animalis, cuius pastus est ripa, aut terra limosa, quoniam plantę ueris sunt aquosæ cõparatæ ad plãtas

tas

b a.hominibus.

c B.acuitatem.

d † B. aut breuior.

e B. impinguat.

f——B.

g——B.

h B. Alia litera ꝗ nisi bulliatur.

i B.alleba.

k B.intermedias cum proportionalitate ad membrum.

l B.pluris nocumenti.

tas ęstatis,& quanto magis ingreditur vel accedit ęstas ad autumnum, tãto fit magis grossum, & quod melius est, est illud quod est in medio æstatis:veruntamen timetur in ipso,quòd calor ipsum conuertat postquam potatum fuerit. Illud verò non timetur in vere. Vaccinum præterea est plurimi butyri. Et ouinum plurimæ est caseitatis,& butyrositatis; sed caseitas in lacte camelino est pauca: postea in lacte equino: deinde asinino, & propter hoc raro caseatur in stomacho, & superioribus ventris plusquam aliud. Et in lacte quidem camelino est salsedo, propterea quia diligunt acetosum, & hoc est melius lac,& cum hoc dicitur,quòd est uehementis tarditatis in stomacho, & superioribus ventris. Et scias quòd lac diuersificatur secundum species animalium, & secundum ætatem, si est paruum, aut magnum, aut mediocre, & secundum formam si est lenis carnis, aut duræ, pingue,aut extenuatum, album, aut alium habens colorem. Et debilius quidem lac secũdum quòd dicitur,est lac albi,& est uelocioris descensionis. *Decoratio*. Plurimus usus lactis generat pediculos, secũdum quòd quidam existimauerunt,& non elongatur, uerum ipsum abstergit cicatrices fœdas in cute linitum,& colorem efficit valde bonum bibitum, uerum ipsum facit multoties accidere[m] [sordes] nisi lac camelarũ recenter fœtarum, ex ipso enim raro timentur[n] [sordities,] & quando bibitur cum zuccaro colorem efficit valde bonum, & propriè mulierum, & impinguat, ita etiam quòd aqua casei impinguat habentes complexiones calidas & siccas[o] [quum soluuntur potu eius propter suam causam:] & non impinguat eos, nisi propterea quòd humectat, & extrahit humorem malum,quare rectificat nutrimentum. Et lac quidem alraib cum scoria impinguat illos velociter. Aqua uerò casei delet pãnum, & cicatrices linitum, & quandoque confert eis bibitum. *Apostemata & † pustulæ*. Multoties sanãtur illi quibus accidunt apostemata mala, & carbunculi,& almescere, & scabies, & pruritus bibitione lactis,quum in complexionibus eorum non fuit quod corrumpat ipsum, & conuertat ad choleram. & lac quidem nociuum est habentibus apostemata intrinseca. *Vulnera & ulcera*. Lac rectificat vlcera intrinseca per hoc quòd lauat, & quòd glutinat, & quòd mundificat, & quum non est in complexione quod corrumpat ipsum,& ad choleram † conuertatur,habentibus vlcera, & aqua quidem casei cum myrobal. scabiei est conueniens. *Instrumenta iuncturarum*. Lac malum est neruis, & habentibus ęgritudines neruorum,propriè frigidas,& phlegmaticas. *Membra capitis*. Lac caprinum confert catarrhis & retinet eos,& ipsorum[p] [acredinem meliorat.] Et confert vlceribus palati. Et lac est cura obliuionis siccę. & tristitiæ,& alienationis. Et lac quidem nocet dentibus, & corrodit eos, & concauat,& consumit eos, & proprie quum dens est frigidę complexionis, & laxam efficit gingiuam, immò oportet, ut post ipsum colluatur os cum melle & vino,& oxymelle. Lac asininum secundum,quòd dicitur, quum colluitur ex eo os,confirmat dentes, et gingiuam, et non est conueniens habentibus soda, et uertiginem,& tinnitum, & propriè dormire super ipsum, et vniuersaliter nocet debilia habẽtibus capita. *Membra oculi*. Lac facit euenire tenebrositatem visus,et caliginem: uerumtamen, quum mulgetur in oculo,confert ophthalmię, et nocumento materierum calidarum effusarum ad oculum,et asperitati. Et similiter quando permiscetur cum albumine oui,& oleo ros. crudo, et ponitur super oculum, et confert emulsio eius in ipso tarfati. *Membra anhelitus & pectoris*. Lac asininum,et caprinum bona sunt tussi, &[q] [extenuationi, & sputo sanguinis secundum quòd significat locus eius.] Et lac ouinum iuuatiuum est sputo sanguinis, et iterum lac est ex medicinis vlcerum pulmonis, et[r] [extenuationis,] et confert ore colluto ex ipso,et gargarizato pfocationi,et squinantiæ,et apostematib. vuę et amygdalarum. veruntamen est nocitiuum habentibus tremorem cordis humidum, quocunque modo sit ex sanguine,aut phlegmate, et lac quidem camelarum nouiter fœtarum confert asthmati,et frequentię spiritus. Et lac est conuenientius pectori, quam capiti, et stomacho. *Membra nutrimenti*. Lac facit possidere oppilationes[s] [in mesaraicis,] et aqua casei confert ictericitiæ. Et lac caprinum,et lac camelarum[t] [recenter fœtarum ambulantium,] et lac asinarum confert hydropisi, et conferunt omnia illa duritiei splenis. Lac camelarum nouiter fœtarum cum oleo de[u] [alcanna] est conueniens duritiebus intrinsecis, et facit euenire inflationem in stomacho; et dolorem, et propriè[x] [colostra,] et ambo commouent singultum, et eructuationem fumosam, et propriè lac, et nocet splenetico,et hepatico, et indigentibus regimine subtiliatiuo, nisi lac camelarum fœtarum, ipsum enim confert ægritudinib. plurimis splenis,et hepatis,et[y] [renouat] hepar. Et lac quidem camelarum[z] [nouiter fœtarum] confert hydropisi ualde,et propriè quãdo bibitur cum vrina camelarum nouiter fœtarum Arabicarum;et excitat desideriũ cibi,et facit[a] [tussim.] Et lac quidem acetosum est tardæ digestionis valde, et est crudi humoris, uerum stomachus calidus naturaliter,aut accidentaliter digerit ipsum,et iuuatur cum ipso,et non eructuat fumosè propter ablationem butyri ab ipso. *Membra expulsionis*. Aqua casei soluendo educit choleram adustam, et cum epithymo soluit melancholiam adustam. Et lac facit euenire lapidem, et lac quidem decoctum donec consumatur eius aqueitas, constringit ventrem, et retinet fluxum sanguinis per inferiora. et lac quidem camelarum nouiter fœtarum prouocat menstrua. et illud de quo extractum est butyrum, est bonum solutioni cholericæ,et fit clystere ex lacte nouiter mulcto ad vlcera intestinorum, et matricis. Lac caprinum ualet ulceribus vesicæ, et lac succurrit nocumento coitus, et vigorem fert ad coitum,et facit prouenire inflationem in visceribus. Omne præterea lac grossum excitat[b] [choleram] et generat lapidem,et[c] [colostra] propriè,et lac quidem excitat coitum, ita quòd etiam lac acetosum,et[d] [mesit] in corporibus calidę complexionis hoc facit, propterea quòd humectat,et quòd inflat,et sæpe lenit vẽtrem,et propriè lac equinum, camelinum,et asini

m B. albaras.
n B. albaras.
o B. quum propter ipsam sint macri.
† bothor.
† conuertat, confert.
p B. acuitatem. Alia litera. acuitatem lenit.
q B. phthisi, & sputo sanguinis secũdum quòd inuenitur in loco suo.
r B. phthisis.
s B. in hepate.
t B. omnium.
u B. alkerus.
x B. alleba.
y B. humectat. Alia litera. impinguat.
z ——— B.
a B. sitim.
b B. coliecam.
c B. alleba.
d B. almest.

sininum: deinde lac vaccinum postea lac caprinum,& quanto plus minuitur aquecitas,& quãdoque soluet ventrem multitudo ipsius,quoniam nõ digeritur. Et sal quidem iuuat ad solutionem ipsius, & ad solutionem aquæ lactis. Decoctum verò & [e] † [ ] in quo extincti sunt [f] [carbones, & calefactum cum lapidibus ignitis,& laminis ferri] proculdubio ventrem constringit. Et lac quidem confert rasuræ intestinorum. Et lac acetosum [g] † [ ] cõstringit fluxum cholericum & sanguineum, & lac quidem camelarum recenter fœtarum confert hęmorrhoidibus, & quando lac ponitur super apostemata ani, & vlcera eius,& apostemata femoris,& vlcera ipsius, confert,& sedat dolorem accidentem in his membris. *Febres* Lac caprinum, & lac asininum sunt bona [h] † [ ] hecticæ, secundum quòd determinatur in loco suo. Et lac acetosum multoties expellit febres hecticas, quando aufertur eius butyrum,& fuerit ita quòd bene digeratur. Lac verò recenter mulctum grossum [i] [multoties facit incurrere febres,] & non oportet appr oximare ei patientem febrem penitus. *Venena.* Lac confert potui medicinarum mortalium,& ei qui sumpsit in potu leporem marinum,& gũmam rutæ agrestis,& [k] [iusquiamum,& benz,] & propriè qui in potu sumpsit cantharides, & leporem marinum,& gummam rutæ agrestis, & elleborum, & strangulatorem adib & leopardi,& omnes medicinas [l] † [ ] putrefactiuas,& est cura eius,qui in potu sũpsit [m] [bẽz] reducit enim ipsum ad rationem suam,

e † B. inspissatũ.
f B. lapides igniti,& lamina ferri.
g † B. decoctũ.
h † B. phthisi &
i B. secundũ plurimum prohibetur in febribus.
k B. suchară & iusquiamum.
l B. corrosiuas.
m B. iusquiamũ

ANNOTAT.

Lactis serum calidum esse dicit. Mes. lib. de simpl. calidum & siccum primi ordinis usque ad secundum facit. Gal. 4. simpl. med. frigidum & humidum putat, quod & lib. 3. author. Diosc. præterea lib. 1. lac omne splenicis interdicit. hic verò quum de membris nutritionis verba facit, lac caprinum, camelarum omnium,& asinarum splenis duritiei scribit conferre. quamuis lib. 3. lac omne præter camelinum spleni officere testatus sit.

Cap. 17.
Fen 10. tract. 1. cap. 17.
cap. 62.
Fen 15. tract. 2. cap. 7.

De [a] [*lampade alcutrub.*] Cap. 442

a B. serangi uel esagi alcutrub.

Lampas alcutrub quid est? Est planta proxima hyssopo. *Electio*. Quod de ea administratur,est semen ipsius. *Natura.* Est calida in primo, sicca in secundo,& est in fine secundi. *Operationes & proprietates*. Est aperitiua,& magis dominans ea est stypticitas, & abscindit fluxum quocunque modo sit. *Vulnera,& ulcera* Consolidat. *Membra capitis*. Fit ex ea emplastrum,& abscindit fluxum sanguinis ex naribus. *Membra anhelitus et pectoris.* Prohibet sputum sanguinis. *Membra expulsionis*. Confert vlceribus intestinorum clysteri facto ex ea.

De [a] [*lilio.*] Cap. 443.

a B. susen.

Lilium quid est? De ireos quidem iam diximus. Et in lilio quidem hortulano est terreitas subtilis,acquirens amaritudinem, & in ipso est aquecitas æqualis complexionis. *Natura.* Album hortulanum,quod nominatur lilium azeth, est calidum & siccum in secundo: ireos verò syluestris est vehemẽtioris calefactionis,& exsiccationis. *Operationes, & proprietates*. Radix eius est abstersiua,& desiccatiua æqualis. Et radix eius est magis,abstersiua,& oleum eius est subtilius: quoniam eius flos est subtilior. Et oleum eius est vehementioris resolutionis,& lenificationis, siue sit aromatizatum, siue non sit aromatizatum, & ireos quidem in omnibus illis est fortior, & est stypticus cum hoc, & in ipso est virtus sanãdi dolores & putrefactiones. *Decoratio*. Confert pãno,& lẽtiginibus, & propriè radix eius, & mundat faciem abluendo,& tersam faciendo,& remouet contractionem eius. *Apostemata & † pustulę*. Si terantur folia & semina multũ, & fiat ex eis emplastrum super erysipilam cum vino,confert ei ualde, & similiter super apostemata & phlegmatica immatura, & scabiem vlcerosam,& escaras,& sahaf, & propriè quum p miscemus ea alijs medicinis. *Vulnera & ulcera.* Radix eius confert adustioni aquæ calidę, quoniã exsiccatiua est. [b] [mollificatiua,] abstersiua cum æqualitate,& similiter folia eius decocta,& cõsolidat. Et melius quidem est, vt sit administratio eius cum oleo ros. Succus verò ireos & reliquorum decoquitur in aceto & melle, & in vase æreo, & valet ad ulcera antiqua,& uulnera. Et domesticum quidem est melius medicinarum, quæ sunt adustioni aquæ calidę. *Instrumenta iuncturarum*. Est bonum incisionibus neruorum. *Membra capitis*. Ex decoctione radicis eius fit oris collutio ad dolorẽ dentiũ,& proprie eius, qđ syluestre est. Et oleum quidẽ eius est conueniens ulceribus capitis, & furfuribus eius, & quando distillatur in aurem, sedat dolorem eius & sonitum. *Membra anhelitus & pectoris*. Confert radix eius anhelitui dilatationis,& propriè ireos. *Membra nutrimenti.* Confert spleni, & est malum stomacho propriè oleum eius. *Membræ expulsionis*. Oleum eius est resolutiuum, aperitiuum,lenitiuum duritiei matricis, & bibitum, et inunctum. Et similiter quando decoquitur radix eius cum oleo ros. & non est ei par in ægritudinibus matricis,& similiter oleum ireos, et extrahit fœtum, et confert dolori uentris pũgitiuo. Et si decoquatur radix eius sola cum aceto,aut cum semine iusquiami,et farina tritici, sedat apostemata calida accidentia testiculis. Et quando bibitur ex oleo eius. unc. j. s. soluit, et est conueniens habenti ileos cholericũ. Oleũ verò irinum aperit orificia venarum hæmorrhoidarum,& similiter radix lilij quocunque modo sit. *Venena*. Confert puncturę uermium venenosorum & propriè scorpionis, ipsum, et succus eius,et syrupus,& semen ipsius bibita cõferunt omnibus puncturis,& oleum eius est theriaca [c] [bengi,] coriandi, & fungorum.

† bothor.
b—B.
c B. iusquiami.

De [a] [*liquiritia* .] Cap. 444.

a B. suo.

Liquiritia. *Natura.* Radix eius tẽperata est, & si declinat ad aliqđ, declinat ad caliditatem & humiditatem. *Apostemata, et † pustulæ.* Succus eius confert super panaritium, & similiter radix eius. *Vulnera & ulcera.* Eius succus ualet ad vulnera. *Membra oculi.* Radix eius confert

† bothor.

fert

fert vngulæ,& succus eius est fortior. *Membra anhelitus & pectoris.* Lenit cannam pulmonis, & mundificat eam,& confert pulmoni, & gutturi,& clarificat vocem. *Membra nutrimenti.* Sedat sitim propter humiditatem suam: & similiter confert inflammationi stomachi. *Membra expulsionis.* Confert ardori urinæ, & valet ad vlcera renum,& vesicæ,& scabiei ipsius. *Febres.* Confert febribus antiquis.

ANNOTATIONES.

Glycirrhizam temperatam esse dicit, ac si a temperato decedat, ad calidum & humidum inclinare. quod ferè & Galen.6. simpl. et Paul. lib. 7. Huius tamen contrarium sentire Diosc. uidetur lib. 9. æstuanti ventriculo thoraci, et iecinori prodesse ipsam significans. quod sanè si facit, non nisi frigiditatis gratia facere videtur. Author quoque lib. 3 inter ea ipsam enumerat quæ aliquid frigiditatis retinent.

Cap.5.

Fen 2. tract. 1. c. 6. in fine.

a B. hedas.

De [a] [lente.] *Cap.* 445.

Lens quid est? Lentis est quoddam genus, quod comeditur,& est notum. Et est aliud genus syluestre,malum,& est lens amara, & manifeste caliditatis,in qua est siccitas, & parum stypticitatis,& est secundum quòd dixit Diosc. herba longa plurium stipitum [b] [sublimium] ramorum,colorem habentium cydonij, longiorum & strictiorum,in quibus est asperitas quædam,& sunt declines ad albedinem. *Electio.* Melior est illa, quæ velocius est [c] [matura,] & est alba,lata,et quando cadit in aqua,non denigrat eam,et oportet ut bene [d] [maturetur] in decoctione. *Natura.* Gal.visum est, ꝙ ipsa est equalis in caliditate & siccitate,aut est decliuis parũ ad caliditatem, et propter illud non infrigidat apud comestionem sui, neque quum est in stomacho,neque descendens. *Operationes & proprietates.* Est inflatiua,& composita ex uirtute constrictiua,& abstersiua,& facit uidere sõnia mala,& stypticitas corticis eius est plurima,& in ipsa tota est inflatio plurima, & inspissat sanguinem,& nõ currit in venis,& ipsa minorat vrinam,& menstrua propter illud,& generatur ex ea humor melancholicus,& ægritudines melãcholicæ, & fortasse kist hordei est ei contrariũ [e] [et] quasi aggregatur ex comestione eorum nutrimentum ualde bonum, et fortasse erit ex summa meliorum nutrimentorum,et oportet quidem ut sit kist hordei minus quantitate lentis etiam cum † beta nutrimentum est laudabile,quoniam sunt contrariarum dispositionũ, quę ambæ sunt temperatę, et ponuntur in ipsa hordeum,& mentastrum, et deterius quod decoquitur cum lente [f] [nenkesut.] Et oportet quidem ut proijciantur super unam heminam lentis nouem heminę aquæ,et decoquãtur ualde. *Apostemata & † pustulæ.* Quando decoquitur cum aceto,et fit ex ea emplastrũ,resoluit scrophulas,et apostemata dura. Et in ipsa quidem cum repercussione est aggregatio saniei, et ipsius multitudo generat cancrum, et apostemata dura,quæ nominantur [g] [sufidus.] *Vulnera,& ulcera.* Quando coquitur cum aceto,replet ulcera profunda,et eradicat sordes ulcerum, et minorat sordities eorum,et si fuerit magna, tunc apponatur cum eis,quæ sunt magis styptica, sicut sunt cortices granatorum et reliqua. Et cũ aqua marina ad herpetem esthiomenũ,& formicam,et fissuras accidentes ex frigore. *Instrumenta iuncturarum.* Est mala neruis,sed si ex ea cũ sauich ponitur emplastrum super podagram, confert,et multitudo eius facit possidere leprã. *Membra oculi.* Illius qui plurimum eius comestione utitur,uisus obtenebratur propter vehementiam exsiccationis eius.Et quando ex ea fit emplastrum cum corona regia, et cydonio,et oleo ros. sanat apostemata oculi calida. *Membra anhelitus, & pectoris.* Fit ex ea emplastrum decocta in aqua maris super apostemata mammillę facta ex [h] [constrictione] sanguinis, et lactis. *Membra nutrimenti.* Est difficilis digestionis,mala stomacho,et generat inflationem,et grauat. Et quando excorticantur de ea xxx. grana, et deglutiuntur,conferunt secundum quòd dicitur mollificationi stomachi.Et non oportet quidẽ ut lenti admisceatur dulcedo,ipsa enim tũc faciet possidere oppilationes plurimas in hepate. Et ex eis quæ sunt necessario in esse lentis, est quod ipsa est iuuatiua hydropisis,et videtur propter exsiccationem eius. *Membra expulsionis.* Quãdo decoquitur absque cortice suo,stringit uentrem,aut cum cortice suo quando decoquitur cũ aqua,et expellitur ab ea aqua prima, illa nanque prima aqua soluit uentrem.Et decocta quidem cum cortice proiecta aqua, magis est strictiua quam excorticata,quoniam in cortice ipsius est uirtus stypticitatis ualde vehemens, et fit fortior strictura eius uentris,quando decoquitur cum endiuia et lingua arietis,et portulaca,et cum † beta, quę nominatur nigra, propter uehementiam suę uiriditatis,aut cum rosa,aut cum aliquo stypticorum,postquam bene sit elixata ante illud:& si non, mouebit vẽtrem. Et ex ea fit emplastrum cum mellicrato, & cydonio,& oleo ros. ad apostema ani,& fuerit maximum, cum eo, quod est magis stypticum. Et lens quidem syluestris, & est lens amara, soluit sanguinem. & lens minorat vrinam, & menstrua:propterea quia ipsa inspissat sanguinem, [i] [& non prouocat penitus.] non ergo approximet ei habens lęsionem [k] [in urina ex parte distillationis,] sed amara facit ambo descendere, & prouocat urinam.

b B. eleuatortur

c B. decoquitur

d B. decoquatur

e ——B.

† ficla.

f B. est alnekie fut.

† bothor.

g B. sachiros.

h B. constipatione.

† ficla.

i ——B.

k B. in mẽstruis & in urina ex parte diminutionis.

ANNOTATIONES.

Lentem Gal. sententia æqualem esse dicit in caliditate & siccitate. At Galen.8. simpl. quo ad actiuas qualitates in frigoris certè & caloris medio reponit. quo ad passiuas tamen in secundo siccorum gradu eam recenset. Hoc tamen controuersia non caret. quum lib. de salub. diæta lenticulam calidam & siccam Gal. faciat. Hipp. uero 6. de morb. uulg. frigidissimos cibos esse dicat, lentes, milium, & cucurbitas. Verum de secundis quoque qualitatibus summi uiri inter se discrepant. Author etenim, lentes, si sine cortice coquantur, aut bis cum eodem decoctæ sint, astringere existimat. & contra, primum earum cum cortice decoctum soluere. Dioscorides uerò libr. secundo contrarium prorsus opinatur, nempè vim illis inesse astrictoriam, si cum cortice decoquantur. quod & Hipp. scribit 4. de rat. uict. in ac. At Gal. 1. de alim. fac. cortici astrictoriam facultatem inesse quidem

Commen.2. Sectio.5. Aphor.33.

cap.99.

Aphor.38. cap.18.

dem putat, succum uerò in ijs astringenti contrarium. multi tamen dissentire cum a Diosc. arbitrantur. Vide pro hac re & Gal. 8. simpl. & Paul. lib. 7.

a B. suf.

De [a] *[lana.] Cap.* 446.

Lana. *Vulnera & ulcera.* Adusta confert ulceribus, & carni additæ.

a B. termus.

De [a] *[lupino.] Cap.* 447.

b B. depressum uel concauum in medio exterius.

c —— B.

Lupinus quid est? Est granum compressæ figuræ, amari saporis [b] [percussum in medio] & est faba egyptiaca. *Electio.* Syluestris est fortior in omnibus, quæ narrantur de operibus eius, sed est minor. *Natura.* Est calidus in primo, siccus in secundo. *Operationes & proprietates.* [c] [Est stypticus cum uirtute. Et] lupinus in quo est amaritudo, abstergit, & resoluit sine mordicatione, de quo inquit Gal, Lupinus, a quo ablata est amaritudo, est grossus, & non est longum quin sit glutinatiuus, & non remanet in eo abstersio eius, & ex toto quidem est malus, difficilis digestionis generans humorem crudum in uenis, quando non digerũt ipsum bene. Ille uerò, qui cum bonis conditus est, plurimi est nutrimenti. Et quando eius decoctio fit bona, & digeritur, est non mali humoris, & in ipso sunt siccitas & viscositas. Et ipse quidē infunditur, vt eius amaritudo remoueatur, deinde decoquitur, & penitus est medicinę propinquior quam cibo. *Decoratio.* Subtiliat capillos, & abstergit pānum, & morpheam, & uestigia, & [d] [occultationem] & † pustulas, & abstergit faciē, & propriè quando decoquitur cum aqua pluuiali donec dissoluatur, & confert administratio [e] [librę de] decoctione eius ad albaras. *Apostemata & † pustulæ.* Confert † pustulis in facie, & ulcerib. & apostematib. calidis, & scrophulis & duritiebus, aut cũ aceto & melle, aut sicut oportet in vnoquoque corpore. Et eius decoctio quando funditur super cancrenas, confert corruptioni earũ. *Vulnera & ulcera.* Confert scabiei, ita quòd ipse cum radice almezerion nigri remouet scabiē bestiarum, & confert herpeti esthiomeno, et alhasaf, et vlceribus malis; et fraudulentis, et sedat farina eius cum farina hordei dolorem vulnerum, et confert igni persico. *Instrumenta iuncturarum.* Fit ex eo emplastrum super sciaticam, et cõfert. *Membra capitis.* Farina eius confert vlcerib. capitis humidis. *Membra nutrimenti.* Aperit oppilationes hepatis et splenis, et propriè quando decoquitur cum aceto et melle, et propriè cũ melle, et ruta, et pipere. Et ille qui amaritudinē non habet, sedat nauseam, et [f] [disrumpit] appetitũ, sed ille cuius amaritudo egreditur, est difficilis penetrationis. *Membra expulsionis.* Extrahit uermes, et ascarides decoctus, et linitus super sumen, et deglutitus cum melle, aut potatus cũ aceto commisto. Et cõfert doloribus mulierũ, et prouocat menstrua, et extrahit fœtus cum ruta, et pipere suppositus, et bibitus, et quandoq; supponitur cum myrrha, et melle ad illud, et ex trahit uermes etiam bibitus cum melle et aceto. Et similiter prouocat urinam, et in ipso est constrictio uentris, dulcoratus uerò, secundum quòd quidam dicunt, neque soluit, neque stringit.

d B. nigredinē.
† bothor.
e B. embrochationis ex.
† bothor.
† bothor.
f B. excitat.

a B. chas.

De a *[lactuca.] Cap.* 448.

b B. gaderas.
† sicle.
c B. oleris iamoni.

Lactuca quid est? Illa quæ est syluestris, in uirtute existit papaueris nigri. *Natura.* Gal. non est in frigiditate eius quæ hortulana est, applicatio ad ultimum, sed est sicut frigus aquę [b] [lacunæ.] Et humiditas eius est grossior humiditate † betę, et atriplicis, et subtilior humiditate maluæ. Et dicitur quòd ipsa est in humectatione, et exsiccatione inter caules, et atriplices, et [c] [blites.] Dico autem quòd ille, qui dixit, q̃ est frigida in tertio, iudicauit de ipsa, quod est mali nutrimenti, et pauci, et non est ita, et uidetur quòd ipsa sit in secundo. *Operationes & proprietates.* Non est in ipsa abstersio, neque stypticitas, neque solutio propter euacuationē suam a salsedine, et ponticitate, et reliquis. Sanguis uerò ex ex ea generatus est melior sanguine generato ex olerib. et quæ nutribilior est, est illa, quæ est elixata, et ipsa confert diuersitati aquarum, et illa quidem, quę non est abluta, est melior. Ablutio enim addit ei inflationem, et similiter omnibus oleribus frigidis, et est uelocis digestionis, et quando administratur in medio uini, prohibet ægritudines ebrietatis. Et illa quidem, quæ est syluestris, in uirtute existit papaueris nigri. *Apostemata & † pustulæ.* Confert apostematibus calidis, et erysipilæ linita, quando utraque non fuerint magna et uehemētia. [d] [*Vulnera & ulcera.*] Est emplastrum conueniens super contorsionem. *Membra capitis.* Facit somnum, et remouet uigilias elixata et cruda, et confert alienationi, et adustioni solis in capite, et est medicamen oppilationis in narib. factę. *Membra oculi.* Lac eius quę syluestris est, abstergit ulcera cornecę, et lac domesticæ propinquum est ei, et ex ea fit emplastrum ophthalmię calidæ. Et lac syluestris confert fistulis lachrymalium, et assiduatio comestionis eius obtenebrat oculum. *Membra anhelitus & pectoris.* Addit in lacte. *Membra nutrimenti.* Confert [e] [tussi] et caliditati stomachi, et inflationi eius. Et hortulana quidem est bona stomacho, est uelocis digestionis, et acceptio eius cum aceto facit appetitum, et confert eius comestio icteritiæ. *Membra expulsionis.* Eius semen exsiccat sperma, et sedat desiderium coitus, et confert multitudini pollutionis, et olus eius minus est in illo, quam semen eius. Et de lacte quidem lactucæ, quum in potu datur medietas. 3. cum aqua et [f] [melle] solutione educit chymum aquosum. Et lac hortulanæ propinquum est lacti syluestris. Ipsa uerò lactuca non stringit, neque soluit, quoniam non est salsa, neque pontica, neque abstersiua, sed est prouocatiua. Et syluestris quidem lac prouocat menstrua. *Venena.* Lac syluestris in potu datur morsui rutelæ, et scorpionis.

† bothor.
d B. instrumenta iuncturarum.
e B. siti.
f —— B.

ANNOTATIONES.

Lactucam dicit lac augere, quod & Diosc. lib. 2. & frigidam esse secundo ordine. At Galenus 5. de simpl. med. fac. ea quę lac gignunt calida esse & humida statuit. & author

cap. 125.
cap. 24.

en 2. Sſima ap. 19.

author quoque lib. primo lactucam cum in sanguinem uertitur, calfacere adnotauit. Quare quum eorum ratione, quæ in nobis fiunt medicamenta calida aut frigida, sicca aut humida dicantur, calida lactuca dicenda esset, non frigida.

a B. chas alhomar.

De a [*lactuca asini.*] Cap. 449.

b B. cuius planta est grossa.
c B. alsengiar.
† cola.
† bothor.
† cola.
d B. tunicarum.
e † B. Alia litera. & aqua fortiorum eius.

Lactuca asini quid est? Est sicut folia lactucæ subtilis, pluris numeri, ad nigredinem declinans, plus pilosa, & folia eius radici adhærent, b [nata ab ea grauia,] & color radicis eius ad rubedinem est decliuis, & tingit terram, & manum colore rubeo, & oritur in terra bona, & est ex substãtia aquea, & terrea, & est c [asiniar] & iam dictum est de ea. *Electio*. Citrina est fortior, & alba est aquea, debilis. *Natura*. Calida est, & sicca in principio secundi. *Operationes et proprietates*. Est abstersiua, aperitiua, & quod de flore eius est siccum, est fortius in illo. & natura quidem radicis eius est proxima naturæ seminis eius: sed radix est fortior, & propriè sicca. Inquit Paulus, & in ipsa est virtus attractiua ex profundo, adeo ꝙ extrahit surculos. *Apostemata & † pustulæ*. Confert apostematibus duris, vbicunque sint. *Vulnera & ulcera*. Quando ex eo fit ceratum, consolidat: & similiter aqua eius in cerato. *Instrumenta iuncturarum*. Est notum emplastrũ super podagram, & similiter cum aceto super sciaticam. *Membra capitis*. Succus eius est mundificatiuus capitis, facto caputpurgio ex eo, & administratur cum melle in † aphthis, & confert linitum. *Membra oculi*. Quod de ea siccum est, mundificat uestigia remanentia in oculo, & grossitudinem d [extremitatum] palpebrarum. *Membra nutrimenti*. Mundificat hepar, & quæ cũ aceto condita est, ualet ad splenem comesta, & ut emplastrum superposita. *Membra expulsionis*. Prouocat menstrua fortiter, & interficit embryonem uiuum, & extrahit fœtum mortuũ, & confert apostematibus duris in matricẽ supposita, & sedendo in aqua eius, & e † [ ] est res magis prouocans menstrua, & magis conueniens. Et quod de ea in ultimo administratur, est aureus bibitus, & suppositus. Et administratur cum cerato super ragadias ani.

a B. daru.

De a [*lentisco.*] Cap. 450.

b B. Alia litera. sicca.
c B. alkenkam.
d —— B.

Lentiscus quid est? Est nota, & rob quidem lentisci, & gumma eius, defertur ad Mecham, & nominatur hoc nomine. *Natura*. Calida est in tertio b [humida] in primo. *Operationes et proprietates*. Est abstersiua, resolutiua, attractiua ex profundo corporis. & gumma eius est gumma in arbore c [alkenkez,] & est sicut laudanum in potentia, & est boni odoris, & ingreditur in odoramentis mulierum d [in halep.] *Membra capitis*. Rob lentisci confert ualde fluori oris, & ulcerib. eius. *Membra expulsionis*. In ipsa est uirtus constringendi uentrem.

ANNOTATIONES.

Lentiscum calidum esse refert in tertio, & siccum in primo. At Gal. libro septimo simpl. & Paul. lib. 7. in secundo siccorum ordine, & in calidorum & frigidorum medio reponunt.

a B gar.

De a [*lauro.*] Cap. 451.

† bothor.
b B. confert auditui.
c B. & recẽs emplastrum est bonum puncturæ uespæ & apis.

Laurus quid est? Granũ eius est secundũ figurã auellanæ paruæ, sup quod sunt cortices nigri, subtiles, quod compressione frangitur in duas partes, quę sunt grani nigri ad citrinitatẽ, boni saporis, & eius odor est redolens, & eius folia sunt sicut folia myrti, præter quòd sunt maiora, & eius fructus est rubeus. Ipsa verò oritur in locis mõtuosis, & uirtus eius est in folijs, & fructu. *Natura*. Grana eius sunt calidiora, & cortices eius sunt minoris caliditatis, & est omnino calida & sicca in secundo. *Operationes, & proprietates*. In granis eius est mollificatio, & in ipsa tota est calefactio. & grana eius sunt calidiora folijs ipsius, & calefactio partium ipsius, & exsiccatio earum est fortis, sed grana sunt ultima, & cortex est debilior, & minoris caliditatis, & eius oleum est calidius oleo nucis. *Decoratio*. Linitur super morpheam cum uino. *Apostemata & † pustulæ*. Confert cum pane & sauich apostematibus calidis. *Instrumenta iuncturarum*. Confert doloribus neruorum omnib. & eius oleum resoluit lassitudinem. *Membra capitis*. Resoluit soda, & eius oleum etiam, & similiter ambo faciunt ad dolores auris frigidos, & b [elongationem auditus,] & conferunt tinnitui, & catarrho. *Membra anhelitus & pectoris*. Confert stricturę anhelitus, & difficultati dilatationis deglutita cum melle, aut cum rob, & similiter cursui superfluitatum ad pulmonem, & fiunt ex ea loch cum melle ad ulcera pulmonis, & anhelitum dilatationis, & propriè ex granis eius. *Membra nutrimenti*. Oleum eius confert dolori hepatis, quando bibitur cum uino odorifero, & similiter cortex eius, uerum ipsa, & grana eius sunt mollificantia stomachum, & commouentia uomitum. *Membra expulsionis*. Eius oleũ facit nauseam, & facit uomitum, & in ipsa est prouocatio menstruorum, et urinę, et decoctio foliorum eius confert ægritudinibus uesicę, et matricis, adeo quòd, sedendo in ea, & potio eius ad solutionem sit ʒ. ij. cum aqua mellis, et oxymelle. Et quando de cortice eius bibitur aureus, frangit lapidem, et interficit fœtum propter suam amaritudinem additam super amaritudinem aliorũ, et fit potio. ix. kerates, et grana eius frangunt lapidem etiam. *Febres*. Oleum eius confert horripilationi inunctum. *Venena*. Confert mordicationi scorpionis cum uino c [et rob, est bona uespæ, et api, quando pungunt,] et omnino est theriaca uenenis bibitis omnibus. *Permutatio*. Loco eius ponuntur folia sisymbrij.

LITERA M.

a B. achlil almelech.

De a [*meliloto.*] Cap. 452.

Melilotum quid est? Flos plantæ, coloris pallee, in quo est lunaris figura, cum raritate sua quandam habens duritiem. Et ex eo quidem aliud est album, et aliud citrinum. *Electio*. Ex eo melius est quod est durius, et cuius color de-

declinat ad albedinem parumper, & sapor ipsius amarior sentitur, & cuius odor est manifestior. Inquit Dioscorides. Melius ex eo est illud, in quo est croceus color, & est[b] [acutioris] odoris, quamuis odor speciei ipsius in[c] [principio] sit paruus & debilis, & sit in colore eius color fænugræci. *Natura.* Est calidum in primo, siccum in eodem, & ad ultimum est compositum, & caliditas ipsius est dominantior frigiditate ipsius. Inquit Dioscorides. Est æquale in frigiditate & caliditate. *Operationes, & proprietates.* In ipso est stypticitas pauca cum resolutione, & propter illud digerit. Inquit Dioscorides. Est liquefactiuum superfluitatum. Et dixerunt alij eius succus cum † sapa sedat dolores, & est resolutiuum, subtiliatiuum, & cōfortatiuum mēbrorum. *Apostemata & † pustulæ.* Confert apostematibus calidis, & duris, propriè cum † sapa, & etiam permixtum cum [d] [uitello] oui, & farina fœnugræci, & semine lini, & papaueris [* secundum locum.] *Vulnera & uulcera.* Confert vlceribus humidis, & propriè mellino linitum cum aqua, & cum aliquo desiccatiuorum apposito cum eo quod sit sicut galle, & lutum leue, & lentes. *Membra capitis.* Confert apostematibus aurium, & dolori ambarum superposito emplastro ex eo cum † sapa, & reliquis quæ dicta sunt, et distillatione facta in eis ex succo eius, et eius iuuamentum in doloribus est velocius. Ex ipso quoque fiunt embroche, et sedat soda. *Membra oculi.* Confert apostematibus oculi facto emplastro ex eo cum † sapa, & cum eis que dicta sunt. [e] † [ ] *Membra expulsionis.* Confert apostematibus ani & testiculorum facto emplastro ex eo cum † sapa, & cum eis, quæ dicta sunt [f] [decocto] cum vino.

b B. melioris.
c B. radice.
† careno.
† bothor.
† careno.
d B. albumine.
† careno.
* ___ B.
† careno.
e † B. Membra nutrimēti. Quū administratur crudum, aut coctū cū vino, aut cū eis, q̄ dicta sunt, sedat dolorem stomachi.
† careno.
f B. cum eo & decoctum.

De [a] [myrto.] Cap. 453.

a B. alas, uel as.

Myrtus quid est? Nota est. Et in ipsa est amaritudo cum ponticitate, & dulcedine, & frigiditate propter ponticitatem suam, & ipsius bunchum est fortius, & fiunt ex eo trochisci cum [b] [syrupo] styptico. Et in ipsa quidem est substantia terrea, & substantia subtilis pauca, & ipsius quidem bunchum est quiddam [c] † [ ] super virgultum eius in colore virgulti eius habēs formam [d] [plante vel volæ] manus & figuram eius. Et in oleo ipsius sunt omnia iuuamenta, que dicuntur. *Electio.* Fortior est, que ad nigredinē declinat, & propriè rotunda habens folia, et præcipuè montana ex ea tota. Et flos eius melior est albus, et succus, fructus eius est melior, et eius quidem succus quum veterascit, debilitatur, et [e] [fit cortex,] ideoque oportet vt ex eo trochisci fiant. *Natura.* In ipsa est caliditas subtilis, et magis dominans in ipsa est frigiditas, et eius quidem stypticitas est maior frigiditate eius. Et videtur quòd eius frigiditas sit in primo, et siccitas ipsius in termino secundi. *Operationes & proprietates.* Retinet solutionē, et sudorem, et omnem fluxū sanguinis, et omnem cursum ad membrum, et quando cum eo fit fricatio in balneo, confortatur corpus, et desiccantur humiditates, quæ sunt sub cute, et embrochæ quidem decoctionis eius, quum super ossa effunduntur, velocius fit ipsorum restauratio, et quod ex ea adustum est, loco tutiæ ponitur ad hoc vt bonus fiat odor corporis, et confert omni fluxui sanguinis linitum, et loco emplastri superpositum, et bibitum, et similiter eius rob, et rob fructus, et eius [f] [contractio] fortior est infrigidatione eius. Et ipsius quidē nutrimentum est paruum, [g] [et in syrupis quidē non est qui constringat dolores pulmonis, et tussim preter syrupū eius.] *Decoratio.* Eius oleū et succus, et decoctio ipsius confortat radices capillorum, et prohibent casum, et pro longat eos, et denigrat, et propriè ipsius semina. et decoctio seminum eius in [h] [butyro] prohibet sudorem, et rectificat rasuram uenarum, et folia eius sicca prohibent fœtorem ascellarum, et ipsius cinis loco tutiæ ponitur, et confert pāno. *Apostemata & † pustulæ.* Sedat apostemata calida, et erysipilam, et formicam, et † pustulas, et ulcera, et quod est super ambas uolas, et adustionē ignis cum oleo. et similiter eius syrupus, et emplastrum factum ex folijs ipsius cum oleo, et vino post ipsius commixtionem cum eis, et similiter eius oleum, et vnguentum factum ex ipsius oleo, et confert [i] [ipsius succus] quū proijcitur super panaritium, et similiter ceratum ex eo. et quum decoquitur etiam eius fructus cū vino, et fit ex eo emplastrum, sanat vlcera, quæ sunt in ambabus volis manuum, et in vtrisque pedibus, et adustionem ignis, et prohibet eos a vesicatione, et similiter eius cinis cum cerato. *Instrumenta iuncturarum.* Emplastrum factum ex fructibus eius decoctis cum vino, est conueniens mollificationi iuncturarum. [k] † [ ] *Membra capitis.* Retinet fluxum sanguinis ex naribus, et abstergit furfures, et exsiccat vlcera capitis, et vlcera auris, et ipsius pus, quum ex ipsius aqua in ipsam distillatur, et confert ipsius syrupus mollificationi gingiue, et eius folia quum in vino decoquuntur, et fit inde emplastrum, sedant soda vehementer. *Membra oculi.* Sedat ophthalmiam, et exitum, et quum coquitur cum hordeo, sanat earū apostemata, et ipsius cinis ingreditur in medicinis ungulæ. *Membra anhelitus & pectoris.* Confortat cor, et aufert tremorem cordis, et confert fructus ipsius tussi propter dulcedinem suam, et retinet ventrem vtentis eo, si est solutus sua stypticitate. et confert fructus ipsius sputo sanguinis, et etiam ipsius rob similiter. *Membra nutrimenti.* Confortat stomachum propriè rob eius et semina prohibēt cursum superfluitatum ad stomachum. *Membra expulsionis.* Succus fructuū eius est prouocatiuus, et ipsemet confert ardori vrinæ, et uesicæ, et est bonus in prohibendo prouocationē mēstruorum. et eius aqua stringit naturam, et retinet solutionem cholericam et melancholicam [l] [linita.] Et ipsa cum oleo sesamino exprimit phlegma, et cum solutione emittit ipsum. Et decoctio fructuū eius confert fluxui humiditatum matricis, et confert emplastro inde facto hemorrhoidibus, et confert apostemati testiculi, eius decoctio confert exitui ani, et matricis. *Venena.* Confert morsui rutelæ, et similiter fructus eius, quum potatur cum uino, et similiter puncturæ scorpionis.

b B. uino.
c † B. nascens super truncu los, seu.
d B. palmæ.
e B. techeregiet
f B. stypticitas.
g B. & in eis q̄ bibūtur nō est quod constringat uentrem, & conferat dolori pulmonis, & tussini syrupus ipsius.
h B. oleo.
† bothor.
† bothor.
i B. quod ex eo est siccum.
k B. & quū effunditur super fracturā ossium quæ non consolidantur cōfert eis.
l B. etiam si epithema fiat.

a B.bedengian.

De [a] [melongena.] Cap. 454.

b B. & eius sapor & natura est sicut alchali.

Melongena quid est? Nota est. *Electio*. Quæ ex ea est antiqua, est mala. b [Et eius natura est sicut frixi eius:] recens verò est sanior. *Natura*. Secundum filium Mesaugue est frigida: veruntamen verum est, ꝙ virtus in ipsa dominans est caliditas, & siccitas in secundo, propter amaritudinem, & acuitatem ipsius. *Operationes & proprietates*. Generat melancholiam, & generat oppilationes. *Decoratio*. Corrumpit colorem, & denigrat superficiem corporis, & citrinat colorem, & quæ ex melongenis sunt paruæ, c [comedantur excorticatæ] & ipse quidem faciunt possidere panum; *Apostemata & † pustulæ*. Generat cancros, & duritiem, & lepram. *Membra capitis*. Generat soda & d [oppilationes, & facit multiplicare tristitiam in eis.] *Membra nutrimenti*. Generat oppilationes hepatis & splenis, nisi illa quæ cocta est in aceto, ipsa enim aperit oppilationes hepatis fortasse. *Membra expulsionis*. Generat hæmorrhoidas, veruntamen si ex capitib. eius in vmbra siccis, & contritis fiat epithema confert hæmorrhoidibus. Et melongena quidem non habet proportionem ad stringendum, aut soluendum, veruntamen quũ coquitur in oleo, soluit, & in aceto stringit.

c B. totaliter sũt cortex.
† bothor.

d B. Alia litera. alsedar & facit fætorem oris.

a B. Bef base.

De [a] [mace.] Cap. 455.

Macis quid est? Est similis folijs compositis [b] venenosis siccis declinans ad rubedinem & citrinitatem sicut cortex, & lignum, & folia, mordicans linguam, sicut cubebe. Filius Mesaugue, est cortex nucis muschatæ.

b B. duplicatis, seu inuolutis siccis declinãs ad rubedinem & citrinitatẽ, sicut cortex & lignũ, & folia, mordicans linguam sicut cubebe. Filius Masuiei dixit ꝙ est cortex nucis muschatę Mesihã dicit est similis uirtuti naremesch, sed est subtilior. Natura. Inquit Paulus est æqualis, non calidus, & est siccus in secundo.
† bothor.

De musaiaha, Cap. 457.

Musaiaha quid est? Est similis virtuti neremisk: sed est subtilior eo. *Natura*. Inquit Paulus est ęqualis. Et dixerunt alij est calida & sicca in secundo.] Et non est dubitatio quidẽ in caliditate & siccitate ipsius. *Operationes & proprietates*. Resoluit inflationem, & in ipsa est stypticitas. *Apostemata & † pustulæ*. Resoluit duritiës grossas quum ponitur in cerato. *Decoratio*. Oris odorem bonum efficit. *Membra capitis*. Ex eo cum oleo violaceo fit caputpurgium ad soda frigidam ex ventositatibus grossis in capite, & ad hemicraneam. *Membra nutrimenti*. Confortat hepar et stomachum. *Membra expulsionis*. Constringit [a] [cęliacam] & confert dysenterię, & est bona matrici.

a B. Naturã patientiũ fluxum uentris.

a B. dilegi.

De [a] [myrobalanis.] Cap. 457.

Myrobalani quid est? Eorum alij sunt citrini immaturi, et alij sunt nigri Indi, et sunt illi qui vltimi sunt in maturitate, et sunt pinguiores, et alij sunt kebuli qui sunt maiores omnium, et alij sunt Sinij, qui sunt minuti et leuiores. *Electio*. Meliores sunt citrini vehementis citrinitatis, et decliues ad viriditatem, graues, grossi duri: Kebuli autem sunt meliores qui sũt grossiores, et grauiores, et submerguntur in aqua, et sunt decliues ad rubedinem. Et Sinii meliores sunt illi, qui rostrum habent. *Natura*. Dicitur ꝙ citrini calidiores sunt nigris: et dicitur quòd Indi sunt minoris frigiditatis, quam Kebuli. Et omnes quidem sunt frigidi in primo, sicci in secundo. *Operationes & proprietates*. Omnes extinguunt choleram, et conferunt ei. *Decoratio*. Nigri clarificant colorem. *Apostemata & † pustulæ*. Myrobalani omnes conferunt lepræ. *Membra capitis*. kebuli conferunt sensibus, et seruationi, rationi, et conferunt etiam soda. *Membra oculi*. Citrini valent oculo mollificato, et b [conferunt materiebus quæ currunt] facto ex eis † collyrio. *Membra anhelitus & pectoris*. Conferunt tremori cordis, et tristitię c [ex amore] bibiti. *Mẽbra nutrimenti*. Conferunt dolori splenis, et conferunt nutrimenti instrumentis omnibus propriè ambo nigri. ambo enim confortãt stomachum, et propriè nutriti, et digerunt cibum, et confortant stomachum totaliter præparando ipsum, et nutriendo, et exsiccando. Et citrini qdem optimè præparant stomachum, et similiter nigri. Et Sinij sunt debiles in eo quod agũt, et Kebulis quidem est vis faciendi nauseam, et Kebuli conferunt hydropisi. *Membra expulsionis*. Kebuli et Indi frixi cum oleo, stringunt, et citrini soluunt choleram, et parum phlegmatis. Et nigri soluunt melancholiam, et conferunt hæmorrhoidibus, et Kebuli soluunt melancholiã et phlegma. Et dicitur quòd Kebuli conferunt colicæ; Kebulorum autem potio ad soluendũ infusorum sit a. v. ʒ. vsque ad. ʒ. xj. et non infusorum vsque ad. ʒ. ij. et dico quòd sit vsque ad plus. De citrinis verò quandoque sumitur in potu usque ad x. et plus tritis, et infusis in aqua. *Febres*. Conferunt Kebuli febribus antiquis.

† bothor.

b B. expellunt materias fluentes ad ipsum.
† alcofol.
c —— B.

ANNOTATIONES.

Myrobalanos omnes primo ordine frigidos esse dicit, et siccos secundo. At Auer. 5. Coll. omnes myrobalanos frigidos facit primo gradu, & siccos tertio. & author quoque lib. de uirib. cord. eos laudat qui emblicum frigidum & humidum esse existimant.

cap. 55.
Tract. 2.

a B. thaleb.

De [a] [musco.] Cap. 458.

Muscum quid est? Fluuiale est aqueum, terreum, et marinũ est vehemẽtioris stypticitatis, sed muscum petrosum est furfur lapidum, et nos iam diximus. *Natura*. Est frigidum. *Operationes & proprietates*. Retinet sanguinem in omni loco, linitum, et marinum vehementius. *Apostemata & † pustulæ*. Ponitur super apostemata calida, et erysipilam, et formicam, et similiter [b] [qđ est vt lentes, muscum] cũ sauich. *Instrumenta iuncturarum*. Super podagram calidam, et dolores iuncturarum calidos ualet, et quando feruet in oleo antiquo, lenit neruos. *Membra expulsionis*. Fit ex eo emplastrum ramici intestinorum, et detumescere facit eam, et glutinat.

† bothor.
b B. lenticula aquę quæ est ex specie musci.

a B. lusaha.

De [a] [mandragora.] Cap. 459.

Mandragora quid est? Nota est, et nos iã perscrutati fuimus eius narrationem in capitulo de iabrol. *Natura*. Secundum me est frigida usque ad tertium et humida.

a B.mesch.

De [a] *[musco.]* *Cap.* 460.

Muscus quid est? Muscus est folliculus animalis sicut gazel ipse, nisi quia habet duos dentes albos flexos ad interiora, sicut duo cornua. *Electio.* Melior est secundum suam mineram antebium & dicitur, immò [b] [ascilthe,] deinde iurgium: deinde Indus marinus: & ex parte pastus, quod pascit vtrunque been, & spicam, deinde almaru. Et melior ex parte coloris & odoris est pomalis, citrinus. *Natura.* Est calidus & siccus in secundo: & quod ex eo siccum est, apud quosdã est [c] [maius.] *Operationes, & proprietates.* Est subtilis confortatiuus. *Decoratio.* [d] [Vaporat] quando ponitur in cibo. *Membra capitis.* Quando fit caputpurgium ex musco cum croco, & pauca camphora, confert soda frigidę, & solus ẽt, propter illud quod in ipso est de resolutione & virtute: & ipse confortat cerebrum temperatum. *Membra oculi.* Cõfortat oculum, & exsiccat humiditatem eius, & abstergit albuginem subtilẽ. *Membra anhelitus & pectoris.* Confortat cor [e] † [ ] & sanat tremorem cordis, & melancholiam ex solicitudine. *Venena.* Est theriaca venenorum, & propriè napelli.

b B. scinium.
c B. fortior, seu potentior.
d B. Facit oris fœtorem.
e † B. & lætificat.

a B. masteche.

De [a] *[mastice.]* *Cap.* 461.

Mastix quid est? Alius est Romanus albus, & alius est [b] [Nabathi] ad nigredinem declinans, & arbor quidem eius est composita ex aqueitate pauca, & terreitate plurima, & est subtilior, & magis iuuãs quam oliban um. *Electio.* Melior est ille, qui est albus, [c] [magnus] mundus. Et eius rectificatio est resolutio ipsius, & dimissio in aceto per aliquot dies, deinde exsiccatur. *Natura.* Calidus est, & siccus in secundo, & est minoris calefactionis & exsiccationis quam olibanum, & in arbore quidem eius non est infrigidatio, & calefactio vehemens, & in ipso est calefactio maior quã ea, quæ est in arbore eius. *Operationes & proprietates.* Est stypticus, resolutiuus, & omnes partes [d] [eius, & arboris suæ] sunt stypticæ. Et eius quidem est compositio ex substãtia aquea tepida, & substantia terrea. Et radices eius, & cortices radicum eius, ponuntur loco acatiæ & [e] [hensistides,] & loco eius, & similiter succus foliorum eius. Et ex fructu quidẽ eius, fit oleum vehementis stypticitatis. Gal. autẽ videtur videre in omnibus partibus cum stypticitate lenificationem, & similiter sunt olea eius. [f] [Nabathi] verò qui trahit ad nigredinẽ, stypticitas est minor, & exsiccatio est maior, & est magis conueniens in eo quòd necesse est resolui fortiter. Et totum quod in ipso est de stypticitate, & lenificatione, & exsiccatione est sine impedimento, & est subtile ualde, & liquefacit propter suam subtiliationem, & lenificationem, & caliditatem suam subtilem phlegma, & est cum hoc minoris acuitatis, & spissitudinis quã reliquæ gummæ. *Decoratio.* Ponitur in dẽtifricijs, & in gomaris: & facit possidere pulchritudinem. *Apostemata & † pustulæ.* Cõfert propter illud quod in ipso est de stypticitate, & lenificatione, apostematib. viscerum. Et nigrũ [g] [Nabathi] est conueniens duritieb. intrinsecis, & nigrum confert apostematibus formicalibus. *Vulnera, & ulcera.* Prohibet succus eius, & decoctio foliorum ipsius, ambulatiua, & oleum arboris huius confert scabiei, ita quòd scabiei pecudũ, & canum. Et effunditur decoctio foliorum, & succus super ulcera, & generat carnem, & similiter super ossa fracta, & restaurat. *Membra capitis.* Masticatio ipsius extrahit phlegma ex capite, & mundificat ipsum, & similiter colluti oris ex eo facta confirmat gingiuas. *Membra oculi.* Adherent eo pili [h] † [ ] inuersati. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert tussi, & sputo sanguinis, & propriè decoctio radicis eius, & corticis eius. *Membra nutrimenti.* Confortat stomachũ. & hepar, & aperit appetitum, & stomachum efficit bonum, & mouet eructuationem, & liquefacit phlegma eius, et confert apostematibus stomachi, et hepatis statim. *Membra expulsionis.* Confortat hepar, et intestina, et confert apostematibus eorum, et decoctio radicis eius, et corticis ipsius cõfert fluxui [i] [sanguinis per inferiora,] et dysenteriæ, et rasuræ. Et similiter ipsa folia fluxui sanguibis matricis, et omnibus dolorib. matricis, et cursui humiditatis earum malo, et [k] [augmento] matricis, et ani, et similiter oleum arboris eius, et seminis eius, prouocat mẽstrua.

b B. cabthi.
c B. purus.
d B. arboris eius
e B. & hensistides, seu hypoquistidos.
f B. Cab.hi.
† bothor.
g B. cabthi.
h † B. palpebrarum.
i B. uentris.
K B. & eminẽtię seu egressioni.

a B. Mu.

De [a] *[mu.]* *Cap.* 462.

Mu quid est? Est frusta diuersę figurę in colore agarici, et habet puluerem trahens ad stypticitatem, et amaritudinẽ, et est boni odoris, pungens linguam, et est radix plantę, non enim administratur de eo nisi radix eius, et multiplicatur in terra [b] [Megduna.] [c] [*Electio.*] Melius est illud quod est album, [d] [magnum,] mundum. Et ipsius quidẽ rectificatio est resolutio ipsius, et dimissio eius in aceto per aliquot dies, deinde exsiccatio ipsius. [*Natura.* Est calidum et siccum in tertio, et in ipso est humiditas extranea non matura, inflatiua, *Operationes & proprietates.* Est subtile, abstersiuũ, aperitiuum, simile spicæ in virtute, verum ipsum est fortioris calefactionis et stypticitatis. *Instrumenta iuncturarum.* Confert bibitum, et linitum dolorib. iuncturarum. *Membra capitis.* Facit soda plurimus vsus eius, et illud propter superfluitatem humiditatis eius [e] [congelatæ] in ipso [f] † [ ] *Membra expulsionis.* Confert difficultati vrinæ bibitum, et more emplastri superpositum, et similiter doloribus uesicæ. et constrictioni superfluitatũ in ea, et prouocat menstrua, et confert dolorib. matricum, ita quòd encatisma in aqua eius, et confert dolori pungitiuo ventris, et rugitui, et inflationi.

b B. Macedonię
c B.
d B. purum.
e B. repertæ.
f † B. Mẽbra nutrimẽti. Cõfert hepati frigido, & inflationi eius.

a B. mezarium.

De a *[mezerion.]* *Cap.* 463.

Mezerion b [ ] quid est? Est lacticinium magnum, quod est duorum modorum vnum eorum est [c] [magna] habẽs folia, subtilia: et alterum est parua habẽs folia, [d] [spissa] et hoc est deterius amborum. Et quod nigrum est, est perniciosum. *Electio.* Melius mezerion est, in quo sunt folia plurima, et similia folijs oliuæ, et subtiliora. Qđ verò folia parua hẽt, quę sunt crispa,

b B. Alia litera. & est leo terræ.
c B. Alia litera. plurima.
d B. grossa.

crispa,est malum:sed quandoque malitia almezerion frangitur cum resolutione. *Natura*. Est calidum & siccum in quarto. *Operationes, & proprietates.* Est acutum,mundificatiuum,excoriatiuum,& eius [e] [acrimonia] est vehemens. *Decoratio*. Omnes species administrantur ad morpheam,& ad albaras, & ad lentigines linitæ exterius,& quandoque admiscetur ei sulphur in ipso. *Vulnera & ulcera*. Omnes species eius administrantur ad impetiginem , & vlcera sordida cum melle,& eradicant [f] [cortices]propter illud quod est in eis de substantia resolutiua,corrosiua,& similiter exsiccant scabiem. *Membra capitis*. Colluitur os cũ decoctione eius,& propriè decoctione nigri,& sedatur dolor dentis. Et quandoque [g] [aliquid eis adhæret] cum pipere & frusto faui super dentem [h] [corrosum propter dolorem.] *Membra nutrimenti*. Nocet hepati valde. *Membra expulsionis:* Soluendo educit aquam , & propriè quod accipitur humidum hora sui floris. Eius autem acuitas frangitur,si infundatur in aceto , deinde exsiccetur. Et ex eo quidem infuso in potu sumuntur sex aurei decocto ĩ lib.1.&.s.aquę donec de ea remaneat medietas,& quarta,& bibitur,& solutione educit lumbricos,& ascarides,& propriè [i] [acsunesi] &in decoctione calamenthi montani. Et quãdoque sumũtur drac.xxij.de eo,& positę in duobus vrceis vini,dimittuntur sic duob. mensibus,deinde colantur,& post dimittũtur duobus mensibus,deinde dãtur in potu ad hydropisim,& ad purgationem mulierum,quæ pepererunt,& conferunt. & eius decoctio confert difficultati vrinæ vehementi,& dixerunt ꝙ ipsum etiam solutione educit melancholiam, & humores phlegmaticos,& propriè quãdo miscetur cum duplo absinthij quãtum ipsum est. Et quidam eorum sunt qui assumũt de eo aur. cum duplo ipsius de absinthio confecto cum melle decocto,& faciũt ex eo collyria,& oportet quidem vt si sit ad soluendum aquam citrinam,admisceantur ei alia solutiua , quę ipsam soluunt. Et si quęritur vt eo soluatur melãcholia,fiat ex eo similiter,& misceatur ei quod soluat melancholiam. *Venena*. Mezerion bibitur cũ vino ad morsum vermium venenosorum , & est propriè nigrum venenum mortiferum . Et quando miscetur cum sauic, & coniungitur cum aqua & oleo,interficit mures,& canes , & porcos . Et quod de eo interficit homines , est pondus ʒ.ij.interficit enim cum turbatione,& vomitu,& solutione.

e B. adustio.
f B. escaras.
g B. fit ut adhæreat ei aliquid ex eo.
h B. dentem dolorosum. Alia litera. corrosum dolentẽ.
i B. acsunasi ex eo.

De [a] [maru.] Cap. 464.

a B. maru.

Maru quid est? Dicunt Indi quòd est species plures. Est enim quædam species eius , quæ est boni odoris,& est [b] [marmacor] & est calidior & siccior. Et est species alia quæ est minoris odoris & dicitur [c] [sumusc]& est calida,& lenis. Et tertia species nominatur almaru albũ , quæ est temperata , & in ipsa est virtus [d] [lenificatiua.] Et existimo ꝙ illa,in qua est uirtus [e] [lenificatiua]est lingua bouis. Et alia est species quæ nominatur [f] [marumeus] & est calida & sicca subtiliatiua. Et est species quę nominatur [g] [merscebar] & est frigida,secundum ꝙ dicit narrator eius. *Natura*. Est calidum & siccum in secundo.deinde diuersificatur. *Operationes et proprietates*. Omnes species sunt [h] [rarificatiuę , subtiles,] resolutiuę inflationum,& phlegmatis , aperitiuę oppilationum vbi sunt. *Membra capitis*. Distillatur cum aqua lactis in aurem dolorosam. Et merscebar quidem cõfert soda calidæ , & reliquę species almaru conferunt soda frigidæ . sed quod de eo odoriferum est,facit soda propriè quando odoratur super uinũ. *Membra nutrimenti*. Resoluit phlegma ex stomacho , & confert dolori stomachi,et confortat ipsũ. *Membra expulsionis*. Confortat intestina , & semen eius quum frigitur,confert rasuræ intestinorum,& dysenteriæ, & si non frigitur,solutione educit phlegma.

b B. marmausi uel marmaheus.
c B. sumusa.
d B. lętificatiua.
e B. lætificatiua.
f B marmaheus.
g B. misebar.
h B. carminatiuę subtiliatiuæ.

De [a] [marmacora.] Cap. 465.

a B. marmahas.

Marmacora quid est? Nota est . Et flos quidẽ eius est cineritius ad viriditatem declinans, & boni odoris,qui de eo est [b] [aromaticus.] *Natura*. Inquit Dios. Almarmacora est calidior maiorana,& fortior,& est calida in tertio,sicca in secundo. *Operationes et proprietates*. Est subtilis,resolutiua,sedatiua ventositatum,aperitiua oppilationum phlegmaticarum, vbi sunt. *Membra capitis*. Inebriat velociter, quum ponitur in uino,& facit soda odoratus eius vltimè,uerum resoluunt odoratus eius, & multitudo ipsius ,& declinatio super embrocham ipsius,omnes uapores,& soda frigidos,& est similis sceha in illo. *Membra nutrimenti*. Confortat stomachum , & aperit oppilationes uiscerum,& exsiccat humiditatem stomachi. *Membra expulsionis*. Confortat intestina.

b B. aromatici.

De [a] [mugath.] Cap. 466.

a B. mungath.

Mugath. quid est? Dixerunt quidam ꝙ est uenæ [b] † [ ] granati syluestris, sed non est conueniens hoc,quod dixerunt,quoniã semen eius est conueniens coitui,& mouet ipsum fortiter. *Natura*. Est calidum [c] [perueniens ad tertium,& humidum in secũdo.] *Operationes et proprietates*. Est confortatiuum membrorum. *Decoratio*. Est impinguatiuum. *Instrumenta iuncturarum*. Confert quum ex eo fit emplastrum torsioni , fracturæ,et attritioni lacertorũ , & dislocationi,& confert podagræ,& spasmo,& est bonũ [d] [tesabuch]et duritiei iuncturarum. *Membra anhelitus et pectoris*. Lenificatiuum est duritierum, quę sunt in gutture,et pulmone. *Membra expulsionis*. Mouet coitum,et propriè semen eius.

b † B. seu radices.
c B. Alia litera. in secundo, humidũ in tertio.
d B. aldesbot.

De [a] [merdesenz.] Cap. 467.

a B. merdasengi.

Merdesenz quid est ? Merdesenz est plumbũ adustum,et quandoque fit absque plumbo , et peruenitur ad summum rectificationis ipsius, aut quia decoquitur in aceto , aut uino puro , deinde,aduritur uice una , aut duab. aut aduritur sup prunas,et aufertur ab eo quod sup ipsum eleuatur,aut decoquitur cum aqua et frumẽto,et cũ hordeo,donec findatur,et remouẽtur ab eo frumẽtũ et illa aqua,et decoquitur cũ aqua receti, donec purificetur, deĩde submergi-

tur ab illa aqua.Fit hoc de eo multoties,deinde mundificatur cum sale multoties, sicut scis,& quandoque fit aliud.*Natura*. Inquit Gal. Decliue est ad exsiccationẽ,sed est debilis calefactionis,& infrigidationis. Apud alios verò est decliue ad aliquãtulum frigoris.Et illud quod est ablutum,est proculdubio frigidum. *Operationes & proprietates*.Est constrictiuum,& exsiccatiuũ, & abstergit parumper cum stypticitate,& glutinatione,& subtiliat grossum,& stypticitas, & abstersio ipsius sunt paruę. Et ipsum quidẽ est materia empiastrorum. Aggregat enim medicinas,& frangit superfluitatem resolutionis,& corrosionis,& stypticitatis etiam.*Decoratio*. Efficit odorem corporis bonum, & ascellarum, & prohibet rasuram coxarum,& abstergit pãnum,& cicatrices nigras, & sanguinem mortuum,& propriè illud quod est ablutum, & delet vestigia variolarum, et prohibet sudorem. *Vulnera & ulcera*. Creat carnem in vlceribus per accidens.Sed Gal.est ex eis,qui dicunt ꝙ ipsum non mundificat,& non sordidat,et non generat, et b [non contrahit,sed est materia emplastrorum,& confert rasurę intestinorum,& rasurę] almagabin & coxarum. *Membra oculi*. Illud quod est album ablutum,ponitur in† collyrijs,& abstergit oculum. *Membra expulsionis*.Si bibatur,prohibet vrinam. Et mulieres quidem in regione nostra dant ipsum in potu propter fluxum ventris,et vlcera intestinorum,et quandoque proijciunt in vasis aquę,et minuitur eius nocumentum.*Venena*. Est pernitiosum,retinens vrinam,et inflat ventrem,et duo emũctoria,et c [constringit] linguam et præfocat, et stringit anhelitum.

b B.corrodit sed est materia unguentorũ,& cõfert excoriationi.
† alcofol.
c B. Alia litera. dealbat.

De a [*mescatramescir.* *Cap.* 468.

a B. mescatramẽsihe.
b B. Alia litera. alsahefram.

Mescatramescir quid est? Stipites similes b [alscehescebram] sicco,ex quo non assumitur In principio cibi sapor plurimus,neque odor, deinde succedunt amaritudo,et acuitas.Et quãdo pascunt ipsum pecudes,facit emulgere sanguinem et c [excusat a calamentho,] immò est eo fortius plurimum. Et est duarum specierũ, quarum vna est d [mescatramesar]verum,et altera est mendosum falsum,et est ei simile,verũ habet dispositiones debiliores dispositionib.illius.*Natura*. Est calidum et siccum ad tertiũ perueniens.*Membra anhelitus et pectoris*. Ipsum extrahit humiditates viscosas ex pectore, et pulmone.*Membra nutrimenti*. Syrupus eius confert conturbationi, et nauseæ. *Membra expulsionis*.Prouocat menstrua fortiter, et vrinam, ita ꝙ facit mingere sanguinem,et extrahit fœtum bibitũ, et suffumigatũ, et suppositum, et eius syrupus prouocat sanguinem partus.

c B. ponitur loco calamenthi.
d B.mescatramesiha.

De a [*mum.*] *Cap.* 694.

a B mumi

Mum (*i.propolis*) quid est?Mum purum est parietes domorum apum, in quibus faciunt oua, et pullos,et aduenit in eis mel. Et mum quidẽ nigrum est sordes b [fenestrarũ forinsecarũ.] *Natura*. Est ęquale. *Operationes & proprietates*. Est lenitiuum,et replet vlcera sorditie,et humectat per accidens,quoniam conglutinat,et oppillat poros, et est materia emplastrorum infrigidãtium,et calefacientium omnium,et non est dubitatio quoniam in eo fit maturatio parua, et aliquantulum resolutionis,ex multitudine resolutionis mellis.et in mum quidem nigro, ꝙ est sordes c [fenestrarum forinsecus] est attractio vehemens ex profundo. Attrahit enim d [astellas quæ carni infixæ sunt,] et spinas,et in ipso sunt subtilitas,et mundificatio pauca,et lenitas vltima.*Apostemata & † pustulæ*. Lenit duritiem apostematum.*Vulnera & ulcera*.Lenit escharas,et implet vlcera sorditie, et nigrum extrahit surculos,et spinas. *Instrumenta iuncturarum*.Lenit neruos.*Membra capitis*. Mum nigrum sui odoris fortitudine facit sternutationem. *Membra anhelitus & pectoris*.Confert asperitati pectoris linitum,et deglutitum propriè, et quandoque concutitur cum oleo violaceo,et prohibet lac coagulari in mammillis ablactantium. existimo quòd dixit e [bibantur grana sicut milium.x.numero.] *Mẽbra expulsionis*.Bibuntur de eo f [x. rosetin] in quibusdam sorbitionib.de milio et de ryzi ad vlcera intestinorum.*Venena*. Dicitur quòd ipsum extrahit venena, et ponitur super vulnera sagittarum venenosarum linita,et non nocent.

b B.nasibus adhærens.
c B.uasorum.
d B.surculos.
† bothor.
e B.bibitum in modum pilularũ uidelicet numero decem.
f B. in modum pilularum x.

De a [*magnete.*] *Cap.* 470.

a B.magnathis.

Magnes quid est? Est lapis qui attrahit ferrum.quum ergo aduritur,fit hæmatites, et uirtus eius est sicut virtus illius.*Electio*. Melior est niger imbibitus rubedine,purus, in quo non est permixtio. *Operationes & proprietates*. Est abstersiuus,mundificatiuus.*Membra expulsionis*.Datur in potu b [ad bibitionem limaturæ ferri, quum retinetur in uẽtre scoria ferri.Ipse.n.extrahit] ipsam,et associatur ei apud exitum. Et dicitur ꝙ quando in potu sumuntur ex eo tres anulusat cum mellicrato,educit solutione humorem grossum malum.

b B. in uino ei qui bibit rasurã uel limaturã ferri cũ retinetur in uentre ipsius aut bibit scoriã ferri,quę retinetur.ipse.n. magnes attrahit.

De a [*marchasita.*] *Cap.* 471.

a B.marchasita.

Marchasita(*idest pyrites*)quid est?Est plurium specierum,alia enim est aurea,et alia argentea, et alia ęrea,et alia ferrea. Et omnis species similatur substãtiæ,cui comparatur in colore suo. et b [ipse] quidem nominãt eam lapidẽ c [adestenni[.i.lapidem luminis, propter iuuamentum quod uisui affert.*Natura*.Calida est in secũdo,sicca in tertio.*Operationes & proprietates*.In ipsa est constrictio,et calefactio,et maturatio, et resolutio,et abstersio,et est uirtus eius fortis.ueruntamen dum eius contritio non bene fit,nõ apparet eius iuuamentum. *Decoratio*. Confert quando linitur cum aceto super morpheam, et baras,et lentigines,et resoluit humiditates cõtentas sub cute, et subtiliat capillos, et crispat eos.*Apostemata & † pustulæ*. Quando permiscetur cum gumma pini confert apostematib.duris,et resoluit ea,et ponitur in emplastris resolutiuis propter illud,quod in ipsa est de resolutione,et maturatione.*Vulnera & ulcera*.Cum gũma pini consolidat ulcera,et d † [ ] eradicat carnẽ augmẽtatã. *Instrumenta iuncturarum*.Resoluit qđ aggregatur in partib.lacerti de materia

b B.perfici.
c B.alrusenai.
† bothor.
d † B. cum arsenico.

ria sim ili saniei. *Membra capitis*. Dicitur quòd si suspendatur super collum infantis, nō timebit. *Membra oculi.* Abstergit oculum, & confortat ipsum adusta, & non adusta.

a B. magnesia.

De a [magnesia.] Cap. 472.

Magnesia quid est? Est in dispositionib. marchasitę, & est melior ea.

a B. morsangius.

De a [maiorana.] Cap. 473.

Maiorana. *Natura*. Est calida & sicca in tertio. *Operationes, & proprietates*. Est subtilis, resolutiua, aperitiua cum fortitudine, & uirtus olei eius est calefactiua, subtiliatiua, acuta. *Decoratio.* Aqua eius ponitur in uentosis, & ponitur super membrum post expletionem ventosationis, prohibet enim albedinem, quæ accidit a b [caraxationib.] post ventosationem. Et quod ex ea siccum est, linitur cum melle sup nigredinem sanguinis & viriditatem eius, & propriè sub oculo. *Apostemata &* † *pustulæ*. Est epithema super apostemata phlegmatica. *Instrumenta iuncturarum.* Ponitur in ceratis, & linitur super torsionem neruorum, & confert dolori dorsi & inguinum, & similiter cum melle ad lassitudinem. Et oleum eius etiam est medicamen paralysis declinantis collum ad posteriora, & reliquę paralysi. *Membra capitis.* Aperit oppilationes cerebri, & confert hemicraneæ, & soda, c [& humiditati, & soda melancholicæ, & uentositatibus grossis, & dolori auris embrochata & distillata, & ponitur in ipsa cottum infusum in oleo maioranæ, & cōfert oppilationi eius. *Membra nutrimenti*. Confert decoctio eius initio hydropisis. *Membra expulsionis.* Confert decoctio eius difficultati urinę, & dolori uentris pungitiuo, & oleum eius calefacit, & subtiliat, & confert coarctioni matricis deducenti ad præfocationem ipsius. *Venena.* Ex ea cum aceto fit emplastrum ad puncturam scorpionis.

b B. scarificationib.

† bothor.

c B. phlegmaticæ.

a B. mumia y uel mumia.

De a [mumia.] Cap. 474.

Mumia quid est? Ipsa est in uirtute picis, & asphalti, commistorum, & naturis utrorumq; verūtamen est vltima, & amplum est eius iuuamentum. *Natura*. Est calida in secundo. *Operationes & proprietates*. Est subtilis, & resolutiua. *Apostemata &* † *pustulæ*. Confert apostematibus phlegmaticis. *Instrumenta iuncturarum*. Est bona doloribus dislocationis, & fracturæ, & casus, & percussionis, & paralysi, & torturę bibita, ēt cum compressione inuncta. *Membra capitis.* Cōfert hemicraneæ, & soda frigidæ, & epilepsiæ, & uertigini, & fit capurpurgium ex ea secūdū quantitatem vnius grani cum aqua maioranæ, & in aurem ponitur dolorosam unum granū cum sambacino, & ad fluxum saniei ex aure ponitur de ea quantum est vnum granum hordei cum oleo rosaceo, & aqua agrestæ cum licinio. & ad grauitatem linguæ kirat unum cū decoctione origani persici, & ad galeatā passionem, & ad sodam antiquam granum cum grano uno castorei, cum oleo de ben facto caput purgio. *Membra anhelitus*, *& pectoris*. Prohibet sputum sanguinis ex pulmone, sitq; quod de eo in potu sumitur, quantum sunt tria grana hordei, in uino communi. Et iam quidem experta est Kirat ad prefocationes cum oxymelle. Et ad dolorem gutturis kirat cū rob de moris, aut de decoctione lenticulæ. Et ad tussim b [thafugi] cum aqua iuiubarū, & aqua hordei, & sebesten tribus diebus continuis, quum est ieiunus. Et ad tremorem cordis kirat cū aqua cymini, & ameos, & carui: *Membra nutrimenti*. Et ad debilitatem stomachi Kerates cum aqua cymini, & ameos & carui. Et similiter ad nauseam phlegmaticam, & ad casum super pectus, & stomachum, & hepar kirat cum duobus danich de luto armeno, & danich uno croci in aqua solatri, aut cassię fistulæ. Et ad singultum granum vnum cum decoctione seminis apij. Et dolorem splenis kirat cū aqua zuccari. *Membra expulsionis*. Est bona ad vlcera quæ sunt in e [foramine uirgæ] & uesica, & bibitur de ea q̄titas kirat cum lacte, & si aliqd de ea misceatur cū farina, & supponitur, confert paucitati tolerantiæ ad retētionem urinæ. *Venena.* Et ad venena duo grana cum decoctione d [hasce] & alaniudē, et ad scorpionē Kirat cū uino puro, et ad pūcturā eius Kirat cum butyro vaccino.

b B. thafugi.

c B. uirga.

d B. alhasec'h.

a B. Mor.

b B. ex arbore.

De a [myrrha.] Cap. 475.

Myrrha quid est? Est gumma currens b [super arborem] in Iameni, quę dimittitur donec congeletur, deinde colligitur, sicut galbanum, et opopanacum c [in terra nostra.] Et eius quidem alia est pura, et alia est adulterata. *Electio*. Melior est illa, quæ ad albedinem declinat, et rubedinem non commista ligno, d [cuius arbor est] boni odoris. Quandoque verò adulteratur cum quodam lacticinio pernitioso, et fit ipsa pernitiosa, et hoc quidem lacticinium nominatur e [alfersius,] et est arbor pernitiosa, *Natura*. Est calida et sicca in secundo. *Operationes et proprietates*. Est aperitiua, resolutiua ventositatum, et in ipsa sunt stypticitas et adhærētia, et lenificatio, et eius fumus est conueniens ei, cui ipsa conuenit, sed est vehementioris exsiccationis, et subtilis absque mordicatione, et est in homogeneositate fumi olibani, et ponitur in medicinis magnis propter multitudinem sui iuuamenti, prohibet putrefactionem, ita ꝙ ipsa retinet mortuum, et conseruat ipsum ab alteratione, et fœtore, et f [extrahit] superfluitates crudas. Illa verò quę asportatur de Clita est uehementioris calefactionis, et maturationis, & lenificationis. *Decoratio.* Quando miscetur cum oleo myrtino, & ladano, iuuat ad confortādum capillos, & ad inspissandū eos, & abstergit uestigia vlcerum, & oris odorem bonū efficit, quando in ipso retinetur, & remouet fętorem oris; & illinitur pmista cum vino, et alumine sup ascellas, et remouet fętorem earum: et permixta cum melle et casia lignea illinitur sup verrucas. *Apostemata &* † *pustulæ*. Confert apostematib, phlegmaticis. *Vulnera, & ulcera.* Cōsolidat, et cooperit ossa nuda, et administratur cum aceto super impetiginem, et sanat uulnera putrefacta. *Membra iuncturarum.* g [Ipsa permista cum carne ostracorū illinitur] sup cartilagines læsas, sicut est auris, et reliqua. *Mēbra capitis*.

c ——— B.

d B. arboris ei'.

e B. barbasis.

f B. exsiccat.

† bothor.

g B. Alia litera. decoquitur cum uino puro.

b B epilepsiam. i B. cū thapsis.

capitis. Inquit Gal. odor myrrhæ sanis facit soda, ne dum patientibus [h] [soda,] & ipsa est ex medicinis proprijs [i] [memithe] & opio & castoreo, quæ conferunt contusioni auris, & facit scotomiam, & somnū, & colluitur ex ea os cum uino & oleo, & confirmat dentes valde, et confortat eos, & prohibet corrosionem eorū, & constringit eos, & remouet humiditatem eorum, & spargitur super vlcera capitis, & exsiccat ea, & administratur cum castoreo, & memithe, & opio ad vlcera auris dolorosæ, & ad saniem. Et liniuntur ex ea nares ambæ ad fluxus antiquos, & constringit eos. Et quandoque fit caputpurgium cum pondere danic de ea, & mundificat cerebrum. *Membra oculi*. Abstergit vestigia ulcerum in oculo, & implet ulcera eius, & abstergit albuginem ipsius, & confert asperitati palpebrarum, & resoluit saniem in oculo absque mordicatione, & quandoque resoluit aquam in principio sui descēsus, quum est subtilis, quæ autem fortior est in † collyrijs, est illa, quæ est adulterata cum lacticinio. *Membra anhelitus et pectoris*. Est bona tussi antique humidę, & asthmati, & anhelitui dilatationis, & doloribus lateris, & clarificat uocem. & totum illud propter suam abstersionem subtilem absque asperitate, & ponitur sub lingua, & transglutitur aqua eius ad asperitatem gutturis. *Membra nutrimenti*. Confert myrrha pura mollificationi stomachi, & aqua citrinæ, & inflationi in stomacho. *Membra expulsionis*. Prouocat menstrua, & propriè clysterizata cum aqua rutæ, & aqua absinthij, aut aqua lupinorū. & extrahit fœtum, & vermes, & ascarides propter suam amaritudinem, & lenit coarctationem oris matricis, & sumitur in potu quantitas fabæ de ea ad ulcera intestinorum, & rasuram, & solutionem. *Febres*. Faba de ea acceptā cum pipere, & aqua ad initium rigoris, prohibet ipsum. *Venena*. Datur ad bibendum ad pūcturas scorpionum cum uino. *Permutatio*. Loco eius ponitur medietas ponderis sui de pipere nigro secundum quòd dicitur, sed nihil est.

† alcofol.

a B. Meran.

De [a] [*muram.*] *Cap.* 476.

Muram quid est? Est fructus arboris, qui comeditur, quum tamen sit uehemens ponticitas in ipso, & superflua. *Operationes & proprietates*. In ipso est stypticitas & exsiccatio. *Vulnera & vlcera*. Quod de cortice eius adustum est, cū aqua super scabiem ulcerosam ponitur. Et ipsa penitus tātam stypticitatis uehementiā consequuta est, quòd fructus eius consolidat uulnera grossa. *Venena*. Si succus almuram cum uino bibatur, aut ex eo fiat emplastrum, cōfert morsui viperę. Et dicitur quòd serratura ligni eius interficit quando bibitur.

a B. Mamithe.

De [a] [*memithe.*] *Cap.* 477.

b B aqua gaderam. c B. bemengi.

Memithe quid est? Est simile glandibus, citrini coloris ad nigredinem declinans, facile frāgibile, & in ipso est amaritudo, & substantia aquea, & terrea, & frigiditas aquea non est uehemens, sed sicut [b] [lacunarum,] & eius principium est herba, q̃ est in [c] [Membige] & in litoribus Sceni, & est manifesti odoris, et amari saporis, et crocei succi. *Natura*. Est frigida et sicca in primo. *Operationes, & proprietates*. Stypticitatem hēt [d] [multam] *Apostemata & † pustulæ*. Confert apostematib. calidis, grossis, et sanat erysipilam non fortem magnam, in corporibus duris, nō paruam in corporibus teneris, quoniam in eis est superfluæ exsiccationis. *Membra oculi*. [e] [Cōfert in medicinis ophthalmiæ in principio.

d B. conuenientem. † bothor. e B. cadit.

a B. Mahaleb.

De [a] [*mahaleb.*] *Cap.* 478.

Mahaleb. *Electio*. Melior est, qui est albi coloris, purus. *Natura*. Est calidus in primo, et nō est uehementis siccitatis. *Operationes, & proprietates*. Est abstersiuus, subtilis, resolutiuus, sedatiuus dolorum. *Instrumenta iuncturarum*. Est bonus doloribus, qui sunt in ilijs, et dorso. *Membra anhelitus & pectoris*. Confert syncopi bibitus cum aqua mellis. *Membra expulsionis*. Confert colicę, et lapidi in renibus, et uesica.

a B. Magra.

De [a] [*magra.*] *Cap.* 479.

Magra. *Electio*. Melior est munda, et quæ crescit et augmentatur in aqua. *Natura*. Est frigida in primo, sicca in secundo. *Operationes & proprietates*. In ipsa est glutinatio, et stypticitas. *Mēbra nutrimenti*. Confert doloribus hepatis. *Membra expulsionis*. Est fortior in constrictione uentris, quam lutum sigillatū, et interficit uermes.

a B. Mahendane.

De [a] [*mehenbethene.*] *Cap.* 480.

b B. alsebech. c † B. paruo. d B. Alia litera. in quolibet fructu ipsius sunt.

Mehenbethene quid est? Est illud quod dicitur granum regum, et arbor eius nominatur in terra nostra [b] [asubet] et folia eius sunt similia pisci [c] † [ ] in longitudine unius digiti: et fructus est similis auellanæ maiori, et quandoque est minor, et [d] [hēt in flore cuiusque fructus] tria grana nigra. *Natura*. Est calida et sicca in tertio. *Instrumenta iuncturarum*. Sua solutione confert doloribus iuncturarum, et podagrę, et sciaticæ. *Membra nutrimenti*. Confert hydropisi, et facit vomere fortiter, et neq; conuenit stomacho. *Membra expulsionis*. Soluit sicut lacticinia, et decoquuntur folia eius in iure galli decrepiti, et confert colicæ, et prouocat, et quando ex granis eius sumuntur, vij. grana, aut vj. et fiunt pilulæ, aut bibūtur, ita quòd inde nō fient pilulę, deinde postea potatur in aqua frigida, solutione educit cholerā, et phlegma. Et sæpe quidem sumuntur in potu de eis x. grana, ex suis granis magnis, et xx. grana ex suis granis paruis. Quandoque voluntas adest, vt sit eius solutio magis ad summū peruenieēs, fit bona eius masticatio. Et quando est uoluntas vt sit eius solutio leuior, deglutiantur cum sua dispositione.

a B. Mharuth.

De [a] [*maroth.*] *Cap.* 481.

Maroth quid est? Est radix aniudem, et est minus assa in uirtute, et iuuamēto. Et iam q̄dē dictum est in cap. aniudem illud, q̄d oportet p̄mutari ad maroth. *Operationes & proprietates*. Est lenificatiua, maturatiua. *Membra nutrimenti*. In ipsa est difficultas digestiōis, et nocet stomacho

b B. ipse frigidus.

cho nisi sit b [frigida] quoniam tunc confortatur ipsa.

a B. Mensē uel miscem. b B. Mēsem seu miscem qd est. Granū eius est simile.

De a [mescim.] Cap. 482.

b [Mescim quid est? Est similis in omni re] albotin triangulatæ formæ, ad citrinitatem declinans, boni odoris. Arboris eius, alia est domestica tria habens folia, & alia est syluestris, & ægyptia; & ex ea fit panis, & uidetur quòd sit ipsa alharba. *Natura.* Domestica est temperata, & syluestris est in secundo in caliditate, & siccitate. *Operationes & proprietates.* Domestica, quę habet tria folia c [est fortis,] exsiccatiua parumper, & syluestris est fortior.

c B. uirtus eius est.

a B. Meluha.

De a [melguah.] Cap. 483.

Melguah quid est? Est medicina de Sceni, & cognoscitur illic hoc nomine, & est lignum sicut nodi punctati, & est decliue ad nigredinē parumper. *Instrumenta iuncturarum.* Aur. j. de eo cum mellicrato acceptus confert attritioni lacertorum.

a B. Murdasestan.

De a [muredascon.] Cap. 484.

Muredascon quid est? Est flos, & stipites subtiles frangibiles habet, ad cinereitatem & citrinitatem declinans. Et eius uirtus est sicut bedeoard apud quosdam, & est de eo qui est uehementius decliuis ad albedinem, & est de eo q magis est decliuis ad citrinitatem. b [Inquit filius Mesaugue est sicut bedeoard, & dixit ꝙ est myrtus syluestris, & dixerunt alij quòd est species Romana.] Et dixit Alcanzi est in uirtute absinthij Romani, & uehementius stypticus. *Natura.* Est calidus & siccus in secundo. *Membra capitis*: Confert c [ad soda] & humiditates in cerebro. *Membra nutrimenti.* Confortat stomachum, & hepar, & confert casui super viscera. *Mēbra expulsionis.* Supponitur ad uermes ani.

b B. Alia litera. Inqt filius Mesue ꝙ est myrtus syluestris, & dixerunt alij ꝙ est herba medicinalis Romana. Dixit filius Messarglue, ꝙ ē sicut bedaurad.
c B. epilepsiæ.

a B. Meliha.

De a [melha.] Cap. 485.

b B. hansegi.

Melha quid est? Est sicut b [ramnus,] & folia eius sunt sicut folia oliuę, & latiora, & comeduntur sicut olera. *Operationes & proprietates.* In ipso sunt salsedo, & stypticitas, & humiditas cruda, qua inflat. *Membra anhelitus & pectoris.* Aur. cum mellicrato exuberare facit lac. *Membra nutrimenti.* Aureus cum mellicrato, sedat dolorem ventris pungitiuum.

a B. Mamiran.

De a [memirem,] Cap. 486.

Memirem quid est? Est lignum, sicut nodi, declinans ad nigredinē, in quo est reflexio parua, & est b [calidius] quàm venæ tinctorum. *Natura.* Est calidum & siccum in fine secundi. *Operationes & proprietates.* Est abstersiuum, mundificatiuum. *Decoratiō.* Abstergit albedinem vnguium. *Membra capitis.* Eius succus extrahit humiditatem grossam ex capite, & mundificat superfluitates cerebri, & radix eius confert dolori dentium. *Membra oculi.* Mundificat albuginē in oculo, & acuit visum, quum ex eo fit † collyrium, & abstergit humiditatem grossam, & propriè succus eius. *Membra nutrimenti.* Radix eius confert ictericitiæ. *Membra expulsionis.* Confert dolori uentris pungitiuo, & in ipso est prouocatio.

b B. acutius.

† alcofol.

a B. Naheizhera.

De a [mahezeheregi.] Cap. 487.

Mahezeheregi quid est? Est arbor sicut arbor scebram, veruntamen est longior, in cuius est colore cinereitas ad citrinitatem declinās. Quidam uerò homines numerauerunt ipsam inter lacticinia. *Natura.* Calida est in tertio. sicca in eodem. *Operationes & proprietates.* Quando de ea aliquid proijcitur in gurgitem, inebriat pisces, & eleuat eos. *Instrumenta iuncturarum.* Cōfert podagræ, & dolori sciaticæ, & iuncturarū, & dorsi, & anchę, & destruit uentositates, quādo ponitur in medicinis solutiuis. *Membra expulsionis.* Solutione educit humores grossos, & phlegma.

a B. Mes.

De a [meisce.] Cap. 488.

b B. Mes.

b [Meisce] quid est? Est proximus substantię fabarum. Et melior horarum vsus eius, est æstas. *Natura.* Est tēperatus in humiditate & siccitate, ille q est excorticatus est tēperatus, et nō excorticatus ad siccitatem declinat, quoniā in cortice eius est ponticitas. *Operationes et proprietates.* Non inest ei inflatio fabarum, quamuis sit in ipso inflatio quædam: immò est in ipso minor quàm in eis, & non est abstersio fabarum in ipso, et neq; est in ipso frigus lenticulæ. & quando cum eo ponitur parum cartami, rectificatur eo. *Instrumenta iuncturarum.* Est emplastrū iuuatiuum ad dolorē c [membrorum] propriè cum uino uuæ, & uino decocto cū croco & super contusionem, & intrinsecam carnis rupturam. *Membra nutrimenti.* Chymus eius est laudabilis, & propriè excorticati, & non est in ipso tarditas descensionis fabarum, & quando decoquitur cum oleo amygdalino dulci, est laudabilioris humoris. *Membra expulsionis.* Quā decoquitur in aqua post aquam, in qua decoctus est, expulsam ab eo, stringit naturam, propriè quum fit acetosa cum granis granati, & sumach. et in ipso est nocumentum coitus, secundum quòd dixerunt quidam.

c B. neruorum.

a B. Men.

De a [manna.] Cap. 479.

Manna quid est? Est omnis ros cadens super lapidem, aut arborem, et fit dulcis, & coagulatur sicut mel, & exsiccatur sicut gumma, quem admodum tereniabin & b [ascheracho st] & mel asportatū de c [terra Cusuram syluestri.] et nos quidem iam diximus unumquodq; in suo capitulo. Et ipsum assumit de natura eius, super quod cadit, uirtutem. et adiungit illam ad id quod exigit lenitas, et dulcedo sui.

b B. siracōst.
c B. casseran in reb.

a B. Maluchia.

De a [muluchia.] Cap. 490.

Muluchia quid est? Est malua, et nos quidē perscrutabimur eius rememorationē in capitulis de b] k.] *Natura.* Frigida est in primo

b B. malua.

 hu-

humida in secundo. *Membra nutrimenti*. Aperit oppilationem hepatis.

a B. Mauzi, uel muzi.

De a [*musa.*] Cap. 491.

b B. Nutrimentum eius é paruum.

c B. est grauis stomacho præcipue cũ ex ea multum assumitur. Multitudo enim eius.

Musa quid est? nota est. *Operationes & proprietates*. b [Nutrit velociter] & est lenificatiua. & multitudo eius generat oppilationes, & addit in cholera & phlegmate secũdum complexionem. *Membra anhelitus, & pectoris*. Confert adustioni gutturis, & pectoris. *Membra nutrimenti*. c [Stomacho cõueniens est,& multitudo eius] stomacho est grauis ualde. Et oportet quidem ut sumat post ipsam calefactus oxymel cum seminibus,& infrigidatus & mel. *Membra expulsionis*. Augmentum efficit in spermate,& conuenit renibus,& prouocat urinam.

a B. Moch.

De a [*medulla.*] Cap. 492.

b B. non castratorum.

† bothor.

Medulla. *Electio*. Conuenientior est medulla vitulorum,& cerui, deinde tauri, & postea caprarum,deinde ouiũ,& medullę quidem hircorum b [cum testiculis] & taurorum propriè non castratorum,est magis sicca. Et medulla extremitatum est magis pinguis. *Operationes et proprietates*. Est calefactiua,lenitiua,abstersiua, multi nutrimenti,si digeratur. *Apostemata & † pustulæ*. Est bona duritiebus,& lapidositati, quæ est sicut medulla vitulorum,& cerui,non sicut medulla hircorum,& syluestrium hircorum: illorum enim sicca est,& neque est bonum in ea. *Membra nutrimenti*. Conturbat stomachum, & delet appetitum, & oportet ut comedatur cum piperibus & seminibus. *Membra expulsionis*. Supponitur ex medullis laudabilibus pessarium in matrice,& confert duritiei eius. *Venena*. Dicitur quòd linimentum ex ea,& propriè ex medulla cerui,fugat uermes uenenosos.

a B. Muria.

De a [*muri.*] Cap. 493.

b B. secundum caliditatis.

† alcofol.
† bothor.

Muri. (*i. muria.*) *Natura*. Est calidum & siccũ perueniens ad b [tertium.] Filius Mesauguę inquit,ex piscibus factum,est minoris caliditatis & siccitatis quàm quod ex hordeo, sed ego illud non credo. *Operationes et proprietates*. Abstergit humores grossos,& lenit,& exsiccat,& in ipso est stypticitas,& mũdificatio phlegmatis. *Decoratio*. Oris odorem bonum efficit. *Vulnera, & ulcera*. Est bonum ulceribus putridis,& factum ex piscibus,& carnibus salitis, prohibet ambulationem fraudulentis. *Instrumenta iuncturarum*. Confert dolori anchę,& sciaticæ. *Membra oculi*. Fit ex eo † collyrium in principio variolarum,& prohibet † pustulas ab oculo. *Membra nutrimenti*. Confert ad humiditatem stomachi, & abstergit humiditates a uisceribus. *Membra expulsionis*. Ponitur in enemate colicę, & enemate mundificationis ulcerum abrasionis propriè. *Venena*. Confert morsui canis rabiosi.

a B. Massala.

De a [*masal.*] Cap. 494.

Masal. *Operationes & proprietates*. Est malum habenti melancholiam valde. Et quando decoquitur cum carne pingui, rectificatur parũper. *Membra nutrimenti*. Est nociuum stomacho. *Membra expulsionis*. Nocitiuum est ano.

De menta. Cap. 495.

† bothor.

a B. yomicum.

Menta. *Natura*. Est calida & sicca in secundo,& in ipsa est humiditas superflua. *Operationes,& proprietates*. In ipsa est virtus calefactiua, styptica,prohibens,& est subtilioris substantię olerum,quę comeduntur. Quumq; frusta ipsius in lacte dimittuntur,non caseatur. Et cum bibitur ex ea eius succus cum aceto, abscindit cursum sanguinis ab interioribus. *Apostemata & † pustulæ*. Fit ex ea cum sauich, emplastrum ad dubellet. Et ipsa quidem non est similis mẽtastro, quoniam in mentastro non est ponticitas,et sunt in ipso resolutio,et calefactio, et exsiccatio superflua impediens. *Membra capitis*. Ex ea fit emplastrum fronti ad soda,et propriè cum sauich de hordeo,et fricatur cum illo asperitas linguæ, & remouetur, et succus eius miscetur cum mellicrato,et distillatur in aurẽ dolorosam. *Membra anhelitus & pectoris*. Prohibet a [fluxum] sanguinis,et sputum eius,et coagulationẽ lactis in mãmillis, more emplastri superposita,et sedat corũ apostemata. *Membra nutrimenti*. Confortat stomachum,et calefacit ipsum,et sedat singultũ,et digerit,et prohibet vomitum phlegmaticum,et sanguineũ, et cõfert icteritiæ,et propriè syrupus eius. *Membra expulsionis*. Adiuuat ad coitum propter inflationẽ quæ est in ipsa,et humiditatem hortulanam, quę non est in mentastro,et oppilat uasa spermatis,et interficit uermes,et quando supponitur ante horam coitus,prohibet imprægnationem. Et quando bibuntur de ea frusta cum granis granati, sedat cholericam passionem. *Venena*. Confert morsui canis rabiosi,et est propria ad illud.

ANNOTATIONES.

Mentam in secundo calefacientium & exsiccantium ordine reponit. At Gal. 6. simpl. necnon Paul. lib. 7. calidã esse in tertio gradu arbitrantur.

a B. Hassel.

De a [*melle.*] Cap. 496.

b B. in monte chaseran.

c B. acutum.

d B. acuitatem.

e B. & grossum seu spissum.

Mel quid est? Mel est ros occultus,cadens super flores,et super reliqua, quod colligũt apes et est uapor,q eleuatur et maturatur in aere,et cõuertitur,et ingrossatur in nocte,et mel factũ cadit,et quãdoq; cadit mel sicut est b [circa caseran.] diuersificatur aũt secundum ea super q̃ cadit,q̃ sunt arbor,et lapis,et manifestum ipsius colligunt homines. Quod uerò occultum est,colligunt apes,et existimo ꝙ apum labor in ipso aliquam habet impressionem, quę quidẽ ipsum nõ colligunt,nisi vt eo nutriantur,et ipsum reponant. Et mellis est genus c [acre] uenenosum. *Electio*. Melius mel est illud,quòd est verę dulcedinis,boni odoris,declinãs ad d [acredinem] et ad rubedinẽ et e [quod est, ut palea in colore,] quod nõ est subtile,et uiscosum qđ non

non abscinditur, et melius est vernale, deinde æstiuum, hyemale aũt est malum. *Natura*. Mel apum est calidum & siccum in secundo. mel tabarzet, de cannis est calidum in primo, sed non est siccum, & potest esse, ut sit humidum in primo. *Operationes & proprietates*. Virtus eius est abstersiua, & aperitiua orificiorum uenarum, resolutiua humiditatum & [f] [expellit] humiditatem ex profundo corporis, & prohibet putrefactionem, & corruptionem carnis. *Decoratio*. Linimentum factum ex eo prohibet pediculos, & lendines, et intersicit ambos. Et cum costo est linimentum panno, propriè antiquum, & mel cum sale est conueniens vestigijs percussionis melongenicis. *Vulnera & ulcera*. Mundificat uulnera sordida, profunda, & quod coctum est donec ingrossatur, facit adhærere vlcera recentia, & quando [g] [coquitur cum aceto,] sanat impetiginem. *Membra capitis*. Admiscetur ei sal gẽma, & distillatur tepidum in aurem, & mundificat eam, & exsiccat eam, & confortat auditũ, & olfactus eius quod est [h] [acre] & venenosũ, aufert rationẽ: quomodo ergo eius comestio? *Membra oculi*. Mel abstergit tenebrositatẽ uisus. *Membra anhelitus & pectoris*. Tangere cum ipso palatum, & gargarismum facere, sanat præfocationem, & ambas amygdalas. *Membra nutrimenti*. Aqua mellis confortat stomachum, & facit appetere cibum. *Membra expulsionis*. Mel cannarũ lenit uentrem, & mel tabarzet nen lenit. Et mel cuius spuma non est eiecta, inflat, & soluit ventrem, & si auferatur spuma ipsius, minoratur illud. Et decoctum non mouet ventrem, immò quãdoque stringit phlegmaticos, & nutrit plurimum, & decoctum cum aqua prouocat vrinam plurimum. Et dico quòd mel, & eius aqua si inuenerint preparationem cibi, ut penetret, stringunt, & si uiderint motum, & paucitatem preparationis cibi ad penetrandum, soluunt. *Venena*. Si bibatur mel calefactũ cum oleo ros. confert morsui uermium uenenosorum, & ei qui bibit opiũ, et deglutitio ipsius est cura morsus canis rabiosi. [i] [Et radix fungi pernecantis] & illud quod est decoctum, confert uenenis: & qui per ipsum vomit, sanatur. Et mel [k] [acre] cuius odor facit sitire, & ipsius comestio, facit possidere ablationem rationis subito, & sudorem frigidum, et eius cura est comestio piscis saliti, & bibere aquam mellis, & vomere cum eo.

f B. attrahit.
g B. linitur cũ alumine.
h B. acutum.
i B. & eius qui comedit fũgos penetrantes.
k B. acutum.

De [a] [mure.] Cap. 497.

a B. Far.

Mus. *Decoratio*. Sãguis eius eradicat verrucas. Et stercus muris super alopeciam confert, & propriè linitum cum [b] [cepe,] & propriè illud quod est adustum. *Membra capitis*. Quando assatur, & siccatur, & datur ad comedendum infanti, abscindit fluxum saliuæ ab ore eius. *Membra expulsionis*. Si bibatur stercus muris cum thure, & aqua mellis, frangit lapidem. Et si supponatur collyrium eius, soluit ventrem pueri, & quando decoquitur cum aqua, & sedet in ea, qui difficultatem patitur vrinæ, confert ei. *Venena*. Conuenerunt homines in hoc, quòd quando finditur, & ponitur super puncturam scorpionis: sanat eam.

b B. melle.

De [a] [moris.] Cap. 498.

a B. Thur.

Morum quid est? Mori sunt duæ species. Vna earum est alfirsedu quod est dulce, & currit secũdum semitam ficus in maturatione, sed est deterioris nutrimenti, & minoris, [b] [& siccioris,] & magis destruens sanguinem, & deterius stomacho. reliquas verò ficus dispositiones habet, est tamen inferius ea. [c] [Amarum] autem quod nominatur morum de [d] [Sceni] sit nunc illud, de quo plurimum loquimur. Quando igitur immaturum est, & exsiccatur, stat loco sumach. *Natura*. Dulce est calidum & humidum, & acetosum alsceni est ad frigiditatem & humiditatem decliue. *Operationes & proprietates*. In ipso est stypticitas, et infrigidatio. Et succus mori est stypticus, & propriè quando decoquitur in vase æreo, & prohibet fluxum materierum ad membra, & quod immaturum, est propriè, et immaturum est sicut sumach. *Decoratio*. Quando coquuntur folia eius, et folia vitis, et folia ficus nigræ cum aqua pluuię, denigrant capillos. *Apostemata & † pustulæ*. Acetosum retinet apostema oris, et gutturis, et [e] [folia eius sũt ultima] ad squinantiam, & præfocationem. *Vulnera & ulcera*. Quando acetosum est, confert ulceribus fraudulentis, scilicet siccum ipsius, et succus eius. *Membra capitis*. Rob eius acetosum est conferens † pustulis oris. Et decoctio radicis eius [f] [mollificationi dentium,] & collutio oris ex succo foliorum acetosi. [g] [Et decoctio radicis eius] est bona denti doloroso. *Membra nutrimenti*. Morum est malum stomacho, corrumpitur enim eo propriè alfirsedu, & cũ non corrũpitur in stomacho alfirsedu velociter, nõ nocet. Et oportet quidem, ut comedantur omnes species eius ante cibum, et recipiãtur in stomacho, in quo non sit corrupio. Illud uerò [h] [de Sceni] non nocet stomacho cholerico. et non est in ipso de mala cõuenientia stomacho, quod est in [i] [firsedu,] quanuis sit malitia in ipso, & non est nausea in ipso, et nutrimentum eius est paruum, et facit appetitum cibi, et facit ipsum lubricum, et extrahit ipsum velociter, et omnino descensus eius a stomacho fit velociter, sed eius descensus ex intestinis, est tardus. *Membra expulsionis*. [k] [Morũ quod salitum est,] & exsiccatum, retinet ventrem vehementer, et confert dysenteriæ. Et lachryma quidem mori soluit, & in cortice eius sunt mundificatio, et solutio: & solutio eius est plurima et in moro quidem dulci est velocitas descensionis, aut propter suam humiditatẽ, aut propter [l] [acredinem] ei admixtam. Inquit Archigenes est tardæ egressionis, et est prouocatiuum. Existimo autem [m] [acetosum esse, et cum hoc] quòd est in ipso de natura solutiua, prohibet quandoque solutionem antiquam, & ulcera intestinorum, et propriè quod exsiccatum est. et in omnibus quidem speciebus mori, est prouocatiò vrinæ. et morum [n] [de Sceni] quanuis uelociter a stomacho egrediatur, ipsum tamen est in intestinis tardum. *Venena*. Cortex arboris mori est theriaca iusquiami. Et quando bibitur de succo foliorum eius. vnc. et. s. confert morsui rutelę, et lenit naturam lubricitate sua, est inflatione.

b——B.
c B Muzum.
d B. Scemi.
† bothor.
e B. Alia litera rob eius est cõferens.
† bothor.
f B. mollificat dentes.
g——B.
h B. quod dicitur morũ scemi.
i B. fersad.
k B. Illud quod est ponticũ salsum.
l B. acuitatem.
m B. quod acetosum cum eo.
n B. scemi.

LITERA

LITERA N.

a B. Bis.

De a [napello.] Cap. 499.

NApellus quid est? Venenum pernitiosum. *Natura*. Est in summo caliditatis, & siccitatis. *Decoratio*. Delet albaras linitum. & b [bibitum etiam quum ex eius gueguerisect in potu sumitur,] & similiter confert lepræ. c [*Operationes & proprietates*.] Est venenum destruens biben tem se: maior uerò potio est medietas. drag. j. & secundum me minus hoc interficit. Theriaca uerò eius est mus napelli. & ipse quidem est, mus qui eo nutritur. d [Coturnices] verò ex eo cibantur, & non moriuntur. & ex omnibus confectionibus diamuschum e † [ ] ei resistit.

b B. confectio eius dicta alberzachali in potu sumpta delet albaras.
c B. Venena.
d B. seman.
e † magis.

a B. Bis mus buha.

De a [napello Moysi.] Cap. 500.

b [Napellus Moysi quid est? Inquit Ioannes. Est herba nascens cum napello, & quæcunque ei appropinquat, nõ crescit arbor eius, & est maior theriaca napello. & in ipso sunt omnia iuuamenta, quæ sunt in napello in albaras, & lepra. Napellus uerò Moysi est animal, & similatur illi qđ moratur in radice napelli, sicut mus. *Decoratio*. Cõfert albaras. *Instrumenta iuncturarum*. Confert lepræ.] *Venena*. Est theriaca omni ueneno, & viperæ.

b B. Napellus Moysi buha qd est, est herba nascens cũ napello, & cuicunque napellus appropinquat, non crescit, uel nõ fructificat arbor eius, & est maior theriaca napello, & i ipso sunt omnia iuuamenta, quæ sunt in napello ad albaras, & ad lepram. Napellus verò moysi ē animal qđ moratur in radice napelli, sicut mus. Decoratio Cõfert ad albaras & ad lepram.

a B. Giauzi.

De a [nuce.] Cap. 501.

Nux quid est? Nota est, & est calida, cuius theriaca est, quum datur calefactis, oxymel, & habentibus debilem stomachum, muri cum aceto. *Natura*. Calida est in tertio: sicca in principio secundi. Et eius siccitas est minor caliditate ipsius, & in ipsa est humiditas grossa, quæ deletur, quum antiquatur. *Operationes & proprietates*. In frixa est stypticitas plurima, & folia, & cortex ipsius omnia sunt stringentia fluxus sanguinis. & cortex eius adustus, est desiccatiuus sine mordicatione. oleum uerò uetustæ est sicut oleum uetus, & abstersio antiquæ est fortis. *Decoratio*. Ex recentibus fit emplastrum super uestigia percussionis. *Apostemata & † pustulæ*. Masticata medulla eius ponitur super apostema melancholicum ulcerosum, & confert. *Vulnera & ulcera*. Eius gumma confert ulceribus calidis, sparsa super ea in emplastris. *Instrumenta iuncturarum*. Cum melle, & ruta confert torsioni neruorum. *Membra capitis*. Facit soda, & distillatur succus foliorum eius tepidus in aurem, & confert saniei in aure. dixit Alcanzi quòd ipsa grauat linguam, & est faciens † pustulas in ore. *Membra oculi*. Eius oleum confert herpeti esthiomeno, & erysipilæ, & fistulis in partibus oculi. *Membra anhelitus & pectoris*. Succus corticum eius, & rob ipsius, prohibet prefocationem, & tussi nocēt. Et oleũ antiquarũ facit euenire dolorem gutturis, & ex omnibus quidem speciebus nucis, dixit Alcanzi fieri emplastrum mammillæ apostemosæ, & propriè ex regali magna. *Membra nutrimenti*. Est difficilis digestionis, & mala stomacho: sed nutrita, & recens est melior stomacho, & minoris nocumenti, & illud quãdo b [frangitur] a duobus corticibus suis. Et nux quidem nutrita cum melle, confert stomacho frigido. Dico autem quòd nux non est nõ conueniens, nisi stomacho calido tantum. *Membra expulsionis*. c [Facit † pustulas,] & sedat dolorem uentris pungitiuum, & retinet, præcipue frixa, & eius cortex retinet fluxum sanguinis menstrui, & quæ nutrita est, confert renibus frigidis ualde. & cinis corticis eius prohibet menstrua cum uino, & suppositus. Et quando comeditur cum muri, soluit. multus uerò usus eius, educit uermes paruos, & ascarides, & est ex eis, quę conferunt d † [ ] orobo. *Venena*. Est cum ficubus, & ruta medicina omnibus uenenis, & ex ea cum cepe, & sale fit emplastrum super morsum canis rabiosi, & reliquorum.

† bothor.
† bothor.
b B. excorticatur.
c B. Pulucrizatur super vmbilicum.
† bothor.
d † B. intestino.

e B. Giauzi bua.

De a [nuce muschata.] Cap. 502.

Nux muschata quid est? Est nux quantitatis gallæ, facile frangibilis, subtilis corticis, bonum habens odorem acutum. *Natura*. Dixit b [Musa] est calida & sicca in fine secundi. c † [ ] *Operationes & proprietates*. In ipsa est stypticitas. *Decoratio*. Confert lentiginibus, & odorem oris bonum efficit. *Membra oculi*. Confert absebel, & confortat uisum. *Membra nutrimenti*. Confortat hepar, & splenem, & stomachum, & propriè os eius. *Membra expulsionis*. Constringit, & prouocat, & confert difficultati urinę, & quum in oleis ponitur, confert doloribus, & similiter in pessarijs, & prohibet vomitum. *Permutatio*. Loco eius ponitur spicæ ęquale pondus.

b B. mesiha.
c † B. vsque ad tertium.

a B. Giauzi hã den.

De a [nuce henden.] Cap. 503.

Nux henden quid est? Est terra granosa, sicut cicer, alba, declinans ad citrinitatem, quę exportatur ex Barcha, & ex Corasceni, ex qua cũ melle fit uinum. *Natura*. Inquit Paulus, habet virtutem infrigidatiuam, extinctiuam, exsiccatiuam parumper. *Operationes & proprietates*. Abscindit fluxum sanguinis. *Decoratio*. Impinguat. *Vulnera et ulcera*. Sanat impetigines. *Membra expulsionis*. Excitat coitum.

a B. Giauzi saru.

De a [nuce cupressi.] Cap. 504.

Nux cupressi. *Vulnera & ulcera*. Est emplastrũ rupturæ.

a B. Giauzi alhend.

De a [nuce Indica.] Cap. 505.

Nux Indica quid est? Est neregil. *Electio*. Quę ex ea bona est, est recens vehementis albedinis: & aqua quæ est in ipsa, est suauis, & quum in ipsa non inuenitur aqua, significatur quòd est antiqua, & oportet quidem vt ab eo tollatur cortex medullæ eius. *Natura*. Calida est in principio secundi, sicca in primo, & in ipsa quidẽ est humiditas superflua, de qua curatur, immò quę ex ea b [uiridis est,] est humida in primo. *Operationes & proprietates*. Est grauatiua, non mali nutrimenti. *Instrumenta iuncturarum*. Oleum veteris neregil, confert doloribus dorsi & geniculorũ. *Membra nutrimenti*. Grauis est stomacho: sed cũ

b B. est humida seu recens.

pauco

pauco nocumēto suo ē boni nutrimēti,& cortex medullę eius non digeritur,ergo auferatur, & oportet vt post ipsum non sumatur cibus,nisi post horam.eius autem oleum recens melioris chymi est,quàm butyrum.non enim lubrificat stomachum,neque mollificat ipsum. *Membra expulsionis.* Augmentat in coitu . Et eius oleū est bonum hęmorrhoidibus,& propriè oleum antiquæ,pręcipue cum oleo de chrysomillis , quum in potu sumitur ex vnoquoque eorum aureus.& quum antiquatur,interficit ascarides & vermes,& solutione educit eos comesta.

a B.Giauzi rumi.

De a[*nuce Romana.*] *Cap.* 506.

b B.acruches.

Nux Romana quid est? nominatur b [acrufex.] *Natura.* Calefacit uehementer in tertio, & desiccat in primo.Et eius gumma est ultima in calefaciendo. *Membra capitis.* Eius fructus cum aceto, confert epilepsiæ.

a B. Giauzi altharfe.

De a [*nuce tamarisci.*] *Cap.* 507.

b B.alkarmezech, seu alchezmezech.

Nux tamarisci quid est?Est b [alkarmezith.] *Natura.* In caliditate est quasi ęqualis,aut in principio primi.Et eius exsiccatio est in fine primi, aut vltra ipsum.& apud quosdam eorum est frigida in primo. *Operationes & proprietates.* Est bona ad abscindendum fluxum sanguinis. *Membra capitis.* Colluitur ex ea os cum aceto ad dolorē dentium. *Membra nutrimenti.* Decoctio eius cum aqua,& aceto valet duritiei splenis.

a B.Giauzi methel.

De a [*nuce methel.*] *Cap.* 508.

Nux methel quid est?Est venenum,& est stupefactiua,similis nuci, super quam sunt spinæ , grossę,breues,& est similis nuci vomicæ,& eius semen est simile semini citri . *Operationes & proprietates.* Est stupefactiua. *Membra capitis.* Facit subeth,& est mala cerebro , & pondus danich vnius ex ea inebriat. *Venena.* Est inimica cordi . & drag.j.ex ea sumpta est venenum diei suæ.

a B. Harf.

De a [*nasturtio.*] *Cap.* 509.

Nasturtium quid est? notum est. & virtus eius similis est uirtuti sinapis, & seminis raphani coniunctorum. Et dicitur quòd sinapis,& semen erucę coniuncta,& folia eius minorantur in operationibus suis ab eo propter suam humiditatem, & quum desiccantur sunt propinqua similitudini eius,& fortasse cōsequitur ipsum. *Natura.* Calidum est & siccum ad tertium perueniens. *Operationes & proprietates.* Est resolutiuum,maturatiuum cum lenitate, & exsiccat b [putredinem vacuitatis uentris.] *Decoratio.* Retinet capillos cadentes bibitum,& linitum. *Apostemata & † pustulæ.* Est bonum apostematibus phlegmaticis, & carbūculis, emplastro facto ex eo cum aqua & sale. *Vulnera & ulcera.* Confert scabiei vlcerosæ,& impetigini & cum melle c † [ ] mellino, et eradicat ignem persicum. *Instrumenta iuncturarum.* Confert sciaticæ bibitū , et emplastro facto ex eo cum aceto,et sauich de hordeo. & quādoque fit clystere ex eo sciaticę ,

b B.saniem scabiei.
† bothor.
c † B. vlceri.

et confert propriè, quum soluendo educit aliquid , cui admixtus sit sanguis,et confert omni mollificationi neruorū . *Membra anhelitus et pectoris.* Mundificat pulmonem,& confert asthmati,et ponitur in medicinis asthmatis,et in sorbitionibus,quæ fiunt asthmati , et propter illud quod est in ipso de incisione, et subtiliatione. *Membra nutrimenti.* Calefacit stomachum, et hepar,et confert grossitiei splenis,et propriè quādo ex eo fit emplastrum cum melle , et est malum stomacho,et videtur ꝙ sit propter vehemētiam mordicationis suæ,et ipsum facit cibi appetitum.et quando bibitur ex eo d [hecsunesi] facit vomere choleram rubeam, et educit eam solutione,et faciūt illud tres quartæ.drag.j. *Membra expulsionis.* Augmentū efficit in coitu,et soluendo educit vermes,et prouocat menstrua, et eijcit fœtum, et quod ex eo frixum est,retinet, et propriè cum non teritur, destruitur enim eius viscositas contritione,et confert colicæ. et cum bibuntur ex eo trito drag.iiij.vel v.cū aqua calida soluunt naturam, et resoluunt uentositates intestinorum,et dicunt quidam quòd Babylonicum,quum ex eo bibitur e [hecsunesi] soluendo educit choleram , et facit uomitu eam exire, et facit illud usque ad tres quartas drag. *Venena.* Confert puncturæ uenenosorum vermium bibitum , et more emplastri superpositum cum melle , et quum ex eo suffumigatur, effugat eos .

d B. pōdus achsunatasi.
e B. pōdus achsunatasi.

a B. Nargies.

De a [*narcisso.*] *Cap.* 510.

Narcissus quid est?Notus est. *Operationes & proprietates.* Eius radix extrahit ex profundo,et abstergit,et lauat,et exsiccat, et eius oleum est in dispositionibus olei sambacini,sed est debilius. *Decoratio.* Radix eius extrahit spinas , et stipites et propriè cum farina lolij et melle.et narcissus quidem abstergit pānum,et morpheam,et propriè radix eius cum aceto,et confert radix eius alopecię. *Apostemata & † pustulæ.* Radix eius conficitur cum melle et † orobo,et rumpit aldubellet difficilis maturationis,et ex radice eius fit ēplastrum apostematibus neruorum . *Vulnera & ulcera.* Desiccat uulnera,et facit ea cohærere vehementer,ita quòd sectionem chordæ, et tritacum melle confert adustioni ignis , et uulneribus neruorum,et ulceribus profundis,et si misceatur cum † orobo et melle, mundificat sordes vlcerum . *Instrumenta iuncturarum.* Confert oleum eius neruis, et ex radice eius fit emplastrū apostematibus neruorum,et duritiei siue contractioni,et nodationi ipsorum , et doloribus iuncturarum. *Membra capitis.* Aperit oppilationem cerebri,et confert soda humidæ,et melancholicæ,et similiter eius oleum,et est magis,cōueniens, et facit soda capitibus calidis . *Membra anhelitus & pectoris.* Eius oleum resoluit apostemata dura,et frigida in velamine,quando cōprimendo inungitur super pectus. *Membra nutrimenti.* Radix eius quando comeditur sicut est , excitat uomitum, et similiter b [succus eius .] *Membra expulsionis.* Confert doloribus matricis , et uesicæ,et quando bibuntur ex eo iiij. drag. cū aqua mellis,eijcit fœtus uiuos, et mortuos , et

† bothor.
† herbo.
† herbo.
b B.elixatio,seu decoctio eius.

oleum eius aperit coarctationē oris matricis, & confert doloribus eius.

a B. Nardin.

De [*nereiden.*] *Cap.* 511.

Nereiden. Dicetur in capitulo de spica,& ipsa est spica Romana.

a B. Nil.

De [*nil.*] *Cap.* 512.

Nil quid est? Eius aliud est domesticum, & aliud syluestre, cuius operatio est operatio domestici. *Natura.* Calidum est in primo. siccum in secundo. *Operationes et proprietates.* Est stypticum,& prohibet fluxum sanguinis,& quod est domesticum,exsiccat fortiter sine mordicatione. & in syluestri est acuitas,& est uehementioris exsiccationis, & extrahit materiā ex profundo. *Decoratio.* Abstergit pannum,& morpheam, & confert alopeciæ. *Apostemata & † pustulæ.* Nil detumescere facit apostemata b.†[ ]& cōfert exituris malis in membris duris,& vniuersaliter conuenit omni apostemati in principio, & formicæ,& erysipilę, & administratur cum farina hordei super ea. *Vulnera & ulcera.* Consolidat vulnera calida in corporib.duris propter fortitudinem suæ exsiccationis,hoc quidē fructus domestici efficit.Et in syluestri quidem est acuitas,& est bonum vlcerib.putridis,& est mirabilis operationis in eis:sed domesticū est melius in cura vlcerum propter paucitatē suę acuitatis,& confert vlceribus c [putridis] cum melle tritum super adustionē ignis, & uulnera neruorum,& extrahit spinas, & surculos, propriè cum farina lolij. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert tussi puerorum vehemēti, quę facit eos vomere. & succus eius etiam ulceribus pulmonis. & confert d [succus eius etiam] pleuresi melancholicæ. *Membra nutrimenti.* Confert spleni, & propriè syluestre.

† bothor.
b B. mollia.
c B.antiquis.
d —— B.

a B. Nefrin vel Neferin.

De a [*nefrin.*] *Cap.* 513.

Nefrin quid est? Est sicut sambacus in virtute,sed est debilior eo, & sicut narcissus. & oleū eius est proximum virtuti olei sambacini, sed est debilius. *Natura.* Calidus est, & siccus in tertio. *Operationes & proprietates.* Omnis species eius est mūdificatiua,subtiliatiua, & flos eius est magis appropriatus in hoc. *Instrumenta iuncturarum.* Confert frigori neruorum. *Membra capitis.* Interficit vermes in aure,& confert tinnitui,& sonitui,& confert dolori dentium.Et ex syluestri quidem linitur frons,& sedat soda,& species ipsius aperiunt oppilationes narium. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert apostematibus gutturis,& amygdalarum. *Membra nutrimenti.* Quando de eo bibuntur. iiij. aur. sedat uomitum, & sedat singultum,& propriè syluestre.

a B. Nemam.
b B.tertio siccū in eo.Operationes & proprietates.Resistit putrefactionibus. Decoratio. Interficit pediculos.
† bothor.

De a [*nemen.*] *Cap.* 514.

Nemem quid est? Est sisymbrium. *Natura.* Calidum est in b [secundo, siccum in primo, resistens putrefactionibus. *Operationes & proprietates.* Interficit pediculos. *Apostemata & † pustulæ.* Confert apostematibus frigidis, & phlegmoni vehementis duritiei. *Membra capitis.* Decoquitur cum aceto,& miscetur cum oleo ros.& confert obliuioni,quando linitur ex eo caput,& similiter commistioni sensus, & lethargiæ, & † phrenesi, & decoquitur cum aceto, & ponitur cum oleo ros. super tempora, & confert. Et fit emplastrum ex folijs syluestris super caput, & frontem ad soda, & confert. *Membra nutrimenti.* Confert singultui,quum ex eo bibitur cum uino,& semen eius est fortius, & confert apostematib.hepatis frigidis. *Membra expulsionis.* Confert uermibus, & ascaridibus, & extrahit fœtum mortuum, & prouocat vtrunque, & propriè petrosum, & illud quod est syluestre,quando bibitur cum uino, prohibet distillationem vrinæ,& extrahit lapidem,& confert dolori vētris pungitiuo cum uino etiam. *Venena.* Confert puncturis,& ex eo fit emplastrum puncturę vespę,& bibitur ad puncturam eius,pondus drag. ij.de eo cum oxymelle.

† Karabito.

a B. Nilufar.

De a [*nenuphare.*] *Cap.* 515.

Nenuphar (*idest nymphæa.*) quid est? Quandoque vocauit ipsum Gal.caulem aquæ, & nominat granum eius,granum sponsi, secundum quòd dicitur, sed in ipso est contrarietas. Et radix quidem nenupharis Indi, existit in iudicio mandragoræ. *Electio.* Fortius est illud,quod habet albam radicem,est enim fortius eo,quod habet radicem nigram, & eius semen est fortius b [semine] ipsius. *Natura.* Flos eius est frigidus, & humidus in secundo, & syrupus eius est vehementis extinctionis. Et natura Indi est natura mandragoræ. *Operationes & proprietates.* Eius syrupus est c [subtiliatiuus] valde. *Decoratio.* Radix eius superposita morpheæ cum aqua confert, & propriè nigræ.Et radix eius cum pice super alopeciam utilis est.& propriè nigrum radicis eius. *Apostemata & † pustulæ.* Radix eius confert † pustulis, & apostematibus calidis, & apostemati splenis. *Vulnera & ulcera.* Semen & radix ipsius conferunt ulceribus. *Membra capitis.* Facit somnum,& sedat soda calidam cholericam, sed tamen debilitat. *Membra anhelitus & pectoris.* Syrupus eius est bonus tussi, & pleuresi. *Membra nutrimenti.* Confert radix eius apostematibus splenis bibita, & vt emplastrum superposita. *Membra expulsionis.* Minuit pollutionem, et frangit desiderium coitus, cum de eo bibitur.drag.j.cum syrupo de papauere,& congelat sperma cum proprietate quæ est in ipsa,& propriè radix eius, & confert radix eius solutioni antiquæ, et vlceribus intestinorum, et confert radix eius doloribus vesicæ in modum emplastri superposita. Semen verò eius est fortius in omni re, ita quòd prohibet d [dolores uesicæ, &]fluxum menstruorum,et radix eius,quod citrinum est,& semen eius,quādo bibuntur cum lacte multoties, conferunt cursui humiditatis antiquæ ex matrice.Et syrupus eius lenit ventre. *Febres.* Syrupus eius confert febribus acutis, et est uehementis extinctionis.

b B. Alia litera grano.
c B.extinctiuus.
† bothor.
† bothor.
d —— B.

De

a B.Narmesch.

De [a] [*neremisch.*] *Cap.* 516.

Neremisch quid est? Est flos,& cortex,& capita similantur macis, sed est minus rubeus ad citrinitatem declinans,& est aromaticus,& habet parum ponticitatis,& appropinquat nereidem in uirtute. *Natura*. Est calidus & siccus in tertio. *Operationes & proprietates.* Est subtilis, resolutiuus. *Membra nutrimenti*. Est bonus stomacho, & hepati frigidis, & confert,sicut est iuuamentum spicæ. *Permutatio*. Loco eius ponitur quarta ponderis ipsius de zingibere,& medietas ponderis eius de physticis, & sexta ponderis ipsius de spica.

a B.Narnas.

De [a] [*narikas.*] *Cap.* 517.

b B. Membra capitis.

Narikas quid est? Est medicina acuta, & in ventre eius est pulpa viridis,styptica, & cum oleo prouocat sudorem. [b] [*Operationes & proprietates.*] Insufflatur in nares, & abscindit fluxum sanguinis narium. *Membra anhelitus & pectoris*. Medulla eius recens valet ad spuendum quod aggregatur in pectore de sanguine. *Membra expulsionis*. Medulla eius prohibet fluxum antiquum. *Venena.* Quando linitur cum vino, confert morsui viperę.

a B.Nithrun.

De [a] [*nitro.*] *Cap.* 518.

Nitrum quid est? Est baurach Armenum, & de ipso quidem iam dictum est.

a B.Nersiandaru.

De a [*nersceſcendaru.*] *Cap.* 519.

b B. nersiădaru p be nō p nun.

Nersceſcendaru quid est? Existimo quòd in ipso est permutatio in Arabico, & est [b] [hersceiendaru per be,non per nim,]& est uirga pastoris.

a B.Nabac.

De [a] [*nabach.*] *Cap.* 520.

b B.quæ est alsedar.

Nabach.*Natura.* In ea quæ est humida,& quę sicca est,exsiccatio est & subtiliatio. Et illud est in omnibus partibus suæ arboris. [b] † [ ]& suffumigatio quidem alsedar est vehementis stypticitatis.*Operationes, & proprietates.* Est styptica, & propriè eius sauich. *Decoratio*. Prohibet casum capillorum, & prolongat eos & confortat,& lenit ipsos.Et gumma quidem sedar delet furfures,& superfluitates minutas, quæ sunt cum eis,& [c] [bonificat]capillos. *Apostemata † & pustulæ*. Folia alsadar leniunt apostema calidum,& resoluunt ipsum.*Membra capitis.* Gumma alsedar delet furfures ablutione facta cum ea. *Membra anhelitus & pectoris*. Folia eius conferunt asthmati, & ægritudinibus pulmonis. *Membra nutrimenti.*Confortat stomachū. *Membra expulsionis* Stringit naturam, & confert fluxui sanguinis,& menstrui & non menstrui, & vlceribus intestinorum,& propriè eius† succus.Et confert solutioni factæ propter debilitatem stomachi,& fit clystere ex decoctione alsedar,& bibitur ad has ægritudines,& ad fluxum matricis:& iudicium eius quę recens est, est iudicium eius, quod est homogeneum cum ea de cydonijs, & zarur, & pomis, & piris: nam quod de ea est æquale,stringit.Et [d] [quæ non est matura,] propterea quod non digeritur, & quod expellit eam natura, excitat cholericam passionem.

c B.rubificat.
† bothor.
†. sauich.
d B.& quod de ea est plurimū.

a B. Nui althamez.

De [a] [*nucleis.*] *Cap.* 521.

Nucleus. *Operationes & proprietates*. In ipso est stypticitas, & glutinatio. *Vulnera & vlcera*. Quod ex eo adustum est, confert ulceribus fraudulentis. *Membra oculi*. Aduritur,& extinguitur,& abluitur, & stat in † collyrijs loco tutiæ,& retinet pilos palpebrarum,& facit eos nasci cum nereidem, & est bonum vlceribus oculi,& ortui pilorum.

† alcofol.

a B.Nham. Alia litera, Nacham.

De [a] [*naham.*] *Cap.* 522.

Naham quid est? Quidam medicorum magnifice laudauerunt carnem eius. *Natura.* Dixerunt quidam medicorum, quod caro eius est calida,pinguis,facit desiderare cibum,& cōfortat corpus,& est cōueniens quando digeritur, verum tamen ipsa est [b] [debilis,& vacua,]grossa,& non digeritur. *Membra expulsionis.*Augmētum efficit in coitu.

b B. mali saporis &.

a B. Sunis, uel Sunizi.

De [a] [*nigella.*] *Cap.* 523.

Nigella. *Natura.* Calida est & sicca in tertio, *Operationes & proprietates.* Est [b] [acris,] incisiua phlegmatis,abstersiua, & resoluit ventositates, & inflationem, & eius mundificatio est vltima. *Decoratio.* Abscindit verrucas [c] [inuersas & colorem pallidum] & morpheam & baras propriè. *Apostemata & † pustulæ.* Ponitur cum aceto super † pustulas [d] [lenes] & resoluit apostemata phlegmatica & dura. *Vulnera & ulcera.* Ponitur cum aceto super vlcera phlegmatica, & scabiem vlceratam. *Membra capitis*. Confert coryzæ propriè torrefacta, & posita in panno lineo & ligata,& linitur super frōtem illius, qui habet soda frigidam.Et quando infunditur in aceto per noctem, deinde teritur in mane, & fit ex ea caputpurgiū, & ante infirmum adeo fit proxima vt ipsam naribus attrahendo odoret,confert doloribus antiquis in capite,& torturæ,& est ex medicinis aperientibus ualde oppilationem, quæ est in colatorio. Et decoctio eius cum aceto confert dolori dentium, ore ex eo colluto,& propriè cum ligno pini.*Membra oculi*. Quando ex ea trita fit caputpurgium cum oleo irino,prohibet initium aquæ. *Membra anhelitus & pectoris*. Confert etiam dilatationi anhelitus,quando bibitur cum nitro. *Membra expulsionis.* Interficit uermes, & ascarides,etiam si liniatur super sumen,& prouocat menstrua. Et quando administratur aliquantis diebus, & datur in potu cum melle, et aqua calida,ad lapidem in vesica & in renibus, confert. *Febres.* Resoluit febres phlegmaticas,& melancholicas propriè, & remouet eas. *Venena*. Eius suffumigatio fugat vermes venenosos.Et existimauerunt quidam,quòd de ea multitudo interficit,& est ex eis, quę conferunt ad morsum rutelę,quando de ea bibitur aureus.

b B.acuta.
c B. profundas seu clauales uel clauo similes & alchailan.
† bothor.
† bothor.
d B.lactea.

De

a B. Thelgi.

De [a] [*niue.*] *Cap.* 524.

Nix. *Operationes et proprietates*. Est mala senib. & eis, in quibus generantur humores frigidi. *Membra capitis*. Aqua niuis sedat dolorem dentium calidum. *Instrumenta iuncturarum*. Nix est nociua neruis, propterea quod coarctat uapores calidos currẽtes in eis,& retinet eos ne soluantur. *Membra nutrimenti*. Est nociua stomacho, propriè illi, in quo generãtur humores frigidi. Et aqua niuis quandoque facit sitim, propterea quia coadunat caliditatem.

LITERA O.

a B. Bachale agemanie.

De [a] [*olere Iameno.*] *Cap.* 525.

† non est.

OLus Iamenum [*i. blitum.*] quid est? Secundum Diosc. in ipso † est virtus medicinæ omnino, & est aquosum, sicut atriplex, quod saporem non habet, & in hoc plus abundat omnibus oleribus, & est vehementioris humiditatis, quam lactuca, & cucurbita, & eius nutrimẽtum est paucum. Et eius penetratio non est velox, propterea quod penitus bauracitate priuatum est. *Natura.* Inquit Gal. est frigidum & humidum in secundo. *Apostemata & † pustulæ*. Ex eo fit emplastrum apostematibus calidis. *Vulnera & vlcera*. Fit emplastrum ex radice eius vlceri mellino seu ulceri, ex quo egreditur sicut mel. *Membra capitis*. Permiscetur eius succus cum oleo rosato, & confert sodę accidenti ex sole. *Membra anhelitus & pectoris*. Confert tussi, & sedat eam, & propriè decoctum cum oleo amygdalino, & aqua granati dulcis, & similiter sedat sitim calidam.

† bothor.

a B. Afiun.

De [a] [*opio.*] *Cap.* 526.

b B. Aegyptiaci exsiccati sub sole.

Opium quid est? Est succus papaueris nigri, [b] [& Ægyptij ipsum seminant.] Et eius quidem potio non additur supra duos danich. Quandoque verò fit opium etiam ex semine lactucæ agrestis, & est stupefactiuum debile [c] (subtile.) Opium præterea assatur super laminam ferreã ignitam, & fit rubeum. *Electio.* Quod ex eo electum est, est grauius, acuti odoris, frangibile, & facile resoluitur in aqua, & non cõgelatur in liquefactione, & resoluitur in sole, & non [d] [extinguit candelam,] quãdo ex eo inflammatur. Citrinum autem tingens aquam, asperum, debilis odoris, clari coloris, hoc tale est falsificatum cum † glaucio, & quandoque adulteratur cum lacte lactucæ syluestris, & est debilis odoris, & adulteratur cum gummi, & est splendidum, clarum ualde. *Natura.* Frigidum est & sic cum in quarto. *Operationes & proprietates*. Est narcoticum, sedatiuum omnis doloris, siue sit bibitum, siue linitum. Et potio ipsius sit quantitas lenticulæ magnę. *Apostemata & † pustulę*. Cõfert apostematibus, & præcipuè calidis. *Vulnera & ulcera*. In ipso est exsiccatio vlcerum. *Instrumenta iuncturarum*. Permisceatur cum vitello oui assati, & liniatur ex eo podagra, & tunc sedatur dolor, & proprie cum lacte. *Membra capitis*. Facit dormire, etiam si supponatur cum licinio, aut absque licinio. Et sedat etiam cum distillatur contritum in oleo ros. in aurem [e] [infirmam] cum myrrha & croco, & sedat soda antiquã, & sanat ex ea. Et ipsum est ex eis, quæ destruunt intellectum & sensum. *Membra oculi*. Sedat dolores ophthalmiæ, & apostemata eius, cum lacte mulieris. Plures autẽ antiquorum fuerunt, qui non fuerunt eo vsi in ophthalmia propter nocumentum, quod uisui infert. *Mẽbra anhelitus & pectoris*. Sedat tussim continuam, & pluri mum sedatur eo illa, quæ ex ea clamosa est. *Membra nutrimenti*. Stomachus quandoque [f] † [ ] iuuatur eo, & aggregatur, & illud, quum est laxus ex calore & humiditate. Et in pluribus dispositionibus quum bibitur solus absque castoreo, destruit digestionẽ, aut diminuit eam valde. *Membra expulsionis*. Retinet solutionem, & confert dysenterię, & vlceribus intestinorum. *Venena*. Interficit congelando uirtutes, & extinguendo calorem innatum, & eius quidem theriaca est castoreum. *Permutatio*. Loco ipsius ponitur triplũ seminis iusquiami, & duplum eius de semine mandragorę.

c ——B.

d B. obscurat lumen lampadis.

† memithe.

† bothor.

e B. dolorosam.

f † B. præparatur seu coriatur aut

ANNOTATIONES.

Opium frigidum esse ait quarto gradu, quod & Galenus existimauit, supremam refrigerandi facultatem passim illi tribuens. Verum quum id amarissimum sit, & tale, ut linguæ admotum eam ulceret, amara autem omnia & ulcerantia calida sint. Gal. libris de simpl. med. fac. uidetur sentire id calidum esse non frigidum. sed pro hac re uide Auerr. 5. Coll.

Cap. 17.

De [a] [*ouis.*] *Cap.* 527.

a B. Beid, uel baid.

Oua. Nota sunt. *Electio*. Meliora ex eis sunt oua gallinę recentia. Et melius quod est in eis, est uitellus. Et melius eorum artificium est, ut non cum alio coagulentur, [b] † [ ] Post autem oua gallinę, sunt oua auium, quæ cursu eius procedunt sicut [c] [atederam, & aderam, & alcubegi, & atehenugi.] Oua uerò anatis & similium sunt mali humoris. *Natura*. Sunt ad equalitatem tendentia, sed eorum albumen ad frigiditatem, & uitellus ad caliditatem, & ambo sunt humida, præcipuè albumen, & ex eis sicciora sunt oua anseris, & struthij. *Operationes & proprietates*. In ipsis est stypticitas, & propriè in vitello eorum assato. Eorum autem albumen sedat dolores mordicatiuos, propter sui glutinationem, & quoniam ipsum tenetur, & remanet, quare non remouetur uelociter, sicut lac: magis coagulata uerò sunt tardioris digestionis, & plurimi nutrimenti, & meliora sunt sorbilia [d] [cocta in aqua,] & sunt melioris penetrationis. *Decoratio*. Fiat epithema ex albumine eorum, & tunc prohibebit corruptionem coloris a sole, et remouet eam, et quum vitellus assatur, et teritur, [e] † [ ] est epithema utile panno, et nigredini. Oua autem auis [f] [tardę] sunt tinctura bona [g] † [ ] secundum quod dicitur, et experitur, hora qua præparata sunt ad illud, cum filo lanę penetrã te in eis, et dimittitur donec consideretur an nigrescat, et similiter oua [h] [alocloc] secundũ quod dicitur. *Apostemata & † pustulę*. Ponuntur in [i] [emplastris apostematum] et in clysterib. propter

b † B. cum assatione.

c B. altedarigi & alduragi & alchabegi, & alcheiugi.

d ——B.

e † B. cũ melle.

f B. alhabari.

g B. capillorum

h B. alochloch.

† bothor.

i B. Alia litera in his quæ prohibent apostemata.

propter ulcera & apostemata. & liniuntur super erysipilam cum oleo. *Vulnera & ulcera.* Conferũt exituris ani,& pectinis,& adustioni ignis. vtere eis cum lana, & [k] [conferunt ad ulcera:] & similiter in adustione aquæ etiam. *Instrumenta iuncturarum.* Ambo leniunt neruos, & conferunt omnibus doloribus iuncturarum. *Membra capitis.* Ponuntur in medicamentis abscindentibus fluxum sanguinis panniculi cerebri, & conferunt coryzæ.Et uitellus oui gallinæ cõfert apostematibus calidis in aure. Et dicitur,ꝙ oua testudinis syluestris conferunt epilepsiæ. *Membra oculi.* Ipsorum albumen sedat dolorẽ oculi,& uitellus cum croco & oleo ros. cõfert percussioni oculi ualde. Et quum ex eo fit emplastrum cum farina hordei, prohibet fluxum ab oculo, & similiter linitur cum thure super frontem propter fluxum oculi. *Membra anhelitus & pectoris.* Conferunt asperitati pectoris, & gutturis sorbilia ex eis, & tussi & pleuresi, & [l] [ethicę ;] & raucedini uocis ex caliditate, & stricturæ anhelitus, & sputo sanguinis propriè quum sorbetur vitellus eorum tepidus. Et oua quidem testudinis syluestris experta sunt tussi infantium. *Membra nutrimenti.* Cocta sicut sunt,in aceto,prohibent effusionem materierũ ad stomachum, & intestina; & [m] [prohibent] asperitatem † gulæ, & stomachi, & quę ex eis sunt assata,permutantur ad fumositatem. *Membra expulsionis.* Cocta sicut sunt, in aceto, prohibent fluxum uentris, & dysenteriam. & ipsorum uitellus confert ulceri renum, & uesicæ, & præcipuè si sorbeatur crudus, & quæ ex eis sunt assata super cinerem sine fumo conferũt solutioni ventris,& dysenteriæ, quando comeduntur cum aliquibus stypticis, et aqua acrestæ,et conferunt asperitati intestinorum, & uesicę. Et ex albumine quidem ipsorum fit clystere cum meliloto propter ulcera intestinorũ, & putrefactionem eorum, et conferunt exituris ani,et pectinis,et supponitur licinium infusum in eis, et in oleo ros. propter apostemata ani,et percussionem eius:ex albumine pręterea ouorum fit pessarium cum oleo de † ligustro, et confert ulceribus matricum, et lenit matricem,et quando sorbetur sicut est,crudum,confert fluxui sanguinis, et mictui eius. Amplius omnia oua pręcipuè oua passerum, augmentum faciunt in coitu. et dicitur, quod quum oua anseris miscentur cum oleo, et distillantur tepida in matricem, prouocant menstrua post quatuor dies.

k B. prohibent ulcerationem.

l B. phthisi.

m B. conferunt.

† meri.

† alcanna.

ANNOTATIONES.

De ouis fusius egit Gal. lib. 3. de alim. fac. & 11. simpl. med. sed de horum temperamento controuersia est. Author ad temperatum ait accedere, sed luteum ad calidum, candidum uero ad frigidum inclinare. Verum quod uitellum frigidum sit & albumen calidum, collige ex Arist. 3. de gener. animal, vide & Gal, 2, de comp. med. per loc. ubi de curatione doloris capitis ex ebrietate refrigerantes cibos proponit, inter quos oua exhibet. & Auic. huius amulatione lib. 3. de curatione eiusdem affectus agens, uitellum oui inter refrigerantia alimenta enumerat. vide item Galenum primo ad Glauc. ubi tertianæ febris curatione uitellum oui pro refrigerante & humectante alimento exhibet. Vide præterea Auerr. & 3. de gener. anim. & 5. Coll. & Alex. 2. problem. lib.

cap. 22. cap. 81. cap. 1. cap. 1. Fen 1. tract. 2. cap. 24. cap. 9. cap. 1. cap. 42. Probl. 84.

De [a] [opopanaco.] Cap. 528.

a B. Giausir.

Opopanacum quid est? [b] [arbor est, quæ nõ eleuatur] a terra, et similantur ipsius folia folijs ficus, vehementis viriditatis, [c] [rubea,] incisas habentia partes, rotũda, et eius crus est sicut cucumeris, super quod sunt pili puluerulenti, et eius folia sunt parua valde: super cuius extremitatem est corona similis coronę anethi, et eius flos est citrinus, et folia floris sunt boni odoris, et venæ ipsius sunt plurimæ, quę ramificantur a radice vna, grossum habentem corticem, et in eius odore est grauitas: eius aũt gumma extrahitur cum incisione suæ radicis in primis quum crus apparet, et quando fricatur, est eius incisio secundũ colorem croceum. [d] [quæ autem huic speciei similatur numeratur de speciebus opopanaci: sed crus est minus, quod eleuatur vno cubito: deinde ramificatur sicut folia fœniculi, sed est debilius et etiam mechais chubrur, cuius folia sunt sicut folia chamemillæ albæ, et quod est supra ipsum, est aureum.] *Electio.* Quod in radice eius melius est, est illud quod est album, mordicans linguam, in quo non est contractio, boni odoris: et ex fructu eius melius est illud, quod est super crus, et terminum medium, et quod ex gumma eius est melius, est illud quod est valde amarum, intrinsecus album, et extrinsecus croceum, frangibile, quod dissoluitur in aqua. nigrum verò lene, est adulteratum cum ammoniaco. *Natura.* Calidum est et siccum in tertio. *Operationes, & proprietates.* Est resolutiuum ventositatum, lenificatiuum, abstersiuum. *Apostemata & † pustulæ.* Lenificat durities, et quod super ipsum est [e] † [ ] lenificat valde bothor. *Vulnera & ulcera.* Eius radix est ad medicandum ossa nuda, et cum melle est conueniens vlcerib. antiquis, et igni persico, et [f] [quod super ipsum est] etiã vulneribus, et † pustulis. et ad summum omnes partes eius conferunt ulceribus fraudulentis, [g] † [ ] *Instrumenta iuncturarum.* Bibitur cum aqua [h] [alkaratin, et] cum vino propter attritionem lacertorum ex percussione. quidam verò dixerunt quòd est malum neruis, et uidetur quòd sit malum neruis sanis [si-ue] humectatis. et est conferens sciaticę, et bibitur [k] [ad ipsum] succus eius etiam, et remouet lassitudinem, et confert doloribus iuncturarũ omnium, et podagrę more emplastri superpositum. *Membra capitis.* Confert corrosioni dentium, quum eo implentur, et sedat dolores eorum, et confert soda, et epilepsię, et matri infantium. *Membra oculi.* Acuit uisum, quando ex eo fit collyrium. *Membra anhelitus & pectoris.* Ex folijs eius fit emplastrum super dolores lateris. Opopanacum quoque confert dolori vtrorumque laterum, et tussi, cum sunt fratres. *Membra nutrimenti.* Eius succus confert duritiei splenis more emplastri superpositus, et bibitus cum aceto, ponuntur ex eo. x. aurei in duobus vrceolis musti, et clarificatur post duos menses, et confert spleni ualde. Et mustum hoc confert hydropisi. *Membra expulsionis.* Lenit duritiẽ matri-

b B. Folia arboris eius non elõgantur.

c B. quinaria seu quinque habentia partes &.

d B. & ex eis q̃ similantur huic speciei & cõnumerantur de speciebus opopanaci sunt masanis, seu samanes aschillus. sed crus eorum est subtilius, quod eleuatur a terra uno cubito: deinde ramificatur sicut folia fœniculi, & ista sunt debiliora, & etiã machas chabrunium cuius folia sunt sicut folia chamę millæ albæ, & flos est aureus.

† bothor.

e † B. seu & flos eius.

f B. summitas eius seu flos eius.

† bothor.

g † B & herpeti æsthiomeno cũ melle.

h B. mellis aut.

i B. non.

K—B.

matricum,& confert guttationi vrinæ,& auellana vna ex eo bibitur cum aqua calida ad prouocandam vrinam,& menſtrua, & ad matricē frigidam : & eius etiam fructus abundare facit menſtrua,& propriè cum abſinthio, & interficit fœtum, & propriè radix eius . Ipſa nanque abortum facit ſuppoſita & bibita.& cōfert prefocationi matricis,& extenuat ventoſitatem,& duritiem eius.Et confert colicę,& ſoluendo educit humorem crudum, & confert pruritui veſicæ . *Febres* . Bibitur cum aqua [l] [karatiz]ad rigores,& febres periodicas.*Venena.* Ex eo cum pice fit emplaſtrum & [m] [adhæremētum] bonum morſui canis rabioſi,& cum ariſtolochia ad puncturas bibitum, eſt theriaca, & ſimiliter eius ſuccus. *Permutatio* . Loco eius ponitur [n] [ficus,] & exiſtimo quòd ammoniacum eſt ei propinquum.

l B.anellis
m B. ſi applicetur eſt,
n B.galbanum.

De[oleandro.] Cap. 529.

Oleander quid eſt? Eius alia eſt ſylueſtris, & alia fluuialis. Sylueſtris verò folia ſunt ſicut folia [a] [portulacæ,] ſed sūt ſtrictiora.& eius thyrſi ſunt longi,expanſi ſuper terram, & apud folia ſunt ſpinæ,& naſcitur in domibus deſertis. Fluuialis autem oritur in ripis fluuiorum, cuius thyrſi a terra eleuantur, & ſpinæ eius ſunt occultæ,& ipſius folia sūt ſicut folia [b] [ſalicis,] & folia amygdalæ,lata,& ſaporis valde amari, & ſuperiora cruris eius ſunt groſſiora inferiorib. ipſius,& eius flos eſt ſicut roſa rubea, [c] [bonus] valde, & ſuper ipſum egreditur quiddam ſimile pilis,& eius fructus eſt durus,apertus,plenus re quæ eſt ſicut lana . *Natura* . Calida eſt in tertio, ſicca in ſecundo . *Operationes & proprietates* . Eſt reſolutiua valde, & ex eius decoctione ſternuntur domus,& interficit pulices, & vermes terraneos. *Apoſtemata & † puſtulæ* . Ponuntur folia eius ſuper apoſtemata dura. & ſunt in eis iuuamenti ualde magni.*Vulnera & ulcera.* Bona eſt pruritui,& ſcabiei,& excoriationi,& propriè ſuccus foliorum eius . *Inſtrumenta iuncturarum.* Dolori dorſi antiquo,& geniculi,valet more emplaſtri ſuperpoſita.*Membra capitis* . Flos eius facit ſternutationem. *Venena.* Eſt uenenum, & quandoque miſcetur cum vino & ruta , & potatur,& liberat a venenis vermium uenenoſorum. Ego tamen dico quod eſt hoc timoroſum,& ipſa,& eius flos ſunt venenum hominibus,& beſtijs,& canibus, ueruntamen confert, quum bibitur cum uino decocta cum ruta ſecundum quod dicitur.

a B. Alia litera. alcanne,
b B. alchaleſ.
c B.aſperus.
† bothor.

De [a] [oleo.] Cap. 530.

a B.Dhen.

Oleum . Oleum de balſamo iam dictum eſt. oleum verò de kerua,& oleum de raphano sūt ſimilis uirtutis . ſunt enim ambo reſolutiua : ſed ipſorum fortius eſt oleum de kerua [b] [& oleum de raphano eſt calidius,& eſt] ſimile oleo antiquo.*Natura.* Calidum eſt,& ſiccū in tertio.oleum de lilio,& oleum ſambacinum calida ſunt in tertio,oleum de vrtica, & oleum de cartamo calida ſunt in primo,humida in ſecundo.oleum aūt de narciſſo calidum in ſecundo, humidum in primo.oleum de keiri eſt calidū, & humidum in ſecundo.& ſimiliter oleum de ben, & ſimiliter oleum amygdalinum amarū. Oleum de extremitatibus vitium, & [c] [almahum,]& mandragoratum proxima ſunt in infrigidatione,& ſtypticitate. & oleum de cydonijs etiam,& oleum chamæmelinum calidum eſt cum æqualitate,& oleum anethinum ſimile eſt ei,ſed eſt eo calidius. & oleum narciſſinum proximum eſt in virtute, & operatione oleo anethino, ſed eſt acuti odoris,& non eſt cōueniens [d] [hominib.]eo modo quo oleum anethinum.In oleo verò violaceo non eſt ſtypticitas, ſed eſt in ipſo infrigidatio quædam. oleum verò rutaceum eſt reſolutiuum . Nos autem non dicemus hic artificium oleorum, immò dicemus ea in antidotario. Et nos ēt non dicemus olea compoſita ex medicinis pluribus, ſicut oleum coſtinum,& oleum de darſiſahan,eorum compoſitionem, & eorum iuuamenta niſi in antidotario.*Operationes & proprietates.* Oleū amygdalinum,& propriè amarum,aperitiuum.Et in oleo de pomis,& cydonijs propriè eſt ſtypticitas,& infrigidatio.Oleum verò chamęmelinū, ſedatiuum eſt dolorum , ablatiuum ſpiſſitudinum,reſolutiuum vaporum. Et oleum de lilio eſt lenitiuum,confortans membra [e] † [ ] & confortat ea.& infrigidat ea pluſquam illud de cydonijs,& prohibet materias aduenientes. & oleum de ruta eſt reſolutiuū inflationis valde,& eſt ſicut oleum laurinum, ſed eſt calidius eo , & ambo ſunt ſedatiua dolorum antiquorum,& reſolutiua ventoſitatum . oleum de coſto iuuat in diuerſitatib.diſpoſitionum peſtilētię,& efficit odorem vaſis & aeris bonū. *Decoratio.* Oleum laurinum alopecię eſt vtile.oleum myrtinum conſtringit origines capillorum,& confortat eos,& denigrat. oleum coſtinū conſeruat iuuētutem in capillis. oleū amygdalinū cum melle propriè amarum,& radix lilij.& cera liquefacta conferunt [f] [aragdani] in facie,& panno,& veſtigijs, & ſimilib. & confert quādo linitur cum decocto ſuper ſquammas,& furfures.oleum de kerua eſt bonū lentiginib, & panno . Et oleum de fęnugræco eſt bonum colori corrupto,propriè in [g] [albis]oculorum.*Apoſtemata † & puſtulæ.*Oleum amygdalinum confert apoſtemati mammillæ. oleum de lilio duritiē antiquam reſoluit. *Vulnera & vlcera* . Oleum de kerua valet † puſtulis groſſis,& ſcabiei. & de fęnugræco,† tineę.oleum myrtinum confert vlcerib.oleum de coſto remouet ſcabiem,& pruritum uelociter. *Inſtrumenta iuncturarum.* Oleum amygdalinum confert [h] [ſilgueti.]oleū chamęmelinum confert laſſitudini, & oleum de lilio ēt.& oleum de anetho,& ēt ei,quem frigus læſit.*Membra capitis.*Oleum amygdalinum cōfert ſoda,& pulſationi auris,& tinnitui, & ſibilationi in aure. oleum amygdalinū amarū plurimi eſt iuuamenti ſubtile, & plurimi iuuamenti ipſius eſt in aure,& oppilationib.eius,& tinnitui ipſius,et uermib.factis in ea.et oleū roſ. eſt valde bonum inflammationi [i] [ſtomachi]& principio apparitionis apoſtematum,& aūgmentū efficit in uirtutib.cerebri,& in intellectu. & eſt decliue ad æqualitatē.Et propter hoc dixit Galenus ꝙ ipſum calefacit corpus uehementis frigiditatis,& infrigidat calidū.Et magis uincens

b B.quamuis oleum de raphano ſit calidius & ſit.;i
c B. oleum roſarum.
d B.capiti.
e † B.maturatiuum ſedatiuum dolorum, oleū myrthinum cōſtringit mēbra.
f B. alkagaden
g B.anguliſ. † bothor.
† bothor. † ſahafati.
h B.aluathi.
i B. cerebri.

ex iudicio eius apud me, est quod corpora calida quę ipsum temperat, sunt plura corporibus frigidis, quæ ipsum calefacit. Oleum laurinũ, & oleum rutaceum sunt bona doloribus capitis antiquis, & oleum de fœnugræco confert furfuribus. oleum de kerua confert alopecię, & vlcerib. in capite, & apostematibus factis in eo, & dolori auris. *Membra nutrimenti.* Oleum amygdalinum est bonum spleni, sed grauat stomachum. *Membra expulsionis.* Oleum de vrtica, & oleum de semine croci hortensis soluunt ventrem. & oleum ros. quandoque soluit, scilicet quum inuenit materiam, quæ indiget lubrificatione, & quandoque retinet solutionẽ cholericam. oleum de Kerua soluit, & educit ascarides. oleum amygdalinum est bonum doloribus renum, & difficultati urinæ, & lapidi, & doloribus vesicæ, & matricis, & prefocationi matricis. Et oleum de lilio partum efficit facilẽ, & sedat dolores matricis bibitum, & [k] [pessarizatum.] & in omnibus illis oleum de fœnugræco iuuatiuum est, & etiam duritiei matricis, & dubelletius, & difficultati partus. oleũ de Kerua confert apostematibus ani, & pungitiuo dolori matricis, & eius cõuersioni. *Febres.* Oleum chamæmellinum in febribus prolixis melius est oleo ros. oleum anethinum bonum est rigori. *Permutatio.* Ponitur loco olei de balsamo, myrrha liquida, aut æquale pondus olei [l] [adedhij] cum medio pondere sui de oleo alneregil, & quarta põderis sui de oleo antiquo, & permutatio olei laurini est pix humida. [m] † [ ] & permutatio olei de vrtica est oleũ de cartamo, sed est debilius eo. & loco olei de alcãnapo ponitur oleũ sampsucinũ. & loco olei [n] [ros. oleũ nenupharinũ] & oleum uiolaceum. & loco olei de Kerua, oleum raphaninum & oleũ lini, præter cõuersionem in oleo de lino.

k B. clysterizatũ

l B. aldadi, uel dadi.

m † B. & permutatio de lilio ẽ oleũ de lauro.

n B. nenupharis oleum rosarũ.

De [a] [oliuis.] Cap. 531.

Oliuæ quid est? Oleum quandoque exprimitur ex oliuis immaturis, & quãdoque exprimitur ex oliuis ultimè maturis. Et oleum omphacinum est illud, quod expressum est ex immaturis. Et quandoque exprimitur ex oliuis rubeis medijs inter immaturas, & ultimæ maturitatis, cuius operatio est inter illas duas res: oleum præterea quãdoque fit ex oliuis domesticis, & quandoque fit ex oliuis syluestrib. oleum verò uetus in emplastris in virtute est olei de kerua, & olei de raphano, & de lilio, sed est calidius, et est propinquum operationi ipsorum. Quumque aliquis vult adurere ramos oliuarum, & folia earum, oportet ut liniãtur cum melle. *Electio.* Oleum sanis melius, est omphacinum, & melior gumma ipsius, est gũma syluestris, quæ mordicat linguam, si enim non mordicat linguam, tũc non est proficuũ in ipsa. *Natura.* Omphacinum frigidum est & siccum in primo. Rufus verò in ipso dicit esse humiditatem. & oleum de oliuis ultimè maturis, est calidum commensuratè, & declinat ad humiditatem. quod si lauetur, est temperatum in humiditate & siccitate, & minus calidum. et uniuersaliter oliuæ maturę sunt calidę, et carũ oleum ad humiditatem declinat temperatam, et immaturæ sunt frigidæ, et ligna, et folia earũ sunt frigida. Cum autem antiquatur oleum omphacinum valde, fit in natura olei de oliuis dulcibus. *Operationes & proprietates.* Omnes olei species corpora confortant, motum alleuiant, et sunt extinctiuæ. Et oleum quidem de oliuis syluestribus decoquitur in vase æreo donec coaguletur, et fit proximum virtuti lycij. Et aqua de oliuis salitis fortior est aqua [a] [oliuarum] in mundificatione. Et oleum quidem sanis melius, est oleum omphacinum, olei verò antiqui acuitas non consequitur mordicationem, et oliuæ quidem sunt ex eis, quę nutiunt parumper. *Decoratio.* Folia oliuarum syluestrium bona sunt panaritijs, et prohibent sudorem inuncta, oleum de oliuis syluestribus, est sicut oleum ros. in plurimis intentionibus, et conseruat capillos, et prohibet uelocitatem canitiei quum administratur omni die. [b] [Et folia quidem oliuę decoquuntur in aqua acrestæ donec fiat sicut mel, et linitur super dentes corrosos, et euellit eos.] *Apostemata & † pustulæ.* Et syluestres crysipilam, et formicam, et sceere, et apostemata calida soluunt, et humiditas currens a lignis earum cũ inflammantur, conuenit scabiei, et impetigini. et fæx olei est medicamen apostematum calidorum in glandulis, et proprie cum folijs suis. *Vulnera & ulcera.* Oleum de oliuis syluestribus expressum de immaturis, cõfert ulceribus humidis, et siccis, et scabiei. Et folia oliuarum syluestrium ulceribus ambulatiuis, et fraudulentis, et sordidis, et formicę, et sceere, et quando permiscetur fęx olei cum camęleonte sanat scabiem, ita quòd etiam bestiarum scabiei conueniat, propriè in infusione lupinorum. Quum ex oliuis de aqua conditis cum aqua et sale fit emplastrum ad adustionem ignis, non vesicatur, et purgat ulcera sordida. Et gumma oliuarum syluestriũ cõfert [c] [scabiei, et ulceribus] et impetigini, et ponitur in emplastris uulnerum. *Instrumenta iuncturarum.* Aqua oliuarum salitarum clysterizatur ad sciaticam, et oleum ablutum est conueniens doloribus [d] [neruorũ] et sciaticæ. & oleũ vetus cõfert podagricis, quũ liniuntur ex eo. *Membra capitis.* [e] † [ ] Oleum oliuarum syluestriũ est sicut oleum ros. in iuuamento suo soda. et assumitur succus syluestrium et exsiccatur, et fiunt ex eo trochisci, et reseruantur ad curandũ fluxum auris. Et oleum de oliuis syluestrib. confert gingiuæ sanguineæ, colluendo os ex eo, et confirmant dentes motos. et gumma syluestrium confert dolori dentium corrosorũ, quando implentur ea. Et [f] [oleũ de scorpionibus] est ex sublimioribus medicinis dolori aurium distillatum, et oliuarum syluestrium folia bona sunt [g] [† aphthis] masticata. *Membra oculi.* Fit collyrium ex antiquo tenebrositati oculi, et fæx eius ponitur in medicinis oculi, et folia earum adusta ponuntur loco tutię oculo et gumma earũ antiqua confert pãno, et albugini, et grossitudini eius, et grossitudini corneæ, et succus foliorũ earum, egressioni oculorũ, et uulceribus corneæ, et [h] [fluxibus.] sed domestica sunt cõuenietiora oculo, quam syluestria, et gũma earum etiam abstergit oculum,

a B. aqua salsa

b ——— B.

† bothor.

c B. Alia litera. scabiei ulcerosę

d B. Alia litera. iuncturarum.

e † B. & folia quidẽ oliuæ decoquuntur cum aqua agrestæ, donec fiat sicut mel & linitur super dẽtes corrosos & euellit eos.

f B. & zeit de scorpionibus. i. & oleũ de scorpionibus factũ ex oleo oliuarum.

g B. alcola.

h B. catarrhis. † cula.

et sordes ulcerum eius, et abstergit aquam, et albuginem. *Membra anhelitus & pectoris.* Oliuæ nigræ cum [i] [flore] suo sunt ex summa uaporum, qui fiunt asthmati, et ęgritudinibus pulmonis. *Membra nutrimenti.* Fæx olei utilis est super uentrem hydropicis. & oliuę quidem cum dispositione sua, sunt difficilis digestionis. & grossæ earum salitæ subleuant appetitum, & confortant stomachum, & generant humorē stypticum. & acetosæ magis receptibiles sunt digestionis quam omnes, & uelocius. & etiam oleum omphacinum bonum est stomacho. *Membra expulsionis.* Comeduntur cū muria ante cibum, & leniunt, & assumuntur. unc. ix. cum aqua calida, aut aqua hordei, & soluunt, & coquuntur cum ruta ad dolorem uentris pungitiuum, & uermes, & conferunt colicæ apostemosæ, & fit ex eo clystere colicæ factæ ex fæce, & supponitur succus earum fluxui matricis, & fluxui sanguinis eius, & fit ex eis emplastrum cum farina hordei ad cursum antiquum, & oleum uetus pręparatum cum aqua acrestæ confert, quū ex eo fit clystere vlceribus ani intrinsecis, & similiter matricis. & earum gumma ꝓuocat vtrunque, & extrahit fœtum. *Venena.* Cū oleo & aqua calida fiat [k] [nausea] & rūpet uirtutem venenorum. Gumma oliuarum syluestrium numeratur īter medicinas mortiferas.

i B. nucleo.
k B. vomitus.

De [a] [olibano.] Cap. 532.

a B Conder.

Olibanū quid est? Notum est. & ipsum q̄dem alteratur cū gummi, & gumma pini, sed olibanum inflammatur, gumma uerò pini fumat, & non inflammatur, & similiter omne adulteratum non inflammatur, & olibanum quidem quoddam est, quod est Indum ad uiriditatem decliue, & quoddam est rotundū, qđ colligitur quadratum, deinde cōcutitur in uase, donec rotundum fiat, & uolubile, & hoc q̄ndo inueteratur, fit rubeum, & de eo est album, lene, humidum, sicut mastix, quandoque uerò ex olibano administratur in medicinis minutum, & cortex, & fumus, & partes arboris eius omnes, & propriè folia. *Electio.* Melius est masculum, album, rotundum, interius tenax. & aureum quum frangitur. *Natura.* Cortices eius sunt exsiccatiui in secundo, & sunt parum frigidiores olibano, & olibanum calidum est in secundo, exsiccatiuum in primo. & cortex eius exsiccatiuus est in terminis secundi. *Operationes & proprietates.* Non inest ei exsiccatio fortis, neque stypticitas nisi debilis, & exsiccatio corticibus eius inest, & in ipso quidem est maturatio, [b] † [ ] & nō est in cortice eius acuitas, & neque [c] [corrodit carnē,] & retinet sanguinem. plurimus uerò vsus eius adurit sanguinē. Et fumus eius est vehementioris exsiccationis, & stypticitatis. Quidam autē dixerunt. rubeum est magis abstersiuum albo. Et uirtus minuti est debilior virtute olibani. *Decoratio.* Ponitur cum melle super panaritium, & delet ipsum, et eius cortices sunt boni uestigijs ulcerum. Et cōferunt cum aceto, & oleo liniti dolori, qui nominatur [d] [cōpositus,] & est dolor, ex quo proueniunt in corpore sicut verrucę cum quadā re, quę est sicut ambulatio formicæ. *Apostemata* & † *pustulæ.* Cum chimolea & oleo ros. ponitur super apostemata calida in mammillis, & ingreditur in emplastris resoluentibus apostemata uiscerum. *Vulnera & ulcera.* Cōsolidat ualde, & propriè vulnera recētia, & prohibet fraudulenta dilatari, & super impetiginē ponitur cum adipe anatis, & cum adipe porci super uulnera ostracata, & super fissuras frigoris, & est conueniēs vlceribus factis ex adustione. *Membra capitis.* Cōfert [e] [sensui] & cōfortat ipsum. Et quidam hominū sunt, quibus præcipitur, ut ex infusione eius ieiuni assuetè in potu sumant, sed eius plurimus vsus, facit soda, & lauatur ex eo caput, & quandoque miscetur cum nitro, & mundificat furfures, & exsiccat vlcera eius. & distillatur in aurem dolorosam cum vino; & quando permiscetur cum oleo, aut pice, aut [f] [uino de vuis passis] confert contritioni circuitus auris, linitum, & abscindit fluxum sanguinis narium, & eum q̄ est ex velamine, & est ex medicinis cōferentibus contritioni auris. *Membra oculi.* Consolidat vlcera oculi, & replet ea, & maturat apostema antiquum in eo, & iterum fumus eius confert apostemati calido, & abscindit cursum humiditatum, quæ sunt in oculo, & cōsolidat vlcera mala, & [g] [prohibet cancrum] in oculo. *Membra anhelitus & pectoris.* Quando permiscetur cum chimolea & oleo ros. prohibet apostemata calida, quæ accidunt in mammillis mulierum, & ingreditur in medicamentis cannæ pulmonis. *Membra nutrimenti.* Retinet uomitum, et cortices eius confortāt stomachum, et stringunt eum, et est magis, faciens stomachum, et in digestione magis iuuās et cortices magis colligunt stomachum mollificatum. *Membra expulsionis.* Retinet fluxum uētris [h] [fluxum uentris cum sanguine,] et fluxū sanguinis ex matrice, et ano, et confert dysenteriæ, et prohibet expansionem ulcerum malignorum in ano, quum ex eo fit licinium. *Febres.* Confert febribus antiquis phlegmaticis [i] † [ ] si eius usus cum uino plurimus sit, interficit, et similiter cum aceto.

b † B. quæ non est in cortice eius.
c B. mordicatio carnis.
d B. marchian uel marchichan
† bothor.
e B. rationi.
f B. lacte.
g B. confert cancro.
h B. & diariam.
i † B. venena.

De [a] [origano.] Cap. 533.

a B. Shatar

Origanum quid est? Est in potētia sicut † thymus, et syrupus eius est sicut syrupus alhasce. *Electio.* Quod fortius existit, syluestre est. *Natura.* Est calidum et siccum in [b] [secundo.] *Operationes & proprietates.* Est resolutiuum, carminatiuum, subtiliatiuum, et est uehementis abstersionis, et in ipso est acuitas, et illud propter illud, quod in ipso est de uirtute adurente. *Decoratio.* Est bonum [c] [concauationi] dentium. *Instrumenta iuncturarum.* Confert dolorib. utriusque anchę. *Membra capitis.* Masticatur et sedat dolorem dentis, et sanat [d] [gingiuam fluxam] propter uirtutem suam adurentem. *Membra anhelitus & pectoris.* Oleum eius confert pectori, et pulmoni. *Membra nutrimenti.* Confert hepati, et stomacho. *Membra expulsionis.* Prouocat utrunque, et extrahit uermes, et ascarides.

† hasce.
b B. tertio.
c B. ostracolitu ti.
d B. dolorē gingiuæ mollificatæ.

De [a] [olere Iudaico.] Cap. 534.

a B. bachele iudiæ.

Olus Iudaicum quid est? *Natura.* Caliditas eius est supra æqualitatem.

a B. Hadam.

De a [ossibus.] Cap. 535.

Ossa. *Operationes & proprietates*. Ossa adusta, sunt exsiccatiua, resolutiua. *Decoratio*. Dicitur quòd calcaneus porci, quando ex eo fit linimẽtum super albaras, confert. *Instrumenta iuncturarum*. Dicitur quòd ossa hominis conferunt in potu data, dolori iuncturarum. *Membra capitis.* Dicitur quòd hominis ossa in potu dantur ad epilepsiam. Inquit Gal. Fuit homo qui secretè dabat hoc in potu, & auferebatur eorum epilepsia, & est existimatio illius hominis. *Membra nutrimenti*. Dicitur quòd calcaneus hirci cũ oxymelle, aufert splenem. *Membra expulsionis.* Dicitur quòd calcaneus hircinus, excitat coitum, & crura uaccina adusta abscindunt fluxum sanguinis, & solutionem uentris.

a B. Sadaf.

De a [ostraco.] Cap. 536.

b B. terreni.

c B. adustionis eius. Alia litera. adustiua.

† bothor.

† alcofol.

d B. inuersos.

Ostracum. *Operationes & proprietates*. Caro ostraci b [syluestris] cum teritur, & linitur ex ea corpus, desiccat fortiter, & quod de ostraco purpureo adustum est, virtutem habet carminatiuam, abstersiuam, & virtus eius est virtus c [cadens cito,] & in toto ipsius est attractio eorum, quæ carni infixa sunt, & ossium, quando administratur cum dispositione sua. *Decoratio.* Omnes tunicæ ostraci, & cortices ipsius, quum aduruntur, abstergunt morpheam, & similiter ostracum cum dispositione sua extrahit astellas magnas, carni infixas. Et ostracum purpureum, quum decoquitur cum oleo, & inungũtur capilli ex eo, retinet casum eorum. *Apostemata & † pustulæ*. Viscositas limaciarum, quæ nominatur virus earum, cum olibano, & aloe, & myrrha conquassata donec fiat in spissitudine mellis, exsiccat apostemata accidentia in radice auris. Et si inuenit humiditatem profundam in ea, extrahit eam & sanat ab ea. *Vulnera & ulcera.* Quod de ostraco purpureo adustum est, abstergit ulcera, & consolidat ea, & mũdificat ea. et quod de eo adustum est cũ sale, confert adustioni ignis pulurizatum desuper, & dimissum donec exsiccetur, & totum quod adustum est de ostraco, confert scabiei. Et ostracũ quidem cum carne sua, confert vulneribus, & propriè illis, quæ sunt super neruos, contritũ cum thure & myrrha, & positum super ea, & similiter cum puluere molendini. & Gal. quidem expertus est limacias sicut sunt. *Instrumenta iuncturarum*. Sedat dolorem podagræ, & apostematum eius, & fit emplastrum ex eo sicut est super omnia apostemata iuncturarum. *Membra capitis.* Quod adustum est de ostraco purpureo, abstergit dentes, & præcipue quod aduritur cum sale, quòd si ostracum teratur, sicut est, cum aceto, abscindit fluxum sanguinis narium. *Membra oculi*. Quando abluitur quod adustum est de omni ostraco cum carne sua, & ponitur in † collyrijs delet grossitudinem palpebrarum, & albuginem in oculo, & pannum, & quando aduritur caro eius quod nominatur latalis antiqui, et miscetur cum alkitrã, et teritur. et distillatur super palpebram, non permittit pilos nasci, et uiscositas quę est super illud qđ syluestre est, facit cohærere pilos d [permutatos] super palpebras. Et uiscositas limaciarum, q̃ dicta est ante, quũ ex ea linitur frõs, prohibet materias ad oculum effusas, et facit pilos ẽt adhærere super palpebrã. *Membra nutrimẽti.* Caro ostraci, quod nominatus carusis, est bona stomacho. et carnes ostracorum non decoctæ aqua, neque assatæ, sedant dolorem stomachi. Ostracum purpureũ, quando bibitur cum aceto, extenuat splenem, et quando fit emplastrum ad hydropisim ex ostraco, non separetur donec minoret eam, et oportet ut dimittatur, donec cadat per se. et ostracum syluestre est fortius in illo propter uehementiam exsiccationis. *Membra expulsionis*. Caro purpurei non lenit naturam, et caro ostraci nominati sentalis, quum est recens, lenit uentrem, et propriè ius eius, et similiter ius paruorũ ostracorũ et quando matricis ꝓfocationẽ habentes ex ostraco suffumigãtur purpureo, iuuãtur. et hoc suffumigatũ extrahit secundinã. et suffumigatio eius, qđ est aromatici odoris, et e [albelili et ꝓsici] qđ est super littora, etiam confert in ꝓfocatione matricis, et excitat epilepticos etiã, et in ipso est castoreitas in odore. Et ostracum prouocat menstrua suppositum. Inquit, et illud quod nominatur caugilel est abstersiuum, quum aduritur sicut est, et permistum cum cinere gallarum uiridium, et pipere albo cõfert vlceribus accidentibus in intestinis dum recẽtia remanent, et non putrefiunt, magnificè. et pondus quidem cineris ostraci sit quatuor partes, et gallarum duę, et piperis pars. j. et pulueri zetur sup cibum, et in uino detur ad potãdum. *Venena.* Cõfert caro eius morsui canis rabiosi.

e B. albebili, & alcholzemi.

a B. shair.

De a [hordeo.] Cap. 537.

Hordeum quid est? est notum. et siligo est spẽs eius sine cortice. Et eius operatio est propinqua operationi ipsius. *Natura*. Est frigidum et siccum in primo. *Operationes & proprietates.* In ipso est abstersio, et eius nutrimentum minus est nutrimẽto tritici. Et aqua hordei est nutribilior sauich ipsius. Et ambo frangunt acuitatẽ humorũ, et aqua b [hordei al selech] est humidior, et omnis aqua hordei est inflatiua. *Decoratio.* Super pãnũ administratur de eo epithema calidum. *Apostemata & † pustulæ.* Fit ex eo decoctõ cũ aqua, sicut sorbitiones cũ pice et c [colophonia] emplastrũ super apostemata dura, et d [solo, et cum furfure suo] super apostemata calida, *Vulnera & ulcera*. Quando fit linimentũ ex eo cũ aceto forti, et ponitur more emplastri super scabiẽ ulceratã, sanat eã. *Instrumenta iunctura rum.* Fit ex eo emplastrum cũ cydonijs et aceto super podagrã, et ꝓhibet fluxũ humiditatũ ad iuncturas. *Membra anhelitus et pectoris.* Aqua eius confert ægritudinib. pectoris, et quãdo bibitur cum semine fœniculi facit abundare lac, et fit emplastrum ex farina eius, et meliloto, et cortice papaueris, ad dolorẽ lateris, e † [ ] et aqua eius est mala stomacho. *Membra expulsionis.* Eius sauich retinet uentrem, et similiter decoctio sauich eius, et f [furfur] eius prouocant urinã, sed aqua g [furfuris] tritici quando bibitur, est uehementioris prouocationis. *Febres*. Aqua eius est infrigidatiua, humectatiua febrium:

b B. speciei hordei, quę dicitur selech, seu siligo.

† bothor.

c B. rasina.

d B. ipso solo, & cum kist ipsius.

e † B. Membra nutrimenti.

f B. Kist.

g B. Alia litera. Kisti hordei.

in calidis quidem pura, & in frigidis cum apio & fœniculo. Et datur in potu etiam illud, qđ coctum eſt cum ficubus permiſtum cum melli crato, ad febres phlegmaticas.

a B. Demiran.

De [a] [*ohalmaram.*] *Cap.* 538.

b B. Demiran quid eſt? eſt ſaheſefram alhamaz.

c B. immò ſpés eius quæ dicitur alhaman eſt frigida.

b [Ohalmaram quid eſt? eſt ſceheſabram al humeimi.] *Natura.* Inquit filius Meſaugue, in ipſo eſt caliditas, & eſt ſiccum in ſecundo. Et plures hominum dicunt quòd eſt frigidum, cum eius caliditate calefactus non lædatur: [c] [ſed iudicium frigoris eius eſt] in primo, ſed quod verius eſt, eſt quòd uirtus eius eſt compoſita ex caliditate cum frigiditate, & poſſibile eſt, ut ſit frigiditas in ipſo uincens. *Operationes & proprietates.* Confert calefactis, propriè quan do moratur ſuper ipſum aqua roſ. *Vulnera et ulcera.* Fit ex eo emplaſtrum aduſtioni. *Membra capitis.* Confert ualde ad cola alhumeimi, & aperit oppilationes cerebri. *Membra expulſionis.* Datur in potu ſemen frixum ad fluxum uentris antiquũ cum oleo roſ. & aqua [d] [frigida.]

d B. roſata.

LITERA P.

a B. agias.

De [a] [*prunis.*] *Cap.* 539.

b B. magis abſterſiua.

PRuna quid ſunt? Nota ſunt. *Electio.* Illa quæ habent colorẽ paleç, ſunt fortiora nigris. & citrina fortiora rubeis, & alba ſunt magis grauia, paruæ ſolutiõis, & Armena ſunt [b] [meliora omnibus] & uehementius ſoluentia, & meliora ſunt magna, pinguia. *Natura.* Frigida ſunt in principio ſecundi, humida in fine tertij. *Operationes & proprietates.* Eius gumma eſt ſubtiliatiua, inciſiua, & glutinatiua, & in damaſcenis eſt conſtrictio & ſtypticitas apud Dioſ. nõ apud Galenum. Et in crudis quç non ſunt matura, eſt ſtypticitas, & eorum nutrimentum eſt paucum. comedantur autem ante cibum, & bibat qui humectatus eſt poſtea aquam mellis, & vinum [c] [de paſſis.] *Vulnera & ulcera.* Eius gumma conſolidat vlcera, & cum aceto abſcindit impetiginem, & propriè ſi fuerit cum ea mel, aut zuccarum, & præcipue in pueris. *Membra capitis.* Quum ex folijs prunorum colluitur os, prohibet fluxum fieri ad utrãque amygdalam & uuam. *Membra oculi.* Eius gumma confortat uiſum, quum fit ex ea collyrium. *Membra anhelitus & pectoris.* Muza ex eis ſedant inflammationem cordis. *Membra nutrimenti.* Quæ dulcia ſunt ex eis, mollificant ſtomachum humiditate, & infrigidant eũ, & penitus non ſunt ei conuenientia: muza verò ex eis fortius reſiſtunt cholere quàm illa. *Membra expulſionis.* Quæ ex eis ſunt dulcia vehementius, ſoluendo educũt choleram. & humida etiam ſunt uehementioris ſolutionis, quàm ſicca, & eorum ſolutio fit propter uiſcoſitatem eorum. Damaſcena autem ſtringunt ventrem ſecundum quoſ dam. Et in ſyluestrib. quum nondũ ſunt [d] [decocta] ualde eſt ſtypticitas ab omnibus conceſſa. Inquit Gal. Errauit Dioſ. in uerbis ſuis, quũ dixit, Damaſcena conſtringunt. immò ſoluũt, & gumma eorum frãgit lapidem veſicæ, & eorũ aqua prouocat mẽſtrua, & quãto plus ſunt minora, tanto plus eorum eſt ſolutio minor.

c ——B.

d B. matura.

a B. thezer chotune, ſeu, chotuna.

De [a] [*pſyllio.*] *Cap.* 540.

Pſyllium quid eſt? Eſt duorum colorum, hyemale, & eſtiuum, & potio cuiuſlibet illorũ ſit põdus drag. ij. *Electio.* Melius eſt illud, quod eſt maius, groſſum, quod ſubmergitur in aqua. *Natura.* Eſt frigidum & humidum in ſecundo. *Operationes & proprietates.* Quod ex eo frixũ eſt, inuolutum in oleo roſ. ſtypticum eſt. & ſedat dolores more emplaſtri ſuperpoſitum cum aceto. *Apoſtemata & † puſtulæ.* Adminiſtratur cõ quaſſatum cum aceto ſuper apoſtemata calida & formicam, & eryſipilam, & propriè, quę sũt ſub aure, & ſuper phlegmatica. *Inſtrumenta iuncturarum.* Fit ex eo emplaſtrum torſioni neruorum, & ipſorum ſpaſmo, & podagræ, & doloribus iuncturarum calidis cum aceto & oleo roſ. *Membra capitis.* Qui ex eo ſuperponit ſuo capiti emplaſtrum, confert ſoda eius calidæ. *Membra anhelitus & pectoris.* Lenit pectus. *Membra nutrimenti.* Eius mucilago cum oleo [b] [roſ.] confert ſiti vehemẽti cholericæ. *Membra expulſionis.* Eius, quod frixum eſt, pondus drag. ij. inuolutum in oleo roſ. ſtringit, & confert dyſenteriæ, & propriè infantium. & quod ex eo mucilaginoſum eſt, & ipſa mucilago eius cum oleo violato ſoluunt. *Febres.* Bibatur, & tunc ſedabit inflammationem febrium acutarum.

† bothor.

b B. amygdalarum.

a B bachele alhanicha.

De [a] [*portulaca.*] *Cap.* 541.

Portulaca quid eſt? Nota eſt. *Electio.* Succus eius eſt illud, quod in ea eſt magis vltimæ operationis. *Natura.* Frigida eſt in tertio, humida in fine ſecundi. *Operationes et proprietates.* In ea eſt ſtypticitas, & prohibet fluxum ſanguinis, & fluxus antiquos, & ipſius nutrimentum eſt paruum, illaudabile, & eſt reſiſtens cholerae ualde. *Decoratio.* Ex ea fricantur verrucæ, & eradicat eas proprietate ſua, non qualitate. *Apoſtemata & † puſtulæ.* Fit ex ea emplaſtrum apoſtematibus calidis, in quibus timetur putrefactio, & eryſipila. *Membra capitis.* Confert † puſtulis in capite, abluto ex ea capite commiſta cũ vino, & delet ſtuporem dentium, propterea quòd lenit aſperitatem, & ſedat ſoda calidam pulſatiuam. *Membra oculi.* Confert ophthalmiæ, & ingreditur in † collyria. & nimius uſus eius facit accidere pannum in oculo. *Membra anhelitus & pectoris.* Eius ſuccus prohibet ſputum ſanguinis propter uirtutem ſuam ponticam, *Membra nutrimenti.* Confert inflammationi ſtomachi bibita, & more emplaſtri ſuperpoſita, & cõfert hepati inflammato, & prohibet vomitum cholericũ, & debilitat appetitum. *Membra expulſionis.* Fit ex ea clyſtere dyſenteriæ inteſtinorum, & ſolutioni colericæ, et confert dolorib. renum, & veſicæ, & vlceribus eorum, & abſcindit ſecũdum plurimũ deſiderium coitus, & exiſtimauit filius Meſaugue, quòd augmentum facit in coitu, & uidetur quòd ſit illud in complexione calida & ſicca. & ipſa retinet fluxum menſtruorum. & confert [b] [ulceribus] matricis. & confert aqua eius hæmorrhoidibus ſanguineis, & eius ſuccus extrahit aſcarides. Et ſi aſſetur portulaca, & comedatur, abſcindit ſolutionem. *Febres.* Confert febribus acutis.

† bothor.

† bothor.

† alcofol.

b B. aduſtioni.

De

a B. besfaigi, uel besbaigi.

De a [polypodion.] Cap. 542.

Polypodium quid est? Est lignum cineritiũ, nodosum, declinans ad rubedinem & nigredinem parumper, minutos habens ramos, sicut vermis plurimorũ pedum. Et in sapore ipsius est dulcedo cum stypticitate. dixerunt quidam quod nascitur super arborem in nemore. & dixerunt ꝙ nascitur super lapidem. *Electio.* Melius ex eo est quod est b [physticum interius,] grossum sicut annularis, declinans ad c [rubedinẽ] & citrinitatem, solidum, recens, in quo est amaritudo occulta, & bonus sapor cum ponticitate, & in eius sapore est sapor gariophyllorum. *Natura.* Calidum est in secundo, siccum in tertio. ultimum in exsiccatione. *Operationes & proprietates.* Est resolutiuum ventositatum, & humiditatum. *Instrumenta iuncturarum.* Emplastrum factum ex eo confert torsioni neruorum. *Membra expulsionis.* Soluendo educit melancholiam sine punctione, & soluit phlegma, & chymum aquosum: & decoquitur in iure gallorũ, & iure piscium propter colicam, aut in iure olerũ. Si ergo d [spargitur radix eius super aquam alkaratim] & bibatur, soluit choleram, & phlegma. Et potio quidem eius sit .vj. kermet; kermet. n. est .vj. Kerates, imò sit vsque ad .ij. drag. Et oportet, ut bibatur cum syrupo de melle misto cũ aqua, & ante ipsum aliquid de e [tarachis,] & in decocto sit vsque ad iiij. *Permutatio.* Loco eius ponitur epithymum, & medium ponderis ipsius de sale Indo.

b ——B. B. Alia litera. uiriditatem.

d B. si pulucrizatur radix eius sup melicratũ.

e B. aitharich.

a B. berdi.

De a [papyro.] Cap. 543.

Papyrus quid est? Notus est. & ex ipso quidem fiunt chartæ: & ipse quidem in potẽtia est charta. & quod ex eo adustum est, uehementioris est exsiccationis. *Natura.* Est frigidus, & siccus. *Operationes & proprietates.* Confert fluxui sanguinis, & prohibet eum ipsius cinis. *Vulnera, & ulcera.* Pulucrizatur super vulnera recentia, & consolidat ea: quandoque uerò infunditur in aceto, & exsiccatur, & intromittitur fistulis, & omnibus ulceribus ambulatiuis & vulneribus. *Membra capitis.* Eius cinis confert corrosioni oris. *Membra anhelitus & pectoris.* Eius cinis retinet sputum sanguinis. *Membra expulsionis.* Sumatur, & inuoluatur lino, & dimittatur donec exsiccetur, deinde ponatur super hæmorrhoidas, & confert eis.

a B. giade.

De a [polio.] Cap. 544.

Polium quid est? Est species de secha, in qua est caliditas, & acuitas pauca, & quod ex eo minus est, est acutius & amarius, & sũt in eo thyrsi, & flores, b [& ipsum est pilosũ, albũ, decliue] ad citrinitatem, usq; ad mẽsuram palmi, plenũ semine, & eius caput est sicut sphera, in quo sũt sicut pili albi, grauis odoris cum quadã aromaticitate: maius autem est debilius, quod etiã est amarum, & in ipso est acuitas quædã. & montanum est minus. *Natura.* Minus est calidum in tertio, siccum in secundo, & maius est calidũ & siccum in secundo. *Operationes & proprietates.* Est aperitiuum, subtiliatiuum, & propriè minus est ad aperiendum oppilationes intrinsecas. *Vulnera & ulcera.* Consolidat quod ex eo viride est, plagas recentes, & propriè maius. & quod ex eo est siccum, vlcera fraudulenta, præcipuè c [minus] siccum. *Membra capitis.* Facit soda. *Membra nutrimenti.* Ipsum cum aceto est epithema conueniens apostematibus splenis, & duritici ipsius, & nocet stomacho, & confert ictericitiæ nigrę, et propriè decoctio eius quod ex ipso maius est, et confert hydropisi, & est vniuersaliter malum stomacho. *Membra expulsionis.* Prouocat vrinam, & menstrua. & soluit uentrem, & confert ascaridibus ualde. *Febres.* Confert febribus antiquis. *Venena.* Confert puncturæ scorpionis, & decoctio maioris morsui vermium venenosorum omnium, & eo suffumigatur, & sternitur, & fugat venenosa minora. *Permutatio.* Loco eius ponitur in extractione vermium, & prouocatione urinæ, & menstruorum pondus æquale de d [lignis granati uiridibus,] & tertiæ duę ponderis ipsius de corticibus lignorum cassiæ ligneæ.

b B. pilosi albi decliues.

c B. paruum.

d B. corticibus ramorum granati uiridium.

a B. giela.

De a [pellibus.] Cap. 545.

Pelles. *Electio.* Meliores ex eis sunt pelles lactentium, propter humiditatem ipsorum. *Operationes, & proprietates.* Nutrimentum earum est paruum, uiscosum, & propinquũ est in viscositate, & dispositionibus suis nutrimento pedũ. & rasura quidem pellis caprinæ, quum ponitur super cursum sanguinis, retinet eum. *Decoratio.* Pellis uiperæ adusta, et linita super alopetiã confert. *Apostemata & † pustulæ.* Dicitur quòd pellis equi, b [quæ est in aqua] quum ponitur super† pustulas, infrigidat ipsum. *Vulnera & ulcera.* Ponitur cinis pellis mularum, & similium super adustionem ignis, & ulcera calida, quum non sunt cum apostemate. et est medicamen excoriationi pedum ex calciamento, et coxarum et fistulis. et pellis recens ouis super percussionem ponitur in hora, & prohibet nocumentũ ex ea, & est conueniens ulceribus fraudulentis, & scabiei, & pruritui. *Membra nutrimenti.* Pellis intrinseca, quæ est in stomachis auiũ c [& in gutture earum] præcipue gallorum, quando siccatur et teritur, et bibitur cum uino, confert dolori stomachi. *Venena.* Dicitur, ꝙ recens pellis calida caprina quando ponitur super morsum uiperę, attrahit uenenum.

† bothor.

b B. aquatici.

†] bothor.

c B. & in earum receptaculis iuxta collum existentib. in quib. cib. sicut est primo ingreditur.

a B. zefr.

De a [pice.] Cap. 546.

Pix quid est? Est duarum specierum, una est marina, nigra, liquida, quę ponitur in emplastris, et est de genere b [picis,] et alia est montana syluestris, et syluestris alia est liquida, et est ex arbore c [alıembut, et modis] aliis pini. Prima uerò est species eius humida, deinde desiccatur cum decoctione, et plurimum quidem ipsius est ex iembut et est arbor d [cadim korasc.] Oleum uerò picis proximum est alchitram. et eius oleum fit, ut distilletur eius humidum ubi decoquitur, ut desiccetur, aut suspẽdatur supra ipsum lana, et madefiat ex uapore eius, et quũ madefacta fuerit, exprimatur in uase alio. Quũ tamen sit possibile ut distilletur in cucurbita,

b B. kir.

c B. Alia litera. altenub & speciebus.

d B. cadãcharis.

& alembico;melius est quam illo modo,& magis seruatur illud quod sublimatur. *Operationes et proprietates.* Est maturatiua humorum grossorum,abstersiua,calefactiua:& humida est uehementius maturatiua:& sicca fortius est desiccatiua,& ponitur in emplastris. *Decoratio.* Extirpat albedinem unguis, & attrahit sanguinē ad membra,& impinguat ea propriè quum iteratur eius adhærentia, & euulsio subito cum uiolentia;& linitur super fixuras pedū, & reliquorum membrorum ut sanet eas, & emplastrum factum ex ea facit nasci pilos in alopecia. *Apostemata et † pustulæ.* Lenit apostemata dura,& propriè humida: & administratur cum farina hordei super scruphulas,& prohibet, quum permiscetur sulphuri, aut cortici arboris[e] [aliebut] ambulationem formicę, & prohibet exituras glandularum omnium. *Vulnera & ulcera.* Delet impetiginē, & generat carnem in uulneribus profundis,propriè cum puluere thuris & cum melle, & mundificat ulcera corruptarum humiditatum,& sicca in hoc,& in vulneribus,est vehementioris exsiccationis. *Instrumenta iuncturarum.* Confert apostematibus in lacertis. *Membra capitis.* Sicca & humida bona est vlceribus capitis. *Membra oculi.* Fumus picis[f] [bonum efficit marginem oculi, & facit oriri pilos palpebrarum,] & prohibet lachrymas eius, & implet ulcera in oculo,& confortat uisum. *Membra anhelitus et pectoris.* Confert tussi frigidæ & siccæ, & propriè cum amygdalis & zuccaro,& similiter in pleuresi & peripneumonia, et facit sputū facile,& maturat, & similiter cum oleo amygdalino est eius maturatio plurima. Sola verò quum est,tunc eius mundificatio est minor maturatione eius, & cum zuccaro est e contra. Et prohibet sputum sanguinis,et prohibet,[g] [sputum]saniei,quum lambitur ex ea quātitas, vnc. j. & .s.cū melle.Ex pice autem humida quum linitur palatum, est utilis præfocationi. *Membra expulsionis.* Lenificatiua est, & plurimus usus eius soluit. & fit ex ea enema ad apostemata calida,et dura intestinis,et matrice,et testiculis. et ponitur in medicinis vulnerum orificij vesicę. Et quando linitur pix super fixuras ani, sanat eas. *Venena.* Resistit uenenis, et confert, quum linitur super morsum viperę.

† bothor.

e B. Alia litera. altenub.

f B. Alia litera. bonificat pilos palpebrarū oculi & oriri facit pilos.

g B. Alia litera. vomitum.

De[a] *[porro.]* *Cap.* 547.

a B. kurat.

Porrum quid est? porri aliud est Scemium, & aliud est Nabathium: et aliud est quod dicitur porrum syluestre, & est illud quod est inter porrum & allium, quod est melius in medicina,quam in cibo:sed Nabathium magis ingreditur in curationibus,quam Scemium. *Natura.* Nabathium est calidum in tertio,siccum in secundo.Et syluestre est calidius & siccius,et propter illud est deterius. *Decoratio.* Scemium cum sumach confert verrucis. *Apostemata & † pustulæ.* Scemiū cum sumach delet † epinyctidas. *Vulnera & ulcera.* Scemium cum sale confert ulcerib. fraudulētis.Et quod ex eo est syluestre, ulcerat corpus. *Membra capitis.* Abscindit fluxum sanguinis ex naribus: et suffumigatur ex semine eius cum alchitran dens,in quo est uermis,et interficit vermem,et eijcit illum, et ipsius comestio facit soda,& facit imaginari,& uidere somnia mala, & ipsius cinis cum oleo ros. & aceto uini est conueniens auri dolorosæ.[b] † [ ] Et est ex eis quæ corrumpunt gingiuam,& dētes,& findit eos,& propriè Scemium. *Membra oculi.* Nocet uisui. *Membra anhelitus & pectoris.* Cū aqua hordei confert asthmati facto ex materia grossa,& propriè Nabathium, & propriè cum melle, et confert ad apostemata pulmonis, & maturat ea:& dantur ex semine eius. drag.ij. cū æquali pondere sui de granis myrti ad sputum sanguinis. *Membra nutrimenti.* Est malum stomacho;& syluestre est deterius domestico,quoniā est amarius,& acutius,& magis mordicatiuum ipso,& porrum quidem totum est inflatiuum: oportet ergo vt elixetur in duab.aquis,quia alleuiantur inflatio & nocumentum ipsius. Rufus vero dixit quòd ipsum abscindit eructationē acetosam,& est uniuersaliter tardę digestionis. *Membra expulsionis.* Prouocat urinam, & menstrua,& propriè Nabathiū,& syluestre,& nocēt ambo vesicæ, & renib.ulceratis, & confert hemorrhoidib.quod ex eo elixum est,comestum, & more emplastri superpositum, & commouet coitum,& similiter eius semen torrefactū. Et semen quidem eius torrefit cum granis myrthi ad tenasmon, & sanguinem ani, & sedetur in decoctione foliorum eius cum aqua,& cōfert coarctationi matricis, & duritiei, quæ est in ipsa: & decoctio radicis eius[c] [cū insidebeget]cum oleo de cartamo, aut oleo amygdalino,aut sesamino[d] † [ ]confert colicę,& eius succus est ex summa eorum,quæ soluunt sanguinem. *Venena.* Succus eius cum melicrato est conueniens morsibus.

† bothor. † effere.

b † B. tinnitui.

c B. præparata

d † B. & cum aqua uel cum brodio.

De[a] *[pyris.]* *Cap.* 548.

a B. kemeri.

Pyra quid sunt? In ipsis sunt terreitas, & aqueitas, & in nostra quidē terra est species qui dicitur[b] [scenabrud,& habet magnam capacitatem,]& est uehementis rotunditatis, & subtilis corticis,boni coloris,quasi peruiū, & quasi ipsum sit aqua zuccari coagulata,cōgelata plurimum,sed non propter spissitudinem substantię, boni odoris valde, quod quum ab arbore sua cadit super terram,destruitur.& ista sunt in quibus non est nocumen de speciebus pyrorum. *Natura.* Pyra,quæ nominantur[c] [Scemia,] sunt frigida in primo, sicca in secundo. senabrud verò temperatè humida. *Operationes & proprietates.* Omnes species eius sunt stypticæ, intrantes in emplastris retentionis materierum. Et quandoque abstergunt parumper,& eorum humor est plurimus,& laudabilior humore pomorum secūdum quòd dixit Rufus. Ea autem quę dicta sunt senabrud, in terra Corasceni, absque alijs sunt lenitiua naturæ, & boni chymi valde. *Vulnera & ulcera.* Consolidant vulnera,propriè syluestria exsiccata. *Membra nutrimenti.* Sunt præparantia stomachum,&[d] [Scemia] propriè confortant stomachum, & abscindūt tussim, & sedant choleram. *Membra expulsionis.* Constringunt ventrem, propriè quæ sunt exsiccata, & in pyris quidem est proprietas faciendi euenire colicam: quare oportet ut bibatur post ipsa hydromel cum speciebus,quę sunt

b B. senabrud & est magnæ quātitatis.

c B. scinia.

d B. scinia.

vt

ut piper,& cinnamomum,& his similia. & eorum rob confert fluxui uentris cholerico. *Venena.* Cinis speciei eorum uehementis stypticitatis,& tardę maturationis,est cura fungorũ mortificantium. Et quando coquuntur isti fungi cũ pyris,minoratur nocumentum ipsorum.

a B.kiaraha.

De [pedibus.] Cap. 549.

Pedes. *Operationes, & proprietates.* Generant humorem uiscosum,non grossum,sed ipse est laudabilis,& paucarum superfluitatum. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert tussi calidæ,propriè cum pultibus hordei. *Membra nutrimenti.* Bonæ sunt digestionis,boni chymi;uiscosi,non grossi. Et significatio bonitatis digestionis eorum, est uelocitas inflationis ipsorum, & dissolutionis in decoctione, uerum eorum nutrimentũ non est multum. *Membra expulsionis.* Soluunt cũ uiscositate,quæ est in eis.

a B.nachal.

De [a] [palma.] Cap. 550.

Palma quid est? Est arbor dactylorum nota, & omnes partes eius sunt stypticę.& sermo dactylorum iam prętcrijt.

a B.nafeth.

De [a] [petroleo.] Cap. 1.

Petroleum quid est? Album notę speciei est, & nigrum est colamentum picis Babylonicæ, & reliquarum. *Natura.* Calidum est & siccum usque ad quartum. *Operationes & proprietates.* Est subtile,& propriè album,resolutiuum, liquefactiuum,aperitiuum oppilationum. *Instrumenta iuncturarum.* Confert doloribus ancharum ambarum,& doloribus iuncturarum, & propriè album, *Membra capitis.* Petroleum uarium,confert doloribus auris frigidis. *Mẽbra oculi.* Confert albugini oculi,& aquę descendenti, & nigrum ex eo etiam. *Mẽbra anhelitus & pectoris.* Cõfert asthmati,& tussi antiquæ:bibitur enim parum ex eo cum aqua calida. *Membra expulsionis.* Sedat dolorem ventris pungitiuum,& uentositates. Et quando fit ex eo licinium,interficit uermes,& propriè nigrum,& [b][comedere pōdus. drag.j.de eo,] frangit uentositatem uesicæ, & frigus matricis. *Venena.* Confert puncturę epithematum.

b B. utrunque prouocat &.

a B.nithafilun, uel nidafilun.

De [a] [pentaphyllone.] Cap. 552.

b B. Alia litera. est lacticinium qd nominatur.

Pentaphyllon quid est? [b] [Est nominatus] quinque folia. *Operationes & proprietates.* Est fortis exsiccationis sine acuitate, & adustione, & mordicatione,& fit ex eo emplastrum ad fluxũ [c] †]& sedat ipsum. *Apostemata &* † *pustulę.* Fit ex eo emplastrũ ad dubellet, & scrophulas,& durities phlegmaticas,& panaritios. *Vulnera & ulcera.* Decoctio radicis eius ualet ad vlcera ambulatiua.& quod de eo decoctum est cũ aceto,ad formicã,& confert in erysipila,et panaricijs,& scabie. *Instrumenta iuncturarum.* Confert dolorib. iuncturarum,et sciaticæ,et confert ramici bibitus,et more emplastri superpositus. *Membra capitis.* Decoctio radicis eius ualet ad [d] [linguam dolorosam,] quum ex ea fit [e] [emplastrum ad † aphthas. Et folia eius cũ vino ad epilepsiã videlicet bibita, triginta diebus. *Membra anhelitus & pectoris.* Fit gargarisma cũ decoctione eius ad asperitatem gutturis. et succus radicis eius ad dolorem pulmonis. *Membra nutrimenti.* Succus radicis eius valet ad dolorem hepatis,et icteritiam, quũ bibitur per aliquot dies cum sale,et melle,et potio eius sit tres anulusat. *Membra expulsionis.* Confert radix eius solutioni,et vlceribus intestinorum,et hæmorrhoidibus,et similiter decoctio radicis eius. *Febres.* Folia eius cum [f] [aumeli]aut cum vino conferũt quartanę,et quotidianę. *Venena.* Succus radicis eius est medicina pernitiosa.

c B.sanguinis. † bothor.

d B.dentem dolorosum.
e B.oris collutio & ad aleola.

† cola.

f B.hydromelle.

a B.samach.

De [a] [piscibus.] Cap. 553.

Pisces. *Electio.* Meliores pisces sunt illi,qui nõ sunt magni valde,neque habent carnem durã, neque siccam, et in quibus non est pinguedo, ita quòd quasi frangatur,neque mucillago, et in quibus nõ est malus sapor, uel odor,et quorum sapor est suauis. Suauis.n.saporis sunt conuenientes,et qui sunt pingues,non superfluam pinguedinem habentes,neque grossam, neque ut sepum,neque [b] [acrem,] et illi quibus non cito aduenit fętor, quum ab aqua separantur. et eligitur quidem ex piscibus duram carnem habentibus ille qui est minor. Et ex habentibus mollem carnem ille qui est maior ad terminũ aliquem. Et ille qui habet duram carnẽ salitus, melior est eo,qui est recens. In generibus autẽ [c] [asabot sunt meliores, deinde alebani, postea almerenuse, et alsceba marini non sunt mali, sed molles et pingues ambo sunt grossi; alchanahab autem almerenuse et alcursul sunt boni valde. In locis] autem in quibus morantur, est electio,quoniam illi qui morantur in locis petrosis sunt meliores, deinde ĩ arenosis,et aquis dulcibus currentibus, in quibus non.sunt sordes,et non sunt limosę,neque lacunales, neq; [d] [campestres,] et non sunt de lacunis paruis, quę flumina non imbibunt, et in quibus non sunt fontes, et pisces quidem marini sunt laudabiles,subtiles. et melior species eorum, est illorũ,qui nõ sunt nisi in mari, et pelagini,et illi qui morantur in aquis discoopertis flatui ventorum super se,sunt meliores eis, qui sunt ecõtrario,et illi qui morantur in aquis multarum agitationum,et vndarum sunt meliores,et vehementiori indigent exercitio quam illi,qui habitant in aquis stantibus. Et pisces quidem marini sunt optimi, subtilis carnis, præcipue quum ipsorum habitatio est in littoribus petrosis,aut arenosis,et pelagini quidem,qui sunt de mari,plurimi sunt exercitij. Et illi qui uadũt de mari ad flumina dulcia,quorum cursui contraria existit aqua natura,etiam sunt subtiles,et plurimi exercitij. Secundum cibum autem, illi qui cibantur herbis bonis, et radicibus plantarum sunt meliores his, qui comedunt sordes, quę proijciuntur in ciuitatibus ad loca infusionum,et radices plantarum malarum,quamuis sint ĩ vltimo boni saporis. Modus uerò melior in quo pisces comeduntur,est alesfidabeggi, deinde illorum, qui sunt assati super testam. Frixi uerò sunt conuenientes habentibus fortem

b B.acutum.

c B.alsabentsũt meliores, deinde albeni postea almarmaheigi,& alsceba marini nõ sunt mali sed alregirie, & alsim ambo sunt grossi, alcherab aũt & almarmaheigi .& alsersul sunt boni ualde in aqs.

d B.paludosæ.

stomachum,& cum seminibus, & assati quidẽ sunt nutribiliores,& tardioris descensionis, & elixati sunt econtrario. Et melior ipsorum decoctio est,vt coquatur aqua donec ferueat, deinde proijciantur in eam. Saliti autem sunt meliores,qui sunt recẽtes: deinde illi qui sunt propinqui termino,quo sũt saliti. Et meliores istorum sunt illi,qui sunt conditi cum aceto,& cũ rebus condientibus cibaria,& aqua quidem, in qua elixantur pisces saliti,& propriè [e] [alierui] sunt uehementis mundificationis, & ponitur in clysteribus exsiccatiuis. *Natura.* Omnis piscis frigidus est & humidus, uerum quidam pisces sunt calidiores secundum comparationem ad complexionẽ piscium, sicut [f] [alcuseigi & alierui & almerunegi.] Et saliti quidem sunt calidi, & sicci,& quanto plus antiquantur,tanto plus in ambobus augmentantur. Et aqua quidem piscium salitorum similis est almuri in dispositionib. suis. *Operationes et proprietates.* Qui sunt recentes generant phlegma aquosum,& mollificant neruos,& non sunt conuenientes nisi stomacho calido valde,& sanguis eorum ad subtilitatẽ declinat, & cutis piscis qui nominatur [g] [sakiafon]& est in partibus domus orationis, quum cinis puluerizatur in oculos animaliũ, delet eorum albuginem. & species quidem piscium salitorum extrahunt ea,quę infixa sunt in carne,ex locis in quibus tenẽtur, & propriè aliarie. *Vulnera & vlcera.* Capita semeros adusta eradicant carnem additam in ulceribus,& prohibent earum ambulationem,& eradicant verrucas & morum. Et aqua piscium salitorũ confert vlceribus putridis,& abluit ea. Et [h] [asauie] & pisciculi sunt boni in curis vlcerum putridorum. *Instrumenta iuncturarum.* Quando clysterizatur cum [i] [succo] salitorum multoties, confert valde dolori anchæ. Et qui recentes sunt, mollificant neruos. *Membra capitis.* Pisces parui,quos illi de Scemi nominant asir, quum colluunt os habentes † aphthas fraudulentas ex almuri qui fit ex eis,conferet,& quum [k] [alrahada] viuus approximatur capiti patientis soda, stupefacit ipsum,ne sentiat soda. *Membra oculi.* Cum cuti [l] [sua] confricantur palpebrę scabiosę,& confert. Et cutis eius adusta etiam ingreditur in medicinis oculi, & † collyrio facto ex eo cum sale delet vngulam,& comestio [m] [turesule] quum est recens, acquirit cæcitatem oculo, immo omnes pisces. *Membra anhelitus & pectoris.* [n] [Aliaric] recens mundificat cannã pulmonis,& clarificat vocem,& similiter salitus. Et capita piscium salitorum exsiccatorum conferũt vuæ apostemati, & gluten quidem piscium ponitur in sorbitionib.& prohibet sputũ sanguinis. *Membra expulsionis.* Venter sacaidicon lenit ventrẽ cum difficultate suæ digestionis. Et caro aliarie lenit ventrẽ.& omnia iura pisciũ leniũt uentrem. Et capita pisciculorum salitorum [o] [reconditorum] sunt medicamen bonum fixurę ani,& causigi propriè,& teheul,& almerennegi,& alcausigi,& aliarie omnes augmentant coitum. Et omnis piscis recens comestus dum est calidus,auget in coitu. *Venena.* Capita sumeros salitorum adusta ponuntur super morsum canis rabiosi,& puncturam scorpionis,& cõferunt,& similiter omnes pisces, et iura eorum, & ius omnis piscis confert in uenenis bibitis, & puncturis. & piscis, qui nominatur eutaras, ius bibitum, & vomitus post ipsum multoties prouocatus secundum continuationem, confert morsui serpentis cornuti, & canis rabiosi.

e B.marini.
f B.alchusegi.& algieri & almarmaheigi.
g B Alia litera. sisus.
h B.alsahane.
i B.decoctione.
† alcola.
k B.alrahade.
l B.saichun.
† alcosol.
m B.seichali.
n B.algia i.
o B. exsiccatorum.

ANNOTATIONES.

De piscibus plura scripsit Gal.lib. de cib. bon. & mal. suc. & 3. de alimen.fac. necnon Paul.lib.1. sed uide & Hipp. pulcherrimè de eadem re agentem 2. de diæta. & Diosc.lib.2.passim.

cap. 9.
cap. 30. cap. 9.

De [a] [*pyrethro.*] Cap. 554.

Pyrethrum quid est? Plurimum quod de hac planta administratur,est radix eius. *Electio.* Melius est illud,quod acutum est, & mordicatiuũ linguę,& magnitudo eius est secundum quantitatem digiti. *Natura.* Existimauit quidam eorum [b] [in quibus non est usus,] quod est frigidum,subtile,sed ipsum non est nisi calidum et siccum in tertio. *Operationes & proprietates.* Extrahit phlegma masticatum,& uirtus eius est adustiua, & prouocat sudorem, quum ex eo cum oleo abstergendo inungitur corpus. *Decoratio.* Si misceatur cum oleo,& abstergendo inungatur ex eo,prouocat sudorem. *Instrumenta iuncturarum.* Fricatio facta ex eo,& decoctione ipsius, & oleo eius confert mollificationi neruorum antiquæ, & stupori eorum,& prohibet generationem alcuzez ab eo, in quo generatur [c] [alcuzez.] *Membra capitis.* Vehementer aperit oppilationes colatorij,& constrictionem narium, & eius decoctio confert dolori dentium, & propriè frigido, et eius acetum confirmat dentes motos,si decoquatur cum aceto,et teneatur in ore. *Febres.* Quando fricatur cum eo corpus ante paroxysmum rigoris cum oleo,confert rigori facto cum febre,et absque febre.

a B.hacharchar
b B.quibus non est credendum.
c B.alchuzeze.

ANNOTATIONES.

De pyrethro egit Diosc.lib.3.& Gal.8.simpl.& Paul. lib.7.sed author hic in tertio exsiccantium & calefacientium ordine reponit. Auerr. uerò calidum esse quarti gradus existimat 5.Coll.

De [a] [*penidijs.*] Cap. 555.

Penidij. *Natura.* Calidi sunt et humidi in primo,et proprie albi,[b] [&]sũt humidiores aliis. *Operationes & proprietates.* Sunt grossiores zuccaro. *Membra anhelitus & pectoris.* Sunt boni tussi. *Membra expulsionis.* Sunt lenitiui uentris.

a B.fanid.
b——B.

De [a] [*pipere.*] Cap. 556.

Piper quid est? Inquit Galenus, in primis quum eleuatur fructus eius,est longum piper, deinde separatur grana piperis,et propter hoc est longum piper humidius. & ideo [b] [corrodit], et mordicat parum post principium sui gustus, et radix eius est similis costo nigro, sed est [c] [uehementius acris,] et album est debilioris caliditatis et humiditatis. Quidam uero dixerunt,quod nigrum iam exsiccatum est,et cecidit uirtus [d] [acuitatis]eius. et remãsit in albo quod

a B.fulful.
b corroditur.
c B.uehementioris acuitatis.
d B.eius & acuitas.

quod non peruenit ad vehementiam exsiccationis. *Natura.* Est calidum & siccum tēdens ad quartum. *Operationes et proprietates.* In ipso est attractio, & resolutio, & abstersio: masticatur cũ vua passa, & eradicat phlegma viscosum. Et est ex sedatiuis dolorum, & calefacit neruos, & est conueniens sanis. *Decoratio* Ipsum cum nitro ab
† bothor. stergit morpheam, & extenuat cum nitro. *Apostemata & † pustulæ.* Ipsum cum pice resoluit scrophulas. *Instrumenta iuncturarum.* Calefacit neruos, & lacertos, adeo quòd in hoc aliud non est ei par. *Membra capitis.* Cum aceto confert dentibus. *Membra oculi.* Confert albugini positum in
† alcosol. † collyrio & abstergit. *Membra anhelitus et pectoris.* Quando administratur in electuarijs,[e]
e † B. factis in modum hoc. † [ ] est conueniens tussi, & doloribus pectoris, & est conueniens cum melle positum in palato ad squinantiam, & mundificat pulmonem. *Membra nutrimenti.* Est digestiuum, faciens appetitum, & bibitur cũ folijs lauri recentibus, & confert dolori ventris pungitiuo, & inflationi. & est cum aceto bibitum, & linitũ bonum apostematibus splenis. Et album magis cõueniens est stomacho, & vehementius confortat ipsum. & longum piper facit cibum descendere facile. *Membra expulsionis.* Prouocat urinam,[f] † [ ] & eijcit fœtum, & post
f † B. Alia litera. & multũ eius & parum eius soluit secundũ contrarium scã moneę. coitum corrumpit semen cum fortitudine, & paucum eius prouocat vrinam, & multum eius soluit ventrem secundum contrariũ scammoneæ, & est exsiccatiuum, & consumit sperma. Longum verò piper, & album, augmentũ efficit in coitu propter humiditatem suam superfluam. Et quãdo bibitur cum melle, & folijs lauri recentib. confert dolori ventris pungitiuo. *Febres.* Fricando fit inunctio ex ipso cũ vnguento, & confert rigori. *Venena.* Ponitur illud quod est album in theriacis, & similiter lõgum piper, & confert morsui venenosorum vermium linitum cum oleo.

a B. datfulfal.

De [a] [pipere longo.] Cap. 557.

Piper longum quid est? Est res parua sicut nodus extremus digiti, & in forma seu figura floris salicis, qui cadit ad terram, seu apti cadere in terram, sed est minus, & est durum, & coloratum. & eius sapor in acuitate est proximus sapori piperis, & est primus fructus piperis, & propter illud est humidus, & corroditur, & nõ mordicat in principio gustus. *Electio.* Melius ex eo, est nouum quod non est arte factum, neque dissoluitur in aqua tepida, etiam si remaneat tota die, & est simile piperi in sapore. *Natura.* Est calidũ in tertio siccum in secundo. *Operationes, et proprietates.* Est resolutiuum, remouens ęgritudines frigidas. *Membra oculi.* Piper longum cũ aqua hepatis caprę assati confert pãno, seu panniculo. *Membra nutrimenti.* Digerit, & conuertit cibum in substantiam nutriti, & confortat stomachum. *Membra expulsionis.* Addit in coitu, & similatur operationibus zingiberis.

a B. fulful almà

De [a] [pipere aquæ.] Cap. 558.

Piper aquæ quid est? Est herba, quę est ut olus nascens in aqua, & approximat ei in gustu suo sapor piperis, sed non est ei acuitas piperis. *Operationes et proprietates.* Calefacit sufficienter, sed minus quam piper.

De [a] [petroselino.] Cap. 569. a B. fatrasiliun.

Petroselinum dictum est in cap. de apio.

De [a] [prassio.] Cap. 560. a B. frasiun.

Prassium quid est? Est herba amari saporis. *Natura.* Inquit Oribasius. Non sunt calefactio eius & exsiccatio ipsius fortes. Alij autem dixerunt quòd est calidum in tertio, siccum in secũdo. *Operationes, & proprietates.* Est aperitiuum, abstergit, & liquefacit, & resoluit, & incidit. *Membra capitis.* Eius succus confert dolori auris antiquo, et mundificat, & aperit meatus auditus, & remouet antiquum dolorem eius. *Membra oculi.* Succus eius cũ melle est conueniens ad acuendũ visum. *Membra anhelitus & pectoris.* Mundificat pectus, & pulmonem productione sputi. *Membra nutrimenti.* Est aperitiuum oppilationum in hepate, & splene, & renibus. *Membra expulsionis.* Prouocat menstrua, & mundificat matricem. *Venena.* Fit ex eo emplastrum cum sale ad morsum canis rabiosi.

De [a] [Pœonia.] Cap. 462. a B. faunia.

Peonia quid est? Eius alia est masculus, & alia est fœmina. masculus quidem radices habet albas grossas ut digiti, stypticum habentes gustũ. & fœmina habet radicem in plurimas partes diuisam, & ramos. *Natura.* Est calida & sicca[b] b † B. non.
† [ ] vehementer. *Operationes, & proprietates.* In ipsa sunt exsiccatio, & stypticitas cum resolutione, & apertione, & subtiliatione, & incisione, & abstersione, & quando masticatur una hora, apparet post eam in ipsa acuitas ad stypticitatem declinans. *Decoratio.* Abstergit vestigia nigra in cute. *Instrumenta iuncturarum.* Confert podagræ. *Membra capitis.* Confert epilepsiæ, adeo quòd etiam suspensa, & iam quidem experta est eius appensio, & inuenta est prohibere epilepsiam, quandiu remanet, & cum eius ablatione compertum est redire epilepsiam. Et iudæus quidam inquit. Suffumigatio facta cum semine eius confert demoniacis, et epilepticis, et sanat eos. & similiter si sumatur fructus eius, et bibatur cum melle ros. confert uehementer. Ego autem dico quòd forsitan hęc est species pœonię Romanæ, nam illa quæ ex India fertur ad nos non habet magnum effectum in hoc capitulo, & bibuntur ex sem. eius xv. grana cum mellicrato aut uino, et conferunt incubo ualde. *Membra nutrimenti.* Retinet naturam quando decoquitur cum syrupis ponticis, & prohibet materias effusas ad stomachum, et semen eius confortat stomachum, et sedat dolores eius, et mordicationem eius. Et confert radix eius icteritię, & aperit oppilationem, quæ est in hepate. *Mẽbra expulsionis.* Et quando bibitur cum uino et prouocantibus, mouet menstrua. et potus eius prouocat urinam etiam. Et quando sumuntur de semine eius xv. grana cum mellicrato aut uino, conferunt præfocationi matricis, et si bibãtur

tur. xij. grana eius cum vino, abscindunt fluxũ sanguinis. Et quando in potu datur fœtis de radice eius quantitas amygdalæ, mundificat eas a superfluitatibus partus prouocatione educente superfluitates, & confert de radice eius quantitas auellanæ dolori renum & vesicæ. & decoctio eius cum vino stringit ventrem, & prouocat.

De [a] [*pino.*] Cap. 562.

a B. senubar.
b B. natura.
c B. fuchi.
d B. cazesie.
e B. & folia.

Pinus quid est? de grano autem pini iam diximus in cap. de ha, & nos nolumus nisi vt loquamur de reliquis partibus arboris pini.[b] [*Electio.*] Virtus corticis maioris fortior est, & cortex eius quæ nominatur[c] [fusi] est debilior. *Operationes & proprietates.* In cortice eius est stypticitas plurima, & vermis qui est in ipsa, existit in virtute cantharidis. *Vulnera, et ulcera.* Cortex eius confert vlceribus [d] [corticalibus.] Et in ipso est virtus cõsolidatiua, & in cortice ipsius est de stypticitate, quæ puenit ad hoc vt sanet abrasionem, quando super eam ponitur vt emplastrum. & puluerizatio corticis confert adustioni aquę calidæ, & folia eius faciunt cohærere vulnera puluerizata. & cortex eius est conueniens locis percussionis, & consolidat. sed folia eius sunt cõueniẽtiora ad illud, quoniã sunt humidiora. *Membra capitis.* Gargarismus factus ex decoctione radicis eius attrahit phlegma plurimum. decoctio corticis eius cũ aceto est conueniens, quando colluitur ex ea os, ad dolorẽ dentium, & quando ponitur in eo acetum, & fit ex eo gargarismus, attrahit phlegma plurimũ. *Membra oculi.* Fumus eius confert casui palpebrarũ, & corrosioni anguli lachrymalis. *Membra anhelitus & pectoris.* Granum eius confert tussi antiquæ. *Membra nutrimenti.* Cortices [e] [foliorũ] eius quando bibuntur, conferunt dolori hepatis. *Membra expulsionis.* Granum eius retinet menstrua, & fructus cum semine cucumeris in vino prouocat, & confert vlcerib. in renibus, & vesica, & cortex eius retinet ventrem etiam. *Venena.* Vermis viridis qui est in pino, est in natura cantharidis.

De [a] [*pupilla oculi.* Cap. 563.

a B. chare alhayn.

Pupilla oculi quid est? Est eruca aquę, & dicitur etiam apium aquæ, & est boni odoris, & ortus eius est in aquis statibus. *Operationes et proprietates.* Est calefactiua. resolutiua. *Membra expulsionis.* Prouocat menstrua, & vrinam, & frangit lapidem in renibus, & vesica, si comedatur cruda, aut elixata, & confert vlceribus intestinorum.

De [a] [*pastu columbarum.*] Cap. 519.

a B. rhaialhamax.
b B Alia litera. Vulnera & uulcera ĩcarnat uulnera, & prohibet ulcera ambulatiua perniciosa cum ex ea fit emplastrũ cũ aceto. Apostemata & bothor resoluit apostemata phlegmatica.

Pastus columbarum, & [camelorum] quid est? Est herba habens granum, sicut granũ myrti, & est ei proximũm: veruntamen est vehemẽtioris cineritatis ipso, & similatur in medulla eius, in colore, & gustu lenti excorticatæ, in qua est aliquantulum dulcedinis. *Natura.* Est calida in primo, humida in secundo. b †]] *Operationes & proprietates.* Est subtilis, & non nocet camelis, qui pascunt ipsam. *Venena.* Est venenum vermibus venenosis. *Decoratio.* Eius decoctio denigrat capillos.

De [a] [*pastu ceruorum.*] Cap. 565.

a B. rhai aliel.

Pastus ceruorum. *Natura.* Est calidus, subtilis, exsiccatiuus in secundo. *Operationes & proprietates.* Dicitur quòd cerui non nocentur ex odore uiperarum & scorpionum, quando aduenerit eis ꝙ depasti fuerint ex hoc pastu theriacali. *Venena.* Semen eius datur in potu ad morsum animalium venenosorum. *Membra expulsionis.* Decoctio stipitum eius prouocat urinam, & menstrua, & extrahit fœtum, & sedat pruritum accidẽtem in vulua, quum abluitur cum ea. *Decoratio.* Eius decoctio denigrat capillos.

De a [*pede locustæ.*] Cap. 566.

a B. regiel algierad.
b B. phthisi.

Pes locustæ quid est? Currit cursu oleris Iameni. *Membra anhelitus, & pectoris.* Datur cib. ex eo, & confert[b] [extenuationi.] *Febres.* Iuuamentum decoctionis eius est sicut iuuamentũ chrysolocannæ, & reliquorum in febribus quartana, synocho, & hemitritæo.

De a [*pede coruino.*] Cap. 567.

a B. regiel algerab.

Pes coruinus. *Membra expulsionis.* Radix huius herbæ quũ decoquitur, confert solutioni antiquæ. & dixerunt Paulus, & alij, ꝙ confert colicę etiam, & efficit operationem hermodactylorum absque nocumento.

De [a] [*pulmone.*] Cap. 568.

a B. rihe.

Pulmo. *Operationes, & proprietates.* Eius nutrimentum est paruũ, declinans ad phlegmaticũ, & in hoc est consideratio. *Vulnera & ulcera.* Pulmo arietis sanat excoriationem calcanei ex calciamento, quando super ipsam ponitur calidus. *Membra nutrimenti.* Eius digestio est facilis. *Membra expulsionis.* In ipso est constrictio uentris.

De [a] [*pomis.*] Cap. 569.

a B. tufaha.
b † B. nisi operationem eis propriam.
c B. ex eis sunt insipida.

Poma. *Electio.* Magis temperata sunt alsceмia & illa quę sunt insipida, sunt mala, & parui iuuamenti, & non agunt aliquid b † [ ] & similiter immatura. *Natura.* Illa quę[c] [sunt contracta] sunt frigidiora & humidiora, propter illud quod est in eis de aqueitate, & pontica, & styptica, & acetosa sunt frigida grossa, & dulcia sunt aquea, et sunt decliuiora ad caliditatem, quam alia, quamuis magis dominãs in eis sit frigus. Et sunt diuersa. et similiter folia eorũ & arbores sunt diuersa. Et omnino illud qđ in substantia dominatur, est humiditas superflua, frigida. & fortasse illa quæ sunt uehemẽtis dulcedinis in caliditate, sunt temperata, aut declinant ad eam. *Operationes & proprietates.* In ipsis est prohibitio superfluitatum, & propriè in folijs eorum. & in pomis quidem est inflatio, & propriè in eis quæ non sunt dulcia, & illa, quæ sunt

sunt pontica, & styptica sunt aquea terrea. Et dulcia sunt aquea, & insipida sunt aquea valde ad partem humiditatis superfluę decliuia, & propter hoc feruet eorum succus velociter, & mel conseruat succum eorum, & generatur quidem ex ponticis, & ex eis, quæ sunt styptica humor terreus, & acetosa, & immatura generāt phlegma, & putredines, & febres d [proprietate] sui humoris, & suæ cruditatis, & quia recipiunt putrefactionem. humor verò acetosorū est subtilior humore stypticorum, & e [vinum quidem pomorum & reliquorum antiquum melius est quàm recens] propter resolutionē uaporum malorum ab eo. *Apostemata & † pustulæ.* Conferunt folia eoru m, & succus eorum inceptioni apostematum calidorum. *Vulnera et ulcera.* Folia & cortices eorum, consol idant, & similiter succus eorum, quæ sunt styptica. *Instrumēta iuncturarum.* Assiduatio comestionis pomorum facit euenire dolorem neruorum, & propriè vernalia. *Membra anhelitus & pectoris.* Confortāt cor, propriè odorifera de Scemi, & odorifera dulcia, & acetosa, & si sit illic angustia ex caliditate, sunt magni iuuamenti, & eorum sauich etiam. *Membra nutrimenti.* Confortant debilitatem stomachi, & quę styptica sunt conferunt stomacho, si est cum caliditate, aut humiditate, & similiter pontica, & acetosa conferunt debilitati stomachi, si est in eo humor grossus, f [ ] frigidus valde propter suam grossitudinem. Et assantur quidem inpasta, & confortat stomachum, & prohibet vomitum. *Membra expulsionis.* Dulcia & acetosa, quando in stomacho inueniunt humorem grossum, quandoque deponunt ipsum in egestione, et si est vacuus, retinent. Et ea quæ in massa assata sunt, conferunt ad vermes, et dysenteriam. Et quæ ex eis sunt conuenientiora dysenteriæ sunt pontica; et eorum sauich, nisi g [conuertat ipsa] lenitas zuccari. *Febres.* Quandoque generantur ab illis quæ sunt immatura, febres plurimæ h [proprietate] sui humoris. *Venena.* Conferunt venenis, et similiter succus, et folia ipsorum.

d B. Alia litera. cruditate.
e B. syrupus de pomis antiquus melius est quā. Alia litera. syru. de pomis antiquis melius est quam syrupus de pomis nouiter collectis.
† bothor.
f † B. non.
g B. dominetur eis.
h B. cruditate.

De a [*papauere.*] *Cap.* 570.

a B. chaschas.

Papauer quid est? Papaueris sunt species, hortulana, et campestris, et similiter est nigrum, et species cornuti, quod est marinum, et fructus eius est currus, et species spumosi heracliensis. *Electio.* Quod melius et sanius est, est album. Et oportet quidem vt terantur capita papaueris cuiusque speciei recentia, et fiant ex eis trochisci, et reseruentur, et administrentur. *Natura.* Hortulanum est frigidum et siccum in secundo, et nigrum in tertio, et dicitur quòd vsque ad quartum. *Operationes & proprietates.* Species papaueris sunt infrigidatiuæ, et non est in ipso b [glutinatio,] de qua sit curandum. Et illud quidem quod est nigrum, est ingrossatiuum, ex siccatiuum. & papauer marinum cornutum, cuius fructus est curuatus, sicut cornua tauri, est abstersiuum, incisiuum, et est vehementis abstersionis. Et flos quidem campestris mundificat vestigia vlcerum in oculis animalium. *Apostemata † & pustulæ.* Liniūtur species eius pręter marinum super erysipilam. *Vulnera & ulcera.* Folia cornuti valent ad vlcera sordida, et corrodunt carnem, additā propter suā abstersionem, eradicant escaras. et similiter flos eius, et non est conueniens vlceribus manifestis propter superfluitatem suæ abstersionis. Et ex campestri quidem fit emplastrum cum oleo super vlcera, et eradicat ea. *Instrumenta iuncturarum.* Linitur c [campester] cum lacte super podagram, et confert, et quandoque decoquitur radix papaueris campestris in aqua, donec consumatur medietas, et datur in potu, et confert sciaticæ. *Membra capitis.* Facit somnum, et propriè illud quod nigrum est et, est stupefactiuum, et in licinio supponitur, et facit dormire; et prohibet catarrhū, et quum habentis vigilias fronti ex eo emplastrū supponitur, iuuatur īde, et similiter quando embrochatur decoctio eius. et quum ex eo spumoso fit vomitus bibito secundum quantitatem d [exuthe] in mellicrato, iuuantur ipso epileptici. Et oleum eius cum oleo ros. est cōueniens soda, quando ex eo inungitur caput, quum tamen ab eo abstinetur quantum plus posse est, fit melius. Et quandoque distillatur eius decoctio in aurem fortis doloris, et sedat dolorem eius. *Membra oculi.* Administratur illud quod frigidum est, in doloribus oculi vehementibus apud necessitatem: sed in ipso est cautela obseruanda, sicut diximus in opio. *Membra anhelitus et pectoris.* Confert tussi calidæ, et fluxibus ad pectus, et sputo sanguinis. Et sumitur ex eo loch conferens e [tussi calidę] valde, et propriè quando miscetur cum acatia, et succo barbæ hircinæ. Filius vero Mesaugue inquit. Semē nigri mundificat pectus. corticis autem manifestior dispositionum est, quod f [adiuuat ad spuendum, et in toto semine est mundificatio.] *Membra nutrimenti.* Confert humiditatibus stomachi. Et quando radix eius quod marinum est. s. cornutum decoquitur in aqua, donec medietur, aqua, confert ægritudinibus hepatis, et illi, in cuius ventre est humor grossus. Et semen spumosi, facit vomere. Et dicitur simile etiam huic in campestri. *Membra expulsionis.* Album et nigrum quando teruntur multum, et dantur in potu cum vino nigro, et pontico, secant fluxum uentris antiquum, et natura quidem eius non est vacua a virtute solutiua, g [et cum hoc resolutiua,] resoluitur in aqua, et ex decoctione eius vehementi quando fit clystere, confert dysenteriæ, et quando bibitur semen eius cum syrupo h [carati,] lenit ventrem, et quando in potu datur de spumoso quantitas i [exuthe] vnius in mellicrato, facit vomere, et soluit semē spumosi phlegma, et humorem crudum, et similiter semen speciei egyptij datur ad bibendum in k [natif] et tri, et semen eius quod domesticum est, cum melle augmentat sperma.

b B. nutricatio.
† bothor.
c B. marinum.
d B. achsunesi.
e B. ad illud.
f B. Alia litera: difficultat sputum & omnia semina eius faciunt spuere.
g B. cū hoc quę
h B. mellicrati.
i B. achsunesi.
k B. nathaf.

De a [*persicis.*] *Cap.* 571.

a B. chauch.

Persica. *Natura.* Sunt frigida in fine secundi, humida in primo, infra tamen finem eius. *Operationes & proprietates.* Quæ sunt humida, velocis sunt putrefactionis. lenificatiua, et in ipsis est stypticitas aliquātula, sed eis stypticiora sūt ea, quæ sunt incisa, exsiccata, et in ipsis est prohibitio cursus, et immatura sunt styptica etiam.

Decora-

Decoratio. Abscindunt folia eius, quando ex eis fit linimentum, odorem psilotri. *Membra capitis*. Distillatur succus foliorum eius in aurem, et interficit vermes, et confert oleum eorum hemicraneæ, & doloribus auris calidis, & frigidis. *Membra nutrimenti*. Matura sunt bona stomacho & in eis est virtus faciendi appetitum cibi. Et oportet quidem, vt non comedantur post aliũ cibum, quoniam corrumpuntur post eum, & corrumpunt ipsum, sed præcedant ante cibum, & ea quæ sicca sunt, sunt tardæ digestionis, & non sunt boni nutrimenti, quamuis sint plurimi nutrimenti. *Membra expulsionis*. Fit ex eis & folijs ipsorum emplastrum sumini, & interficit vermes ventris, & similiter si bibatur succus eorum, & quæ sunt eorum superiora & foliorum ipsorum, & illæ quæ matura sunt, leniunt ventrem, & immatura stringunt. Et dixerunt, quidam, quòd ipsa addũt in coitu, & videtur quòd illud sit in corporibus siccis & calidis.

De [a] [*pane*.] *Cap.* 573.

Panis [b] [quid est?] Oportet vt sit panis mundus, salitus, massam habens confectam, fermentatus, coctus bene in tanor [c] [vltimæ] vna nocte permanens. Et non comedatur calidus sicut est. Panis enim calidus non est apud naturam receptibilis, & [d] [acceptio eius qui est de furno, & reliquorum sibi similium est mala,] & panis de simila est melior eo qui est de farina, & quã to plus fuerit mundior, oportet vt fermentetur, & dimittatur donec consequatur [e] [plurimum, & conficiatur massa illius plurimum, & saliatur plurimum,] & panis quidem furni non est sicut panis altanor [f] [si suscipiet decoctionem ab vtroque latere. Et panis de patella] est crudus interius, & ablutus quidem est infrigidatiuus, & est pauci nutrimenti, & natat in stomacho, & est conueniens calefactis, & non generat oppilationes, & non calefacit. Modus verò ablutionis eius est vt sumatur medulla panis [g] [qui iacuit vna nocte] & infundatur in aqua calida, deinde effundatur ab eo aqua q̃ sup ipsũ natat, & renouetur sup ipsũ aqua, donec ab eo remoueatur virtus fermẽti, & reliquorũ, & cõsequantur finẽ suæ inflationis. [h] [*Electio*,] Panis de simila nutribilior ẽ, q̃ alius, & eius nutrimẽtũ est melius, sed est tardioris penetrationis, & adarmacha sequitur ipsũ in suis dispositionib. Opirus verò. q est plurimi furfuris, velocis ẽ penetrationis, sed est minoris nutrimenti, & deterioris. Et ille qui non decoquitur [i] [uene,] est plurimi nutrimenti, & similiter parum habens fermenti, sed eius nutrimentum [k] [oppilat, nisi illos] qui sunt plurimi exercitij, & panis de [l] [patella] est huius generis, eius nãque pars interior raro decoquitur bene. Et panis quidẽ ablutus parui est nutrimẽti, elongatus [m] [a similagineo] leuis digestionis & põderis. Et panis frumenti rari, in iudicio existit opiri. Et panis alcataif generat humorẽ grossũ m, et alfatit est inflatiuus, tardę digestionis, et qui melior de eo est, est ille, qui est mixtus cũ oleo amygdalino, et oportet quidem vt eius exsiccatio sit in vmbra, et panis factus cũ lacte plurimi est nutrimenti, et tardæ descẽsionis, et est oppilatiuus. Et emplastrum quidem factum ex pane calidius est emplastro facto cum frumento. [n] † [ ] *Decoratio*. Panis qui est de frumento nouo impinguat velociter. *Apostemata &* † *pustulæ*. Panis de frumento cum mellicrato, & succis conueniẽtibus, bonus est apostematibus calidis, lenit.n. ea, & infrigidat. *Vulnera & ulcera*. Quãdo panis [o] [decoquitur] cum aqua & sale, & [p] [infunditur ex] eo impetigo, confert. *Membra nutrimenti*. Panis calidus facit sitim sua caliditate, & natat propter suam humiditatem vaporosam, & satiat velociter propter illud, & calidus quidẽ est velocis digestionis, & tardę descensionis. *Membra expulsionis*. Panis opirus est lenitiuus naturæ, & adarmacha stringit, & fermentatus lenit, & azymus stringit ventrem, & [q] [ille qui est in patella coctus, est] ex eis quæ stringunt: & panis antiquus siccus stringit, si non admisceatur ei aliud, & panis alcataif stringit uentrẽ & panis [r] [subtilis] stringit ventrem plusquam ille, qui est de simila.

a B. chabzi seu chobzi.
b B. electio.
c —— B.
d B. & sequitur panẽ coctum in tanur pãnis coctus in furno, et reliqui panes alio modo cocti sunt mali.
e B. seu pficiatur plus, & ut pasta ipsius sit magis & perfectiꝰ domata seu cõpressa & plus salita.
f B. cui aduenit decoctio ex utroque latere & pãnis almele.
g B. albait.
h B. Operationes & proprietates.
i B. ualde.
k B. viscosum ẽ oppilatiuum, & non est conueniẽs nisi illis.
l B. almele.
m B. ab oppilatiõe seu ab hoc ut oppilet, & ẽ.
n † B. propter salem.
† bothor.
o B. misceatur.
p B. & liniatur aut fricetur cũ.
q B. almele.
r B. Alia litera. de farina.

LITERA Q.

De quinque folio. *Cap.* 573.

Quinque folium quid est? Est pentaphyllon, & iam dictum est de ipso.

LITERA R.

De [a] [*ryzo*.] *Cap.* 574.

Ryzum (*.i. oryza*.) quid est? *Natura*. Est calidum & siccum, & siccitas ipsius est manifestior caliditate sua, ueruntamen quidam dicunt, quòd est calidius frumento. *Operationes & proprietates*. Nutrimentum prębet [b] [multum] ad quandam siccitatem declinans. Et quum decoquitur cum lacte, & oleo amygdalino, maius dat nutrimentum, & melius, & remouetur ab eo exsiccatio, & constrictio, quam facit, & propriè quum infunditur nocte vna in aqua furfuris. Et ipsum est ex eis quæ tarde [c] [infrigidantur,] & in ipso est abstersio. *Membra expulsionis*. Decoctum cum aqua stringit vsque ad terminum, & decoctum cum [d] [aqua in spermate efficit, augmentum, & neque stringit nisi præparetur [e] [frixione] in cortice suo, & studeatur in destruendo aquositatem [f] [eius,] & proprie eius quod infusum est in aqua furfuris, propter quam destruitur eius siccitas.

a B. arz uel arꝫi
b B. conueniens
c B. Alia litera. exeũt per secessum.
d B. lacte.
e B. torrefaciendo ipsum.
f B. Alia litera. lactis in quo decoquitur.

De [a] [*rosis*.] *Cap* 575.

Rosa quid est? Est virtutis compositæ ex substantia aquea, & terrea, & in ipsa sunt acuitas, et stypticitas, & amaritudo cum stypticitate, & pauca dulcedine, et in aqueitate parum caliditatis causa rei propter quam est dulcis, & amara, & in ipsa est subtilitas faciens ipsius stypticitatem penetrare, quare [b] † [ ] accidere facit coryzam. Et virtus quidem amara in ipsa remanet dum est recens. quum autem siccatur minoratur eius amaritudo, & ꝑpter hoc quæ recens est, soluit quum pondus drag. x. ex ea in potu sumitur. Illa verò quæ nominatur rosa fœtida, est calida, & est radix eius sicut pyrethrũ adustiua. *Natura*. Dixit Galenus quod rosa non

a B. uard.
b. B. multoties.

non est uehementis frigiditatis comparatione sui facta ad nos: & dixit, oportet ut sit frigida in primo. Ego autem dico, quòd eius siccitas est in principio secundi, præcipuè in desiccata. *Operationes et proprietates*. Eius exsiccatio est fortior sua stypticitate; quoniam amaritudo eius est fortior stypticitate sui saporis, & est aperitiua [c] [ualde,] & sedat motum cholerę, & est semen eius fortius stypticum, quod est in ipsa, & similiter pili, qui sunt in medio eius, & in toto ipsius est cōfortatio membrorum interiorum, & eius stypticitas non pertransit [d] [cum resolutione.] Et sicca quidem est magis styptica, et frigidior. Etiam dicitur quòd in ea est uirtus extrahens surculos, & spinas, & reliqua carni infixa. Et eius succus bonus, est [e] [succus exungulatæ, scilicet albi abscisi unguibus,] & exsiccatur in vmbra. [f] † [ ] *Decoratio*. Rectificat fœtorem sudoris quādo in balneo administratur. Ex ea quoque fiunt ablutiones secundum hunc modum. Sumitur rosa cui ros non aduenit, & dimittitur donec extenuetur, deinde sumuntur ex ea.xl.aur.& ex spica boni odoris.l.aurei. & ex myrrha. vj.aurei. & fiunt inde trochisci parui, quandoque uerò addunt in eis costi, & lilij amborum ana.drag.ij.& quandoque ponunt eos mulieres in [g] [maniki,] & abluūt malum odorem sudoris. *Apostemata, et † pustulæ*. Dixerunt quidam quòd ipsa abscindit verrucas omnes, quando administratur trita, & quando rosa coquitur, & teritur, & non exprimitur, & fit ex ea emplastrum apostematibus calidis, soluit ea: & similiter confert erysipilę. *Vulnera & ulcera*. Confert ulceribus [h] [præcipue abrasionibus in coxis, & in ancha,] & generat carnem in profundis. Et dixerunt quidam ꝙ ipsa extrahit ea, quæ infixa sunt in carne, & spinas trita. *Membra capitis*. Sedat soda [i] [quod ex ea humidum est. Et decoctio aquæ eius, & oleum eius faciunt sternutationem, quum odorantur.] Et dixerunt quidam, sternutatio ex ipsa fit, propterea, quia retinet vaporē, & fortasse illud ēt est [k] [propter virtutē suam abstersiuam, & per] prohibitionem in cerebris habentib. subtiles superfluitates. Et ipsamet [l] † [ ] facit sternutare illum, cuius cerebrum est calidum, & eius semē stringit gingiua, & similiter [m] [succus eius cū] decoctio, & confert etiam dolori aurium. *Membra oculi*. Sedat dolorem in oculo ex caliditate & similiter decoctio ex sicca; est conueniēs grossitiei palpebrarum, quum ex ea fit † collyrium, & similiter eius oleum, & succus ipsius, & ipsa quidem nō confert ophthalmię, nisi quū ex ea abscinduntur additamenta ipsius alba. *Membra anhelitus et pectoris*. Quum aqua rosſ. bibitur, confert syncopi, & eius succus [n]. [sed eius virgulta] sūt bona sputo sanguinis, & similiter capita ipsius. *Membra nutrimenti*. Aqua rosſ. est bona hepati, & cōfortat q̄ ex ea nutrita est cū melle, stomachum, & est geleniabin, & iuuat ad digerendum. Et rosa quidem, & eius succus conferunt humorositati stomachi. Oleum verò rosaceum extinguit inflammationem stomachi. Et similiter epithema factum stomacho ex rosa ipsa, & eius syrupus confert ei, qui in stomacho mollificationem habet. *Membra expulsionis*. Sedat dolorem ani linita super cum cum penna, & dolorē matricis ex caliditate. & similiter decoctio, q̄ fit ex sicca, & confert dolorib. recti intestini. Et fit clystere ex decoctione eius vlceribus intestinorum, & similiter syrupus eius bibitur ad illud. dormire verò super locum ex ea stratum, abscindit desiderium. Et quæ recens est fortasse soluit, si sumatur pondus. ſ.drag.x.ex ea decies: sicca verò non soluit. Et oleum rosaceum soluit ventrem.

c B. abstersiua.

d B. seu non est superflua, ita vt sit prohibens resolutionem.

e B. bonus est succus rosarum a quibus abscisa sunt capita, & pars alba ipsarum.

f † B. faciendo ipsum sicut rob.

g B. machonoch.

† bothor.

h B. Alia litera, & cōuenit excoriationi coxarū, & emunctoriorum.

i B. Alia litera. quæ ex ea ē humida, & decoctio illius, quæ est sicca, & oleū eius facit sternutare, immò odorata.

k B. quia cōtrariatur virtuti abstersiuæ, & propter.

l † B. odorata.

m B. Alia litera, decoctio ei⁹ cum vino.

† alcofol.

n B. aqua virgultorum eius.

De [a] [renibus.] Cap. 576.

a B. Kulię.

Renes quid sunt? Noti sunt, laudabiliores ex eis sunt renes hœdi lactentis. *Natura*. Sunt ęquales ad siccitatem declinātes. *Operationes & proprietates*. Parui sunt nutrimenti, & humor eorum est malus, & laudabiliores eorum sunt renes hędi. *Membra nutrimenti*. Sunt difficilis digestionis & horridi saporis.

De [a] [rob.] Cap. 577.

a B. Mibath tegi.

Rob. *Membra anhelitus & pectoris*. Iuuat ad spuēdum, & ponitur in syrupo de papauere noto. *Membra expulsionis*. Confert dolori renum, & vesicæ.

De [a] [ruta.] Cap. 578.

a B. Sedab.

Ruta quid est? Syluestris vehementioris est nigredinis quàm alharmel. *Electio*. Conuenientior ruta est [b] † [ ] domestica, quæ nascitur apud arborem fici. *Natura*. Humida, calida est & sicca in secundo. Et sicca est calida & sicca in tertio. sicca verò syluestris est calida & sicca in quarto. *Operationes & proprietates* Est incisiua, resolutiua, carminatiua valde, mundificatiua [c] [venarum,] ulceratiua, styptica. *Decoratio*. Cum nitro ponitur super morpheam albam, & super verrucas, & morum, & remouet odorem alliorum, & ceparum, & confert alopecię. *Apostemata & † pustulæ*. Syluestris, quando teritur, & fit ex ea emplastrum cum sale in membro [d] [super quod est apostema calidum, confert, et quādo ponitur super scrophulas gutturis, et ascellę, resoluit eas, et gumma eius est fortior in omnibus illis. *Vulnera & ulcera*. Ponitur cum butyro, et melle super impetiginem, et cum aceto et cerusa super formicā, et erysipilam, et sanat antiquam. *Instrumenta iuncturarum*. Confert paralysi, et sciaticę, et doloribus iuncturarum bibita, et more emplastri superposita cum melle. *Membra capitis*. Aufert odorem alliorum, et ceparū, et fit ex ea emplastrum cum sauich ad soda antiquam. Et quandoque fit ex ea emplastrum cum aceto in naso ad fluxum sanguinis narium, et retinet ipsum. Et succus eius calefactus in cortice granati distillatur in aurem, et mundificat eam, et sedat dolorem, et tinnitum, et sonitum, et interficit vermes, et liniuntur cum ea vlcera capitis. *Membra oculi*. Ipsa acuit visum, ꝓpriè succus eius cum succo fœniculi, et melle, collyrio facto ex ea, aut comesta. Et quandoque fit ex ea emplastrum [e] † [ ] super pulsationem oculi. *Membra anhelitus & pectoris*. Decoctio eius quę humida est cū anetho sicco confert dolori pectoris, & difficultati anhelitus secundum

b † B. Alia litera. syluestris &c.

c B. Alia litera. vlcerum.

† bothor.

d B. facit accidere sup ipsum apostema calidum.

e † B. cum sauich.

cundum testimonium Rufi. *Membra nutrimenti.* Fit ex ea emplastrum cum ficubus ad hydropisim hyposarcham, & datur in potu vinum in quo decoquitur ruta etiam. Et quando de semine eius bibitur ab vna drag. vsque ad. drag. ij. ad singultum phlegmaticum, sedat ipsum. Et ipsa quidem digerit, et facit appetitum cibi, et confortat stomachum, et confert spleni. *Membra expulsionis*, Exsiccat sperma, et abscindit ipsum, et deijcit desiderium coitus, et concubitus, et utraque species eius stringit, et sedat dolorē pungitiuū. Et fit ex ea clystere cum oleo ad dolores colicæ, et ponitur cum melle super ulcera ani. et bibitur cum oleo, et bibitur propter vermes, et ambę species expellunt superfluitates corporis cum prouocatione, et similiter retinent egestionem. Et fit ex ea emplastrum cum folijs lauri super testiculos ad apostemata ipsorum. *Febres.* Et similiter confert rigori comestio ipsius, et inunctio ex oleo eius. *Venena.* Resistit uenenis. et bibat, qui sibi timet, ne in potu sumat venenum, et pungi a uenenosis, de semine eius pōdus drag. j. cum folijs suis cum vino, et propriè si bibitur cum nuce et [f] [bolo] omnibus contritis, et commistis, et plurimum ipsius sumere de syluestri est pernitiosum.

f B. ficu.

De [a] [rubo.] Cap. 579.

a B. Haleich.

Rubus quid est? Dixerunt quidam quòd est alhausegi, & est quędam species eius, quę nominatur rubus canis, & habet fructum, qui est sicut oliua [b] [habentem] interius lanam. *Electio.* Succus eius coagulatus cum exsiccatione in sole [c] [forti.] *Natura.* Est frigidus & siccus, & in fructu eius maturo est caliditas quædam. *Operationes & proprietates.* Est stypticus, desiccatiuus cum omnibus partibus suis, & folia eius sunt minora in hoc propter suam aqueitatem. *Decoratio.* Decoctio stipitum & foliorum eius tingit capillos. *Apostemata & † pustulæ.* Prohibet ex folijs eius emplastrum ambulationem fraudulentis, & formicæ, & est bonum super erysipilā etiam, & eius humor est grossus. Illud enī quod de eo exsiccatum est, stringit manifeste, & similiter flos eius. Et in radice quidem [d] [rufi] est subtilitas cum stypticitate, & propter hoc frangit lapidem. *Vulnera & ulcera.* Confert vlceribus quæ sunt super caput, & consolidat vulnera. *Membra capitis.* Quando masticantur folia eius, stringunt gingiuam, & sanant † aphthas, & similiter fructus eius, [e] [& folia ipsius sanant dolores gingiuæ, & succus foliorum eius sanat os calidum,] & folia eius sanant vlcera capitis, & multitudo fructus alhausegi facit soda. *Mēbra oculi.* Confert exituræ oculi. *Membra anhelitus & pectoris.* Conferunt partes eius sputo sanguinis. *Mēbra nutrimenti.* Ex folijs eius fit emplastrū stomacho debili recipienti materias, & confortat eum. *Membra expulsionis.* Stringit ventrem, & rubus quidem canis, quum accipitur a fructu eius lana, quę est in eo, & decoquitur, stringit eius decoctio ventrem, & abscindit cursum humiditatis antiquæ ex matrice, & confert hæmorrhoidib. natis in ano, ex quibus currit sanguis facto ex eo emplastro. Et ipse, & flos eius conferunt ulceribus intestinorum, & solutioni, & frangunt lapidem [f] [subtilē] in eis *Venena.* Est conueniens morsui animalis, quod nominatur karites.

b B. habens.
c B. est fortius.
† bothor.
d B. haleich.
† aleola.
e B. maturus, & succus fructus eius, & foliorū eius sanant dolorem oris calidum.
f B. ꝓpter subtilitatem quę est.

De [a] [rubea tinctorum.] Cap. 580

a B. Fue alsebagin.

Rubea tinctorum quid est? Est pontici saporis. *Operationes & proprietates.* Abstergit cum æqualitate, & ponitur super impetiginem cum aceto, & sanat eam, & linitur cum aceto super morpheam albam, & sanat eam, & mundificat cutim ab omni vestigio. *Instrumenta iuncturarum.* Datur in potu cum mellicrato, & confert sciaticæ, et paralysi, quæ est cum nocumento [b] [in vtrisque lateribus et] in sensu, & datur in potu de ea. drag. j. cum duabus. drag. rauedsceni ad percussionem, & casum cum [c] [uase vitreo terreo de vino passarum.] *Membra nutrimenti.* Datur in potu fructus eius cum oxymelle ad apostemata splenis, & mundificat hepar, & splenem, & aperit oppilationes eorum, & est ei proprietas in hoc. *Membra expulsionis.* Prouocat vrinā adeo vehementer, quòd quandoque facit mingere sanguinem. Et oportet, vt qui eam bibit, quaque die balneetur. Et quando supponitur, prouocat menstrua, & extrahit fœtum. *Venena.* Stiptices eius cum folijs suis conferunt morsui venenosorum vermium.

b——B.
c B. cum cyatho uini.

De [a] [raphano.] Cap. 581.

a B. Fegiel.

Raphanus quid est? Fortius quod est in ipso, est semē ipsius, deinde cortex eius, postea folia ipsius: deinde caro eius. Et oleum quidem eius existit in virtute olei de Kerua, nisi quia est vehementioris caliditatis ipso, & syluestre in omnibus narrationibus communicat ei: sed est fortius eo. *Electio.* Fortius quod est in ipso est semen eius. [b] [Et ille qui est magis temperatus, est ille qui] est elixatus. *Natura.* [c] [Lignum eius est calidum,] in primo, & humidum, & semen eius est calidum in tertio. *Operationes, & proprietates.* Generat ventositates: sed semen eius ipsas soluit, & in ipso est subtiliatio fortis, & propriè in semine eius, & qui est syluestris est [d] [inflatiuus.] Et ille qui est elixatus, est nutribilior propter separationem illius ab eo quod est medicinale. Et nutrimētum quidem eius est phlegmaticum, & paucum cum hoc. Et in ipso est substantia quæ velox est ad putrefiendum, & illud propter illud quòd in ipso est de nocumentis. folia autem vernalia quando elixantur, & comedūtur cum oleo & almuri, nutriunt plus quàm radix. *Decoratio.* Si misceatur cum eo farina lolij, facit nasci pilos in alopecia. Et quādo fit ex eo emplastrum cum melle, eradicat vestigia accidentia sub oculo, quæ sunt cum [e] [occultatione,] & confert semen eius lentiginibus factis in membris, & reliquis coloribus extraneis & uestigijs, & percussionibus, et pāno. et ipsum cum condisi linitum remouet morpheam nigram, propriè in balneo. Et ipse multiplicat pediculos in corporibus. *Apostemata & † pustulæ.* Cum farina lolij adhibitus † pustulas [f] [lenibus] abstergit ea. *Vulnera, & ulcera.* Quando ex eo fit emplastrum cum melle, eradicat ulcera fraudulenta, et vlcera [g] [lenia] et semen eius cum

b B. & maioris nutrimenti.
c B. radix eius est calida.
d B. inflammatiuus.
e B. nigredine.
† bothor.
f B. lacteis.
g B. lactea.

cum aceto eradicat vlcus cancrænarum integrè, & similiter operatur super impetiginem. *Instrumenta iuncturarum.* Semen eius expellit pulsationem, quæ est in iuncturis, et est bonũ dolori iuncturarum valde. *Membra capitis.* Nocet capiti, & dentibus, & palato, & succus eius, & oleum ipsius conferunt ventositatibus in aure valde. *Membra oculi.* Nociuus est oculo, veruntamen abstergit ipsum, quando in eo distillatur aqua eius, & delet uestigia, quę sunt in oculo, sub lachrymali. Inquit filius Mesaugue folia eius acuunt visum. *Membra anhelitus & pectoris.* Qui est elixatus, est conueniens tussi antiquæ vetustæ, & chymo grosso generato in pectore, & ipse confert præfocationi accidenti ex fungis mortiferis. Et si decoquatur cum oxymelle, deinde fiat ex eo gargarismus, confert pręfocationi. Et in ipso cum hoc est nocumentum gutturis, & est addens in lacte. *Membra nutrimenti.* Est malus stomacho faciens eructuare. Et post cibum lenit uentrem, & facit cibum penetrare, & ante cibum facit natare cibum, et non quiescit, et propter hoc facilem efficit uomitum, et propriè cortex eius cum oxymelle, et conuenit lateri, et spleni superpositus ut emplastrum. Et semen eius cum aceto facit [b] [nauseam] ualde, et resoluit apostema splenis. Filius verò Mesaugue dixit. Si comedatur post cibum, digerit, & propriè folia eius. Et aqua foliorum eius aperit oppilationes hepatis, et remouet icteritiam. Et dixerũt quidam, folia eius digerunt, & corpus eius facit nauseam, & semen ipsius resoluit inflationem in ventre, & facit facilem egressionẽ cibi, & facit appetitum, & aufert dolorem hepatis, & aqua eius est bona hydropisi. *Venena.* Cõfert morsui viperæ, & cum vino morsui cornutę etiam. Et semen eius confert venenis, & vermibus venenosis. Et si ponatur frustum eius super scorpionem, moritur, & aqua eius experta est in hoc, & est fortior. Et si momorderit aliquem scorpio, qui raphanum comedit, nõ nocebit ei.

b B. uomitum.

a B. Rihan.

De [a] [rehan.] *Cap.* 582.

Rehan. *Membra expulsionis*, Confert hæmorrhoidibus.

a B. Rihan suli men.

De [a] [rehan salamonica.] *Cap.* 583.

Rehan salamonica quid est? Inuenitur in montibus spaham, & est similis anetho humido. Et dicitur, quòd folia eius sunt sicut [b] [malua, & poma eius sunt parua,] & inuoluitur super arborem sicut volubilis. Et videtur quòd sit in ipso diuersitas, & videtur quòd sermo secũdus sit innuens ad hoc, quòd ipsa est planta, quæ nominatur [c] [hasaserum.] Vulgus enim existimat, qúòd est reham salamonica. *Operationes & proprietates.* Est subtilis, exsiccatiua, resolutiua. *Apostemata & † pustulæ.* Confert posita cum aceto super erysipilam, & linitur super apostemata phlegmatica. *Vulnera, & ulcera.* Linitur cũ aceto super vlcera ambulatiua. *Instrumenta iuncturarum.* Linitur super podagram, & confert ei, & est eius proprietas. *Membra capitis.* Confert torturæ. *Membra expulsionis.* Supponitur cum oleo ros. ad dolorem matricis. *Venena.* Linitur super mordicatione scorpionis.

b B. althea, & flos eius est par uulus.

c B. giensafram

† bothor.

a B. Rate.

De [a] [roba.] *Cap.* 584.

Roba quid est? Est auellana Indica, & est fructus magnus in magnitudine auellanæ, similis papaueri, & separatur a grano, sicut neregil. *Natura.* Et est calida & sicca. *Apostemata & † pustulæ.* Est epithema super scrophulas cum aceto conueniens. *Vulnera & ulcera.* Confert scabiei, & prurituì. *Instrumenta iuncturarum.* Disrumpit ventositates impedientes in dorso. *Membra capitis.* Fit ex ea, caputpurgium ad torturam, & plurimũ confert ei, & similiter confert hemicraneæ & soda. Et est caputpurgium conferens epilepsię, scotomię, & manię, & melancholię. Et iam quidem expertum est caputpurgium eius in tortura tribus diebus, & fecit currere humiditatem ex naribus, & fecit fluere phlegma plurimum, & remouit ægritudinem in tribus diebus. Et oportet vt patiens torturam moretur in domo tenebrosa, & cõfert ventositatibus crudis. *Membra oculi.* Confert aquæ in oculo † collyrio facto ex ea, & propriè succus minoris eius, & ventositati asebel & pãno, & caputpurgio facto ex ea, cum aqua amaraci. & fit ex ea † collyrium cum antimonio tortos habentibus oculos. *Membra anhelitus & pectoris.* Datur in potu de radice eius pondus. drag. ij. cum vino ad pleuresim frigidam, & asthma, & tussim antiquam, & sputũ sanguinis ex pectore propter illud qđ in ipsa est de stypticitate. *Membra expulsionis.* Confert colicæ passioni, & datur de eo in potu pondus. drag. ij. ad anum, & dolorẽ matricis. Et pessarium suppositum de eo, quod ex ipsa fricatione dissolutum est, prouocat menstrua, & extrahit fœtum, & similiter succus eius, & solutione educit choleram nigrã, & phlegma & aquositatem etiam, & choleram ex corpore toto absque difficultate, ita quòd sanat albaras & remouet eam, & icteritiam, & pãnum, & similia & resoluit colicam, et eius potio est trium kermet, & kermet est sex Kerates. Et bibitur cum vino dulci, aut oxymelle, & datur cum petroselino & dauco. Et scammonea mouet eius solutionẽ, quando ipsa admiscetur, & confortat ipsam, & quantitas eius est, vt cum vnoquoque aur. ipsius ponantur tres anulusat de scammonea, & quandoque assumitur de ea pondus. drag. ij. & teritur, et ponitur cum vino dulci, aut in oxymelle, et dimittitur aliquanto spatio, deinde coquitur vinum illud cum lentibus, aut hordeo cum carne gallinæ, et datur ad sorbendum ius eius, et misceatur ei de scammonea, *Febres.* Confert febribus quartanis. *Venena* Est theriaca morsui scorpionis, et rutelę. Et quidam student ad hoc vt sumant de cortice eius superiore sicut lens, et proijciant in fissuram puncturæ.

† bothor.

† alcofol.

† alcofol.

a B. Rauend.

De [a] [reubarbaro]. *Cap.* 585.

Reubarbarum. *Electio.* Quandoque adulteratur hoc modo. Decoquitur, & assumitur eius aquositas, & desiccatur succus eius, deinde exsiccatur substantia eius post illud, et venditur sicut est. Verum ipsum est tunc spissius, et vehementius

mentius ſtypticum, & purum eſt vehementius rarum, & minus ſtypticum, & eſt croceũ. *Operationes & proprietates.* Subſtantia arboris eius eſt commiſta ex aquietate, & in ipſo eſt terreitas amara propter actionem igneitatis in ipſum: & ſimiliter eius mollities, & ſtypticitas ſunt ex terreitate eius, & ſequitur ipsũ in ſtypticitate eius terreitas, immò eſt iuuamentum in ea, et completur eius operatio cum qualitate ſuæ terreitatis: & quod de ipſo purum eſt, eſt minus ſtypticum. *Decoratio.* Confert pãno, & ueſtigijs remanentibus ſuper cutes, quando linitur cum aceto & [b] † [ ] euacuatio cum eo. *Apoſtemata & † puſtulæ.* Fit ex eo emplaſtrum cum quibuſdam humiditatibus ad apoſtemata calida. *Vulnera & ulcera.* Confert impetigini epithematum cum aceto. *Inſtrumenta iuncturarum.* Confert valde caſui, & percuſſioni. Et inquit Alcanzi, potio eius ſit. ʒ. ij. in vino permiſto, & contuſionibus, quando datur in potu cum vino odorifero, & ſimiliter quando inungitur ex oleo eius ad cõtuſionem lacertorum, & dolorẽ eorum, & extenſionem, & confert rupturæ. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert aſthmati, & ſputo ſanguinis. *Membra nutrimenti.* Eſt conferens hepati, & ſtomacho, & debilitati amborum, & doloribus eorum, & doloribus intrinſecis, & ſingultui, & rupturæ, & extenuat ſplenem. *Membra expulſionis.* Confert [c] [adereb] & dolori pungitiuo uẽtris, & dyſenteriæ, & dolori renum, & ueſicæ, et doloribus matricis, & fluxui ſanguinis. *Febres.* Confert febrib. antiquis, & habentibus periodos. *Venena.* Confert morſui vermiũ venenoſorum, & ſerpentis, et quantitas potus eius eſt ſicut quantitas potus agarici.

† B. fit. bothor.

c B. diatiæ.

A N N O T A T I O N E S.

De rhabarbari temperamento hic non meminit. Sed li. 2. inter medicamenta frigida, & aſtringentia enumerat. At Raſis 3. ad Almans. calidum ipſum facit, & 22. Cõt. in ſecundo & caliditatis & ſiccitatis ordine reponit, quod facit & Meſue lib. de ſimpl. De purgatoria quoque eius facultate, nihil Dioſc. Gal. uel Paul. meminere, neque author hoc in loco: At Meſue & author loc. citatis inter purgantia medicamenta collocant, quod & cæteri ipſos ſequuti faciunt.

Fen 16. tr. 1. c. 4. Cap. 47. cap. 332.

a B. Ramech.

De [a] [*ramech.* *Cap.* 585.

Ramech. *Natura.* Eſt frigida et ſicca. *Operationes et proprietates.* Eſt ſtyptica, exſiccatiua, ſubtiliatiua, conſtrictiua, prohibens effuſiones materierum, et ſedat caliditatem *Membra nutrimenti.* Confortat ſtomachum, quando in potu datur cum aqua myrti. *Membra expulſionis.* conſtringit uentrem.

a B. Ratidegi.

De [a] [*ratienigi.*] *Cap.* 586.

b—— B.

Ratienigi quid eſt? [b] [Nominatur colonia, et eſt gumma pini, et nominatur arbor eius in Scemi alherez.] *Natura.* Eſt calida ad tertium, ſicca in primo. *Operationes et proprietates.* Generat carnem corporum [c] [tenerorum] ſed commouet dolores in corporib. teneris, et quando que ſanantur ea vlcera cum balauſtijs, & venis, et ſimilibus.

c B. durorum.

a B. Ribes.

De [a] [*ribes.*] *Cap.* 587.

Ribes quid eſt. Ineſt ei virtus acetoſitatis citri, et acreſtę. *Natura.* Eſt frigida et ſicca in [b] [tertio.] *Operationes & proprietates.* Eſt extinctiua, & [c] [abſcindit ſanguinem] ſedatiua caliditatis, et confert apoſtematibus peſtilentiæ, quæ ſubito interficiunt. *Membra oculi.* Acuit viſum, quando fit † collyrium ex ſucco eius. *Membra expulſionis.* Confert ſolutioni cholericæ. *Apoſtemata & † puſtulæ.* Confert variolis, et morbillo, et apoſtematibus peſtilentialibus, et peſtilentiæ.

b B. ſecundo.

c B. Alia litera. & reprimens acuitatem ſanguinis.

† alcofol.

† bothor.

a B. Rachame.

De [a] [*rachamat.*] *Cap.* 588.

Rachamat. *Membra capitis.* Diſtillatur fel eius cum oleo violaceo in latere diuerſo ad hemicraneam, et diuerſo ad dolores auris. Et fit ex eo caputpurgium infantibus, aut diſtillatur in naribus ipſorum propter illud, quod in eis eſt de ventoſitatibus puerorum. *Membra oculi.* Fit † collyrium ex felle eius ad albedinem oculi cũ aqua frigida. *Membra expulſionis.* Dicitur quòd ſtercus eius eijcit fœtum vaporatum. *Venena.* Inquit filius Alpatrich. Eius fel exſiccatur in uaſe vitri, in vmbra. et fit ex eo † collyrium in latere morſus viperę, ſed non credo illud. Et quidam dixerunt, ꝙ expertum fuit ad venenũ ſcorpionis, et ſerpentis, et uiperæ maioris, et iuuat. Et uidetur mihi quòd liniendo factum eſt.

† alcofol.

† alcofol.

a B. Raſas.

De [a] [*raſas.*] *Cap.* 589.

Raſas quid eſt? Iam dictum eſt in capitulo de plumbo, et hoc eſt ſtannum. eius autem ceruſam et ſpecies faciendi eam, dicemus in antidotario. *Electio.* Quod in eo ſubtile eſt, eſt quod aduſtum eſt, ex ceruſſa. et oportet vt timeatur odor eius quum aduritur. *Natura.* Eſt frigidum et humidum. *Operationes & proprietates.* In eo q̄d eſt aduſtum, eſt lenificatio, et ſubtiliatio, et reſolutio, et interſectio ſanguinis. Et eius ceruſſa eſt glutinatiua, infrigidatiua, cuius uirtus eſt uirtus tutiæ aduſtę. Et ſcoria quidem raſas, eſt in ſimilitudine virtutis raſas aduſti. *Apoſtemata & † puſtulæ.* Quando fricatur cum vino, aut alio, aut aliquo ſuccorum frigidorum confert apoſtematibus. *Vulnera & ulcera.* Confert vlceribus fraudulentis, et ambulatiuis. Et ceruſſa replet vlcera, et glutinat ea. *Venena.* Quando fricatur eius ceruſſa ſuper puncturam ſcorpionis marini, et draconis marini, confert. Et oportet ut timeatur eius odor apud aduſtionem.

† bothor.

a B. Rahade.

De [a] [*rahadat.*] *Cap.* 590.

Rahadat. (*i. torpedo.*) *Membra capitis.* Dicitur quod rahadat poſitus ſuper caput patientis ſoda, remouet ſoda. Gal. uerò inquit. Exiſtimo ꝙ ipſa facit illud dum eſt uiua, mortuam enim iam expertus fui, et nihil inueni.

a B. Rathiaha.

De [a] [*reiben.*] *Cap.* 591.

Reiben quid eſt? Eſt lapis qui eſt ſicut cãcer; *Natura.*

Natura. Est frigidus, & humidus in secundo. *Operationes et proprietates*. Exsiccat, & abstergit, & eius virtus est proxima virtuti cancri. *Membra oculi*. Acuit visum.

a B. Rubien. De [a] [*rubien.*] Cap. 592.

Rubien. *Operationes & proprietates*. Est conueniens cibus, sed salitus antiquus generat melancholiam. *Membra expulsionis*. Augmētum efficit in coitu.

a B. Raithane. De [a] [*rebithe.*] Cap. 593.

Rebithe. *Natura*. Filius Mesaugue inquit. Est calidior quam rubien. *Membra expulsionis*. Excitat coitum.

a B. Rathben. De [a] [*ratuba.*] Cap. 594.

b B. fasfasa. Ratuba quid est? Est [b] [alcot.] Et iam diximus de ea.

a B. Dafda. De [a] [*ranis.*] Cap. 595.

Rana. *Operationes & proprietates*. Cinis ranarū, quando ponitur super locum sanguinis, retinet eum. *Decoratio*. Et ipsa quando decoquitur cum sale & oleo, est, secundum quòd dicitur, bezahar lepre, & venenosorum vermium comesta. *Instrumenta iuncturarum*. Eius ius confert apostematibus chordarum, quando super ea effunditur. *Membra capitis*. Dicitur quod ex [b] [suc co] ranæ fluuialis colluitur os ad dolorem dentium, & sedatur. sed est in ea, quod est in ea. Et corpus rane, & propriè pinguedo eius, est ex eis quæ facilem dentium eradicationem faciunt, & existimo quòd est hoc ex [c] [petrosa, non domestica:] hæc enim species est ex eis, que testantur medici, & experimentatores communitatis eijcere dentes animalium, quando ipsam sumunt in cibo, & in pastu. *Venena*. Si quis comedit sanguinem eius aut corpus ipsius, apostematur corpus eius, & fit ipsius color plumbeus, & expellit sperma donec moritur. & dicitur, quòd quando coquitur cum sale, & oleo, & comeditur, est bezahar lepræ, & vermibus venenosis.

b B. elixatura.
c B. arborea hortulana.

LITERA S.

a B. Aschil, vel alaschil. De [a] [*squilla.*] Cap. 596.

Squilla quid est? Est cepe muris, quæ sic nominatur propterea quòd ipsa interficit murem. Et est [b] [pungitiua, acuta, [sed decoctio,] & assatio frangunt eius fortitudinem. & forma ipsius, quum assata est, est forma persici desiccati, & color eius est citrinus, declinans ad albedinem, & ex ea est genus venenosum mortale. & existimauerunt quidam, quòd ipsa sit [c] [napellus] propter quoddam signum, quod in ea reperitur, sed errauerunt. *Electio*. Quæ ex ea bona est, [d] [est fortis coloris, splendida,] in cuius sapore est dulcedo cum acuitate, & amaritudine. *Natura*. Calida est in tertio, sicca in terminis secundi. *Operationes & proprietates*. Est resolutiua, attractiua sanguinis ad exteriora, & superfluitatum adustiua, vlceratiua, subtiliatiua valde, chymorum grossorum incisiua cum virtute vltra virtutem suæ calefactionis. Et ipsius acetum confortat corpus debile, & acquirit ei sanitatem. *Decoratio*. Eradicat uerrucas [e] † [ ] illinita cum oleo, & gumma pini. [f] [Et] facit pilos nasci in alopecia, et tyria illinita et fricata, et [g] † [ ] fixuris calcanei propriè. [h] [Et syrupus eius] et ipsius acetum bonum efficiunt colorem. *Vulnera & ulcera*. Desiccat vlcera exteriora, et nocet vlceribus uiscerum comesta, et exulcerat fricata. *Instrumenta iuncturarum*. Nocet neruis sanis, parumper conferendo doloribus neruorum, et iuncturarum, et paralysi, et sciatice propriè, et similiter eius acetum, et syrupus ipsius. *Membra capitis*. Confert [i] [soda] et melancholiæ, et cōstringit eius acetum gingiuas, et conseruat dentes motos, et confert fœtori oris. *Membra oculi*. Eius comestio acuit visum. *Membra anhelitus & pectoris*. Cōfert asthmati valde, et tussi antique, et asperitati uocis, et potantur ex ea tres anulusat cum melle, et confortat guttur eius acetum, et [k] [cepe ipsius.] *Membra nutrimenti*. Confert duritiei splenis, et confortat stomachum, et digestionē, confert subleuationi cibi. Et similiter acetum eius, et [l] [succus ipsius bibitus] propter splenē diebus xl. et dicitur quod si suspendatur super illum qui habet splenē diebus. xlj. liquefacit ipsius splenem, et confert hydropisi, et ictericiæ. *Membra expulsionis*. Prouocat vrinam fortiter, et similiter eius acetum, et syrupus ipsius conferunt diffi cultati vrine, et prouocant menstrua, donec etiam faciant abortum, et similiter acetum, et syrupus eius conferunt præfocationi matricis, et soluit grossos humores, præcipuè quod ex ea assatum est aggregatum cum sexcuplo salis, et eius potio fit duorum [m] [muharaheni] quum est ieiunus, et similiter quod ex ea est elixatum, et eius semen bene tritum et positum in uase sicco, et permistum cū melle, et comestum lenit naturam, et confert dolori ani, et matricis, et stomachi, et confert dolori pungitiuo. *Febres*. Acetum eius confert tremori antiquo. *Venena*. Quum suspenditur eius totum super portas, secundum quòd dicitur, prohibet venenosa ab eis. et est theriaca uenenosis. et interficit mures. *Permutatio*. Tantum quantum ipsa est de cordumeni, et tantum quātum ipsa est, et tertia ipsius acori, et tertia ipsius amomi.

b B. acuta fortiter.
c B. bulbus.
d B. Alia litera. illa quæ habet colorem chani. Alia litera. illa quæ habet colorem chorni.
e B. &c.
f —— B.
g † B. confert.
h B. medium ipsius crudum.
i B. epilepsie.
k B. Alia litera. indurat ipsum.
l B. decoctio ipsius bibita.
m B. auf.

ANNOTATIONES.

De Scilla & usu eius multiplici, plura habes ex Dioscor. lib. 2. & 5. & Gal. li. 3. de medic. facile parab. & Paulo lib. 7. Verum quod ad eius temperamentum pertinet, author calidam tertijs ordinis, esse ait, & siccam in terminis secundi. At Gal. 8. simpl. in secundo calidorum ordine reponit, quod & Auer. 5. Coll. Paulus uero in secundo calidam & siccam putat lib. 7. quod & author paulo infra ad notabit. Ca. 164. & 165 ca. 205. & 206. cap. 42. cap. 645.

a B. Adchar. De [a] [*squinantho & flore eius.*] Cap. 597.

Squinanthum et flos eius quid est? Ex eo

aliud est Arabicum & boni odoris, & aliud est quod est b [minimum, agrinium, & est durius, & est grossum, & est terreum, & non hēt odorem. Inquit Dios. Squinanthium est duarū specierum: vna earum est quę non habet fructum, & altera quę habet fructum nigrum. *Electio.* Melius ex eo est Arabicum, rubeum, c [fortioris odoris; sed illud quod est supra ipsum, ad aliquantulam declinat rubedinem:] & quum finditur, fit purpureum, mordicans linguam, & adurens eam sua acuitate. *Natura.* In d [agrinio] est virtus infrigidatiua, & apud filium Virezeg totum est frigidum, & eius radix est vehementioris stypticitatis, & eius flos calefacit parumper, & eius stypticitas est minor calefactione eius, & fortasse est Arabicum, sed in sua natura est calidum & siccum in secundo. *Operationes & proprietates.* In ipso est stypticitas, quapropter cō fert eius flos fluxui sanguinis vndecunque, & in eius oleo sunt resolutio, & eius e [cōtractio:] sed ipsius radix est fortior in hoc, & constringit naturam, & in ipso sunt digestio, & lenificatio. & orificia venarum aperit, & sedat intrinsecos dolores, & propriè in matrice, & resoluit ventositates. *Vulnera & ulcera.* Eius oleum confert pruritui, ita vt illud etiam agat in animalibus. *Apostemata & † pustulę.* Confert apostematibus calidis eius decoctio, & duritiebus intrinsecis bibitum, & superpositum pro emplastro, & decoctum in apostematibus frigidis, in visceribus. *Instrumenta iuncturarum.* Confert lacertis, & spasmo, quum ex eo bibitur quarta aurei cum pipere, & f [ipsum] remouet lassitudinem. *Membra capitis.* Grauat caput. propriè illud quod ex eo est g [agrinium,] sed minutum eius facit soda, & grossioris semen facit dormire, et stupefacit, et totum ipsius confortat carnem rubeā, quę est inter gingiuas, et desiccat humiditatem earum, et eius flos purgat caput. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert dolori pulmonis, et eius flos confert sputo sanguinis. *Membra nutrimenti.* Eius radix confortat stomachum, et facit appetitum, et sedat nauseam accepto aureo ex ea, et propriè cū pondere sui ex pipere, et ipsius flos sedat dolorem stomachi, et confert apostematibus eius, et apostematibus hepatis. *Membra expulsionis.* Confert dolorib. matricis propriè, et encatisma in decoctione eius, apostematibus matricis calidis. Et similiter quum distillatur in eam, aut h [vaporatur aqua eius,] et frangit lapidē, et stringit naturam, propriè quod ex eo est i [agrinium.] Et abscindunt fluxum sanguinis matricis, et propriè eius flos. et confert dolori renum, et fluxui sanguinis ipsorum: et quum bibitur ex radice eius aureus cum pipere, confert hydropisi, et ipsius flos confert apostematibus ani. *Venena.* Species eius grossa quum ex folijs eius recentibus, quæ sunt iuxta radicem, fit emplastrum, est iuuatiua morsuræ venenosorum.

b B. agiami q́ð est subtile seu minutum & est durum & ex eo est grossum, & est magis molle & ipsum.
c B. boni odoris & flos eius declinat ad rubedinem.
d B. agiami.
e B. stypticitas,
† bothor.
f B. oleum eius Alia litera. granum eis seu fructus eius.
g B. agiami.
h B. fit cum eo vaporatio, aut fit clystere cum aqua ipsius & prouocat urinā.
i B. agiami.

De a [sarcocolla.] Cap. 598.

a B. Auxarut.

Sarcocolla quid est? Est gumma arboris spinosæ, et in ipsa est amaritudo. *Electio.* Quæ ex ea bona est, est illa quæ ad citrinitatem declinat, et est similis olibano. *Natura.* Dicūt quidam ꝙ est calida in secundo, sicca in primo. Inquit filius Iuregi est calida valde. *Operationes, & proprietates.* Est glutinatiua, b † [ ] et propter hoc consolidat, et creat carnem, et administratur in emplastris. Et in ipsa quidem est virtus adhærere faciens, oppilatiua, et alia amara, et propter hoc in ipsa est digestio, et resolutio. *Decoratio.* Caluicium facit potus eius frequens, et propriè senibus. *Apostemata & † pustulæ.* Sedat apostemata omnia more emplastri superposita. *Vulnera & ulcera.* Corrodit carnem mortuam, et consolidat plagas recentes, et restaurat contorsionem. Et administratur c [resolutio eius, et resolutio radicis eius] desiccata ad illud similiter. *Membra capitis.* Si licinium sumatur, et melle illinitū uoluatur in sarcocolla puluerizata, & mittatur in aurem d † [ ] ex qua egreditur virus, sanatur, hoc facto per aliquot dies. *Membra oculi.* Confert ophthalmiæ, et lippitudini propriè, et fluxui oculi, et propriè nutrita cum lacte asinæ, et educit e [lippitudinem] ex oculo. *Membra expulsionis.* Soluit humorē crudum, et phlegma grossum, et proprie ex ancha, & iuncturis.

h B. sine ... catione.
† bothor.
e B. alchadam.

De a [Storace.] Cap. 599.

a B. Astarach.

Storax quid est? Dixit Dioscorides quòd ipsa est species storacis. et apud quosdam est gumma oliuę. et ipsius quidem suffumigatio ponitur loco suffumigationis thuris in omni re. *Electio.* Melior ex ea est, quę est acutioris odoris *Natura.* Est calida in tertio. sicca in primo. *Operationes et proprietates.* Lenificatiua est ualde. *Instrumenta iuncturarum.* Permiscetur cum medicinis lassitudinis. *Membra oculi.* In ipsa est uirtus faciē di subeth, et grauat caput, et facit soda!, et confert coryzæ, et catarrho. *Mēbra anhelitus & pectoris.* Confert tussi, et raucedini uocis. *Membra expulsionis.* Eius oleum confert duritiei matricis, et prouocat menstrua, et aperit matricem, et prouocat menstrua, et aperit matricem, et quū transglutitur cum aliquanta terebinthina, linit naturam.

De a [Stichados. Cap. 500.

a B. Astuchude
b † B. rubeam.

Etichados quid est? Est planta habens spicam b † [ ] sicut spica grani hordei, sed eius folia sunt longiora, et in ipso sunt stipites cineritij, sicut in epithymo, et est sine semine, acutus cum amaritudine pauca, compositus ex substantia terrea frigida, et ignea subtili. *Natura.* Est calidus in primo, siccus in secundo. *Operationes & proprietates.* Resoluit, et subtiliat amaritudine sua, et similiter eius syrupus, et aperit oppilationes, et abstergit, et in ipso quidē est stypticitas pauca, et confortat corpus, et uiscera, et prohibet putrefactionem. *Instrumenta iuncturarum.* Eius decoctio sedat dolores neruorum c [& iuncturarum] & laterum. & ipsius syrupus est res magis iuuatiua ægritudinum frigidarum in neruis, quare oportet ut assidue utatur eo, qui debiles habet neruos, & qui ex frigiditate in ipsis patitur. *Membra capitis.* Confert melancholiæ, & epilepsiæ. *Membra nutrimenti.* Conturbat illum in

c — B.

in cuius complexione cholera dominatur, & facit eũ uomere,& est ex eis quæ faciunt sitim. *Membra expulsionis*. Confortat instrumenta vrinæ,& soluendo educit phlegma,& melancholiam. Gal.verò non dixit hoc esse eius.& vltima quidem potio ipsius est. xij. kesumem cum vino puro,& oxymelle,& modico sale.

a B. Asfengi al bhar.

De a [*spongia maris.*] Cap. 601.

b B. Alia litera. molle rarũ sicut hepar,& dicitur quod est.

Spongia maris quid est? Corpus marinum b [laxum,rarum sicut filtrum. Et dicitur quòd habet] animal motum in eo,cui adhæret,& non separatur ab eo. *Electio*. Illa quæ est recens,est fortior,& vehementioris exsiccationis propter fortitudinem naturę maris. *Natura*. Est calida in primo,sicca in secundo.& ipsius lapis est ei propinquus, & minus calidus. *Operationes & proprietates*. Fortis est exsiccationis, propriè quod ex ea est recens, quando aduritur cum oleo. Et similiter eius cinis confert disruptioni sanguinis, propter incisionem aut apertionem. Inflammatur enim ex ea ignis super locũ, & cauterizatur,cum hoc quod ipsa est substantia retinens sanguinem,& etiam fiunt ex ea licinia, & in orificijs venarum ponuntur,& retinent sanguinem,& fluxum sanguinis,& eius lapis subtiliat absque calefactione,& exsiccat,& abstergit. *Apostemata & † pustulæ*. Exsiccat apostemata phlegmatica. *Vulnera, & ulcera*. Infunditur in aceto, & ponitur super plagas,& consolidat, & decoquitur cum melle, & consolidat ulcera c [profunda.] & similiter ponitur sicca super ipsa,aut infusa in aqua,aut in uino, & exsiccat humida antiqua. *Membra anhelitus & pectoris*. Quando spõgia aduritur cum d [oleo,] est conueniens curationi sputi sanguinis. *Membra expulsionis*. Lapis in ea inuentus frangit lapidem vesicę apud alios a Gal. Gal. enim ab hoc elongatur, ut uirtus eius ad vesicam penetret, sed ad lapidem renum.

† bothor.
c B antiqua.
d B. Alia litera. pice.

a B. Aschanchur.
b B. vrel.

De a [*stinco.*] Cap. 602.

c B. cum enim altésa parit oua extra aquam generatur stincus ad extra.

Stincus quid est? Est b [guaril] aquaticus, qui in ripis nili Aegypti capitur. Et dicitur quod est de natura altensa, c [quoniam quum parit ex aqua,& creatur extra, & est secundum formam altensa. *Electio*. Qui ex eo est melior, est ille qui in uere capitur,& in hora qua feruet ad coitum,& qui ex eo est maior,est melior. Et magis pinguis,est melior.& ex membris eius melius,est sumen. *Instrumenta iuncturarum*. Confert egritudinibus frigidis in neruis. *Membra expulsionis*. Eius sal excitat coitum, quanto plus caro eius,& propriè caro suminis, & quę sequitur renes,& propriè adeps eorum?

a B. Asfanach.

De a [*spinachijs.*] Cap. 603.

Spinachia. *Natura*. Frigida sunt & humida in fine primi. *Operationes,& proprietates*. Sunt lenificatiua,& ipsius nutrimentum melius est nutrimento chrysolocannę,& dico quòd ipsis est virtus abstersiua, lauatiua,& uincunt cholerã. Et fortasse refugit stomachus a iure eorum, ergo auferantur a iure suo,& comedãtur. *Membra anhelitus & pectoris*. Cõferunt anhelitui,& pectori,& pulmoni calido. *Instrumenta iuncturarum*. Conferunt doloribus dorsi sanguineis. *Membra expulsionis*. Lenificatiua sunt uentris.

De a [*scolopendria.*] Cap. 604.

a B. Sculusendriun.

Scolopendria dicetur in capitulo de sin. si Deus uoluerit.

De a [*semine lini.*] Cap. 605.

a B. Bezerchetan.

Semen lini quid est? Virtus eius est proxima virtuti fœnugręci. *Natura*. Calidum est in primo,commensuratum in humiditate & siccitate. Et dicitur quidem quod decoctio lini est decoctio b [recentis eius,in ipso enim] est humiditas superflua. *Operationes & proprietates*. Est maturatiuum,& abstergit,& inflat propter humiditatem suam superfluam, ita quod illud quod ex eo frixum est,etiam hoc agit cum stypticitate in frixo manifesta,& c [commensurata,& in non frixo manifesta] permista cum lenificatione. Et est sedatiuũ dolorum minus,quam chamæmilla. *Decoratio*. Ex ipso fit emplastrum cũ nitro,& d [bolo,& pãno,& † pustulæ leni,& cõfert] contractioni ungium,& fixuris, & fracturis earum,quum permiscetur cum æquali mensura nasturtij,& conficitur cum melle. *Apostemata & † pustulæ*. Lenit apostemata calida exterioara,& interiora, et apostema quod est post aures cum aqua cineris,et apostemata dura. *Instrumẽta iuncturarum*. Prohibet spasmum, & contractionem unguiũ,quum permiscetur cum cera & melle. *Membra capitis*. Eius suffumigatio cõfert coryzæ,et similiter suffumigatio ipsius lini. *Membra anhelitus et pectoris*. Confert tussi phlegmaticę,et propriè quod ex eo assatum est. *Mẽbra nutrimenti*. Malum est stomacho, et difficilis digestionis, & pauci nutrimenti. *Membra expulsionis*. Quod ex eo frixum est, constringit uẽtrem,& non frixum,est commensuratum,et eius prouocatio est debilis,sed confortatur cum assatione. Et quando sumitur cum melle, et pipere,mouet coitum. Et ex decoctione ipsius fit e [pessariũ] matrici,et sedetur in ea, et iuuatur ea a mordicatione quæ est in ipsa, et apostematibus,et similiter in intestinis: et ab ea fit iuuamentum ad ulcera uesicæ,et renum. Et ex decoctione quidẽ seminis lini fit clystere cum oleo ros. et magnificatur iuuamentum eius in ulceribus intestinorum.

b B. eius dũ est recẽs & in ipso.
c B. & qualis ĩ non frixo.
d B ficubus ad pãnũ & bothor lene, & confert spasmo seu.
† bothor.
e B. clystere.

De a [*saliua.*] Cap. 606.

a B. Bezach.

Saliua. *Electio*. Fortis operationis est illa q̃ est famelici,et ieiuni,et propriè cuius cõplexio est calida. *Decoratio*. Valet ad impetiginem. *Membra oculi*. Confert palpitationi palpebræ,et albugini. *Venena*. Interficit venenosa omnia, & serpentem et scorpiones.

De a [*stercore animalium*] Cap. 607.

a B. Bhar haiuan.
b B. aldab.
† adib.

Stercus animalium. *Decoratio*. Stercus b [lupi] confert lentiginib. magnis,& pãno propter

c B. prohibet remanere uestigia uariolarum & destruit uerrucas.

suam abstersionem. Et stercus cameli [c] [mundificat & destruit verrucas, etiam quæ magnæ fiunt.] *Membra capitis.* Stercus † lupi cōfert furfuribus propter suam abstersionem. & stercus cameli abscindit fluxum sanguinis ex naribus: & quando bibitur cum medicinis epilepsiæ, confert. *Membra oculi.* Stercus [d] [adib] abstergit albuginem. oculi. *Vulnera & ulcera.* Stercus cameli resoluit † pustulas & vlcera. Et similiter stercus pecudis super mellinum. *Apostemata & † pustulæ.* Stercus caprarum resoluit scrophulas fortiter. & similiter stercus cameli, & stercus pecudis erysipilę. *Instrumenta iuncturarum.* Stercus cameli sedat dolores iuncturarum, & apostemata earum. *Membra expulsionis.* Stercus caprarum siccum cum lana prohibet fluxum matricis. *Venena.* [e] [Rectificatur] stercus caprarum decoquendo. unc. j. ex eo cum. v. sacraiati uini nigri, et recens ex eo etiam, & fit ex eo emplastrum morsui uiperę facientis sitim, & stercus pecudis adustum præcipuè confectum cum aceto linitur super morsum canis rabiosi.

† adib.
d B. aldab.
† bothor.
† bothor.
e B. Resistit uenenis.

a B. Alhachun.

De [a] [sanguine draconis.] Cap. 608.

Sanguis draconis, & est scem, quid est? Est succus rubeus, notus. *Natura.* Non est eius caliditas multa. Et dicunt quidam quòd est frigidus: eius verò siccitas est in secundo. *Operationes & proprietates.* Est constrictiuus, & prohibet fluxum sanguinis. *Vulnera & ulcera.* Glutinat ulcera, & plagas recentes. *Membra nutrimenti.* Confortat stomachum *Membra expulsionis.* Constringit, & confert dysenteriæ, & fissuris ani. *Permutatio.* Loco eius, secundum quòd existimantquidā, ponitur lactuca in omnibus operibus eius.

a B. Dem.

De [sanguine.] Cap. 609.

Sanguis quid est? Sanguis hominis, & sanguis porci, sunt similes in omni re. Et carnes amborum sunt proximæ in omni re, ita quòd quidam fuerunt, qui vendebant carnem hominis, ac si esset caro porci, & occultatum fuit illud usque quo inuenti fuerunt digiti hominis in ea. Et dixerunt quidam, quòd qui experiri uolunt aliquid in sanguine hominis, experiatur illud in sanguine porci, nam licet sit debilioris virtutis sanguine hominis, tamen est ei similis. Et nos quidem iam scribemus nunc, quæ dicta sunt de sanguine, sed plurima eorum sunt de quibus non curatur, & sunt quædam, de quibus curatur. *Electio.* Oportet ut sanguis qui in medicinis administratur, sit assumptus ex animalibus sanis, in cuius colore non dominetur humor, neque putredo. *Operationes & proprietates.* Sāguis equi est adustiuus, & putrefactiuus. Et totus est debilis digestionis, præcipuè qui grossus est. *Decoratio.* Sanguis leporis calidus supponitur morpheæ, & panno, & confert eis. Sanguis vespertilionis, secundum quod dicitur, prohibet ortum pilorum, & non est ei ueritas. Sanguis verò ranarum viridium, & sanguis [b] [alhelem] est magis prohibens. Et sanguis uespertilionis, secundum quod dicitur, confer uat mammillam secūdum dispositionem suā, sed non verificatur. *Apostemata & † pustulæ.* Sanguis leporis maturat apostemata calida cito. Et similiter sanguis hirci administratur post congelationem. Et sanguis menstruus, secundum quod dicitur, linitur super erysipilam. Et sanguis tauri calidus, super apostemata dura. Et sanguis leporis calidus super apostemata calida lenia. *Instrumenta iuncturarum.* Dicitur quòd sanguis menstruus distillatur super podagram calidus, & confert ei, c † [ ] Sanguis columbæ & [d] [guarescem, & turturis distillatur calidus super excoriationem contritam & dolorosam,] & prohibet generari apostema, quod prouenit a casu, quum commiscetur cum oleo ros. tepido. Dixit Gal. illud est propter teporem qualitatis suæ, non propter rem aliam. & dimittatur, & administretur loco eius oleum ros. efficit operationem eius, & similiter dicitur in sanguine gallinarum. Sanguis verò asini prohibet fluxum sanguinis narium ex uelamine cerebri. Et sanguis testudinis syluestris sanat epilepsiam cum uino. & similiter sanguis agni. Et dicitur quod sanguis cameli confert epilepsiæ, illud verò non est uerum, dixit Gal. quoniam ipse non est cum incisione forti. Ego autem dico, forsitan, si illud verificatur cum experimento, nō [e] [comparatur] ad uirtutem apparentem, immo ad proprietatem quę est in ipso. *Membra oculi.* Sanguis [g] [guaril] & lacerti confortat visum, [f] sanguis alharbe prohibet oriri pilos in palpebris. Et similiter sanguis ranarum viridium, secundum quòd dicitur, sed experimentum non verificauit illud. Sanguis columbæ, & [g] [alguarascen,] & turturum, & propriè sanguis venarum allę distillatur super tarfati. & similiter sanguis [h] [alfahakit] & similiter si distillētur radices pennarum sanguineæ harum aurium super eam. Et dixit Galenus sine illo est excusatio. *Membra anhelitus & pectoris.* Sanguis bubonis valde confert asthmati, & similiter ius eius, & caro ipsius. Et dixerunt quidam, quòd sanguis vespertilionis conseruat mammillam, ita ut remaneat stans, & non est ei radix. Ex sanguine autem hædi recente, antequam congeletur, si accipiatur. unc. & commisceatur cum aceto, & bibatur in tribus diebus, calefactum, i † [ ] quidam testificati sunt, quòd confert ad hoc. *Membra expulsionis.* Sanguis menstruus suppositus prohibet imprægnationem, secundum quod quidam existimauerunt. Sanguis hirci, & capræ, & cameli, exsiccatus & frixus retinet fluxum. Et sanguis caprę quando bibitur cum melle, confert dysenteriæ. Et sanguis [k] [hirci] exsiccatus frangit lapidem renum. *Venena.* sanguis hirci, & cameli, & leporis frixus confert nocumēto sagittę armēnę, quando bibitur cum vino, & similiter sanguis canis l † [ ] & etiam sanguis canis rabiosi, secundum quod dicitur vulgariter, confert morsui canis rabiosi, & propriè Dioscorides.

b B alhalem.
† bothor.
c † B. Membra capitis.
d B. alursan et turturis distillatur calidus sup alsegiagi & alheaseme super fracturā ossis capitis & alame.
e B. attribuitur.
f B. alurel.
g B. alursan.
h B. alfuacher.
i † B. Cōfert uomitui sanguinis & similiter sanguis agni. Nā.
k B. capræ.
l † B. Alia litera. rabiosi.

a B. Helium.

De a [asparago,] Cap. 610.

Sparagus quid est? *Natura.* Aequalis est, apud Gal. Dixit enim quòd in ipso non est calefactio,

factio,neque infrigidatio apparens, niſi in petroſo. Ego autem dico,non elongatur a caliditate,& quanto plus incipit indurari,roboratur caliditas,& apparet ſuper ipſum veſtigium tity mallorum,mordicans valde. *Operationes & proprietates.* Virtus eius eſt abſterſiua,aperit oppilationes omnium uiſcerum,propriè hepatis, & renũ: & in ipſo eſt reſolutio,propriè ĩ petroſo. *Inſtrumenta iuncturarum.* Bibitur eius decoctio ꝓpter dolorem dorſi,& ſciaticæ. *Membra capitis.* Decoctio eius,& propriè radicis eius, quando coquitur cum aceto, & ſimiliter ipſa radix, & ſemen eius,bona ſunt omnia dolori dentium. *Membra nutrimenti.* Aperit oppilationes hepatis, & confert icteritię, & in ipſo eſt virtus faciendi nauſeam. *Membra expulſionis.* Exiſtimauit Rufus, quòd ipſe ſtringit, & forſitan illud eſt propter eius prouocationem. Alij verò dixerunt,quòd elixus lenit,plures verò dixerunt, quòd ipſe confert colicæ phlegmaticę, & uentoſæ,& decoctio radicis eius prouocat vrinam, & confert difficultati urinæ, & augmentat in ſpermate,& coitu,& confert difficultati imprægnationis,& ſimiliter ſemen eius quando ſupponitur, prouocat menſtrua: & aperit oppilationes [b] [ſplenis.] *Venena.* Quando coquitur cum uino, confert puncturæ rutelæ. Et eius decoctio ſecundum quod dicitur, interficit canes.

b B.renum.

a B. Vſach.

De [a] [*ſorditie.*] *Cap.* 611.

Sordities. *Natura.* Sordities aluearis calefactiua eſt in fine ſecundi. & melior ex ea eſt uiridis; & ſordities balnei,quæ eſt in parietibus eius,eſt calefactiua cum æqualitate, & ſordities luctantium etiam proxima eſt ſorditiei balnei. Luctantium verò ſordities duas habet ſpecies, una earum eſt quæ aggregatur in corporib. eorum, quandoque enim inunguntur oleo, & ꝑmiſcetur pulueri,& ſecunda eſt illa,quæ cõgregatur ſuper parietes ex uaporibus,& ſudoribus eorum,& quæ congregatur ſuper terram ludi. *Operationes & proprietates.* Ambæ ſunt reſolutiuæ,maturatiuæ cum æqualitate. Sordities verò aluearis abſtergit cum ęqualitate,& attrahit ualde. Et omnes extrahunt ſurculos, & ſpinas. *Decoratio.* Sordities auris confert panaritio, & linitur ſuper ſciſſuras labij. *Apoſtemata & † puſtulæ.* Reſoluit exituras ſordities luctantium,et eſt bona apoſtematibus mammillæ,& ſordities balnei veſicis. *Vulnera et ulcera.* Sordities parietum luctantium eſt utilis ulceribus [b] [ſenum] et raſuris. Sordities aluearis abſtergit impetiginem ualde. *Inſtrumenta iuncturarum.* Sordities corporum luctantium vtilis eſt ſciaticæ, quum ponitur ſuper eam ſpiſſa,ſicut emplaſtrum,& cõfert duritiebus matricis.

† bothor.

b B. Alia litera. digeſtis.

a B. zebd arbhai.

De [a] [*ſpuma maris.*] *Cap.* 612.

Spuma maris quid eſt? Species eius ſũt quinque.Spongioſa in figura ſua [b] [rancida in odore ſuo ſimilis odori piſcium graui,& eſt ſpiſſa, littoroſa maris,& ſpongioſa,lenis,longa, leuis teololij odoris] & roſca,et purpurea,ſimilis lanę ſordidæ leuis, et quinta habet formã fungi exterius plana, interius aſpera.quę nõ habet odorem. *Natura.* Calida eſt et ſicca in tertio. *Operationes & proprietates.* Mudificatiua eſt ſorditiei, abſterſiua, aduſtiua, et tertia eſt ſubtilior alijs. *Decoratio.* Aduſta,et propriè tertia, facit alopeciæ. Et fungalis adminiſtratur in abraſione pilorum,et confert morpheæ,et duę quidem ſpõgioſæ ingrediuntur in ablutionibus,et in medicinis bothor lactei,et panni, et ueſtigiorum in facie,et reliqua in abraſione pilorum. *Membra capitis.* Et plana eſt magis conueniens abſterſioni dentium.et eſt uniuerſaliter uehementis abſterſionis dentium. *Apoſtemata † & puſtulæ.* Plana eſt conueniens apoſtematibus, quæ ſunt ut clani ſuppoſita,et roſea ſcrophulis. *Vulnera & ulcera.* Conferunt ſcabiei vlceroſæ,et impetigini, et proprie ſpongioſa. *Inſtrumenta iuncturarum.* Roſea ualet podagræ cum cera, et oleo roſaceo. *Membra nutrimenti.* Roſea confert ſpleni, et hydropiſi. *Membra expulſionis.* Roſea confert difficultati vrinæ,et ad purgandum arenam,quę eſt in ueſica et dolori renum.

b B. malum habens odorem ſimilẽ odori muſci putrido exlõga ſtatione ĩ lo-cohumoroſo,& eſt ſpuma maris, quæ eſt ſpiſſa,quæ iuxta litus maris reperitur, & ẽ ſpuma maris ſpongioſa leuis lõga lenis, ſeu mollis odorem habens althaleb.

† bothor.

a B. Zebel.

De [a] [*Stercore.*] *Cap.* 613.

Stercus. Stercora diuerſificantur ſecundum diuerſitates ſpecierum animalium.immo quãdoque diuerſificantur ſecundum diuerſitatem indiuiduorum ſpeciei vnius,et propriè hominum. Stercus anatis nõ adminiſtratur propter ſuperfluitatem caliditatis ſuæ. Et ſtercus [b] [accipitris et criſtatelæ et baſich] et reliquorum rapacium raro adminiſtratur, quia ſuperflua ſunt ualde. *Natura.* Nullum ex ſtercoribus eſt in frigidatiuum,neque humectatiuum. Et ſtercus columbarum eſt calidiſſimum ſtercorum,quæ adminiſtrantur,et earum quę in domibus nutriuntur,minorantur a ſtercore earum,quæ paſcunt. *Operationes & proprietates.* Stercus caprarũ, & propriè montanarũ adminiſtratur in curſu ſanguinis.ſtercus aſini aduſtũ et nõ aduſtũ in oĩ curſu ſanguinis. Stercus colũbarũ eſt ex rubificantibus,& cum farina hordei eſt reſolutiuum: ſtercus caprarum aduſtum fit ſubtilius, & non calidius. *Decoratio.* Stercus ouium cum aceto eſt conueniens verrucis formicalibus,& quæ ſunt vt claui,& vt mora. Et ſtercus locuſtarum cõfert pãno,et morpheę,et ſimiliter ſtercus [c] [turdorum] comedentium rizi,& ſimiliter ſtercus lacerti, et ſtellionis, et facit colorem bonum. Stercus caprarum, et proprie montanarum aduſtum conueniens eſt alopeciæ, et ſimiliter ſtercus [d] [talpæ] eſt magni iuuamenti.Stercus columbarum eſt ex medicinis bonum facientibus colorem.ſtercus lacerti abſtergit pãnum,et expertum eſt. *Apoſtemata & † puſtulæ.* Stercus vaccinum cum aceto ſuper exituras calidas poſitum ſedat eas. ſtercus caprarum, et ſtercus ouium cum aceto ſuper aduſtionem ignis cũ cera et oleo roſ. conueniẽs eſt. ſtercus columbarum cum melle, et ſemine lini utile eſt eſcare ignis perſici, et aduſtioni ignis. ſtercus caprarum ualet excoriationi. ſtercus columbarum, & ſtercus auis [e] [turdæ] ualet im-

b B. albazi, & falchoni.ſacchari & albaſach.

c B. alzarazir.

d B. maris.

† bothor.

e B. alhabari.

f B. Alzarazil.

impetigini, & similiter f [turdorum] comedẽtium rizi. *Vulnera & ulcera*. Stercus canis ab ossibus cum melle confert vlceribus antiquis. *Instrumenta iuncturarum*. Ex stercore uaccarum fit emplastrum super sciaticam. stercus caprarum propriè montanarũ cum adipe porci podagrę superpositum conueniens est, & sup sciaticam, stercus porci siccum cum aceto bibitur ad infirmitatem lacertorum, & cum cerato ponitur super torsionem in neruis, & super duritiès omnes. stercus columbarum super dolores iuncturarum conueniens est. stercus caprarum est ex eis quæ sunt experta duritiebus iuncturarum, & apostematibus earum, propriè cum aceto commistum, & est ex experimentis Gal. & similiter cum farina hordei, & est ei, cuius caro est durior & spissior, magis conueniens. *Membra capitis*. Stercus asini odoratur ad fluxum sanguinis narium fortem, aut exprimitur humiditas eius in narem, & retineatur. & stercus columbarum confert† tineæ. Inquit Gal. Quum administratur stercus columbarũ g [nutritarum in domo cum semine erucæ in soda quę nominatur galea,] est vtile. Stercus vaccinum apostematibus, quę sunt post aures, conuenit. *Membra oculi*. Stercus stellionis, & lacerti, & crocodilli valet albugini oculi, stercus hirundinum mirabile est in hoc, & iam expertus sum ipsum. *Membra anhelitus & pectoris*. Stercus porcinum cum aqua & vino, confert sputo sanguinis, & dolori lateris. stercus canum ossa comedentium cum digito in palato ponitur ad squinantiam. & similiter stercus infantium, ita vt quandoque excuset a phlebotomia: sed oportet ut infans cibetur pane cum lupinis, vt minoretur fœtor. stercus vaccinum est ex h [eis quæ dantur pulmoni, in phthisi, & similibus. *Membra nutrimenti*. Stercus caprarum, & propriè montanarum ad icteritiam bibitur cũ quibusdam speciebus, quæ sunt vt piper, & cyminum, & similia & est expertum, & confert hydropisi more emplastri superpositum, et bibitum, sed emplastrum ex eo, et epithema fiat in sole. *Membra expulsionis*. Ex stercore tauri fit suffumigatio eminentiæ matricis. stercus caprarum et propriè montanarum bibitur cum aliquibus speciebus, quæ sunt vt piper, et cinnamomum, et prouocat menstrua, et facit abortum, et resoluit duritiem splenis, et quod siccum est, teritur, et supponitur fluxui sanguinis ex matrice propriè cum thure, et est expertum. stercus gallinarum valet colicæ, et stercus† lupi conuenit etiam colicę, quæ non est ex apostemate, bibitum in aqua, aut decoctio, aut in decoctione specierum, quæ sunt ut piper & cinnamomum, et reliqua, quod assumitur ex spinis, aut ex planta eleuata a terra album, in quo sunt ossa ita ut suspendatur in pelle i [athib salita,] aut in licinio de lana ouis cuadentis k [athib,] aut cute cameli, aut sicut fecit Gal. quum posuit ipsum in uase argenteo. Et oportet quidem ut apud ilium suspendatur, et confert colicę. et quum bibitur, et administratur in hora quietis eius, prohibet ipsum secundum quòd testificatus est Gal. omnino, aut gradatim l [ordinat cum lenitate prohibendo. stercus arachamati] facit abortum suffumigando, stercus muri cum thure bibitum, frangit lapidem, & supponitur, et soluit vẽtrem infantiũ. Et stercus columbarum confert dolori colicæ, quum administratur in clysteri. Et stercus canis comedentis ossa confert solutioni, et ulcerib. intestinorum clysterizatum, aut bibitum in lacte decocto cum ferro, aut lapidibus suppositũ stercus elephantis, secundum quòd dicitur, prohibet imprægnationem. *Venena*. Stercus caprarum, et propriè montanarum decoctum cum aceto, et bibitum confert puncturæ vermiũ venenosorum, immo confert teste Gal. morsui viperæ. Et stercus asini pascentis siccum, cum vino, puncturæ scorpionis est valde bonum. stercus gallinarum theriacam esse fungis strangulantibus expertum est, et facit spuere humorẽ viscosum, grossum. et in stercore caprarum est virtus attractiua: attrahit enim venenum vespæ. stercus tauri proprie effugat vermes venenosos, et cimices, quando cum eo fit suffumigatio.

† sahafati.
g B. quæ pascũtur extra domos cũ semine erucæ & nasturtij in soda, quæ nominatur ouũ.
h B. suffumigijs quæ fiunt.
† adib
i B. dib.
k B. a lupo.
l B. alleuiando ipsum seu minorãdo ipsum prohibet. stercus alrachame.

De a [semperuiua.] Cap. 614.

a B. Hai alhalez

Semperuiua quid est? Est sucutum, et dicetur in capitulo de sin.

De a [serpente.] Cap. 615.

a B. Haie.

Serpens quid est? Quod ex serpente coctum est cum aqua, et sale et anetho, administratur, et additur ei quandoque oleum. Et administratur eius sal, qui est in virtute carnis eius, et administratur cutis eius. Non verò serpentum species in libro quarto dicemus. *Electio*. Eius caro, melior est caro fœminę. Et melior cutis eius, est cutis masculi. *Natura*. Exsiccatio in carne eius est fortis, sed calefactio non est uehemens. Et eius cutis est vehementis exsiccationis etiã. *Operationes & proprietates*. Proprietas carnis eius est, quòd ipsa facit penetrare superfluitates ad cutem, et propriè quum homo non est mundificatus, cuidam enim accidit ex comestione eius exitura in collo eius magna, quam aperuit, et exiuit caro eius tota conuersa in pediculos, et caro quidem eius quum in usu habetur, prolongat uitam, et confortat uirtutem, et conseruat sensus, et iuuentam. *Decoratio*. Comestio eius facit pediculos, et b [corrumpit] propterea quia expellit superfluitates ad cutem, et confert lepræ magnificè, et quum administratur in alopeciá, magnum affert iuuamentum. *Apostemata & † pustulæ*. Caro, et ius eius post proiectionẽ extremitatum suarum, prohibent augmentationem scrophularum, et similiter eius cutis. *Instrumenta iuncturarum*. Eius ius postquam ex capite, et cauda ipsius, propè mensuram quatuor digitorum abscissum fuerit, et decoquitur secundũ quòd diximus, quum sorbetur, et similiter eius caro quum comeditur, conferunt doloribus neruorum, et similiter c † cutis. [*Membra capitis*. Quum cutis eius coquitur in uino, et distillatur in aurem, sedat dolorem eius, et colluitur os ex aceto, in quo cutis eius decoquitur ad dolorem dentis. Cutis autem eius melior est

b B. cortices.
† bothor.
c B. sal eius.

d B. cum alargi nan.

est cutis masculi. Et Gal. quidem existimauit, quod quando accipiuntur fila plurima, & propriè tincta d [ex sanguine muricis,] & strangulatur cum eis vipera, & inuoluitur vnum eorum in circuitu colli habentis apostemata vuæ, & gutturis, apparet ex eo iuuamentum maximum, & mirabile. *Membra oculi*. Ius serpentis, & caro eius prędicta confortant visum. Et conuenerunt quidam quod adeps viperę, prohibet descensum aquę in oculum, sed homo non audet facere illud. *Vulnera & ulcera*. Finditur, & ponitur super morsum viperæ ipsius, & sedat dolorem.

a B. Thabasir.

De a [spodio.] Cap. 616.

b B. Alia litera alcanna.

Spodium quid est? Radices b [cannarum] adustę, dicitur enim quod ipsæ aduruntur propter fricationem suarum extremitatum, quum ventus eas perflat. *Natura*. Frigidum est in secūdo, & siccum in tertio. *Operationes, & proprietates*. In ipso est stypticitas, & præparatio, & parum resolutionis, & eius infrigidatio est plurima, & eius resolutio est propter amaritudinē paucam in ipso. ex resolutione igitur eius, & stypticitate, fit exsiccatio fortis, & est compositarum virtutum sicut rosa. *Membra capitis*. Cōfert aphthis, & melancholię prouenienti ex solicitudine. *Membra oculi*. Spodium confert apostematibus oculi calidis. *Membra anhelitus & pectoris*. Confortat cor, & confert tremori eius calido, & syncopi factæ ex effusione choleræ ad stomachum, & bibitum, & linitum, & confert melancholiæ, ex solicitudine, & timori de præteritis, & terrori de futuris. *Membra nutrimenti*. Confert c [tussi] & inflammationi stomachi, & debilitati eius, & prohibet effusionem choleræ ad ipsum, & confert conturbationi. *Membra expulsionis*. Prohibet solutionem cholericam. *Febres*. Confert febribus acutis.

c B. siti.

a B. Thaal.

De a [splene.] Cap. 617.

Splen. Electio. Melior splenum, est splen porci, cum hoc tamen est mali chymi. *Operationes et proprietates*. In ipso est stypticitas quædam, & generat sanguinem melancholicum, *Membra nutrimenti*. Est tardæ digestionis propter suam b [stypticitatem.

b B. ponticitatē

a B. Saubaco iasmin.

De a [sambuco.] Cap. 618.

Sambucus.. *Natura*. Alba est calidior citrina & citrina, purpurea, & est vniuersaliter calida sicca in b [tertio. *Operationes, & proprietates*. Est subtiliatiua humiditatum, & confert senibus eius oleum. *Decoratio*. Delet pānum, quod ex ea humidum est, & quod siccum, & facit possidere c [rubedinem] multitudo odoramenti eius. *Instrumenta iuncturarum*. Eius oleum confert ęgritudinibus frigidis in neruis, & senibus. *Membra capitis*. Eius odor facit soda, ueruntamen cum hoc resoluit soda factam a phlegmate, quando odoratur, & purum oleum eius facit fluere sanguinem ex naribus calefacti, quum ipsum odorat.

b B. secundo.

c B. citrinitatē.

a B. Kabrit.

De a [sulphure.] Cap. 619.

Sulphur quid est? Notum est. *Natura*. Calidū est & siccum ad quartum perueniens. *Operationes et proprietates*. Est subtiliatiuum, attractiuum. *Decoratio*. Est ex medicinis albaras, propriè dum non tangit ipsum ignis. Et quando miscetur cū gumma albotin, eradicat vestigia, quæ sunt in vnguibus, & cum aceto ponitur super morpheam. *Apostemata & † pustulæ*. Ponitur super adustionem, & ulcerationem, & abstergit impetiginem, & propriè cum b [visco] alimbat, & propriè etiam cum aceto, & cū nitro propter pruritum lauatur ex eo corpus. *Instrumēta iuncturarum*. Ipsum est cum nitro, & aqua super podagram linimentum conueniens. *Membra capitis*. Restringit coryzam suffumigatum, & administratur cum aceto, & melle super contritionem auris.

† bothor.

b B. glutine.

a B. Lhab.

De a [saliua.] Cap. 620.

Saliua quid est? diuersificatur secundum species, & secundum complexiones singularium, & virtus eius omnino est maturatiua, resolutiua. *Decoratio*. Abstergit pānum, & lentigines, & sanguinem mortuum. *Vulnera & ulcera*. Fricatur impetigo cum saliua hominis ieiuni, & camphora. *Membra capitis*. Saliua ieiunis, quum distillatur in aurem lęsam a vermibus, interficit eos, & educit eos statim. *Venena*. Saliua resistit venenis. Et quum ieiunus expuit super scorpionem, multoties moritur.

a B. Miubezegi.

De a [staphisagria.] Cap. 621.

Staphisagria quid est? Est vua passa montana, & est granum capitis, & in monte Libano inuenitur de ea plurimum. & est granum nigrū b [ ] sicut cicer nigrum. *Natura*. Est calida & sicca in tertio. *Operationes et proprietates*. Est adustiua, corrosiua, c [acuta, & acris.] *Decoratio*. Interficit pediculos, & proprie cum arsenico, & confert alopeciæ antiquę linita. *Vulnera, et ulcera*. Staphisagria cū arsenico, aut sola ponitur sup scabiem, & excoriationem. *Membra capitis*. Masticatur ad extrahendum phlegma, & humiditatem ex cerebro, & coquitur in aceto, & colluitur ex ea os ad dolorem dentium, & humiditatem gingiuæ, & sanat cum melle † aphthas malas. *Membra nutrimenti*. Bibuntur de ea. xj. grana cum mellicrato, & facit uomere chymum viscosum. *Membra expulsionis*. In bibitione ipsius est timor: ipsa enim vlcerat uesicam, sed quando fuerit cum rectificantibus, & cum quantitate temperata, mundificat eam.

b † B. crispum.

c B. calida acuta

† alcola.

a B. Miha uel meha.

De a [storace.] Cap. 622.

Storax quid est? dixerunt: storax humida alia est, quæ extrahitur per se ipsam gumma, & alia est, quæ extrahitur cum decoctione, per se autem extracta, est citrina, & quando antiquatur, declinat ad aureum colorem, et

b B. preciosa & grata.

est b [abundans: sed quę extrahitur ex cortice est nigra: & illud ideo quoniam extrahitur cū decoctione corticis illius arboris. & quod extrahitur, est storax humida, & quod remanet sicut fex, & vinacia, est sicca. *Operationes & proprietates.* Iam diximus de virtute humidę, & siccæ quòd in eis est stypticitas & exsiccatio. c † [

c † B. Membra capitis.

] Et dixerunt quidam quòd est calida, & sicca, & remouet humiditatem ex cerebro, & mundificat ipsum, sed hoc est contrariū ei, quod creditur in ipsa, quoniam ipsa facit soda. *Membra nutrimenti.* Sicca confert humorositatibus stomachi. *Membra expulsionis.* Storax sicca retinet ventrem.

a B. Melha.

De a [sale.] Cap. 623.

b B. amarus.

Sal quid est? In sale sunt amaritudo, & stypticitas. & b [sal] quidem est proximus baurach. Et alius est rarus, frangibilis, & alius est cauatus, & alius est sal gemma, qui est sicut chrystallus, & aliud est napticus niger, cuius nigredo est ex parte napticitatis, quæ est in ipso, qui quū tandiu suffumigatur, donec ab eo napticitas remoueatur, remanet sicut sal gemma, & alius est Indus qui est niger non nigredine napticitatis, quæ fit in ipso, sed proper substantiam ipsius, & marinus quidem quum aquæ obuiat, illico liquefit: & non est ita terrenus. *Natura.* Est calidus & siccus in secundo, & quāto plus est amarior, tanto plus est calidior. *Operationes & proprietates.* Est abstersiuus, resolutiuus, constrictiuus, exsiccatiuus, c [cuius fortitudo operationum] est propter resolutionem, & stypticitatem suā [† d] & est disruptiuus ventositatum, & ille qui est adustus, uehementioris est desiccationis, & resolutionis, & ipse confert putrefactioni, & confert humorum grossitiei. ipsius autē flos eo est subtilior, & illo qui est adustus, & puluis eius est ipsi propinquus, & ambo resoluunt plusquam sal, & sunt constringentes minus, et cauatus est minoris resolutionis, minus subtilis, nisi sit. e [pauci] saporis, sicut aluminosus, ipse enim est stypticus, resolutiuus, & cauatus, quando lauatur multoties, exsiccat sine mordicatione, et frangibilis est magis abstersiuus, et quando admiscetur cibis frigidis, dissoluit eos. Salgemma verò effugat ventositates, et f [niger est] fortioris resolutionis. Et omnes isti liquefaciunt humores congelatos. et amarus est uehementioris resolutionis, et calefactionis, *Decoratio.* Sal adustus mundificat dentes g [a lapidibus,] et remouet nigredinem sanguinis vbicunque est linitus, et eius vsus cum h [melle] bonum efficit colorem. *Apostemata & † pustulæ.* Ex ipso cū melle et passis fit emplastrum conueniens carbunculis, et cum mentastro et melle, apostematibus phlegmaticis, et prohibet formicam a dilatatione. *Vulnera & ulcera.* Corrodit carnem additam, et morsam, et confert scabiei vlcerosæ, et impetigini, et ex ipso cum aceto et oleo, fit delinitio iuxta ignem, vt sudare faciat, et sedat pruritum, et propriè phlegmaticum, et cum oleo super adustionem ignis, et prohibet vesicationē, et propriè ille qui est baurachius, et Aphricanus. Baurachij uerò non consequuntur aliquem salem in adunando, et exsiccando. Sal enim vehementius resoluit, et exsiccant illud, quod est ex humiditate, deinde fortius adunat, et fortius constringit illud, quod remanet in partibus membri. *Instrumenta iuncturarum.* Cum farina et melle ponitur super torsionem neruorum, et fit emplastrum ex eo podagrę, et miscetur cum oleo, et fit ex ipso inunctio cōprimendo, ad lassitudinē. *Membra capitis.* Linitur ex eo cum pulpa coloquintidæ † pustulis capitis. Et salgemma quidem acuit sensum, et sal cōstringit gingiuam mollificatam, et propriè salgemma, et cum aceto confert dolori auris, more emplastri superpositus. *Membra oculi.* Corrodit carnem additam in palpebris, et ungulam, flos eius propriè confert pāno, et albugini oculi. et ex sale quidem cum oleo et melle fit emplastrum super oculum, et resoluit offuscationem sanguinis congelati in ipso. *Membra anhelitus & pectoris.* Ex eo qui est napticus linitur palatum cum melle, et aceto, et confert squinantiæ, et apostematibus vuæ, et gauoni, et salgemma quidem, et napticus, et reliquæ species salis incidunt phlegma uitreum, et uiscosum in pectore. *Membra nutrimenti.* Sal iuuat ad uomitum et proprie napticus, et salgemma eius propriè, et confert doloribus stomachi frigidis. *Membra expulsionis.* Sal omnis facilem efficit superfluitatis egressionem, et descensionem cibi, et napticus expellit phlegma putridum, et aquam, et choleram melancholicam, et ponitur in enematibus. Et niger qui est vehementis nigredinis, qui non est proprie napticus, solutione educit phlegma, et melancholiam, et sal amarus etiam solutione educit melancholiam fortiter et salgemma educit phlegma crudum fortiter, et soluit melancholiam. et sal quidem ipse ultimus est ad dysenteriam, et adiuuat medicinas solutiuas ad eradicandum melancholiam, et humiditates uiscosas de partibus membri. Et cum mentastro montano, et butyro, et fermento confert apostematibus testiculorum phlegmaticis, et similiter cum mentastro, et melle. et confert ulceribus uirgæ. *Venena.* Fit ex eo emplastrum cum sem. lini ad puncturā scorpionum, et cum mentastro montano, et hyssopo et melle ad morsum cornutæ. Et cum aceto et melle ad morsum habentis. xliiij. et uespæ, et cum oxymelle nocumento opij, et fungorum mortiferorum.

c——B.

d † B. & stypticitas ipsius est vehemētior operationū eius.

e B. Alia litera. fortis.

f B. magis amarus.

g B. ostracositatibus.

h B æqualitate.

† bothor.

† bothor.

a B. nesare.

De a [serratura.] Cap. 624.

b B. ligni corrosi.

Serratura. *Natura.* Natura eius, est sicut arboris ipsius. *Operationes & proprietates.* Serratura b [corrosionis] est mundificatiua. et inest ei resolutio, et exsiccatio, si fuerit in arbore ipsius. *Vulnera & ulcera.* Serratura ligni corrosi consolidat, et propriè quę est accepta ex arboribus stypticis, sicut quædam genera spinarum, et deinde aggregatur cum tanto aniso, quantum ipsa est cum uino, et aduritur, deinde teritur. Nam, quum spargitur super ulcera formicalia, confert eis.

De

a. nusader.

De a [sale ammoniaco.] Cap. 625.

Sal ammoniacus. *Electio.* Ille est melior, qui est, vt borax, clarus, chrystallinus. *Natura.* Calidus est & siccus in fine tertij. *Operationes & proprietates.* Est subtiliatiuus, liquefactiuus. *Membra oculi.* Confert albugini oculi. *Membra capitis.* Constringit vuam, quæ casum patitur, & confert squinantiæ.

a B. sandaruh.

De a [sandaraca.] Cap. 626.

Sandaraca. *Natura.* Calida est & sicca in secundo. *Operationes & proprietates.* In ipsa est stypticitas, & proprietas retinendi sanguinem, & luctatores ipsa utuntur, vt leues, & fortes fiant, & non incurrant difficultatem anhelitus. *Decoratio.* In ipsa est virtus macredinem faciendi valde, quando bibuntur de ea quaque die tres quartę drag. j. in aqua & oxymelle. *Vulnera & vlcera.* Desiccat fistulas, quando cum ea suffumigantur. *Membra capitis.* Eius fumus prohibet catarrhos, & ipsius iuuamentum in sedãdo dolorem dentium uehemens est, & magnum ualde, neque aliquid inuenitur compar ei in hoc, & rectificat gingiuam. *Membra anhelitus & pectoris.* Prohibet tremorem cordis, sicut Karabe, & prohibet fluxum sanguinis, & prohibet asthmaticum humidum sua exsiccatione. Et similiter vtuntur ea luctatores, ut difficultatem anhelitus non incurrant. *Mẽbra nutrimenti.* Datur de ea in potu spleneticis, & confert. *Membra expulsionis.* Est bona solutiõi antiquę, & fumus eius confert hæmorrhoidibus.

a B. serachs.

De a [sarace.] Cap. 627.

Sarax quid est? Est illud quod persicè nominatur childaru, & frusta radicis eius sunt composita ex partibus, super quas sũt cortices, quę uelociter ab eis tolluntur. Et eius quidem alius est masculus, & alius fœmina, sed masculus est fortior. *Natura.* Calidus est & siccus in secundo. *Operationes & proprietates.* Exsiccat sine mordicatione. & in ipso est amaritudo, & stypticitas. *Vulnera, & ulcera.* Consolidat vulnera. *Membra expulsionis.* Interficit uermes, & ascarides, & propriè cum syrupo mellis. Sitq; potio ipsius pondus aur. iiij. & propriè cum scammonea, aut elleboro, & oportet quidem ut comedantur ante ipsius potionem allia, & similiter interficit fœtum.

a B. sulan.

De a [sulen.] Cap. 628.

Sulen quid est? Est medicina Romana. *Natura.* Calida est & sicca apud quartum. *Operationes, & proprietates.* Adurit cutim. *Membra capitis.* Confert torturæ, quum fit caputpurgium ex uno grano ipsius cum aqua betonica. *Mẽbra oculi.* b [Rarificat] apostemata palpebrarum, & c [inflat ea,] & apostemata accidentia sub oculo.

b B. carminat uel resoluit.
c B. tumores ipsarum.

a B. scordeun.

De a [scordion.] Cap. 629.

Scordion quid est? est allium agreste, minus plurimum quàm hortulanum, & habet folia, & crus longum, super quod est flos albus, & ipsius quidem rememoratio iam antecessit cap. b [nun.] *Natura.* Calidum est et siccum ad quartum perueniens. *Operationes & proprietates.* Est subtile, aperitiuum, abstersiuum. *Vulnera & ulcera.* Consolidat uulnera magna, & fraudulenta. *Instrumenta iuncturarum.* Est bona attritioni c [neruorum.]

b B. de alleo.
c B. lacertorum.

a B. sedar.

De a [sadar.] Cap. 630.

Sadar quid est? diximus dispositiones eius ubi diximus de nabach.

a B. selach alhaie.

De a [spolio serpentis.] Cap. 631.

Spolium serpentis, dictum est de eo in cap. de serpente.

a B. saduran.

De a [sedeguaram.] Cap. 632.

Sedeguaram. *Natura.* Frigidum est in secundo, siccum in tertio. *Operationes & proprietates.* Retinet sanguinem. *Decoratio.* Prohibet casum capillorum. *Permutatio.* Loco eius ponitur põdus eius de feluza haram & tertia ponderis ipsius de radice cannæ.

a B. sesalius.

De a [siseleos.] Cap. 633.

Siseleos quid est? est alaniudem Romanum et est simile alaniudem, ueruntamen est longius eo parumper, et uehementius album. *Natura.* Calidũ est, et siccũ in secũdo. *Operationes & proprietates.* Est subtiliatiuũ, resolutiuũ, mũdificatiuũ, carminatiuũ. Et similiter radix eius, & semẽ ipsius, sunt sedatiua dolorũ interiorũ, & liquefacit phlegma cõgelatũ, & de ipso quidẽ datur in potu animalibus, & multiplicat partus ipsorum, & bibitur in uino, & ꝓhibet frigus, & nocumentum ipsius in itinere, & propriè cum pipere. *Instrumenta iuncturarum.* Confert doloribus dorsi. *Membra capitis.* Confert valde b [soda.] *Membra anhelitus & pectoris.* Confert asthmati, & difficultati anhelitus, et anhelitui dilatatiõis, et tussi antiquæ propriè radix ipsius, et semen eius simul. Et quando cõficitur radix eius cum melle, et deglutitur, mundat pectus ab humiditatibus uiscosis. *Membra nutrimenti.* Resoluit inflationem, et sedat dolores viscerũ, et digerit radix eius propriè cibum. et est bonũ stomacho. *Membra expulsionis.* Resoluit dolorem pungitiuum, uentosum, et facilem efficit partum in omnib. animalibus, et remouet difficultatem urinæ, et resoluit dolores matricis, et præfocationem eius, et confert doloribus uiscerum. et succus cruris huius plantę, et semen ipsius quum sunt recentia, et bibuntur ex eis tres anulus at cum c [arob] x. diebus, sanant dolorem renum, et est iuuatiuum penitus dolori renum.

b B. epilepsiæ.
c B. sapa, seu uino cocto.

a B. serengi.

De a [sirengi.] Cap. 634.

Sirengi quid est? Est proximus uirtuti asedinegi, immo est fortior. *Natura.* Frigidus est et siccus

& siccus. *Operationes & proprietates*. Est stypticus,& in ipso est ex cerusa frigus,uerum subtilior plurimum existens prohibet fluxus. *Vulnera & vlcera*. Ponitur in cerato super adustionem ignis. *Membra expulsionis*. Prohibet fluxum sanguinis.

a Ascchmunia

De a [*scammonea*.] Cap. 634.

Scammonea quid est? succus volubilis cuiusdam,cuius virtus vsque ad.xxx.perdurat annos. *Electio*. Melioris proprietatis est illa quæ est b † [ ]varia,ad albedinem declinans, & est quasi fragmentum ostraci, & est pulverizabilis,velociter solubilis,varia: quæ cũ resoluitur in aqua,facit ipsam sicut lac.Et melior quidem qua est vtendum, est quæ assatur in pomo,& cũ qua admiscetur aqua apij, quoniam remouetur eius malitia. & c [aliamakam] quidem est mala.quandoque uerò rectificatur scammonea quum assatur in pomo preparato in massa,& permiscetur cum aniso,& dauco,& soluitur cum oleo amygdalino. *Natura*. Calida est,& sicca in tertio, & eius caliditas maior est siccitate ipsius. *Operationes & proprietates*. In ipsa sunt abstersio,& resolutio,& est inimica stomacho,& hepati. *Decoratio*. Mundificat morpheã, & albaras,& pãnum. d [*Vulnera & ulcera*.] Quando decoquitur cum melle,& e [passis,] & fit ex ea emplastrum super f [vulnera,] resoluit ea. g [*Apostemata* † *& pustulæ*.] Ponitur cum aceto super scabiem vlceratam. *Instrumenta iuncturarum*. Cum aceto & sauich ponitur super dolores iũcturarum,& anchæ,more emplastri. *Membra capitis*. Radix eius, & succus radicis ipsius, ponitur super soda antiquã cum aceto, & oleo ros. Et quando ipsa scammonea admiscetur eis ambobus,& ponitur super caput eius,qui habet soda antiquam:sanat eam. *Membra anhelitus & pectoris*. Est ex eis, quæ nocent cordi. *Membra nutrimenti*. Nocet stomacho,& hepati valde, sed eius malitia frãgitur cum assatione, & semine apij. & ipsa quidem est conturbatiua, & facit nauseam, & destruit appetitum cibi, & facit sitim. *Membra expulsionis*. Solutione educit choleram fortiter. Ipsa verò in regionibus diuersificatur adeo,quòd ego uidi in quibusdam libris medicorum dosim eius plurimi ponderis. & etiam ipsa nocet intestinis, & supponitur ad abortũ: & quum ex radice arboris eius bibitur pondus aurei,soluit choleram citrinam,& phlegma.Et dixerunt quidam, quando ex scammonea bibitur plurima quantitas,& superflua,& est medietas.drag.retinet primum,deinde conturbat, & facit nauseam,& prouocat sudorem frigidum, deinde quandoque aduenit eius solutio cũ superfluitate,& est interficiens. Et dixerũt quidã, quòd quãdo ex antiqua sumitur quantitas parua,prouocat,& non soluit,& potus ipsius cum aloe est minor ad ista, & similiter cum lupinis salitis,& seminibus redolẽtibus,& quando supponitur in lana,interficit fetum, & quum eius timemus malitiam,rectificamus eam,quoniam conficimus ipsam cum aqua cydoniorum acetosorum, & pomorum, aut aqua ros.& quandoq; ponitur in ipsa sumach secundũ quantitatẽ,qua possit cõfici, & fiunt inde trochisci subtiles,& exsiccantur in vmbra, & administrãtur secundum quantitatem necessariam. *Venena*. Cõfert puncturę scorpionum bibita,& linita.

b † B. pura varia, seu cineritij coloris.
c B. algiermachan.
d B. Apostemata & bothor.
e B. oleo.
f B. exituras.
g B. Vulnera & vlcera.
† bothor.

a B. sochbinegi

De a [*serapino*.] Cap. 635.

Serapinum (*.i.sagapenum*.) quid est? Serapinum est gumma arboris,in qua non est iuuamentũ, sed in gumma eius.& dicitur quòd est quędam species galbani,quæ b [resoluitur] & fit serapinum. *Electio*. Melior duarum specierum eius est illa, quę est spissior, & clara, cuius pars interior ad rubedinem declinat,& interior exterior ad albedinem,& resoluitur uelociter in aqua,non sicut adulteratum cum galbano,quãuis galbano albo sit simile, & quod melius est de eo,est illud de c [spahano.] *Natura*. Calidum est in tertio, siccum in secundo. *Operationes et proprietates*. Est resolutiuum,subtiliatiuum, carminatiuum,calefactiuum, abstersiuum. *Instrumenta iuncturarum*. Cõfert paralysi,& d [rupturæ] lacertorum & chordarum eorum.Et soluit materias,quæ sunt in vtrisque anchis,clysterizatũ, & bibitum,& similiter doloribus iuncturarum malis. e [ ] *Membra capitis*. Resoluit soda frigidam,& uentosam,& confert epilepsiæ. *Membra oculi*. Confert obscuritati oculi in † collyrijs & grossitudini palpebrarum, & vestigijs in oculo,& est de melioribus medicinis, quę sunt ad aquam descendentem in oculum, & si teratur cum aceto, & ponatur super hordeolum, delet ipsum. *Membra anhelitus et pectoris*. Confert dolori pectoris,& lateris, & tussi antiquæ,& bibuntur cũ aqua rutæ expressę tres quartę. drag. i.ad malitiam anhelitus, & ipsum mũdificat pectus fortiter,& extrahit humores crudos. *Membra nutrimenti*. Confert hydropisi, & extrahit aquam citrinam. *Membra expulsionis*. Confert colicę bibitum,& clysterizatum,et dolori uentris pungitiuo,& extrahit lapidem ex ambobus, & augmentum efficit in coitu, & confert doloribus matricum. Et quando bibitur cum f [oxymelle.] prouocat menstrua,& interficit fętum, & ipsum quidem lenit ventrem cum facilitate, & extrahit humorem viscosum, & aquam citrinam. *Febres*. Confert febribus periodicis. *Venena*. In vino datur ad bibendum ad puncturam vermium venenosorum,& ad omnia venena mortifera,& eius operatio est fortior operatione galbani, & quãdoque confert delinitum in omnibus locis. g [*Permutatio*. Loco eius ponitur gumma cedri, & dixerunt, gumma pini masculi,& dixerunt pondus ipsius,& medium de opopanaco.]

b B. alteratur, seu conuertitur
c B. alasfani.
d B. contritioni
e † B. frigidis.
† alcofol.
f B. hydromelle.
g — B.

a B. schulusendrium.

De a [*scolopendria*.] Cap. 636.

Scolopendria quid est? dicitur quod est planta petrosa,quę nascitur in loco b [plurimorum fontium,] & dixerunt quidam,quod est species squillæ, & dicitur aliud. *Natura*. Calida est in primo, sicca in secundo. *Operationes,& proprietates*. Est subtilis, resolutiua, & in ipsa non est plurima caliditas. *Membra nutrimenti*. Confert spleni magnificè: quando enim sumitur cum oxymelle facto ex aceto, in quo decocta sũt folia

b B. umbrosa valde.

lia eius xl. diebus, delet splenem, & confert singultui, & ictericiæ. *Membra expulsionis.* Frangit lapidem in renibus, & vesica. Et dicitur quod suspensa ad collum, prohibet impraegnationem.

a B. shali, uel shaali.

De [a] [*suhal.*] *Cap.* 637.

† bothor.

Suhal quid est? Est ex substantia calida acri. *Natura.* Est calida, & acris cum æqualitate. *Apostemata & † pustulæ.* Folia eius rumpunt aldubellet, & resoluunt ea in dispositione principij eorum, & quæ recens est, maturat apostemata inobedientia maturationi. *Vulnera & ulcera.* Quæ recens est, eradicat scabiem ulceratam. *Membra oculi.* Ponitur in medicinis acuentibus uisum. *Membra anhelitus & pectoris.* Dicitur quod est optima medicina tussi, & anhelitui dilatationis, adeo quòd ex ea fit suffumigatio, & confert.

a B. sisarun.

De [a] [*seisaron.*] *Cap.* 638.

a B. sisarun qd est, est lignum nigellæ.

b [Seisaron quid est? Est lignum uisus,] & est in ipso amaritudo, & stypticitas. *Natura.* Calidum est & siccum in secundo. *Operationes & proprietates.* In ipso est resolutio, & stypticitas pauca. *Membra nutrimenti.* Decoctio radicis eius cōfert dolori stomachi. *Membra expulsionis.* Decoctio radicis eius prouocat.

a B. siun uel sit

De [a] [*sumio.*] *Cap.* 639.

b B. chare alhayn.

Sumium quid est? Est b [curati albani,] existens in aquis stantibus, & in ipso est bonus odor. & dicetur in cap. de caf. *Membra expulsionis.* c [Medulla eius decocta & non decocta] confert lapidi, & prouocat, & confert dysenteriæ.

c B. comestio ipsius decocti, aut non decocti

a B. suchutun.

De [a] [*sucuto.*] *Cap.* 640.

Sucutum quid est? dicitur quòd est semperuiua. Et dicitur quòd est species seminis mandragoræ: & dicitur aliud. & est duarum specierum: quarum vna est petrosa, & alia est non petrosa. *Natura.* Quod in ea magis dominatur, est frigus, & siccitas. & in ipsa est humiditas calida temperata, & subtilitas, & incisio, b [& uiscositas, & neque habet odorem, & habet dulcedinem quandam, & aqua eius attrahit sputum, & aggregando partes carnis in uase, facit eas rem vnam. *Operationes & proprietates.* Est equalis, & subtilis, & incidit, & viscositate cepali resoluit, & aliquid est in ipso, per quod aggregat, & constringit.] *Instrumenta iuncturarum.* Decoctio eius confert attritioni neruorum & lacertorum in medio eorum, & in extremitatibus ipsorum, & recentes consolidat. *Membra anhelitus & pectoris.* Sanat asperitatem gutturis, & prohibet sputum sanguinis. & in aqua mellis mundificat pulmonem. *Membra expulsionis.* Confert ulceribus intestinorum, & abrasioni, & rupturæ, c [inguinis] aquosæ, & doloribus renū, & retinet fluxum sanguinis menstrui. [d *Permutatio.* Loco eius ponitur succus foliorum lactucæ, aut aqua solatri.]

b B. Operationes & proprietates. In ea est uirtus temperata. & subtilis cum qua incidit, & uiscositas squillitica, cum qua pruritum facit, & uirtus cū qua aggregat, & stypticat, & nō habet odorem, & habet aliquam dulcedinē, & attrahit sputū, & aggregando partes carnis in uase facit eas rem unam.

c B. intestinorū

d ——— B.

a B. sumach.

De [a] [*sumach.*] *Cap.* 641.

Sumach quid est? aliud est Corasceni, & aliud est seminimus Corasceno, rubeum, lentis similitudinem habens, & est conueniens ei cui cōueniunt acacia, & rosa. Et quando decoquitur cum aqua, deinde eius decoctio inspissatur sicut mel, conuenit ei cui conuenit lycium. *Natura.* Est frigidum in secundo, siccum in tertio. *Operationes & proprietates.* Est stypticum, confortatiuum, constrictiuum, & acetum est subtilius eo, & prohibet fluxum b [ ] ita quod, quidam dicunt, quòd appensum retinet illud, & prohibet attractionē cholerę ad viscera. *Decoratio.* Decoctio sumach, quo c [tinctores] vtuntur, & coriorum præparatores, denigrat capillos. *Apostemata & † pustulæ.* Fit ex eo emplastrum super percussionem, & prohibet apostemata, & viriditatem, & confert panaritio, & prohibet additionem apostematum. *Vulnera & ulcera.* Prohibet ambulationē fraudulētis, *Instrumenta iuncturarum.* Embrochatur ex decoctione eius torsio, & non apostematur. *Membra capitis.* Prohibet saniem auris, & gumma eius, quando ponitur in corrosionem dentium, sedat dolorem eorum. *Membra nutrimenti.* Præparat stomachum, confortans ipsum, & sedat sitim, & facit appetitum acetositate sua, & sedat nauseā cholericam. *Membra expulsionis* Constringit, & retinet menstrua, & fluxum, † d [ ] & prohibet rasuram, & clysterizatur ad dysenteriam, & cursum matricis, & hęmorrhoidas.

b † B. sanguinis

c ——— B.

† bothor.

d † B. sanguinis.

a B. salch.

De [a] [*sicla.*] *Cap.* 642.

Sicla (i. beta.) quid est? Est duarum specierū: vna est nigra propter vehementiam viriditatis, & altera est illa quę est nota. *Natura.* Apud quosdam est calida, & sicca in primo; Et secundum veritatem est compositarum virtutum, & apud quosdam est frigida, & non est dubium, quin in eius radice sit humiditas. *Operationes & proprietates.* In sicla est virtus baurach, subtiliatiua, & in ipsa est resolutio, & apertio fortior b [resolutiōe] atriplicum, & lenificatio, & in ea quæ est nigra, est stypticitas, & propriè cum lentib. Et bauracitas, quę est in ipsa, est resolutiua. & terreitas est c [contractiua, & totum elixatum est mali chymi, & totum eius] est parui nutrimenti, sicut reliqua olera. *Decoratio.* d [Prohibent] succus eius, & decoctio foliorum eius e [ ] fixuras frigoris, & confert alopeciæ, & confert pāno, quum ex foliis eius administratur emplastrum post ablutionem loci cum nitro, & quādoque abscindit verrucas succus eius, & interficit pediculos. *Apostemata & † pustulæ.* Ex ea elixata fit emplastrum apostematibus, & resoluit, & maturat ea. *Vulnera & ulcera.* Folia eius bona sunt decocta adustioni ignis, & conferunt impetigini linita cū melle. *Membra capitis.* Ex aqua eius cum felle gruis fit caputpurgium, & delet torturam, & valet ad vlcera narium, et eius aqua tepida distillatur in aurem, et sedat dolorem, et lauatur caput cū aqua eius, et aufert furfures. *Membra nutrimenti.* Radix eius est mala stomacho, faciens nauseam, et plurimum illius est propter bauracitatem eius mordicatiuā, et est mali

b B. apertione.

c B. cōstrictiua & omnis sicla é mali chymi & omnis.

d B. confert.

e † B. Ad.

† bothor.

f ——B. g B. moluchie. h B. Alia litera colicam.

mali chymi. et lauat bauracitate sua, adeo vt mordicet stomachum fortis sensus, et eius nutrimentum est paucum, et apertio eius est f [parua:] et ad oppilationes hepatis fortior est apertione g [maluæ,] propriè cum synapi, et aceto, et similiter etiam spleni, et oportet ut comedatur cum muria, et cũ speciebus, quę sunt ad condienda cibaria. *Membra expulsionis*. Dicitur quòd illa, quæ est nigra, astringit, et proprie cum lentibus, quoniam altera lenit, et proprie cum lentibus: sed non est dubium, quin elixata, proiecta eius aqua, quando patella in furno ponitur, constringat, et fit cum ea clystere ad extrahendum fæcem, et totum eius generat h [inflationem] et rugitum, et dolorem ventris pungitiuũ. Et est bona colicæ, quum assumitur cũ speciebus condientibus, et muri.

a B. scanchur.

De a [*Stinco.*] *Cap.* 643

Stincus quid est? Est guaril de Nilo, qui capitur in Aegypto. Et existimauerunt quidã, quod sit de partu crocodili in campos. *Electio*. Melius quod est in ipso, est illud quod est in parte renum. *Mẽbra expulsionis*. Quandoq; auget coitum adeo, vt non sedetur nisi sorbitione iuris lactucarum, et lentium.

a B. sebestan.

De a [*sebesten.*] *Cap.* 644.

Sebesten, & nominatur mukeita. *Natura*. Sunt quasi temperatæ. *Operationes et proprietates*. Sunt lenitiuę. *Membra anhelitus et pectoris*. Leniunt pectus, & guttur. *Membra nutrimenti*. Sedant sitim, & propriè semen eius cum b sagazenea.] *Membra expulsionis*. Leniunt ventrem.

b B. sengiebuie.

a B. saambras.

De a [*samabras.*] *Cap.* 645.

Samabras. *Decoratio*. Fit ex eo emplastrum super spinas, & ea quæ carni sunt infixa, & super verrucas cõtrito, & extrahit eas, & super ea quæ sunt vt claui, & euellit, & dicitur quod illud quod de eo siccum est, quum cõmiscetur cum oleo, facit nasci capillos super tineam. *Membra capitis*. Dicitur quòd hepar ipsius sedat dolorẽ molaris dentis. *Membra expulsionis*. Vrina eius, & sanguis ipsius mirabilis iuuamenti sunt in ruptura infantium, quum sedent in decoctione eius, & quandoque ponitur in vrina eius, aut in sanguine ipsius aliquid de musco, & ponitur in virga infantis, & fit vltimi iuuamenti in ruptura. *Venena*. Finditur, & ponitur super puncturam scorpionis.

a B. seubel.

De a [*spica.*] *Cap.* 646.

b B. alaelithia. c B. aelithia.

Spica quid est? Spica est duæ species: quarum vna est spica aromatica, & est spica auium, & altera est nereiden, & est spica Romana. Et b [alithitia] debilior est Inda, & Syra in omnibus proprietatibus suis, nisi in prouocatione, & c [alithitia] est in virtute proxima Syræ, & eius quidem arbor parua est, & euellitur cum luto suo, & egreditur: quæ quandoque adulteratur cum planta, quę est sibi similis: inter eas verò discernitur, quoniam planta illa est horribilis odoris Et nereidem, preterea quædam est montana, cuius folia sunt sicut folia croci hortulani, & similiter stipites eius, sed sunt citrini plani, nõ d [in modũ retis inuoluti,] plures habens radices, scilicet duas, aut plures, & non habet crus, neque frustum neque florem. *Electio*. Inquit Diosc. melior est, cuius pili sunt plures, & declinat ad rufedinem, & est boni odoris, sicut cyperi, & parua spica, mordicans linguam, & hæc est Syra. Inda verò est debilior, & e [longior & plus] õni spica, inuoluta, horribilis odoris, & rumpitur velociter cum summa suorum villorum, & cadit ex ea puluis niger, magnus, & adulteratur, quia decoquitur post infusionem cum aqua calida, deinde f [fit grauis] cum antimonio. postea venditur. ipsum verò significant eius albedo, & debilitas virtutis eius, & debilitas saporis ipsius, & odoris eius, nigra verò Inda melior est rubea, & nereidem quidem melior est illa quæ est recens, boni odoris, plures habens radices, grossa quæ non frangitur. Illa verò quæ habet crus declinans ad albedinem, & propriè in medio sui, non est aliquid propriè, quę est horribilis odoris. *Natura*. Calida est in primo, sicca in secundo, *Operationes & proprietates*. Est aperitiua, resolutiua. Et in Inda quidem est stypticitas plurima, & caliditas eius minor est g [sed est leuis,] & in primis quum gustatur, est h [rancida,] deinde procedunt ex ea i [caliditas,] & acuitas, & ex spica aromatica fit puluis prohibẽs sudorem plurimum, & lutum quidem spicę est abluens corpus, & ẽ bonũ ad bonum odorem faciendum. *Apostemata et † pustulæ*. Resoluit apostemata, & pustulas. *Membra capitis*. Prohibet rheumatismos, & confortat cerebrum. *Membra oculi*. Facit nasci pilos in palpebris, quando ponitur in † collyrijs, & trahitur radius inuolutus in puluere super palpebras, & nereidem est fortior in hoc, secundum quòd existimo. *Membra anhelitus & pectoris*. k [Confert tota] tremori cordis, & mundificat pectus, & pulmonem, & prohibet effusionem materierum ad ea, & l [fluxus] *Membra nutrimenti*. Aperit oppilationes hepatis, & stomachi, & confortat ea, & conferunt omnes icteritiæ: & prohibent effusiones materierũ ad stomachum, & sedant mordicationem eius, & quando bibitur, quæcũque species ipsius fuerit, cum vino, confert spleni. *Membra expulsionis*. Omnes prouocant, & m [alithitia] est fortior, quoniam est calidior, & minoris stypticitatis, et n [prohibent apostemata] matricis omnia, sedendo in ea: & cõfert doloribus renum, & prohibet cursum materierum ad intestina, & habet proprietatem in retinendo fluxum o † [ ] superfluum a matrice.

d B. spinosi. e B. & maior. f B. cõmouetur & agitatur. g B. sua exsiccatione. Alia litera. immo est occulta. h B. insipida. i B. Alia litera. amaritudo. † lothor. † alcofol. k B. conferunt omnes. l B. catarrhos. m B. aelithia. n B. Alia litera conferunt apostematibus. o † B. sanguinis.

a B. suich.

De a [*sauich.*] *Cap.* 6.7.

Sauich quid est? Iam dictum est in cap. tritici & hordei. *Membra anhelitus et pectoris*. Confert pectori & pulmoni.

a B. semsem.

De a [*sesamo.*] *Cap.* 648.

Sesamum quid est? Est semen pluris unctuositatis, quàm reliqua semine, & propter hoc rancidum fit facile. quidam autem dixerunt quòd

eius

b B. calefaciat.

eius oleum non confert nisi melancholicis, vt eos b [impinguet,] & humectet,& ersimū quid est? est genus quoddam sesami abhominabilis saporis. *Electio.* Corpus eius est fortior oleo ipsius. *Natura.* Calidum est in medio primi, humidum in fine eius. *Operationes & proprietates.* Est glutinatiuum, lenificatiuum, æqualis calefactionis, & similiter oleum eius,& decoctio ipsius, et est mollificatiuum,et in oleo eius est grossitudo, et quod torrefactum est, minoris est nocumenti. *Decoratio.* Resoluit viriditatem percussionis, et sanguinē congelatum,et confert fissuræ,et asperitati melancholicorum bibitum et linitum, et est impinguatiuū, et propriè excorticatum, et prolongat capillos, et succus arboris eius: et foliorum ipsius, et lenit eos, et remouet furfures, et oleum eius in quo decoquitur myrtus, conseruat capillos, et facit eos fortes et duros. *Apostemata & † pustulæ.* Resoluit apostemata calida. *Vulnera, & ulcera.* Ponitur super adustionem ignis, et oleum eius bibitum aufert pruritum flegmaticum,et sanguineum, proprie cum infusione aloes,et aqua vuæ passę. *Instrumenta iuncturarum.* Ex eo fit emplastrum ad grossitudinem neruorum. *Membra capitis.* Confert oleum eius cum virtute rosæ soda adustiuæ, et succus arboris eius sanat furfures. *Membra oculi.* Confert suppositum pulsationi oculi, et apostemati eius. *Membra anhelitus & pectoris.* Est bonum constrictioni anhelitus et asthmati. *Membra nutrimenti.* Est malum stomacho,faciens nauseam. prosternens desiderium,satians velociter; sed quando comeditur cum melle, remouetur eius malitia, et tardatur eius digestio, et mollificat viscera. Et quòd torre factum est, est minoris nocumenti, et eius nutrimentum est vnctuosum valde, et in ipso est virtus faciendi sitim, et fit velox eius descensio cū cortice suo, quum autem excorticatur,tardatur eius descensus. *Membra expulsionis.* Confert intestino colō, et infusio quidem sesami est vehemens in prouocatione menstruorum,adeo quod ipsa eijcit fœtum,et quando frangitur,et comeditur cum semine papaueris, et sem. lini cum æqualitate, augmentant sperma et coitum. *Venena.* Confert morsui c [canis rabiosi,et serpētis lenticularis.]

† bothor.

c B. serpentum cornutorum.

De a [sacundulion.] Cap. 649.

a B. schidilium.

Sacundulion. *Apostemata & † pustulæ.* Ponitur cum ruta super formicam. b † [et ad fistulas.] *Membra calida.* Suffumigatur cum eo patiens subeth, et comprimendo iungitur ex ipso cum c [acetosa,] habens karabitum,et lethargiam, et distillatur succus humidi in aurem saniosam, et confert valde soda. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert difficultati anhelitus, et asthmati. *Membra nutrimenti.* Confert radix eius doloribus hepatis, et confert icteritiæ. *Membra expulsionis.* Solutione educit phlegma,et confert præfocationi matricis.

† bothor.

b B. oleo.

De a [safid.] Cap. 650.

a B. safid asfed.

Safid. *Natura.* Calidum est et siccum in tertio *Operationes, & proprietates.* Est b [mordicatiuum. acre. *Venena,* Confert venenis omnibus.

b B. acutum calidum.

De [a semurion.] Cap. 651.

a B. semurion.

Semurion quid est? est apium syluestre,et iā dictum est de eo.

De a [squilla.] Cap. 652.

a B. hausel.

Squilla quid est? Est cepe muris, et eius folia sunt sicut folia lilij, & habet b [oleum] ad nigredinem declinans. *Natura.* Est calidum et siccum in secundo. *Operationes & proprietates.* Est incisiuū,et in ipso est viscositas adustiua. *Decoratio.* Ponitur confectum cum melle super alopeciam,& c [serpiginem,] *Membra anhelitus & pectoris.* Eius acetum exasperat guttur,& indurat carneum ipsius,& est bonum asthmati,& oregmoni,& tussi antiquæ.

b B. florem.

c B. tiriam.

De a [solatro.] Cap. 653.

a B. hanab althaleb.

Solatrum. *Electio.* Melius quod de ipso administratur, est habens folia viridia, citrinum semen,& est quinque specierum, *Natura.* Frigidū est in primo,siccū in secundo;& stupefactiuum est frigidum,et siccum in tertio. *Operationes & proprietates.* Hortulanum est infrigidatiuum,cōstrictiuum,et est quoddam genus ipsius stupefactiuum,faciēs somnum simile opio in proprietatibus suis,nisi quia est debilius eo,& est quoddam genus eius, quod est mortale. *Apostemata & † pustulæ.* Est emplastrum bonum apostematibus calidis omnib. intrinsecis, et bibitur aqua eius ad apostemata calida intrinseca,et ponitur aqua eius cum cerusa,& oleo ros. super erysipilam,er formicam more emplastri, et cortex radicis eius,est uehementis exsiccationis. *Membra capitis.* Si bibatur ex eo quod est stupefactiuum vltra xij. grana, facit euenire maniam, et quando ex aqua eius fit gargarisma,cōfert apostematibus linguæ. Et si bibatur ex cortice radicis pōdus aurei cum vino, attrahit somnum, & quū solatrum optime teritur, & fit ex eo emplastrū, capiti,sanat soda, & resoluit apostemata radicis auris,& apostemata velaminis cerebri,& cōfert distillatum dolori auris. *Membra oculi.* Sanat fistulas oculi lachrymalis fractas,& succus specierum eius, vsque ad illam quæ facit somnū, quum fit ex ea † collyrium, confortat visum. *Membra expulsionis.* Semen stupefactiui est prouocatiuum vrinæ, mundificatiuum renum, & vesicę,& omnes species quum supponuntur, abscindunt fluxū menstruorum, & est ex eis,quæ infrigidant & prohibent pollutionē,& est species solatri ꝑter alkekengi,& præter hortulanū & præter stupefactiuum prædictum,quum comeduntur ex eo. iiij. aurei, interficiunt,& b [aqua foliorum eius facit possidere maniam,] & non est in eo iuuamentum solatri, nisi ad ēplastrum faciendum.

† alcosol.

b B. quod est minus eo facit possidere stoliditatem.

De a [scorpionibus] Cap. 654.

a B. Harach, vel Harch.

Scorpiones. *Membra capitis.* Oleum scorpionum,confert doloribus auris valde.

De

a B. Harach, vel Haich.

De [a] [sudore.] Cap. 655.

Sudor quid est? Est aqueitas sanguinis, cui pus cholericum est admistum, & oportet vt administretur dum nondum est exsiccatus, immo dum in eo est humiditas, & ipse quidẽ magis est digestus, quàm vrina, est enim superfluitas vnctuositatis, & humiditatis post digestionem vltimam, & est vrina secundæ digestionis superfluitas. *Operationes & proprietates.* Est magis digestus quàm vrina, & diuersificatur secundũ animalia, & in ipso est resolutio non pauca. *Apostemata & † pustulæ.* Sudor athletarum confert apostematibus inguinis, immo resoluit ea. *Membra anhelitus & pectoris.* Sudor siccus luctantium cum oleo de alcanna ponitur super apostemata mammillæ, & resoluit ea, & cum oleo ros. ad congelationem lactis in mammilla: [b] [alteratio] verò magnę & alteratio paruæ fiunt cũ centaurea maiore & minore.

† bothor.

b ——B.

a B. Sandal.

De [a] [sandalo] Cap. 656.

Sandalus. *Electio.* Dixerunt Gal. & filius Mesaugue. Rubeus est fortior, & dixerunt alij, albus est fortior. *Natura.* Est frigidus in fine secũdi, vsque ad tertium perueniens. siccus in secundo. *Operationes & proprietates.* Prohibet [b] [attractionem] & propriè rubeus. *Apostemata & † pustulæ.* Resoluit apostemata acuta, & proprie rubeus, & linitur ex eo erysipila. *Membra capitis.* Cõfert soda. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert tremori cordis accidenti in febre linitus, & bibitus. *Membra nutrimenti.* Confert debilitati stomachi calidi bibitus, & linitus. *Febres.* Confert febribus calidis, & proprie albus.

b B. effusionẽ.
† bothor.

a B. Sabun.

De [a] [sapone.] Cap. 657.

Sapo. *Operationes & proprietates.* Est vlceratiuus, putrefactiuus. *Mẽbra expulsionis.* Resoluit colicam, & soluit humorem crudum.

a B. Sabane.

De [a] [sahane.] Cap. 658.

Sahane. *Operationes & proprietates.* Est abstersiuum, exsiccatiuum mali humoris. *Vulnera & ulcera.* Facit possidere scabiem, & pruritum. *Instrumenta iuncturarum.* Confert dolori anchæ phlegmatico. *Membra capitis.* Remouet fœtorem oris, factum ex stomacho, & corruptionem eius, [b] [&] abstergit humiditatem stomachi, & exsiccat eam.

b B. Membra nutrimenti.

a B. Safarahun.

De [a] [safuruhun.] Cap. 659.

Safuruhun quid est? Est auis, cuius nomen, est hoc nomen in Francia.

a B. Sarsar.

De [a] [sarsar.] Cap. 660.

Sarsar quid est? [b] [Est ferrum. *Membra capitis.*] Quando coquitur cum oleo aut infunditur in ipso, deinde coquitur, & distillatur in aurem, remouet dolorem eius, & pulsationem ipsius.

b B. Est algied gied.

a B. Safsas.

De [a] [sasaf.] Cap. 661.

Sasaf quid est? Est [b] [salix.]

b B. chalef.

a B. Sakaik.

De [a] [sakaik.] Cap. 662.

Sakaik (*i. anemone*) quid est? Nominatur sakaik [b] [anehamen] & est rosa rubea vehemẽter. *Natura.* Est calida in secundo, humida in ipso. *Operationes & proprietates.* Est abstersiua, resolutiua. Inquit Gal. Est abstersiua, lauatiua, attractiua, aperitiua, resolutiua. *Decoratio.* Denigrat capillos, mista cum corticibus nucis, & quando administrantur folia eius, & stipites ipsius sicut sunt, aut decocta [c] [cum sorbitione hordei, & decoquuntur, prouocant lac.] *Apostemata & † pustulæ.* Linitur ex decoctione eius super apostemata, quæ non sunt dura, & fit euacuatio per eam super carbunculos, & † pustulas calidas. *Vulnera & ulcera.* Illud quod de eo siccum est, cõfert vlceribus sordidis, & incarnat ea ex excoriatione, & ipsa mundificat vlcera, cõferẽs excoriationibus, & scabiei vlcerosæ. *Membra capitis.* De eius succo fit caputpurgium ad purgandum caput, & cerebrum, & eius radix masticatur ad extrahendas humiditates a capite. *Membra oculi.* Succus eius cõfert tenebrositati oculi, & visus, & albugini eius, & vestigijs vlcerum, & quando decoquitur cum vino, & fit inde emplastrum, sanat apostemata dura in partibus oculi. *Membra anhelitus & pectoris.* Si coquantur folia eius cũ suis stipitibus, [d] [& cũ succis hordei sorbilibus,] & cõmedatur, facit abundare lac. *Membra expulsionis.* Prouocat menstrua.

b B. alnhaman.

c B. bonifica capillos.
† bothor.

† bothor.

d B. sorbitionibus hordei.

a B. Shedanegi.

De [a] [sehedenigi.] Cap. 663.

Sehedenigi quid est? Est semen arboris cannabis, & nos iam locuti fuimus de cannabe: oportet ergo ut coniungamus inter consideratione̅ quæ est in vtrisque capitulis simul. Et de sedenigi quidem aliud est hortulanum notum, & aliud est campestre: Hunaim uerò dixit, quòd arbor campestris egreditur in desertis secundum quantitatem cubiti, & super folia eius dominatur albedo. Et eius fructus est sicut piper, & similatur eius granum grano [b] [assunnati,] quod est granum, de quo exprimitur oleum. Et nos iã locuti fuimus de grano [c] [assunnati.] *Natura.* Est calidum & siccum in tertio. *Operationes & proprietates.* [d] [Cannabis campestris] resoluit ventositates, & exsiccat fortiter, & humor eius est paucus malus. *Apostemata & † pustulæ.* Cannabis campestris, quando eius radix decoquitur, & fit ex ea emplastrum apostematibus calidis, in locis duris, in quibus sunt chymi viscosi, sedat caliditatem, & resoluit duritiẽ. *Membra capitis.* Facit soda sua caliditate, & eius succus distillatur ad dolorẽ auris oppilatiuum, & ad humiditatem auris, & similiter oleum eius, & folia eius eradicant furfures in capite. *Membra oculi.* Obtenebrat visum. *Membra nutrimenti.* Nocet stomacho. *Membra expulsionis.* Exsiccat sperma, et lac quidem alsehedenigi campestris soluit cum facilitate, & medietas lib. de succo eius [c] [resoluit constrictionem:] &

b B. alsemne.

c B. alsemne.

d ——B.

† bothor.

c B. remouet constrictionem naturæ.

f —— B.

& solutione educit phlegma, & choleram: & procedit secundum semitã seminis croci hortulani [f] [in constrictione.]

a B.Sitharegi,

De [a] [seitaragi.] Cap. 664.

b B.fitharegi.

c B.foditur neque aratur.

d B. uirtus eius est ipsi similis.

e B.ulceratiuus

Seitaragi quid est? Ille qui est Indus, est frusta ligni parua, subtilia, & cortices sicut gariophylli. Et ille, qui est fructus, declinat ad rubedinẽ, & nigredinem. Et [b] [aseitaragi] quidem oritur in parietibus antiquis, & ubi non [c] [ningit,] & habet folia sicut sunt folia nasturtij, & in æstate sunt folia plurima, & minorantur, & augmentatur minoratio. adeo ut forsitan nõ appareat, & non sit in eo odor, & sicut nasturtium, cuius sapor & odor similantur cordumeni & [d] [folia eius sunt ipsi similia.] *Natura.* Est calidus, & siccus in fine secundi. *Operationes & proprietates.* Est acutus, [e] [aperitiuus.] Similatur enim sapor & odor cordumeni, & similiter uirtus eius. *Decoratio.* Confert linitus cum aceto super morpheam albam, & albaras. *Vulnera & ulcera.* Linitur super excoriationem, & scabiem cum aceto, & eradicat eam. *Instrumenta iuncturarum.* Bibitur ad dolorem iuncturarum, & confert. *Membra nutrimenti.* Linitur super splenẽ, & extenuat ipsum. *Membra expulsionis.* Suspenditur eius radix super aurem eius, qui habet dolorem uesicæ, & sedat ipsum secundum quod dicitur. *Permutatio.* Loco eius ponitur rubea.

a B.Sceilem.

De [a] [sceilem.] Cap. 665.

† bothor.

b B. Inebriat & facit.

c B.imprægnationem.

Sceilem. *Natura.* Gal. ponit quod est in primo calefactionis. *Operationes & proprietates.* Est subtile, abstersiuum, resolutiuum. *Decoratio.* Linitur super morpheam cum sulphure, & confert. *Apostemata & † pustulæ.* Resoluit apostemata, & scrophulas cum semine lini, & disrumpit ea cum stercore columbino & sem. lini. *Vulnera & ulcera.* Linitur illud quod oritur cum tritico, super vlcera, & puluerizatur super ea, & confert, & linitur super impetiginem, & quandoque ponitur super ulcera cũ corticibus raphani vt emplastrum, & confert. *Instrumenta iuncturarum.* Decoquitur cum mellicrato, & fit inde emplastrum sciaticę. *Membra capitis.* [b] [Sedat] scotomiam. *Membra expulsionis.* Quando fit ex eo euaporatio, adiuuat ad [c] [impinguandum.] & proprie cum hordeo.

a B.Sceha, uel Sciha.

De [a] [sceha.] Cap. 666.

b B. cipressi.

c † B.& quę ceciderit.

† bothor.

Sceha quid est? sceha sunt duæ species, vna earum est spinosa habens folia [b] [sedreia,] concauum, lignum, & non administratur nisi in suffumigatione. Et alia habet folia ut tamariscus. & reperitur ei species tertia, quę nominatur absinthium marinum. *Electio.* Melior est Armena. *Natura.* Est calida in secũdo, sicca in tertio. *Operationes & proprietates.* Omnes species eius sunt incisiuæ, resolutiuæ ventositatum, & in ipsa est stypticitas minor stypticitate absinthij, & eius calefactio maior est caliditate ipsius, & amaritudo est maior: & in ipsa est salsedo. *Decoratio.* Eius cinis cum oleo aut oleo amygdalino linitus confert alopeciæ. Et eius oleum facit nasci barbam, quæ tardatur. c † [ ] *Apostemata et † pustulæ.* Sedat apostemata, & carbunculos. *Vulnera & ulcera.* Prohibet herpetem esthiomenum. *Membra capitis.* Facit soda. *Membra oculi.* Fit vaporatio ex aqua eius inclinando caput ad ophthalmiam, & resoluit eam. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert difficultati anhelitus. *Membra nutrimenti.* Nocet stomacho, & propriè tertia. *Membra expulsionis.* Extrahit uermes, & ascarides, & interficit eos, & prouocat menstrua, & vrinam, & est fortior absinthio illo. *Febres.* Eius oleum confert frigori rigoris. *Venena.* Confert puncturæ scorpionum, & rutelæ, & venenis.

a B.Sengiar.

De [a] [sciniar.] Cap. 667.

b B.anuchlia.

c B. acutior.

† bothor.

d B. anuchlia.

e B.anuchlia.

Sciniar quid est? Est lactuca asini, habens folia, quæ sunt sicut folia lactucæ, acuta: & est spinosa, ad nigredinem declinans; & in æstate rubefit eius lignum sicut sanguis, ita quòd tingit manum. *Electio.* Folia eius sunt debiliora, quæ sunt in ipsa. *Natura.* Frigida est, & sicca in primo vsque ad secundum. *Operationes et proprietates.* Illa quæ nominatur [b] [acuthium] est styptica, & in ipsa est amaritudo, & illa quæ nominatur fulusia, est vehementioris stypticitatis: & illa, quę nominatur anulus vehementioris est quam ambæ, & est [c] [acrior:] & illa quæ nomẽ non habet, propinqua est ei: & in omnibus eis est stypticitas, & exsiccatio, & quando miscetur cum oleo, & fit inunctio ex ipsa comprimẽdo, facit sudare. *Decoratio.* Linita confert morpheę, & icteritię. *Apostemata et † pustulę.* Fit ex ea emplastrum scrophulis cum adipe, & linitur super erysipilam, & proprie species quę nominatur anulus. *Vulnera & ulcera.* Incarnat vlcera, quãdo in cerato administratur. *Membra capitis.* Est res, quæ magis confert dolori auris. *Membra nutrimenti.* Confert ictericitiæ bibita propriè [d] [acuthia] & propriè doloribus splenis, & cortices eius preparant stomachum. *Membra expulsionis.* Quando in potu datur de ea quæ nomen non habet aureus. j. s. cum cordumeni, aut hyssopo, & nasturtio, extrahit vermes, & ascarides: & illa quæ nominatur [e] [acuthia] confert dolori renum. *Venena.* Illa, quę nominatur anulus, confert morsui viperæ ualde, quando administratur ut emplastrum, & bibita, & illa quę nomen non habet, est illi propinqua.

a B.Scel.

De [a] [scel.] Cap. 668.

b B.secundo.

Scel quid est? Est medicina Inda, similis zingiberi. *Natura.* Calida est & sicca in [b] [tertio.] *Operationes & proprietates.* Est amara, styptica, acuta, disrumpit uentositates, et est in uirtute mellis, et inest ei resolutio mirabilis, & subtiliatio. *Instrumenta iuncturarum.* Confert neruis & contritionibus.

a B. Sucharan.

De [a] [sucaram.] Cap. 669.

b B.fæniculi.

c B.alcheta.

Sucaram (.i. cicuta) quid est? Inquit Dios. Crus huius plantæ est, sicut crus [b] [ferulę,] & folia eius sunt sicut folia [c] [cucumeris,] et habet florem album, & semen sicut anisum. Rufus uerò

dixit,

dixit, folia eius ſunt ſicut folia mandragorę, & minora, & vehementioris citrinitatis, & radix eius eſt minuta, fructum non habens. Et ſemen eius exiſtit in colore ameos, ſed eſt maius eo ſine ſapore, & ſine odore, & habet mucilaginē. Inquit Meſaia. Eſt quędam ſpecies [d] [albes] & non bene dixit. Ego autem dico quòd [e] [in libris inuentum fuit, quod eſt euphorbium in græco, & tranſlatum fuit ſucaram, & iam tranſlatum fuit albes: quandoque enim proportionantur ad euphorbium accidentia albes,] & homines diuerſificantur in eis. *Natura.* Frigidum eſt & ſiccum in tertio, uſque ad quartum. *Operationes & proprietates.* Prohibet fluxum, [f] † [ ] & congelat ſanguinem, & ſtupefacit. *Decoratio.* Quando linitur ex eo ſuper locum euulſionis pilorum, prohibet frigiditate ſua naſci pilos ſecundo, & fit ex eo emplaſtrum mammillæ, & non magnificatur. *Apoſtemata & † puſtulæ.* Succus eius ſedat eryſipilam, & formicā. *Inſtrumenta iuncturarum.* Linitur ſuper podagram calidam. *Membra oculi.* Succus eius adminiſtratur in doloribus oculi. *Membra capitis.* Succus eius eſt bonus humiditatibus, quæ accidunt in aure. *Membra anhelitus & pectoris.* Fit ex eo emplaſtrum mammillę, & non magnificatur, & prohibet exuberationem lactis. *Membra expulſionis.* Retinet menſtrua, & confert dolori matricū. & fit ex eo emplaſtrum teſticulo, & non magnificatur. & inungūtur ex eo membra ſpermatis, & prohibet pollutionem. *Venena.* Eſt venenum mortale. Et eius cura eſt uinum purum.

d B. albis.
e B. iam denominatum eſt, & eſt appellatum græcè chuniun & interpretatū eſt ſucharan, & quandoque interpretatum nomine albis, quādoque .n. proportionantur & ſimilantur accidentia, quæ facit chuniun ad accidentia quæ facit albis.
f † B. ſanguinis.

De [a] [ſecacul.] Cap. 670.

a B. Secacul.

Secacul. *Natura.* Eſt calidum in ſecundo, ad humiditatem quandam tendens. *Operationes & proprietates.* In ipſo eſt lenitas, & uirtus eius qđ [b] [nutritum] eſt, eſt ſicut virtus bauciæ. *Membra expulſionis.* Excitat appetitum coitus. *Permutatio.* Loco eius ponitur buzeiden.

b B. conditum.

De [a] [ſehemenigi.] Cap. 671.

a B. Sehemanegi
b —— B.

Sehemenigi quid eſt? [b] Eſt iuraſabram campeſtre.] *Natura.* Calidum eſt, & ſiccum in tertio. *Operationes & proprietates.* Eſt reſolutiuum, & ſubtiliatiuum valde, & quando ponitur ſub ceruicali infantium, confert fluori oris eorum. *Inſtrumenta iuncturarum.* Confert paralyſi linitum, & caputpurgio ex eo facto cum uino. *Membra capitis.* Quando fit caputpurgium ex aqua eius, mundificat cerebrum, & confert etiam torturæ, & epilepſiæ bibitum cum vino. *Membra nutrimenti.* Confert humiditatibus ſtomachi, & fluori oris infantium quando ponitur ſuper capitibus eorum ſecundum quod exiſtimauerunt quidam. *Membra expulſionis.* Confert ventoſitatibus matricum.

De [a] [ſuchaha.] Cap. 672.

a B. Suchahai.

Suchaha. *Membra capitis.* Conferunt ipſa, & radix eius, & fructus ipſius [b] [dolori] vuæ. *Membra nutrimenti.* Confert ſtomacho, & hepati. *Membra expulſionis.* Decoctio radicis eius prohibet fluxum mulierum, & ipſa ſuppoſita, & encatiſmate facto in eo, confert apoſtematibus ani. *Febres.* Confert febribus antiquis, & propriè infantium.

b B. apoſtemati.

De [a] [ſcebram.] Cap. 673.

a B. Scebram.

Scebram quid eſt? Oritur in hortis, habens cannam ſubtilem, æqualem, & habet pilos, & folia ſunt ſicut tarcon, ſecundum quod exiſtimo, & habet lac. *Electio.* Illud quod melius eſt, eſt leue, ad rubedinem declinans, ſicut cutis inuoluta, ſubtilem habēs corticem, & illud quod eſt cum duabus cānis, & eſt leuis carnis, & groſſum, paruæ rubedinis, & durum, & quod eſt ut filum, eſt malum, & perſicum eſt malum, & nō oportet vt aliquid de eo adminiſtretur. *Natura.* Inquit Humaim. Eſt calidum in principio ſecūdi, ſiccum in fine tertij. Lac verò eius eſt ultimum in ambobus ſimul, immo in quarto gradu. *Operationes & proprietates.* In ipſo ſunt ſtypticitas, & acuitas, & diſruptio orificiorum venarum, & illud eſt unum propter quod repellitur. & quando rectificatur, non eſt iuuamentū in eo in ſuo loco, propter illud quod diximus, & eſt ex toto nociuum, & propriè complexionibus calidis. *Membra capitis.* Lac eius adiuuat in eradicando dentes. *Membra nutrimenti.* Nocet ſtomacho, & hepati, & datur ad bibendum in curatione hydropiſis. Et oportet quidem vt prius infundatur in ſucco endiuię, & fœniculi, & ſolatri tribus diebus, deinde exſiccetur, & fiant inde trochiſci cum modico ſalis Indi, & turbith, & myrobalani, aut aloes, & erit fortis iuuamenti. *Membra expulſionis.* Solutione educit melancholiam, & phlegma, & aquam. Et antiquitus quidem fuit eius adminiſtratio conſueta in ſolutiuis; deinde fuit dimiſſum, propterea quia nocet coitui, & ſpermati, & quia diſrumpit uenas ani. & quando rectificatur, non eſt iuuamētum in ipſo, & illud ideo, quoniam eius rectificatio fit hoc modo. Infunditur non contritū in lacte recenter mulcto die, & nocte, & renouatur illud multoties, & illud eſt ex eis, quæ debilitant ipſum, & deſtruunt operationem eius in humoribus malis. Qui verò excuſationem non inuenit, quin ipſo vtatur, permiſceat ipſi aniſum, & fœniculum, & cyminum. Et quod de eo in potu ſumitur, fit ab vno danich vſque ad quatuor. Et hęc quidem de herba eius. In lacte verò ipſius, non eſt bonitas, & non uidetur mihi quod ſit in potu dandum. & quum eius ſolutio ſuperfluit, ex eis quæ ipſa abſcindunt, eſt ſedere in aqua frigida: & quando in potu datur colicæ, bibere cum ammoniaco & bdellio, & ſerapino, & modico ſtercoris † lupi narrato in capitulo colicę. *Febres.* Repellitur, propterea quia generat febres. *Venena.* Pōdus drag. ij. de ea interficit.

† adibi

De [a] [ſelgem.] Cap. 674.

a B. ſelgen, uel ſelgiem, uel alleſgiem.

Selgem quid eſt? Eſt napus, qui iam dictus eſt ante in cap. [b] [de lem.]

b B. leſth.

De [a] [ſcerbin.] Cap. 675.

a B. ſerbin.

Scerbin (*i. cedrus.*) quid eſt? Eſt arbor alkitran. & nos

& nos quidem iam locuti fuimus de alkitran. Nunc verò narremus operationes, quę sunt propriæ arbori ipsius. Et hæc quidem arbor est de genere arboris pini, & habet fructum similem fructui cupressi, sed est minor eo, & habet spinas, & est duarum specierum, quarum vna est longa, & altera curta. *Operationes, & proprietates.* In cortice huius arboris est stypticitas. *Mēbra capitis.* Si quis de fructu huius arboris plurimum assumit, facit soda propter calefactionē, & propterea quia communicat stomacho in mordicatione, quam ei facit. & quando colluitur os ex aceto, in quo decoquūtur folia eius, sedat dolorem dentium. *Membra anhelitus & pectoris.* Fructus eius confert tussi. *Membra nutrimenti.* Fructus eius est malus stomacho, mordicans ipsum, sed ipse confert hepati. *Membra expulsionis.* Eius fructus confert distillationi vrinæ. Et si bibatur cū pipere, prouocat vrinam. Et quando ex cortice eius fit suffumigatio, extrahit fœtum, & secundinam, & quando bibitur, stringit ventrem, & quandoque stringit vrinam. *Venena.* Datur in potu fructus eius cum vino ad potum leporis marini. Et si misceatur cum adipe cerui, & inungatur ex eo corpus, non approximant ei vermes venenosi.

a B. Sananich, uel sababich.

De a [*scenefschic.*] *Cap.* 676.

Scenefschic quid est? Est similis abrotano in uirtute. *Natura.* Est calidum & siccum in secundo. *Membra capitis.* Confert epilepsię, & abscindit fluorem saliuæ currentis, & propriè ex oribus puerorum. *Permutatio.* Loco eius in iuuamento quod facit epilepsię, & alijs, ponitur sampsucus.

a B. Secudus.

De a [*sucudus.*] *Cap.* 677.

Sucudus. *Natura.* Virtus eius est calida. *Operationes et proprietates.* Bibitur eius succus ad dolores. *Decoratio.* Recens cum vino linitur super morpheam. *Vulnera & ulcera.* Facit cohærere vlcera antiqua, & puluerizatur super carnem additam. *Instrumēta iuncturarum.* Linitur cum aceto super podagram, & fit ex eo ceratum ad dolorem dorsi. *Membra anhelitus & pectoris.* Fiunt ex eo cū dulcibus b [bucellę] ad tussim. *Membra nutrimenti.* Bibuntur ex eo. drag. ij. cum hydromelle ad mordicationem stomachi. *Membra expulsionis.* Duę drag. cum hydromelle valent ad dysenteriam, & difficultatem urinæ. Et quum mulier subijcit sibi ipsum, prouocat menstrua.

b B. loco.

a B. Seuche albeida.

De a [*spina alba.*] *Cap.* 678.

Spina alba quid est? Est bedoard. *Natura.* Frigida est & sicca in primo. *Instrumenta iuncturarum.* Eius decoctio confert instrumentis iuncturarum, & podagræ. *Membra nutrimenti.* Confert mollificationi stomachi.

a B. Seuche aliheudie.

De a [*spina Iudaica.*] *Cap.* 679.

Spina Iudaica. *Natura.* Est calida. *Operationes et proprietates.* Est subtiliatiua, resolutiua. *Instrumenta iuncturarum.* Cōfert alcuzez. *Membra capitis.* Colluitur os ex decoctione eius ad dolorē molarium. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert sputo sanguinis.

a B. Seuche masarie.

De a [*spina Aegyptia.*] *Cap.* 680.

Spina ægyptia. *Natura.* Est frigida in primo, sicca in secundo. *Operationes & proprietates.* Est exsiccatiua, abscindens catarrhos. *Vulnera & ulcera.* Radix eius, & propriè semen vehementis sunt consolidationis. *Membra anhelitus & pectoris.* Cōfert apostemati gutturis. *Membra nutrimēti.* Confert apostemati stomachi.

a B. Chardel.

De a [*synapi.*] *Cap.* 681.

Synapis. *Natura.* Calida est & sicca vsque ad quartum. *Operationes & proprietates.* Incidit phlegma, & oleum eius est calidius oleo raphani, & fugiunt ex fumo eius vermes venenosi, & illa quæ est syluestris, generat humorem malum, & in ipsa sunt abstersio, & resolutio, et homines quidem comedunt folia eius, & radicem ipsius elixata. *Decoratio.* Mundificat faciem & aufert b [occultationem] & vestigia sanguinis mortui, & syluestris est emplastrum bonum c [sorditiei,] & exsiccat linguā, & confert alopeciæ. *Apostemata & † pustulæ.* Resoluit apostemata calida, & omne apostema antiquum, et ponitur cum d [caulibus] super scrophulas. *Vulnera & ulcera.* Confert scabiei, et impetigini. *Instrumenta iuncturarum.* Confert dolori iuncturarum, & sciaticæ. *Membra capitis.* Mūdificat humiditates, quæ sunt in capite, & fit ex ea emplastrum capitis eius qui patitur lethargiam. Et aqua eius distillatur ad omnem dolorem auris, & molarium, & similiter eius oleum, & propriè quando decoquitur in ea assa, & est de medicinis aperientibus colatorij oppilationem. Et dixerunt quidam, quòd si bibatur a ieiuno, intellectum efficit bonum. *Membra oculi.* Administratur in † collyrijs oculi ad pānum, & asperitatē. *Membra anhelitus & pectoris.* Si teratur, & bibatur cum aqua mellis, aufert asperitatem antiquam in canna pulmonis. *Membra nutrimenti.* Extenuat splenem, & facit sitim. *Membra expulsionis.* Confert prefocationi matricis, & facit desiderium coitus. *Febres.* Confert febribus periodicis, & antiquis.

b B. nigredinem sanguinis.
c B. quartanę.
† bothor.
d B. sulphure.
† alcofol.

a B. Chattach al dib.

De a [*strangulatore adib.*] *Cap.* 682.

Strangulator adib quid est? Prefocat adib, & porcos, & canes, & est præfocatiuus, & non administratur interius neque exterius.

a B. Chanach alnemer.

De a [*strangulatore leopardi.*] *Cap.* 683.

Strangulator leopardi quid est? Suffocat leopardos, & lynces, et reliqua. Et non administratur intus, neque extra. Et dicitur quod quādo appropinquat scorpioni, congelat eum. *Venena.* Ipse interficit adib. et iam dictum est de eo.

a B.Chalef.

De [a] [salice.] Cap. 684.

Salix quid est? Quandoque egreditur ex folijs eius quando [b] [finditur] gumma fortis. *Operationes & proprietates*. Fructus, & folia eius sunt styptica sine mordicatione, & inest eis exsiccatio sufficiens. Et cinis eius est uehementis exsiccationis. & quando ex ea humida fit emplastrum, retinet fluxum sanguinis. & quandoque [c] [finduntur] folia eius, & egreditur gumma ab eis uehementis abstersionis, subtiliatiua. *Decoratio*. Eius cinis eradicat uerrucas linitus cum aceto. *Vulnera & ulcera*. Fit ex eo emplastrū ad vulnera magna, & propriè ex fructu eius, & folijs eius, & cinis eius remouet formicā, quando linitur cum ea cum aceto. *Membra capitis*. Qđ est eius superius, & aqua eius, sunt sedantia soda. & non est aliquid magis vltimum quā succus foliorum eius in cura saniei, quę currit ex aure. *Membra oculi*. Ponuntur fructus, & aqua eius super percussionem pupillæ, & eius gūma confert ualde uisui debili. *Membra nutrimenti*. Aqua eius confert oppilationi hepatis, & icteritiæ. *Membra expulsionis*. Fructus eius confert habentibus fluxum sanguinis.

b B. Alia litera. contunduntur.

c B. contunduntur.

a B.Chanafes.

De [a] [scarabeo.] Cap. 685.

Scarabeus. *Membra capitis*. Oleum, in quo frigitur, valet ad dolorem auris, quando in eam effunditur, & similiter corpus eius quod optime contritum est.

a B.Chabt.

De [a] [scoria.] Cap. 686.

Scoria. *Electio*. Scoria fortioris exsiccationis est scoria ferri. *Natura*. Scoria ferri est sicca in tertio, & scoria ęris, est ei propinqua. reliquę verò scoriæ sunt minus calidę. *Operationes & proprietates*, Omnes sunt exsiccatiuę. & quæ fortioris est exsiccationis eis omnibus, est scoria ferri. & omnes exsiccant humiditates. *Apostemata et* † *pustulę*. Scoria ferri resoluit apostemata calida. *Vulnera, & ulcera*. Scoria argenti confert sca biei, & † tineæ, & consolidat ulcera, & prohibet fluxum hæmorrhoidarum, & fistularum. *Membra oculi*. Scoria ferri cōfert asperitati palpebrarum, & scoria stanni confert vlceribus oculi, & in hoc loco merdasegni. *Membra nutrimenti*. Scoria ferri confortat stomachum, & exsiccat superfluitates eius, & remouet mollificationem eius, quando in potu datur in uino antiquo, aut bibitur cum uino. *Membra expulsionis*. Scoria ferri prohibet fluxum hæmorrhoidarum, & propriè quando sedetur in uino antiquo, & admisto, & prohibet impregnationem, & abscindit fluxū sanguinis menstrui, & est in eo ultima, & similiter ī vrina. & coarctat anum linita. *Venena*. Scoria ferri cum oxymelle confert nocumento medicinæ, quæ nominatur conitum.

† bothor.

† sahafat.

LITERA T.

a B.Athris.

De [a] [Tri.i.itrijs.] Cap. 687.

TRi (*.i.itria*.) quid est? Est sicut corrigię, factū ex azymo, qđ coquitur in aqua cū carne, & sine carne, & nominatur in terra nostra [b] [rusne.] *Natura*. Est calidum, & humiditas eius est superflua. *Operationes et proprietates*. Non est dubium quin sit tardæ digestionis, & descensionis a stomacho, quoniam est azymum non fermentatum. Et coctum sine carne, est leuius apud quosdam, sed fortasse res non est secundū quòd dicunt, & quando cum eo permiscetur piperis parum, & oleum amygdalinum, rectificatur eius dispositio parum. & quum digeritur multiplicatur eius nutrimentum valde. *Membra anhelitus & pectoris*. Confert pulmoni [c] [remouēdo tussim, & sputū] sanguinis, & propriè quum decoquitur cum portulaca. *Membra expulsionis*. Est lenificatiuum ventris.

b B.rete.

c B. & tussi & sputo.

De [a] [terebinthina.] Cap. 688.

Terebinthina. dicetur in capitulo de grano viridi.

a B. Halch aliter, uel albothin.

De [a] [tarcon.] Cap. 689.

Tarcon quid est? Est notū. Et dixerunt quòd pyrethrum est radix altarcon montani. *Natura*. Manifestum est quòd est calidum & siccum in secundo, quamuis sit in ipso virtus stupefactiua. Quidam verò dixerunt, de quibus non est curandum, quod ipsum est frigidum & siccum. *Operationes & proprietates*. Est desiccatiuum humiditatum, & exsiccatiuum earum, & in ipso est infrigidatio quædam. *Membra capitis*. Confert † aphthis, quū masticatur, & tenetur in ore. *Membra anhelitus & pectoris*. Facit accidere dolorē gutturis. *Membra nutrimenti*. Est difficilis digestionis. *Membra expulsionis*. Abscindit desiderium coeundi.

a B.Tharcon.

† colo.

De [a] [taraxacon.] Cap. 690.

Taraxacon quid est? Notum est: est species endiuię. *Natura*. Frigus eius est plus humiditate ipsius, cū hoc quòd in ipsa est humiditas. *Operationes & proprietates*. Est infrigidatiua apitiua. *Membra oculi*. Eius lac abstergit albuginē. *Membra nutrimenti*. Eius succus confert hydropisi valde, & aperit oppilationes hepatis. *Venena*. Resistit venenis, & ex ea fit emplastrum ad pūcturas, & propriè ad puncturam scorpionis.

a B.Tarasacun.

De [a] [tamarisco.] Cap. 691.

Tamariscus. *Operationes & proprietates*. In ipso est stipticitas, & abstersio, & mundificatio absque exsiccatiōe vehemēti, & eius aqua est abstersiua, desiccatiua, cuius abstersio est plus exsiccatione eius. Et ipsius exsiccatio est cum stypticitate, sed est fructus eius vehementioris stypticitatis, & in tamarisco quidem est subtilitas pauca [b] † [ ] & in reliquis rebus alijs, & administratur loco gallæ viridis. *Decoratio*. Eius decoctio administratur in embrocha ad pediculos, & interficit eos. *Apostemata &* † *pustulæ*. Ex eius folijs fit emplastrum super apostemata fluxa. *Vulnera & ulcera*. Eius fumus exsiccat vlcera humida, & variolas, & spargitur quod ex ea tritum

a B.Tharfe.

b † B. quæ non est in galla uiridi.

† bothor.

tritum est,& cinis eius super adustionem ignis, & ulcera humida,& & fructus eius, & cinis ipsius exsiccant vlcera difficilia,& corrodunt carnem additam. *Membra capitis.* Decoctio foliorũ eius cum uino confert dolori dentium, colluto ore ex ea,& prohibet corrosionem eorum, propriè fructus eius. *Membra oculi* . Eius fructus stat loco lycij, & gallæ in ægritudinibus oculi. *Membra anhelitus & pectoris*. Confert sputo antiquo,& propriè fructus eius. *Membra nutrimenti*. eius rami dissoluti in aceto conferunt spleni, emplastro ex eis facto. & ad splenem bibitur uinum in quo decocta sũt folia eius & ipsius virgulta. & faciunt splenetici ex ligno eius uasa. *Membra expulsionis.* Confert solutioni antiquæ, & sedent in decoctione eius ad cursum matricis,et supponitur granum eius ei,& bibitur fructus eius etiam. *Venena.* Cõfert fructus eius morsui viperę.

a B.Tharathit.

De [a] [tarathit.] Cap. 692.

b B.frustum ligneosum corrugatum.

c B. est habens colorem puluerulentum.

d B. locis syluestribus.

Tarathit quid est? [b] [Frusta ligni nodosi,] grossitudinem digiti habentis,& eius longitudo est minor. Et plurimum eius est styptici saporis & [c] [cineritij coloris,] Et uirtus eius est sicut uirtus eius est sicut uirtus balaustiæ, & dicitur quod ipse affertur ex [d] [ruribus.] *Operationes & proprietates.* Est stypticus et prohibens motum sanguinis in membris omnibus. *Instrumenta iuncturarum.* Confortat iuncturas mollificatas. *Membra nutrimenti.* Confert mollificationi stomachi, et hepatis. *Membra expulsionis*. Stringit,et retinet fluxum sanguinis et descensionem sanguinis in egestione, et dysenteriæ bibitum in lacte caprarũ decocto. *Permutatio.* Medietas põderis eius de cortice oui adusto abluto,et sexta põderis eius đ gallis,et decima põderis de gũmi arabico.

a B. Thalk.

De [a] [talk.] Cap. 693.

b B. cum camel ipsius.

† meri.

Talk quid est? Dixerunt quidam, quòd in bibitione eius est timor, propter illud,quod in ipso est ex retentione sui cum partibus stomachi et [b] [uillositate] eius,et cum gutture, et † gula. Et quando necessarium est ut soluatur,soluatur in panno, in quo ponantur frusta glaciei, aut lapides,et percutiatur donec resoluatur.et si fuerint lapides,necessarium est, ut submergantur in aqua.et si uoluerit homo,dimittat ipsum in panno,deinde excutiat ipsum in uase, et excipiat quod excussum est, et utatur eo cum aqua gummæ.et erit bonum suæ intentioni. *Electio.* Quod ex eo calcinatum est,est fortius, et subtilius. *Natura*. Frigidum est in primo, siccum in secundo. *Operationes & proprietates*. Stypticũ est, et retinẽs sauguinem.;et administratur in psylothro,sicut existimauit Paulus, et alij, ut sit eius desiccatio maior. Ipsum enim non adurit ignis nisi cum arte. *Apostemata & † pustulæ*. Prohibet apostemata mammillarum, et testiculorum, et quę post aures sunt, et reliquarum carnium laxarum in principio. *Membra anhelitus & pectoris.* Retinet sputum sanguinis cum aqua plantaginis. *Membra expulsionis.* Retinet sanguinem matricis,et ani bibitum, et quod ex eo ablutum est et linitum, confert dysenteriæ.

† bothor.

a B.Thalisfar.

De [a] [talisafar.] Cap. 694.

Talisafar quid est? Est cortices Indi, in quibus est stypticitas,et acuitas,et odoris boni parum,et in ipsis est substantia terrea plurima, et subtilitas pauca. *Natura.* Apud Gal. non est ostẽsum ipsos habere caliditatem,neq; frigiditatẽ de qua sit curãdum. Quidam autem dixerũt, ꝙ sunt calidi et sicci in secundo. *Operationes & proprietates.* In ipsis sunt stypticitas,et exsiccatio fortes,et resolutio.et sunt compositi ex substantijs, pluribus.et terreitas in eis est plus. *Membra expulsionis*. Conferunt [b] [dysenteriæ,] et ulcerib. intestinorum,et fluxui sanguinis matricis,et ani.et conferunt hemorrhoidibus.

b B.diariæ.

a B.tharihaan.

De [a] [tarifilon.] Cap. 695.

Tarifilon quid est? Planta nascens in vere. et flos eius est similis croco hortulano. *Venena.* Decoctio eius, quum effunditur super morsum viperæ,sedat dolorem eius. Et si effunditur super membrum sanum,facit in ipso contingere simile illi,quod contingit ex morsu viperæ,de dolore.

a B.kema.

De [a] [tuberibus.] Cap. 696.

Tubera quid sunt? Sunt ex substantia terrea plus,et aquea minus. Et in ipsis est acreitas, et subtilitas pauca.et sũt priuata sapore. *Electio.* Meliora eorum sunt arenosa,alba, in quibus non est odor malus, et quæ ex eis sunt sicca,deteriora sunt humidis.et illa quidem, quæ elixantur post excoriationem, et scissionem cum cultello cum aqua et sale,deinde coquuntur cum oleo,et almuri,et speciebus condientibus, aut altit, sunt meliora. Et deteriora eorum genera, sunt fungi, et propriè quum nascuntur sub arboribus,et in terra mala. *Operationes & proprietates.* Sunt grossa valde, et prębent nutrimentum grossum,melancholicum, et nõ appropinquat eis in hoc aliquid. Et eorum quidem theriaca sunt vinum purum,et condientes species. Et si elixentur, deinde coquantur cum eis, generatur nutrimentum grossum,non malum:uerum tamen saporem non habent. *Instrumenta iuncturarum.* Timetur ex eis paralysis. *Membra capitis.* Timetur ex eis apoplexia. *Membra oculi.* Eorum aqua sicut est, abstergit oculum. et hoc quidam laudauerunt,et cõcessit illud Musaia medicus. et alij. *Membra nutrimenti.* Sunt tardæ digestionis,impedientia,grauantia stomachum, grossi chymi. Gal. uero in quodam loco ait,non sunt mali chymi. *Membra expulsionis.* Faciunt incurrere colicam,et difficultatem urinę.

a B.Medad.

De [a] [tinctura.] Cap. 697.

Tinctura quid est? *Electio*. Melior est illa, quæ est leuioris ponderis, et magis intensę nigredinis. *Natura.* Omnis est calida, exsiccatiua, nisi Inda,quoniam Indi et Paulus numerant eã inter infrigidatiua. *Operationes & proprietates*. Omnis est exsiccatiua: *Apostemata & † pustulæ*. Existimauit quidam,quod Inda ponitur super apostemata calida,et cõfert eis. *Vulnera & ulcera.* Illa

† bothor.

Illa quę assumitur ex fumo ligni pini, cum gũma, & bdelio ponitur super adustionem ignis, donec cadat.

a B. Selhafe.

De [a] [testudine.] Cap. 698.

Testudo, *Membra capitis.* Sanguis eius quę syluestris est, iam dictum est, quòd confert epilepsiæ [b] [adhærens,] Et fel testudinis valet ad † aphthas, & distillatur in nares epilepticorũ. *Membra anhelitus & pectoris.* Ouum eius valet ad tussim infantium, & fel ipsius illinitum ad [c] [scrophulas. *Venena.* Illa,] quæ est marina, cum coagulo, est bona morsui vermium venenosorum, & ei qui bibit lacticinium.

b B faciendo ex eo caputpurgiũ † cola.

c B. præfocationem. Venena. Sanguis eius.

a B. Tamarindi

De [a] [tamarindis.] Cap. 699

Tamarindi. *Electio.* Meliores sunt [b] [teneri] recentes qui nondum senescunt, & non ex siccantur, & quorum acetositas est vera. *Natura.* Frigidi sunt & sicci in secundo. *Operationes, & proprietates.* Sunt solutiui, & sunt [c] [meliores] prunis, & minoris humiditatis. *Membra nutrimenti.* Conferunt multitudini vomitus, & siti in febribus, & stringunt stomachum mollificatum, ex multitudine vomitus. *Membra expulsionis.* Solutione educũt choleram. Et potio ex decoctione eorum sit propinqua mediæ librę. *Febres.* Conferunt febribus habentium syncopim & conturbationem, & propriè quum necesse est naturam linire.

b B. noui.

c B. Alia subtiliores.

ANNOTATIONES.

Tamarindos frigidos facit & siccos secundo ordine. At Auer. 5. Coll. frigidos tertio gradu, & siccos secundo esse arbitratur.

Cap. 55.

a B. Tuderi.

De [a] [tuderi.] Cap. 700.

Tuderi (*.i. horminum*) quid est? Inquit Diosc. Est herba habens folia similia folijs prassij, & radicem quadratam, & eius radix mensuram habet medij cubiti. & habet capita, in quibus sunt semina longa, nigra, & est hęc vsitata tuderi, Syluestris verò semen est rotundum. *Natura* Calida est in secundo, humida in primo. *Operationes et proprietates.* Inest ei [b] [acredo] nasturtij. Et in ipsa est vlceratio. *Apostemata et † pustulæ.* Cõfert cancris, qui non sunt vlcerati, linita cum aqua mellis. Et cõfert omnibus apostematibus duris, & fit ex ea emplastrum super tumorem. *Instrumenta iuncturarum.* Fit ex ea emplastrum super duritiem podagræ. *Membra capitis.* Confert apostematibus radicum aurium. *Membra oculi.* Quum ex ea fit collyrium cum melle. mundificat vlcera oculi. *Membra anhelitus & pectoris.* Adiuuat quãdo ponitur in electuarijs [c] † [ ] in expuendo humores, postquàm infunditur, & bullitur in aqua, deinde ponitur in vase, & assatur. *Membra expulsionis.* Adiuuat in coitu, & propriè [d] [in decocto, quod est ex vino.]

b B. acuitas. † bothor.

c † B. factis in modum loch.

d B. Alia litera. decoctum cum uino.

a B. tenub.

De [a] [tenub.] Cap. 701.

Tenub quid est? Arbor nota, & [b] [causi] est species eius, & [c] [casmecoras] est semen arboris eius, & pix syluestris ex ea assumitur. *Operationes et proprietates.* Semen autem eius [d] [casmecoras, & virtus ipsius est styptica,] & est subtilis calefactionis. *Apostemata & † pustulæ.* Ex folijs huius arboris fit emplastrum apostematibus calidis. *Vulnera & ulcera.* Folia & semen eius, quando miscentur cum adipe anseris, & merdasengi, & cũ farina thuris, conferunt vlceribus manifestis, & quum permiscetur cum [e] [cera] & oleo myrtino, confert vlceribus tenerorum corporum, & omnibus vlceribus recentibus, calidis, & cortex eius est conueniens vlceribus puluerizatus, & quando administrantur folia eius super vulnera recentia, prohibent corruptionẽ eorum. *Membra capitis.* Colluitur os ex ea, & decoctione eius, & propriè cum aceto ad dolorẽ dentium, & quandoque finditur lignum eius, & coquitur in aceto ad illud. *Membra oculi.* Fumus eius in † collyrijs confert oculo. *Membra anhelitus & pectoris.* Semen eius, quod est [f] [casmecoras,] adiuuat ad spuendum ex pectore, & gumma quidem tenub maximi est iuuamenti ad tussim antiquam valde, & est species picis. *Membra nutrimentis.* Confert ad ea pondus aurei cum aqua mellis ad hepar læsum. *Membra expulsionis.* Si bibatur, stringit, & retinet ventrem.

b B. alchusi.

c B. chadẽ charis.

d B. quod ẽ chadẽ charis habet uirtutẽ stypticã † bothor.

e B. Alia litera. butyro.

† alcofol. f B. chadẽ charis.

a B. Trungibin.

De [a] [tereniabin. i. manna, seu melle aereo.] Cap. 702.

Tereniabin quid est? hic est ros, qui plurimũ cadit in Corasceni, & in locis qui sunt vltra fluuium, & plurimum casus eius in regione nostra est super lapides. *Electio.* Melior est recens album. *Natura.* Est æquale ad caliditatem perueniens. *Operationes & proprietates.* Est lenitiuum cõueniens ad abstergendum. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert tussi, & lenit pectus. *Membra nutrimenti.* Sedat sitim. *Membra expulsionis.* Solutione educit choleram facile, & eius solutio est cũ proprietate, quæ est in ipso, & eius quidem potio est a x. aureis, usque ad xx. aureos.

a B. Thutia.

De [a] [tucia.] Cap. 703.

Tucia quid est? Origo tuciæ est fumus, qui eleuatur. vbi purificatur ęs a lapidibus, qui ei ad miscẽtur, & a stanno qđ ei admiscetur & quãdoq; sublimatur climia, & illud qđ sublimatur, est tucia bona, & quod residet inferius, est climia, quę nominatur [a] [succudus.] tucia verò alia est alba, & alia est citrina, & alia ad rubedinem declinans, & Inda quidem est illud, quod in ablutione tuciæ aggregatur, sicut fæx sub aqua, qua ipsa abluitur, & illud est [c] [succudus.] differentia verò inter succudum & tuciam, est quòd tucia sublimatur, & illud nõ sublimatur, sed remanet inferius in canalibus, per quos currit æs, & hoc est sicut climia ęris, & quãdo hoc sublimatur, sublimatur ex eo tuciá. *Electio.* Melior est alba, [d] [volatilis,] deinde citrina, deinde quę hẽt colorem phisticorum alcarmeni, & illa quæ est minus vetusta, omnibus est melior. *Natura.* Frigida est in primo, sicca in secundo. *Operationes & proprietates.* Est desiccatiua sine mordicatione, & illa quæ est abluta, est melior desiccantium.

b B. deschudina.

c B. deschudina.

d B. leuis.

Decoratio.

Decoratio. Confert lendib. *Vulnera, et ulcera.* Illa q̃ est abluta, cõfert vlcerib. ita ꝙ vlcerib. cãcerosis *Membra oculi.* Confert dolori oculi, & prohibet superfluitates fraudulentas coarctatas in venis oculi penetrare in tunicas, propriè illa quæ est abluta. *Membra expulsionis,* Confert vlceribus ani, & testiculorum, & apostematibus eorum.

a B. Thincar.

De [a] *[tincar.]* *Cap.* 704.

Tincar quid est? Aliud est minerale, & aliud est artificiale, et dicitur capistrum auri. *Membra capitis.* Confert dolori molaris, et corrosioni dentium sua proprietate.

a B. Thesmirach,

De [a] *[tasmarach.]* *Cap.* 705.

Tasmarach. *Natura.* Calidum est, et siccum. *Operationes & proprietates.* Est stypticum fortiter.

a B. Temsa.

De [a] *[tinsa.]* *Cap.* 706.

Tinsa. *Membra oculi.* Stercus eius confert albugini oculi. Fit emplastrum ex adipe eius super morsum ipsius, & sedatur dolor eius statim.

a B. Tenbul.

De [a] *[tembul.]* *Cap.* 707.

Tembul. *Natura.* Frigidum est in primo, siccum in secundo. *Operationes & proprietates.* Est stypticum, exsiccatiuum. *Membra capitis.* Confortat carnem, quę est inter dentes, et masticant ipsum Indi ad illud semper. *Membra nutrimenti.* Confortat stomachum, et propter illud masticant semper Indi.

a B. Thasafia.

De [a] *[tefisse.]* *Cap.* 708.

Tefisie quid est? Est gũma rutę agrestis, et iã dictum fuit in the. *Electio,* Nõ confert nisi quę est recens, et quum super ipsa pertransit annus, debilitatur. Et non est in ipsa iuuamentum propter resolutionem humiditatum, quæ sunt in ipsa superfluarum. *Natura.* Est calida valde, adustiua, fortis calefactionis, et exsiccationis. Et in ipsa est humiditas superflua, extranea causa cuius nõ mordicat statim. *Operationes et proprietates.* Est mundificatiua, solutiua, maturatiua, disruptiua, et propter humiditatem suam superfluã non adurit, nisi post horam, et est ex eis, quæ attrahunt vehementer, et violenter ex profundo corporis, sed post spatium propter humiditatẽ suam superfluam, et non est ei par in alterando complexionem ad caliditatem. *Decoratio.* Facit nasci pilos, et confert alopeciæ valde, et raro inuenitur par ei in illo, et iam diximus administrationem eius in capitulo ipsius, et confert b [occultationi] sanguinis, sed non dimittitur super ipsam præter horam. Et similiter confert vestigijs, et pãno, et albaras. *Instrumenta iuncturarum.* Inunguntur cũ compressione super mollificationem neruorum, et super podagram, et super iuncturas frigidas, clysterizatur cum ea ad c [arteticam.] *Membra anhelitus et pectoris.* Cõfert sputo saniei, & difficultati anhelitus, & confert dolori amborum laterum, & propriè dolori ipsorum antiquo linita, & vt emplastrum superposita, & cum ea euacuando, & adiuuat ad expuendas superfluitates linita, & subtilitate reperta in administrando eam in electuarijs. *Membra expulsionis.* In radice eius, et corticibus ipsius, & lachryma eius, est solutio. *Febres* Sumãtur de corticibus eius, tres aurei, et de succis tres anulusat, & de lachryma eius aurei ij, et quum multiplicatur eius usus, nocet. *Permutatio.* Loco eius ponuntur duæ tertiæ ponderis eius de dragãto, d [et tertia eius de euphorbio.]

b B. nigredini.

c B. sciaticam.

d B. cum tantũdem nasturtij.

a B. terbed.

De [a] *[turbit.]* *Cap.* 709.

Turbit. *Electio.* Melius est album visibiliter, & contritum, habens foramina, quæ sunt sicut cannę subtilis foramina, & planum, velociter frangibile, & non grossum, & b [ipsum] corroditur, & debilitatur, & leue valde et perforatum est debile, sed eius rectificatio est, ut fricetur cortex eius cineritius, donec remaneat albus, et cõiungatur, quod de eo contritum est, cum oleo amygdalino. *Operationes & proprietates.* Acquirit vsus eius siccitatem, & exsiccationem in corpore, quoniã extrahit humiditates subtiles, & propter hoc administratur cũ oleo amygdalino. *Instrumenta iuncturarum.* Confert ægritudinibus neruorum. *Membra expulsionis.* solutione educit phlegma plurimum, et soluit aliquid ex humoribus adustis parumper, et hoc quando assumitur tritum, decoctum verò e contrario. Inquit Mesaugue. solutione educit humores viscosos grossos. Et dixerunt quidã solutione educit humorem crudum ex anchis. Et quod uerius est, est quòd solutione educit phlegma subtile, et si confortetur cum zingibere, & eo quod habet acuitatem virtutis, educit grossum, et crudũ humorem. Solum vero nõ soluit grossum, nisi inueniat in stomacho fixum, et in intestinis. sitque potio eius usque ad drag. ij. et in decoctionibus vsque ad iiij.

b B. quandoq.

a B. Tursi.

De [a] *[turste.]* *Cap.* 710.

Tursie quid est? Est ammoniacum, et iam dictum est de eo in capitulo alif.

a B. Tubal.

De [a] *[tubel.]* *Cap.* 711.

Tubel quid est? Fortius tubel, est tubel ferri, deinde æris, & est illud qđ cadit ex percussione super ea. Et omne quidem est exsiccatiuum. Et iam quidem dictum est de eo.

a B. Thumam.

De [a] *[thymo.]* *Cap.* 712.

Thymum. *Natura.* Semen eius est fortis caliditatis. *Membra expulsionis.* Prouocat, & extrahit embrionem mortuum, & solutione educit sanguinem, et humorem colericum. Et potio eius sit medietas, drag. et extrahit vermes.

a B. Thil.

De [a] *[theil.]* *Cap.* 713.

Theil quid est? Dicitur quod est teideken. *Natura.* Frigida est, et sicca in primo, et propriè radix eius recens. *Operationes et proprietates.* Virtus eius est styptica, Et in ipsa est mordicatio, et prohibet

hibet eius succus attractionem materierum ad uiscera. *Vulnera & vlcera.* Confert vlceribus recentibus, quando ponitur sup ea, & propriè radix eius: & in ipsa est consolidatio. *Membra capitis.* Prohibet catarrhos omnes. *Membra oculi.* De succo eius b [& ipsa decocta] in vino & melle in pondere æqualiter sumptum ponitur in medicamine, quod ad oculum est bonum. Et illius quidem medicaminis compositio est hec. Sumitur succus, & quantum est medietas eius de myrrha, & tertia eius de pipere, & tertia ipsius de olibano, & permiscentur, & est medicamen bonum. & oportet quidem, vt reponatur in vase æreo. *Membra nutrimenti.* Abscindunt semen, & radix eius vomitum. Et prohibent attractionem fieri ad stomachum, & semẽ eius omnino est conueniens stomacho. *Membra expulsionis.* Semen eius deglutitum, est prouocatiuum, & disruptiuum lapidis propter illud quod in ipso est de siccitate cum amaritudine. Et similiter radix eius, & decoctio eius confert vlceribus vesicæ.

b B. decocto.

a B. Thasasia.

De a [thesisie.] Cap. 714.

Thesisie quid est? Iam dictum est in the. Et iam diximus eam.

a B. Chasi altaleb.

De a [testiculo uulpis.] Cap. 715.

Testiculus vulpis quid est? Est quiddam bonum dulce. *Natura.* Est calidus in primo, humidus in ipso, & in ipso est humiditas superflua. *Instrumenta iuncturarum.* Confert spasmo, & tetano, qui sunt in posterioribus, & paralysi. *Membra expulsionis.* Facit appetitum coitus, & adiuuat ad ipsum, & propriè cum vino. & stat loco stinci.

a B. Chasi alchelb.

De a [testiculo canis.] Cap. 716.

Testiculus canis quid est? Est sicut testiculus vulpis, & est duarum specierum. Vna earum est minor, & est habens mollitiem, & est duorũ parium, quorum vnum par est inferius, & aliud par est sursum, & vnum eorum est molle, & alterum est plenum. & est species maior, & in specie maiore est humiditas superflua. *Apostemata † & pustulæ.* Resoluit apostemata phlegmatica. *Vulnera & ulcera.* Mundificat ulcera, & prohibet formicam dilatari. & aperit fistulas, & incarnat ulcera fraudulenta, corrosiua. *Membra capitis.* Confert † aphthis. *Membra expulsionis.* Quando uir maiorem amborum b [sumit, fit masculus fortior. Et si mulier sumat debiliorem, fit magis fœmina] & dicitur, quòd ille qui est humidus c, † [ ] facit augmentum in coitu, & siccus abscindit ipsum, & unusquisque amborũ destruit alterius operationem, & iam dictum est totum illud in maiore, & minore.

† bothor.

† alcola.

b B. efficitur potens in generãdo masculos, & si mulier comedat illũ qui est minor amborũ efficitur potens in generando fœminas.

c † B. seu recens

a B. Chasihe.

De a [testiculo.] Cap. 717.

Testiculus quid est? Est de genere carnis mollis. *Electio.* Melior testiculus est illius cuius b [bonus est testiculus, & qui est adolescentium.] Et testiculus qui est magnorum hircorum, & qui eis similantur de arietibus, & tauris, non digeritur; & non est sicut testiculus gallorum, præcipuè impinguatorum. nam ipse est bonus vaide. *Operationes & proprietates.* Non habet bonitatem nutrimenti mammillarum, nisi testiculus gallorum impinguatorum. Ipse nanque est boni nutrimenti plurimum. & omnes species testiculi, quando digeruntur, propriè quæ sunt difficilis digestionis, nutriunt plurimum. *Membra nutrimenti.* Plurimi ipsorum sunt difficilis digestionis, plurimi nutrimenti, & proprie qui sunt de animalibus magnis, grosse carnis.

b B. bona & cõueniens est caro, ficut testiculi animaliũ iuuenum.

a B. Chazef.

De a [testa.] Cap. 718.

Testa. *Operationes & proprietates.* Est exsiccatiua, abstersiua. & proprie testa b [clibani,] & subtilior quidem testa est testa cancri marini. & c [tegula quidem est in uirtute folij.] *Decoratio.* Testa cancri marini est exsiccatiua, & abstergit pannum, & lentigines. *Apostemata & † pustulæ.* Fit ex testa ceratum super scrophulas. *Vulnera, & ulcera.* Emplastrum factum ex testa, est fortis consolidationis, & confert ulceribus. & ipsa abstergit scabiem, & proprie testa cancri marini. *Instrumenta iuncturarum.* Testa d [clibani] linitur super podagram. *Membra oculi.* Confert cum sale e [metallino] ungulæ.

b B. altanur.

c B. alcaramil est in uirtute senbadegi.

† bothor.

d B. altanur.

e B. cauato ex minera.

De thalio. Cap. 719.

Thalium quid est? Dictum est de eo in capitulo de struthione.

LITERA V.

a B. Asne.

De a [Vsnee.] Cap. 720.

Vsnee (*idest muscus*) quid est? Cortices tenues, subtiles, circunuolutæ super arborem ferentem glandes, et pinum, et nucem, & habet odorem bonum. *Electio.* Quæ ex ea bona est, est alba, & nigra, mala est. *Natura.* In ipsa est frigiditas pauca, & ad b [debilitatem] declinans, & stypticitas æqualis. & existimauerunt quidam quòd est calida in primo, & sicca in secundo. Inquit Alcanzi. Est frigida, vehementis siccitatis. *Operationes & proprietates.* Insunt ei virtus styptica, & resolutio simul, et lenificatio, & præcipuè quæ est de pino, & eius stypticitas est æqualis. & c [aromaticum eius] aperit oppilationes, & stringit carnes mollificatas. *Apostemata & † pustulæ.* Linitur super apostemata calida, & sedat ea, & resoluit durities, & sedat apostemata carnosa fluxa. *Instrumenta iuncturarum.* Cadit in unctionibus lassitudinis, & resoluit duritiem iuncturarum, & similiter eius decoctio. *Membra capitis.* Quum infunditur in uino, facit dormire potantem ipsum. *Membra oculi.* Abstergit visum. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert tremori cordis. *Membra nutrimenti.* Retinet vomitum, & confortat stomachum, & remouet inflationẽ eius, præcipuè eius infusio in uino styptico,

b B. tepiditatem seu ad frigus debile.

c B. illa quæ est de arbore faciẽte Kitran seu picem. Alia litera & illa quæ ẽ de arbore nucis.

† bothor.

co.& confert dolori hepatis debilis.*Membra expulsionis.*Aperit oppilationem matricis.Et quando sedetur in aqua eius,confert dolori matricis,& prouocat menstrua.*Permutatio.*Pondus ipsius de cordumeni.

a B.Achuã, uel alachuan.

De a [*uchuen.*] Cap. 721.

Vchuen(*i.parthenium.*) quid est? Ex ea alia est alba,& alia est citrina, sed alba est fortior. Et est virgę minutæ,super quas sunt flores alba habẽtes folia, similes floribus b [maro] acuti odoris,& saporis.*Natura.*Est calida in tertio, & sicca in secundo. *Operationes & proprietates*. Est digestiua,& aperitiua oppilationum.& in ea,quę est rubea, est stypticitas, & prohibitio specierum solutionis, cum eo quod in ipsa est de resolutione, sed eius stypticitas est propter ipsius exsiccationem, & est prouocatiua sudoris, & similiter eius oleum inunctum. & aperit orificia uenarum,resolutiuum,subtiliatiuum. c [*Elelio.*Recens uiridis.] *Apostemata & † pustulæ.* Resoluit apostemata calida in stomacho, & sanguinem congelatum in ipso, & confert apostematibus frigidis. *Vulnera & ulcera.* Confert fistulis,& excoriat d [cortices, & ulcera] & confert uulneribus neruorum. e † [ ] *Instrumenta iuncturarum.* Confert torsioni neruorum,quũ in decoctione ipsius infunditur spongia,& ponitur super eos. *Membra capitis.* Facit subeth: & quando odoratur humidum eius,facit dormire,& eius oleum cõfert doloribus auris.*Membra anhelitus & pectoris.* Confert asthmati, quum bibitur sicca, sicut bibitur epithymum. *Membra nutrimenti*. Mala est ori stomachi, ueruntamen resoluit, & exsiccat,quod ad ipsum attrahitur, & resoluit sanguinem congelatum in eo. *Membra expulsionis.* Prouocat fortiter, & resoluit sanguinem congelatum in vesica, cum aqua mellis;& frangit lapidem. & quando bibitur cum flore suo, & cum f [eo quod est super ipsum] cum vino, prouocat menstrua. & similiter suppositorium olei ipsius: ipsum enim fortiter prouocat, & suppositorium olei eius etiam resoluit duritiem matricis, & aperit oppilationem matricis, & ipsa quidem bibitur sicca in oxymelle sicut epithymum, & soluit melancholiam, & phlegma, & confert apostematibus ani calidis,& aperit hæmorrhoidas ipsa,& eius oleum,& confert ramici ex aqua, postquã scinditur,& confert colicæ,& dolori uesicę,& duritiei splenis.

b B.maru.
c——B. † bothor.
d B. escaras & ulcera pnitiosa.
e † B.& lacertorum.
f B. & sumitatibus eius.

a B.Assuan.

De a [*usnem.*] Cap. 722.

Vsnem quid est?Est plurium specierum,subtilior earum est alba, & nominatur stercus passerum.& calidior earum est viridis. *Operationes & proprietates.* Est abstersiua,mundificatiua,aperitiua.*Membra expulsionis.*Pondus drag.5. ipsius resoluit difficultatem urinæ. Et pondus. drag. v.deijcit partum uiuum,& mortuum. & drag. 5. persicæ vsq; ad.drag.j. prouocat menstrua. & pondus drag.iij.soluendo educit aquositatẽ hydropisis.*Venena.*Pondus drag.x.eius est venenũ perniciosum,& ex suffumigatione eius quæ ex ipsa est uiridis,effugiunt uenenosa parua.

a B.Angiara.

De a [*urtica.*] Cap. 723.

Vrtica quid est? Color seminis eius, est similis colori porri,sed tamen est minus, & subtilius,& non est in eius longitudine, & mordicat quod ei obuiat,ita quod etiam intestina.*Natura.* Vrtica,& semen eius sunt calida in principio tertij,& sicca in secundo,sed semen est minoris siccitatis,quam ipsa.*Operationes et proprietates.* Est attractiua,ulceratiua, resolutiua, & cum virtute adustiua.& sunt quidam,qui dicunt calefactionem eius non esse fortem: sed in ipsa quidem est uirtus b[aperitiua,]& in ipsa est abstersio fortis, & in ipsa non est mordicatio ulcerum. & quando cum carne coquitur, caro soluit inter urticam,& operationem eius.*Apostemata et † pustulæ.* Emplastrum eius cum c [raphano] disrumpit dubellet,& confert eis,& cõfert duritiebus, & confert semen eius cancro in emplastro,& similiter eius cinis. *Vulnera & ulcera.*Eius cinis cum sale confert vlceribus, quæ accidunt a morsura canum,& vlceribus malignis,& cancro. *Instrumenta iuncturarum*. Emplastrum ex ea cum sale confert torsioni neruorum. *Membra capitis*. Eius folia contrita abscindunt fluxum sanguinis ex naribus: & semen eius confert stricturæ narium, & aperit oppilationes colatorij fortiter.& ex semine eius factũ emplastrum facit eradicationem dentium facilem.& emplastrum ex ea confert apostematib. quæ sunt post aurem, & est abstersiuũ. *Membra anhelitus & pectoris*. Quando bibitur cum aqua hordei,mundificat pectus.& quum decoquuntur folia eius in aqua hordei, educit humores grossos, qui sunt in pectore: sed eius semen est fortius,& ipsum remouet asthma,& ipsam dilatationem, d † [ ]& frigidam pleuresim. *Membra expulsionis.* Excitat coitum. proprie semen eius cum vino, & aperit orificium matricis:quare matrix recipit sperma, et similiter si comedatur cum cepis & ouis. & quando supponitur cum myrrha,prouocat mẽstrua,& aperit matricem, & similiter si bibatur eius decoctio cum myrrha.et folia eius recentia reducũt matricem exeuntẽ loco emplastri posita,et soluendo educit phlegma & humorem crudum sua abstersione, non cum virtute solutiua,quæ sit in ipsa.& oleũ eius plus soluit phlegma,quã oleum cartami. et decoctio foliorum cũ ostracis lenit ventrem.et si vis vt ipsa facilius soluat, accipe medullam seminis eius, et cõtere ipsam cum sauich, et proijce eam in uino,et bibe eã, et oportet ut post eius haustũ bibatur aliquid de oleo rosaceo, ne aduratur guttur bibentis. Et quandoque fiunt ex ipsa collyria cum melle,et supponuntur,et soluunt.

b B.inflatiua.
† bothor.
c B.aceto.
d † B.anhelitus

a B.Benefesegi.

De a [*uiola.*] Cap. 724.

Viola quid est? Nota est eius essentia. et operatio radicis eius est vicina operationi ipsius. *Natura.* Frigida est et humida in primo. et dicunt quidã quòd est calida in primo,sed in frigiditate foliorum eius non est dubitatio.*Operationes & proprietates*. Dicitur, quòd ipsa generat sanguinem æqualem. *Apostemata & † pustulæ*. Sedat apostemata calida more emplastri super-

† bothor.

b B. oleum uiolatum linitum bonum.

posita cum sauich de hordeo, & similiter eius folia. *Vulnera & ulcera*. b [Viola epithemata bona] est scabiei. *Membra capitis*. Sedat soda sanguineam odorata, & illinita. *Membra oculi*. Confert ophthalmiæ calidę. *Membra anhelitus & pectoris*. Confert tussi calidę, & lenit pectus, & propriè quæ ex ea c [contrita] est cum zuccaro, & ipsius syrupus confert pleuresi, & pulmoni, & est melior quam iuleb in hoc capitulo. *Membra nutrimenti*. Valet d [inflationi stomachi.] *Membra expulsionis*. Syrupus eius confert dolori renum, & prouocat urinam. Et quę ex ea sicca est, soluendo educit choleram. Et ipsius etiam syrupus lenit naturam cum facilitate, & confert eminentiæ ani.

c B. condita.

d B. inflammationi stomachi bibita & linita.

De a [urina.] Cap. 725.

a B.Baul.

b B.alnegib.

Vrina quid est? Nota est. *Electio*. Ex urinis iuuatiua magis est vrina cameli Arabici, qui est, b [anegib.] & vrina hominis est debilior urinis; tamen ea sunt debiliores vrinæ porcorum domesticorum castratorum, & eis fortiores sunt antiquæ. & vrina quidem castrati omnis generis, est debilior. & ex urinis magis abstersiua, est vrina hominis. *Natura*. Est calida & sicca. *Operationes & proprietates*. Omnes abstergunt, & urina quidem hominis ponitur cum cinere uitis super locum fluxus sanguinis, & sistitur. Vrina verò cameli conferi furfuribus, ablutione facta ex ea: & similiter urina tauri. *Decoratio*. abstergit morpheam. *Vulnera, & ulcera*. Vrina asini confert vlceribus ambulatiuis, & humidis, & vrina hominis etiam propriè antiqua. & cōfert excoriatiōi, & pruritui, & albaras, & præcipuè cū nitro, & aqua acetosæ. & fæx vrinę ponitur super erysipilam, & confert linita scabiei, & † tineæ, & ulceribus verminosis, & ulceribus pedum, super quę mingitur, & dimittitur donec sanentur *Instrumenta iuncturarum*. Confert doloribus neruosis, & pręcipuè vrina caprarum domesticarum, & montanarū, & proprie spasmo, & extensioni: & similiter fit caputpurgium extensioni. *Membra capitis*. In urina tauri quum dissoluitur myrrha, & distillatur in aurem subtiliter, sedat dolorem eius. Et similiter vrina caprarum sola, & cum myrrha. & urina hominis antiqua prohibet fluxum putredinis ab aure. & vrina cameli confert c [fœtori narium,] & aperit oppilationes colatorij cum vehementi uirtute. *Membra oculi*. Coaguletur in vase æreo, & confert albugini, & scabiei, & propriè vrina puerorum: & similiter cocta cum porris. *Membra anhelitus et pectoris*. Vrina infantium lactentium confert dilatationi anhelitus. *Membra nutrimenti*. Quidam homo spleneticus somniauit, quòd præcipiebatur ei in somno, vt vrinā suam biberet omni die d [ter] & sanaretur: qui expertus est illud, & inuenit mirabile. Et urina quidem hominis, & vrina cameli conferunt hydropisi, & ea linitur splen pręcipuè cum lacte cameli. & vrina caprarum valet hyposarchæ, earum præcipuè quæ sunt montanæ, & præcipuè cum spica boni odoris, & similiter vrina antiqua porcorum in huiusmodi est bona cū vino forti. *Membra expulsionis*. Vrina porci frangit lapidem in renibus, & uesica, & prouocando educit ex ambobus, & urina asini confert dolori renum. Et urina hominis decocta cum porris confert doloribus matricum, quādo sedent in ea mulieres vnaquaque quinque dierum semel. *Venena*. Vrina hominis confert morsui viperæ bibita, & effunditur super eum, & propriè viperæ petrosæ, & cum nitro, super morsum canis rabiosi, & omni morsui, & puncturæ valet. Et quę ex ea antiqua est, confert venenis omnibus, & lepori marino.

† sahafath.

c B. nocumento odoratus.

d B. Alia litera, tres pugillos, seu tres mensuras, quātum in palma manus incuruata continetur.

De a [uisco.] Cap. 726.

a B. Debach.

Viscus quid est? Est notus, & eius quidem fructus est similis ciceri nigro, non synceræ rotunditatis b [virgulatus,] frangibilis, c [ex quo manus inuiscantur.] eius autem minera est d [arbor ferens glandes, & malus, & pyrus, in quo] sunt virtus aerea, & aquea multiplicatæ valde. *Electio*. Qui ex eo bonus est, est recens, planus, coloris e [porri] interius, viridis exterius, teritur, et lauatur, deinde coquitur. *Natura*. Non calefacit nisi post moram longam, sicut gumma rutę agrestis: et est debilior ea in hoc, & in ipso quidem est humiditas superfluens, non digesta, et est calidus et siccus in tertio. *Operationes & proprietates*. Est resolutiuus: resoluit enim humiditates grossas ex profundo propter fortitudinem virtutis attractiuæ, et lenit. et dixerunt quidam: non inest ei operatio in humiditatibus tenuibus. *Decoratio*. Eradicat vngues malos, quum super eos ponitur cum arsenico. *Apostemata* † *& pustulæ*. Resoluit apostemata frigida, et propriè confortatus cum calce, et confert essere, et f [filiabus noctis.] *Vulnera et ulcera*. Lenit vlcera antiqua, et vlcera mala. *Instrumenta iuncturarum*. Lenit iuncturas cum tanta cera, quantus ipse est, et suo æquali pondere de resina pini. *Membra capitis*. Confert apostematibus frigidis post aures mistus cum gumma pini et cera. *Membra nutrimenti*. Extenuat splenem, quum ponitur super ipsum cum aliquibus rebus ipsum confortantibus, sicut est calx.

b B. crispum uel contractum habens corticem.

c ——— B.

d B. iuxta arbores ferētes glandes & poma & pyra & in eo.

e B. porrini.

† bothor.

f B. Alia litera, essere & plantæ noctis.

De a [uerme.] Cap. 727.

a B. Dua.

Vermis quid est? Est vermis granæ, et est vermis tinctorum, cuius virtus est sicut virtus erucæ. veruntamen est subtilior, et magis vadens in profundum. quidam autem dixerunt ꝙ colligitur hic vermiculus ex rebus pluribus, ita ꝙ colligitur ex arboribus glandes ferentibus. *Natura*. Vermiculus granæ recens, infrigidatiuus est. et in ipso est siccitas quantitatem habens. *Operationes & proprietates*. Vermiculus granæ, qui est uermis tinctorum, est purpureus, et exsiccat sine mordicatione. Et Gal. quidem dicit, quòd in ipso est stypticitas temperata. *Vulnera & vlcera*. Vermiculus granæ confert vulneribus neruorum tritus cum vino, aut aceto cum melle. dicitur autem, quòd vermis plurium pedum, qui moratur sub lagenis, secundum quod dicitur, quum bibitur ex eo aureus, remouet spasmum, et alcuzez nocentes. *Membra capitis*. Vermis plurium pedum, qui est sub amphoris, quum teritur cum cortice granati, et cum oleo ros. et distillatur in aurem, sedat dolorem.

Mem-

Membra anhelitus & pectoris. Vermis rubeus, qui est sub vrceis aquæ, qui habet pedes plurimos, & quum tangitur rotundatur, quando cum eo tangitur palatum cum melle, valet præfocationibus. & similiter quum comeditur, confert asthmati, & dilatationi anhelitus, secundum quod dicitur. *Membra nutrimenti*. Predictus habens plures pedes, confert icteritię bibitus cum vino. *Membra expulsionis*. Vermis plurium pedum, qui est sub cisternis, & vrceis, bibitus cum vino est bonus difficultati vrinæ.. *Venena*. Vermis olerum contritus linitur super puncturam vermium venenosorum, & confert ei.

a B. zengiefer.

De [a] [*uzifur*.] *Cap.* 728.

Vzifur quid est? dixerunt quidam, quòd eius virtus est virtus cerusę. & dixerunt alij, virtus eius est virtus alscedenegi. *Natura*. Verius est vt sit calidum & siccum, & vt quasi sint ambo in fine secundi. quod autem dicitur preter hoc, est dictum per ignorantiam. *Operationes & proprietates*. Apud quosdam eius stypticitas est fortior quam ipsius [b] [acuitas. & apud alios eius acuitas] est fortior stypticitate ipsius. *Vulnera & vlcera*. Consolidat vulnera, & generat carnem in vlceribus, & prohibet adustionem ignis, & [c] ostracositatem.] *Membra capitis*. Prohibet corrosionem dentium.

b B. attractio & apud alios eius attractio.

c B. uesicationē

a B. zegiagi.

De [a] [*uitro*.] *Cap.* 729.

Vitrum quid est? Vitrum inter lapides, est sicut stultus ĩter homines. declinat enim ad omnem tincturam, & tingitur ea, & frangitur, & abscinditur cum eo. *Natura*. Calidum est in primo, siccum in secundo. *Decoratio*. Abstergit dentes, & facit oriri pilos, quando cum oleo sambacino inungitur. *Operationes et proprietates*. In ipso est stypticitas, et subtilitas. *Membra capitis*. Mundat furfures, quando cum eo fit ablutio, & absterguntur dentes. *Membra oculi*. Abstergit oculum, & delet eius albuginem, & adustum est fortius. *Membra expulsionis*. Quod ex eo tritum est, & adustum, confert valde lapidi uesicæ, & renum, quum bibitur cum vino.

a B. zibib.

De [a] [*vua passa*.] *Cap.* 730.

Vua passa dicetur in capitulo de vua.

a B. Kers.

De [a] [*uentre*.] *Cap.* 731.

Venter. *Operationes, & proprietates*. Parui est nutrimenti, mali chymi, & similiter quod similatur ei ex visceribus, quamuis eius bona fiat digestio: veruntamen pluris est nutrimenti, quã pulmo. uentres autem auium, quando digeruntur, sunt melioris nutrimẽti, & plurimi, & pręcipuè gallinarum, & anserum. *Membra nutrimenti*. Est tardæ digestionis.

a B. karm.

De [a] [*uite*.] *Cap.* 732.

Vitis quid est? Inquit Dios. vitis syluestris, & montana, habet ramos lõgos, similes illis, quos facit uitis. & earum folia sunt sicut folia uuæ lupinæ domesticę, sed sunt latiora, & flos eius pilosus est, & fructus eius est sicut [b] uua,] qui fit rubeus apud maturationem, & granum eius est rotundum, & comeduntur folia eius statim, quum nascuntur. *Operationes, & proprietates*. Cinis ramorum eius ponitur in medicinis cauterizantibus. & oleum uitis est sicut oleum ros. ueruntamen non est in eo illius subtilitas. & oleum quidem musti est sedatiuum, & calefactiuum, & flos syluestris est uehementis stypticitatis. *Decoratio*. Lachryma eius ualet super uerrucas formicales. & uitis quidem syluestris abstergit pãnum, & lentigines, sed domestica est debilis. & lachryma syluestris forsan eradicat pilos cum oleo, & propriè quæ assumitur ex ramis eius recẽtibus, quum inflammatur: & oleũ eius est fortius omnibus oleis. *Vulnera & ulcera*. Lachryma uitis est bona scabiei, & impetigini, & fructus uitis syluestris prohibet apostemari uulnera. *Instrumenta iuncturarum*. Cinis uinaciæ eius quod remanet, cum aceto, confert torsioni neruorum, & cinis ramorum eius cũ oleo, ponitur super cõtusionem lacertorum, & mollificationem iuncturarum. & quandoque bibitur cinis eius propter casum. & oleũ musti est bonum doloribus lacertorum, & neruorum, & lassitudini. *Membra capitis*. Folia eius & [c] fili] ipsius ponuntur in emplastro ad soda calidam. & radix uitis nigrę, & albæ, & syluestris, est ex summa medicinarum abstergentiũ sordes auris: & est ex medicinis conferentibus surditati. & cortex eius quę syluestris est, cum melle sanat gingiuam sanguineam. *Membra oculi*. Folia uitis cum sauich hordei more emplastri superposita oculo, prohibent fluxus ad ipsum. *Membra anhelitus & pectoris*. Succus foliorum domesticę cõfert sputo sanguinis, & similiter fructus syluestris bibitus. *Membra nutrimenti*. Emplastrum factum ex folijs, & filis eius cum sauich hordei, ualet super apostemata stomachi, et inflationem eius, & succus foliorum eius confert dolori stomachi ex caliditate, & quando bibitur radix eius cum aqua syluestris, aut uino, confert hydropisi, & solutione educit aquam. & fructus uitis syluestris est bonus stomacho, & nauseę, & conturbationi, & acetositati cibi. *Membra expulsionis*. Succus foliorum eius est cõueniens dysenteriæ, & dolori [d] [ani] ex caliditate. & eius lachryma, quę est sicut gumma, bibitur cum vino, et frangit lapidem, & cinis eius, quod remanet post expressionem, cum aceto ponitur super hæmorrhoidas, & mora. & fructus eius bonus est ano, prouocat enim, et stringit. *Venena*. Cinis eius quod remanet post expressionem musti, est theriaca morsui viperę.

b B. botrus.

c B. pampini.

d B. Alia litera. stomachi.

a B. Leblab.

De [a] [*uolubili*.] *Cap.* 733.

Volubilis. *Natura*. Est æqualis ad caliditatem quandam declinans, et siccitatem [b] † [ ] plurimam [c] [est lenificatiua, et apud Alcãzi est frigida.] *Operationes et proprietates*. Est resolutiua, aperitiua. Et nota, quæ nominatur funis pauperum, constat ex terreitate constrictiua, et aqueitate lenitiua, et [d] [acredine] ignea, sed exsiccatio de-

b † B. non. Alia litera. c —— B.

d B. acuitate.

destruit aqueitatem eius.& in ipsa est mundificatio. *Decoratio*. Lac volubilis magnę abradit pilos, & interficit pediculos. *Vulnera & ulcera*. Folia funis pauperum recentia conuenientia sunt vulneribus magnis,& consolidant ea decocta in vino; & ex eis emplastrum factum superpositum,adustioni ignis,& propriè cum cerato:& ad hoc non est ei par. *Membra capitis*. Distillatur succus eius in aurē dolorosam cū cotto propriè cum oleo ros.& propriè quando est apostema calidum,& confert soda antiquæ.& succus eius confert materiei attractæ ad aurē, si est antiqua,& vlceribus antiquis in ea. *Mēbra anhelitus & pectoris*. Est bona pectori,& pulmoni, & mundificat asthma. *Membra nutrimenti*. Aperit oppilationes hepatis, & folia eius cum aceto sunt bona spleni. *Membra expulsionis*. Aqua eius soluendo educit cholerā adustam,& quando non decoquitur,est fortior. & est quædam species volubilis mala, solutione educens sanguinem.

De [a] [uirga pastoris.] Cap. 734.

a B. Hassa alrhai.

Virga pastoris quid est? Est albatbat,& est masculus & fœmina,sed masculus est fortior. *Operationes, & proprietates*. In ipsa est stypticitas, sed pars aquea in ipsa est plurima,& propter multitudinem repulsionis materierum effusarum existimant,quòd est exsiccatiua,& [b] [similiter] prohibet fluxum. *Apostemata & † pustulæ*. Fit ex ea emplastrum phlegmoni,& erysipilæ, & formicæ, & est ualde conferens apostematibus vlceratis. *Vulnera & ulcera*. Consolidat vulnera recentia. *Membra capitis*. Succus eius interficit vermes auris,& exsiccat [c] [vulnera] eius. *Membra anhelitus & pectoris*. Aqua eius confert sputo sanguinis. *Membra nutrimenti*. Fit ex ea [d] † [ ] emplastrum ad inflammationem stomachi infrigidati. *Membra expulsionis*. Prohibet fluxum sanguinis ex matrice,& sanat vlcera intestinorum. Et Dios. quidem existimauit, ꝙ ipsa prouocat urinam,& sanat illum, qui retinet eam,& non potest mingere.

b B. propter illud

† bothor.

c B. ulcera.

d † B. ifrigidata

De [a] [uua.] Cap. 735.

a B. Hauch.

Vua. *Electio*. Alba laudabilior est,quam nigra quum ęquantur in reliquis proprietatib. spissitudinis,& subtilitatis,et dulcedinis,et reliquorum,& dimissa post collectionem duobus diebus, aut tribus, melior est collecta in eadem [b] hora.] *Natura*. Cortex vuæ frigidus est & siccus. [c] † [ ] *Operationes & proprietates*. Collecta in eadem hora est inflatiua, & suspensa donec detumescat cortex,est boni nutrimenti, & est confortans corpus, & eius nutrimentum est simile nutrimento ficuum in paucitate malitiæ, & est plurimi nutrimenti,quamuis sit minus nutrimento ficuum,& matura minoris est nocumenti,quam non matura.et quando non digeritur vua,eius nutrimentum est crudum.et nutrimentum quidem vuæ cum sua dispositione plus est nutrimento succi eius, sed succus eius est velocioris penetrationis,et descensionis. et vuam stypticam speratur ꝙ resoluat appensio; Acetosa verò non est ita. *Membra nutrimenti*. Vua passa est amica hepati & stomacho. *Membra expulsionis*. Vua & vua passa cum suis interiorib. bonę sunt doloribus intestinorum,et vua passa confert renibus et vesicę. et vua quidem in eadem hora collecta mouet ventrem et inflat, et omnis vua nocet vesicę.

b B. die.

c † B. tardæ digestionis,& qđ in ipso continetur, est calidum humidū, et grana ipsius sunt frigida sicca.

De [a] [uenis tinctorum.] Cap. 736.

a B. Haruch sabagin.

Venę tinctorum. *Natura*. Sunt calidæ et siccę,declinantes ad secundum. *Operationes & proprietates*. In ipsis est abstersio fortis. *Membra capitis*. Confert earum masticatio dolori dentiū. *Membra oculi*. Succus earum est bonus in acuendo visum, et abstergendo quod est coram pupilla de aqua et albugine. *Membra nutrimenti*. Cōfert icteritię factę ex oppilationib., et propriè cum aniso et vino albo.

De [a] [uentribus.] Cap. 737.

a B. Chuanas.

Ventres. *Operationes & proprietates*. Ventres auium pluris sunt nutrimenti, et illi qui sunt gallinarum,non digeruntur velociter. *Membra nutrimenti*. Existimauerunt quòd tunica interior ventrium exsiccata confert ori stomachi, et dolori eius. Filius Mesaugue, et propriè uentris galli.

De [a] [uulpibus.] Cap. 738.

a B. Thalab.

Vulpes. *Operationes, & proprietates*. In ipsa est resolutio.et eius pellis est calidior pellium, et eius quidem pelle iuuantur humectati propter ipsius resolutionē. *Instrumenta iuncturarum*. Quando vulpes coquuntur in aqua, et embrochantur iuncturæ dolorosæ ex ea,confert uehementer. et similiter oleum quando uiua decoquitur in ipso,immo hoc est ualde fortius. et oportet quidem ut prolongetur eius sessio in ipso, et melius est ut sit post euacuationem,et purgationem,ut non attrahat cum fortitudine suæ [b] [acuitatis,]et resolutionis humores ad iuncturas,et quando euacuatur corpus,post illud nō attrahitur ad iuncturas aliquid,quòd si redeat, erit leue. et similiter adeps uulpis quandoque attrahit aliquid,plus eo quod resoluit.et quandoque decoquitur in oleo uiua. et quandoque decoquitur in ipso decollata. et quæcunque ambarum administretur, resoluit illud qđ est in iuncturis. *Membra capitis*. Eius adeps sedat dolorem auris, quando in ea distillatur. *Membra anhelitus, et pectoris*. Eius pulmo siccus confert asthmaticis ualde, et eius potio est pondus. ʒ.i.

b B. attractionis

De [a] [uespertilione.] Cap. 739.

a B. Chasas.

Vespertilio quid est? dicitur quòd [b] [sceirazirac]est lac eius,et dicitur quod est urina ipsius. *Natura*. In sceirazirac est abstersio, et uehemēs calefactio. *Operationes & proprietates*. Vnguentū uespertilionis prohibet mammillas puellarum a magnificatione, et prohibet ortum pilorum secundum quod dicitur, sed non est uerum. *Membra oculi*. Cerebrum eius cum melle cōfert prin-

b B. sizarachi.

principio aquę descendentis in oculum, & eius cinis acuit visum, & sceirazirac confert vngulæ, & albugini.

De De ubere. *Cap.* 740.

a B. Alia litera. in qua non sunt nerui magni.

b B. præparatū cum speciebus aromaticis.

Vber. *Natura.* Est frigidum & siccum [a] [propter neruos plurimos, qui sunt in ipso.] *Electio.* Nutrimentum vberis pleni lacte, quando digeritur, propinquum est nutrimento carnis, & illud est melius in quo est lac, & [b] [quod est alafegueati,] quoniā ipsæ velociter faciunt descendere ipsum, & quod est de animali bonæ carnis boni humoris, grossi, fortis.

De [a] [*ungula.*] *Cap.* 741.

a B. Dhalef.

Vngula quid est? Quum ex cinere vngulę caprinę cum aceto linitur alopecia, confert valde.

LITERA X.

De [a] [*xyloaloe.*] *Cap.* 742.

a B. Haud.

XYloaloes. *Electio.* Melior species xyloaloes ē almundilium. & asportatur de medio regionis Indię secundum quosdam, deinde est illud quod dicitur Indum, & est montanum & [b] [superfluit super] almundilium, quoniam nō generat pediculos, & [c] [est magis dans odorem pannis. [Quidam tamen homines sunt, qui nō discernunt inter mundilium, & Indum bonū & de meliori xyloaloe est [d] [alsemedeuri, quod est de abstersione Indi, deinde alcumari, quod est de abstersione Indi, postea alienasium, & est species tersi, & post illud est athetilium, alsebriū & alkadium, & alsinium, & nominatur alcasumurum, & est bonum, dulce. & inferius illo est algeliu, & almentali, & alguasi, & alrantac:] sed almundilium totum est bonum: deinde melius de alsemen duri est varium, ponderosum, & durum plurimæ aquæ, grossum, in quo non est albedo, & remanens super ignem. Quidam verò extollunt nigrum super varium. & melius alcumari est nigrum, mundum ab albo, ponderosum, remanens super ignem, grossum, plurimæ aquę, & vniuersaliter melius xyloaloes est illud quod magis submergitur in aqua. Natans verò est priuatum vita, & spiritu, & est malum. & xyloaloes quidem est venæ arboris, quæ eradicantur, & sepeliuntur in terra, donec earum lignū & cortex putrefiant, & remanet xyloaloes purum. *Natura.* Calidum est & siccum in secundo sicut existimo. *Operationes et proprietates.* Est subtile, aperitiuum oppilationum, frangitiuum ventositatum, remouens superfluitates humiditatum. & confortat viscera. & [e] [prohibet irā.] *Decoratio.* Masticatio eius facit oris odorem bonum. *Instrumenta iuncturarum.* Confortat neruos, & acquirit eis vnctuositatem, & viscositatē subtilem. *Membra capitis.* Xyloaloes confert cerebro valde, & confortat sensus. *Mēbra anhelitus, & pectoris.* Confortat cor, & lætificat ipsum. *Membra nutrimenti.* Si bibatur de xyloaloe pondus. ℥. j. ʒ. remouet humiditatem putrefactam stomachi, & confortat ipsum, & hepar. *Membra expulsionis.* In ipso est virtus constringens naturam, & confert dysenterię [f] † [ ] melancholicæ.

b B. & est melior quam.

c B. eius odor est magis imprimens, & remanens in indumētis seu in uestib.

d B. alsemenduri quod est ex regione indiæ dicta sefale, deinde xyloaloes dictū alchameri quod est ex regione indię dicta sefale, & aloes alsanti, & est species xyloaloes de regione sefale idię, & post illud est aloes alchacheli & alberi, & aloes de regione cathae, & xyloaloes syni & nominatur casmuri, & est humidum dulce & inferius illo est algelali & almebethani & alluasi & alritha- ni.

e B. & omnia membra. Alia litera. & confortat sensus & omnia membra.

f † B. & proprie

LITERA Z.

De [a] [*zedoaria.*] *Cap.* 743.

a B. Gieduar.

ZEdoaria quid est? portiones similes aristolochię, minores tamen ea, & est in sua virtute. Et melior quidem est illa quę cum napello crescit. & eius vicinitas debilitat plantam napelli. Filius Mesaugne dixit, quòd ipsa in operatione sua est sicut [b] [durungi.] Veruntamen est debilior ea. dico autē, quòd si ipse voluit per hoc, quòd zedoaria est debilior ea, tunc iam errauit, secundum quòd existimauit. & si uoluit per hoc quòd durungi est [c] [durior,] nunc nō elongatur illud. Apud me uerò non constat, quòd filius Mesaugne quum huius discretionē expertus est, habuerit in hac consideratione electionem pertinentem pectori firmo propter sermonem eius. Et iam sciuerunt, quòd zedoaria resistit napello, quomodo ergo est debilior durungi? *Venena.* Est theriaca uenenosorum omnium, viperæ, & napelli, & aliorum. *Permutatio.* Triplum ponderis zurumbet [d] [pro vno theriacę.]

b B. durunigi.

c B. debilior.

d B. ponitur in theriaca.

De [a] [*zingibere.*] *Cap.* 744.

a B. Zinzibil.

Zingiber quid est? Notum est, & est simile piperi in naturis suis, sed non inest ei ipsius subtilitas. & accidit ei, ut corrodatur propter humiditatem suam superfluam. & propter illud calefactio eius durabilior est calefactione piperis: & illud est propter spissitudinem suam etiam, sicut in nasturtio, et sinapi, et gūma rutæ agrestis. *Natura.* Calidum est in fine tertij, siccum in secundo, et in ipso est humiditas superflua, et [b] [nutritum] calidum est et siccum, et non est in ipso multitudo humiditatis superfluæ. *Operationes, & proprietates.* Eius caliditas est fortis, sed non calefacit nisi post tempus, propter illud quod in ipso est de humiditate superflua, sed eius calefactio est fortis. Est lenitiuum, resolutiuum inflationis, quum ergo [c] [nutritur,] mel accipit quiddam humiditatis eius superfluæ, & exsiccat plurimum eius. *Membra capitis.* Augmentum efficit in seruatione, et abstergit humiditatē a partibus capitis, et gutturis. *Membra oculi.* Abstergit tenebrositatem oculi propter humiditatem suam facto ex eo † collyrio, et bibitum. *Membra nutrimenti.* Digerit, et conuenit frigiditati hepatis, et stomachi, et exsiccat humorositatem stomachi, et quod accidit in eo ex humiditatibus, et comestione fructuum. *Membra expulsionis.* Excitat coitum nutritum, et non nutritum, et lenit uentrem leuiter, dixit Alcanzi, immo retinet. Ego autem dico, quum fiunt a malitia digestionis, et lubricitate humoris uiscosi. *Venena.* Confert uenenis uermium uenenosorum.

b B. conditum.

c B. conditur.

† alcohol.

De [a] [*zurumbet.*] *Cap.* 745.

a B. zurunbad.

Zurūbet quid est? Est [b] [herba] similis cypero sed

b B. Alia litera. lignum.

sed est maior,& minus odorifera. *Natura.* Calida est & sicca in tertio. *Operationes & proprietates.* Resoluit ventositates. *Decoratio.* Est impinguatiua,& abscindit odorem vini,& alliorum, & ceparum. *Membra anhelitus & pectoris.* c [Letificatiua est cordis.] *Membra nutrimenti.* Retinet vomitum. *Mem ra expulsionis.* Stringit naturam,& confert ventositatibus matricum. *Venena.* Confert mordicationi venenosorum vermium valde,ita vt propinqua sit zedoariæ. *Permutatio.* Ponitur loco eius in venenosis quātum ipsa,& medietas eius de durungi,& duæ tertiæ ponderis eius de taraxacon syluestri, & medietas ponderis eius de granis citri.

c B. est lætificatiua confortans cor.

De a [*zingibere canino.*] *Cap.* 736.

a B. Zinzibil alchel.

Zingiber caninum quid est? Est olus notum & est sicut piper aquę. & eius folia sunt sicut folia b [salicis,] nisi quia sunt magis citrina, & eius virgulta sunt rubea,habentia saporem zingiberis.& ipsum interficit canes. *Natura.* Calidum est in secundo,siccum in primo. *Decoratio.* Recens contritum cum semine suo abstergit vestigia,quę sunt in facie,& pānum,& lentigines antiquas. *Apostemata & † pustulæ.* Recens resoluit apostemata dura, quando teritur c [& semen eius quum fit] ex eo emplastrum similiter.

b B. kalef.
† bothor.
c B. cum semine eius &.

ANNOTATIONES.

Gingiber in tertio calidorum, & secundo siccorū gradu collocat. Verum Diosc. libr. 2. calfacere ait, & piperis naturam æquare. Gal. item 6. simpl. necnon Paulus. lib. ineuictam & craßam humiditatem illi inesse scribunt, ob quam nec calor primo statim occursu sentiri potest, & ipsum facile admodum perforatur. Auer. uero 5. Coll. tertium caliditatis & primum humiditatis gradū illi assignat. Verū et illud hic notandum ęst, ꝙ gingiber resolutorium esse ait inflationis. At supra in hoc eodem libro, semen erucæ, & gingiber medicamenta esse flatus facientia adnotauit.

cap. 152.
cap. 42.

De a [*zarnabo.*] *Cap.* 747.

a B. Zarneb.

Zarnabum quid est? Arbor magna,& nō fructificans,existens in monte Libano de Scemi: cuius folia administrantur.& eius virgulta sunt virgulta parua,rotūdæ figurę inter grossitiem magnæ acus,qua subsellia suuntur, & grossitiē calami, cum quo scribitur,nigra,ad citrinitatē declinantia,quæ non habet multum saporem, neque odorem,& parum odoris quem habent est bonū,& est odor citri,& virtus eius est virtus nucis muscatę,sed est subtilior ea parūper. & quandoque stat loco cinnamomi. *Natura.* Calida, & est sicca in secundo. *Operationes & proprietates.* In ipsa est stypticitas,& resolutio ventositatum. *Membra capitis.* Fit ex ea caputpurgium cum aqua oleo rof. ad soda frigidā. *Membra nutrimenti.* Confert hepati, & stomacho infrigidatis. *Membra expulsionis.* Stringit uentrem.

De a [*ziniar.*] *Cap.* 748.

a B. zenigar.

Ziniar quid est? Species faciendi ziniar sunt cum b [exasperatione] ęris in fæce aceti,& roratione limaturæ eius cum aceto,& sepultura ipsius in loco humoroso. Et inclinatur vas æreū super vas,in quo est acetum, & dimittitur quousque in ipso fiat ziniar,deinde fricatur ziniar ex eo,& permiscetur cum sale ammoniaco. & sepultura eius in loco humoroso est nota.& fit ex ziniar species subtilis valde. Assumitur.n.acetum sublimatum, & ponitur in mortario æreo, cum pistello ex ære, & sine intermissione teritur in sole calido,estiuo donec c [exasperetur,] deinde ponitur in ipso alumen , & sal cū mensura,& sine intermissione teritur. Quumque conficitur illud quod teritur, d † [ ] & exsiccatur,& aspergūtur super ipsum acetū, & vrina infantium, et teritur, et dimittitur in loco humoroso,deinde aggregatur, et exsiccatur,et quandoque inuenitur ziniar,quod generatur super lapidem in mineris æris,et quandoque inuenitur aliquid ex eo in mineris. *Electio.* Illud quod est melius,est minerale, et fortius, quod est assumptum ex scorijs,et ęre adusto, et acetosum,est leuius eo quod factum est cum sale ammoniaco. *Natura.* Calidum est et siccū ad quartum perueniens. *Operationes & proprietates.* Est abstersiuum,corrosiuum carnis duræ,et lenis simul,acutum.sed ceratum temperat ipsum et facit ipsum desiccatiuum sine mordicatione. *Vulnera & ulcera.* Prohibet vlcera ambulatiua, et consolidat cum cerato,et mundat vlcera sordida.et ipsum cum e [oleo sambucino,et ceroto est medicamen scabiei vlcerosæ, et albaras, et morphee. *Membra capitis.* Alziniar assumptū cum sale ammoniaco,et alumine,et aceto quū teritur, et sufflatur in naribus, et impletur os aqua,vt non perueniat ad guttur, prohibet fœtorem narium,et ulcera mala in ipsis. et ziniar ferreum cum aceto stringit gingiuas, et fit ex ipso ceratum ad apostemata gingiuarum. et similiter ziniar æreum. *Membra oculi.* Prohibet grossitudinem palpebrarum,et earum f [inflationem,] et abstergit oculum.et ponitur in medicinis ulcerum oculi, et prouocat lachrymas ualde. Quumq; ziniar administratur in † collyrijs, rectius est ut oculus vaporetur spongia infusa in aqua calida. *Membra expulsionis.* Ponitur in medicinis hæmorrhoidarum,et fit ex ipso, et ammoniaco licinium, et adimplentur eo hęmorrhoides.

b B. Alia litera: putredine.
c B. Alia litera. accidat putredo dicta althecheregi.
d † B. aggregatur.
e B. glutine alimbat & nitro,
f B. grossitiem.
† alcofol.

De a [*zufere.*] *Cap.* 749.

a B. zufara.

Zufere quid est? Arbor cuius granum simile est alaniuden, quæ dicitur alhaze, et est similis rutæ.et dicitur b [dinarugiua.] *Natura.* Calida est et sicca. *Operationes et proprietates.* Resoluit inflationem. *Membra expulsionis.* Radix eius,et semen in exsiccatione spermatis,sunt similis uirtutis cum ruta. *Venena.* Confert puncturę scorpionis bibita et linita.

b B. dinaruie.

De a [*zerideraet.*] *Cap.* 750.

a B. zerīdaracth

Zerideraet. *Instrumenta iuncturarum.* Cōfert sciaticæ. *Membra expulsionis.* Aqua foliorum eius cū rob confert difficultati urinæ, et menstruorū, et extrahit b [ ] sanguinem congelatum in uesica. *Venena.* Confert morsui uenenosorum uermium.

b † B. fœtum, &

De

De [a] [*zarur.*] *Cap.* 751.

a B. Zarur. b B. habens arilos triägulatos. Zarur quid est? Alzarur alia est nota, & nominatur [b] [triangulus latinorum.] & ex zarur est species, quam nominant græci teselimon, & sentabinum, & quandoque nominant eam malum syluestrem. Arbor enim eius similis est arbori malorum, ita quod etiam in folijs suis, nisi quia minor, & est saporis pontici. *Operationes & proprietates.* Est styptica, quæ est magis styptica quàm algobera, uincens cholerã, & retinet cursus plus omni fructu. *Membra capitis.* Teselimõ est faciens soda. *Membra nutrimenti.* Teselimon est mala stomacho. *Membra expulsionis.* Stringit c B. non. [c] † [ ] retinet urinam.

a B. Zedar. *De* [a] [*zeduar.*] *Cap.* 752.

b B. algieduar. Zeduar quid est? Inquit Diosc. Est [b] [algeduar] secundum quòd existimo.

a B. Zhere. *De* [a] [*zaharat.*] *Cap.* 753.

Zaharat quid est? Est planta, cuius una species folia habet ut lenticula, & thyrsos erectos, & leuia folia, paruas radices, & nascitur in terra salita exposita soli, & in ipsius sapore est salsedo, & altera est similis chamepytheos, & est me b† B. fætidi odoris. lioris coloris & purpureitatis. [b] † [ ] *Vulnera & ulcera.* Est consolidatiua eorum. *Membra capitis.* Subtiliat superfluitates, ita quòd secũda confert epilepsiæ bibita cum oxymelle.

a B. Zuan. *De* [a] [*zizania.*] *Cap.* 754.

Zizania quid est? Dico quòd zizania ab omnibus dicitur secundum duas res. una earum est granum simile frumento, ex quo homines b B. dicitur alchenith. faciunt panem, & dicũt quòd zizania [b] [est plurima,] & quidam alij nominant rem quandam inebriantem, malam, quæ in granis prouenit, sed loqui de hoc est preter illud, in quo sumus: *Electio.* Melior est illa quæ est leuis ponderis, nõ c B. corrosa a uermibus. [c] [vetus,] neque frangibilis, sed est viscosa, quũ masticatur, declinans ad rubedinem, & in ipsa est ponticitas parua.

a B. Suchar. *De* [a] [*zuccaro.*] *Cap.* 755.

Zuccarum quid est? Arundo zuccari in natu † Tabarzet. ra zuccari existit, & est uehementioris lenificationis quàm ipsum. *Natura.* Frigidius est† albũ, & est subtilius. Et uniuersaliter est calidum in fine primi. Et antiquum declinat ad siccitatem in primo, & est humidum in ipso, & quanto magis antiquatur, tanto plus exsiccatur. *Operationes et proprietates.* Est lenificatiuum, abstersiuum, lauatiuum. Et Sulimenum est magis lenitiuũ, & proprie alfenid, imò mel arundinis, & zuccarum non sunt inferiora melle in abstergendo, & mundificando, & quãto plus antiquatur zuccarum, tanto fit subtilius. *Membra oculi.* Assumptum sicut gumma ab arundine, abstergit oculum. *Membra anhelitus et pectoris.* Lenit pectus, & remouet ipsius asperitatem. *Membra nutrimenti.* Est bonum stomacho, in quo nõ generatur cholera. Ipsum enim lædit, propterea quia ad choleram conuertitur. & est aperitiuum oppilationum. & in ipso est uirtus faciens sitim, minorẽ tamen sitim, quàm facit mel propriè antiquũ. & generat antiquum sanguinem fœculentum. & abstergit phlegma stomachi. & in arundine quidem zuccari est iuuamentum ad uomitum. *Mẽbra expulsionis.* Soluit, & propriè illud, quod super arundinem inuenitur, sicut sal. & Sulimenum quidem, & rubeum uehementioris sunt lenificationis, & quandoque inflat, & quandoque sedat inflationem. & ipsum quidem cum oleo amygdalino confert colicæ.

ANNOTATIONES.

Saccharum notat melle non esse imbecillius in abstergendo. At lib.4. de nutritione febricitantium in generali, hoc minus abstergere scribit, quàm mel apum. Ait preterea saccharum sitim facere. Huius tamen contrarium lege lib.3. ubi de linguæ adustione uerba faciens, saccharum ad sedandam sitim proponit. Fén. 1. tr. 2. c. 8. Fen. 6. tr. 1. c. 19

De [a] [*zuccaro alhusar.*] *Cap.* 756. a B. Suchar alhasser.

Zuccarum alhusar quid est? Mãna cadens super alhusar, & est sicut frusta salis. & in ipso quidem est cum abstersione [b] [& resolutione] põticitas, & amaritudo, & de ipso aliud est iamenum, album, & aliud est agizium ad nigredinẽ b B pauca. declinans. *Operationes & proprietates.* Est abstersiuum cum ponticitate in ipso. *Membra oculi.* Zuccarum alhusar acuit uisum. *Membra anhelitus & pectoris.* Confert pulmoni. *Membra nutrimenti.* Confert hydropisi cum lacte camelæ, nouiter fœtæ. & non facit sitim sicut reliquę species zuccari, quoniam eius dulcedo est parua, & est bonum stomacho, & hepati. *Membra expulsionis.* Confert renibus & vesicę.

Ne desiderares, quæ in aliquibus impressis codicibus reperiuntur, quatuor hæc, quæ sequuntur capita, ex lectione Hebraica redundantia in hoc codice subiunximus: ut tamen intelligas in nullis Arabicis ab Andrea Bellunensi fuisse reperta.

Calmairam.

Calmairam quid est? Est scesabram albumemu. *Natura.* Inquit filius Mesaugue, in ipso est caliditas, & est siccum in secundo. Et plures hominum dicunt, quod est frigidum, quũ eius caliditate calefactus non lædatur: sed iudicium frigoris eius est in primo. Sed quod uerius est, est, quod virtus eius est composita ex caliditate & frigiditate, & possibile est, ut sit frigiditas in ipso uincens. *Operationes & proprietates.* Confert calefactis, & proprie quando roratur super eum aqua rosata. *Vulnera & ulcera.* Fit ex eo emplastrum adustioni. *Membra capitis.* confert ualde ad cola alumemu, & aperit oppilatio nes

nes cerebri. *Membra expulſionis.* Alumemu datur in potu ſemen frixum ad fluxum uentris antiquum cum oleo roſato & aqua frigida.

Cehul.

CEhul quid eſt? dicitur quòd eſt theiderem. *Natura.* Frigida eſt & ſicca in primo, & propriè radix eius recens. *Operationes, & proprietates.* Virtus eius ē ſtyptica, & in ipſa eſt mordicatio, & prohibet eius ſuccus attractionem materierũ ad uiſcera. *Vulnera, & ulcera.* Confert uulnerib. recentibus, quãdo ponitur ſuper ea, & propriè radix eius, & in ipſa eſt conſolidatio. *Membra capitis.* Prohibet catarrhos omnes. *Membra oculi.* De ſucco eius, & ipſa decocta in uino & melle, & in pondere æqualiter ſumptum ponitur in medicamine, quod ad oculum eſt bonum. Et illius quidem medicaminis cõpoſitio eſt hæc. Sumitur ſuccus eius de pipere, & tertia eius de olibano, & permiſcentur, & eſt medicamen bonum, & oportet quidèm ut reponatur in uaſe æneo. *Membra nutrimenti.* Abſcindit ſemen, & radix eius uomitum, & prohibent attractionem fieri ad ſtomachum, et ſemen eius omnino conueniens eſt ſtomacho. Semen eius deglutitum eſt prouocatiuum & diſruptiuum lapidis propter illud, quod in ipſo eſt de ſiccitate cum amaritudine. Et ſimiliter radix eius, & decoctio eius confert ulceribus ueſicæ:

Kakille.

KAkille quid eſt? Eſt herba ad citrinum parum declinãs, & eius odor eſt uelut odor marinus, quæ autem ex ea laudatur, et eſt bona, illa eſt cuius folia ſunt groſſa, et oliuæ folijs ſimilia, ſed longiora, et latiora, et mordicant linguam cum eorum ſalſedine, et ſternutationem excitant. *Natura.* Calida eſt in ſecundo ſecundi, et ſicca in primo. *Operationes & proprietates.* Digerit, aperit, euacuat, et mundificat. *Apoſtemata & puſtulæ.* In emplaſtris poſita mollificat apoſtemata dura, et ſcrophulas, et fiſtulas curat putridas et puluerizata ſuper oſſa denudata illa cooperit carne. *Membra iuncturarum.* Si ex ea cochlearia duo cum cochleario uno mellis bibãtur, confert omni ſpaſmo. Et poſita in clyſteri aufert in ipſa hora ſciaticã. *Membra capitis.* Succus eius cum aceto uini, et oleo roſato capitis dolorem inueteratum remouet. Eius decoctio dentium dolorem tollit. Et eius oleum cum aceto aurium tinnitum remouet. *Membra oculi.* Eius ſuccus cortices ungulæ ſeparat, ac eã remouet, eius aqua ſublimata oculorum maculas ſubtiles abſcindit. *Membra anhelitus & pectoris.* Lateris dolorem ſedat, & anhelitus difficultatem remouet, et groſſas ſuperfluitates expellit, & ſubtiliat. *Membra nutrimenti.* Frigidum ſplenis, ac hepatis dolorem compeſcit. et uſus eius eſt malus ſtomacho: & hydropiſi opitulatur. *Membra expulſionis.* Venarum orificia aperit, et menſtrua et hæmorrhoidas prouocat. Et aqua decoctionis eius cum melle ſumpta fœtum educit, et urinam mirabiliter fluere facit, aquaſque citrinas euacuat. Succus eius cum melle lapidem in veſica frangit, cuius doſis eſt ab. unc. ſ. uſque ad vnam. *Venena.* Morſui canis rabidi ſuperpoſita confert. Loco eius ponitur medietas ponderis eius ireos: et duplum eius cretami marini.

Lapis fellis tauri.

LApis fellis tauri quid eſt? Eſt lapis qui inuenitur in burſa fellis tauri: & eſt magnus ſicut ouum gallinę, & eſt coloris citrini, trahens ad rubeum. & eſt ſaporis amari, pũgens linguã: & eſt leuis ponderis, & ſi ibidem permanet longo tempore, ſcinditur. *Membra capitis.* Prodeſt coryzę frigidæ. Europus dixit, quòd expertus eſt ad epilepſiam, ſi diſtilletur in naribus cum aqua rutæ, prouocat ſternutationem, & abbreuiat paroxyſmum epilepſię. *Membra oculi.* remouet omnem malam complexionem oculorũ, & ſtringit lachrymas. *Membra anhelitus & pectoris.* Inunctus cum butyro ualet cõtra aſthma. *Membra nutrimenti.* Debilitat os ſtomachi, & deijcit appetitum. *Membra expulſionis.* Confert habentibus arenulas in renibus, & prouocat menſtrua. Gal. dixit, non prodeſt niſi capiti.

Finis libri ſecundi Can. Auicennæ.



De

TRA-

De

Tabulæ Capitulorum tertij Libri finis:

LIBER

† B & iniectionibus.
B. ——
B. ——

B.præcedit coitum, & humoris qui præcedit urinam uel qui egreditur post ipsam.
† B. alia litera & dimissio eius
B.alhadiuth.
B. alabone uel alabene.
† B. Et magnificatione uirgæ.
B.Hacuna & asatum.
B.Pruitu.

De



LIBER TERTIVS CANONIS AVICENNAE.

FEN PRIMA DE VNIVERSIS ÆGRITVDINIBVS CAPITIS.

Tractatus primus de Anatomia cerebri, & dispositionibus eius.

De vtilitate capitis & partibus eius. Cap. 1.



[1] INQVIT Gal. Intentio in creando caput non est est cerebrum, neque auditus, neque odoratus, neq; gustus, neque tactus. hæc enim membra, & virtutes in animalibus reperiuntur capite carentibus. Sed intentio in ipso est bonitas dispositionis oculi in [a] [ipsius conuersione, quæ ei creata est, ut oculus habeat eleuationem, & sublimationem] super omnia membra corporis in omnib. partibus. Comparatio nanque oculi ad corpus est propinqua comparationi speculatoris ad exercitum. Et locorum quidem, qui speculatoribus est melior, & conuenientior, locus est altus. Et iterum omni oculo non est necessarium creare caput absolutè: sed animali lenem habenti oculum, cuius oculus indiget multa cautela [b] [& loci affirmatione.] Nam pluribus animalib. capitibus priuatis duo sunt creata additamenta a corpore sublimata: super quę oculi eorum decenter constituti sunt: ut ipsorum vnusquisque speculationem, & sublimationem suo habeat visui. Amplius in [c] [conuersionib.] oculi ipsorum non est caput creare necessarium, propter duritiem nuchæ ipsius. Et neque caput est necessarium creare, nisi animalibus quorum oculi capacitate [d] † [ ] indigent, & quibus neruos aduenire necesse est: propter diuersitatē motuum nuchę & palpebrarum. nā huiusmodi non est conueniens [e] [membrum unum elōgatum gracile.] & nos quidem perscrutabimur illud in capitulo de oculo. [2] Partes uerò capitis essentiales, & quæ eas sequuntur, sunt capilli: deinde cutis: postea caro: deinde panniculus: postea cranium, deinde panniculus durus, postea panniculus subtilis, nominatus secundina: deinde cerebrum, scilicet substantia eius & uentres ipsius, & illud quod in eis existit, postea duo panniculi sub eo: deinde rete: postea os, quod est cerebri basis.

a B. operationibus suis. Alia litera. ipsius perspectione vel apprehensione, propter quam est ipse creatus, & ut oculus habeat locū speculationi, seu ꝑspectioni proportionatū & sublimatum.

b B. seu custodia & loci tutela.

c B. operationibus oculi uel in prospectionib.

d † B. & coopertura eos tuētе.

e B. neruus unus elongatus gracilis.

ANNOTATIONES.

1 *Inquit Gal. &c. Scripsit Arist. 4. de par. anim. sanguinea omnia animalia caput cerebri potissimum gratia obtinere. Aduersus Arist. disputat Gal. 8. de vs. par. quem hic author sequitur. Sed philosophū tuetur Auer. eo 4. de part. anim. Cęterum si post Auerr. nobis quoq; periclitari liceat, & aliquod proferre, non caret dubitatione Gal. sententia. Siquidem si exactè eius uerba perpendantur, hæc ferè Galeni est ratio. Cerebrum multis inest animalibus, quę capita non habent: cerebri ergo gratia caput constitutum non est. Huic rationi uidebat Gal. iri a philosopho obuiam posse, in hunc modum, quòd quæ animalia cerebrum non habent, quid tamen cerebro proportione respōdens obtinebāt. Quare eludit responsionem hanc, atque eo potissimum instat, quòd instrumenta eandem actionem habentia, idem quoque nomen habere oporteat: quamobrem, sicuti organum quo uidemus, oculum uno in omnibus nomine appellamus; ita etiam instrumentum, quod sensus & motus initium est, uno in omnib. nomine cerebrum, neque in illis cerebrum, in his proportionale cerebro, fuerit nuncupandum. Verum peccare Gal. ratio uidetur. primum enim, quando animalia esse ait, quę capite careāt, id negaret philosophus, quum nullum animal sit, quod, etsi distinctum caput non habet, rudem tamen quandam delineationem capitis non obtineat, in quo & os, & sensuum particularium instrumenta, perfectorum animalium instar, circumposita sunt. quam tamen partem, si caput appellari Gal. abnuat, quid esse capiti proportionale omnino dicendum est, quum uices capitis gerat. Quare sicuti animalia quędam caput habent, alia quid proportione capiti respondens, ita &, quę uerè caput obtinent, uere cerebrum obtinere, & quę proportionale caput, etiam proportionale cerebrum habere, est existimandum. Neque uerò partē hanc, proportionalem, illam uerò proprio nomine philosophus, alterius rei gratia nuncupat,* quam

cap. 10.

cap. 4. & 5.

cap. 10.

quam ob figuram formamque (ut ita dixerim) quæ non æquè in his est animalibus conspicua, ut in illis. Cæterum eo etiam admisso, quod Gal. putat, animalia reperiri, quæ capite careant, (omitto, quod unum in ea ratione ponit, quod Arist. negat, principium uidelicet sensus & motus esse cerebrum) quot quæso animalia ostendere est, in quibus non solum caput, sed neque ipsum etiam cerebrum licet sensibus discernere? Non ergo absolutè inferre Gal. potest, dari animalia, quæ capite careant, & cerebro non careant. quum in his, si facile non est caput distinctum atque insigniter delineatum ostendere, multo minus cerebrum ipsum, ita ut cũ philosopho statuere necesse sit, animalia, sicuti quædam capite quodam modo carere uidentur, ita et eorundem aliqua cerebro, quod sensu deprehendi possit, destitui; quid tamen illi proportione respondens obtinere. Adde, quod, quum Arist. de sanguineis animalibus uerba faciat, non absolutè de omnib. animalib. pronunciat, caput cerebri esse gratia: sed de sanguineis animalibus intelligit. ita ut Galen. ratio nihil fortasse aduersus philosophi sententiam faciat.

2 *Partes verò capitis &c. Capillos inter capitis partes* Cap. 2. *recenset, quod & Arist. primo de plant. & quandoq; Gal.* Text. 32. *uidetur. At oppositum colligi ex Aris. uidetur. 5. Metaph. quo loco ea quibus abscissis mutilum animal non est, animalis partes esse negat. Similem dubitationem lege apud* Cap. 1. *apud Theophr. de plantarum folijs, floribus, & fructibus lib. de hist. plant. primo. Breuibus tamen dici pro huius quæstionis solutione poterit, quum hæc aliquorum usuum sint gratia, meritò corporis partes esse appellandas, impropriè tamen, quum his destitutum animal mutilum non sit.*

De anatomia cerebri. Cap. 2.

C[1]Erebri autem hominis anatomia est hæc. Cerebrum enim diuiditur in substãtiam velatiuam, & substantiam medullarem, & uentres in ipso, spiritu plenos. Nerui uerò sũt sicut virgulta ab eo prodeuntia; non tamen secundũ ꝙ sunt partes substantiæ ipsius propriè.[2] Et totum quidem cerebrum in sui longitudine mediationem habet penetrantem in ipsius† panniculum, & medullam eius, & eius uentres: pp illud quod in parilitate de iuuamento noto existit; & si sit parilitas in uentre anteriore solum sensui magis apparens.[3] Cerebri verò substãtia creata est frigida & humida: frigida quidẽ, ne ipsum inflãmaret multitudo, quæ ei aduenit ex fortitudinib. motuum neruorum, & passionibus sensuum, & motib. spiritus in alterationib. imaginatiuis, & cogitatiuis, & memorialib. & ut eo temperetur spiritus a corde egrediens, & ad ipsum penetrans in duab. uenis ascendentibus ab eo ad ipsum: & humidum quidẽ creatũ est, vt ipsum motus non exsiccent: & ut eius figura sit bona. Et creatum est pingue & [a][molle.] Eius autem pinguedo est, vt sit quod ex neruis oritur viscosum. & lenitatis quidem causam dixit Gal. in ipso existere, vt eius figura bona fiat, & ipsius alteratio cum imaginationibus. lene enim alterationes facilius suscepit. hoc ergo est, quod ipse dixit. Dico autem, creatum est lene, vt sit pingue, & vt nutrimentum quod neruis gradatim tribuit duris, sit bonum. nerui [b] † [ ] etiam ex cerebro nutriuntur & nucha. Amplius substantia dura non [c][augmentat] durum, quantum ipsum [d][augmentat] lene. & vt in eo quod ab ipso oritur, sit flexibilitas, quum quædam ab eo orientia indurari apud suas extremitates sit necesse, propter illud, quod rememoraturi sumus de neruorum iuuamentis: & propterea quòd istis nascentibus † [e][ ] indurari necesse est secundum gradus. Et quia ipsorum durities est durities flexuosa: oportet vt substantia originis eius sit substantia flexuosa, & pinguis (pingue enim [f][&] viscosũ, lene est proculdubio) & ẽt vt spiritus, qui ipsum circũdat, & qui motus uelocitate indiget, sit humiditate sustentatus: & rursum, vt ipsius raritate alleuietur: quod. n. in membris durum est, grauius est leni humido raro. Veruntamen cerebri substantia etiam in lenitate & duritie inæqualis existit. nam pars eius anterior est lenior; & ipsius pars posterior est durior, & inter duas partes [g][gredibus] velaminis duri, cuius rememorabitur [h][in ipso] in sequentib. distinctum est.[4] Anterius autem cerebrũ non est factum lene, nisi quoniam plurimum neruorum sensus, & proprie qui sunt visus, et auditus, oritur ex eo. Sensus. n. speculator est, [i] † [ ] & speculatoris inclinatio ad partem anteriorem est dignior. Et plurimum neruorũ motus oritur ex postremo ipsius; & ex ipso oritur nucha, quæ est eius nuntius, & vicarius i [k][cursu] dorsi, & vbi necessariũ est ex ipsa oriri neruos fortes, Nerui autem motus indigent duritie superflua, qua non indigẽt nerui sensus. Sed lenitas est eis conuenientior.[l] [Eis igitur origo facta est durior. Velamen autẽ in ipso non gradatim existit, nisi ut sit differentia, & dicitur ut sit lene, separatum a contactu duri: & manifestum quidem est ꝙ in ipso multum accidit: propter hãc verò reflexionẽ sunt] ẽt iuuamenta alia: Nam venæ ad cerebrum descendentes, & in ipso diuisę aliquo egent, cui innitantur, & eas fortes faciat. Posita est ergo reflexio hæc substentaculũ earum.[5] Et sub postremo quidem huius reflexionis, & in posterioribus eius est [m][torcular,] quod est sanguinis effusio in amplitudine quadam, quę est sicut lacuna: & ex ipsa quidem [n][in ea] ramificãtur venę, in quibus separatur sanguis: [o][&] cerebri substãtię assimilatur: deinde venæ suis orificijs sugendo eam exsiccant, & ad duas venas [p][ipsam coniungunt] sicut rememoraturi sumus in illius anatomia. Et ex hac quidem reflexione ꝑuenit iuuamentum ad hoc vt ligamentorum velaminis [q][adhærentis cerebro sit origo in ęquidistantia commissurę cranij, quæ est coram ipso.] In anteriore prętereà cerebro oriuntur duo additamenta mammillaria, quibus fit odoratus; quæ quidem a lenitate cerebri parũper differunt [r], [sed postea consequitur ea neruorum] durities. Amplius totum cerebrum duobus cooperitur panniculis, quorum vnus subtilis sequitur ipsum, & alter spissus sequitur os, q̃ qdem duo creati sunt, ut sint duo distinguẽtia inter cerebrum, & os: & vt cerebrum substãtiam ossis non contingat, & ne ad ipsum ex osse nocumenta perueniant. hic autem tactus non accidit, nisi in dispositionibus additionis cerebri in substantia sua: aut in dilatatione, quæ ei accidit successione constrictionis. Cerebrum præterea quandoque eleuatur ad cranium, quum quędam adsunt dispositiones, sicut uoces fortes ergo propter huiusmodi iuuamenta inter cerebrum & os cranij, duo ponuntur

† siphac.
a B. lene.
b † B. enim.
c B. restaurat.
d B. restaurat.
e † B. abeo.
f —— B.
g B. gradatione
h —— B.
i B. Alia litera.
k B. meatu.
l B. quare facta est origo, s. neruorũ motus durior. Gradatio aũt velaminis í ipso nó existit, nisi ut sit distinguẽs, & dicitur, vt sit leue separatũ a contactu duri, & leue valde est illud, in quo profundatur, & huic quidem reflexioni insunt.
m B. almassara.
n —— B.
o B. qui.
p B. aggregantur.
q B. Alia litera. duri cerebri sit origo in opposito commissuræ cranei, quæ ei vicinatur.
r B. & non peruenit eis.

nuntur distinguentia media inter ea in lenitate,& in duritie;& duo quidem ponuntur,ne sit illud, cuius obuiatio ossi non est bona absque medio, illud idem, cuius obuiatio cerebro est bona absque medio [s] [sed distinctum est inter ea:est ergo cerebro propinquus subtilis, & ossi propinquus est spissus:& cum hoc sunt sicut tutamen vnum.hic autem panniculus, præter ꝙ est cerebri tutamen,est] ligamentum venarum, quæ sunt in cerebro quietarum,& pulsatilium: & est sicut secundina seruans situm venarum in ipso textarum. quapropter ingreditur etiam cerebri substantiam in locis multis [t] [commissurarum] eius, & tendit ad uentres ipsius, & [u] [peruenit apud postremum sectum,] propterea quod non eget eo propter sui duritiem; panniculus verò spissus cerebro non hæret,neq; subtili,ita ut in omni loco sit decenter [x] [situs] super ipsum: sed est ab eo eleuatus; & inter ipsos quidem non continuant nisi venæ penetrãtes in spisso, & peruenientes ad subtilem. Spissus autem [y] [vadit] ad cranium cum ligamentis pãnicularib.ortis a spisso,stringentibus ipsum ad commissuras, ne super cerebrum vehementer grauet, & hæc quidem ligamenta ex commissuris eleuantur vsque ad exteriora cranij; & oriũtur illic, ita ut ex eis texatur panniculus craniũ cooperiens; & per illud affirmatur ligamentũ panniculi spissi etiam cum cranio. Cerebrum præterea in longitudine sua tres hẽt uentres, [z] [& sic] vnusquisq; venter in sui latitudine duas habet partes. Et anterior quidem pars sensibilis est separationis in duas partes, dextram & sinistram & hæc pars iuuat ad [a] [odoratum,] & ad expulsionem superfluitatum cum sternutatione,& ad partiendum plurimum spiritus sensibilis, [b] & ad operationes virtutum formatiuarum, quæ sunt de virtutibus apprehensionis interioris. Venter autem postremus est etiam magnus,quoniam ipse implet magni membri vacuitatem, & quoniam est principium magnæ rei,scilicet nuchæ, & ex eo partitur plurimum spiritus motiui, & illic quidẽ sunt uirtutis seruatiuę operationes; sed tamen est minor anteriore, immo cuiusque duorum ventrium anterioris,& cum hoc minoratur gradatim vsq; ad nucham,& inspissatur vsque ad duritiẽ. Medius aũt uenter est sicut transitus a parte anteriore ad partem posteriorem,& est sicut [b] [† deilix situs inter eos:] & ipse quidem propter illud [c] † [d] [ ] magnificatur,& elongatur; quoniam est [reddens] de magno ad magnum,& per ipsum continuatur spiritus anterior cum spiritu posteriore,& [e] [peruenit ad amplitudinem curuitatum memorabiliũ prędictarum, & principiũ huius uentris primum cooperitur,ita quod uideatur illud quod est interius, sicut sphericum, & per id quidem eleuatur] ut sit transitus,& cũ hoc elongatur rotunditate sua a nocumentis, & fit fortis [ad tolerandum,quod super eum sustentatur de velamine [f], [quod est secundũ gradus:] & illic coniunguntur duo ventres cerebri anteriores [g], [ita quòd separantur a posteriore in hoc transitu.] & ille quidem locus nominatur coniunctio duorum uentrium, & hic idẽ transitus est venter. Et quoniam est trãsitus deferens a formatione ad seruationem,est melior locus cogitationi,& imaginationi, secundum quod sciuisti. Quod autem ventres isti sint loca earum operationũ:significatur ex nocumentis,quæ accidunt eis; destruitur enim cum nocumento cuiusque partis eius operatio:aut ingreditur in ipsa lesio,[h] [Et pãniculi subtilis pars cooperitur, & cooperit uentres cerebri usque ad† occiput,super quod est tunica:] durities uerò eius quod est post illud, sufficit ipsi loco cooperturæ uelaminis.[i] [Cõmissuratio aũt,quæ cõsistit in ventrib. cerebri est,] ut spũs animalis in substantia cerebri transitũ habeat, sicut in ventres eius, quum non omni hora sit venter dilatatus, & apertus, [k] [& spiritus animalis sit paucus, ubi uel inquantum uentres tantummodo aperiuntur,] & ẽt quia spiritus alteratio [l] [parũ]. completur a cõplexione, quę est cordis, usque ad complexionem,quæ est cerebri, nisi in ipso fiat eius decoctio assumpta ex eius complexione.& est,quia in primis quum ad cerebrum p̄uenit,vadit ad [m] [vacuitatem eius primam, ut in ipsa coquatur:] deinde penetrat ad uentrem mediam,& augmentatur in ipso decoctio: postea completur eius decoctio in uentre posteriore. Decoctio uerò optima fieri non põt,nisi per cõiunctionem,& commistionem,& penetrationem in partib. [n] [cocti,] sicut est dispõ cibi in hepate secundum quod narraturi sumus in his,quæ expectamus.[o] [Commissura aũt anterioris plura hẽt singularia quam commissura posterioris: quoniam proportio commissuræ ad commissurã] est sicut proportio membri ad mẽbrum ferè. & causa quidẽ minorationis posterioris ab anteriore inuenitur in [p] [cõmissura.] Et inter hunc ventrem & uentrem posteriorem sub eis est locus, qui est partitio duarũ venarum magnarũ ad cerebrum ascendentiũ, quarũ rememoraturi sumus in ramis ipsarũ: ex quibus texitur secundina sub cerebro, & illi quidem rami [q] [immisti] sunt corpori de genere glandularum implenti quod est inter eos,& sustinet eos,sicut est dispositio ĩ reliquis [r] [partib.] venosis. uacuitatis enim, quæ inter eas cadit,eadem proprietas est,ut etiã impleatur carne glandosa,& istæ quidem glandulæ figura ramorum prędictorum figurantur secundũ formam partitionis narratę. Quemadmodum.n. rami, aut partitio rememorata a stricto incipiunt,& in amplum finiuntur, facientes dilatationem: similiter caput huius glandulæ, [s] [factum est pinealis formæ, cuius caput est sequẽs initium partitionis desuper, & incedit cum eo tendens uersus finem eius usque ad complementum suspensionis ramorum,& est illic cõtextum secundum similitudinem texturę secũdinæ,

s B.imò distinctio,seu differentia est inter ea ambo. Nã illud quod ex eis est cerebro propinquum,est subtile, & quod est propinquum ossi est spissum,& ambo simul sũt sicut tutamen unũ.Et isti quidem panniculi cum hoc ꝙ sunt cerebri tutamẽ sunt etiam.
Alia litera.
& sunt coadunati, sicut tutamẽ unum. Hic autẽ panniculus.
† Addunt antiqui,s. postremi.
t B. anfractuũ.
u B. finitur abscisus, seu terminatus apud postremũ cerebri.
x B. situatus.
y B ligatur.
z B. quamuis.
a B.attractionẽ aeris.
b B. dhelizi medareb, idest sicut spatium intermediãs ĩ quo frequens fit itineratio, seu trãsitus ĩter eos ambos.
† idest sicut uia subterranea.
c † B.quãdoq;.
d B. deferens.
e B.perueniunt etiã species sensatæ,& cooperitur principium huius uẽtris medii cũ cooperimẽto spherico ĩterius, sicut cuba & cum ea dominatur.
f B. gradato uel reflexo.
g B.coniunctione gradata uel coniũctione per ducente ad posteriorẽ in hoc trãsitu,uel secũdum aliam literam, ex hoc trãsitu.
h B. & panniculus subtilis penetrat uel profundatur interius secundum partẽ eius, & cooperit uentres cerebri usque ad alfegiue quod est apud althach uel secundum aliã literã usque ad camhaduti, id est usq;ad partẽ, quę est apud occiput.
† camhaduti.
i B. Anfractus, aũt qui existũt in uentribus cerebri sunt.
k B.spiritus sint pauci secũdum capacitatẽ uentriũ solummodo.
l B non.
m B. uentrẽ ei⁹ primũ & decoquitur in eo.
n B. decoquentis.
o B. Anfractus aũt unusquisq; anterioris maior est,quã anfractus posterioris, quoniã proportio anfractus ad anfractum.
p B anfractu.
q B. apodiati uel adhærentes.
r B. partitionibus seu ramificationibus.
s B.uel secundũ aliam literã harum glandularũ formã pinealẽ habentiũ sequitur initium partitionis desup, uel uicinatur principio partitionis desuper, & incedit uersus finem eius usque ad cõplementũ descẽsionis ramorum,& ẽ illic cõtextio ramorum prædictorũ secundum similitudinẽ texturæ secũdinæ, & requiescit seu firmatur ĩ ipso. Et pars cerebri comprehẽsa uel contenta super hoc uentre medio secundũ plurimũ eius, & secundum partes eius, quæ sũt desuper, est uermicularis figuræ, habẽs anfractus ex anfractib positis uel situatis in longitudine, colligatis adinuicem, ut possit extendi,& contrahi sicut uermis. Et uenter qui est super ipsam coopertus est cum panniculo, qui penetrat cerebrum interius usque ad terminum posterioris. Et est equitans super duo additamenta cerebri rotunda staturæ longæ, sicut duæ coxæ uicinæ ad contactum, & elongatæ uersus separationem, colligatæ cum ligamentis, quæ nominantur chordæ,ut ab eis non remoueantur, ut quum uermis extenditur & eius longitudo augetur & eius latitudo constringitur, comprimat hæc duo additamenta ad coniunctionem, & oppiletur meatus. Et quando contrahitur ad curtitatem,& augmentatur latitudo,elongat seu distrahit illa ad separationem, & aperitur meatus. Illud autem quod de eo uicinatur posteriori cerebro, est minus seu strictius,& declinat ad gibbositatem aliquam, & figitur seu ingreditur in posteriore cerebro,sicut aliquid eius intrans in introitu,seu in foramine. Et eius quidem anterius est latius,quam sit posterius ipsius secundum formam, quã cerebrũ tolerat. Duo uerò prædicta additamenta nominantur uualia uel duo coxæ,& in istis ambobus non sunt anfractus omnino.

dinæ,& requiescit in ipso, & pars cerebri comprehendentis super hunc uentrem medium, est communitas eius: & ipsius partes, quæ sunt desuper, sunt vermicularis formę, commissura tæ ex commissuris positis in longitudine sui, ligatæ ad inuicem, ut possit extendi, & contrahi, sicut uermis reuolutus: & superius eius īterius coopertum est panniculo, qui cooperit cerebrum usque ad posteriorē: & est compositum cum duobus additamentis cerebri rotundis cō prehensis longitudine, sicut duæ coxæ uicinæ ad contactum, & elongatæ ad separandū, ligamentis, quæ nominantur chordę, ut ab eis nō remoueantur, ut quum uermis extenditur, & eius latitudo constringitur, cōprimat hæc duo additamenta usque ad coniunctionem, & oppiletur meatus: & quum contrahitur ad exprimendum, & augmentatur latitudo, elongetur ad separandum, & aperiatur meatus. Quod aūt de eo sequitur posterius cerebrum, est minus: & peruenit ad aliquantulam uacuitatem: & sistitur in posteriore cerebro: sicut ex eo intrans in introitu, & eius quidem anterius est latius ipsius posteriore, secundum formam, quam cerebrum tolerat. duo verò prædicta additamenta nominantur vualia: & in ipsis quidem nunquā commissuræ fiunt,] sed lenia, vt ipsorum cōstrictio, & cooperimentum sint fortiora, & ut ipsorum obedientia ad motionem propter motum alterius rei sit magis similis obediētiæ rei ipsius vnius. Expulsio præterea superfluitatum cerebri duos habet meatus, quorum vnus est in ventre anteriore, & apud terminum communem, qui est inter ipsum & illum qui est post cū: & alter est in ventre medio. Posterior verò venter meatum singularem non hēt, & illud est ideo, quoniam in postremo positus est, & etiā est paruus comparatione sui ad anteriorē, non tolerans foramina, & [t] [inuersationem. Medius verò meatum habet communem inter ipsum & se,] & hoc propriè. Nuchæ. [u] [quoque duo facti sunt exitus, per quos] quędam eius superfluitates resoluuntur, & expelluntur.† [ ] & isti duo meatus, quum incipiūt ex duobus ventribus, & penetrant etiam in ipsum cerebrum: transuersantur versus obuiationem apud transitum vnum profundum, cuius principium est velamen subtile: & eius postremum & inferius, est apud velamen durum, & est strictum [x] [sicut caput rosæ,] incipiens ab amplo rotundo vsque ad strictum perueniens: quapropter nominatur [y] [caput rosæ,] & nominatur etiam infusorium. Quum ergo penetrat in panniculum durum, obuiat illic meatui in glandula, quasi sphæra compressa a duobus lateribus, oppositis superius & inferius; & sunt inter panniculum durum, & meatum palati. deinde reperitur illic transitus, qui est in concauitatibus colatorij in supremo palati.

t B. sufficit ei, & medio meatus communis eis ambobus.
u B. iam factus est exitus per quem.
† B. ex parte eius.
x B. quoniā est sicut alchamha.
y B. a'chamha.

ANNOTATIONES.

Ca. 7. 8. & deinceps. Cap. 1. 2. & deinceps. Cap. 1. 2. 3. 4. 5.

1 *De cerebri anatome copiosè Galenus egit 8. de us. par. & 9. ac lib. de anatom. administr. 9. ex quibus locis totum hoc caput descriptum est.*

2 *Et totum quidem cerebrum &c. Unum notat, quod & paulò post in hocmet capite asserit: totum cerebrum secundum longitudinem in dextrum & sinistrum dissecari, quamuis id in anteriori tantum uentriculo conspicuum sit. Galenus tamen 8. de us. par. non posse duplicem esse posteriorem uentriculum, ait, quod ex eo spinalis medulla producatur. huic & recentiores anatomici assentiri videntur.* Cap. 10.

3 *Cerebri uero substantia &c. Cerebrum frigidum esse dicit & humidum. ac rationem reddens cur tale factum sit, scribit, ut spirituum a corde prodeuntium calor temperetur, qua in re suffragari Arist. uidetur, qui 3. de hist. anim. id tactu frigidum esse scriptum reliquit. et 2. de part. anim. idem refrigerandi cordis gratia constructum esse pronunciauit. Verum in Arist. Gal. 8. de vs. part. inuehitur, negatque tum cerebrum tactu esse frigidum, tum temperandi caloris gratia esse fabricatum, quem sequutus est hic author lib. primo, quum de complexionibus ageret. Cum Aristot. tamen stat. Auerr. 2. Coll.* Cap. 3. Cap. 7. Cap. 11.

4 *Anterius autem cerebrum &c. Neruos, ait, uisorios, & auditorios in anteriori cerebri parte ortum sortiri, cui astipulatur Gal. 8. de vs. par. quum mollium omnium neruorum initium illic constituit. Huius tamen contrarium scripsisse hic author uidetur libro 1. fen. 1. summa 3. doct. 5. ubi neruorum quinti paris originem in posteriori omnino cerebri regione nasci adnotauit. Sanè Galeno assentitur sensus, & omnes anatomici: quo fit, ut Auic. sententia lib. 1. de posteriori anterioris uentriculi parte sit intelligenda.* Cap. 6. Cap. 2.

5 *Et sub postremo quidem huius &c. De hac pelui seu torculari ad sanguinem a uenis excipiendum fabricato, Galen. meminit 9. de usu par. aduersarique hoc Arist. uidetur, qui 3. de part. anim. sanguinem scripsit nusquam reperiri, præter quam in corde, & uenis.* Cap. 6. Cap. 4.

6 *Et ad operationes uirtutum formatiuarum &c. Placitum est Auic. animales facultates diuersas in cerebro sedes sortiri, quod & paulo post. & lib. primo. fen. 1. doct. 6. et Auerr. lib. 3. Coll. notauit. Hoc ex Gal. nusquam legitur, ut alibi quoque admonuimus. Nunc tamen plerique medici Auic. consentiunt.* Cap. 6. cap. 5. Cap. 20.

Sermo uniuersalis de ægritudinibus capitis & facientibus ægritudines in ipso. Cap. 3.

OPortet te scire, quòd ęgritudines numeratæ omnes accidunt capiti. Veruntamen nostra intentio hic, quum dicimus caput, est cerebrum, & ipsius velamina; ad capillorum verò ægritudines hic non declinamus in hac hora. Dicemus ergo, quòd cerebro accidunt species malitię complexionis octo, s. singulares, & [a] [cō positæ] factæ cum materia, aut vaporosa, aut habente substantiam, & multiplicantur in ipso ęgritudines humiditatis. In omni enim cerebro in principio creationis humiditates superfluæ existunt, [b] [aut ex eo quod acquisiuit a matrice, aut postea: quas mūdare necesse est. Nam si purgatę non sunt: magnificatur inde res: & est tota] aut in corpore cerebri: aut in uenis eius, aut in velaminibus ipsius. Et accidunt ei ęgritudines compositionis, aut in quantitate, sicut si sit minus quam oportet, uel maius: aut in figura, sicut si sit eius figura mutata a cursu naturali, & accidat inde læsio in operationibus suis, aut canales, siue meatus ipsius, & vasa sint oppilata, & oppilatio sit, aut in uentre anteriore, aut in ventre posteriore, aut in vtrisque uentribus simul, diminuta, aut integra, aut in uenis, aut in arterijs, aut in originibus neruorum, aut dislocentur

a B.
b B. quas mundificare est necesse, aut in matrice, aut post ipsam. Nā si nō mundificantur, tunc magnificatur inde res timorosa, & totū hoc.

centur ligamenta uelaminum eius, aut cadat separatio inter [c] [velamina] ipsius. Et accidunt ægritudines ei [d] [continuitatis propter resolutionem] singularis in ipso, aut in arterijs, aut in venis ipsius, aut in velaminibus eius, aut in cranio. Et accidunt ei apostemata, aut in substantia ipsius cerebri, aut in pāniculo eius subtili [e] [&] spisso, aut in reti, aut in panniculo extrinseco, & totum hoc a materia unius humorum, calidi, aut frigidi: & ex frigidis quidem putrefactis consequuntur apostemata calida: & frigidi, & quieti faciunt apostemata, quę nominari oportet frigida. Et tu quidem non reperies aliquam ægritudinem cerebri, nisi redeuntem ad istas, aut contingentem ex istis. Ægritudines præterea cerebri aliæ sunt propriæ ipsius: aut fiunt propter communitatem: & quandoque magnificatur res in ægritudinibus communitatis in ipso, adeo, ut fiant ęgritudines propriæ perniciosæ: multoties enim expelluntur ad ipsum in ægritudinibus pleuresis, & squinantię, materiæ præfocantes, & pernecantes: & sæpe peruenit ipsum ad apoplexiam pernitiosam propter nocumentum aliud in membro communicante.

c B. partes. d B. solutionis cōtinuitatis propter solutionē. e B. aut.

ANNOTATIONES.

1 *Enumerat morbos capitis. Pro qua re uide Gal. 1. de comp. med. per loc. Reijcit ab hoc loco capillorum affectus, quod ad decorationem spectent, de qua lib. 4. sermonem facturus est. Gal. tamen ab horum affectibus cæpit.*

De significationibus, ex quibus oportet cognoscere dispositiones cerebri. Cap. 4.

PRincipia ex quibus peruenis ad cognitionem dispositionum cerebri, sunt ex operationibus [a] [sensibilibus] & moralibus. s. memoria, & cogitatione, & formatione, & virtute [b] [mentis, & perscrutatione: & operationib. mobilibus,] & sunt operationes uirtutis mouentis membra mediantibus lacertis, & ex qualitate superfluitatum euacuatarum ab eo, in substantia sui, & colore, & gustu, s. acuitate sua & salsedine, & amaritudine, & insipiditate, & ex quantitate ipsarum in paruitate, & multitudine [c] [& fluxibilitate sua,] & ex ipsarum retentione omnino. Et ex hoc q̄ aeres, & cibi ei conueniunt, & diuersificantur ei, & nocent ipsi. Et ex magnitudine capitis, & ex paruitate eius, & ex bonitate figuræ eius prędictæ in cap. de ossibus, & malitia ipsius, & ex grauitate capitis, & leuitate eius. & ex dispositione tactus capitis, & ex dispositione coloris eius, & coloris venarū ipsius. Et ex ulcerib. & ex apostematib. q̄ in cute eius accidūt. Et ex dispositione coloris oculorū, & uenarum ipsorū, & sanitatis & ægritudinis eorum, & tactus ipsorū ꝓpriè: & ex dispositione somni, & vigiliarū. Et ex dispositione capillorū in quātitate sua, s. paucitate & multitudine, & grossitie, & subtilitate, & qualitate, s. figura ipsorū in crispitudine, & planitie: & colore eorum in nigredine & [d] [albedine & castaneitate,] & velocitate susceptionis canitiei, & tarditate, & in perseuerantia secundum dispositionem sanitatis, aut remotionem ab ea cum scissione ipsorum: aut casu: aut depilatione, & reliquis dispositionibus ipsorum. Et ex dispositione colli in grossitudine, & subtilitate sua, & sanitate ipsius, & multitudine casus apostematum, & scrophularum in ipso, & paucitate ipsorum. Et similiter ex dispositione vuæ, & duarum amygdalarum, & dentium. Et ex dispositione uirtutum, & operationum in membris neruosis communicantibus cerebro, quę sunt sicut matrix, & stomachus, & vesica. Significatio autem secundum communitatem est secundum duos modos, vnus eorum est ex dispositione membri communicantis cerebro [e] [in eo] quod accidit cerebro. & secundus est ex dispositione membri, cuius communicatione cerebrum infirmatur, & inquiritur quod membrum sit, & quid sit in ipso, & quomodo peruenit ad cerebrum. [2] Et ex istis quidem significationibus significantur dispositiones, quæ sunt præsentes, & illę quę sunt futurę, & nondum sunt præsentes, sicut ex longitudine tristitiæ & [f] [horribilitatis] significantur melancholia [g] † [& lycanthropia euenientes ex proximo:] & ex ira, quę intentionem nō habet, epilepsia, aut melancholia, aut mania, & ex risu absque causa, [h] [congelatio,] aut amentia.
[i] † [ ]

a B. sensitiuis. b B. existimatiua, & perscrutatiua, seu bene iudicatiua, & operationibus motiuis. c —— B. d B. rufedine & citrinitate ad albedinem declinanti.

e B. Alia litera, super illud. f B. & timoris aliquo futuro malo. g B. almechil i. futura ex proximo & alchatrab eueniens in tēpore proximo. † almutil, & alcutub. h B. hamach & rhaune. i. diminutio rationis. i † B. De qualitate significationis harum significationum super dispositionē cerebri, & diuisione istorum modorum numeratorū, quousque perueniatur ad finem diuisionis secundum istam declarationem.

ANNOTATIONES.

1 *Methodus corporis affectus dignoscendi, duplex Galeno proponitur. altera lib. art. med. altera libris de sympto. diff. & de aff. loc. utraque potissima, & in idem ferè concurrens. particulatim uerò, unde cerebri affectus dignoscantur, habes libro. art. med. unde in hunc locum transtulit, Auicennas.* cap. 8. cap. 10. 11. & deinceps.

2 *Et ex istis quidem significationibus &c. Quomodo ex signis & præsentem morbum, & futurum liceat prænunciare, pulchrè Gal. lib. ar. med. significauit. Hic triplici exemplo id ostendit, ex longitudine mœroris melancholiam, ex ira præter intentionem, id est absque uindictæ appetitu, epilepsiam: & ex risu absque causa congelationem, aut amentiam pronuntiari. quoniam sanè primum ex Hippo. 6. aph. desumptum est: secundum ac tertium, neque ex Hipp. neque ex Gal. legisse memini.* Aphor. 23.

De significationibus uniuersalibus operationum cerebri. Cap. 5.

SIgnificatio quidem assumpta ex genere operationum, quū sunt sanæ, adiuuat ad significandum cerebri salutem. Et si sunt lęsæ, significant læsionem in ipso; [1] læsiones autem operationum, quemadmodum exposuimus, sunt tres: quæ sunt debilitas, & mutatio & ꝑmutatio, deinde destructio. Et sermo quidem uniuersalis in significationib. operationum est, q̄ ipsarum diminutio, & destructio fiunt propter frigus, & grossitiem spiritus ex humiditate; [a] † [ ] & non fiunt ex caliditate, nisi magnificetur, & perueniat ad hoc, ut deijciat uirtutem. permutatio autem, & quæ motui comparantur, fiunt ex caliditate, & fiunt ex siccitate.

a B. Alia litera. & propter oppilationem.

ANNOTATIONES.

1 *Læsiones autem operationum &c. Actiones tripliciter lædi supra notatum est, libro primo fen 2. doct. 3. nam uel* cap. 1.

uel imminuntur, uel auferuntur, uel deprauantur. Subiungit hic regulam ad singulę lęsę actionis causam dignoscendam, nempe quòd actionum imminutio, & ablatio, fiant propter frigus, ac spiritus crassitiem ex humiditate: nunquam autem ex caliditate, nisi insigni, ita ut uirtutem deijciat. & q̃d corruptio earundem ex calore & siccitate proueniat. Quam regulam etiam sequenti capite confirmat. Cæterum, quod id absolutè statuendum non sit, ex eo colligi uidetur, tum quod somnum imminui & auferri, nedum corrumpi ex calore manifestum est, & primo de sympt. caus. & 3. de aff. loc. tum quod imminui appetentia solet ex calo

cap. 8. cap. 5.

re etiam non prosternente uirtutem, ut, & in sanis conspicuum est, quos Gal. lib. art. med. minus ait appetere quam

cap. 62.

concoquere, si uentriculo sint calidiori. & in ægris quoque

cap. 7.

ex primo de sympt. caus. Item quòd uersio ciborum in acidos humores, corruptio est, quam tamen a frigido fieri manifestum est. Adde quod in hydrope aquam gigni ex frigiditate contingit, quæ deprauata est actio, non autem ablata aut diminuta. Ad hæc, quum aucta appetentia, id est βούλιμος, symptoma sit, quod frigiditatem consequitur: si actionis corruptio non ex frigiditate fit, aut hæc, corrupta a-

cap. 7.

ctio non erit, & hoc aduersatur Gal. qui eam primo de sympt. caus. ad deprauatam actionem refert, aut dabitur aliud lęsæ actionis membrum pręter ablatam, imminutam, & deprauatam, quod neque hic author, neque Galen. posuit. Verum ad hæc. Non uniuersalem regulam de actione omni, sed de animalibus tantum actionibus, neque perpetuam de illis tamen, sed nihilominus uniuersalem, atque in pluribus, proponit Auicennas. Illud autem apertum est, ut sępe testatum reliquit Galenus, quod sicuti calorem motus: ita frigiditatem quies maxime consequitur, quodque retundit calorem humiditas, accendit siccitas. propterea non temere imminutæ, & abolitę animales actiones, quę in motus priuatione consistunt ad frigiditatem, & humiditatem referuntur, deprauatæ autem ad motum. Quum igitur obijcitur, somni ablationem fieri ex calore, in aperto est responsio. est enim somni ablatio non aliud quam uigilia immoderata, quæ motus est nimis diuturnus, & deprauatus. Reliquæ rationes adhunc locum non pertinent. licet enim appetentia sit animalis actio, non est tamen, ut nec alimenti corruptio, inter cerebri affectus, de quibus hoc loco.

De significationibus sumptis ex operationibus animalibus ab anima [a] [sensibilibus,] & moralibus, & motiuis, & somnijs, quæ continentur in summa moralium. Cap. 6.

a B. sensitiuis.

HAs operationes ingreditur lęsio, secundũ quòd cognoscitur, destructionis, aut debilitatis, aut permutationis. uerbi gratia in sensibus quidem (& incipiamus a uisu) quoniam uisum ingreditur læsio: aut vt destruatur, aut debilitetur: aut in ipso permutatio fiat, [1] & mutetur a cursu naturali, & imaginetur, quod non inuenitur exterius, sicut phantasiæ, & cimices, & pili, & fumus, & reliqua. Ex his enim nocumentis quum non sunt propria oculo, significatur læsio in cerebro, & phantasiæ etiam quandoque suo colore significant. quòd si aliquis dixerit, quomodo phantasia alba significat phlegma dominari, quod est frigidum, quum uos comparaueritis permutationem ad calorem? dicemus quòd illud est [b] [propter complexionem, non propter accidentia materierum, quæ accidunt uirtuti sanæ integræ cũ] caliditate innata. [2] Et in auditu quidem, sicut si debilitetur, & non audiat nisi quod propinquum est, & forte; aut permutetur, & audiat quod non reperitur exterius, sicut tonum similem percussioni aquę, aut percussioni malleorum, aut uoci tympanorum, aut sono foliorum arborum, aut sufflationi ventorum, aut reliquis, & significantur per illud, aut complexio sicca præsens in parte medij cerebri, aut significantur per illud vẽtositates, & uapores in ipso retenti, aut ad ipsum ascendentes, & reliqua, de quibus significatio habetur: aut destruatur omnino. Debilitas uerò, & destructio fiunt propter multitudinem frigoris: & quod aliquis audiat quasi audiat ex longinquo, fit propter humiditatem. Quod autem fit in odoratu, est, quia priuatur, aut quia debilitatur; aut permutatur, & sentit odores, qui non reperiuntur exterius fœtidos, aut non fœtidos; & significat secundum plurimum humorem retentum in [c] [cerebro facientem ipsos, si nihil proprium fuerit cum strictura] narium. Gustus autem, & tactus hoc cursu procedunt, nisi quia ipsorum mutatio a cursu naturali secundum plurimum significat corruptionem propriam in instrumentis ipsorum propinquis, & secũdum minimum communicationem cerebri, & propriè, sicut quando est commune, sicut stupor toti corpori. Et sensus quidem communicant in specie debilitatis, & fortitudinis, significantes dispositionem in cerebro perseuerantem, quæ est cum perturbatione: quoniam quandoque est debilitas cum claritate, sicut homo si videat aliquid propinquum & parui radij bene, & clare, & videat res paruas: deinde quum elongatur, aut multiplicantur ipsarum radij, deficiat. Nam perturbatio & claritas quandoque sunt simul [d] [in] debilitate, & claritas quandoque est proculdubio cum [e] [virtute.] verum perturbatio semper significat materiam, & claritas significat siccitatem: & hæc quidem perturbatio fortasse subito figitur, & est ex ea oppilatio, & significat materiam vaporosam in venis cerebri, & reti eius. Iudicium autem de significationibus harum læsionum est: quoniam, quę procedit cursu permutationis, secundum plurimum sequitur complexionem calidam, & siccam, & quę currit cursu diminutionis, & debilitatis, secundum plurimum sequitur frigus, & debilitas, & destructio sequuntur frigus: nisi sint cum vehementi apparitione corruptionis, & casus virtutis: tunc enim fortasse illud plurimum erit ex caliditate. uerum caliditas conueniens est virtutibus comparata frigori, dum nocumentum complexionibus ab ea non † magnificatur: & eius corruptio uirtutis diminutionem possidere non facit. Oportet ergo ut non confidas tunc in istis significationibus: immo [f] [caueas] significationes alias prædictas cuiusque duarum complexionum. Et destructio quidem quandoque significat festinationem [g] † [ ]causarum diminutionis, si fuerit propter causam cerebri, & non fuerit propter nocumẽta in instrumentis corruptionis, [h] [&] incisionis [i], [&] oppilationis, & uniuersaliter remotionis a bonitate sua [k] † [ ] propter nocumentũ: aut propter causam in ipso membro sensibili. [l] [[3] Ex membris autem sensibilibus, quod est ualde cerebro propinquum, nocumentum

b B. secundum complexionem non secundum ꝙ accidunt uel occurrunt materiæ uirtuti sanæ, integræ, uel perfectæ in.

c B. Alia litera: anteriori cerebro facienté ipsos si non fuerit res appropriata alchaisiz. i. strícturæ.

d B. cum.
e B. fortitudine.

† Al. significatur.

f B. attende.
g † uel pluralitatem.
h B. aut.
i B. aut.
K † B. &.
l B. Et ex membris quidem sensitiuis sunt, quę uehemẽtis sunt propinquitatis cerebro, quare rarũ est, ꝙ nõ sit nocumentũ in eis cum communitate.

cumentum ab ipso recipit, nisi nocumentum sit in ipso commune,] sicut auditus & odoratus, plurimum enim nocumenti ipsius, quod purgatione,& complexionis commensuratione non remouetur,est ex cerebro: [m] [quapropter] reliqui sensus quum suis læduntur sensatis , [n] [non significant nocumentum in ipsis caliditatis,aut siccitatis , non peruenientium] ad hoc vt virtutem prosternant . Auditus autē & [o] [gustus] secundum plurimum significant quòd illa complexio est in cerebro . 4 De operationibus verò moralibus sciendum est, quoniam fortitudo meditationis, & perscrutationis significat fortitudinem complexionis cerebri omnino,& earum debilitas significat læsionem [p] [fortitudinis] in ipso. Quare oportet, vt demonstretur quæ operationum sit læsa, ex ipsis enim est corruptio virtutis imaginatiōis, & formationis,& eius,uel earum nocumentū. Hæc nanque virtus quum est fortis , iuuat ad significandum anterioris cerebri sanitatē. hæc autem uirtus non est fortis , nisi quum homo bene potest seruare formas sensatorum,utpote figurarum,& sculpturarū, & morum, & gustuum,& vocum,& modulationum,& reliquorum. est enim aliquis hominum,cui inest uirtus integra secundum hoc capitulum,adeo,ut qui ex geometris optimus est,consideret simul figuram lineatam , & signetur in ipsius anima simile illi,& eius litteræ,& narret quęstionem vsque ad finem ipsius, non indigens iterata cōsideratione in figura, & similiter est dispositio quorundam secundum comparationem ad modulationes,& dispositio quorundam cum comparatione ad gustus,& reliquorum , & ex hoc capitulo pendet bonitas cognitionis pulsus,ipsa enim indiget imaginatione forti figurata in anima ex tactis. Huic autē uirtuti , quū accidit nocumentum,aut destruitur operatio, & non remanet in ipsa forma imaginationis sensatę post remotionem eius a proportione , quæ est inter ipsam & sensum [q] [quum eā sentit,]aut debilitatur & minuitur, aut mutatur a cursu naturali,ut imaginetur quod non est, & significat eius debilitatem. [r] † [ ] Minutio verò eius,& destructio operationis ipsius,secundum plurimum significāt superfluitatem frigoris,aut siccitatis in anteriore cerebro,aut humiditatis. Sed frigus est causa essentialis,& duæ reliquæ sunt causæ per accidens , quoniam afferūt eam, & mutatio operationis eius,& permutatio ipsius.significant superfluitatem caliditatis. Et hęc quidem omnia sunt secundum plurimum rei, & secundum quòd dictum est in virtutibus sensibilib. Et hęc ęgritudo quandoque accidit sana intelligentia, vel ratione, ita vt perfecte & complete significent pulchrum & fœtidum,& sint eorum uerba cū hominibus sana,sed imaginantur quosdam p̄sentes,qui exterius non reperiuntur, et imaginantur voces tympanistarum,& reliqua , sicut narrat Galenus accidisse † Abrucali medico.Et ex ipsis est corruptio in virtute cogitationis,& imaginationis,scilicet aut destructio, & nominatur hæc deletio rationis,aut debilitas,& nominatur, [s] [amentia;] & earum principium est

m B. Alia litera & similiter.

n B. significat nocumētum in ipsis ex caliditate, aut siccitate non prouenientibus.

o B odoratus.

p B. diminutionis uirtutis.

q B. ita ut sentiat cum ea.

r † B & ipsius m[illegible]rationem.

† Theophilo.

s B. hamcha.

frigus [t] [anterioris] cerebri,aut siccitas,aut humiditas eius,& illud secundum plurimum,secundum quòd dictum est,aut est , mutatio & [u] [permutatio,ita vt sit in eius cognitione regimentum,& rectum faciat dicendo , quod non est rectum,& nominatur commistio]rationis, & significat aut apostemata,aut materiam cholericam calidam,& siccam, & est dęmonium [x] [lupinum,& est permistio eius cum malitia:] aut materiam melancholicam,& est melācholia,& est eius permistio cum malitia æstimationis,& cum cogitatione [y] [absque comprehensione.] Qui autem ex illis moribus ad timorē decliuior est,est magis significatiuus frigoris,et ex eis decliuior ad audaciam,& iram,est magis significatiuus caloris,& secundum differētias , quæ sunt inter eos,& nos postea afferemus eas. Et forsitan erit illud propter communicationem membri alterius,et illud quidem cognoscetur significationibus particularibus,quas postea narrabimus. Et vniuersaliter quum cogitationes plurimum mouentur motibus multis, et permutantur,et uariantur , tunc illic est caliditas . Et quandoque etiam accidit permutatio cogitationis in ęgritudinibus frigidæ materię, quum a caliditate non euacuantur, sicut commistio rationis in lethargia. Et ex ipsis ęst læsio in uirtute memorię,s. aut vt debilitetur, aut ut destruatur,sicut narrat Gal.quòd pestilētia prouenit in parte Aethiopię , quæ eis accidit propter cadauera multa relicta post forte præliū , et peruenit pestilentia illa vsque ad terrā Græcorum,accidit ergo eis , vt causa illius tantum caderet obliuionis,donec eis adueniret dispositio , secūdum quam homo nominis sui ipsius obliuisceretur,et filij sui.Et plurimum quidem accidit debilitas in memoria ,ppter corruptionem in postremo cerebro ex frigiditate,aut humiditate,aut siccitate,aut [z] [propter eum , qui permutatur,]et accidit ei ut rememoretur eius [a] [quod nunquam ei adest,] et significat complexionem calidam absque materia, aut cū materia,sed materia sicca ad illud est magis conueniens,et illud totum est quum cōplexio non superfluit,et virtus non cadit.Dicamus autem nunc sermonem cōiunctum , quòd destructio harum operationum quandoque fit propter dominium frigoris,aut in corpore cerebri, et est ex eo,quod dominatur super cerebrum, aut super ventres eius,et quandoque fit propter frigus cum humiditate,et quādoque affert ipsam siccitas,et similiter earum debilitas.ipsarum autem mutatio fit propter apostemata, aut complexionem cholericam,aut melancholicam , [b] [aut corpus adurens.] Et significatio dispositionum somniorum est ex eo, quod oportet adiūgi,huic loco : plurimum enim visionis rerum citrinarum calidarum significant dominium choleræ:et similiter plurimum uisionis rerum cuique complexioni proportionalium, quas numerare non est necesse . et somnia quidem permutata significant caliditatem et siccitatē , et similiter apparet in ægritudinibus acutis cerebri,et similiter sunt somnia terribilia , et illa quorum non recordatur,significant frigiditatem,et humiditatem secundum plurimum .

t B. medij.

u B. corruptio , ita ut sit eius cognitio , seu eius cogitatio in eo, quod non est & rectū faciat qđ non est rectum, & nominatur pmixtio.

x B leoninū, & est pmixtio cū actibus,& gestibus malis.

y B. eius quod non adest.

z B. aut ꝙ permutetur.

a B. Alia litera . de quo non cogitauerit tempore proximo.

b B. Alia litera. aut caliditatem puram.

ANNOTATIONES.

1 Et mutetur a cursu naturali &c. Actio uidendi tripliciter & ipsa læditur, ut reliquæ actiones, imminuitur, aufertur, deprauatur. Hic corruptæ uisionis exemplum affert, nempe ubi existimet quis se uidere quæ non uidet, de quo affectu Gal.& primo de sympt. cau.& 3.de loc.aff. Est uerò hic aut per essentiam in oculo, aut per consensum, ubi proprius non sit oculo, ait Auicennas significari læsionem in cerebro, adde tamen, quod & ipse met.& Gal. lib. 3. de aff.loc.notauit, & uentriculi & cæterarum partium consensu fieri. Subdit, quę uidentur cerni, & non sunt, nonnunquam suo colore materiam significare, quæ affectus est causa, id quod & Gal.lib. de sympt.cau.loco citato. nempe si alba appareat, pituitam indicari. Obijcit tamen sibi ipsi hic author, propterea quòd, si ex pituita deprauatur uidendi actio, quum hæc frigida sit, sequitur ex frigiditate deprauari actiones, cuius contrarium præcedente capite scripsit, quando actiones imminui & aboliri ex frigiditate, corrũpi uerò ex calore & siccitate adnotauit. Respondet. Corrũpi actiones semper a colore, ubi ex affectu partis a qua eæ prodeunt, deprauentur, at si absque illius affectu id fiat, tunc nihil obstare quin etiam a frigiditate corrumpantur, ob alicuius uidelicet materię aduentum ad eam particulam, cuius est actio. Cæterum nobis dubitationẽ facit hæc solutio. quum a qualicunque materia deprauetur uidendi actio calida seu frigida, humida seu sicca, non caloris, frigoris, humiditatis, aut siccitatis ratione corrumpatur, sed uel ob colorem quo affecta est, & tunc talia uidentur, qualia non sunt, uel ob ipsius substantiam, a qua seu obstructio fit, seu morbus in numero: & tunc ea uidentur quæ non sunt, ueluti idolũ, culices, aut fenestræ, de quare Gal. 1. de symp. causis.

Cap.2. Cap.7.

Cap.7.

Cap.7

2 Et in auditu quidem &c. Triplicem auditorij sensus lęsionem exemplo patefacit. Agens autem de corrupto auditu, vbi quis ea sentiat, quæ non sunt, veluti sonitus, & alia id genus, ait significari ex hoc, adesse in parte cerebri media aut siccam intemperiem, aut flatuosos uapores Gal. de hac re agens 3. de comp.med.per loc.aurium sonitus, nõ ad eius partis siccitatem, sed ad exquisitã sensitricis illius potentię subtilitatem refert, quam quidem causam, & si non eadem est cum siccitate, ab ipsa tamen siccitate non abscedere manifestum est. Constat tamen, utrum horum sequutus fueris, quod neque subtilitas sensus, neque siccitas prima est, id est, immediata huius symptomatis causa, quin potius perfectissimi auditus occasionem pręstare dicenda sunt duo hęc, quum ad rectè obeundam actionem faciant. Unde & lib.ar.med.ex prompta auditus, & cęterorũ sensuum actione siccitatem cerebri innatam significari Gal. docebat, ut neque siccitas, neque sentiendi promptitudo uitio uertenda sit, neque deprauatę actionis causa nuncupãda, quamuis causę fortassis sine qua non, rationem habeat. proxima uerò illius symptomatis causa morbus est, in numero, nempe uapores secundum auditoriæ facultatis sedẽ uagantes. seu in cerebro, ab imbecilli calore gignantur, seu aliunde ad eam partem afferantur. Quę de odorãdi & gustandi actione subdit, Gal. primo de sympt. cau. copiosius prosequitur, de tactu uerò & ibidem, et quarto de affe. loc. Cętera de sensuum perturbatione (ut ait) et debilitate, passim colliges. de naturali quidem ex lib.ar.med. ubi de cerebri indicijs agitur, de ea uerò quę ex accidenti est, & lib. de aff.loc.& de comp.med.per loca.

Cap.1.

Ca.16.18.&21

Cap.4.

Cap.5.Cap.2.

Cap.10.& deinceps.

3 Et ex membris autem sensibilibus, &c. Sensuum instrumenta, quę cerebro propinquiora sunt, ubi lędantur, affectum cerebri significare plerunque ait, quæ uerò longinquiora, particularium potius instrumentorum affectus, quàm cerebri. Quare, quum gustandi, & tangendi organa longius a cerebro distent, quàm odorandi audiendi, & etiã uidendi organa; propterea ubi ij affecti sint, particularia potius gustatus, & tactus instrumenta lędi significatur, quã cerebrum, id quod supra ijs uerbis. [Gustus autem & tactus] adnotauit. contra uerò ubi audiendi, odorandi, nec non uidendi lædantur actiones, quum harum instrumenta cerebro propinquiora sint, communicare cerebrum significatur. Quo fit, ut antiqui codices, ea uerba [Auditus autẽ & odoratus] perperam [auditus & gustus] legant, & ut ad recentiores quoque Bellunensis castigationes addendum uideatur [& visus] ut legatur [Auditus autẽ, odoratus, & uisus] oculum etenim cerebro summe esse propinquũ, (& si magis distat quàm uel aures, uel mammillares caruncula) & eius quoque affectus ex cerebri communicantia plerunque esse, perspicuum est, ut inter instrumenta, quæ cerebro propinqua sunt, iure oculus sit adnumerandus: nisi fortè medio potius loco inter ea, quę longinqua, & quæ propinqua sunt, constituas.

4 De operationibus uerò moralibus &c. Quomodo animales actiones lædantur, quas rectrices Gal. nuncupat, hic morales, habes ex 2. de sympt.cau. necnon 3. de aff. loc. copiosè. de somnys uerò, quæ ultimo loco notat, habes ex Hippocrate libello de insomnijs. Aristotele de somnijs. Et Gal. de dignot.per som.

Cap. 7. Cap. 5.

De significatione operationum motiuarum, & quod ei similatur ex somno & vigilia. Cap. 7.

Significationum autem assumptarum ex genere operationum motiuarum, destructio & debilitas significant humiditatem superfluã in instrumentis ipsarum, subtilem, plurimam, & significant in quocunque membro fuerint, lęsionem in cerebro. ueruntamen [a] [ei magis proprium est, quòd] in toto corpore fiunt, sicut apoplexia, aut in parte vna, sicut paralysis, & tortura laxa, & quandoq; [b] [conueniunt ambę ad significandum destructionem, & debilitatem caliditatis cerebri, aut siccitatis in ipso, aut in aliquo membrorum longinquorum] ab eo, uerum illud erit post ęgritudines plurimas, & paulatim secundum dies. Quod autem in vno membro fit, sicut [c] [mollities] & similia eius, quandoque est propter ægritudines proprias illius membri, & quandoque est ab expulsione superfluitatis cerebri ad ipsum. Earum verò mutatio, si est subito, significat humiditatem: [d] † [ ] & si est paulatim, significat siccitatem, scilicet in instrumentis. Quæ autem cerebro propria est, sicut mutatio motuum epileptici, quando adest epilepsia, quæ est spasmus communis, & ipsa quidem non fit nisi ab humiditate, quoniam ipsa fit subito, aut communicatione membri alterius, secundum quod declaratum est, & significat oppilationem non perfectam, [e] † [ ] sicut tremor capitis: omnia enim hæc significant materiã grossam in illo latere cerebri, aut debilitatem, aut siccitatem, si fuerit post ægritudines antecedentes, & si fuerit eorum aduentus paulatim & paulatim. De eis autem, qui sunt in membris a cerebro longinquioribus, sermo est illud, quod diximus multoties. Et omnes isti motus egrediuntur a cursu naturali, & diximus etiam, quod si homo impiger est ad motus, com-

a B. magis appropriatur ei s.

b B. contingunt s. destructio & debilitas ex caliditate cerebri, aut siccitate in ipso, aut in aliquo neruorum orto.

c B. mollificatio

d † B. etiam.

e † B. &.

f B. Alia litera: aut.
g B. aut.

complexio cerebri eius in principio est calida [f] [&] sicca: quòd si ast decliuis pigritiæ & laxitati, tunc eius complexio est frigida [g] [&] humida, & quum habet ęgritudinem, & motus ipsius pertinens est ad inquietudinem, tunc est calidus, & si quieti attinent, & virtus non est vehementis casus, tunc declinat ad frigus. Et ex eis, quæ huic capitulo proportionantur, est significatio dispositionum somni, & vigiliarum.

[2] Scias ergo, quòd somnus semper sequitur malitiam complexionis humidæ laxæ, aut frigidę congelantis motum virtutum sensibilium, aut uehementem spiritus animalis resolutionem, propter superfluitatem motus, aut propter impulsionem virtutum ad interiora, vt materia digeratur, & impellitur cum eis spiritus animalis [h] [propter consequutionem,] quemadmodum fit post cibum. Somni autem causa, qui non secundum cursum naturalem procedit, neque sequitur laborem & motum, est humiditas & congelatio. quòd si non cadunt causæ congelationis, & significationes non significant superfluitatem frigoris, de quibus rememorabitur, tunc causa eius est humiditas. Amplius nō omnis humiditas facit somnum. Senū enim cum humiditate complexionum ipsorum prolongantur vigiliæ. Et Galeno quidē videtur, quod illud est ex qualitatibus humiditatum ipsarum nitrosarum. Ipsæ enim vigilare faciunt propter nocumentum, quod cerebro inferunt. Verun tamen siccitas secundum omnem dispositionem vigilare proculdubio facit.

h B. consequutiue.

ANNOTATIONES.

1 *Docet quomodo motrices actiones lædi contingat: simul autem agit, & de somno, ac vigilia, quòd duo hæc, sicuti libro primo testatur, motui & quieti comparentur. Galenus tamen ad sensitricem facultatem, sensum uidelicet communem, hæc retulit primo de sympt. cau. Illud hic adnotandum, quod ad motus læsionem pertinet, quòd quāuis motus actio sit, quæ calore potissimum, & siccitate perficitur, (robustissimus enim, et promptißimus motus cum tali est qualitatum connexione.) ubi tamen calorem hūc, & siccitatem augeri contingat, atque temperati fines excedere; tunc non minus motrices lædi actiones necesse est, quàm si imminuantur, & earum contrariæ qualitates humiditas & frigiditas exsuperent. Quo fit, ut huius authoris uerba, non, ut sonare uidentur, sint intelligenda, quod uidelicet motionem destructio, & imbecillitas, humiditatem semper instrumentorum significet, id est humidam intemperiem indicet: sed, per humiditatem, humores intelligendi sunt: non solum tenues (ut innuere uidetur) sed & crassi, quamuis plerunque ex tenuib. lædi has actiones contingat. Et quanquam mouendi initium ex Gal. & medicorum sententia est cerebrum, non tamen semper quodcunque membrum quo ad motum afficiatur, cerebrum unà laborare indicatur: sed si totum corpus laborat, cerebrum affici oportet, non tamen contra affecta parte aliqua affici caput necesse est. id quod & hic ipse author ijs uerbis innuit. [Quod autem in uno membro &c.] licet secus primis uerbis sentire uideatur. id quod sanè certissimo nobis argumento est codices multum hoc loco esse deprauatos.*

Cap.8.

2 *Scias ergo quod somnus &c. Somni & naturalis, & non naturalis causas assignat quæ in re controuersia est, quum præter frigiditatem humiditatem & cæteras causas quas scribit, multa alia somnum faciant, medicamenta, cantus, gaudium, frictiones, pedum lotiones, balneæ, lectio, cogitatio, nauigatio, tenebræ & multa alia, quæ quotidiana experientia somnum facere animaduertimus. Verùm, sat sit nunc paucis dixisse, somni & naturalis, & non naturalis causam unam esse proximam, quā Aris. docuit lib. de somn. & uig. caloris ad internas partes, ob uapores ad cerebrum elatos, reuocationem. Cæteræ verò omnes, aut remotę sunt causæ, & per accidens: aut differentias somni agunt, non somnum.*

De significationibus sumptis ex ipso genere operationum naturalium ex eo, quod expellitur, & ex eo quod apparet de apostematibus & ulceribus, & ex eo quod oritur de capillis. Cap. 8.

Significationes autem acceptæ ex genere operationum naturalium apparent, vtpotè ex superfluitatibus, per ipsarum [a] [diminutionē] in quantitate, & qualitate earum, & per ipsarū prohibitionem. Earum verò expulsio fit ex palato, ex naso, & aure, & ex eo quod apparet super capite de vlceribus, & † pustulis, & apostematibus, & ex eo quod oritur de capillis, capilli enī oriuntur ex superfluitatibus cerebri. Et ex capillis quidē sumitur significatio ex velocitate ortus ipsorum, aut tarditate, & reliquis dispositionibus, quas iam numerauimus. Rememoremur ergo uiæ significationum expulsionum superfluitatum a semitis prædictis. Istæ quidem superfluitates, quum multiplicantur, significāt materias [b] [prædictas,] & significant causam quare superfluitates in membro multiplicantur, quemadmodum sciuisti, & quòd expulsiua non est debilis. Quum autem prohibentur, aut minorantur, & inuenitur cum hoc; aut grauitas, aut punctio, aut mordicatio, aut extensio, aut pulsatio, aut [c] [reuolutio] & tinnitus, significant oppilationem, & debilitatē virtutis expulsiuæ, & repletionem. Genus verò eius, id est, superfluitatis, significatur, quoniam mordicatiua, aut pungitiua, adustiua, paruæ grauitatis, citrinans colorem faciei & oculi, significat quòd materia est cholerica. Et pulsatiua, grauis, rubificans colorem faciei & oculi, inflans uenas, significat quòd. ipsa est sanguinea. Et laxatiua, faciens pigritiam, cum qua mutatur color ad plumbeitatem, & ducens ad somnum, & dormitationem, significat quoniam ipsa est phlegmatica. Quòd si color obfuscatur in dispositione illa, & corrumpitur cogitatio, & caput est minoris grauitatis, & sōnus cum hoc non est dominans, & non sunt reliqua signa, significat quòd ipsa est melancholica. Quòd si aliquid ipsorū est cū tinnitu, & [d] [reuolutione,] & permutatione loci, significat quòd materia generat vētositatē, & inflationē, & vaporē, & quòd habet caliditatem in ipsa agētē. Quòd si adest superfluitatū retentio cū leuitate capitis, significat siccitatē absolute, & hoc quidē capitulum quod attulimus, est proprium quātitati, vel qualitati expulsionis & prohibitionis. Qualitas autem eius, est, sicut si tendit ad citrinitatem, & subtilitatem, & caliditatem, [e] † [ ] significat cholerā. Et si tendit ad rubedinem [f] † [ ] [[g] & caliditatem] & exuberationem venarum, significant quod ipsa

a B. expulsionē.
† bothor.
b B. Alia litera. multas.
c B. uertigo.
d B. uertigine.
e † B. & mordicationem.
f † B. & dulcedinem in ore cū rubedine faciei & oculorum.
g B. & caliditate tactus.

ipsa est sanguinea. Et salsa, & dulcis cum priuatione reliquorum signorum, aut nitrosa, frigidi tactus, aut calidi, significat phlegma, in quod agit caliditas. Et insipida, grossa, frigidi tactus, significat quod est phlegma crudum, & istæ quidem sunt significationes qualitatis expulsi in colore suo, & gustu, & tactu, & substantia. Odoris verò eius est, quoniam putredo odoris, & acuitas eius significant caliditatem. Et priuatio odoris, fortasse frigiditatem, non tamen sicut prima significat caliditatem. Quæ autem pendent ex eis, quę apparet in cute capitis, & quod sequitur eam, ex vlceribus, & † pustulis, & apostematibus, significant secundum plurimũ materias, quæ fuerunt, & expelluntur, & non significant dispositionem cerebri in illa hora manifeste, nisi forsitan sint in augmento. Tu autem sciuisti causas apostematum calidorum, & frigidorum, & durorum, & cancerosorum, & vlcerum perambulantium, & quietorum. & reliquorum ex ijs quę dicta sunt. non sunt ergo tibi difficiles cognitiones eorum, secundum dispositiones capitis etiam. Et iam etiam sciuisti in libro primo causas euentus capillorum, & sciuisti causam crispitudinis ipsorum, & planitiei, & subtilitatis, & grossitiei & paucitatis, & multitudinis, & velocitatis canitiei, & tarditatis eius. Et nos quidẽ docebimus causam scissionis ipsorum, & casus eorum in capitulis proprijs. Cognosces ergo ex eis qualitatem significationum capillorum, & nos quidem differemus illud usque ad illum locum fugientes mulplicationem, & elongationem.

† bothor.

A N N O T A T I O N E S.

1 *Actiones maximè omnium partium a quibus prodeunt affectus significant. insigniter tamen id faciunt, & excreta ac retenta, & qualitates sensibiles nuncupatę. De actionibus capitis supra egit, hic verò de reliquis duobus. pro quare summe faciunt, quæ Gal* a *lib. ar med. de cerebri notis scripta reliquit.*

a cap. 13. ad 22. & cap. 76.

De significationibus sumptis ex conuenientia, & diuersificatione, & uelocitate passionum, & tarditate. Cap. 9.

Signa autem assumpta ex genere conuenientiæ, & diuersificationis, & velocitatis passionum, & tarditate eius, sunt hęc. Conuenientia autem & diuersificantia, impossibile est, quin aut a [mutentur] in dispositione, in qua positus nihil de sanitate negat, quę ipsum tenet, aut in dispositione, in qua est eius exitus a sanitate, & mutatur eius complexio a natura. Conueniẽtia ergo eius in dispositione sanitatis, quę ipsum tenet, est assimilatio complexioni eius. cõplexio igitur ipsius cognoscitur ex illo: quod autem diuersificatur ab eo in dispositione illa, est contrarium complexioni ipsius. In dispositione autem, in qua fit eius exitus a sanitate, & mutatur eius cõplexio ab ipso, iudicium est e contrario. Nos quidem iam diximus in eo, quod est præteritum de dictis vniuersalibus, quòd sanitas in corporibus omnibus non est secundũ complexionem unam, & quòd possibile est, vt sit sanitas corporis a complexione, cuius similis est ex eo, quod affert ægritudinem corpori alteri, si haberet illam complexionem. Veruntamen oportet, vt consideretur, quod sit eius diuersum in extremitate alia etiam, sicut diuersificatur ei hoc in hac extremitate, ita vt existimatione sciatur quantitas complexionis quam habet: duæ enim extremitates simul sunt diuersæ impedientes proculdubio, & non est conueniens sanitas aliqua extra æqualitatem, nisi dũ non vehementer superfluit. Et cerebrum quidem, quod complexionis calidæ malitiam habet, iuuatur aere frigido, & cibis, & odoribus frigidis, siue sint boni, siue camphorati, sandalini, & nenupharini, & eius similes, siue fœtidi, non boni, sicut limosi, & b [muscosis,] & iuuatur tranquillitate, & quiete. Et quod habet malitiam complexionis frigidæ, iuuatur eo, quod est illis contrarium. Iuuatur ergo aere calido, et odoribus calidis c [& lętificantibus, &] calefacientibus, et exercitijs, & motibus. Et quod habet malitiam complexionis siccę, læditur eo, quod ex ipso euacuatur. Et quod habet malitiam complexionis humidę, iuuatur eo, quod ex ipso euacuatur, & minuitur ab eo. Significationes verò velocitatis passionum eius, sicut si uelociter infrigidatur. et similiter quod uelociter calefiat, aut velociter infrigidetur: sunt istæ. Quod enim calefit uelociter, significat caliditatem complexionis: secundum conditiones prædictas in libro uniuersali, et similiter quòd velociter exsiccatur. d [illud enim] quandoque fit propter paruitatẽ humiditatis ipsius, et quandoque fit propter subtilitatem humiditatis ipsius, aut propter caliditatem suę complexionis. Verumtamen differentia inter ea est, quoniam cum primo reperiuntur reliqua signa siccitatis cerebri, sicut vigilię, et reliqua, de quibus rememorabimur in capitulo signorum complexionum cerebri, et hoc secundum est, quoniam siccitas non accidit ei nisi in horis, quæ sunt apud motum laboriosum, aut caliditatẽ fortẽ, aut quod procedit cursu eius ex causis siccitatis prædictis. Amplius, e [si non affuerit] ei in reliquis horis significatio siccitatis. Cum eo verò, quod fit propter caliditatem complexionis eius, sunt reliqua signa caliditatis in complexione. Quod autem uelociter humectatur, quãdoque fit propter caliditatem substantię eius, et quandoque fit propter frigus substantiæ ipsius: et quandoque fit, quoniam complexio substantiæ ipsius radicalis fuit humida, et quandoque fit, quoniam complexio substantiæ eius radicalis fuit sicca. Quòd si fuerit ex caliditate, erunt illic signa caliditatis, amplius erit illa humectatio non ex eo quod semper est: sed ipsa erit successiua caliditatis superfluę cadentis in cerebro et attrahentis humiditates ad ipsum, quę ipsum implebunt, deinde si remanserit complexio calida vincens, succedet siccitas, et cum f [diminutione,] et si humiditates vicerint, fiet cerebrum frigidum, et humidum, et si ęquabuntur, prouenit secũdum plurimũ putredo, et ægritudines putridæ, et apostemata, quoniam hæc humiditas non est g [innata, conuertitur ergo in ea caliditas innata, veruntamen] non conuertitur in ipsa nisi conuersione extranea, quę est putredo. Quòd si fuerit propter complexionis frigidita-

a B. considerentur.

† alabiati.

b v. althalebie, idest herbę marini, quę oriuntur in aquis stantibus.

c B. boni odoris, & fetidi odoris etiam resoluentibus.

d B. Et.

e B. non inest.

f B. expulsione.

g B. naturalis quã cõuertat caliditas naturalis conuersione naturali, ipsa

giditatem,nō erit euentus humiditatis subito, sed secūdum dies, deinde eueniet humectatio, et fiet cum velocitate,et erunt signa frigiditatis cerebri reperta. Quod si illud fuerit propter humiditatē cerebri ipsius: erit uelocitas in illo pp vnam duarum rerum : aut quia humiditas facit frigus,& frigus corrumpit virtutem digestiuam mutantem illud,quod peruenit ad cerebrum de nutrimento , & apparet humectatio . † Quum ergo peruenit frigus illud subito, humectatio post ipsum sequitur subito:& quādo cum illo accidunt oppilationes in meatib. accidit vt superfluitates retineantur: deinde erit hoc semper, & inseparabile , & non erit ex eis,quæ sunt raro.Eius autem,quod fit propter cerebri siccitatem,causam est [h] [desiccatio] adueniens subito, quum siccitas accidit vno momento,& est cum signis siccitatis prædictis , & est similis ei,quę prouenit a caliditate , nisi in eo, in quo ambo diuersificantur ex signis caliditatis,& ex signis siccitatis.Istæ ergo sunt significationes assumptę ex velocitate passionum.& non oportet ut [i] † [ ] velocitas passionum [k] [mutetur propter] debilitatem virtutū naturalium præcipuè in humectatione : quoniam debilitas uirtutum naturalium sequitur harum unam causarum.Omnia autem conuenientia,& diuersificantia nō sumuntur ex qualitatib.imò sumuntur ex formis & motib.quēadmodum videmus habentem ægritudinem , quæ nominatur ouum, eligere resupinationē de reliquis sitibus dormitationis suæ .

† legendū uidetur, aut quum peruenit.
h B. exuccatio.
i † B.considere tur.
K B.secundum

A N N O T A T I O N E S.

1 *Signa autem &c.Quomodo a iuuantibus & nocentibus,necnon a facilitate patiendi, corporum temperamenta indicentur,colliges copiosè ex Galeno lib.ar.med.ubi de cerebri natura agit.Sed hic dubitatio est. ait hic author salubria corpora a similibus iuuari , & offendi a contrarijs , quod etiam Galenus lib.art.med. sensit , calidiora corpora calidioribus,frigidiora frigidioribus,humidiora humidioribus , sicciora siccioribus conseruanda esse præcipiens . At contrarium in eodem libro legitur, tum de cerebro frigido , tum de calido & humido,tum de frigido,& sicco.ubi a similibus cerebrum lædi affirmat . constat autem eo loco de corporibus agi intra sanitatis latitudinem adhuc uersantibus. Videtur solui hæc quæstio a Galeno primo de alimen. fac.ubi temperata corpora a similibus iuuari, intemperata offendi scribit.Cæterum quum temperata corpora,raro admodum sit uidere,absurdum est,ut de re quæ per quam raro accidit,tam communis regula feratur.adde quod lib.ar. med. loco primo loco citato calidiora corpora calidioribus iuuari ait Galenus,quæ constat non esse temperata ,sed intemperata corpora.Breuibus ergo nos hanc litem ita solueremus,corpora omnia quæ intra sanitatis sunt limites,similibus conseruari,si similia sint, non in qualitate solum , sed etiam in gradu. unde & corpora tertio ordine calida,in eo statu in quo sunt , non nisi calidis tertij gradus conseruabuntur:id quod loco allegato intelligit Galenus.Verum,tametsi ea in statu in quo sunt, seruantur , non tamen iuuari ex calidioribus dicunt;immo,& si aliquo tempore in eo statu detinentur, quo erant tandem,nihilominus offendi necesse est quum intendatur intemperies:id quod Galenus de cerebro frigido,calido & humido,frigido & sicco innuit,nō tamen absolute lædi hæc a similibus dicenda sunt,sed facile a similibus offenduntur,ut Galenus adnotabat.*

a cap.13.ad 21.
cap.86.
cap.15.
cap.19. cap.20.
cap.1.
cap.86.
cap.86.

2 *Eius autem quod fit propter cerebri siccitatem &c. Cerebrum ait ob siccitatem subito aduenientem humectari , & attractionem quæ in hoc casu fit , similem esse ait attractioni,quæ a calido . Notandum est, quod caliditas & siccitas humiditatis causę sunt per accidens , sed magis etiam caliditas quam siccitas . A siccitate membra attrahunt propter alimenti absumptionem . A calore autem,quod calidum exsiccat , & siccitatem particulæ imprimit a qua alimenti fit tractio.non quidem quod siccitas trahat : sed membrum facultate sibi innata humorem trahit, quod eo indigeat .*

De significationibus sumptis ex parte mensuræ capitis. Cap. 10.

COgnitio verò] [a] facta secundum paruitatem capitis,& magnitudinem eius, est, ꝙ oportet te scire, quoniam causa paruitatis capitis in creatura est paucitas materiæ;sicut causa magnitudinis eius est materiæ multitudo scilicet materiei spermatis partitę in partitione, quę capiti est naturalis. Amplius si fuerit materiei paucitas cum fortitudine uirtutis formatiuæ primæ,erit bonæ formæ,& erit minus malum eo, quod paruitati capitis adiungit figuræ malitiā in creatura,quod significat debilitatem virtutis secundum quod ipsum non est expers malitiæ in forma cerebri , & debilitate virtutis, & constrictione meatus uirtutis moralis,& naturalis,uel animalis . quapropter physiognomici dicūt , quod hic homo est pfidus , timidus,velocis iræ , hæsitans in rebus . Et Gal. quidem dicit , quod caput paruum omnino non [b] [vacat]a significatione malitię formæ cerebri,& ꝙ magnum caput non habet assiduam significationem bonitatis dispositionis cerebri , dum non sunt ei compares bonitas figuræ,& grossitudo colli, & amplitudo pectoris . ipsæ enim consequuntur magnitudinē dorsi , & costarum sequentium magnitudinē nuchę, & eius fortitudinem, quæ consequuntur fortitudinē cerebri . Quum.n. multitudini materiei compar existit fortitudo uirtutis formatiuę,caput est secundum hāc formam.Ex eis autem,quæ illud [c] [significant,] est ut illic sit proportionalitas reliquorum membrorum,quod si cum eis compar fuerit ipsorum debilitas, erit malæ figuræ, debilis colli, parui dorsi: aut erunt lęsa : [d] [& quæ] eo continentur , & ab eo oriuntur,secundum quòd quandoque accidit ex augmento capitis in magnitudine, quę non est secundum naturam pueris,quibus accidit [e] [apertio] capitis,& magnitudo eius,quę non sunt in natura,immo secundum semitam ęgritudinis,& causa in ipso est multitudo materiei [f] [ascendentis:] & similiter accidit adultis ex doloribus capitis prauis , & quandoque accidit, ut synciput minoretur,& tempus planum fiat, quum eleuatur erysipila super cerebrum . Iam ergo scis significationes paruitatis capitis , & magnitudinis eius . Et ex signis bonitatis quidem cerebri est, ut non patiatur ex uaporibus uini , & [g] † [ ] quæ cum eis narrabimus,& [h] [quæ patitur] ex subtilitate , & caliditate eius [i] , [etiam ut addatur] mens eius .

a B. differentia uerò , & cognitio.
b B.euacuatur.
c B.confirmant
d B.quę cum.
e B.inflatio.
f B.ebullientis.
g † B.ab eis.
h B.patiatur.
i B.quare additur.

De figura capitis. Cap. II.

SIgnificationes verò figuræ eius sunt istę. Iam enim docui te in capitulo ossis capitis, quę sit naturalis figura capitis, quæ sit mala: & ꝙ figurę malitia, quum accidit alicui partium capitis, læduntur proculdubio proprietates operationum illius partis cerebri, de qua dixit Galen. quòd [a] [oblonga multum] & quadrata sunt uituperabiles semper, & eminentia extremitatum est uituperabilis, nisi causa sit in ipso fortitudo uirtutis formatiuæ: scilicet si sit superabũdans in operationibus suis: & significant etiam fortitudinem huius uirtutis, forma colli, & ipsius quantitas, & pectus.

a B. almesefath

† almusafata.

De significationibus sumptis a grauitate, & leuitatę capitis, caliditate, & frigiditate, & ex doloribus. Cap. 12.

SIgnificationes autem sumptæ ex grauitate capitis, & leuitate eius, sunt, quoniam grauitas capitis semper significat materiam in ipso: sed materia cholerica facit grauitatem minorem, & adustionem vehementiorem. Et melancholica facit grauitatem maiorem illa, & siccitatem [a] [magis.] Et sanguinea facit grauitatem fortiorem quam illę, & pulsationem, & dolorem in radicibus oculi propter penetrationem chymi calidi, & rubedinem, & inflationē in venis uehementiorem. Et phlegmatica facit grauitatem maiorem quam omnes aliæ, & dolorem minorem, quam sanguinea, & cholerica, & somnum maiorem quam melancholica, & [b] [tarditatem] ad cogitationem, & pigritiã, & paucitatem agilitatis. Significationes uerò assumptæ ex caliditate, & frigiditate, scilicet [c] [quod] ex eis tangit caput in seipso, & quod tãgit aliud exterius, non occultantur tibi: calidum quidem significat caliditatem, si perseuerauerit, complexionalem, & si accidit, & nocet, accidentalem, & similiter est iudicium frigidi, secundum eius considerationem. Et similiter est iudicium aridi, & sicci secundum suam cõsiderationem: si non venerit exterius exasperãs, & arefaciens. Et similiter est humidum, si nõ fuerit calor interius [d] [separans.] Et dolores quidem corrosiui, qui imaginari faciunt in capite hominis, incessus scilicet alicuius rei cum corrosione, & mordicatione, significant materiam calidam: & pulsatiui significant apostema calidum: & [e] [similiter subitat significatio eorum concommunicantiam] febris. Et grauatiui & compressiui significant materiam [f] †[ ] frigidam. Et extensiui materiam ventosam, & permutatio [g] [subitat] illud. Et dolor qui est sicut percussio cum malleo, significat sicut ouum, & hemicraneam temporalem. Et dolores etiam significant parte sua, sicut dolor, qui est propter communitatem hepatis secundum formam aliam, quemadmodum narrabimus. Et cum hoc quandoque significant secundum suam perseuerantiam, dolor enim quum perseuerat in anteriore capitis parte, & posteriore eius, significat [h] cum parte sua † phrenesim.

a B maiorem.

b B. hebetudinē

c B. quas.

d B. faciens sudorem.

e B. confirmat significationes eorum adhærentia.

f † B. grauantē comortinentē,

g B. confirmat.

h B. frenesim, † carabitum.

De significationibus membrorum, quæ sunt cerebro sicut propagines, ut oculus, & lingua [a] [uua,] collum, & nerui. Cap. 13.

SIgnificatio autem oculi, qui est de summa illorum, est ex dispositione uenarum eius, ex dispositione grauitatis, & leuitatis ipsius, & ex dispositione coloris eius in citrinitate sua, aut in offuscatione sua, aut plumbeitate, aut rubedine eius, & dispositione tactus eius: & omnia illa valde uicina sunt in significatione eius, quod est in ipso cerebro. Et quandoque significatur per illud quod fluit ab eo de lachrymis, & lippitudine, & quod accidit ipsi ex clausura [b] [& palpitatione,] & ex dispositionibus oculi, quæ considerantur secundum profunditatem, & exitum eius ad exteriora, & magnitudinē, & paruitatem, & infirmitates, & dolores. Nam, si oculus siccatur, significat siccitatem cerebri, & fluxus lippitudinis & lachrymarum quum non fit propter ægritudinem in ipso oculo, significant humiditatem anterioris cerebri, & magnitudo uenarũ oculi significat calefactionem cerebri in substantia, & fluxus lachrymarum absque causa manifesta, significat in ęgritudinib. [c] [calidis] inflammationem cerebri, & apostemata eius; & propriè quum currunt ex uno oculorum, & quum lippitudo pupillam tegere incipit: sicut tela araneæ, deinde adunatur, tunc est morti propinquius. Et oculus qui remanet apertus, & non mouetur, sicut fit in † phrenesi & quandoque in lethargia, & qui clauditur, & fit eius apertio difficilis, sicut fit [d] [secundum plurimas uices] in lethargia, & fit etiam in carabito, apud resolutionem uirtutis significat læsionem magnam in cerebro: plurimum autem mobilis significat inflammationem, & caliditatem, & dęmoniacum, & adhærens suo intuitu uni loco, [e] [qui est † phrenetici, & terrefactus, alienationem] & melancholiã Et quandoq; significatur ex motib. eius [f] [error cerebri ex crudelitatib.] irę & angustiæ, & timoris, & [g] [concupiscentiæ.] Et ad exteriora exiēs significat apostemata, & repletionem uasorũ cerebri. Et profundus significat resolutionem plurimam substantiæ, cerebri, sicut accidit in vigilijs, & † lycanthropia, & [h] [concupiscentia,] quamuis horum forma diuersificetur in hoc, quemadmodum distinguemus in locis suis, & similiter quandoque significat [i] [congelationē cerebri & eius mortem.] Significationes autem assumptæ ex dispositionib. linguæ sunt, sicut ꝙ linguæ multotiens color significat cerebri dispositionem, quemadmodum sua albedine significat lethargiam, & citrinitate sua primo, & nigredine sua secundo, † phrenesim. Et sicut significat dominio citrinitatis super se, aut uiriditate uenarum, quæ sunt sub ea [k] [caducationem propriè.] & non est quidem significatio ex colore oculi, nam illud uehementiorem habet cum cerebro proprietatem, colore autem linguæ quandoque significantur stomachi dispositiones ueruntamen, quum scitur, quod læsio est in cerebro, non elongatur significatio ab eo. Assumptæ autem ex [l] [colore faciei sunt plures.] Et tu quidem scis significationes colorũ complexionum. Ex eius autem pinguedine, &

a B. & facies, & meatus uitæ, & amygdalarũ &.

b B. uel clausione & intuitu fixo in rem unã, & ex dispositione motiõis eius uel palpitationis eius.

c B. acutis.

d B. quãdoque. † carabito.

e B. & quid est in habentib. sirsem & birsem significat guesgues. i. cogitationes malas. Alia litera. & qui est albersame, & alberheme significat uesues. i. cogitationes tristes. † alcumbescematiz

f B super cogitationes cerebri ex imaginatione, Alia litera. super considerationes cerebri, quæ sunt fortis apprehensio.

g B. ylischi. † alcusubut.

h B. ylischi.

i B. super erysipila cerebri, & impetigines eius † carabitum.

k B. epilepsiam propriè.

l B. dispositione faciei sunt ex colore eius.

& macie sunt, quia eius pinguedo & rubedo significat dominium sanguinis, & ipsius macies cum citrinitate significat dominium cholerę, & eius macies cum tenebrositate significat dominium siccitatis melancholię, & inflatio [m] [modica] significat dominium aquositatis [n] [ĩ sanguine victo, postquàm non fuerint istæ dispositiones dominij principales,] & post quàm scieueris, quòd ægritudo non est in corpore mutans formam, nisi in latere cerebri. Assumptæ verò ex dispositione colli sunt, quoniam si est forte, & grossum, significat fortitudinem virtutis cerebri, & eius abundantiam, & si est curtũ, & subtile, e contra, & si est præparatum ad recipiendum scrophulas, & apostemata, tunc causa in hoc non est debilitas in ipso: [o] [& tunc etiam quando uacuum est ab illo, non] est causa in hoc fortitudo eius, uerum causa in hoc, est debilitas uirtutis digestiuæ, quæ est in cerebro propter aliquam specierum complexionis, quas narrabimus, & fortitudo uirtutis expulsiuæ: partes enim colli recipiunt, quod cerebrum expellit, & carnes molles glandosæ, quæ sunt in ipso. Et similiter est etiam dispositio significationum assumptarum a dispositione uuę, & duarum amygdalarum, & etiam dentium. Assũptę verò ex dispositione membrorum neruosorum intrinsecorum sũt ex semita iudiciorũ communitatis. Necessarium enim est, vt cerebro, & nuchæ communicent: sicut quum lesiones super ea perseuerant, afferunt cerebro speciem ægritudinis, quæ est in eis. Et quandoque aduenit eis illud ex cerebro. Et nerui quidem, quum fortes fiunt & ingrossantur, & viæ ipsorum fiunt fortes, quæ eis creatæ sunt [p] [principales,] significant fortitudinem, & contrarium illius significat contrarium eius.

m ——— B.
n B. & phlegmatis in sanguine uincentium uel dominantium.
o B. neque quũ uacuum est ab illo tunc.
p B. radicales.

De significatione communi membrorum, quibus communicat cerebrum & appropinquat. Cap. 14.

Qvum membra cerebro communicantia fortia existunt, tunc cerebrum est forte. & si plurimas habent læsiones, non propter causas manifestas eis aduenientes, tunc cerebrum debilitatur, aut læditur, et fortasse sunt operationes illæ in membris alijs propter communitatem virtutum cerebri, sicut contingit vt non vadat æger ad vrinam, & egestionem, indigens eis, propter priuationem sensus, sicut accidit in lethargia & [a] [clausura oculorum vigilatiua,] aut propter grauitatem motus super ipsum, sicut in eis, & in † phrenesi, & sicut defectus transglutiendi, & [b] [sorbendi in serac, i. quando aqua ingreditur tracheam arteriam] in istis ægritudinibus, & sicut significationes anhelitus, anhelitus enim quandoque abscinditur, & destruitur per causam læsionis, quæ est in cerebro, peruenientis ad velamen, & membra anhelitus, & [c] [eius multitudo,] & magnificentia sunt magis significantia † ferinam phrenitim & strictura, & paruitas eius sunt magis significantia dormitationem vigilatiuam, & lethargiam.

a B. subet alsari.
† carabito.
b B. & algasas & alserach.
c B. sicut eius magnitudo.
† sibare.

De significatione membri, cuius communitate cerebrum patitur. Cap. 15.

Qvoniam stomachus est ex membris plurimum cõmunicatione sua lædentibus cerebrũ, tunc oportet, vt significetur illud ex dispositione desiderij, & digestionis, & eructationis & rugitus, & dispositione singultus & nausęę, & dispositione tremoris stomachalis. In qualitate verò [a] † [ ] horum secundum stomachum consideretur, ubi loquemur de stomacho. Et significatur etiam ex dispositione vacuitatis, & repletionis. Communitas enim cerebri cum stomacho, quum est repletus, aut habet inflationem, apparet in dispositione repletionis eius. sed eius communitas cum ipso propter caliditatem, & choleram rubeam, & dolores ipsorum, qui fiunt inde, & ex fortitudine caloris, apparet in dispositione vacuitatis, Et plerunque fit ex repletione causa ad ęquandam complexionem, & oppilãdum inter vaporem calidum, & cerebrum, & proprius [b] [significatur illud secundum locũ] doloris in principio sui, & ipsius mansione. Aegritudines enim cerebri communicatione stomachi factas iam significat dolor, quum incipit a syncipite, deinde effũditur ad illud, quod est inter vtrasque spatulas, & fit fortior apud [c] [caput.] Et quandoque ægrotat caput in communicatione hepatis, & est tunc declinatio doloris ad dextram, sicut quando fit communicatione splenis, est declinatio doloris ad sinistrã. Et. quandoque [d] [multiplicatur communicatio] cerebri cum † hypocondrijs & cum eo quod est coram † ossibus thoracis. est ergo dolor decliuis ad anteriora ualde. Et quandoque communicat matrici, & fit cum ęgritudinibus matricis, & eius significationes dictæ sunt in ca. ipsius, & sistitur dolor in vertice syncipitis. Plurimæ autem communitates cerebri cum membris, eueniunt propter uapores ad ipsum ascendentes, & uia quidem ascensionis ipsorũ, aut est illud, quod est coram anteriore parte † ossium thoracis, & [e] [sentit in primis] extensionem eius ad superiora, & est extensio, vt chorda, & pulsatio in venis iuxta ipsã, et sentit principium doloris anterius, aut illud [f] [quod sequitur partem colli,] & sentit principium doloris posterius, & tenduntur vt chorda venæ, & arterię positę posterius, & sentit illic pulsationem. quumque considerauisti accidens membri communicantis, oportet [g] [ne] accidens sit accidens illi membro in seipso, [h] [sed] propter communitatem suam, quam habet cum cerebro, & non propter communitatem cerebri cum ipso. Quum enim significetur ex nausea, quòd ægritudo cerebri sit propter stomachi communitatem, tunc non elongatur, quin erretur, & fit ægritudo hæc in cerebro prius, & sit occulta, et neque appareat nausea in stomacho, nisi propter communitatem suam cum cerebro in ægritudine occulta, cum qua est. Oportet ergo, vt redeas ad principia, quæ tibi dedi in libris primis, quibus cognoscas ægritudines principales ab ęgritudinibus communicationis.

a † B. significationis.
b B. cum quo significatur est locus.
c B. digestioné.
d B. est cum cõmunicatione.
† mirach.
† serasif.
† serasif.
e B. Alia litera: sentiunt isti.
f B. quod uicinatur parti occipitis.
g B. Alia litera. vt.
h B. non.

De signis cerebri in sua complexione æqualis. Cap. 16.

Cerebrum in sua complexione æquale est id, quod est forte in operationibus sensibilibus, & moralibus, & mobilibus, & commensuratum in expulsione eius, quod ab eo expellitur, & in ipsius retētione, & forte ad resistendū accidentibus impedimentum afferentibus. Capillos habens in pueritia glaucos, & in adolescētia igneos, & rubeos, & ad nigredinem declinātes, circa complemētum creationis, & augmenti, medios inter crispitudinem, & planitiem: & ipsorum ortus, & tempus [a] [nascendi totum] est in sua hora, & ipsorum canities non est festina, neque tarda ab hora naturali, & caluitiū non cito ei aduenit.

a B. pubertatis suæ quodlibet horum.

De signis complexionum malarum euenientium ex conceptione. Cap. 17.

Visum est Galeno, quòd caliditas generat rationis permistionem, & alienationem, id est stoliditatem. Et nos istis adiungamus subitationem, & velocitatem casus initiorum, & permutationis voluntatum. Et quòd frigiditas generat [a] [stoliditatem] & quietem motus. Et nos adiungamus istis, tarditatem intellectus, & [b] [excusationem] cogitationis, & pigritiam. Et quòd siccitas facit vigilias, & ipsam significant vigiliæ. Et nos quidem in hoc conditionemus vel statuamus, ꝙ non sit ab humiditatib. nitrosis, & non est cū grauitate in cerebro, & assiduatione euacuationis superfluitatū, & reliquis significationibus humiditatis. humiditas. n. salsa, & nitrosa, teste ipso Galeno, facit īsomnietatē, sicut in senibus. Humiditas verò facit somnum profundum, & tu statue cum anima tua conditionem prædictam. Et Galeno quidem visum est, quòd significatio ad ostendendum, quòd complexio dominans est sine materia, est priuatio fluxus superfluitatum cum significatione malitię complexionis, significatio verò, quòd ipsa dominetur cum materia, est fluxus superfluitatum. Et nos quidem perscrutemur, & dicamus, si non sint oppilationes, & debilitas virtutis expulsiuę, & illius significatio ē, quod prędiximus, & perfecimus. [2] Significationes verò cerebri calidę complexionis sunt velocitas ortus capillorum in principio natiuitatis, aut in ventre, & nigredo ipsorum in principio, & denigratio eorum post glaucedinem velox, & crispitudo eorum, & similia. [c] † [ ] & velocitas repletionis capitis, & ipsius grauitas ex causis euenientibus, sicut odoribus, & similibus, & læsio eius ab odoribus calidis, & paucitas vsus somni cum leuitate eius, & apparitio venarum oculorū, & [d] [acuitas ipsorū,] & velocitas permutationis in consilijs, & volūtatibus sicut est dispositio [e] [infantiū,] & significat illud tactus, & rubedo coloris, & decoctio superfluitatum effusarum, & expulsarum, & æqualitas ipsarum in substantia cum comparatione ad alias. Significationes verò complexionis frigidæ sunt, augmentum expulsionis superfluitatum, secundum quòd ex conditione prædictum est, & planities capillorum, & paucitas nigredinis eorum, & velocitas canitiei, & velocitas patiendi ex nocumētis, & multitudo rheumatismi intus ad palatum, & accidētium coryzę propter leuem causam, & occultatio venarum in oculis, & multitudo somni, & eius forma est similis formę dormitantis, tardus est palpebrarum motus, & est stabilitas secundum voluntates, sicut est dispositio senum. Siccæ verò complexionis significationes sunt mūdificatio meatuum superfluitatū, & claritas sēsuum, & potentia in vigilando, & fortitudo capillorum, & velocitas natiuitatis ipsorum propter [f] [fumum complexionis] in ętate prima, & velocitas caluitiei, & crispitudo capillorum. Sed humidę complexionis significationes sunt planities capillorum, & tarditas natiuitatis ipsorum, & tarditas caluitiei, & perturbatio sensuum, & multitudo superfluitatum intus, & rheumatismus, & profunditas somni. Calidæ et siccæ complexionis significationes sunt priuatio superfluitatum, et claritas sensuum, et potentia vigilandi, & paucitas somni, et velocitas ortus capillorum ī principio, & fortitudo ipsorū, & nigredo, & crispitudo eorum, & multa caluitiei velocitas, & caliditas tactus capitis, & ipsius siccitas cum rubedine manifesta in ipso, & in oculo, & [g] [permutatio] in voluntatibus, et velocitas in eis, & fortitudo intellectus, & memorię, & velocitas in eis operationum animalium. Significationes verò complexionis calidæ & humidæ sunt istæ. Nam si complexio illa non est valde remota ab ęqualitate, color est bonus, & venæ sunt manifestæ, & tactus est calidus, & lenis, & superfluitates sunt plures, & magis coctæ, & capilli plani, declinantes ad glaucedinem, absque velocitate caluitiei, & calefactio, & humectatio sunt ei veloces. Quòd si ab ea fuerit elongata, erit ægrotatiuum, recipiens [h] [casus] calidi, & frigidi, & ægritudines putridas in substantia sua velociter, & erunt sensus illius, cuius est cerebrum, grauati, perturbati, et oculi eius debiles, & neque abstinebit a somno, & uidebit somnia [i] [permutabilia.] Significationes autem complexionis frigidæ & siccæ, sunt istæ. Nam caput est frigidi tactus, abiectus color, venæ sunt in ipso occultæ, & in oculis, tardus capillorum ortus, & sunt castanei, & subtiles, tarditas caluitiei propriè, si non est magis dominans eius siccitas, quàm frigiditas, et nocetur frigidis secundum conditiones prædictas, & sensus sunt clari in infantia sua, & quum procedit in ætate, debilitatur velociter, et senescit, et apparet spasmus, & contractio in partibus capitis eius, [k] † [ ] & fit sanitas instabilis. Quandoque enim est leuitas capitis, & viarum apertio, et quandoque est e contrario. In complexione autem frigida, & humida, est homo multi somni, et profundus in ipso, malorum sensuum, piger, tardus, multæ euacuationis superfluitatum ex capite, et significat ipsam tarditas [l] [caluitiei,] et velocitas euentus rheumatismorum. Apostematum verò significationes, & reliquorum dicemus in distinctionibus.

a B. hebetudinē.

b B. difficultatē

c † B. & uelocitas caluitiei.

d B. zachema. i. chorize.

e B. in pueris.

f B. fumosam cōplexionem.

g B. Alia litera firmitas.

h B. nocumētū.

i B. corrupta.

k † B. & est sanitas senilis.

l B. canitiei.

ANNO-

ANNOTATIONES.

cap.9. 1 *Visum est &c. Galenus 2. de aff. loc. vigilias & delirium* cap.5. *a causa potestate calida, affectus uerò somnolentos a frigida fieri testatur. ait item 3. de aff. loc. siccitatem solam uigilias parere, humiditatem verò profundos somnos. His addit hic author ex caliditate celeres ac subitos motus, & inconstantiam opinionum proficisci, & a frigiditate tarditatem & ocium seu inertiam. De siccitate quoq; ait, non statim ex uigilijs siccitatem indicari, sed addit, nisi humores nitrosi adsint, nisi capitis grauitas, nisi frequens excrementorum a capite excretio, & si nulla humiditatis indicia sint. Cæterum ex his quæ ait hic se addere, de opinionū* cap.12. *inconstantia meminit & Galenus lib. ar. med. De nitroso* cap.5. cap.9. com.31. *humore seu humiditate φ uigilias pariat 3. de aff. loc. 1. de tu. san. & 3. aph. De capitis uerò grauitate non equidem ex Galeno vidisse memini, huius tamen ratio est, quòd irritata natura ex multitudine quæ grauitatem facit, quiescere animal non potest, quod item in frequenti excrementorum euacuatione usu uenit. Verùm de cerebri caliditate, & frigiditate, φ has opinionum constantia atque inconstantia ac promptitudo sequatur, dubium est, quum Gale-* cap.29. *nus lib. ar. med. promptitudinem ad actiones et temeritatē, constantiā atq; inconstantiam, ad calidi aut frigidi cordis, non autem cerebri indicia referat, in qua etiam re assentiri Arist. videtur, qui, quum cor mentis sedem existimaret, ibi dem & constantiam, & promptitudinem actionum collo-* cap.3. *cabat, quod & Galenus ipse facit 7. de decr. Hip. & Pla. Sed soluitur mobilitatem in opinionib. ad cerebri caliditatem, & mentis tarditatem ad illius substantiæ crassitudinē* cap.12. *Galenus lib. ar. med. refert. at constantiā in animosis (quas uocat) actionibus, hoc est vigorem & tonum ad cor ipsum refert. quòd ipsum animosæ potentiæ sedes est. differt autem constantia actionum ab opinionum uarietate, aut (ut ita dicam) stabilitate.*

De signis cuiuscunque ægritudinum capitis.
Cap. 18.

HOc capitulum, & quod est ante ipsum, sūt sicut conclusio principiorum, quæ dedimus de dispositionibus significationum capitis. Et oportet quidē, vt has significationes seruemus in memoria, & non sit necessarium reiterare in vnoquoque capitulorum, in quo loquemur de ægritudinib. partium capitis. Quòd si iterabimus eas in aliquo capitulo, iterabimus eas, vt illud sit adiuuans ad qualitatem redeundi ad hos canones in cap. alijs, in quibus iam a [contenti erimus secundū φ erit de eis,] quod attulimus, in illo capitulo vno. Et similiter oportet, vt animam tuam super illud quiescere facias de reditione ad canones vniuersales in curis particularibus capitis, nisi in quo in vniuersalibus non est dictum, & est necessarium ipsum dicere in particularibus.

a B. abbreuiamus secundum.

De signis malæ complexionis calidæ sine materia.
Cap. 19.

IPsam significat inflammatio, & priuatio grauitatis, & vigiliæ, & inquietudo in motib. & a [permutatio] in imaginationibus, & agitatio & velocitas in ira, & rubedo oculorum, & iuuamentum ab infrigidantibus, & nocumentum a calefacientibus.

a B. & læsio, seu corruptio.

De signis malæ complexionis frigidæ sine materia.
Cap. 20.

SEntitur frigus cum priuatione grauitatis, & & pigritia, & tepiditas, & albedo coloris faciei, & oculi, & diminutio in imaginationibus & declinatio ad timorem, & iuuamentum a calefacientibus, & nocumentum ab infrigidantibus.

De signis malæ complexionis siccæ sine materia.
Cap. 21.

LEuitas & antecessio euacuationum, & desiccatio stricturæ narium, & dominium vigiliarum.

De signis malæ complexionis humidæ sine materia.
Cap. 22.

PIgritia & tepiditas, cum paruitate grauedinis, & paucitas fluxus eius quod effluit, aut ipsius equalitas, & superfluitas obliuionis, & dominium somni.

De signis complexionum compositarum absq; materia.
Cap. 23.

C a † [ ] Ommistio signorum duarum complexionum. Et significatur quidem dominium caliditatis cum siccitate per vigilias, & commistionem rationis. Et super dominium frigiditatis cum ea per dispositionem similem ægritudini, quæ nominatur congelatio, & forsitan aduenit ei. Dominium quidem humiditatis cum caliditate significatur ex dominio somni, qui nō est b [propter fortes subeth, id est fortes profunditates somni] Et dominium frigiditatis cum humiditate per somnum c † [profundū,] & adiunge ad illud quod attulimus de reliquis signis compositis ex significationibus singularium.

a † B. Signa cōplexionum compositarū absque materia sunt.
b B. ex uehemētibus causis. Alia litera. uehemēs sicut subet.
c B. subet: cum.
† a subeti.

ANNOTATIONES.

1 *Notas intemperierum capitis Galenus 2. de cōp. me-* cap.1. & 2. *dic. per loc. de capitis dolore agens passim recenset. & ex eo Paulus lib. 3. de calida Galenus tria ponit indicia, cutē* cap.4. *prima manuum iniectione aridiorē, rubentes oculos, quod iuuentur a frigidis & a calidis offendantur. De frigida uerò intemperie refert contrarias notas. His alias multas hic author adijcit, ut patet. Dubitatio ergo est cur hic plura is uerò pauciora indicia afferat. Huc accedat, quod temere omnia hæc, aut pleraq; assignari uidētur. primum quidē quod ad Galenū attinet, cū cutē tactui aridiorem esse ait, absurdum uidetur, quū, etsi caliditatem siccitas sequitur, illud tamen liquido constet, ariditatem non caloris sed siccitatis propriam esse notam. rubor item oculorum illius certe intēperiei quæ a sanguine fit, indicium est, non illius tamē quæ a nuda est intemperie, & quæ a bile. ita & φ iuuetur a frigidis, lædatur a calidis, proprium huius indiciū nō est, quum & naturali temperiei commune sit, Galeno li. ar. med. adnotante, cerebrum frigidū calidis, & contra calidū frigidis adiuuari. Similiter et ex ijs quæ hic author adiūgit grauitatis priuatio cōis est oī nudæ intēperiei nota. uigiliæ ad siccitatē propriè referūtur, ut superiori capite habitum est.*

est. Inquietudo in uoluntarijs motibus, & si a calore prouenit, per accidens tamen id quoque ipsum est, nempe quia cientur cerebri spiritus, & agitantur, agitatio autem eorũ, proxima est inquietis, seu perturbationis nota. Corruptio quoque (ut ait) imaginationis, si deprauatam eius actionem intelligat, fieri ex huius authoris sententia potest etiã ex siccitate, ut paulo ante est adnotatum, atque ideo commune est indicium. Promptitudo quoque ad iram, inter signa calidioris cordis reponitur, pertinetque ad animosam, non ad animalem potentiam. Quare, perperam hæc de calida intemperie allata esse indicia, asserendum uidetur. Cæterum quod alij plura, alij pauciora signa recenseant, mirandum non est, quum alij propria, alij etiam communia enumerẽt. id quod, licet non æque fortassis certam methodum constituat, iure tamen fit, quum perpendenda in singulis morbis sint omnia, non propria solum, sed etiam communia, non quæ tantum per se, sed & quæ per accidens. rationalis tamen & solertis medici est, propria a communib. et quæ per se, ab ijs quæ per accidens, sunt, distinguere. Quare, (quod nostri propositi est) calidæ intemperiei propriũ, proximũ, & per se indicium una est ad tactum caliditas, sicut & frigidæ frigiditas. Quia tamen ad insignem calorem siccitas sequitur, propterea arefactionem Galenus non ut proprium quidem & per se, sed uerum tamen indicium addidit. Siccitati uigiliæ adueniunt, commode ergo, & hę inter calidi morbi notas ponuntur. Ad calorem præterea, spirituum & sanguinis concursus fit, & ex his rubor (cuius rei argumento est frictio) quare & hic color calidæ intemperiei signum est. Quòd si obijcias intemperiem cum materia significari, fatemur adesse quidem cum spiritibus sanguinẽ affectum, tamen non ex sanguinis substantia, sed ex nuda eius qualitate in hoc casu prouenire, secus vero ubi is quantitate offendit, uel substantiæ crassitudine, aut tenuitate. quare ubi solus rubor appareat, neque una grauitas, tensio tumefactio, & alia id genus sint, quæ adesse materiam significant, calida statim, & nuda intemperies indicatur. Quum verò rursum pallorem obijcis, qui ex bile, aisque et ex hoc caliditatem demonstrari, non dissentio. stat tamen ruborem certam esse eiusdem caloris notam, quod Galenus ait. Ad hæc uerò, & si naturali quandoque temperiei commune est offendi a similibus & iuuari a contrarijs, ubi tamen ægrotet quispiam (quod ex læsione actionum significatur) certissimum ex eo argumentum desumitur, quod calida affectio sit, quia frigidis adiuuetur & lædatur calidis. Quamuis item grauitas communis sit nota intemperierũ, quæ sine materia sunt, uere tamen id quoque ac propriè ab hoc authore statuitur in calida simplici intemperie abesse grauitatem, quia per hoc a composita separatur. Inquietudo quoque motuum, tametsi spirituum agitationem ut proximam causam significat, ea tamen a calore fit excitante, & huius proprium est indicium. Corrupta uerò imaginatio et si corrumpi actiones soleant authoris sententia etiam ex siccitate, nunquam tamen fere absque materiæ præsentia fieri consueuit, quare per corruptionem intelligenda hoc loco est mobilitas in opinionibus, quæ solam caliditatem significat. Ira demum, licèt ad animosam facultatem spectet ob cerebri tamen, & cordis consensum mutuum, de cerebri calore non mediocriter arguit, ita ut & hæc & cætera signa, quę de calida capitis intemperatura allata sunt, uera sint omnia. quamuis alia propria sint, alia communia, alia per se, alia per accidens, alia proxima, alia remota. Ita uero & de frigiditate statuatur.

De signis dominij materierum calidarum. Cap. 24.

Cholericæ quidem grauitas, non superflua, & mordicatio, & inflammatio, & adustio vehemens, & siccitas [a] † [ ] in strictura narium, & sitis, & uigilię, & citrinitas coloris faciei, & oculi, & rubedo coloris. In sanguinea quidem significat ipsum augmentum grauitatis, & fortasse associat ei pulsationem, & est cũ eo inflatio faciei, & oculorum, [b] [ ] & exuberatio venarum, & [c] [fortis somnus] subet.

a † B. in chasim idest.

b † B. & rubedo coloris.

c ——B.

De signis dominij materierum frigidarum. Cap. 25.

Frigus sensatum, & longitudo læsionis, & eius assiduatio, & paucitas rubedinis coloris, & [a] [facies, & oculi sunt cum pigritia, & tepiditate, & albedo coloris faciei & oculorum, & paruitas citrinitatis eorum] cum grauitate sensata. Veruntamen illa grauitas, cum materia phlegmatica est maior, & cum pigritia, & [b] [tarditate, & nimietate subet somni] & obliuione, & plumbeitate coloris in facie, & oculis. In melancholica uerò est grauitas minor, et fiunt uigiliæ plures, et alienatio, et cogitatio corrupta, et tenebrositas coloris faciei, et oculorum.

a B. faciei & oculorũ, & paucitas citrinitatis eius.

b B. hebetudine & subet.

ANNOTATIONES.

1 Si caput intemperie cum materia laboret, eadẽ prorsus omnia spectanda sunt indicia, quę de eadem simplici dicta sunt, præter quam quod hic grauitas adest, quę illic non sentiebatur. Sed ad hæc, & a redundantis materiæ qualitatib. alię adiunguntur notę. nempe affluente biliosa materia mordicatio est, adest sitis, & oris amaritudo, ut Galenus 2. de comp. per loc. adnotauit, quia bilis acris est humor, potestate siccus & amarus. cum sanguine uerò hæc nõ sunt, sed eo plurimum redundante (sicuti in inflammationibus fit) compressione arteriarum facta pulsatio quoque sentitur ut ibidem Galenus scribit. At uerò si frigida materia exuberet, si pituita sit, præter simplicis frigidę & humidæ intẽperiei notas præterque grauitatem, quę maior in hac est quam reliquorum humorum abundantia, color etiam albidus apparet. sin ater humor exuperet, nigrum aut plumbeum colorem refert. Sed pro hac re, ut, quib. indicijs morbosa materia agnoscatur, probe teneas, uide Galenum 4. aphor. & 1. ad Glau. & Paulum li. 3. Ad quæ omnia perpende & ętatem, & temperamentum, & anni tempus, & regionem ut idem Gal. 2. de comp. med. per loca facit.

cap. 2. com. 2. cap. 15. cap. 7. cap. 2.

De signis apostematum calidorum. Cap. 26.

Febris inseparabilis, & grauitas, & pulsatio, & dolor perueniens ad radices oculorum, & forsitan ad exteriora exibunt cum eo oculi, & permistio rationis, et velocitas pulsus, et caliditas. Quòd si fuerint in ipso cerebro, erit pulsus decliuis ad undosum, & si fuerint in uelaminibus, erit dolor fortior, et pulsus erit decliuis ad serrinum.

De signis apostematum phlegmaticorum. Cap. 27.

Obliuio, & somnus nimius, & multitudo grauitatis, et pulsus undosus, & [a] [laxus, & excitatus.]

a B. cum hoc est mollificatio, & inflatio seu tumefactio.

De signis apostematum melancholicorum. Cap. 28.

Vigiliæ & alienatio, & grauitas sensata, & duritiei pulsus. Et nos quidẽ dimisimus

illud,

illud, cuius nos oportuit rememorari hic de significationibus debilitatis cerebri, & fortitudinis eius, & signis humoris in ipso dominātis, & significationib. ęgritudinum eius propriarum, & quæ sunt propter communitatem, confidentes in eo, quod allaturi sumus de hoc in cap. de soda. Illic ergo requiratur, quoniam in loco illo affertur, & ex eo permutemus nos ad reliqua capitula.

ANNOTATIONES.

1 Vbi caput tumore afficitur, morbus intemperies est cũ materia, quare eadem indicia quæ intemperiem cum materia, & antea etiam quæ nudã ipsam significant, hic perpẽdenda fuerint. His tamen additur, ob affectæ partis nobilitatem primo quidem continua febris, ut & Galenus 2. de comp. per loc. notat. ob materiæ illius quæ tumorem facit, putredinem, ad cor usque delatam per magnas arterias a capite ad cor ipsum pertingentes. febrem sequitur pulsus uelocitas, & is quidem si affecta pars, cerebri sit substãtia, quæ mollis est, undosus, sin eius membrana, durus, ob affectæ particulæ substantiam. additur item, quia laborans particula cerebrum est, delirium. & extenditur dolor ad oculorum radices ob neruorum opticorum cum cerebro cõsensum, & inflammationem, ut quãdoque etiam oculi ipsi suis sedibus excidant. atque hæc in calidis tumoribus generatim eueniunt. Sed & in frigidis quoque eadem prorsus uidere est, quæ in intemperie, seu nuda seu cum materia. Sunt tamen hic intensiora quam illic, quando & obliuio in pituitoso tumore maior, & grauitas & somnus maior, ut in lethargo euenit. ob ampliorem uidelicet humoris copiam. Ad hæc uero (quamuis hic author omiserit) transacto morbi initio febris accenditur ob materiæ illius putredinem cordi cõmunicatam, unde & citatior pulsus. est uerò hic etiam undosus, propter, & partis, & redundantis humoris mollitiẽ. Adsunt uerò & in melancholicis tumoribus eædem prorsus notæ, quæ de frigida & sicca intemperie, & cum materia, & sine materia referuntur, sed intensiores. & hos quoque deliria, & febres consequuntur, quamuis difficilius ob humoris crassitudinem, quæ putredini magis reluctatur, febre corripiantur.

cap. 2.

De canonibus uniuersalibus curationis. Cap. 29.

QVum materiã euacuare voluerimus, contemplamur tunc, si significatio ostendit sanguinem cum ipsa abundantem esse [a] [&] in sanguine non est diminutio quæcunque sit materia, incipiemus a phlebotomia cephalicæ & venarum capitis prædictarum in cap. phlebotomiæ, sicut venarum frontis, & nasi, & venarum partis auris, & oportet vt fiat earum phlebotomia in contraria parte doloris. Quòd si res magna, [b] [& sanguis dominatur,] minuimus † [c] [ex iugularibus] & non declinamus nisi ad minutionem, & si alij etiam dominentur humores, tamen ab ea incipimus, quoniã phlebotomia est communis humorum euacuatio. Quòd si materia fuerit sanguis tantum, sufficit phlebotomia completa, [d] [.i. sola.] Et si fuerint humores alij, considerabimus tunc, si est cum cõmunitate corporis totius, euacuabimus corpus totum, deinde intendemus ad caput solũmodo, & administrabimus euacuantia, quæ sunt ei propria. Ad hoc tamen non penitus erimus ausi, nisi post corporis totius euacuationem [e], [si fuerit in corpore humor,] & totum illud faciemus, si sciuerimus materiam in ipso esse decoctam, & illud quidem cognoscitur testimonio eius, quod ex ipso educitur, si nõ fuerit subtile ualde, aut valde grossum. Et si ægritudo iam peruenerit ad statum, & nos iam processimus cum digestione, quæ fit inunctionibus, & embrochis, & emplastris digestiuis, euacuabimus ex capite, proprie per gargarismum, si non timuerimus nocumentum in pulmone: & si fluxus euacuati per gargarismum non fuerint de genere humoris acuti, & mordicatiui, & homo non fuerit susceptibilis ęgritudinum pulmonis, & fuerit ei potentia cauendi a fluxu rei malæ ad pulmonem, aut fuerit dispositio capitis maioris solicitudinis ei de dispositione pulmonis. Et administrabimus etiam odorifera aperitiua, sternutationem facientia, & caput purgia [f] [scilicet pulueres uel liquores, qui per nares mittuntur,] & embrochas, quæ materias de capite deponant. Et quandoque fient etiam emplastra capiti post abrasionem capitis ex medicinis soluentibus genus humoris, qui est in ipso, quum non timuerimus ex illis emplastris corruptionem complexionis, & confisi fuerimus, quòd materia [g] [effusa facilis fuerit ad euacuandum, & cum hoc cauebimus, ne euacuantia addentia ex ea soluant,] quod subtile est, & retineatur grossum. Via autem, qua ad hanc intentionem perueniamus, est, vt euacuemus post lenificationem factam cum lenificantibus digestiuis. [h] [Quantuncunque ergo] euacuationem administrauerimus, ipsam sequi faciemus lenificationem. Et cauebimus in euacuationibus humorum acutorum, in quib. proculdubio necessariæ sunt medicinæ calidæ in quibusdam horis, sicut sunt hieræ & scammonea, & turbit cum sticchados, ne post [cõtingat] [i] malitia complexionis calidæ. Verum elaborabimus ad hoc, ut non remaneat post eas illud, & illud est, ut succurramus solutioni factę per eas, & euacuationi peruenienti per gargarismata, & reliqua, cum emplastris infrigidatiuis, & ut caueamus eorum administrationẽ, nisi post fiduciam sumptam ex consuetudine ægri, quod illud, quod ipse bibit de hoc, soluit ipsum, & euacuat, ita ne sit potio nostra ei causa ad pernitiem aut corruptionem. Quòd si humores fuerint non digesti, digeremus prius [k] [vtrasq; partes eorũ,] sicut rememorabimur. Et si humores fuerint ascendentes a latere aut corpore toto, trahemus ad contrarium, sicut, si fuerit ex inferioribus corporis [l] [totius,] administrabimrs clystere, & suppositoria, & ligabimus extrema, & proprie pedes, & euacuabimus membra. Vtputa, si fuerit stomachus, cum hiera picra, aut splen, cum eo quod ei est proprium, & similiter unumquodque membrum, & regemus totum secundum regimen suum, quod est ei proprium. Isti ergo sunt canones uniuersales de esse materierum. Et quæcunque materia euacuata sit, tunc si causa ipsius prouenit malitia complexionis, medicabimur per cõtrarium. Ex eo autem in quo materię humorum diuersæ, quæ sunt in capite, communicãt secundũ intentionẽ cauterizantium, est ut fiat cauterium ubi perueniunt index & [m] [annularis]

a B. aut.
b —— B.
c B guidegi.
† guidez.
d —— B.
e —— B.
f —— B.
g B. sit digesta facilis ad euacuationem, & cum toto hoc cauebimus in euacuationibus humorum frigidorum, ut non soluatur.
h B. Et quotiescunque.
i B. remaneat.
k B. quemlibet eorũ secundum exigentiã ipsorum.
l B. Alia litera, aut ex corpore toto.
m B. auricularis ipso extendẽdo uel.

ris] mẽsurando ab extremitate nasi, aut vbi peruenit medietas fili, cuius longitudo est ab aure ad aurem, capite prius raso. Nunc autem ad distinguendum redeamus. Si sanguis quidem in toto est corpore, & in capite materia exuberãs continetur, phlebotometur cephalica. Sed si nõdum continetur, sed est in hoc vt contineatur, minuatur nigra [n] [.i. media, quæ matrix dicitur] & si timetur comprehensio, antequam incipiat peruenire ad hoc vt contineatur, sicut si contingat propter causam attrahentem humores in circuitu capitis ex caliditate extrinseca, aut percussione, aut reliquis, phlebotometur basilica, & si uis, vt [o] [extrahatur] plus illo, phlebotoma saphenam. Et cruribus ventosas appone supra [p] [calcaneum] parum: & phlebotoma [q] [venam] pedis. Et si fuerit propter communitatem membri, phlebotoma venam vtrique cõmunem, si uis euacuare ex ambobus simul, & materia est quieta. Et si vis trahere ad partem cum euacuatione membri communicantis, phlebotoma venam communicantem membro antecedenti cum ægritudine: & cadat in contrario partis capitis. Amplius cum peruenis ad caput solum: aut sanguis a principio rei, solummodo est in ipso, tunc, quod fuerit cadens in velaminibus extrinsecis cranij, secundum quod rememorabimur in ægritudinibus particularibus, aut [r] [ægritudo sentitur propinqua] commissuris, & vis curam facilem, appone ventosam nuchæ. Quòd si est profunda, [s] [aut] non speratur eius attractio ad exteriora cranij, phlebotoma venam frontis, propriè si dolor est posterius. Et post acceptionem quidẽ sanguinis sumantur euacuantia, quę fiunt ex myrobalanis, & succis fructuum: [t] [& si remanet necessitas, administretur clystere.] Et si ægritudo fuerit praua, sicut, verbi gratia, apoplexia sanguinea, phlebotoma ex † iugularibus. id est vena, quæ est in vno latere colli. Digestiua verò si materia fuerit phlegmatica, aut melancholica, sunt matres medicinarum, quæ in eius digestione administrantur, in quibus est subtiliatio, & incisio, & resolutio, utputa [u] [amaracum, & folia lauri, & scea.i. stæchados arabicũ, & abrotanum] & squinanthum, & chamæmilla, & melilotum, & anethum, & polypodium, & epithymum [x] [ ] magis propria melancholiæ, & † thymus, & hyssopus, & † pulegium, & ruta, & † ocymum, & omne [y] [in quo est virtus resoluendi. Et nos quidem iam scripsimus ea in tabulis resolutionis & digestionis medicinarum calidarum,] licet sit cõprehensio regiminis in phlegmatica, & melancholica diuersa propter illud, quod dicemus. Et oportet, vt ad gradus harum medicinarum perueniatur per quantitatem materiei, nam si fuerit multæ quantitatis, & vehementis qualitatis, ponemus medicinas calidas fortes, ita vt sint in quarto gradu, sicut pyrethrum, & euphorbium, & reliqua, nisi timeatur ebullitio materierum, & illud quidem est, si fuerit multa valde, & timemus quòd quum ipsa calefiet, augmentabitur eius [z] [totalitas,] & faciet extensionem dolorosam, [a] [&] apostema. Illic enim oportet vt incipiamus, & euacuemus ex ea aliquid, deinde reliduum decoqui incipiat. Rectius aũt quod est in digestione humorum manifestæ cruditatis, est vt [b] [cura ex emplastris de] medicinis ęqualis calefactionis. Et administra quietem, & ligationem, ut digeratur materia facile. Quòd si fuerit paucę quantitatis, & fuerit debilis qualitatis, contenti erimus eis in quibus non multa existat calefactio secundum subtiliationem, quæ sunt in gradu primo, & si fuerit media, medijs. Quòd si materiæ melancholicæ fuerint. non erimus contenti istis medicinis, ita vt [c] [in desiccatione addamus,] & præcipue, si fuerit melancholica pręter naturã, immo si sit adusta, sed indigebimus in maturatione materiei melancholicę, lenificatione, & humectatione proculdubio, deinde succedemus cum maturatiuis, resolutiuis, subtilis resolutionis, quę sunt in gradu secundo, & tertio. Et melius est, vt coniungas lenificantia, & humectantia cum calidis incisiuis, resoluentibus. Materię verò calidę digestionem faciunt medicinę cum aggregatione suæ substantiæ, & apertione cum hoc, & incisione. Et ista quidem sunt infrigidantia, & humectantia, in quib. est abstersio, & ablutio, sicut aqua hordei, & lac caprarum recenter mulctum. lac tamen vitet, qui virtutis debilitatem aut soda habuerit, & digestiua, quę sunt cum istis conditionibus. Et vtatur aquis, in quibus decocta sunt folia [d] [salicum] & violæ, & nenuphar, & uirga pastoris, & herbæ frigidæ omnes descriptę in tabulis suis, quæ sunt medicinarum singularium mistæ cũ aliquanto aceti, vt eas profundet, & virtutes earum penetrare faciat. Quòd si in eis fuerit parũ grossitiei, addantur chamęmilla & [e] [malua.] Et si tunc ægro vigilię affuerint, & voluntas fuerit ne vigilet, ponantur in eis cortices papaueris. Dico autem quòd acetum est commune omnibus materijs. Eius enim infrigidatio possibile est, ut leui causa frangatur, [f] [amplius] remaneat profundatio eius cum medicinis, & ipsius incisio, hoc quidem est, quum administratur in materijs frigidis, in maturatione autem medicinarum calidarum non eligatur supra ipsum. Et olea calida omnia dicta in antidotario, quæ fiũt ex [g] [folijs] odoriferis, & floribus, & plantis, ingrediuntur in digestione frigidarum. Quòd si materia fuerit vehementis frigiditatis, aut multæ quantitatis, aut difficilis resolutionis, tunc olea adhibenda sunt, quę sũt facta cum gummis calidis, et speciebus fortib. odoriferis, et oleum de behen, et sambacinum, et de narcisso, et lilio, & [h] [zafarano, & lauro, & amaraco,] & de duabus spicis, aut oleum oliuę, in quo decocta sunt ruta humida, aut calamenthum, aut anethum humidum, aut chamęmilla humida, et his similia, de quibus rememorabimur ĩ antidotario, et illic collige illud. Oleum autem balsami propter suam subtilitatem uelociter resoluitur, et non multum prębet iuuamentum in epithemando, et inũgẽdo conueniens suę fortitudini. Et nos quidẽ materiei opponimus euacuando, et trahendo secũdum contrarium: et faciendo utrunque simul. Attractio uerò ad contrariũ, est attractio, quę fit ad manus, et ad pedes, et illud iuuat ipsorũ fricatio cum sale et oleo uiolaceo, aut oleo chamæmellino secũdum cõplexionem. Et ex eo, ꝙ i [in

n B. seu media.

o B. attrahatur.

p B. clauiculam. Alia litera. supra os clauiculæ ad quantitatem palmi.

q B. uenias.

r B. dolor sentitur ꝓpinquus.

s B. &.

t B. si remanet necessitas, & administretur clystere.

† guidegi.

u B. almarzangius & folia lauri & sciha, seu sceha & alchaisux.

x B. ambo sunt.

† alatce.

† saudenegi.

† alberengesef.

y B illud quod scripsimus in tabulis resolutionis & digestionis ex medicinis calidis.

z B. quantitas, seu eius magnitudo.

a B. aut.

b B curatio, & emplastratio cũ

c B. Alia litera. non addatur in desiccatione.

d B. Kalef.

e B. althea.

f B. postea.

g —B.

h B. Alia litera alachauen, & lauro & maiorana.

[i] [in ipsa ægritudine administrauimus nos,] est exercitium, in quo seruatur caput ita, vt nõ moueatur cum corpore, & non mouentur nisi inferiora tantum, & est exercitium in quo homo suspenditur in fune, aut pendet ex pariete, & retinentur superiora corporis eius, & non cessat [k] [mouendo pedes, & sequitur ipsum,] & hoc post euacuationem. Fricatio verò extremitatũ, & earum constrictio a superioribus ad inferiora est huiusmodi, & propriè quum cibari debet. Et quandoque purgatur caput solum leui exercitio, sicut fricatione & [l] [comprehensione donec ad pectinandum peruenitur, & administratione odorum ex fœtidis propriè,] sicut in fine lethargiæ. Res autem aggregans duo regimina simul, sunt clystere, & suppositoria, & diuretica, & sudorem prouocantia, secundum materiam, & virtutem, & omnia quæ numerata sunt in antidotario. Solutiua autem, quę euacuant caput cum communitate corporis, sunt pilulæ de hieris, & pilulæ cocchiæ, & pilulę de stęchados, & istę quidem conuenientiores sunt humoribus adustis, in quibus dominatur cholera, & in quib. cum hoc est grossities, immo sũt sicut communicantes cholericis, & phlegmaticis. Et omnibus illis fortius est infusio aloes, q̃ fit cum aqua endiuiæ, & propriè [m] [eius quod est fortius ex eo,] & est illa quæ scripta est in antidotario, aut infusio de hiera, & vomitus ex oxymelle cum sem. atriplicis. Decoctio verò myrobalanorum, & prunorum, & fumiterræ, & syrupus de fructibus, & syrupus violaceus, & decoctio casię fistulę, & quæ sunt istis similia facta fortia cum scammonea & reliquis, secundum dispositionem corporis, & vacuitatem ipsius a febre eius, aut essentiam eius in ea, secundum dispositionem ętatis, & uirtutis, & horum similium, sunt conuenientia humoribus cholericis subtilibus. Verum hiera Archigenis, & hiera Rufi, & hiera logodion, & hiera Gal. & pilulæ factæ cum lapide lazuli, & elleboro secundum quòd rememorabimur, conueniuut humorib. grossis, & melancholicis, & similiter omne in quo recipitur stęchados. Et utrisque etiam cõueniens est vomitus factus ex potu oxymellis, & semine raphani, & pulpa coloquintidæ cũ reliquis medicinis [n] [mouentibus] humores viscosos ex eis, quas [o] [terminauimus,] & diximus, & reliqua composita distincta in antidotario, secundum quod ipsi ordines habent. Primus est qui est cum hiera, et turbith, et epithymo et agarico, et castoreo, et quæ illis sunt similia, et [p] † [ ] pilulę magnæ, deinde hieræ, deinde duo ellebori, niger melancholicis, et albus phlegmaticis cum cautela, et timore, et lapis lazuli, et lapis armenus [q] † [ ] absque cautela et timore. Et oportet, ut incipiamus a debiliore, et gradatim procedamus donec sciamus ex dispositione ęgritudinis, quod ipsa iam est abscissa. Solutiua uerò facilia ad purgandum caput sunt uel asahaiaret, ex quibus sumitur pilula magna, ut paruum pondus operationem efficiat sufficientem cum mora, et non noceat propter paruitatẽ suam iteratio, et dormiatur super ipsam, ne destruant motus, et uigilię eius operationem, et canon quidem in eis est aloes, et hiera, deinde cadit in eis mastix ad confortandum stomachum, et recipiuntur in eis myrobalani, ut prohibeant uaporem acutũ calidum, si in stomacho generatur a capite. ꝙ si voluntas adest, vt humores cholerici educatur, fit in eis iuuamentum cum scammonea, et similibus ei. Et fortasse usus scammoneæ cum aloeticis administratis, propter purgationem ipsius cerebri, aut stomachi, si ægritudo cerebri est cũ eius communitate, prohibet earum calefactionem superfluam propter superfluitatem moræ ipsarum, et excitat eas abbreuiatas a complemẽto purgationis, eo quòd iuuat ad purgandum, ꝙ si uoluntas adest, ut iuuamentum fiat in extractione humorum phlegmaticorum iuuetur cũ pulpa coloquintidæ, et cum gingibere et turbith, et stæchados, et si adest uolũtas ut fiat hoc in humoribus melancholicis, iuuẽtur cum pauco elleboro, et epithymo, et polypodio, et eis similibus. Et sunt pilulę [r] [magnæ] diuersarum descriptionum, quas reperies in antidotario, et scies ipsarum iuuamentum, et ipsarum electionem inde. Ex mundificatiuis autem, quæ capiti sunt propria, sunt gargarismata, in quib. omnibus almuri sit administratum. Quod si humores fuerint cholerici puri, non vtaris in ipsorum mundatione gargarismate timendo descensum ipsorum ad pectus, quum iam adepti sint superfluam acuitatem ex medicinis purgãtibus acutis. Natura [s] [subtiliantia cholericos] cum facilitate et subtilitate, et quæ sunt ęqualis complexionis, non multum [t] agunt in gargarismate.] Quòd si aliquid horum est iuuans, tũc oxymel de seminibus cum endiuia solummodo, et oxymel squilliticũ. et [u] [oxymel recipiens scammoneam et aquam] lupuli, et aqua prunorum, et syrupus uiolaceus, et tamarindi cũ pauco scammoneæ, et quę huius cursu procedunt: Quòd si humores cholerici fuerint cum grossitie, tunc gargarisma fiet cum almuri, et aloe, et hiera, et oxymelle de se, [x] [et] squillitico cum hiera. et ut confortetur illud cum scammonea, et pauco turbith, et supra illud nihil addatur. Quod si humores fuerint grossi phlegmatici, tũc addatur supra illud pulpa coloquintidis. et gingib. et stęchados, et turbith, et hiera, Archigenis, et Busudus, et fortasse indigebis, ut cum eis administres synapim, et pyrethum, et piper cum mastiche, et uis propter illud fortitudinem operationes medicinę, quum fuerint humores uehementis fortitudinis, et similiter fortasse facis masticare pyrethrum, et piper et gingiber, et acorum, ita ut perueniatur ad ultimum ad staphisagriam, et quæ eis sunt similia. Et istis quandoque admiscentur subtiliantia, sicut hyssopus, et cinnamomum, et casia lignea, et origanũ, et cortices radicum capparis, [y] [mentastrum,] et quę eorum cursu procedunt. Sternutatoria autem quę conueniunt humoribus cholericis, sunt sicut uapor aceti, in quo parum [z] [castorei] dissolutũ est, et odor [a] [focaugi] acuti [b] [acetosi.] Et phlegmaticis † struthium, et piper, et cepe, et allium, et synapis, et nasturtium, et [c] [† nitrum] et quæ cursu eorum procedunt. Ex istis medicinis quandoque assumimus emplastra, et accipimus ex eis epithemata super tempora. Caputpurgiorum autem alia fiunt, ut per ea perueniat in frigidatio, et humectatio, et alia ut resolutio, et alia

i B. in intentione i qua sumus nos administramus.

k B. mouere pedes, & fatigare eos.

l B. cõpressione manibus facta, ita ut ẽt pectinatio capitis, s. est huius gñis. Et administratio a laragiha est ex mundificatiuis proprijs.

m B. illa, quę ẽ fortior ea.

n B. educentib. uel extrahentibus.

o B. numerauimus.

p † B. deinde.

q † B. melãcholicis humoribus

r B. plurimæ.

s B. educentia choleram.

t B. Imprimunt in gargarismate impressione plurima.

u B. secaniabin factum cum scãmonea, aut aq̃.

x —— B.

y B. faudenegi

z B. scãmoneæ.

a B. alfocha. Alia litera.

b —— B.

† codisi.

c B. sem. calida.

† baurac.

alia ut confortatio. quumque caputpurgia administras resoluentia, [d] [confortantia,] gradus in ipsorum administratione obserua. Administra itaque ea prima uice cum oleo ros. & lacte & quæ tali cursu currunt, & uice secunda cum expressione † betæ, & similibus, & tertia etiam uice cum aqua amaraci, Quòd si principiũ materiei, & uaporum non est nisi a stomacho, attẽde substantiam humoris in stomacho comprehensi, quam comprehendes per ea, quæ scies in capitulo ęgritudinum stomachi, & euacuationis eius. Quum autem materia [e] [descendens] est vapores, aut ventositates retentæ, oportet ut eos resoluas cũ aqua, in qua decocta sunt † stoechas Arab. & epithymum, & † thymus, & medicinæ prædictæ in capitulis suis, & destilletur etiam oleum [f] [sambacinum, & laurinum, & amaracinum] in aure. Quum autem corpus cerebri uis confortare, & prohibere humores chollericos, ne a stomacho ad ipsum ascendant, & ab eis quę sequuntur ipsum, oportet ut ipsum cibes fructibus acetosis, & propriè granatis acetosis, & pomis, & piris, & agresta, & ꝓpriè post cibum. Curatio autem tua in oppilationibus sit cum embrochis aperitiuis semper. Et oportet, ut sit effusio omnis embrochæ administrata in omni accidente a loco alto, ut eius uirtus plurimum profundetur, & caput preparetur, ut cadat super syncipút [g] † [ ] super posteriorem capitis partem, & [h] [membra dura, & sint etiam masticationes pilulæ [i] [de sciar] & olea resoluentia. Et si [k] [ægritudo] fuerit uentositas in stomacho, purga, deĩde affer oleũ [l] [ros. dulce] cum aqua decoctionis radicum, & fœnugręci, & † carui agrestis, & his similibus, aut affer oleum [m] † [ ] cum infusione aloes: [n] [aut cum † carui agrestis, & his similibus.] Quum autem curas apostemata calida, oportet ut in eis incipias prius cum eo, quod expellit, quod sit ex infrigidantibus prędictis mistum cum aceto, & aqua ros. nisi illic fuerint dolor vehemens, tunc enim aliena acetum, & [o] [cadat in] eis administratio olei ros. infrigidati sufficienter, non tamen superflue, conquassati cũ aceto multo, aut pauco in fronte & capite, & aqua [p] [solani & † auellanę] Indæ, & croco, & sandalo, & † glaucio, & bolo armeno, & lentibus excorticatis, & similibus, & aquis in quibus cocta sunt styptica frigida, & ex calidis stypticis confortatiuis, in quibus etiam sit compositio in commistione eorũ, frigoris, sicut [q] [aluthuli.] Alienatio vero a medicinis uehementer frigidis factis ex eis, quæ sunt sicut papauer, & opiũ, et reliqua, est tibi necessaria nisi apud uehementem necessitatem & fortem dolorem. Et chamæmilla quidem frangit aliquid ex acuitate narcoticorum in epithematibus. Vomitus uerò est ex eis, in quibus non fit iuuamentum in curis ęgritudinum capitis, nisi fiat propter cõmunitatẽ materiei in stomacho, & melior modorum expulsionis eius est vomitus. Inquit Gal. non est dispositio soda in vehementi necessitate narcoticorum, sicut dispositio colicæ. Colicę enim dolor quandoque peruenit ad hoc, ut perimat. sed soda non est sic in uehemẽti necessitate narcoticorum secũdum plurimũ. Quòd si materiæ fuerint vehementis acuitatis, admi-

d B. fortia.
† ficle.
e B. residés seu imbibita, aut firmata.
† sceha.
† alhasce.
f B. iasminum, & laurinum, & de maiorana.
g B. Alia litera. non.
h B. ossa.
i B. alsabiar.
k B. causa læsionis uel doloris.
l B. amygdalarũ dulcium & amararum.
† cordumeni.
m B. alkerua.
n ——B.
† cordumeni.
o B. confert.
p B. solathri.
† vuæ lupinæ.
† saufel.
† siesmemite.
q B. alathel.

nistrabis aquam fructuum stypticorum prædictorum. deinde vteris maturatiuis rememoratis in materijs acutis. postea administrabis in quo sit parum resolutionis, sicut aqua in qua decocta sunt [r] [hordeum fractum] radices myrti. & ex oleis, oleum chamæmellinum recens solum, aut mistum cum oleo ros. secundum acuitatem ægritudinis, & substantiam materierum, & propinquitatem tẽporis status. & post ipsum ex aquis, in quibus cocta sunt radices apij, & fœniculi, & furfur cum seminibus suis & fænu græcum, & [s] [malua,] & corona regia & [t] [alacoen] alba. Et ex oleis oleum anethinum, & similia etiam: dum perueniat ad statum, & resoluatur tunc, & etiam emplastra quæ fiũt ex istis. Euacuantia autem necessaria antecedant in eis secundum materiam, & administrentur in cibando habẽtes apostemata cholerica, propriè [u] [medicinæ leues humidæ.] In apostematibus uerò frigidis incipiatur primo, sicut in alijs, cũ euacuatione, & administremus in eis illud in quo recipitur oleum de Kerua, & oleum amygdalarum amararum, & picra, & illis similia ex reliquis potionibus notis cum aquis radicum. Et contenti simus ex apocrusticis oleo ros. in principio rei, & misce cum eo subtiliãtia sicut † thymum, & calamẽtum, & castoreum propriè: deinde administra squillam propriè, & acetum eius faciendo emplastrum, aut gargarisma, si fuerit illud possibile. Et fortasse sument in potu castorei duas tertias aurei, & propriè patientes lethargiam. deinde administra maturantia, in quibus sit mollificatio, & parum resolutiõis, de quibus prædictum est. Deinde post illud, & apud statum administra [x] [apud utrasque res simul, s. frigidas & calidas,] mollificantia [y] [Et sit administratio frigidorum mollificantium integrè & resoluentium confortatiuorum,] ex emplastris aquis & oleis. Et scias quòd omnis qui conqueritur de ægritudine [z] [facta] in capite, nocetur a vino, & mora in balneo. Et omnis qui habet ægritudinem in velaminibus cerebri, læditur ab aqua frigida uehementer. Curationes autem malitiæ complexionis calidæ solum, fiunt cum eo, in quo est infrigidatio ex herbis, & oleis frigidis infrigidatis, sicut oleum rosaceum, [a] † [ ] & nenupharinum, & uiolaceum, & elegantius illis est oleum ros. & oleũ de sem. cucurbitę, & citruli, & de sem. lactucę, & oleum de sem. papaueris, & fortasse vtuntur oleo de semine iusquiami, quum vehemens est dolor. Et melius ex istis oleis est, cuius radix expressa est ex oliuis, quæ cruditati attinent, non salitis, [b] [& folia eius in quo creata sunt, multiplicantur,] & est recẽs. herbas uerò, & quæ herbarum cursu procedunt, nosti omnia. Et ipsæ quidem sunt sicut lactuca, & portulaca, & rasura cucurbitæ, & quæ sunt illis similia, [c] [ ] & etiam folia nenupharis, [d] [ ] & uirga pastoris, & semper uiua, & aqua [e] [citruli,] & cucurbitæ, & sauich hordei cum aceto, & aqua rosa, et camphora, et sandalo, et acatia, [f] [et linimentum] cum oleo rosa. et aceto. Et non pertranseat illud usque ad ea, in quibus est uis narcoticandi, et cõgelandi spiritum, nisi propter vehementem necessitatem. Inquiunt, et non oportet quidem, ut

r B. alascech.
s B. Alia litera. althea.
t B. alachauen.
u B. cibaria leuia humida.
† alhasce.
x B. in omnibus frigidis, & calidis.
y B. & sint ea q̃ administrantur in frigidis mollificantia cõplicta, & resoluentia fortia.
z B. materiali.
a † B. & dicitur kalef.
b B. & in quo iam multiplicata sũt folia eius cum quo efficitur, uel cõdiuntur.
c B. & etiã folia alkalef.
d B. & solatri.
e B. cucumeris.
f B. cõquassata sea permista.

acetum sit uehementis acuitatis, & uinositatis: nam in ipso existit nocumentum. Et ex illis quidem sunt mucillago psyllij cũ aceto, & aqua coriandri, & folia eius. Et oportet ut alienes hæc emplastra, & epithemata a posteriore cerebro, quod est neruorum origo: hæc.n. non iuuāt cerebrum nisi ex uia commissuræ, quę est in syncipite, & cōmissuræ coronalis. Ex uia aũt posterioris [g][cauendũ est, ne perueniat ad ipsum cerebrum,] & corrumpat ortũ neruorum. Ex eis ēt, quib. fit curatio, est ut olfaciant odores frigidos, & fiat eis caputpurgium cum istis oleis, & expressionib. Et sint cibi ex lentibus [h][elixatis, & ex phaseolis, & hordeo fracto & spinachijs, & chrysolocanna, & ciceribus fractis,] & quę illis sunt similia. Et sternantur istæ herbæ, & folia in mansione eius: ita ut sit in domo in qua strati sint rami infrigidantes. Et quandoq; præcipitur, ut in ea sint [i] † [myrti & folia] † cyperi. Et existimo quòd rectius est, ut sit propinquũ [k] [in eo ex † myrto,] quod aspersum aqua frigida. Et similiter [l] [iuuant eum fructus frigidi, & glacies, & aquę copiosæ.] Quòd si non inueneris cum caliditate siccitatem, sed humiditatem absque materia (& hoc valde parum est in ægritudinib. cerebri) tũc facies epithemata ex aquis fructuũ, in quib. est stypticitas, quemadmodũ diximus, & præcipue in principio apostematũ calidorum. Et oportet quidem, ut omnes isti prohibeantur a motib. animalib. & intrinsecis, & agitatione pupillæ in suis aspectib.[m] [

] & alienentur ab aspiciendo [n] [colores, s. diuersos, & picturas:] & similiter eorum auditus [o] [regantur.] Quod si est malitia complexionis frigidæ, administra emplastra, & aquas sumptas ex medicinis calidis prædictis, & olea prædicta, propriè oleum rutaceum calefactum. & si necessarium fuerit, ut in ipso addatur confortatio, admisceatur ei euphorbium, & similiter oleum laurinum, & amaracinum, & his similia. Et si cum hoc est melancholia, & melancholia est naturalis, aut phlegmatica: calefac ipsum cum humectatione: sed si fuerit adusta, aliena quod desiccat, aut calefacit, & sis contentus humectatione ex lactibus, & [p] [oleo violaceo] & embrochis, & emplastris, & cibis. Quod si cum frigiditate est siccitas, aggrega etiam inter humectationē, & calefactionē. Et si cum frigiditate est humiditas: administra euacuātia prædicta, & medicinas, in quibus est desiccatio cum caliditate de illis, quas tibi diximus in tabulis. Et oportet vt tu scias, q̃ liquida administrantur super caput, distillando sicut diximus: & administrantur retenta in retentione facta ex pasta, aut lana infusa, qua caput coronatur. Et fit ipsorum effusio [q] [ab] eo, quod est coram anteriore parte syncipitis. Et quod ex eis est igne, non oportet, ut linimentum eius super ipsum dimittatur, sed lauetur: & non dimittatur ipsum in retentione coronali tp̄e multo, sed renouetur. quoniam ipsum uelociter putrescit. Et melius hoc est, ut administretur post abrasionem: & similiter oĩa emplastra, & unctiones. Quumq; [r] [cibas] patientes ęgritudines capitis materiales, [s] [frica extrema, & exsicca latus capitis, & conforta cum apocrusticis.]

g B. non perueniunt ad corpulentiam, uel ad profundum cerebri.

h B & almes, & Kist hordei, & spinachijs, & atriplicibus & althafasil,

i B. alsahesefrã & flores.
† alseesebram.
† alcanne.

K B. alsehesefrã
† sceesebram.

l B. confert appropinquare sibi fructus frigidos, & glacies, seu niues & aquas copiosas.

m B. circa rẽ unam.

n B. resplendentes & res diuersis coloribus pictas.

o B. alleuientur seu minorentur.

p B. oleis.

q B. in.

r B. Alia litera. cibaueris.

s B. tunc frica extrema & alleuia partem capitis, & fortifica ipsum cum repercussiuis. Alia litera, & alleuia partem capitis, & fortifica cum repercussiuis, deinde ciba ipsum cibatione conueniente ei secundum q̃ uidetur ex quantitate materię, & qualitate eius, & hora augmenti, & status, & considera sup hoc.

ANNOTATIONES.

1 Quum materiam &c. Vbi caput laboret, & de euacuatione indicetur, siue sanguis solus, siue humores ex æquo omnes redundent, a cephalicæ ait sectione esse inchoandum. dein & a frontis, & nasi, & aurium quoque uenis in opposito latere sanguinem esse educendum. Sane non leuis dubitatio hic oritur, tum quod ab exteriori, quam cephalicam uocant, uena incipiat. tum quod secundam sectionem in opposito latere faciat. Et si enim Gal. 2. ad Glauc. si quid ex superioribus inflammationem habuerit, externam secandam putat, quod & præcipit lib. de sangu. miss. & lib. de anatom. administr. 3. & sæpe alibi. quod tamen absolutè ab huius sectione sit incipiendum, periculo non uacat, quũ si in toto simul corpore sanguis redundet, eius copia huius venæ sectione non euacuetur, si etiam solum caput eo humore affluat, quum uniuersalis curatio particularem præcedat, secanda aut interior, aut media potius quam externa uidetur, quæ toti corpori euacuando magis faciat. Adde, quòd si affectus initio id agendum consulit, sibi ipsi, & Galeno aduersatur, quum vterque a longinquiori parte educendum existimet, ut primo libro fen. 4. ostensum fuit. at si id transacto initio præcipit, perperam uenas & frontis & nasi & aurium ex aduerso latere tundit, quum ea reuulsio sit, quam euacuationem quamcumque præcedere oportet. Profectò quod ad hanc dubitationem facit, Gal. 2. de comp. med. per loc. de dolore capitis agens uenam in cubito secandam ait: quam uerò, an externam, an internam vel mediam, non explicat, quod & Paul. lib. 3. & Cels. li. 3. facit. Videntur hi authori subscribere tanquam notum relinquentes, sanguinem, quia affectus in superioribus est partibus, ex cephalica, quam uocant, esse educẽdum. Ceterum quum plenitudo tollenda sit, ubi in toto corpore copiosior sit sanguis, prius quam aliud quidquam agi queat, & si fateor, undecunque sanguis educatur, totum corpus euacuari: commodior tamen iecoraria est, aut media vena, quam externa. Quare huius authoris sententia ita hic est intelligenda ut infra ipse explicat. nempe ubi plenitudo adsit, toti antea corpori consulendum, aut iecorariæ, aut potius mediæ venæ sectione, quæ è toto corpore simul, & è capite trahit. At si plenitudo non adsit; quamuis curatio vniuersalis particularem præcedat, secari tamen externa potest, quum hæc, quæ videlicet in ipso nõ fit capite, particularis euacuatio non sit, sed communis, quamuis ob maximum cum capite consensum ab eo maxime educat. His vero peractis, an, ubi aut pars altera dumtaxat affecta est, aut altera magis altera, ab opposito latere educere sanguinem præstet, videtur Hipp. 5. aphor. authori subscribere, dum dolẽte parte capitis posteriori venam in fronte sectam iuuare scribit. Quum tamen de antiquis dolorib. Gal. teste, ea sententia intelligatur; mirum & hoc videtur, quòd reuulsionem senex præcipiat trãsacto iamdudum affectus initio. uidereturque materia quę iam dudum fluxit, deriuatione potius ex eodẽ latere, quam reuulsione ex opposito euacuanda. Ad hæc tamen breuib. recte & Hipp. & hic author oppositum latus secant. Quum.n. dolor diuturnus sit, foueri eum a continua fluxione putandum est. quo fit, ut & defluentis materiæ reuulsione & de eius quæ fluxit, eductione indicetur: prestat autem utrumque horum frontis & aduersi lateris sectio. Sed hanc rem hic ijs verbis. [Si quid sanguis] quæ postea subiunget breuibus explicabit.

2 Et si fuerint humores alij etc. Vbi nõ sanguis, sed alij humores redũdẽt, facta eorũ è toto corpore euacuatione, si una totum corpus scateat, ad euacuandum caput accedit, Gal. exẽplo 1. de cõp. med. per loc. & 2. prius tamen concoquendam materiã consulit, quod et Gal. in unctionib. perfusionib. & ca-

cap. 2.
cap. 15.
cap. 6.
cap. 4.
cap. 2.
Aphor. 42.
cap. 2.
cap. 2.

et cataplaſmatis.Concocta dein materia,quid agendum ſit, docet:antea tamẽ quo coctã eſſe eã dignoſcamus ſignificat, eſſe id ſcribens,ubi quod excernitur,neq; ualde tenue,neq; ualde craſſum fuerit.Cuius ſanè rei ea eſt rõ,ꝙ natura mediocritati ſemper ſtudet.quare & cocti dicentur humores, ubi ſubſtantia fuerint mediocri,neque planè tenui , neque plane craſſa. quum enim eductio ab expulſoria fiat facultate, reluctantur non craſſa ſolum,ſed tenuia quoque eductioni,quum fieri compresſio nequeat , quo fit ut aberrare eos oporteat,nõ Auic.qui tenui a excremẽta coctione egere negant,quòd facillimè a medicamẽtis talia trahãtur.tametſi enim id uerum eſt,facillimè quæ tenuia ſunt a medicamẽto duci,ea tamen nequaquam expelli,ubi attracta ſunt,ſine expultricis actione poterunt.huic uerò tenuitas reluctatur,quum ad partium expellentium actionem, effluere quæ tenuisſima ſunt oportet . Ubi concocta ergo in capite materia ſit,collutiones oris(gargariſmata uocat)ſternutamẽta , apophlegmatiſmos,irrorationes proponit,quod ferè Gal.facit 1. de comp. per loc.ſed in gargariſmate faciendo plurima admonet hic author obſeruanda,quæ tu uide. & ex ea preſertim communi regula deſumpta ſunt,quam 4. 1.tradiderat,ſcribens cauendum eſſe ne ad imbecillam partẽ materiæ trahantur,quæ diligenter conſideranda. & ſi a paucis ea ſunt fortaſſe animaduerſa .

Cap.2.

3 Ex eo autem,in quo materiæ humorum diuerſæ . &c. Uſtionem in ſummo capite facit . & docet , quo ſuturæ coronalis appellatæ locum inuenias.id quod quidem , & ſi in communi medicorum eſt uſu , Græci tamen ſcriptores , quibus non raro de capitis uſtione mentio incidit, non uidẽtur adnotaſſe,uno fortè excepto Aetio lib.2. ſerm. 2.Fallit tamen multos hæc regula , quod non quiuis exactam harmoniam aſſequutus eſt;ſed uel longiores quandoque manus ſunt,quam totum corpus poſtulet , aut breuius uel longius ſynciput, ac ſuturę quoque ipſæ non in omnibus eodem loco conſiſtunt,ut pulchrè Hipp.initio libri de capitis uulneribus adnotabat.unde fit, ut ſæpenumero cauteria appellata medicos expectato beneficio fallant,& eludant .

Vide quæ li.2, c.2.d ignei medic.pręſid. Coſtæus.

Cap.50.

4 Nunc autem ad diſtinguendum , &c. repetit curationem exactius. pro qua pete Gal.2.de comp.med.per loc, nec non Paul.lib.3.licet hi non generatim, ſed de particularibus affectibus ſcribant.Vide & Hipp.2.de morbis.

Cap.1.& 2.

Cap.4.

5 Solutiua autem quæ euacuant &c. Proponit quæ medicamenta a capite,& toto corpore educant. Collocat autẽ primo loco tria catapotiorum genera ex hiera , cocchia ap pellata , & de ſtœchade , quæ aſſatos & craſſos humores qualis eſt pituita bili commixta,euacuare ait. Subiungit mox,& prioribus ijs fortiora eſſe aloem in aqua endiuiæ infuſam,hieræ infuſionem,ac uomitum ex oxymelite ac ſemine atriplicis . In quibus multiplex dubitatio occurrit . primum,quod triplici eo medicamento catapotijs ex hieris, cochijs,& de ſtœchade,lotam aloem,& hieram,ad uomitum fortius agere , aſſerat . ſatis autem conſtat ex hieris hierã eſſe Archigenis,Ruſi.logodion appellatam.compoſitam Galen.& alias multas,de quibus lib. 3.agit, quas certum eſt multo validius ſoluere,& hiera infuſa,& aloe lota. ſecundò , quòd uomitionem in capitis affectu commendat , quod facit & paulò poſt,quum tamen contrarium ſtatuat et hic 4. 1.& Gal.lib.de ue.ſect. contra Eraſiſtratæos , uomitum caput replere affirmans . Sanè quod ad hæc pertinet , nulli dubium eſſe exiſtimo , catapotia ex hiera (ſimplici excepta) fortiora eſſe omnia & aloe lota & hiera infuſa,& uomitu. Id etiam certo nobis indicio eſt , authorem hunc per hieram primo loco,non ſimplicem tantum intelligere,quum de hieris generatim ſcribat.Conſtat item catapotia & cocchia & de ſtœchade ſatis eſſe fortia,& hiera preſertim atque aloe infuſa eſſe validiora . Ceterum , quum vomitum

Tract.2.

Cap.14.Cap.9.

magis excitent,quæ magis horrida,non immerito, & aloe & hiera,quæ epotæ horridiſſimæ ſunt , prædictis præferuntur,in quibus ſub catapotiorum forma ſumptis malus ſapor obſcuratur.Quod autem uomitum proponit,intelligendum eſt,vbi ventriculi aut odoris conſenſu, non autem offenſo primario affectu capite,dolor eſt. ſic & Galenus 2. de comp.med.per loca.

cap.1.& 2.

6 Ex quibus ſumatur pilula magna, &c. Medicamenta,multum refert an bibantur , an integra deuorentur , & inglutiantur,an mandantur.Vbi ſolida & craſſa exhibeas, a uentriculi calore diſſolui tam cito nequeunt , ſed & longiorem in eo moram trahunt,& interea,tum a longinquioribus particulis attrahunt,tum copioſius educunt, licet ſerius . Exhibet ergo catapotia aſſaiaret nuncupata in capitis affectibus,leue quidem ſuapte natura medicamentum , ſed ob craſſitudinem ſatis potens:neque id ſolum,ſed unam ait pilulam magnam eſſe aſſumendam, nempe quod in uentre diutius morans magis educat id,quod non æquè fieret ſi plures paruas pilulas exhiberes : agerent enim hæ minus , quia citius diſſoluerentur,& earum vis frangeretur & in diſcrimine res eſſet , ne concitentur quidem humores , ſed non educantur,ut ſtatim poſtea cogaris medicamentum , aut idem, aut aliud prioris huius adiuuandi gratia afferre . hoc enim puto intelligere ijs uerbis . [Et nõ noceat propter paruitatem ſuam iteratio] Præcipit uerò poſt horum catapotiorum aſſumptionem ſomnum,ne ex motu,qui per vigilias fit,non corporis ſolius , ſed etiam ſpirituum illorum nis obtundatur.In qua re dubitatio excitatur , quum lib.1. fen.4.author ſomnum non niſi poſt fortia medicamenta cõſulat.& hic poſt has pilulas,quas leues eſſe fatetur , dormiendum præcipiat.Sed ſoluitur,& ſi enim hoc medicamẽtum in leuium eſt genere,inter ſoluentia tamen eſt, non inter lenientia:ac propterea,licèt leue ſit medicamentum, nõ tamen leuiſſimum,præſertim cum magna mole, & ſubſtantiæ craſſitudine.dormiendum ergo conſuluit,ut facilius duci (ut aiunt) in actum a ventriculi calore queant , neque per uigilias ad externas partes ſpiritus auertantur , quos adiuuandæ medicamenti actionis gratia quod intro trahit, in internis partibus uerſari oportet .

Cap.5.

7 Tunc enim aliena acetum , &c. Acetum in capitis inflammationibus interdicit,vbi uehemens ſit dolor, cuius rei rationem Galenus reddit 2.de compoſit.per loc.nempe, quum inflammatio dolorem inducat , maxime contrarium eſſe acetum,dicens,reliquis auxilijs commiſcere: quod neque laxandi,neque mitigandi vim aliquam in ſe complectatur.At contrarium collige ex Galeno 13.method.vbi oxyrrhodino in phreniticis utitur,quo et Paul.lib.3.Adde quod hic ipſe, ſtatim ſubdit , vtendum roſaceo refrigerato cum aceto multo, aut pauco conquaſſato in fronte , & capite cum aqua ſolani. Sanè non leuis dubitatio hæc eſt. Galenus quidem 2.de compo. med. per loc.acetum non abſolute in capitis inflammatione interdicit , ſed ubi cum capitis ſit percusſione , at vbi quæ extra caluariam , & circa ipſam ſunt,ab affectione ſint immunia,conuenienter ad miſceri acetum fatetur,penetrationis gratia , vt ſit in phreniticis,contra quam hic ſtatuat.Sed res ita fortaſſe habet, phreniticos dolorem capitis non ſentire,quia delirant , propterea acetum vſu eis conuenire.Et ſi mens conſtet;quum acetum & non mediocriter exaſperet, & particulam dolore affectam contrãhat,condenſet,prohibeatque, quo minus perſpiret:propterea authorem hunc in eo caſu,in uehementi dolore capitis, in quo relaxantibus , ſymptomatis gratia vtendum eſt,acetum interdixiſſe . Quare hunc locum hoc pacto legendum ſuſpicamur. [Quum autem curas apoſtemata calida, oportet ut in eis incipias prius cum eo : quod expellit, quod fit ex infrigidantibus prędictis ,

Cap.1.

cap.12.

Cap.6.

Cap.1.

aceto, & aqua rosacea (nisi illic fuerit dolor uehemens, tunc enim aliena acetum.) & confert eis &c.] ita ut una, & eadem sit clausula soda parenthesi interse-cta. hoc pacto si legas, nulla in his uerbis contradictio apparet.

TRACTATVS II.

De doloribus capitis, qui sunt species sodæ.

Sermo uniuersalis de soda. *Cap.* I.

SOda est [a] [læsio] in membris capitis omnis autem [b] [læsionis] causa est mutatio complexionis,[c] [aut] eius diuersitas: aut est solutio continuitatis, aut aggregatio amborum simul. Mutatio autem complexionis est vna de sexdecim notis, quamuis humida nõ faciat dolorem, nisi sit cum materia mota ad solutionẽ continuitatis. Et continuitatis solutio nota est, & eius species secundum causas ipsius, sunt notæ. Duarum verò causarum doloris coniũctio simul est in apostematibus. Et apostemata sicut nosti, numeratas habent species. Et eorum species sunt quatuor. & omnia illa quandoq; fiũt in substantia cerebri ipsius, & quandoque fiũt in velamine circundante ipsum, & quãdoque fiunt in duobus velaminibus circundantib. ipsum, & quandoque fiunt in venis, & quandoque in panniculo [d] [extrinseco] a cranio propter illud, quod est inter ea de suspensorijs prædictis in anatomia narrata. Et quandoque fit causa lædens, quodcunque horum membrorũ fuerit causa mansiua in membro ipso. [e] [Et quandoque fit propter communitatem nõ integram:] aut membri, inter quod & membra capitis continuatur mediatione neruorum, sicut stomachi, & matricis, & velaminis, & aliorum membrorum si fuerint: aut membri, inter quod, & cerebrum continuatur [f] [inuolutione] venarum facta ex uenis & arterijs, sicut cordis, & hepatis, & splenis, aut membri vicinãtis ei alia vicinitate, sicut pulmo positus super eo, & adducit ei nocumentum: aut membri communicantis membro vno modo, & cerebro alio modo, sicut communitas eius cum renib. in doloribus ipsorum: aut propter communitatem [g] [ ] corporis, sicut fit propter febres. Quæ autem est cum communitate, quandoque fit cum periodis, & paroxysmis secũdum periodos, & paroxysmos causæ, quæ est in membro communicante, sicut quæ fit propter communitatem stomachi, quum est propter effusionem materierum cholericarũ, & aliarum ad ipsum [h] [cum periodis,] & sicut quæ fit cum periodis [i] [augmenti] specierum febrium. Et soda quidem diuiditur alio modo. Nam ex ipsa est, cuius causa est aliqua specierũ primitiuarum, sicut soda ebrietatis, [k] [nam dũ perseuerat soda ebrietatis, & non fit fixa propter fixionem causæ augmentationis, illa generatur ex ea,] & sicut soda propter comestionem rei calidę, sicut alliorum, & reliquorum. Et ex ipsa est, cuius causa est antecedens iam collecta, & est mansiua, & manet ipsa propter eam. Et quandoque est accidens, deinde fit ægritudo, & quum remanet ęgritudo post febres acutas,

a B. alem seu alim id est tristis sensatio.
b B. doloris.
c B. &.
d B. egrediẽte.
e B. alteri[9] quæ ei inest.
f B. ramificatio. Alia litera. mediatione.
g † B. totius.
h B. periodicantium.
i B. & augmẽto
k B. & nõ figitur pp fixionẽ causæ magis augmentantis, q̃ illa generata ex ea. Alia litera. dũ perseuerat, & non fingitur propter fixionẽ causæ magis additæ quam illa generans illã.

nunciat ægritudines cerebri, & significat defectum naturæ ab expulsione materiei perfecta fluxu sanguinis per nares, & reliquis. Et ex ęgritudinibus [l] [sunt, quibus nunciatur] † lethargus, aut apoplexia, aut demonium, aut mollities, aut surditas secundum substantiam materiei, & secundum motum eius. Soda quoque diuiditur secundum loca sua. quandoque enim est in vno laterum capitis: & quæ ex ea est consuetudinaria, nominatur hemicranea, & quandoque est in anteriore capite, & quandoque est in posteriore capite, et quãdoque totum caput continet. & quæ ex ea est consuetudinaria inseparabilis, nominatur ouum, & [m] [nux] cuius assimilatio est ouo [n] [armorum,] quod super totum caput comprehendit. Et soda etiam diuersificatur secundum fortitudinem, & mediationem, & debilitatẽ. Soda enim alia est valde fortis, ita ut quum obuiat syncipiti infantis lenia habentis ossa, separat ipsum, et frangit cõmissurã eius: & alia est, quæ est debilis, sicut plurimum fit in lethargia. Et debilis quidem alia est, quę est inseparabilis, et alia est, quę non inseparabilis. Et quandoque soda cuius causa est debilis, accidit quibusdam, et non alijs. accidit ergo ei, cuius cerebri sensus est fortis, & non accidit ei, cuius cerebri sensus est debilis. Et uniuersaliter quidem cuius cerebri sensus est fortis, ipse est aptus, vt recipiat sodam ex omni causa faciente sodam, & si [o] [debilitetur,] & omnino tunc cerebrum velociter recipit facientia sodam, aut propter debilitatem suam: & tu quidẽ iam sciuisti in vniuersalibus, quòd debilitas sequitur malitiam complexionis: aut propter fortitudinem sui sensus, & lęditur ab omni causa, & si sit leuis. Et iterũ soda alia est, cui non sunt accidentia: & alia est quæ ad accidentia perducit partibus capitis propria, sicut si proueniat ex fortitudine doloris apostema in partibus capitis, et alia, quæ perducit ad accidentia prouenientia ad membra, sicut eius læsio, et nocumẽtum, et [p] [apostematio] eius perueniat ad radices neruorum, et perueniat spasmus: aut perueniat inde aliquid ad stomachum, et contingat casus desiderij, et singultus, et nausea, et debilitas digestionis, et similia. Et scias quòd soda temporalis, aut fit propter phlegma, aut propter melancholiam, aut debilitatem capitis, aut ex apostemate [q] [incipiente indurari, aut] iam indurato, et est illud, quod plurimum est. Et soda quidem, et omnes ægritudines diuersificantur: quandoque enim ęgritudo est salua, et salua quidem est, in qua non prohibetur de regimine eius, quod ei sit necessarium in seipsa, et alia est quæ non est salua, immo est habens socium, et fortasse prohibetut ex regimine suo necessario: sicut si sit soda, et rheumatismus; tunc fit contrarius rheumatismus soda in necessitate regiminis, quod habet. Soda quoque diuiditur quandoque secundum alias considerationes. Soda enim alia est, quę accidit [r] [subito] sano non habenti ægritudinem. Et alia est, quę accidit habenti apostemata, et [s] [labores.] Et ex corporibus quidem sunt quędam, quæ sunt præparata sodæ, ut sunt corpora, quę habent caput debile, et membra digestiua debilia, quare in eis plurimus generatur

l B. quæ per ipsam sodam nũciantur sunt. † subeth.
m B. galea.
n B. armigerorum.
o B. fit debilis.
p B. uehemẽtia
q B. duro incipiẽte, aut calido.
r B. quandoque corpori.
s B. dolores.

.Et effundun tur ad stomachoseorū humores cholerici.
u B.quæ sumuntur uel comedūtur.
x B aromata.
† allefeiati.
† Zafaran.
y B.euaporātia.
z † B.se.

vapor[t] [effundēs ad stomachos eorum humores cholericos] facientes sodam.Et iterum in[u] [receptis] sunt quędam, quę faciunt sodam, iam prædicta in tabulis medicinarum singularium.Et omnia[x] [† aromata] sunt facientia sodam,& proprie casia lignea,& costus,& crocus & cinnamomum,& amomū.Et omnia[y] [aromata] sunt facientia sodam siue sint calida, siue frigida. Veruntamen quū succedant,[z] † [ ] expellunt.s.quum præcedit illud,quod nocet cum caliditate vaporis sui, & succedit ei quod uaporem facit frigidum,aut e conuerso. Quum autem læsio fit non qualitate solum,sed quantitate, tunc non confert ipsorum successio,imo nocet.Et soda frigida,quandoq. multiplicatur[a] [constricta] in hyeme, & quando æstas fuerit septentrionalis parum pluuiosa, & b [quando] autumnus est meridionalis,pluuiosus, multiplicatur soda in hyeme. Soda verò plurimum fit,propterea quod arteriæ afferunt capiti uapores fraudulentos.

a B. proueniens ex cōstipatione.
b——B.

ANNOTATIONES.

cap 1.
cap.6.
Cap.5.Cap.1.
cap. 1.
cap 3.
Comm.1.
Cap. 1.& 2.

1 Quamuis humida non faciat dolorem etc. Humidam ait intemperiem non facere dolorem,quod et Galenus 2.de comp.med.per loc.et hic in sequentib.fusius. Addit autē Galenus. 1.de cau.sympt.etiam siccam intemperiem,ita ut sola caliditas,et frigiditas dolorem facere uideantur. quod & ex 7.meth.& 4.meteor.ex Arist. prohibet licet. quum enim dolorem non faciant, nisi quæ confertim & celeriter alterant & corrumpunt: nequeunt humiditas & siccitas nisi longo tempore alterare,quum passiuæ sint qualitates. Contrarium tamen ex Galeno legere est, de humida quidem intēperie 2.de comp.med.per loc.de sicca verò & humida lib.de inequ.intemp.ubi alterationes quidem & dolores fieri excalfaciendo potissimum ait,& refrigerando,secundo tamē loco etiam ex humectando & exsiccādo.quod confirmare & 2.de ra.uic.in ac.uidetur.Cęterum quod ad hanc controuersiam pertinet,siccitas & humiditas, quum passiuæ sint qualitates, et in agendo maxime imbecilles, quamuis non minus ad tactricem potentiam spectent quā calor & frigus,confertim tamen ac celeriter nequeunt alterare et corrūpere, quare propriè doloris causæ nō sunt.At quia eā ferè sine calore aut frigiditate nō reperiuntur,momentumque ferè capiunt alterandi & corrumpendi a caliditate,& frigiditate,& magis etiam ex his siccitas quam humiditas,propterea etiam fit,licet non absque actiuis qualitatibus corrumpant,ut ipsis tamen alteratio & corruptio ascribatur,quòd harum conspicuus sit excessus, non caloris aut frigoris. Neque vero solum hę passiuæ sunt qualitates,quia Aristoteles actiuas caliditatem & frigiditatē nūcupet:sed agunt & patiuntur omnes aptiores tamē hę duæ ad patiēdum sunt caliditate & frigiditate. His patet quid ad propositam controuersiam dici possit. Cętera quæ de dolorum capitis differentijs,seu speciebus in hoc capite notantur,habes ex Galeno copiose 2.de comp.med.per loc.

a B Specieb.sodæ factæ.

De [a] [soda facta] ex malitia complexionis. Cap. 2.

AFferamus itaque sermonem exponentem vnamquanque harum summarū. Et hæc est distinctio prima. Dicamus ergo,complexionalis quidem summa est, quoniam a complexione calida,& a complexione frigida, & a cōplexione sicca quandoque contingit dolor, secundum quòd sciuisti in principijs uniuersalibus,quamuis sit dispositio in complexione sicca, secundum quòd sciuisti, parum faciens dolorem.Et complexio quidem humida,secundū quòd est complexio humida, non efficit dolorem,nisi illic sit materia humida faciens dolorem,ex parte euaporationis, aut euentus uentositatis faciens solutionem continuitatis. Et calida quidem,& sicca,& frigida & sicca,dolorem faciunt vtrisque qualitatibus,& faciunt etiā dolorem motu soluente continuitatem. Calida verò & humida, & frigida & humida non faciunt dolorem,nisi unde sunt calidę,& frigidę & non unde sunt humidæ,nisi secundum modum prædictum. Et complexionis quidem calidę causa,aut est materia calida sanguinea, aut est cholerica,aut est composita[b] [acuens,] inflammans,faciens qualitate sua impressionem: aut est causa eius uentositas,aut uapor calidus, aut est causa eius motus calefaciens corporeus aut animalis, secundum quòd sciuisti ex diuisione eius in [c] [rebus] uniuersalibus, aut eius causa est,sicut obuiatio ignis,aut adustio solis, aut acceptio cibi calefacientis,aut medicinę calefacientis,aut uicinitas membrorum, quorū communitate iam calefactum est. Et causę quidem complexionis frigidę facientes sodā sunt oppositæ istis,quarum numerus est apud te. Et causæ siccæ,aut sunt exsicantia exterius, resolutione,& adustione [d] sicut dies caniculares,] & emplastra calida,aut[e] [rubedinem facientia naturaliter,aut accidentaliter,] subito,& non subito, prohibentia cibum penetrare ad caput.[f] [&] siccantur membra ipsius[g] [primo] aut propter abscisionem potus,& resolutionē humiditatum[h] [principalium,] aut desiccantia interius[i] † [ ] resolutione,& euacuatione eorum,aut quia eorum uirtus est desiccatiua, & quia nutrimentum ex eis factum est siccum,aut paucę humiditatis. Aut uicinitas mēbrorum iam siccorum, & ipsorum communitas. Et motus animales,& corporei, superflui desiccantes per semitam euacuationis, & resolutionis,similiter coitus[k] [exuberatio, & fluxus sanguinis[l] † [ ] & exercitium forte. Et euacuantia quidē, alia sunt euacuantia in membris,quę sunt alia a membris capitis, quibus caput communicat, sicut euacuantia uniuersalia ex toto corpore, aut euacuantia particularia euacuantia ex uno membro. Et alia sūt euacuantia in membris capitis: sicut[m] [rheumatismus,] & catarrhus,& fluxus sanguinis ex naribus: species eductionis acquisitæ per caput purgia, & sternutatoria, & gargarismata. & ex causis siccitatis est abscisio materierum humiditatis, quamuis non fiat euacuatione: sicut ieiunium, & dimissio cibi, aut eius priuatio.

b B.acuta.
c B.radicibus.
d B. sicut aliemaim.i.sicut aut uentus ualde calidus.
e B. congelantia naturaliter, aut exterius aduenientia.
f B.quare.
g——B.
h B.naturalium seu radicalium.
i B.ab ipsis cum
k B & diuretica
l B.superfluus.
m B.coryza.

ANNOTATIONES.

cap.7.

Sicut ieiunium, & dimissio cibi &c. Siccitatem cerebri ex ieiunio fieri asserit.cuius contrarium legi apud Galenum uidetur li.aduersus Erasistrateos de uenæ sect. ubi inediam inter ea, quæ caput replent maxime,ait eminere. Sed fortasse inedia & uentriculū,& caput,et totū corpus exsiccat(quod ad ipsā pertinet,) quum tamen uentriculi calor cōtinuè agat,et humores qualescūq; ī eo sint,ob cōtinuā actionem

actionem tenuiores reddat, quum que, agente etiamnum capitis caliditate, quæ & ipsa per inediam & humorum inopiam fit acrior, caput ipsum incalescat, facillime tenuiores ij humores sursum rapiuntur, atque ipsum replent non mediocriter, quod Galenus scribit, plerunque tamen ex inedia caput exsiccatur. unde, & in fluxionibus quæ a cerebro sunt, medici omnes inediam præcipue commendant.

De speciebus sodæ factæ propter solutionem continuitatis. Cap. 3.

Continuitatis solutio quandoque accidit in velaminibus cerebri: quandoque accidit in substantia ipsius, & quandoque accidit in venis, & scinduntur: & quandoque fit, sicut scis, ex motibus vaporum, & ventositatum incipiendo, aut propter oppilationem, & quandoque fit propter humorem corrosiuum, & quandoque fit ex percussione, aut casu: aut exterius incisione. Quæ autem fit interius, fortasse [a] [non repletur carne,] sed remanet vlcerosa lædens caput, & perseuerat faciẽs sodam. percussio autẽ & casus quandoque sunt leuis adiutorij, & curantur, & quandoque perueniũt ad hoc, vt cerebrum propterea [b] [permutetur,] & pereat. Quidam verò medici Indi dixerunt, quòd quandoque est causa in soda vermes generati in partibus capitis, motu suo lędentes, [c] † [ ] Et quidam remouerunt hoc, sed non est necessarium, vt remoueatur. Nam vermes multoties nascuntur in anteriore capite super locum, qui est in strictura narium, & possibile est vt nascantur apud velamina, & si raro contingat.

a B. incarnatur seu nõ consolidatur.
b B. commoueatur seu concutiatur.
† B. nocumenti.
c † B. & laceratione sua & corrosione sua.

ANNOTATIONES.

1 Quidam uerò medici &c. Notat controuersiam, an uermes possint in capite nasci, & solutionem continui, ac dolores facere pro qua re uide Rasim 1. Con. tr. 21. Sanè pro authore hoc facere uidetur, quod quum uermes ex corruptis gignantur humoribus, ubicũque & calor putridus sit, qui effectrix eorum est causa, et materia putrida, quæ subiectum est, ex quo illic nulla controuersia gigni ijdem posse uidentur. At putrescit nonnunquam pituita in capite, ut testantur omnes, quo fit ut rationi consentaneum sit in capite uermes gigni. Huic uerò astipulari & experientia uidetur, qua deprehensi sunt in arietis capite uermes, & quotidie per nares educi eos constat. Adde quòd in aurib. & dentibus ijdem sæpenumero reperiuntur. Verum contra Auicennæ sententiam authoritas Aristotelis facere videtur, qui 4. meteor. horum generationem in uentriculo non admittit, ꝙ is coctionis locus sit, non putredinis. multo ergo minus gigni eos in capite fatendum est, quod est multo ventriculo ipso nobilius. Cæterum (quod ad hoc attinet) si uermes in cerebro reperiantur, uel non, standum experientiæ est. Aristoteles 2. historiarum, ceruos omnes, uiuos in capite uermes ait continere, & conciliator uidisse se ait in arietis capite, nos quotidie exire e naribus uidemus. (et si ex uentriculo fortasse ascendere ad palatum, ac per foramen colatorium appellatum, ad nares ferri quis dixerit) certum item est, in aurib. eos ac dentibus reperiri. quo fit ut cum Auicenna standum uideatur. Dici uerò ad obiectã rationẽ posset, dubiam esse philosophi sententiam, quando coctionis locum, non esse ait putredinis locum. Est. n. idem prorsus coctionis & cruditatis locus, sed coctionis sub naturali dispositione, cruditatis, ac propterea putredinis, sub non naturali. Eo tamen etiam admisso, quod gigni uermes in uentriculo nequeant, nihil obstat in cerebro oriri, quod coctionis locus non est, ea præsertim parte, quæ ad nasi colatoria pertinet, cuius ratione, nobilius non est cerebrum uentriculo. Adde ꝙ nobilitas aut ignobilitas in hoc non facit, quum nobilissimum membrum sit iecur, & in eo tamen uermes aliquando deprehendantur.

Cap. 144.
tex. 27.

Distinctio specierum sodæ factæ ab apostemate. Cap. 4.

Apostema, a quo prouenit soda, quandoq; est in velaminibus cerebri, & quandoq; est calidum, & vocatur [a] [† phrenitis,] [ ] & quandoque est frigidum, & nominatur lethargia. s. obliuio, & quandoque est cõpositum. & nominatur † dispositio habentis [b] † [ ] dormitionem vigilatiuam. Et quandoque est durum. Et quandoque fit in ipso cerebro, & substantia eius. Et est aut calidũ phlegmon, aut erysipila, aut frigidum. Et huius distinctio est ex eis, quæ tibi aduenient vicinitus. [1] Et hoc multoties [c] [resoluitur,] si contingat vt egrediatur [d] † [ ] in aure, & reliquis, pus, aut [e] [sanies,] aut materia aquosa.

a B. carabitus. Alia litera. calidum.
† sirsen.
† coma uigil.
b † B. subet, hari, idest.
c B. soluitur.
d † B. ex capite.
e B. uirulentia

ANNOTATIONES.

1 Et hoc multoties &c. Desumptum hoc ex Hippocrate est 6. aphor. dicente, Caput dolenti & uehementer laboranti pus, uel aquam uel sanguinem effluentem per os aut aures morbum soluere, quod fere & in Coac. præno. scripsit, Capitis, dicens, dolorem soluit pus per nares, aut sputa crassa, & non olentia &c. Vide quomodo sententia hæc sit intelligenda, ex Gal. eo 6. aphor.

Aphor. 10.
Aphor. 10.

De qualitate [a] [accidendi] sodæ ex materijs. Cap. 5.

a B. euentus.

Dicimus, quòd materię sunt causæ soda, aut per se, aut per accidens. Quę autem sunt per se, sunt, quoniam mutatur complexio per se, aut soluitur continuitas per se. [1] Complexio autem non mutatur per se, nisi secundũ duos modos, aut per vicinitatem, aut per [b] [permutationem.] Per vicinitatem quidem, quoniã fit humor commistus frigidus, aut calidus. & calefacit, aut infrigidat, & quum separatur humor ab eo, quod ei commistum est, finitur, & euanescit, & nõ facit moram, de qua curetur. Quę aũt est per [c] [transitionem,] fit, quoniam humor iã fixit impressionem, & affirmauit eam, & quamuis separetur euacuatione, & resolutione, tamẽ remanet qualitas fixa. Sed ipsarum essentia fit causa sodæ per se secundum semitam solutionis continuitatis [d], [quoniam illud mouet eas & separat mordicatione & corrosione sua. Et plurimũ quidẽ fit soda per motionem, si ventositates excitentur, & illud quidẽ plurimũ faciũt materiæ frigidę, quas percussit caliditas, [e] [quæ nouiter factæ sunt calidæ, aut cibi] permisti caliditati. Mordicatiuę aũt, & corrosiuę sunt humores [f] [calidi.] Soda autem facta ab eis, per accidens est, quum accidit oppilatio propter apostemata, aut non ꝑꝑ apostemata. & oppilationẽ sequitur mutatio cõplexionis, sicut sciuisti; & ipsã sequitur solutio cõtinuitatis. Et illud ideo, quoniã materię, quas natura mouet ĩ corpore,

b B. qualitatem seu dispositionẽ post se derelictã
c B. qualitatem post se derelictã
d B. illud cum motione ipsarũ & penetratione earum & mordicatione & corrosione ipsarũ.
e B. adueniens ei & cibi uẽtosi
f B. acuti.

aut mouet secundum semitam expulsionis, aut secundum semitam separationis, & diuisionis nutrimenti. Et hoc quidem non fit, nisi [g] [ex] transitibus naturalibus, qui quum oppilantur, prohibent, & quum [h] [dilatantur,] resistunt, & resistentia quidem facit extensionem, & extensio facit solutionem continuitatis. Et oppilatio quidem quandoque accidit in substantia cerebri, & quandoque contingit in venis, quæ sunt in ipso, & quandoque fit in arterijs eius, & quandoque contingit in utrisque, quæ sunt in uelaminibus ipsius.[2] Et oppilatio quandoque accidit ab humoribus, aut propter ipsorum uiscositatem, aut eorum grossitudinem, aut propter eorum multitudinem. uiscositas uerò nõ reperitur nisi in phlegmate, & grossitudo etiã est in phlegmate & melancholia. Et phlegma quidem oppilat uiscositate, grossitie, & multitudine, & melãcholia oppilat grossitie, & multitudine. Et cholera oppilat multitudine, & similiter sanguis. Soda quoque cretica est de genere sodæ, cuius causa est motus naturalis secũdum semitam expulsionis. Et soda, quæ fit per successionem digestionis cibi, est de genere soda, cuius causa est motus naturalis secundum semitam separationis. Comprehensionis autẽ materię impedientis in membro oportet nos rememorari in capitulo principiorum uniuersalium, postquam sciuerimus, quòd ipsa, aut est antiquę comprehensionis & retentionis, aut est cibalis, s. generata in illa hora a cibo generatiuo chymi mali in substantia sua, & qualitate sua, cum corruptione in ipso cibo, & ordine suo, aut quantitate sua, aut digestione sua, aut reliquis modis corruptionis suę, prędictis in capitulo suo, & ex hoc genere est soda [i] [corruptionis] alliorum, & cepæ, & sinapis, & soda ebrietatis, & soda ab acceptione frigidorum, & oportet quidem ut rememoremur motuum materierum in membris, ex principijs uniueruersalibus. Et uentositas quidem ex summa est materierum facientium sodam, & facit sodam extensione. Et illud est, quum transitus naturalis ei cõstringitur creatus strictior quam oportet ei in hora sua, aut inquirit, vt faciat peruenire transitum nõ naturalem. Et vapor etiam ex tota illa summa agit: aut quali tate sua, aut [k] [cõprehensione] humorum in locis suis, & mouet eos. Et uentositates quidem, & vapores quandoque generantur in corpore, & in cerebro ipso, & quandoque [l] [odorando] attrahuntur ab exterioribus, aut adueniunt ex partibus pororũ, deinde retinentur in cerebro, & faciunt sodã, & ex hoc genere est soda fœtoris, & soda boni odoris. Et scias, ꝙ ventositates phlegmaticæ, & vapores phlegmatici sũt grauatiui, & tardi motus, retenti. Et melancholici sunt facientes tristitiam, fixi, minoris quantitatis, & deterioris qualitatis. Acuti verò humores non excitãt vẽtositates, sed uapores. Et vapores quidẽ sanguinei sunt dulces, minoris nocumẽti sua qualitate, quam uapores alij, sed sua quantitate magis nocent, & cholerici sunt acuti, inflammantes.

g B. in.
h B. prohibent.
i B. comestionis
k B. conculcatione.
l B. naribus.

A N N O T A T I O N E S.

1 *Complexio autem non mutatur &c. Humores, sicuti in superioribus capitibus scribitur, dolorem faciunt, aut quia naturalem corporis temperiem euertunt, aut quia soluunt continuum, hoc uerò non eodem in omnibus fit modo. quandoque enim per se id agunt, quandoque per accidens, distinguit ergo singula hæc, temperiem dupliciter ab humoribus immutari dicens, aut per se, aut per accidens ac per se rursum distinguens, aut per uicinitatem, dicens, aut per mutationem. Sane locus hic paulò est difficilior. ac primum quum materiam causam esse ait doloris per se, aut per accidens, falsum uidetur, materiam per se causam esse doloris, quum hic symptoma sit, per se a morbo dependens, per accidens uerò, id est per aliud, a causa. Constat autem materiam non ob aliam rationem dolorem facere, quam uel ob intemperiem, uel continui solutionem, ac propterea dolorem per se ab his, per accidens uerò dependere a materia. Adde, ꝙ quum diuidit temperiei mutationem, quæ est per se, obscurum admodum est, quid per uiciniam, & per mutationem significet. Ad hæc tamen, breuibus. materia doloris est causa per se atque immediata, non collata ad morbum, qui proxima est causa, sed ad alias causas comparata. nulla nempe alia morbifica causa inter materiam & dolorem intercedit, quamuis intercedat morbus. Quid uerò per uicinitatem, atque mutationem intelligat, paulo certe est difficilius in antiqua uersione, clarius tamen ex Bellunensis correctione, qui non, mutationem, sed qualitatem seu dispositionem post materiam derelictam interpretatur. Ita ut, sẽtentia sit, dolorem fieri per se ex intemperie, dupliciter, uel quod una materia est intemperiem fouens, uel quòd abijt quidem ipse humor, ipsa tamen qualitas remanet, et fixa est. At obijcies proposuisse hunc authorem de dolore agere, qui ex materia dependet, quomodo ergo nudam intemperiem affert? Adde (quod maioris momenti est) si per mutationem hanc, fixam intelligit intemperiem, quum hæc æqualis sit, & in habitu, doloris causa esse non potest, quod is ex inæquali dumtaxat intemperie fiat. Sed respondetur. dolorem quidem hunc ex intemperie sine materia esse, momentum tamen ex materia cœpisse. Et licet fixam quoque intemperiem mutationis nomine intelligat, æqualis tamen hæc non est, fixa dicitur ratione causæ, a qua non amplius dependet, non tamen ratione particulę cui inhæret, quum non æqualiter omnes eius etiam minimas particulas apprehenderit.*

2 *Et oppilatio quandoque &c. Obstructionem ait fieri ex triplici causa, humorum scilicet crassitudine, lentore, & multitudine, quod & Galenus 9. meth. & 11. & de caus. morb. At oppositum idẽ Galenus sensisse uidetur li. de mor. diff. ubi causam obstructionis humores dumtaxat uiscidos & crassos facit, quod etiam 3. de symp. caus. & 3. de tuẽd. sani. & in ar. med. & li. de constit. ar. fecit. Sed uerè humores ubi multi sint, & cumulatim ac confertim in partem quampiam irruant, seipsos impediunt, quominus libere perfluant. hæc tamen uerè obstructio non est, quum uia pro naturali constitutione se habeat, neq; occlusa sit (tumor. n. potius appellandus est) immo humoribus transitus patet, quãuis ob eorum multitudinem angustior sit, & paulò difficilior. quo fit ut obstructio propriè a multitudine non fiat. & propterea iure in obstructionis causis recensendis omittatur. in libris tamẽ methodi Galenus curationis gratia, atq; ut rem ad pauciora capita perstringat, inter obstructionis causas refert. ita Paternus bonarum literarum defensor nostra tempestate primarius soluit, si rectè meminimus.*

Cap. 1. Cap. 8. Cap. 7. Cap. 6. Cap. 2. Cap. 10. cap. 94 Cap. 17.

De speciebus sodæ facta per communitatem. Cap. 6.

Soda facta per communitatem alia est, quæ est cum communitate absoluta, & alia, quę est cum communitate non absoluta. Communitas

munitas verò absoluta, est vt ad partem cerebri ex membro cõmunicante nihil perueniat corporeum penitus, nisi ipsum nocumentum. Et communitas non absoluta est, vt ad substantiã cerebri ex ipso membro perueniat materia humorosa, aut vapor. Primæ autẽ partis sunt species sodæ factæ in tetano, & spasmo, & extẽsione, & a [ventositatibus gibbosis,] & doloribus iuncturarum, & sicut quę fit in podagra, & sciatica fortibus. Et fortasse aduenit ex qualitatibus b [communibus ipsarum] qualitas simplex, quæ est ex qualitatibus naturalibus, aut qualitas extranea non proportionata calido, neque frigido, sicut qualitates venenosæ: & fortasse in aliquibus membris erit humor venenosus malæ substantiæ, cuius qualitas adueniet. Et fortasse c [ex materiebus aduenient materiæ extraneæ in naturis suis. Et forsitan nocebunt fortitudine suarum qualitatum, aut augmento suarum quantitatum. Et fortasse erit impediens] materia extranea generata in quibusdam mẽbris generatione extranea corrupta, d, † [ ] sicut fit in præfocatione matricis e, [aut] fit ei, cui tempus coitus elongatum est, aut euenit in † hypochõdrijs eius humor malus: aut in aliqua extremitatum suarum, f [& quãdoque fit qualitas impediens aduenicns ad cõprehendendum materiam lædentem] etiam, & illud est secundum duos modos: quorum vnus est vt corrumpat illa qualitas, quod inuenit in partibus cerebri de materiebus bonis, aut, quod ad illas peruenit de cibo bono, & secundus est, ut ponat cerebrum receptibilem materierũ malarum, & hæc receptio est secundum duos modos. vnus eorũ est receptio ab attractione eius, sicut, si calefiat cerebrum, & g [attrahatur ei a quo cerebrum calefiat:] & secundus est receptio a debilitate resistentię. & iam sciuisti in principijs, ꝙ quum membrum debilitatur, recipit quod ei aduenit ex materijs. h [Et communitas quidem, quæ est cũ toto corpore, aut est] propter qualitatem expansam in toto corpore, aut propter materiam expansam in toto corpore, sicut fit in febrib. & soda cretica est i [propter illam.] Quum autem in febribus acutis soda fit fortior, eius fortitudo est signum malum immo pernitiosum, quum reliqua mala signa ei comparia sunt. quòd si singularis fiat, significat crisim venturam fluxu sanguinis ex narib. & quandoque significat crisim vomitu. Membrorum autem k † [ ] communicantium primum & dignius eorũ est stomachus, quandoque enim in stomacho superfluũt humores, l [aut generantur] in ipso, aut ad ipsum effunduntur materię cholericæ secundum periodos, aut absque periodis, aut est creatio, m cholerę] ita, vt effundatur cholera ex n [vase suo spisso, siue subtili] ad stomachum, secundum quod exposuimus in capitulo suo, aut retinentur in ipso ventositates, aut eleuantur ex ipso vapores, & fit soda. Et o [ebrietas] facit sodam cum euaporatione, & velociter aduenit ei frigus propter p [resolutionem partium] eius. Et matrix est ex eis, quibus communicat cerebrũ fortiter, & † hypochondria etiam, & hepar, & splen, & uelamen,] & renes. & extremitates omnes, & partes dorsi. Primum ergo, quod cerebro communicat, est illud quod ipsum circuit de panniculo cooperiente cranium. Et plurimum quidem fit soda communitatis, apud permutationem materierum apostematum membrorum interiorum communicãtium, quum mouentur ad superiora.

a B. & uentositate alaferse, idest & uentositate grossa causante gibbositatem.
b B. communicantibus.
c B. materiæ nocentes erũt materiæ non extraneæ in natura sua, & nõ nocebunt nisi ex vehementia qualitatis ipsarũ, aut augmento qualitatis earum, & quandoque erit nocens.
d † B. Alia litera. uenenosa.
e B. Alia litera. &.
† mirach.
f B. fortasse fit qualitas nocẽs adueniens causa comprehensionis materiæ nocentis.
g B. attrahat cũ caliditate sua materias ad ipsum.
h B. Alia litera. communib. quę sunt cum toto corpore.
i B. ex hoc genere.
K † B. capiti.
l B. Alia litera. generati.
m B. chistis fellis.
n B. ex meatu ipsius grosso, & non ex subtili. Alia litera. ex uase eius cholera grossa absque subtili.
o B. Alia litera. uinum.
p B. Alia litera. raritatem extremitatum.
† mirac.

ANNOTATIONES.

1 *Quomodo ex aliarum partium consensu caput afficiatur, sæpissimè Gal. scripsit, maximè 3. de aff. loc. & 2. de cõposi. med. per loc. ita uerò & de duplici consensu, & nudæ qualitatis, & cum materia. lib. de aff. loc. 1. & 3.* Cap. 1. & 7. Cap. 1. Cap. 6. Cap. 1.

Sermo uniuersalis de signis ostendentibus species sodæ, & modos eius. Cap. 7.

Soda quidem facta a causis extrinsecis, sicut percussione, aut casu, aut occursu rerum calidarum, aut frigidarum, aut a [diebus canicularibus desiccantibus,] aut uentis bene redolentibus, aut fœtidis, aut retẽtione ventorum in naribus, & aure, significatur ex inuentione earũ, quòd si earum obliuiscitur, redeatur ad ipsarũ vestigia, & elaboretur in earum significatione, secundum quòd nos iam declarauimus. Illam autem, quę fit a debilitate, significat eius excitatio cum parua vel qualibet causa, & cum perturbatione sensuum, & inuentione impedimenti in operationib. cerebri. Et illam, quæ fit a fortitudine sensus cerebri, significat uelocitas patiẽdi etiam a parua causa in cerebro sensata, scilicet ex uocibus, & odoratibus, & reliquis, sed sẽsus est bonus cerebri, & meatus sunt mundi, & operationes cerebri sunt non læsę. Omnes autem, quæ fiunt a causis materialibus, communicant in b [fæce inuenta in] humiditate naris. Et quum fuerit ex materia acuta, c [& fuerit cũ fęce] rubedo, & caliditas, & propriè in ea, quæ est ex materijs grossioribus, d [fortasse] associabitur ei pulsatio. Sed humiditas naris quandoque minoratur, quum fuerint materiæ grossę. Et siccitas quidem stricturę narium in huiusmodi soda, non significat priuationem materierum, quum grauitas ei associatur. Cholerica aũt propriè est cum mordicatione, & adustione uehementi & punctione, et e [quandoque] fit illud in ea fortius, quam in alijs cum siccitate stricturæ narium, & siti, & uigilijs, & citrinitate coloris, & grauitas ĩ ea est minor. Frigidas autem significant frigus, & tempora, & color. Et si illic fuerit repletio a satietate nauseatiua, significant eas destructio desiderij, & pigritia. Et materias humidas, si frigidæ sint, aut calidæ, significat † somnolentia. Phlegmaticę autẽ & melancholicę non uehementer dolorẽ faciũt. Et cum materijs quidem siccis minoratur grauitas, & multiplicantur uigiliæ, frigidę aũt uacuæ sunt ab inflammatione, & multiplicatur cũ eis cogitatio corrupta, & obtenebratur color. Quandoq; uerò significatur omnis humor per colorem faciei, & oculorũ, & fortasse f [fit diuersitas in paucitate.] Causa autẽ in hoc, aut est expulsio humoris g [inflammati ad oculũ,] aut constrictio in ipso, aut attractio materierũ calidarum absque materiebus dolorem faciẽtibus frigidis usque ad partem oculorũ, & faciei pro-

a B. uenti uel aeris vehementer calidi desiccãtis
b B. in grauitate inuenta &.
c B. tunc est cũ grauitate.
d B. &.
e —— B.
† subet.
f B. diuersificatur illud in paucis, seu raro.
g B. inflãmatio ad profundum.

propter dolorem. Nam quum dolor ingreditur membrum, attrahit ad ipsum, & ad illud qđ est ei vicinum: plurimum autem attrahitur ad membrum in hac dispositione illud, quod est sanguis, & quandoque attrahitur aliud. Cũ ea verò, quæ facta est a ventositatibus, minoratur grauitas, & multiplicatur extensio; & fortasse est cum punctione: & fortasse cum corrosione & in ventosa quidem non est grauitas. Ventosam autem & vaporosam significat quandoq; sonitus, & tinnitus, & fortasse exuberant cum ea † iugulares venę multum. Et quandoq; multiplicatur cum ea permutatio, scilicet doloris de loco ad locum: & quum multiplicatur vapor, fit pulsatio fortior [h] [capitis,] & imaginatur imaginationes corruptas, & associatur ei scotomia, & vertigo. Signa autem factę a complexionibus puris, sunt [i] [retentio] illarum cõplexionum cum priuatione grauitatis, & siccitas in strictura narium: siccitas enim stricturę narium est significatio proportionalis isti. In calidis quidem sentit æger ipse, & sentit tangẽs caput eius caliditatem, & inflammationem, & est illic rubedo oculi & iuuatur ab infrigidantibus, & frigore. In frigidis verò est res e contrario, & non est in faciebus eorũ extenuatio maciei, neque rubedo coloris, neque fit dolor superfluus, & si temporalis. Siccas verò significat præcessio euacuationum, aut exercitiorum, aut vigiliarum plurimarum, aut coitus, aut [k] † [ ] angustia, & proprietas earum est, ut augmententur cum iteratione alicuius horũ. Facta autem propter communitatem contingit, & destruitur & fit fortis, & debilitatur secũdum quod [l] [accidit in membro communi ex dolore, aut destructione, aut fortitudine, aut debilitate.] Quòd si non fuerit propter communitatem, erit in reliquis operationibus cerebri nocumentum, sicut tenebrositas in oculo, & grauis somnus, & grauitas perseuerans cum bonitate dispositionis reliquorum membrorum. Quumque nocumentum est in ipsis velaminibus cerebri, & est forte, significat illud aduẽtus doloris usque ad radices oculorum. Et si nocumentum est in panniculo extrinseco, aut in loco alio, non peruenit dolor ad oculos, sed cutis capitis tacta dolet. Factam verò cum cõmunitate stomachi significant inuentio angustiæ, & nausea, & paucitas desiderij, aut eius destructio, aut malitia digestionis, aut paucitas eius, aut ipsius destructio post inuentionem significationum accidentium. Et quum est propter effusionem [m] [materierum] ad ipsum, fit fortior quum uacuitas adest, & super somnum [n], [& saliuam.] Et fortasse soda fit propter causam in cerebro, & facit in ore stomachi istas dispositiones, & [o] [impedimenta] secundum semitã communitatis stomachi [p] [cum cerebro,] non secundum semitam principij ex stomacho, & communicatione cerebri. Oportet ergo, vt perseueres in cognitione huius, & cognoscas dispositiones vniuscuiusque duorum membrorum in seipso, & ratiocinando distinguas accidẽs ab eo, quod est antecessum. Ex eis verò, quæ illud significant de stomacho propriè, sunt diuersitas dispositionis in digestione, & absq; digestione, & diuersitas dispõnis in vacuitate &

† guidez.

h B. arteriarum.

i B. sensationes.

k † B. cum.

l B. de nocumẽto accidit membro cõmunicãti aut destruitur, aut fortificatur, aut debilitatur.

m B. choleræ.

n B. in ieiunio. Alia litera exuberantem.

o B. nocuméta.

p B. ad cerebrũ.

repletione. Nã dolor stomachi, si est ex cholera excitatur, quum est vacuitas. Et si est ex humore frigido, est minor in vacuitate, & sedat ipsum fames, & quandoque fames excitat ex ipso vaporem, & [q] [impedit.] Veruntamen cum hoc comestio non integrè sedat ipsum multoties, & fortasse sedat eum, sed raro. [r] [Inter inflãmationem uerò & adustionem distinguit eructuatio.] Et tu quidẽ cognosces significationes eructuationis in suo loco, & similiter distinguunt inter eas reliqua signa, quorum rememorabimur in capitulo stomachi, & quandoque significat illud, quod vomitu expellitur. Et significat illud diuersitas dispositionis in soda secundum diuersitatem dispositionis reliquorũ, quę stomacho superueniunt. Et multi quidem homines sunt, ad quorum stomachos cholera effunditur: [s] † [ ] Et quum soda excitatur & comedunt aliquid, quiescit. Illud igitur est significatio, quòd ipsa est propter communitatem stomachi, & [t] [propter hoc] quiescunt, si choleram euomunt, & significationes significant illud. sed & illud quandoq; significatur ex parte doloris: quod enim fit cum communitate stomachi, plerunque incipit in anteriori parte syncipitis, & fortasse declinat ad mediũ syncipitis, deinde [u] [remouetur.] Et illa, quę fit ex hepate, declinat ad latus dextrum. Et quæ fit ex splene, declinat ad latus sinistrũ. Et quæ fit causa † hypochõdriorũ, declinat ad anteriora valde. Et quæ fit causa matricis, existit in [x] [margine syncipitis:] & fit plurimum eius post partum, aut abortum, aut menstruorum retentionem, aut ipsorum paucitatem. Signa autem, quę dicta sunt de soda a vermibus generata, sunt ea quæ Indus dixit. inquit enim. Signa soda facta ex vermibus sunt, ut corrosio fortis, & fœtor odoris, et fit soda fortior cum motu, et eius sedatio est cum quiete. Quæ autem fit ex renib. & membris dorsi, est decliuis ad posteriora ualde. Quę autem est propter communitatem dolorum euenientium in membris alijs, fit cum excitatione eorum, et quum ipsi fiunt fortiores. Quæ uerò est cum febribus, et crisibus, fit cũ eis, et quiescit cum eis, et debilitatur earũ quiete, et debilitate. Et quandoque etiam significat ipsam albedo urinæ cũ fortitudine febris, propter declinationem humorum cholericorũ ad superiora. Et multoties fiũt res subtiliantes causa soda, propterea quod aperiunt uiam uaporum ad cerebrum, et si sint nõ calidæ, sicut oxymel, et similiter est dispositio hemicraneæ. Et regimen quidem subtiliantium nocitiuum est ei [y], [qui habet sodam causa cibi grossi propter choleram. Et fortasse] augmentatur soda in seipsa propter uehementiam doloris sui, et attrahit uehementia doloris eius augmentum in ipso.

q B. nocet.

r B. Sed inflammatio & adustio, & eructuatio distinguit inter ea ambo.

s † B. est periodicatione.

t B. similiter.

u B. Alia litera. descendit.

† mirach.

x B. sihachalisuch. i. in cõmissura coronali vbi syncipút terminatur.

y B. cuius soda requirit curationem ingrossantem choleram, Et quandoque. Alia litera. propter causam cibi generantis choleram.

ANNOTATIONES.

Scripsit eadem ferè, & supra. Vnum hic notat ijs uerbis. (Nam cum dolor) quod dubitatione non caret, nempe dolorem trahere. Tametsi enim id & Hippocrates 4. de ra. uic. in ac. & Gal. non uno loco dicit, non desunt tamen qui ex aduerso uiri alioqui ingenio prestantes & eruditione, dolorem trahere prorsus negent, quam rem (ut paulo cili-

cap. 19 & 20. & deinceps.

aphor. 27.

diligentius examinemus) non una ratione confirmant. primum autem, dolor irritat; quæ irritant, expultricem vim ad agendum mouent, non attractricem, vt de vomitu patet; non ergo dolor attrahit, sed expellit potius. Item, si dolor attrahit: vt retineat attrahit, at quod retinetur, familiare sit oportet, & in trahentis naturam mutetur, ut in naturali fit membrorum tractione. At absurdum est dolorem hoc pacto attrahere. Adde id, quod experientia testatur. quum dolente parte quapiam, non ad eam affectam solùm, sed ad aliàs quoque fluxio concitetur (offenso nempè digito in alis, & inguinibus fieri inflammationes: & æstuante capite subiectas partes fluxionibus grauari cõspicimus) dici non potest dolorem trahere. Hæ ferè sunt rationes, quibus probatur dolorem non attrahere. Contrarium tamen

Cap. 11.

tamen Gal. sentit & 2. de diff. febr. & alibi sæpe, & cum Gal. medici ac philosophi fermè omnes, quibus, quia nos assentimur, breuibus ab obiectas rationes respondemus. Quòd dolor attrahat, experientia satis testatur, ut superuacuum forte sit cum medicis, quibus solum sensuum testimonium satisfacere oportet, hac de re contendere. Quum verò dolorem irritare aiunt, ac propterea expultricem mouere ad agendum non attrahendum: Paucis, vbi dolore pars quæpiam affecta sit, expulsoria facultas ad id fugandum excitatur, quod offendit: Quum autem nulla sine spiritibus actio obeatur, ut Galen. com. 3. 5. aph. & alibi docet, & omnes fatentur, contrahit sese affecta particula, ac spirituum quantam potest copiam conuocat, eorum exemplo, qui saltaturi spiritum continent, quo validior sit saltandi actio, quod etiam in omni valida actione fieri quotidie animaduertimus. At verò spiritum sedes sanguis est, humores videlicet uniuersi, neque spiritus sine sanguine, aut sanguis sine spiritibus usquam reperitur. quo fit, ut dolentis particulæ conatus in eius ipsius detrimentum sæpenumerò redundet, ob spirituum & cum spiritibus humorum redundantiam, quando scilicet id quod contristat, non extra corpus, aut ad imbecilliorem se ipsa particulam nequit propellere. ita ergo ex dolore fieri attractionem, manifestum est, quamuis non negarim accedere postmodum & eam quam Galen. 13. meth. causam addit, propulsionem uidelicet à toto corpore ad eam partem quæ affecta est ob eius imbecillitatem, ex quo impetu non affecta solum particula, sed aliæ quoque frequenter fluxionem suscipiant; ueluti cum digito affecto, in alis & inguinibus inflammatio fit. ex digiti nempe illius offensa totum corpus concutitur, spiritus undique contrahit ut offenso loco succurrat, cum spiritibus autem & humores fluunt; quo fit, ut non ad eam solum quæ primo loco affecta fuit particulam, sed ad inferiores quoque alias eorum copia feratur, quæ si imbecilles sint & suscipiendæ fluxioni aptæ, tantam spirituum & humorum multitudinem confertim irruentem nequeunt ad eam, quæ primò offensa est, partem aliarum exemplo extrudere; sed in seipsas admittunt & amplectuntur: tales autem particulæ sunt glandes, quæ ad inguina sunt & alas. Diximus uerò ad inferiores partes à superioribus fluxiones fieri, quod offenso capite, non in alis, aut inguinibus inflammatio fit, sed offenso pede: nempè quòd non æque facilè ac celeriter humorum ac spirituum simul multitudo à pedibus ac cæteris inferioribus partibus supra feratur, ut à supernis ad inferiores. id quod Galen. 13. meth. innuit quum, non simpliciter ex partibus omnibus ad affectam particulam spiritus ferri & sanguinem, sed ex superpositis partibus, annotauit. Ex his ergo non solùm quòd attractio fiat ex dolore, conspicuum est, sed etiam quid ad obiectas rationes dici possit, pro Galeno.

Cap. 3.

De signis nuntiatiuis sodæ in ægritudinibus. Cap. 8.

VRina similis urinis asinorum significat, quòd soda fuit,[a] [aut fit,] aut est existens, aut erit. Et similiter albedo urinæ, et subtilitas eius in febribus, et horis crisis, significant permutationem materierum ad caput. et illud quidem est ex eis, quæ proculdubio faciunt sodam.

a B. & est soluta, seu remota.

ANNOTATIONES.

Hippocrates 4. Aph. quibus urinæ sunt perturbatæ quales iumentorum, dolorem capitis uel adesse, uel adfuturum scribit, non tamen, quod hic author, adfuisse. Addit tamen hoc Gal. eo 4. aph. dicens, dolores capitis aliquando antecedere, aliquando simul esse cum perturbatis urinis. pro eo uerò quod subdit secundo loco author, uide Hipp. 4. aph. & Gal. ibidem ac 2. in primum de vulg. morb.

Aphor. 70. Com. 70. Aphor. 72. Com. 71.

Regimen uniuersale in soda. Cap. 9.

TV scis, quòd soda est a [exemplum] reliquis ęgritudinibus in necessitate abscisionis suę causæ, et oppositione ei cum contrario. Et post hoc scis, quòd ex rebus in remotione soda iuuantibus est paucitas comestionis, et potus, et propriè uini, et multitudo somni. Veruntamen nimia paruitas comestionis b† [ ] in soda calida nocumentum affert augmentum in ipsa faciens.

a B. æqualis seu similis.
b †B. Alia litera. & potus.
Nota q͞ aliqui textus habent hoc capitulum. x. de soda tẽporali continuatũ cũ præcedẽti capitulo. videlicet sic: veruntamen nimia paucitas comestionis nocet in soda calida nocumento additionis eius in soda tẽporali: Et nihil est adeo cõueniẽs sodæ sicut tranquillitas.

ANNOTATIONES.

Et post hoc &c. Tria in capitis dolore commendat, ciborum & potus paucitatem, uini abstinentiam, & prolixum somnum. At quod ad primum attinet, Hippocr. quidem lib. de affectionibus, authori subscribere uidetur dolentium caput uictum esse dicens sorbitionem. & idem facit Galen. 2. de compo. med. per loc. cibi parcitatem laudans. hic tamen hoc in loco dolores excipit qui à causa sunt calida. rursus uerò Hippocra. 4. de rat. uic. in ac. ieiunium & crapulam aduersus capitis dolores mala esse in uniuersum testatur. De uino quoque idem notauit author paulò antea, & habet subscriptorem & Galen. 2. de com. per loc. citato adijcientem ad cibi parcitatem ex Archigenis authoritate aquæ potum. & ipsum quoque senem lib. de affectionibus nuper adducto, ubi ait. Victus sit sorbitio, & potus aqua; vinum autem non exhibeatur, donec dolor sedetur, quum enim calidum existens caput uinum attraxerit, dolor fortior euadit. Author tamen lib. 1. de regimine loquens aquæ & uini, uinum scripsit sedare capitis dolores. & Galen. quoque 2. de comp. med. per loc. uinum etiam in ijs qui ob biliosos humores caput dolent, dilutum exhibet. & Hippocr. itidem 2. de morb. uulg. sect. si caput doleat ex crapula meraci uini heminam præbet; si non ex crapula, sed aliter doleat, panem calidum cum meraco rursum exhibet. At de somno, astipulari Auicennæ Hippocr. uidetur lib. de Coac. prænot. dicens. Capitis dolorem soluit, pus per nares, aut sputa crassa, & non olentia, soluit item ulcerum eruptio. quandoque & somnus & alui fluxus. Rasis tamen 1. Contin. somnum interdicit cuiusdam Apollonij authoritate, dicens, abstinendum à cibis, somno, & loquela. ita ut multiplex hac in re sit controuersia. Cæterum, ut hæc dubitatio sedetur. De cibis & potu certum

Circa initia. Cap. 1. Circa initia. Circa finem.

est non in capitis dumtaxat dolore, sed omni fermè affectu praeter naturam uictum tenuiorem conuenire, quàm per bonam ualetudinem. iure ergo ciborum & potus parcitatem author commendat, ut Gal & Hippocr. non tamen ieiuniū hic atque omnimodam abstinentiam laudat, quod Hippo. damnat. excipit autem eos qui ob calidam causam dolent, quòd per inediam acrior fit uentriculi caliditas, & capitis quoque calida intemperies incrementum suscipit, & augetur dolor. De uino quoque nulli dubium est, eo calidius cerebrum offendi, id quod ratio Hippocrat. demonstrat: nec solum quod calidius est, sed etiam quod frigidum, quum ratione uaporum qui ex uino ad caput irruunt, repleri cerebrum necesse sit: ubi tamen ex uentriculi affectu, seu frigida intemperie seu repletione, dolor fiat; nedum uinum iuuat, sed meracum; quum & incalescat uentriculus, & id quod in eo redundat, aut concoquatur, naturali calore aucto, aut uomitu reijciatur, id quod senem lib. de uulg. morb. 2. intellexisse putamus. Quòd si dolor in capite sit per essentiam, tunc huius ratione non uinum, sed uel aquae potus, ut author hic, & Gal. & Hippocrat. locis supra citatis, exhibendus est: aut etiam uinum dilutum, quod 2. de comp. per loca Gal. facit, seu calida sit seu frigida materia à qua dependet: & si enim tutior est curatio per aquae potionem; retunditur tamen uini facultas ex aquae immistione, ut minime offendatur caput: & dilutum uinum praeterquam quòd temperato calore coctionem eorum, quae in capite redundant, non mediocriter potest adiuuare; educendis etiam num per urinas biliosis excrementis facit, ut imminutis humoribus dolorem facientibus ipsum quoque dolorem imminui necesse sit. At uerò de somno quum inter ea sit somnus quae dolores sedant, si dolor maximè urgeat, certum est, symptomatis ratione somno esse uacandum, quod fieri potissimum debet, ubi concoquenda materia sit, quae in cerebrum irrepsit, aut in uentriculo existens dolorem capitis fouet. At fluente adhuc materia, nec urgente symptomate, abstinendum à longiori est somno, ut Rasis consulit, quum is cerebrum repleat & doloris causam amplificet. Atque his demum sedari propositas contradictiones putamus.

De soda temporali. Cap. 10.

NIhil est adeo conueniens soda temporali, sicut trāquillitas, & dimissio totius quod mouet, sicut coitus, & cogitationis, & reliquorū. Et oportet ut soliciteris in curatione a[cholericarum] ex ea, in attractione materierum ad inferiora, saltem cum clysteribus b[calidis. Et oportet quidem vt confortes,] donec sit possibile ea euacuare à partibus hepatis, & stomachi, Ex rebus fortibus verò in attractione materiae soda ad inferiora, c[in vigilante ex soda] est fricatio pedum. multoties enim dormit super ipsam patiens sodam. & quandoque fit eius assiduatio in pedibus, donec resoluitur soda. Si autem uis uti epithematibus, & emplastris, & ęgritudo est fortis temporalis calida, siue frigida; oportet ut caput radatur: illud enim est magis iuuatiuum ad hoc, vt medicinae uirtus in ipso penetret. Et ex eis, quae ad hoc iuuant, est coronatio syncipitis, aut cum massa, aut cum lana; et ut res subtiles quę super ipsum effunduntur, retineantur à cursu, & cerebrum earum cōpleat exuccationem, & earum virtutem non expoliet aer velociter. Filagorus dixit quòd phlebotomia uenae frontis; & uentosas apponere capiti, d[& in inferioribus extremitatibus,] & positio earum in aqua calida, & deambulatio parua, & dimissio ciborum inflatiuorum & uaporosorum tardę digestionis, iuuant valde ei, qui vult ut eius soda recedat, & non reuertatur ad eum. Ego autem dico, quòd quandoque effundimus aquam calidam super extremitates patientis sodam, & assiduamus illud, & sentit quòd soda ex capite ad eius extrema descendit, cum qua descensione resoluitur. Et scias, quòd cibi acetosi non conueniunt patientibus sodam, nisi in soda, quae est propter communitatem stomachi, e[quia cibus ille est] de genere eorum, quae praeparant os stomachi, & confortant ipsum, & prohibent effusionem f[materierum] ad ipsum. Quum autem sodae temporali associatur ex laesione accidens g[impediens, declina] in suo regimine ad illud; quoniam fortasse erit illud accidens causa augmenti in h[ipso,] cui illud accidens accidit: sicut vigilię, quū accidunt propter sodam, deinde fiunt fortes, sunt ex causis augmentandi sodam: oportet ergo, ut ipsum embroches cū aliquibus, quae sunt sicut oleum de cucurbita, & oleum de i[salicibus,] & oleum nenupharinum, & sicut lac, odorificatum cum camphora, & reliquis. Et quandoque est tibi necessarium, ut parumper stupefacias, & dormire facias: In omni autem soda, cui associatur rheumatismus: non declines ad infrigidandum caput, & humectandum cum oleis, & similibus; sed k[suge] ad euacuandum, & stringendum extremitates, & fricādum eas, & ponendum in aqua calida. Quum autem uis super caput ponere aliquid, cuius uirtus penetret ad interiora capitis; non est tibi necessariū nisi anterius cerebrum, sicut sciuisti & ubi est commissura coronalis, & apud synciput: apud vtrasque enim confidis de penetratione eius, quod penetrat, in posteriore uerò cerebro, quoniam os, quod ipsum continet, est durius illo, non penetrat illud, quod ad cerebrum penetrare est necesse: quòd si in hoc elaboratur, nō proueniet inde iuuamētum, quod addatur super l illud, quo iuuamentum fit: sis autem contentus parte anteriore, & tonsione syncipitis. Et cum hoc ēt, quoniā] si medicina fuerit infrigidans, affert principio neruorū, & origini nuchae nocumentum quo non indigemus. Soda autem percussiua apostematibus calidis associatur, & frigidis: & est quasi sicut pulsans. ꝙ si causa est calida, administra infrigidantia, in quibus est lenitas, & utere etiā uentosis nuchae, & appositione sanguisugarum super vtrunq; tempus, & ligatione extremitatum. si autē frigida est, declina ad illud quod carminat: & permisce cum eo ēt, in quo sit uis confortādi, & frigus aliquod: sicut si misceatur cum oleo rosaceo ruta, aut menta. Quū ergo huiusmodi soda adeo fit fortis, ut in pueris ad hoc deueniat, ꝙ ipsorum cōmissuras disrumpat: laudantur in curis ipsorū † venae contritae uehementer, & commistae cū oleo ros. & aceto linitae; postquàm administratur capitis ablutio cum aqua & sale. Quum autem uteris caputpurgijs resolutionis, m[confortatiuis;] gradatim utaris eis, secundū quòd dictum est in canone. Et ibi quidem conuenit, ne declines ad narcotica, quantum potes. Verū tamen nos ipsorum modos dicemus in capitulo sedantium soda cum stupefactione. Et scias,

a B. materialis.

b B. acutis. & oportet ut fortifices ea.

c B. & securitate uel praeseruatione a soda.

d B. Alia litera. & fricatio extremitatum uersus inferius.

e B. Alia litera & fuerit cibus ille.

f B cholerę.

g B. nocēs tūc intende.

h B. radice.

i B. kalef.

k B. aestiua.

l B iuuamentū quo iuuatur si contentus fueris super parte anteriore, et margine syncipitis. Et cum hoc.

† intestina terit.

m B fortibus.

n B. & est uehementis nocumēti.

sciās, quòd uomitus non est de curis soda, [n] [cum stupefactione.sed vehementer nocet [patienti eam, nisi sit causa stomachi,& cum communitate ipsius; quoniam vomitu iuuatur. Et soda quidem, quę fit in posteriore capite,si nō fuerit febris;cura est euacuatio cum decoctionibus prius secundum quantitatem virtutis, deinde phlebotomia. qui autem inuenit sodā in capite suo permutari,quam frigus sedat;forsitan phlebotomiæ & ventosæ sunt ei necessariæ,vt doloris assiduatio in capite superfluitates euenire non faciat.

ANNOTATIONES.

Nihil adest adeo &c. Sodam temporalem,cephaleam appellat, antiquum videlicet capitis dolorem. in hoc vt Gal. 2.de comp. med. per loc.notat,neque strepitus,neque vehementior vox, aut lumen splendidum, aut vini potus, aut odoramenta caput replentia poßunt tolerari. quo fit, vt hæc omnia his conueniant, quæ author notat. In eo tamen dubitatio exoritur, quòd coitum damnat, cuius contrarium sensisse Hipp. videtur 6.de morb. vul.sect.5.vbi coitum ijs qui a pituita sunt morbis,conferre scribit,Quod & Aristoteles sectione Problematum Probl. 17. Certū autem est antiquos dolores ex frigida potius materia atque pituita fieri quam ex alia causa. vt propterea & in hoc venus commendanda videatur. Sed soluitur. vbi pituitosa materia redundet, neque aut ad caput,aut ad partem aliam nobilem fluat, sed aut fluxerit iam,aut immota maneat;commendatur venus, quod euacuationis genus id est.at si adhuc fluat,neque concocta sit,quum coitus leuis quædam epilepsia sit,ob agitationem totius corporis & spirituum commotionem, periculum est, ne maior ad caput spirituum & humorum simul copia feratur, & dolorem augeat: quo fit vt maxime euitandus sit, vt author consulit.Sed obijciet statim quis contrarium statuere Hipp.6. de vulg. morb. sect.5. vbi ait, increscentes morbos mistio. quibus verbis, fluente adhuc materia venerem commendare videtur. Verum respondet Gal.in eius loci commentarijs.nihil ex his verbis colligi.immo non id tantum quod obijcitur,sed eius quoque contrarium potest intelligi, quod videlicet increscentes morbos mistio offendat.

Cap. 2. — Aphor. 23. — Tex. 26.

De cura sodæ calidæ absque materia, aut adustione solis, & reliquis ex materia calida,aut sanguinea.

Cap. 11.

INtentio in curatione huiusmodi sodæ est infrigidatio. et in ea quidē,quæ est incipiēs, nihil magis iuuatiuum est quam oleum ros. [a] [purum,]infrigidatum,super caput effusum Et melius hoc est,vt synciput circundetur pariete prædicto: & neque oportet, sicut sciuisti,vt in posteriore capite fatigeris. Quòd si oleum ros. solum non confert, commisceantur ei expressiones herbarum,& specierum plantarum frigidarum.et [b] [quandoq; forsitan]nil magis iuuat ipsam,quam facere ægro caputpurgium cū lacte,aut oleo ros.aut violaceo infrigidatis super niuem.et conueniens est vt oleum ros. cū aceto misceatur:acetum enim iuuat ad penetrādū secundum conditiones prędictas in canone.et quandoq; iuuat potatio aceti cum multa aqua misti vehementer.Eius autē, quę fit adustione solis,quæ est de hac summa; curatio est hæc,ēt addita cautela in commensuratione aeris,& in frigidatione ipsius,& reditione ad loca frigida & administratione emplastrorū,& embrocharum,& vnctionum ex oleis,quę omnia sunt frigida natura, & infrigidata niue, & similiter attractionum per nares, & embrocharū,& odoramentorum: & iam sciuisti illud.et tibi quidē necessarium est, vt in hoc,& in aliis,alienes totū, quod mouet impetuose ex vocibus,& multitudine cogitationis, & coitus, & famis.et illa quidem,quę est ex adustione solis,quum in sui principio [c] [consideratur,]facile mutatur.Quū autem negligitur, & tardatur;non est longum, quin eius cura [d] [excusetur,] aut difficilis fiat, aut adueniat ei [e] [superfluitas proprietatis.] Et multoties quidem accidit ex sole soda: non ex hoc quod calefacit tantum;sed ex hoc,ꝙ eleuat vapores, & mouet humores quietos. Cum huiusmodi itaque non est excusatio ab euacuationibus,secundum modos prædictos.et quandoque etiam in ea, in qua vapores non eleuantur, neque humores mouētur, est necessitas euacuationis: & illud quidē, quum sentitur repletio, & timetur in ipsa materiei attractio ad locum dolorosum,secundum quod sciuisti ex principiis. Illic enim si obliuio adsit euacuationis humoris dominantis,nō erit securitas,[f] [quin impedimenti sit agilitas] Quum autem caput vehementer inflammatur in speciebus soda calidę,& calefit valde,& transgreditur terminū;sumantur † succus hordei & psyllium. & misceātur cum aqua virgæ pastoris, & infrigidentur, & fiat ex eis capiti emplastrum.In ea verò,quę facta est a materia calida, sanguinea, oportet vt incipiatur a phlebotomia [g] [venarum†brachij. quòd si ei illa, quæ uis, non consequuntur, & remanet modus eius [cum dispositione sua, & uenæ exuberant uniuersaliter, & vides in capite,& in facie, & oculis repletionem manifestam; oportet ut phlebotomentur venæ, quarum minutione cerebrum euacuatur; sicut phlebotomia venarum, quæ sunt in nare cuiusque lateris; & minutio uenæ, quæ fit in fronte. ipsa namque est vena, cuius phlebotomia plurimum ægritudines capitis extirpat. Et oportet quidem, vt in hoc doloris pars attendatur. Nam si fuerit lateris posterioris, uena quæ est lateris anterioris minuetur. Et si fuerit lateris anterioris, vena, quæ in parte eius opponitur, minuetur. Quum autem in parte opposita desunt uenę, uentosas loco phlebotomiæ pone. Et [h] [Artesagarus] iam dixit, quòd si illud non sufficit, oportet ut uentosæ super † spatulis ponantur, & sanguis multus inde extrahatur, & locus uentosarum sale trito aspergatur, & loco lana superponatur infusa in oleo: & in mane superponatur ei medicamen uulneratiuum. & illud quidem non est in hoc eodem, immo in omnibus speciebus sodæ temporalis ex materia fraudulenta, qualiscunque sit materia. Et quandoque etiam confert plurimum in hac specie sodę,& quæ hoc modo currunt, phlebotomia saphenæ, et crurium uentosatio. Et hoc quidem est ipsorum regimen ex parte phlebotomię.Quūque illic aliquid materiei cholericę sentitur, non est malum ipsam euacuare cum eo, quod naturam leniat, et lubricet materiam cum eo, quod in capitulo soda cholericæ dicemus. Et oportet, ut lenificatio naturæ uniuersaliter

a B. bonum.

b B. illud quod existimatur.

c B. succurritur

d B. laboriosa.

e B. superflua uehementia. Alia litera superfluitas fortitudinis.

f B. velocitate nocumenti.

† sauich.

g B & extractione sanguinis secundum necessitatem & tolerantiam uirtutis. Qđ si nō sufficit phlebotomia uenæ alsabad.i. uenæ adiutorii, & nō consequitur cū ea, quod uoluntas intendit, & remanet dolor.

† aseid.

h B. Archigenes.

† alcheel.

i B.alnisuch ie, & ferculo de prunis, & iure lentium & Alia litera. alimunie, & algiasfie, idest cũ iure ferculi facti ex limonibus, & cum iure ferculi facti ex prunis & iure lentium, & iure.
† alnelegueati.
† almes.
k B. ferculum quod fit.
l B. & althaffil.
m B. Et in huiusmodi dispositione tibi inest.
n B. tereniabin.
† siracost
o B. abstergũt.

ter perseueret, sicut cũ iure i † [cauliũ, & de prunis, & iure de lentibus, & almelea s. †] iure pisorũ absq; corpore ipsorũ: & vt æger nutriatur cibis infrigidatiuis generatiuis sanguinis frigidi trahentis ad siccitatem, & grossitiem aliquantulum, & declinent ad stypticitatem; sicut k [quæ fiunt] cum sumach, & granatis, & lentibus cum aceto, & l [cicere fracto,] nisi timeatur siccitas naturæ. et tu quidem ad curandas capitis ægritudines lenificatione naturæ multũ indiges, m [sicut in hac dispositione. Superest ergo tibi,] vt hæc styptica tẽperes cum n [manna] & † succo fructuum, & cum omnibus, quæ o [resoluũt] cũ lenitate. et oportet vt cibi isti sint boni chymi: & tu minora de quantitate eorum, & non fiat ex ipsis repletio. et quum administras embrochas & vnctiones, administra ex eis eas, in quibus sit infrigidatio, & in quibus non fit humectatio fortis; sed sit in eis repercussio aliqua & stypticitas aliqua; sicut est aqua granatorum, & expressiones frigidæ stypticæ fructuum, & foliorum, & radicum, & mucillago psylij cum aceto, & aqua virgæ pastoris. Cura autem factę ex materia cholerica est hæc. Nam, si cum ea vides aliquantulum motum sanguinis, cura est, vt sanguis parumper euacuetur: & si non, incipiatur ab euacuatione, sicut cum myrobalanis, si non fuerit febris: & si non, cum lubricitantibus, & cum eis, in quibus non sit expressio, & asperitas fortis, sicut cum † succo fructuum, & syrupo de fructibus, & aquis lupuli. et quãdoq; etiam euacuatur cum fumoterræ, & clysterib. lenibus. et si materiæ cholericæ fuerint grossæ, & fuerint imbibitæ in tunicis stomachi, ita vt neque vomitu expellantur, neque lubricæ fiant solutiuis lubricatiuis; necessarium erit euacuare cum hierapicra cum scammonea secũdum descriptiones dictas, aut augmentare eam, & afferre eam super lubricantia, aut euacuare cũ decoctione myrobal. secundum ꝙ videbis in antidotario: deinde permuta complexionem cũ eo, in quo sit infrigidatio, & humectatio: corporis quidem, cum cibis, & syrupis, vel potibus: & capitis quidem, si in ipso solum causa fuerit, cũ curis prædictis in canone, & cum omni, quo malitia complexionis calidæ & siccæ curatur, & secundum causas communes calido, & communes sicco. et ex p [epithematibus quidem] cõferentibus soda, sunt troch. de croco: & q [vigiliis] etiam conferunt. Quorum descriptio incipit. Recipe croci aureos vij. myrrhæ aur. ij. expressionis agrestæ, † calcadis, gummi, omnium trium aur. j & mediũ, aluminis iameni aur. viij. † colcotar aur. v. medicinę istę bene pulverizatę cum vino pontico temperentur, & ex eis troch. informentur. Quumque necessarij fuerint, vnus eorum soluatur in aceto misto cum aqua ros. & liniatur super vtrunque tempus & sodã quidẽ calidã in febribus multiplicat vsus r [epithematum] vapores exire nõ permittentium, & sanat eam attractio aceti, & aquæ ros. per nares.

† siracost.
p B. linimẽtis.
q B emicraneæ
† alcitis forte.
† calcanthi.
r B. linimentorum.

ANNOTATIONES.

cap. 1. & 2. cap. 4. & 5.

Habes hæc fusius 2. de comp. med. per loc. & Paulo lib. 3. At in ijs verbis. In ea vero quæ facta est &c. Vbi de sanguinis missione agit, in materia calida sanguinea, notandus est Hipp. locus lib. de affectionibus, vbi non solum si materia sanguinea est, sed & si pituitosa, secat venam, his verbis. Dolores incidunt a pituita, quum in capite mota cumulata fuerit, si vero alias atque alias dolor, & vertigo in caput inciderit, prosunt quidem & hæc adhibita, prodest autem etiamsi sanguis a naribus fuerit detractus, aut a vena in fronte. Si verò diuturnus & fortis in capite fiat morbus, & purgato capite non decedat, huius caput aut scarificare oportet, aut uenas in circuitu inurere. ex his enim solum sanum fore spes est. Idem fere & lib. de loc. in hom. confirmat in hæc verba. Doloris in capite gratia, sanguinem de venis detrahito, si vero non sedetur, & diuturnus sit, perure venas, & sanus euadit. si verò caput purgaueris, magis affliges. His sanè locis manifestum est, non solum dolores capitis in vniuersum curari ab Hip. sanguinis missione quacunque ex materia fiant, sed etiam vstione.

De cura sodæ frigidæ absque materia: aut cum materia phlegmatica, aut melancholica. Cap. 12.

Confert illi vaporatio cum eo, quod calefacit actu ex pannis calefactis, & ex miliis calefactis, & sale calefacto & milium quidem est subtilius, & magis æquale. quandoque vero omnes eos a iuuat, & proprie qui ex eis sunt b [cõgelati] quũ eorũ corpora sunt munda, & non b [sentitur] in aliquo eorũ motus humorũ, si c [ipsorũ capita in sole denudentur positorum] in oriente eius, vsque quo sanentur, & eorũ soda resoluatur. et d [congelato] quidẽ necessariũ est, vt eius cibus minoretur, & ip sius natura soluatur; & si nõ cum alio, saltem cum clysteri: & separetur inter ipsũ, & inter motus corporeos, & animales, & cogitabiles: & ꝓhibeatur potus frigidus; & interdicatur ei exire extra, propter frigus. et omnes quidẽ qui habent sodã ex frigore; & post purgationẽ, si ea indigent, iuuant vnctiones, & e [caput purgia, & suctiones naribus,] & odoramenta, & embrochæ, & emplastra f † [ ] calefacientia rememorata. et ex illis, quidẽ quę eos iuuant: est bibere vinum odoriferum, subtile, forte cum seminibus, s. cũ eis, quæ sunt, vt semen apii, & sem. fœniculi, & sem baucię, & anisum, & cyminum, & daucũ, & petroselinum, & quæ taliter currunt. g [Nã hæc nos securos faciũt, humores in stomacho comprehendi, ad feruorem faciendũ paratos:] Et quum infirmus febrem non habet h [et] timetur, vt fortis fiat. et iuuant eos emplastrũ de synapi, et omnia emplastra rubificantia, et ꝓprie quando in eis recipiuntur synapis, et gummi rutæ syluestris: et i [epithema] ex cinere et aceto iam expertum est. et similiter venæ cũ oleo amygdalino amaro iunctę: & totum illud fit post abrasionem. et comestio alliorum etiã est ex eis, quæ conferunt sodę frigidę. Curatio autem sodæ frigidæ cum materia phlegmatica, est vt euacuetur corpus, si humor in eo fuerit cõmunicans: deinde administretur cibi minoratio, et eius subtiliatio: et administrentur semina, quæ non faciunt sodam: et administrẽtur k [subtiliatiua, uel] maturatiua, et euacuatiua determinata, incipiendo a l [minimo:] deinde fiant curę aliæ narratę in canone: et administrentur etiam quę eorum dolores sedent, et omnia quibus necessariũ est vti in cura frigidę, et humidę. et administrẽtur m [theriacæ confectæ] in septimana semel. In cura aũt sodæ frigidæ cum materia melancholica, oportet in ca

etiam

a B. vehementer infrigidati.
b B. dubitatur.
c B. exponantur soli permanentes.
d B. uehementer infrigidatio
e B. alshauthat i. & caput purgia quæ fiũt cũ liquidis per nares attractis & alnifuchat. i. caputpurgia cum pulueribus, aut aliis non liquidis per nares attractis.
f † B. Alia litera rubificantia & proprie quãdo in eis cadit synapis.
g B. & hoc quũ sit securitas a comprehensione uel ab effusione seu aduẽtu humorum in stomacho præparatorum ad agitationẽ uel ebullitionem.
h B. unde.
i B. linimentum
K——B.
l B. parua quantitate.
m B. tyriacalis ex confectionibus.

etiam fieri, secundum quòd dictum est in canone, de phlebotomia, si necessaria est: propterea quod sanguis est vincens, & corruptus, & euacuantia secundum suos gradus post digestiua [n] [continua.] deinde permuta complexionem vijs prędictis. & administra quod generet sanguinem subtilem, laudabilem, humidum, tenuē. Et sermo quidem iam completus est in ipso. Ex eis autem, quę ipsi multum conferunt, sunt grana gariophyllorum. Et nos rememoremur etiam hic, quòd dixit Archigenes in capitulo [o] [phlebotomiæ † spatularum] & nos iam attulimus illud.

n B. Alia litera. distinctè cōmemorata.
o B. Alia litera. vētosationis alcheel.
† alcheeli.

De modis [a] *[epithematum] conferentium soda frigida. Cap. 13.*

a B. linimentorum.

INcipiatur a rasione capitis prius. deinde sumantur aureus euphorbij, & aureus, † nitri & aureus. de sem. armel, & duo aurei syluestris rutæ, & duo aurei. sinapis. & terātur, & temperentur cum aqua [b] [amaraci.] & liniatur caput ex eis. Et ex bonis epithematib. est hoc. Recipe piperis aureum. j. fęcis olei de croco aureū. j. & tertiam. euphorbij recentis aureum. j. stercoris columbini aureos ij. cōiungantur omnia post contritionem [c] † [ ] cum aceto forti, deinde liniatur ex eo locus rubificandus. Et iterum [d] [epithema ex] euporbio, & sale & † nitro, & etiam ex euphorbio, & aloe, & myrrha, & gummi arabico, & castoreo, & croco, [e] [& aniso, & sarcocolla, & costo, & thure, & fiat ex eis epithema] cum aqua rutę. Et ex [f] [epithematibus] bonis omni ęgritudini [g] [nuchæ] & hemicraneæ frigidæ, est, vt liniatur locus cum lapide ægyptiaco, quoniam est vehementis iuuamenti. Et etiam piperis albi croci, amborum. drag. ij. euphorbij. drag. j, stercoris columbini syluestris. pondus. drag. j. s. & misceantur cum aceto, & liniatur inde frons. Et iterum aloes, myrrha, euphorbium, castoreum, epithymum, costus, pyrethrum, piper: liniantur cum vino antiquo. Et etiam medicamen aliud stercus columbarum, & est valde forte. Et iterum piperis, [h] † [ ] commistionis croci. scilicet troch. de croco prædicti. amborum aureus. i. & s. præparentur cum aceto secundum quantitatem necessitatis. Et istæ quidem medicinæ quandoque administrantur [i] [conquassatæ cum sambaco, &] commistione lactis, aut albedine oui, & quandoque purè, & gradus illorum sunt diuersi.

† baurach.
b B. almarzangius.
c † B. vehementem.
d B. linimentū ex myrrha &.
† baurach.
e B. & sarcocolla, & opio, & costo, & thure fiat ex eis linimētū.
f B. linimentis.
g —— B.
h † B. &.
i B. cōfractę cū alzenbach, aut. Alia litera. contractę cum alrachich oui, aut.

De modis caputpurgiorum iuuantium soda frigidę. Cap. 14.

EX eis est caputpurgium de nigella prædictū in singularibus. Et ex eis est, quod fit ex mumia cum castoreo, & musco. Et existimauerunt quidam, quod, quum fit caputpurgium ex septem folijs origani: & septem granis sinapis tritis cum oleo violaceo, est iuuans. Ex eis verò, quę sūt experta, est vt ex musco, & [a] sigia & ambra commistis quātitas lentis vnius sumatur, & ex inde caputpurgiū fiat in omni hora. Et ex eis quibus ad illud fit caputpurgium, & calefaciunt, & euacuant, est oleum de pulpa coloquintidæ, a ut oleum, in quo soluta est expressio cucumeris asinini. Et ex eis qdem, q uæ quidam existimant esse vehementis iuuaminis ad illud, est, vt sumatur [b] [expressio foliorum enulæ] expressorum sine aqua, & fiat caputpurgium cū eo distillando in die tres guttas in narem, quū est ieiunus: deinde post horam consequenter adhibetur oleum violaceum, & sorbeat [c] [† isse diam] multæ vnctuositatis. Et ex eis quidem, quæ conueniunt huic modo, est vt sumatur fellis tauri [d] [citrini] pondus. drach. iij. & mumiæ pondus. drach. ij. & musci. drach. i. & cāphoræ medietas. drach. & fiat caput purgium cum eo. Et iterum sumantur gummi, rutæ agrestis aureus. j. radicis lilij. mellis colati. ana aure. j. & s. cōiungantur omnia cum [e] † [ ] expressione † betæ, & distillentur in nares. Et etiam caputpurgium iuuans † buchor marien sicci aure. iij. † nitri, sumach, amborum aure. iiij, terantur bene, & in nares cum cāna insufflētur, & ęger caput suum eleuet, & fortiter naribus attrahat. Et iterum nigellę aure. iiij. expressionis cucumeris asinini aure. ij. salis ammoniaci aure. ij. misceātur cum oleo de alcanna, & oleo cucumeris asinini, & liniatur ex eis locus intus in naribus, & æger naribus fortiter sugendo anhelitum trahat, Quumque [f] [post horam] ex capite res multa descenderit, tunc lauetur [g] [caput] cum aqua calida.

a B. storace. Alia litera. storace liquida.
b B. succus foliorum alhagi.
c B. asfidhagiā.
† ius pulli.
d B. alaschar.
e B. succo radicis sicle, & fiat caputpurgiū cū eo quantū ē granum milij distillati ex extremitate tente, seu stili, & etiam euphorbiū, & tertia pars licij indi, & cōficiatur cum.
† sicle.
† ciclaminis.
† baurach.
f B. in hora illa.
g B. nasus.

De modis oleorum, quibus inungitur caput eius, qui patitur sodam frigidam. Cap. 15.

COnferunt ei omnia olea calida, in quibus cocta sunt ea, quę sunt sicut anethum, & calamenthum, et amaracum, et † stœchas arab. et sisymbrium, & ruta, et folia lauri, et ea quæ iā diximus in canone. Dispositio, uero olei balsami est, quam iam sciuisti illic, & hoc etiam cōueniens est caputpurgijs, et distillationibus in aure. Insufflatio conferens illi, qui habet sodā temporalem. Recipe expressionē cucumeris asinini, † buchormariem, nitrum, terantur: et in nares insufflentur, aut nigella, & expressio cucumeris asinini, aut nigella, & parum gummi rutę agrestis.

† sechas.
† ciclamen.

De cura sodę siccę. Cap. 16.

IN sicca quidem, quæ fit cum materia cholerica, aut melancholica sermo iam pręterijt, & neque restat sermo, nisi in soda sicca sine materia. Principium ergo curæ eius est regere ęgrū cum cibis humectatiuis, boni chymi, et propriè multi nutrimenti, sicut vitellus oui, et sicut ius [a] [gallorum, vel] pullorum pinguium et cubugi et [b] [taheiz,] et sorbitiones pingues cum oleis humidis, deinde declinetur a parte calidi et frigidi ad illud, quod est conuenientius. Ex eis quidem quæ conferunt, est administratio caputpurgiorum humidorum cum oleis laudatis, sicut oleum amygdalinum [c] [amarum,] et oleū de cucurbita et reliqua. Quod si ex hoc necessarium est ad complexionem æquandam cum infrigidatione, et calefactione, misceatur cum eis aliquid ex oleis ęquans ipsum. Et fortasse siccitas facit euenire in substantiam cerebri dimi-

a B. galliculorum, seu.
b B. theiugi.
c —— B.

diminutionem manifeſtam, et præparabit ipſum doloribus. oportebit ergo illic, ut adminiſtrētur caputpurgia ex medullis [a] [in potu datis,] quæ ſunt extractæ ex cruribus ouium, & vitulorum, & pinguedinibus gallinarum, [e] [† anſerum, anatum, & ex ſtercore] vaccarum & caprarum. Et ex eis, quę eos iuuant, eſt capiti apponere emplaſtrum ex [f], [pheludem ſubtili facto ex ſimila tritici, & ſimila hordei ſecũdum neceſſitatem, & zuccaro albo, & oleo amygdalino, aut de cucurbita, aut effuſio ſubtilis ex eo ſuper ſynciput. Et quandoque fit margo cum coronatione ex maſſa, propter id quod effundi tur ſuper caput.

d —— B.

e B. & altheiugi, & alduragi, & altedarigi & butyro.

† taboiz, cataram.

f B. feludegi.

ANNOTATIONES.

1 *Ex eis quidem quæ conferunt &c. Proponit caputpurgia (ut ait) in dolore capitis ex ſicca intemperie nuda, ac ea ex oleo amygdalarum amararum parat. Mirum videtur, quòd in ſiccitate capitis ea conſulat, quæ magis exſiccant. & vbi non redundet materia, ea proponat, quæ ipſam educant. Adde quòd oleum ex amygdalis amaris diſcutiendi & exſiccandi conſtat facultate, ſunt enim amara deſiccantis & abſtergentis potentiæ. Sed ſoluitur, nomine quippe caputpurgij errhina, & quæ per nares attrahuntur abſolutè intelligit, ſeu expurgent, ſeu non. hic non expurgando capiti hæc proponit, ſed humectando. De oleo item ex amaris amygdalis, alij codices, dulcium, non amararum legũt atque ita nihil aduerſatur.*

2 *Oportebit ergo illic &c. Cataplaſma ex vaccino aut caprino ſtercore parat. uidetur hoc rectæ curationis indicationi contrarium, quum exſiccent hæc, omnium teſtimonio. hic vero humectandum ſit. Adde & quòd paulo poſt, ijs verbis (ex ſimila tritici) aliud ex furfuribus tritici, hordeo, & ſaccharo cataplaſma conficit, quæ item omnia deſiccare & diſcutere certum eſt. Sed & hic mendum in codice eſt, quod ad priorem locum pertinet, legendumque eſt non, ſtercore, ſed butyro, vt Bellunenſis adnotauit. quod uerò ad ſecundum ſpectat, diſcutiunt quidem hęc & deſiccãt ſed leuiter admodum. admiſcetque hæc oleo amygdalino ad oleum ipſum excipiendum, quo medicamentum ſolidius factum, diutius immoretur.*

De cura ſodæ ab apoſtemate. Cap. 17.

CVíuſque autem ſpecierum ſodæ factæ ab apoſtematibus, curam in capitulo ſingulari dicemus.

De cura ſodæ oppilationis. Cap. 18.

CVra ſodę oppilationis eſt cum maturatione, per ea, quæ ſcis: deinde euacuatione: poſtea cum vſu aſahiaret. deinde cum reſolutione per embrochas, & emplaſtra, & odoramenta, & gargariſmata, poſtea cum maturatione: deinde [a] [fiat adminiſtratio: deinde reſolutio] donec remoueatur, & iam ſcitur qualitas illius in loco ſuo. Quòd ſi in capite eſt complexio calida, [b] [aut propter oppilationem groſſam] curatio tibi fit difficilis, [c] † [ ] oportet vt adminiſtres apertionem facientia: deinde quum excitatur ſoda, aut nocumentũ capitis, propterea quòd curatio fit cum calido, ſuccurre illi cum infrigidãtibus, cum quibus eſt mollificatio, in quibus non eſt ſtypticitas: poſtea quum quieſcit reitera, & non ceſſes faciendo, donec oppilatio aperiatur, Et hoc totum iam diximus.

a B. eſt euacuatione, deinde re ſolutione.

b B. & oppilatio groſſa.

c † B. quare.

De cura ſodæ ex [a] *[ventis,] & uaporibus detentis in capite* [b] *[per cauſam extrinſecam.]* Cap. 19.

a B. ventoſitatibus.

b B. non ab extrinſeco.

QVæ autem facta eſt [c] [a ventis groſſis, medicanda eſt cum hieris primum, deinde] cum alienatione totius quod vaporat, & inflat: ſicut nux; & dactyli, & ſinapis, ſiue ſit calidum, ſiue frigidum, & adminiſtrentur embrochæ, & emplaſtra prædicta, & odoramenta, & caputpurgia narrata in canone, & odoret caſtoreum, & muſcum propriè. Et ſi, quum eſt ieiunus, ingrediatur balneum, confert in huiuſmodi capitulo. Quòd ſi ipſorum principium a ſtomacho fuerit, in ipſorum cura adminiſtrentur euacuantia prædicta, & propriè ea, quorum deſcriptiones recipiunt oleum de kerua, & cuius loco recipiunt oleũ antiquum, & vtantur diacymino, & quæ taliter currunt, de quibus rememorabimur in cura ægritudinũ ſtomachi, & cõfortetur caput poſt curam eius cum oleo myrtino, & ladanino, & oleo de lilio, & expreſſione cupreſſi, & [d] [† tamariſci,] & cyperi, & in quo eſt calefactio & ſtypticitas, & adhibeatur etiam [e] [ſcarificatio in extremitatibus,] vt trahatur ad contrariũ eius. Habentium verò eã, q̃ fit a vaporib. ſi fuerit eius generatio in ipſo capite, & æger non inuenerit in ſtomacho ſuo inflationem, & rugitum, neque in hoc augmentatur, & minuitur propter repletionem, & euacuationem, & propter cibos vaporoſos, & pauci vaporis, cura eſt embrochę carminantes notæ, & confortatio capitis cum emplaſtris reſolutiuis, & in quibus ſit ſtypticitas parua, & odoramenta ſubtiliatiua, et in eis eſt ſufficientia. Si autem fuerit [f] [in] ſtomacho, tunc ex eis, quæ ipſi conferunt, eſt illud, quod ſtomachum cõfortat, ſicut maſtix, et † geleniabin, deinde diacyminum, et quę ſunt illis ſimilia. Quumque cibus recipitur, et incipit vaporare, et facit ſodam, recipiantur poſt ipſum mucillago pſyllij, et coriandrum ſiccum cum zuccaro. Et ſi timetur frigus ſtomachi ex mucillagine pſyllij, adminiſtretur mucillago ſeminis lini cum coriandro ſicco, et conforta caput cum eo, quod ſcis, poſtquam ipſam curaueris, & ſedaueris cum eo, quod oportet, vt ipſa ſedetur ex embrochis, et odoramentis narratis, et propriè cum amaraco: fortaſſe enim ipſum ſolũ erit cauſa liberationis integrę, et vtere attractione ad contrarium. Quum ergo ſẽſeris, quòd in materia vaporoſa ſit caliditatis ſuperfluitas per id, quod inuenitur de ſignis caliditatis, alienabis [g] [ſubtiliantia] multæ calefactionis vehementer, ſicut euphorbium, et reliqua: Immo incipies primo attrahere ad contrarium, et purgare cum gargariſmis, et adminiſtrabis embrochas temperatas in balneo.

c B. a ventoſitate groſſa curãda eſt.

d B. alathel. † alchethel.

e B. fricatio in extremitatibus, & ligatio.

f B. ex.

† ſaccarum roſatum.

g B. reſoluẽtia.

ANNOTATIONES.

Quumque cibus recipitur &c. Coriandrum ſiccum cum ſaccharo a cibo exhibet ad arcendos a capite vapores, id quod ſæpenumero ſequentibus capitibus facit. At dubitatio, quòd huius contrarium ſtatuere videtur lib. 2. vbi coriandrum

riadrum obesse oculis scribit, somnum facere, & delirium afferre, ac inebriare, quæ sanè omnia indicia sunt, quòd vapores ad caput transmittat potius, quàm reprimat. unde & in hocmet. lib. tr. 5. de comitiali morbo agens eius dãnat vsũ. Cæterùm quod ad hoc pertinet, sicuti ex hoc met. authore colligi põt paulò infrà tr. 4. ca. 2. vbi inter subeth causas coriandrum non absolutè, sed humidum ponit. Coriandrum si viride assumatur, aut eius succus, aut si frequentius, copiosiusve in vsum veniat, obest oculis, somnum facit, mentem tentat, vt ait Paul. lib. 7. & non sine periculò, vt Dioscor. notat libro 3. siue quia frigidiori natura constet, vt Dioscor. & Auic. lib. 2. siue alterius rei gratia, de qua re nunc non laboramus. siccum tamen & aceto maceratum, ac cũ saccharo, ratione terrestrium eius partium, quibus inesse quid astrictorij & Gal. 7. simpl. med. & Pau. lib. 7. scribunt accedente & aceti & sacchari siccitate, potest & vapores reprimere, quod quotidiana experientia comprobat, & in ijs affectibus capitis tutò exhiberi, qui ex uentriculi consensu fiunt. vnde & in comitiali morbo tutò exhiberi potest, nisi frigidior sit materia; tunc enim quum frigidarum sit partium, huius qualitatis ratione augeri intemperies posset, a qua morbus dependet.

Cap. 11.

De cura sodæ uenientis ex vento, qui penetrauit ad interiora capitis. [a] † [ ] *Cap.* 20.

a † B. ab extrinseco.

QVum autem soda capitis fit ex ventositate intrante extrinsecus, cõsideretur hoc an sit ventus calidus æstiualis, aut frigus hyemale: deinde consideretur locus introitus ipsius. Nam si est calidus, & eius introitus est auris, distilletur in ea oleum chamæmillinum tepidũ, aut oleum † alkerinum, aut oleum anethinum conquassatum cum pauco oleo rosſ. Et similiter si fuerit eius introitus nasus, distilletur illud in nares. Et administra embrochas cũ eis, quæ facile resoluũt ex eis, quæ diximus. Quòd si malitia complexionis ei succedit calidę, cum eo quod facile est, medicetur, & incipiatur ab eo quod est [b] [parum] frigidum. Si autem non iuuat, augmentetur. Quòd si frigida fuerit, pones oleum ad quacunque harum duarum [c] [extremitatum] necessarium fuerit ipsum administrare calidum, & in ipso sit castoreum, & muscus. Et minora, & multiplica secundum quantitatẽ necessitatis, & administra embrochas, & emplastra prædicta secundum illud resolutiua calida, & aliena totum quod inflat, & lenit naturam.

† ex violis luteis.
b B. minus.
c B. viarum.

De cura sodæ contingentis ex vaporibus malis aduenientibus capiti exterius. *Cap.* 21.

ET similiter sunt curæ uaporum malorum extrinsecus aduenientium, & [a] [quandoque sunt frigidi, rarò tamen,] sicut vapores locorum [b] [† lituosorum limosorum; secundum plurimum verò sunt calidi, quos quidem resolue cum embrochis temperatis, si ex eis plurimũ retineatur, & imaginetur scotomiam, & vertiginem, & naribus attrahantur odores temperati boni, sicut [c] [rosæ] et olei eius, et nenupharis, et uiolarum [1] quòd si uehemens sentitur caliditas, camphoræ, & sandali, & administretur ablutio capitis in balneo cum aqua calida, et malua. Frigidis verò conferunt odores musci, & castorei, & illud sufficit. Si autem vapores sint fumosi, necessaria est humectatio fortis cum oleis prędictis [d] [cum in frigidantibus determinatis] et ingenietur vt nares abluantur cum huiusmodi oleis, & naribus ex eis fortiter fugatur trahẽdo ad superiora, & seruando illud in ipsis, deinde effluere dimittatur: postea renouetur opus illud assiduè. Et similiter cum aqua rosſ. & aqua de [e] [salicibus,] & aqua cucurbite, & super vapores harũ aquarũ plurima fit ĩclinatio. ꝙ si ex eis [f] [impedimentũ malitiæ] cõplexionis generetur, sicut fit ex fumo sulphuris, & fumo arsenici; & similium administretur cãphora in oleo cucurbitæ, vt humectet vnum ipsorum, & infrigidet alterum. Et similiter administretur camphora in oleo lactucę, & oleo viol. Et sterne locum totum ex folijs [g] [salicis,] & odoriferis humectantibus.

a B. nõ sunt frigidi nisi raro.
b B. almethacharegie. † almutakaregi.
c B. Alia litera. aquæ rosatæ.
d B. & humectãtib. numeratis.
e B. Kalef.
f B. nocumentum & malitia.
g B. Kalef.

ANNOTATIONES.

1 *Quòd si vehemens sentiatur caliditas cãphoræ &c. Fuit Arabum omnium medicorum placitum camphoram frigidam esse, & propterea commẽdat eam in causa doloris calida. sed tu perpende, an potius calida sit, verum quia tenuium est partium, penetrationis gratia, refrigerantibus præsidijs admista refrigerare videatur.*

De cura sodę contingentis ex odoribus bonis. *Cap.* 22.

EA quidem, quæ fit ab odoribus bonis, si sint calidi, & nocent caliditate sua, non siccitate, tantum curent odoribus bonis frigidis, sicut si nocumentum consequens sit & odore musci, & croci: curetur cum camphora & sandalo. Et consequens ex camphora, curetur cum musco & croco. Et si fuerint etiam nocentes cum hoc cum desiccatione, & siccitate, tunc cura erit, vt non sis contentus in cura nocumenti musci, verbi gratia camphora: sed si est possibile, succurre cum caputpurgio ex oleis humectantibus infrigidatis, quoniam iam sufficiet, et si nõ, saltem cum camphora in eis dissoluta: & similiter e conuerso.

ANNOTATIONES.

Crocum dolores capite inferre 2. lib. scripsit, At hic in dolore capitis ipsum proponit. Sed res ita habet, ubi calidiori capiti occurrat, dolores facit, vbi frigido, & laboranti ex frigiditate, eosdem sedat, dum substantiæ tenuitate dissipat materiam, quæ dolorem facit, et frigidam intemperiem moderatur.

De cura sodæ contingentis ex odoribus fœtidis. *Cap.* 23.

FActæ verò ex odoribus fœtidis cura est cũ bonis oppositis eis in complexione, & si in illis odoribus fuerit desiccatio, ingenietur vt sint odores illis oppositi humectantes, sicut odores nenupharis, & uiol. [a] [& salicis, & ad hoc est oleum, scilicet oleum salicum bonum habẽs proprietatem] supra omnes odores oppositos odoribus bonis, & fœtidis caliditate nocentibus temperandi, & humectandi.

a B. vehemẽtis, vel boni odoris, & oleũ de kalef habet proprietatẽ excellentem.

De

a B. Alia litera. vino.

De cura sodæ ex [a] [*ebrietate.*] *Cap.* 24.

IN soda autem contingente ex ebrietate, in primis oportet, vt administretur stomachi purgatio: aut uomitu facto cum [b] [oxymelle] & sem. raphani. [c] †[ ] aut [d] [oxymelle] cum aqua tepida: aut cum vomitibus leuibus & medijs, de illis, quos in antidotario faciemus quòd si vomitus non fuerit obediens, & timetur eius administratio, solues cum hiera confortata cum scammonea, ne eius mora prolongetur. quòd si tibi fuerit aliquid prohibēs ab administratione eius, quod est calidum, propter ęgritudinem calidam, solues cum decoctione myrobalanorum, aut syrupo de fructibus solutiuo. & si anima abhorruerit huiusmodi solutiua, solues cum aqua vtrorunque granatorum cum pulpa, secundum quod dicemus in antidotario, vigorata cum scammonea parumper: & non timeas propter ipsius caliditatem. Et si est aliquid, [e] [quod separet] ab euacuantibus cuiuscũque modi fuerint, fac eos dormire, quousque digeratur, quod in eorum stomachis continetur de vino. Et istud quidem apparet ex colore vrinæ, & eius tinctura. Et frica pedes eorũ cum sale & oleo violaceo, & super ipsorum extremitates effundatur [f] [oleum chamęmellinum] Deinde fac eos ingredi balneum, & vt capita ipsorum inungantur oleo ros. infrigidato non tamen vehementer, & cibentur lentibus, & agresta, & similibus. Et in caulibus quidem est proprietas, qua vapores a capite prohibētur. Gale. inquit, si cibas illos pullis columbarum, non erras. Et videtur quòd causa sit subtilitas sanguinis ex eis generati, & fortitudo eius ad resoluendum vapores. Et oportet, vt eis tribuas fructus stypticos. & vt sit potus aquæ, & non aliud, nisi stomachus fuerit debilis, & timetur ipsius lassitas: tunc enim prohibe eos a multitudine potus aquæ frigidæ: & pota eos aqua granati acetosi, & ribes propriè & rob eius, & acetositate citri propriè, & rob ipsius, & cydoniorum & malorum, & transglutire coriandrum siccũ cum zuccaro [g] [secundum pondus, & pōdus] confert eis: deinde fac eos dormire, & quiescere, quoniam est radix in cura ipsius, quòd si propter hoc nō quiescunt, reitera illud eadem die & in mane. [2] Et pone cibum ipsorum, qui habēt infrigidationē, & humectationē. & subtiliationem, sicut est vitellus oui, & super eos funde aquam calidam multæ resolutionis. Et administra eis somnum, in quantum potes: deinde quũ remouetur nausea, si fuerit, & remanet soda; abscinde oleum ros. ab eis, quoniam nociuum est eis post illud, quum prius fuerit necessariũ ad confortandum caput, & prohibendum vaporem. [h] [Et quandoque remouetur in instanti, [& oportet vt [i] [statim] administres oleum chamæmellinum loco eius fricando ad resoluendum. quòd si propter illud nō remoueatur adhibeatur oleum de lilio, quoniam ipsum est vltimũ, & expertum. Amplius, quum ebrietas incipit alleuiari, & descendere, fac eos ambulare paulatim, & paulatim, [k] [& repara eos.] Et ciba eos tunc carnibus piscium petrosorum, & testiculis gallorum, & pullis cum herbis frigidis. Et oportet quidem, ne super cibum ambulent, sed post tres horas. Et vniuersaliter melius est, vt consideres digestionem eorum cum somno, aut quiete longa, donec stomachus parumper alleuietur. Deinde administretur oxymel zuccarinum, si fuerint calefacti, aut mellinum si fuerint humectati, & infrigidati, & redi super fricationem pedum suorum, deinde ambulent non laboriose, aut moueantur alio motu non laborioso, & [l] [secundum quòd] oportet a puro aceto, & † muria fieri alienos. [m] †[ ] quòd si abstinere non potuerint, vtantur eo quod non est acutũ. Quũque parum feceris eos ambulare, adminstra eis stinam, & balneum, deinde ad vltimũ oportet vt eos infundas cum embrochis æqualis resolutionis, & cibes eos carnibus leuibus. Medicamen optimum ebrietati. Recipe seminis endiuię, seminis caulis, berberis mundati ex semine suo, & sumach, & lentium excorticatarum, rosarum. spodij omnium æqualiter, commisceantur omnia, & bibatur ex eis pōdus triũ drag. cum chira. i. camphoræ & unc. j. aquę granati, aut aquæ ribes, aut acetositatis citri, & rob eius.

b B. secaniabin.
c† B. aut cũ secaniabĩ, & succo raphani.
d B. secaniabin.
e B. prohibens.
f B. ambrocha ex chamæmilla.
g B. ad pondus coriandri.
h B. & iam modo, seu nũc sunt remoti.
i B. nunc.
k B. fac iacere in lectica chordis suspensa, & suauiter commota.
l B. cum hoc almuri.
m † B. parum.

ANNOTATIONES.

1 *Habes hæc omnia copiosè ex Gal. 2. de comp. med. per loc. nec non ex Paulo lib. 3. & lib. 1. Sed duplex hic controuersia est, in ijs verbis. [Et in caulibus &c.] prior, quòd brassicas commendat quia uapores a capite arceant, quod & Gal. loco citato notat. Cuius tamen contrarium lib. . . scripsisse videtur docens caules uisum obscurare. posterior quia, dum Gale. sententiam laudat, pullos columbarum offerentis, ineße illis ait tenuem sanguinem, & propterea uim vapores discutiendi. Idem tamen, de columbis contrarium sensit 2. lib. & 13. 3. tract. primo: quibus locis horum carnes crassæ eße substantiæ ait, ob eorum sanguinis crassitudinem. Sanè qđ ad has dubitationes facit. quòd brassica in ebrietate & capitis doloribus ex ea prouenientibus conferat multorum est testimonio comprobatum, siue id agat, quòd absiccando, vapores prohibeat, quo minus ad caput efferantur, seu etiam aluum subducendo, uel urinas ciendo sui acredine, id quod fortè a vero nō abhorret: at uerò quòd uisum obscuret, ut ait, Græci, a quibus historiam præsertim simplicium deprompsit, ne verbum quidem, immo Dio sc. lib. 2. Cæcutientibus & tremulis prodeße testatur, & summo cibo sumptam crapulam discutere, & vini noxam restinguere. Quod ad posteriorem dubitationem pertinet. pullos columbarum seu domesticarum, seu agrestium nulli dubium est excrementis redundare: ubi in priori illa ortus ętate sunt: praua enim Gal. testimonio lib. de alim. fac. 3. & crassior est nouellorum animalium caro. at transacta priori illa ætate, & ubi volare cæperint, in florenti videlicet ętate constituti comedantur, non ab hoc authore dumtaxat, sed omnibus: Vnde hic lib. 2. de ijs loquitur, qui nondum uolare cæperint.* Cap. 1. Cap. 4. Cap. 33. cap. 33. Cap. 113. cap. 19.

2 *Et pone cibum ipsorum &c. Vitellum oui inter ea reponit, quę refrigerant & humectant. Ita & Gal. 2. de comp. med. per loc. & 1. ad Glauc. & Arist. quoque 3. de gen. animal. uitellum frigidum facit, & albumen calidum. At cōtrarium scripsit hic author lib. 2. vbi uitellũ calidũ, & albumen frigidum cōstituit, quod sentiunt medici ferè omnes. Profectò de hac re egimus & lib. 2. Quod tamen ad hunc locum facit. vitellum uti cætera omnia quæ nutriunt, calidum est & humidum, quum in sanguinem vertatur, collatum tamen ad temperatum cibum facultatis fortaße est paulo frigidioris, & humidioris. at si compares ad albumē* Cap. 1. Cap. 3. Cap. 1.

atque potestatem utriusque spectes, ut medici faciunt; calidum est, quamuis quo ad eius compositionem, naturamque frigidius ipso albumine sit, vt scripsit Arist. Ita ferè Auer. 3. de gener. animal. soluit.

De cura sodæ euenientis ex coitu. *Cap. 25.*

a † B. aut.
b B. declinaueris ad humectantia, aut accidit.
c B. Quare oportet.
d B. &.
e B. deinde.
f † B. & aquis confortantibus in quibus decocta sunt sicut rosæ & myrtus.

HAec soda accidit quidem [a] [ ] propter siccitatem, quã ipse fecit ipsum possidere, & eius cura est, quam diximus in capitulo curationis sodæ siccæ, postquam [b] [declinas cum humectantibus:] propter repletionem in corpore, cui superuenit motus coitus compositus ex corporeo, & animali, & eleuat uapores fraudulentos, [c] [Oportet enim,] vt cui illud accidit successione coitus, [d] [aut] qui repletionẽ habet, incipiat primum a minutione, [e] [aut] cum solutione, si unaquæque fuerit necessaria, aut vna earum: deinde confortet cerebrũ cum oleis confortatiuis, sicut oleo ros. aut oleo myrtino. [f] [ ] & nutriatur eis quæ sunt velocis digestionis, & boni chymi, & remoueant coitum. quòd si non inuenit eius excusationem, non coeat, dum est ieiunus.

ANNOTATIONES.

Si dolor capitis ex coitu proueniat, ait aut ex siccitate, aut ex repletione prouenire. Ac si ex repletione sit, uenã secat, & aluum soluit. ac si abstinere a coitu nequeãt, cauet, ne ie uni concumbant. Hac in re duplex quęstio est. an vel uenæ sectio, uel purgatio conferat: dein etiam si coitus repleto uentre conueniat. Quòd enim neque uenæ sectio, neque purgatio conferat, eo probari uidetur, quòd, quum ex coitu non mediocris spirituum copia educta sit, in discimine res ponitur, ne denuo cum humorum eductione maior eorundem spirituum multitudo effluat, id quod uires insigniter potest deijcere, accedente præsertim capitis dolore, qui & ipse virtutem prosternit. Quòd item venus repleto ventre opportuna non sit, eo ostenditur, quòd totius corporis commotione (omitto quòd coitus a cibo coctioni maximè aduersatur, & cruditatum prouentum gignit) commoueri humores ac spiritus, & eorum crudorum copia ad cerebrum potest concitari. Sed soluuntur hæ dubitationes fortaßè ad hunc modum. Si ex nimio atque immoderato coitu factus sit dolor capitis, nulli dubium est, existente etiamnum humorum multitudine non esse aut secandam venam, aut pur gatiorium medicamentum exhibendum, nisi utrunque horum parcissime fiat, & expectata uirium refectione, nempè ob rationem quæ allata est supra. at si non nimia quidẽ uenus præceßerit, sed, quantum ad hoc pertinet, moderata, atque si ex affluentium dumtaxat humorum copia per illã corporis concussionem concitata, & ad cerebrum suscepta, dolor fiat, nihil obstat, quin & secari uena, & subduci aluus poßit, atque affluens multitudo imminui, id quod hic consulit. An verò pręstet ieiunum uel repletum cibis ueneri indulgere. Sicuti in sanis corporibus & esurientibus & repletis aduersißima est uenus, ita & in ægrotis. iure ergo interdicit, ne ieiuni coeant: non præcipit tamen, ut repleti id agant, ut quis fortasse existimet. sed seruanda & hic temporis op portunitas, ut alias, neque uentre planè uacuo, aut pleno ueneri uacare liceat citra noxam.

De cura sodę factæ expercussione, aut casu, & regimine eius, cui accidit commotio cerebri, & uulnus. *Cap. 26.*

a B. solicitudo, & finis tuæ intẽtionis in curatione eius.

OPortet, ut sit tua [a] [uoluntas, & finis rei tuę, & tua intentio in eo,] qui habet sodam euenientem a casu, aut percussione, ad hoc ut dolorem sedes quantum potes, & elonges materiam quantum potes a loco læso, aut cum euacuatione, aut attractione ad contrarium, ut non apostemetur. Et medica plagam, si acciderit, ut carne repleatur. Sed nõ est possibile ut carne repleatur, malitia complexionis manente. quare oportet ut in ipsius incarnatione complexionem partis eius temperes. Et scias, quia si in illo, qui habet hoc impedimentum, apparet febris, & cõturbatur intellectus, tũc incipit apostemari. Primũ ergo qđ te oportet facere in eius cura, est phlebotomia cephalicæ, aut nigræ, ut apostematio prohibeatur. Si autem illic est repletio, oportet vt vtaris clysteribus acutis, saltem cum pulpa coloquintidæ veruntamen si habuerit febrem, tunc clysteria æquabis. quod si clystere non [b] [conuenit,] oportet ut euacuetur cum aliquo, quod sit sicut pilulæ cocchiæ si febrem non habuerit. quòd si habuerit calorem, qui febre sit minor. non pretermittas ipsarum potionem. necessaria est enim euacuatio, ut securetur apostema. Deinde oportet ut consideres. Nam si illic fuerit uulnus, medicetur prius. Et necessarium est tenperare locum in complexione sua, donec recipiat curam, Quòd si nõ fuerit, emplastretur locus ex eo, quod locum confortet, sicut sunt emplastra, quorum aquæ sunt, sicut aqua myrti, & [c] [salicis,] & quorum olea sunt oleum myrtinũ, & liliaceum, & ros. Et eorum permistiones sunt, in quibus est stypticitas, subtilitas, & resolutio pauca, sicut rosa & melilotum, & calamus aromaticus, & chamęmilla, & bolum armentum, & alumen iameni cum vino odorifero. [d] [Et fortasse contentus eris oleis ex eis, & recte agit qui eis vtitur tepidis.] Et fortasse dolor, & timor apostematis facit necessarium, ut parumper infrigidentur. Et oportet, vt caueãtur balneum, & uinũm, & ira, & cibi uaporosi, & calefacientes. Quòd si locus incipit apostemari, tunc necesse est administrare styptica fort is stypticitatis, & infrigidationis sicut cortices granati, & balaustias, & lentes, & rosas, embrochando caput ex aquis eorum, & faciendo emplastrum ex fęce ipsorum, deinde post illud fiat permutatio ad illud, in quo cum hoc sit subtiliatio, [e] † [ ] sicut, cupressus. & myrica, & cydonia & olibanum. Et quũ percussio fuerit commouens caput, oportet tũc ut incipias dare ad potandũ stæchados cum aqua, aut syrupo mellino, ipsi enim cum eo liberantur. Et scias, quoniam, quum lęsio peruenit ad velamen cerebri, est in ipsa timor. Et quum egreditur propter percussionem sanguis ex cerebro, oportet ut patientem potes cerebellis gallinarum quantum possibile est: deinde potet super illud aquam granati acetosi, & quum [f] [soluitur] apostema, multiplica potũ cerebellorũ usque ad tres dies, & post, phlebotomiam.

b B. euacuat.
c B. alkalef.
d B. Etiam sunt quidã qui utuntur eis tepidis.
e † B. aliqua.
f B. Alia litera. resolutum est.

ANNOTATIONES.

Egit de hac re copiosè Gal. 2. de comp. med. per loc. & Paulus lib. 3. Hic a doloris sedatione curationem inchoat, vt a causa quæ & fluxionem potest excitare, & urgentis ratio-

Cap. 1.]
cap. 4.

rationem habet ex regula quam lib. 1. fen. 1. tradit, quum dolorem prius mitigandum dixit. materiam deinde longe a capite auertit. & demum ulcus curat si adsit; sin minus, partem corroborat. At Galenus, & Paulus a uenæ sectione primum curationis initium faciunt, deinde dulci oleo caput irrigantes dolori attendunt, ita ut contrario ordine agere uideantur. Sed soluitur. quoniam hic, & si totum studium esse ait, ut dolor sedetur: orditur tamen & ipse a secanda vena curationem, ijs uerbis [primum ergo] venæ autem sectio non humores solum a capite auertit, sed etiam dolorem sedare potest. Neque uerò Galenus, & Paulus, iubent hoc fieri prius, alterum posterius: immo vtrunque simul curandi initio agendum statuunt, & secandam uenā, & caput dulci oleo irrigandum. quamuis in dicendo, venæ sectionem præponant.

De cura sodæ factæ a debilitate capitis. Cap. 27.

EIus cura est permutatio malitiæ cōplexionis, quam habet, & ipsius confortatio cum cibis [a] † [·] odoriferis [b] [confortantibus caput, in quib. est subtiliatio & stypticitas cum aggregatione causarum motiuarum.] Et multoties quidem causa agens compar causæ passiuæ debili est aggregatio humorum malorum calidorū [c] [ ] in stomacho. Oportet ergo ut euacuetur per id, quod est eis conueniens: & ut afferatur cibus [d] [adiungens ad terminū eius, quod ab eo resoluit virtus resolutiua, & suscipiens] digestionem. Et si non reperiuntur vtræque proprietates postremæ, eligatur [e] melior] earum. Et melior quidem hora, in qua cibādus est, est post introitum balnei. Et oportet vt [f] [serues eorum cœnas, & ut ipsorum cibi sint sicut capparis,] & oliuæ cum caseo, ut confortetur os stomachi eorum. [2] Hippoc. autem concessit eis in potu vinum absolutè, & Gal. elegit, vt sit mistum, aut subtile, [g] † [ ] & vt aggregentur vtraque, & sumatur cum pane.

a † B. Alia litera & medicinis.
b B. in quib. est subtilitas, & stypticitas cū aggregatione causarū oppositarū causis motiuis. Alia litera in quibus est subtilitas, & stypticitas, & cū abstinētia a causis commouentibus.
c † B. aut nō calidorum.
d B. aggregās ad laudabilitatē ei° quod ab eo prouenit uirtutem resolutiuam, & recipientem.
e B. Alia litera. prima.
f B. alleuies cœnas ipsorum, & ut sigilles cibos eorum cum eis, quę sunt sicut alcasb. Alia litera. obserues cęnas ipsorū, & sint cibi ipsorū sicut alcasb, & oliuæ cum pane.
g † B. odoriferum.

A N N O T A T I O N E S.

1 *Et oportet ut alleuies cœnas ipsorum &c. Hinc sumptum uidetur commune medicorum præceptum, quòd in cerebri, & uentriculi affectibus cœnandum sit parcius. Sed quòd ait concludendam cœnam dactylis immaturis dubiū est, quum Gal. 2. de comp. med. per loc. palmulas inter ea reponat, quæ capitis dolorem faciunt. Ita et quòd oliuas cum caseo exhibeat, non minori dubitatione caret, quum id constet, oliuas unctuosa sui substantia non mediocriter uentrem turbare, præsertim si cum caseo edantur. Sed ad hæc breuibus Galenus palmulas interdicit maturas, hic immaturas exhibet. Oliuæ item acerbæ intelliguntur, non maturæ: & caseus recens, non salitus, qui coctu difficilis est, neque hos cibos permisceri author præcipit; sed concludendum his uentriculum ait, ut alterum horum sufficiat.*

cap. 1.

2 *Hippocrates autem concessit &c. Quod hic de vino ex Hippocrate notat, uidetur 2. de morb. uulg. circa finem tradi. vbi ijs, qui ex crapula dolore capitis afficiuntur, uini meraci heminam præbet; si uerò caput aliter doleat, panem calidum cum meraco, item uino exhibet, qui sanè locus quo modo intelligendus sit, supra diximus. facit tamen & ad hunc locum, quando meracum uinum imbecillo uentriculo conferat, hoc est qui probè ob frigiditatem non concoquat. licèt capiti imbecillo nequaquam conueniat. Vtcunque tamen intellexeris, uidetur hoc caput mendis non uacare.*

De cura sodæ factæ a fortitudine sensus cerebri. Cap. 28.

EIus cura est, ut sensus parumper fiat piger cū cibis, qui nutrimentum cerebri ingrossent: sicut [a] [caput assumptio] cum frumento & hordeo & carnes bouinę si digestio est fortis: aut cibis factis cum lactuca, & portulaca, & caro piscium, & quandoque administres [b] [reliqua narcotica,] sicut syrupum de papauere, & sicut semen lactucæ, & quandoque fit inde epithema.

a B. alherais factum.
b B. aliquid ex narcoticis.

De cura sodæ, quæ facta est accidens in febribus, & ęgritudinibus acutis. Cap. 29.

HVius alia est, quæ accidit cum fortitudine ægritudinis, & eius paroxysmo, deinde remouetur. Et aliqua est, quæ remanet post remotionem ęgritudinis, aut eradicationem eius paroxysmi. Et illa quidem, quę ex ea accidit in febribus, quandoque inquietat ægrum adeo, donec in causa eius, quæ est febris, augmentum faciat, & ipsam quandoque significat albificatio vrinæ subito, & eius alteratio in similitudinem vrinæ asinorum: sed assimilatio vrinę asinorū quandoq; significat essentiā suam in dispositione, & quandoque significat resolutionem. oportet ergo ut redeatur ad reliquas significationes. Cura autem eius conueniens est [a] [alrasi m in oleo omphacino, cuius acceptio fit cum oleo ros. aut oleum ros. vsuale conquassatum cum aceto, & tepidum in hyeme, & in leuitate febris infrigidatū in æstate, & in fortitudine febris;] & ad ipsam iuuat embrocha ex decoctione hordei, & papaueris, & rosarum, & uiolarum, si uapores nocent sua acuitate. Quòd si sua nocent multitudine, tunc nihil horum facias, immo euacua, et administra, quod cum facilitate resoluat, sicut oleum, in quo coctæ sunt [b] [balsamita,] & virga pastoris, & maiorana cū virga pastoris, si vis resoluere: ita quòd quibusdam antiquorum visum est, vt chamęmilla epithemetur. Quòd si narcotica, & somnifera tibi necessaria sunt propter doloris vehementiam; vtere eis cū cautela, et timore. Et quandoq; prohibetur eleuatio materiei in ipsa cum sauic, & psyllio in principio, et dantur in potu etiam, & quandoque prohibent coriandrum, & oleum ros. Et quandoque ventosatur in ipsa. In ligatione autem extremitatum, & ipsarum fricatione, & administratione [c] [regiminis ebrij,] est rectitudo conueniens valde. Quumque extremitatum ligatione vteris, oportet vt [d] [comprimas eas, quum fit fricatio] in aqua calida. Et si non sedatur propter omnia illa, radatur caput, & emplastretur cum chamæmilla [e] [& malua, & viola, & alahasceh permistis] & illud quidē post rasionem capitis. Et quandoque remanet soda post febrem, & post ægritudines acutas. Et ipsius quidem cura est infrigidatio ciborum, & eorum humectatio, & confortatio capitis ex oleo ros. cum chamæmellino, & vt effundatur super vtrasque manus, & vtrosque pedes aqua calida bis in die, mane, & sero, & inungatur cū oleo viol. deinde iuuetur cum [f] [extinguentibus,] quando apparet declinatio manifesta.

a B. ut iegarach alras. i. ut uehementer ungatur caput cum oleo omphacino, ex quo fit factū oleū rosatū, aut cum oleo rosato usuali cōquassato cum aceto in hyeme, & in lenitate febris tepido, in æstate uero, & in uehementia febris, infrigidatio.
b B. alnemam. i. sisimbrium.
c B. rubificātiū.
d B. ponas eas, quū soluuntur.
e B. & althea, & uiola, & alhasceс contusa, uel commixta.
f B. Alia litera. subtiliatiuis.

De cura sodę creticę. *Cap.* 30.

IN soda quidem cretica consideretur, an infirmus inueniat nauseam, & subuersionē animæ, & tremorem in labio, & vertigines, & vniuersaliter signa declinationis naturæ cum materia ad superiora, & tunc iuuetur cum vomitu facto ex [oxymelle calefacto cum lenitiuis] frigidis. Et an inueniat rugitus, & inflationem in vtrisque lateribus, & vniuersaliter signa declinationis naturæ cum materia ad inferiora, & tunc iuuetur [b] [solutione, et super lenificationem naturę] cum lubrificatiuis lenibus, sicut syrupo de prunis, & prunis infusis ī iuleb post incisionem, vt intumescant, [c] [et bibat violas, et syrupum de tamarindis, et xirasset,] non pondus magnum, sed quantitas eius sit drach. v. et quæ cursu illorum currunt. Aut vtrū inueniat grauitatem in partibus renum, et sub costis dorsi ad posteriora tendentē, et uniuersaliter signa declinationis materię ad vias vrinæ, et medicetur cum diureticis, sicut cum oxymelle, cui superijciatur pondus duarum . drach. sem. melonis, et sem. citruli mediando, et cibetur cydonijs, quoniam prohibent vapores, et [d] [exuberationem faciunt.] Aut vtrum inueniat radios, et rubedinem in oculis, et imaginationes citrinas et [e] [elongetur] hoc, et non fluat sanguis ex naribus; tunc cum aceto fiat sternutatio, et cum eius uapore, et in naribus insuffletur, et commoueatur nasus eius cum aliquibus asperis: aut opponat oculos radio solis, si possibile est subito, & intueatur ipsum: deinde dimitte ipsum. Et si inuenerit pulsum undosum, & inuenerit lenitatem in cute, administrentur [f] [vnctiones] fricando, & bibendo, & super caput, & oportet vt sint temperata. Quòd si inuenerit similitudinē mordicationis, et doloris lassitudinis sub aure sua, aut ascella sua, aut inguine suo, fiāt super ea emplastra calida attractiua sicut menta, et apiū cum butyro antiquo. Et fortasse indiget, ut vētosæ absque scarificatione apponantur, vt materia ex cerebro expellatur ad illud, ad quod declinat, et apostementur.

a B. secaniabin calefacto, & cū uomitiuis.
b B. lenitione naturæ.
c B. & cum syrupo uiolato, & syrupo de tamarindis, & alsiraost.
d B. prouocant urinam.
e B. prolūgetur.
f B. sudorē prouocantia.

ANNOTATIONES.

Vbi crisis futura est, multa sympomata præcedunt, quæ Gal. lib. de cris. copiosè. inter hæc dolor est capitis, quem hic curare docet, at patet. Sed videtur & Hipp. aduersari, qui primo aphor. quæ iudicantur & iudicata sunt neque nouanda esse neque mouēda pręcepit, & Gal. qui primo ad. Glauc in dolore capitis qui fluxum aut vomitum decretorium significat, non esse ait quærenda remedia. Verum ad hæc. nō impedit Auicennas naturam, aut remedia proponit, quæ impediant, immo illi auxiliatur leuissimis etiam præsidijs, uomitu, prunorum exhibitione, sternutatione, cientibus sudores. Aut dicamus potius, præscribi hoc in loco doloris remedia, qui post crisim remanet, non qui antecedit.

Cap. 2. & 11.
Aphor. 20.
cap. 15.

De cura sodę, quæ dicitur fieri causa uermium. *Cap.* 31.

OPortet, ut purgati o fiat cū purgatione corporis, et cerebri, et deinde fiat caputpurgium cum hierapicra pauca. Et fiat illud in hebdomada aliquoties, et administrentur omnes medicinæ, quę dicentur in capitulo de fœtore narium, et omnia, quę vermes in ventre necāt, sicut expressio foliorum persici, et expressio radicis mori, et aloes, et [a] [iuuatur] sternutatorijs, et caputpurgijs purgantibus cerebrum.

a B. sequatur cum.

De cura sodæ, quæ excitatur successione somni, & dormitionis. *Cap.* 32.

OPortet, ut cum ea purgetur corpus, & caput per ea, quæ sciuisti, & adiuuat ad ipsam, ut temporibus, & fronti fiat emplastrum ex cinere & aceto, & cum eo melior est cinis de lignis fici.

Regimen specierum sodæ factæ per communitatem. *Cap.* 33.

OPortet, ut soliciteris in omnibus speciebus sodæ factæ propter communitatem membrorum de illis membris, & ut ea euacues cum eis; quæ sunt eis propria, & vt ipsorum permutes complexionem, & cum hoc cōfortes caput cum confortatiuis, ut non recipiat, si fuerit in principijs, cum frigidis, sicut oleo ros. & aceto: post illud autem, si materia fuerit calida, & qualitas calida, facias illud idem opus semper. Et si fuerit frigida, permuta te ad oleum chamæmellinum cum oleo myrtino, aut oleum in quo dissoluatur gummi cupressi, aut quod sit factum cū folijs cupressi, & expressione eius, & [a] [tamaricis.] Quumque opus membri expleueris, considera an accidens conuersione fiat ægritudo ipsa. Et an fiat causa soda fixa in capite. Et tu quidem cognosces materiam, & qualitatem, ergo fac, quod scis, Et in illa quidem, quę fit propter communitatem cruris, & habens eam sentit quasi aliquid eleuetur ex crure suo, oportet, ut si illic sit repletio manifesta, phlebotometur saphena, aut uētosentur crura, & purgetur eius corpus cum stomaticho. Et si non fuerit ibi repletio manifesta, stringantur duo crura usque ad inguina, & fiat fricatio in pedibus eius cum sale, & oleo de† keiri. Et si sciatur locus, ex quo incipit, cauterizetur, & administretur super ipsum medicamen ulceratiuū, vt vlceret & aperiat. Cura verò speciei factę causa vaporum ascendentium ex membris corporis ad caput, si causa fuerint uapores ascendentes, est ut sumantur āte periodum fructus: quòd si non fuerint pręsentes, aqua frigida quamuis sit ieiunus, & de fructibus conuenientiora sunt cydonia. Et coriandrum est ex eis, quę in ipsa iuuant, & est ex eis quæ prohibent eleuationem uaporum. Et similiter est dispositio eius, quæ fit propter communitatem hepatis. Et iuuant ad illud propriè diuretica, & emplastratio hepatis ex emplastris, quæ materiam retinent. Cura autem speciei factæ [b] [propter communitatem, cuius causa est debilitas stomachi,] & propriè debilitas oris eius, ita vt suscipiat materias, & corrumpantur in ipso chymi, & illud secundum plurimū non excitatur nisi secundum uacuitatem est, ut deglutiat buccellas infusas in aqua agrestę, & aqua vtriusq; granati, & q illis sunt similia, aut ī rob fructuū stypticorū

a B. alathel.
† uiolis luteis.
b B. Alia litera. p communitatē stomachi, aut ē illa, cuius cā esse debilitas stomachi.

boni odoris,& vt sorbitiones panis,aut farinæ tritici [c] [torrefactæ cum aliquo, quod sit sicut granum granati,& similia. Quū enim hæc multiplicantur,confortatur os stomachi [d] [ad hoc vt faciat illud.] Quumque nauseam inuenit æger,euomat choleram effusam,& quiescet.Et si stomachus cum hoc fuerit frigidus,administretur [e] hęc seminata cum alefaniati † boni odoris acutis, vt] fiat ei iuleb cum † speciebus aromatum, & intingat buccellas in eo, quod inde factum est ei.Et si acetositas, & mordicatio nō conueniunt ei, & excitant ipsius nocumentū: sit contentus buccellis in iuleb,aut puro:aut cū alefeniati,secundum,quòd eius est necessitas.Et hic homo multum iuuatur. Si [f] [autem soda incipiat,& deglutiat buccellas, aut] sorbeat sorbitionem.Et quum sentit descensionem sui cibi,& digestionē eius,sumat aliquid de illis,in q bus est stypticitas, sicut sunt buccellæ panis in rob fructuum, aut ipsos fructus, aut panem cū [g] [capparibus, aut oliuis. In ea autem;quæ fit causa humorum in ipso, primum quod oportet,est ut incipiat cum purgatione,& post illud & cū ea,vt nutriatur cibis subtilibus : facilis digestionis,laudabilibus,boni chymi: deinde declinet cum qualitate sua ad illud, quod est necessarium,& sint cum hoc in eis resolutio,& digestio,& solutio.Et si non inueniuntur laus, & generatio sanguinis boni compares generi alteri,eligat laudē & generationem boni sanguinis pre illis.Et melius illo est,vt sit post introitū balnei.Et istis quidē necessariū est,vt desiccentur [h] [eorū humiditates,&]ipsorū vapores. Et si humores sunt cholerici,cura cum eo, qđ te docui in canone cum curis, confortando cerebrum cum oleo ros.aut cum oleo myrtino.Si autem humores sunt phlegmatici frigidi,in quibus excitantur ventositates fortes, tunc administra uomitus,qui sunt fortiores, & subtiliantia, & si non remouetur,hieras magnas cum decoctione epithymi.Et ad aliud quidem iuuat incisio duarum arteriarū tēporis,aut duo cauteria lenia super tēpore, ita vt non aduratur caput:[i] [&]fit strictio super duas arterias.Et arteriæ quidē multoties extrahuntur,aut inciduntur & cauterizantur.Et conueniens cauterizatio est,vt arteria, discooperiatur, & cauterizetur ipsa arteria ita vt vestigium eius non cadat super cutē. Et cauteria quidem sunt, sicut acus ignitę,veruntamen,quantum possibile,est vitetur,& maximè in æstate vitetur.Et oportet,vt eius cibus sit sorbitiones, & nō masticet aliquid vsque ad decem dies.Et sit hora comestionis eius in æstate, frigida. Et oportet etiam vt non multiplicet sermones.Et similiter,vt styptica super arterias adhæreant, cum quibus misceātur sarcocolla, & crocus. nos narrabimus illud.Et in antidotario. Et quādoque ponitur super eas plumbum,& stringitur cum vitta, ut non pulsent, & faciant dolorem, & similiter lignum. Cauterizatio autem fortis,quæ in istis dicta est, vt tria ponantur super medium capitis, & duo super duo tempora,& vnum super nuchā apud posteriorem partem capitis.Et oportet, vt alienetur vinum secundum omnem dispositionē. Si autem causa est vapores ascendentes ex stomacho,tunc est cura secūdum omnia, quę pręcepimus in cura sodę factæ ex vaporibus ascendentibus ad cerebrum ex membris alijs, & huius quidem generis est cura sodæ,quę excitatur potu aquæ : hoc enim fit propter debilitatem stomachi. Et melior cura eius est, vt habens eā potet parum vini odoriferi, & commisceat cū eo aquam suam, quam bibit, & vt non impediat [k] [os stomachi]In regimine verò eius,quæ fit communitate renum, & † hypochondriorum & matricis,& reliquorum,sufficiunt,quę premisimus in principio vniuersalium, & de soda febrium iam diximus.

c B. Alia litera factæ acetolæ.

d B.& perseueretur in operatione illa,seu in operando illud.

e B. iste res sup quas aspersa sūt alefiniati boni odoris calida,& † alefeniati.

f B. acceleret ante sodam deglutire buccellas &.

g B.casb.

h —— B.

i B.sed.

k B.stomachū.

† mirac.

ANNOTATIONES.

De doloribus capitis ex consensu aliarum partium egit Galenus 2.de comp.med.per loc.& Paul.libro tertio. Dignum autem hic animaduersione est, quod hic author ijs verbis notat [quum verò speciei factæ] nempe quum ad prohibēdum uaporum ad cerebrum ex partibus alijs ascensum,fructus exhibet ante accessionem, aut loco fructuum frigidam aquam, uel coriandrum. De coriandro sanè,& astringentibus fructibus non est, ut uerba faciamus : at quomodo frigida astringat, & eorum fructuum uices suppleat, non æquè constat: tantum enim abest, ut astringat; ut potius superflua sui humiditate relaxet non imbecilliter. Sed ad hoc paucis, aquæ vsus absque controuersia non astringit quidem, sed laxat : supplet tamen astringentium in hoc casu uices, quòd hæc laxando, atque ad exitum impellendo excrementa,quæ dolorem faciunt,uaporum ascensum reprimit. id quod quidem non hoc solùm pacto, sed sui etiam frigiditate uapores ipsos incraßando facere posse uidetur.

Cap.1. Cap.4.

De cura grauitatis capitis. Cap. 34.

AD ipsam iuuant euacuātia, & vsus [a] [† alscebari.] Et si sanguinea fuerit, eius cura erit cum phlebotomia: deinde minuatur vena frontis,& proprie si fuerit grauitas posterius,& etiam minuantur venæ [b][colli,]& duæ arterię, quæ sunt post aures, & propriè si fuerit grauitas in anterioribus.

a B.alsabiar. † aloe.

b B.alhalesa.

De soda,quæ nominatur ouum,& [a] [† cauthati.] Cap. 35.

a B.alchude. † cephalæa.

HAec species soda nominatur ouū & [b] [cauthati] propter suam comprehensionem super totum caput,& est soda comprehendēs, mansiua,fixa,chronica.cuius prauitas excitatur omni hora, etiam a parua causa motus,& potationis vini,& receptionis vaporosi,& excitat ipsam vox fortis,& quandoque excitat ipsā vox media,ita ut eam habens odio habeat vocem,& lumen,& permistionem cum hominibus,& diligat solitudinem,& tenebras,& quietem,& resupinationem. Et ipsi quidem diuersificantur in eo,quod eos lędit ex causis predictis. Quidā enim eorum læduntur ab aliqua ipsarum, & quidam ab alia re læduntur, & sentit omni hora, quasi caput eius malleo percutiatur, aut attrahatur tractione aliqua : aut scindatur scissione aliqua,&peruenit dolor eius usque ad radices oculorum. Et Gale.quidem ponit allatorem huius ægritudinis, debilitatem cerebri, aut fortitudinem sensus eius,& causa eius generatiua

b B.alchude.

ratiua est humor malus, aut apostema calidum, aut frigidũ [c] [secũdum quod plurimum fit] ab apostemate melancholico, aut duro. Et plurimũ, quidẽ fit in medio velaminis, aut extrinseci a cranio, aut intrinseci, & tu iã sciuisti, quòd, quando causæ sunt apostema, aut aliud, & non est nisi ĩ velamine ĩtrinseco in cranio: sentitur dolor extensus vsque ad oculũ, & quoniam pãniculus ille comprehendit [d] [super neruũ motiuum concauum,] extẽditur pars eius vsque ad pupillã Et quum est in velamine extrinseco, sẽtitur dolor tactu manus, & patiẽs odit casum tactus laboriosi super eum. Et multoties contingit ab ægritudinibus antecedentibus, quæ debilitauerunt substantiã cerebri, & velamina ipsius intrinseca, & extrinseca, ita vt lædatur motibus paruis, qui sunt ex motibus corporis cibalibus, & vaporalibus, & motibus extrinsecis, & recipiat superfluitates lædentes. Medicorum verò quidã non obseruant in ouo has conditiones: imò dicunt ouum, omnem dolorem comprehendentem super totum caput extra craniũ, & intra. Et fit eius causa ex vaporib. stomachi, aut vaporibus capitis, aut materię, aut phlegmon in ipso cerebro, aut velaminibus eius, & fit cũ grauedine, & pulsatione, aut erysipila, & fit cum inflammatione, & mordicatione absque multa grauedine: aut ab humoribus alijs, si non fuerit erysipila. [e] † [ ] & sint illic signa humorum frigidorũ, & medicantur totum secundũ modum suum. veruntamen nomen oui in veritate consuetũ apud prudentes medicos est secundum quòd est per conditiones prædictas.

c B. quamuis secundũ plurimũ fit.

d B. neruum cõcauum, seu qñ panniculus ille terminatur ad neruum concauum, &.

e † B. & fuerit grauitas.

De cura. *Cap.* 36.

SI sciuerimus, quòd illic ẽ sanguis plurimus, & ꝙ est causa prima, aut causa motiua eius est sanguis, phlebotoma. Quòd si signa existunt, quòd humores sunt frigidi, & tẽpus secundum ægritudinem est elongatũ, & tu iam administrasti, in principio etiã, quod repellit, tunc vtere embrochis ex aquis, in quibus resoluẽtia modicè sint calefacientia cum repercussione modica, & stypticitate: sicut flos squinanthi, & chamemilla, & menta, & reliqua, quę sciuisti in canone, & gradatĩ procede ad fortiora. Et euacua cum eis, quæ conueniunt, & administratio pil. de aloe [a] [& masticis] est de eis, quæ multum conferunt in ea, & fiat illud in omni tertia nocte, & vtatur cocchijs in euacuationib. suis si necessitas est, vt dentur eis fortiores, [b] [& sumat etiã] in potu decoctionem cassię fistulę cũ quatuor aureis olei de Kerua. Et scias, quòd quum purgasti, superest tibi vt confortes cerebrum, & velamina eius cum aliquibus, quę ipsum cõfortant, ex eis quæ sciuisti. Et ex ipsis quidem sunt odoramenta musci, & ambræ, & camphorę etiam illis commistę, & quandoque permiscent cum eis aloem, vt coniũgant cum confortatione resolutionẽ. Et adhibe ei emplastra calida, & stuporem inferentia, quę sciuisti. Quum ergo declinat, administra balneum, et emplastra confortantia. Dum autem in principio perseuerat, scis quòd materia est calida, tũc [c] [forsitã declaratum est tibi, & sciuisti illud in canone regiminis cerebri, et frequenter pota cum medulla cassiæ fistulę cum oleo amygdalino] diebus frequentibus, et quandoque iuuat eos caputpurgium cum mumia in oleo uiol. [d] † [ ] Et scias, quòd ouum antiquum temporale non eradicat, nisi quod est fortis resolutionis, et calefactionis. Et quandoque iuuat eos, si fiat eis caputpurgium ex troch. stellæ, et scellita, et diamuscho, et quæ procedunt cursu eorum, dissoluto quodcunq; eorum fuerit, in lacte lactantis puellam, et propriè quum dolor fit fortis, et uincunt vigiliæ. phlebotomia verò, [e] † [ ], et cauterizatio arteriarum, et earum incisio in [f] [cauchati sunt, secundum, quòd fuerunt] in soda antiqua. Cibus autem sit, quod non vaporat, de eis quæ sciuisti, ita ut perueniatur ad lentes cũ oleo amygdalino [g] [dulci,] & similiter ius [h] [fabarum.] Et non est malum, vt cibentur qui ex eis sunt infrigidati, cum huiusmodi propter paruitatem vaporis eorum. Epithemata autẽ oportet, vt declinent quandoque ad illud, quod parumper stupefacit: sed sit maior intentio resolutio. Et ex istis quidem epithematibus est opium & sanguis draconis & [i] [crocus, & terebinthina fiat ex eis epithema] & liniatur ex eis tempus vsque ad tempus apud necessitatem indigentem, stupefactione. Et ex eis est crocus, & gallæ, & troch. stellæ. Nam, quum ex illo linietur tota frons, erit iuuans. Et tu quidem redi ad antidotarium, & ad tabulas medicinarum singularium.

a B. cũ mastice.

b B. deinde sumant.

c B. rege cũ eo quod declaratũ est, & sciuisti in canone regiminis cerebri, & ꝑcipe ipsum potare med ullam cassiæ fistulæ.

d † B. Et scias ꝙ ouũ quũ prolongatur, quũque conuertitur ad complexionem frigidam, quamuis fit a causa calida.

e † B. ex frõte.

f B. ouo seu in chude. i. in galea fiat secundũ ꝙ fiunt.

g B. Alia litera. ad calidum.

h B. olerum.

i B. gummi & fiat linimẽtum.

ANNOTATIONES.

Egit & superius de dolore, quem temporalem appellat, id est de cephalea, generatim. Nunc quia antiquus dolor capitis vel totius est, & absolute hic cephalea appellatur: vel partis, et hemicranea dicitur, de eadem re rursum agit, atque in hoc quidem et sequenti capite de cephalea totius capitis, postea verò de hemicranea. Pro cephalea ergo, & eius curatione pete Gal. 3. de aff. loc. 1. de comp. med. p loc. Paulum lib. 3. necnon Celsum lib. 3. vide & Gal. de sangu. mis. ubi de arteriarum dißectione aget.

Cap. 9. Cap. 2. Cap. 5. Cap. 2. Cap. 12.

De hemicranea. *Cap.* 37.

HEmicranea est dolor in vna medietate capitis excitatus. Et Gal. definiuit eam dicẽs quòd ipsa est ambulator medius, cuius quidem causa est intra cranium, & quandoque est in pãniculo cooperiente cranium, & plurimum quidem fit in lacertis temporis. Quod autem est exterius, quandoque peruenit ad hoc, vt non toleret tactum. Et materiæ sunt peruenientes ad locum eius, aut ex venis & arterijs extrinsecis: aut ex cerebro ipso, & velaminibus eius, & eleuatur plurimum illius, ex via commissurarum. Et quandoque fit ex vaporibus expulsis a toto corpore, aut membro illius partis. Et hemicranea quidem secundum plurimum est habens periodos. Et ipsa quidem non fit nisi secundum dominationem humorum. Et non fit hemicranea quantitatem habens ex malitia complexionis singularis. Et illa quidem, quæ fit ex humoribus, fit quandoque ex humoribus calidis, & quandoque ex humoribus malis frigidis, & quandoque ex ventositatibus, & quandoque

ex vaporibus, & tu iam sciuisti signa. Veruntamen inuenis cum frigida quietem cum calefactione, & extensionem propinquam: & cum calida, calefactionem tactus, & pulsationem in temporibus,& quietem cum infrigidantibus, & etiam quia cum frigida sentitur frigus,& cum calida sentitur calor, & illud apud vehementiam doloris.

De cura. *Cap.* 38.

Eius cura est phlebotomia secundum quòd sciuisti in ouo,& reliquis,& propriè venę frontis,& temporis,& solutio,& clysteria,& attractio,& totum cum eo,quod conuenit ipsi,secundum quod tibi præceptum est in canone. Et ex eis quidem, quæ conferunt calidæ, est infusio aloes in aqua endiuiæ dicta in antidotario,cuius potio sit inter unc.j.& vj.unc. Et in ipsa confert phlebotomia frontis,& venę nasi valde. Quum periodus adest, oportet vt purgetur corpus ante ipsum, & permutetur complexio post purgationem. Quòd si materia fuerit calida,pones narcotica super tempora, sicut opiū, & cortices mandragoræ,& [a] [anethum] & iusquiamum,& camphoram,& infrigidabis locū secundum quòd sciuisti, de quibus dictum est in canone. Et quandoque iuuatur ex incaustro scriptorum linito sup partem,in qua est hemicranea. Et ex epithematibus frontium habentium hemicraneam est crocus, & iuuantur ex emplastro facto ex ruta, & menta cum [b] [vino] & oleo rosa. & similiter epithemate ex troch.Pauli dictis in antidotario. Et similiter administratione emplastrorum, de quibus est hoc: baccarum lauri, foliorum rutę,amborum partes æquales,sinapis partem mediam, coniungātur cum aqua,& administrentur, Et quod magis confert ei,est ceratum factum ex cantharidibus,& positum,& dimissum,donec locum uesicet:aut ex gummi rutæ agrestis, quoniam ipsū est vlceratiuum, & enuntiat iuuamentum cauterizatiōis. Quòd si materia frigida fuerit vehementis frigiditatis nimis,facies emplastrationē ex euphorbio,& sinapi, & pyrethro, & similib. Aegritudo autem,cuius tempus prolongatum est, frigida est secundum omnem dispositionem, & indiget resolutione, & quod calefaciat cum fortitudine. Et epithemata quidem, & embrochę, communia, & propria hemicranię, dicta sunt in antidotario: illa ergo administrentur. Quumque epithemata administras, quum tu iam euacuaueris ex corpore, & purgaueris, tunc procede inungendo lacertos temporis in parte doloris digitis tuis,& cū mantili aspero apud horam periodi, deinde lini. Et quum necessarium est stupefacere,quum dolor pulsatiuus fit fortior,tunc confert linire super arterijs in tempore,quod est coram loco, opium cū sarcocolla,& stypticis, & stringatur plumbum, aut lignum super ipsum decenter positum, ut prohibeat pulsationem fortem facientem dolorem pulsatiuum, quemadmodū ostendimus in ijs, quæ præcesserunt in canone de cauterizatione. Quidā præterea medici narrauerunt medicamen hemicraneæ temporalis expertum iuuatiuum,acceptum a mulierę. Et illud quidem est, ut decoquantur radices cucumeris asinini,& absinthium,in oleo & aqua,donec dissoluātur, & embrochetur pars dolorosa ex aqua & oleo calidis, & fiat emplastrum ex fęce,& mulier quidem illa,quotiens administrabat hoc, sanabat hemicraneam, siue esset cum febre,siue sine febre. Et ex emplastris quidē,non est sicut emplastrū sinapis. Quumq; ægritudo prolongata est, fac emplastrum ex gummi rutę agrestis,& corticibus rutæ agrestis, & corticib. radicis capparis,& squilla, & euphorbio tritis, & cōmistis cum vino odorifero:est enim medicamen magnum conferens ei. Et ex eis,quib.iuuantur,est vt incipiant,& ingrediantur balneū, & multiplicent inclinationes super aquam calidam: deinde fiat eis caputpurgiū ex oleo phisticino: illud enim sopit dolorē illico. Amplius colligantur descriptiones scriptę in antidotario,& singularia declarata in tabulis medicinarum singularium.

a B. Alia litera. alumen.

b B. cum pane.

TRACTATVS III.

De apostematibus capitis, & solutione continuitatis eius.

Sermo uniuersalis de † karabito, qui est [a] [*apostema capitis sirsem.*] *Cap.* 1.

Dicitur Karabitus apostema calidum in velamine cerebri subtili [b] [&] grosso,absque corpore,quamuis corpori ipsius quandoq; accidat apostema. Non enim est quemadmodum quidam existimāt medicorum, ꝙ cerebrum ipsum non apostematur: [c] [verum hoc est quod dicunt.] Nam quod est lene sicut cerebrū, & durum,sicut ossa,non extenditur,& quod non extenditur,nō apostematur. Hic autem sermo est erroneus,& illud ideo,quoniam lene viscosum extenditur,& ossa etiam apostemantur. Et Gal. illud confessus est. Et nos monstrabimus sermonem de eo in capitulo dentium. Imò dicimus, quòd omne, quod nutritur,extenditur, & augmentatur cum nutrimento. [d] [Et propter hoc concedendum est, quòd extenditur,] & augmentatur cum superfluitate, & illud est apostema. [e] [Et illud est,quoniam si cerebrum quandoque apostematur, tunc] Karabitus, & sirsen est nomen proprium apostematis velaminis cerebri,quum est calidum, licet in quibusdam locis quandoque concedatur etiam dici de apostemate substantiæ cerebri, & [f] † [ ] est vsus proprius huius nominis, veruntamen transumptum est ex nominę accidentis,quod ipsum comitatur, & est alienatio,& intellectus permistio cum caliditate adurente, & nomen [g] [accidentale] cadit super hoc accidens,& artificiale super hoc apostema. [h] [Et actio quidem hæc similis permutationi nominis accidentis,quod est † suber ad ægritudinem facientem ipsum, & significātem ipsum, quæ est sirsen cerebri, & est illud. Quidam autem homines sunt, qui prænomina ignorātes,] existimant, quòd birsen sit nomen huius apostematis,& quòd sirsen sit leuius ipso: sed non est ita. Nam birsen est dictio persica; bir enim est pectus, et sen est apostema. Et sirsen etiam est persicum: sir enim est caput, et sen est apostema,

a B. sirsem calidum.
† phreniticis.
b B. aut.
c B. sic ratiocinantes.
d B. Et similiter est possibile ꝙ extendatur.
e B. sed quāuis cerebrum quandoque apostematur tamen.
f † B. ilæ.
g B. uulgare, uel nomen cōmunitatis.
h B. Et ista deriuatio, seu nois transumptio est similis deriuationi, seu transumptioni nois accidētis, qd é obliuio ad ęgritudinē necessitatem ipsam,& causantē ipsam, q est sirsem frigidū, & quam ... sirsen usu cōmunita... tis,uel usu uul... gari, tunc in eo ingreditur sir... sem cerebri. Si... sem igitur cer... brale est hoc. Quidā aūt h... mines ignora... tes linguas, se... idiomata.
† carus.

ma,& ęgritudo, & sirsen quidem [l] [factum in febribus, aut factũ propter humores in ore stomachi adustos;& illud quod est propter apostemata in partibus capitis extrinsecis: aut in panniculo extrinseco. & sirsen factum cũ birsen, &' est illud quod fit propter communitatem velaminis.s. diaphragmatis, & apostema eius, & reliquorum lacertorum pectoris, & factum in apostemate vesicæ,& matricis,& stomachi, & similitudinem cadentem in hoc nomine narrãtium, narrationes diuersificantur, sicut diuersificantur narrationes narrantium] lethargiam, quę est sirsen frigidum, quod nominatur obliuio. Sirsen autem verum secundum vsum artificialem est illud, quod diximus,& quandoque apostematur cum ipso substantia cerebri ẽt cõmunicatione & permutatione,& illud est vehementer malum perimens in quarto, ꝙ si ipsum pertransit, euadet. Et plurimi quidem, qui moriuntur ex [k] [birsen] moriuntur propter impedimentum in spiritu. Et apostema hoc habet loca diuersa secundum partes cerebri diuersas,& quandoque communicant in ipso duę partes: & communicãt loca omnia, et plurimum quũ fit, non stat eius aduentus nisi in eo, qđ sequitur vacuitatem anteriorẽ,& in eo quod mediatur. Et eius quidem principium est sanguis, aut citrina cholera pura, aut rubea pura aut adusta trahens ad nigredinem,& est vehementer malum:& quasi non fit secundum plurimum, nisi a sanguine cholerico [l] [pręter apostema phlegmaticum, aut a citrino.] Et quasi non finitur nisi sudore, aut fluxu sanguinis ex naribus, & multoties apostematur velamen, & venę [m] [q̃ sunt apud exteriora capitis, ita vt fortasse] aperiantur commissuræ. Et illud quidem, ex quo fit permistio rationis composita ex fletu et risu hora post aliam, est malum, et quum est permutatio ex peripneumonia, quum significat fortem calorem humoris. Et similiter, si permutetur ad non verum, et quum accidit vt perseueret grauitas in partib. capitis, et [n] [pulmonis] deinde superuenit spasmus et vomitus, vt ærugo ęris viridis, moritur infirmus in hora sua, & prolixior mora eius est unus dies, aut duo dies, si virtus fuerit fortis. Ex speciebus verò † phrenitidis, in qua maior est fiducia, est illa, in qua æger recordatur eius, cum quo alienauit, post alleuiationem suæ febris. Et quãdo accidit ei [o] [res risus aromati,] est significatio laudabilis. [p] [Quum ergo laborat habens sirsen,] & euomit choleram rubeam, & est debilis, moritur ea die: aut fortis,& prolongatur duobus diebus. Et nullus quidem uisus est habens apostemata in partibus cerebri, cuius urina fuerit aquosa, qui euaserit. Et † phrenitis quidẽ multoties resoluitur per hæmorrhoidas, quum fluunt. Et quãdoque infrigidatur,& mutatur in lethargiam. Et quandoque liberatur ab eo, & cadit in hecticam, aut fit dęmoniacus. Et multoties pmutatur non uerum in uerum. Et senes quidem raro euadunt ab ægritudine † phrenitidis. Quidã vero medicorum existimant, ꝙ quandoque accidit ægritudo similis † phrenitidi absq; febre significans, [q] † [ ] vacuitatem apostematis: [r] [dicunt enim,] quoniam fit fortis inquietudo, et oscitatio, et habens eam non tolerat quietem, [s] [et fortasse saliendo ascendit] parietes, et eius rixa fit fortis, et stringitur ipsius anhelitus, et sitis eius. Et quum bibit aquã, strangulatur ea, et expellit ipsam. Et dicunt, ꝙ est pernecans ea die secundũ plurimũ, et quandoque extenditur vsque ad quatuor dies; et ab ea nullus euadit post illud: sed accidit vt ipsorum facies nigrescant, et linguæ, et sint ipsorum oculi congelati, et dispositiones sint sicut dispositiones [t] [timentium:] deinde ipsorũ leniuntur motus, et cadunt eorũ virtutes, et pulsus, et moriuntur. Et plures mortes ipsorum sunt cum strangulatione, et uides eos currẽtes, deinde vides post illud eos statim cadere, et mori. Et dico ego, non est lõge, quin causa in hoc sit propter communitatem cerebri, cum aliquo membro nobili, sicut membro anhelitus, quũ accidit eis spasmus magnus: aut corruptio alia, sicut strangulatio: et perueniat ad cerebrum: et permutet, et corrumpat ipsum, et permisceat intellectũ, et faciat sitim propter desiccationem partium capitis, et gutturis, [u] † [ ]

i B. q̃nque ẽt cadit sup pmixtionẽ rõnis,& sup alienationẽ factã in febribus: & factã pp humores ĩ ore stomachi adustos, & super illã, q̃ quandoque fit propter apostema in partibus capitis extrinsecis, aut in velaminib. extrinsecis, Et sirsem ẽt q̃nq; cadit, seu dicitur de alienatiõe facta cũ birsem, & est illa quæ fit cum cõitate velaminis, seu diaphragmatis,& apostematũ eius,& reliquorũ lacertorũ pectoris & de alienatione facta cũ apostemate uesicæ,& matricis, & stomachi. Et cõuenientiæ quidẽ, seu similitudini aut cõmunicationi cadenti in hoc nomine in ẽ diuersificatio descriptionum quas describentes ei attribuũt sicut diuersificãtur descriptiones describentium.

k B. sirsem.

l B. non a sanguine puro, aut a cholera.

m B. quæ egrediuntur ex capite, ita ut existimetur quòd.

n B. Alia litera. colli.

† karabitus.

o B. amuri dus.

p B. Et quũ habens birsem patitur sachas, vel sachus.

† karabitus.

† karabitus.

† Karabitui.

q † B. Alia litera.& essentia ipsius absque febre significat.

r B. Alia litera. verumtamẽ dicunt.

s B. in loco unũ & existimãt saliẽdo ascẽdere.

t B. habentium irã. Alia litera. habentium angustiam uel fastidium.

u B. Alia litera. & pectoris.

ANNOTATIONES.

1 *Dicitur carabitus &c. In cerebro & partib. illi adiacẽtibus fieri possunt omnia tumorũ genera. hos generatim Auic. sirsen uocat. Latini non alio quàm generis nomine tumores appellant. Hi sunt uel calidi, uel frigidi, si calidi, carabitũ nuncupat, Græci phrenitidem, Latini deliriũ. Si frigidi, his sirsen frigidum, & lethargiã, Græci lethargum, Latini aliqui ueternum uocant, quamuis Plin. li. nat. hist. 20. inter ueternum & lethargum differentiam statuat. Celsus libro tertio torporem nominare visus est. fiunt etiam ex aquoso, ac seroso humore in capite tumores, quos hic aquã inter cranium nuncupat, Græci ac Latini hydrocephalon uocant. De his ergo omnibus hoc in tractatu agitur, ac primum de phrenitide, quæ quia, aut uera est, aut non uera quidem quum calido tumore affectũ est cerebrũ, non uera, quũ ipsum, neq; per se, neq; per essẽtiã affectum est: sed per consensum, aut totius corporis ambitus, ut in febrib. quibusdã, aut diaphragmatis, vẽtriculi, atq; alterius cuiuspiã partis, et* παραφρενῖτις *dicitur: de utraq; itidẽ uerba facit. Rursum, quia phrenitis, quæ uera est, alia a sanguine fit puro, et hæc mitis est, alia a bile pallida, uel flaua, et est grauior, alia ab atra, atq; assata bile, quæ omniũ grauissima; tumorẽ qui ex sanguine est, inflammationẽ: quæ ex bile erysipelas, & impetiginẽ, quæ ex atra bile sibare appellat (Gal. eã phrenitida ferinã nuncupauit.) de singulisq́, his sequentib. capitibus tractat. Nunc igitur phrenitida definiens, inflammationẽ esse ait membranarũ cerebri. Qua quidẽ in re dubitatio est, an phrenitis de cerebri, nõ mẽbranarum dumtaxat inflammatione dicatur, an de mẽbranis solùm. Auicennas quidẽ phrenitida de cerebri inflãmatione dici negat: aut horuerò introductorij cã uel in cerebro, uel in eius mẽbranis esse testatur. & Paul. quoq; lib. 3. inflammationẽ membranarũ cerebri nunc quidẽ ipso quoq; cerebro simul eã obtinente, nunc aũt caliditate præter naturam in eo consistente, esse scribit. cui subscribere, & Gal. 2. de sympt. cau. uidetur, hanc asserens non tantum ex calidis succis ortum habere: sed ẽt phlegmonem in cerebro, & eius inuolucris excitare. Sanè quod ad hoc pertinet, si phrenitidis nomẽ absolutè ponatur, de membranarũ presertim inflãmatione intelligitur, non de ea, quæ cerebrum inuasit. unde & Paulus lib. 3. de phrenitide seorsum, ac cerebri tumoribus agit. sæpenumero tamẽ ẽt de ipso cerebro nullo discrimine dicitur, ut ex locis constat, quæ adduximus. Verum, utcunque statueris, pauci*

Cap. 4.

cap. 21.

cap. 15.

cap. 6.

cap. 20.
à principio.
Aphor. 51.
cap. 1.
cap. 7. Cap. 9. comm. 1.

momenti est quæstio, quæ de uoce est. Illa verò plurimi quam author hic notat, an cerebrum ipsum inflammari possit, uel non, innuit Auic. & simul refutat cuiusdam opinionem qui cerebrum inflammari posse negabat. hunc Serapionem fuisse certum est, qui primo breuiarij lib. hoc statuit ea ratione, quod neque quod lene, neque quòd durum est, inflammari potest. de eo quod durum est pollicetur hic author se alibi tractaturum, quum de dẽtibus aget, de molli nunc uerba facit, quæ tu perpende. Pro Auicennæ sententia, quod ad hoc spectat authoritas est & Gal. & Hippocratis. Hipp. quidem 2. de morbis, ubi & indicia & curationem inflammati cerebri proponit, necnon 9. aph. vbi sphacelari cerebrum testatur, qua dictione Gal. gangræna ipsum affici interpretatur. constat autem, si ipsum gangræna afficitur, idem & inflammari, quum gangræna magnas sequi soleat inflammationes. Ex Gal. uerò cerebrum inflãmari habes 11. meth. ubi neque in cerebri neque in eius membranarum inflammatione cucurbitulis morbi initio utendum esse ait. habes item 2. de sympt. cauſ. 4, de præsag. ex pulſ. & 1. in primum prorrheticorum.

2 *Et quasi non finitur &c. Signa hic quædam de euentu phrenitidis ponit, sed plura habes ex Hippo. 1. prorrhe. & in Coac. prænot. hac de re,*

De signis eius communibus. Cap. 2.

a † B. Alia litera. febris continua fixa, quæ augumentatur in meridie secundum plurimum et.

b B. alserasis.
c B. iectigatio.

d B. exasperantur, et dentibus mordẽtur ipsæ.

e B multum ex ea bibentes.

f B. Alia litera. et ẽ paruus pp duritiẽ uenæ, et debilitatem uirtutis coarctatæ, uel oppressæ a materia, et in pulsibus eorũ sentitur uirtus aliqua.

g B finis cõstrictionis et principiũ dilatationis. Alia litera et est finis constrictionis, et dilatationis uelocior.

h B. situs uel po[illegible]onis.

Signa autem communia speciebus ipsis veris, sunt ista, [a] † [ ] Alienatio superfluit quandoque, & absciinditur alia vice. Et abhominatio loquelę, & pigritia ab ea. Et pmistio intellectus. Et plurimum horum circa quartum diem. Et inquisitio extremitatum. Et extremorum frigus, & agitatio, Et spiritus agitatus non ordinatus: sed est magnus. Et extẽsio [b] [ossium pectoris] ad superiora multa, & [c] [tremor] membrorũ cum ipso, & ante ipsum nuntiat ipsum, & quandoque est cum eo somnus inquietus, & excitatur ab ipso & clamant, & quandoque dormiunt, & quandoque uigilant, & est eorum somnus secundum plurimũ agitatus, commotus cum phantasijs, & somnijs corruptis terribilibus, & eius excitatio est permista cum vocibus, & sunt illic inuerecundia, & audacia, & ira ultra consuetudinem. Et abhorrent radios, & auertunt se ab ipsis. Et agitantur linguæ eorum uehementer, & [d] [stringunt eas,] & quandoque apostemantur. Et multoties absciinditur eorum uox. Et desiderant aquam, & bibunt ex ea parum non [e] [multiplicantur,] & neque ipsam etiam desiderant plurimum. Et plurimum infrigidantur eorum extremitates, absque frigore extrinseco facien te hoc. Ipsorum autem vrinę sunt declinantes ad tenuitatem, & subtilitatem. Et ipsorum pulsus sunt duri propter essentiam apostematis in membro neruoso [f] [duro. Et propter duritiẽ uenæ, & debilitatem virtutis ad comprimendam materiam, sentis in pulsibus eorum uirtutem aliquam,] vsquequo appropinquent timori, quoniam siccitas aggregat, & stringit, & sunt [g] [partes constrictionis & dilatationis] uelociores, & cum sua serrinitate non euacuatur ab undositate quadam, quoniam cerebrum est substantia humida. Et quandoque accidit pulsibus eorum, ut dilatentur aliquoties, & magnificentur propter necessitatem, & ut frequentes fiant, & diuersificentur in partibus [h] [loci,] & tremant: & illud quidem est ex eis, quæ nuntiãt syncopim, nisi sit genus [i] [tremoris, & diuersitatem & tremorem] faciãt durities uenarum, & fortitudo virtutis: quoniam tunc non nuntiant illud. Et quandoque accidit pulsui ipsorũ ut sit spasmosus, & nuntiat spasmum. Quumq; vides signa ægritudinum acutarum, & febres prauas, & stringitur natura: tunc illud nuntiat † apostema cerebri, & est quasi ex nuntijs fortibus. Et præcedunt † phrenitim obliuio rei propinquæ, & tristitia sine causa, & somnia mala: & soda multa, & grauitas, & repletio, & antecedunt ipsum secundum plurimum citrinitas faciei, & uigiliæ prolixæ, & somnus inquietus. Et accidentia hæc fiunt fortiora, dum materię perseuerant in itinere perueniendi ad caput, & reuoluuntur in uenis suis, & subtiliantur. Et quum appropinquant ei, & biberit cerebrũ materiam, inueniuntur principium doloris in posteriore parte capitis apud locum, in quo est coniunctio colli, & capitis, & propriè in cholerico. Et quum incidunt in ipsum, & apostematur cerebrum, desiccantur primum oculi eorum uehementer, deinde accidunt lachrymę, & propriè ex uno oculorum, & multoties accidit, ut uenæ ipsorum forti afficiantur rubedine: & quandoque succedunt eis distillationes sanguinis ex naribus, & plerunque fricant oculos suos, & declinant ad quietem, & requiem in maiori parte corporis, nisi in manibus, quoniam cum eis fortasse inquirunt, & colligunt villos: & fit illud plurimum cum clausione oculorum. Et quandoque fit cum [k] [pupillatione, & querela.] Et quandoque pigri fiunt in loquendo [l] [manifestè,] non addentes super motum linguę. Et quandoque accidit eis distillatio urinæ cum cognitione ipsorum, aut absque cognstione, & est in febribus de significationibus fortibus, quòd † apostema cerebri est præsens. Et obliuiscuntur doloris, si est in membris ipsorum: immò, si aliquid de membris ipsorum dolorosis impetuose tangitur, non percipiunt ipsum. Nos verò addimus, et dicimus, quòd quando apostema fit in parte anteriore, corrũpit imaginationem: quum ergo est illud, incipiunt colligere uillos ex vestibus, & paleas, & quæ sunt similia illis ex parietibus, et imaginantur aliquas phantasias, quæ nõ inueniuntur. Quòd si fit in medio, corrumpit cogitationem, et turbatur in eo, quod agit, & loquitur cum alienatione plurima. Et quum cadit in eo, quod est coram posteriore, obliuiscitur eius, quod videtur, et agit in dispositione ita, vt quandoque petat aliquid, et præsẽtetur ei. et non recordetur se quæsiuisse illud, & plurimum petat peluĩ, ut mingat in ipsa, & ponatur coram ipso, et obliuiscatur eius. Si autẽ apostema comprehendat super partes omnes, apparent hæc omnia signa & si cum eo apostemetur cerebrum, rubea fit ipsius facies, & oculi, et exeunt oculi exterius vehementer, et fiunt rubei, si materia faciens apostema sit sanguis, aut citrini fiunt, si materia faciens apostema sit cholera pura. Factum verò ex humoribus propter communitatem, significat euentus eius subito: et continentia malitię dispositionis membri alterius, et [m] [paroxysmus, qui est in exacerbatione

i B. diuersitatis et tremoris, quẽ
† sirsen.
† karabitus.
k B. intuitu pupillæ in uno loco sicut iratus, et furiosus.
l B. ordinate.
† sirsen.
m B. paroxysmatio cũ paroxysmis uehemẽtiæ eius diminuitur cũ diminutione dispositionis.

ne fortitudinis eius, & minuitur cum diminutione in dispositione] alterius, & augmetantur ipsius augmentatione. Et factum † ab apostemate cerebri, accidit paulatim paulatim; & n [sequitur uel adhæret.] Et signa † apostematis cerebri veri o [inseparabilia] antecedunt: deinde accidit ægritudo. Non uerum aūt præcedūt ęgritudines aliorū membrorum, deinde apparent signa eius. Factum autem ex partibus uelaminis distinguentis, & lacertorum pectoris, antecedunt signa † birsen, & pleuresis, quæ sunt dolor pungitiuus in latere apud anhelitum, & strictura anhelitus, & pulsus serrinus, & tussis p [plurimum] sicca, deinde humectatur secundū plurimum, & expuit: & fit cum febre continua, cuius plurimum caloris tendit ad partes pectoris, & in uero ad partes capitis, q [cū quo multiplicatur extensio ossium pectoris ad superiora, & proprius fit eis sensus doloris super uerticem non comprehendens. [Et non sunt signa prædicta eius in eo, quod præterijt, fortia, & multa: & eius spiritus fit diuersus, debilitatur enim quandoque, & fit frequens, & magnificatur alia uice, & fit ei similis: & r † [ ] paruus, & debilis plus. Et fit quandoque sicut s [intus.] Sed in † phrenitide uero fit spiritus maior, immò fit t] magnus.] Et duo quidem † apostemata communicant in fortitudine u [humorum.] Veruntamen sirsen sequens differt a sirsen uero in hoc, quod sequitur in fortitudine sua fortitudinem febris, & alleuiatur cum alleuiatione febris. Cum eo autem quod fit propter humorem in ore stomachi, sentit mordicationem in ore stomachi, & nauseam, & sitim, & amaritudinem oris. Et factum propter apostemata membrorum aliorum scitur propter illud, quod apparet de dispositionib. eius. quoniam dum non sunt apparentes, x [& manifestę] non ducunt ad permistionem intellectus, & sirsen manifestum: Et nunc quidem rememoremur signorum specierum ueræ † phrenitidis. Dicemus ergo, quod primum signorū facti a sanguine est, quod y [communicans] accidentium eius prędictorum communium, accidit cum risu: & accidunt ei distillationes sanguinis ex narib. & magnificatur eius spiritus: & z [distillant] oculi eius, & lippitudinem patiuntur, & non sunt uigilię, quæ accidunt ei cum hoc superfluæ, & est asperitas linguæ in ipso tendens ad rubedinem decliuem ad nigredinem; deinde nigrescit, & fit lingua in ipso grauis, & quandoque pigrescit a locutione propter grauitatem linguæ, & sunt phantasiæ eius, quas uidet, rubeę, & uenæ frontis, & oculorum eius sunt plenæ. Et accidit eis frequentia sedendi, & standi absque necessitate, quam inde hēt. Quod autem fit ex cholera rubea pura, uigilare plurimum facit: & a [alienantur] cum eo oculi ualde, & exasperatur lingua fortiter, & citrinatur prius, deinde nigrescit: & febris fit fortis, & multiplicatur b desiderium, & amor tergendi] oculos. Et imaginantur quædam tendentia ad citrinitatem, & ingreditur in mores eorum rapacitas, & c [melancholiæ proprietas,] & audacia in disceptando, & est quasi in forma eius, qui vult d [litigare,] & attenuantur nares eorū, & proprie ipsarum extremitates: & accidit eis in frontibus suis attractio fortis ad superiora. Eius autem, quod fit ex cholera adusta (& est illud quod e [perimit)] signa sunt quod f [communitas accidentium accidit cum dæmonio, & rixa: & g [spiritus] magnificatur, et magnificatur inquisitio. h † [ ] Et sunt oculi eorum conturbati, et i [eius causa] est † sibare, et est quasi ipsa. Signa uerò permutationis eius, sunt ista. Nam si permutatur in lethargiā (et illud est quod in eis k [expectatur.) uides oculos profundari in clausione cum lachrymis,] saliua currit, et pulsus tardatur, et leuis fit. Signa uerò permutationis eius in scaculos, et l [est] apostema cerebri, sunt, quòd apparent scaculos signa, et occultatur nigredo oculorum, et apparet albedo quandoque, et non diligit m † [ ] nisi resupinus, et inflatur uenter eius. Et extenduntur n [ossa pectoris] eius, et multiplicatur o [tremor] membrorum eius. Et signa permutationis eius in hecticam sunt profunditas oculorum, et sedatio febris, et p [nigredo] corporis, et paruitas pulsus, et durities eius. Signa uerò permutationis eius in spasmum, nos afferemus in capitulo spasmi.

Margin notes (left): † sirsen. n B. perseuerat, seu est cōtinuū. † sirsen. o —— B. † inflammationis pectoris. p B. primo. q B. Et multiplicatur sensatio tēsionis in serasif ad supiora, & appropriatur ei sensus doloris supra summitatē capitis non comprehēdens totum. r † B. fit. s B. anhelitus habētis irā fortem. † karabito. t B. maximus. † sirsen. u B. pmixtionis intellectus. x B. plurimæ earum. † sirsen. y plurimum. z B. lachrymantur.

Margin notes (right): a B. exsiccātur. b B. opatio ociosa in tergendo. c B. malignitas. d B. pugnare. e B. est malum pernecans. f B. plurimum. g B. anhelitus. h † B. extremitatum. i B. similis. † dæmonium. k B. magis speratur in eis, tūc uides oculos p fundari, & clausionē continuari. l B. ad. m † B. uel iacere. n B. serasif. o B. iectigatio. p B. extenuatio.

ANNOTATIONES.

Phrenitidis & ueræ, & non ueræ, & futuræ, & eius quæ cępit indicia, satis copiose affert. de qua re egit & Galenus. tum. 5. de aff. loc. tum alibi, & Paulus lib. 3. quæ placuit nobis breui schemate amplecti, & signa ueræ phrenitidis, quasi methodo quadam ante oculos subijcere, ut huius exemplo studiosi cætera affectuum aliorum signa, ad pauca capita perstringere enitantur. Non negamus posse & alia multa indicia afferri, quæ unà cum his, quæ adducemus, phrenitida indicant; sed ea nos præsertim, quæ maioris momenti & significationis sunt, attulimus. atque hęc quidem inchoante phrenitide, neque omnia fortaße, neque grauia sunt; procedente tamen morbo, & omnia, & grauiter solent infestare.

cap. 3. cap. 6.

Phrenitis dignoſcitur ex

- *Actionibus*
  - *animalibus*
    - *principibus*
      - *imaginationis læſio, ut in Theophilo lib. de ſympt. diff. cap. 3. & Gal. quærente feſtucas, 4. de loc. aff. 2.*
      - *Cogitationis leſio, ut in laniſi[c]i puero 4. de loc. aff. 2.*
      - *Imaginationis & cogitationis læſio, ut iis qui peſtilentia laborauerunt, de quibus Thucyd. lib. de ſympt. diff. 3.*
      - *Memoriæ læſio, in iiſdem peſte affectis, ibidem.*
      - *Hæc vero amentia in his nō minuitur inclinãte feb. ſed eadẽ pmanet.*
      - *Senſus communis, inſomnia, aut leuis ac turbulentus ſomnus, ſomnia quoq; turbulenta, ob quæ repente expergefacti exiliunt, & vociferantur, quæ omnia ex biliosi præſertim humoris natura proueniunt. de hac re Gal. 5. de loc. aff. 4. & 1. in 1. prorrh. 5. Paul. lib. 3. cap. 6.*
      - *Tactus, Capitis dolor grauis & tenſiuus ob plenitudinem, punctorius, quia inflammatio in membranis eſt, pulſatorius ob arterias cum cerebri affectu communicantes. hunc tamen dolorem primo initio tranſacto non ſentiunt, quia mens eis læſa eſt.*
    - *motricibus*
      - *Stridor dentium non conſuetus aut per ſomnum, aut per uigiliam. fitq; ex cerebri repletione, a qua quodammodo conuellitur. primo prognoſt. 2. & in Coac. prænot. ante medium.*
      - *Oculorum fixio & quædam ueluti immobilitas, ex obliuione.*
      - *Totius corporis inquietudo, ob immodicũ calorem, & uehementẽ febrẽ.*
  - *Vitalibus*
    - *Pulſus paruus ob inſtrumentorum duritiem, & durus ob inflammationem in membrana. Gal. de pulſ. ad Tyron. cap. 11. & 4. de cauſ. pulſ. 14.*
    - *Spiratio magna ob caliditatem cordis immodicam: rara ob delirium, negligentiore, ſcilicet reddita facultate, 5. de loc. aff. 4. Eſt tamen & quandoque parua & frequens, vbi uidelicet dolor partium, quæ reſpirationi ſeruiunt, infeſtat, delirium verò dolore ſit minus, fortaſſe phrenitide imminente, aut ex diaphragmatis inflammatione inchoante euenit. unde & ſi ſpiratio magna & rara proprium eſt phrenitidis indicium, non tamen inſeparabile eſt. Vide Gal. 2. de difficult. reſpir. cap. 1. & 3. & deinceps.*
    - *In animoſis, audacia, temeritasq;, ob caloris, ac humoris inflammati qualitatem cordi communicatam. 5. de aff. loc. 4.*
  - *Naturalibus*
    - *Sitis immodica ob affectionem calidam, & ſiccam, bibunt tamen parum (unde & βραχυπόται phrenitici appellantur) quod ſ. obliuiſcantur, læſo memorandi principio. Gal. 1. in primum prorrhet. com. 16. & 5. de loc. aff. 4.*
    - *Cruditas urinarum, nempe aut decolores, aut nigræ ipſæ, aut ſublimia nigra habentes. primo prorrhet. 4. ſæpe etiam ſupprimuntur, aut ſine ſenſu excernuntur, facultate uidelicet naturali munus ſuum obliuiſcente ob conſenſum cum animali potentia, & cum toto corpore. 5. de loc. aff. 4.*
    - *Aluus aſtrictior, eadem ratione, aut bilis raptu ad ſuperiora, unde non ſtimulantur inteſtina. ſunt etiam quandoque albæ deiectiones ob eiuſdem bilis ad ſuperiora tranſmiſſionem, & malum hoc indicium eſt 1. prorrh. 13.*
- *Affectibus corporis ſenſilibus*
  - *Rubor faciei, & totius capitis, ſi redundet ſanguis.*
  - *Oculi ſquallidi ob uigilias, lucem fugientes ob materię agitationem, quæ a lumine fit, ſanguineo colore tetrici, ut ait Paul. lib. 3. cap. 6. ſanguineo quidem colore ob redundantem ſanguinem aut ſolum aut cum humoribus aliis, tetrici uerò ob conceptas iam ferias.*
  - *Linguæ ariditas, nigredo, & aſperitas ob immodicam ſiccitatem, & caliditatem illi a cerebro communicatam. primo prorrhet. 3. & in Coac. prenot. ante medium. & Paul. lib. 3. cap. 6.*
- *Excretis prętet naturam & retentis*
  - *Sanguis è naribus ſtillans, natura id conãte expellere, quod moleſtat. Hipp. in Coac. prenot. ante medium. & Paul. lib. 3. cap. 6.*
  - *Lachryma acris ex altero oculorum fluens, ex diſſolutione humorum in capite exiſtentium ab immodico calore, unde & ſordes fit, ea ſ. materia ab ambiente frigido condenſata. Paul. lib. 3. cap. 6.*
  - *Adde & urinę atque alui ſuppreſſionem, de qua ſupra dictum eſt.*

His omnibus adde & febrem non intermittentem ſquallidam, in eodem tenore permanentem.

De cura

De cura specierum eius. *Cap.* 3.

COmmunis quidem cura specierũ eius verarum est phlebotomia ex cephalica, & [egressio sanguinis aliquantula,] immò multa valde. Et b [incipiatur in, hoc loco, sicut incipiunt humores, si nihil forte fuerit, ꝙ prohibeat.] Et oportet ut fiat eius phlebotomia cum cautela in cognoscendo dispositionem ipsius ex syncopi, si cecidit ĩ ipsam, aut sit ei vicinus, & retineatur sanguis, quum syncopis adest propinquitas, & ingenietur in cognitione illius. Nam in eis non apparet dispositio c [incolumitatis] a dispositione d [lipothymiæ] multũ manifestæ: sed pulsus quandoque significat ipsam: nam quum tremit, & descendit, & diuersificatur absque ordine, ita ut inuenias vnam magnam, & aliam paruam, significat propinquitatem syncopis. Et oportet, vt sit cautela in ligatione vittæ super ipsam, ita vt sit firmata, quam motus ipsius, & agitatio irrationabiles non soluant, quandoque enim soluit eam, & eijcit per seipsum propter imaginationem corruptam ducentem eum ad illud. Deinde post hoc phlebotoma venas frontis, si virtus fuerit fortis, & fecerit oportere illud dispositio, & fortitudo ægritudinis. Quòd si virtus & dispositiones nõ consentiunt, ut fiat phlebotomia eius vniuersalis, & ex manibus eius: aut non est tibi possibile habere manus eius, & ꝙ additur ei ex hoc ducit ipsum ad inquietudinem & rixam fortem, tunc phlebotoma eum in fronte. Et pone sup caput eius in principio oleum rosa. cum aceto infrigidatum niue, & reliqua, quę numeraui tibi ex expressionibus infrigidantibus. Et cholericus quidem iuuatur, si fiat capiti eius emplastrum ex folijs e [senticis] valde. Et fac eum quiescere in domo temperata, in aere puro, in quo non sint picturæ, neque formæ. Nam ipse diligit intueri imaginationes earum, & illud est ex eis, quæ lædunt cerebrum eius, & velamina ipsius cerebri. Et oportet, vt in domo eius, & iuxta ipsum, sit multitudo redolentium frigidorum, sicut nenuphar, uiola, & rosa, & camphora, quæ numerauimus tibi in canone. Et associa ei amicos suos prudentes sibi caros, & misericordes eius, & ex quo verecundetur, & cesset propter ipsum a sua permistione, & agitatione, quæ ei nocent. Et stude, ut ipsum facias dormire, & ut fiat hoc, aliquid opij duobus cornibus frontis eius appropinqua, & naso ipsius, si uirtus est fortis, & si nõ, caue, quoniam illud est perimens, immò sine opio sis contẽtus. Sed administra, quod sit sicut syrupus de papauere: & fac emplastrum capiti eius ex lactuca, & potes cum semine papaueris, & aqua hordei. Veruntamen rectius est, ut f [expellas per] phlebomiam, si tolerat eam hora: & nõ fuerit in g [postremo] eius timor, fac illud in principio duobus diebus, aut tribus. Amplius, quum phlebotomatur, h [si est possibile, nõ perueniat, donec non] remaneat in corpore sanguis, quo cõfortetur natura i [ad resistendum uaporibus, & defectui nutrimenti,] si fecerit hora illud oportere. Et postquàm phlebotomaueris eum, tunc oportet vt ipsum clysterizes clysteri valde leni, sicut oleum ros. cum aqua hordei, & aqua, & oleũ, quòd si eges eo, quod sit fortius hoc, post quàm sit in gradu lenitatis, fac, & trahe materiam ad inferiora omnino, fricatione pedum, k [& reliquis,] & funde super eos aquam calidam: immò ligando, & stringendo, & ponendo ventosas super eos, & propriè in dispositione l [descensionis. Et grauitas fortitudinis febris, si adest ei illud, quandoque facit oportere in principio ęgritudinis dispositionis, ut ponantur ventosæ in loco, qui dicitur † cheleen.] Et primo incipe nutrire ipsum m [subtili nutrimento,] ita ut sis contentus n [oxymelle:] deinde post hoc die uno aut duob. permuta ipsum ad aquam hordei subtilem cum oxymelle, deinde ad grossam, & considera in hoc virtutẽ, & ægritudinem, & quoties uideris accidentia ęgritudinis fortiora, incipe in principio a subtiliatione cibi multa, nisi uirtutis casus timeatur, tunc enim nutriantur, & aliena eos ab aqua uehementis frigoris, propriè si fuerit in uelamine distinguente apostema, aut in visceribus. Et sicut videbis ægritudinem declinare, gradatim in nutrimento procede, aut ex ipso adde, & pone vt ipsum sit ex cucurbita, & herbis frigidis, & † almes, & granis frigidis, aut o [† effiteiati,] aut acetosum cum fructibus frigidis, & in hac hora iuuantur pane similæ infuso in aqua frigida: & iuleb infrigidato cum niue vehementer. Et oportet quidem, vt in principio administres repercussiua pura, nisi sit de genere p [magno,] ex quo apostemantur venæ, quæ q [sunt extra caput] cum communitate velaminis, illic enim oportet incipere ab eo, in quo sit parum mollificationis, & sedationis doloris, deinde styptica. Et r [sit tibi securitas multa in clysteribus:] deinde administra secundum plurimum embrochas infrigidãtes, non cum stypticitate. Et misce in eis parum papaueris, ut dormire facias, & parum chamæmillæ etiam, vt resistat papaueri, & resoluat resolutione modica. Quumque ægritudo fuerit finita his medicaminibus, & remanserit alienatio, tũc mulge super caput lac ex vbere, & mammilla, si virtus quidem in ipso est fortis, lac caprarum, & si debilis quidẽ fuerit, lac mulierum. Et omni mulsioni moranti super ipsum vna hora fac succedere ablutionem cum embrochis ęqualibus, in quibus ponantur uiolæ, & radices s [lilij,] & chamæmilla cum reliquis infrigidatiuis, sicut videbis in antidotario. quod si ęgritudo prolongatur, & nõ remouetur medicinalibus istis: aut grauis est t [faciens] † somnolentiam, & pertransierit terminum principij, & quies in ea fuerit maior motu, tunc aliena ei ea, quæ vehementer infrigidant, & proprie papauer, & adde ei in embrochis, tunc post septimam, u [balsamitam, & mẽtastrum] & rutam, & expressionem mentę, & melilotum, & pone super caput mucillagines seminis lini cum oleo & aqua, & unge x † [ ] corpus cum oleo calefacto assiduè. Quumque y [uideris,] quòd virtus conseruetur post longitudinẽ ægritudinis, & postquam pertransierit septimanam, & quod est supra ipsum; tibi inest, ut potes ipsum parum vini permisti. Et multoties accidit eis uomitus, et iuuantur eo. Et quandoque potantur quidam ipsorum aqua permista cum oleo z † [ ]

& sit

a B. exactio sanguinis conueniens.
b B. sit festinatio ad illã ĩmediate, quũ incipit alachtalach. i. pmistio rationis si nõ prohibeat ab hoc prohibens forte.
c B. euasionis.
d B. syncopis.
e B. alhauleich
f B. prætermittas.
g B. tardatione
h B. nõ fiat phlebotomia vltima, seu superflua quãtũ est possibile, ut.
i B. ĩ pugna cretica, & in priuatione cibi.
k B. & eorũ cõpressione.
l B. declinationis febris, & ante uehementiã eius si adest ei illud. Et quandoque oportet in principio ægritudinis apponere uentosas super chahel, i. inter spatulas.
† spatulæ.
m B. cum ultima subtiliatione cibi.
n B. secaniabin zuccarino.
† pisis.
o B. asfidbagie.
† iure pulli.
p B. magni apostematis.
q B. egrediũtur ex capite.
r B. festina ad clysteria festinatione uehementi.
s B. Alia litera. liquiritiæ.
t B. similis.
† subet.
u B. sysimbriũ, & faudenegi.
x † B. uehementer.
y B. uolueris.
z † B. frigido.

& sit ipsorum vomitus facilis, & humectat eos. Et quum nõ mingunt propter defectum intellectus, & debilitate sensus, inunge eorum uesicas cum oleo tepido, & melius est oleum de oliuis, Aut embrocha ipsos cum aqua calida, & aqua, in qua cocta sit chamæmilla, deinde super eas comprime, donec urina prouocetur. Et sis solicitus cum hoc ex eis omni hora: & comprime uesicas eorum in omni hora s[illegible]rans in ipso vrinam prouocari. Si autem il[illegible] [illegible] non respondet, administra embrochas secundum quòd dictum est. Et oportet, ut stringas eos, ligando, si inueneris eos multiplicare permutationem, & agitationẽ, & læduntur ab eis vehementer, & propriè quũ phlebotomas eos, & scissura nondum est consolidata. Amplius, quum procedũt in declinatione, & exitu a fortitudine ægritudinis [a] [plurimum,] reges eos regimine conualescentium, & adhibe eis [b] [restaurantia leuia.] Et aliena ipsos ab aeribus, & ventis malis, & calidis, & [c] [canicularibus diebus,] & sole, ut non incurrant recidiuam. Quũ uis autem eos balneare, balnea ipsos in aquis [d] [sapidis,] balneationibus lenibus, ut facias eos dormire: nam in dormitione eorum consistit iuuamentum plurimum. Et ciba eos carnibus leuibus. Et hic quidem est sermo uniuersalis in cura ipsorum. Eius uerò, quod diuersificatur, aliud est cholericum, aliud sanguineum. Cholericum enim indiget in sui cura eductione choleræ cum solutione plurima, & phlebotomia minore. Et sit quod soluendo educit choleram ex eo, potus ex lubricantibus subtilibus prædictis [e] [expurgantibus] sanguinem: & tibi inest vt ponas in eis fumumterræ, si sciueris, q natura obediẽs sit secundum omnem dispositionem. Et quandoque ponunt in eis scãmoneam, quum confidunt de obedientia naturę secundum consuetudinem ægri. & cholericus, quum phlebotomatur, non consequatur propinquitatem syncopis. Sed phlebotometur phlebotomia [f] [bona] cum cautela inde habita, deinde solutione euacuetur. Et etiam conueniens est ut ponas [g] [cibos eius frigidos & humidos.] Cibi autem sanguinei sint frigidi, & pertransit, ut sint styptici, quando facta est euacuatio ex solutione, et clysteribus. Et cibi sint sicut, qui fiunt cum agresta, & ribes, & granatis, et cydonijs, et pomis: Cholerico autem non conueniunt isti, sed qui sunt, sicut qui fiũt ex cucurbita, et [h] [alchelketi].i. facto ex hordeo excorticato, et qui fiunt ex spinachijs, et a triplicibus, et [i] [almuiati, et est qui fit ex almes, et similibus illis, et eorum acetositas fit ex aceto, et zuccaro: aut ex prunis, et quæ sunt illis similia. Et scias, quòd cholericus indiget extinctione plus, et sanguineus resolutione plus, et in cholerico non timetur [k] [omnis cautela infrigidationis,] quæ timetur in sanguineo, et nõ alienetur aqua frigida [l] [omnino,] et oportet ut plurimum sis solicitus in somno ipsorũ et illud erit sicut embrochæ humectantes, et cũ administratione oleorum, sicut olei lactucæ, et cucurbitæ, et quæ ipsis similantur, faciendo caputpurgiũ. Et in cholerica, quæ est adusta, multiplicetur studium cum humectantibus et cum administratione enematum infrigidantium, et humectantium in eis, quantum possibile est.

a B. plurimo exitu.
b B. alargiuuat. leues.
c B ab aere, seu uento uehemẽter calido.
d B. dulcibus.
e B. Alia litera. extinguentibus
f B. cõueniẽti.
g B. Alia litera. medicinas eius frigidas & humidas.
h B. alcheschie.
i B. almeg c.
k B ex infrigidatione totali illo timore.
l B. illa alienatione.

ANNOTATIONES.

1 De phrenitidis curatione, habes ex Gal. aliqua 13. meth. & Paulo lib. 3. & Celso lib. 3. multa & ex Hipp. libris, qui de morbis inscribuntur. Dubitari autem potest, an iure in phreniticis ex biliosa præsertim materia sanguis mittatur. Nanque si alij a sanguine humores redundent, præcipuè bilis; nõ eo casu cõstat a sanguinis detractione esse abstinendum, q bilis non exuberat: & hanc euacuato sanguine, a quo coercetur, furere posse manifestum est. Unde & Rasis in diuision. in hoc affectu sanguinem non mittit, quod & Mesue facit. ac si etiam solus sanguis affluat, Asclepiadis sententia fuit perinde esse his sanguinem mitti, ac si trucidarentur. Nec videtur Hipp. vsquam locorum vbi de phrenitide agit, sanguinis vsus detractione. Contra tamen Gal. 13. venam ait ab initio statim esse incidendam, quod & Paul. & Celsus. quibus hic author assentitur. Cæterum, si vires ægri patiantur (vt iam citati authores docent) secanda est prorsus vena, etiam si sanguis non redundat (quamuis affluente bile non negarim parcius esse agendum ne furat, vt obijcitur) studendum nempè omni ingenio est, ne quæ cæpit inflammatio, absoluatur. reuellendaq; fluens, & concitata materia est, non solum venæ sectione, sed apertione hæmorrhoidarum, scarificatione dorsi, cucurbitis, uesicatorijs (ut dicunt) lotionibus genuum dolorosis, & uinculis, & clysteribus, atque alijs uniuersim præsidijs, quibus reuellendi uim inesse putamus. Neque Rasis aut Mesuei obstare authoritas debet, qui & si uenæ sectionem non præcipiunt, eam tamen non prohibent; sed tanquàm notum & in fluxione omni calida necessarium remedium non repetunt: quod facit & Hipp. Asclepiadis uerò authoritas a Celso loco allegato confutatur. Quo fit ut de uenæ sectione in phrenitide nullo pacto sit ambigendum.

Cap. 21.
cap. 19.
Cap. 21.
Cap. 6. Cap. 19

2 Et postquàm phlebotomaueris &c. A sanguinis missione clystere parat, quod facere uidetur Hippocrates 4. de rat. uict. in ac. At huius contrarium & usus quotidianus obseruat, & Paulus præcipit lib. 3. aluum molli clystere ante uenæ sectionem subducendam esse præcipiens, si intestina excrementis redundent: ne uenæ putridam aliquam excrementorum colluuiem ab intestinis attrahant. Uerùm, ut Paulus pręcipit, si ex crementis intestina affluunt, clysteri prius uenter est subducendus, deinde secanda uena: at si sponte deiecerit, clysteri opus præterea non est, sectionis gratia. At quòd eius usus secta etiam uena pręcipiatur; alterius rei causa præcipitur: nempe, uel reuellendi, uel aluum expurgandi ab ijs, quę post uenæ sectionem gignuntur, excrementis. Hippocrates ergo in peripneumonia & pleuritide, ascendente ad claiuculam dolore, uenam secat, sicut descendente ad hypochõdria uentrem purgat. At si a uenæ sectione resiccetur aluus, neque sponte deijciat. utendum clysteri ait; non sectionis, uidelicet illius gratia, cui præmitti hoc, non postponi debuerat; sed expurgandæ alui. Ita & Auic. facta uenæ sectione, clystere parat, molle primum, deinceps fortius: non sectionis gratia, sed reuellendi causa: unde & trahendum ait & reuocandam materiam ad inferiora, etiam fricatione pedum, & compressione. Paulus uerò id consuluit, quod mittendi sanguinis gratia est opportunum.

Aphor. 75.
Cap. 40.

De phlegmone accidente ipsi substantię cerebri.

Cap. 4.

Plurimum quidem accidit ex sanguine putrido apostemante cerebrum. Et quandoque separat commissuras et rarificat, [a] [et forsitan caput cum ea disrumpitur et scinditur,] et dolor cũ ipsa fit fortis, et oculi fiũt rubei exeũtes

a B. rete mirabile, & existimatur caput cũ ea disrumpi & scindi.

b B.pomi maxillarum.

tes valde:& [b] [maxillæ] valde rubeſcunt: & quandoque accidit cum ea ſpaſmus: & quandoque accidunt uomitus, & nauſea propter communitatem ſtomachi: & declinatur ad reſupinationem ualde ſecundũ contrariũ cõſuetę reſupinationis,& ſecũdũ diuerſitatẽ ordinis, & eſt ſecundum plurimum pernecans in tertio,ſi autem ipsũ pertranſierit,fiducia habetur. Et ſcias, quòd ęgritudo non eſt uehementer praua:alioquin membrum non toleraret ipſam cum hac eſſentia, & cum hac ſublimitate. Et ipſius quidem cura,eſt cura† phreneſis,& fortior.& confert ei phlebotomia venæ,quę eſt ſub lingua uehementer. Et illud poſt phlebotomiã venæ cõmunis,& uenarum aliarum.

† ſirſen.

† uſacro.

De eryſipila, & † impetigine accidentibus in cerebro. Cap. 5.

a B chuba. † uſacro.

QVandoque etiam accidunt in ipſo cerebro eryſipila & [a] [† impetigo.] Et fit dolor fortis,& inflammatio uehemens.In facie verò quandoque accidit frigus propter occultationem caliditatis,& citrinitas propter illud & propriè in oculis;deinde calefit ſubito,& rubificatur. Veruntamen ſecundum plurimum fit tendens ad citrinitatem,& frigus,& eſt ſiccitas uehemens in ore. Et cum eis non eſt tantum ex ſubeth,quantum accidit in phlegmone: veruntamen accidentia in eis ſunt terribiliora, & febris eſt fortior. Et earum cura eſt cura † phrenitidis ferinæ. Et plurimum eius pernecat in tertio. Si autem non interficit in tertio, euadit. Et pueris quidem quandoque accidit eryſipila in cerebro, & profundantur cũ ipſa ſynciput, & oculi, & minoratur oculus; & deſiccatur totum corpus. Medicentur ergo ex uitello oui cum oleo roſ.infrigidato, & permutato omni hora, & cum expreſſionibus, & herbis humidis,& frigidis ſuper caput, propriè cum cucurbita,& corticibus melonis, & [b] [cucumeris.]

† ſibare.

b B.alcheta.

De ſibare.† Cap. 6.

† .i.ferina phrenitide.

a B. gienun. & ſic ubique inferius intelligatur b B habens dæmonium inquietum iracũdum. Alia litera alienet cũ dæmonio inquieto iracundo.

DIcitur ſibare [a] [dęmonium] ſuperfluum, accidens cum ſirſen calido cholerico, ita ut homo,cum hoc quod habet ſirſen, alienet [b] [propter dæmonium agitatiuum.] & cum Karabito quidem puro fit alienatio, & rationis permiſtio, & non eſt cum ipſo dæmonium: ſi autem eſt dęmonium,eſt ſibare,& eſt etiã quaſi mania compoſita cum karabito:ſicut karabitus eſt quaſi melancholia compoſita cum apoſtemate calido,& febre. Et multoties quidem antecedit in ipſa dæmonium; deinde ſuccedit ei apoſtema,& febris. & non fit ſibare,niſi quum karabitus eſt a cholera rubea pura [c] [&] aduſta. Nam quum ipſa ad cerebrum [d] [impellitur cũ principio ſuæ applicationis,facit prouenire dęmonium,& cum ipſo,aut poſt ipſum prouenit apoſtema, & eſt cauſa ſibare.] In Karabito autem eſt dęmonium accidens ab apoſtemate. Et in ſibare apoſtema, & dæmonium proueniunt ſimul a materia, neque unum eorum eſt cauſa alterius [e] [ex quo aliud inueniatur:] & ſi quandoque fiat unumquodque ipſorum cauſa additionis alterius. Quumque ſibare incipit apparere,uigilię ſunt prolixę, & ſomnus inquietus, & timor eſt in ſomno,& [f] [oſcitatio,] & ſpiritus magnus frequens, & obliuio, & reſponſio non ſimilis interrogationi,& oculi rubeſcunt, & ipſorum agitatio adeſt, & grauitas eſt in eis, & ſunt [g] [quaſi lippi.] Et quandoque eſt in eis ſecundum quod diximus citrinitas, & ſit illic ſenſibilitas extenſionis apud [h] [ſpondyles,] & dolor propter eleuationem vaporis, & fit etiã in eis curſus lachrymarum inuoluntariè ex vno oculo. Deinde quum ſiſtitur ęgritudo,induratur febris, & exaſperatur lingua, & ſiccatur: deinde in poſtremo ipſius quieſcũt motus palpebrarum propter debilitatem, & grauitas motus peruenit uſque ad motum palpebrarum, & remanet ex dæmonio alienatio interciſa, cum defectu ſermonis,& paucitate ipſius, & ſecundum plurimum prouenit colligere uillos,& paleam.Et in pulſu fit augmentum debilitatis, & minorationis,& duritiei propter ſiccitatem.Et quandoque fit ſibare,quæ non eſt [i] [ſimplex] pura: quare ipſorum diſpoſitiones diuerſificãtur in ſermone,& memoria, & motibus, plerũque enim fiunt ordinati,& plerumque inordinati. Et ipſius quidem cura eſt cura ſirſen cholerici cum additione in humectando multa:& oportet ut extremorum ligatio aſſiduetur.

c B. Alia litera. aut.

d B.eſt expulſa, & fecerit accidere dęmoniũ in principio ſui aduentus, uel ſuæ applicationis,& cũ ipſa,aut poſt ipſam acciderit apoſtema tunc fit cauſa ſibare.

e —— B.

f B.ſaltus.

g B. ambo oculi quaſi chidiã.

h B.alchafa.

i B.ſimpliciter.

ANNOTATIONES.

Egit de phrenitide,quam ueram appellauit, membranarum uidelicet cerebri inflammatione: nunc de cerebri ipſius phlegmone uerba facit, Paulum hac in re æmulatus, qui de phrenitide prius,de his poſterius ſcripſit lib. 3. unde & parum ab eo uariat. Addit hic de ſibare, hoc eſt cerebri inflammatione ex aſſata bile,quam Gal. 3. de aff. loc. ferinam maniam appellat.

cap.6.7.8.

cap.7.

De lethargia,quæ eſt † apoſtema cerebri frigidum, cuius interpretatio eſt obliuio. Cap. 7.

† ſirſen.

LEthargia dicitur apoſtema phlegmaticum factum intra craniũ, & eſt ſirſen phlegmaticum. Et plurimum quidem eius fit in meatibus ſubſtantiæ cerebri, abſque uelaminibus, & uentriculis,& ſubſtantia cerebri, quoniã phlegma rarò congregatur,& penetrat in panniculos cerebri propter ipſorum duritiem, neque in ſubſtantiam cerebri propter ipſius uiſcoſitatem,ſicut etiam pleureſis ſecundum plurimum eſt cholerica, & raro fit phlegmatica propter paruitatem penetrationis phlegmatis in ſubſtãtiam † ſifachiam.i.ſifac neruoſum durum:licet ſit poſſibile, ut fiat illud in paucis ambarum. poſſibile eſt enim,ut cadat hoc apoſtema in ſubſtantia cerebri, & in eius uelaminibus. Et hæc quidem ægritudo nominatur nomine ſui accidentis. [a] [Veruntamen lethargia uniuerſaliter] eſt obliuio.Et hanc ægritudinem comitatur obliuio: & propter nomen eius errant in ipſa plures medicorum ignorantes, quòd [b] [intentio] in ipſa eſt ægritudo facta ex apoſtemate frigido:immo exiſtimant, quod hæc ægritudo in ſeipſa ſit obliuio. Et [c] [quod] quidam medici ſunt, qui nominant lethargiam omne apoſtema frigidum in cerebro:ſiue ſit melancholicũ, ſiue

† membrauoſã.

a B.quoniam interpretatio lithargiæ.

b B. Alia litera accidens.

c B.quamuis.

siue phlegmaticum; ueruntamē plures antiquorum phlegmaticum hoc nomine appropriauerunt, & tuum est, vt in ipso nomines utrunque. Et huiusmodi quidem ægritudinis materia propinqua est materia [d] [sadur,] sed est vehementius confirmata. Et hęc ægritudo generatur ab omni, quo generatur humor phlegmaticus, & in quo sunt vaporatio, & putrefactio. Quapropter plurimum generatur a comestione ceparum. Et generatur ex repletione nimia stomachi, & multitudine potus, & multitudine comestionis fructuum.

d B. sedar.

ANNOTATIONES.

De lethargo agit, qui quum soporosus affectus sit, sumitur aliquando angustius, quandoque etiam ad affectus alios extenditur. primo namque prorrhet. coma & carum lethargicas affectiones uocat Gal. sicuti & coma ad cataphoram alibi ad lethargum, ac soporosos omnes affectus transfert; ab antiquorum authorum usu non discedens, quibus hæ uoces pauco discrimine idem fere significabant. propriè sōnolenti hi affectus ita distingui uidentur, tum ab alijs, tum a Gal. præsertim 2. in primum prorrhet. quod si aperti, tensique oculi sint, catoche est, & catalepsis, cæteri uerò omnes clausis sunt oculis & dormientib. similes. at hi rursum uel cum febre sunt, fitque lethargus, uel sine febre, et est coma, seu cataphora, & carus. Sanè quod ad lethargum pertinet Gal. 13. meth. hunc contrariam esse phrenitidi speciem ait, & primo prorrhet. eundem locum apprehendere testatur, quē phrenitis, quod & Paulus li. 3. Quo fit, ut sicuti phrenitida Gal. Paulus & hic author, ut supra dictū fuit, inflāmationem membranarum cerebri faciunt, ita & lethargus membranarum cerebri tumor dici debeat. hic tamen hoc in loco non in membranis, sed in meatibus, qui inter uentriculos sunt cerebri, præter membranarum & substantiæ cerebri offensam statuit, ut constare neque hic neque alij sibi uideantur, de huius affectus loco. Cæterum, pituita difficile admodum & in membranas cerebri, quę duræ sunt, & in ipsam cerebri substantiam ob sui uisciditatem & crassitudinem admittitur, ut hic ait; est tamē affectus phrenitidi quo ad actiones læsas & symptomata cætera non ex toto quidem, sed (ait Gal. 13. meth.) quodam modo contrarius. ac licet non eandem planè in capite particulam apprehendat, idem tamen offendit membrum, cerebrum ipsum, pro quare pete etiam Gal. lib. 3. de aff. loc. At uerò, quæ in hoc affectu actiones lædantur, controuersia esse uidetur. Namque quum hic ex soporum genere sit, (est enim uigilandi impotentia) ad sensum communem pertinere certum est. Gal. tamen lib. de sympt. diff. imaginatricis symptoma esse ait. Itē, quum lædatur & memorandi, & cogitandi actio, ut 2. de aff. loc. patet, ad memoratricem & cogitatricem iure uidetur esse referendus. Constat præterea torpescere in hoc affectu sensus ac motum, quo fit ut non ad imaginatricem solū, sed potius ac uerius, ad alias animales potentias referri lethargus videatur. Ceterum deprauari lædique animales omnes in lethargo actiones, magis est conspicuum, quam ut plurib. docere oporteat. ita ut ad imaginatricis, cogitatricis, memoratricis, sensitricis communis, & particularis, & motricis symptomata, non iniuria referatur. id tamen quod in hoc affectu conspicuum est præ cæteris, & primo loco se offert animaduertendum, uigilandi est impotentia, ad quam statim cęterarum actionum (quæ uidelicet per uigilias, non per somnum rectè obeuntur) potentia succumbit. Quamobrē iudicio nostro, & si ad actiones omnes, uti diximus, animales, referri lethargus potest: magis tamen ad sensitricem cōmunem quam ad cæteras. Neque uerò Gal. contrarium sentit. & si enim lib. de sympt. diff. in comate & lethargo uelu ti deficientem, & imbecillam imaginationis actionem fieri scribit, is tamen in imaginatricis symptomata lethargum absolute non statuit relegandum, tanquam ad proprium genus. sed exēplum affert, quo lædi imaginationem ostendat. Verum de huius mali causis, sede, differentia ab alijs somnolentis affectibus, uide quæ Gal. scribit lib. de aff. loc. 4.

cap. 9. cap. 5. cap. 3. cap. 3. Cap. 2.

De signis eius. Cap. 8.

SVnt soda leuis, & febris lēta: necessaria enim est febris in omni apostemate facto ab humore putrefacto. Et propter hoc separatur a † caro: ueruntamen ipsa est lenta, quoniam materia est phlegmatica. Et hæc quidem febris quandoque non sentitur cum ea, & fit cū ea † carus grauis. Sicut. n. habens eam, aperit oculum; sic claudit, & fit cum ea obliuio, & [a] [spiritus] est rarus, & tardus, valde debilis. [b] [Et fit quasi cū strictura spiritus parumper] & cum sputo, & multa oscitatione, & apertione oris, & ipsius clausione: & quandoque remanet eius os post oscitationem apertum propter obliuionem, quod oporteat eum ipsum claudere, [c] [& propter pigritiam ab ea, & si velit ipsum claudere, & adest ei singultus propter communitatem stomachi: & albedo in lingua, & pigritia in responsione, & in motu palpebrarum, & commistio intellectus. Et egestio secundum plurimum est humida: & si siccatur, siccatur leuiter, & temperate, & urina est, sicut urina asinorū. Et quandoque accidit ei tremor, & sudor extremitatū. Et sunt cum diuersitate habentiū † phrenitim. Ipsi. n. in lectis suis [d] [præcipitati iacent:] † phrenitim verò habentes [e] [eleuantur,] & pulsus ipsorum sunt [f] [magni multū,] rari, tardi, [g] [tremuli,] vndosi, similes pulsibus peripneumonicorum, veruntamen sunt minoris latitudinis, & longitudinis, & tardiores & fortius rari, & minoris diuersitatis, quoniam nocumentum cordis ab ea factum, est minus. Et cadit in pulsu eius cadens in medio plus; quoniā virtus vitalis in ipsa est sanior, & febris cum ea est minor propter lōgitudinem ipsius a corde. Sed eius [h] [obliuio] est maior, quoniam materia hæc est in ipso cerebro, & in peripneumonia eleuatur ex apostemate pulmonis: quòd si melancholicum dicatur lethargia, tunc eius signa sunt, quòd dolor fit fortior, & fiunt cum ea rixa, & alienatio, & oculi sunt aperti intuentes in uno loco. Et quum lethargia est in substantia cerebri, † sopor est fortior, & difficultas motuum est maior, & albedo linguæ est in ipsa valde vehemens, & oculi ad exitum tendūt, & difficultas motus, & dolor ad lassitatem tendunt. Sic autem est in velaminibus, dolor est fortior, & motus sunt leuiores. Et accidit in eis multoties retētio vrinę propter obliuionem, & propter debilitatem lacerti vrinalis. Ex signis autem incessus hominis ad lethargiam, est multitudo tremoris capitis cum pigritia, & grauitate. Quumq; fortiora fiunt accidētia lethargiæ, & multiplicatur sudor valde, est tunc perimens, propterea q sudor deijcit virtutem. Et quum [i] [spiritus] dilatatur, & fit bonus, & declinant accidentia, tunc tendit ad salutem, & propriè si apparent apostemata post aurem; plurimum enim crisis eius fit per eam.

† subeth. † subeth. a B. anhelitus. b B. quasi ipse anhelitus sit cū strictura pauca. c B. Alia litera. aut. † Karabitum. d B. descendit. † karabitum. e B. ascendunt. f — B. g B. uermicula- res. h B. Alia litera. subeth. † subeth. i B. anhelitus

De cura. *Cap.* 9.

SI non fuerit, quod prohibeat, phlebotometur prius: deinde administra eis clysteria acuta: & attrahatur materia ad inferiora. Et fac eum vomere cum penna sinapi, & melle illinita. Et fac eum quiescere in domo luminosa. Et prohibe ipsum, ne in † soporem profundetur, assidue excitando ipsum. Et in principio rei repelle materiam cum oleo ros. & aceto. Deinde post duos dies a principio sui, misceatur eis castoreum, & sit acetum squilliticum. & non potes aqua frigida ipsum, nisi parũper, & in principio propriè: & apud statum eius, & propriè in fine sui, a [&] prohibe illud: deinde inunge corpus eius oleo, & nitro, & semine vrticæ, & laureolæ, & pipere, & pyrethro, & similibus: & administra embrochas fortis resolutionis, & odoramenta, & sternutamenta, & gargarismata subtiliatiua, in quibus sunt † thymus hyssopus, & calamenthum, & origanum. Et gargarismata cum melle, & squilla, & reliquis, quę sciuisti in canone. Et quum squillam super caput eius administras, proprie humidam: valde ea iuuatur: & administra etiam reliqua rubificãtia super caput: & linimentum fac ex sinapi. Et frica extremitates eius, & comprime eas donec rubescant, & doleant: quoniam est magni iuuamenti, & fiat illud assidue. Quum autem in † carum profundi fiunt, extende capillos ipsorum, & euelle quosdam eorum; & pone etiam apud nucham ventosas multas cum igne absque incisione: & forte incisio tibi necessaria est, quũ est necessitas euacuationis sanguinis. Et quum nutris, nutri eos cum aliquib. quę sint sicut aqua lupinorum, & aqua ciceris cum b [hordeo fracto.] Quumque eos cibaueris, comprime extrema ipsorum aliquibus horis, vt vapor ad superiora non trahatur. Quòd si tibi necessarium fuerit propter ægritudinis longitudinem, vt potes ipsum solutiuo, & propriè quando cum ipso apparet tremor; pota ipsum duabus tertijs aurei ex castoreo cũ pauca scammonea, quæ sit minus pondere vnius danich. Et si timetur superfluitas febris, aliena scammoneam, & sis contentus castoreo, & per mutatione complexionis absque euacuatione. Et melior euacuationum illa est, quæ fit cum clysteri. Si autem alia fuerint tibi necessaria, da ei ad potandum hieræ pieræ pondus. ʒ. vnius cum quarta. ʒ. vnius de pulpa coloquintidę, & c [tribus ʒ. myrobalanorum, & danich vno masticis, si febris non est vehementis caloris, & confidis quòd soluat, quòd si non confidis, propter illud, fac ei suppositoria, aut collyria, vt duæ causæ ad illud faciendum se iuuent: deinde excita ipsum, & pręcipe ei, vt permutetur ad egerendum. Et quum ei accidit obliuio vrinę & stercoris, embrocha vtraque emunctoria, & ventrem cum aquis, in quibus cocta sint chamæmilla, & melilotum, & viola, & radices d [lilij:] & comprime vesicam, vt vrinam emittat. Deinde quũ finitur ægritudo, administra e [restauratiua, & fac eum tolerare terminum exercitij parui,] & adhibe ei regimen conualescentium.

† subeth.

a —— B.

† hasce.

† subeth.

b B. chisch hordei. Alia litera. & aqua chisch hordei.

c B. Alia litera. & tertia parte ʒ. j.

d B. Alia litera. liquiritiæ.

e B. alaragiha, & pcipe ei exercitium paruum. Alia litera. alaragiha, & administra onera primo, deinde exercitium paruũ. Alia litera ægritudo pertransierit statũ administra alaragiha.

ANNOTATIONES.

De huius affectus curatione habes ex Galen. 13. meth. ex Paulo lib. 3. & Celso lib. 3. necnon ex Hipp. lib. primo. de morbis quædam. Sed hic dubitatione dignum est, quòd hic author in lethargicis uenę sectionem statim aggreditur, quum tamen peccans materia frigida sit & crassa, ac uiscida, quæ uenæ sectione tolli neque potest neque debet. Verùm desumpsit hoc ex Galeno 13. meth. ubi phrenitidi & lethargo communem ait esse curationem sanguinis missionem, quę sanè, & si ratione humoris in cerebrum impacti non conuenit, imminuendę tamen copiæ gratia, quę in his præsertim est affectibus, & ipsa admittitur. Unde & in lib. de sangu. miss. aduersus Erasistratum non in calidis solum: sed etiam in frigidis affectibus secari eam posse Galenus testatur.

Cap. 21. cap. 9. cap. 21.

Cap. 21.

Cap. 5.

De aqua intra cranium. *Cap.* 10.

QVoniam quandoque aggregantur humiditates aquosæ intra cranium, & extra ipsum, tunc si fuerint extra cranium, significabit eas, quod propinquè dicemus. Et si sunt intra cranium, & locus earum supra panniculum durum, sentit ęger grauitatem interius, & fit cum ea difficilis clausio oculi, imò non est possibilis, & humectantur oculi valde, & lachrymantur assiduè, & stant aperti intuentes in unum locum, & in cura huiusmodi non est ingenium.

De apostematibus, quę sunt extra cranium, & aqua extra a [caput, & atasiim rosamum. i. inflationibus.] *Cap.* 11.

QVandoque accidunt in velaminib. quæ sunt extra caput, apostemata calida & frigida. Et quandoque accidit, & propriè infantibus, ęgritudo, quæ est † congregatio aquę in capite, & quandoque etiam accidit maioribus. Et hæc quidem ægritudo est humiditates retentæ inter cranium, & cutem b, [&] inter duos panniculos extrinsecos, et c [accidũt inferioratio] in loco illo capitis, & fletus, & vigilię. Infantibus quidem accidit illud secũdum plurimũ, quũ obstetrix errat, et cõprimit caput, et separat ipsum, et aperiuntur orificia venarũ, et currit ad illud, quod est sub cute, sanguis aquosus. Et quandoq; sunt humores alij ab humiditatib. aquosis. Quòd si color cutis est cũ dispositione sua, et cutis est eleuata compressa, expulsa: tunc est aqua in capite: et si color est mutatus, et tactus diuersus, et est ibi fortitudo, et prohibitio ad expellẽdũ, et sentitur mordicatio, et dolor; tunc ibi est apostema extra craniũ. In infantib. aũt et alijs, quũ est aqua in capitib. eorũ, et hoc plurimũ non fit nisi in infantib. tunc oportet, ut cognoscas an sit multa, et an sit expulsa ab exteriorib. ad interiora uiolenter: nã si taliter fuerit, nõ medicatur. Si aũt fuerit pauca, et retenta inter cutẽ et cranium, tunc fac aut scissurã vnã in latitudine: aut si fuerit multa, tunc fac scissuras duas se secantes, aut tres scissuras secãtes se, si fuerit plurima, et euacuetur quod est in ipso: deinde stringe, et liga, et superpone ei uinũ, et oleum vsq; ad tres dies. postea solue ligaturã, et medica cum vnguentis, et licinijs, si eis indigueris, et d † [ ] filo, et pulverizatione, si illud sufficit, et non indiges unguentis. Et si carnis

a B. craneũ, & dehathas infantium, seu puerorum.

† hydrocephalus.

b B. aut.

c B. alchafad i. depressio.

d B. aut cũ sutura facta cum.

nis generatio tardatur: præcipitur vt os leuiter radatur, vt caro nascatur. Si autem aqua fuerit valde pauca, sufficit tibi vt resoluatur humor aquosus ᶜ † [ ] cum emplastris. Quæ autem ex apostematibus extrinsecis sunt calida, & quę frigida: cognosces tactu, & colore, & conuenientia eius, quod ad ipsam peruenit. Et in omnibus quidem sentit æger dolorē comprimentem cranium: & quum tangis, inuenis dolorem. Et cura ipsum medicamine leuiore ex cura † apostematis capitis: ita tamen, quòd tu sis securus in administratione fortioris in ipso. Et ventosæ quidē in ipso conferunt plus minutione. In ᶠ † [inflationibus] autē infantium oportet, vt lactans, aquam potet hordei, aut aquam sauic eius, si infans solutionem habuerit: & infanti detur ad potandum tūc aliquantulum spodij torrefacti, & sem. portulacæ torrefacti. Solutio enim in hac ægritudine est mala. Et lactanti interdicatur ᵍ [balneum,] & ponatur super synciput eius ʰ [viola infrigidata.]

c † B. prohibēs.
† sirsen.
f B. hathas.
† atasijm.
g B althoeme.
h B. Alia litera. oleum uiolatū infrigidatum.

ANNOTATIONES.

De hydrocephalo author introductorij medici meminit, & meminit Celsus lib. 3. sed pulchrè & copiosè Paulus lib. 6. & signa & curationem scribit. ex quo sumpsisse hic videtur.

cap. 18.
cap. 2.
cap 3.

De † subet ashari, quam quidam medicorum nominant suchos, sed non est ipsa, imò suchos est species congelationis. *Cap.* 12.

† cataphora seu coma.

HAec egritudo est ægritudo sirsemiati cōposita ex † apostemate calido & frigido: quoniam apostema est factum ex duobus humoribus simul. s. phlegmate & cholera. Et eius quidem causa est repletio, quam generat gulositas, & multitudo comestionis, & potus & ebrietatis. Et vtrique quidem humores quandoque æquantur, & quādoque vnus ipsorum vincit, & vincunt tunc eius signa. Si ergo phlegmaticus uincit, nominatur † subeth sahari. Et si vincit cholericus, nominatur ᵃ [† sahara] subethia: & quandoque ᵇ [conueniunt] in egritudine vna cum numero, vt vnusquisque eorū impugnet alterum, & quādoque vincet phlegma, & quandoque cholera. Et facit quidē phlegma in ipsa † subeth ᶜ [quandoque,] & grauitatē, & pigritiam, & clausionem oculorum. Et difficile fit eis respondere ad illud, quod quæritur ab eo: Et est ipsius responsio, responsio tardantis, & cogitantis. Et cholera quidem in ipsa efficit ᵈ [inquietudinem,] & alienationem ᵉ [continuam, & palpitationem:] & neque permittit ipsam profundari in † subeth: imò eius subeth, est subeth a quo excitatur, quum excitatur. Et quum phlegma vincit, grauatur subeth, & clauditur palpebra, quum aperitur. Et quando vincit cholera, excitatur, ᶠ [& alienatur, & peruenit] ad motum, & aperit oculum absque palpitatione, & non clauditur: imò ipsius superior extremitas attrahitur, sicut accidit patienti sirsen; & desiderat resupinari, & eius resupinatio est non naturalis, & ᵍ [inflatur ipsius facies] & declinat ad viriditatem, & rubedinem, secundum quòd in dominatione dispositionū eius trahitur palpebra eius ad superiora, & ʰ [clamat.] Et quum aperit oculum suum, est ipsius apertio, sicut apertio habentis † suchos, & congelationem absque palpitatione, quum autem loquuntur, eius sermo non est ordinatus: & strangulatur ab aqua ita, vt plurimum redeat aqua ex naribus eius. Et similiter strangulatur a sorbitionibus, Et hæc quidem signa sunt mala. Et multoties accidit in ipsa retentio vrinæ, & egestionis, & paucitas vtriusque. Et accidit eis strictura spiritus. Et quandoque similatur in pluribus dispositionibus præfocationi matricis. Veruntamen facies in præfocatione matricis est cum dispositione sua, & adsunt reliqua signa præfocationis dicta in capitulo suo: hic autem possibile est, vt in ea aliquid loquendo æger annuntiet, et si pręcipitur, vt intelligat. In ea autem, cuius matrix præfocata est, nō est possibile illud, dum in præfocatione perseuerat. Et hęc quidem ægritudo similis est lethargiæ; sed tamen differt ab ea: quoniam facies non est cū dispositione sua, sicut est in patiente lethargiā, & iterum eis adsunt vigiliæ, & apertio oculorum absq. palpitatione: & febris est in ipsa fortior, & similatur karabito: sed tamen differt ab eo: quoniam subeth in ⁱ [ipsa] est maior, & alienatio minor. Et pulsus quidem eius est velox, et frequens, propter apostema, et permistionem ᵏ [congelatiuam;] quare diuersificatur a pulsu lethargię: et est latus, et breuis propter phlegma et apostema ˡ [suum: quare diuersificatur] a karabito, et ipsius quidem breuitas est propter latitudinem sui. Amplius est fortior pulsu lethargię, et debilior pulsu Karabiti. Et fit pulsus non extensus, rarus valde, spasmosus, sicut fit in præfocatione matricis. Sed virtus in ipsa non remanet, neque egreditur ab ordine omni illo egressu, sicut fit in pręfocatione matricis, imò virtus cadit, et pulsus fit frequens.

† sirsen.
† coma.
a B. shergia.
† coma uigil.
b B. contingit.
c —— B.
† somnolentiā.
d B. uigilias.
e B & intuitū in uno loco cōtinuum
† somnolentiā.
f B. ab eo cū facilitate quū fit excitatio, uel quū ab aliquo excitatur, & alienatio incedit.
g B facies eius & thebegi.
h B. fit oregmi
† Al. sirsen.
i B. ista.
k B. Alia litera. febrilem.
l B. eius diuersum.

De cura. *Cap.* 13.

CVra autem communis est phlebotomia, sicut scis, deinde clysteria, in quorum ᵃ [attractione] et lenitate addas secundum quantitatem, in qua inuenis materiam secundum signa prædicta, ita ut cognoscas an vincat cholera, uel phlegma. Et cibus etiam prohibeatur secundum quòd fit in karabito, et proprie, si eius causa fuerit multitudo cibi. ᵇ [Quapropter quū causa fuerit multitudo cibi,] fac egrum uomere, et purgare stomachum ipsius. Si autem causa eius fuerit ebrietas, non curabitur omnino, donec abscindatur ebrietas, deinde sis contentus humectantibus caput ipsius, deinde ad ultimum curetur eo, quo curatur finis ebrietatis. Et ipsius quidem species communicant in embrochis, et emplastris, et sternutatorijs p̄dictis, et euacuationibus subtilibus cum eo, quod bibitur, et clysterizatur, sicuti scis. Et istę quidem medicinæ in ipsa non sint in termino frigiditatis, quę præcipitur in karabito, neque in termino calefactionis, quę præcipitur in lethargia, sed sint composita ex eis, et uincat in eis illud, quod oportet, secundum quòd apparet,

a B. acuitate.
b —— B.

apparet, quòd aliquis duorum humorum sit magis abundans. Et tibi quidem iã præmissum est in canone totum, quod oportet facere in huiusmodi. Et oportet, vt ponas in embrochis eius, si fuerit cholera superabundans, folia salicis & violas, & radices c [lilij,] & hordeum cũ chamæmilla, & corona regia, & anetho. Et quãdoque da in potu syrupum de papauere, si nõ timetur, d [quod superueniat ei] dominium phlegmatis: & intentio quidem, quare ei in potu tribuitur, est vt dormiat. Quod si vtræque materiæ sint æquales, adde in his e [† thymum & amaracum.] Et si phlegma est superabundans, adde in eis folia lauri, & rutam, & mentastrũ, & hyssopum, & castoreum, & origanum. Et similiter est dispositio in emplastris, & enematibus secundum hunc canonem, & tibi quidem est possibile colligere ea ex antidotario, In fine autem egritudinis, & post quam declinauerit infirmitas, tunc aliena ab eo embrochas frigidas: & sis contentus subtiliatiuis, quæ scis: dein de balnea ipsum, & rege cum regimine conualescentium.

c B. Alia litera, liquiritiæ.

d B. Alia litera. in eo.

e B. scecha & margiangius. † hasce.

ANNOTATIONES.

Affectus medius inter phrenitidem, & lethargum coma seu cataphora Galeno dicitur. fitque redundante tũ bilioso, tum pituitoso humore. ac si biliosus exsuperet, phrenitidis indicia præualent, & coma uigil, seu cataphora non somnolẽta dicitur, si uerò pituita superauerit, lethargi plura & validiora indicia sunt, diciturq; absolutè absq; additione alia, coma, seu cataphora, uel etiam cum adiectione, coma somnolentum, & cataphora somnolenta. Et licèt Paulus lib. 3. quum de phrenitide agit, hoc malum ubi pituitosus humor præualet, ab antiquioribus Gal. medicis catochon dixerit appellari: Galenus tamen catochon & catalepsim ex siccitate fieri, & hos apertis esse oculis ait ob tensionem, quæ siccitatem sequitur, posterioribus cerebri partibus affectis. ut legere est & 4. de aff. loc. & 2. aphorism. & 2. in primum prorrhet. quum alioqui coma seu cataphora occlusis semper sit oculis, lib. de comate, & alibi. hos autẽ affectus inuicem distinguit lib. de puls. ad introd. & 4. de cau. puls. De huius notis & curatione, adi Paulum lib. 3.

cap. 6.

cap. 2. Com. 3. Com. 56. Cap. 2.

cap. 11. cap. 15. cap. 9.

De plaga & incisione cutis capitis, & quę taliter currunt. Cap. 14.

SEparatio eueniens in capite, aut est in cute, & carne a, [aut in osse, aut manifesta: aut in simaci, aut ita quòd ossa inde extrahenda sunt, aut simac: ex simac est alfuturati; & est ut exuberet velamen ad exteriora, & apostemetur, & impinguetur: & fiat sicut futurati: & ex eis est, quæ fit in dura matre, & in seruatiua,] & in eis est timor. Et in vulneribus quidem peruenientibus ad panniculum cerebri accidit lassitas in latere vulnerum, & spasmus in opposito eius. Et quum incisio non peruenit ad ventres, sed ad terminum velaminis subtilis. est magis incolumis. Quum verò peruenit ad cerebrum, apparet febris, & vomitus choleræ, & non est ex eis, quæ sanatur, nisi raro. Et propinquior ad incolumitatem quidem b [incisio est, quæ cadit ad futurati duorum ventrium anteriorũ,] quum enim citò succurris ei, continuatur. Illæ verò, quę in duobus ventribus posterioribus fiunt, sunt prauiores, & ea, quæ fit in medio, prauior est ea, quæ fit in posteriore, & remotior vt redeat ad dispositionem naturalem, nisi sit ualde parua. c [Et principium quidem consistit in emplastris] & erit eius rectificatio velociter. In cura verò d [consistit principium] ad prohibendum apostema cum eo, quod tolerat dispositio. Distinctionem verò medicaminis vulneris plagatiui, quod est in cute, & carne, dicemus vbi vlcerum rememorabimur in libro iiij. & dicemus curam fracturę, quæ est ex eis in capitulo fracturæ, & restaurationis. Et medici in fractura cranij, in qua extrahenda sunt ossa, habent duas intentiones: intentio enim quorundam est, ut declinent ad medicinas sedatiuas, quæ dolorem vehemẽter quiescere faciũt: & intentio est aliorum, quibus videtur, ꝙ administrandę sunt medicinæ vehementis desiccationis, & administrant post incisionem fracti, & eradicationem secti, & extractionem fracturæ eius, medicinas attractiuas in unguentis, & alijs, supra locum, supra ipsum exterius existente epithemate ex aceto & melle. Et hoc modo per manus horum posteriorum peruenit maior incolumitas, quam per manus priorum, & illud quidem non est mirum: Galen. enim dixit, quòd complexio ossis, & panniculi est sicca.

a B. aut est semacha, aut est ĩ osse, & est aut mudaha, aut est hesame, aut menachele, & ex menachele, est alchathara, q est quũ egreditur ad exteriora uelamen, & apostematur, & fit sicut alchathara, & ex ea est alame, & al giaite. Alia litera aut in osse est, & est aut mudaha, aut est hesime, aut menachele, aut est semach quædam est alfatara. i. fungalis, & est ut exueret uel ingrediatur uelamen extra craneum, & apostemetur, & impinguetur, & fiat sicut fungus, & ex ea est, q fit in dura matre, uel pia matre.

b B. separatio continui dicta fungalis est illa, quæ cadit in anterioribus duobus cerebri uẽtribus.

c B. & fit festinatio ad continuitatem, uel aggregationem eius.

d B. eius fit festinatio.

ANNOTATIONES.

De fracturæ capitis signis, & curatione pulchrè Paulus lib. 6. & copiose egit & Hippoc. absolutissimè libr. de uulner. capitis, & Celsus quoque lib. 8. ut opus non sit fusius hac de re admonere. locum dum taxat de fungo, qui in capitis uulneribus quandoque oritur, notabis. apud Galenum 1. de aff. loc.

cap. 90. cap. 4.

cap. 1.

TRACTATVS IIII.

De ęgritudinibus capitis, & plurimo nocumento ipsius in operationibus sensus, & motus.

De subeth, & somno. † Cap. 1.

† i. cato-

DIcitur subeth somnus superfluus, & grauis non tamen omnis superfluus, & grauis, sed ille cuius grauitas est in a [materia,] & qualitate simul: ita ut ipsius spatium sit prolixius, & eius b [eleuatio fortior, & debilitetur] excitatio ipsius ab eo. c [Si autem excitatur, tunc somnus eius] est naturalis in quantitate, & qualitate sua. Et eius quidem alius est grauis, & alius est subeth profundus. Somnus autem uniuersaliter est reditus spiritus animalis ab instrumẽtis sensuum, & motuum ad principium, cum quo priuantur ipsorum instrumenta d [ab exitu operationis in ipsis:] nisi quę necessaria sũt ad hoc, ut uita permaneat: & illã sunt, sicut instrumenta e [spiritus.] Et somnus quidem naturalis absolutè est, cuius reditus est cum profundatione spiritus uitalis ad interiora, ut digeratur cibus, quem in ipso sequitur spiritus animalis, sicut fit in motibus corporum subtilium, permistorum, propter necessitatem uacuitatis, & qui est etiam propter quietem eius

a B. Alia litera. tempore.

b B. forma, seu eius qualitas fit fortior, quare difficilis fit.

c B. quãuis excitetur, somnus enim quidam.

d B. a spiritib. in actu. Alia litera. ab exitu in actu.

e B. anhelitus.

t. [&

f, [& vt ſpiritus adiungat ſibi partem eius, quo nutriatur, & ſubſtentetur, & augumentetur] ſubſtantia ipſius, & recipiat reſtaurationẽ eius, quod ex ipſo in vigilijs reſoluitur. Et huic quidem propinquus eſt, qui accidit ei, qui ſanitati vicinus eſt ab ægritudine ſua. Accidit enim ei ſomnus profundus, & ſignificat ſedationem ęgritudinis eius. ipſe tamen in ſanis non ſignificat bonitatem. Et quandoque etiam accidit ſõnus huiuſmodi generis, ei qui euacuatus eſt medicina plurimum: & ſomnus ille confert ei reddens ipſum virtuti ſuę. Et g [plurimum] accidit ſomnus non abſolutè naturalis: & ille quidem eſt reditus, qui fit ad principium propter ſuperfluitatem reſolutionis ſpiritus, & non tolerat eius ſubſtantia dilatationem propter defectũ h [ſui augmenti] ſuper illud, quod ſufficit i [applicationi] cauſa reſolutionis factæ ex motu: profundatur ergo, ſicut fit in diſpoſitione laboris, & exercitij fortis. & illud fit propter euacuationem ſuperfluam accidentem ſpiritui animali. Natura k [igitur fit prompta ad recipiendum, quod eſt in ſubſtantia eius; vt conſequatur ipſa ex nutrimento ſubſtentaculum. [Differentia verò inter ipſum, & illum qui eſt ante ipſum, eſt ſicut differentia inter petitionem cibi à corpore ſano, vt ſit loco reſolutionis naturalis ex eo, & petitionem cibi a corpore debilitato à ſolutione, & fluxu ſanguinis. Primus enim duorum ſomnorum petit reſtaurationem reſolutionum vigiliarum, & eſt res naturalis; & ſecundus petit reſtaurationem reſolutionis laboris, & non eſt naturalis. Et quandoque accidit ſomnus non naturalis abſolutè; & eſt, vt ſit reditus ſpiritus animalis ab inſtrumentis propter cauſam infrigidantem, ſubſtantiæ ſpiritus contrariam, aut extrinſecus, aut ex medicinis infrigidantibus: & inſtrumenta adipiſcuntur frigus l [inconueniens] penetrationi ſpiritus vitalis in eis ſecundum modum ſuum m [renouantem infuſionem ſpiritus in eis adunati,] corrumpens complexionem, qua recipit virtutem animalem, ſcilicet ſpiritus a principio; quare reſiduum redit n [ad profundum pectoris, & fit piger] ad dilatationem propter frigus complexionis: & hoc eſt ſtupor. Et quandoque etiam accidit propter cauſam humectantem inſtrumenta, & perturbantem o [ ] ſubſtantiam ſpiritus, & oppilantem viam eius, & laxantem ſubſtantiam neruorum, & lacertorum p, [& mollificatio] quam ſequitur oppilatio, & cooperimentum, quæ prohibet ſpiritũ penetrare, quoniam ſpiritus ipſius ſubſtantia iam eſt ingroſſata, & perturbata, & quoniam inſtrumenta eius iam ſunt corrupta propter humiditatẽ, & laſſitatem eorum ſimul: & iſte eſt ſomnus ebrietatis. Et accidit, quod eſt huic accidenti proximum, propter q [nimiam ſtomachi repletionem,] & prolixitatem morę cibi in ſtomacho: horum autem ſubeth remouetur vomitu. Et hę duæ cauſæ, quum firmantur, ſunt cauſa, qua plurimum accidit ſubeth. Quandoque etiam aduenatur frigus, & r [iuuat ipſum] humiditas ſimul in cauſis ſõni: veruntamẽ cauſa s [antecedẽs tũc eſt ex frigore,] & iuuat ipſũ humiditas: ſicut aggregãtur in vigilijs caliditas, & ſiccitas: & ẽ cauſa vera ipſa caliditas, quã iuuat ſiccitas. Subeth

f B. & propter aggregationem ſpiritus ad ſeipſum, donec nutriatur, & augmentetur, & addatur.

g B. quãdoque.

h B. additionis.

i B. ad radices.

k B. enim ſollicita eſt & prompta ad retinendũ quod eſt in ſubſtantia eius quouſq. conſequatur ipſa ex cibo reſtaurationem.

l B. contrarians.

m B. & ſtupefacientem partẽ ſpiritũ, qui in eis aduenimt.

n B. profundãſe ex contrario, & fit pigrum.

o †B. ſenſus &.

p B. laxatione et mollificatione.

q B. altochme.

r —— B.

s B. principalis ex eis, tunc eſt frigiditas.

præterea ſunt cauſæ alię, ex quib. eſt uehementia paroxyſmorũ febris, et euẽtus naturæ cum t [eſſentia ſua] ſuper ægritudinem, & ipſius cõprehenſio ſub materia: & ſequitur ipſam ſpiritus animalis, ſicut dictum eſt; & propriè ſi materia febris eſt frigida phlegmatica: & ipſa quidem non u [calefacit,] niſi cum putredine. Et quandoque fit propter malitiam humorum, & vaporum aſcendẽtium ad anterius cerebrũ a ſtomacho, aut pulmone in ægritudinib. ſuis, & reliquis membris. Et quandoque fit ex multitudine vermium & aſcaridum. Et quandoq; fit ex coarctatione cerebri ipſius ſub oſſe cranij, aut lamina eius, aut cortice ipſius, quum cerebro aduenit percuſſio, & vehementior ventrium ad faciendum ſubeth apud inciſionem, eſt vehementior eorum ad faciendum ſubeth apud compreſſionem. Et quandoque fit propter vehementem dolorem percuſſionis euenientis lacertis temporis. Aut ſecundum communitatem lęſionis in ore ſtomachi, aut in matrice, quare contrahitur ex eo cerebrum, & oppilat uias ſpiritus ſenſibilis taliter, quod cũ ea fit difficilis motus ſpiritus ad procedendum. Et quandoque fit propter vehementem debilitatem ſpiritus, & reſolutionem ipſius: quare fit difficilis eius dilatatio. Et quoniam primi ſenſuum, qui priuantur in ſomno, & ſubeth, ſunt viſus, & auditus, oportet tunc: vt ſit impedimẽtum in ſubeth in anteriore cerebro, & propter communitatem x [corruptionis] imaginationis. Nam, ſi y [non eſſet communitas anterioris cerebri,] & non accideret nocumentum, niſi poſteriori parti: non oporteret, vt viſui & auditui proueniret priuatio, neque eſſet ſomnus, imò eſſet deſtructio motus, & tactus ſolummodo: & eſſent ſenſus reliqui cum diſpoſitionib. ſuis, ſicut contingit in ęgritudinibus congelationis, & ſochos, non eſſet nocumentum quod ſubeth affert ſenſui vltra nocumentum, quod infert motui. nam ipſe deſtruit ſenſum omnino, & non penitus deſtruit motum: remanet enim incolumis in anhelitu. Et oportet quidẽ, ne oppilatio proueniens in ſubeth ſit completa, neque cum multa ſpiſſitudine, & ſi non, fiet nocumentum in anhelitu. Omnis autem ſubeth ex complexione pendens eſt propter frigus primo, & propter humiditatem ſecundo. Amplius quandoque fit permutatio ad ſubeth, ſicut ex peripneumonia, & pleureſi, et ſimilibus. Et quidam hominum ſunt, quorum humores dum ſedent z [ſunt fracti, non nocentes: quare cooperit eos] dormitatio, quumque ſe proſternunt, profundatur calor innatus, et feruent, et excitãtur vapores a [cerebri, quare ſomnus nõ ipſum cooperit,] et præcipuè in eo, qui eſt ſiccę complexionis. b [Quum ergo multiplicantur coopertura] ſomni, indicant ægritudines c [et ſicut aqua granatorum, tardat in ſtomacho, quæ retinet vapores, et liberat a vigilijs.] Et nos quidem iam diximus qualiter oportet eſſe formam iacentium ſuper cibum, nunc autem dicemus, quod uſus reſupinationis multoties lædit dorſum, et laxat ipſum, cuius quidem cura eſt uſus ſurgendi plurimus. Ex ſomno prę terea in ſole timetur capiti. Et qui fit in luna, facit poſſidere ſcreatum ſanguinis, qui fit cum raſcatione,

t B. totalitate ſua.

u B calefit.

x B. fit corruptio.

y B. pars anterior cerebri eſſet incolumis, uel ſana.

z B. uel nõ dormiũt, humores ipſorũ ſunt fracti uel ſparſi non nocentes, quare aduenit eis.

a B ad cerebrũ quare nõ aduenit eis ſomnus

b B. Et quando multiplicatur aduentus.

c B. Alia litera. Et dicitur quòd aqua granatorum per hoc ꝙ ipſa tardatur in ſtomacho, et retinet vapores, liberat a uigiliis. Alia litera. Et dicuntur ꝙ

aquā granatorū est ex eis, q̃ tardant in stomacho, & retinēt, quare ipsa liberat a vigilijs.

scatione, propterea quòd luna mouet humores. Et causa quidem sonitus gutturis, est coopertura oris cannę, quare spiritus non egreditur, nisi in voce humiditatis.

ANNOTATIONES.

Egit de tumoribus cerebri hactenus, qui tum ex uno, tū ex pluribus humoribus fiunt. egit & de solutione continui. Nunc cęteros cerebri affectus aggreditur, qui ex intemperie uel nuda vel cum materia, vel ab obstructione fiūt, sensitricemq́ ac motricem præsertim facultatem lædunt. Incipit ergo a subeth, quem affectum graeci κάρον, Latini soporem appellant. Sane carus (etsi nonnunquàm, & coma qui in lethargicis fit affectionibus, & somnum qui ex toto prӕter naturam non est, vt in ebrijs, significat, in primum prorrhet.) affectio est animalium omnium actionum, primò quidem communis sensus, inducitur enim profundus somnus, & inexpugnabilis, simul uerò & particularium sensuum, & principum quoque potentiarum omnium, & motricis, sola respiratione illæsa. ac propterea similis hic affectus est lethargo, & apoplexiæ, ab illis tamen his ferè notis differt, quòd lethargici si interrogentur, oculos aperiūt, ac respondent; hoc vero affectu detenti clausis semper oculis, & palpebris immobilibus sunt. apoplecticis respiratio offenditur, his non offenditur. lethargum item & apoplexiam febris sequitur, carum uerò præcedit. in caro pars cerebri anterior magis afficitur, in apoplexia, & lethargo, & anterior, & posterior, & media. cari & apoplexiæ proxima causa est obstructio, lethargi autem tumor. carus demum affectus alios sequi solet, ut febrium accessiones, cerebri compressiones, coarctata nunc caluaria, nunc membranis, & concidente spiritus animalis robore: at lethargus, & apoplexia propriam habent consistentiam, & sine alijs affectibus fiunt. ac demum soluta apoplexia, resolutio, quā paraplegiam uocant, frequenter succedit, soporem uero, ubi solutus fuerit, bona ualetudo magna ex parte sequi consueuit. Hæc omnia habes ex Ga. de aff. loc. Sed uide & Paulum lib. 3.

Com. 26.
Cap. 2.
Cap. 9.

De signis specierum subeth. Cap. 2.

SI autem subeth sit ex frigore puro extrinsecus, eius signa sunt, vt fiat propter successionem frigoris vehementis aduenientis capiti exterius, aut propter frigus intra corpus: & cerebrum, & non inuenitur in facie inflatio, neque in palpebris, & color tendit ad uiriditatē, & pulsus est extēsus, tendens ad duritiem cum raritate vehementi. Et si subeth fit ex frigore potus alicuius medicinarum narcoticarum, quę sunt opium, & iusquiamus, & radix mandragoræ, & semen mandragoræ, & nux metel, & fungus, & lac in stomacho caseatum, & coriandrū humidum, & semen psyllij a [multum,] significatur signis, quæ dicemus de vnaquaque earū in capitulo de venenis: & vt subeth fiat cum alijs accidentibus pręfocationis, & uiriditatis extremitatum, & frigiditate earum, & apostemate linguæ, & permutatione odoris, & fit pulsus cum casu formicans, debilis, non cum raritate immo frequens, habens frequentiam b [uermiculosi formicantis,] & si fuerit rarus, non erit ei ordo, neque fortitudo, immo redit ex raritate ad spissitudinem, & ex spissitudine ad raritatem. Scias ergo, si aliquod horum in potu datum est, aut ipse per se bibit, & medicetur totū illud cum eo, quod dicemus in capitulo de venenis. Sunt autem quidam, qui dicunt, quòd subeth frigoris puri, est leuior subeth materiei humidæ, sed sermo ille non est vehementer sanus: immo quandoque est fortis valde. Et omnes quidem species subeth factæ ex frigore cerebri in substantia sua, aut propter medicinam ebibitam, sequitur corruptio in cogitatione, & memoria. Quod si subeth fit ex humiditate pura, sunt eius signa, vt non videantur signa sanguinis, neque grauitas phlegmatis. Si autē fiat ex phlegmate, scitur illud ex pręcedenti repletione, & nimia stomachi satietate, & multitudine potus, & lenitate pulsus, & ipsius fluctuatione cum latitudine, & scitur ex profundatione subeth, & grauitate ipsius c † [ ] & inflatione in palpebris, & frigiditate tactus, & regimine præcedente, & ętate, & regione, & reliquis. Ex sanguine uerò factus scitur ex inflatione venarum, quæ dicuntur † guidez, & rubedine oculorum, & maxillarum, & rubedine linguæ, & sensu caliditatis in capite, & similibus illis, quę sciuisti. Et si cum hoc sanguis, & phlegma cōiungantur aggregatione apostematum, videbis signa †. phrenitidis & lethargię d [&] † comatis vigilis. Quòd si causa in ipso fuerint vapores e [pulli] ex corpore in febribus, & propriè apud dolorem pulmonis, & apostema in ipso nominatum peripneumonia, aut uapores stomachi, scies totum suis signis. Nam si est ex stomacho, præcedunt ipsum vertigo, & scotomia, & tinnitus, & phantasiæ: & est leuis apud famem, & augmentatur apud repletionem. Si verò est ex parte pulmonis, & pectoris, præcedunt ipsum dolor grauis, & dolor in partib. pectoris, & strictura spiritus, & tussis, & accidentia pleuresis, & peripneumonię. Et similiter si fuerit ex hepate, pręcedunt ipsum significationes ægritudinis in hepate. Et si est ex matrice præcedunt ipsum ęgritudines matricis, & eius repletio. Qui autem fit ex percussione facta super f [† uerticem capitis] aut super tempus, scitur suis significationibus. Et differentia quidē inter subeth, & apoplexiam, est quòd habenti subeth possibile est intelligere, & excitari, & sunt motus eius leuiores sensib. suis: apoplecticus autem priuatur sensu, & motu. Et omnino differentia inter habentem subeth, & illum g [in quo est malefactio] propter debilitatē cordis, est, quòd pulsus habentis subeth, est fortior & similior pulsibus sanorum: & pulsus habentis syncopim est debilior: & durior. Et syncopis prouenit paulatim cum mutatione coloris redeuntis ad citrinitatem, & ad similitudinem coloris mortuorum, & infrigidantur extrema: in subeth autem non alteratur color faciei, nisi ad illud: quod est bonum: et non exsiccatur h [frustum] faciei: et nasi: neque mutatur a forma dormientium nisi paruo tumore, et inflatione. Et differentia quidem inter habentem subeth, et illam, cuius matrix est præfocata, est; quod possibile est, q̃ habens subeth intelligat, et loquatur, si præcipitur; illa verò cuius matrix est præfocata, intelligit cum difficultate: et non loquitur penitus: et est motus, et propriè motus i [colli] et capitis, et pedum facilior in eo qui habet subeth: et sensus: et apertio pal-

a B. Alia litera. magni.
b B. vermiculosi, & formicularis.
c † B. & albedine coloris in facie, & oculis, & in lingua, & grauitate capitis.
† iugulares.
† Karabiti.
d B. aut.
† halkemal.
† subet asahari.
e B. eleuati.
f B. alheame.
g B. qui est almagasi.
h B. superficies, seu habitudo.
i B. Alia litera. oculi.

palpebrarum facilior in habentibus matricem præfocatam, & eſt præfocatio matricis eueniẽs ſubito, & [k] [indicat poteſtatem ſui & finitur, aut minoratur & ſubeth] extenditur, & fit introitus in ipſo in profundatione gradatim. Et incipit a ſomno graui, niſi cauſa eius ſit frigus ſubito eueniens: aut medicina ebibita. Scias ergo illud.

k B. finitur eius poteſtas, aut ad ſalutem, aut ad morté: ſubeth verò quandoq;

ANNOTATIONES.

1 *Et coriandrum humidum &c. Potes ex hoc loco colligere id quod ſupra de coriandro dicebamus, nempe ipſum non abſolutè ſomnum facere: ſed ubi humidum eſt: ſui nempe frigiditate, dum recens adhuc, atque humidum eſt, ſtupefacere fortaſſe poteſt, quod ſiccum, aceto maceratum, & cum ſaccharo nequaquam facit.*

2 *Et differentia quidem inter ſubeth &c. Differre ait ab apoplexia carum, quòd in hoc affectu intelligere, & excitari ægrotus poteſt, apoplecticus uerò & ſenſu, & motu deſtruitur. At Gal. 4. de aff. loc. caro detentos, neque ſenſus, neque motionis fungi munere aſſerit. contrarium eius quod hic ſtatuit. Soluitur, & qui caro, & qui apoplexia laborant, utroque ſenſu, & motu deſtituuntur; minus tamen qui caro: hos .n. fieri poteſt, quum affectio minor, quàm in attonito ſit morbo, ut aliquid tum intelligant, ſentiant, et moueantur: id tamen adeo imbecilliter, ac diminutè, ut ablata uerius ſit actio, quàm imminuta. ſentiunt ergo & mouentur hi, ſi ad apoplecticos conferras.*

Cap. 2.

De cura ſubeth, & ſomni grauis facti in febribus, Cap. 3.

SVbeth autem, qui accidit ab ęgritudine exiſtente in aliquibus membris, ſemita curę eſt peruenire a [ad membrum illud] cum regimine, vt purgetur, et remoueatur, quòd in ipſo eſt: & confortatio cerebri, ita, vt materiam non recipiat. Et illud quidem, verbi gratia fit cum oleo roſ. & aceto plurimo, ne oleum dormire faciat, & præcipue quum ipſum eſt ſolum; b † [ ] cum expreſſionibus fructuum confortãtium, & poſt illud adhibeãtur embrochæ infrigidatiuæ. Deinde fiat permutatio ad reſolutiua, ſi fuerit in cerebro retentum aliquid: & tu quidem iam ſciuiſti omnia illa in canone. In eo autem qui fit in febribus, & in principio periodorum, oportet vt incipiatur a ligatione extremitatũ, & a motu ſternutationum aſſidue, & odoramento aceti, et vaporis eius, et vnctione capitis cum oleo roſ. et aceto plurimo, aut aqua acreſtę, aut aqua granati, et ſtypticorum. Ille autem, qui fit propter potum narcoticorũ, curetur ſecundum illud narcoticum, et detur ægro ad potandum theriaca ipſius, quod dictu ri ſumus in libro. iiij. Subeth autem facti ex frigore extrinſecus adueniente, cura eſt potus theriacę, et mithridati, et diamuſchi, et embrochetur caput cum aquis, in quibus cocta ſunt ruta, et caſtoreum, et pyrethrum, et unguatur caput cum oleo de ben, et oleo c [de duabus ſpicis cũ caſtoreo, et ſcilla, et oleo muſcellino] et oleo coſtino cum caſtoreo. Et ſimiliter adhibeantur emplaſtra facta ex caſtoreo, et ſcilla, et muſcho. et fiunt caſtorei partes. ij. et ſcillæ pars. j. et muſchi quantitas parua, et odoret muſchum aſſidue: et vtatur eis, quæ dicta ſunt in calefactione complexionis cerebri. ſed d † [ ] cum labore abſque facilitate. In illo autem, qui factus eſt propter dominium ſanguinis, oportet ut incipiatur a phlebotomia cephalicæ, & uentoſis crurium, aut phlebotomia ſaphenæ, & vtatur clyſteri temperato, & ſubtiliatione cibi: & vtatur e [eo quod torrefactum eſt.] Illum autem, qui factus eſt propter dominium humiditatis puræ, quę non eſt cum materia, oportet ut cures cum emplaſtris factis ex caſtoreo, & flore ſquinanthi, & coſto, & nuce cupreſſi, & ſauina, & euphorbio, & pyrethro, & f [deſiccetur] cibus, & alienentur olea, & embrochę, niſi cum cautela. Humectatio enim, quæ eſt in oleis, quãdoque uincit virtutem medicinarum, niſi ſit valde fortis. Et oportet vt adminiſtratio fiat vnctionis capitis, & rubificationis eius, & odorationes muſchi. Et ſi fuerit humiditas cũ materia phlegmatis, oportet vt euacues cum clyſteri forti prius, & ingenietur vt euomat: & plurimum eius, quod ex phlegmate, eſt in ſtomacho, oportet vt euomat cum eo, quod phlegma incidit ex eis, quæ dicemus in loco ſuo, & adminiſtra embrochas digeſtiuas fortes, & caputpurgia, & ſternutatoria, et gargariſmata. et ea, quæ ſciuiſti in canone, ſicut tibi pręterijt. Et ex cura eſt, ut æger audiat, et uideat res quæ g [contriſtant ipſum; triſtitia enim] in huiuſmodi ęgritudinibus, in quibus debilitatur cogitatio, et extinguitur, eſt ex eis, quæ commouent animam, et reducunt eam ad rectitudinem. Et ex medicinis quidẽ uigilare facientibus, eſt h [epithema factum] cum calcãtho, et abſterſio faciei cum aceto: et cõſtrictio extremitatum inferiorum, et adminiſtratio ſternutatoriorum.

a B. illius membri.

b † B. &.

c B. nardino cũ caſtoreo, & oleo de muſco.

d † B. fiat.

e B. aqua cicerum.

f B. alleuietur. Alia litera. alleuietur ſtomachus.

g B. iegam ipſum qm̃ algam.

h B. linire nares.

De a [uigilijs] & ſahara. Cap. 4.

a B. aliechda & alſahara.

VIgilia quidem eſt diſpoſitio aĩalis, quum effunditur ſpiritus animalis ad inſtrumẽta ſenſus, et motus, vt eis vtatur. Sahara vero eſt ſuperfluitas in vigilia, et egreſſus a re naturali. Et eius quidem cauſa complexionalis, eſt caliditas et ſiccitas propter igneitatẽ ſpiritus, b [et mouet] ſemper ad exteriora, et caliditas uehementius eſt faciens ſahara, et c [anterius faciens.] Et ſahara quidem quandoque fit ex nitroſitate humiditatis d [occultatæ] in cerebro, aut propter dolorem, & cogitationes communes. et eſt ſahara, cuius cauſa eſt lumen, et loci illuminatio, quum peruenit in huiuſmodi aliq̃s præparatus ſahare. Et eſt ſahara, quæ eſt propter malitiam digeſtionis, et multitudinem repletionis. Et eſt ſahara, quę fit cauſa eius, quod inflat, et e [commouet] humores, et ſomnia, et timorem in ſomno, ſicut fabę, et ſimilia. Et eſt ſahara, quę fit in febribus propter eleuationem vaporum ſiccorum mordicatiuorum ad cerebrum. f [Et dolor quidem, qui decrepitis accidit ex ſahara, eſt propter nitroſitatem] humorum eorum, et ſalſedinem ipſorum, et ſiccitatẽ ſubſtantiæ cerebri eorum. Et eſt ſahara, quę fit cauſa apoſtematis melancholici: aut canceroſi in partibus cerebri. Et dicitur quòd ille, in quo ſahara fit fortis, deinde accidit ei tuſſis, moritur. Et nos quidem iam diximus in capitulo ſomni, quod oportuit nos dicere.

b B. quare ipſe mouetur.

c B. magis principale efficiens.

d B. profundatæ

e B. perturbat.

f B. & propter dolorem, & illa quidẽ ſahara, q̃ accidit decrepitis eſt propter bauacitatem.

De

De signis. Cap. 5.

SIgna igitur eius, quæ fit a ſiccitate pura ſine materia,& non ſociata caliditati, ſunt leuitas capitis,& ſenſuum,& ſiccitas oculorum,& linguę, & narium:& non ſentitur in capite calor neque frigus. Eius verò quæ fit ex caliditate,& ſiccitate ſigna ſunt, inuentio ſignorũ ſiccitatis cum inflammatione, & aduſtione. Et quandoque eſt cum ſiti, & aduſtione in origine oculorum. Et eius quidem: quę fit ex nitroſitate humorum, ſigna ſunt, humectationis inuẽtio in naribus,& lippitudo oculorum,& ſenſibilitas grauitatis paruæ, & velocitas excitationis apud ſomnum cum [a] [ſaltu;] & illud quidem ſignificatur ex regimine præterito,& ætate. Et eius quidem, quæ fit ex illuminatione loci, aut ex cibo ſigna ſunt cauſæ eius. Eius verò quę eſt ex apoſtemate melãcholico ſigna ſunt, ſigna prędicta multoties. Sed eius, quę eſt ex dolore, aut cogitationibus communibus, & febribus acutis, ſigna ſunt eius cauſæ.

a B. oſcitatione.

De cura. Cap. 6.

OPortet quidem, vt habens illam, cuius cauſa eſt ſiccitas, vtatur cibo humido,& balneis temperatis proprie: quòd ſi ipſum balneũ non facit dormire: tunc non eſt temperati corporis,& non bonę complexionis,& neque eſt niſi in poteſtate ſiccitatis, aut poteſtate humorum malorum, quos balneum eleuat. Et oportet, vt deferat cogitationem, & coitum, & laborem,& vtatur quiete, & tranquillitate,& aſſiduitate inunctionis capitis cum oleis humectatiuis prædictis,& emulſione lactis ſuper caput, & embrochis humectantibus prædictis: & attractione in naribus oleorum,& caputpurgijs ipſorum,& deſtillatione eorum in aure,& proprie olei nenupharini: & præcipue faciendo caputpurgium, & fricatione inferiorum pedum. Eius verò, quę cum hoc eſt ex caliditate, regimen eſt cum additione facta in [a] [regimine] harum medicinarum,& adminiſtratio, uerbi gratia raſuræ cucurbitæ,& portulacæ, & mucillaginis pſyllij, & virgæ paſtoris, & ſemperuiuæ,& ſimilium. Et ex huiuſmodi hypnoticis eſt ſonus ſuauis, ſubtilis, cum quo non eſt [b] [hezeze] & fit eius caſus grauis: aut ſi ſit cum † [c] [hezeze] ſit æqualis: & propter illud ſonitus arborum,& aquę, faciunt dormire. Eius uerò, quæ facta eſt ex dolore, regimen eſt ſedatio doloris; & ipſius cura eſt cum eo, quod proprium eſt vnicuique dolori in capitulo ſuo. Facta verò in febribus multoties habenti datur in potu [d] [adeiacur] purum,& facit dormire. Et oportet vt habens eam vtatur ablutione faciei,& embrochis,& unctione temporis, & frõtis cum oleo de papauere, & lactuca:& vt ponatur in ſorbitionibus ipſius ſemen papaueris albi. Et quandoque [e] [ſtupefacit ex] narcotis, quorum deſcriptiones ſunt in antidotario: & troch. de croco prædicti in. c. de ſoda calida, quum diſſoluuntur in expreſſione papaueris, aut aqua roſ. in qua coctum eſt papauer, aut aqua lactucæ,& linitur eo frons: conferunt. Et ex eis quidem, quæ ad illud experta ſunt, eſt ut ſumantur caſſia lignea,& opium,& crocus, & diſſoluantur in oleo roſ. & abſtergantur ex eis nares. Et ſimiliter epithema factum ex corticibus papaueris, & radicibus mandragoræ ſuper vtraque tempora, & etiam odoramenta ex eis. Et qui ſumit ex iſtis quantitatem vnius grani orobi, dormit ſomnum temperatum. Quòd ſi humor ad ipſum aſcendens fuerit groſſus; fiat emplaſtrum fronti eius ex meliloto cum chamęmilla,& [f] † [ſapa.] Et ex eis quidẽ, quæ dormire faciunt febrientes,& alios, eſt ut extremitates habentium † coma ligentur cum ligamine faciente dolorem, & coram ipſis ponatur lampas,& præcipiatur præſentibus, & multiplicent confabulationes, et ſermones, deinde ſoluantur repente, et remoueatur lampas, & præcipiatur ibi exiſtentibus, vt taceant repente, et tunc dormient. In ea autem, quæ facta eſt ex humiditate nitroſa ſalſa propter nitroſitatem, et ſalſedinem, oportet ut acceptio omnis acuti & ſalſi alienetur, et cibetur eam habens piſcibus petroſis, et carnibus ſubtilibus † ſurabeget cum pauco ſale, et euacuetur cum pilulis [g] † [ex fumoterræ,] et aſſidue fiat inunctio capitis, cum oleis ſuauibus tepidis. Quumque hæc ſpecies ſahare accidit in ætate ſenij, eius cura eſt praua. Veruntamen oportet vt eam habens utatur embrocha ex aqua, in qua cocta ſunt hordeum, et chamæmilla, et † matricariæ minoris, et non aliud omni nocte, facit enim bene dormire. Et ſimiliter odorent naribus ſacta ex oleo † matricariæ minoris, aut oleo irino, aut oleo de croco. Et quandoque oportet ut in potu tribuamus habenti ſaharan uirtutis cuius timetur reſolutio † grana ſex, et ſimilia ex opio, ut faciat ipſum dormire. Ei uerò, qui non habet ſaharam, cum huiuſmodi ſuperfluitate, ſufficit ut laboret et exercitetur et balneetur, deinde ante cibum bibat [h] [aliquantulum vini,] et comedat cibum, quoniam dormiet, in hora.

a B. frigiditate.
b B. azhagi.
† grauitas.
c B. azhagi.
† grauitate.
d B. diacodion.
e B. fit vaporatio cum.
f B. mibachtegi.
† robob.
† ſaharam.
† cõdimenti genus.
g B. alſ.biar.
† ſcheba...
† alhacuen.
† alhacuen.
† cerataria.
h B. aliquid quod inducit ſedat.

ANNOTATIONES.

De uigiliarum cauſis, de interna quidem lege Galenum 3. de aff. loc. primo de ſymptom. cauſ. nec non 3. aph. At de externis 3. in tertium de uulg. morb. De curatione uerò, & Galenus 1. ad Glauc. & Paulum libr. 1. & 2.

Cap. 5.
Cap. 8. com. 31.
Comm. 16.
Cap. 14 cap. 8.
Cap. 42.

De læſione [a] *[ſenſus.]* Cap. 7.

SPecies nocumenti [b] [ſenſus] contingentis in operationibus cerebri ſunt [c] [propter duas cauſas,] et cognoſcuntur tribus modis. Quum enim ſenſus hominis eſt incolumis, et imaginatio formarum rerum in ſomno, et uigilijs eſt ſana, deinde ſũt [d] [res] et diſpoſitiones, quas uidet in uigilijs ſuis, aut in ſomno ſuo ex eis, de quib. poſſibile eſt ipſum [e] [proponere,] et remouentur ab eo, et quũ audit eas, et teſtificatur, non remanent apud eũ, tũc læſio illa eſt in memoria, et in poſteriore cerebro. Quòd ſi in hoc nõ eſt impedimentũ, ſed loquitur ea, q̃ nõ ſunt dicẽda, et timet ab eis, a quib. timere nõ oportet, et putat eſſe bonũ ꝙ non dẽt putari bonũ, et ſperat quod non eſt ſperandũ, et inquirit quod

a B. aldhen.
b —— B.
c B. Alia litera. manifeſtè.
d B formæ, ſeu ſpecies.
e B. ſermonem facere.

quod inquirendum non est, & facit quod faciendum non est, & non est potens f [seruare quorum vult recordari :] tunc læsio est in cogitatione,& in parte media cerebri. Si verò ipsius memoria, & ipsius loquela sunt sicut esse debent,& non contingit in ijs, quæ agit,& loquitur aliquid contrarium rectitudini: & imaginatur res sensibiles,& colligit villos, & videt singularia mendosa,& ignes,& aquas, aut reliqua mendosa;aut debiliter imaginatur formas rerũ in somno,& vigilijs, tunc læsio est in imaginatione, & in ventre anteriore cerebri. Et si aggregantur duo ex illis,aut tria; tunc læsio est in duobus ventribus,aut tribus. Et si cogitatio infirmetur, & accidat in eo abbreuiatio propter communitatem læsionis in memoria præcedentis primum:facilius est quam infirmetur cogitatio, & sequatur eam ægritudo memoriæ. Et quodcunque horum est declinans ad diminutionem, tunc ægritudo est ex frigore: & quodcunque est decliue ad permutationem,& agitationem,est ex caliditate. Et quidam existimauerunt,quòd declinatio ad diminutionem est propter diminutionem substantiæ cerebri: & hoc quidem non est longinquum apud me. Causa verò g [eius, aut est in primis] in ipso cerebro,aut est ex membro alio,& quandoque est ab extrinsecis,sicut percussione,aut casu. In curis autem oportet te esse solicitum secundum principia, quæ dixi in canone. Et collige ex tabulis ægritudinum membrorum capitis in libro secundo medicinas ad omnia illa iuuatiuas, quibus in eis uteris, & considerabis quæ ex eis h, [& inde eas considerabis, & alienabis eos a cibis,qui eos lædunt in ipsis.

f B. narrare qd' narrandum est de rebus.

g B. omnium il[lo]rum aut est incipiens.

ANNOTATIONES.

De rectricum facultatum offensis seorsum agit, seruans placitum suum, quod et cæterorum ferè Arabum fuit, quòd singulæ animales facultates singulas seorsum sedes sortitæ sint: quod quidem sensisse uidetur & author libelli de oculis, part. 2. Ex Galeno tamen nusquam id colligere est. Et multum sanè quis referre existimarit curationis gratia, nosse, qua in parte hæc, aut ea facultas collocetur. Verum, quũ neruorum, qui mouendo corpori seruiunt, in occipite ortus sit, sentientium uero in syncipite, res ipsa, applicandi remedij locum demonstrat. Ac ad motricum quippe adiuuandã facultatem, apponenda posteriori parti præsidia, inter omnes constat. in rectricum uero, ac sensitricum potentiarum uitüs Galenus commodissimam eam admouendi auxilij partem putat in syncipite, in qua sutura coronalis est posita. 2. de comp. med. per loc. & alibi.

cap. 2.

De permistione [sensus] & alienatione. *Cap.* 8.

b [PErmistionis uerò sensus et alienationis declaratio, est, enim, quæ fit] propter cerebrum ipsum, est aut ex cholera nigra, aut ex sanguine calido inflammato, aut ex cholera citrina, aut ex cholera rubea, aut ex calore puro, aut ex uapore calido. c [Et illa quidem sunt ex illis,] quæ desiccant, quare cerebrum materia spiritus innati priuatur, per cuius simile possibile est rationi uiam suam seruare. Et facta pp membrũ aliud, aut corpus, est sicut, quæ fit propter stomachũ, aut os eius, aut † hypochõdria, aut propter matricem, aut propter totum corpus, sicut in febribus. Et totum illud est propter qualitatem puram venientem ad ipsum, sicut eleuatur a digitis pedum,& manuum, quando apostemantur,& a membris corruptæ complexionis d [apostematis,] aut propter uaporem calidum choleræ,& phlegmatis iam putridi,& acuti. Et permistio rationis magis incolumis est, quæ est cum risu,& quæ est secundum quietem,& deterior est, quæ est cum agitatione, & rixa, & audacia.

a B. alhachel.
b B. Permixtio uero rationis,& alienatio ẽ, uel connumeratur inter illa. Facta autem.
c B. & illud est ex eis quorũ nocumentum alleniatur in huiusmodi. Aut exsiccitate propter præcessionẽ uigiliarum, aut cogitationis, aut reliquorum.
† mirach.
d B. apostemosis.

De signis. *Cap.* 9.

SCias, ꝙ omnis dolor vehemens, de quo patiens non conqueritur,& in quo non sentit, permistionem,& vrina oleaginca a † [ ] significat in febribus permistionem rationis. Quæ verò fit ex melancholia, est cum tristitia,& æstimatione mala b [aut] cum signis melancholiæ. quorum in capitulo ipsius rememorabimur. Et si melancholia est cholerica, est cum c [lupinositate & audacia.] Et si est melancholia sanguinea, est illic lætitia,& risus cũ exuberatione venarum. Facta autem a cholera citrina, est cum inflammatione,& caliditate,& rixa,& malitia morum,& agitatione vehementi, & imaginatione ignis, & scintillarum,& adustione angulorum oculorum interiorum,& citrinitate coloris, & inflammatione capitis, & extensione cutis frontis,& profundatione oculorum,& saltu ad d [oppositum. Et in illa quidem, quæ fit ex rubea, sunt accidentia ista uehemẽtiora,& magis peruersa. Et huiusmodi quidem generis est permistio e † [ ] quæ fit in febribus,& plurimum fit in pestilentialibus. Cum ea autem, quæ facta est ex caliditate,& siccitate puris, non sunt grauitas, neque signa materierum prędictarum in canone, & in capitulis præcedentibus. Factam autẽ ex phlegmate iam putrefacto,& acuto habentibus accidit, ut eis adsit cum permistione f [seueritas, & ut eleuent supercilia sua manibus suis omni hora,& ut ipsorum capita grauentur, et patiantur † carum propter substantiam frigoris, sicut permiscentur eorum rationes propter accidentia caliditatis. Et isti quidem non separantur ab eo, quod tenent, et plurimum quidem accidit eis, ut existiment se ipsos bestias, et aues. Et uniuersaliter quidem permistio rationis, quum accidit a caliditate sicca, tunc ipsam significant uigiliæ, aut a caliditate humida sanguinis, aut a phlegmate putrefacto, tunc significat ipsum † carum. Illa uerò cuius causa est uapor ascendens ex membro, cognoscitur ex dispositione illius membri dolorosi, si fuerit membrum, aut totius corporis, si fuerit comprehendens, sicut in febribus g [communicantibus.] et cognoscitur an est pura, aut est h [materia, aut uapor.] Et signa quidem omnium illorum prædicta sunt in capitulo de soda.

a † B. quádoq;
b B. &.
c B. moribus al sebaic.
d B. pugnam.
e † B. rationis.
f B. razanc.
† subeth.
† subeth.
g B. comprehẽdentibus seu tecti cõmunibus.
h B. cũ materia aut uapore.

De cura. *Cap.* 10.

CVram autem, quæ melancholię adhibetur dicemus in capitulo melancholiæ. In cura autem permistionis factæ ex sanguine, oportet

tet incipere a phlebotomia;& ab omnibus,quę temperant sanguinem,& ipsum infrigidant,& eius essentiam rectificant. Eius verò,quæ facta est ex citrina,aut rubea,cura est vt incipiatur,& euacuetur,& permutetur complexio, aut corporis totius,aut capitis propriè:& administrētur infrigidationes, & humectationes prædictę in canone:& administrētur emplastra post rasionem capillorum:& si [a] [coarctatur, & fortior fiat,regatur alio regimine.] & ex eis quidem, quæ conueniunt permistioni [b] [sensus cholerę] est ceratum infrigidatiuum ex oleo ros.& aceto syncipiti superpositum [c] [&] oleũ viol.& lac si non fuerit febris:aut oleum ros.& papauer,cum cautela repressionis vaporũ.Quũque vigiliæ adsunt,tunc omnia epithemata nō sunt iuuantia: & quandoque faciunt cum possidere constrictionem [d] [caliditatis:quare] nō facias caputpurgium [e] [& facias]augmentũ in attractione: imò consequenter adhibe clystere lenitiuum.In ea autem, quæ fit propter mēbri communitatem, vtere capitis confortatione, & eius infrigidatione, & attractione ad contrarium, & hoc totum quidem iam scitur ex canonibus præteritis vniuersalib.& particularibus.Quumque cum [f] [caliditate,&] rationis permistione non sunt debilitas,& signa apostematum,oportet vt patiens alapis cędatur uehementer:& quandoque necessaria est percussio, vt ad ipsum ipsius redeat ratio : & quandoque oportet,vt caput eius secundum crucem cauterizetur, si nihil aliud confert. Et ex rebus ipsi conferentibus est, vt fundatur super capita ipsorum decoctio pedum, & capitum, & multoties sanat eos [g] [alsesur,] quum ex eo bibunt,& comedunt ipsum diebus aliquibus, sicut est, aut in aliquo alio fructuum ex dulcibus inter ea, quæ cooperiunt, & faciunt non apparere.

a B. uehementior fiat, & fortificetur, regatur regimine manię.
b B.rationis calidæ.
c B.aut.
d B.vaporũ &.
e B.unde fiat.
f —— B.
g B.alsesera.

[a] [*De stoliditate & amentia.*] *Cap.* 11.

a B. De alrahanne,& alhamech, uel alchameha.

DIfferentia inter permistionem rationis, & inter stoliditatem, & amentiam (quamuis sint duo impedimenta rationis , & sit causa faciens contingere vtrasq; simul cadens in ventre medio cerebri) est,quòd permistio [b] [sensus] est lęsio in operationibus cogitationis secundum mutationem:Stoliditas uerò, & amētia sunt læsio secũdum diminutionem, aut destructionem , & dispositio similis [c] [fatuitati, & phantasiæ.] Et tu quidem iam sciuisti, quòd species [d] [operationum] sunt tres.Huiusmodi autem ægritudinis causæ aut sunt frigiditas pura,aut cum siccitate,comprehendens super vētrem medium cerebri in longitudine dierum & spatij:aut frigiditas cum [e] [aliquo phlegmatico]in uacuitatibus uasorum cerebri.Et causa [f] [in hoc non est nocumentum ex frigiditate, & non ex caliditate,nisi] quoniam hoc nocumentum est destructio , & diminutio . quoniā caliditas est faciens cogitationem,quę est unus ex motibus spiritus,quo mouetur ab anteriore parte cerebri usque ad eius postremam & e cōtrario.Et [g] [caliditatē quidem eleuat motus ,] & iuuat ipsam. Et congelatio prohibet ipsum. Quapropter posita est complexio huiusmodi parti cerebri decliuis ad caliditatem , & posita est in medio , ut sit ei reditus ab imaginatione ad memoriam . Et tu quidem iam sciuisti imaginationem,& memoriā in loco suo . Hæc aũt ægritudo curatur calefactione cerebri,& humectatione ipsius ,si fuerit cum siccitate. aut resolutione eius,q̃ est in ipso,& euacuationib.cum medicinis magnis,& uomitu facto cũ oxymelle squillitico, [h] [aut] semine raphani,si fiunt a materia.Et oportet ut ex illo perueniatur ad excitandum cor cum medicinis sibi propriis , sicut diamuschũ,& mithridatum,& [i] [† tryphera,] & his similia. Et non oportet,ut prolongemus sermonem in hoc capitulo,iam.n.sciuisti modum similem huius regiminis in canonib. in eo quod præteriit. Et oportet quidem,ut hospitium eius domus luminosum sit.& uniuersaliter quidem uigiliæ,& sahara, & subtiliatio cibi,& paucitas ipsius,& declinatio ad complexionem licciorem , & subtiliationem sanguinis, & ad temperandum ipsum , & [k] [paucitas ipsius & calefactio eius,] ita quòd non sit uehemēs ebullitio,& calefactio,imò sit caliditas subtilis,non feruens. [l] [Hæc.n.ex eis est, quę rectificant sensum , & mundant ipsum .] Et nihil est magis inimicum [m] [sensui,] quam repletio ex cibis & humiditatibus. Et siccitas nocet [n] [sensui non unde est diminutio,sed unde est superfluitas in uelocitate motus, aut unde est paucitas spiritus uehementer, aut eius resolutio cum aliquanto motu .

b B.rationis.
c B.alcharsie,& alsebubie.
d B.nocumentum.
e B. materia phlegmatica .
f B.huius est ex frigiditate,& nō ex caliditate.
g B. caliditas quidem excitat motum.
h B.&.
i B. almeerha. † elinufera.
k B.paucitatem ipsius & calefactionem eius.
l B.est ex eis q̃ rectificant , uel acuunt rationē, seu intellectum, & clarificant ipsum.
m B.rationi.
n B. rationi nō unde est siccitas

De corruptione memoriæ. *Cap.* 12.

IPsa est compar stoliditati, nisi quia est in posteriori cerebro,quoniam est diminutio in aliqua operationum posterioris cerebri,aut destructio in omnibus.Et eius quidem causa prima apud Gale.est frigiditas,aut pura , aut cum siccitate,& non imprimitur in illa simile, aut cum humiditate, & non seruat quod impressũ est in ea. Sed si est cum siccitate , significant ipsam uigiliæ , & insomnietates , et quod seruat res præteritas , et non est potens seruare res momentaneas,et illius horæ . Et si est cum humiditate,significat eam† somnolentia, et quòd preterita penitus non seruat. Et forsitan seruat ea,quę sunt illius horæ,et momentanea,spatio maiore,quam præterita.Et si fuerit illic frigiditas pura,erit stupor et [a] [uertigo.] Et fortasse erit ex siccitate et caliditate,et erit cum ea permistio [b] [sensus .] Et illud quidem est aut in illa parte cerebri ipsius,aut in uentre ipsius , aut in uase eius. Et quandoque fit propter humores , et malitiam complexionis temporum , peruenientem ad cerebrum.Et quidam antiquorum iam dixerunt hoc, et est ex eis, quæ testificata sunt et experta , et obliuio quidem, et corruptio memoriæ,secundum plurimum non accidunt,nisi ex frigiditate,et humiditate. Quandoque tamen fit ab apostematibus cerebri , et propriè frigidis.Et scias,quòd obliuio,quando accidit cum sanitate, nuntiat ęgritudines cerebri [c] [propinquas,] sicut apoplexiam, epilepsiam,et lethargiam .

† subeth.
a B.scotomia.
b B.rationis.
c B.fortes.

De signis. Cap. 13.

a † B. specierũ eius & causarũ ipsius.

OPortet, vt cognoscas illud ex canonibus prædictis, & non iteremus eos in omni hora.

De cura. Cap. 14.

a B. Alia litera. associatur calidi tati, & siccitati.

ILla autem, quę a [separata est a caliditate, & & siccitate] est facilioris curæ. Et huiusmodi quidem cura est cum eo, quod dictum est multoties. In ea verò, quæ facta est a siccitate nuda, oportet ægrum nutriri ex cibis humectantibus temperatis. Et vt administres exercitiũ partium capitis cum fricatione, & compressione facta cum pannis asperis, & motionem manuũ & pedum. Et vniuersaliter exercitiũ, quod non sit forte, sed sit secundum quantitatem, qua fiat fames, & b [prouenia ad augmentum cibi, & quietem, & somnum, & balneum, & calefactionem] cum emplastris calefaciẽtibus notis, quorum rememorationem non iteramus: & cum uentosis super caput absque scarificatione: & cum medicinis rubificantibus: & fortasse necesse erit ut c [plurimum sit posterius, vbi collum iungitur cranio.] Et administrentur aquę, in quibus cocta sint chamæmilla, & melilotum, & pedes caprarum: & ex oleis, oleum de lilio, & narcisso, † & Keiri. Quòd si fuerit a materia habente frigiditatem, & humiditatem, euacua ipsam post digestionem cum eo, quod scis. Et habitet in domo multi luminis. Et incipiatur primum ab euacuantibus, quę sunt faciliora, sicut hiera, & pulpa coloquintidæ, & castoreum. Deinde gradatim procedat ad hieras magnas: postea administretur, si confidis, quòd non est malitia complexionis calidæ, confectionẽ anacardinam: quoniam est fortior in confortatione d [sensus,] sufficienter faciente acquirere seruationem iuuatissimam seruationis: & administrentur reliqua e [digestiua] ex rubificantibus, & gargarismis, & odoramentis etiã, quæ scis. Et nõ festines in desiccatione eius, sed gradatim procede. Et caue ne desiccatio tua consequatur f [finem] humiditatum principalium: & sequatur eam frigiditas complexionis: Illud enim est ex eis, quæ in obliuione augmentum præbent. Et oportet, vt alienent a se ebrietatẽ, & sufflationem ventorum, & repletionem, & alienentur ab ablutione cum aqua penitus, calida quidem, propter illud quod est in ea de mollificatione, & a frigida quidẽ, propterea quòd stupefacit, & nocet spiritui sensus. Quòd si eis accidit repletio, subtilient regimen post ipsã. g [oportet ergo vt alienentur a cibis retentiuis, & grauatiuis, & vaporosis.] Repletio verò ex vino facta nocet valde; sed parum dilatat animam, & confortat spiritum, & facit ipsum bonum, & excusat a multiplicatione aquæ: eius enim multiplicatio est res magis nocens eis; & h [dormitio multa in meridie.] Et vniuersaliter somnus multus nocet multum, & propriè super repletionem plurimam. Superfluitas quoque vigiliarum resoluit spiritum, & debilitat eum. & cum hoc replet cerebrum vaporibus. Et ex eis quidem, quæ experta sunt, est acorus nutritus, & piper longum nutritum, & inuenta sunt manifestè addentia in seruatione. Et medicamen hoc expertum, & eius quidem confectio. Recipe olibani, cyperi, piperis i † [ ] croci, myrrhæ partes æquales commisceantur. Sumatur omni die pondus. ʒ. vnius. Et hoc etiã iam expertum est: piperis partes. ij. cymini tantundem, zuccari albi partes. iij. Et expertum etiam omni in die in ieiuno potare in in ipsa olibani. iij. quartas aurei, & piperis quartam; & iterum cymini partes. v. piperis. i. acori. ij. cyperi. ij. myrobalini. ij. mellis anacardi. i. mellis duplum omnium. Et oportet, vt redeas ad medicinas singulares scriptas in libro secundo; & earum locus est in tabulis ægritudinum capitis. Et oportet, ut sit hospitium huius domus, in qua sit lumen plurimum. Facta verò ab apostematibus cerebri, curatur cum eo, quod dictum est in † phrenesi, & in lethargia, & † comate vigili.

b B. exquiratur uel necessarium sit augmentũ in cibo, & trãquillitas, uel quies, & somnũ & balneum, & calefaciat.

c B. ponantur duo cauteria posterius alchasa.

† ex violis luteis.

d B. rationis.

e B. calefacientia.

f B. cõsumptionem.

g B. Et oportet vt alienet cibos inducentes subeth, & grauatiuos, & stupefactiuos, & uaporosos. Alia litera. Et oportet, vt alienent cibos grossos, & grauatiuos.

h B. ociositas multa.

i † B. albi.

† karabito. † subeth alsahari.

ANNOTATIONES.

Memorię offensam frigiditatis sobolem existimat Galenus siue naturalis sit, siue morbosa. de naturali agit libr. ar. med. de non naturali uerò 3. de loc. aff. Pro huius affectus curatione uide quæ Galenus eo 3. de loc. aff. & quæ Paul. lib. 3.

cap. 4. cap. 11.

De corruptione imaginationis. Cap. 15.

IPsa a [eadem cognoscitur in signis narratis] in aliis capitulis, ueruntamen est in anteriore parte cerebri: & eius corruptio, aut est ut imaginetur quod non est, & videat res, quibus non est inuentio; & illud est propter dominiũ cholerę in anteriore parte cerebri, aut propter dominium malitiæ complexionis calidæ, absque materia; aut ut minuatur imaginatio, & debilitetur ab imaginando res imaginabiles, & neq; uideat uisiones, & somnia nisi parum, & obliuiscatur eorum, & obliuiscatur formarum sensatarum qualiter sunt, & neque imaginetur eas, & eius quidem causa est eadem causa, quæ est diminutionis memoriæ, veruntamen plurimũ corruptionis memorię, non fit nisi a frigiditate & humiditate, & b paucitas ipsius] fit a siccitate, & res hæc est e conuerso c [veruntamẽ] hoc instrumẽtum lene creatum est, vt velociter fiat impressio eius quod imaginatur, & illud durũ ut d [solutio] ipsius difficilis fiat ab eo, quod in ipso est impressum e [ptopter res cadentes] in ipso e contrario; & corruptio quidem f [memorię cadit in duabus dictionibus] sensatorũ, & in corruptione compositionis eorum, g [& corruptio imaginationis cadit, sicut insensatis & formis ipsorum.] Et hoc quidem scitur ex arte alia. Quod aũt magis significatiuum est, ꝙ ægritudo est ex humiditate, aut siccitate, est dispositio somni, & uigiliarũ, & dispositio siccitatis oculorũ, nariũ, & humiditatis eorum, & dispositio coloris lingue, & humiditatis eius, aut siccitatis ipsius. Et quãdo est ægritudo corruptionis imaginationis, nõ ipsius diminutio: tu es sufficiens ad cognoscendum eam ẽt, quãdo est a melancholia, aut cholera, aut cõplexione calida singulari, propter illud quod dictum est, & scitur. Curæ aũt illius sunt, secundum curas, quę sunt in ægritudinib. pręteritis, ueruntamen oportet, ut h [cura] sit in partib. principiorum

a B. quidem est ex causis prædictis, & signa eius sunt signa narrata.

b B. minus.
c B. Nam.

d B. retentio.
e B. res cadat

f B. Alia litera. cogitatiuæ cadit in intentionibus.

g B. Corruptio verò cadit in speciebus, seu speciminibus sensatorũ, & in similitudinib. ipsorum. Alia litera, in intentionibus sensatorum & in propositione cõpositionis eorum. Et corruptio imaginationis cadit in similitudine sensatorũ, & speciebus ipsorum.

h B. curatio.

piorum sensus: & si necessaria est fricatio, aut ventosarum appositio: fiat in anteriore parte cerebri.

De [a] *mania.* *Cap.* 15.

EXpositio maniæ est [b][dæmoniū lupinū :] Canina vero, est species eius existens cum ira permista tripudio [c] [& inquisitione corrupta permista petitioni,] quemadmodum est ex naturis canum. Et scias quòd materia faciens [d] [dæmonium lupinum] est in substantia materiæ facientis melancholiam: quoniam vtreque sunt melancholicæ: veruntamen causa faciens [e] [dæmonium,] est melancholia adusta, facta aut a cholera, aut a melancholia, quæ est deterior: & faciens melancholiam est melancholia naturalis multa, aut adusta: sed facta a phlegmate, aut sanguine dulci, [f] [tamē parum fit a phlegmate adusto, si autem fiat ab ipsa melancholia; tunc plurimum, quum fit melancholia, nō est nisi mania cum sua applicatione] in anteriore parte cerebri, & substantia eius: quoniā ipsius applicatio ad cerebrum, est sicut applicatio materiei † phrenitidis. Et melancholia quidē est cum malitia existimationis, & cogitatione corrupta, & timore, & quiete: & non est in ipsa agitatio vehemens. Mania vero tota est agitatio, & saltus, & inquisitio, [g] [& luposistas,] & aspectus, cui non assimilatur aspectus hominis: imò res, cui magis similis est aspectus [h] [luporum.] Et differt ab vna specie † phrenitidis, cui eam habens in dæmonio assimilatur: quoniam cum hac ægritudine non est febris secundum plurimum, sed Karabitus non euacuatur ab ipsa. Canina autem est species maniæ, in qua est associatio vehemens, & amicitia cum obedientia, & conuenientia simul. Et in ipsa quidem non est credulitas contentionis, quæ est in mania: & est quasi ad sanguineam propinquior. Hæc autem ęgritudo plurimum accidit in autumno propter malitiam humorum. Et quandoq; multiplicatur in vere, & in ęstate. Et est ei excitatio apud flatum septētrionis, propter desiccationem Septentrionis. Et hanc quidem ægritudinem plurimum non resoluunt nisi hæmorrhoides & varices. Et quum accidit successione eius hydropisis, soluit eam cum humiditate sua, proprie, quū eius causa est caliditas hepatis, & ipsius siccitas: & multoties accidit hęc ęgritudo propter communitatem stomachi, quam vomitus sanat.

a † B. dispositione.

b B. gienun alsebhai.

c B. seu ioco cū motiōe manuū corrupta pmista blandimento ad complacendum homini.

d B. gienun alsebhai, aut.

e B. & raro fit ex flegmate adusto gienun, quāuis fiat ex eo melācholia. Et plurimū quidē melancholia nō fit nisi cū pręsentia materiæ melancholicæ ī vasis. Et plurimū mania non est, nisi cū præsentia materiæ.

Alia litera. Et plurimū quidē melancholia nō fit nisi cum præsentia materiæ ī anteriori cerebro.

† Karabiti.

f B. cū manibus seu motio manuū ad aliquid inquirēdum, & actus seu mores similes animalibus alsebhai.

g B. alsebhai.

† Karabiti.

h B. intentio firma ad malū, vel ad pugnā iracūdam. Alia litera. intētio firma ad malum totalis.

ANNOTATIONES.

Mania, de qua hoc loco, eo ab affectu, quem in superioribus nuncupauit sibare, distinguitur, quòd is cum febre est, hic sine febre, a melancholia uerò, ut hic dicit, quod in mania importuni motus, & furores sint, in melancholia non ita. Pro huius affectus notitia uide Galenum 3. de loc. aff.

Cap. 7.

De signis manię uniuersalibus, & specierum eius. *Cap.* 16.

SIgna itaque vniuersalia eius sunt, ꝙ mutatio operationum moralium, & mobilium est mutatio prædicta. Signa vero indicantia ipsam sunt, sicut incubus cum caliditate cerebri: & sicut si repleantur pedes sanguine, & fiant rubei; aut coaguletur sanguis in mammilla mulieris. Et significat motus corruptionis sanguinis. Et primum quandoque significat [a] † [ ] quòd facta est causa corruptionis sanguinis in membro, in quo calor innatus non est fortis, regens sanguinem bene: imò corrumpitur in ipso sanguis aliqua corruptionis specie. [b] † [ ] Et quum accidit signum primum in fine manię, forsitan significat ipsius resolutionem significatione varicum. Et multoties accidit mania in ægritudinibus acutis significans crisim: ergo, si reliqua signa eius inuentionem [c] † [ ] attestentur, significat, quòd crisis erit bona. Et quandoque est vehementia manię significans crisim ipsius manię. Et signum quidem factæ ex melancholia adusta a melancholia est, quòd eius [d] [dęmonium, & lupinositas] eius fiunt cum cogitatione, & quiete spatio aliquo, deinde quum mouetur, [e] [& loquitur, incipit ratiocinari] cogitans: postea quum iteratur super eum, non est possibile euadere ex eo, neque facere silere ipsum. Et est extenuatio corporis in ipso vehementior, & color ad nigredinem decliuior, & somnia deteriora: & quandoque vomit aliquid acetosum, ex quo ebullit terra. In ea vero, quæ est ex melācholia cholerica, fiunt permutationes ad contentionem velocius: & quies ab ea velocius, & non recordatur contentionis, & odij, sicut recordatur eius primus, aut minoratur eius quies, & multiplicatur motus ipsius, & rixa, & agitatio eius.

a † B. &.

b † B. nocentis cerebro.

c † B. bonitatis

d B. gienun, & alsebhaie.

e B & alionis eum alloqui ur incipit tacere.

De cura. *Cap.* 17.

SI repletionem vides humorum, phlebotoma. Et si vides dominium choleræ in corpore per vrinam, & reliqua signa, euacua cum decoctione epithymi, aut decoctione myrobal. si est cholera melancholica. Et si est melancholia pura, fortasse necesse erit tibi, ut euacues cū epithymi puri pondere [a] [trium ʒ. cum oxymelle,] & pilulis de azulo. Deinde veni ad caput, & euacua, si est ibi repletio sanguinea, aut melancholia sanguinea, ex venis, quæ sunt sub lingua. Et assidua ipsius euacuationem cū his pilulis: quarum confectio. Recipe hierę picræ, epithymi, stæchados omnium trium ana partem j. scammoneæ, myrobal. amborum ana partem mediam, fiant ex ea pilulæ magnæ. Et post uniuersalem euacuationem in noctibus separatis sumatur ex eis quaque nocte pondus. ʒ.ij. Et ex eis, quæ conferunt ad illud, sunt pilulæ istiusmodi: epithymi, polypodij amborum ana. ʒ.v. lapidis armeni, myrobal. kebul. ana. ʒ.j. stęchados. ʒ. x. salis Indi, pulpę coloquintidæ amborum ana. ʒ.iiij. belliri. embli. † thymi, ellebo nigri, omnium ana. ʒ.iij. turbith. ʒ.xx. conficiantur cum oxymelle mellino, & administrētur. Et fiant gargarismata cum oxymelle scammoneato. Et nō superflue utaris de pilulis de [b] [sceibar :] sed vtere eis tanto tempore, quo [c] [assidue inuenitur in eis] leuitas. Quum autem malitiam complexionis calidæ sentis, ab-

a B. Alia litera. octo drach. cum syrupo acetoso.

† hasce.

b B. alsabiar.

c B cum eis inuenitur.

scinde eas;& post purgationem perueni ad infrigidationem,& humectationem cum embrochis,& alijs. Et fortasse necessarium erit, vt in die quinquies embrochentur,& liniantur capita ipsorum ex decoctione pedum,& capitum: & mulgeatur super ipsa lac, & ponatur super ea butyrum crudum, Sitque intentio tua in humectando maior intentione tua infrigidãdo. Veruntamen si non inuenis medicinas vehementis humectationis, nisi frigidas, pone cum eis chamęmillam. Et fortasse necessarium erit tibi, vt eos dormire facias, medicamen tribuere eis in potu [d] † [ ] Dabis ergo ei ad bibẽdum cum aqua granatorum dulciũ, vt humectet: aut cum syrupo de prunis, vt leniat: aut cũ aqua hordei. Et eos embrocha cos [e] † [ ] cum aqua, in qua coctum sit papauer, vt dormiant: verum rectius est vt ponas in eo parum chamæmillę: & emulge super caput lac: & olea iuuantia ad illud sũt bona. Et quum administraueris embrochas, & caputpurgia, & olea humectantia ingenia, ut dormiant postea secundum dispositionẽ, qua fit somnus ex embrochis,& oleis facientib. † subeth,& proprie oleo ex lactucis: & in potu tribue eis quod humectat, sicut aqua hordei. Et non des eis ad potandum aliquid, quod currat cursu oxymellis: & in quo sit subtiliatio,& desiccatio,& incisio. Et quoties videris naturã duram, clysteriza infirmum, vt non eleuentur ad caput vapores impedientes ex fæce. Et oportet vt in aquis ipsorum des eis in potu radices fœniculi syluestris,& semen eius,& radicem vitis albæ [g] [& est alfesir,] quoniam sunt inuatiua. Sitque ipsorum ex eis potio quaque die aur. j. Si autem ea non biberint, absconde illa in cibis eorum. Et coram infirmo sedeat, de quo uerecundetur,& quem timeat: & stringantur coxę,& crura eius semper, vt assidue uapor ad inferiora trahatur. Quod si timetur, quòd seipsos lædant, ligentur fortiter,& intromittantur in cabijs,& suspendantur in suspensorio eleuato, quod est sicut [h] [argeatum.] Et oportet ut sint cibi eorum humidi secundum omnem habitudinem: ueruntamen oportet ne cum sua humiditate sint ex eis, quæ oppilationes venire faciũt, sicut amylum, & quæ similia sunt ei, illud enim ualde nocet eis. Et non detur ipsis, quod plurimum prouocat urinam. illud .n. ipsis nocet. Et reliquę curæ ipsorum, in quibus oportet ut sibi timeant,& sibi caueant, sunt cura melãcholiæ: & nos rememorabimur eius in suo capitulo. Quumque declinant, non est malum, si ad potandum detur eis uinum plurimũ commixtum: nam illud humectat eos, & dormire facit.

d † B. diacodiõ.

e † B. etiam.

† somnolentiã.

g B. quæ est alfesera.

h B. argiuhaie. uel sicut alargiuha.

De melancholia. Cap. 18.

Dicitur melancholia mutatio existimationum,& cogitationũ a cursu naturali ad corruptionem,& ad timorem,& ad malitiam propter complexionem melancholicã, facientem [a] [syluestrem] spiritum cerebri interius,& facientem ipsum timidum propter tenebras ipsius, sicut tenebrę extrinsecæ solicitant,& timere faciunt secundum quòd complexio frigiditatis,& siccitatis contraria est spiritui, debilitãs ipsum sicut complexio caliditatis & humiditatis: ut complexio uini est conueniens [b] † [ ] & confortans. Quumque melancholia componitur cum rixa, & saltu, & [c] [scintillis,] permutatur, & nominatur mania. Et [d] † [ ] neque dicitur melancholia, nisi cuius euentus est a cholera nigra, non adusta. Et melancholiæ quidem causa, aut est in ipso cerebro, aut extra cerebrum. Et illa, quę est in ipso cerebro: aut est ex malitia complexionis frigidæ & siccæ sine materia permutante substantiam cerebri,& complexionem spiritus luminosi ad tenebras: aut est cum materia. Et illa quę est cum materia, aut est [e] [cum] materia, quę est in uenis veniens ad eas [f] [&] ex loco alio,& conuertitur in eis ad choleram nigram propter adustionẽ [g] [eius] quę in eis est, [h] [&] fit fæx: & hoc est plurimum: aut est ex materia imbibita in corpore cerebri, [i] [& est impediẽs] cerebrum qualitate, & substantia sua, & effunditur in uentres. Et multoties fit permutatione ex epilepsia. Illi uerò, cuius causa est extra cerebrum, communicat res aliqua, ex qua ad cerebrum humor eleuatur, aut uapor tenebrosus. Est ergo res illa, aut in toto corpore, quum ei dominatur complexio melãcholica: Aut splẽ, cum in ipso retinetur melancholia, & non potest ipsam purgare: aut est defectus, & non põt trahere choleram nigram ex sanguine: aut quia in ipso prouenit apostema; aut non prouenit, sed nocumentum aliud: Aut propter uehementiam caliditatis hepatis: Aut est res illa ipsum † hypochõdrium, quum in ipso adunantur superfluitates nutrimẽti, & uapores intestinorũ, & aduruntur humores ipsius,& conuertuntur in genus melancholiæ,& faciunt euenire apostema: aut si non faciunt euenire, eleuatur ex ei, uapor tenebrosus ad caput: & nominatur hoc inflatio mirachia,& melancholia [k] † [ ] mirachia. Et ipsa quidem multoties eleuatur ab apostemate portenariorũ hepatis, & aduritur sanguis † hypocondriorum: & est illud quod Gal. posuit causam in melancholia mirachia. Et Theophilo quidem uidetur, quod eius causa est uehementia caliditatis hepatis, et intestinorum. Et quidam alij ponunt causam in ea oppilationes, [l] † [ ] quæ fiunt in mesaraicis, et si non sit apostema. Significat ergo qui ponit causam in illo oppilationem in mesaraicis, quòd nutrimentum ipsorum non penetrat ad uenas, et accidit ei corruptio: et significat, qui dicit illud esse propter apostema, longitudinem retentionis cibi in eis crudi cum dispositione sua. Et hoc apostema secundum plurimum non fit calidum, [m] [sed neque] est illic febris et sitis, et uomitus cholerę. Et quandoque est causa generationis eius [n] [aer exterior.] Et principium quidem generationis est in cerebro, [o] † [ ] quum in stomacho est apostema calidum, & [p] [aduritur vapor eius in humiditatib. cerebri:] ut est in matrice, aut in reliquis membris capiti communicantibus. Eius uero, quæ fit a frigiditate et siccitate sine materia, causa est malitia complexionis melancholicæ in corde cum materia, aut sine materia, cui communicat in ipsa cerebrũ, quo-

a B. pauidũ seu tristantem.

b † B. spiritib.

c B. contẽtione, seu pugna.

d † B. non dicitur mania, nisi illa, quę fit a melancholia adusta, &.

e —— B.

f —— B.

g —— B.

h B. aut.

i B. aut est lædens.

† mirach.

k † B. inflatio & melancholia

† mirach.

l † B. cadẽtes in mesaraicis cum apostemate, & quidem alij ponũt causam oppilationes.

m B. quoniam non.

n B. extra cerebrum.

o † B. sicut.

p B. aduritur uapor eius humiditates cerebri. Alia litera & sitis, & vomitus cholerę, & illa quæ est a calore & siccitate, quandoque causa eius generationis est in cerebro, aut communicans ipsum, aut cut quando est in ore stomachi apostema calidũ, & aduritur uapor eius humiditates cerebri.

quoniam spiritus animalis continuus est spiritui vitali,& ex substantia ipsius. Quare complexio eius corrupta melancholica,corrumpit cõplexionem cerebri,& conuertit ad melancholiam. Et quandoque fit propter causas alias infrigidantes & exsiccantes:non ex corde solum: quum tamen non sit possibile, vt fiat absque communitate cordis, imò fortasse magnitudo causæ ĩ ipso erit ex corde. Et propter hoc necessarium est vt [q] [consequatur] cura cordis cũ cura cerebri in hac ęgritudine. Et scias quòd sãguis cordis,quando est tersus, subtilis, clarus, lętificans,resistit corruptioni cerebri,& rectificat ipsum;immò non est mirum,si sit secundũ plurimum principium illius ex corde; licèt nõ confirmetur hæc ægritudo,nisi in cerebro.non enim est nouum & longinquum mirum,si cordis complexio primum corrumpatur;& sequatur eam cerebrum [r] [&] corrumpatur cerebri complexio,& sequatur eam cor, & corrumpatur complexio spiritus in corde,& fiat [s] [syluestris,]& corrumpat quod ex eo penetrat ad cerebrum, & iuuet cerebrum ad se corrumpẽdum. Et quandoque accidit in fine ægritudinum materialium,& propriè acutarum melancholia,& est signum mortis, & tunc accidit homini illi, vt recordetur mortis,& mortuorum plurimũ. Et vniuersaliter quidem cholera nigra multiplicatur, & generatur quãdoque causa membri operantis nutrimentum, quòd est hepar, quum aduritur sanguis, aut debilitatur ab expulsione superfluitatis melancholicę,& est minus:Et quãdoque causa membri, quod est euacuatorium choleræ nigræ,& est splẽ, quum debilitatur in duabus rebus:quarum vna est attractio fęcis sãguinis,& cinereitatis eius ab hepate,& altera est expulsio superfluitatis, quæ ex eo ad ipsum trahitur ad [t] [locum qui est preparatus.] Et quandoq; generatur cholera nigra in membro alio, aut propter uehemẽtiam adustionis nutrimenti eius, aut causa defectus ipsius ab expulsione superfluitatis nutrimenti sui, quare resoluitur eius subtile, & fit fex spissum ipsius melancholicum, aut propter vehementiam infrigidationis,& desiccationis eius, quod ad ipsum peruenit. Et quandoque etiam fiunt causa in generatione eius, cibi generatiui cholerę nigrę.Et quibusdam medicorum uisum est,quòd melancholia contingat a dæmonio:sed nos nõ curamus, quum physicam docemus,si illud cõtingat a dæmonio,aut non contingat,postquã dicimus, quoniã si contingat a dæmonio [u] [sufficit nobis,] ut cõuertat complexionem ad choleram nigram, & sit causa eius propinqua cholera nigra: deinde fit causa illius [x] [choleræ nigræ] dæmonium,aut non dęmonium. Ex causis verò fortibus in generatione melancholiæ, est superfluitas tristitię, & timoris. Et oportet, ut scias,quòd cholera nigra faciens melancholiam,quãdoque est cholera nigra naturalis, aut phlegma,quum conuertitur in choleram nigrã propter spissitudinem, aut propter aliquã adustionem,quamuis hoc sit parum & rarum, aut sanguis, quum propter decoctionem [y] † [ ] conuertitur absque adustione uehementi.Humor autem cholericus,quum in ipso cadit adustio vltima,facit maniam,& non contentus super melancholiam. Et vnaquæque specierum choleræ nigræ,quum in cerebro est modo prædicto,facit melancholiam, veruntamen quædam earum cum melãcholia efficit maniã. Illa verò quæ est magis incolumis, est illa, quæ fit ex fæce sanguinis,& cum qua fit gaudium. Et melãcholia quidem plurimum resoluitur per hęmorrhoidas & uarices.Et quandoque minoratur generatio huius ęgritudinis ĩ albis,& pinguibus,& multiplicatur in brunis,& pilosis extenuatis,& duram carnem habentibus. Et multiplicatur generatio ipsius in eo,cuius cor est vehemẽter calidum, & cerebrum ipsius est humidum: quare fit caliditas cordis eius generatiua choleræ nigræ in ipso,& humiditas cerebri ipsius susceptiua impressionis eius, quod generatur in corde ipsius. Ex eis verò, qui ad ipsum sunt præparati,sunt trauli, & syllabam, multoties repetentes, antequam dictionem proferãt, [z] † [ ] linguas habentes leues,& oculos [a] [mobiles] quorum facies sunt vehementis rubedinis,& bruni,& pilosi,& propriè in quorũ pectoribus sunt pili nigri,& grossi,quorũ uenæ sunt amplæ,& labia grossa; quoniam quædam ipsorum sunt significationes caliditatis cordis, & quædam significationes humiditatis cerebri: & plurimum sunt,secundum quòd apparent,phlegmatici. Et hæc quidem ægritudo plus accidit in uiris: sed in mulieribus est deterior.Et [b] [multiplicatur in iuuenibus,] & senibus.Et minoratur in hyeme, & multiplicatur in æstate,& autumno. Et quandoque excitatur in uere plurimum,quoniam uer eleuat humores,& permiscet eos sanguini. Et quandoq; est eius excitatio cum periodis,in quibus excitatur cholera nigra, & feruet etiam. Et ad illum etiam,qui præparatus est melancholiæ, cito peruenit ipsa, quum adsunt ei timor, aut [c] [angustia,aut insomnietas,]aut retinetur in ipso consuetudo cursus sanguinis, aut vomitus melancholicus,aut reliqua.

q B. associetur uel cõtinuetur.
r B. aut.
s B. tristis, seu pauidus.
t B. expulsorium quod est ei præparatum.
u B. tunc cõtingit ita.
x ——B,
y † B. aut spissitudinem.
z † B. naturam habẽtes acutã faciliter irascibilem.
a B. multũ palpitantes.
b B. multiplicatur in consistentibus.
c B. tristitia, aut uigiliæ.

ANNOTATIONES.

De melancholia, ac triplici eius specie egit. Gal. 3. de loc. aff. ex quo ferè hæc omnia. De melancholia ex utero, & ex retento semine habes 6. de loc. aff. Quæ de atræ bilis generatione subiungit, in libello de atra bile. Vide & quę Paulus lib. 3.

cap. 7.
Cap. 5.
Cap. 6. Cap. 14.

De signis specierum eius. *Cap.* 19.

Signa principij melancholiæ sunt existimatio mala, & timor sine causa,& velocitas irę, & dilectio solitudinis,& tremor,& uertigo,& sonitus,& tinnitus,& propriè in † hypochõdrijs. Quum autem confirmata est,sunt timor, & malitia existimationis, [a] [et angustia, et solicitudo, & alienatio sermonis,et fastidiũ] propter multitudinem ventositatis,et species timoris ex eis, quę non sunt, aut sunt, et plurimum timoris eius est ex eis,quę non timentur secundum consuetudinem. Et species quidem istæ sunt [b] [indefinitæ.] Quidam enim eorum timent casum cęli super se. et quidam eorum timent ꝙ terra absorbeat eos. [c] † [ ] et quidam timẽt latrones, et alij timent ne [d] [lupus] ad eos ingre-

† mirach.
a B. & tristitia, & pauor, & angustia & alienatio sermonis,& appetit⁹ ad coitum.
b B. innumerabiles.
c † B. & dæmonium, & quidã timent regem.
d B. leo

ingrediatur. Et quandoque res [e] [propriè] habent in hoc impressionem. Et cum hoc quãdoque imaginantur res coram oculis suis, quę nõ sunt [f] [sanæ.] Et quandoque imaginantur seipsos factos reges, aut lupos, aut demones. aut aues, aut instrumenta artificialia. Amplius quidã eorum sunt, qui rident, & propriè quorũ melancholia est sanguinea, quoniam imaginantur quod placet, & delectat eos. Et quidam sunt qui plorant, & propriè quorum melancholia est melancholia pura. Et quidam eorum sunt, qui diligunt mortẽ, & quidam qui eam abhorrent. Signa verò eius, quę in cerebro est, sunt propriè superfluitas cogitationis, & assiduatio [g] [solicitudinis melancholicæ,] & assiduus aspectus ad rem vnam, & ad terram, & significant ipsam color capitis & faciei, & oculorum, & nigredo pilorum, [h] [&] capitis, & grossitudo eorum, & antecessio insomnietatis, & cogitationum, & mora in sole, & quæ similia sunt istis, & ęgritudines cerebri antecedentes: [i] [& vt] adsint signa quæ dicemus membris cerebro communicantibus [k] peruenta.] Et, vt non appareat iuuamentum, quum membrum illud medicatur, sed remaneat. Et vt sint accidentia valde magna. Eius autem quæ facta est communitate totius corporis est nigredo corporis, & eius arefactio. Et retentio eius, quod euacuatur ex splene & stomacho & quod euacuatur cum periodis ex ano, & mẽstruis. Et multitudo pilorum corporis, & vehemens nigredo ipsorum. Et antecessio ciborum malorum, & melancholicorum, & quos te docuimus in libro secundo. Et ægritudines quidẽ quibus succedit melancholia, sunt sicut febres temporales, & permistæ. Verum signa eius, quæ facta est ex splene, sunt multitudo desiderij propter effusionem cholerę nigræ ad stomachum, & cum paucitate digestionis propter frigiditatem complexionis, & multitudo rugitus lateris sinistri, & inflatio splenis. Et illud quidem est, quod non ab eis reparatur [l] [scilicet repletio] vehemens propter inflationem. Et quandoque est cum ea febris quartana, & [m] † [ ] natura est lenis, & quandoque mordicatio cholerę nigræ: [facit, nisi sit mania.] Signa autem eius, quę est ex stomacho, sunt inuẽtio signorum apostematis stomachi, rememoratorum in capitulo de ęgritudinibus stomachi, & augmentatio ægritudinis cum satietate nauseatiua, & repletione, [o] [&] in hora digestionis. Et multoties excitantur cum ea apud comestionẽ vsquequo digerantur, dolores: deinde quiescunt apud digestionem. Si autem est calidum, significant ipsum inflammatio in † hypochondrijs [p] † [ ] & sitis. Et plurimum melancholiam habens est spleneticus. Signa vero † hypochondriaci sunt grauitas in † hypochõdrijs, & attractio ad superiora, & nausea inseparabilis, & malitia animę, & corruptio digestionis, & eructuatio acetosa, & sputum humidum, & rugitus, & exitus ventositatis, & inflatio, & vt inueniat dolorem in stomacho, aut dolorem inter vtrasque spatulas, & propriè post cibum, vsquequo digeratur perfectè. Et quandoque euomit phlegma cholericũ, & quandoque euomit phlegma acetosum, congelans dentes. Et accidunt ei hæc accidentia [q] [ex] acceptione cibi: imò post ipsũ per horas aliquas. Et erit egestio eius phlegmatica cholerica. Et alleuiatur propter digestionis bonitatẽ, & augmentatur diminutione ipsius. Et præcedit [r] [plurimum] ipsam apostema in † hypochõdrijs: aut est cum ea. Et inuenitur. [s] [tremor plurimus] in † hypochõdrijs in quibusdam horis. Hæc autem ægritudo augmentatur cum satietate nauseatiua, & [t] [velocitate] digestionis. Et dicimus, quòd cholera nigra faciens melancholiã, quum est cum sanguine, est cũ gaudio, et risu, et non concomitatur ipsam tristitia vehemens. Si autem est cum phlegmate, est cum pigritia, & paucitate [u] [caliditatis] & quiete. Et si est cum cholera, est cum agitatione, & [x] [læsione &] dæmonio, & est similis maniæ. Et si fuerit cholera nigra pura, tunc cogitatio in ipsa erit plurima, & [y] [audacia] erit minus: nisi moueatur, & rixetur, & habet odium, cuius non obliuiscitur.

e B. præterire. f B. veræ. g B. alusuas. h — B. i B. & q̃ non. k B. presentia. l B. & appetitus ad coitum. m † B. & q̃nq;. n B. causat dolorem, vel læsionem. o — B. † mirach. p † B. & vomitus choleræ. † mirachiæ. † mirach. q B. cum.

r B. quãdoque. † mirach. s B. iectigatio plurima. † mirac. t B. malitia. u B. Alia litera motus. x B. aliquali. y B. agitatio seu furiositas.

De cura. *Cap.* 20.

Oportet, vt cura eius fieri incipiat antequam confirmetur, quoniam facilis est in principio, & [a] [praua &] difficilis, quum est confirmata. Et necessarium quidem est, vt secundum omnem dispositionem anima ipsius lætificetur & iocundetur. Et sedeat in locis temperatis, & humectetur aer hospitij eius, & odorificetur, sternendo odorifera in ipso, & vniuersaliter oportet, vt semper olfaciat odores bonos, & [b] [flores] boni odoris. Et sumat cibos laudabilis chymi humectatiuos valde. Et [c] [fiat augmentum in hoc, vt corpus eius tenerescat] cum cibis conuenientibus, & balneo [d] [ante] cibum. Et effundatur super caput ipsius aqua tepida, non vehementis caliditatis. Quumque ex balneo egreditur, si parum sitis habet, non est malum, si parum aquæ potet. Et administretur fricatio [e] [tenerum faciens] prædicta in capitulo de conseruatione sanitatis. Sitque studium tuũ in humectatione ipsius supra studium tuum in eius calefactione, quantum possibile est. Et alienet a se coitum, & sudorem vehementem, & alienet fabas, & carnes salitas, & lentes, & caules, & vinũ grossum, & nouum, & omne sal, & omne salsum, & acre, & acutum, & omne quod est vehementis acetositatis. Oportet autẽ vt sumat pingue, & dulce. Et quum voluntas adest vt dormiant, nõ embrochentur eorum capita, nisi cũ aqua papaueris, & chamæmillæ, & † matricariæ minoris: somnus enim est ex conuenientioribus curis eorum. Veruntamen succurratur cũ eo, quod tantum afferat eis [f] [salutis] quantum nocumentum papauer attribuit. Si autem melancholia fuerit ex malitia complexionis singularis frigidæ, [g] [aut] siccæ, sufficiet vt administres calefactionem cordis cum lætificantibus, & medicinis de musco, & theriaca, & mithridato, & similibus, & cura caput cum eis, quæ dicta sũt in capitulo de stoliditate. Et quę ex ea fortis est, accidens successione alterius ęgritudinis calidæ, facilis curę est, ita vt embrochationibus remoueatur. Si autem est materia melancholica confirmata in cerebro, tunc thesaurus curę ipsius est tres res. Prima earum est euacuatio materiei, & fortasse erit per clysterem, & vomitum;

a — B. b B. Alia litera olea. c B. regatur, vt pinguescat. d B. Alia litera post. e B. impinguãs. † albacoe. f B. de rectificatione. g B. &.

tum;nisi in illo cuius stomachus est debilis: illum enim nunquam in hac ægritudine vomere facias,neque etiam in mirachia. Et secunda est,vt administres cũ euacuatione humectationẽ assidue cũ embrochis, & oleis calidis,& ponas in eis ex medicinis sicut chamæmillam, & anethum & melilotum,& radicem [h] [lilij] vt non ingrossetur humor [i] [propter resolutionẽ puram,in qua non est lenitas,neque grossitudo vt humectent,& nõ sit in eis resolutio.] Quòd si cholera nigra est elongata a caliditate,interest vt addas † thymum,& folia lauri, & calamenthum cum humectatione, & non cures.Et administra cibos generatiuos sanguinis laudabilis,sicut pisces petrosos,& carnes laudabiles prędictas,& in quibusdam horis vinum album permistum,preter antiquum & forte.Et tertia est vt administres confortationem cordis,si sentit cõplexionem frigidam , cum lætificantibus calidis, & si sentit complexionem declinantem ad caliditatem,cum lætificantibus temperatis.Et si caliditas est valde fortis, tunc administra lætificantia frigida [k] [multæ] frigiditatis , & illud quidem scies ex pulsu.Incipiamus autem distinguere regimina ista,& dicamus,euacuatio quidem ita facienda est. Nam si vides venas plenas qualitercunque sit,[l] [tunc cholera nigra est sanguinea. Phlebotoma igitur] ex nigra. [2] Imò oportet secundum omnem dispositionem , vt a phlebotomia incipias: nisi timor vehementis debilitatis affuerit.[m] [Et scias ,quòd si materię sunt paucæ,& sunt in cerebro tantũ:ꝙ tũc] siccitas dominatur super complexionẽ.[3] Amplius si phlebotomas & inuenis sanguinem subtilem , non retineas sanguinem propter hoc, quoniã multoties in ipsa præcedit subtilis, & [n] [similiter] oportet vt amplifices phlebotomiam , vt non effluat quod subtile est , & retineatur grossum,& augeatur malitia. Et considera , quod duorum laterum capitis sit grauius , & phlebotoma [o] [cephalicam.] quę sequitur ipsum , & quandoque necessarium erit tibi , vt phlebotomes [p] [basilicam ,] & ante phlebotomiam venarum frontis,moue plus, quum inuenis signa communia. Deinde,si inuenis humorem melancholicum [q] † [ ] & decliuem ad frigus,euacua cum pilulis factis ex epithymo,& aloe, & elleboro nigro , & incipe a digestione.Amplius euacua in principio rei cũ medicinis lenibus , in quibus recipiuntur epithymũ , & pulpa coloquintidæ,& scammonee parum;deinde cum decoctione, in qua sint epithymum,& agaricum:Postea si non conferunt administra hieras magnas : deinde si post illud indiges euacuatione , administra elleborum cũ timore & cautela,& lapidem lazuli,& lapidem armenum,& pilulas factas ex eis sine timore, & cautela.Et multoties quidem iuuat eos administratio harum medicinarum predictarum in aqua casei secundum assiduationem,[r] [& minorationem phlegmatis ex medicina.] Si ergo nõ conferunt , reitera iterum , & in omni hebdomada euacua vice vna cum pilulis subtilib. medijs,Et inter spatium illud administra trypherã epithymi . Expertum nãque est potare eos trypheram epithymi secundum hunc modum.Sumãtur trypheræ.drach.iij.epithymi.drach.j.hieræ.drach.s.& in omni mẽse euacua cum aliqua forti ex hieris magnis,& pilulis magnis,donec inuenias ægritudinem iam remotam.Et administra etiã vomitum propriè, si vides in stomacho aliquid,quod in ęgritudine faciat augmentum,& [s] [si non est ęgritudo] vehementis debilitatis,& oportet vt fiat vomitus cum aqua,in qua cocta sint calamenthum [t] † [ ] & raphani semen.Et recipiat expressionem raphani,in quo infixus est elleborus , & dimissus aliquot diebus , donec currat in ipso virtus eius cum oxymelle.Et sumat hũc eundem raphanũ infusum in oxymelle.Sitque quantitas oxymellis triũ [u] [sextariorum] & quantitas expressionis eius sextarij vnius,& augeatur illud, & minuatur secũdũ quantitatẽ virtutis.Si aũt virtutis times debilitatẽ,aliena elleborum . Quumq; purgaueris intende ad cor cum eis,quæ multoties diximus , & hæc quidẽ tryphera epithymi experta est in hoc capitulo.Quum ergo antiquatur ægritudo,administra vomitum cum elleboro,& administra masticationes, & gargarismata nota,& administra odoramenta bona,& muscum,& ambram,& † species aromatum, & xyloaloen . Et si materia fuerit decliuis ad choleram citrinam, euacua cum decoctione epithymi,& pilulis stomaticis temperatis. & [x] [ex eis quidem,quæ euacuant choleram adustam sunt ea] quæ dicuntur in capitulo suo.Et tu quidem adde in humectando, & minora ex calefactione quamuis non sit tibi excusatio ex chamęmilla,& quæ sunt in eius virtute.[y] [Quumque] administras embrochas,non est via ad administrãdum infrigidantia pura super caput . Quidam autem antiquorum medicorum laudauerunt in huiusmodi loco, vt sumat ex aloe omni die in ieiuno aliquantulum. Aut deglutiat in die aquam,inqua cocta sunt absinthij.unc. iij.[z] [& x. Kerates expressionis absinthij dissoluti in aqua. Et laudarunt vt absorbeat omni nocte acetum forte,et præcipuè acetum squilliticum,nos autem timemus in eo malitiam [a] [squillę,&] aceti in hac ægritudine,nisi adsit fiducia, quòd materia sit generata ex cholera adusta , quoniã est calida:Nam tunc acetum est magis iuuatiuũ ei alijs rebus, & præcipue squilliticum , et oxymel factum cum oxymelle squillitico,et similiter acetum,in quo ponitur polium montanum aut aristol.Et quandoque etiam iuuat acetum, quum ægritudo fit cum communitate splenis , et materia est in ipso,et oportet vt fiat bonus odor eius cum compositis ęqualibus.in quibus recipiuntur camphora,et muschus [b] [et oleum viol.et fit multum vincens cum odore suo] siccitatem camphoræ,et muschi , & odoramenta frigida reliqua bene redolentia humida,& proprie nenuphar . Quòd si causa in melancholia fuerit apostema in stomacho & visceribus, aut complexio calida in eis adusta,succurres illi cũ eis,quæ infrigidant caput,& humectant ipsum & confortant,vt nõ recipiat quod peruenit ad ipsũ ab alijs.Et si fuerit causa in † hypochõdrijs inueniũtur vẽtositates, & rugitus,[c] [& his similia.Quoniã illud est] apostema in † hypochõdrijs calidum,cura ipsum , & resolue cum eis , quę sunt necessaria,de quibus dictum est capitulo de apostematibus.Et conforta caput, et inunge

h B. liquiritiæ.
i B.cũ resolutione pura, & non cures cũ eo qđ humectat ĩ quo nõ est resolutio. Alia litera cũ resolutione pura, & non ingrossetur cũ eo,qđ humectat , in quo non est resolutio. Alia litera . radicem lilij, ut non ingrossetur humor cũ resolutione pura, in qua non est lenitas, neq; ingrossetur cum eo qđ humectat,ĩ quo non ẽ resolutio.
† sceham.
k B.non superflue.
l B. & ꝙ cholera nigra fit sanguinea tũc phlebotoma.
m B. aut sciueris , ꝙ materiæ sunt paucæ , & sunt in cerebro tãtum,& quòd.
n B. propter illud .
o B. basilicam.
p B. ex duabus basilicis . Alia litera . ex duabus basilicis quũ inuẽta fuerint signa communia, & dicitur,ꝙ phlebotomia uenæ frõtis mouet plus .
q † B. in veritate.
r B. Alia litera. & minoretur ex illis medicinis, quæ euacuant phlegma . Alia litera . & minoretur paulatim summa , vel quãtitas medicinæ,
s B.non sit stomachus .
t † B. & chencharzet.
u B. astar.
† alfeniatĩ .
x B. cũ eis,quę euacuant cholerã adustam, &c.
y B. quum .
z B. aut.
a —— B.
b B. cũ oleo violato multo vincente cũ humiditate sua. Alia litera. vincente cum odore suo .
† mirach .
c B.Quod si fuerit .
† mirach.

unge ipsum cum oleis confortatiuis, et humectatiuis, et administra uentosas cum scarificatione euacuando sanguinem. Et non calefacias in huiusmodi dispositione hepar: imò tibi attinet, vt ipsum infrigides, quũ inuenis ipsum calidum adurentem sanguinem sua caliditate, & cõforta splenem. Et pone super † hypochondria uentosas, & medicamen de sinapi, & similia, vt non mittat splen ad cerebrum materiam. Et si fuerit † hypochõdrium frigidæ complexionis inflantis ipsum, & non fuerit ibi apostema, neque inflãmatio, dabis ei ad potandum aquã decoctionis absinthij, & succum eius, secundum ꝙ dictum est, & embrocha stomachum ipsius cũ embrochis calidis prædictis, & fac ei emplastrũ cum illis emplastris, & administra in eis semen agni casti: & semẽ rutæ, & radicem lilij, & ẽt d [herbã mariæ.] & retine emplastrum sup ipsũ tẽpore lõgo: deinde cum ipsum retinueris, ponas e [ventosas super locum, & super eum sit [coctum infusum in aqua calida, & oleis : aut lana carminata: aut spongia, & confert usus ẽplastri ex sinapi super ipsũ, & super illud quod est inter duas spatulas, & emplastra f † [ ] dicta in antidotario. Et confert, vt ponantur supra ipsum ventosę absque scalpellatione, nisi illic sit apostema, aut dolor prohibens illud. Et multoties quidem necessarium est, vt ad potandum dentur in melancholia inflatiua semen apij, & cyminum, anisum, & syrupi, in quibus semina ista decoquãtur, & ruta, & anethum. Imò quandoque necessarium tibi erit, vt administres semen rutæ, & agni casti. Et multoties indiget mirachia antiqua uomitu cum elleboro albo. Et oportet plurimum in melancholia mirachia, vt rectificetur hepar, ne ex eo gẽeretur cholera nigra. Et multoties iuuat habentes melancholiam mirachiam etiam, vt administres res ĩ frigidantes, vnde sunt humectantes & oppositę g [propter choleram nigram, &] quia ipsę sunt prohibitionem facientes in generatione uentositatis, & vaporis, quæ vtraque h [impediunt sua eleuatione] ad caput. Si tamen est iuuamentum cum frigido, non est inde iuuamentum verum abscindens ægritudinem. Sed ex frigido, quum est humidum, non generatur cholera nigra, & abscinditur materia eius, neque etiam vaporat materia comprehensa, & fiducia est, quòd natura dominabitur ei, & rectificabit eam. Et scias, quòd regimẽ grossum generatiuũ phlegmatis fortasse resistit cholerę nigræ, & regimen subtiliatiuum propter illud quod efficit ex adustione i [facile nocet, & fortasse iuuat ipsum. Non ergo] seducat te iuuatiuum quorũdam propter phlegma, quod ipsi euacuant vomendo, aut egerendo: nã illud non est propter euacuationem phlegmatis iuuantem ipsos: imò quoniam multitudo: & k [comprehensio] humorum adinuicem remouetur ab eis. uerum iuuatiuum essentialiter est euacuatio choleræ nigræ. Et canon quidem curationis melancholię est, vt peruenias usque ad vltimum in humectatione & cum hoc non l [minuas] in euacuatione choleræ nigræ. Et quotiescunque corrumpitur cibus in ventribus habentium melancholiam, duc eos ad hoc, ut ipsum euomant, & propriè, quando sentiũt acetositatem in ore, oportet enim ut tunc proculdubio eos vomere facias.

† mirach.

† mirach.

d B. segiar materiem, i. arborẽ marie.

e B. super locũ.

f † B deruiases. Alia litera. ex pulueribus, & lenientia.

g B. siccitati melancholiæ, aut

h B. nocent cũ sua ascensione.

i B. Alia litera. cum facilitate quandoque auxiliatur. Et nõ.

k B. oppressio, seu cõculcatio.

l B. sis diminutus.

Et prohibe eis ne comedant post cibum illum, alium: Et administra electuaria confortantia os stomachi. Et caueantur m [ab ingressu balnei, &] ab intromissione cibi super cibum iam corruptum. Et oportet, vt melancholiam habẽtes, in aliquo sint occupati, quocumque modo sit, & ut eis sint præsentes de quib. verecundentur, & cum quibus gratulentur, & vinum albũ æquale permistum parumper, & occupentur etiam cum cantilenis, & lætificantibus, nihil enim est eis nocibilius quàm timor, & solicitudo. Et multoties quidem iuuant eos accidentia euenientia ipsis, ut timeant aliquid, & occupentur eo cogitatione, & facere, ut ipsi a cogitatione remittantur, est cura eius optima. Quòd si causa fuerit prouocatio retenta menstruorũ, aut eius, quod per anum egreditur, aut reliqua: prouocabis illud. Si autem accidit casus desiderij tunc ęgritudo est mala, & siccitas est n [extẽsa.] Et quum accidunt in corporibus eorum vlcera, significãt quòd mors est propinqua. Et in cuiuscunque corpore fuerit cholera nigra mobilis, erit magis susceptibilis curę, quàm ille cuius cholera nigra non est mobilis, & cuius cholera nigra est mobilis, apparet o † [ ] in egestione, & uomitu, & vrinæ, & in colore cutis, & lentiginibus, & pãno, & vlceribus, & scabie, & varicibus, & elephãtia, et cursu eius, quod ex ano profluit, p [tunc] illud significat quòd ipsa recipit discretionem a sanguine. Quũque aliquid eorum in eis apparet, est signum bonitatis. Et quum aliquibus ipsorum accidit spasmus post solutionem, et euacuationem q [tunc ipsi sunt digniores illa, quã alij propter siccitatem ipsorum. Oportet ergo,] ut in aqua tepida sedeant, et cibentur pane infuso in iuleb, et pauco vino, et detur eis in potu aqua mista. Deĩde dormiant, et post ipsum balneentur: deinde cibentur, quum egrediuntur.

m —— B.

n B. dominans.

o † B. cholera nigra.

p B. & similib. quoniã totum

q B. quia ipsi sunt magis dispositi in hoc, q̃ alij propter siccitatem, tunc oportet.

ANNOTATIONES.

1 *De melancholię curatione agunt Gal. 4. de affe. loc. Paulus lib. 3. nec non Aetius lib. 2. ser. 2. ex quibus ferè locis sunt. multa etiam colliges lib. de atra bile Gal.*

2 *Et alienet a se coitum &c. Venerem melancholicis interdicit, cui aßẽtiri et Gal. uidetur 5. in 9. de morb. uulg. exacerbari a coitu scribens morbos, qui ex atra bile. At huius contrarium sentire hic uidetur fen. 2. huius lib. coitum in pluribus melancholicis morbis cõmendans. cui & ratio astipul. quum enim melancholici flatibus maximè scateant, ut Arist. sect. problem. 4. cum semine extruduntur flatus, quo fit ut leuentur. Adde quòd Hipp. 2. de diæta (uenerem calfacere, humectare, & attenuare ait. at quòd calfactione humectatione & attenuatione opus sit redundãte melancholico humore, nullus est qui ambigat. Sanè quod ad hanc controuersiam pertinet, Veneris effectus non in omnibus aut corporibus, aut affectibus ijdem sunt, uerum corporibus quidem, quibus firmę uires sunt, calfaciendo, & redundantes humores exsiccando, conferre scribit Gal. 6. in 9. de uulg. morb. imbecilla uerò calfacere quidem initio, post tamen uehemẽter refrigerare. Quamobrem, si bene affectum corpus totum sit, & robustum, solo capite malè affecto, huic ego Venerem non solum non esse obfuturam, immo etiam non mediocriter profuturam crediderim. at si cum imbecillo capite & reliquum imbecillum sit corpus, atro uidelicet humore*

Cap. 3. cap. 14. cap. 10

comm. 26.

Tract. 1. cap. 10.

Probl. 31.

comm. 23.

more redundet non caput solum, sed uniuersum corpus, quum affluens humor robur virium imminuat, tunc interdicenda nulla controuersia est venus, quando ab ea exsiccari, & refrigerari tale corpus necesse est.

3 *Immo oportet secundum omnem dispositionem &c. Duo hic præcipi videntur, quæ dubitatione non carent primum secandam in his venam secundum omnem dispositionem. secundum, a venæ sectione esse ordiendum. Sanè quod primo loco dicitur, si per dispositionem omnem, melancholiam a quocunque humore factam intelligat, & omnem eius speciem, & quæ per essentiam cerebrum afficit, & quæ per consensum totius corporis: res est quę periculo non uacat. nempe redundāte sanguine uenæ sectio admittitur: at si non sanguis, sed quiuis alius humor affluat, certum est præter rem detrahi non peccantem humorem, & præter ægri beneficium educi sanguinem, qui atræ bilis molestiam temperat, moderaturque ac si etiam non totum corpus atro humore scateat, sed solum caput, quòd secari uena debeat, carere iudicio uidetur, quum uenæ sectione e brachio educi facile crassus capitis humor non possit. Quod item a sanguinis missione auspicandum præcepit, uidetur rationi aduersari. quando in hoc affectu quod affluit, craßus est humor, & qui primo saltem loco attenuandus est, dein euacuandus. Ceterùm, paucis, Gal. priori tertio de aff. lo c. satisfacit, secun-* cap. 7. *dam uenam præcipiens, si speraueris in uniuersi corporis venis melancholicum sanguinem contineri. at si solum cere-* cap. 14. *brum affectum est, negat is clarissimè sanguinem esse educēdum. huic & Paulus li. 3. suffragatur secandam uenam pręcipiens, si morbus ex totius corporis consortio incipiat. Limitanda ergo hoc pacto fuerit Auicennæ sententia ex Galeno, & Paulo. Sed & posteriorem quoque dubitationem diluimus. nempe, ubi de secanda uena constiterit, a sectione ipsa hic inchoandum eße existimat, Paulum æmulatus, sumpta ex redundante humore indicatione, sanguine videlicet melāchòlico, neque absolute atra affluente bile, aut melancholico humore sanguinem detrahit, sed sanguine ex super ante melancholico.*

4 *Amplius si phlebotomas &c. Vbi secta uena in melancholia, tenuior fluat sanguis, certum est non talia educi qualia oportet: neque enim tenuis sanguis melancholiam fecit, sed melancholicus, qui crassissimus humorum est. quo fit vt res ipsa supprimendum sanguinem doceat. id quod &* cap. 14. *Gal. 3. de affec. loc. faciendum præcepit. At hic, etiam si tenuis sanguis exit, sistēdum tamen esse negat. Videtur ergo insignis contradictio. Verum facile soluitur. Si secta uena tenuior sanguis exeat, non statim consilium de educendo sanguine mutandum est: sed paulùlum expectandum, quum tenuis humor primo semper loco uena secta educatur. At si paulum immoratus, tenuem etiānum prodire sanguinem uideris, supprimendus erit statim, cogitāduque an id ob sectionis angustiam fiat, an verò ob eius humoris tenuitatem in vniuerso corpore, ac si uenæ latior incisio fuerit, existimandū est talem effluere humorem, qualis in toto est corpore, quū nihil impediat, quin & crassus educatur: inhibendusque est sanguinis exitus. atsi sectionis angustia fuerit, tum non a sanguinis missione abstinendum est, sed uel dilatanda sectio, vel vena alia, quę commodior tibi uisa fuerit, tundenda, tanta incisione, quam repetere non oporteat. Non ergo hic Gal. aduersatur. sed de errore admonet, qui artificis culpa euenit non raro.*

De [a] [† *cutubut.*] *Cap.* 21.

a B. alchatrab, seu de chatrab. † lycanthropia.

SPecies est melancholiæ plurimum eueniens in Februario, quæ facit, vt homo diligat fugere ab hominib. viuis, & cupiat appropiquare mortuis, & sepulchris, cum malitia [b] [formationis repente ei euenientis. Et est processio habentis eam nacturna, & ipsius occultatio, & regressio] diurna. Et totum illud facit diligendo solitudinem; & elongationem ab hominibus, & cum hoc non quiescit in loco uno plus vna hora. Imò non cessat discurrere, & ambulare incessione diuersa, ignorans quo vadat, cauendo sibi ab hominibus. imò quādoq; non cauet sibi ab eis, negligens penitus illud, & parum discernens illud, quod videt, & ei fit præsens, & cum hoc ipse est in vltimo quietis; & [c] [solicitudinis & quærimoniæ, & cautelę;] & color est citrinus faciei, lingua sicca, sitiens. Et super crura ipsius sunt ulcera, quæ non cōsolidantur, & eius quidem causa est corruptio materiæ melācholicę, & multitudo motus pedum eius, quare materiæ ad ipsos descēdunt, & pręcipue quia est omni hora offendēs, & occurrit pedib. illius aliqd, aut ipsum mordet canis, & fit illud causa, ut effundatur multitudo materierū ad crura eius, quare fiunt in eis ulcera. Et quoniam remanet secundum dispositionem suam, & dispositionem causarum suarum, non consolidantur. Et fit siccus uisus eius, neque lachrymantur. oculi ipsius. Et eius oculi sunt debiles, & submersi, & totum illud est propter siccitatem complexionis oculorum ipsius. Et hoc neque nominatur [d] [cutuben] nisi propterea quòd eam habens fugit absque ordine, & quoniam eius incessio est diuersa: ignorat ergo qua parte incedat, & [e] [est quasi fugiens ab indiuiduo apparente ei.] Nam ipse propter paucitatem suę seruationis, & defectum rectificationis consilij sui, incipit in parte sua moueri obuians alij īdiuiduo; quare iterum fugit ad partem aliam, & cutubut quidem est bestiola existens in superficie aquæ, quæ super eam mouetur diuersis motibus sine ordine, & [f] [quacunque hora aliquid accidit ei, fugit ex eo quod ipsi accidit,] deinde apparet, & dicitur bestiola alia non quiescens, & dicitur esse masculus [g] [ex saal & dicitur esse vulpis hahamacu] veruntamen magis similia nostro loco sunt duo prius dicta. Et causa quidem huius ægritudinis est cholera adusta, & melancholia.

b B. intēctionis, vel cū malitia opinionis uersus eum, cui repente obuiat. Et est ei⁹ egressio extra domū uel extra camerā nocturna, & ipsi⁹ occultatio.

c B. Alia litera. męstitię, & quęrimoniæ, & tristitiæ.

d B. chatrab uel cutubut.

e B. sicut fugit ab indiuiduo, apparet ei alter.

f B. qualibet hora profundat se, & fugit.

g B. alshat, & dicitur quod est aldib alamhac.

De cura. *Cap.* 22.

CVra huius ægritudinis, est cura ipsius melancholiæ, quum est ex cholera, aut melancholia adusta. Et oportet, ut ī eius phlebotomia ad hoc perueniatur, ut sanguis plurimus ex eo egrediatur, & [a] [malefactioni] propinquus fiat & regatur cibis laudabilibus, & balneis bonis, & detur ei ad potandum aqua casei tribus diebus, & post illud euacuetur humor cum hiera Archigenis, deīde ingenietur ut dormiat: deinde cor eius confortetur post euacuationem cū theriaca, & quę cursu eius procedunt. Et cum hoc ualde humectetur, & embrochetur cum [b] [instantibus] vt non aggregatur calefactio illarum medicinarum, quę necessariè sunt cum motibus exercitatiuis, ueruntamen necesse est ut calefiat cor eius cum eo; quod ipsum confortat, & humectetur corpus ipsius, & fiat vt dormiat, & temperetur eius complexio.

a B. algasī.

b B. somniferis.

Com-

Complementum verò curæ eius eſt dormitatio plurima,& ut detur ei in potu epithymum quandoque,vt quieſcat eius natura. Et abſcindatur eius cogitatio.Et quum in ipſa non conferunt medicamen,& cura,flagelletur,& fiat ut dolorem ſentiat, & percutiatur caput eius,& facies ipſius,& cauterizetur eius ſynciput, quoniam ſanatur.Quòd ſi redeat,redeatur.

a B. alhaſch.
† inſania ex amoribus.

De[a] [ilisci.] Cap. 24.

b †B continuá.
c B geſtuũ, ſeu morum.
d B.aut nó adiuuat.
e B.nouũ aliqđ iucunditas.
f B.anhelitus.
g B. aut.
h B cũ profunditate cõiunctiue, ſeu eius, qđ de toto oculo nobis apparet ſunt magnas habẽtes palpebras, pingues pp vigilias ipſius, & ſuſpiria faciẽtia euaporare ad caput, & in geſtibus eius, ſeu moribus ipſius.

HAec ægritudo eſt ſolicitudo melancholica ſimilis melancholiæ, in qua homo ſibi iam induxit incitationem cogitationis ſuæ,[b] † [ ] ſuper pulchritudine quarundam formarum,& [c] [figurarum] quæ inſunt ei. Deinde adiuuat ipſum ad illud deſiderium eius, [d] [& non conſequitur.] Et ſigna quidem eius ſunt profunditas oculorum, & ſiccitas ipſorũ, & priuatio lachrymarum, niſi quum fletus adeſt, & motus continuus palpebrarum riſibilis, quaſi aſpiciat aliquid pulchrum delectabile: aut audiat [e] [rumorem iucundantem] aut letificetur.Et eſt [f] [ſpiritus] eius plurimæ interfectionis,& reuerſionis,& ſit multæ eleuationis, alteratur diſpoſitio ipſius ad riſum,& letitiam[g] [&] ad triſtitiam & fletum, quum amoris cãtilenas audit,& pręcipue quum ſit rememoratio repudij,& elongationis,& ſunt omnia mẽbra eius arefacta preter oculos:quoniam ipſi[h] [ſunt cum ſua profunditate graues magni, & palpebræ ſunt groſſæ propter vigilias ipſius, & ploratus eius, qui ſit cum ſingultu euaporans ex capite eius,& in eius figuris] non eſt ordo. Et pulſus ipſius, eſt pulſus diuerſus abſque ordine omnino: ſicut eſt pulſus habentium tędium,& eius quidem pulſus, & diſpoſitio ipſius alterantur,quum ſit rememoratio eius,quod diligitur & propriè quum obuiat ei ſubito, & poſſibile eſt ex hoc ſignificare quis ſit ille qui diligitur, quum non confitetur ipſum.Cognitio autẽ eius quod diligitur,eſt vna uiarum curæ ipſius, & ingenium in hoc eſt,vt nõia plura nominẽtur,iterando multoties,& ſit manus ſuper pulſum ipſius.Quum que propter illud diuerſificatur diuerſitate magna,& ſit ſimilis interſecto, deinde iteratur,& experitur illud multoties,ſcitur quòd illud eſt nomen eius.quod diligitur: deinde ſimiliter rememorentur figura,& manſio,& illud in quo valet,& artes,& genus,& regiones,& comparetur ad nomen eius, quod diligitur unumquodque eorum, & ſeruetur pulſus ita,vt quum alteratur apud rememorationẽ vnius rei multoties,aggregentur inde proprietates eius,quod diligitur ex nomine:[i] † [ ] & ex eo in quo pręualet,&[k][cognoſcitur illud] Nos enim iam experti fuimus illud, & inuenimus iuuamentum in faciendo moram in illo. Amplius, quum non inuenitur cura niſi regimen coniunctionis inter eos ſecundum modũ permiſſionis fidei,& legis,fiat, & nos quidem iam uidimus, cui redita eſt ſalus,& uirtus,& rediit ad carnem ſuam,quum iam perueniſſet ad arefactionem,& pertranſiſſet ipſam, & toleraſſet ęgritudines prauas antiquas, & febres lõgas propter debilitatem virtutis factam propter nimietatem† ilisci.Nam quũ ſenſit applicationem eius quod diligebat,euacuauit quòd habebat, in breui tempore, & exiſtimauimus mirabile eſſe,& ſignificauimus obedientiam naturæ meditationibus.

i †B & ſtatura.
k B & ex his,q́ inducunt in cognitioné illius.
† amoris.

A N N O T A T I O N E S.

Hic morbus apud Latinos nullum nomen habet. Græci Lycaonem & lycanthropiam vocant. Pro quo vide Pau. lib.3.& Aet.lib.2.ſerm.2. Cap.16. Cap.11.

De cura. Cap. 24.

a B.illius quod eſt cauſa macrefactióis eorum.
b † B. erroris.
c † B turpes.
d B abhominationem.
† amore.
† alcutubut.
e B. figura.

COnſidera,an eius diſpoſitio peruenerit ad aduſtionem humoris per ſigna, quæ noſti,& euacua. Deinde adminiſtra eis ſomnum, & humectationem, & nutrimentum ipſorum cum laudabilibus,& fac ipſos balneari ſecundũ conditionem humectationis notam. Et ſit caſus eorum in diſceptationibus ipſorum. & occupationibus,& controuerſijs,& uniuerſaliter in rebus negocioſis:Illud enim facit eos fortaſſe obliuiſci [a] [delectationis eorum,] aut ingenientur ut ipſi diligant aliud ab eo, quod diligunt, quod ſit ex eis,quę lex permittit.Deinde cogitatio ipſorum a ſecundo abſcindatur, antequam confirmetur,& poſtquam obliti fuerint primi. Si autẽ ille,qui diligit,fuerit ex rationabilibus: tunc adhortatio,& correctio,[b] † [ ] & uituperatio illius,& coarctatio illius,& tranſformatio ad ipſum,quòd illud quod non eſt niſi ſolicitudo melancholica, & percuſſio dæmonis,erunt ex eis,quæ multum iuuabunt: verba enim in hoc capitulo conferunt,& etiam uetulę ad eum incitentur,ut vituperent illud, quod diligunt ipſi, & rememorentur eius diſpoſitiones:[c] † [ ] & narrent ei res aliquas de ipſo,ex quibus [d] [horrorem] incurrat,& narrent ei de ipſo vituperatiões multas. Hæc enim ſunt ex eis, quę ſedant plurimum: quamuis ſit ex eis,quæ alios conſolentur. Et ex eis,quæ ad illos iuuant, eſt vt narrent uetulæ iſtæ formas eius, quod diligitur cum ſimilitudinibus fœtidis,& aſſimilẽtur mẽbra faciei eius cũ narrationib. horribilibus, & aſſiduẽt illud,& perſeuerẽt in ipſo.Hęc enim ſunt ipſarũ opera,& ſunt prudẽtiores in hoc viris,niſi mollibus.Ipſis nãque ineſt ars non breuior arte vetularũ, & propterea poſſibile eſt eis,vt inueniãt qualiter permutent amorẽ diligentis ad illud, quod non diligitur gradatim.Deinde abſcindant opus ſuũ, antequã confirmetur amor ſecundus. Et ex occupationibus prædictis eſt emptio puellarum, & plurimus cõcubitus ipſarum, & renouatio ipſarum,& delectatio cũ ipſis.Et quidam homines ſunt,quos ſanat letitia,& auditus cantilenæ,& quidam ſunt,quos illud augmentat in †iliſci,et poſſibile eſt,vt ſit illud venatio,aut ſpecies ludi, et dignitatis aſſumptę ex regibus,et ſimiliter ſpecies triſtitiæ magnę,omnia ſunt ſanantia. Et fortaſſe neceſſarium erit,vt iſti regantur regimine habentium melancholiam,et maniã, et † lycanthropiam, et ut euacuẽtur humores eorũ prædicti cum hieris magnis,et humectentur cũ eo, quod dictum eſt ex humectantibus,et illud eſt, quum permutatur cum moribus ſuis,& [e] [ſanitate] corporum ſuorum ad ſimilitudinem ipſorum.

AN-

ANNOTATIONES.

Cap. 17.

Cap. 6.

Egit de hoc affectu & eius curatione Paul. lib. 3. habes & ex Gal. pulchram de hac re historiam lib. de præcogn. ad Posthum. Differt hic author a Paulo, quum inter huius affectus indicia membra ait omnia esse arefacta præter oculos, cuius prorsus contrarium Paulus scribit: nempe totum corpus non collabi asserens: sed solos oculos tabescere. Hac tamen in re sequuntur scriptores omnes Auicennæ sententiam, & meritò profectò, cum amantes & inedia, & curis & vigilijs contabescere, & eorum corpora tota exsiccari res ipsa, atque experientia prodat. Quare existimandum est mendum esse in Pauli libro, corrigendumq; id ex huius sententia, qui profectò, quum ex Paulo totum hoc fermè caput descripserit, adnotasset de hac controuersia aliquid, si deprauatum, ut nos, codicem offendisset.

TRACTATVS V.

De ægritudinibus cerebri in operationibus motus.

De vertigine. [a] † [ ] *Cap.* 1.

VErtigo est, vt habenti ipsam imaginetur, quòd res super ipsum uoluantur, & quod eius cerebrum, & corpus ipsius reuoluantur, quare non [b] [regit se ita] ut firmetur, immò cadit. Et multoties quidem abhorret uoces, & accidit ei ex [c] [obuiatione sui ipsius,] sicut illud quod accidit ei, qui reuoluitur super seipsum multoties cum uelocitate. [d] [Non enim figitur sedens, aut stans, aut aperit oculos.] & illud est propterea, quòd accidit spiritui in uentribus cerebri eius, & in uenis, & arterijs eius ex [e] [obuiatione suipsius] illud, quod accidit ei, quum reuoluitur reuolutione continua. Et differentia quidem inter vertiginem, & epilepsiam, est, quòd vertigo quandoque manet tempore aliquo; epilepsia verò fit repente, & cadit eam habens, silens, & sanatur. [f] a Vertigo] autem est, ut, quum homo stat, uel surgit, obtenebrentur eius oculi, & [g] [excitatur] ad hoc ut cadat: & quæ ex ea fortis est, similis est epilepsiæ; ueruntamen non fit cum spasmo, sicut fit epilepsia. Et hæc quidem vertigo quandoque accidit homini, propterea quòd reuoluit seipsum, & reuoluuntur uapores & spiritus in seipso, sicut [h] [reuoluitur vas continens super aquam] tempore aliquo, & quãdo reuoluitur spiritus imaginatur homo, quòd res uoluantur: nam æquale est, siue diuersificetur proportio partiũ spiritus ad partes mundi continentis ipsum ex parte spiritus; siue diuersificetur illud ex parte mundi, quum fuerit [i] [sensibilitas per eas, & sunt reuolutiones, quæ sunt propter oppositionẽ.] Nam quum sentiens mouetur, permutantur opposita, sicut quum mouetur sensatum. [k] † [ ] Et hæc quidem vertigo, quandoque fit propter considerationem etiam ad res, quæ voluuntur, ita vt infigatur forma illa sensata, in anima. Et propter hoc dicitur, quòd omnes operationes sensibiles pendẽt ex instrumentis corporeis patientibus; quorum primum & dignius est spiritus sensibilis. Et remanet in ipso ab omni sensato forma ipsius, post eius separationem, quum sensatum est forte. Omne.n. sensatum non efficit in instrumento sensibili, nisi formam, quę est sibi similis: deinde firmatur forma illa, & euanescit cum quantitate receptionis instrumenti, & fortitudine sensati. eius vero expositio in scientia continetur naturali. Et [l] [quantuncunque] fuerit corpus debilius, erunt passiones in eo istę fortiores, sicut in ægris; [m] [ęgritudo enim plurimum in hoc sequitur elongationem, ita vt appareat eis semper, ꝙ reuoluantur cum paruo motu ipsorum. Non enim indigent in motu, vt iniungatur eis quatenus in motu vehementer perseuerẽt propter debilitatem ipsorum. Nam] spiritui eorum accidunt nocumentum, & passio, & commotio. Et quandoque quidem fit vertigo ex causis corporeis, aut præsentibus, in [n] [vacuitate] cerebri contentis, in ipso ex vaporibus [o] [peruenientibus] in uenis, quæ sunt in ipso, & in neruis: aut ex humoribus contentis in ipso omnis generis, qui euaporantur cum paruo motu, aut caliditate. Quum ergo mouentur vapores illi, mouent motu suo spiritum animalem, qui non digeritur, & [p] [rectificatur,] nisi in venis illis: deinde requiescit in substãtia cerebri; postea dispergitur in neruis ad corpus. Aut propter multitudinem vaporum iam retentorum in ipso, ascendentiũ ad ipsum ex locis alijs; deinde quiescentium in ipso: remanentium in ipso ab ęgritudine acuta antecedente: aut ægritudine frigida, [q] [& erunt ventositates inflatiuæ, quas mouebit] virtus digestiua, & resolutiua. Et quandoque fit non propter motum vaporum in cerebro, sed propter malitiam complexionis diuersę [r] [in ipso, ex qua consequitur excitatio motus agitabilis in spiritu, non cum motore corporeo permiscente ipsum ex vapore, aut alio:] sicut accidit illud ex motu diuerso peruenientẽ ex aqua & igne, quum aggregantur. Et quandoque fit ex motore spiritus exterius, sicut percussione capitis, & fractione cranij: ita vt comprimant cerebrum, & spiritum quietum: & sequãtur ipsum motus diuersi circulares vndosi: sicut accidit in aqua ex [s] [percussione graui] super eã, aut casu verberationis fortis super dorsum ipsius. [t] [Reuoluuntur enim vndæ eius, & casus verbi gratia in aere; sed corpus aereum est dignius:] sed tamen non sentitur. Et quandoque fit ex vaporibus ascendentibus ad cerebrum in dispositione suarum ascensionum, & si non sint generati in substantia cerebri, neque retenti in ipso antiquitus. Nam, quum ad ipsũ ascendunt, mouent ipsum. Et quandoque fit ascensus eorum ad ipsum, aut in transitib. neruorum: & est ex stomacho, & chysti fellis, [u] [aut] mediante stomacho, & vesica, & matrice, & velamine, quum eis adueniunt ægritudines: aut mouentur humores, qui sunt in eis. Illud enim plurimũ fit ex stomacho: & post ipsum ex matrice recipiente superfluitates: aut in venis, & arterijs, aut occultis, aut manifestis. Vaporis autẽ materia quandoque est cholera, & quandoque est phlegma. Et uertigo quidem phlegmatica similis est epilepsiæ, & multoties fit [x] [communitas scotomiæ, & uertiginis non propter materiam comprehensam, immo propter rem incipientem continuari cum cerebro sua qualitate, & facit possidere scotomiam,] & uertiginem:

a † B. & alsedar, uel sedar.

b B. est ei possibile.

c B. seipso.

d B. quare non est ei possibile, ut firmetur stãs, aut sedens, aut ꝙ aperiat oculos suos.

e B. ex seipso.

f B. Alsedar.

g B. præparatur

h B. quũ reuoluitur uas continens aquã tempore aliquo & quiescit, unde remanet, qđ est reuolutum in girum.

i B. sensatio p eas, quæ reuoluuntur secundũ oppositionem. Alia litera. sensatio per eas, dum ipsæ reuoluuntur secundũ oppositionem.

k † B. permutãtur opposita.

l B. quotiescunque.

m B. quoniam quandoque ægri perueniunt ad ultimum in hoc, uehemẽter ita, ut semper appareat eis ꝙ reuoluantur cũ paruo motu ipsorum, uel ita ut semper accidat eis uertigo cum paruo motu ipsorum, qm̃ ipsi indigent ĩ motu eorũ conatu vehementi, ut sit eis possibilis motus pp debilitatem ipsorũ, quare.

n B. substantia.

o B. commotis.

p B. recipit substantiam.

q B. quare fiũt ventositates crudæ, seu grossæ quas mouet.

r B. Alia litera. subito ex qua consequitur excitatio motus agitatiui ĩ spiritu non cũ motore corporeo ex uapore, aut alio ei permixto.

s B. ex casu grauis.

t B quare reuoluuntur undę eius, & casus similis illi ĩ aere, & ĩ corpore aereo est dignior.

u —— B.

x B. Alia litera. cómunicatio faciens alsedar, & faciens vertiginem fit, non pp materiam aduenientẽ, imò pp nocumentũ sua qualitate perueniens ad cerebrũ, & facit possidere sedar.

nem: sicut accidit, quum est vacuitas, & fames quibusdam hominibus; & propriè eis, qui famem non tolerant, propterea quòd os stomachi eorum læditur, cui cerebrum communicat. Et quãdoque fit vertigo, & scotomia secundum semitam crisis. Et uertigo quidem frequens, & propriè in decrepitis, nunciat apoplexiam, & similiter vertigo eueniens successione stuporis [y] [comitantis membrum,] & quandoque soluit vertiginem soda accidens. [z] † [ ]

y B. Alia litera. adhærentis mébro.

z. †B. & qñque soluit soda vertigo accidens.

ANNOTATIONES.

Vertigo grecis σκότωμα, δῖνος, & σκοτόδινος, dicitur, affectus est, in quo uerti in gyrum omnia, & caput circumagi uidetur. quandoque obscuratur uisus, quandoque & æger concidit. Symptoma ergo multiplex est, ad uidendi, imaginandi, & mouendi potestatem pertinens, ut necesse sit errare eos, qui aut ad uisionem semper referendum putant, aut ad imaginationem, aut ad motum. licèt enim, ubi uisus obscuratur, uel ablata, uel imminuta sit uidendi actio, uisus tamen semper obscuritas non adest. ac ferri quidem ante oculos culices, aut alia id genus uidentur sępenumero, ex quo deprauatur uisio, at neque id semper existimant, & frequenter verti in gyrum omnia, & non semper læsa imaginatio est, quum multi certum habeãt non circumagi; sed stare omnia, sequitur etiam non rarò casus; uerum neque id semper. quo fit ut uarium symptoma sit, eodem tamen nomine semper nuncupatum. Et si enim inter δῖνος & σκοτόδινον eam differentiam ponit Galenus 4. de rat. uic. in ac. quod δῖνος sit, quum caput circumferri uidetur: σκοτόδινος autem, quum etiam uisus obscuratur, pro eodem tamen affectu sumuntur alibi. Quamuis etiam latini non paucis ante nos annis duos affectus ponerent: scotomiam & uertiginem, corrupto gręco uocabulo, & eius usu; ac uertiginem quidem esse ubi sola circumactio appareret, nec conciderent; scotomiam uerò ubi casus sequitur, nuncupauerint; rem probè distinguentes, quòd diuersi affectus sunt; eadem tamen affectus est causa, & curatio eadẽ, ut unum caput & unum nomen subeant. Authorem hunc utra parte stet, ferè nescias, quando in huius quidem capitis initio de uno dumtaxat affectu meminit; statim tamen & uertiginem, & scotomiam nominet. nisi hoc interpretis fortasse incuriæ potius ascribendum sit, quàm authori. Vtcunque tamen siue pro uno, siue pro pluribus affectib. sumpseris, quo ad curationem, parum, aut nihil interest. Cæterum non leuis de hoc symptomate dubitatio est, a qua nã causa dependeat, & a quo morbo. Alij nempe ad intemperiem authoritate Gal. referunt 3. de loc. aff. alij ad morbum in meatu. s. obstructionem. alij ad morbum, in numero, quum id in oculo sit additum, quod addi non debet. alij ẽt ad situm, quod spiritus suo loco non quiescant, sed huc illuc fluctuent. Verum, quod ad intemperiem attinet, certum est non posse intemperiem, quæcunque ea sit, repente, aut corpori aduenire, aut repente discedere, quod & Galen. 2. de sympt. caus. asserit. quare neque ea proxima huius symptomatis causa dici potest. non negarim quidem generationem spiritus hunc affectum facientis, ab inæquali cerebri intemperie prouenire, id quod Gal. iam citato loco asserit. sed de proxima, ac ut ita dicam, coniuncta huius symptomatis causa, contendimus, de qua Gal. non meminit. Quòd item ad morbum in situ referri nequeat, uel ex eo persuademur, quod quum naturalis uaporum, seu spirituum, a quibus uertigo fit sedes, non una solum cauitas in cerebro sit, sed omnes, contenti ante chrystallinum humorem spiritus naturalem occupant locum, non præter naturam. Quamobrem, placet nobis eorum sententia, qui seu obstructionem, seu morbum in numero symptomatis huius causam faciunt. dicimus autem morbum in numero, propterea quod posita obstructione poni & eum necesse est, quamuis id quod proximè offendit in uertigine, obstructio sit. Quod si quis referri hunc posse affectum neget ad morbum uel in numero, uel obstructionem, quod posita obstructione, & eo præter naturam addito, uertigo tamen non ponatur, nisi uapores ij additi, uel obstruentes circumagantur. Respondemus spirituum circumlationem morbum non esse, sed morbi causam, nempe obstructionis, quæ, etsi continua non est ob spirituum inconstantiam, qui modo unam particulã obstruũt, modo alteram, causa tamen est modo deprauatę illius uidendi actionis, modo etiam ablatæ, ubi firmari, ac quiescere ante pupillam eos uapores contingat, uel tanta in eam partem ferri copia atque impingi, ut grauius obstruant.

Com. 42.

Cap. 8.

Cap. 7.

De signis eius. *Cap.* 2.

FActa autem ex reuolutione hominis super seipsum: aut consideratione ipsius ad res reuolutas, & luminosas, quum non [a] [sedet] nota est per seipsum, & similiter quæ fit a percussione, aut casu. In ea autem, quæ fit a retentione materierum vaporosarum [b] [præcedentiũ] in cerebro, aut generatarum in ipso cerebro, est ægritudo assidua, & non sequens ęgritudinem in aliquibus membris: & non est excitata cum repulsione, & sedata cũ vacuitate. Et quandoque antecedunt ipsam dolores capitis, & sonitus, & tinnitus, & grauitas est in capite, & inuenit tenebrositatem in visu suo fixam: & inuenit in sensibus abbreuiationem, ita ut sit in gustu, & odoratu, & sentit in arterijs anteriorib. pulsationem vehementem, & inuenit grauitatem in odoratu. Et si fuerit humor, qui est in cerebro, aut in alijs membris, humor ex quo excitantur vapores, phlegma: erit grauitas, & timor, & multitudo somni, & signa phlegmatis prædicta in canone. Et si fuerit cholera, erunt vigiliç, & inflammatio sine multitudine grauitatis, & imaginationes citrinæ, aureę. Et si fuerit sanguis: erunt venę inflatæ, & facies, & caput, & oculi rubei, & calidi, & erunt grauitas, & somnus, & lassitudo, & pulsatio. Et si fuerit melancholia, erit grauitas cum quantitate, & erũt vigiliæ, & imaginationes laminarum, [c] † [& capilli nigri,] & cogitatio corrupta, & reliqua signa prędicta. Quòd si eius causa fuerit a stomacho, erit cum destructione desiderij, aut impedimenti in ipso: aut corruptione in digestione, & tremore [d] [cordis, & lassitudine spiritus: & erit permutatio in stomacho,] & declinatio nocumenti ad anteriorem partem cerebri, & mediam ipsius, & non elongatur, quin perueniat ad ipsius posteriorem: & diuersitas dispositionis [e] [situs;] quandoque enim sedatur, et quandoque augmentatur secundum repletionem et uacuitatem, et fit successione [f] [satietatis nauseatiuæ a cibo præteritæ:] & inuenit etiam dolores in stomacho, & [g] [inflammationem] in quibusdam horis, et fit uia communitatis neruorum, & inuenit ante ipsam, & apud [h] [reuersionem in postremo ipsius dolorem post synciput apud originem paris sexti in partibus colli.] Et si est ex matrice, pręcedũt ipsam præfocatio matricis, & re-

a B. Alia litera. remouentur.

b B. in antiquo tempore existẽtium.

c † B. nigrarũ, & pilorũ nigrorum, & fumositatũ, uel fumorum.

d B. & tepiditate animæ, & permutatione, seu subuersione in stomacho.

e B. doloris.

f B. altochme iam præteriti.

g B. inflationẽ.

h B. vchemẽtiã eius, & in fine ipsius dolorem post syncipuca pud originẽ paris neruorũ sexti in partibus alchafa.

& retentio spermatis, & menstruorum, & apostemata in ipsa. Et similiter, si est ex vesica. Et si i [est ex principio membrorum omnium.] aut ex origine nutrimenti, quæ est hepar, aut ex origine spiritus, qui est cor, est eius transitus, aut in uenis & arterijs ortis ex eis, k † [ ] aut in illis quæ sunt post aurem, aut in illis, quæ sunt in l [collo.] & illius quidem signũ est, vt sit cum pulsatione vehementi, & tensione vt chordæ venarum, quę sunt in collo: & ut non inueniat dolorem, de quo sit curandũ in collo, & mẽbris eius, neq; in reliquis neruis. Et quũ uides arterias extrinsecas extẽsas apud collum, & alleuiatur, quum manu tua pulsum prohibes: aut ligamentis m [† latinorum,] aut plũbo, aut linis super ipsum styptica prędicta, tũc scis quòd cursus est in eo: & si non, tunc est in alijs. Et similiter experire in alijs. quòd si non inuenis, tunc est in uijs profundis. Illa uerò, q̃ fit a malitia complexionis diuersę, scitur per leuitatem cerebri, & priuationem causarum prædictarum, & casus frigoris, aut caloris repẽte exterius, aut n [ex receptis] infrigidantibus, & calefacientibus subito, & sequitur eam vertigo. Scotomiam uerò habẽs non tantum iuuatur a uino, quãtum a potu aquæ. Et scias, quòd scotomia, & uertigo, quum prolõgantur, tunc ægritudo est frigida. & signa quidẽ criticæ manifesta sunt.

i B. fuerit principium ex mẽbris omnibus.
k † B. ambobus
l B. chafa.
m B. alagiemi. † Al. lacertorũ.
n B. comestis uel potaris.

ANNOTATIONES.

Tradit signa, quibus dignoscatur non affectus: sed eius species, seu differentiæ, an videlicet per consensum, an primario affectu caput male habeat, an ab hac, an ab illa materia dependeat. quod & Gal. 3. de aff. loc. & Paul. lib. 3. Prosequitur tamen hic singula diligentius.

Cap. 8. Cap. 12.

De cura. Cap. 3.

FActa quidem a reuolutione hominis super seipsum, & consideratione eius ad reuolutiones, aut consideratione ex loco alto, curatur cum quiete, & tranquillitate, & somno, si non cito sedatur: a [&] sumat styptica acetosa, & frãgat buccellas in eis, & sumat ipsas. Quę verò facta est a sanguine, aut humore contento in corpore, curatur phlebotomia ex cephalica: deinde ex vena quieta, quę est post aurem. est enim optima in curatione omnium specierum vertiginis materialium. & quandoque cauterizatur, & proprie in ea, cuius causa est ascensio uaporum ex corpore, in quacunque uia eleuantur. Ventosæ quoque conferunt nocrati superposite, & etiam super caput. Si autem fuerint cum sanguine humores diuersi: aut causa eius fuerint humores pręter sanguinem, tunc incipiatur ad euacuandum cum pilulis de hiera, aut infusione aloes, si fuerint humores calidi, aut decoctione myrobalanorum citrinorum, aut decoctione epithymi, & pilulis stomaticis si fuerint diuersi. Et post euacuationes administretur clystere cum aqua centaureæ, & colognthidæ. Deinde uentosetur super b [nucham,] & caput. Post perueni ad gargarismata, & caput purgia, & attractiones odorum naribus, in q̃bus sunt muschus, & castoreum, & nigella, & amaracum. Quumque paroxysmus excitatur: tunc adiuua cum fricatione inferiorum extremorum. Et si fuerit causa in hoc ex stomacho, & humorib. in ipso, administra uomitum cum aqua, in qua sunt anethum & raphanus, & ponantur in ipsa, mel & sal, & reliqua vomitiua temperata. Deinde euacua cum cocchijs, si uirtus fuerit fortis: aut cum pilulis de picra, & infusione aloes, si uirtus fuerit minus fortis. & c [scias, si humores sunt cholera pura: tũc enim] cum decoctione myrobal. cum fumo terræ, & illud quidem scies per significationes prædictas in hoc capitulo, & in cap. de stomacho. Et si causa fuerit in alijs membris, curabis totum cum eo, quod oportet, & confortabis caput in principio sui cum oleo ros. d [cum aceto, &] oleo chamæmellino; & post confirmationem, cum oleo chamæmellino singulari. Quum ergo scitur, q̃ materia est in capite tantum, ponãtur uentosæ super caput, & nocram: & phlebotometur uena, quę est post aurem. Et administrentur e [ascibaret] & gargarismata, & embrochæ, & attractiones odorum naribus, & caput purgia prædicta, et quæ similia sunt illis secundum materias, secundum quòd sciuisti in canone. Et si causa est malitia complexionis diuersæ, oportet ut scias causam eius, et signa, per ea, quę scis, et cura per contrarium, ut temperetur complexio naturalis. Et si causa est percussio, aut casus, curetur prius cum eis, quę dicentur capitulis suis, si ergo sanatur et remanet uertigo, curetur uertigo cum eis quæ sunt ostensa. Et oportet quidem, vt habens vertiginem alienet a se considerationem ad omnem rem cito reuolubilem, et alienetur ab aspectu profunditatum fouearum, et uerticum montium, et collium, et superficierũ supremarum. f [Scotomiam] uerò et uertiginem factas propter uacuitatem stomachi sedat acceptio buccellarum infusarum in rob fructuum stypticorum, et aquis ipsorum, et propriè a crestæ.

a B. Alia litera. tunc.
b B. nocram.
c B. si scieueris q̃ humores sint cholerici puri, tunc.
d B. Alia litera. pauco.
e B. pilulæ alsebiarat.
f B. alsedar.

ANNOTATIONES.

De vertiginis curatione pauca quędam Galenus tradit 3. de aff. loc. sed plura Paulus lib. 3. ex quo hic multa. Iubet hic uenæ sectionem, dein etiam purgationem quod, & Paulus. At Hipp. lib. prorrhet. sect. 2. uertiginosis non esse exhibenda medicamenta scribit, quòd perniciosum est. Verùm soluitur. Hippo. aut cum imbecillitate uirium eo in loco purgantia medicamẽta prohibet, ut uidetur sentire Gal. aut purgatoria fortia & ualida interdicit, qualibus eius tempestate utebantur, totum corpus uehementer concitantibus. Auicennas uero, & Paulus leuia exhibent hieram nempè & id genus alia, quæ aut nihil, aut imbeciliter admodum turbare corpus queunt. Sed dubitabis cur hi in uertiginis curatione, ubi ex uentriculi est consẽsu, uomitum omittunt, quem tamen proponere Hipp. uidetur 4. aph. Sanè, quum uomitus ex ijs fit, quæ caput replent, ubi morbus in capite sit, non iniuria hi uomitũ fortè prætereũt, quum alia suppetant multa, quibus id assequi licet, quod opportunum esset. Hipp. uerò purgationem per superiora significari docet ex uentriculi fastidio cum uertigine. ubi uidelicet uentriculus affectus sit solus, neque una caput laboret, per essentiam, ut dicunt. nempe si uentre solus per essentiam affectus sit, caput uerò tantum uentriculo consentiat, concedi uomitus potest, id quod Hipp. innuit. atsi per essentiam ipsum caput affectum sit, tunc non ęquè tuta curatio est, etiam si morbus a uentriculo cœperit.

Cap. 8. cap. 12.
aphor. 29.
aphor. 17.

De [a] *[alue,& est palpitatio.]* *Cap.* 4.

a B. allui, & est albegiendach. Alia litera. allui & est altemded.

Corpori quidem accidit ex parte multiplicationis, repletionis, & similium in lacertis, & venis, dispositio, quæ est sicut lassitudo, ꝑpter quam extenduntur venæ, & multiplicatur oscitatio, & alarum extensio propter multitudinem uentositatis, & vaporis: & cum ea rubificantur facies, & oculi: & prouocat inuolutionem, & extensionem. & quum illud in homine multiplicatur, significat repletionem. Oportet ergo, vt euacuetur humor sanguineus, & cholericus, & administretur aqua frigida. Illud enim quandoque sedat eam in dispositione, propterea quòd temperat ebullitionem. Acoro quoque inest proprietas remouendi ipsam, quum masticatur, aut puluerizatus sumitur, & bibitur, & forsitan cum eo, quòd resoluit ventositates dominantes: & similiter [b] [zuccarum cum coriandro,] Et balneatores sanant habentem eam, constringendo manum super venas [c] [super duas apoplecticas;] donec homini eueniat [d] [quasi] syncopis: & fortasse cũ eo quod [e] [exprimitur de spiritu ascẽdente ad cerebrum omnimoda fortitudine dominante materiebus cum resolutione. Et cum ipso quidẽ est cautela adhibenda, & oportet ne manus super venas teneantur ea quantitate, quam homo nõ tolerat, vt ĩ ipso eius spiritus retineatur.

b B. coriandrũ cum zuccaro.

c B. alsebati.i. subet cas.

d —— B.

e B. motu laborioso agitatur de spiritu ascẽdẽte ad cerebrũ dominante super materias cum resolutione, & in ipso est periculum.

ANNOTATIONES.

Pertinet & hic affectus ad motricis facultatis actiones. est nempe deprauatus motus tum palpebrarum, tum manuum cum oscitatione & pandiculatione frequenti, cui leuem etiam quandam uertiginem adiungunt sine casu. De hoc non meminere particulatim Græci, sed meminit Rasis primo cont. tr. 8. cuius etiam curationem subiungit, quam tu uide. Cap. 16.

a [*De incubo, & nominatur strangulator, Arabice uerò albodilem, & alchaton.*] *Cap.* 5.

a B. De alchab. & noĩatur strangulator, & quãdoque noiatur arabice algiathun, & alneidalan, seu albeidalan.

Incubus autẽ est ægritudo, in qua homo sentit, quum insomnium ingreditur, phantasma graue super se cadens, & comprimẽs ipsũ: & angustiatur eius spiritus, & intersecatur uox ipsius, & motus eius, & [b] [fortasse præfocatur] propter oppilationes pororum: & quum ab ipso separatur, excitat eum subito. Et est antecessor unius trium ægritudinũ, aut apoplexię, aut epilepsię, aut manię: & illud quidem, quum fuerit ex materiebus comprimentibus, & non fuerit ex causis alijs non materiatis. Eius uerò causa secundum plurimum est vapor materierum grossarum sanguinearum, aut phlegmaticarum, aut melancholicarum, eleuatus ad cerebrum subito in dispositione quietis motus vigiliarum resoluentis vaporem, & [b] [cum resolutione omnis humoris comitantis ipsum.]

b B. Alia litera. est proxima pfocationi.

c B. unusquisq; humor causat fantasma. cum colore suo.

ANNOTATIONES.

Quem incubum latini, seu incubonem, vt Scribonius, et nocturna ludibria, seu nocturnas suppressiones, græci ἐφιάλτην. *& Themison pnigalionem uocauit, ut Paulus, li. 3. affectus est motricis facultatis circa somni ferè initia semper inuadens, ubi præsertim homo supinus decumbat; nempè difficilis motus cum tremore aliquando, et respirandi angustia, & uocis abolitione, quasi graue quidpiam corpori incumbat. Arist. de hoc intellexisse sub epilepsiæ nomine uisus est lib. de som. & uig. quum somni initio inuadere scripsit. Latinus Poeta elegantissimè eundem affectum descripsit Aen. 12. his versibus,* Cap. 15.

Ac veluti in somnis, oculos vbi languida pressit
Nocte quies, nequicquam auidos extendere cursus
Velle videmur, & in medijs conatibus ægri
Succidimus: non lingua valet, non corpore notæ
Sufficiunt vires, nec vox, nec verba sequuntur.

De eodem, & Paul. lib. 3. agit, & eius notas, causas, & curationem scribit, ex quo hic ferè author. Cap. 15.

De signis. *Cap.* 6.

Signa autem omnis humoris manifesta sunt per canones accidentes. Et quandoq; fit ex frigore vehemẽti inueniẽti caput subito apud somnũ; quare [a] [cõprimit ipsum, & ingrossat, & contrahit, & efficit in ipso phantasias illas subito.] Et illud quidem non fit nisi propter debilitatẽ cerebri sua caliditate; aut malitia cõplexionis, quam habet.

a B. exprimit ipsum & inspissat eum, & cõstringit ipsum, & causantur ex eo illa fantasmata eadem.

De cura. *Cap.* 7.

Cura eius est phlebotomia, & solutio ventris cum eo, quod totum humorem educit; & si humores sint multi, & grossi, confert hoc solutiuũ cuius. Cõfectio. Recipe [a] [euphorbij] quantitatem drach. j. cũ tertia parte. drach. de scammonea & quarta drach. de pulpa coloquintidæ, & duobus danich anisi, si virtus fuerit fortis, & si non, cum pilulis de azulo: aut pilulis stomaticis, & epithymo, & hieris magnis, scilicet hiera cucumeris asinini, & hiera Rufi propriè. Deinde conforta caput cum eo quod sciuisti ex canone: & ex eis quæ iuuant ad hoc, est, ut grana pœonię in potu secundum continuitatem sumantur. Si autem causa in ipso est frigus inueniens caput, & facit in ipso hãc phãtasiam, oportet vt olea calida administres calefacientia, styptica, & emplastra rubificantia, & reliqua. Et non oportet, ut prolongemus sermonem in ipso, quoniam iã ꝓcessit q̃d excusat.

a B. ellebori.

De epilepsia. *Cap.* 8.

Epilepsia est ægritudo prohibens mẽbra animata ab operationibus sensus, & motus, & erectionis [a] [non integræ,] & illud est ꝑpter oppilationẽ cõtingentẽ. Plurimum uerò eius est [b] [spasmus vniuersalis accidens] ex nocumento adueniẽte vẽtriculo anteriori cerebri, quare facit prouenire oppilationem non cõpletã, [c] [& prohibet trãsitũ] virtutũ sensus & motus in eo & in mẽbris [d] [integre fieri absq; interfectiõe vniuersaliter,] & probeta possibilitate erigẽdi, [e] † [ ] & neq; possibile est homini, ut cum eo remaneat erectio corporis. Et quoniã oĩs spasmus, quemadmodũ ostendi, fit, aut a repletione, aut a siccitate, aut a contractione pp causam [f] [impediẽtẽ,] tunc similiter epilepsia. Verũtamẽ [g] † [ ] nõ fit a siccitate, quoniã epilepsia fit subito: sed spasmus siccus nõ fit subito.

a B. prohibitione nõ cõpleta.

b B. Alia litera. pp spasmũ vniuersalem accidẽtem.

c B. unde prohibetur transitus.

d B. penetratiõe integra absque abscisione totali ipsius.

e † B. seu standi

f B. nocentem.

g † B. ipsa.

Et quoniam cerebrum ex ſiccitate ſua non cõſequitur,vt ſpaſmetur multum,quin moriatur corpus prius tunc reſtat, vt eius quidem cauſa ſit,aut contractio cerebri ad expellendam rẽ[h] [impedientem,]quæ eſt aut uapor,aut qualitas mordicatiua,aut[i] [humectatiua] malæ ſubſtantiæ: aut humor faciens euenire oppilationem, [k] [& ſpaſmum non integrum] in ventriculis cerebri,& principijs originis neruorũ. Et quãdoque fit illud ex humore propter motum vndoſum contingentem in humore, aut propter ebullitionem caliditatis ſuperfluæ in eo, quod accidit ex oppilatione, quare uirtus ſenſus, & motus non pertranſit ſuo naturali tranſitu: & [l] [fortaſſe eius anteceſſione non completur] aliquid cum quantitate aliqua, quare non priuatur membra ſenſa,& virtute motus integrè: aut propter uentum groſſum retentum in trãſitibus ſpiritus,ſecundum quòd viſum eſt philoſopho magno Ariſt.& vidit ipſam eſſe vnam cauſarum epilepſiæ.Et quum ibi fuerit humor oppilans, tunc cerebrum cum hoc etiam cõtrahetur,vt expellat illud,quod [m] [impedit,] ſicut accidit ſtomacho ex ſingultu,& [n] [nauſea,] & ſicut accidit ex [o] [tremore,] quum eſt contractio, & compreſſio principium in expulſione membrorum eius,quod ipſa expellunt. Et quũ cerebrum contrahitur,motus eius diuerſificãtur,& ſequitur ipſum contractio neruorum in facie,& alijs,& diuerſificãtur motus ipſorum. Et [p] [ſanitas quidem,]aut contingit propter expulſionem humoris, [q] [&] propter reſolutionem uentoſitatis: aut propter expulſionẽ [r] [impedientis.] Spaſmi autem deſcendentis ad mẽbra,quibus aſſociatur epilepſia, cauſa eſt,quoniam materia,quæ peruenit ad cerebrum, aut nocumentum,quod ipſum comitatur, comitatur neruos etiam:quare eſt ipſorum diſpoſitio diſpoſitio eius. & illud eſt propter tres cauſas. ſcilicet,quia nerui ſequuntur ſubſtantiam cerebri,& læduntur ab eo,quo ipſum læditur: & eorum repletio ex humore expulſo ad ipſos in principio ipſorum [s] [facit,vt augmentetur]eorum latitudo, & abbreuietur eorum longitudo,& epilepſia quidem procedit curſu ſpaſmi, non curſu laſſitatis,& efficit contractionem cerebri,& abbreuiationem: & non facit mollificationẽ,& dilatationem, niſi quia cerebrum [t] [adminiſtrat in hoc expulſionem alicuius rei] a ſeipſo:expulſio verò non completur,& perficitur,niſi contractione,& expreſſione. Omni autem ſpaſmo materiali confert febris: ſed epilepſia eſt ſpaſmus materialis.[u] † [ ] Et apoſtemata,quando apparent in ipſa fortaſſe reſoluunt eam, & minuunt materiam eius. Et multoties quidem permutatur melãcholia ad epilepſiam:& multoties quidem mutatur epilepſia ad melancholiam.Quidam autem homines exiſtimant,ꝙ quandoque eſt epilepſia,q̃ non eſt a materia. Si ergo ſignificant per hoc, ꝙ cauſa in eo eſt vapor, aut qualitas nocens cerebro,& facit in ipſo cõtractionem prædictã; tunc ſermo ipſorum intentionem habet. ſi autem ſignificant, ꝙ cauſa illius eſt ipſa cõplexio pura,quum eſt in cerebro,& efficit epilepſiam; tunc illud eſt,quod modum non hẽt,quoniã, quum qualitate illa affectum fuerit cerebrum:

h B.nocentem.
i B.humiditas.
k B.non completam.
l B. per hoc ꝙ non completur, penetrat ex ea.
m B. nocet.
n B. ſubuerſione.
o B. iectigatione.
p B euaſio quidem a paroxyſmo ipſius epilepſiæ.
q B. aut.
r B. nocentis.
ſ B. quare augmentatur.
t B. conatur in hoc expellere aliquid.
u † B. quare ipſi cõfert febris.

oportebit,vt ſit epilepſia inſeparabilis ei, & nõ ſit ex eis,quæ ſeparantur [x] [in diſpoſitione.]Verum cauſa epilepſiæ eſt ex eis,q̃ ſubito fiunt, & ſeparantur [y] [in diſpoſitione:] aut vincit, & interficit. Et [z] [ſimiliter] non eſt qualitas pura in ipſo cerebro [a] [ſine] materia;aut qualitas adueniens ei: & reſcinditur: & fit illud ex membro alio proculdubio. Spuma verò accidens in epilepſia,eſt propter agitationem motus [b] [ſpiritus] propter præfocationem eius, & illa agitatio eſt ꝑpter agitationem ſpaſmi: & in apoplexia quidem accidit præfocatio propter violentiam anhelitus. Epilepſia quidem eſt quaſi ſpaſmus proprius primum cerebro: & ſpaſmus epilepſia propria primum membro alicui. Et motus ſternutationis eſt quaſi motus epilepſiæ leuis.& epilepſia ẽ quaſi ſternutatio multa,& fortis. Veruntamen plurimum expulſionis ſternutationis eſt ad partem anteriorem, propter fortitudinem virtutis,& debilitatem materiei. & expulſio epilepſiæ ad quancunque partem fuerit,eſt facilior,& poſſibilior. Et oportet quidem,vt comprehendatur,quod dictum eſt:quoniam,quum epilepſia eſt in ipſo cerebro, tunc cauſa in ipſo eſt materia proculdubio faciens ventoſitatem retentam in meatib. ſenſus& motus: [c] [aut] replet vtroſque ventriculos anteriores cerebri impletione aliqua. Et hæc quidem materia aut eſt ſanguis dominãs,& plurimus: aut phlegma,aut melãcholia, aut cholera,& ẽ [d] [parua] valde:& poſt ipſam in paucitate eſt ſanguis purus.Sanguis autem, cuius complexio ad complexionem choleræ nigræ [e] [&] phlegmatis inclinatur eſſentiam,[f] [multoties] fit cauſa: veruntamen cauſa [g] [plurima]eſt humiditas denudata [h] [&] declinans ad choleram nigram. vt plurimum enim,quum accidit epilepſia,accidit a phlegmate.& Hipp. quidem dixit ꝙ plurimæ oues patiuntur epilepſiam: quumque in cerebris ſuis anatomizantur, inuenitur in eis humiditas mala fœtida. Et omnis cauſa epilepſiæ [i] [cerebri comparatur ad]debilitatem digeſtionis in ipſo. Non ergo euacuatur, quin aut ſit in ſubſtantia cerebri,& [k] [velaminibus]eius, et eſt deterior; aut ſit in panniculis ipſius,& eſt leuior. Et epilepſia melancholica fortis eſt deterior,quàmuis phlegmatica ſit pluries. [l][Quũ ergo phlegma ſit plus,tunc melancholia] magis oppilat tranſitus ſpiritus. Et illa, quę apud quoſdam proprio nomine dicitur mater puerorum,interficit multum.Et quando continuãtur paroxyſmi epilepſiæ,interficit.Epilepſia autem,cuius cauſa eſt in membro alio, fit; aut qa eleuantur ab ipſo ad cerebrum vapores, & ventoſitates lædentes quantitate ſua,ita vt ex eis aggregetur ſecundum ſemitam aſcenſionis aliqđ, deinde poſt illud inſpiſſetur, et fiat materia habens eſſentiam,faciens eſſentia ſua, aut eo ꝙ ex ipſa generatur de ventoſitate. Aut quia ad ipſum eleuatur vapor,aut ventoſitas impediens, non quãtitate,imò qualitate,aut cõgelatione, aut aduſtione,aut venenoſitate,aut malitia ſubſtantiæ.Aut qa eleuatur ad ipſum qualitas pura tantũ.Aut quia eleuatur ad ipſum,qđ impedit, duobus modis. Membrum aũt,ex quo eleuantur vapores ad cerebrum facientes epilepſiam, [m] [multiplicati in ipſo,]aut eſt totũ corpus,aut

x B. ſtatim.
y B. ſtatim.
z B. huiuſmodi.
a B. imò eſt.
b B. anhelitus.
c B. &.
d B. parum.
e B. aut.
f B. Alia litera. quandoque eſt poſſibile.
g B. ſecundum plurimum.
h B. aut.
i B. cerebralis fundatur ſuper.
k B. Alia litera. medulla.
l B. quãuis flegmatica plus accidat: qm melãcholica fortis.
m B. cum multitudine ſua.

† mirach.

n B. nocet cum vapore.

splen, aut stomachus, aut † hypochōdria; & cōtingit illud etiam in reliquis membris. Illud autem, quòd [n] [impedit vaporem] malæ substantiæ, & qualitatis, est in toto corpore etiam; ita vt sit ī digitis pedis & manus. Et fit causa illius retentio sanguinis, aut humoris in trāsitu, cui iam accidit oppilatio, & abscinditur ab eo calor innatus, & moritur in ipso, & putrefit, & cōuertitur ad malam qualitatem; & procedit ex eo secundū [o] [deglutitionem in primis] materia vaporosa, aut qualitas venenosa; aut fit casus super ipsum quorundam uenenorū, & imprimit in neruis, sicut imprimit punctura scorpionis super neruos. Et expellitur eius venenū mediantibus neruis ad cerebrum, & lædit ipsum, quare contrahitur ex eo, & spasmatur. Et agitantur motus eius, sicut accidit stomacho, quum recipit, quod habet mordicationem, vacuus, secundum quòd inuenimus ipsum in singultu, & cum essentia oris stomachi est fortis sensus. Et singultus quidem est species spasmi. Quum ergo accidit cerebro ab huiusmodi causa spasmus, & contractio, & abbreuiatio, tunc ipsum sequitur contractio omnium neruorū, & spasmus ipsorum. Et Gal. quidem de seipso narrauit, quòd accidit ei singultus, quum recepit diapipereō, & post ipsum bibit vinum, propter impedimentum oris stomachi cum acuitate, & nos etiam testificamur in alio quod illi est proximum. Et Gal. & alij retulerunt, & nos post ipsum testificamur illud, quod multoties sentit epilepticus, eleuari aliquid ex pollice pedis sui, quod est sicut uentositas frigida, & tendit versus cerebrum ipsius, quum ergo peruenit ad cor, & cerebrum ipsius, incurrit epilepsiam. & Gal. quidem dicit, ꝙ quum ligatur crus eius ligatione forti ante paroxysmum ipsius, prohibetur illud, aut alleuiatur, & nos testificamur nos vidisse res mirabiles huius capituli. Et quidam eorū quandoque cauterizantur super pollicem suum, & quidam super [p] [digitos pedis: & uapor illius partis retentus est] & sanati sunt. Ex hoc autem capitulo est epilepsia, q̄ accidit propter uermes, aut ascarides. Et quidā modus epilepsiæ est cōpositus cum syncopi; quare forsitan extrahunt medici de capitulo epilepsiæ. [3] Verum in ipso est, & est species eius. & ipsum nominant præfocationem matricis. & est, quòd quando mulieri accidit, vt eius menstrua retineantur in non sua hora, aut cōstrigantur, [q] [quum retinentur ab ea pp dimissionem balnei:] conuertitur illud in matrice sua ad qualitatem venenosam: & adsunt ei motus, & vaporationes, aut cum periodo, aut sine periodo: quare accidit, vt eleuetur vapor eius ad cor, & ad cerebrum, & incurrit epilepsiam mulier. Et similiter quandoque [r] [conuenit] homini, vt in vasis suis seminalibus aggregetur sperma plurimum, & corrumpatur, & infrigidetur, & conuertatur ad qualitatem venenosam, & accidit ei simile ipsius. Et similiter aduenit mulieri prægnanti epilepsia in imprægnatione: Quumque deponit, & euacuat materiā illam menstrualem, remouetur illud: Et nobis quidem narrata fuit epilepsia incipiens a spondylibus, & epilepsia incipiens a spatula, & reliquis. Illa autem, q̄ fit ex † hypochondrijs & ex stomacho, & propter nauseatiuam satietatem, facit possidere oppilationes in venis, quare ipsæ nutrimentum laudabile non suscipiunt, & corrumpitur in eis humor, aut remanet in ipsis nutrimētum laudabile, coarctatum propter oppilationes: quare corrumpitur, & multoties redit ad stomachum corruptum, & corrumpit cibū bonum laudabilem: & multoties accidit propter [s] [reuersionem illius corrupti ad stomachum] uomitus cibi indigesti. Verum secūdum quancunque dispositionem sit epilepsia, cum communitate, aut absque communitate, principium epilepsiæ propinquum ex cerebro est: s. aut ex ventriculo eius anteriore, aut ex vētriculis alijs cum eo: quoniam primum nocumentum [t] [quo impedit,] contingit in sensu visus & auditus, & in motibus lacertorum faciei, & palpebrarum: quamuis reliqui sensus, & membra mobilia in nocumento cōmunicent: nam si non communicarent in nocumento reliqui ventriculi, non destrueretur intellectus neque lęderetur eleuatione anhelitus. Epilepsiam verò secundum plurimum antecedit spasmus: deinde post ipsum fit epilepsia; & illud ē, quoniam si confirmatur spasmus, est epilepsia, & quum expellitur causa impediens, aut resoluitur uentositas, redeunt operationes sensibiles, & motiuæ. Et quandoque quidem apparet humor expulsus visibiliter in vtrisq; naribus, et in gutture. Et multoties fit epilepsia sine spasmo sensato: & illud iō, quoniā materia faciēs ipsam, est subtilis: & operatur cum repletione, non cum malitia uehemēti. Epilepsia uerò plurimum accidit infantibus, propter humiditates ipsorum: et plerumque apparet in eis primum; quum nascuntur; et quandoque fit post pubertatem. Si ergo in regimine ipsorum sit rectitudo, remouetur; et si non, remanet. & oportet quidem, vt studium impēdatur ad hoc, vt illud remoueatur ab eis ante pubertatē. Pueri uerò ab hoc sunt remotiores, quibus in partibus capitis accidunt ulcera, & apostemata, et adest fluxus narium. Et ęquum quidem est, vt ille, ī cuius cerebro est humiditas in principio creationis, purgetur: et plerunque purgatur in matrice, et quandoque purgatur post natiuitatem. Si enim non purgatur, non erit excusatio, quin incurrat epilepsiam. Plurimum autē epilepsię, quæ pueris contingit, cura quandoque alleuiatur, et remouetur cum pubertate, quum ipsam non adiuuat malitia regiminis, et dimissio curæ. Epilepsia autem quādoq; accidit adolescentibus. Si ergo fuerit post. xxv. annos propter ægritudinem in cerebro, et propriè in substantia ipsius: erit comitans, et neque separabitur, et erit finis actionis curę in eis, alleuiatio a prauitate ipsius, et tarditas paroxysmi eius. Et Hippo. quidem dixit, ꝙ epilepsia remanet cum eis vsque quo moriantur. Senibus autem parū aduenit epilepsia oppilatiua. Et causas mouentes epilepsiam plerunque adiuuāt causæ extrinsecæ, sicut immoderantia cibi et potus, et satietas nauseatiua, et sicut mora plurima in sole, propter illud ꝙ capiti attrahitur ex materijs. et illud quidem est, propterea ꝙ prohibet dilatari materias in partibus corporis, quare mouet eas ad superiora. Et coitus plurimus est ex causis

o B. reuolutionem, uel periodicationem, aut non secundum periodicationé.

p B. digitū aliū si uapor est ex parte ipsius. Alia litera. & quidā eorum ligant pollicé suum, & quidam ligant digitum alium si uapor est ex parte ipsius.

q B. aut retinetur sperma eius propter dimissioné coitus, &c.

r B. contingit.

† mirach.

s B. illud.

t B. de quo est curandum.

sis eius:& ex causis ipsius sunt delitiæ, & quies, & paucitas exercitij,& ex causis eius est exercitium sup repletionem:propterea quòd humores pp ipsum mouentur, qui resoluuntur non integrè,& implent vacuitates. Ex causis ipsius est illud,qđ debilitat cor ex timore,aut euentu tumultus,& uocis subito. Et ex causis eius sunt ieiunium habentis stomachum debilẽ: & potatio uini puri ẽt,ppterea ꝙ impedit stomachũ. & causæ quidem istę remotæ, faciũt causas ppinquas. Nos verò ponemus his causis capitulum singulare,& dicetur, ꝙ quum epilepticus induit corium caprinũ sicut excorticatũ est recenter,& [u] [dimittatur] in aqua, incurrit epilepsiam:& similiter, quum suffumigatur cum cornu caprino,& myrrha,& † thymo.Epilepsia autẽ multoties resoluitur ppter febres,quas tolerat habẽs eã,& pprie q̃ sunt longæ: et quartana propriè propter uehementiã lõgitudinis suæ, [x] † [ ] propterea ꝙ digerit materiã melancholicã,donec resoluatur.& tremor fortis,q fit in febrib.tremor.n.excutit uehemẽter, qđ in cerebro comprehensum est de superfluitatib. [y] [Sudor autẽ iuuat tremorẽ sua expulsione.] [+] Et queãdmodum apoplexia conuertitur ad paralysim,similiter plurimum epilepsię cõuertitur ad paralysim.Quidã autẽ existimãt, ꝙ phlegmaticæ associãtur tremor,& agitatio, quoniam phlegma nõ consequitur in spissitudine sua,ut oppilet meatus integrè Melancholia uerò integrè oppilat: quare in ipsa accidit parua agitatio.[z] Et alij existimant,ꝙ eius,cũ qua multiplicatur agitatio,forsitã eã est humor paruę quantitatis,aut paucę penetrationis in meatib.quare ponunt rẽ e conuerso.Nullus uerò vtrorumq; sermo in eo est determinatus.Inquit Rufus, quum apparet albaras in partib. capitis epileptici,significat resolutionẽ [z] [corruptiõis] epilepsiæ,& sanitatẽ.Et multoties qđe resoluitur epilepsia ad paralysim,& ad melãcholiã.Epilepsiæ pparatis accidit epilepsia, propriè humidis pp ætates suas,sicut infantib.& pueris, & humectatis,pp regimen suũ,sicut qui nauseatiuã satietatem consuescunt,& illis q inhabitant terram uenti meridionalis, quoniã implet caput humiditate.Epilepsia autẽ mulierum, et infantium,et oĩum quorum sanguis est paucus, [a] [est parua propter constrictionem uenarum.]

u B.infundatur.

† alhasce.

x † B.&.

y B. Alia litera. Et sudor qui sequitur tremorẽ minuit ipsam.

z B. materierũ.

a B.& uenarum constrictio ẽ magis pernecans. Alia litera.ẽ magis receptibilis, uel plus accidẽs Alia litera.Et accidit epilepsia mulierib.& infantib.& omnibus, quib.ẽ paucitas sanguinis & strictura venarum.

ANNOTATIONES.

1 *Epilepsiam (quasi comprehensionem dicas) græci* ἱερὸν νόσον *uocant, alij quidem per* ἱερὸν *diuinum intelligentes,alij magnum,sicuti & ex latinis alij magnum uertunt,alij sacrum. Gal. tamen diuinum hunc esse morbum negat,primo progn.& Celsus maiorem morbum nũcupat.* (Comm.4.) *Dictus hic etiam comitialis fuit Romanis, quòd, si inter comitia accideret,ea dirimeret. Græci herculeum etiamnũ morbum dixere,quòd eo Hercules fertur laboraße,vt Arist.testari uidetur 3. probl. & Gal.6.in 6.de vulg. morb. & puerilem ut Hipp.li.de aer.aqu.& loc.& Gal.3. aph. & 6.in 6.de vulg.morb.notatum reliquere. Est epilepsia totius corporis conuulsio.4.de loc.af.& 3.eiusdem. & li. de sympt.dif.Quo fit,ut propriè symptoma sit,primo quidẽ actio motricis facultatis deprauata, quum eo modo corpus moueatur,quo moueri non debet. post etiam principum facultatum operatio,uel multum imminuta, uel etiam ablata.* (Probl.1. Comm.7. Comm.16 Comm.7. Cap.2. Cap.7. Cap.5.) *Mirari ergo quispiam hic poßit, quomodo symptoma quum sit,hic author tamen primis statim uerbis ægritudinem appellet. Sed uulgatum loquendi usum insequitur. appellamus.n.eodem modo & apoplexiam & phrenesim & alios eiusmodi affectus morbos, hoc est affectiones ex morbo prodeuntes.symptoma ergo propriè hic affectus est. morbus uerò a quo dependet, obstructio, ut probe hic & Gal.4.de loc.aff.obstruuntur nempe non ex toto,sed leuiter uentriculi cerebri,uel omnes,uel aliqui.* (cap.2.) *ex qua obstructione,interfecta spirituum mouentium uia,collabi primo loco corpus necesse est,fit verò deinceps motus ille totius corporis deprauatus, irritata natura & insurgente aduersus id quod molestat,cerebro uidelicet ipso sese contrahente, ut id quod obstruit,alio propellat. Cæterum dubitabit hic quispiam,quisnam huius obstructionis sit locus.nempè Auicẽnas in anteriori cerebri uentre ipsam esse existimat. Gal. uero 4.de aff.loc.uel omnes vel aliquos, non absolute autẽ anteriorem uentriculum obstrui dicit.* (cap.2.) *Adde,quòd,quũ hoc affectu comprehensi repente concidant,nec stare valeant, offendaturq; propterea totius corporis motus, obstrui motricis facultatis uias necesse est: eæ uerò in posteriore sunt uentriculo sitæ,non in anteriori. Huc accedit,quòd Hipp. contra quàm hi sentire uideatur.5.de vul. morb. in parua tab.si in cerebri corpus atra bilis repat,comitialem morbũ: si in mentem,melancholiam fieri pronunciauit. ita ut non in uentriculis,sed in ipsa cerebri substantia huius affectus causa, ex illius sententia sit statuenda. Sanè controuersia hæc non leuis præsertim ob Hippocratis uerba soluitur qđ Hipp.non tam substantiam,quàm meatus ipsos intelligit. confert enim is non corpus meatibus: sed animo & menti. Quod verò ad Auic.& Gal.pertinet,certum est in epilepsia,non motricem solum: sed animales actiones omnes offendi.quamuis enim id quod in epilepsia magis est conspicuum,deprauatus sit motus & conuulsio,læduntur tamen plerunque & ceterę animales actiones magis quam motus quum eæ uel ex toto aboleantur,(neque enim plerunque uident uel audiunt,uel intelligunt,uel memorantur quidquã, ut notat Gal.3.de loc. aff.) aut si non abolentur,insigniter tamen imminuuntur ut propè auferantur.* (cap.7.) *propterea & si ventriculi ferè omnes in hoc affectu offendi soleant: primo tamen & fortasse magis anterior offenditur uentriculus, quàm posterior,id quod hic scripsit. a Gal.hac in re nihil discrepans.*

2 *Et quoniam omnis spasmus &c. Inquirit comitialis morbi causas.& quum is conuulsionis sit species: conuulsio autem omnis uel ex euacuatione,vel ex repletione fiat (ut supra est ostensum)probat ex euacuatione gigni hunc nõ poße,ex Gal. transferens 3.de loc.af.& alteram deinceps causam prosequitur longo progreßu, ostendens morbũ hũc ex ijs esse,quæ ex materię affluxu fiunt.* (Cap.7.) *Sanè autem,supra ostensum est morbum,a quo hic affectus dependet, esse obstructionem.at de huius obstructionis causa non æquè constat,quum etiam prisci medici: & qui eos sequuti sunt,inter se dißenserint: & alij flatus: alij humores, alij etiam quidpiam aliud in causa esse existimarint. Profectò author libri de flatibus vapores ait permixtos esse, a quibus obstructiones multifariam per omnes uenas fiũt,vnde cursus sanguinis prohibetur,& alibi consistere cogitur: alibi citius, alibi tardius commeat,ex qua inæqualitate & totum corpus turbari,& contrahi undequaque neceße est. quo tempore neque sentiunt,neque intelligunt quidquam:neque ẽt dolores percipiunt. Liberantur autem hoc affectu detenti, ubi uarijs laboribus exercitatum corpus et calefactum est, calefit nempè sanguis & dissoluuntur flatus: qui etiam partim cum spiritu,partim cum pituita foras eijciuntur.atque ita consistente sanguine: & tranquillitate per omne corpus facta quiescit etiam morb. Huius authoris opinionem emu-*

æmulatus est Arist.lib.de somn.& uig.nempe a multis halitibus sursum latis,illicque ex cerebri frigiditate incrassatis obstructionem fieri docens, & morbum, somni instar, comitialem. At verò author libri de sacro morbo, & si obstructionem,aerisque & spiritus interceptionem causam huius affectus proximam putat; fieri tamen obstructionem eam non ex flatu, sed ex pituita existimauit.a qua quidem refrigerari,incrassari, & sisti sanguinem scribit. vnde & sanguine quiescente ob interceptum spiritum a quo is dimoueri solet,& manus impotentes fieri, & conuelli scribit.Excluso autem a uenis externo aere ob pituitam, mutum,ac desipientem hominem reddi.oculos distorqueri, & commoueri, spumam ex ore effundi,pulmone ob interclusum aeris ingressum ebulliente ac emoriente. stercus subire dum violenter suffocatur, suffocari autem irruentibus sursum iecore & ventre ad transuersum septum,quòd tantum spiritus in os non ingreditur quantum consueuerat.calcitrare item pedibus ait, quòd aer in membris conclusus foras penetrare ob pituitam non potest; sed exiliens sursū, ac deorsum per sanguinem,dolorem inducit, vnde animal calcitrat.Atque hoc pacto hic author huius obstructionis causam in pituitam refert.vnde & pituitosos ait hoc morbo corripi non biliosos. At Hipp.4. de rat.uict. in ac. & si cum posterioris authoris sententia in eo conuenit, quòd morbum hunc ex obstructione ab humore facta, produci existimat; ab eo tamen etiam dissentit, atque a bile atra, atque acri demorsas ait in corpore particulas humores alios ad seipsas trahere,a quibus venæ intenduntur, spiritus intercipitur,& natiuus calor extinguitur, ac tanquam in emortuo corpore coalescit.hæc vero vel epilepsia, vel paraplegia,atque alij id genus affectus sequuntur. Eandem sententiam sequitur & 6.aph.vbi in melancholicis(ait) morbis in hæc pericula incidi; stuporem corporis, vel conuulsionem,vel furorem, vel cæcitatem. conuulsionis voce etiā comitialem intelligens.& 6,de morb.uulg.in parua tabella,ubi repente in cerebrum bile, epilepsiam; conuersa autem ad mentem, melancholiam fieri scripsit. Idem sentit & Arist.sect.problem.30.ubi a bile plerunque & potissimum atra,hunc affectum consistere adnotauit. Cæterum post horum tempora, Galenus sententiam colligens & authoris de sacro morbo & Hippocratis, priori relicta, comitialem morbum a frigido,crasso,& uiscido humore, & pituita,uidelicet, & atra bile, proficisci constanter asseruit.quem & Paulus sequutus est lib.3.Post hos author noster ab omnibus in uniuersum humoribus obstructionem hanc fieri est arbitratus,& sanguine, & pituita, & bile utraque.Auerroes uerò 3.Coll.priori præceptoris sui Arist. sententiæ subscribit.atque fieri hunc affectum a crassis humoribus prorsus negat; quòd diuturniores fieri ab ijs accessiones oporteret. sed a uapore produci eum perpetuò existimat,quòd cito aduenit,& cito discutitur. Sed nouissimè denique omnium,alij uiri nostra ætate clarissimi, aduersus horum omnium sententiam fieri comitialem morbum ex praua & uenenata qualitate crediderunt. in hoc quidem Pelopis sententiam,de qua Gal.3.de loc.aff. æmulantes, a qua non dissentit Gal.sed ad epilepsiam omnem extendentes:id quod & Gal.& cæteris omnibus probari non potest. ita ut de affectus causa non leuis controuersia sit. De qua tamen si liceat nobis aliquid dicere. breuibus. certum est obstructionem non ex humoribus duntaxat, sed & uaporibus fieri,cuius rei testimonio est Aristot.cum quo docti omnes consentiunt,qui in lib.de somno, & uig. somni causam uapores esse in caput elatos, illicque incrassatos ob cerebri frigiditatem, & spirituum meatus obstruentes, scriptum reliquit. Huius etiam imitatione Gal. suffusionem quæ in oculis est obstructio, ex crassioribus fieri uaporibus est arbitratus.Quamobrem,quòd eodem pacto,ut author libri de flatibus, & Aristot.testantur, fieri comitialis morbus queat,irruentibus, scilicet uaporibus, seu in cerebri regionem,ut Arist.seu etiam in cæteras corporis partes vt ille author.& ex obstructionibus;nō video quid obstet.Quòd item a crassa pituita,vt author de sacro morbo, & ex melancholico humore ut Hipp.& Gal.putant,fieri eadem obstructio possit;non est, ut iure quispiam neget. Et si enim (ut Auerroes ait) diutinæ accessiones ex humoribus crassis fiant; breues tamen in hoc affectu eæ sunt, quòd humores ij alio extrudantur,comprimente sese cerebri substātia, & exprimente. At secus est vbi crassus quispiam humor in partem aliquam decubuit, a qua non ita expelli potest: tunc enim non nisi longius temporis spatium exigitur,ut id quod obstruit, discutiatur. id quod in apoplexia euenit. in qua & copiosior est materia & crassior. & cerebrum non æquè contrahere se ipsum potest,quòd materia illa in ipsius substantiam irrepsit.at in comitiali morbo,neque tanta aut tam crassa est materia,quæ obstruit:neque cerebri substantia, sed soli ventriculi & spirituum meatus obstruuntur: vnde & contrahere se se cerebrum,& eum(licèt crassum) humorem alienū aliò potest propellere. Verùm, quod etiā ex bile (etsi author de sacro morbo id negat) comitialis morbus possit fieri,ratio significat.licèt enim tenuitatis fortaße ratione(quamuis neque absolute tenuis bilis omnis, sed alia etiam crassa magis,aut minus sit) hunc affectum bilis concitare nequeat; at sui tamen multitudine, si affatim irruat; fieri id posse, negare quispiam non potest. Ita verò & de sanguine sit constitutum,qui si non crassitudine aut viscíditate(quod tamen euentu facillimum est)at multitudine tamen obstruere potest.cuius rei certissimo est argumento apoplexia,quæ,vt Gal.primo aph.& lib.de sangu.miss.testatur,a sanguine quoque ipso gignitur.quum interea idem Gal.2,aph.ab eadem gigni epilepsiam causa existimet,a qua apoplexiam. Quòd uerò præterea ut Pelops Gal.præceptor,& recentiores sentiunt,ex venenata etiam num qualitate hic morbus fiat, non est certè qui possit ambigere:id tamen non perpetuo fit,sicuti recentiores putant; & ubi fiat,obstructioni tamen eius causa est referenda.dū enim cerebrum sese contrahit, ut prauam hanc & uenenatam qualitatem protrudat seu illic genitam, seu aliunde transmißam; meatus cerebri angustiores fieri necesse est, tùm contractis ijs & corrugatis, tum expreßa in eos ex cerebro,& circumiacentibus partibus pituita, qua id membrum scatet.Quamobrem,ut tandem concludamus,laudandi sunt prēstātes hi uiri omnes: & comitialis morbi causa, tum uapores,tum humores singuli, tum praua etiam qualitas, statuenda est,nulla controuersia.

Aphor. 27.

Aphor. 56.

Probl. 1.

Cap. 7.

Com.3. Cap.5.

Com.45.

3 Verùm in ipso est &c.Ait uteri strangulatum esse epilepsiam.At oppositum statuit hoc eodem lib.Fen.2.tr.4.dicens,licèt hic affectus similis sit epilepsiæ, distingui tamen ab ea.Soluitur.certum est per consensum in uteri præfocatione cerebrum prauis uaporibus ex utero eò delatis ita quandoque affici,ut concursus fiat comitialis morbi,quo nempe et spuma ex ore reijcitur, et non sentiunt aut ratiocinantur.atque hoc casu comitialis est affectus absque controuersia,quandoque tamen et si conuelluntur, calcitrātq; neque spuma ex ore effunditur,neque(id quod in comitiali affectu ferè perpetuum est) sensus ex toto aut ratiocinādi et memorandi facultas oblæditur.quod cum euenit,dici iure epilepsia non potest.id quod fen.21.innuit.

Cap.17.

4 Et quemadmodum &c.Ait paralysim comitiali morbo succedere.At huius contrarium Gal. statuit 4.de loc. aff.ubi eo ab apoplexia differre epilepsiam docet,quòd hæc in paralysim non desinat,ut apoplexia.Sanè hæc contradictio multis laborem fecit. Eam tamen nos hoc pacto diluimus.Quum comitialis morbus,leuis quædam obstructio sit cerebri meatuum,unde et citò discuti solet; terminari eam

Cap.2.

in resolutionem difficile est; quòd, vt resolutio uel totius corporis, uel partis alicuius fiat, tantam adesse humorum copiam oportet, ut ex toto spirituum viæ obstruantur. pro pterea certum est, ex una aut aliquot accessionibus epilepticis prædici resolutionem non posse. At quibus epilepsia infesta est, sæpeq; accidit, his, quum materia multa sit & continua ferè, quæ hunc affectum creat, cuius indicium est accessionum frequentia, quid expectari aliud potest, quàm quòd affatim repenteque neruosas partes ea materia opprimat, & uel paralysim faciat, uel apoplexiam? Quare, si hunc affectum spectes, qui neque frequentius neque acrius hominem affligit, quum cito eius causa discutiatur, non succedit paralysis, id quod Gal. si uerò sæpius aut acrius urgeat, in summo tunc discrimine res est, id quod Auicenas.

De signis specierum eius. Cap. 9.

DIcimus quòd ex signis communibus pluribus specierum epilepticorum, sunt citrinitas linguæ ipsorum, & viriditas venarum, quæ sunt sub ea, & plurimum quidem antecedit eam mutatio corporis a complexione sua, & grauitas ī capite, & propriè quum irascitur, aut accidit inflatio in ventre, & antecedunt eā [a] [coarctatio] in motu linguę: & somnia eorum mala: & obliuio, aut pauor & timor, & formido: & [b] [accidit ei, ut loquatur secum,] & constrictio pectoris & ira, & acuitas. Non omnis verò eius species recipit curam: & quę ex ea magis est lædens, est illa [c] [ex qua proueniunt uertigo, & agitatio plurimum fortis:] deinde sequuntur eam quies fortis [d] [addita uehemēti additione,] & nocumentum in [e] [spiritu,] quare significat multitudinem materiei, & debilitatem uirtutis. Quum autem uolueris scire, si ægritudo est in cerebro, aut in membris alijs intende an semper inuenias grauitatem in capite, & vertiginem, & tenebrositatem in oculis, & grauitatem in lingua, & sensibus, & agitationem in motibus, & citrinitatem in facie. Quūque illud inueneris cum permistione in intellectu, & obliuione assidua [f] † [ ] & amentia aut stoliditate, & non [g] [est grauitas, & minuitur secūdum fluxum uentris] cum eo quòd cōtingit ex lenitate naturæ & euacuationibus: tunc iudica quòd illud est ex cerebro tantummodo. Amplius, si non inuenis in mēbris neruosis, & in splene, & hepate, neque in aliqua extremitatum, & in iuncturis nocumentum, neque æger sentit aliquid eleuari ad caput ex loco, certificatur apud te, quòd impedimentum est ex cerebro. Signa autem epilepsię leuioris sunt, ut sint accidentia magis sana: et ut habenti ipsam cito redeat ratio, & verecundetur quū sanatur: & ut velociter adueniat ei incolumitas sua, & propriè cum sternutatorijs & attractionibus odorum per nares, & [h] [ex] eis, quæ mouent uomitum, & [i] [ex] eis, quæ ingrediuntur in guttur, aut quæ vomere faciunt. [k] † [ ] Signa vero eius quæ prauior est, sunt difficultas [l] [spiritus,] & prolixitas agitationis: deinde longitudo [m] [cōgelationis] post ipsam, et paucitas euasionis [n] † [ ] post attractionē odorū naribus, et sternutatorijs. Et minor istarū est, aut in qua [o] [elongatur agitatio, et non elōgatur cōgelatio, aut ī qua prolōgatur cōgelatio, et minoratur agitatio. Et signū eius, cuius causa est ex ventositate grossa in ipsa generata, est ut nō inueniantur cū ea, neq; prope eam, graui

a B. Alia litera. debilitas.

b B. malitia animæ.

c B. quam antecedit concussio vehemēs vel secundum aliam literam est illa, q̄ antecedit alsedar. i. scotomiā vehementē & agitationē multam fortem.

d B. Alia litera. cū spuma frigida vehementi.

e B. anhelitu.

f † B. & hebetudine seu.

g B. non minoratur, neque minuitur super cæcitatem.

h B. cum.

i B. cum.

k † B. aut nō faciant vomere.

l B. anhelitus.

m B. quietis.

n † B. paroxysmo.

o B. prolongatur quies, aut prolongatur in ea quies.

tas: immo inueniatur sonitus, & extensio, neq; sit spasmus eius fortis. Et signa eius, cuius causa est phlegma, sunt, vt sit saliua eius [p] [calida] spumosa, grossa, multa: & sit in vrina eius aliquid simile vitro liquefacto. Et multiplicentur in ipso pauor, & timor, & pigritia, & grauitas, & obliuio. Et quandoque cognoscitur ex re vomitus, & colore spumæ, & ex colore etiā sanguinis. Et quandoque cognoscitur ex ætate, & regione, & ex causis præteritis de cibis, & regimine: & ex eis quidem, quę eam significant, sunt quies, & tranquillitas, & color faciei, & oculorum, & reliqua, quæ sciuisti in canone. quòd si phlegma cum hoc erit crudum, frigidum: erit obliuio, & stoliditas, & grauitas capitis, & corporis, & profunditas sōni plus: & erit epilepsia magis laxans, & debilitans: et hęc species est mala valde. In ea verò quæ facta est a phlegmate salso, est somni profunditas minor: et frigus cerebri leuius, et motus saniores. Signa autem eius, cuius causa est cholera nigra, [q] [sunt, quoniam est melancholia, aut similis sanguini nigro, aut acuta, aut adusta, aut acetosa,] ex qua ebullit terra. Et sunt naturæ habentium eam decliues ad permistionem in suo sensu, et ad dispositionē, quæ est sicut melancholia: neque intellectus eorum mundantur, quum separatur: et significatur etiam melancholia ex colore faciei, et oculorum, et ex siccitate narium, et linguæ, et regimine generatiuo melancholiæ. Si ergo fuerit melāchólia fæx sanguinis naturalis, erit epilepsia cum lassitate, et paucitate sermonis, et cum quiete, et erit habens eam habens cogitationes [r] † [ ] quietas. Et si fuerit melancholia de genere cholerę adustæ, et est acuta: tunc eius permistio erit dæmonium, et cum multitudine sermonum, et vocum: et eius epilepsia erit agitabilis, et leuis remotionis: et quandoq; erit cum febre, et præcipue quum fuerit melancholia eius subtilis. Si autem fuerit ex melāchólia sanguinea, erunt eius dispositiones cum risu. Et tu quidem cognoscere potes substātiam melancholię ex uomitu. Nam si est similis fæci sanguinis, tunc est melancholia naturalis: et si est similis fæci uini, est melancholia adusta; aut si est [s] [aspera, tunc est styptica,] et significat sinē frigiditatis, et siccitatis eius, aut est acetosa subtilis cum spuma, et tunc ebullit super terrā: aut [t] [si nō est acetosa, est spissa,] non habēs spumam. Signa aūt eius, cuius cā est sanguis, sunt ista. Nam dico, q̄ si sanguis facit epilepsiam cū ebullitione, et motu absq; quantitate, non appareret ei magna operatio in colore, et exuberatione † in venis iugularibus: neq; est dispositio p̄focationis in horis [u] [in quib. est epilepsia, neque] apparent ex ea grauitas, et stoliditas, et lassitas, et multitudo sputi; et [x] [mucillaginis] sicut apparent cum phlegmete, et est cum caliditate, et rubedine in oculis, et uapore super caput sanguineo. Si uerò cum quantitate faciat cū signis sanguinis, est exuberatio in † venis iugularib. et antecedit dispositio, quæ est sicut præfocatio. Signa autē epilepsiæ, quæ est propter materiam cholericā (et illud quidem est secundū minus) sunt, ut sint nocumentū, et tribulatio ab ipsa vehemētiora: et spasmus in ea fit minor, et spatiū eius breuius. Motus uerò sūt in ea fortioris agitationis:

p B. fluens.

q B. est vomitus choleræ nigræ, aut rei similis sanguini nigro, aut acutæ adustæ, aut acetosæ.

r † B. Alia litera corruptas.

s B. spissa tunc ē pontica exasperans guttur.

t B. est grossa.

† guidez.

u B. Alia litera, ante epilepsiā, veruntamen.

x B. mucositatis.

† guidez.

tationis:& ipsam quidem significāt motus vomitus,& inflammatio, & vehementia permistionis rationis,& citrinitas coloris, & oculorum. Eius verò cuius causa est ex stomacho, signa sunt tremor in ore stomachi, & precipue quum tardatur cibus:& concussio,& tremor, & commotio,quum est epilepsia: & voces, & rugitus:& præcipue in principio inuasionis:& sunt cum ea solutio stercoris,& exuberatio vrinæ,& [y] [spermatis,quòd emittitur propter amplexum mulieris, & viri sine coitu, & spermatis cum coitu] & tremor cordis,& soda fortis & leuitas epilepsiæ,aut ipsius remotio cum administratione vomitus,& dispositiones significantes corruptionem stomachi, & augmentū epilepsiæ,& [z] [sunt propter linimentum] stomachi,& purgationem ipsius:& quandoq; interficit hec propter frequētiam periodorū. Ex eo itaque est,vt humor,qui est in ea,agat multitudine sua,& multitudine vaporis sui: & hic humor est phlegmaticus secundum plurimū: & quandoque admiscetur ei alius.Et signa quidem eius sunt, vt accidat epilepsia in horis repletionis,& satietatis nauseatiuæ, & alleuietur quum uacuitas adest, & quum venter soluit cibum,& fit secundum iterationem frequētem nauseatiuæ satietatis. Si ergo fuerit permistio cum illo materiæ cholericæ,inueniet sitim, & inflammationem,& mordicationem, & adustionem.Et si fuerit cum illo melancholia, multiplicabitur eius desiderium in pluribus dispositionibus,& sentiet gustum acetosum; & generatur ab eo cogitatio,& ut solus loquatur secum quamuis [a] [secundum quòd] significationes phlegmaticæ sint dominantiores. Et ex eo est,ut humor,qui in ipsa est,agat malitia sui,nō multitudine sua:& signa eius sunt,vt epilepsia fiat in horis vacuitatis,& quum materia inuenit os stomachi vacuum,& abscindatur epilepsia cum cibo conueniente laudabili.Si verò humor fuerit [calidus] de genere choleræ,cognosces ipsum per significationes, quas diximus. Quod si est ex † hypochōdrijs,eius signa sunt, ructus acidus,& inflatio, & rugitus faciens dolorem,tardę quietis, & inflammatio in † hypochondrijs; & quandoque excitatur cum ea dolor inter vtrasque spatulas [c] † [ ] post assumptionem cibi [d] [pauci] non quiescens,nisi apud eius digestionem; deinde redit post assūptionem cibi pauci,non quiescens,nisi apud eius digesti onem. Quum verò accidit secūdum vacuitatem,non accidit nisi cum duritie naturæ,& destruitur lenitate naturę:& propriè si tu inuenis extensionem in† hypochondrijs ad superiora,& tremorem. Et istis quidem accidit vomitus cibi indigesti,propter illud quod diximus de reuersione cibi ipsorum [e] [corrupti,et oppilationibus viarum eius. Ex illa itaque est, quū] est vapor † hypochondriorum faciēs epilepsiam cholericus; et cognoscitur illud ꝓpter inflammationem cōtingētem [f] [ex corpore] et permistione rationis declinantem ad rixam [g] [et ad inquisitionē.] Et ex illa est,cuius vapor est melancholicus,et perueniunt cum eo rami melancholię,et timor,et [h] [ut solus secum loquatur,et ut pauor tenebrosus] propter tenebrositatem materiei, et accidit ex ea delectatio mortis; [et] odium ipsius,et timor,et reliqua, q̄ in melancholia dicta sunt. Illam verò, cuius causa et principium sunt ex hepate,aut ex toto corpore,significāt color,et capilli,et siccitas cutis,et arefactio eius cum nigredine: aut ipsius lassitas, et pinguedo, aut eius macies, et roris multitudo [k] [vaporis] sanguinis: et significat ipsum pulsus, et urina, et dispositio ciborum precedentium,et regiminis præteriti:et significat ipsam retētio eius,quod euacuatur ex [l] [stomacho] et matrice,et venis, et reliquis. Si autē est sanguinea tendens ad adustionem,uides rubedinem coloris,et inundationem uenæ,et risum apud casum.Si autem fuerit cholerica,aut phlegmatica,aut melancholica, cognosces,per signa eius prędicta.Illa verò,cuius causa est matrix,proculdubio est cum retentione mēstruorum,aut spermatis, aut humiditatum effusarū ad matricem quam quidem ꝑcedunt dolor in pectine,et in vtrisq; inguinibus,et partib. dorsi, et grauitas in matrice.Illa uerò cuius causa est splen,cognoscitur,quoniam ægritudo est melancholica:et sentitur dolor in latere splenis,et est cum ea inflatio splenis,et durities eius: aut cum rugitu in latere ipsius, et cum communitate corporis ad ipsum secundum plurimum. Eius autem, quæ est ex materia venenosa eleuata ab aliquo membrorum mediantibus neruis, principium aut est extrinsecum, et signa illius sunt manifesta; sicut punctura scorpionis, aut rutelę,aut vespæ,quum aliquid horum accidit neruis:aut intrinsecum,et sentit ꝙ eleuatur vapor ex eo ad caput,quo obtenebratur visus, et cadit.et membrum illud,aut est pes,aut manus, aut dorsum, aut pecten: aut aliquid ex visceribus,sicut stomachus,et matrix.Signa verò eius quæ ex vermibus, sunt cursus saliuæ: et casus saliuæ:et casus uermium: et ascaridum.

y B. humiditas salivalis dictæ meda,cuius exitus præcedit exitum spermatis & exuberatio spermatis.

z B. diminutio secundum inuiscationem.

a —— B.

b B. acutus.

† mirach.

† mirach.

c † B. parum.

d —— B.

† mirach.

e B. propter corruptionē eius. Et ex illa est,cuius.

† mirach.

f B. & ex colore.

g B. & agitationem vel ad manuum, & pedū commotionem.

h B. malitia animæ,& pauor.

i B. aut.

k B. cum vaporatione.

l B. Alia litera ano.

ANNOTATIONES.

Pulcherrimè instantis præsentisq; comitialis vitij notas descripsit Aretæus. primo de acut. morb. & Paul. lib. 3. multa scripsit author Coac. prenot. & Rasis 9. Almās. & primo Cont. tr. 13. cap. 1. videtur verò res hæc exquisitissimè omnium ab authore nostro tractari. Vnum tamen notat, quod dubitationem facit. ait linguæ citrinitatem in futuris epilepticis apparere. quum tamen, si potissimum ex pituita, et atra bile hic affectus gignitur, non citrinam, sed vel albam uel atram esse eam potius oporteat. Addit præterea uiriditatem uenarum sub lingua, quod sanè et Rasis: sed quæritur qua id ratione fiat, si modò pituita, & bilis nigra hunc morbum præcipuè pariunt. Sed paucis, authoris huius sententia est, non ex pituita, & atro solum humore, quin & ex cæteris humoribus hoc uitium sequi: sicuti in superiori capite est adnotatum. At uerò, tametsi lingua humores præsertim redundantes significat, ut Aristot. sect. problem. 34. adnotauit, id tamen non est perpetuò. fieri enim alioqui potest, ut redundet pituitosus in toto corpore humor: lingua tamen citrina sit, commota uidelicet ex totius còrporis concussione, bile ipsa, & linguam, in quam facillime suscipitur, inficiente. credimus tamē eiusmodi symptoma in hoc affectu a biliosa dumtaxat causa fieri: & coarctandam propterea esse authoris sententiā. sicuti & quum de uiriditate venarū linguæ, & de ira scribit; ad bilis flauæ redūdantiā referendū arbitramur. Quod reliquū est, pro peccantis humoris notitia, repete, quæ supra doct. 4.

Cap. 5. cap. 13. circa principio.

Probl. 4.

De

De causis mouentibus epilepsiam. Cap. 10.

PErmutatio ad aerem, est iuuans ad epilepsiam, sicut [a] [quædam causæ remouentes permutationem ad aerem cōferūt ei;] & omnis calor superfluus solaris, aut igneus, & omne frigus, & coitus plurimus. Et epilepsiam quidem commouet multitudo pluuiarum, & uenti septentrionales, & meridionales simul. Septentrionalis quidem, quia comprimit materias, & prohibet eas resolui, & meridionalis quidem, & regiones meridionales, propterea quia mouent humores, & implent cerebrum, & subtiliant eos, & eleuant eos ad ipsum. Et excitatur in hyeme multoties: sicut excitatur in septentrione, & autumno propter corruptionem humorum, & minoratur in regionib. septentrionalibus: [b] [immo parum fit,] quoniam nisi causa fuerit fortis, nō accidet. Et odores boni quandoque mouent eam [c] [aliquo motu] & speculatio motuum velocium, & circularium, & speculatio ab alto, & longitudo more in balneo, & balneum ante digestionem, & effusio aquæ calidæ super caput. Et assumptio eius quod generat sanguinem vaporosum, fæculentum, aut tenebrosum, sicut vinum fæculentum, & antiquum etiam, [d] [propter nocumentum suum,] & nouum, quod non est clarificatum, & nō est transmutatum, & purum nocumentum faciēs in cerebro, & apium proprie sua proprietate, quam habet in ea, & lentes, propterea, quia generant sanguinem melancholicum, nisi cōmisceantur [e] [hordeo confracto] & fabæ, & allia, quia implent caput uapore, & cepæ similiter, quoniam earum substantia conuertitur ad humiditatem malam, & lac etiam, & dulcia, & plurimum pinguedinis in cibo, & omne grossū, & inflatiuum, & stypticum, & frigidum, & oē calidum [f] [&] acutum, & [g] [nausea, sunt] ex eis, quę mouent epilepsiam: propterea, quia [h] [eleuant humores, & mouent eos ad ipsam, & repletio stomachi a cibo,] & malitia digestionis, & vigiliæ, & passiones animales fortes, ex tristitia, ira, & timore: & [i] [permutationes] sensibiles fortes ex auditu uocum magnarum, sicut tonitrui & percussiones tympani, & rugitus leonis, & vocū durarum, sicut vocis [k] [nolarū] & stridorum ēt, sicut stridoris portæ acuti, & similiter ex visu splendorum luminosorum, sicut fulguris rapientis visum, & splendoris oculi solis. & ex tractu motuum ventorum fortium, sicut motuum ventorum turbinum. Et quandoque excitatur epilepsia exercitio super repletionē, siue fiat ad resolutionem faciendam, siue nō: & coitu: & medicinis epilepsiam facientib. medicinas autem epilepsiam facientes iā diximus, & illas, quæ detegunt epilepsiam, in tabulis ęgritudinum capitis cū signis: sicut suffumigatio cum galbano, & myrrha, & cornu caprino, & comestio hepatis hirci, & olfactus odoris ipsius, & similiter, quum ponitur myrrha in nare eius.

a B. ex causis remouētib. eam est permutatio ad aerem conferens ei.
b B. sed ipsa interficit.
c B. & motus.
d B. nocet ei.
e B. cum kisch hordei.
f —— B.
g B. cholerica passio est.
h B. agitat humores, & cōmouet eos, & altochme.
i B. passiones.
k B. algielagiel.

De cura. Cap. 11.

O[1]Portet quidem, vt epilepsia, quę est in infantibus, curetur ita; ut [2] nutrimentum lactentis rectificetur, & fiat conueniens ad caliditatem subtilem cum bonitate chymi, & lactans alienet a se omne, quod generat lac aquosum, aut corruptum, aut grossum, & prohibeat sibi coitum, & imprægnationem. Et oportet vt hic infans alienetur ab omni re, ī qua est timoris subitatio, & [a] [coarctatio,] sicut sunt uoces magni sēsus, vt vox tympani, & tonitrus, & fulguris, & [b] [nolarum] & vox vociferantium. Et vt alienetur a vigilijs ex insomnietate, & ira, & timore, & frigore vehementi, et calore forti, et malitia digestionis. Et iniungatur ei exercitium ante cibum leue, & interdicatur ei motus post cibum. Et si tolerauerit euacuationes, quæ fiūt medicinis euacuantib. phlegma [c] [subtile,] fiat illud. Et eos quidem iuuat, vt quandoque euomant cum aqua mellis, et vt potent zuccarum ros. & mel ros. & olfaciant rutā, & reliqua subtiliantia. Nam olfacere odoramēta, quæ diximus fortasse excusant laborem in eis. Amplius commune est in omnib. epilepticis, vt vtantur cibis laudabilibus, quib. inest [d] [humectatio] laudabilis non superflua: & vt caueant sibi a repletione, & vt se custodiant a malitia digestionis. Et illud est, si sunt contenti, & non sequuntur cōplementum refectionis. [e] † [ ] [3] Et ille cuius consuetudo non tolerat, ut semel reficiatur, diuidat cibum suum qui [f] [est minor r efectione] sua in tres partes, et sumat duas tertias in prandio, et tertiam eius in cena, post exercitium subtile. Et neque multū vtatur vino: quoniam ipsum uehementer replet cerebrum. Deinde si excusari non possunt, quin ipso vtātur, vtantur vino pauco, antiquo, clarificato, declinante ad ponticitatem. Et ex rebus quidem eis nocibilioribus est [g] [potus,] successione balnei, et frigus repentinum. Immo oportet, ut caput muniatur ab omni calore superfluo, aut a frigore superfluo: et in balneo non faciat morā. Et epileptico quidem necessarium est, vt alienet a se carnes grossas omnes, et fortis nutrimenti, et pisces omnes, immo carnes omnium quadrupedum magnorum: et sit contentus pullis, et † duragi, et [h] † [atabiz, et paruis auibus domesticis, et syluestribus, et † canabit,] et turturibus et hædis, et capreolis, [i] [et leporibus,] et iam [k] [dixi,] quòd caro porci syluestris valde iuuatiua est ei: et laudantur carnes caprinæ propter illud, quod in eis est de siccitate, et paucitate humectationis: sicut vituperantur eis dulcia, et pinguia, et similia. Et alienent a se omnia olera [l] [vsque ad atriplices, et blites, nedum alia,] et propriè apium: etenim est ei proprietas cōmouendi epilepsiam. Si autem excusari non potest, administretur ei fumus terræ, et endiuia; et eis quidem conceditur lactuca: ego vero non plurimum eam laudo: et conceditur eis coriandrum, propterea quia prohibet vaporem a cerebro: ego verò vitupero eis ipsum: et eius multiplicationem, nisi in sanguinea, et cholerica: [m] [et aqua quidem † betæ elixatæ in aqua condite] cum oleo et almuri, et quę currunt cursu eius, si eius acceptio antecedit cibum, propter lenificationem naturæ, conceditur, et ruta est ex summa herbarum, quę conferunt suo odore olfacta. Et quum anethum, et ruta in cibis ipsorum ponuntur, conferunt. Et oportet, ut alienent a se fructus omnes humidos, et omnes

a B. asfio tremoris.
b B. algielagiel.
c B. cum facilitate.
d B. exsiccatio.
e † B. saturitatis.
f B. fit minor saturitate.
g B. vinum.
† perdicibus.
h B. altheiugi, & auibus domesticis, & montanis, & alchanaber.
† phasianis.
† galerita.
i —— B.
k B. dicitur.
l —— B.
m B. sicla autē elixata in aqua, & condita.
† sicle.

omnes fructus grossos, nisi quosdam stypticos super cibum quantitate [n] [alleuiationis paucæ,] ut roborent os stomachi, & deponant cibum, & lenificetur natura, & prohibeant vaporem. Et oportet, vt uitent omnes cibos graues, qui sunt, sicut [o] [napi] & raphanus, & caules, & bauciæ. Et oportet vt alienent a se omne [p] [acre] vaporosum. Et synapi quidē est ex summa eorum, quę impediunt sua vaporatione, & transmissione superfluitatum ad ipsum, & eductione earum versus illud, & quia percutit cerebrum sua acuitate. Et alienent a se ebrietatem, & exufflationem ventorum, & repletionem. Et deuitet ablutionem cum aqua penitus: cum calida quidem, propter illud quod in ea est de lassitate, & cum frigida, propterea quòd stupefacit, & nocet spiritui sensibili. Quòd si epileptico acciderit repletio cibi: euomat, & subtilietur regimē post ipsum. Et oportet, vt alienent a se cibos desiccatiuos, grauatiuos, stupefactiuos, vaporatiuos. Repletio vero vini valde nocet: sed parum ex ipso sumptum dilatat animam, & confortat spiritum, & acuit ipsum, & excusat a multitudine aquæ: multiplicatio. n. eius est nocibilior res. Et multum dormire post meridiē nocet: & uniuersaliter somnus multus nocet, & proprie super repletionē multam. Et superfluitas etiam vigiliarum debilitat spiritum, & resoluit ipsum, & cum hoc implet cerebrum vapore. Primum autem epilepsiæ regimen est alienatio causarum mouentiū epilepsiam, quas diximus. Et quies, & tranquillitas sunt magis eis conuenientes; quod si exercitium necessarium fuerit post euacuationem, & mundificationem corporis, quarum præcessit rememoratio, oportebit ut administretur super [q] [repletionem] exercitium non consequens lassitudinem: deinde quiescat post exercitium: & studeat ut caput suum sit eleuatū, & caueat ne ipsum pendere faciat inquātum possibile est, neque moueat ipsum plurimū, quia multitudo materierum ad ipsum trahetur: & oportet ut moueant inferiora, quum ipse mouet superiora. Ex eis uero, quę materiam ad inferiora trahunt, est fricatio corporis gradatim facta a superiorib. ad inferiora, incipiendo a pectore, & quod sequitur ipsum, cum pānis asperis fricando donec rubescant; deinde gradatim descendat usque ad crura; sitque omnis secūda fortior prima, & sit caput in dispositionibus eleuatum, & post illud inungatur ei deambulatio: sed oportet, ut eum quiescere facias in loco exercitij sui, ut redeat ad ipsum eius spiritus, & quiescat eius agitatio. Et ipse quidem non separetur a loco suo, nisi post illud. Quum ergo attractæ sunt materiæ omnes ad inferiora, [r] [con ceduntur tunc ei mundificatio, solutio ventris, &] ut fricet caput, & ut pectinet ipsum, ut calefiat cum ipso, & permutetur eius complexio. Et ex eis quidem quę ipsum iuuant, sunt uentosæ super capite positę: & cauterium super ipsum calefaciendo cerebrum. Post mundificationem vero, & solutionem uentris, & quietem aliquibus diebus, nō est malum si ingrediatur balneum; & si ventosæ ponantur super illud, quod est sub hypochōdrijs, & ossibus pectoris eius, & calefiat caput eius cum eo quod sciui-

n B. leui pauca ualde.
o B. rapæ.
p B. acutum.
q B. uacuitatem Alia litera. non super repletionem.
r B. conceditur tunc.

sti. Et quandoq; ponitur [s] [post paroxysmum] pila cadens inter dentes eius: & proprie ex pilis, ut remaneat os eius apertum, & oportet ut incipias euacuare [t] [secundum eam,] deinde intēde in purgando caput cum gargarismis attractiuis. Si autem illud accidit cum periodis, & multiplicatur cum multitudine humorum, euacuętur [u] [cum apparente,] & educatur humor, qui in ipso dominatur, secundum quòd dicturi sumus. Et si non fuerit quod prohibeat ipsum a minutione, phlebotometur: ipsius enim phlebotomia in uere, & proprie in pedibus, est ex eis, quæ ipsi conferunt, si per ipsam non sequatur infrigidatio cerebri eius, secundum quod dicturi sumus. Quumque hora paroxysmi pertransit, & [x] [tu potes facere, ut ipse euomat, penna cum oleo de lilio inuncta, in ore ipsius missa, & proprie si stomacho fuerit in hoc introitus, vt vomat humiditatem,] iuuabitur eo tunc licet multitudo uomitus noceat epilepsię cerebri. Et ex [y] [deglutientibus] in dispositione epilepsię, & in alijs, sunt assa, & castoreū in oxymelle de melle. Ex insufflationibus autem in epilepsia, sunt pulpa coloquintidæ, cucumer asininus & eius succus, & sal ammoniacus, & nigella, & similia, & elleborus alb & condisi, & piper, & zīgiber, & myrrha, & euphorbium, & castoreum, & stæchados separatim, & cōiunctim, & assa fætida, & pix sicca: & † cedria. Ex vaporatiuis est pæonia, & ex odoramentis est ruta in hora epilepsiæ, & in hora quietis. Ex eis verò, quæ Humain eligit, est gumma rutæ agrestis permista cū farina hordei, & aceto de vino. ex quo fiant formæ malorum, & assiduet odorem earum. Et ex syrupis, est oxymel squilliticum propriè quod singulis diebus in potu sumat, & similiter syrupus de absinthio, & apozema hyssopi cum origano [z] † [ ] & oxymel squilliticum sumptum in potu in hyeme cum aqua calida, & in æstate cū aqua frigida. Et ex unctionibus quæ eis sunt bonę cū eis quę dicta sunt, medulla crurium camelli cum oleo ros. super tempora, & commissuras, & pectus. Suspensionis verò pæoniæ iuuamentum iam experti sunt antiqui in epilepsia, & uidetur quòd illud sit magis proprium illi, quę est [a] [de romania] humide. Et ex medicinis quidē quas [b] [sp] in potu sumere oportet, sunt agaricus & siseleos. [c] † [ ] & radix aristolohiæ rotundæ, & ex pæonia omni hora in potu tribuatur cum aqua. Et iam conuenerunt, quòd potare omni die [d] † [bondacaten mithridati] duabus uicibus, mane, & quum uadit dormitū est quasi ex eis, quibus iam plures sanantur. Et quidam uolunt, ut eis in potu tribuatur ex spuma maris omni diebis, et ex polio montano cum proprietate sua in ea, [e] [et † thymo] etiam et ex eis, quæ ipsos iuuāt, est medicamē de squilla huiusmodi. Sumatur squilla, et ponatur in uas vitreatum de terra, in quo [mel] fuit [f] † [ ] et caput eius stringatur ligamento forti: deinde cū corio grosso cooperiatur, et dimittatur xl. diebus, quorum primus sit ante ortum [g] † [ascherent] xx. dieb. et ponatur vas expositum meri diei, et permutetur omni hora [h] [propinque] vt sit illud, quod ex calore partibus eius aduenit æqualis applicationis: deīde aperiatur os vasis, et in-

s B. in hora paroxysmi.
t B. materiā secundum quod ipsa est.
u B. in uere, ut præseruetur.
x B. Alia litera. est possibile, ut uomat cū penā inuncta.
y B. quæ deglutiuntur.
† alkitran.
z † B. & decoctio hyssopi cū origano & oxymelle, quod factum est ex eis.
a B. alrumi.
b B. in principio.
c † B. & scordeō.
d B. Alia litera. nabacha alsadritus: uel altraditus.
† auellanæ quā citatem.
e B. & alchanti idest asphodil⁹.
† alhasce. Alia litera. acetum.
f † B. qū ab eo fuerit postea remotum.
g B. alsahari.
h B. parumper. Alia litera. & permutetur omni paruo tēpore.

inueniens squillam iam decoctam,& dissolutã: ipsam igitur exprime, & sume succum eius,& permisce ipsum cum melle: & sumatur in potu ex eo omni die quantitas cochlearis vnius. Si aũt hora festinat,coquatur squilla in aqua, & aceto:& fiat inde oxymel mellinũ. Et ex medicinis quidem bonis est, vt sumantur sisceleos aur.iij.baccarum lauri tantundem,aristol. rotũdæ,radi.pæoniæ amborum aur.ij. castorei,trochiscorum squilliticorum amborum aur.j.misceantur cum melle despumato,& administretur omni die cum oxymelle. Et ex eis etiã,quæ eos iuuãt,est permutatio in regionibus:permutatio enim in regionibus, donec aer inueniatur conueniens,desiccans,subtiliãs,est sicut permutatio in ętatib.ex infantia in adolescentiam in iuuamento epilepticorum. Quum ergo accidit epilepticis tortuositas membri,aut spasmus eius,ęquatur fricatione cum oleo,& aqua tepida,& cõpressione forti. Et quũ fuerit epilepsia causa cerebri,tunc melius est,vt euacuetur cum elleboro,& cum ijs quæ sunt talia,& pulpa coloquintidę,& scammonea,& hiera, & decoctione agarici faciendo solutionẽ post solutionem in anno. Quumque necessarium est vt phlebotomia fiat,ex quocunque humore sit, oportet vt non [i] [solum fiat phlebotomia,] immo fiat ex duabus cephalicis simul,& sequatur phlebotomia venæ,quę est sub lingua. Et quandoque uẽtosatur super collum,ut materia in hebdomada trahatur a cerebro:si illic non fuerit ex complexione cerebri,& debilitate ipsius,quod eam prohibeat. Et quandoque tibi necessarium est, ut phlebotomiam multiplices. Quum ergo illud feceris, oportebit, ut quiescere facias per hebdomadam: deinde solue cum potionibus, & clysteribus fortibus,quę sint ex centaurea,& pulpa coloquintidę,& kerua,& reliquis. Deinde fac quiescere,post pone ventosas apud † spatulas,& caput,& nocrati colli,& super crus. Deinde fac eum quiescere,postea solue,& non cesses procedere secundum quietem,& iteratione usque quo purgetur. Et administrentur post illud gargarismata, & caputpurgia, & quæ purgant caput solummodo,cum eis quæ sciuisti. quumque fit ei caputpurgium [k] [cum sisceleos postea cũ † anetho,& cum aqua amaraci,] est iuuamentum. Et oportet quidem, vt occurrat paroxysmus cum mundificatione stomachi:& si possibile fuerit ei,ut euomat [l] [ante] cibum, & ppriè ab eis,quæ sunt,ut pisces saliti & alia, erit iuuatiuum. Et post illud totũ permuta cõplexionem cerebri cũ confortatiuis calefacientibus ex emplastris ex sinapi, & quæ taliter procedunt,ex eis quæ docui te,& nominaui tibi:& fac eum odorare rutam. Et oportet ne labores in ipso cum calefacientibus, & permutantibus complexionem subito, immò gradatim in hoc incede. Si autem inde nocumẽtum acciderit in operationib.suis, tunc quiesce. Melius autem quo purgatur illa cuius causa est phlegma, est hiera, [m] [& pulpa] coloquintidę: & hiera Hermetis etiam, Nam si utatur hiera Hermetis omni die pondere.s.ʒ.mane:& pondere.s.3. in sero, magnificatur cum ea iuuamentum ipsi. ꝙ si cum phlegmate est repletio uniuersalis, tunc phlebotomia, secundum quòd narrauimus,

[i] B. sis diminutus in ea. Alia litera. cardes eã uel non deficias in ea.

† elkeel.

[k] B. fiat cũ scelitha,postea cum sababech, & cũ aqua maioranæ † scebebic.

[l] B. Alia litera. post.

[m] B. Alia litera pulpæ.

est ei iuuatiua:& similiter euacuatio cum turbith & agarico & stęchade, & hiera Rufi propriè. Melancholia verò soluitur cum eis, quæ sunt,sicut decoctio epithymi,& elleborus,& lapis azuli,& lapis armenus,& stęchados,& polypodium,& myrobal. Ex vnctionibus, medulla cruris cameli cum oleo ros. [n] [super collum] & tempora,& pectus. In epilepsia verò cholerica oportet, ut sit solicitudo cum infrigidatione,et humectatione. et propriè cum clysterib. Si autem est adusta, tunc est in iudicio melancholiæ,aut inter choleram et melancholiam: et ea quæ non ita est mater infantium forsitan est de genere cholericę apud quosdam: et propter illud pręcipiunt in cura ipsius,vt administrentur tina,et caputpurgia frigida,et humida et effusio lactis super caput,et vtatur humectatione corporis. Et si est infans, præcipiunt, vt detur in potu lactanti ipsum, quod lac ipsius infrigidet,et pręcipiunt,vt in domo ipsa frigida subterranea inhabitet, et uidetur ꝙ sit hoc apud eos epilepsia sibaria,aut mania: verũtamẽ huiusmodi nominis vsus nõ est famosus apud ueridicos medicos. Et quum aliquibus mẽbris epileptici acciditt tortuositas,aut spasmus,iuuat ea fricatio cum oleo et aqua tepida,et ut [o] [in eis toleretur compressio. Quando uerò est epilepsia ex stomacho, tunc conuenientiora quibus fit euacuatio,sunt pulpa coloquintidæ, et stęchados,et fiat in anno illud multoties. Et oportet quidem post mundificationem stomachi,ut assidue utantur confortatiuis. et nõ tribuantur eis,nisi cibi uelocis digestionis, boni chymi,et [p] [reducantur] secundum quòd narrauimus in loco suo. Impendatur ergo studiũ in comprehendendo bonitatem digestionis, et oportet vt dimittant stomachum vacuum tẽpore longo. Illi verò, quæ ex ea excitatur secundum famem, succurratur cũ eo quod dictum est in capitulo [q] [epilepsiæ,] et reliquorum. In hac uerò, quæ fit cum eleuatione alicuius rei ex membro, oportet ut ligetur supra illud membrum, quum paroxysmus adest:et fortasse prohibetur paroxysmus: et euacuetur humor,qui est in membro:aut per euacuantia scita, si iam peruenit ad ipsam uirtus euacuationis:aut cum ulceratione, et eductione puris in hora quietis,cum medicinis, quũ ulcerant, et pus faciunt currere,et cum adustione materię, sicut est epithema de gummi rutæ syluestris, et euphorbio,et reliquis. Et has quidẽ medicinas cognouisti ex tabulis libri secundi. Et forsitan oportebit,ut in eis eueniat gradus administrãdi cantharides,et [r] [† alkekerez,] et stercus accipitris,et anacardos, et reliqua. In illa autẽ, quæ a toto corpore eleuatur,dicunt quidam, quod si non esset timor in phlebotomia duarum arteriarum apoplecticarum, non in eo quod nõ possibile sit retentio sanguinis,sed propter frigus,quod accidit cerebro, et abscissionem spiritus,et sequitur eam apoplexia,esset in ea sanitas integra illius,qui patitur epilepsiam cum cõmunitate corporis,et propter illud,quod ad cerebrum ascendit ex eo,et nos quidem dicimus, [s] [si hoc nõ est possibile in cuiusque arteriarum ascendentium incisione,hic timor non est longe]. quin magnificetur multitudo iuuamenti,

[n] B. spondyles colli.

[o] B. super ipsa fiant compressionis.

[p] B. tribuantur

[q] B. sodæ.

[r] B. alkibikenz † galbanum.

[s] B. ꝙ si hæc nõ est possibile, tunc in incisione seu in phlebotomia illius alterius ex arterijs,quæ ascendunt, non erit iste timor & nõ est longinquũ

A N-

ANNOTATIONES.

cap.13. cap.24. *Prosequitur hoc negocium Gal. libello de puero epilept. ubi methodo huius affectus in puero curationem absoluit. id & Paulus libro 3. siue per eßentiam in cerebro est, siue per consensum. sed & Celsus lib. 3. de hac re scribit. Auicennas ex Galeno, & Paulo mutuatur multa. sed longe copiosius omnes huius mali species curare docet.*

cap 13. cap. 15. 53. 2 *Nutrimentum lactis &c. Hoc & Paul. lib. 3. & Alex. Trall. lib. 1. sed quomodo lac uitiatum corrigatur, pete ex Paulo. lib. .*

cap.4. 3 *Et ille cuius consuetudo &c. Pleniorem duplo cibum in prandio exhibet quam in cœna, quod & Actuarius lib.* cap.10. *2. de act. & affect. anim. spirit. At Gal. libro de puero epilept. contra prorsus, pleniorem duplo cœnam probat, quam prandium. Cum Gal. sentire & Rasis uidetur primo Cont.* cap.2.14.3.133. *tr. 13. Sane dubitatio hæc non leuis est ob hanc summorum uirorum controuersiam. Paucis tamen, si rationem utriusque opinionis perquiramus, Actuarij sententia, cui & author noster aßentitur, tutior & probanda magis uidetur. tum quod hic affectus ex pituita ferè est, quam noctu augescere, & accessiones facere compertum est: tum quod accedente post uberiorē cænam somno, magnā uaporum copiam ad caput efferri necesse est, et causā morbi augeri. De Gal. uerò & Rasis sententia non est ut multū laboremus, illud certè uerissimum est quod Gal. ait per somnum et quietem coctionem adiuuari. uerum aliud nunc in causa est, cuius rōne a copiosiori cœna est abstinendum: uaporum nēpe ad caput, & multorum & crudiorum elatio, a quibus pituitę prouentum gigni neceße est: id quod Galeni tempestate uerendum non erat, quum id temporis, die in duodecim inæquales horas dißecto, prandio tertia, cænæ uerò nona esset hora constituta: ita ut tres etiam a cibo horæ superessēt, quibus per vigilias discuti priores illi crassi & crudi halitus poterant, qui ex alimentis primo efferuntur. id quod nostra tempestate non seruatur. qua quū ad multā noctē cæna differatur, tantum temporis inter cibum & somnum non intercedit. Insequuti ergo hi authores suorum temporum consuetudinem, diuersa scribunt. nostræ uerò tempestati Auicennę & Actuarij sententia utilior est. in qua tamen re accessionum diligens habenda est ratio, si noctu, si die affligat. ac iuxta hoc uictus ratio modo plenior, modo tenuior est instituenda.*

4 *Et si non fuerit quidem &c. Hic de uenæ sectione quęritur, an in hoc affectu conueniat, uel non. Auicennas secan-* cap.18. cap.13. *dam esse ait, nisi quidpiam obstiterit, Galenum 12. meth. & Paulum lib. 2. æmulatus. At alij secandam semper uenam statuunt, si morbus magnus est, quod tum authoritate Hip-* Aphor.20. cap.6. *poc. confirmant, qui, 4. de rat. vic. in ac. & 4. meth. magno existente morbo & uiribus validis, mittendum perpetuo* cap.18. *sanguinem præcepit. tum etiam ex Gal. 11. meth. ubi in lethargo, caro, catocho, attonito morbo, comitialiq; inter initia mittendum sanguinem consulit. etsi Rasis et Mes. huius præsidij non meminerint. Cęterū, qui venam perpetuo tundendam existimant, ubi morbus magnus est, quantum fallātur facile ostenditur. Magnus nempè hic morbus sit. atque a pituita, toto etiamnum corpore crudis humoribus redundante gignatur; an & his secandam uenam præcipiunt?* cap.18. *Præcipiunt sanè. At Gal. 12. meth. quem locum ipsi adducunt, contrarium prorsus statuit. excipit enim crudi humoris redundantiam. Sed respōdent hi. cruditatem humorum non omnem, sanguinis missionem prohibere; sed eam quæ in* cap.6. *uentre est. Contra horum tamen sententiam Gal. li. de cur. rat. per sangu. mis. crudo per corpus collecto humore sanguinis eductionem ueretur, quando crudo per omne corpus affluente humore, & uirtus imbecillior sit: & adhibita sanguinis detractione in extremum malum soleat recidere, vt nequaquā postea restitui poßit. At tuentur hi se rursum ex Gal. lib. eodem de sang. mis. ubi & in comitiali morbo &* cap 7. *in apoplexia, vertigine, ac sanguinis reiectione secandam esse venam confirmat. Sed non animaduertunt, præseruationem eße eam, non curationem. Adde quod Gal. eo in loco, non absolutè sanguinis eductionem, sed uel hanc, vel expurgationē, pręcipit; prout. s. vel sanguis, uel alij a sanguine humores affluunt. ita ut ij Gal. prorsus aduersentur, qui absolutè secandam in hoc morbo venam arbitrantur, ubi magnus est. Quamobrem, a Gal. Paulo & Auic. discedendum non est, qui secādam quidem venam consulunt, sed id si nihil obstiterit. obstat autem vel aliorum humorum, non etiam sanguinis copia, vel virium imbecillitas: vel crudorum succorum in toto corpore, nedum in ventre, uel uentriculo redundantia. anni tempus (adde & quod Celsus, si neruorum distentio acceßerit) et cætera ea, quæ copiosius in lib. de sang. mis. Gal. scribit. Quare consulenda hæc omnia fuerint. ac affluente sanguine, uel puro uel bilioso, uel melancholico, uel etiam pituitoso (nisi summa hęc fuerit cruditas) mittendus erit sanguis quantum uires, quantum affectio tolerat. Sin autem uel a uentriculo, vel a particula alia quapiā sit, uel imbecilles sint uires, uel cruditas adsit: abstinendum.*

De apoplexia. *Cap.* 12.

Apoplexia est ociositas membrorum a sensu & motu, propter oppilationem cōtingentem in uentriculis cerebri, & in cursibus spiritus sensibilis & motiui. Nam si [a] [euacuantur ex eo instrumēta motus, & anhelitus, & debilitantur, non fit facilis anhelitus; immo illic est spuma, et est habens vicissitudines, sicut strāgulatio, aut sicut vox strangulati: hęc ergo] est praua, significans defectum uirtutis mouentis, membra anhelitus, & ea quidem prauior est vt non appareat anhelitus, & spuma, neque uox strangulati. Si autem nocumentum non magnificatur in anhelitu, & pertransit in gutture ipsius quod immittitur, neque egreditur per nares; tunc quamuis ipsa sit in qua maior fiducia habetur quam alia, tamen non euacuatur a timore magno. Et Hipp. quidem dixit, quod quando apoplexia est fortis, habens eam non sanatur: & si est debilis, eius sanatio non est facilis. Hæc vero oppilatio fit, aut propter clausionem, aut propter repletionem. Clausio autem est, ut ad cerebrum perueniat quod ipsum dolere faciat, aut [b] [impediat] & moueatur motu cōtractionis ab eo: aut sit qualitas perueniens ad ipsum [c] [stypticum faciens, ingrossatiua suis naturis] sicut frigus forte. Repletio uerò, aut est repletio apostemans, aut est non apostemans. Repletio verò apostemans est, ut illic cōtineatur materia [d] † [ ] & oppilet ex parte extensionis, & est ex speciebus [e] [apoplexiæ peruersę:] & equale est, siue sit materia calida, aut sit frigida. Quæ verò est absque apostemate, & est ea, quæ est secundum plurimum, aut est in ipso cerebro [f] [& cum propinquitate sua in meatibus spiritus ad cerebrū. Et illa, quę est in meatibus spiritus ex cerebrò, 2 aut est humor sanguineus effusus ad ventriculos cerebri subito, aut est humor phlegmaticus, & est superabundans & multus.] Illa autem; quæ est in meatibus spiritus ad cerebrum, est quū oppilantur arteriæ, & uenę ex uehementia repletionis, & mul-

a B. cū hoc instrumēta motus anhelitus fuerit ociosa, aut fuerint debilia, unde nō facilis fit anhelitus, imo fuerit illic spuma, & fuerit habēs uicissitudines sicut strāgulatio, aut sicut uox strangulati tunc hæc spēs.

b B. lædat.

c B. stipans uel contrahens & inspissans eum ex sui natura.

d † B. Alia litera & oppilet ex parte repletionis.

e B. Alia litera. epilepsiæ fortis uel difficilis.

f B. aut in vicinitatē ipsius, & illa quidē quæ est in uicinitate, aut est in meatibus spūs ex cerebro, aut i meatib. spūs ad cerebrum. Et illa q est in meatibus spiritus ex cerebro, aut est humor sāguineus

& multitudine sanguinis,& spiritus non habet transitum: quare non moratur usque quo præ focet: & accidit ex illo ei quod accidit, quum stringuntur duæ uenæ apoplecticæ ex casu sensus, & motus; nam quum illi simile accidit ex causa[g] [primitiua,] efficit quod est simile illi actioni. Hæ ergo sunt species apoplexiæ,& causæ ipsius. Sed fortasse quandoque dicunt apoplexiam,& significant per eam paralysim communem amborum laterum, & si sint mẽbra[h] [corporis] sana & quandoque dicunt mollificationem partis apoplexiam illius partis: & illud quidem in sermonibus Hipp. iam peruenit. Aliquando autem accidit, ut homo apoplexiam incurrat,& non sit differẽtia inter ipsum, & mortuum, & non appareat in ipso aliquid anhelitus; deinde reuiuiscit,& sanatur. & nos plurimos eorum uidimus, quorum dispositio hæc erat,& in istis quidem anhelitus non apparet,sed ipsorum pulsus[i] [non] integre cadit. Et uidetur quòd calor innatus in eis non uehemẽter indiget euentatione, & expulsione vaporis fumosi a se anhelitu magno, propter illud qđ accidit ei ex frigore.& propter hoc volunt, ut tardetur sepultura ambigui ex mortuis, donec perpendatur eius dispositio:& neque sit minus septuaginta duabus horis. Apoplexia verò resoluitur secundum plurimum ad paralysim,& illud ideo,quoniam, quum natura deficit ab expulsione materiei ex utrisque lateribus simul, expellit eam ad unum duorum laterum,quod magis est susceptibile[k] [egritudinis,] & quod eorum est debilius, & facit ipsam penetrare in uacuitatibus meatuum elongando eam a cerebro, & uentriculis ipsius. significat uerò quòd oppilatio in apoplexia comprehendit super vẽtriculos, quoniam si esset in uentriculo posteriore solummodo, non oporteret,ut ociositas sensus esset ĩ anteriore parte capitis. Hipp. uerò inquit,cui accidit dum est sanus,dolor repente in capite suo:deinde incurrit apoplexiam;tunc ipse moritur ante septimum diem, nisi accidat ei febris,& fit spes, ut cum ea resoluatur superfluitas. Et scias quod plurimum accidit apoplexia habentibus ætates, & corpora, & regimina humida:propriè,quum est ibi cum humiditate frigus. Si autem accidit caliditate complexionis,& siccitate ipsius,tunc res est praua: ægritudo enim contraria complexioni non accidit, nisi propter magnam causam. & cõplexio quidem ab hoc elongata est, ut eam toleret. Apoplexia verò raro accidit a caliditate. Quum autem dilatatur materia paralysis in utrisque lateribus, prouenit apoplexia, sicut quum constringitur materia apoplexiæ ad latus vnum, accidit paralysis: plurimum verò causæ apoplexię existit in ambobus uentriculis posterioribus. Quumque cum apoplexia fuerit febris, tunc illic erit apostema secundum plurimum. Illi verò qui plurimum utuntur phlebotomia propter melancholicum sanguinem suum, ex multitudine quidem phlebotomiæ iuuantur, sed in fine deficiunt, quoniam incidunt in apoplexiam,& similia ei. Præparatio uerò apoplexiæ periodicæ cum acceptione medicinarum calidarum, est festinatio faciens humores tardos uelociter moueri; periodorum autem apoplexiæ iudicium iam diximus, inde ergo legatur.

g B. Alia litera. corporea.

h B. Alia litera. capitis. Alia litera. faciei.

Alia litera. i —— B.

k B. Alia litera. eius quod effunditur.

ANNOTATIONES.

1 *In apoplexia, quam Latini attonitum morbum uocat, & alij etiam paralysim & resolutionem neruorum,ut Celsus notat lib. 3. totum corpus sensu & motu destituitur, ut* Cap 24. *Galenus 2. aph. & sæpe alibi. neque id solum, sed animales omnes actiones etiam principes uitiantur. ut hic quoque* Com. 42. *affectus non rectè symptoma aut sensus communis, ut Actuarius lib. de act. anim. sp. primo. aut recitricis, quam regitiuam uocant (ut alij) statuatur. uniuersim namque animalium actionum omnium est uitium. De huius symptomatis* Cap. 13. *causa contentio est. Alij etenim (ut Gal. passim) obstructionem esse meatuum dicunt, per quos toti corpori animales spiritus feruntur. Alij etiam astrictionem addunt, intumescente nimirum cerebri substantia, ut Gal. 2. aph. notat, ex* Com. 42. *dispositione, quæ inflammationi est similis, constringit spirituum uias necesse est. ita ut percusso cerebro, sicuti de caro testatur Gal. 4. de loc. aff. Nos uerò, & si astrictionem* Cap. 2. *prohibere spirituum transitum fatemur: quum tamen non prorsum cohibeant: astrictionem aut epilepsiæ, aut leuis apoplexiæ causam putamus: eius uerò quæ fortior est apoplexia, obstructionem. Verum in qua nam cerebri parte hæc obstructio fit, controuersia est. quum Gal. alibi, nempe* Cap. 7. Com. 42 *4. de loc. aff. in cerebri substantia, alibi uerò ut 2. aph. 3. de* Cap. 7. *loc. aff. & 2. de sympt. caus. in cerebri quoque uentriculis esse existimet, quod & hoc in loco hic author. Soluitur tamen facilè. si id aduerteris, quod, repleto cerebri corpore, obstructionem, non ipsa dumtaxat substantia illius, sed corpore ipso turgescente, in meatibus etiam fieri neceße est. neque negat Gal. 4. de loc. aff. in apoplexia obstrui cerebri uẽtres, sed eo ab epilepsia differre scribit, quod in epilepsia uentriculi dumtaxat obstruantur, in attonito autem morbo corpus potissimum.*

2 *Aut est humor sanguineus, &c. Galenus 4. de loc.* Cap. 7. *aff. sicut epilepsiam, ita & attonitũ morbum a frigido crasso & uiscido humore fieri, pituitoso, & atrabilario existimat. de sanguine uero & bile non meminit. Author tamẽ noster non pituitam & atram solum bilẽ, sed etiam sanguinem & flauam bilem huius obstructionis causam censet. Cæterum, quum cerebri uentres & ipsius substantia non minus sanguine & bile, quam pituitoso & melancholico humore repleri possint, sicuti & supra de epilepsia est dictũ: nihil profectò obstare uidetur, quin & ex his duobus humoribus attonitus morbus gignatur. Negant tamen aliqui procreari hunc posse ex bile, quod, quia ea acris est, & mordicat, irritatum cerebrum in eos motus uniuersum corpus propellat, qui in comitiali semper, nunquam in attonito morbo uidentur. Cæterum ex sanguine certum est hoc uitium aliquando fieri, ut hic author notat. atque hoc ipsum (& si Galenus plerunque gigni ipsum ex pituita, & melancholico humore aßerit, quod uerè ab his plerunque & potissimum procreatur.) idem Gal. affirmat, tum 2. aph. quando* comm. 42. *dispositionem inflammationi similem ait posse hunc affectum producere. & primo aph. athletas in discrimine esse* comm. 3. *testatur, tum ruptionis uasis alicuius, tum repentinæ suffocationis, ob sanguinis uidelicet redundantiam. quod & clarius lib. de sangu. miss. scriptum reliquit. At debile ipsa, licet Gal. authoritatem non habeamus, ratio tamen id per-* cap. 5. *suadet, quum colligi repente tanta bilis flauæ in cerebro copia posit, quam atræ. Quod enim mordicare eam aßerunt ac propterea irritari & concitari totum corpus, sicut in epilesia non admittimus, quando phrenitim ex bile in cerebri substantia collecta fieri uidemus absque conuulsione.*

quum

quum & atra bilis quæ acida est, insigniter sensum moueat & irritet. quum collectum demum in eius substantia humorem cerebrum non sentiat, quod expers sensus est: neque irritari propterea ab alio, quam multitudine possit. Quare iudicio nostro non minus a sanguine & bile, quam a pituitoso, & melancholico humore fieri attonitus morbus potest.

De signis. *Cap.* 13.

Differentia inter apoplexiam & † carum: est quòd apoplecticus [a] [clamat,] & eius anhelitu nocumentum ingreditur: sed † carum patiens nocumentũ, nõ est ita, & habens subeth gradatim procedit de somno graui ad † carũ; apoplectico verò accidit illud subito. Apoplexiam preterea antecedunt soda, & inflatio † iugularium venarum, & uertigo, & scotomia, & tenebrositas visus, & tremor in toto corpore, & stridor dentium in somno, & grauitas, & pigritia. & multoties quidem est eius urina [b] [vaporosa,] & nigra, & in ipsa est sedimen serinũ, & furfureum. Illam verò quæ est a [c] [qualibet] percussione, aut casu, aut communitate membri, cognosces ex principijs, quę tibi iterata sũt. Quæ autem est ex apostemate, non euacuatur a febre [d] [precedente signa,] quæ diximus in apostematibus. Et illam quidem, quę est ex sanguine, significant signa sanguinis prædicta multis vicibus. & est facies rubea, & oculi rubei valde, & † iugulares venæ: & venæ ceruicis sunt extensæ & plenæ; & spatium phlebotomiæ est elongatum, & fuit accidens receptio eius, quod generat sanguinem. Illam verò, quæ ex phlegmate est, significant color, & forma oculi, & humorositas narium & reliqua, quę dicta sunt. Quũ ergo seni acciderit vertigo concomitans iterata, tunc illud nuntiat apoplexiam.

† subeth. a B. habet vocẽ strangulati, vel habet oregmonem. † subeth. † subeth. † guidez. b B. similis flori æris. c B. nocumento &. d B. aliqua & præcessione signorum. † guidez.

De cura. *Cap.* 14.

Cvra quidem eius, quæ facta est ex læsione extrinseca, est regimen illius causę primitiuæ: & illius quæ fit ex communitate, est regimen membri, cui communicat cum eo, quod præterijt tibi in canone, & præterijt tibi in capitulis alijs. Regimen uerò illius, quæ fit ex sanguine, est phlebotomia in hora illa, & emissio multi sanguinis: sanat enim in dispositione, & post phlebotomiam tunc clysteriza cum eo, quod sciuisti de clysteribus, vt deponatur materia a capite: & subtilia regimen ipsius: & sis contentus in ea iuleb, & aqua hordei subtili, & aqua casei: & fac ipsum olfacere quod confortat cerebrum, & non calefacit, cum eo, quod docui te. Si cum ea verò, quę facta est ex phlegmate, inueniuntur signa sanguinis: phlebotometur etiam: deinde clysterizetur cum clysteribus fortibus, & supponantur collyria fortia, in quibus ponuntur gummi, & fel bouinũ; postea [a] [bibat, quod soluit, si in ipso pertransit] ex pilulis, in quarum potu habetur fiducia, sicut pilulę de euphorbio. Et fiant post illud super caput ipsius, & membra, vaporationes calefaciẽtes, & embrochę factæ ex aquis, in quibus coctæ sint herbæ calefacientes, sicut anethum, & † absinthium, & amaracum, & folia citri, & calamenthum & † thymus, hyssopus, & melilotum, & origanum, & abrotanum. Et cũ oleis, in quibus sit virtus [b] [calefaciens, sicut est oleum] de ruta, & sit iam dissolutum in ipso pyrethrum, & castoreum, & opopanacum, & galbanum: & inunge totum corpus ipsius ex oleo, in quo sit sulphur. Si autem uaporationes fuerint ex gariophyllis, & [c] [† chamæpythi] & mace, & nuce muschata, & acoro, erit rectum. Et fricentur pedes eius cũ oleo calido calefacto, et aqua calida. [d] † [ ] et inungantur spondyles ex [e] [† storace liquida, et euphorbio.] Et pone super principium nuchæ synapi, & serapinum, & castoreum, & euphorbium. Et ex oleis quidem, quę sunt eis bona, sunt oleum cucumeris asinini, & oleum rutę, & oleum squilliticum factum ex oleo antiquo: aut in quo sit infusa propter humectationem xl. diebus, aut in quo sit cocta: ita vt sumantur olei kisti. i. et squillę. unc. ij. in quo coquatur adeo ut dissoluatur. Et similiter oleum de pyrethro secundũ vtrosque modos predictos. et rectius quidem est, vt quodcunque sit oleum, quod eis administras, inspisses cũ cera donec stet, ut adhereat, et oportet quidem ut incipias a debiliore vnctionum, si confert; et si non, adde, et permuta te ad illud, quod est fortius. Et non est malum post euacuationem ipsius cum clysteribus, et similibus, vt naribus ipsius aliquid approximetur, et propriè condysi, et caputpurgia fortia, et olea confortatiua, et ignitum ferrum; et oppone ipsum capiti ipsius. et ut capiti ipsius emplastrũ apponatur ex emplastris resoluentibus, quę sciuisti. Et si est possibile, fac eum uomere cũ penna immissa gutturi ipsius, illinita oleo de lilio, aut oleo simplici: et propriè quum existimatur, quod in stomacho, aut ĩ ore ipsius sit repletio, et iam præcessit eam satietas nauseatiua a cibo; conferunt enim hec ei uehementer. Et in uomitu quidem aliud existit iuuamentum: nam [f] [nausea, et uoluntas volendi calefaciunt caput] eius, qui habet apoplexiam frigidam & humidam. Et oportet quidem, vt ipsius ventositates resoluas cum eo, quod eas educit: quoniam cũ hoc inuenit alleuiationem. Et quandoque [g] [incipit] ad hoc, vt pila in ore eius ponatur, cuius antecessit rememoratio, vt non destruantur dentes ipsius adinuicem. Et oportet, ut quum parum euomunt, in potu sumant olei de kerua decocti cum ruta omni die. drach. ij. cum aqua de radicibus, & gradatim procedant, donec bibatur quaque die. drach. v. Et si possibile est, post euacuationẽ sumant quantitatem [h] [† auellanæ vnius] ex theriaca et mithridato, et ex scelita, et [i] [alaurabele, et sagzeneæ,] et quę sunt similia illis. et de simplicibus, castorei aur. j. cum aqua mellis, [k] [et] oxymelle [l] [etiam mellino,] quum bibitur bakila vna. Potus autem eorum sit aqua mellis pura, aut cum † speciebus, secundum necessitatem. Et quum videris alleuiationem, fac gargarismata, et sternutationes, et pone uentosas super collum, et nucham cum incisione, aut sine incisione, secundum [m] [causas materiei. Et adhibe eis causas conualescentium in armatu:] deinde fac eos balneari post tres hebdomadas: et vnge eos in die balnei cum oleis calefacientibus. Et ex gargarismatibus quidem

a B. Alia litera. deglutiat quod soluit, vt expellatur, &. † sceba.

† alhases. b B. istarũ herbarum & oleo. c B. alheal, vel alheyl. † alhel. d † B. & fale. e B. miha & al zambach. † sigia. f B. subuersio stomachi, seu voluntas vomẽdi, & conatus ad vomitũ calefaciũt complexionẽ capitis. g B. acceleratur. h B. bondacha. † bondacate. i B. & anacardina, & alfaganea. k B. aut. l B. & serapinũ etiam. † pondus granorum 48. † alefeniati. m B. secundum materias, & cõmoue eũ super alarguiha.

dem

† albasce. dem eis conferentibus post purgationem uniuersalem, est decoctio hyssopi, & † thymi. & calamenthi, & origani, & his similium in aceto, cui admiscetur mel, & etiam aqua, in qua elixã tur pyrethrũ, & staphisagria, & † thymus, & sumach. (†. albasce. n B. piper.) Et fortius illo est ut sumantur [n] [diapipereon,] & longum piper, & zingiber, & staphisagria, & † nitrum, & rosæ, & sumach, & terantur, & commisceantur, [o] † [ ] & fiant ex eis [p] [collyria, deinde administrentur masticationes ex eis, aut gargarismata in decoctione hyssopi cum mastice.] († baurach. o † B. cum uino decocto. p B. fief.) Et ex eis quidem, quę illi iuuatiua sunt, quum fiunt sicut illud: sunt piper longum, & piper nigrum, & synapis, & calamenthum. Et ex eis quæ masticantur sunt calamenthum, & staphisagria, & piper, & amaracum, & synapis sigillatim, & cõiunctim, & permiscetur eis sicut rosa, & sumach [q] [si necessarium est,] (q B. a quibus nõ est excusatio.) & acorus est ex eis, quæ iuuant in hoc capitulo, & confortatur eius impressio, & confert eis inunctio cum oleis calidis confortantibus spiritum, qui est in neruis, & substãtia neruorum, resoluentibus superfluitates in quibus non est labor, sicut est oleum de lilio: & post ipsum oleum amaracinum, & oleum chamæmellinum, & anethinum, & oleum de squinãtho, & proprie super caput: ipsum enim est in quo fiducia habenda est in re capitis, & proprie postquam iam assumpserit virtutẽ hyssopi, & origani, & calamenthi, & † thymi & similium. († alhasce.) Cibi autem habentium apoplexiã sunt subtiliores cibis habentium epilepsiam, & rectius quidem est, vt sis contentus in eis in matutinis pane solo: & panis quidem cum ficubus siccis est bonus eis. Et [r] [potus] super cibum est ex rebus magis nocitiuis eis. (r B. Alia litera. uinum.) Quum autem uoluntas adest, vt cænent, non est malum si ante ipsam pręmittas exercitiũ leue, & moueant mẽbra laxata motu aliquo. Et quum aliquid sumunt, non dormiãt super ipsum velociter: sed expectent aliquantulum donec descendat, & digeratur digestione aliqua, nec etiam plurimũ vigilent. Illud enim [s] [iuuat] cerebrum, & resoluit ex cibis vaporem non digestum, [t] [prohibẽtem] digestionem. (s B. permutat. t B. ex hoc q̃ prohibet.) Quidam verò dicunt eis esse bonum [u] [origanum] cum lentibus, & vuę passæ, & amygdalę, & ficus sunt ex fructib. conuenientibus eis. (u B. hordeum.) [x] † [ ] Vinum autem nouum non est conueniens eis propter illud, quod in eo est de superfluitatibus, & antiquum propter illud, quod in eo est de uelocitate penetrationis ad cerebrum, & declinationis eius: sed magis conueniens uinum est eis illud quod est inter vtrunque. (x † B. in secunda mensa.) Quum apopleticus febricitat, fac moram in re ipsius, donec discooperiatur; fortasse enim est crisis: sitque mora vsque ad septuaginta duas horas. Si autem ita non est, sed febris est propter apostema, & putredinem: tunc ẽst mortiferum. Et scias, quod apoplexia, & paralysis cõstringũt meatus [y] [sibi, quare non sunt medicinæ facientes euacuationẽ, euacuãtes ex materia faciente] ipsas proprie. (y B. Alia litera. ad ipsas peruenientes, quare é existimandũ, q̃ medicinæ euacuantes nõ euacuant materiã facientem.)

ANNOTATIONES.

Hic affectus, sicuti comitiali morbo maximè similis est, & caro: ita eandem fermè curationem desiderat. Propterea repetenda ea sunt, quæ de ijs affectibus sunt adnotata. Vide & Paulum lib. 3. (cap. 18.) necnon Celsum lib. 3. (cap. 28.) Unum notandum est, quum ait Auic. [Et si est possibile, fac eum uomere &c.] quòd author uomitum commendat: sed dolorem neruorum excipit. Cuius sanè rei, si ratio reddẽda est, hanc esse existimamus: quod, quum neruosus totus ventriculus sit, irritari neruosas omnes partes, quæ omnes inuicem consentiũt, ob eius molestiam, quæ in uomitu fit, necesse est, atque affectionem agnoscere.

[a] [DICTIO] SECUNDA.

(a B. Fen.)

De ægritudinibus neruorum, quæ est Tractatus. 1.

Aegritudines neruorum. Cap. 1.



Neruorum quidem ipsorum originẽ, & diuisionem, & figuram, & anatomiam, & naturam iam sciuisti. [1] De ægritudinibus uerò ipsorum scias, q̃ sunt tres ægritudinum species, scilicet complexionalis, instrumentalis, & solutio singularitatis [b] † [ ] & apparet quidem læsio in operationibus suis naturalibus, & sensibilibus, & motiuis. (b †B. cõmunis.) Motus verò laboriosi in faciẽdo ægritudines neruorum, introitum magnum habẽt supra illud, quod in alijs est: [2] ipsi nanque sunt instrumenta motus. laboriosi verò motus sunt sicut extensio cum fune, & eleuatio rei grauis, & omne in quo est extensio [c] † [ ] & expressio & contractio. (c † B fortis.) Significationes autem in dispositionibus eorum sumes ex operationib. sensus, & motus, & ex tactu, [d] [&] lenitate, & duritie, & ex communitate cerebri, & spõdylium cum eis: (d B. in.) & ex doloribus, & materijs, quę sunt proprię neruis. & plurima quidem signa, quib. peruenitur ad cognitionem dispositionum cerebri, sunt ex nocumento operationum, & ex tactu. Quum autem dubitatur de aliqua ægritudinum neruorum an sit humida, an sicca; cõsideretur qualiter ipsa accidit: nam si subito accidit, non est dubitatio, quin ipsa sit humida. Et etiam ex hoc, quod membrum [e] †. [ ] vnctionem desiccat. (e †B. Alia litera. difficiliter.) nam si ipsam uelociter exsiccat, non est dubitatio, quin ipsa sit sicca, quũ membrum non sit calefactum calefactione extranea. Exercitium uerò post purgationem melius est illud, quod permutat complexionem, [f] [& vnicuique membro] secundum seipsum. (f B. eorum uniuscuiusque mẽbri.) & oportet quidem, ut a faciliori incipias, & gradatim peruenias ad illud, in quo sit uirtus æqualis. Modus uerò curę in purgatione neruorum, & permutatione complexionis eorum est, quoniam plurimum eius, quod est necessarium euacuare ab eis vniuersaliter ex materijs, non est nisi ex frigidis. Et euacuantia quidem eos sunt medicinæ fortes, sicut pulpa coloquintidæ, & elleborus, et proprie albus, quum uomitus sit cum eo, et euphorbium, et [g] [allasaiz] & serapinum, et reliquę gummæ fortes, et hierę magnæ, et fortes. (g B. alassach.) Et ex subtilibus, quæ eos euacuant, sunt balneum siccum, et exercitium temperatum. Ipsorum uerò complexionem permutantia sunt ea, quę dicta sunt in capitulo de cerebro, et proprie ea, in quibus est vnctuositas,

ctuositas, [h] [& est oleum unctuosum:] & quum adipes administras, sint adipes [i] [luporum.] Fæces quoque oleorum calidorum, sicut fæx olei oliuarum, & fæx olei de lino, sunt conuenientes ægritudinibus neruorum frigidis, & congruentes duritiei ipsorum, & oleum de costo, & oleum de † andacoca sunt uehementis proprietatis cum neruis: deinde embrochæ, & [k] [expressiones] secundum complexiones eorum. Veruntamen oportet, ut ipsa sint in [l] rectificatione complexionis neruorum fortiora valde: & ut ad penetrandum taliter præparentur, quatenus consequantur [resolutionem corporis, & pororum apertionem fortiter. Et scias, quod intentio in curandis pluribus neruorum ęgritudinibus, est intentio posterioris partis capitis, nisi quæ in facie sunt. Deinde post illud [m] [extendatur neruus,] qui mouet illud membrum, cuius infirmus est neruus. Et neruis quidem nocent res quædam, & iuuantur a rebus quibusdam, quarum multoties rememoraturi sumus: quarum quędam sunt in tabulis medicinarum singularium, & illud quidem nō attenditur, nisi in dispositionibus, & ægritudinibus suis, quæ sunt eis magis propriæ. Res itaque neruos confortantes ex eis, quæ in potu sumuntur, sunt acorus nutritus, & castoreum, & grana pini magna, & cerebrum leporis assatū, & stœchados proprie. Cuius quidā potio sit omni die pondus. drach. j. in pilulis redacti, aut cū syrupo mellino. Et iuuant eos exercitium temperatum, & olea calida.[3] Res uerò neruis nocētes sunt, coitus plurimum superfluus, & somnus super repletionem, & potus aquę frigidæ congelatæ, & multa ebrietas, & uinum plurimum, propter uehementiam mordicationis vini, & [n] [resolutionem &] acetositatem infrigātem cum hoc; & lędit eos omne acetosum, & [o] [stypticum] & infrigidatiuum [p] [in potentia:] & phlebotomia plurima eis nocet. Et nos quidem in hoc tractatu rememorari uolumus ægritudines neruorum complexionales, & oppilatiuas. Ipsorum uerò apostemata & ulcera, tardabimus usque ad librum, qui sequitur librum hunc. Et scias, quod aqua frigida nocet neruis, propterea quod facit eos deficere a digestione humiditatum, quæ sunt in eis: quare in humorem indigestum permutātur. Et scias, quòd agaricus confortat neruos calefaciendo, & purgando.

h B. aut sunt unctuosa. i B. alsebha. † medica. k B. succi. l B. ratificationem. m B. principij nerui. n B. transmutationem in. o B. inflatiuum. p B. cum fortitudine.

ANNOTATIONES.

1 *De ægritudinibus uero &c. De neruorum agit affectibus generatim; atque triplici eos morborum genere corripi ait: quod & Gal. primo de sympt. cau.* (cap.2.) *Sed dubitatio est. Quum enim nerui simplices sint corporis partes, ut testatur Gal. tum sæpe alibi, tum lib. de diff. morb.* (cap.3.) *simplicibus uero duo tantum morborum genera accidant, intemperies, & solutio continui. qua ratione neruis morbus in compositione eueniet? Verum paucis. Nerui, & si ratione substantiæ, partes sunt simplices, quod non ex diuersis corporibus constent, quod sensu appareat: ratione tamen figuræ, quam uel rotundam, uel longam obtinent, & ratione structuræ, compositæ sunt: & hac ratione & morbi illis compositarū partium contingunt. Similem dubitationem 2. de part. anim.* (cap.1.) *soluit Aristoteles de corde, cor ipsum quo ad eius substantiam simplex esse statuens: quo uero ad structurā, compositum. Quare hic rectè neruos omni morborum genere corripi existimauit.*

2 *Ipsi nanque sunt instrumenta &c. Controuersia est Auerrois cum Galeno 2. Coll. de instrumento motus.* (cap.18.) *Gal. nanque, vt hic author hoc in loco, neruos: Auerr. uerò musculos mouendi esse instrumenta censet. Sed hanc litem alibi fusius sumus prosequuti.*

3 *Res verò nocentes &c. Ea recenset, quæ neruis obsunt. Primo autem loco Venerem ponit. Hoc & Gal. testatur 3. in 3. de uulg. morb.* (com.87.) *obesse autem neruis venerem ob id credimus, quòd ex multa ea & frequenti incalescere uniuersum corpus, præsertimq; neruos ipsos oportet. unde & ex calida illa intemperie copiosos, qui ex eo motu colliquescunt, humores, in se ipsos excipere contingit. adde & quòd post vehementem eum calorem etiam siccitas accedit, quæ temperamentum eorum exsuperans motioni ineptos reddit. Addit secundo loco neruis obesse somnum post saturitatem. huius verò ea est ratio, quòd collecto per somnum ad internas partes calore, in crudaq; alimenta agente, & crudi & copiosi vapores procreantur, qui ad cerebrum neruorum principium delati & ipsum & neruos replent, supra quàm eorum vires, & imbecillus calor ferre queat, uel concoquere. Subdit, his potū frigidæ & congelatæ aquæ. Hoc ex Hippocratis sententia prodijt, qui sect. 5. aph.* (Aphor.18.) *frigida inimica ossibus, dentibus, neruis, cerebro, & spinali medullæ scriptum reliquit, quod & in libello de usu humidorum confirmatur, vbi cerebrum, & quæ ab eo oriuntur, frigida aqua tristari, & calida gaudere notatum est. & propterea ossibus dentibus, neruis frigidam esse inimicam, calidam verò amicam, quòd ab illa conuulsiones, tensiones, rigores febriles excitentur: & à calida sedentur. quod ferè & 5. aph. habetur.* (Aphor.17.&20) *& si quandoque per accidens frigidæ affusio neruorum affectiones curat, vt tetanum, calore reuocato 5. aph.* (Aphor.21.) *& in eodem libello de vsu humidorum. Sed hic controuersia est. quod Hipp. hoc in loco calidam aquam neruis conferre ait. At Alexander primo problem.* (Probl.48.) *non frigidam solum, sed & calidam scribit ei esse inimicam. Videtur solui ex Alex. ibidem, calidam aquam, non caloris sed humiditatis ratione aduersari. Sed non soluitur. neque enim absolute verum est, calorem neruos iuuare, ut ex 5. aphor. patet.* (Aphor.16.) *& præterea. si unius ratione confert & alterius causa obest, statui id non potest, neruis calidam aquam commodo esse. Propterea dicimus nos calidam neruis prodesse; si modicus eius sit usus, si enim alioqui frequentior usus fuerit, tunc non humiditatis dumtaxat ratione, ut Alex. sed & caliditatis causa, neruorum imbecillitatem affert, ut Hipp. 5. aph.* (Aphor.16.) *quod quidem euenit tum ob intemperiem eorum temperamento contrariam, a qua lædi necesse est; tum ob eorum substantiæ dissolutionem, quam longa caloris actione, consumpto quo continentur humido, sequi necesse est. Sed & neruis inimicum uinum esse plurimum, subiungit. id quod sanè & Gal. 3. in 3. de uulg. morb.* (Aphor.87.&) *& 2. in 3. necnon 1. de rat. uict. in ac.* (Aphor.30.) *& sæpissime alibi, potissimumq; 5. aph.* (Aphor.5.) *ea nempe ratione, quòd sui substantia, & principium neruorum, & neruos repleat: quamuis calefaciendo & exsiccando sui qualitate, & eam quā fecit dispositionem, nonnunquam sanet. Subiungit & acetosa neruis aduersari. Hoc & Gal. libello de puero epilept. & 2. de rat. uic. in ac.* (Aphor.30. Com.39.) *cuius causam reddit 3. de rat. uict. in ac. nempe & ratione & experimento probans. quum exangues & frigidi sint nerui, facileq; ab ijs, quæ refrigerant, et tenuium sunt partium medicamentis, afficiantur; acetum quod tenuissimæ est substantiæ in eorū profundū mergitur, atq; omnes ita partes penetrat, ut ne minimū quidē illæsū maneat. Subdit itē neruis flatuosa obesse. Gal. primo de offi. medici uētos sanè in ijs maximè cauēdos esse pręcipit,* (Aphor.14.) *in quibus*

bus neruos pati aliquid uereamur. ſed de ijs quæ intra corpus aſſumuntur, acidis, ea eſt ratio, quod ex flatulentis eduliјs halitus copioſiores ad cerebrum neruorum principium efferuntur: vnde & neruos affici neceſſe eſt.

De paralyſi & mollificatione. *Cap.* 2.

PAralyſis quandoque dicitur ſermone abſoluto: & quandoque dicitur ſermone proprio: dictio verò paralyſis, ſecundum intentionem abſolutam ſignificat illud, quod ſignificat mollificatio, in quocunque membro fit. Paralyſis verò propria eſt illud, quod de mollificatione eſt commune vni duarum partium corporis in longitudine. Alia enim eſt in parte incipiendo a ceruice: & ſunt facies, & caput ſimul ſana. Alia eſt, quæ in tota parte currit [a] [pede.] Lingua verò arabica paralyſis ſignificat hãc intentionem: paralyſis.n. quãdoque innuitur in lingua ipſorum ad partem, & medietatẽ. Quũque paralyſis accipitur cum intentione mollificationis abſolute, [b] [tũc cũ ea eſt illud, quod] communicat vtriſque lateribus ſimul, exceptis membris capitis: quib. ſi communicaretur, eſſet apoplexia, ſicut ex ea [c] [eſt, quod vni digito proprium eſt.] Et ſcitum eſt, ꝙ deſtructio ſenſus, & motus fit, quoniam ſpiritus ſenſibilis, aut motiuus, aut retinetur a penetratione ad membra, aut penetrat: ſed membra non ſuſcipiunt eius impreſſionem propter cõplexionis corruptionem, complexio autem corrupta, aut eſt calida, aut eſt frigida, aut humida, aut ſicca. Et videtur quidem, ꝙ calidum non prohibet impreſſionem ſenſus in eis, dum non conſequitur finẽ: quemadmodum uides, in habentibus extenuationem, & hecticis. in ipſis.n. cum caliditate eorum, non deſtruitur motus ipſorum, [d] † [ ] & ſiccum etiam propinquum eſt iudicio ipſius. [e] [Complexio verò] quæ prohibet a ſenſu & motu, ſecundum plurimum eſt frigida & humida: & illud quidem non eſt lõginquum. Frigidum enim contrarium eſt ſpiritui, & [f] [nocet ei:] & nõ eſt longinquum, quin humiditas faciat membrum præparatum [g] [ſtupefactioni.] Ex cauſis enim deſtructionis motus ſunt frigiditas, & humiditas abſque materia; veruntamen illud eſt ex ijs, quibus ſuccurrere eſt facile cum calefactione. Et eſt ſicut illud, quod non communicat plurimæ parti corporis, aut vni lateri ipſius abſque latere alio. Imò, ſi neceſſarium fuerit, [h] † [ ] accidet vni membro [i] [cauſa illius ſecundum proportionẽ vt ſit paralyſis, & mollificatio plurima, quę] fit propter retentionem ſpiritus. Cauſa verò retentionis eſt oppilatio, aut ſeparatio pororum, & tranſituum perducẽtium ad membra cum ſectione. Oppilatio autem, aut eſt ſecundum ſemitam [k] † [ ] rei aggregantis ambas res, & eſt apoſtema; [l] [& tunc eſt] cauſa mollificationis, & paralyſis faciens abſciſſionem ſpiritus a membris eſt [m] [contractio] pororum; aut repletio, aut apoſtema, aut ſolutio ſingularitatis. Pororum autem contractio quandoque accidit propter ligaturam ligãtis exterius, quæ eſt ex eis, quæ poſſibile eſt remoueri: & eſt mollificatio illa, & deſtructio ſẽſus, & motus res accidentalis, quæ remouetur, quum reſoluitur ligatura. Et quandoque fit ex compreſſione vehementi; ſicut accidit apud percuſſionem, aut caſum: & ſicut accidit, quum declinant ſpondyles, & rumpuntur ad vnum duorum laterum dextrum, aut ſiniſtrum, & comprimũt neruos exeuntes a ſe, in parte illa, aut ad anteriora, aut ad poſteriora. [n] [Sed ad anteriora & poſteriora] accidit ex eis [o] † [ ] tenſio non coarctatio, quoniam occurſus ſpondyliũ duobus lateribus ante & retro non ſunt ſuper exitum neruorum, [p] [ſecundum quòd ſciuiſti: & exitus neruorum ſecundum quod ſciuiſti, non eſt niſi ex duabus partibus anteriore & poſteriore. Et quãdoq; contrahuntur] propter groſſitudinem ſubſtantiæ membri. Repletio uerò oppilatiua eſt ex materijs humidis currẽtibus, quibus membrum humectatur, & currũt in vacuitates omnium [q] [membrorum, aut ſtant in principijs membrorum, aut ramis neruorum. Et quandoque fit in uia ſpiritus currentis ex eis.] Apoſtema uerò quandoque accidit in originibus neruorum, & ramis ipſorum, & oppilat tranſitus. Inciſio autem, quæ neruis accidit, quæ in longitudine eſt, nõ nocet ſenſui, & motui, & quę eſt in latitudine, prohibet ſenſum, & motum a membris, quæ imbibuntur ex meatibus, qui ſunt continui inter ipſa & villum tunc inciſum. Et ſcias, quòd nucha ſimilis eſt cerebro in diſpoſitionibus ſuis ad duas diuiſiones, licet ſenſus diſcernat. Quomodo enim non erit ita illud, quum procedat etiam a duabus diuiſionibus cerebri? non ergo elongatur, quin ſeruet naturam vnius duorum laterum purgãdo, & expellat materiam ad latus, quod eſt debilius, & quod eſt magis ſuſceptibile materiei primũ, & cui accidit percuſſio & ictus, & ad quod expellitur ſuperfluitas lateris cerebri, quod ipſum ſequitur. Et non eſt mirandum, ſi ægritudo ſit propria uni lateri abſque alio latere: natura enim precepto ſui creatoris iam diſcernit quod eſt ſubtilius hic, & tu quidem recordare huius ex principijs, quæ tibi dedimus in libro primo. Et ſcias, quòd multoties expellitur materia humida ad extremitates, propter dominiũ caliditatis in corpore, aut motu ſubito ex timore, aut pauore, aut ira, aut delitijs, aut anguſtia. Et ſcias, quod, quum læſio, & materia quæ faciunt paralyſim, ſunt in uno latere uentriculorum cerebri; communicat lateri corporis toti, & lateri faciei cum eo. & ſimiliter ſi ſunt in meatibus lateris unius, quemadmodum ſi eſſet in duobus lateribus uentriculorum cerebri, aut in meatibus eſſet apoplexia. Si autem ſunt apud originem nuchæ, corpus totum eſſet paralyticum pręter membra faciei. Et quandoque accidit cum hoc ſtupor in cute capitis, ſi prohibetur tranſitus ſenſus, quoniam cuti capitis adueniunt nerui ſenſibiles ex [r] [ceruice,] quemadmodum oſtendimus. Si autem ſunt in latere originis nuchæ, communicat lateri toti excepta facie. quòd ſi ſunt deſcendentes ab origine [s] [ſubmergendo,] aut in latere uno: mollificatur, & paralyticum fit, quod [t] [ſequitur illud ex membris, quorum nerui ſunt ex uno.] Quod ſi non fuerit [u] [ex nucha, imo ex neruis,] mollificatur, quod eſt proprium

a B. capite vſq; ad pedem.
b B. quandoq; ex ea quæ.
c B. eſt ille quæ vni digito appropriatur.
d † B & ſenſus ipſorum.
e B. Imo complexio.
f B. ſtupefacit ipſum.
g B. hebetudini ſeu pigritiei.
h † B. tunc.
i B. & videtur ꝙ paralyſis, & mollificatio ſm plurimum.
k † B. cõſtrictionis pororũ, aut ſecundũ ſemitã prohibitionis ex humore oppilante, aut ſecundũ ſemitam
l B. quare.
m B. eſt cõſtrictio.
n B. &.
o † B. ſecũdum plurimum.
p B. qm̃ exitus neruorũ ſecundum ꝙ ſciuiſti, non eſt ex partib. anteriori & poſteriori. Et quandoq; comprimuntur, vel conſtringuntur pori.
q B. neruorũ omniũ, aut ſtãt in principijs neruorum, aut ramis neruorũ, & oppilant viã ſpũs currentis in eis.
r B. collo.
s B. profundantes ſe, aut in latere vno, tũc.
t B. ex mẽbris ſibi vicinat.
u B. in nucha; imo in neruo.

x B. siue.

y B. tunc quod mouetur. Alia litera. Et si fuerit in aliqua parte eius, & in aliqua nõ, tunc mollificatur qđ mouetur.

z B. Et quidam antiquorũ dixerunt, ꝙ colica fuit communis quibusdã annis, & interfecit plurimos. Et qui euaserunt, euaserũt cum paralysi chronica eueniẽti ei quasi natura expulsit illã materiã, quæ peruenit ad intestina, & reduxit eã ad exteriora & quia fuit grossior ea quæ penetrat per sudorem, quare inuiscata fuit in neruis, & fecit.

a B. pmanentia.

b † B. & in uere propter motum repletionis.

c B. Alia litera. hepatis.

d —— B.

e B. secundum ꝙ iudicium frigidorum.

f † B. illius lateris.

g † B. vel contusione.

prium illi neruo: siue sit in toto neruo,[x] [aut] in medietate eius: aut in parte eius: mollificatur[y] [quod mouet illud quod sequitur ipsum] propter illud, quod venit ad ipsum de illo læso propter materiam, & resolutionem singularis aut apostema. [2] Paralysis verò, quędam est, quę est crisis colicæ: & multoties remanet cum ea sensus; quoniam materia est cum ea in neruis motus, & non sensus.[z] [Nam quidam antiquorum dixerunt, quòd, quum colica aliquibus annis communicat, interficit plurimos. Et qui euadit: euadit cum paralysi eueniente ei: quasi. n. natura expellit illam materiam, quę est aduenicns neruis, & reducit eam ad exteriora: & esset maximum, vt cum sudore denuntiaretur. Retinetur ergo in neruis, & facit] paralysim. Et multoties quidem accidit, ut in hac sit [a] [affirmatio] sensus cum dispositione sua. & est paralysis, quæ est crisis in ęgritudinibus acutis, qua permutatur materia ad neruos. Et illud quidem est, quum natura non potest propter ętatem, aut debilitatem integrè euacuare: quare remanet residuum materierum in partibus cerebri: & remanet post statum soda, & grauitas capitis: deinde expellit ipsam natura expulsione grauitatis, non expulsione euacuationis integrę; quare accidit paralysis, & similia. Et paralysis quidem plurimum accidit in fortitudine frigoris hyemis. [b] † [ ] Et quandoque accidit in regionibus meridionalibus, eis qui iam peruenerũt ad annos quinquaginta & vltra, secundum semitam fluxuum expulsorum ex capitibus eorum, propterea ꝙ meridionalis ventus plurimum replet caput. Paralytici autem pulsus est debilis, tardus, & rarus. Nam, quum ægritudo frangit virtutem, debilitatur pulsus, & fit frequens, & eueniunt vicissitudines sine ordine. Et urina secundũ plurimum fit eis alba, & quandoque fit in eis valde rubea propter debilitatem [c] [renum] in discernendo sanguinem ab aquositate, aut debilitatem venarum ab attractione sanguinis, aut propter dolorem, qui fortasse est cum eis, aut propter ęgritudinem eius aliam propinquam. Et quandoque accidit, vt sit latus sanum [d] [paralysis] inflammatum, ac si esset in igne, & alterum paralyticum frigidum, ac si esset in niue, & sunt pulsus duorum laterum diuersi, est. n. pulsus lateris frigidis deiectus [e] [ad hoc, quòd iudicia eius frigida] cogunt ipsum, & quandoque peruenit ad hoc, ut oculus [f] † [ ] minoretur. Et quodcunque membrorum mollificatorum, & paralyticorum secundum colorem reliqui corporis existens non minoratur, neque extenuatur, est de quo maior habenda est fiducia, quam illud, quod est diuersum ab hoc. Ad paralysim pręterea fit mutatio ex epilepsia, & apoplexia, & colica, & ex præfocatione matricis, & febrib. temporalibus secundum semitam crisis. Et paralysis eueniens a remotione spondylium, mortifera est secundum plurimum. Et illa, quæ est ab ictu, [g] † [ ] non conterente neruos vehementer, quandoque sanatur, si autem superfluat, non est spes, ut sanetur. In illa autem, in qua est spes, oportet incipere a phlebotomia. Et iam quidem diximus, qualiter dilatetur materia paralysis ad apoplexiam, & e conuerso.

ANNOTATIONES.

1 *Neruorum, quum duplex actio sit, tum mouendi, tum sentiendi, inest neruo omni, uis sensoria, ut Gal. ait 1. de motu musc. tangendi videlicet actio, ut ipse alibi explicat. non tamen mouendi potentia omnibus inest, sed duris. Hic de neruorum affectibus quo ad motum tactumq́, agitur, non quo ad alios sensus. Quum ergo actio quæuis uel auferatur, uel imminuatur, uel deprauetur, tripliciter quoq; neruorũ actiones offendentur. Sanè, quod ad tactum pertinet, si auferatur sensus, resolutio dici potest. 3. de aff. loc. si imminuatur, torpor, & stupor latinis, græcis autẽ νάρκη & νάρκωσις dicitur; si deprauetur, dolor neruorum sequitur. Ita & quo ad motum: si imminuatur, torpor etiamnum, ut imminutus sensus, nuncupatur. si auferatur: id uel in toto accidit corpore, & apoplexia est, uel non in toto corpore, atque hoc rursum uel in totius corporis medietate est dextra uel sinistra, uel in parte aliqua corporis tantum, puta brachio uel crure. prior affectus, ut hic ait, propriè paralysis dicitur, quod testatur & Galenus 2. de sympt. cau. & 3. de loc. aff. posterior uerò impropriè quidem: sed & is lato uocabuli significatu, paralysis dici solet. Recentiores tamen hic uocem hãc aliter distinguunt, atq; si sensus & motus simul aboletur, paralysim propriè uocari aiunt, si uerò sensus dumtaxat, aut motus, impropriè paralysim dici existimant, & mollitiem ipsi seu mollificationem uocant, a quibus tamen Gal. dissentit 3. de aff. loc. scribens neruorum resolutionem potissimum appellari, quum aufertur motus, etiam si sensus remanet. ubi uerò sensus perit, a quibusdam sanè resolutionem dici eam testatur; se tamen non adeo resolutionem uocare consueuisse. Deprauatur uerò etiamnum motus multipliciter. at symptomata huius generis omnia nõ unam causam habent; sed alia quidem solo morbo agente fiunt, ut palpitatio & conuulsio. alia a facultate proueniunt, quæ a morbosa causa irritata in eam insurgens corruptæ motionis est causa. suntq́; huiusmodi symptomata, ut tussis: sternutatio, singultus, rigor, pandiculatio, oscitatio, horror. alia demũ ab utroque & morbo simul, & facultate fiunt, ut torpor, resolutio et tremor, atque hæc omnia copiosissime habes ex Gal. 2. de sympt. cau.*

Cap. 1. & 2. — Cap. 7. — Cap. 2. Cap. 10 — Cap. 10. — Cap. 18.

2 *Paralysis uerò quædam &c. Hoc Paulus lib. 3. sua tempestate accidisse scribit. & ante Paulum adnotauit Gal. commentario in lib. Hipp. de humoribus, nuper edito. Sed & nostra tempestate in Pannonia superiori colici cruciatus paralysi fere omnes terminantur, tum crurum, tum brachiorum: cuius certè causa, abscessus est, humoris pręsertim pituitosi a uisceribus ad articulos.*

De signis. *Cap.* 3.

Illam autem, quę est a tortuositate, aut casu, aut percussione, aut sectione, causa significat, quandoque tamen occultatur causa in sectione, quum neruus est profundus. Ipsam vero significat, quia subito accidit, & non confert ei regimen. Quæ autem curam recipit, est ea, quæ non est a sectione, sed est cum apostemate, & similibus. Et si est cum apostemate calido, tunc extensio, & dolor, & febris significant eam. Et si est ab apostemate duro, significat ipsã tactus, & [a] [consideratio] sensibilis in neruis, & dolor accidens. Nã secundum plurimũ [b] [accidit per ipsam tortuositas,] aut apostema calidum. Si autem est ab apostemate [c] [fluxo,] tunc

a B. nodositas.

b B. ipsa accidit post percussionem aut tortuositatem.

c B. molli.

tunc significatio est difficilis. verũtamen sc̄dm quasdam dispõnes nõ euacuatur a dolore pauco,& [d] [caliditate,]& a febre leni,& ab augmẽto doloris, & eius diminutione [e] [secundum motus & cibos,& eius euentus non fit subito , imò secundum dies .] & ex omnibus istis æger sentit apud uolũtatem motus, quasi sit aliquid prohibens in illo eodem loco. Paralysim autẽ habens factam ab humiditate expansa , sentit causam expansam in toto membro paralytico. Factam verò a grossitudine neruorum significat difficultas reuersionis membri a contractione [f] [quum laborat in ipso æger, sicut est ei possibile: aut faciat illud alius] ad dilatationẽ , & [g] [mollificationem:] & neque sunt membra leuia, sicut in paralysi absoluta. Et si materia est cum sanguine, significãt eam† guidez, & venæ, & oculus, & repletio pulsus , & significationes prædictæ multoties. Si verò ẽ ex humiditate nuda, significãt eam albedo,& mollities multa . Et si fit successione colicæ, & febrium acutarum : significãt eam colica,& febres acutæ . Et si est eius causa malitia complexionis singularis frigidę, aut humidæ, non accidit subito, neque sunt illic signa alia: & iudicatur de ipso per tactum, & per [h] [res agentes] in membrum . Et dicitur quòd, quum urina infantis est uiridis, nunciat paralysim, aut spasmum.

d B. Alia litera. stupore.
e —— B.
f B. cũ conatu, uel labore infirmi aut cum operatione alterius
g B. Alia litera. ad reditionem.
† iugulares.
h B. causas imprimentes.

ANNOTATIONES.

Paralysis indicia particulatim describit. at omni resolutioni communia, a quacunque sit causa, sensus est et motus, uel utriusque, uel alterius amissio, deinceps & partis refrigeratio, ac quodammodo atrophia. prohibita nempe spirituum transmissione nutriri resolutam particulam parcius, ac tabescere, & refrigerari necesse est. Quomodo autẽ particulæ cuiuspiam nonnunquam sensus dumtaxat, nonnunquam solus motus altero illæso uitietur, et qua causa id fiat: Gal. 1. de sympt. caus. diffinire uidetur. Corrigit tamen se ipsum lib. 1. de aff. loc. & ibi pulchre rem hanc explicat.

cap. 5.
cap. 6.

De cura . *Cap.* 4.

OPortet, ut sit intentio tua in egritudinibus neruorum quinque, scilicet stupore , & spasmo,& tremore,& paralysi,& [a] [saltu] intentio posterioris cerebri . Et non properes in vsu medicinarum fortium in principio rei, immò tarda usque ad quartum,& septimum. quòd si ægritudo fuerit fortis, vsque ad quartumdecimum. Et in hac quidem hora sis contentus rebus subtilibus ex ijs, quæ leniunt, & digerunt , & soluunt: & cum clysteribus non est malum in hac hora. deinde post illud euacua cum euacuationibus fortibus. In regimine autem cibãdi eos oportet ut paralytico in primis , quum apparet, sis contentus aqua hordei, & aqua mellis duobus diebus, aut tribus [b] † [ ] si tolerauerit uirtus vsque ad quartumdecimum : & si non tolerauerit virtus , ciba eum carnibus auium leuibus : & stude, vt facias eum pati famem,& ciba eum siccis cibis . Deinde fac eum longam tolerare sitim . In mensis uero secundis iuuat eum vti medulla nucleorum pini magnæ [c] [proprie.] Et scias, quod aqua melior est ei, quam vinum . vinum enim materias in neruis penetrare facit. & plurimum quidem ipsius quandoque acescit in corporibus eorum, & fit acetum . acetum uerò est ex rebus, quę neruis sunt nocibiliores. Illa autem, quę est a tortuositate,& coarctatione, curatur cum eo, quod determinabimus in capitulo tortuositatis,& compressionis postea . Si autem est a percussione , aut casu, tunc eius cura est praua: eius tamẽ cura secundum omnem dispositionem est, ut consideretur, an [d] [illa tuortuositas euenire faciat apostema, aut attrahat materiam.] & curetur totum cum eo, quod conuenit ei. Et oportet , ut ponantur medicinæ in cura illius, in quocunque loco acciderit, super loca ꝑcussionis,& super principium, ex quo egrediuntur nerui [e] [mouẽtes] membrum paralyticum: positio autem medicinarum super membrum paralyticum est ex eis, quæ non afferunt iuuamentum , de quo sit curandum,& tibi quidem inest cognoscere originem neruorum,& ęquale est, siue intentio in medicina sit prohibitio apostematis, [f] [aut sit ĩtentio in ea mollificatio,] aut sit intentio in ipsa calefactio,& ꝑmutatio cõplexionis. Et fortasse necessariũ erit ponere iuxta mẽbrũ ꝑcussum, & apostemosum [g] [incipiens resolui] uentosas extrahentes sanguinẽ ab eo ad partem, aut ad illud, quod apparet de corpore . Si autem fuerit ęgritudo ipsa paralysis [h] [occulta,] facta ꝑpter mollificationem neruorum: tunc illud , quod est necessarium post regimen cõe, est [i] [communitas] materiei cum eo, quod descripsimus , & diffiniuimus in euacuatione ipsarũm materierum subtilium sine additione & diminutione. & meliora quidem, quib. euacuantur, sunt pilulæ de euphorbio,& pilulę [k] [albi cumestrem]& pilulę de sectaram,& pilulę fętidę,& hiera Hermetis ,& vomitus cũ elleboro albo cum dispositione sua, aut cũ expressione raphani , in quo sit virtus eius,& similiter reliqui uomitus cõferunt eis,& quandoq; fit [l] [superfluitas] in hoc. & in potu detur theriaca põdere vnius danich. deinde addatur paulatim , neq; augeatur supra drach. j. Et quandoque [m] [administretur ei sisamum decorticatum , quãdoq; verò datur oxymel]cum sua dispositionę; & opopanacũ cum sua dispositione [n] † [ ]cum syrupo de melle,& eius quidem potio sit quantitas [o] [†bakilleon] & confert eis.[p] † [ ] Et oportet quidem ut clysterizentur enematibus fortibus,& collyria fortia supponantur, & inclinentur eorum materię ad inferiora. Et ipsorum spondyles inungantur ex oleis fortib.& conferunt eis unctiones calidę ex oleis [q] † [ ]& emplastra rubificantia, quorum rememoratio est iterata multis vicib.& propriè quũ destruitur sensus,& radix quidẽ lilij est ex medicinis bonę rubificationis. fricando cum ipsa secundum modum inungendi. Eis pręterea cõfert positio ventosarum super capita lacertorum absque incisione, sed post euacuationem: [r] [propterea quod] calefacit lacertos. Et fortasse necessaria erit incisio aliqua . Et oportet , ut uentosę stricta habeant capita,& suspendantur cum igne multo, & suctione forti,& laboriosa,& remoueantur velociter. Quum ergo ventosę adhibentur , oportet ut separatim ponantur super loca plurima , si mollificatio est plu-

a B. iectigatiõe.
b † B. &.
c B. propter ꝓprietatem, quæ est in eis.
d B. illud fecerit accidere tortuositatem, aut apostema, aut attractionem materiæ.
e B. Alia litera. incedentes uersus.
Alia litera. f —— B.
g B. ad quod incepit effusio materiæ.
h B. uera.
i B. euacuatio.
k B. albimorastan.
l B. gradatio.
m B. miscetur cũ sisamo excorticato, & zucharo, & quãdoque datur in potu serapinum.
n † B. Alia litera & castoreũ cum sua dispositione
o B bachele.
† fabæ magnæ
p † B. ualde.
q † B fortibus.
r B. inquantum

rimum [s] [separata:]& si non est plurima,ponātur coniunctim.Et utere super ea post illud,pice,& gumma pini : & administra super ea emplastra calida rubificantia,sicut emplastrum de farina,[t] [git,]& lilio cum melle:emplastrū quoque de synapi est ex eis,quæ ipsis conferunt. Et tu quidē permuta [u][oē,quod est debile, ad hoc vt rubificet,& ut]vesicet,& emplastrum de sceitaragi maxime confert paralysi iuuamen: & est apud plurimos eorum excusans a gumma rutę agrestis,& synapi.emplastrum quoque de [x] [gūma rutæ syluestris] est iuuans, & proprie cum nitro & sulphure,& fricatio cū oleo, & nitro , & aqua sulphurea, & aqua marina , & embrochæ subtiliatiuæ conferunt. Quumque sensus est debilis, fortasse emplastrum forte nocet , & non sentit illud,& educit illud ad læsionem, & vlcerationem fortem . Oportet ergo,ut omni custodia ab illo caueatur,& ut consideretur dispositio impressionis emplastri . nam si rubificat,& inflat,& cutem non pertransit,& separatur compressione digitorum subtili, & albificatur locus eius: tunc impressio non pertrāsiuit cutē,& si rubificatio est magis fixa , & caliditas magis apparens:tunc remoue.Modus uerò cognoscendi hoc est, ut auferas emplastrum omni hora,& cōsideres dispositionem.Si ergo necessaria est ablatio,remoue , & si necessaria est iteratio,itera.Et scias, quod insufflatio ex condisi in narib.eorum,ualde confert; & similiter, quæ sunt ei similia:quoniam purgant cerebrū, conuertunt materias facientes ægritudinem a parte ęgritudinis.Et vinū antiquum parum ualde cōfert ægritudinib. neruorū omnibus , plurimum uerò ex eo sumptum est res nocibilior neruis.Et administratio acori nutriti est ex eis, quæ eos iuuāt.& similiter gradatim ordinetur in potando hieras , & sint permistę cū aliquo , quod sit sicut castoreum,donec perueniant ad hoc,ut exinde in potu sumant pondus . drach. vj.post.drach.j. Et similiter potus olei de Kerua cum aqua de radicib. iuuat valde . Quidā uerò hominum sunt , qui paralysim curant dādo in potu omni die aureum unum ex hiera cum aureo uno piperis,& sanantur.Et oportet,ut quū aliquid istorum sumunt in potu , non potent aquam,ut prolōgetur eius mora in stomacho : & fortasse moratur tota die , deinde operatur , quandoque uerò in nocte sumunt in potu piperis aureum j.cum aur.j.castorei . Et illis quidem non est aliquid ita conferens, ut theriaca , & mithridatum,& scelite, & [y] [aliuenthere;] assa quoque fetida uehementis iuuamenti est bibita [z] [uel]linita,& proprie quum bis in die sumitur,& etiam [a] [†auellana Inda. Quumq; mēbrū redit ad se, oportet ut ipsum exercites post illud,& constringas,& dilates ipsum, ut ad integram redeat sanitatem.Et ipsi quidem quādoque iuuantur a febre,& iuuātur uocibus,& locutionib.altis .& post euacuationes,& iuuamēta [b] [ab eis,quibus utuntur,iuuantur balneo lōgo sicco,aut balneis.]Et in fine rei, & post euacuationes, & ubi necessarium est resoluere , oportet ut non sint resoluentia cum lenificatione pura; sed cum aliquantula stypticitate : quapropter oportet, ut resolutio fiat cum aliquib. quę sint,ut anisum, & [c] [sigia]& castoreum , &

s B.sparsa. t B.alseilem. u B. quoties debilitatur quousque rubificet membrum, & . x B. de pice. y B anacardina proprie. z B. &. a B. alrathe est mirabilis. † bondaca. b B.cū eis administrantur balnea longa sicca, aut balnea thermarum. c B.storax.

squinanthum,& quæ sunt similia his ex calidis stypticis.Habētes uerò illam, quæ facta est post colicam , iuuat medicamen factum ex [d] [nuce romana]scriptum in antidotario. Et iuuāt eos olea,quæ non sunt violentæ virtutis , & multæ compositionis:sed sit sicut oleum de lilio,& oleum de duabus spicis. Et oleum de narcisso , [e] † [ ]& oleum [f] [de oliuis.] & expertum est oleum de [g] [nuca Indica,] & oleum de narcisso,& factum cum gumma [h] [albotim, vtrunque simul acceptum,iuuatiuū est sua] proprietate. Quandoque verò iuuantur plures eorum cum eis,quæ infrigidant,& confortant,& prohibent materiam.& quum medicantur calidis, augmentatur ægritudo;& illud ideo,quoniam materia subtilis dilatatur per ea plurimū : quū verò membrum infrigidatur,confortatur mēbrum a frigore, & minoratur quantitas materiei,& peruenit ad hoc,vt euanescat.Et non oportet,vt in eorum calefactione perueniatur. [i] † [ ] Sed est necessarium,ut sint medicinæ confortatæ cum aliquib.quę sint sicut chamęmilla,& melilotum,& amaracum , & menta , & calamenthum,& commisceantur [k] [eis allia,& etiam illud,quod]aliquid infrigidationis habeat,sicut succus liquiritiæ, & semen endiuię,& reliqua:hęc enim,quum administrantur,iuuant valde.Quę uerò a sectione facta est, curam non habet.Illa verò, quę facta est a complexione frigida, cum calefacientibus notis, curatur . Et illa cuius causa complexionis est potus aquę multæ frigidæ, vtatur balneo multo sicco. Et scias , quòd quando aggregantur paralysis, & febris in aliquo , tunc [l] [oxymel cum zuccaro ros.] est conueniens medicamen in illa hora .

d B.hauz uel de hauzi rumi. Alia litera,hauz rumi. e †B. Alia litera & oleū alkerua f B.alzambach. g B. Alia litera haur rumi. h B.albelat, & reperitur totum simul iuuatiuū cum. i †B.ad ultimū. K B. cū eis allia ex illis quæ. l B. oportet, ut postponatur paralysis, & syrupus acetosus cū geleniabin.

ANNOTATIONES.

Quum huius affectus causa,uel obstructio, uel sectio sit: paralysis quæ a sectione est nerui, curationem non admittit,ut & Paul.lib.3.& Aretęus lib. 1 .de diut. morb. admittit autem ea quæ est ex obstructione,multitudine,si ab hac dependet,imminuta:abstersione,si a lentore est,& attenuatione,si crassitudinem sequitur. adde & remota compressione,luxatione,frigiditate per contrarias causas,si ab his obstructio seu astrictio fiat , quę spirituum transitum impediat.perspecta semper parte non lęsa solum,sed & ea, a qua facultas primo loco ad effectam particulam ex natura proficiscebatur.ut probè Gal.primo de lōc.aff.et 4.docet. Conuenit in cæteris hic affectus cū apoplexia,(quod ad curationem facit)ut eadem ferè curatio huic debeatur , quæ illi,sed mitior:quum affectus itidem mitior sit.Quare de venæ sectione,quod hic author notat, ita statuendum fuerit , vt supra de attonito morbo est dictum . neque absolutè secanda est uena,nisi sanguis,uel in causa fuerit : uel saltem cum peccante humore redundarit.quum uenæ sectio insigniter refrigeret lib.de cur.rat.per sangu.miß.Neque uerò hoc solum,sed & uires,anni tempus & cætera consulenda,quæ in alijs affectibus. ac si a crassa materia affectio est : attenuanda erit antea ut in cæteris morbis : neque initio (id quod & hic author notat)a fortibus medicamentis est inchoandum . Sed obijcies fortaße Mesuen pilulas fœtidas exhibentem,quæ tamen fortia sunt medicamenta. Respondemus si morbus det inducias:sequendam eße Auicennæ sententiam.at si uel morbus magnus sit: uel discrimen de maiori morbo impendeat , tunc Hipp. consilio vtendum , qui

cap.16. cap.4. cap 6. cap.4.

quod primo aph. extremis morbis extrema opponit remedia. Neque uerò Authori nostro ipse Mesues hac in re refragatur, qui etsi fortibus præsidijs utendum initio censet: a minus tamen validis inter ea, quæ validissima sunt, exorditur. neque enim imbecillia medicamēta in tam crassa materia & uiscida, & in remotissima corporis parte contenta quicquam proficere sperandum est. Ubi uero a frigiditate dumtaxat hoc uitium dependeat, ut in ijs, qui per niues iter faciunt: tunc leui negocio, nisi aliud in causa fuerit: calfacientibus curabis. Si uerò a luxatione (id quod sæpenumero euenit) tum diligentissime Hipp. liber de articulis erit legendus. Reliqua, quæ author hic adnotauit, leges ferè ex Paulo li. 3. cap. 18. *Meminit etiam unctionis in huius effectus curatione Auicēnas. pro qua uide Costæum 2. de igneis medic. præsid. cap. 7.*

De spasmo. Cap. 5.

Spasmus est ægritudo neruosa, qua mouētur lacerti ad principia sua, & inobediētes sunt in dilatatione. Eorum itaque alij remanent secundum suam dispositionem, & non dilatantur, & alij eorum facile redeunt ad dilatationē suam, sicut fit in oscitatione & singultu. Causa verò in ipso, aut est materia, aut causa absq; materia, sicut caliditas, & siccitas. Et materia quidem spasmi secundum plurimum est phlegmatica; & quādoque sanguinea, & illud est in apostematibus lacertorum, quum resoluitur materia faciens apostema cum vlcere villi nerui, & augmentatur in latitudine sua, & minoratur a sua lōgitudine. Et materia quidem omnis spasmi materialis effectiua, aut est comprehendēs super lacertum totum: & illud est, quum spasmus est sine apostemate: aut est comprehēsa in loco vno, quem reliquę partes sequuntur, sicut fit a spasmo facto propter apostema a materia effusa propter percussionem aut abscissionem, aut propter causam aliam ex causis apostematis. Et non est quidem longinquū, quin sit spasmus eueniens a uentositate inflatiua, spissa; ipse enim est ex eis, quæ plurimum accidunt, & remouentur in hora. Spasmus verò materialis multoties accidit secundum semitam permutationis materiei: sicut accidit in successione squinantiæ, & successione pleuresis, & successione sirsen. Ex spasmo autem, qui fit propter priuationem materiei, & humiditatis, & dominium siccitatis, accidit vt contrahantur longitudo, & latitudo[a] [æqualiter.] Colligitur ergo ad seipsum, sicut est dispositio corij positi in ignem. Et tu quidem scis dispositiones chordarū esse, quòd ipsę[b] [elongantur] in hyeme propter humectationem, & abbreuiantur in æstate propter desiccationem: & similiter nerui. Et quandoque fit spasmus, qui ad materiam non proportionatur, eueniens causa rei[c] [impediētis,] a qua nerui fugiunt, & congregantur ad expellendum ipsam: & causa illa aut est dolor ex causa dolorem faciēte, & multoties est ex humore calido mordicatiuo: Aut qualitate venenosa perueniente ad cerebrum, & ad neruos; sicut accidit ei, quem pupugit scorpio super neruos. Aut propter qualitatem non venenosam, sicut quum spasmus accidit ab infrigidatione vehementi congregante neruum, & lacertum, & inspissante ipsum, & contrahitur ad caput suum. Sicut enim mollificatio quandoque diuersificatur in membris secundum principia,[d] [membrorum;] & similiter est spasmus. & ratio in ambobus est vna, in eo quod[e] [fit sub ceruice &] in anteriore parte, & posteriore, & in parte quę est supra[f] [ceruicem.] Spasmi autem ex repletione humidi causa essentialis,[g] [aut est frigiditas aut humiditas, & frigiditas adiuuat secundum congelationem ipsius & eius grossitiem,] quare non fit dilatatio: aut siccitas, & caliditas iuuat[h] [supra consecutionem per resolutionem] humiditatis. Materia verò faciēs spasmum non[i] [efficit spasmum, & mollificat, nisi propter suam grossitiem: & quia non est ingressa substantiam uilli paruo introitu, quo iuuetur,] sed est coarctata in foraminibus: &[k] [sic quidem] spasmus est epilepsia membri: sicut epilepsia est spasmus corporis totius. Differentia verò inter vtrunque est communitas, & proprietas: epilepsia enim plurimum resoluitur uelociter, & fit cum periodis.[l] [Reliquas autē differentias scies ex spasmo humido per illud, quod accidit lactentibus] propter vicinitatem mammillæ, & humectationē lactositatis in chordis & congelationem lactis in eis,[m] † [ ] & quum ventres ipsorum constringuntur, & in uigilijs ipsorum, & multitudine fletus ipsorum & spasmantur etiam in febribus suis, quāuis sint leues. & uniuersaliter infantibus facilis est casus in spasmum, propter debilitatem uirtutis cerebrorum eorum, & membrorum ipsorum, & lacertorum eorum: & fit facilis eorum exitus ab ipso propter fortitudinem virtutū hepatum ipsorum, & cordium eorum: & quoniā humores eorum non sunt[n] [inobedientes,] vehementis grossitudinis, & propter hoc liberantur a spasmo sicco uelociter, propter humiditatem complexionum suarum, & humiditatem cibi eorum. Impuberibus verò non est facilis aliqua duarum rerum; quum tamen quādoque accidat infantibus spasmus malus successione febrium acutarum, & cum eo sint signa, quę dicemus, ex quo raro euadunt. Ille verò qui septem transit annos, non spasmatur, nisi propter febrē valde prauam. Est præterea spasmus, qui accidit propter timorem, &[o] [causas dilatatiuas submersas subito, & faciunt sequi lacertos motos ad principia sua[p] [secundum suas formas.] Et est spasmus qui contingit propter sustentationem factam super aliquod mēbrorum, quod est contractum, ad quod[q] [fit effusio, & retinetur in ipso aliquantulum, & super formam constrictionis] suæ. Et quādoque est[r] [cum eo accidens faciens illud, aut sit, ut ipsū ferat pondus graue, aut sit ut obdormiscat] super lectum durum, & hoc quidē est ex eis, quæ per se remouentur. Et quandoque est[s] [hic stupor adueniens] membro propter repletionē ex materia effusa coarctante spiritum motiuum, & prohibēte penetrationem eius, quare nō est possibile, ut moueatur ad dilatationem faciendam, & quum redit uirtus, et[t] [cōfortatur materia,] fit dilatatio, & quandoque fit ex extensione illius simile, & hoc quidē plurimum fit post somnum apud excitationem, quum remanent

a B. Alia litera. & fiat assatio.

b B. Alia litera. abbreuiantur.

c B. nocentis.

d B. Alia litera. neruorū suorū.

e B. inuenitur sub collo.

f B. collum.

g B. est humiditas & frigiditas adiuuat ad congelandum eā, & ingrossandū ipsam.

h B. ad prohibēdum ipsa cū resolutione.

i B. mollificat pp sui grossitiē quoniam ipsa non ingreditur substantiam vili locum introitu plurimo, uel introitu currente, per quam fit humectatio.

l B. & aliis differentiis quas scies, & ex spasmo humido est ille qui accidit eis quæ lactant pueros.

m † B. & ex eo est ille qui accidit ebriis, & ex eo ē ille, q accidit infantib. pp humiditatē ipsorū, & secundū plurimum accidit eis in febribus acutis.

n B. in sua inobedientia.

o B. causa in eo est quod spiritus dilatati submergūtur.

p ——B.

q B. effunditur materia, et retinetur in eo secūdum figurā eius et secundum formā, seu situationē cōtractionis.

r B. Alia litera. pp percussionē facientem illud, aut ex hoc quod portauit pōdus graue, aut quia dormiuit.

s B. hoc propter stuporem aduenientem.

t B. spargit materiam.

manent membra contracta, nec extenduntur etiam, quoniam spiritus in somno fit grauior, & pigrior, u [& non fit assiduus] in faciendo dilatationem propter declinationem suam ad interiorem partem. Spasmus autem siccus alius est x † [ ] qui fit successione febrium adurentiũ, & proprie in febribus sirsen: & successione motuum laboriosorum corporalium, & animalium y [eius,] sicut sunt uigiliæ, & angustia, & timor: & ille est ex eis, z [a quib. fit] euasio. Et est alius spasmus, qui accidit in febribus: & cũ hoc non est vehementer malus, & est ille, qui fit propterea, ꝙ ipsæ faciunt currere aliquando materias in neruis & lacertis, & propriè quum corpus est plenum, & quandoque accidit illud in eis propter communitatem oris stomachi, & remouet ipsum vomitus: & talis qualis est iste spasmus a [ex] febribus, non est illius prauitatis & b [malitiæ, cuius est ille, qui est] in febribus temporalibus, in quibus desiccantur nerui, & lacerti, imò cerebrum, & consumuntur humiditates innatæ, & fit spasmus. Et plerunque est ex hoc capitulo qui fit, & destruitur velociter, & causa in ipso est siccitas cerebri propter debilitatem, quam sequitur lacertorum siccitas, Nam, quum c [minima] causa desiccatiua cerebro aduenit, reducit ad se humiditates a neruis d † [ ] Deinde, quum natura solicitatur, vt cerebro humiditatem acquirat sufficiẽtem, redeunt membra, & fiunt obedientia dilatationi cum e [pręceptione.] Et quandoque accidit ex uehementia frigoris, multoties .n. accidit spasmus propter frigiditatem cerebri, & cõmunicant ei lacerti, & spasmus quidem impediẽs est huiusmodi factus a siccitate, & est spasmus cũm siccitate factus, qui est cum specie cõgelationis humiditatis, & minoratur eius quãtitas, & inspissatur uehementer; quare membrum spasmatur, sicut accidit ex uehemẽtia frigoris, & sicut accidit ei, qui bibit medicinas narcoticas, ut opium. Spasmus verò factus propter f [medicinas, est sicut spasmatio potus uini. Fit enim] spasmus post solutionem propter siccitatem, & fit etiam spasmus ante ipsam propter cõtrarietatem & uenenositatem eius, quare nerui vehementem incurrunt læsionem, cũ qua contrahuntur. Et huius quidem generis sunt spasmus eius, qui euomit humorem, qui est ut ęrugo æris, nocentem ori stomachi. Et spasmus factus propter fortitudinem sensus oris stomachi, quum ad ipsum expellitur cholera. Et spasmus factus propter communitatẽ cerebri, & matricis in ęgritudinib. suis, & uesicæ, & reliquorum. Et spasmus factus a punctura scorpionis, & rutellæ, & serpentis super neruũ, aut sectione eueniente neruis, aut corrosione. Et factus ab ægritudine in ore stomachi, & matricibus, et mẽbris neruosis. Et g [uicinis] istis est spasmus accidens propter uermes. Præterea est spasmus, qui est in labio proprius, et palpebra, et lingua. et scitur ꝙ eius causa est ex ipso cerebro. Et quum corpus in spasmo declinat ad anteriora, tunc spasmus est in lacertis anterioribus, et quum ad posteriora, tunc spasmus est in lacertis posterioribus, et quum ad utraq. simul, tunc ægritudo est in utrisque simul, sicut

u B. quare nõ se applicat cum conatu.
x† B. qui fit successione medicinæ solotiuæ, & est malus valde & similiter successione cuiuslibet euacuationis & alius est.
y —— B.
z B. a quo minoratur.

a B. in.
b B. prauæ qdẽ malitiæ non est nisi ille, qui fit in febrib. adurentib & proprie in febrib. sirsam, quæ exsiccant neruos, & lacertos, & assant cerebrũ, & ille qui fit.
c B. quæcũque.
d† B. & a nucha vnde constringuntur nerui.
e B. conatu.

f B. pp rẽ nociuam, est sicut spasmus eius, q bibit elleborũ, qm̃ in eo fit.

g B. uicinus.

in paralysi. h † [ ] Quandoque fit spasmus adeò fortis, ut i [ceruix] torqueatur, et dẽtes strideant. Quum autem aliquis moritur ex spasmo corpore ipsius calido, tunc illud est ex eis, quæ prefocando interficiunt, et neque suffocando interficit, nisi quia certus anhelitus spasmatur, et destruitur motus eius. et omnis quidem spasmus sequens uulnus est mortalis. k † [ ]

h † B. Et.
i B. collum.
k † B. & est ex signis mortiferis secundũ plurimum.

ANNOTATIONES.

Duæ sũt voces græcis scriptoribus. σπασμὸς, & σπάσμα, affectum, de quo hic agitur, explicantes: differentes quidẽ ipsę, ubi propriè loquaris: idem tamen significantes communi scriptorum vsu. σπασμὸς quidem symptomatis est nomẽ, quod conuulsionem latini uertunt. σπάσμα uerò solutio est continui in neruis: ita, ut prius symptomatis: posterius morbi sit nomen, a quo id symptoma aut semper, aut plerunq; dependet. Nostri uocem non habent, quæ posteriori dictioni, spasmati, uidelicet, respondeat, sed conuulsionem & ipsam uocant. Est conuulsio (σπασμός) deprauatus motus. nempe, & si a naturalib. motionibus figura non differt, differt tamen, ꝙ inuitis nobis accidit: ut ex Gale. patet 2. de sympt. cau. 3. de loc. aff. & li de conuuls. palpit. &c. At uero quarumnam partiũ hic affectus sit, uidetur esse controuersia. Gal. passim et neruosarum, & musculorum affectum esse prædicat, cui et assẽtitur hic author. At libro tamẽ de symp. caus. 3. conuulsionẽ ait in totũ non esse nisi eam, quę in solis accidit musculis. quare & uentriculo, quia neque is neq; eius os musculus est, conuulsionẽ negat accidere, quum tamen is neruosus sit. Verum ad hoc facile respondetur. Sicuti uoluntarius totius corporis motus, Gal. sentẽtia, neruorum est, non tamen sine musculis, ut patet li. de motu musc. & sępe alibi: ita & conuulsio, quæ deprauatus est motus, neruorum est, & musculorum simul affectio. Contradictio ergo nulla est. Et si enim vẽtriculus neruosa est pars: non conuellitur tamen, quia musculus non est, & solius musculi conuulsio est, quia eius unius voluntarius est motus, licèt non sine neruis obeatur. Cæterum, est & de huius affectus causis, dubitatio. Hipp. duplicem causam assignat 6. aph. repletionem & euacuationem, cui & Gal. eo loco & 4. aph. & 2. de caus. sympt. & passim aßentitur, ita ut . . de comp. med. per loca tertiam conuulsionis causam pręter repletionẽ & vacuationem se reperisse neget. At hic: quum ait. [Et quandoque &c.] conuulsionem et absque plenitudine aut siccitate fieri asserit, quum & ex dolore & ob molestæ rei fugam neruosæ partes contrahantur. Huic & Gal. uidetur astipulari 4. de articulis, ob dolorem in neruosis partibus conuulsionem sequi affirmans, seu is ob acredinem & mordacitatẽ humorum sit, de qua re agitur 12: meth. seu ob medicamenti prauitatem, de qua 5. aph. seu ob venenatam qualitatem: qualis ex scorpionis pũctura, aut retẽto semine, de qua 3. de loc. aff. uel ob qualitatem quampiam manifestã, et propter frigus, de quo Hipp. 5. aph. Adde & quod ex nerui sectione tum sæpe alibi, tum lib. ar. med. & ex timore. 3. prognost. fieri conuulsio potest; Galeni authoritate. Verùm, vt ad hęc respondeamus. Et si, & author noster, & alij, hunc spasmum, quem vocant non proportionatum ad materiam, neque ex repletione neque ex siccitate fieri putant, referuntur tamen & hæ conuulsiones omnes ad alteram earum causarum, quamuis non ita apertè. Quòd enim irritatæ neruosæ partes ex humorum, medicamentorum, prauæ alicuius vel obscuræ uel manifestæ qualitatis, fuga contrahãtur, & conuellantur, id tamẽ ita se habet. irritatæ neruosæ istæ particulæ se se cõtrahunt, ut id, quod molestũ est propellant. ex hoc conatu

Cap. 2. Cap. 5.
Cap 8.
Cap. 2.
Aphor. 38.
com. 17.
cap. 2.
cap 5.
com. 20.
cap. 8.
Com. 1.
Cap. 7.
Cap. 9. & 10.
Aph. 17.
Com. 34

natu,aut certè dum ſeſe contrahunt, quæ ijs inerat,humiditas exprimitur,& exſiccantur: aut etiam cum ſpirituũ copia,qui validæ illius & maximè neceſſariæ actionis gratia,vndecunque aduocantur, humores quoque ipſi copioſius influunt,& particulas plus iuſto replent, & ſuccedit conuulſio. De manifeſtis verò qualitatibus, ac de frigore (quod obijcitur) alia eſt ratio. Frigus denſat & cõſtringit, cõſtringẽdo aũt exprimit. quare refrigerato neruorũ principio, et in ſequente expreſſione, neruoſas partes familiari humiditate, qua tum aluntur, tum quodammodo perunguntur,& ad motum parantur, expreſſa: quis neget ſiccitatis gratia conuelli? Finge verò, neque hoc verum eſſe, ſed tuere cum Galeni aduerſarijs noſtra corpora ex frigiditate reddi tumidiora (manus nempe per frigora & per hyemem tumeſcunt) id quod argumento eſt, non ſequi ex frigiditate ſiccitatem: referri tamen ad Hippocratis regulam, ac, ſi non ad ſiccitatem, ad repletionem,& eam, quę ex frigiditate, conuulſionem neceſſe eſt. Quòd enim tumeſcant per frigus corpora, quid aliud in cauſa eſt, quàm vaporum copia ob caloris imbecillitatem? docent hoc emorientes particulæ,& ipſa planè cadauera. Vbi ergo refrigerentur neruoſæ partes, vapores multi ob innati caloris inopiam excitantur: intumeſcunt illæ, & fit conuulſio ex plenitudine. In neruorum quoque ſectione, ſectionem dolor ſequitur: dolorem ſpirituum contractio, cum ſpiritibus humorum ſimul copia irruit, quæ conuulſionem ex repletione facit. Eodem pacto,& quod vltimo loco de timore obijcitur, ad has cauſas redigitur. nempe in pueris (de quibus loco prognoſt. citato Hipp. uerba facit) hac ratione timorem conuulſiones ſequũtur. concitantur ex ſubito metu repente humores corporis vniuerſi & ſpiritus. ac ſpiritus quidem ipſi ad internas partes reuocantur, humores verò, quibus ipſi & crudis & copioſis affluunt, concitati: in neruoſas partes incidunt

Com.25. *quas ipſi imbecilles obtinent, vt 3. aph.& eas replent, ac conuulſio ex plenitudine aduenit. Aut ſi non hac ratione conuellantur; ex ſiccitate, id ipſum eueniet, quod author noſter ſentire videtur, paulo poſtea inter ſpaſmi ſicci ſpecies, & eum referens, qui ex timore concitatur. concurrentibus nanque raptim & vniuerſim ad internas partes & ſpiritibus & humoribus ob importunum metum, remanent externe neruoſæ partes ſicciores;& ex ſiccitate conuellũtur. Atque ita conuulſio tãdem omnis ad eas referri cauſas poteſt, quas diuinus Hippocrates & cum eo Galenus pronunciauit. Sed obijciet quis hoc in loco, primum quidem, reddere nos illius tantum conuulſionis rationem, quæ in pueris ex timore accidit; nihil verò de ætatibus alijs, prætereaque conuulſionem hanc ab Auicenna inter ſiccæ conuulſionis ſpecies referri, non ad repletionem, ad quam nos retulimus. Verum quod ad priorem dubitationem pertinet, Galen. 3. prognoſt. de conuulſione ex timore agens, de pueris dumtaxat loquitur, non de ętate omni. extendi tamen, & eius ſententia ad omnes ætates poteſt, vbi multis & crudis pręſertim excrementis redundent: & imbecilles neruoſæ ſint partes. his enim maximè conuulſiones eueniunt, ut habetur*

Aphor.20. *3. aph. Quòd verò Auicennas ad ſiccitatem referat, nos ad repletionem: non negamus, referri & hanc ad ſiccitatẽ poſſe. id enim vt fiat, antea explicauimus. Videtur tamen ex repletione id potiſſimum accidere. præſertim, quòd conuulſionem ex ſiccitate non repente inuadere, ſed febrib.&*

Cap.6. *euacuationib. immodicis ſuper uenire Gale.& 3. de aff. loc. & ſæpe alibi adnotauit. At verò contendunt rurſum hic alij, negantque poſſe ex ſiccitate conuulſionem fieri. Quum enim horum ſententia, qui hanc ex ſiccitate conuulſionem ponunt, non qualiſcunque, ſed eius qua neruus conſtat, & terreſtres eius partes glutinantur, humiditatis abſumptio conuulſionem faciat: priuſquam hæc neruorum ſiccitas abſoluatur, pręuenire mortem neceſſe eſt, euacuatio videlicet omni, qui in vaſorum eſt cauitatibus, humore, cum quo ſtat vita. Adde, ꝙ licèt forte, ſi quis denudatum data opera neruum igni exponat, ſiccitati conuulſio ſuccedat: non tamen hic quæritur, quid noſtra opera fieri poſſit: ſed quid poſſint morborum cauſæ. Huc accedit, quod ſi conuulſio ex ſiccitate fieri poteſt, reddenda eſt cauſa, cur tabidi qui ad extremam ſiccitatem deuenere, non conuellantur. Ad hæc, neruorum non eſt par ratio, quæ de fidibus, quarum exemplo Gal. conuulſionem & ex repletione & ex ſiccitate aſtruit, & ſi enim chordæ, quæ ſeiunctæ ab alijs ſunt corpora, id experiuntur quod ipſe ait: nerui tamen quibuſcum venæ et arterię iunctæ ſunt, exſiccari adeo nõ poſſunt; ſed attractrice facultate humorem ex vicinis ſemper partibus trahunt. Quamobrem ex his conuulſionem nunquam ex ſiccitate fieri, probatum eſt. Cæterum, vt pro Hippocrate & Galeno reſpondeamus. Quod primo loco non qualitercunque humore, ſed innato ipſo neruorum humore exhauſto fieri conuulſionem putant, atque hanc præcedere mortem exiſtimãt fatemur id quidem, deſiccata omni neruorum humiditate propria mortem anteuertere, vel ſequi quãprimum oportere: at non ſemper naturalem eum humorem deſiccari neceſſe eſt, ut fiat conuulſio. Quinimmo, quum præter innatũ humorem alia neruis humiditas inſit, qua nutriuntur, qua læuigantur & motionibus parantur, qua demum innatum humidum fouetur: ſequi conuulſionem huius ſecundę humiditatis, non autem prioris exſiccationem dicimus. qui enim fieri poteſt, ut abolita naturali humiditate, qua continentur, nerui ipſi contrahantur? certè diſſolui eos terreſtri ſola ſubſtantia remanente oportet, non contrahi. at conuulſio cõtractio eſt. Quo fit, ut non prioris, ſed poſterioris humiditatis abſumptionem cõuulſio ſequatur: quam præcedere mortem (ut aiunt) non oportet. uidemus nempe cum ſecundi huius humoris ſiccitate,& particulas corporis, & tota ipſa corpora diutius (quod in tabidis uidere eſt) ſuperuiuere. Quòd ſi reddenda ſit cauſa, cur tabidi, qui ad extremam ſiccitatem deuenere, non conuellantur. Reſpondemus, frequenter conuelli: ſæpè uerò etiam non conuelli, quod æqualis in ijs & neruorum & totius corporis ſit ſiccitas, quæ non repente, ſed paulatim inducitur: ita ut illi totum corpus aſſueſcat: unde & æqualis intemperies uocatur. Sed aiunt etiam, ſi forte opera noſtra denudato neruo, & igni expoſito, conuulſio ſequitur, non tamen idcirco ſtatuendum conuulſionem a ſiccitate proficiſci: ſed inquirendum, quid morborum cauſę poſſint. Hic, quum non una dumtaxat cauſa, ſed multæ,& ſanguinis profluuium,& purgatio,& ſudores,& motus,& ardentes febres, et ſectio nerui, et uſtio, & alia id genus multa, ſiccitatem pariant, quæ omnia partim ab internis, partim ab externis, neceſſarijs & non neceſſarijs cauſis proueniũt: quid obſtet, quo minus & eæ cauſæ perquirantur omnes, non uideo. Hippocrates verò nõ ſiccitatem eam ſolum, quæ ex uſtione, ſed omnẽ amplectitur. Dicunt etiam parem non eſſe & chordarum lyræ & neruorum rationem, quum eæ ſeparata ſint corpora, hi verò nunquam ſine arterijs, venis, & cæteris adiacentibus ſint partibus, a quibus attrahere,& humectari poſſunt. Supponunt hi & venas & arterias humoribus exuberare, quos alijs etiam partibus queant impartiri. Sed rogo, quomodo poſt ſanguinis profluuia, immoderatos ſudores, purgationes, uomitus, inediam, ardentiores febres, tanta adhuc humorum copia affluere hæc uaſa poſſint, ut alijs etiamnum adiacentibus partibus, quantum ſatis eſt alimenti, communicent? Trahunt certè & nerui, & cętera omnes particulæ a propinquis partibus, quantum poſſunt, ſed in tanta rerum penuria, neque quantum ſatis eſt, trahunt, neque etiã ſæpenumero quidquam trahunt, ſeruantib. alijs auidius & tenacius id, quod neq; ipſis abunde facit. Neque obſint ꝙ quis dixerit, cum tanta corporis euacuatione exhauriri an*

quicquid venis inest, & arteriis: ac mortem neruorum siccitatem anteuertere. Et si enim nutriri singulæ aliæ partes minimo etiam alimento queunt, & trantisper perdurare, dum aut noua alimenta offeruntur, aut innatus earum humor perdurat, nerui tamen, quibus exactissimus sensus inest tantam vim tantamq; inediam non ferunt; sed exarescunt, & ad eorum principia sese contrahunt, & conuulsio succedit. Fit ergo quoque ex siccitate conuulsio, quod & diuinus Hipp. & Galenus, & alij docti uiri sentiunt. His ita cõstitutis, rogabit quispiam, quum conuulsio symptoma sit, qui nam proximus huius est morbus? Paucis. Quum hactenus conuulsionem omnem ex repletione & siccitate neruosarũ partium fieri, habitum sit: constat eam ad continui solutionem referendam. repletionem sane et siccitatẽ sequitur tensio. Quamobrem non iniuria id statutum fuerit, neruorum ad eorum principia contractionem, σπασμὸν .s. & cõuulsionem symptoma, esse, solutionem vero continui in neruosis partibus σπάσμα morbũ esse & conuulsionis causam quamuis duæ illæ voces σπασμὸς & σπάσμα promiscuè quandoque altera pro altera usurpetur.

De signis. *Cap. 9.*

PVlsus spasmatorum est extẽsus, & diuersus in situ, ascendens & [a] [dimittens] sicut sagitte euadentes ex arcu sagittarij: & diuersificatur motus percussionum eius in velocitate & tarditate, & vena quidem est calida, & magis calefacta reliquis membris: & est corpus venæ collectum, non sicut est collectio venarum in rigore; & neque sicut illud quod coarctatum est [b] † [ ] sicut fit apud duritiem vene, propter longitudinem ægritudinis, aut quod factum est cum dolore viscerum, sed sicut est aggregatio partium intestini extensi ab extremitatibus suis. & ego dicam signa doloris in spasmo parum post. Spasmi verò facti a repletione signa sunt, quod prouenit subito: & non bibit velociter quod super ipsũ ponitur ex oleo, nisi iam aduenerit ei caliditas propinqui temporis. A siccitate verò facti signa sunt, quòd fit paulatim paulatim, & successione ęgritudinũ euacuantium quodcunque genus fuerit, & euacuationis medicinarum, aut cholericæ passionis, aut euacuationis per se. Factum vero a nocumento cognosces per causes extrinsecas, & ea, quę bibuntur, sicut [c] [euphorbium] & elleborus, & reliqua. Et sicut, quum nocumentum est ex stomacho, & communicat ei cerebrum, deinde nerui, sentit ante illud [d] [solicitudinẽ, angustiam, & obsidionem] stomachi: & quandoque reperitur illud tempore spasmi. Et quãdoque est ille spasmus successione vomitus, qui est sicut succus porri, aut ærugo æris. Et similiter ille, qui fit propter fortitudinem [e] † [ ] oris stomachi. quoties enim effunditur ad ipsum materia, spasmatur habens ipsum, verum pręcedit ipsum nocumẽtum in ore stomachi, & mordicatio. Et quandoque accidit simile illi in ægritudinibus matricis, & vesicæ, & reliquorum, quum fortes fiunt: & fit cum dolore vehementi, & [f] [propter nocumẽtum manifestum in illo membro antecessio spasmi,] in reliquis verò spasmis, aut fit dolor cum eo: aut fit dolor contingens a spasmo, nõ spasmus contingens a dolore. Factus autem ab apostemate cognoscitur per ea, quę diximus. Et ex significationibus quidem significantibus aduentum spasmi, est paruitas pulsus, & ipsius raritas primũ: deinde eius permutatio ad illud, quod dictum est. Et multoties rubificatur facies, & apparet in oculis contorsio, & inclinatio: & in anhelitu intersectio, et dispnia: et quandoque accidit risus non secundum radicem: et constringitur natura, et desiccatur: et urina etiam multoties retinetur: et multoties nõ retinetur, et egreditur sicut aquositas sanguinis, et habet ampullas, et accidit ei singultus, et uigilię, et soda, et tremor, et dolor sub iuncturis, et [g] [pręcipue sub iunctura ceruicis, et] inter spatulas, et apud iuncturam † lumborum et coccygis [h] [sub illa.] Spasmum uerò contingentem causa febris, significant et nuntiant ipsum in febribus contorsio in oculo, et rubificatio in [i] [extremitate oculi, et in circuitu, [et stridor dentium, et nigredo linguę, [et [k] constrictio] cutis capitis, et rubedo urinæ primum, deinde eius albedo propter eleuationem materiei ad caput, et pulsatio temporum, et venarum capitis, et quãdoque desiccatur in eo uenter, aut spasmatur. Hipp. quidem dixit, quòd si accidat febris post spasmum, melius est, quam si accidat spasmus post febrem: cuius intentio est, quòd quum febris superuenit spasmo humido, soluit eum. Spasmus verò, qui peruenit ex febre, est siccus, qui raro recipit curam, et accidit ei ante ipsum timor in somno, et conuersio coloris ad rubedinem, et uiriditatem, et plumbositatem, et constrictio naturæ. Et urina quidem [l] [cruda] in febre, et rigor, quum eis associantur sudor in capite, et tenebrositas in oculis, significant spasmum, cuius causa est † apostema magnum in uisceribus. Si autem spasmus est cum febre, et non est de fortudine illius febris, et longitudine temporis eius, ut adurat humiditates, et finiat eas: tunc ille est de genere eius, cũ quo non est illa [m] [siccitas] tota. Ex signis uerò malis in spasmo, [n] † [ ] est, ut multiplicetur ventositas in membris: et proprie quando cum eo inflatur uenter: et pręcipue quando est in principio sui. Et urina acuta in spasmo, et tetano, est mala, significans quòd causa est caliditas pura. Et quando, cum spasmo sunt pulsatio, [o] [et saltus,] tunc illud est signum malum. Pulsatio namque unam duarũ rerum significat, aut apostema in uisceribus magnificãs pulsationẽ, aut extenuationem in eis; quare apparet pulsus magnus, qui est propter percussionem magnam. Quum autem squinantiæ materię declinant ad neruos, ut ad ipsos permutatæ faciant euenire spasmum: significat illud apparitio spasmi in pulsu. Et quum pleuresis declinat cum materia sua ad illud: significat illud fortitudo constrictionis anhelitus; et neque febris est ualde fortis. Et quum permutatur materia sirsen ad illud: incipit cum [p] [timore, et] multitudinę palpitationis, et stridore dentium; deinde torquetur oculus; [q] † [ ] deinde apparet spasmus.

a B. descendẽs.

b † B. &.

c B. Alia litera. opium.

d B. nauseam, & angustiã, & cõpressionem.

e † B. sensus.

f B. nocumento manifesto in illo mẽbro antecedente spasmũ.

g B. dolor sub iuncturis colli. † alchatin, & alhosos.

h B. & infra illã

i B. oculo & strabositas.

k B. tensio.

l B. saniosa.

† dubellati.

m B. malitia.

n † B humido.

o B. in uisceribus aut iectigatio, seu saltus.

p — B.

q † B. & contorquetur collum.

ANNOTATIONES.

De signis conuulsionis in primo prorr. sect. 3. scripsit Hippocrates. qui locus diligenter, cum Galeni commentarijs

Text. 34. Cap. 11. Cap. 20. Aphor. 57.

mentarijs legendus est. potissimum autem in tex. 10. futuræ & instantis conuulsionis notas tradit. lege & 3. progn. De pulsu eorum qui conuelluntur, uide Gal. lib. de pulsib. ad Tyron. necnon 4. de caus. puls. Vide & Paulum lib. 3. vbi de tetano agit. Cæterùm unum est hic notatu dignum. Scribit hic author ex Hippocrate desumēs 4. aph. Febrem si conuulsioni superueniat, conuulsionem soluere. id quod & author libri de loc. in homine, a conuulsione (dicens) si febris inuaserit, sedatur eadem die, aut sequenti, aut omnino tertia. Quum conuulsio duplex sit, ex repletione & euacuatione: quum item febrium diuersa sint genera & species, dubitatur de qua nam conuulsione, et de qua febre intelligendum hoc sit. Porrò, quod ad conuulsionem pertinet, respondet author de humida, &, quę ex repletione, esse intelligendum, Galenum 2. aph. & 4. æmulatus, vbi idem affirmat. Com. 26. Com. 57. *At de febre neque hic, neque Gal. quidquam. Sanè de conuulsione, dubium non est, de humida verba fieri: at de febre, paulò difficilior quæstio est. Certum quidem est (si per morbi dissolutionem, conuulsionis tantum solutionem intelligamus) a quocunque febris genere incalescere corpus, ac posse superfluum humorem dissolui; præsertimque quanto febris ardentior fuerit. At verò si non solius conuulsionis solutionem, sed bonam valetudinem acceperis; tunc quum ardentes & uehementes febres periculo non uacent: de leui febre & diaria, ratio exigit, ut Hippocratis uerba capiantur. At uerò utrum statuendum horum sit, incertum est. Author profectò Coac. prænot. conuulsionem ait solui, si febris acuta superueniat, quæ prius non fuerat. Author quoque librorum de morbis lib. primo tetano & conuulsione occupante, igneum scribit ardorem superuenire, bonum. Alexander etiam. 2. problem. huius aphorismi rationem inuestigans de uehementi & ardua febre intelligit.* Probl. 131. *Ex aduerso tamen Gal. 4. aph. per morbi solutionem salubritatem accepit, in fine commenti concludens, non absque ratione conuulsiones a febribus ardentibus esse lethales; non lethales uerò quæ febres antecedunt.* Com. 57. *Nobis uidetur Hippocratis sententia non de diaria tantum febre, sed de omni etiam ardenti & ardua: neque de conuulsionis dumtaxat solutione, sed etiam de salubritate, esse intelligenda. tū quòd a uehementiori calore facilius frigiditas & humiditas, quæ conuulsionem faciūt, discutitur: tum quòd per morbi solutionem passim video salubritatem sumi a Gal. magno Hippocraticæ doctrinæ obseruatore. Et si enim febres omnes præter diarias periculo non uacant; salubres tamē sepissimè & aliæ febres sunt & frequenter curantur. ita ut saluti fortasse non obstent. Illud tamen hic aduertendum existimarim, quum conuulsioni febris ex humoribus aduenit; an corpus, quod laborat, vitiosis succis redundet, aut purum sit: ubi enim post conuulsionem febres in cacochymum corpus incidant; certum est in summo discrimine adhuc rem esse: etiam post conuulsionis solutionem. puro tamen existente corpore, nihil verendum fortasse erit, quin sanitatem cum Hippocrate pronunciemus.*

De cura. *Cap.* 7.

IN eo quidem, qui factus est a percussione, oportet vt administrentur embrochæ, quæ laxant factæ[a] [ex hordeo fracto, & chamæmilla, & malua,] & farina fœnugræci, & quę illis sunt similia, & nos quidem iam ostendimus in canone locum administrationis earum. Factus verò a nocumento, si fuerit propter potum alicuius rei tunc curetur cum eo, quod cognoscetur in capitulo de venenis. Et si fuerit[b] [cum febre,] curetur cum humectatione uehementi cerebri, & neruorum, & lacertorum cum mollificantibus vehemētis humectationis, quæ docuite, & habitet in domo frigida. Et si fuerit pp dolorem, seda dolorē, postquàm sciueris quis sit, & abscinde causam ipsius, & si est propter puncturam,[c] [curetur quod ipsam facit cum eo,] quod dicetur in capitulo de puncturis. Et si est ab apostemate, curetur cum eo, quod dicemus in cura apostematum neruorum. Si autem est a siccitate, eius cura est praua. Verum conuenientior eius cura est tina, & inunctio ex oleo humido post ipsam, & eius iteratio post ipsam multoties, & illud, quum non est[d] [cum febre, ubi non intermittitur] omnino, & assidue fac illud in omnibus iuncturis. Si autem possibile est vt tina fiat ex lacte, fiat, & si non, ex aquis in quibus decocta sunt folia[e] [salicis] & hordeum fractum, & viola, & nenuphar, & cucurbita, & citruli: aut fiat tina tota ex succo cucurbitæ, aut succo cucumeris. aut sit totū illud ex aqua ros. in qua decoctum est aliquid horū, aut aqua melonis Indi, aut aqua[f] [salicis,] & quæ sunt similia illis. Et quum feceris eis clysteria ex istis expressionibus, & oleis, &[g] [aliquibus dissolutis humectantibus impinguantibus,] erit vehemētis iuuaminis. Et administrentur super iuncturas, & super originem lacertorum olea, faciendo vnctionem post vnctionem cum studio cerebri valdè, &[h] [compositionem,] quam te docuimus in humectatione cerebri. Et infirmo dētur in potu lac recenter mulctum secundum mensuram conuenientem, si non fuerit febris; & aqua hordei, & aqua cucurbitæ, & aqua melonis Indi, &[i] [iuleb] siue fuerit febris, siue nō fuerit. Si ergo misceatur cum aliquo horum parum vini albi, vt penetrare faciat, erit conueniens. Et similiter sint aquæ ipsius mistæ cum aliqua parte vini. Et oportet vt assidue fiat ei cura hęc, preter quòd moueatur, aut exercitio adhæreat. Et si est possibile, vt totum corpus eius submergatur in[k] [oleo] tepido, fiat. Et fiat ei caputpurgium cum humectantibus, quæ sunt ex oleis, & succis, Et humectetur caput eius cum eis, quæ sciuisti, & oportet, vt[l] [sit firma statio in psyllio, & oleo ros.] Et ex eis quidem, quę ipsos iuuant, est vt in potu sumant † mannam, & propriè infantes. Quod si non[m] [fuerint lactentes.] & si habens spasmum humidum debilis fuerit uirtutis, non abscindantur ab eo carnes[n] † [ ] siccæ, sicut carnes minutarum auium, & † cubugi, &[o] [kerubiti, & alteilez.] & si non fuerit eius virtus debilis, sint cibi eius panis cum melle, et aqua ciceris cum anetho, et sina pis[p] [ēt nutrita] cum oleo, et ponatur in eo quod ipse recipit, piper. Cibus autem habentium spasmum siccum, sit totum quod humectat, et lenit: et omnes sorbitiones pingues, lenes, factę ex aqua hordei, et oleo amygdalino, et zuccaro bono. et aqua carnis assumpta ex carnibus agnorum, et hędorum: et quandoque ponatur ex oleribus humectatiuis, quód frangit nocumentū carnis, si fuerit illic caliditas. quod si cum illo parum vini misceatur, vt ipsum penetrare faciat, nō erit longinquum a rectitudine: et proprie, quum non fuerit caliditas superflua et similiter, si misceatur vinum cum aqua, quā bibit. Cura verò[q] [fiat ita. enim] est humidus, oportet ut curetur cum euacuantibus, et purgantibus

a B. & kisch seu chist hordei, & chamæmilla.

b B. propter febrem.

c B. animalis venenosi curetur cum eo.

d B. febris in modo q̄ non tepescit.

e B. alchalef.

f B. alchalef.

g B. decoctionibus humectantibus pinguibus.

h B. Alia litera. humectationem eorum.

i B. Alia litera alkalef.

k B. Alia litera lacte.

l B. ut dormiat super semen psilij & oleum rosatum.

† tereniabin.

m B. est potibile, detur lactantibus.

n † B. Verùm oportet vt sint carnes eorum.

† & perdicis, & turturis, & alaudæ.

o B. alcanabir altheiugi.

p B. eum almuri

q B. si.

cuantibus, & purgantib. fortib. predictis, quũ diximus euacuationem humoris grossi ex neruis, cum solutiuis; & clysteribus acutis. Et si tu videris signa sanguinis dominantia, manifesta valde; phlebotoma primo, & propriè, si causa [r] [eius est repletio, &] potatio vini plurimi. Et non extrahas totum, quod necessarium est ex sanguine, cuius extractio est propter spasmum, aut ægritudinem aliam significantem eius extractionem; imò retine ex eo aliquid, vt resistat spasmo, & resoluatur resolutione motuum spasmi. Et ex eius cura sunt submersio in aquis thermarum, & sessio in [s] [pellibus uulpium & luporum, quę dicentur] in capitulo dolorum iũcturarum, quoniam iuuant, & similiter inũctio cum adipibus [t] [luporum] & oleo de lilio, [u] † [ ] si non fuerit febris, & similiter decoctio catulorũ canum, & sessio in aquis, in quibus decoctæ sunt medicinę. [x] [subtiles, sicut abrotanum, & folia radicis iunci,] & calamus aromaticus, & folia lauri, & linimentum factum ex radice spinæ Iudaicæ, & semine spinę ægyptiacę, & succo centaureæ minoris sigillatim, & compositè. Et scias, quòd longitudo spatij morę in tina, siue sit aqua siue aliud, est ex eis, quæ nocent propter mollificationem virtutis. Tu autem pone multitudinem numeri loco longitudinis spatij: & fac ipsũ sedere bis in die. [2] Ex his autem, quę iuuant habentem spasmum communem, qui nominatur teteis, & tetanum factos a materia, est, vt subito in aqua demergatur frigida, secundum quòd dixit Hippo. nam corporis exteriora inspissantur, & innatus calor in interioribus clauditur; quare confortatur, & resoluitur materia, non est tamen omne corpus tolerãs hoc a timore tutum; sed corpus forte [y] [firmum,] carnosum, quod vlcera non habet, & in æstate. plures enim per hoc iam euaserunt. [3] Et ille quidem, qui vtitur ventosis super locum, ad quem [z] [partes] chordæ extenduntur. oportet vt vtatur sine scarificatione, si res est leuis, & si non est ita, oportet vt fiat scarificatio. [a] [est enim mortalis, si non scarificetur tũc, & nocent quandoque] attrahendo materiam. Ventosarũ autem loca sunt in collo, & spondylibus dorsi ab vtroque latere, & partes [b] [lacerti] pectoris: ante vesicam vero [c] † [ ] super renes non facimus illud, nisi quum timemus [d] [& miserendo volumus, vt] sanguis egrediatur. Et oportet vt vẽtosas multoties non administres, neque subito simul, & loca ventosarum custodiantur, & conseruentur, ne corpus infrigidetur. Et ex curis eius, est vt applanetur quod spasmatum est, leniter, Et ex cura eius contingente secundum naturam, est euentus febris acutę; & propterea dixit Hippoc. si accidit febris post spasmum, melius est, quàm vt accidat spasmus post febrem. Quartana quoque confert ad illud propter concussionem tremoris eius, & pp multitudinem sudoris eius, Et cui accidit quartana, raro accidit ei spasmus: nam securus est ab eo. Et ex curis quidem mirabilib. expertis spasmo, est vt ponatur supra membrum spasmosum [e] [ren contritus cum pinguedine sua] deinde dimittatur super ipsum donec [f] [siccetur, & mutetur cum alio.] In spasmo præterea toti corpori cõmuni confert etiam intentio cerebri, & cũ pur

r B. repletionis est.
s B. oleo uulpis & aldabha' qđ dicetur.
t B. alsebha.
u † B. & similiter inunctio cũ adipib. aldabha & oleo de lilio.
x B. subtiliãtes sicut alchisum & folia cyperi
y B. iuuenile.
z B. Alia litera extremitates.
a B. φ si tu non facies scarificationem, tũc fortasse nocent.
b B. lacertosæ.
c † B. &.
d B. miserendo quod.
e B. alalie.
f B. fœtida fiat, deinde permutetur alia.

gatione facta sternutatorijs magnificè. Et in eis etiam expertum est, vt [g] [ex lana plurimum mollificent eis suspensoria, quæ a collo ad utrunque brachium protendatur,] super quæ omni hora oleum calidum aspergatur. Balneum quoque siccum magnificè iuuat eos, & vt inclinetur super lapides ignitos, super quos aspergatur vinũ, & vt sudent cum cooperimentis, & ex emplastris quidẽ bonis, est emplastrũ factũ ex storace liquida, & euphorbio, & castoreo, et cera citrina: & oleo de lilio, & emplastra dicta in antidotario, & adipes, & reliqua, & inũctio ex fæce olei sisamini, & olei seminis lini, & [h] [spuma] fœnu græci. Et ex vaporibus bonis est sal calefactus positus super exitum neruorũ. Et ex eis quidẽ, quæ in potu sumpta afferunt febrem, sunt castoreum, & asa fœtida permista cum melle, accepta secundum quãtitatem nucis: afferunt enim febrem, & resoluitur spasmus illico. Et similiter oleum dekerua, & aqua mellis cum assa fœtida, & decoctio carpobalsami, & ex eis, quę valde cõferunt ipsis, est in potu sumere theriacam, & cõfectiones magnas. Et quandoque confert sumere diuretica. [i] [Hæc præterea] medicina experta est. In potu sumant ex radicibus cotti. drach. xx. decoctas in duabus lib. aquę, donec tertia remaneat. ex qua potent fortiter. unc. iiij. tepidas cum unc. ij. olei amygdalini: illud enim confert & propriè in spasmo, qui est in posterioribus, & quandoque decoquuntur loco radicis cotti, carpobalsami. drac. x. & est eius potio. unc. iij. & similiter calamenthum agreste. Et ex eis, quę vehementis sunt iuuamenti, est sumere in potu [k] [castoreum, &] opopanacum [l] [ex quibus] qui fortis est, bibat aur. j. & [m] [medium,] dra. j. & custodi tunc stomachum, quoniam ipsa per illud tunc debilitatur vehementer, & asa etiam fœtida sumpta secundum quantitatem seminis orobi in quantitate [n] [iiij. drach. & medię] mellis, & [o] † [ ] [p] [ammoniaci: similiter bibatur totum & decoctio hyssopi, & aniuden, & aqua castorei. Sunt enim] plurimi iuuamenti, & minimi nocumẽti: Sitq; potio ex eo quãtitas duorũ cochleariũ usq; ad tria, & detur ad potandũ plurib. vicibus, & sit quantitas in eo quod bibitur, quantitas, prædicta. Et minus quidem nocumentum fit in ipso, si sit post cibum, quocunque modo sit, nõ est enim in ipso timor. Et ex cura quidem eius, est vt inungatur ex oleis fortis resolutionis prędictis, sicut oleo cucumeris asinini, et oleo de kerua, & oleo rutino, & oleo de costo cũ castoreo, & pyrethro, est. n. valde iuuatiuũ, & [q] [ren dissolutus] & oleũ narcissinũ, et oleũ quod est huiusmodi. Recip. olei [r] [vtriusque spicæ] kist i. ceræ. un. ij. olei de [s] [berberis] kist. i. polij, amomi, storacis, masticis, omnium an. unc. i. [t] [gariophyl.] euphorbij. aborũ an. aur. iiii. spicę. [u] [un.] j. olei balsami. unc. j. commisceantur, et ex illis, quæ conferunt eis, est vt administretur emplastrum de euphorbio, et est iuuatiuum valde. In eo autem, quod lactantibus ex spasmo accidit, sint contentę, vt ipsarum iuncturis apponatur emplastrum ex melle, cum quo confecta sint crocus, & radix lilij, & anisum ita ut sit plurimum eorum radix lilij, et anisum, & sit ex croco res parua. Et consuescant ponere mẽbra sua in

g B. inuoluãtur inuolutione ex lana uehemẽtis lenitatis vel mollitiei.
h B. & mucillagines.
i B. & quãdoq;
k —— B.
l B. &.
m B. qui est medius.
n B. Alia litera. vnc. iiij. s. aquæ.
o B. Alia litera. similiter mel, & quandoq; datur in potu illud totum cum decoctione hyssopi.
p † B. similiter armoniacum & quãdo datur in potu illud totũ cum decoctione hyssopi, & decoctione aniuden. Verum castoreum est.
q B. & alalie dissoluta.
r B. nardini.
s B. licio.
t B. piperis.
u B. ante.

in aquis, in quibus decocta sint chamæmilla, fęnugræcum, & melilotum: & quandoque confert oleum chamæmillinum solum. Vinum autem paucum confert habentibus spasmum humidum; resoluit enim ipsum sicut febris: plurimum, verò est [x] [vna ex causis eius:] & oportet, vt æger ex vetri bibat, & super cibum parumper. Et scias, quòd quum spasmus est communis corpori exceptis membris faciei; tunc medici intendunt cum emplastris, & vnctionibus spondylium colli. Et quando est in membris faciei; tunc medici intendunt cerebro. [y] [Et cum hoc] si spasmus est ex communitate stomachi, & vides signa prædicta; tunc incipe, & fac hominẽ illum vomere: fortasse enim vomet choleram acutam, aut humorem putridum, & liberabitur in hora.

x B. res magis nocens in eo.

y B. cũ hoc. Et.

ANNOTATIONES.

1 *Docet omnium conuulsionum curationem, & eius quoque, quæ ex siccitate. Qua in re statim hunc Galeno aduersari putabit quispiam, qui incurabilem esse hanc, neque cogitandi præsidij tempus relinquere, asserit lib. de couulsi. & alibi non raro. Sed Gal. eam forte insanabilem vocat, quæ confirmata est. at verò licet difficillima curatu sit omnis ex siccitate conuulsio, non absolutè tamen incurabilem eam putat, sed curatu difficilem. vt 5. aph. & alibi. Vnde eius æmulatione Paulus lib. 3. propemodum insanabilẽ esse ait: & eius curationem ipse quoque describit, quod facit & Rasis 9. ad Almansorem. Est verò huius conuulsionis curatio ipsa humectatio, sicuti illius, quæ plenitudinem & humorem superfluum sequitur, exsiccatio. Non ergo falli eos ego existimarim, qui huius conuulsionis remedia describunt, & humectantia præsidia proponunt. etsi enim quidam iuuare humectantia contendunt, non alia ratione, quàm, quòd vel acres humores mitigent, vel educant, prosunt tamen hæc, & dum siccam intemperiem temperant: & vtcunque seu per se, seu per accidens iuuent, certum est humectantia his auxiliari; proptereaq; non iniuria, tum victus rationem omnem, tum cætera quæ humectent, proponi. Sed hic de conuulsione quæ ex repletione, quæstio est, an in eius curatione secanda sit vena. Author, noster, vbi sanguinis indicia sint, mitti sanguinem iubet. Paulus quoq; curari ait, quæ ex plenitudine aut inflammatione sunt, & euacuata copia. & inflammatione proprijs præsidijs discussa. Idemque & Asclepiades censuit recitãte Celso lib. 4. Quidã tamen vitandam prorsus missionem sanguinis putarunt, quòd, quum totum corpus calore maxime egeat; is in sanguine præsertim resideat. Cæterum, sicuti in pauciori sanguinis copia innatus calor refrigescit; ita & in immodica suffocatur. quo fit, vt propterea, a mittendo sanguine abstinendum non sit, vbi eius redundantis notæ appareant.*

Cap. 8. — Com. 1. Cap 19 — cap. 3.

Aphor. 21. 2 *Ex ijs autem que iuuant &c. Hipp. 5. aph. Est autem (ait) vbi in tetano, sine vlceratione iuuene bene carnoso, æstate in media frigidæ aquæ perfusio calorem reuocat, calor aũt hæc soluit. pro qua re vide & Galenũ ibidẽ. At Paulus id curationis genus dãnat, & Hippocratis ẽt assẽsu, maxime ait esse temerariũ, & ꝓpterea a posteris uituperatum.*

cap. 20. 3 *Et ille quidem qui vtitur ventosis &c. De cucurbitarum appositione meminit & Paulus lib. 3. de tetano agẽs, præcipitq́, liberaliter sanguinem his detrahi, modo nõ vniuersim id fiat, sed particulatim & per vices. Auicennas non absolute scarificationem probat; sed vbi morbus vehemens sit: id quod & Celsus libro. 4. in hæc verba. Si verò etiam vehementius dolor creuit, admouendæ ceruicibus cucurbitulæ sunt, sic ut cutis incidatur. De loco autem figendi cucurbitulas: Celsus ceruicibus solum admonet. Paulus & utrique spinæ parti, & pectori quoque, qua musculosius est, ut præcordijs; interim & vesicæ regioni, & renum. Auicennas tamen appositionem cucurbitæ ad vesicam & super renes videtur improbare. Sed verè cucurbitas non improbat: damnat tantùm scarificationem in vesicæ regione ob eius partis frigiditatem: quam tamen etiã admittit, si post cucurbitæ admotionem ab attracta ad eas partes materia fieri inflammatione vereamur. tunc enim scarificandus est is locus, & educendi qui confluxerunt humores.*

cap. 3.

4 *Et ex eis &c. Ex Paulo describit hæc ferè omnia, ex capite de tetano. Vnum autem notat, de quo controuersia est, vinum. s. conuulsioni, quæ ex repletione est, conferre. At, quum vinum neruos facillime repleat, Galeni authoritate 5. de loc. aff. videtur ipsum fortasse conuulsis temere exhiberi. Adde quòd Celsus lib. 4. a uino diutius omnino abstinendum iubet, quum nihil maioris sit in hoc affectu, detrimenti. Sanè, quod ad hoc pertinet, Auicennas Gal. æmulatur 5. aphor. ubi, licèt vinum substantia eius copia neruis obsit, qualitatibus tamen, conferre scribit, dum calfacit & exsiccat. Et negari profectò non potest, quin vinum, præsertim uetus (quod enim tale est, etiam potens existit, quum id, quod imbecillius est, non senescat) calfaciendo & desiccando, ęque ac febres superuenientes conuulsionẽ soluat. At si tamen maior in corpore humorum sit copia, tenuior præsertim, calidior, & aptior, ut in neruosas partes penetret; uerendum id maxime fuerit, ne ingesto uino humores ipsi concitentur, in neruosque uini ipsius ui adigantur, & conuulsionem augeant. id de quo suspicandum forte non esset, si corpus humoribus non affluat, neque qui insunt, tenuiores, calidiores, & fluxioni sint aptiores. Galenus ergo nostra quidem sententia id scripsit, quòd profuturum omnino esset; si exactè corporis plenitudinem, & materiæ qualitates haberemus. At tutius est Celsi consilium, & sequendum magis.*

cap. 5. — cap. 3. — Com. 5.

De [a] [tetano.] Cap. 8.

[b] [Tetanus] est egritudo officialis prohibens virtutẽ motiuam a contractione membrorum, de quorum aptitudine est ut cõtrahantur, propter nocumentum in lacertis & neruis. Dictione verò alcuzez vtuntur in significationibus diuersis: aliquando enim dicunt cuzez, & significant per ipsum, illum, qui incipit a lacertis furculæ, & extendit eos ad anteriora, & posteriora, aut in vtramque partem simul. Et quandoque dicunt cuzez omnem tetanum. Et quandoque dicunt cuzez, spasmum, [c] [oculi] propriè. Et quandoque significant per ipsum, tetanum, qui est duo spasmi, [d] [aut duo tetani] posterius & anterius. Et quandoque appropriant nomine alcuzez illud, quod est [e] [frigore propter frigus congelatiuum] Tetanus autem secũdum veritatem est contrarius spasmo: & ingreditur in genus spasmi introitu contrariorum in genere uno: & eorum comparatio ad causam vnam, est eueniens casu contrariorum; veruntamen spasmus fit ad partem unam. Quum ergo duo spasmi in duabus partibus contrarijs aggregãtur, fit tetanus: quemadmodum accidit ei, qui habet spasmum ante & retro simul. Accidit enim ex duobus motibus contrarijs in mẽbris suis, ut extendãtur: Quũq; teta-

a B. chuzez, & tensione.

b B. Altemeded idest tensio. Et sic legatur vbiq; i hoc capitulo vbi habetur tetanus.

c B. ipsum, & quandoq; spasmum colli.

d B. seu qui fit ex duobus spasmis, aut ex duabus tẽsionibus.

e B. extensione causa frigoris congelantis.

f B. difficile uel laboriosum unde retrocedit cibus in nares ipsorũ, & ex hoc fit agitatio.
g B. vngãtur, & nares uel coxę eorũ in antidotario.
h B miha almumiai. Alia litera storax,& almumiai.
† almulceme.

eis [f] [peruersum, & fit inde spuma in naribus eorum,& commouentur:] quare illud augmẽtat eorum ægritudinem. Nos autem dicemus medicinas, quas in potu sument, & ex quibus eorum membra [g] [abstergantur, & ipsorũ nares,] in antidotario.& similiter vnctiones cõferentes eis,sicut oleum de alcanna,& reliqua, quæ dicta sunt.Et similiter caputpurgia,& sternutatoria. Et sternutatoriũ eis melius est [h] [storax † liquida] cum quibusdam locis. Febris verò,quę naturaliter accidit,est melior cura ei, qui ex eo est humidus.

De tremore & signis specierum eius. Cap. 11.

a B. instrumentalis.
b B. resistentis grauitati impedienti & ingredienti cum.
c † B. aut firmatio voluntaria cum motib. nõ uola. ę rijs.
d B pñtiã reitimorosæ horribilis.
e B. perturbans.
f B. facit accidere tremorẽ,& iã quãdoque facit.
g B, neruis.
h B. oppilans.
i B. unde.

TRemor est morbus [a] [officialis] eueniens propter defectum virtutis motiuæ a motu lacertorum secundum continuitatem, [b] [cõpar grauitati compari intromittenti] sua motione motionem uoluntariam: quare commiscentur motus voluntarij cum motibus nõ voluntarijs, [c] † [ ] & est nocumentum in virtute motiua,sicut stupor est lesio in sensibili. Huius autem causa aut est in uirtute, aut in instrumento, aut in vtrisque simul. In virtute uerò,quum debilitatur, propterea quod accidit timor uel propter [d] [applicationẽ rei abscisse terribilis] sicut aspectus ex loco alto: aut ambulatio super parietem: aut peroratio corã eo,ex quo aliquis verecũdatur,& qui timetur: aut reliqua,ex quibus contrahuntur virtutes animales, aut angustia aut tribulatio: aut gaudium, [e] [aut desiderium propter] ordines motuum uirtutis [f] [accidit tremor in neruis; & fit] illud: quoniam facit contingere diuersitatem in motu spiritus. Et ex causis quidem eius secundum semitam debilitatis virtutis,est multitudo coitus post refectionẽ,& repletionem. Qui autem factus est ab instrumento, est quandoque,vt mollificationem aliquam incurrant nerui, propter quam non consequetur paralysis; quare non retinentur apud motionem, sicut est apud potum multum,& ebrietatem frequentem, & multitudinem potus aquæ frigidæ,aut potu eius non in sua hora. Aut, ut in [g] [membris] contingat oppilatio propter repletionem plurimam prouenientem a causis notis,sicut est satietas nauseatiua,& dimissio exercitij, quare propter eas virtutes perfecte non penetrant. Et materia quidem [h] [frigida] aut est patiens a meatibus,in quibus ipsa mouetur, & quandoque cum uia penetrationis,& quandoque cum via prohibitionis: aut non est patiens omnino,& aliquando quidem fit, vt instrumentum ipsum aliquam incurrat desiccationem [i] [&] non obediat reflexioni obedientia facili.Communitas vero est,ut in instrumẽto accidat nocumentum perueniens ad hoc,ut noceat uirtuti,quemadmodum aduenit ei frigus vehemens extrinsecus, aut ex punctura animalis, aut ex humore,aut ex calore vehementi, sicut apud adustionem,& alia: & aduenit cum eis virtuti impedimentum. Aut aduenit uirtuti secundum suam singularitatem impedimentum suum,quod est sibi proprium. Et mẽbro secundum suam singularitatem aduenit impedimentum sibi proprium,& continuantur duo nocumenta simul. Tremor autẽ quandoque est in omnibus membris,& quandoque in [k] [corpore,] & quandoque est in capite solum secundum applicationem nocumenti ad lacertum vnum sine lacerto alio. Et quandoque fit tremor in vtrisque manibus, & non in pedib. aut quoniam causa non est in origine nuchę, sed in ramis penetrantibus ad manus neruorum. Aut quoniã causa est in origine nuchæ, sed expellit eam ad propinquiora loca, & propinquius latus:& natura seruat nucham,ne penetret causa illa in ipsa, & [l] [consequatur finẽ suum.] Aut quoniam spiritus motiuus in inferioribus corporis est fortior, & magis vigẽs secundum necessitatem illorum membrorum, quam habent de suo simili, quare non patiuntur vehementer a causis,quę nõ sunt valde virtuosæ.quod si patitur instrumentum, confortatur eius superatio: manus autem non est ita. Et causa quidem dominans in euentu tremoris [m] [fixi] est frigus debilitans neruos & spiritum simul; aut humiditas [n] [liquida, laxa, minor etiam mollificatione] humiditatis facientis paralysim. Et Hippocr. quidem iam dixit. Cui accidit in febre causonide tremor,tũc sensus permistio resoluit eam ab ipso,& Gal. quidem non concedit hunc aphorismum, ueruntamen non est ex eis,quę modum non habent. Et scias,quòd tremor magis peruersus,est qui a sinistro incipit. Et tremor quidem in senibus medicamine non remouetur. Signa verò sunt causæ prædictæ,& sunt etiam manifestæ.

k B. manib.
l B. ne cõsequatur,vel ne perueniat ad extremitatem eius.
m B sicci.
n B. madefactiua mollificãs infra mollificationem.

ANNOTATIONES.

Tremor symptoma est,motus nempe deprauatus,ut 2. de sympt.caus.habetur.appellat tamen hic author morbũ, vt supra etiam epilepsiam & apoplexiam, & alia id genus. Et cum deprauati motus alij naturæ, alij morbi tantum uim insequantur,alij utrunque,ex utroque hic prouenit,& morbo particulas deorsum grauante, & natura sursum attolente:ut Gal.lib.de sympt. caus. citato, & Alex. prima probl.sect.Pro huius affectus notitia uide Gal. locis citatis.& particulatim uide eiusdem libellum de tremore, & Paulum lib.3.Unum subdit ad huius capitis calcem, quum ait.[Et Hippoc. quidem dixit &c.] quod est animaduersione dignum. Ait Hipp.6.aph.tremores in ardente febre delirio solui, quod & in Coacis prænot. necnon in lib.de iudicationibus ijsdem uerbis legere est. De hac tamen sententia Gal.dubitat eo.6.aph.quòd solui Hipp. delirio tremorem dixerit, quum solutio mutatio sit ex morbo in salutem:is verò transitus sit de morbo in morbum. Author noster Gal. damnare uidetur, quasi is Hippocratis sententiam non probet. Sed verè Gal.non rem ipsam damnat,uerum illius potius dictionis usum improbat,quum solui de ijs dicatur,qui liberantur morbo,non qui de uno morbo in alium transeunt.Eandem senis sententiam Auicẽnas lib.4.fen.1.tr.2.adducit.sed de hac re nihil.

Cap. 5. Probl. 17. cap. 21. aphor. 17. com. 26. cap. 41.

De cura. Cap. 12.

FAc, quod in alijs fecisti capitulis, ex apertione oppilationum, & destructione mollificationis, & euacuatione, & confortatione neruorum,& humectatione, si necessitas eius est [a] † [ ] in tremore, si est propter debilitatem ab ægritudine,& calefactione,si e[...]

cum

b B. bibitis.

cum frigiditate repentina, aut [b] [imbibita,]& compressione,& fricatione,& expulsione,si est necessaria,& secūdum quòd ostendimus in canone. Et balneū in aquis maris,& balnea, sicut, quæ sunt, ex aqua nitri, & arsenici, & asphalti, & sulphuris, & aqua maris, sunt iuuatiua etiam. Et si est causa eius [c] [frigus,] vaporationes ex nitro, & sinapi, & inunctio cum oleo costino. Et si est causa eius potus multi vini, euacua,& administra oleum cucumeris asinini,& quæ taliter procedunt, & assidua inūctionem cum oleo [d] [cannabino.] Oleum prę terea de [e] [† andacoca] proprietatem habet in hoc mirabilem. Et similiter, si emplastrum fiat ex [f] [humida] solumodo. Si autem est ex humoribus imbibitis, aut grossis: aut confirmatur ægritudo, administretur positio ventosarum super spondylem primam, & sedeat in tina olei calefacti, & in iuribus animalium prędictis in capitulo de paralysi,& spasmo,& alcuzez, & in fine rei detur in potu castoreum in syrupo mellino, aut cū hieris magnis,& dentur in potu pilulæ factę ex ruta,& scolopendria. Et iuuantur quidem ex cerebro leporis ualde, quare ex ipso comedant assato. Et ex eis quidem, quæ tremulo cōferunt, est vt bibat syrupum mellinum cū aqua, ī qua decocta sint seminis maluę,& foliorum † dunuchium. unc. v. & similiter sumant in potu succum eupatorij cum aqua,& [g] [uelociter utantur cum ipsa mollificatiuis.] Et si tremor est in capite, propriè iam expertum est eis stæchados pondus. drac. j. aut duarum solum, aut cum hiera picra, uel ex qua factæ sunt pilulæ, aut in syrupo mellino. Et ex eis quidem iam est expertum in potu sumere pilulas cochias. [h] [ij. drac.&.s.] omnibus decem diebus semel. Et oportet, vt cibus sit uelocis digestionis, & vinū quidem eis nocet,& similiter aqua frigida, & quę ex aquis est ei melior, & minoris nocumenti, est aqua pluuialis,& similiter omni ęgritudini neruosę. Et lęduntur multitudine phlebotomię.

c B. aqua frigida fiant.
d B. alchot, seu alchat.
e B. handachocha.
† medica.
f B. alrathbe.
† lauri.
g B. utantur curatione ipsius met mollificationis.
h B. a ʒ.j. usque ad ʒ.j.s.

De stupore. *Cap.* 13.

VSus huius dictionis, stupor, in libris est diuersus: plurimum enim ponitur dictio stuporis synonyma dictioni [a] [paralysis.] Nos verò & plurimi hominum vtuntur ea secundum hunc modum,& quidem stupor est morbus officialis faciens euenire in sensu tactuali nocumentum. s. aut destructionem, aut diminutionē cum tremore, si est debilis, aut mollificationē, si est confirmatus, quoniam virtus sensibilis nō [b] [solum] prohibetur a penetratione, [c] [sed ēt motiua prohibetur,] sicut exposui multoties: quamuis in quibusdam horis inueniatur stupor absque difficultate motus, propter diuersitatem neruorum motus & sensus. Causa enim stuporis; aut est ex parte virtutis, quoniam debilitatur, sicut in febribus fortibus, & acutis ducētibus ad stuporem, & sicut in illo, qui passurus est syncopim statim, & apud propinquitatem mortis: aut ex parte instrumenti, quoniam corrumpitur eius complexio propter frigus vehemens ex potu medicinæ, aut ex punctura animalis, sicut scorpionis aquatici: aut tactu piscis, qui nominatur † berillé. [d] † [ ] & facit contingere illud grossitudinem in spiritu, qui est instrumentum virtutis, aut debilitatem. Aut corrumpit eius complexionem propter calorem vehementem, sicut, quem momordit serpens, aut remansit in balneo vehemētis caliditatis, aut in febribus incensiuis. Aut propter grossitiem substantiæ neruorum, quare spiritus in ipsa non penetrant bene: Et propter hoc contingit in tactu pedis cum comparatione ad tactum manus, sicut stupor. Aut fit propter oppilationem ex humoribus grossis. s. aut a sanguine, aut phlegmate, aut melācholia, & quādoque possibile est, vt sit ex cholera; aut propter oppilationē ex humoribus ex coarctatione apostematis,& exituræ, aut coarctatione vehementi & ligatura; & coarctatione situs, [e] [voluente neruos; aut per accidens forte,] aut propter dolorē, cum quo effunditur ad membrum sanguis, aut humor [f] [non plurimum oppilans] transitus, & huius plurimum est a sanguine. Et propter hoc: quum permutatur situs eius,& remouetur,& recedit ab eo quod ad ipsum est effusum, redit sensus. Et quandoque accidit illud ex siccitate, & exsiccatione,& oppilantur meatus propter collectionem villi, & eius coopertu ram,& hoc est malum. Et quandoque accidit oppilatio propter mollificationem factam ab humiditate cōplexionali absque materia, & sequitur illam mollificationem clausio meatuum. Causæ verò stuporis quandoque sunt in ipso cerebro, & tunc si est vniuersalis, communis corpori toti, est mortalis. [g] † [ ] Et quandoque sunt in nucha, & quandoque est eius principium ex [h] † [ ] spondyli,& quandoque est in ramis neruorum. Quum ergo perseuerat stupor, [i] † [ ]& prolongatur; producit ad mollificationem. Stupor præterea [k] † [ ] nuntiat apoplexiam & epilepsiam,& spasmum, aut alcuzez, aut paralysim communem. Et omnis quidem stupor omnis membri, quum perseuerat, & fit fortis, nuntiat paralysim, aut spasmum aduenientem ei. Et stupor faciei nuntiat torturā. Et plurimū quidē succedit perpneumoniæ, & pleuresi,& † apostemati cerebri frigido, stupor. Et scias, quòd quum stupor perseuerat, & non remouet ipsum euacuatio, deinde succedit uertigo, nuntiat apoplexiam. Et scias, quòd semen eroci hortensis positum in enemate calefacit neruos.

a B. alrhasc. i. tremoris.
b ——B.
c B. nisi ēt motiua uirtus prohibeatur.
† torpedo.
d † B. aut potu medicinæ, sicut opium.
e B. Alia litera. torquente neruos, aut dilatante eos vehementer. Alia litera. torquēte, uel inuoluēte neruos, aut propter cōtusionem eorū uehementem.
f B. Alius plurimus quare oppilat.
g † B. in die uno.
h † B. uno.
i † B. frigidus.
k † B. dominās.
† siue.

ANNOTATIONES.

Stuporis vox medicis quandoque etiam de animalium omnium actionum inertia, & rationalis, & sensitricis, & motricis dicitur. propriè tamen ad tactum refertur, vbi quis non sentiat. hunc affectum frequenter, & motricis inertia sequitur, ob instrumenta tactus, & motus communia, scilicet neruos. quandoque tamen solus tactus offenditur, non autem motus. & e conuerso quandoque motus, & non sensus, ut patet 2. de loc. aff. sed paralysis tunc potius, quàm stupor vocatur. Symptoma ergo est sensitricis, & tactricis facultatis, cuius morbus obstructio est, siue hæc absoluta sit obstructio, siue nō absoluta, siue ab externa causa, ut frigore

Cap. 2.

frigore & compressione, seu ab interna, vt materia præsertim melancholica. prohibito nanque spirituum sentiendi uim afferentium transitu, stupidum & torpidum mẽbrum remanet. Pro huius affectus notitia pete Gal. 2. de affectis loc. & repete, pro huius curatione, tremoris curationem, ut etiam hic author consulit, quum ab iisdem ferè causis uterque affectus proueniat.

cap. 2.

De signis & cura. *Cap.* 14.

IPsa eadem sunt causę, sicut dictum est in tremore. a [Significant] ergo illud ex eis b † [ ] augmentum stuporis cum additione earum, & eius c [diminutionem.] Et cura quidẽ est, secundum quod dictum est in tremore, eadem. Veruntamen si fuerit a sanguine, d † [ ] & extant significationes repletionis venarum, & inflatio † iugularium venarum, & grauitas corporis & somnus, & rubedo faciei, & oculorum, & reliqua, tunc e] phlebotomando prosequere.] Natura multoties remouet stuporem sola, & cum rectificatione regiminis, & alleuiatione cibi. Quum ergo apparet stupor in aliquo membrorum propter causam antecedentem, aut primitiuam, sicut frigus, aut aliud eueniens in principio neruorum, oportet, ut non sis contentus curatione loci: sit f [omnis cura in principio viæ] ad ipsum. Et ex curis quidem conferentibus stupori est exercitium illius membri, & assiduatio motus eius.

a B. Significatur.
b † B. &.
c B. diminutio, cum diminutione ipsarum.
d † B. dñante. † guidez.
e B. tunc phlebotometur flebotomia vltima.
f B. conatus tuus in curatione principij nerui incedentis.

De tortura faciei. *Cap.* 15.

IPsa est morbus officialis in facie, propter quã trahitur pars faciei ad partem non naturalem & alteratur forma eius naturalis, & remouetur bonitas obuiationis vtrorumque labiorum, & ambarum palpebrarum ex a [parte. [Et eius quidem causa est aut mollificatio, aut spasmus lacertorum palpebrarum, & faciei. Tu autem iam sciuisti eos, & sciuisti ipsorum originem. A mollificatione uerò facta est, quoniam, quum declinat ad partem, trahitur cum ea pars secunda, & mollificat eã, & mutat eam a forma sua, si fuerit fortis, & si debilis, mollificatur sola. Et apud quosdam b [si est in latere mollificatio, est attractio torti: sed non est concedendum, & ex eis quidem est Paulus. hæc autem facta a mollificatione est propter causas mollificationis numeratas. Facta autem a spasmo, (& est ea quæ contingit secundum plurimum) est: quoniam, quum pars spasmatur, c [stupefit pars secunda, quę sequitur ipsam,] & causa quidem in ipsa, est causa, quæ est in spasmo. d [Quod autem dictum] est in capitulo spasmi sicci, sicut facti in febribus acutis, & euacuationib. ex fluxu ventris, & uomitu, & ex fluxu sanguinis ex naribus, & alijs est pernitiosum Quidam uerò dixerunt, quòd latus ægrum est in tortura e † [ ] latus, quòd sanum videtur, f [quamuis causa sit in ipso, & latus sanum ministrat attractionem ipsius, & ęquat.] Hæc autem non est uerum secundum plurimũ. Anatomia enim, & quod sciuisti de dispositione lacertorum faciei. facit te cognoscere corruptionem g [eius, & casus huius cõmunis, & quoniã sensus in substantia eorum] destruitur a latere torturæ. Et pluribus quidem hominum accidit apostema in lacertis colli, & est ex summa suffocationum, & aduenit eis inde tortura, & aduenit eis paralysis etiam extendens vsque ad manus, quoniam h [lacerti] ex quo hauriunt lacerti colli virtutem motiuam, origo etiam est ex spondylib. colli. Omnis aũt torturæ extẽse vsq; ad. vj. menses, fortasse non speratur rectificatio. Et scias, quòd tortura colli plurimũ nuntiat paralysim, imò multoties portendit apoplexiam. Considera ergo, an associentur ei i [accidẽtia epilepsiæ, & apoplexię,] quare incipe ab euacuatione forti. Quidam autem existimauerunt, quod in patiẽtibus torturam, timetur mors subitanea vsque ad quatuor dies eorum, si autem pertranseunt eos, euadunt, & uidetur quòd sit illud causa epilepsiæ fortis, quam tortura nuntiat.

a B. Alia litera. latere uno.
b B. Alia litera. ita quę est.
c B. attrahit partem secundã ad ipsam.
d B. & quæ dicta.
e † B. faciei.
f B. & ꝙ causa in ipso est, ꝙ latus sanũ incédit vel conatur attrahere eũ, ut æquet ipsum.
g B. casus istius cõmuniter, seu falsitaté sermonis, qui asserit, ꝙ casus huiõi torturæ sit cõis in omnib. torturis, & est qm sensus.
h B. nerui.
i B. antecedẽtia ad epilepsiã, & apoplexiam.

ANNOTATIONES.

Græci affectum de quo hic agitur, κυνικὸν σπάσμον, *caninam scilicet conuulsionem uocant, quòd more canum hi conuellantur, ait Paul. lib. 3. Celsus oris distentionem nuncupat lib. 3. de hoc affectu controuersia est, cũ de morbo, a quo fit, tum de affecta parte. Galenus nanque lib. de loc. aff. 4. in paralysim uidetur perpetuo referre. quod & Paulus loco citato. At author noster a conuulsione quoque procreari existimat. Galenus item ibidem, non eam, quæ peruersa apparet, sed oppositam affici putat, quod & Paulus. & Alexander quoque 2. problem. Hic uerò contra eam putat esse affectam, ut plurimum, quæ peruersa apparet, argumento id ferè (quod ego uideam) probans, quòd in ea, quæ peruersa est, corrumpantur sensus: non in altera, quam Galenus ægram existimat. Addit etiam id ex musculorum faciei anatome deprehendi, sed nihil præterea explicat. Auget rei difficultatem contextus huius obscuritas, ex quo, quid sentiat, vix colligas. Paucis tamen. Nulli primum omnium dubiũ esse existimo, oris distortionem, & ex musculorum conuulsione, & ex eorundem resolutione accidere. id Gal. 3. de loc. aff. & alibi annotauit. Siue autem unum, siue alterum sequatur, musculorum proprius affectus est. ac, si ex conuulsione est, quum in hac musculi ad eorum principia contrahantur, certum est, si in dextro musculo faciei conuulsio incidat, fore vt sinister, contrahente sese dextro, una ad dextram partem contrahatur. atque in hoc casu, id uerè latus, in quod distortio incubuit, affectus est locus. At si paralysim hic affectus sequatur, tunc alia est ratio. nempe resoluta pars concidit, & immota remanet (idcirco enim resolui dicitur, quod iam innatam actionem obire nequeat) at opposita pars (si modò illa resoluta, sicuti sępe solet, pręsertim in facie, oppositus est musculus) quæ sana remanet, non ab agendo desistat; immò fortius trahat, quum contraria particula, quæ huius tractioni antea renitebatur resoluta sit, atque contrarium musculum nihil iam reluctantem in se ipsam adducat, ut si affectus sit dexter musculus, idem in sinistram partẽ vergat, si sinister, in dextrã. Hoc uidetur nobis perspicuum. Quid ergo Auicennas Paulum damnat? Duo præsertim nolle hunc de Pauli sententia putamus, alterum, quòd oris distortio absolute a resolutione fiat: alterum quòd non semper, vt Paulus innuit, quæ ex paralysi fit, læsam partem in sanam adducit. Priorem errorem non prosequitur pluribus. apertum enim id est magis, quàm quod probatione egeat. at posteriorem infirmat, cum ex anatome, tum ꝙ ut plurimum corrumpitur sensus in ea parte, in quam distortio incubuit. quod argumento est partem hanc esse resolutam, non autem, quæ opposita est. Quare oris distortionem*

cap. 18.
cap. 2.
cap. 2.
Probl. 8.
cap. 6.

nem a paralysi (mollificationem appellat) esse eam dicit, quæ quum ad partem inclinat, trahit cum ea alteram, & eius formam immutat, si fortis est resolutio, sin autem leuis est, sola resoluitur. Rogabit quis, quid per fortem & leuem resolutionem intelligit? Quum resolutio fiat tum ex nuda frigida intemperie, tum ex intemperie cum materia, existimo per fortem resolutionem eam, quæ cum materia est, Auicennam intelligere, per leuem uero, quæ a sola est intemperie. quam idem, quum de paralysi ageret, facilem esse curatu dixit, calidorum dumtaxat admotione. Quid ergo tandem hic sibi uult? Quũ oris distortio, quæ ex paralysi fit; alia ex nuda intẽperie proueniat; alia ex intemperie cũ materia, si ex materia fit, non potest resoluta pars in sanam trahi, sed potius sanam, materiæ illius tumorem facientis ratione, in ægram adduci oportet. Limitat ergo Pauli sententiam, qui si resolutionem hic affectus sequatur, læsam partem trahi perpetuo ad sanam partem existimat. Vult nanque hic author, id fieri quod ait Paulus, ubi paralysis lenis est, & absque materia, non tamen si cum materia. id quod quidem quia plerunque accidit: propterea etiam statuit, oris distortionem ex paralysi plurimum fieri tracta sana parte ad ægrotam: non contra, cuius rei argumento est sensus corruptio, quæ plerunque fit in ea, quæ peruersa uidetur, parte, non in altera, contra quam Paulus senserit. Hoc uelle Auicennam existimo. Quod uerò de anatome addit: esse dictum arbitramur, quod, etsi musculi in facie aliqui ad eius latera sunt positi, ut dexter in sinistram partem uergat, & sinister in dextram. aliqui tamen etiam secundum faciei longitudinem siti sunt, et alij sursum, alij deorsum feruntur, de quib. dici non potest, si dexter affectus sit, trahi in sinistrum oportere. Damnat uerò Paulum, non Galenũ, q Galenus etiam de conuulsione meminerit, neque ex proposito, ut Paulus de hoc affectu uspiam locorum egerit.

De signis. *Cap.* 16.

SVnt accidant [a] [inflatio] & sputi emissio ex latere, & non retinetur [b] † [ ] saliua [c] [partis:] & multoties consequitur cum ipsa soda: & proprie in ea, quæ est spasmosa. Cognitio autem, quæ duarum partium fit læsa, est q quum ipsa extenditur, & rectificatur manu, reditus alterius secundum naturam ad figurã suam est facilis. Signa autem in tortura mollificatiua sunt, quoniam motus est debilis; & sensus sunt turbati, & sentit in cute lenitatem, & in lacertis, & neque sentit extensionem, & est palpebra inferior demersa; & uidetur medietas panniculi, qui est super palatum, quod est ex parte illius oculi, mollificata, & humida, laxa, & apparet [d] [quod meditetur homo, & aspiciat ad inferiore.] Et causa in hoc etiam est [e] [communitas] huius panniculi cum panniculo extrinseco uiæ linguæ secante palatum in lõgitudine, & est communicans ei; & est cutis declinans a partibus colli, & elongatur in eis, & difficilis sit reditus ipsius ad eas. Signa autem spasmosæ sunt, quoniam sensus [f] † [ ] sunt turbati secundum plurimum, & cutis extensionem habet, cum qua destruuntur rugæ, & lacerti faciei sunt duri: & minoratur saliua, & sputum secundum plurimum, & est declinatio cutis ad partes colli plus, & reditio eius ab eis fit difficilior. Signa autem eius, quæ est ex spasmo humido, & sicco, sunt ea, per quæ cognoscitur. Et ex signis quidem euentus torturę est, quod homo inuenit dolorẽ in ossibus faciei suę, & stuporẽ in cute sua, & multitudinem saltus eius.

a B. sufflatio. b † B. uentositas neque. c B. etiam ex latere. d B. illud quũ cõprimitur lingua ad inferiora, & ĩspiciatur. e B. cõtinuitas. f † B. non.

De cura. *Cap.* 17.

SOlicitudo est, & intentio, ut non moueatur tortus usque ad iiij. & vij. Et cibetur etiam cum eo, quod subtiliat, sicut aqua ciceris cum oleo. Et non desiccetur cum desiccatione mellis, & pullis colũbarum. Quòd si natura fuerit sicca, moueatur in die secundo cum clysteri vehementis lenitatis, quoniam est conueniens. [a] [Intendere autẽ ad gargarismata in principio, est nocens: & quãdoque attrahit quod est [b] [propinquum, & non resoluit crudum: [c] † [ ] & spasmus in primis fit fortis. & neque facias euacuationem cum debilibus, non sufficientibus, donec digestio aliqua uice fiat. Festinatio autem ad medicinam acutam exsiccat materiam: & [d] [minorat] eam: & desiccat neruos, [e] [& debilitatur operatio medicinæ in ea: imò abstine: & oportet quidem ut cures paralysim, aut spasmum,] sicut scis: secundum quod pertinet. Iam autem expertum est, q si tortus omni die pondus ℥.ij. ex hiera Hermetis bibat per mensem cõtinuum, fortem efficiet impressionem. Quod autem expertum est, ut bibat omni die, est ut ex zingibere, & acoro confectis cũ melle sumat mane & uespere quantitatem nucis. Et oportet, ne abscindatur ab eo aqua mellis. Quidam autem medici Indi dixerunt, quòd ex perfectioribus, quibus tortura medicatur, est ut [f] [approprietur membrum læsum, & caput cũ carne syluestri] elixata: & uidetur quod melior syluestris ad hoc sit lepus, & [g] [althiboa] & uulpis & hirci syluestres, & cerui, & asini syluestres, [h] [& qui sunt minores ataba] absque gazellis, & quę sic procedunt: & ex ijs quæ carne sua non calefaciunt. Et oportet, si sit ægritudo humida, ut ligetur pars, in qua est morbi principium secundum formam naturalem. Si autem est spasmus, incipe primum ab eius lenificatione, deinde ab ipsius resolutione. Quòd si inuenis signa sanguinis, phlebotoma uenam, quæ est sub lingua, & superpone uentosas spondylibus primis absque scalpellatione. Et non est dubium, quin materia torturam faciens [i] [ueniat ex principiis neruorum & lacertorum faciei, & propter hoc diligitur, ut medicinæ rubificantes superponantur spondylibus [k] [ceruicis] & super mandibulam etiam, quoniam plurimi uilli sint uenientes ex eis ad lacertos, qui sunt in facie. Lacerti uerò faciei non sunt ex illa summa: & eorum regimen est purgatio anterioris partis cerebri. Et similiter uaporatio sicca super spondyles, & mandibulam inferiorẽ, & fricatio eius, & fricatio capitis etiam propriè super famem uehementem. Et ex eis etiam quæ iuuant tortum: est assiduatio ablutionis faciei cum aceto, & delinire loca prædicta cum aceto, & propriè quum in ipso coquuntur subtiliatiua, & si est acetum in quo [l] [decocta] est sinapi, est mirabile. Et ut inclinetur super decoctione † secha, & abrotani, & alharmel, & lauri & similia, [m] [et assumantur] sub eo, quę sint sicut tamaricis, & [n] [alhetil.] Quum ergo medicinæ non cõferunt, fiat cauteriũ super uenã, quæ

a B. Festinare. b B. extraneum c † B. propinquum. d B. ingrossat. e B. quare debilitatur uel fit difficilis impressio medicinæ, imo expectatio est conueniens, & oportet ut cures cum curatione paralysis, & spasmi. f B. applicetur membro læso, & capiti caro animalis siluestris. g B. aldabha. h ——B. i B. fit confirmata in. k B. colli. l B. tritum. † absinthij. m B. aut comburantur. n B. alathel.

est post aurem eius;& oportet,vt iniungatur ei vti gargarismo plusquam alijs: & administrentur masticabilia,& propriè acorus, & nux muschata,& pyrethrum,& ex eis quib.in masticatione vtitur,sunt myrobalani nigri,& oportet vt retineatur masticabile in parte læsa. Et sit in domo tenebrosa.Et fiat ei caputpurgium, ex fel lib.gruū o [aut ammoniaco,aut oleo,aut cū†zeboti,aut expressione cannabis,& amaraci,& scille:aut aqua opopanacis] cum oleo de lilio,aut euphorbio quantitatis lentis cum lacte mulieris.Et curetur caput cū eis,quę ipsum purgant: de quib. diximus in canone ægritudinū capitis p [cuiusq;.]Et ex caputpurgijs expertis ei est auellana Indica; & ꝓpriè cortex eius superior: & auricula muris,& expressio cucumeris asinini,& ciclaminis.Et quandoq; miscentur illa cū eis,quę cum sternutatione calefaciunt sicut castoreum, & nigella, & reliqua. Dignius vero, quo fit caputpurgiū,est auricula muris, & quū caputpurgium fit pōdere.drach.ij.ex aqua eius cum danich q [opopanacis,] & media. drach. olei,cōfert,imò sanat in v.dieb. & quandoque præcipiuntur intueri specula, vt sit semp eorū intentio in rectificatione faciei, & specula cōuenientiora eis,quę sunt propria in uidenda facie,& sūt r [illa,quę de chalibe sunt facta.]Infantibus autem, quum aduenit tortura in fine ueris,detur in potu tryphera minor aliquib.dieb, usque ad.vij.dies;& cibus sit,aqua ciceris.

o B. & accipitrū,& leporum, aut sabuc, aut succo canapis, & maioranæ, aut sicle, aut aqua alkebikegi Alia litera.serapini.
† anetho.
p B. ex omni uia seu ex omni parte.
q B.serapini.
r B.alsinie.

De a [saltu] & signis eius. *Cap.* 18.

a B.achtalegi.

SAltus est motus lacertosus,& quandoq; mouetur cum eis cutis,quæ eis adheret. & ipse quidem est ex uentositate grossa inflatiua. Significationes autem, ꝙ ipse sit ex ventositate sunt velocitas resolutionis, & quod nō est nisi in corporib.frigidis,& caussis frigidis, & potibus rerum frigidarum,& sedant eum calefaciētia. b † [ ] Sed significationes,ꝙ ipse sit lacertosus,carnosus,neruosus,sunt quidem, quoniam in parte, quæ est lenis sicut cerebrū, non retinetur uentositas,& similiter in ea,quę est dura sicut os: sed accidit secundum plurimum ei,quod est medium in duritie & lenitate. Et causæ quidem saltus sunt virtus infrigidatiua, & materia humida. Et accidit saltus ex accidentibus animalib.plurimum, & propriè ex gaudio,& multoties accidit ex tristitia & ira,& reliquis: quoniam motus spiritus quandoque resoluit materias in ventositates.Et scias,ꝙ saltus,quum communis est corpori, nuntiat apoplexiam c [&] † euzez. Et quando perseuerat in †hypochōdrijs, nuntiat melācholiam & epilepsiam Et quum perseuerat in facie,nuntiat torturam.Et saltus,qui est sub † scerasif, quandoque significat apostema in uelaminibus, quoniam est de comitantibus ipsum.

b †B.sed significatio ꝙ ipsa sit grossa est ꝙ ipsa nō resoluitur nisi cū commotione membri.
c B. aut.
† tetanum.
† mirach.
† ossibus thoracis.

A N N O T A T I O N E S.

De palpitatione scripsit plura Galenus 2.de symp.can. ex quo ferè hic author: sed vide & eiusdem libellum de palpitatione. Pete & Rasim primo Cont.tr.5.Quod notat hic palpitationem totius corporis apoplexiam significare,desumptum ex Coacis prænot.Hipp. adscriptis uidetur, quum ait,Palpitantes per totum,num etiam uoce intercepta moriuntur?

cap. 2.
cap. præsertim 4.& 5.cap.1.

De cura. *Cap.* 19.

VAporetur cum vaporationibus calefaciētibus.Illud.n.remouet ipsum. Et si non, vtere oleis resolutiuis, incipiendo a debilioribus,& perueni ad illud,quod est fortius:nam remouetur.Et si non,solutiuum in potu da. & assidua post illud a [medicinas calefacientes.] Castoreo quoque cum b [sambaco] inest proprietas in hoc capitulo.Et neque dentur aqua congelata,& vinum multum,& quod inflationem habet,& infrigidationem,& ipsius quidem cura est propinqua curæ ipsius similium. Compleamus ergo sermonem de egritudinibus neruorum hic:et simus contenti ijs, quæ sunt sensuales,& motiuæ,& situales.De apostematibus verò,& solutionibus continuitatis,& reliquis, tardabimus sermonem vsque ad quartum librum,si Deus voluerit.

a B.unctionem membricū medicinis calefacientibus.
b B.zanbach.

Fen tertia de dispositionibus oculorum.

TRACTATVS PRIMVS.

De anatomia oculi. *Cap.* 1.

VIrtus visuum, & materia spiritus visibilis procedit,& penetrat ad oculum, per uiā duorum neruorum concauorum,quos nouisti per anatomiam.Quumque nerui panniculi,qui eis associantur,ad orbitam descendunt, dilatatur extremitas cuiusque eorum, & repletur, & ampliatur ita,quod comprehendit humores,qui sunt in pupilla,quorum medius est glacialis:& ipse quidem est humor clarus, sicut grando: glacialis verò est rotundus, cuius minuit rotunditatem compressio ipsius ab anteriore parte eius,& ipse quidem comprimitur, vt in eo informatio a [cōuenientioris]sit quantitatis:& habeant parua quæ uidentur b [sectionem magnam,] in qua formetur. Et propter hoc eius postremum parumper c [constrictum est,ut ipsius coopertura in corporibus fiat bona,quæ ipsum deglutiunt,& sunt profunda, et dilatata a constricto: vt & ipsa bene cooperiat eum.]& hic quidem humor positus est in medio,quoniam est dignior locis, quæ sunt cum custodia. Sed & post ipsum positus est humor alius adueniens ei ex cerebro,vt nutriat ipsum: inter ipsum enim, et inter sanguinem purum est gradatio.Hic autem humor similis est uitro liquefacto:et color uitri liquefacti est clarus,et declinat ad paruam rubedinem: clarus verò est, quoniam nutrit clarum: paruæ autem est rubedinis, quoniam est ex substātia sanguinis: et ipse non conuertitur ad similitudinē eius, quod nutritur integrè. Et hic quidem humor non d [peruenit ab eo,nisi quia mittit ei sanguinem a cerebro mediante reti:] quare oportet,vt sequatur partem eius,et hic humor e [eleuatur ad] medietatem posterioris partis glacialis vsq; ad maiorem circulum,qui est in ea.In anteriori parte est alius humor similis albugini oui,et nomi-

a R. exuberantioris. Alia litera.eorū quæ sunt maioris quantitatis.
b B.partem conuenientem, seu bonam.
c R.subtiliarum est ut bonus sit eius introitus in corpore deglutiēte,seu apprehendē e ipsum dilatatū & ampliatū a subtili eius,ut bonificetur eius apprehensio,seu eius applicatio ad ipsum comprehēdendum.
d B.est postpositus ab eo, nisi quia est transmissus ex cerebro mediāte retinā.
e B.superequatur uel circuit.

nominatur albugineus: & est sicut superfluitas a substantia glaciali proueniēs: sed superfluitas clari clara est: sed positus est anterius ꝓpter causam antece dentem,& propter causam, quæ est sicut completiua. Causa autem antecedens est, quoniam pars superfluitatis opposita est parti nutrimēti,& causa completiua est, ut gradetur delatio luminis super glaciale,& sit ei sicut clypeus. Amplius extremitas nerui comprehendit uitreum, & glacialem vsq; ad terminū, qui est inter glacialē,& albugineū, & terminus, apud quem peruenit uitreus,est apud coronam, [f][sicut rete comprehendit] venationem, quapropter nominatur retina, & nascitur ex ipsius extremitate tela aranea, ex qua generatur tunica subtilis,cum qua penetrant [g][suturæ]partis secundinę,quam nominabimus.& illa quidē tunica distinguitur inter [h][secundinam]& inter albugineum, ut inter subtile & spissum sit separatorium aliquod, & vt adueniat ei nutrimentum ab anteriore parte ipsius, penetrans ad ipsum a retina,& secundina [i]† [ ]subtilis nō fuit,sicut tela araneę,nisi quia si esset spissa erecta in facie glacialis; non elongaretur,qū accideret ex ea propter suam spissitudinem,uel alterationem eius, [k]† [ ] [l][quod velaret] lumen a glaciali ex uia albuginei. Extremitas autem pāniculi subtilis impletur, & texitur ex venis,sicut secundina,quoniam ipsa facit penetrare nutrimentum secūdum ueritatem. Verum non est necessarium, ut sint omnes partes eius præparatæ ad iuuamentum nutribilis: sed pars postrema,quæ nominantur secundina. Illud autem, quod pertransit illū terminum ad anteriora,inspissatur, & fit tunica usq; ad grossitudinem aliquam,habens colorem cœlestem inter albedinem & nigredinem, ut congreget visum, & ut æquet lumen operatione sua, qua cooperitur visus,apud lassitudinem indigentē tenebris, & compositione luminis & tenebrarum:& ut distinguat inter humores, & inter [m][forte]vehementis duritiei, & fiet sicut mediatrix iusta,& nutriat corneam cum eo,quod aduenit ipsi a secundina: & ipsius quidem comprehensio non completur ab anteriori parte eius, vt non prohibeat aduētum formarum: sed dimittit anteriori parte sui fenestram, & foramen,sicut relinquitur in vua, quando remouetur suspensorium ipsius ab ea, & in illo quidē foramine cadunt aduenientia. Quum ergo cōstringitur,prohibetur visus,& in anteriore parte huius tunicę vualis est rugositas, [n]† [ ] ubi obuiat glaciali,vt sit magis similis raro, leni;& ut minoretur nocumentum tactus eius. Durior verò partium eius est anterior pars eius,ubi obuiat tunicę corneæ durę,& ubi [o][finitur;] vt sit illud quod comprehendit [p][foramine] durius. & foramen quidem est plenum humiditate propter iuuamentum prędictum, & spiritu: quod significat extenuatio, quæ est coram foramine apud propinquitatem mortis. Secundus verò panniculus est [q][strictus] valde, vt sit bona retentio eius, & nominatur postremum ipsius tunica dura: [r]† [ ] & eius anterior pars comprehendit totam pupillam,& fit peruia, vt non prohibeatur visus. Et est propter illud in colore cornu subtiliati, limatione,& abrasione; & nominatur propter illud cornea. [s][Clarior] autem partium eius, est illa,quę est anterior: & secūdum veritatem, sicut composita ex tunicis subtilibus quatuor, quę sunt sicut cortices suppositi,vt si excorticetur vnus eorum,non fiat commune nocumentum:& [t][de ea est, quæ] opponitur foramini, quoniam ille locus est magis indigens fortitudine,& tutela. Tertius verò comprehendit lacertum motus pupillę, & impletur tota carne alba,& pingui,vt leniat oculum,et palpebram: et prohibeat eos exsiccari, et uocatur totū eius coniunctiua. Lacertum autem mouentem oculum iam diximus in anatomia. [u][Palpebræ verò createę] fuerunt, vt expellant quod ad oculum uolat,& descendit ad ipsum de capite, & vt ęquent lumen sua nigredine, et [x][cum eis quidem ponitur quoddam simile panniculo,] qui similatur cartilagini,vt eorum statio super ipsum sit bona,et non cadant propter debilitatem eius,in quo fixi sunt, et vt lacertus aperiēs oculum habeat sustentaculum,sicut os,vt bona fiat eius motio. Partes autem palpebræ sunt [y][coopertorium:] deinde vna duarum tunicarum [z][panniculi:] deinde eius adeps:postea lacertus eius:deinde tunica postrema,et [a][est hęc superior.] Inferiori verò ex partibus deest lacertus,et locus quidē,in cuius scissione est timor, est ex eo,quod sequitur [b][anteriorem]partem eius apud initium lacerti.

f B.comprehensione retis sup.
g B. fila, uel secundū aliā literam ligamenta.
h B.glacialem.
i † B.& facta.
k † B. seu interpositionem.
l B.vt netaret, seu prohiberet.
m B.corneum.
n † B. mollis.
o B.perforatur.
p B.cū foramine.
q B.grossus seu densus.
r † B.& dēsa seu grossa.
s B. Dēsior seu grossior.
t B. præcipuè quæ de ea.
u B. Pili vero palpebrarū creati.
x B. posita est radix eorum pāniculus.
y B.cunctis.
z B.panniculus
a B. hoc quod dictum est, est de palpebra suprema.
b B.superiorē.

ANNOTATIONES,

Oculi anatomen descripsit Galenus.10.de usu part.nec non lib.de oculis,si modo is Gal.est. (cap.1.2. & deinceps.) *Ex quibus locis author noster huc & in librum de animalibus transtulit. Differunt tamen ab hoc et Gal.recentiores anatomici multifariā.* (cap.11.) *quorum historiam studiosi, & quibus maius ocium suppetit,diligentius percurrant. Nunc pauca tantum quædam pluris hac in re momenti annotanda. De neruorum uisoriorum cauitate non assentiuntur Galeno: immo(id quod & superioris ætatis medici aduerterunt) nullam ijs cauitatem inesse ostendunt,quæ sensu dignoscatur. Differt etiā a Gal. Auicennas lib.1.fen 1.doctr.5.summa 3. de eorundem opticorum neruorum intersectione, qua Gal.dextrum neruum ad sinistrum oculum,& sinistrum ad dextrum ferri existimabat.* (cap.2.) *atque huic etiam rei quotidiana experientia astipulatur, ut in posterioribus itidem est annotatum. Sed uidetur & Aristotelis 2.de hist. animal. de principe uidendi instrumento ab alijs differre. nempe qui uidendi actionem pupillæ ascribit,quam Gal.& alij chrystalloidi humori assignant.* (cap.9.) *Sed uerè pupillā philosophus pro chrystalloide desumit, ut ex eodem citato loco planè colligere est. Videtur uero & Gal. sibi ipsi refragari, quum plerunque quidem chrystallinum humorem primarium uidendi instrumentum faciat. libro. tamen 10.de usu part.id arachnoidi tunicæ deferat,quæ chrystalloidi incumbit, quam læuiorem & tersiorem esse ait omni speculo.* (cap.1.) *Auer.quoque.2. Coll. in hac re anceps fuit uisum scribens non plane in hoc aut illo;sed disiunctim uel in arachnoide,uel in crystallino humore consistere. Sed hæc tamen quæstio facile conciliatur.propriè sanè uidendi actio crystalloidis est primaria,nō tamen solius:sed cū arachnoide. Verum de tunicis quoque oculorum magna inter dissectores est rixa,quum alij septē, alij sex, alij quatuor etiam duas tantum esse has uoluerint. Sed uere si a profunda oculi parte incipias, qua cerebro*

bro oculi coniunguntur; primo loco membranula occurrit, quam adnatam seu coniunctam vocant, ex pericraneo exortum ducens: quæ totum oculum cum eiusdem ossibus colligans, & simul mouentes musculos cooperiens, definit vbi nigrum oculi cum albo coniungitur. huic statim, si ad anteriora procedas: secunda, sclirotica videlicet, & dura succedit, ex dura cerebri membrana ortum trahens. quæ totum planè oculum ambiens, in posteriori dura; in anteriori vero parte cornea nuncupatur, & tertiam tunicam constituit. post duram, alteram tenuiorem tunicam conspicere est, ex tenui cerebri membrana progredientem vsque ad anteriora: atque hæc in posteriori parte choroides seu secundina appellatur, in anteriori verò vuea. inter vueam hanc, & corneam antea dictam humor est aqueus, corneam ipsam sustinens, ne in crystallinum humorem collabatur. & in huius, quam vueam tunicam dicunt, medio, foramen est, quod pupillam vocant. Post has alia versus oculi profundum membrana, choroidi contigua est, atque hæc à posteriori parte retiformis nuncupatur, inter se & crystalloidem, humorem uitreum claudens, quo crystallinus nutritur: in anteriori verò arachnoidem constituit, quæ crystalloidi absque medio coniuncta est. ita ut hactenus septem oculorum membranæ sint enumeratæ, adnata, dura, cornea, choroides, vuea, retiformis, arachnea. Ex his, qui sex tantum putant, arachnoidem excludunt. nempe quæ adeo tenuis est, vt visum ferè effugiat; conspicitur tamen ab acuto oculo. Alij etiam reliquam huius tunicæ partem, quæ ad posteriora est, retiformē appellatam excludunt, quòd (Galeno etiam asserente) neque colore, neque substantia membrana sit. atque hoc pacto, quinque tantum tunicæ superessent. Alij quoque coniunctiuam seu adnatam, missam faciunt; quòd non tunica, sed durum quoddam tegmen sit, & musculorum ad oculos ductus. & rursum quatuor duntaxat tunicæ remanent. Alij quoque corneam & scliroticam vnam faciunt, quòd verè vnum circulum tantum constituant. atque ita tres solum tunicæ supersunt. Alij demum duas tantum esse membranas putant. ac prætermissis cæteris, alteram ex dura & cornea constituunt; alteram ex choroide & vuea. Ita ut hoc pacto, & plures, & pauciores oculorum membranæ dici possint, non iniuria. De oculorum anatome, & de uisu, lege Hippocratem lib. de carnibus.

De cognitione dispositionum oculi, & complexionum eius, & sermone uniuersali de ægritudinibus eius.
Cap. 2.

C[1] Ognitio illius esse ex tactu eius, & ex motu eius, & ex venis, & ex figura ipsius, & ex colore eius, & ex quantitate ipsius, & ex operationibus suis proprijs, & ex dispositionibus eius, quòd currit ab eo, & dispositionibus passionū eius. Cognitio autem illius ex tactu eius est, quoniam inuenit eum tactus calidum, aut frigidū, aut durum[a] [aut] siccum, aut lene, [b] [aut] humidum. Sed cognitio illius ex motu eius est, ut consideres an motus ipsius sit leuis; & significabit caliditatem, aut siccitatem, quod tactus discernet ipsius: an sit grauis, & significabit frigiditatem, aut humiditatem. Illius verò cognitio ex venis eius, est, ut cognoscas, an sint grossæ & amplę, & significat illud [c] [humiditatem] eius: & an sint subtiles & strictæ, & significant [d] † [ ] siccitatem eius: aut plenæ, & significāt multitudinem materiei in ipso. Cognitio verò illius ex colore ipsius est, quoniam color significat humorem dominātem proportionalem, scilicet rubeus, & citrinus, & plumbeus, & fuscus. Sed cognitio illius ex figura ipsius est, quoniam bonitas suæ figuræ significat contrarium illius. Dispositio autem magnitudinis eius, & paruitatis ipsius est, secundum quòd dictum est in capite. Illius verò cognitio ex operationibus eius proprijs est, quoniam si ipse uidet [e] [occultum] a longe, & ex propinquo simul, & non lęditur ab eo, quod ad ipsum redit a visibilibus fortibus; est fortis complexionis, & æqualis: & si est debilis uisus, & secundum contrarium illius, tunc in complexione eius, & in creatione est corruptio. & si ipse non est impotens in cōprehendendo propinquum, quamuis sit paruū, & est impotens in cōprehendendo longinquū; tunc spiritus eius est clarus, sanus, paruus: & dicunt medici, quoniam non est sufficiens dilatationi egredieti propter subtilitatē sui: [2] & significāt per illud radium, quem credūt esse de summa spiritus, & quod egreditur, & obuiat uisibili. Et si non est impotens in cōprehendēdo longinquum, & si appropinquat ei illud, quod est paruum, non videt ipsum: & si recedit ab eo secūdum quātitatem longitudinis, uidet ipsum; tunc spiritus eius est multus, conturbatus, non clarus, neque subtilis, imò humidus, & eius cōplexio est humida. Et dicunt medici, quoniam non subtiliatur, neque clarificatur, nisi motu longo: & quando procedit radius in motu, subtiliatur & attenuatur. Et si debilitatur in vtrisque dispositionibus, tūc eius spiritus est paruus, & turbidus. Cognitio autem illius etiam ex dispositione eius, quod ab eo currit, est quoniam si ipse est siccus, & non facit lippitudinem omnino, tunc ipse est siccus. & si facit lippitudinē superfluè, tunc ipse est humidus valde. Ex dispositione autem passionum eius, quoniam si ipse læditur a calore, & sanatur a frigore; tunc ipse habet malitiam complexionis calidæ. & si læditur a contrario; tunc ipse contrarium habet. Et scias quòd medius in omni dispositione harū specierum, est æqualis, nisi superfluus in [f] [dispositione] visus: ipse enim est æqualis. Oculo præterea accidunt omnes species ægritudinū, scilicet materiales, & puræ, & compositæ, & instrumentales, & communes. Et oculo quidem in dispositionibus suis, quę ei accidunt in forma palpitationis, & clausionis, & apertionis, & colore, & lachrymis, adsunt iudicia pendentia ex ægritudinibus acutis: & oportet, ut inquiratur in eis. Amplius ægritudines oculi quandoque sunt propriæ: quādoque sunt cum communitate. Propinquius uero quod ei communicat, est cerebrum, & caput, & uelamina exteriora, & interiora: deinde stomachus. Et omnis ægritudo óculi, quæ fit per communitatem uelaminum exteriorum, est magis salua.

a —— B.
b —— B.
c B. caliditatē.
d † B. frigiditatem eius, & ut cognoscas, an sint uacuæ siccæ, & significāt.
e B. rem occultā seu minimā.
f B. bonitatē.

ANNOTATIONES.

1 *Cognitio illius est &c. Salubres atque insalubres partium singularium notæ ex quatuor fontibus, ijs quæ secundum essentiæ rationem insunt, ijs quæ ex necessitate consequuntur, operationibus, & accidentibus desumuntur, lib. art. med. Ex his ergo capitibus petenda oculorum sana aut morbosa sunt indicia, vt Galenus lib. eodem artis med. Vide & 1. de sympt. causis.* Cap 8. Cap. 23.

Et

Cap.2. 2 *Et significant per illud radium, quem &c. De videndi modo fuit inter antiquissimos etiam philosophos controuersia, quũ alij defluere à visu lumen ac radios, quod Empedocles, Plato, Hipparchus, & Mathematici: alij cõtra à re visa attolli ad oculos simulachrũ, vt Democritus, Leucippus, Epicurus, aly & à visu, & a re uisa defluere quidpiam existimarint, quod Empedocles, radios commiscens simulachris; vnde & simulachri radios nominauit. Ab his tamen omnibus, sicut ijdem inter sese discreparunt, ita & Aristoteles dissentit, & eorum placita reprobauit, præsertim lib. de sens. & sens.* (Cap.8.) *visionem ipse, patiente quidem sensorio fieri existimans, quum sentire quoddam pati esse arbitretur: non tamen exeunte re quapiam uel ex oculo, uel ex re uisa; sed ipso dumtaxat medio a visibili re alterato, & ab eadem formam visui repræsentante. Hunc sequutus vt in cæteris, Alexander Aphrodisæus, cæteras opiniones doctissimè confutauit, partim in Commentarijs libelli de sens. & sens. præsertim verò in paraphra... de anima lib. 2.* (Cap.32.& deinceps.) *Amplexus tamen est Platonis sententiam Galenus & 7. de decret. Hippoc. & Plat. & 10. de usu part. & in libello de oculis part. 2.* (Cap.12. Cap.6. Cap.7.) *Contra quem pugnat Auerr. & in paraph. de sens. & sens. & in 3. coll.* (Cap.38. Cap.5.) *Auicennas noster hoc in loco Gal. sequi videtur. Idẽ tamen 6. natural. parte 3. philosophi sententiam tuetur. Est igitur hoc de videndi modo problema, arduum, atque fortasse inexplicabile, quando inter tantos, & tam multos philosophos rixa est. Quamobrem quid de proposita quæstione sentiendum sit, nostrum non est proferre. Tu vide & loca iam adducta & Platonem in Timæo. nec non Plotinum Enneade. 4. lib. 5. vbi de visu pulcherrimè disserit. His ita pertractatis, rogabit nos quispiam, quum oculis videamus, cuinam oculorum parti hæc ascribenda est actio?* (Cap.5.) *Galenus & in libris de usu par. maximè uerò lib. 8. & in de decr. Hipp. & Plat.* (Cap.9.) *& passim alibi crystallino humori primarium hoc munus ascribit, quod & Arist. 1. de hist. anim.* (Cap.8.) *humorem oculi interiorem, quo videmus, pupillam esse testatus, per pupillam. s. crystalloidem intelligens. At contra Auicennas 6. nat. parte 3. in visorij neruis, quo loco coniunguntur, cernendi sedem arbitratur. nempe, quòd, quum bini oculi sint, ac ad singulos oculos ab eadem conspecta re singuli rady trãsmittantur; nisi ij radij iungantur, quod vnum obiectum est, duplex apparere oporteat. id quod & Galen. 10. de vsu part. fatetur.* (Cap.12.& 14.) *At coniungi binæ illæ species in cristallino humore nequeunt, atque is dũtaxat locus ad hanc rem aptus est, in quo visorij nerui coeunt. Illic ergo & inspectoriam facultatem considere fatendum est. Cæterum, quod ad hãc litem pertinet, quòd crystallinus humor primum sit cernendi instrumentum, non Arist. tantùm & Gal. sed medici ferè omnes testantur. Est enim is in totius oculi medio positus, ita substantia, figura, & qualitatibus a reliquis particulis differens, ut ex Gal. regula, quam ad singularum actionum peculiaria & primaria inuenienda instrumenta tradidit 6. de decret. Hipp. & Plat.* (Cap.8.) *nulli præter ipsum parti hæc vis ascribi debeat. Quamobrem etsi illud primarium uisus instrumentum statuendum est, quo præsertim ipse perficitur. perficitur tamen hic in crystalloide, non in neruis opticis, vt Auicennas sensisse videtur. Atque hi nerui quamuis sese intersecent, & Gal. id ipsum propterea fieri affirmet; ut ne unum visile duplex appareat: uerè tamen nulla efficax ratio esse videtur, qua eius rei gratia coniungi hos neruos oporteat. Si enim ea est particularium sensuum uis, Arist. testimonio 2. de anima. & 4. metaph.* (Text.63. Text.64.) *ut circa obiecta propria non fallantur: quid hac opus est coniunctione, ut ne quod vnum est, multiplex appareat? quod unum profectò est, non nisi unum cerni potest, si non aberret sensus. Ac, si ex ea neruorum coniunctione id assequimur, vt utriusque oculi formæ iungantur; cur, & quæ multa simul conspiciuntur, unum omnia non apparent? Adde, &, quum & binæ alioqui aures & nares nobis insint, cur & horum sensuum obiecta multiplicia omnia non sentiuntur? Sed & huic vsui experientia reluctatur. quum à recentioribus anatomicis deprehensi sint homines, quibus, nunquam per totam uitam de uisu conquestis, ita visorij nerui essent conformati, ut ab ipso planè ortu disiuncti, recta ad crystallinum humorem, dexter quidem ad dextrum, & sinister ad sinistrum, absque ulla prorsus coniunctione porrigerentur. Constat igitur id quod nobis propositũ fuerat, non in opticorum neruorum nexu aspectum fieri. Quòd si quis tamen pro Gal. & Auicenna contendat, coniungi respondere licet rerum formas oportere. à singulis sanè oculis singularum recipi rerum formas: quæ in uisorio neruo coniungantur; non tamen hactenus videndi facultatem in ipsa opticorum intersectione obiri probatum esse: licèt ibidem eam perfici fortè a uero non dissentiat. est enim particulare & proprium uidendi instrumentum crystallinus humor, atque ubi ad hunc uisilium rerum formæ deuenerunt. statim ipsa planè fit uisio; perficitur tamen hæc secundo loco in opticorum sectione; quòd, ubi hucusque uisiles species aduectæ sunt, & quæ multiplicia, distingui, & talia esse cognosci incipiunt, qualia sunt: & hinc sensui statim communi offeruntur; quo, quæ sentimus, sentire nos ipsos cognoscimus. ut lib. de sens. & sens. philosophus docet. Fit ergo in crystallino humore specierum uisibilium receptio, & ipsa planè uisio. sed perficitur deinceps, primo quidem in neruorum mollium intersectione: postea uerò in communis sensus loco: atque ita fortasse horum authorum controuersia sedatur. Confirmare autem hanc solutionem uidetur Auicennas 6. natural: parte quinta. quem locum tu uide.* (cap.8.)

De signis dispositionum oculi. Cap: 3.

SIgna generationis ægritudinis oculi cum cõmunitate cerebri, sunt, ut sint in cerebro quędam significationes nocumentorum suorum prædictæ: nam si mediator fuerint uelamina intrinseca, uidebis læsionem, & dolorem incipere a profundo oculi. Et si fuerit materia calida, inuenies sternutationem, & pruritum in naso. Et si fuerit frigida, senties cursum frigidum. Et raro quidem erit hæc communitas cum malitia complexionis singularis. Quod si fuerit communitas cum uelaminibus extrinsecis, & si fuerit materia eueniens ab eis; sentiet extensionem incipientem in fronte, & uenis extrinsecis: & apparebit nocumentum in eo, quod sequitur palpebram [a] [magnam.] Et si fuerit cum communitate stomachi, erunt signa prędicta in capitulo de communitate cerebri cum stomacho. Et si fuerint illic phantasię causa stomachi, minorabuntur uacuitate, & multiplicabuntur in saturitate. Signa uerò ęgritudinis materialis inquantum est in ipso oculo, sunt, quoniam sanguineam significat grauitas, & rubedo, & lachryma, & inflatio, & exuberatio uenarum, & pulsatio temporum, & conglutinatio, & lippitudo, & caliditas tactus; & proprie quando cum eis associantur signa sanguinea capitis. Phlegmaticam uerò significant grauitas uehemens, & rubedo occulta cum plumbositate quadam, & conglutinatio, & lippitudo, & tumor, & paucitas lachrymarum. Cholericam autem significant punctura, & inflãmatio cum rubedine ad citrinitatẽ tendente, quę nõ est sicut rubedo sanguinea, & subtilitas [b] [sanguinis acuti,] & paruitas cõ-

a B. plus.

b B. lachrymarum acutarum.

glutinationis,& caliditas tactus. Sed melancholicam significant grauitas,& obfuscatio, & paruitas conglutinationis. Complexiones verò puras significat priuatio grauitatis cum exsiccatione,& inuentione significationum,quas prædiximus in capitulo cognitionis. Vnicuique autem ęgritudinum instrumentalium,& communium,adueniet capitulum.

a B. canonibus vniuersalib⁹ curationum.

De [a] *[curationibus uniuersalibus ægritudinum] oculi. Cap.* 4.

CVræ oculi sunt oppositæ ęgritudinibus oculi. Et quoniam ægritudines sunt,aut materiales, aut puræ,aut composite, aut solutio continuitatis;tunc cura oculi,aut ē euacuatio, & ingreditur in ipsam regimen apostematum: aut [b] [regimen] complexionis: aut rectificatio formę,sicut est in egressione: aut consolidatio, & incarnatio. Ab oculo uerò euacuantur materię, aut secundum semitam conuersionis, aut secundum semitam [c] [resolutionis] ab eo. Cōuersio autem ex eo est prima ex corpore si est repletum. Deinde ex cerebro, cum eo quod sciuisti,de mundificatiuis cerebri. Deinde permutatio ab eo per uiā nasi, & per venas propinquas oculo,sicut sunt duę venæ lachrymalium. [d] [Extractio] autem ex eo fit per medicinas educentes lachrymas, Complexionis autem permutatio iuuatur medicinis proprijs etiam. Sed solutio continuitatis in ipso adueniēs, curatur per medicinas,quę habent exsiccationem non plurimam , & quum sunt [e] [cum elongatione] a mordicatione:& tu scies has medicinas ex sermone nostro de ophthalmia, & reliquis ægritudinibus materialibus in oculo. Et oportet , ut scias, quòd in ægritudinibus materialibus in oculo, est necessarium ut administretur minoratio nutrimenti,& acceptio eius quod generat humorem laudabilem,& alienatio omnis vaporosi, & omnis, cuius mala est digestio. Et quum materia procedit ex membro,intende in phlebotomando illud membrū. Et quum materia aduenerit ex velamine extrinseco,administrabis uentosas , & administrabis apocrustica super frontem,ex quorum summa est cortex batheke ad calidam,& calcadis ad frigidam. Venæ autem,quæ phlebotomantur propter oculum,sunt sicut cephalica . Deinde uenæ,quę sunt in partibus capitis. Quæ ergo sūt in anterioribus,sunt magis iuuatiuæ in permutatione facienda ex loco; & quæ sunt posterius sunt magis iuuatiuæ in attractione . Et scias, ꝙ illud,quod accidit in oculo ex materijs,& indiget permutatione eius ab eo ad mēbrum aliud, tunc illud ad quod rectius permutatur , est naris , & illud quum non fuerit in uia effusionis ad oculum:& hęc quidem permutatio non fit, nisi propter caputpurgia,& odoramenta prædicta in locis alijs,ubi diximus doloris capitis regimen. Medicinarum autem oculi alię sunt permutantes complexionem: & sunt aut infrigidātes,sicut succi solatri,& uirgæ pastoris,& aqua endiuiæ,& aqua lactucæ,& aqua ros.& succus, [f] [etiam,] & mucillago psyllij. Et aliæ sunt calefacientes,sicut muscus,& piper,& acorus , & [g] [memirem,]& similia. Et aliæ sunt exsiccatiuę, sicut tutia,& antimonium,& climia. Et de summa earum sunt constrictiuæ,sicut † glaucium, & aloes,& alfeluzaharagi,& crocus,& rosa . Et aliæ sunt lenientes,sicut lac,& fricatio h [lazuli] & albumen oui , & mucillago . Et aliæ sunt maturatiuę,sicut venę, & aqua fœnugræci , & croci,& † sarob,& propriè illud,in quo infunditur panis. Et alię sunt stupefactiuæ, sicut sarcocolla,& aqua fœniculi. Et aliæ sūt stupefactiuę, sicut succus pomorum mandragoræ,& papaueris,& opium. Et scias quod,quando cum ęgritudine oculi fuerit soda,tunc oportet,vt incipias in cura sodæ,& non cures, antequàm ipsam remoueas. Et quum euacuatio, & mundificatio , & regimen conueniens non iuuant,scias quòd tunc in oculo est complexio mala , aut materia mala inuiscata in tunicis , corrumpens nutrimentum penetrans ad ipsum:aut illic est debilitas in cerebro,aut in loco i [ex quo] expelluntur fluxus ad oculum .

b B. ꝑmutatio.
c B. euulsionis.
d B. Emulsio, vel secundū aliā literā. resolutio.
e B. remote.
f B. earum.
g B. memiran.
† sic f. memithe.
h B. Alia litera. amygdalarum.
† defrutum.
Alia litera. i —— B.

ANNOTATIONES.

Si oculi ex humorum affluxu affecti sint, auferri hos necesse est. fit verò id dupliciter,uel diuersione, uel euacuatione ex parte. diuersionem conuersionem uocat euacuationem,resolutionem . Diuersio reuulsionem,& deriuationem amplectitur: quarum prior ad longinqua est , posterior ad propinqua. probat diuersionem magis , quàm euacuationē ex parte,& reuulsionem præfert deriuationi. In deriuatione autem ad nares ex affectis oculis ducit,ut ab Hippocrate propterea discrepare uideatur. qui 6. de uulg. morb. sect. 2. oculorum ait fluxiones,si aliàs conducere uidetur, reuellere ad fauces conuenit. Sed uterque tamen probè docet , fauces enim & nares aptissima sunt suscipiendis excremētis loca,nisi forte in deriuatione ad fauces de thorace verearis,ut hic author li. 1 . fen. 4. & Gal. 2 . in 6. de uulg. morb. adnotauit. ex his tamen tutior deriuatio uidetur,quæ per nares,quàm quæ per fauces , etsi illa hac non paulo difficilior est,nempe quum ipsa non nisi per sternutamenta prouocetur,quæ si leuia,solos ferè spiritus educunt:si fortia,possunt irritato uehementius cerebro,humores alios in affectam partem concitare.

Aphor. 31. com. 31.

De rememoratione conseruationis sanitatis oculi, & eorum,quæ nocent ipsi. Cap. 5.

OPortet in primis,vt ille,qui laborat in cōseruando sanitatem oculi, tueatur eum a puluere,& fumo, & acribus egredientib. ab æqualitate in caliditate,& frigiditate,& a ventis a [crudis & frigidis,& a uenenosis,] & non assiduet intueri rem unam, a qua nō auertatur . Et ex eis,a quibus oportet vt vere custodiatur, est multitudo fletus,& oportet,ut minoretur aspectus in literis vel lineis subtilibus , nisi interdū secundū semitā exercitij: & nō prolongetur sōnus eius super b [collum.] Et scias, ꝙ multiplicatio coitus ē nocibilior res oculo. Et similiter multiplicatio ebrietatis,& impletionis cibi , et etiam somnus super repletionem, & omnes cibi,et potus grossi, et omnia vaporē emittentia ad caput:et de summa corū est omne,quod habet acuitatem,sicut porrum,& hādachocha , et omnia , quæ exsiccant superfluè , de quorum summa est sal multus,et omnia,ex quib. generatur

a B. turbinosis puluerolētis frigidis,& excessiue calidis.
b B. alchasa

tur vapor multus, ſicut caulis,& lẽs;& omnia, quę diximus in areolis medicinarum ſingularium, quæ ſunt proportionata ad hoc, ſunt nocitiua oculo. Et ſcias, ꝙ multitudo vniuſcuiuſque duorum. ſ. ſomni & vigiliarum eſt vehemẽter nocitiua oculo, & magis conueniens ei eſt temperamentum vniuſcuiuſque eorum. Res autẽ, quarum uſus confert oculo,& conſeruat virtutem eius, ſunt ea, quę fiunt ex antimonio, & tutia ſicut ſpecies tutiæ nutritę cũ aqua ſampſuci,& aqua fœniculi,& facere collyrium omni hora ex aqua fęniculi: eſt mirabile, & magni iuuamenti; & c [infrigidatio granati dulcis eſt mirabilis ẽt. & puluis etiam factus] ex granatis vtriſque cum pulpis ſuis decoctis in d [thanor] cum melle, & ſicut ſcies illud in loco ſuo. Ex eis autem, quæ abſtergunt oculum, & acuunt ipſum: eſt ſubmergi in aqua clara, & aperire oculum in ipſa. Rerum autem uiſui nocibilium aliæ ſunt operationes & motus, & aliæ ſunt cibi: & aliæ ſunt diſpoſitiones e [conuerſationis] in cibis. Operationes autẽ & motus ſunt, ſicut omnia, quę exſiccant, ſicut coitus plurimus, & longitudo aſpectus ad luminoſa, & legere ſubtilia ſuperflue: medium enim in eo confert: ſimiliter operatio paruorũ, & ſomnus ſuper repletionem, & cœnam. Imò oportet illum, qui in viſu habet debilitatem, expectare donec digeſtio fiat: deinde dormire. Et omnis repletio nocet ei: & omne, quod exſiccat naturam, nocet. Et omne, quòd ſanguinem turbidat, ſiue ſit de reb. ſalſis, ſiue acutis, ſiue alijs. nocet ei. Et ebrietas nocet ei: vomitus autem confert ei, inquantum mundificat ſtomachum, & nocet ei, inquã tum mouet materias cerebri, & expellit eas ad ipſum, & ſi non fuerit excuſatio, quin fiat: tunc oportet ut fiat poſt cibum, & cum facilitate. Et balneatio nocet ei. Et ſomnus ſuperfluè nocet ei. Et fletus plurimus. Et multitudo phlebotomię, & propriè f [cum uentoſis continuis,] nocet. Cibi verò ſalſi, & g [acres,] & vaporoſi, qui lędunt os ſtomachi, ſunt cepæ, & porri, & allia, & † ocymum comeſta, & oliuę maturæ, & anethum, & caulis, & lens, h [Conuerſio] autem in cibis eſt, vt ita comedantur, ne eorum digeſtio corrumpatur, & multiplicetur ipſorum vaporatio, ſecundum quod in loco ſuo demonſtrabitur: & ego iam perueniam illuc, & tu ſcies illud in tractatibus huius tertij libri.

c B. collyrium granatorum dulcium eſt mirabile etiã, & collyrium factum.
d B. tanur.
e B. regiminis.
f B. uentoſatio nes frequentes, uel continue.
g B. acuti.
† bedarungi.
h B. regimen.

ANNOTATIONES.

cap. 31. *Oculis quæ proſint, & quæ obſint, pulchre Paulus lib. primo proſequitur. ex quo hæc ferè ſumuntur.*

De ophthalmia & conturbatione. Cap. 6.

OPhthalmia alia eſt vera, & alia eſt ei ſimilis, quę nominatur conturbatio, & a [vacillatio, & ipſa calefacit, & humectat,] quum accidit oculo ex cauſis extrinſecis b [facientibus in ipſo bothor,] & rubificantibus eum, ſicut ſole, & ſoda aduſtiua, & ephemera aduſta, & puluere, & fumo, & frigore in quibuſdam horis propter conſtrictionem ipſius, & percuſſionem propter commotionem ab ipſa, & uento procelloſo c [propter ſuam prauitatem.] Illius verò totius impreſſio leuis, eſt aſſociata cauſę, quæ non ita remanet poſt ipſam, ut de ea ſit curandum: & ſi non medicatur, remouetur cũ remotione cauſę multoties; & nominatur gręcè d [taraxis.] quòd ſi cauſa corporea aut extrinſeca e [iuuerit materialem] primam, poſſibile erit tunc, vt velociter permutetur in apoſtema manifeſtum, & verum, ſicut mutantur febres ephemerę in alias febres. Quum autem permutatur, & eſt in principio permutationis, nominatur græce aphrihem. Et de ſpeciebus quidem ophthalmię, eſt, quę ſequitur ſcabiẽ in oculo, cuius cauſa eſt ſcalptura oculi, quę ĩ principio rei procedit curſu conturbationis, & neq; aduenit eius cura, niſi poſt ſcabiei fricationẽ. Ophthalmia verò omnino eſt apoſtema in coniunctiua; & alia quidem eſt, quę eſt apoſtema ſimplex non pertrãſiens terminum, f [& plurimũ quod eſt in ea, eſt venarum exuberatio, & curſus, & dolor.] & alia eſt, quę eſt magna, pertranſiens terminum in magnitudine, in qua ſuperabundat albugo ſuper pupillam, & tegit eam, & prohibet clauſionem, & nominatur chymoſis: & apud nos dicitur alguardeniſi, quę plurimũ accidit infantibus propter multitudinem materierum eorum, & debilitatem oculorum ipſorum. Et ipſa quidem non fit a materia calida tantum, imò & a phlegmatica, & a melancholica. Et quoniã ophthalmia uera eſt apoſtema g † [ ] in pupilla h [ſequens coniunctiuã,] & omne apoſtema, aut eſt a ſanguine, aut cholera, aut phlegmate, aut melancholia, aut ventoſitate, tunc ſimiliter ophthalmię non euacuatur cauſa ab una iſtarum cauſarum: Et quandoque humor apoſtemans generatur in ipſo. Et quandoque eſt aduenìens ei a cerebro ſecundum ſemitam catarrhi per viam uelaminis extrinſeci cooperientis caput, aut per viam velaminis intrinſeci: & omnino a cerebro, et partib. ipſius. Nam, quum in cerebro aggregantur materię plurimę, & repletio, tũc uix euadit oculus, quin ophthalmiam incurrat, niſi fortis fuerit valde. Et quandoque ſunt arterię, quę effundũt ad ipſum ſuperfluitates ſuas, quum ſunt ſuperfluitates in ipſis multiplicatę: ſiue arterię ſint intrinſecę, ſiue extrinſecę. Et quandoque materia nõ eſt eueniens ei a parte cerebri, et capitis, ſed aduenit ei a parte aliorum membrorum, et propriè, quum oculum iam conſecuta eſt malitia complexionis, et debilitauit eum, et fecit ipſum ſuſceptibilem nocumentorum, et eſt, ad quem effunduntur i † [ ] ſuperfluitates. Amplius de ſpeciebus ophthalmię eſt, quę habet periodum, et paroxyſmum ſecundum periodum effuſionis materię, et periodum horę generationis eius. Et k [violentia] quidem doloris in ophthalmia: aut eſt propter humorem mordicatiuum corrodentem tunicas: aut ꝑꝑ humorem plurimum extenſiuum, aut propter vaporem groſſum l [ſecundum raritatem, et] inde eſt raritas in dolore. Et materię quidem illius, ſicut ſciuiſti, aut ſunt ex corpore, aut ex capite ipſo, aut ex venis, quę oculo afferunt materiam malam calidam, aut frigidã. Et quandoq; ſunt in oculo ipſo, et illud ſi accidat tunicis oculi corruptio complexionis propter humorẽ retentum in eis, aut ophthalmiã m [venientẽ] ſuper

a B. turbulẽtia, & ipſa eſt calefactio, & humectatio.
b B. agitantibus ipſum.
Alia litera. c—B.
d B. tharachſis.
e B. Alia litera, inuenerit fortificans cauſam primitiuam.
f B. Alia litera, apparationis, ſeu exuberationis uenarum, & curſus, & doloris.
g † B. Alia litera non.
h B. imo in coniunctiua.
i † B. ille.
k B. uehementi
l B. aut propter uaporem groſſum, & ſecundũ raritatem in illo Alia litera. & ſecundũ uariationem in illo, tũc eſt uariatio in dolore.
m B. prolongatam.

super eas, & conuertat totum, quod aduenit ei de nutrimento, ad corruptionem. Et ille, cuiuscunque sunt oculi exterius prominentes, est susceptibilior magnitudinis ophthalmiç, & [n][fortioris] eius propter humiditatem ipsorum oculorum, & apertionem pororum ipsorum. Et quandoque quidem multiplicantur lachrymç frigidæ in speciebus ophthalmiæ, propter priuationem digestionis: & multoties resoluitur ophthalmia cum solutione naturæ. Et scias, quòd malitia ophthalmiç est secundum qualitatem materiæ, & magnitudo eius, secundum quantitatem ipsius. Et scias, quod in regionibus meridianis multiplicatur ophthalmia, & remouetur velociter. Sed aduentus eius in ipsis plurimum est propter cursum materierum eorum, & multitudinem vaporum earum. Sanitas verò eius in ipsis uelox est propter raritatem pororum membrorum eorum, & solutionem naturarum ipsorũ. Quod si subito superueniat eis frigus, fit difficilis ipsorum ophthalmia, [o] [& prohibet humorem eius a cursu.] In regionib. aũt frigidis, & temporib. frigidis minoratur ophthalmia: sed est praua, & paucitas quidem eius in eis est pp quietem humorum in ipsis, & cõgelationem eorũ. eius uerò prauitas est, quoniam, quando comprehẽduntur in membro, non resoluũtur uelociter propter coarctationem meatuum; quare extenduntur magnificè, donec accidat, ut ex eis findatur † panniculus. Quumque prçcedit hyems septentrionalis, & sequitur ipsam uer meridionale pluuiosũ, & æstas [p] [pluuiosa,] multiplicatur ophthalmia. & similiter quãdo hyems est calida & meridiana, replet corpus humiditatib. & deinde sequitur eam ver septentrionale: tunc constringit eos. Et çstas quidẽ borealis multiplicat ophthalmiam, & propriè post hyemem meridianã. & quandoque multiplicatur ẽt in æstate, cuius uer fuit meridianum, & sicca hyems, & septentrionalis. Et tu quidem [q] [considera] corpora dura [r] [secundum] regiones septentrionales, & corpora lenia, & rara [s] [secundum] meridionales regiones. Et sicut regiones calidę faciũt ophthalmiam, similiter balneum ualde calidũ, quãdo homo ipsum ingreditur, proculdubio facit ophthalmiam. Et scias, quod quando adest ophthalmia, & oculi [t] [dispositio mutatur continens] cum cura recta, & purgatione ultima: tunc causa eius est materia retẽta in oculo corrumpens nutrimentum, & catarrhus ex cerebro, & capite, secundum quòd declarauimus in illis, quæ sunt præmissa.

n B. eminentiæ Alia litera sanitatis.

o B. propterea ꝙ aduenit ei res ab extra occurrẽs, & prohibẽs motũ cursu humoris tepidi, seu calidi.

† siphac.

p B. habẽs aerẽ turbidũ calidũ.

q B. compara.
r B. ad.
s B. ad.

t B. alteratio perseuerat.

A N N O T A T I O N E S.

Ophthalmiam Latini lippitudinem uocant. De hac dubitatio est, qui affectus sit, & cuius particulæ. Gal. & 4. de comp. med. per loca, & 2. ad Glauc. inflammationem esse ait tunicæ oculi adnatæ. ita ut eius sententia affectus inflammatio sit: locus uerò affectus, tunica quæ adnata nuncupatur. At contra author introductorij ophthalmiam ab oculi inflammatione distinguit. atque idem hunc, totius esse oculi, non unius tunicæ affectum, testatur. Soluitur. Inter lippitudinem, & inflammationem author introductorij non aliam differentiam statuit, quam maioris & minoris: nempe lippitudinem eam esse scribens, qua album rubescit, & palpebræ attolluntur, ac cum dolore conniuent, ægreque manus ad motas ferunt. Inflammationem uerò, in qua & oculorum rubor intenditur, & palpebræ magis attolluntur, ut non nisi magno negotio queant suspicere. patet autem ex his lippitudinem seu ophthalmiam nihil esse, eiusdem etiam authoris testimonio, quam leuiorem inflammationem, atque ita Gal. probè ophthalmiam inflammationem esse scriptum reliquisse. De affecto autem loco res ita habet. Galenus, ut diximus, passim adnatæ tunicæ hunc morbum ascribit, id quod & author libelli de oculis part. 4. & 6. dici tamen totius oculi affectus potest, quòd etsi initium in adnata tunica est, per consensum tamen affluentibus cum magna ophthalmia humoribus, totum planè oculum exercet, & eius actiones offendit. ita ut uerè nulla de lippitudinis uel affectu, uel affecto loco controuersia sit. Sane Auicennas ophthalmiam in species secat, pro qua re pete libellum de oculis part. 4. neque enim Gal. 4. de comp. med. per loc. ubi de ophthalmia ex proposito agit, quidquam de his meminit. De huius causis uide eundem libellum de oculis part. 6. necnon Hipp. li. de loc. in homine. At de differentijs, quum aliam periodicam esse lippitudinem ait, aliam non periodicam, pete Galenum 2. de diff. feb. Cui adde & eam differentiam de qua Gal. 3. aph. quam lippitudinem in tabidam & non tabidã distinguit. Quæ de anni constitutione, regione & ætate meminit, pete ex Hipp. 3. aph. & lib. de loc. aere & aqu. Adi etiam Alexandrum 2. problem. ubi rationem inuestigat, cur lippitudo pestem magna ex parte antecedat. Perpende & id quod hic de ophthalmicorũ lachrymis notat, quũ, ait frigidas quandoque lachrymas exuberare ob coctionis priuationem: qua in re Arist. uidetur aduersari, qui 31. sect. problem. lachrymas, non quandoque, (ut hic author: per hanc uocem significans, etiam calidas nonnunquam effluere) sed semper in lippitudine frigidas emitti innuit, contra ac in ijs eueniat, quas mærendo emittimus.

cap. 2. cap. 1.

cap. 15.

cap. 8. cap. 5.

cap. 2.

cap. 3.

cap. 11. Com. 16

aphor. 12. 13. 14
cap. 6.
Probl. 39. & 104

Probl. 24.

Signa. *Cap.* 7.

Scias ꝙ dolores, qui in oculo cõtingunt, alij sunt mordicatiui, [a] [& alij] corrosiui, & alij extensiui, & mordicatiui quidem significant corruptionem qualitatis materię, & acuitatem ipsius: & extensiui significant multitudinẽ eius aut ventositatem. Et ophthalmia velocioris status est, in qua lachrymæ magis currunt, & quæ acutiorẽ habent mordicationem, & tardioris est, quę est magis sicca. Et lippitudo quidem est significatio vera maturatiõis, aut grossitiei materiei. Lippitudo nanque, quę est velox cum leuitate accidentiũ, excepta grauitate oculi, est significatiua grossitudinis materiei. & illa, cui associatur maturatio, & cum qua est oculi [b] [exsiccatio] in initio parumper, et resoluitur velociter, est laudabilis. et illa, cuius granum est paruum, [c] [raro] est significatiua oculi bonitatis. Paruitas autem grani, maturationis significat tarditatem. Quumque palpebrę conglutinari incipiunt, tunc iam maturationis adest propinquitas: sicut dum perseuerat cursus aquosus, est initium adhuc. Post hoc autem dicamus, ꝙ conturbatio cognoscitur leuitate sui, & causa sui, & d [quantitate apostematis primitiui.] Et ophthalmiam quidem, quæ est cum communitate capitis, significat soda et grauitas capitis. Nam si uia fluxus a cerebro ad oculum non est nisi per velamen extrinsecum cooperiẽs caput: frons est extensa, & uenæ exteriores sunt

a — B.

b B. lenitas.

c B. minus.

d B. priuatione causæ materialis. Alia litera. priuatione apostematis eminentis seu apparentis.

ſunt plenę: & ſimiliter inflatio incipit uenire ad palpebram,& in fronte ſunt rubedo,& pulſatio,& ſi eſt per uelamen intrinſecum,non apparet illud,& apparet ſternutatio, & pruritus ĩ naſo & palato. Et ſi eſt cum communitate ſtomachi,aſſociatur ei nauſea,& conturbatio, & ſignum illius eſt humor in ſtomacho. Sanguineam uerò ophthalmiam ſignificant color oculi,& exuberatio venarum.& pulſatio temporum, & reliqua ſigna ſanguinis in partibus cerebri,& quod non lachrymatur plurimum,ſed lippitudinem patitur,& cõglutinatur apud sõnum. Cholericã autem ſignificat punctura uehemens,& dolor aduſtiuus, & inflammatiuus uehementer,& rubedo parua,& lachrymæ ſubtiles acutę,& quandoque exulcerat,& quandoque euacuatur a lachrymis, [e] [ſicut eſt euacuatio ſanguineæ,] & non conglutinantur apud ſomnum. & huius quidem generis eſt quædã, quæ eſt rubedo aduenìens oculo, & eſt de ſumma [f] [complexionum peſſimarum,]& quandoque cauterizat oculum,& exulcerat ipſum, faciens exulcerationem motiuam, & ambulatiuam. Ophthalmiæ præterea cholericę eſt genus prurituum,& exſiccatiuum cum paruitate rubedinis,& paruitate lippitudinis, & non apparet apoſtemati ipſius quantitas, de qua ſit curandum,neque curſus: & eſt ex materia parua acuta. Sed phlegmaticam ſignificant grauitas uehemens,& caliditas parua,& rubedo debilis:imò in ea vincens eſt albedo: & ſunt lippitudo,& conglutinatio apud ſomnum,& eſt cũ inflatione,& communicant ei facies,& color. Quod ſi eius principium eſt ſtomachus: aſſociatur ei nauſea.& phlegmatica quidem quandoque conſequitur hoc,vt in ipſa excreſcat cõiunctiua ſuper nigrum propter magnitudinẽ apoſtematis; veruntamen non eſt manifeſtæ rubedinis,neque vehementis:neque ſunt cum ea lachrymæ,ſed lippitudo.Melancholicam verò ſignificant grauitas cum offuſcatione, & exſiccatio,& perſeuerantia, & paruitas conglutinationis. Cum uentoſa autem eſt extenſio tantum ſine grauitate,& neque eſt curſus:& quandoque rubedinem facit euenire extenſio.

e B. euacuatiõe ophthalmiæ sã guineæ.

f B. vlcerum perniciosorum.

ANNOTATIONES.

Lippitudinis notas deſcribit.pro qua re uide Gal.lib.2. de tot.morb.temp.& 2.in 1.de uulg.morb. Vide & Raſim 2.Cont.tr.2.ſed præſertim Celſum lib.6.ubi huius affectus notas,& quid euenturum ſit,pulchre ſcribit.

cap.3. com.6. cap.6.

Cura conturbationis. Cap. 8.

IN cura conturbationis & [a] [ophthalmiæ leuis,quę curſu eius procedit] quandoque cauſæ ſufficit abſciſſio,ſ.ſi fuerit cauſa iuuatiua a repletione ſanguinis, aut alterius, cum euacuatione. & quandoque ſufficit ſedatio motus eius & diſtillatio lactis, aut albuginis oui, aut alterius rei in ipſo. Et ſi conturbatio fuerit ex percuſſione, diſtilletur in oculũ ſanguis columbę calidus, aut alterius, aut ex ſanguine ſui ipſius. & quandoque ſufficit euaporare ipſum cum ſpongia, aut lana infuſa in oleo roſ. & decoctione lactis,aut decoctione lentis, aut diſtilletur in ipſum lac mulieris ex mammilla calidum:quòd ſi illud non confert,tunc decoctio fœnugræci & ſief alb. Illi uero, quę ex frigore accidit,confert balneum,ſi non fuerit factum apoſtema [b] † [ ] & non fuerint caput & corpus repleta:& cõfert ei uaporatio cum decoctione chamæmillę, & vinum ſubtile poſt tres horas a cibo: & ſomnus lõgus poſt vinum eſt ex curis iuuãtibus,ſiue ſit ex ſole,aut frigore,aut aliis. Et ophthalmia quidem, cuius cauſa eſt ſcabies,& eſt leuis, fricetur ſcabies in primis,deinde curetur ophthalmia: & quandoque remouetur poſt fricationem ſcabiei per ſeipſam.Quod ſi magna fuerit, nõ tolerans [c] [propinquitatem præparationis] fricationis,adminiſtrentur ſubtiliatio, & lenificatio,& mundificatio: ita vt fiat ophthalmia obediens,& toleret [d] [inter ſe uicinitatem,] & inter regimen [e] [mundificationis] fricationis.

a B. illius quod currit curſu ophthalmiæ leuis.

b † B. ophthalmicum.

c B. approximationẽ regiminis

d B. approximationem inter ſe.

e ——B.

ANNOTATIONES.

Oculi perturbatio leuis eſt inflammatio. Author noſter hanc ait facile curari, nempe cauſæ ablatione ſi extrinſeca,& ſanguinis uel peccantis humoris euacuatione,ſi intrinſeca.Gal.tamen libello de rem.par. facil. ſatis ſuperq; reprimi ſcribit fotu oculorum ex poſca: ſi calidæ ſint: & uino albo diluto,ſi frigidæ.neque uel ſanguinis uel alterius humoris euacuationem proponit. Id ferè & Celſus lib. 6. oculi docens inflammationem,ſi modica ſit, neque ſectione uenæ, neque purgatione egere, ſed ſola quiete & abſtinentia.Paulus quoque lib.3.curari has ait parciori cibo,aquę potu,aut inambulatione,& aluo ex facili reſpondente.Tutior tamen uidetur noſtri authoris ſententia eſſe. Meminit hic de columbarum ſanguine quem inſtillari in oculũ præcipit,ſi perturbatio ex percuſſione oculi ſit, id quod & Gal.4.de comp.med.per loc. & author libri de oculis in affectu,quem is petiam uocat,Paulus uerò emphyſema uel hypoſphaſma, & Latini ſuggillationem dixerunt, ubi ex arteriis, aut uenis in adnatam oculi membranam ſanguis fluxerit,quod & Paulus fere lib.3. At Celſus lib. 6. ſanguinem hyrundinis primo admouet, poſt uerò columbarum. Vide Galenum quinto de compoſit. med. per loca.

cap. 10.

cap.6.

cap.22.

cap.8.

cap.22. cap.6.

cap.1.

De cura communi ſpecierum ophthalmiæ,& effuſione fluxuum ad oculum. Cap. 9.

CAnon communis in regimine ophthalmiæ materialis,& reliquarum ægritudinum oculi materialium,eſt minoratio cibi, & ipſius [a] [exſiccatio,] & electio eius,quod generat humorem laudabilem: et alienatio omnis vaporoſi: et alienatio omnis rei, quę eſt malæ digeſtionis, et alienatio coitus & motus,et [b] [applaudationis, quę eſt a uino,] et alienatio comeſtionis acetoſi,et ſalſi, et acuti, et aſſiduatio lenitatis naturæ. Et phlebotomia ex cephalica eſt conueniens omnibus ſpeciebus eius.Et oportet quidem,ut uiſus patientis ophthalmiã non cadat ſuper albedinem,et ſup radios: imò ſit,quod ſubſternitur ei, et quo ipſe circundatur,nigrum & viride:& ſuper faciem eius ſuſpendatur pannus penitus niger apparens oculo eius. et niger quidem ſit in diſpoſitione ægritudinis;et cæleſtis in diſpoſitione ſanitatis. et oportet,ut ſit domus,in qua habitat, ad tenebroſitatem

a B. alleuiatio. Alia litera ſubtiliatio.

b B. Inunctionis capitis uini.

brositatem declinans. Et oportet, vt ad ipsum attrahatur somnus: est enim medicamen bonũ. Et expedit ne pili permittantur prolõgari: quoniã valde sunt nociui ophthalmię, nisi fuerint [c] [pili in radice soluti.] Illud enim confert, in quantum exsiccant humiditates attrahẽdo ad nutrimentum eorum. Et quum corpus est mũdum, & humor faciens ophthalmiam est effusus in venis; & ex genere sanguinis grossi, & ꝓprie in fine ophthalmiæ, tunc balneationis impressio in subtiliando materiam, & potus vini puri ad [d] [repellendum ipsam, &] euacuãdũ, sunt iuuantes. Et balneũ quidem post euacuationem est melius medicamẽ ad ophthalmiã: & propriè si fuerit vaporatio sedans dolorẽ. Et ex eis, quibus oportet regimen esse in ophthalmia, & reliquis ægritudinibus oculi materialibus, est eleuatio puluinaris, & cautela descensionis eius. Et oportet, vt ex toto elongetur oleum a capite patiẽtis ophthalmiam; quoniam ipsum est magis vehementis nocumenti, & distillatio olei, & [e] † [ ] sit oleũ ros. in aurem, est valde magni nocumenti. Et quandoque magnificat ophthalmiam adeo, vt stringat tunicas. Quòd si fuerit materia procedens ex membro; tunc oportebit ut euacuetur membrum illud, & trahatur ad cõtrarium partis cum qualibet re, scilicet clystere, aut phlebotomia, & alia. Et fortasse non sufficit phlebotomia, ex cephalica: & est necessaria phlebotomia arteriæ temporis, & auris, ad abscindendum viam, per quam aduenit materia; & illud quando materia aduenit oculo per arterias extrinsecas. Quumq; uoluntas adest incidendi [f] [arteriam] capitis: oportet ut radatur caput, & consideretur, quæ illarum paruarum arteriarũ sit magis pulsans, & maior, & calidior, & incidatur, & perueniatur ad finẽ in eius extractione, si est ex eis, quę inciduntur: & sunt paruæ, non magnæ. Et quando inciditur illa, quæ est super tempus; oportet ut ligetur in primis, deinde abscindatur postquam eligit illud, cuius præterijt rememoratio. s. vt sit post euacuationem: & abscindatur maior minorum, & calidior earum: & oportet ante incisionem, ut [g] [stringatur,] quod est in ea inferius cum filo sericino [h] [in longitudine:] & dimittatur ligatura in ipsa: deinde incidatur, quod est post ipsam. Et quũ putrefit, licet ut auferatur [i] [strictura:] & ipsa quidem est necessaria in ea, quę est [k] [maxima.] In parua uerò, sufficit vt profundè scarificetur, quatenus currat, quod in eis est de sanguine. [l] [Illud enim quandoque proximum est iuuamento uentosarum in nocra, & positioni] sanguisugarum super frontem. Et quando non sufficit illud, quod fit, fiat phlebotomia ex lachrymali angulo, & ex vena frõtis; quum tamen uentosę nocræ sint ultimi iuuamẽti. Quumque prolongatur ægritudo, administrentur sief, in quibus ponuntur ęs vstum, & atramentum ustum, & quandoque sufficit facere † collyrium ex aloe solo: & quum prolongatur ophthalmia, & nõ iuuatur ab aliquo, tunc scias quòd ĩ tunicis oculi est materia mala, corrumpens nutrimentum superueniẽs ei: quare [m] [recedens, confuge] ad aliquid, quod sit sicut abluta tutia, permista lenitiuis, sicut cerusa, & climia aurea abluta, & amylo, & pauco gummi. Et quandoque cauterium super uerticem est necessarium, ut retineatur catarrhus. Quandoque enim eius perseuerantia est propter perseuerantiam catarrhi. Quum autem initium est ex uelaminibus intrinsecis, tunc cura est difficilis, nisi fit [n] [eius resolutio secundum] euacuantia fortia, cum administratione emplastrorum confortantium caput, cognitorum ad hanc rem: sicut est emplastrum factum de spica, & rosa, & acatia cum aqua coriandri humidi, & ipso coriandro humido, & sicco, cum pauco croco, dimissum super locum vna hora, aut duabus, deinde remoueatur, & quandoque administrantur in ea glutinatiua, & [o] [commensuratiua materierum acutarum.] Et genera lactis sunt ex summa eorum. Et non est cõueniens: vt dimittatur distillatio eius in oculo tempore longo, imò oportet vt remoueatur, & renouetur omni hora. Et de eis est albugo oui: & non est necessarium in ipsa ut [p] [remoueatur:] imò si dimittatur horis aliquibus, non nocet, & est laudabilior in hoc lacte, & si sit lac magis abstersiuum: & albumen quidem oui aggregat cum lenificatione, et applanatione sua, si non adhęserit, & non strinxerit poros. Et decoctio fœnugræci aggregat cum lenificatione sua, & maturatione sua, vt faciat planum, & sedet dolorem; & oleum ros. est huius generis. Et penitus oportet, ut non sit in medicina administrata in oculo, et propriè ĩ ophthalmia, asperitas, neque qualitas saporis [q] † [ ] acetosi, aut acuti, et oportet quidem ut conteratur valde: quatenus ipsius remoueatur asperitas. et quanto plus tibi est possibile, ut [r] [sis cõtentus insipidis odore] priuatis: nam illud est bonũ. Interdum verò administrantur caputpurgia [s] [mundificatiua,] et quæ eorum cursu procedunt, existentia ex eis, quæ per nares materiei partem extrahunt, et de quibus tunc non timetur, quòd ad oculum aliam trahant materiam. Gargarismata quoque quandoq; administrantur in ea. Et de medicamentis quidem iuuatiuis, est vaporatio ex aquis tepidis cum spongia, et lana. Et quandoque administratio semel facta, aut bis, satis sufficit, et quandoque est necessarium ut plurimum iteretur secundum fortitudinẽ ophthalmiæ, & eius debilitatem. Quũque in aqua, qua fit vaporatio meliloti, et fœnugræci, fuerit decoctio, erit ultima in conferendo. Interdum præterea super frontem liniuntur apocrustica: et propriè quum uia effusionis materiei, est velamẽ extrinsecum. Et hęc quidem apocrustica, sunt sicut cortices † bathke propriè et sicut sief memithe, et sicut feluzaha ragi, et aloes, et semen ros. et crocus, et sarcocolla, et quæ sunt sicut aqua solatri, et aqua virgę pastoris, et similiter [t] [ramnus] & sauic hordei. et solatrum, et cydonium. Quod si superfluitas fuerit uehementis caliditatis, et tenuitatis, administrentur epithemata vehementis stypticitatis: sicut de gallis; et balaustijs, & tribulis. et emplastrum ex eis [u] [cursibus fluxum] adhibitum habet maximam efficaciam; et hoc quidem quum materia fuerit calida. Sed si fuerit, frigida, tunc fiant ex eis, quæ exsiccant,

c B. capilli mer selan in radice.

d B. commotionẽ ipsius, & ad expellendũ seu ad.

e † B. sic.

f B. istas arterias

g B. ligetur.

h B. ligatura lõga.

i B. ligatura.

k B. maior.

l B. Et quandoque est, illi proxima in iuuamẽto uẽtosatio nocræ, & positio.

† alcohol.

m B. recurre.

n B. radix, seu fundamentũ curationis eius i super.

o B. contemperantia materias acutas.

p B. Alia litera. renouetur.

q † B. sic n, aut.

r B. intẽdas cũ calefacientib. sapore.

s B. ex ficla. Alia litera. lenientia.

† melonis Indi, glaucium, & capitolium.

t B. alhausegi, vel hausegi.

u B. superuiũ fluuium.

cant, & constringunt, & confortant membrum cum calefactione, sicut epithema ex sambuco, & sulphure: & † nitro. Et oportet quidem, vt oculus assidue mundificetur a lippitudine ex lacte distillato in ipsum, & laua ipsum x † [ ] albumine oui. Quod si tactus fuerit necessarius, oportebit, ut sit cũ facilitate. Et oportet, si fuerit ophthalmia vehemens, ut fiat phlebotomia vsque quo timeatur lipothymia. sanguinis nanque emissio plurimi sanat in hora. Et oportet inquantum possibile est, vt retardetur in ophthalmia collyriorum administratio vsque ad tres dies; & sufficiat segimen predictum ex euacuationibus, & attractione materierum ad extrema: & y [in hora quam diximus locorum, & dispositionum.] Deinde si post illud administretur collyrium, non erit malum: plerunque enim sanatur ophthalmia his rebus absque cura alia. Naturę verò lenitas est res, quę est necessaria, imò etiam necessarium ut solutione educatur humor dominãs sanguini post phlebotomiam. Et in vaporatione quidem nõ existit bonitas ante mundificationem, neque in balneo. Et quandoque fit illud causa attrahendi materiam plurimam, z [cooperientem] tunicas oculi. Et oportet, ut in principio non administrentur inspissatiua fortia, & quę sunt vehementer styptica: quoniam inspissant tunicas, & prohibent resolutionem, & magnificant dolorem, & proprie quum dolor fuerit fortis. Et ea etiam, quæ debiliter cõstringunt in principio, non sufficiunt ad prohibendam materiã, & nocent propter inspissationem tunicarum, & cõstringunt materiam in eis, quòd si aliquid horum contingeret, succurre cum vaporatione ex aqua calida semper, & solum collyrium album dissolutum in aqua meliloti est conueniens: fortius nanque illo cum repletione capitis quandoque est ei nociuum. Resolutiua uerò in principio ophthalmiæ vehementer deuita. Et plerunque est necessaria post ista styptica, & proprie quando eis narcotica sunt admista, distillatio aquæ zucchari, & aquæ mellis in oculo. Quod si prouenit ex istis commotio ægritudinis, infrigidabis eam, cum eo, in quo non sit inspissatio ad succurrendum ei. & oportet ut intendas a † [ ] ante hoc ad mundificationem lippitudinis cum facilitate, & non noceas oculo; in lippitudinis nanque mundificatione est doloris alleuiatio, & abstersio oculi: & medicinis adest possibilitas operandi. Et quãdoque doloris vehementia, facit necessariam stupefacientium adhibitionem: sicut succi pomorum mandragoræ, & lactucę, & papaueris, & b [aliquantulę aquę sumach. expelle ergo illa, quantum potes.] quòd si aliquid eorum administras propter necessitatem: administra ipsum secundum cautelam. & si possibile est tibi vt sis contentus cum albumine oui conquassati cum aqua, in qua papauer sit decoctum: fac, & fortasse oportebit, vt ponas cum eo fœnugræcum, vt iuuet ad sedandum dolorem ex parte resolutionis, & resoluat etiam, & remoueat nocumentum stupefactionis. quod si materia est subtilis, & corrosiua, non est malum apud me vti opio, & stupefactiuis: ipsum nanque est sanans eam, & non succedit dolor: quamuis oportcat credere, quòd inquantum visui nocet, est malum. verum c † [ ] opio d † [ ] in doloribus a materia corrosiua prouenientibus e † [ ] non est malum apud me vti. Ipsum enim sanat celeriter. Et cura quidem mordicationis est ex conglutinatiuis, & infrigidatiuis, & subtiliatiuis. Et cura extensionis est cum mollificatione oculi, & resolutione per ea, quorum vnumquodque diximus in loco suo, & permutatione materiei. Quum autem ægritudo fit chronica, tunc est phlebotomia facienda ex lachrymalibus, & phlebotomandæ sunt ambæ arterię, quæ sunt post aures. Et oportet vt patiens ophthalmiam, & patientes rheumatismos ad oculos, deuitent, quemadmodum multoties diximus inunctionem capitis, & distillationem alicuius olei in aurem. Et penitus cura ophthalmię, est sicut cura reliquorum apostematum, ex repercussione primo, & resolutione secundo: veruntamen exigitur propter membrum ipsum superflua facilitas: & est, ut illud, quod repellit, & repercutit, & subtiliat, & quod resoluit, & abstergit, non sit laboriosi tactus, lædens sensum, faciens euenire asperitatem. Et illud quidem non completur, nisi sit stypticitas eius, qđ refrenat temperata, et mordicatio eius, quod resoluit, leuis, parua: imò est melius, ut sit in illo exsiccatio sine mordicatione, & ut violentia laboris eius frangatur per illud, quod eis admiscetur de eis, quæ sunt sicut albumen oui, & lac mulieris mulctum super confricationem collyrij, quo fit alcohol. Quum autem materia iam est euacuata, & dolor non est in summo laboris, administra collyrium nominatum vnius diei, commistum cum eo, quod sit sicut vitellus oui, & neque est longinquum, quin sanetur infirmus in die suo, & ingrediatur balneum in f [sequenti.] sitque illud, quod sufficit ad resoluendum residuum materiei sicut est collyrium de spica. Et quandoque hora facit necessarium, ut g [facias ipsum odorare de collyrio alistiptatan] in die primo rem modicam, & addas in die secundo de eo, & erit cum eo salus: quumque materia h [fit praua in ophthalmiam antecedente] ad dissoluendum, tunc forsitan est necessarium aliquid, quod sit simile succo cucumeris asinini.

† baurach.

x † B. aut cum.

y B. assiduet, quod diximus ex locis, & dispositionibus.

z B. disrumpentem.

a † B. sicut diximus.

b B. aliquid ex sumach, & prætermittantur illa quantũ est tibi possibile.

c † B. vti.

d † B. & stupefactiuis.

e † B. propter causam permanentem.

f B. sero.

g B. in ipso administres sief ex sief alipstithan.

h B. inobediens fuerit in ophtalmia antiqua.

ANNOTATIONES.

1 *De ophthalmiæ curatione egit Gal. 4. de comp. med. per loca. & libello de oculis plenè, partic. 6. nec non lib. de remed. paratu facilib. Scripsit de eadem re Celsus elegantissimè lib. 6. & Paulus lib. 3. Vide & 13. meth. & Hippocratis libellum de uisu: præsertim uerò 6. aph. ubi breuissimis uerbis ophthalmiæ curationem docet. dolores oculorũ meri potione, aut balneo, aut fomento aut uenæ sectione, aut medicamento epoto solui scribens. Quam quidem sentẽtiam, etsi de oculorum doloribus non de ophthalmia, & ambiguo quodam sensu potius, quam aperte pronuntiauit, dum nec tempora explicuit, neque causas omnes, aut præsidia omnia recensuit (sunt enim præter hæc & abstinentia, & somnus; & uigiliæ, & alia multa quæ oculi inflammationem & dolorem curare queunt) de ipsa tamen ophthalmia intelligi etiamnum potest, cui coniunctus est dolor. et præcipuas curandi causas amplectitur: quibus si quis probè usus*

Cap. 2. cap. 2. & 6. cap. 10. cap. 6. cap. 22. cap 22. Aphor. 31.

usus fuerit, paucis præterea præsidijs opus habuerit proposuit autem ea sententia primo loco meri potionem & balneum. Hæc (ait Celsus) sicut in recentibus malis aliena sunt, quia illa concitare poßunt & accendere, sic in ueteribus, quæ nullis alijs auxilijs ceßarunt, admodum efficacia esse consueuerunt. Quare huius præsidij tempus, ubi releuatus est æger, & pituitæ cursus iam constitit, opportunum fuerit (si corpus tamen, ut Gal. ait, sine plethorica sit dispositione) ac si, ut author noster addit, craßus sanguis extiterit, qui morbum facit. Idem fere & de fomento intelligendum est, de quo Hipp. subinde meminit. Et si enim fomentum, id quod in oculis continetur, sui caliditate potest discutere; si tamen, uel humorum copia redundet, uel ij concitati adhuc sint, neque fluxus constiterit, quo pacto, quod iam fluxit, potest discutere, eodem & copiosiores in oculum humores ex uicinis attrahere partibus uim habet. At de uenæ sectione, & medicamento alia est ratio. hæc enim, sicuti principio si graues dolores sint, primo ipso die tentanda sunt, ita in parua inflammatione neutra desideratur. Cæterum inuestigatu hic dignum est, qua ratione meracioris uini potus ophthalmiæ conferat. An, quia crassiorem sanguinem attenuat, dissipatq; ut & Galen. & Auicennas testantur? An quod somnum faciat, cuius gratia Celsus propinandum ipsum censet? Certè si mera cum uinum exsiccat attenuatque, ut Gal. non rarò & Hipp. testatum reliquerunt, siccitas uigilias parit, non somnum; non ergo meracum, sed dilutum potius uinum eßet exhibendum. præsertim quum acribus rebus (acre autem meracum est uinum) acres humores concitentur. Sed licet meracum uinum copiosius haustum, uigilias pariat, non id tamen moderate sumptum facit. proptereaq; Celsus uinum scribit bibendum esse lene, subausterum, modice uetus, neque effusè, neque timidè, ut neque cruditas ex eo, & tamē somnus fiat, lenianturq; intus latentia acria. Unde neque, id quod obijcitur, uinum omne acres humores auget, sed quod acre proptereaq; Celsus uinum lene propinat, non acre.

2 *Et oportet ut ex toto &c. Oleum ab ocularibus medicamentis reijcit, est enim id oculis acre & mordax, ut Galenus, & lib. de opt. sect. ad Trasyb. & 2. simpl. med. at supra hic author de oculi perturbatione agens oculum fouet, spongia oleo rosaceo illita. id quod & Gal. lib. de simpl. med. 10. & Paul. lib. 3. Sed uerè non discrepant hi inter se. instillandum oleum non est intra oculum, quia mordicat, potest tamen palpebris ipsis extra admotum conferre non mediocriter, dum acrium humorum acrimoniam mitigat. quod idem præstant eiusdem olei uapores in ipsos oculos excepti, ut hic in superiori capite adnotabat.*

Cap. 9. Cap. 5.

cap. de sero lactis.

cap. 22.

De cura ophthalmiæ calidæ, cholericæ, sanguineæ, erysipilæ. Cap. 10.

REgimen commune ophthalmię, cuius causa est materia cholerica, aut sanguinea, est phlebotomia & euacuatio. Nam si causa fuerit sanguis calidus cholericus, aut cholera sola, cōfert cum phlebotomia euacuatio ex decoctione myrobal. & quandoque ponitur in ipsa turbith. Quod si cum ea fuerit aliquantulum grossitiei, & scieueris quod materia sit imbibita in uelaminibus cerebri; confortabis eam cum hiera picra, & fortasse sufficit in huiusmodi infusio aloes, & si illic fuerit caliditas, erit aqua, in qua ipse infundetur, aqua endiuię aut aqua pluuialis, a [aut ille ambæ. Et] oportet quidem, ut in initio fiat in ipsa emplastrum oculo ex infrigidatiuis, quę sunt expressiones, sicut expressio linguæ arietis, & expressio foliorum b [salicis] & mucillagines, & distillatio earum in ipso: deinde albumen oui cum lacte asinę, aut solum. Deinde collyrium album, & reliqua collyria, quæ rememorabimur in apocrusticis. Et neque in eis finem consequaris, propter quem tunicę inspissantur, & materiæ constringantur, & dolor fortior fiat. Quumque repuleris materiam per euacuationem, & attractionem, & apocrustica: tunc gradatim tendas ad maturatiua, & sint in primis mista cum apocrusticis. Est ergo in primis conueniens eorum commistio cum aliquo, quod sit sicut aqua ros. Et in generibus quidem lactis, est uirtus maturationis. Et in mucillagine psyllij est cum repercussione maturatio quędam. Et mucillago seminis cydonij est uehementioris maturationis, quam ipsa. Et aqua fœnugræci bona maturationi, est sedatiua doloris, et est maturatiuorū dignior, ut ab ea incipiatur, et non est in ipsa attractio. Et si est necessariū ingrossare aliquid ex illo, fiat cum mucillaginibus; aut infrigidare, fiat cum succis: & iam expertus est succus arboris, quę Græcè nominatur c [achatam, et Siriace asel] in principio ophthalmię calidę, et d [inflammationis] eius, et fuit conueniens cum proprietate forti. Et succi quidem isti, quandoque coagulantur, et reseruantur. Postea transi ab huiusmodi ad decoctionem meliloti, in qua sit dissoluta sarcocolla alba, proprie nutrita cum lacte mulieris, et asinę. Quumque e [descendere] incipit, adde in administratione resoluentium, quod sit fortius, sicut sarcocolla in aqua fœnugræci, et fœniculi, et vaporatio ex aqua, in qua decocta sint crocus, et myrrha. Et administra balneum, si scieris, quod cerebrum sit mundum. Et da in potu post cibum per aliquas horas aliquid vini antiqui, puri, in parua quantitate: nam balneum post ipsum in aqua calida, et uaporatio si fiat, erit illud iuuamen. Et administratio etiam collyriorum narratorum in antidotario ad f [descēsionem] ophthalmię, et finem eius. Quod si materia fuerit sanguinea, adhibebis uentosas post phlebotomiam, et assiduabis fricationem extremitatum, et constrictionem earum plus quam in alijs, et administrabis in principio rei succos prędictos, deinde admiscebis ei medullā panis, postea infunde panē illum in rob, et permiscebis in ipso; et fortasse oportebit ut permisceas cum illo parumper opij, si fortis fiat dolor. Quod si materia fuerit cholerica: euacuabis post phlebotomiam cum eo, quod educit choleram, et administrabis balneum ex aqua dulci. Et quandoque conueniens erit effundere aquam frigidam ei, super caput et oculum. Et quandoque lauatur facies ex aqua frigida, cui admiscetur parum aceti, et confert. Et oportet, ut in cholerica sit maior audacia in administratione stypticorum in principio g [sine] superfluitate, et in administratione collyriorum stypticorū dissolutorum in succis. In erysipila autem: quæ est ex summa illius, oportet vt administrētur post euacuationem cum solutiuis, et clysteri, emplastra facta ex corticibus granatorum decoctis super prunas, et tritis cum rob, aut melle, et assidue fiat ei euaporatio cum spongia calida. et facere

a B & in omnibus alijs.

b B. alKalef.

c B. athatha, & persice asech, uel secundū aliā literā zersech.

d B. in statu.

e B. declinare.

f B. declinationem.

g B. cum.

h B.Alia litera liquiritiæ.
i † B.cum lacte

facere emplastrum ex farina orobi,& frumenti decocta cum syrupo mellis,aut cum radice h [lilij] trita,cōfert ei.Et oportet ut assidue abluatur oculus i [†] & assidue infrigidetur,& humectetur. Sed sufficiētia in infrigidātibus est ex eis,quę tardant,& hebetant,& quādo resoluitur ægritudo,& remanet k [caliditas,] fac emplastrum ex vitello oui assati, & cōtriti cum croco,& melle,& reliquis, quæ scripta sunt ad erysipilam in antidotario.

k B.rubedo. Alia litera.plaga.

De cura ophthalmiæ frigidæ. *Cap.* 11.

a B. clysterizatio.
b † B.Alia litera aliqua.

IN ophthalmia frigida facta a materijs frigidis,oportet vt euacuetur humor frigidus. Et quandoque est necessarium iterare, siue sit potio,siue a [iniectio] siue gargarisatio,& ut sit initium curæ a repercussiuis,quæ non sunt infrigidantia ualde;sed sint illa,in quibus est subtiliatio b † [ ] sicut myrrha,& sarcocolla. Et si administraueris collyrium de spica cum aquis commensuratis,erit conueniens.Et si in tunicis pupillæ non fuerit nocumentum, facies † collyrium ex aqua,in qua bullita sint crocus,& † calcadis,& mel. Et oportet ut liniatur in principio frons ex calcadis,& propriè quū uia materiei est per uelamen extrinsecum, & similiter non est malum ,si abluat faciem ex aqua,in qua dissoluitur calcadis,& proprie quādo uia materię est ex uelamine extrinseco. Et si liniantur palpebræ in principio ex theriaca, & sulphure, & arsenico, est bonum. Et potus theriacę etiam confert. Et iam quidem experta sunt in hoc folia alkerua contrita,& commista cum c [anetho,] & folia maluæ decocta in uino. Nos uerò dicemus in antidotario troc.conuenientes ad liniendas palpebras. Et aqua quidem fœnugræci,& mucillago seminis lini est ex eis, quorum distillatio in oculū patientis ophthalmiam frigidam,confert. Et post illud collyrium d † [ ] lenitiuum,& collyrium rubeum maius,& e [collyrium alraigene,] & sarcocolla dissoluta in succo foliorum capparis. Et emplastrum ex folijs capparis solum. Et confert omnibus istis regimen subtile,& administratio balnei, & uini puri albi.

† alcohol.
† calcithis.
c B.alumine.
d † B.rubeum.
e B.fiefalamezidachiana.

De cura alguardengi. *Cap.* 12.

OPhthalmię uerò, quæ facta est guardenenegi, cura est euacuatio,& phlebotomia, & uentosatio, & quandoque est tibi necessarium incidere arteriam. Quod si fuerit ophthalmia calida, & euacuaueris ex toto corpore,et ex uenis capitis, et uentosaueris, oportebit ut administres sicut collyrium album de repcussiuis, et sicut succus lenitiui frigidi. Emplastra uerò exteriora sūt,sicut crocus, et folia coriandri,et melilotū cum uitello oui,et pane infuso in rob uuę. Et quandoque est necessarium,ut eis admisceatur de narcoticis aliquid. Et linimenta ēt sint ex huiusmodi,et ex memithe,et lycio,et aloe.Et ex eis quidē, quę experta sunt ad eam,est uitellus oui cum adipe ursi, de quib.fiat sicut emplastrum.et superponātur super oculum,& quum dolor sit fortis, infundatur in a [præputijs] vuę. Deinde conteratur cum vitello oui,& superponatur oculo.Quum autem dolor sit fortior,infundatur crocus cō tritus cum lacte,& succo coriandri, & distilletur in oculum. Quidam uero diligunt in guardenegi,ut administrentur curæ extrinsecę; & sufficiat distillatio lactis tribus diebus in oculum, si dispositio illud tolerauerit. Et illi quidem,qui † collyria administrant, iam experti sunt in guardenegi b † [ ] ad dolorem ulceratum,ut fiat † collyrium, ex sarcocolla,& croco,& siefmemithe, & opio. Qđ si fuerit guardenegi post ophthalmiam grossam purgabis cum hieris necessario,& administrabis mucillagines lenificantes factas c [ex] succo caulis,aut aqua decoctionis eius.Et quandoque erit tibi necessarium permiscere eas cum aqua solatri,& quandoque erit tibi necessarium, ut permisceas eas cum myrrha, & d [sarcocolla.

a B.coagulato.
† alcohol.
b B.& ad oēm.
† alcohol.
c B.eum.
d B.croco.

De cura ophthalmiæ uentosæ. *Cap.* 13.

OPhthalmia autem uentosa curatur cū embrochis, & uaporationibus, & balneis.Et uaporatio quidem ex milijs est iuuantior uaporationum,quæ fiunt ei.Quidam uero præsumptuosi quandoque audent administrare narcotica apud doloris uehementiam, & id ut sedetur in hora. Sed ipse excitatur post horam uehementius, quam prius fuit: propterea quod prohibet resolui uentositatem.

Sermo a [*uniuersalis*] *de medicinis ophthalmiæ usitatis.* *Cap.* 14.

a B.paucus, seu breuis.

COllyrium quidem album. Nam ipsum est conglutinatiuum,infrigidatiuum,sedatiuum doloris,rectificatiuum humoris mordicatiui.Quandoque admiscetur ei opium,& fit vehementius sedatiuum doloris,sed fortasse nocet uisui, & prolōgat ęgritudinem propter stupefactionem, & cruditatem,quam facit. Et ex eis,quæ procedunt suo cursu b [est troc. ros. & est maximi iuuamenti in inflammatione,& dolore,& est maior, & minor.] Et tu quidem inuenies in antidotario trochiscos, & collyria huius generis. Et inuenies in tabulis oculi medicinarum singularium repercussiua,sicut † lythargyrum, & dragacanthū & lycium, & rosa, & antimonium c [safamsi] & acatia, & memithe, & sandalum,& gallæ,& lutum sigillatum, & reliqui succi,& gummi,& reliqua. Et de singularibus quidem, quæ maturāt materies grossas,sunt sicut myrrha,& crocus,& olibanum,& spica,& castoreum,& parum æris rubei d † [ ] & aloes proprie,& amomum, & cornu cerui adustum.Mensurare autem humorem cū eo, quod est frigidius, & cum eo, quod est calidius, est illud, quod pertinet ad industriam artificialem in particularibus. Reliqua uero permista experta dicam in antidotario.Et ex repercussiuis expertis ad vehementiam doloris, & materiam grossam,est encaustrum e [& alesehenfeti] cum melle puro,& aqua fænugræci ponatur in angulis lachrymalibus cum stylo. Sed de compositis,sunt,sicut collyrium f [istipticā] & ru-

b B. sunt trochisci rosarum sūt enim maximi iuuamēti & sūt maiores & minores.
† merdasengi.
c B.alasheani.
d † B. adusti.
e B.seu tinctura nigra alasa chafe.
f B.astasithicā.

& rubeum lenitiuum,& collyrium de ſeedenegi maius,& troch.de ſeminibus ex ſumma eorum ſunt boni vltimè.

ANNOTATIONES.

Cap. 1.& 2.
Cap. 4.5.6.
Cap 10. Cap.6.
Cap.22.cap.16.

Habes medicamentorum ocularium tum ſimplicium, tum compoſitorum ſiluam ex Gal.4.de comp,med. per loca.in libello de oculis par.5.in li.de remed. par. facilib.ex Celſo li.6.& fuſius li.7.Paulo li.3.& Alex. Tral.lib.2.

TRACTATVS II.

De reſiduis ęgritudinibus eius,quod de oculo apparet,& plurimum eius eſt de ęgritudinibus compoſitionis, & continuitatis.

† phlyctænis.

De † ueſicis. Cap. 1.

Contingunt in oculo veſicæ aquoſæ in quibuſdam corticibus corneę,quę ſunt quatuor tunicæ.Et hęc quidem aquoſitas coarctatur inter duos cortices horum.iiij. Et eius quidem locus proculdubio diuerſificatur; & qui eſt profundior eorum,eſt deterior, & diuerſificatur ſecundum augmentum & diminutionē cum quantitate: & diuerſificatur propter ſuū colorem,& eſſentiam ſuam: Et quandoque diuerſificatur propter [a] [ſuauitatem ſuā,]& acuitatem ſuam,& corroſionem ſuam, & quæcunque earum eſt ad corticem primum,eſt [b] [mala] nigra, quoniam illa [c] † [ ] prohibet viſum a comprehenſione vuæ,& profunda prohibet a comprehenſione ipſius,quoniam radius eſt remotior ad hoc vt ipſam faciat peruiam, quare videtur alba. Et plurima aquoſitas acuta eſt mala; quoniam lædit cum extenſione, & corroſione ſimul: & [d] [omnis quidem,qua eſt copioſior,] eſt plus extenſiua, & plus dilatans, & corrodens. Quæ autem ex ea opponitur foramini, nocet uiſui, [e] † [ ] propriè, quum eſt corroſiua, & ulceratiua.

a B. dulcedinē ſuā, ſeu propter ſaporem eius in ſipidum.
b —— B.
c† B.non.
d B. quanto pl' eſt profundior.
e † B.&.

ANNOTATIONES.

Hunc affectum Græci phlyctænas,& phlyctidas,latini uerò puſtulas vocant.pro quo uide libellum de oculis par.4.ubi de affectibus corneæ membranæ agitur,ex quo multa hic mutuatur.Vide & Aetium li.2.ſerm.3.& Raſim.9.ad Almanſorem.

Cap.10.
cap.29.

De cura. Cap. 2.

Cvra ipſius dum eſt parua, eſt cum medicinis exſiccatiuis,& cum eis, quę ſunt ſicut medicamen de luto comparato ad Samios, & eſt ut ſumantur luti Samij torrefacti,vnc.iij.& tutię,vnc.j.& climiæ lauatæ,& antimonij ablu ti amborum ana.vnc. ij. & ſcoriæ æris ablutæ. vnc. [a] [iij.] opij.vnc.iij.gummi.vnc.iiij.terantur cum aqua pluuiali, & fiant ex eis collyria, & adminiſtrentur cum aqua fœnugræci: & quando [b] [multiplicatur,] curetur cum ferro.

a B. Vna litera. iiij.Alia litera j.
b B. Alia litera, magnificata fuerit.

ANNOTATIONES.

De huius curatione ſcripſit Paulus lib. 4. ſed uide & Celſum lib.6. cap.10. Cap.6.

De [a] [exituris] oculi & corneæ. Cap. 3.

a B.ulceribus.

Exiturę [b] [oculi generantur ſecundum plurimum,ab humorib.acutis,aduſtis;& ſunt ſeptem ſpecies, quatuor a ſuperficie corneę, quas Gal.nominauit ulcera: & accidit propter eas aſperitas,prima earum eſt vlcus ſimilis fumo exiſtens ſuper nigrum oculi expanſa;occupans locum magnum: & nominatur [c] [alhaſfue,] & fortaſſe nominatur [d] [chatemen.] Deinde eſt ſpecies altera: & eſt profundior: & eſt vehementius alba,& minoris quantitatis,& nominatur nubes: & fortaſſe nominatur etiam [e] [chatemen. [Et deinde eſt ſpecies tertia coronalis,& eſt ſuper coronā nigredinis,quæ quādoque occupat de albo coniunctiuæ aliquid, & videtur quòd eſt ſuper pupillam album, & quod eſt ſuper coniunctiuam, rubeum.Et quarta nominatur aduſtiua,& nominatur etiam lanoſa,& exiſtit in eo, quod apparet de pupilla, ac ſi lana pauca eſſet ſuper ipſum. Et tres ſunt profundę,quarum una nominatur† anulum, ſubmerſam habens profunditatem,& eſt ulcus ſtrictum,profundum,mundum.Et ſecunda nominatur [f] † [lilimie. ſ. ungula] & eſt minoris profunditatis, & latioris occupationis. Et tertia eſt vlcus,quod nominatur † alficume.ſ. & aduſtiuum,& eſt etiam vlcus ſordidum, habēs cruſtas: in cuius mundificatione eſt timor:humiditas enim currit [g] [per] corroſionem panniculorum, & corrumpitur cum ea oculus. Vlcera uerò in oculo fiūt aut ſucceſſione ophthalmiæ,aut ſucceſſione † puſtulæ propter percuſſionem, & multoties quidē eſt principium vlceris interius,& diſrumpitur ad exteriora,& econuerſo.

b B. ulcera.
c B. alchaſi.
d B. chateman.
e B. chateman
† bothron, lat. foſſula.
f B. luluma.
† koilōma, cauitas.
† epikauma.
g B. propter.
† bothor.

ANNOTATIONES.

Hic lapſum Auicennam putant,quòd ſeptem oculi ulcerum ſpecies enumeret, quum tamen primam & ſecundā ſpeciem non inter ulcera Gal.referat 2.de cauſ. ſymptom. ſed corneæ humiditatem exiſtimet,quòd.ſ. ueluti per fumum, uel nebulam cernere hoc affecti morbo uideantur. & tertia præterea ac quarta ſpecies ad eam ulcerum differentiam pertineat,quam profundam uocat. eſt enim tertia illa ſpecies,quam argemonem Paulus uocat, & hanc idem Paulus inter profunda ulcera reponit.Sed æmulatur author noſter authorem libelli de oculis, quem certè Galenum putauit.Is enim par.4.de oculi ulcerib.agens ſeptē eorū ſpecies,ut hic,facit internas quatuor,& externas tres. quamuis & illic mendum ſit (ut nos ſuſpicamur) quòd, quas Auicennas externas uocat,ille internas.& contrà quas hic profundas,ille externas nuncupat:Quamobrem, quòd Galeni authoritate hic ſeptem oculi ulcerum ſpecies recenſeat,non eſt accuſandus.Neque uerò,quod addunt, prima & ſecunda ſpecies humida eſt intemperies, de qua Gal. 2.de ſympt.cauſ.ſed alius affectus eſt, cui coniuncta eſt aſperitas (ut hic notat) quæ in altera uiſus obſcuritate humiditatem ſequente,non eſt.De tertia uerò ſpecie, fatemur quidem eam argemonem Pauli eſſe. ſed internum ipſam eſſe ulcus non admittimus. Quod enim Paulus in ex-

Cap.10.

exteriori pupillæ parte rubicundum eſſe ait, in interiori uerò candidum, per interiorem partem, non profunda intelligenda eſt, aut per exteriorem ipſa ſuperficies, quin interiorem Paulus uocat, quæ totius ſuperficiei eſt centrum, exteriorem uerò albæ finitimam, eiuſdem ſuperficiei circumfetiam.i.d quod & author noſter ipſum planè ęmulatus. uocat & author libri finitionum med. & author introduct. centrum, oculi nigrum, circumferentiam uerò, album, ut et Auicennas. Fit ergo, ut non temere hic de his affectibus ſcripſerit. Quòd uerò ut ſupra notauimus, hic quatuor externi ulceris, & tres interni ſpecies faciat, author uerò lib. de oculis contra. Hoc mendum in libello de oculis eſſe pro certo habemus. quum de botria.i. foßula & cęlomate & epicaumate dubium non ſit, quin interna ſint ulcera, ut Auicen. ſentit, non externa.

De ſignis. *Cap.* 4.

SIgna vlceris in eo, quod de oculo apparet ſunt, quòd eſt punctum album, ſi eſt ſuper pupillam, & rubeum, ſi eſt in coniunctiua, & eſt cum eo dolor vehemens, & pulſatio: & quādo eſt ſanies, quæ inuenitur in [a] [eo, quod] ſuperponitur, alba, ſignificat dolorem [b] [debilē] & pulſationem fortem. Si vero fuerit citrina, & fuſca, aut ſubtilis, erit in illo leuior; & ſi fuerit rubea; tunc dolor erit leuior valde.

a B.in pāno qui
b B.Alia litera. Paruum.

De cura ulceris. *Cap.* 5.

QVum fuerit vlcus in oculo dextro, dormiat ſuper ſiniſtrum: & quando fuerit in ſiniſtro: dormiat ſuper dextrum, & oportet vt ſubtiliet regimen in primis. Quum ergo diſrumpitur vlcus; declinet regimen ad extremitates, & ad pullos, ut non debilitetur [a] † [ ] & non conſolidetur vlcus; & multiplicentur ſuperfluitates corporis eius; & oportet vt non repleatur, & non clamet nec ſternutet, quantum poſſibile eſt; neque ingrediatur balneum, niſi poſt maturationem ægritudinis: ſi autem ingrediatur neceſſarium eſt ei, ut non prolonget moram. & intendat in mundificando caput, & ſtomachum cum euacuatiuis trahentibus ad inferiora. & ſimiliter confert in eis ventoſatio ſuper crus plurimum, & phlebotomia ſaphenę, & aſſiduatio ſolutionis uentris, omnibus iiij. diebus, cū eo, quod educit ſuperfluitatem acutam, ſubtilem ex decoctionibus, & infuſionibus, & ſi fuerit hoc ophthalmia: curetur prius cū euacuatione prędicta in capitulo ſuo, & cum medicinis, [b] [& coniungatur inter] ſedationem doloris, & conſolidationem ulcerum cum eis, quæ ſunt ſicut [c] [collyrium aneſeſtigi, & alſcuſi & ceruſa] & diſtillatio lactis mulieris in oculo. Et ſi fuerit hoc curſus, permiſceatur ei illud, quod habet uirtutem prohibitiuam. Et ad ſummum canon electionis medicinarum in ipſo eſt, quoniam oportet ut eligatur omne, quod exſiccat abſque mordicatione. Et ſi calor fortis fiat, tunc adminiſtra collyrium aſedenigi lenitiuum. Et collyrium olibaninum eſt ualde iuuatiuum. Et de collyrijs quidem iuuatiuis, eſt collyrium ſetalicum, & conis. Et ſi fuerit curſus, collyrium darmius & emelluydion. Et ſi fuerit curſus cum acuitate. tunc damus collyrium [d] [febricium:] Et ſi fuerit ſine acuitate, [e] † [ ] [f] collyrium, in quo ponitur myrrha, & ſpica [f] [celtica.] Quòd ſi in vlceribus fuerit ſordes: tunc cum ſyrupo de melle, aut cum aqua fęnu græci cum aliquo collyriorum prędictorum: aut cum mucillagine ſeminis lini; aut cum lacte mulieris. Et ſi fuerit corroſio uehemens, neceſſarium erit adminiſtrare darcametilon: & quando mundificatur vlcus, tende ad deſiccatiua abſque mordicatione: ſicut collyrium de olibano, & ſicut olibanum ipſum [g] [neſeſtigi,] & ceruſa, & plumbum aduſtum ablutū, & collyrium album, & collyrium [h] [albebar] ꝓpriè. & ſimiliter cinis oſtraci ablutus cum albumine oui, aut cinis oſtraci magni ablutus cum ęquali menſura ſui de ſedenegi. Deſcriptio collyrij luberis, & eſt forte. Recipe climiæ.x, & vij. aur. ceruſæ ablutę unc.j. amyli, & opij, & dragacanthi omnium ana. aureos.ij. terantur, & fricentur cum aqua pluuiali, & confiſcantur cum albumine oui. Aliud eiuſdem nominis, & eſt forte. Recipe climiæ aduſtæ & ceruſæ ablutæ. unc.viij. myrrhæ aur.vj. plumbi aduſti abluti aur.j. lithargyri aurei.vj. plumbi aduſti abluti, & talk amborum an. ʒ.iiij. dragacan. ʒ.viij. terantur cum aqua, & conficiantur cum albumine oui.

a † B.uirtus.
b B. aggregantibus.
c B.ſief.alneſaſtegi, & alchenduri, & ſief de ceruſa.
d B.ſarianum i.
e † B.tunc adminiſtramus.
f B.nardi.
g B.alneſaſtegi.
h B.alabar.

De rupturis corneæ. *Cap.* 6.

QVandoque fit a [a ruptura] præcedente, & quandoque fit a cauſa extrinſeca, ſicut percuſſione, aut caſu diſrumpente: tunc apparet uuea: Quod ſi illud, quod de ea apparet, eſt res modica, nominatur formicalis & almuſaragi, & [b] [granatilis,] & illud eſt ſecundum magnitudinem, & paruitatem. Si autem eſt augmentatio illa, ita ut appareat in ea granū uuæ: nominatur uuea: & quæ eſt maior: nominatur veſicalis. Si autem egrediatur uuea ualde, ita ut ſeparetur inter palpebras, & coopertur am, nominatur claualis: & quando albificatur uuea, non eſt ei ſanitas. Et ſcias, quòd quum cornea rumpitur in longitudine, non uidetur albedo; ſed uidetur ſciſſura, & eſt quaſi ſpeculator iam ſic elongatus. Et poſſibile quidem eſt, ut hoc declaretur modo manifeſtiore, & dicatur, ꝙ ruptura quandoque fit in omnibus partib. corneæ, & corticum eius, & eſt eminentia de ſubſtantia [c] [uueæ, & quandoque fit in quibuſdā partibus corneæ, & eſt eminentia ex ea ipſa, et eſt apud corroſionem quorundam corticum eius, et aſſimilatur veſicis, ſed differt a veſicis mollibus, et duris, quoniā propter veſicas molles, & duras fiunt in albedine oculi rubedo, & lachrymæ, et pulſatio, et [d] [frangitur] ſub radio. Sed non eſt ita hoc. Eminentia uerò, quę fit propter fracturam cornec in omnibus ſuis corticibus. aut eſt cum apparitione totius uuę, aut cum quadam parte eius. Eius autem ſpecies ſunt quatuor, parua, [e] [granatilis] et formicalis, quę quādo minoratur ſimilatur veſicę molli, et veſicæ duræ, et ſeparatur ab ea, quoniam eſt ſecundum colorem uuæ in nigredine, et [f] [uiriditate et colore medio inter eas.] Quòd ſi differat color eius a colore tunicæ uuæ, etiā ueſica

a B.ab ulcere. Alia litera ab ulcere penetrāte.
b B. aldebabi, ſeu aldenabi.i. muſcalis.
c B.corueæ.
d B.deprimitur.
e B.muſcalis.
f B.alzarcha.i. colore, cœleſti ſeu griſeo uel glauco, & alshe... colore uario.i. colore medio inter colorem nigrū, & cęleſtē, ſeu griſeum.

vesica est. Et quandoque uerificatur per considerationem in re eius. si uidetur circundans in radice eius res alba sicut limbus, & illud quidē non est nisi extremitas rupturæ corneæ. & albificatur secundum consolidationem. Et secunda est illa, quam prediximus, & nominauimus uuæam. Et tertia est maior illa, & prohibet coperturam. & dicitur vesicalis, & claualis. Et quarta est quasi ipsa sit ex genere uesicalis, ueruntamen est chronica coniuncta cum eo, quod egreditur ex cornea, procedens ab ipso, & dicitur orbicularis, & est similis armillæ fusi coniunctæ cum fuso.

A N N O T A T I O N E S.

De oculi procidentia quam προπτωσιν uocant, pete lib. de oculis part. 4. & Paulum lib. 3. ex quibus hęc fere desumpta sunt. Vide & Celsum lib. 6.

Cap. 10. & 11. cap. 22. cap. 6.

De cura. *Cap.* 7.

QVum perseuerat in via generationis eius, cura, est cura vlcerum, & † pustularum, secundum quòd diximus, quòd indigent mundificatione corporis, qualiscunque sit ægritudo, euacuando per phlebotomiam, & solutionem. Et post euacuationem, administretur balneum ex aqua dulci, & propriè quando est in complexione acuitas, pręter quod moretur in aere balnei, nisi parum. Et neque etiam multiplicet submersionem capitis sui in aqua fontis, siue sit calida, siue sit frigida. Et neque administrentur olea super caput. Quædam enim illorum mittunt materiam ad oculum, propter resolutionem materiei inuentæ in cerebro; & attrahunt, quod non est in ipso; & [a] [exprimūt ipsum propter inspissationem pororum] resolutionis. Quum ergo non inuenit vacuum, currit ad extemitates cerebri. Et oportet quidē ut cibi sint boni chymi, tenperati, frigidi, humidi, & reliquum [b] [corpus] similiter. Et dum perseuerat in principio, oportet vt maturetur, & curetur cura vlcerum. Quum autem vlceratur, tunc administrentur in primis super ipsam emplastra styptica cum abstersiuis, sicut cydonia, & lentes decocta cum melle, & sicut [c] [aqua] granati, & oliuæ, & vitellus oui, & crocus & granatum muzū decoctum cum pauco aceto, & aqua acrestæ, & discoctum, donec fiat emplastrum: aut si tolerat, distilletur in oculum cū amylo, & similibus. Quum autem sit rupta, curetur cum cura rupturæ. Formicalis vero curetur cum prohibitiuis stypticis, & cum uaporationibus cum aceto, & aqua, & uino pontico, aut cum aqua, in qua bulliuit rosa, & fiat alcohol; & ex collyrijs stypticis. Et ex medicinis quidem iuuatiuis in ipsa, sunt succus foliorum oliuę, & succus uirgæ pastoris, Et ex medicinis singularibus stypticis sunt spica, & rosa, & plumbum adustum, & chimolea, & terra sigillata, & cerusa. Et ex alcohol, gallarum partes duæ: deinde antimonij partes. x. Et ex collyrijs collyrium hamir, & handimur, & beditum de isoles: & collyrium arabicum. Et ex eis, quæ sunt fortia, est collyrium berdene triseles. Et quum ex co distillatur aliqui diligetur frons, & dormiat resupinus. Collyrium forte ad illud cinis fusorij, in quo purgatur ęs, & crocus, & amylum, & dragacāthum conficiantur cum albumine oui gallinæ nati ea die, & quandoque ponitur in ea lapis iameni. Collyrium bonum, & est collyrium berdemē conferens speciebus bothor. Recipe antimonij adusti abluti. iiij. aur. cerusę, plumbi adusti abluti vj. aur. lycij Indi xvj. aur. spicæ. viij. aur. polij. ij. aur. climiæ adustæ ablutæ aur. viij. acatiæ citrinæ. xx. aur. castorei aur. vij. tantundem aloes, gummi arabici. xx. aur. terantur cum aqua pluuiali, & fiant collyria. & scias quòd necessarium est tibi quando incipit ulcus in eminentia, ut facias adhærere oculo ligaturam, quæ sustentetur, & resupinatio. Illi verò, quę est claualis, non est cura. Et quidam ꝓpter pulchritudinem delinquūt, & abscindūt eminentiam [d] [ex musaraget:] sed rectius est vt non moueatur, & fortasse ei effundetur materia, & permutabitur ab oculum alterum.

† bothor.

a B. Alia litera. quędā corū inspissant porositates.

b B. regimen.

c B flos.

d B. almusferegiat.

A N N O T A T I O N E S.

Vide libellum de oculis par. 6. Paulum lib. 3. & 6. de curatione staphylomatis, quæ procidentiæ species est. Vide & Celsum loco sæpius iam citato, & præterea li. 7.

cap. 10. cap. 11. cap. 29. cap. 7.

De bothor in oculo. *Cap.* 8.

QVod est autem super corneam, tendit ad albedinem: & quod est super coniunctiuam, est tendens ad rubedinem.

De cura. *Cap.* 9.

PHlebotomia & distillatio sanguinis in oculum secundum quòd dicemus in capitulo altarfati, & vaporatio oculi cum lana infusa in in albumine oui conquassati cum [a] [aceto] & oleo ros. & distillatio lactis, in quo ponitur semen almaru, & [b] [collyrium aluber; & collyrium aluber, & collyrium dinacon.]

a B. uino.

b B. fiesfalabar, fiesfehananum.

De sanie [a] *[in siphac.]* *Cap.* 10.

HAec sanies continetur sub cornea, aut in profundo, aut in propinquo, & similatur locus corneæ, ungulę, & quando corroditur cum ea pars, nominatur [b] [calcataren.]

a B. sub siphac corneę.

b B. calcathara.

De cura. *Cap.* 11.

DIxit Paulus, curatur cum eis, quę sunt sicut syrupus de melle, & succus fœnugræci, & collyrium de olibano, aut aperiatur cum meliloto, & mucillagine seminis lini, & raphano humido decocto, si nō prohibeat ophthalmia. Et mundificetur cum eis, quæ sunt sicut collyrium de myrrha, & fumus terræ. Et si non fuerit ulcus, administra hoc collyrium. Calcadis, croci amborum an. vnc. j. myrrhæ drach. j. & s. & mellis lib. j. Et etiam medicamen magnetis factum ad vngulam. Et etiam medicamen de luto samio, prædicto in capitulo de uesicis.

De

ANNOTATIONES.

Affectum hunc ὑπόπυον Græci vocant, suppurationem dicas. quum, ubi pus albescit, ὄνυχα etiam nuncupant. i. vnguem, propterea quòd vnguem colore referat, quamuis hæc vox & πτερύγιον ipsum significet. Pulchre huius naturã et curationem describit Paulus, a quo præsertim hic desumpsit. lib. 3. Vide & Gal. 5. de comp. med. per loc.

Cap. 22. Cap. 1.

De cancro in oculo. Cap. 12.

a † B. Signa ei⁹. sunt.

PLurimum accidit in tunica cornea a † [ ] dolor vehemens, & extensio in venis oculi, & punctura fortis, qua læditur tempus, & proprie quum mouetur habens ipsum, & rubedo in tunicis oculi, & soda, & casus appetitus cibi, & læditur ab omni, in quo est caliditas. Et est ex eis, in quorum salute non est spes: quamuis sit spes in sedatione eius, & non facit dolorem cancer in aliquo membrorum, qui sit sicut dolor eius, quum accidit in oculo. Et administratio quidem medicinarum calidarum est ex eis, quæ lędunt patientem ipsum, & augent dolorem intolerabilem.

De cura. Cap. 13.

a B. fæculento.

SI non fuerit excusatio curæ eius, tunc sit intentio sedatio doloris, & mundificetur corpus, & pars capitis ab humore a [conturbato] & nutriatur cibis boni chymi triticeis, in quibus non est calefactio, & potus lactis confert ei. Et oportet quidem, vt administretur in ipso albumen oui cum meliloto, & aliquid de croco, & collyrium album, & omne collyrium factũ ex eis, quæ sunt sicut amylum, & cerusa, & gummi, & opium. Et omnia, in quibus ponuntur reliqua lenientia, & stupefacientia, & collyrium samurdum, & collyrium meburium. Et cerotũ factum ex vitello oui, & oleo ros.

ANNOTATIONES,

De huius quoque affectus signis & curatione scripsit Paulus lib. 3. vbi de carbunculo & carcinomate agit: ex quo hic mutuatur. Pete & Aetium lib. 1. serm. 3.

cap. 22. cap. 31.

† ægilope.

De † garab, & apostematibus lachrymalium. Cap. 14.

a B. Alia litera. signorum.

b B. & occurritur ei, seu sentitur cum cõpressione tactiua, & dolet eius compressio.

Alia litera. & remouetur, seu occultatur cũ compressione.

c B. cõpressione & eminet, vel subleuatur.

d B. eminẽtiæ.

QVandoque egreditur in lachrymalib. angulis oculi, exitura, & quandoque est dura, quæ tactu mouetur, & non rumpitur, & est de genere glandularum. Et plurimum a [malitiæ] eius est, quod uidetur eminentia in lachrymalibus, & b [inuenitur cum expressione, & dolet eius expressio,] & multiplicatur cũ ea ophthalmia. Et quandoque est exitura bothoralis faciens collectionem, & disrumpitur, & quãdo rumpitur, facit fistulam secũdum plurimũ. Et ambæ communicant in hoc, quòd vnaquęque earum mouetur sub tactu, & submergitur cũ c[expressione, & augmentatur] quũ dimittitur, & quãdoq; est substãtia eius bothor, & eius d[augmẽtũ] in profundo, quare eius eminentia exterius non apparet: verum ipsam significat pruritus, & quandoque manus inuenit eam apud compressionem ultimam. Et garab quidẽ, est fistula adueniens in angulis oculi domesticis. Et plurimum quidem eius succedit, exituræ, & bothor apparentibus in loco. Deinde rumpitur, & fit fistula, & exitura illa antequam rumpatur, nominatur e [kakilus.] Et quoniam illud membrum est subtile substantiæ, uidetur ab interiori eius usque ad ipsius exterius, sicut f [pannus, quem] inuenis a latere ossis nasi, & a latere eius, quod apparet de oculo. Quum ergo rũpitur g [dimittit longitudinem, & remanet samosa difficilis coniunctionis] quoniam mẽbrum est humidum, & cum humiditate sua mouetur semper, & propter hoc fit fistula. Et eius quidẽ ruptura quandoque est ad exteriora, & quandoque ad interiora h [ ] & quandoque est ruptura eius ad ambo latera simul. Et multoties fit eius ruptura ad nasum, & currit ad ipsum. Et quandoque consequitur malitia sanici eius os, & corrumpit ipsum, & denigrat, & corrumpit cartilagines palpebræ; & implet oculum sanie, quæ egreditur cum compressione.

e B. akilus⁹.

f B. concauitas quam.

g B. descẽdit penetrando, & fit difficilis consolidationis.

h † B. dextri, aut sinistri.

De cura. Cap. 15.

ALgarab est ægritudo chronica, & quæ est ex ea leuior, est illa, quæ est recens. Nam, quæ recens est, curatur cum medicinis facilibus, quas dicemus. Chronicæ verò cura est in ea cauteriũ, quod narrabimus, aut quod stat loco eius, sicut diebardich. Incipiatur ergo, & fricetur fistula panno, deinde fiat licinium cũ diebardich, & impleatur. Quidã autem existimauerunt, ꝙ quando mundificatur ab ea caro mortua, deinde submergatur cotum cũ aqua siliquarum Nabati, & intromittatur in ipsa, cõfert vehementer. Et siquis vult administrare medicinam absq; cauterio: tunc melius est, vt exprimatur donec egrediatur, qđ est in ipsa; deinde abluatur cũ vino styptico distillato ĩ ipsa, & si fuerit parũ, & non egreditur, dimittatur vsque ad duos dies, aut tres ligata, donec aggregetur aliquid quantitatẽ habẽs, deinde exprimatur, post lauetur: deinde distilletur in eam collyriũ algarab, quod Mahomet filius Zachariæ sibi comparat, & proprie, quod ex eo dissolutũ est in aqua gallarũ. Et melior quidem distillatio est distillatio, quæ fit post distillationem interueniente hora inter oẽs duas distillationes. Et de meliore quidem regimine eius, est vt mẽsuretur eius profunditas contẽta: deinde inuoluatur radius cotto submerso ĩ medicinis, & ponatur in ipsa; siue sit medicina currens, siue puluis. Et oportet quãdo administratur medicamen, vt stringatur cum panno, & adhibeatur quies. Et de collyrijs quidem expertis est, vt sumantur arsenici rubei & atramenti, & cãtharidarum, & calcis, & salis ammoniaci, & aluminis partes ęquales, & aggregentur, & terantur cũ urina pueri, & siccentur, & administrentur sicca. Quandoque verò confert, in principio sui, & ante eruptionẽ, ut superponatur ei atramentũ, & ponatur super ipsam ammoniacum, & merubegi, & similiter nux rãcida, & oẽ quòd est fortis resolutionis. Et quãdoque terũtur folia rutæ domesticæ cum aqua cineris, & ponũtur super kakilus antequam cõsequatur os, & post cõsecutionem eius consolidat ipsũ, & rectificat carnem. Sed mordicant in prin-

principio, quum ponuntur, deinde non mordicant. Et quando fit garab, scias quòd canon est in ipso ut mundificetur in primis, deinde curetur, & ex eis, quæ mundificant ipsam, est vt sumatur lanugo arundinis inuenta in interiore parte eius, & propriè propinqua radici eius, quæ quãdam habet grossitudinem, & submergatur in melle, & adhibeatur algarab, & mundificabit ipsum, Deinde lauetur locus cum spongia infusa in aqua mellis, & quandoque [a] [sequitur illud semper, scilicet] lanugo arũdinis sicca sola sine medicina alia [b] [exsiccante] & sufficit. Et ex expertis quidem est siesmemithe, & crocus cũ aqua altaraxacõ, & sine cessatione pmutetur. Et ex eis est, ut terãtur limaciæ cũ ostracis suis, & permisceantur eis myrrha, & aloes, & administrentur. Et ex eis, quę conferunt in [c] [ægritudine] cum est adhuc pauca, & non est aggregata, & quandoque confert in ea quum est vlcus. Et ex eis est [d] [guadai] adustum, & crocus & taraxacon siccum cum aqua [e] [sumac solatri.] Et ex mirabilibus in ipsa, sunt folia rutę cum aqua granatorum superposita ei. Et de proprietate eius est, quod prohibet remanere vestigium fędum. Et oportet vt non cures de mordicatione eius. Et ex eis quidem, quę rũpunt exituram est emplastrum, ex pane cum semine maru, & olibano cum lacte muliebri, aut crocus cum aqua erucę, aut myrrha cum tertia sui de gummi arabico confecta cum felle uaccino, & annectatur super ipsam, & non moueatur donec sanet eã. Et ex medicinis algarab est vt fiat licinium ex flore ęris congelato cum [f] [bdellio] & ammoniaco. Et existimauerunt Indi, quòd mes masticatum sanat eam. Et existimauerunt quidam eorum quòd myrrha sola sanat eam, quando super ipsam ponitur, & ex pulueribus expertis in ipsa, est vt sumatur venarum pars vna, & ammeos duæ tertiæ partis unius, & terantur puluerizando, & puluerizentur in ipsa. Et etiam medicamen compositum ex limatura ęris & alumine; & sale ammoniaco & confert ei sanans. Et ex medicinis ultimis, est ut sumantur atramenti, & aloes, & sarcocollę, & corticis [g] [radicis] thuris contriti, & memithe partes æquales, & terantur, & cribellentur, & ponantur in lachrymali, & aloes solummodo cum corticibus thuris etiam, & considera reliquas medicinas dictas ĩ antidotario, & proprie medicamen acutum uiride, & considera medicinas tabularum medicinarum singularium. Quum autem consequitur os, & nõ iuuatur medicinis, tunc necesse est ipsam scindere, & detegere a suo ĩteriore, & assumere carnem mortuam, si fuerit, donec perueniatur ad os, & eius quidem regimen post illud, est secundum tres modos, si os est sanum, fricetur nigredo si apparet in ipsa, & [h] [soluatur aliquid ex] medicinis consolidatiuis, & superponatur, & ligetur, & dimittatur diu. Et si res fuerit maior ista, tunc necessarium est cauterium. Et quãdo necessarium est, vt in osse corrupto fiat foramen [i] [†] & intendatur cum hoc, vt fiat cauterium quàm profundius potest in infimo concauitatis, non declinando ad nasum, neque ad oculum: [k] [& eleuetur coniunctiua] ad latus nasi in profundo, ita ut quum perforatur

a B. post illud apponitur.
b — B.
c B. principio ægritudinis.
d B. vdha.
e B. infusiõis sumach, quę stetit sub sole.
f B. olibano.
g — B.
h B. impleatur.
i † B. penetrãs.
k B. ne remoueatur, uel ne extrahatur coniunctiua, imo declinando.

locus vno foramine, aut foraminibus paruis tribus, & penetret, & currat sanguis ad partem oris & nasi, fiat tunc cauterium vltimum cum [l] [fiducia, vt] non perueniat ad partem oculi, imò oportet, vt teneatur oculus vltime; deinde cauterizetur; & puluerizentur in ipso medicinæ, & ligetur cum panno. Et quandoque excusat cauterium a foramine, & fit sufficientia in ipso quantum possibile, est. Et medicamen quidem [m] [alresium] est ex medicinis bonis in illo capitulo. Et oportet quando fit cauterium, ut puluerizetur in ipso medicamẽ, & ponatur super ipsum oculũ spõgia infusa aqua infrigidata, aut massa subtili infrigidata niue, & quotiescunque [n] [vult calefieri, roretur ea.]

l B. cautela ?
m B. alrasium.
n B. putatur uel existimatur, ? calefiat permutetur illa.

ANNOTATIONES.

Aegilopem intelligit, quæ abscessus est inter maiorem oculi angulum & nares, & si negligitur, usque ad os in fistulam dehiscit. vocaturque priusquam abscessus in ulcus erumpat, anchilops. Gal. de hoc, et eius curatione 5. de com. med. per loca agit. ex quo Paulus lib. 3. & author noster in hunc locum transtulit. Vide Trallianum li. 2. & Rasim 2. Cont. tr. 3. nec non Celsum lib. 7. Cap. 2. Cap. 22. Cap. 8. Cap. 7.

De additione carnis lachrymalium & diminutione eius. Cap. 16.

QVandoque magnificatur caro hęc adeo, vt prohibeat visum. Et quandoque minuitur valde [a] [& occultatur] adeo vt non prohibeat lachrymas, & plurimũ eius contingit ab errore medici in incidendo vngulam. Additio verò curatur medicinis incisionis, & non fiat radicitus, & perueniant lachrymæ. Diminutio autem perueniens ex incisione, curam nõ habet Quod si fuerit ex parte alia, quandoque possibile erit ut curetur medicinis generatiuis carnis, in quibus sunt stypticitas, & exsiccatio, sicut medicinæ factæ ex aloe, & memithe, & croco cum vino. Et medicinę factę ex aloe, & [b] [uesigi] cum vino, & aloes solum, quando puluerizatur sũper lachrymalia, confert, & vinum ipsum confert, & propriè quando decoquitur in ipso illud, quod habet virtutem constrictiuam.

a B. ita ut occultetur.
b B. albengi.

ANNOTATIONES.

Vbi ex vlcere caro in angulis, iuxta nares supercreuerit, ἐγκανθίδα Græci uocant. malum est, ait author introductorij, nautis ac piscatoribus peculiare, quod interdum ex tuberculo interno, & vngue non accurate exciso gigni solet. Huius contrarium est ῥυάς, quum angulus maior decesserit, vel ex latente causa quadam, uel ex praua curatione, uel quouis alio modo, ita ut angulus lachrymas continere amplius non possit, sed dimittat, Horum quoque curationem docet Paulus libro 3. ex quo hic transtulit. & Celsus lib. 7. Cap. 15. cap. 22. cap. 7.

De albugine oculi. Cap. 17.

SCias, quòd albugo in oculo alia est subtilis proueniens in superficie apparente, & nominatur nebula, & alia est grossa, & nominatur albugo absolute.

De

De cura. Cap. 18.

EIus quidem, quæ subti lis est ex ea in corporibus eueniens teneris oportet ut assiduetur uaporatio cum aquis calidis, & balneis in aqua calida. Deinde administretur a [fricatio] b [ ] semper. Et quandoque confert ei succus, florum papaueris rufi, & succus centaureę minoris; Et iterum uenarum pars una, & ameos duæ tertię partis vnius, fiat ex eis puluis. Et fortius eo est, ut sumātur sarcocolla, zuccarū tabarzet, spuma maris, aristol. & † nitrum, fiant cum eis alcohol. Et ex eis quæ conferunt, sunt alcohol c [astumecton, & alcohol alubar forte, & astaticon, & targamatican,] In chronica uerò grossa, & frigida in corporibus grossis, oportet ut administretur lenificatio albuginis cum vaporationibus, & lenificationib. & balneationibus prædictis, & sint collyria prædicta quibus fit alcohol, dissoluta in aqua acori, aut in aqua salis gemmæ fricati, & fiant cum eis alcohol in balneo, & si non profecerint balnea, administretur alcohol cū alkitram cum ęre vsto, ex quibus fiat collyrium. Et etiam collyrium de cornibus cerui. Et etiam alcohol ex stercore lacerti solo, aut cum masacumia, aut ære adusto, aut cum sale gemma torrefacto. Et fortius isto est stercus hyrūdinum cū d [sisamis de] melle & stercus e [semebras.] fiat alcohol ex eis mane & sero. Et ex eis quidem; quæ sunt f [temperata] est † absinthium adustum cum cancero marino & climia aur. j. Et quum albugo est profunda administra g [memithe, & alsegi, & myrrhā] & stercus lacerti æqualiter, & medicamen magnetis dictum in capitulo de ungula. Et quādoque administrantur tincturę tingentes albuginem, de quib. est vt sumatur h [caducorum] rosę granatorum paruorum, & acaciæ, & calcadis & gūmi omnium an. unc. j. antimonii, gallarum, amborum an. drac. iii. dissoluantur cum aqua, & si nō inuenitur rosa granati: sumatur cortex eius, aut caput eius, aut panniculus i [⁄] subalbidus, qui est inter grana eius. Et iterum gallarū, & acacię amborum. drac. ii. calcadis. drac i. fiat ex eis tinctura. Et ex tincturis est alcohol huius plumbi adusti abluti croci, gummi omnium an aur. ii. cineris furni, fusionis ęr is abluti cum aqua pluuiali aur. ii. scoriæ ęris ablutæ aur. s. fiat ex eis alcohol. Aliud bonum in ultimo, colcotar, gallarum viridium, amborum an. aur. iiij. resoluatur cum aqua, & administretur multis uicibus. Aliud gallarum, acaciæ amborum ā. partem. i. calcanthi partem. s. terantur cum aqua k [sachai canehemen.]

a B. Alia litera. lambitio.
b † B. cum lingua super eam.
† baurach.
c B. astarmachū & alcohol alabarforte, & astafethichā, & tharchamathicun.
d B. shed aut.
e B. samabras.
f B experta.
† sceha.
g B. memiran, & assach, uel secundum aliam literam assegi.
h B. cadentes.
i † B. pulposus.
k B. sachaichaluhaman.

ANNOTATIONES.

Communis hic affectus corneæ & adnatæ tunicæ est. Huius hic duas species facit, tenuem & crassam: ac tenuem nebulam, crassam uerò absolutè albuginem uocat, æmulatus & hac in re Paulum, qui de cicatricibus & albuginib. uerba faciens, quæ per summa oculi sunt, ab aliquibus nubeculas, altius uerò delitescentes λευκώματα. i. albugines uocari ait. Agit de hoc & eius curatione Paulus lib. 3. Vide & Celsum lib. 6. & Gal. 4. de comp. med. per loc. & de medic. fac. parab. ad Sol. Vide & Rasim 9. ad Almans. & quum de ulceribus oculorum agit, & in cap. de albugine.

cap. 22.
Cap. 7.
Cap. 7. Cap. 12.

De sebel. Cap. 19.

SEbel est panniculus accidens oculo, ex inflatione uenarum eius apparentium in superficie coniunctiuæ, & corneæ, & texitur quiddam in eo, quod est inter eas, sicut fumus. Et eius quidem causa est repletio illarum uenarum, aut a materiis currentibus ad eum per uiam panniculi exterioris, uel per viam panniculi intrinseci, propter repletionem capitis, & debilitatem oculi, Quandoque verò accidunt ex sebel pruritus, & lachrymæ, & panniculus, & nocumentum ex lumine solis, & lumine candelę, & debilitatur uisus ex ea, quoniam impedit & infert ei ęstuationem. Et nocet ei omne, quod ei superponitur a [Plurimum] uerò accidit oculo patienti sebel, ut fiat minor, & minoretur corpus pupillæ eius. Et sebel quidem est ex ęgritudinibus, quæ hereditantur, & permutantur de uno ad alium.

a B. Et quandoque.

ANNOTATIONES.

Referri hunc affectum ad pterygium nonnulli putant, quum Paulus lib. 6. de pterygio albicante & tenuiori meminerit. sed quòd hic author statim de pterygio uerba faciens, de tenuiori itidem ungula mentionem faciat, ostendit aliud esse, de quo hic loquitur. Credimus nos idem hoc esse malum. de quo & Rasis 9. ad Almans. cap. de scabie & sebel oculi. quum ait super album & nigrum oculorum similitudinem panniculi ex uenis rubris & grossis contexti apparere. Quare, quum Auicennas sebel ait esse panniculū; intelligendum id non uere panniculum hoc esse, sed uideri. De hoc Græci, ne uerbum quidem, nisi hic pannus fortasse sit, de quo author lib. de oculis part. 6.

cap. 18.
cap. 10.

De signis. Cap. 20.

SIgna sebel, cuius principium est uelamen exterius, sunt ea, quæ multoties diximus de exuberatione uenarum exteriorum, & rubedine faciei, & pulsatione vehementi in temporibus, & in uenis corneæ. & signa alterius sunt, q̄ sūt contraria istis in eo, quod declarabitur tibi in canone.

De cura. Cap. 21.

OPortet ut abhorreat cum ea omnia, quæ abhorret habens fluxum ad oculum, quæ sunt ea, quæ diximus in primis, & non iterabimus ea nunc: & vt vtatur de euacuatiuis, & mundificatiuis eis, quæ diximus, & ut uitet olea: & emplastra super caput. Et caputpurgia abhorrent quidam ipsa in ea etiam: sed ego non uideo malum in vsu eorum, quum caput est mundum. Et Gal. quidem concessit, vt in potu vinum daretur, & fieret ut post ipsum dormiret, cum esset mundus, & non esset materia in corpore, & capite eius: & uidetur quòd hoc sit cōueniens in sebel leui. In ea verò, quæ fortis est, non est a [exceptio a collectione;] & melior quidem b] collectio] etiam, ut penetrent fila multa sub uenis: et quum adunata sunt, trahantur ad superiora, ut eleuetur sebel, deinde c [colligatur, cum nuchradhi,] acuti capitis ad incidendum, ne remaneat aliquid,

a B. excusatio ab incisione.
b B. incisio.
c B. incidatur cū macharad. i. cū forfice.

deinde administretur regimen prohibens adhærentiam dictam in capitulo de vngula. Et quando dolet oculus, d [ex preparatione collectionis,] non abscindatur ab eo vitellus oui: illud enim sanat ipsum. Et post illud administretur collyrium rubeum, & viride, vt resoluatur residuum sebel; & mundificetur oculus. Et melior quidem horarum ad e [collectionem] eius sunt ver & autumnus: verum sit post mundificationem, & euacuationem, quoniam, qum f [est] ante euacuationem, dolor declinare facit superfluitates ad oculum. Medicinę verò conferentes ad sebel, non conferunt nisi recenti secundum plurimum. Ex eis verò, quæ experta sunt, est ut sumatur cortex oui recentis sicut cadit a gallina, & ferueat in aceto .x. diebus: deinde coletur, & exsiccetur in umbra, & teratur, & fiat cum eo alcohol. Et ex eis quidem, quæ sunt experta, est alcohol oculi cum cinere, cui ad iūcta est marchasita. Et ex eis, quæ experta sunt, est alcohol oculi cum vrina, in qua dimittitur limatura eris Cypri die una. Et ex cōpositis g [collyrium astaticon, & rubeum lenitiuum] & rubeum acutum, & viride, & h [tarchimiticon & collyrium rusatigi] & medicamen magnetis predictum; omnia illa sunt in antidotario, & collyrium de alumine, & balaustijs, & quando i [compar est sebel scabies] expertum est collyrium sumach solum, & quando ponitur in ipso parum gummi arabici, & sarcocollæ, & fit ex eo alcohol: abscindit enim sebel, & remouet scabiem.

d B. propter incisionem.
e B. incisionem.
f B. sit.
g B. sief est astihiatichan, & rubeum lene.
h B. tharchamarichun, & sief tu saehegi.
i B semel associatur cum scabie.

De vngula. *Cap.* 22.

EST additio coniunctiuę, a [&] velaminis cōtinentis oculum, incipiens secūdum plurimum a lachrymali, & currens semper super coniunctiuam. Et quandoque tegit corneam, & inuadit eam, ita quòd cooperit foramen. Et eius quidem quædam est, quę est durior, & quędam est, quę est lenior. Et quandoque est citrini coloris, & quandoque est rubei coloris, & quandoque est fusci coloris, & est vngula cuius vicinitas cum coniunctiua est vicinitas adherētiæ, que velociter denudatur qualibet suspēsione, & est alia, cuius vicinitas est vicinitas vnitionis, & indiget excoriatione.

a B. aut.

De cura. *Cap.* 23.

MElior cura eius est denudatio cum ferro, & propter eius, quę est lenis: durę vero denudatio, quando non est facilis: perducit ad nocumentum. Et oportet vt eleuetur cum vncinis. suspensio enim eius incisionem facilem efficit. Quòd si prohibeatur, excorietur cum capillo, aut serico penetrante sub ea cum acu, aut radice pennę subtilis, & illud quidem non est necessarium nisi ī vno loco, aut duobus. Quòd si non sufficit, necessaria est excoriatio subtilis cum ferro non acuto. Et oportet, vt eradicetur quantum possibile est, preter quod accidat carni lachrymalis, & accidat lachrymis cursus, & color quidem distinguit inter ambas. Et cū abscideris vngulam, distillabis in oculum cyminum masticatum cum sale: deinde sub ueniens mordicationi eius cum uitello oui, & oleo ros. & viol. Et quando non administras distillationem cymini masticati cum sale, adhęret coniūctiua palpebræ. Et propter hoc oportet, vt moueat eger oculum etiā omni hora. Deinde post tres dies administrentur collyria acuta, vt residuum extirpetur. Administratio vero medicinarum a † [ ] in ipsa, est res, quæ non multum valet in vngula, quę est grossa: & cum hoc ipsæ non euacuantur a nocumento pupillę acuitate sua: necessarium enim est vt ipsę sint vehementis abstersionis, commistæ cum putrefactiuis. Et ex collyrijs quidem expertis, est collyrium amuticon, & coltami, & collyrium Cęsaris, & basilicon acutum, & rufeminum, & diuaricon, & omnia illa scripta sunt in antidotario. Et ad eam quidem expertum est, vt sumātur ęris vsti, & calcadis, & fel hirci partes æquales, & fiat ex eis collyrium. Et ut sumatur calcadis, & salis gemmę amborum ana. pars j. gummi medietas partis, fiat collyrium cum vino; aut æs vstum, & b [calcadis] & cortices radicis capparis, & sal ammoniacus, & fel hirci, aut vaccę, cum melle, aut mel solum cū felle caprino. Aut magnetis, & floris æris, & magrę, & ammoniaci omnium ana partes ij. & croci pars. j. & unicuique unc. illius admisceatur cotila. j. mellis. Et etiam ex calcantho, & sale ammoniaco fiat alcohol: est enim mirabile. Et ex eis, quę ad vngulam sunt experta, & est propinquum impressioni denudationis: est vt sumatur testa catinorum, & fricetur ab ea linimentum, & conteratur multum, & post illud commisceatur cum oleo de seminibus cucurbitæ, & conteratur simul: deinde mittatur radius in cute, & accipiatur cū eo medicamē, & fricetur cū ipso ungula assidue oī die multoties, subtiliat enim eam, & recedit cū ea. Et oportet quidem, vt inclinetur ante medicinarum administrationem super vaporem aquę calidæ tandiu, donec calefiat oculus, et rubificetur facies; aut ingrediatur balneum. Quandoque verò confert in vngula leui, vt teratur thus, et infundatur in aqua calida tandiu, donec super ipsum vna hora pertranseat, et coletur, et fiat cum ipso alcohol.

a † B. laboriosarum.
b B. Alia litera calchant.

ANNOTATIONES.

Vnguis morbus est in numero, vt Galenus lib. de diff. morb. Pro eius notitia & curatione, vide Paulum lib. 3. & 6. Aetium lib. 2. serm. 3. Celsum lib. 7. & authorem lib. de oculis part. 6. Fecit & de hac re proprium cap. Rasis 9. ad Almans.

cap. 22. cap. 18. cap. 58. cap. 1. cap. 10.

De altarfati. *Cap.* 24.

EST punctum sanguinis recentis rubei, aut antiqui mortui, a [aut subrubei,] aut nigri currentis a quibusdam venis ruptis in oculo propter percussionem, verbi gratia, aut causa alia, propter quam rumpūtur venæ ex repletione, et apostematibus, ita vt rumpātur in ipsa, & ex sūma earum sunt clamor, et motus laboriosus, et quandoque est ex feruore sanguinis in venis, & quādoque prouenit a b [casu percussiuo, fractura] subtilis in pupilla, & c [ruptura,] quę est in coniunctiua, est salubrior.

a B. liuidi.
b B. tarfati proueniente ex percussiōe eruptio.
c B. eruptio.

De cura. Cap. 25.

a B. alfuachet & alurasen.

DIstilletur super ipsum sanguis columbæ; aut turturis, aut[a] [alfagachit, aut algurasen,] & propriè de sub penna. Quod si fuerit in principio, permisceatur ei aliquid de repercussiuis, sicut est lutum dictum chimolea, & lutũ dictum armenum. In fine vero eius commisceatur cum resolutiuis usque ad arsenicum cum luto sigillato. Et quandoque curatur cum lacte muliebri cum thure, & aqua salis, & proprie, in qua dissoluta sunt sal gemma, & sal ammoniacus, & proprie quando ponitur in ipsa illud cũ thure, & distillatur ex eo in oculum, & collyrium diuaricon confert ei valde, & medicamẽ factum[b] [ex lapide lazuli] & piperis, & sarcocollæ partibus æqualibus, & arsenici quantum omnia, & quãdoque admiscetur ei sal gemma, & fit ex eis collyrium. Et quandoque fit ei emplastrum de foris cum kali usto cum vino, aut cum aceto. Et similiter ex stercore columbino cum aceto, aut vino. Aut fit emplastrum ex passis enucleatis solum cum aceto, & reliqua, quæ dicta sunt adhibeantur, & proprie cum fuerit apostema. Et similiter caseus recens, & parum per salitus, & cortices raphani, & melilotum cum sanguine draconis, & radice lilij & croco, & lentibus cum oleo ros. & vitello oui. Et reclinatio fiat super aquã, in qua decocta sunt hyssopũ, & origanũ, & vaporetur ex ea sola, aut cũ aceto, in quo decoquuntur cinis aut mẽta, aut infusione olibani cum aloe, aut cum aqua croci syluestris, aut infusione croci, aut decoctione chamæmillæ & meliloti, aut succo eorum: aut decoctione foliorum caulis, & fiat emplastrum ex folijs caulis decoctis, & contritis. Forti uero & antiquo: aut fiat emplastrum ex sinapi contrito commisto cum duplo sui de carne ficus, aut arsenico fricato cum lacte: aut fiat ei emplastrum ex cinere decocto in vino, aut ammeos, & hyssopo cum lacte vaccino. Quod si cum tarphati acciderit ruptura in coniunctiua, masticetur ciminum & sal, & distilletur saliua in ipso. Et folia[c] [salicis] conferunt ei ualde, quando ex eis fit emplastrum.

Alia litera, b——B.

c B. alkalesi.

ANNOTATIONES.

Hyposphagma, quod & hæmalopan, & author lib. de oculis, seu illius potius interpres, petiam uocat, affectus est, quo, ut Celsus ait, oculi sanguine suffusi sunt. De hoc pete Gal. 4. de comp. med. per loc. Paulum lib. 3. Celsum lib. 6. Authorem lib. de oculis part. 4. & 6. Vide & Rasim 9. ad Almans. cap. de atarphati.

Cap. 8. Cap. 22. Cap 6. circa finem. Cap. 8. Cap. 6. & 11.

De lachrymis. Cap. 26.

HAec ægritudo est, vt sint oculi semper humidi humiditate aquosa. Et quandoque currunt lachrymę. Et earum quidem aliæ sunt natiuæ, aliæ accidentales. Et de accidentalibus sunt, quæ sunt inseparabiles in sanitate, & sunt aliæ sequentes ægritudinem; quæ remouentur, si remoueatur ęgritudo, sicut fit in febribus. Causa autem in accidentalibus, est debilitas retentiuæ, aut digestiuæ decoquentis, aut diminutio lachrymalis in natura, aut propter administrationem medicinę acutę, aut successione incisionis ungulę. Et principium quidem illius: humiditatis est cerebrum, & cursus eius ad oculum in vna duarum uiarum prędictarum multoties. Quæ autem natiuæ sunt, aut propter eradicationem incisionis lachrymalis, non sanantur. Et cursus quidem lachrymarum, qui fit in febribus, & in ægritudinibus acutis, & est sine causa, est propter nocumentum cerebri, & apostema cerebri. Et quandoque accidunt in febribus uigilatiuis, quę sunt ex febribus ephimeris, aut febribus putridis sãguineis, & quandoque multiplicatur cursus lachrymarum in[a] [frigore.] Et istæ omnes, quæ sunt de genere earum, quæ accidunt velociter remouentur sequentes ęgritudinem[b] † [ ] si remouetur, remouetur cum ea[c] † [ ]

a B. Alia litera. extensione.

b † B. quæ.
c † B. etiam.

De cura. Cap. 27.

CAnon in cura earum est administratio medicinarum ęqualis stypticitatis. Earum vero, quæ factę sunt successione incisionis vngulę, aut corrosione eius per medicinam, cura est puluis citrinus, & troch. de croco, & collyrium de aloe, & collyrium de croco cum bengi, & vt fiat alcohol super lachrymale ipsum cum thure, aut fumo eius proprie, & cum aloe & memithe; & croco. Quod si iam finita fuerit, & ad finem peruenerit, non nascetur vnquam. Illa autem, quę facta est non ab incisione vngulæ, cum tutia, & cum alcohol de tutijs, & propriè sicut cum alcohol de tutia prædicto in capitulo de albugine, & omnibus collyrijs viscosis, sicut est collyrium album de sarcocolla, & collyrium[a] [astaticon] & reliqua, quæ dicta sunt in antidotario. Et ex eis, quæ experta sunt ĩ eis, est medicamen factum ex aqua granatorum acetosorũ cum medicinis. Et illius quidem confectio est, vt decoquatur li. j. ex eo vsque ad medietatem: deinde ponantur in ipso aloes scotrensis, & lycij, &[b] [feluzaharagi, & croci, & sief memithe omnium an. aur. ij. & musci, ij. danich. & maneat sub sole. xl. dieb. in vase vitreo clauso. Et ex eis, quæ experta sunt in ipsis, est ingredi balneũ in ieiunio, & morari in ipso, at distillare acetũ, et aquam in oculum multoties. Illæ verò, quæ sunt natiuę, recipiunt curam difficiliter.

a B. astafthicã.

b B. felizheragi.

ANNOTATIONES.

Epiphoram hoc mali genus uocare uidentur Græci. Celsus tenuis pituitæ cursum. Plinius delacrymationes. De hoc, & eius curatione egit Paulus lib. 3. sed fusius. Celsus cum lib. 6. quum de ophthalmia loquitur, tum lib. 7. Rasis quoque 9. ad Almans. de eodem scripsit. Vnum author hic notat, in quo repugnare sibi ipsi uidetur. Ait lachrymas, quæ natiuæ sunt, non curari: id quod & Cels. lib. 7. At quũ de huius curatione statim agit, difficile curari ait, quasi curationem admittant, sed difficilem. Existimarim, in puerulis hoc uitium, tametsi ab ortu inuaserit, curationem recipere. at ubi per ætatem est confirmatum, remedijs non parere. vtrunque ergo innuit Auic. hoc quidem in priori cap. id verò, quum de curatione agit.

Cap. 22. Cap. 7.

Cap. 7.

De strabositate. *Cap.* 28.

QVandoque fit strabositas propter mollificationem quorundam lacertorum mouentium illud, quod apparet de oculo, & declinat ab aspectu illius partis ad partem ei oppositam. Et quãdoque fit a spasmo alicuius eorum, & declinat oculus ad partem eius. Et qualitercunque sit, quandoque fit ab humiditate, & quãdoque fit a siccitate, sicut accidit in febribus acutis. Et illa quidem, in qua spasmus lacerti est causa, non fit nisi a spasmo lacerti motiui; spasmus.n.eius est, qui facit euenire in oculo strabositatem, & nocumentum: spasmus aut lacerti retinentis in radice non facit apparere nocumentum: imò confert ualde. Et multoties quidẽ accidit strabositas post quasdam ægritudines cerebri, sicut epilepsiam, & karabitum, & [a] [vertiginem, & similes istis. Et accidit post] adustionem; & siccitatem, aut repletionẽ. Et scias, quòd remotio oculi ad superiora, aut ad inferiora, est illud, quod facit videre rem unam duas res: sed ad duo latera, non infert uisui nocumẽtum de quo sit curandum.

a B. scotomiã, & similia ,ppter

De cura. *Cap.* 29.

a [INfans uero] nõ sanatur nisi in dispositione infantię valde humidæ. quandoque n. speratur ut sanetur, & proprie quum est recẽs. In hoc enim oportet, ut æquetur cuna, & ponatur candela in parte opposita strabositati, ut laboret semper aspectus ad eam. Et similiter oportet, ut ligetur filum rubeum cum re [b] [rubea oppositum] parti strabositatis, aut suspendatur aliquid rubeum apud tempus oppositum, aut aurem, & totum illud fiat ita, vt eius aspectus ipsũ consequatur, & uideat illud cum paruo labore Quandoque enim confert ille labor in ęquando oculum. Et [c] [emissio sanguinis] est ex eis, quę faciunt aspectum rectum. Illi autem, quibus accidit illud postquam magni sunt, & senes, & est causa eius mollificatio, aut spasmus humidus, oportet ut utantur mundificatione cum euacuantibus, quæ diximus cum hieris magnis; & similibus eis & subtiliatione regiminis, & administratione balnei; & resolutione. Et de medicinis quidem iuuantibus in strabositate, est ut fiat eis caputpurgium cum succo foliorum oliuæ. Quòd si fuerit eius euentus a spasmo ex siccitate, tunc oportebit uti embrochis humectatiuis. Et quando non affuerit febris; sumat in potu lac asininum cum oleis valde humectatiuis, penitus oportet ut humectetur eorũ regimẽ. Et oportet, ut distilletur in oculum sanguis turturis, & ut fiat emplastrum ex albumine oui & oleo ros. & pauco uino, & ligetur, & fiat illud diebus pluribus.

a B. Strabositas uero illa quę est a generatione.

b B quæ opponatur.

c B. Alia litera. mittere seu applicare aspectũ, seu intuitionẽ.

ANNOTATIONES.

Oculi στράβισμος *non resolutionem solum, sed & conuulsionem musculorum oculos mouentium sequitur, morbus est in situ, & iisdem causis succedit, quibus paralysis & conuulsio. & simili propterea curandi sunt ratione, qui hoc affectu correpti sunt. particularem tamen eius curationem lege ex libello de oculis part. 4 & Paulo lib. 3. ubi de oculi resolutione agit. scribit & Celsus lib. 6. de oculi resolutione. sed hæc (quæ.s.totius oculi est) eo authore curationẽ suscipit.* cap. 14. cap. 22. cap. 6.

De exitu oculi. *Cap.* 30.

INterdum accidit egressio, aut propter uehementiã inflationis oculi aut propter grauitatem, & repletionem suam, aut propter uehemẽtiam coarctationis eius ad exteriora, aut propter uehementem mollificationẽ suspensionis suæ, & lacertorum seruantium suspẽsionẽ eius prædictam. Et illa quidem, quæ accidit propter vehemẽtiam inflationis oculi, & repletionem eius, [a] † [ ] aut est a materia plurima in ipso oculo [b] [inflatiua,] aut humorosa humida, & quandoque est repletio propria in ipso. Et quãdoque est cum communitate cerebri, & corporis, sicut, quod accidit apud retẽtionem menstruorum: Et illa quidem quæ est propter uehementem coarctationem eius ad exteriora [c] [non est nisi] apud præfocationem: & sicut fit quum soda est uehemens: et sicut fit apud uomitum et clamorem, et mulieribus post partum uehementem, et tenasmon. et quandoque est cum hoc ex materia declinante ad oculum etiam, quum non est mundi partus: et quandoque est ex corruptione [d] [commistionis] fœtus, aut morte eius, aut putrefactione eius. Facta autem propter mollificationem lacerti est, quoniam lacertus continens neruũ cõcauum, quum mollificatur, non sustinet oculum, sed declinat ad exteriora. et egressio quandoque ẽ ex mollificatione lacerti tantum, & nõ destruitur uisus: et quandoque est cum [e] [actione] eius, et destruitur uisus, et quãdoque egrediuntur ambo oculi in eis, quæ sunt sicut præfocationes, et apostemata uelaminum cerebri, & in peripneumonia: et est causa in illo coarctatio, et quandoque est causa in illo repletio etiã et multoties fit illud cum sanguineitate [f] [impediente,] et faciente apostẽma in cornea.

a † B. & grauitatem ipsius.

b B. uentosa.

c B. est sicut quum.

d B. complexionis.

e B. remotione.

f B. apparente.

De signis. *Cap.* 31.

QVum est ex materia plurima aggregata in pupilla, tunc illic est cum egressione magnitudo, & quum est ex coarctatione, quandoque est illic magnitudo, si adiuuat eam materia, & quandoque non est magnitudo, & in ambabus dispositionibus sentitur extensio, expulsa retro a posteriorib. & cognoscitur eius causa. Cum illa autem, quę est propter mollificationem lacerti, non magnificatur pupilla, neque sentitur tensio uehemens ab interiorib. & est pupilla cum hoc æstuans.

De cura. *Cap.* 32.

EGressioni uerò leui sufficit uitta repellens ad interiora, & somnus secundũ resupinationem, & exiccare cibum, & paruitas motus, & assiduatio clausionis. Quod si medicinarum indigeat adiutorio, adhibeatur collyrium de sumach. Quæ uerò fortis est ex ea, tũc si illic est materia, indiget mundificatione eius a corpore,

re,& capite,cum eo, quod scis ex solutiuis, & phlebotomia,& ventosis super [a] [ambo tempora & collyrijs] acutis. Et penitus quidem solutio ventris est ex rebus magis iuuãtibus species eius:& similiter positio ventosarum super [b] [collum: & oportet vt assiduetur vaporatio [c] [in principio] cum lana infusa in aceto,& embrochetur facies cum frigida aqua, [d] † [ ] & propriè,in qua decocta sunt styptica sicut cortices granatorum,& sentices, & sicut papauer, & endiuia,& virga pastoris. Quod si non fuerit a repletione,confert hoc regimen in omni hora. Et si fuerit illic repletio;oportebit vt resoluatur in principio materia cum rebus cognitis. Et si fuerit a mollificatione,tũc oportebit administres hieras magnas, & gargarismata,& odoramenta,& suffumigationes cognitas, & post illa administra styptica [e] [fortitudinem facientia.] Illa vero,quæ est apud partum,si est a paucitate cursus sanguinis parientium, aut corruptione fœtus:prouoca menstrua, & extrahe fœtum. Et si est a coarctatione tantum, tunc adhibe styptica. Et ex medicinis quidem conferentibus in egressione,& eminentia,est ut fiat emplastrum ex farina fabarum cum rosis, & thure, & albumine oui: & etiam nuclei dactylorum adusti cum spica sunt boni eminentiæ & egressioni.

a B. duas eminẽtias posterioris capitis & clysteribus.
b B. alchafa.
c —— B.
d † B. & aqua salsa frigida.
e B. cõstringentia, uel oppilantia.

ANNOTATIONES.

Hunc affectum ἐκπιεσμόν Paulus appellat li. 3. ubi eius curationem scribit, ex quo author noster uidetur hæc desumpsisse. meminit & author de oculis part. 6.

cap. 22.
cap. 11.

De profunditate oculi,& eius paruitate. *Cap. 33.*

ILlud est in febribus,& propriè in uigilatiuis, & successione euacuationum,& insomnietatis,& [a] [angustię,] & tristitię. Et in illa quidem, quęest uigilatiua,est oculus somniferus,grauis, difficilis motus in palpebris,& non in pupilla: & in angustia est quieta pupilla. Quidam autem dixerunt, quòd accidit quibusdam hominibus diuersitas duorum laterum faciei in frigore vehementi,& calore vehementi. Accidit ergo oculo,qui est in parte frigida, profundatio, & paruitas.

a B. mœstitiæ.

ANNOTATIONES.

Oculos hoc malo apprehensos Celsus imminutos li. 6. uocat. uidetur Paulus phthisim & atrophiam nuncupare lib. 3. ubi & eius curationem scribit. sed pulchre & huius curationem tradit Celsus loco citato. uidetur tamen Paulo aduersari. hic enim oculos medicamento,quod rarefaciat, & acriore oblinit: at Celsus, quum hunc affectum ex acri pituitæ cursu in lippitudine aut ictu male curato, aut continuatis fletibus gigni existimet, acria interdicit & medicamenta, & linimenta, quod lachrymas moueant: id certè, quod & affectum augere potest. Adde, quòd si atrophia hæc est, aut tabitudo: non possunt acria non uehementer lædere, dum exsiccatum oculum magis etiam desiccant. Sanè Paulus nobis non satisfacit, si acriori medicamento vtendũ ait. sed (quod nos suspicamur) non acriori, at subacri fortaßè medicamento uti licet: non quidem q acria absolutè medicamenta oculis conueniant, uerum ut ijs, lenibus tamen, oculo admotis, irritato leniter oculo, spirituum & humorum atque alimenti simul copia paulo maior trahatur: ita enim & in partib. reliquis, quæ atrophia laborant, fricationibus, & acrib. medicamentis, & uerberatione utimur, ut sanguinis copiam aduocemus. Tutius tamen Celsi consilium sequi existimamus.

cap. 6.
cap. 22.

De [a] [*uiriditate*] *oculi.* *Cap. 34.*

[b] [VIriditas] autem accidit, aut propter causam,quę est in tunicis,aut propter causam,quæ est in humoribus. Et causa quidem in humiditatibus est: quoniam si fuerit glacialis in ipso plurimæ quantitatis,& albugineus clarus, & situs eius propinquus ad exteriora, & æqualis quantitatis [c] [&] paucus; erit oculus [d] [uarius uiridis: & propriè si non fuerit ex tunica prohibitio. Et si in humiditatibus fuerit conturbatio,& glacialis fuerit paruus,& albugineus plurimus, obtenebratio fiet,sicut est obtenebratio aquę profundæ. Et si fuerit glacialis profundus,erit oculus niger. Causa autem in tunicis,est uuea. Nam si ipsa uuea fuerit nigra,erit oculus eius causa niger. Et si fuerit [e] [viridis,] fiet oculus [f] [uiridis.] Et vuea quidem fit [g] [uiridis,] aut priuatione digestionis,sicut planta: nam in principio quum nascitur,non est apparentis tincturę,imò declinat ad albedinẽ,deinde ipsa cum digestione fit uirdis; & pp hãc causam,sunt oculi infantium [h] [uirides,] & uarij;& huius quidem [i] [uarietas] fit secundũ humiditatem ultimam, aut propter resolutionẽ humiditatis,quam sequitur tinctura,quum est digesta ualde,sicut plãta, quum resoluitur eius humiditas,incipit albificari. Et hæc quidem [k] [uiriditas] est a siccitate dominante. Et infirmorum quidem oculi; & senum, varij fiunt propter hanc causam;quoniam in senib. multiplicatur humiditas extranea,& resoluitur innata. Aut erit illic color eueniens in creatione,non propterea quòd ipse adueniat vuæ, quum non prius fuerit. Et fit quandoque propter claritatẽ humiditatis,ex qua creata est. Et quandoque fit propter vnum duorum, quãdo accidit in principio creaturæ,& scitur illud bonitate uisus,& malitia eius. Et [l] [uiriditas] quidem alia est naturalis,& alia est accidentalis. Varietas autẽ prouenit ex aggregatione causarum nigredinis, & causarum [m] [uiriditatis] & componitur ex eis inter nigredinem,& [n] [uiriditatem,] quę est uarietas. Et si esset uarietas [o] [primitiua] secũdum quòd existimauit Empedocles,esset oculus [p] [viridis] læsus propter suum defectum ab [q] [aqueitate,] quæ est instrumentum uisus. Quidam aũt nigri minorantur a [r] [uiridib. in uisu, quum uiriditas] non est proper nocumentum in ipsis. Et causa in hoc est, quoniam nigredo,quæ est [s] [causa albuginei] prohibet penetrationem formarum colorum cum [t] [declaratione] propterea quia contraria est peruietati, & [u] [illud sicut illud,quod est] propter conturbationem humiditatis;& similiter,si fuerit causa propter multitudinem humiditatis. Nam si est multitudo,ẽt non [x] [respondet motui palpitationis] & egressioni ad anteriora [y] [ita quòd inde] fit curãdum. Et si oculus fuerit [z] [uiridis] propter paruitatẽ humoris albuginei, erit magis uidẽs in

a B. glaucedine.
b B. glaucedo.
c B. aut.
d B. glauc⁹ causa eorum.
e B. glauca.
f B. glaucus.
g B. glauca.
h B. glauci.
i B. glaucedo.
k B. glaucedo.
l B. glaucedo.
m B. glaucedinis.
n B. glaucedinẽ.
o B. Alia litera. pp igneitatem.
p B. glaucus.
q B. alia litera. igneitate.
r B. glaucis in uisu quãdo glaucedo.
s B. pp multã albuginẽ tatẽ.
t B. manifestatione.
u B. sicut illa quæ est.
x B. obedit ad modũ uehemẽtis intuitionis.
y B. egressione de qua.
z B. glaucus.

in nocte,& in tenebris,quam in die propter illud quod accidit de motu luminis materię paruæ:& impedit a declaratione: huius.n.motus deficit a declaratione rerum, sicut deficit in declaratione eius,quod est in tenebris post lumē. Niger uerò causa humiditatis uisus in nocte est minor, propterea quòd illud indiget palpitatione, et motione materiei ad exteriora. Et materia plurima est a [grauior] quam pauca. Niger autem propter tunicam aggregat uisum uehementer.

a B.rebellis.

De cura. Cap. 35.

IAm expertum est † collyrium ex iusquiamo albo, si decoquatur in aqua, donec fiat sicut mel, & fiat inde † collyrium. Aut sumatur antimonij a [Saphani] ponde.iij.ʒ. margaritarum, muschi, camphoræ, omnium an.pondus danich.fumi lampadis olei b [aut oliuarum, croci amborum an.] ʒ.j.aggregentur omnia terēdo, & administrentur. Et crocus ipse, & oleum eius est ex eis, quæ denigrant pupillam: similiter succus solatri: aut sumatur succi tribulorum pondus.ʒ.ij.& gallarum adustarum pondus.ʒ.j.olei de nucleis oliuarum denigratarum super arborem, & olei sisami non, c [ ] excorticati amborum an.pondus ʒ.j.decoquātur lento igne, donec nigrescant, & fiat inde † collyrium. Et ex eis, quę sunt experta, est vt aduratur auellana, & permisceatur cum oleo, & ungatur uertex infantis d [viridis.] Et etiam ut immittatur radius in coloquintida humida, & fiat inde alcohol, ita quòd dicitur ꝙ illud denigrat pupillam catti. Et similiter cortices auellanę contriti. Aut sumatur acaciæ pars. j. gallarum sexta pars, aggregetur illud cum aqua florum papaueris rufi, & succo ipsius, & fiat ex eo distillatio. Et similiter succus † iusquiami albi, & succus corticis granatorum.

† alcohol, ex bēgi sicco.
† alcohol.
a B.asfahani.
b B.de oliuis, aut olei sambacini. drach.j.croci.
c B.Alia litera, adusti.
† alcohol.
d B habētis oculos claucos.
† bengi.

TRACTATVS III.

De dispositionibus palpebrarum, et quę comitantur eas.

De pediculis in palpebris. Cap. 1.

MAteria pediculorum est putrida, quam expulit natura ad partem cutis. Et uirtus pręparatiua generationis eorum, est caliditas non naturalis. Et ille, cui plurimū accidit illud, est ille, qui est plurimæ uarietatis in cibis suis, & parui exercitij, & immundus, & neque utitur balneo.

De cura. Cap. 2.

INcipe a mundificatione corporis, & capitis, & partis oculi cum eo, quod sciuisti: & proprie cum gargarismate facto ex aceto & sinapi: & administretur ablutio oculi, & embrochatio ipsius ex aqua maris, & aquis salsis, & sulphureis, & liniantur pili palpebrę ex medicamine facto ex alumine, & medietate ipsius de a [† sapa.] Et quandoque additur ei aloes, & † nitrū, amborum an.partes.5. Et melius quidem est, ut sit illud, quo conficitur, acetum squilliticum Sed b [almembuzegi] cum † nitro est medicamen bonum.

a B.miubegi. † membuzegi. † baurach.
b B.almiubegi. † baurach.

ANNOTATIONES.

Vitium hoc est, quod φθειρίασιν Græci uocant, non palpebris dumtaxat, sed capiti, inguinibus præsertim, & toti corpori eueniens. Sanè corporis nostri excrementa quæ ex postrema in solidis partibus concoctione deciduntur, partim insensili partim sensili perspiratione, ueluti per sudores excerni solent. hæc, si in cutis profundo retineantur, neque ex purgentur, quocunque id casu acciderit, seu ex obstipante frigore, seu ex sordibus, seu ex medicamento, seu ex humorum crassitudine, putrescere necesse est. putrida uero iam facta, si acria sint, quandoque exulcerant, quandoque pruritum solum faciunt: si non acria, at cum calore tamen & crassitudine extiterint, tunc uel tumores uarios gignunt, uel pediculorum materiam suggerunt, gignunturq́ hi tāta nonnunquam ob redundantem humorē copia, ut hoc uitio obijsse compertum sit Alcmanem poetam & Pherecydem Syrum, ut testatur Arist. 5. de hist. anim. Quū uero horum subiectum putrida materia sit: efficiens eorundē causa non naturalis est caliditas, putredo nanque corruptio est in unoquoque humido naturalis caliditatis ab alieno calore. 4. meteor. Quare legendus est authoris huius contextus negatiue potius, quam affirmatiuè, ut antiqui ferè codices legunt, quum de huius morbi causis agens ait. [Et uirtus præparatiua generationis eorum est caliditas naturalis.] neque.n. naturalis est caliditas uerè, sed aduentitia. Sed ambiget quispiam, si putrefactio corruptio est, aut uia in corruptionem, ut habetur 4. meteor. & propterea cōtraria est generationi, quod 4. ibidem philosophus affirmat. Quomodo ex putredine gigni animalia possunt? Satisfacit huic quæstioni Arist. 3. de gener. anim. illud que fatetur, nihil gigni putrescens, sed cōcoctū nēpe ex materia putrida quidquid inutile est, detrahitur; & ex eo quod utile est, fit generatio quare, etsi putrefactio eius corruptio est: quod putrescit: generatio tamen est alterius pro ea materiei portione, quæ utilis est. nihil enim (ut ibidem Arist. ait) ex toto putridum efficitur: sed quantum inutile est, a natura uel etiam ab arte detrahitur. De hoc uerò affectu & eius curatione uide quæ Gal. 1. de comp. med. per loca. quę Paulus lib. 3. & Celsus lib. 6. scribit elegantissimè.

Cap. 31.
Tex. 4.
Text. 6.
Text. 3.
Cap. 11.
Cap 7. Cap. 6.
Cap. 22.

De silac, & est græce a [anusenie.] Cap. 3.

a B.abusimi, vel asusimi, seu abicsema.

SIlac quidem est grossities in palpebris, proueniens a materia grossa b [malæ dispositionis, nitrosa, propter quam rubeæ fiūt palpebrę, & cadunt pili c †] & adducit ulcerationem partium, in quib. fixi sunt pili d †] & sequitur eam corruptio oculi: & plurimum accidit successione ophthalmię. Et de ipsa quidē alia est recens, et alia est antiqua mala.

b B. mala corrosiua falsa baurachia.
c † B. palpebrarum.
d † B.palpebrarum.

De cura. Cap. 4.

IN recenti quidem cōfert facere emplastrum ex lentibus decoctis cum aqua ros. et facere emplastrum de portulaca, et endiuia cum oleo ros. et albumine oui; et administretur totum illud nocte, et ingrediatur balneum post ipsam. Aut sumantur lentes excorticatæ, et sumach, et pulpa granatorum, et rosæ, et conficiatur illud totum cum alrob in nocte, et balneetur mane, et al-

& assiduatio balnei est ex rebus magis conferentibus ei. In antiqua verò & chronica, oportet ut crura ventosentur, & phlebotomentur venæ frontis, & administretur assiduatio balnei. Ex medicamentis autem, quæ ponenda sunt in ea est, vt sumatur æris vsti medietas. drac. j. dragan-thi, drac. iij. piperis, croci an. drach. j. terãtur cũ vino pontico, donec fiant sicut mel subtile, & administrentur in exterioribus palpebræ. In ea autem, quæ fit successione ophthalmiæ, est expertum collyrium secundum hunc modum [a] [draganti, atramenti] & croci, & spicæ omnium ana. pars. j. sumantur, de † lapide hæmatite, x. partes, fiant collyria, & fricentur ex eis palpebræ.

a B. vitrioli quo fit enchaustrum scriptorũ adusti. † sedenigi.

ANNOTATIONES.

cap. 8. Cap. 22.

Πτίλωσιν intelligit, de qua Gal. 4. de cõp. med. per loca. & Paulus lib. 3.

De gessa palpebrarum. *Cap.* 5.

Est vt accidat palpebris difficultas motus ad claudendum, quum sunt apertæ, & ad aperiendum, quum sunt clausæ, cum dolore, & rubedine, sine humiditate secundum plurimum, & consequitur eas plurimum, ut non obediãt ad aperiendum cum excitatione apud somnum. Et plurimum quidem ipsius nõ est sine frustis lippitudinis separatis duræ siccæ, & neque est cum ea cursus, nisi per accidens, quoniam est ex siccitate, aut humore uiscoso declinante ad siccitatem valde: sed quandoque est dolor, & rubedo. Illa verò, quæ fit [a] [a fricatione] sine materia fluente ad ipsam, nominatur siccitas oculi, & multoties est illic complexio calida, & materia plurima grossa indigens euacuatione.

a B. ex pruritu Alia litera, quũ autem est pruritus.

De cura. *Cap.* 6.

Oportet, ut assiduet vaporationem oculi cũ spongia infusa in aqua tepida, & assidue vtatur balneo cum aqua dulci æquali, & ponat super oculum apud somnum albumẽ conquassatum cum oleo ros. & assidue faciat [a] [sudare] caput cum humectatiuis, & oleis, & embrochis & caputpurgijs humectantibus cum oleo viol: & nenupharino, & reliquis. Et si significauerint dispositiones, quòd cum siccitate sit materia cholerica, solues cum volubili, quoniam in ipsa est proprietas. Et si existimatur quòd illic sit materia grossa, exsiccata, indigens resolutione, resoluatur cum mucillagine fœnugreci, & mucillagine seminis lini acceptis cum lacte. Istæ enim ambę quando ponuntur super oculum, auferũt algessa, & euacuãt humorem. Et ex eis, quę ad eam experta sunt, sunt adeps gallinæ, & mucillago seminis lini, & cera, & oleum ros. ponatur illud desup semp. Et in [b] [palpebris] administretur qđ attrahit lachrymas, sicut collyriũ † Arsastratis: plurimum .n. confert in materia li chronica administratio alcohol prouocantium lachrymas. Ipsa enim resoluunt materiã, grossam, & faciunt eam currere, & attrahunt ex humoribus subtilibus illud, quod lenit eam, & resoluunt ipsum sua resolutione.

a B. inungere, seu embrochare.

b B. quibusdam horis. † Erasistrati.

ANNOTATIONES.

De scleropthalmia & xerophthalmia agit, quæ genera sunt duræ et aridæ lippitudinis, vt Celsus ait lib. 6. quẽ tu uide. Vide & Paulum lib. 3. ex quo hæc uidentur descripta.

Cap. 6. Cap. 22.

De grossitudine palpebrarum. *Cap.* 7.

Aegritudo est sequens scabiem, & quandoque faciunt ipsam possidere linimẽta frigida super [a] [oculum] & eius cura est † collyrium factum ex lapide lazuli, & lapide armeno, & ex nucleis dactylorum adustis, & spicis duabus, & administratio balnei assidua, & alienatio uini; quandoque uerò fricatur plurimum cum radio, et collyrio rubeo leni: sed fricatio cum zuccaro quandoque excitat & attrahit.

a B. palpebram. † alcohol.

ANNOATTIONES.

De hoc uitio, Græci ne uerbum quidem. Consequitur retentionem excrementorum, quæ tum abire in pilos, tum insensili perspiratu educi cõsueuerant, retinentur uerò ea, uel ex diuturna scabiei & crustarum mora, uel astricta cute frigidis medicamentis, uel alia causa quapiã. Meminit hic, huius curationem describens, de fricatione ex sacchare. uidetur tamen, quum ipsum imbecilliter discutat, abstergat, aut leniat, præsidium non satis efficax. Adde quòd, & si forte saccharũ nõ importune in hoc malo oculis offeratur, coniuncta tamen fricatio potest offendere, dum maior in perfricatum oculum humorum copia attrahitur, id quod hic ipse innuit postremis uerbis. Sed uerè id præsidij genus de aliorum sententia affertur, ab ipso uerò Auicenna non omnino probatur.

De [a inflatione] palpebrę. *Cap.* 8.

a B. cebegi.

Accidit propter materias subtiles, & uapores, & propter debilitatem digestionis, & malitiam eius, sicut fit in febribus uigilatiuis, & in uigilijs, & quandoque fit in principio hydropisis, & cachexiæ, & propter apostemata [b] [humida] sicut peripneumonia, & lethargia, & quãdo accidit conualescentibus indicat multoties [c] [conuersionem,] & proprie quando in eis est reliquorum membrorum inflationis priuatio, & remanent ipsę excitatæ, & inflatę, & cura est abscisio causæ, & uaporatio.

b B. Alia litera, intrinseca.

c B. recidiuatione.

ANNOTATIONES.

Nonnũquam laxo & minime doloroso tumore palpebræ afficiuntur. hunc Greci ἐμφύσημα uocant. quæ tamen uox de flatuoso tumore omni, nõ in oculi solum, sed & sub cute & membranis, quæ etiam ossa & musculos ambiunt, sumi solet, ut ijs qui in Pauli lectione uersantur constare potest. De hoc ubi in oculis est, uitio agit Paulus lib. 3. Videtur tamen author noster eius causas multò exactius recensere.

cap. 22.

De grauitate in palpebris. *Cap.* 9.

Qvandoque fit propter inflationem, & causas eius, & quandoque fit propter debilitatem uirtutis, & casum eius [a] † [ ] in hectica, & quandoque fit propter grossitudinem, & asarnac & similia. Et quandoque accidit grauitas,

a † B. sicut.

dit grauitas; & mollificatio in principio paroxismorum & febrium.

De inuiscatione palpebrarum apud lachrymalem, & alibi. Cap. 10.

a B. seu adhæreat cum oleo.

† alcohol.

QVandoque accidit palpebræ, ut conglutinentur a [aut cum concauitate] aut cum coniunctiua, aut cum cornea, aut cum utrisque, & quandoque fit in uno duorum laterum lachymalium, & quandoque fit perueniendo ad medium, & quandoque fit communis. Et causa quidem in ea, aut est ulcera accidentia, aut ruptura facientis † collyrium, quando colligit ex oculo sebel, & detegit ungulam, & fricat ex palpebra scabiem, deinde non cauterizat ipsum cum cymino, & sale, & similibus ultime, sicut diximus, & non considerat omni hora illud, quod oportet considerare in ipso, donec accidit, vt conglutinetur.

A N N O T A T I O N E S.

Cap. 7.

Cap. 15.

Hoc malum Celsus lib. 7. ἀγκυλοβλέφαρον uocari a Græcis scribit, cuius pulchrè curationem docet. Vide & Paulum lib. 6. ubi de commissis palpebris agit.

De a [moro.] Cap. 11.

a B. regimine, & cura.
b —— B. Alia litera. c. 11. de sude. Sude vel alsude est caro bothoralis addita in oculo, ꝙ &c.
† algarab.
† alcohol.

EST caro pustulosa addita in oculo. Quod]b si fuerit apud lachrymalem, tunc rectius erit, ut incidatur; deinde cura † fistulæ lachrymalis adhibeatur, aut curetur cum † collyrio basilicon, & medicamine de uiolis, & medicamentis ungulæ, & propriè cum collyrio de arsenico. Et si fuerit cum albedine, & nigredine, tunc cura eius erit cura ungulæ.

De inuersatione palpebræ & est a [ascera.] Cap. 12.

a B. alsathers.
b † B. Cap. 13. de cura inuersatiõis palpebræ. Illius auté, quæ est ab abbreuiatione palpebræ curatio est, ut scindatur cutis eius, & non suatur, vt prolongetur palpebra, & cõsolidetur post ortum carnis cutaneæ. Et ẽ spés prima, & secũda secundũ plus; & minus. Illius verò quæ est a glãdositate & carne addita, tũc curatio ẽ, vt remoueas eá cum ferro. & similiter eius, quæ ẽ a vestigio vlceris cõsolidati abbreuiãtis palpebrã curatio ẽ, vt scindatur, & consolidetur, & illius ꝗ est a spasmo curatio est, curatio spasmi cum speciebus suis.
Cap. 7. Cap. 10. Cap. 73.

EIus species sunt tres: vna earum est, vt contrahatur palpebra, & nõ cooperiat album, et illud aut est a creatione, aut est propter incisionem euenientem palpebris, & nominatur oculus huiusmodi oculus leporinus. Et secunda species est media. & est ut non cooperiat partem albi, et nominatur abbreuiatio palpebræ, et causa eius est causa primæ: uerum est minor illa. Et tertia est, ut non cooperiat palpebra superior inferiorem, et illud fit aut ex glandula, aut ex nascentia carnis additæ, quæ iam est, aut incipit; aut spasmo accidente palpebræ ex vlcere consolidato super ipsum, non permittente vt palpebra superior cooperiat inferiorem. Et quandoque fit illud totum ex spasmo lacertorũ circundantium palpebram. b † [ ]

A N N O T A T I O N E S.

Vbi oculus cute non obtegatur, λαγόφθαλμον, Græci appellant, quasi leporis oculum dixeris, quod id animal apertis semper oculis est, etiam per somnum. De hoc affectu uide Celsum lib. 7. Paulum lib. 6. Aetium lib. 5. serm. 3. nec non Rasim. 2. Cont. tr. 9.

De grandine. Cap. 13.

a B. Alia litera. declinãs ad albedinem similem.

EST humiditas ingrossata, & in lapidem conuersa in interiore parte palpebræ, & quandoque a [fit in albedine simile] grandini.

De cura. Cap. 14.

a B. ex sordibus alueorum apũ, & reliquis.
b B. galgano.
† Oribasij.

ADministretur super eam linimẽtum a [cũ aceto & sordibus vrceolorum, & reliquorum.] & quandoque adduntur eis oleum ros. & gummi alboti, & sarcocolla. Aut linitur cum ammoniaco contrito cum aceto, & b [cinere] & assa fœtida, & linimentum † aureiesus dictũ in capitulo hordeoli.

A N N O T A T I O N E S.

Cap. 22. cap. 16.
Cap. 7.
Cap. 81.
Cap. 8.

Grando χαλάζιον, ociosi est humoris, instar grandinis in palpebra concretio. Curatur hoc uitium & medicamentis & Chirurgia. Vide Paulum lib. 3. & 6. Celsum lib. 7. & Aetium lib. 2. serm. 3. meminit & Gal. de hac re. 4. de comp. med. per loc.

De hordeolo. Cap. 15.

HOrdeolum est apostema longum apparẽs super extremitatem palpebræ, simile hordeo in figura sua, & eius materia secundum plurimum est sanguis dominans.

De cura. Cap. 16.

a B. serapino, & dissoluatur.
b B. cum corporib. Alia litera. oleo.
† baurach.
† aureiesus.
† baurach.

CVretur cum minutione, & euacuatione per picram secundum quòd sciuisti: deinde sumatur aliquid de a [opopanaco, & resoluatur] in aqua, & liniatur ex eo locus: quoniam est bonum valde. Et conferunt, ei euaporationes ex adipe dissoluto, aut farina hordei cum galbano; aut fermentum, aut panis calefactus iteratus super ipsum. Et uaporatiões cum b [cauda] muscarum habentium capita abscissa, aut cum aqua, in qua hordeum bulliuit, aut sanguis columbæ, aut sanguis alguarescen, & turturis. Aut sumantur parum † nitri, & galbani multũ, & commisceantur ambo, & ponantur super hordeolum, & epithema † Oribasij. Recipe olibani, myrrhæ, amborum ana partem. j. laudani quartam partem, ceræ, aluminis, † nitri armeni omnium ana medietatem partis. aggregentur cum fæce olei de lilio, & liniatur super ipsum.

A N N O T A T I O N E S.

Cap. 7. cap. 83.
Cap. 22. cap. 8.

Paruulum tuberculum, oblongum, palpebræ cilio aduenit, hordeo simile, unde & κριθὴ a Græcis nuncupatur. De hoc & Celsus lib. 7. & Aetius lib. 2. serm. 3. & Paulus li. 3. Meminit uerò & Gal. 4. de comp. med. per loca. & in lib. de remed. par. facilib.

De asarnac. Cap. 17.

ASarnac est additio materiæ pinguis cõtingens in palpebra superiore, & grauat palpebram

pebram ab apertione: & facit ipsam quasi mollificatam: & est coniuncta, nō mota sicut nodus: & plurimum quidem accidit infantibus, & humectatis, in quibus multiplicantur lachrymæ, & ophthalmiæ.

De signis. *Cap.* 18.

a B. de primis.

EST ex signis eius, quoniam, quum tu [a] [tangis] inflationem digitis duobus, deinde separas eos, eminentia in medio eius existit.

De cura. *Cap.* 19.

a B. digitū suū indicē, & digitū eius mediū.
b B. profundet uice vna.
c B. incisione.

CVm manus est cura eius: & ipsius modus est, ut sedeat æger, & teneatur caput eius tractum ad posteriora, & tendatur in ipso cutis frontis ad oculum, & eleuetur palpebra, & accipiat eam medicus inter, [a] [duos indices & medium suum,] & comprimat parum, & aggregabitur materia compressa ad illud, quod est inter duos digitos: & ille, qui caput tenet; trahat cutem ex medio supercilij: quumq; apparuerit eminentia, incidat cutem ab ea sufficienti sectione, & subtili, non profunda. Cautela namque in hoc est necessaria: & ut incisionem faciat post incisionem, tutius est, quàm ut [b] [unam subito audendo faciat incisionem.] Quumque apparet per incisionem primam, bonum est: & si non, in [c] [anatomia] additio fiat, donec appareat: tunc si inuenerit eam separatam, super manum suam inuoluat pannum lineum, & accipiat asarnac separando ipsam a dextra & a sinistra. Et si remanserit residuum non obediens ei, pulverizetur aliquantulum salis super ipsum, ut corrodat ipsum. Et si fuerit in tunica, & uehementis adhærentiæ, accipiat illud, quod de ea separatum est, & dimittat aliud, & non inuadat ipsum, sed committat rem suam resolutioni salis, qui pulverizatur super ipsum. Deinde imponat super ipsum pannum infusum aceto. Quumque matutinum affuerit secundæ diei; & securitas fuerit [d] [sanguinis,] curet ipsum cum medicinis conglutinatiuis, & sint in eis lycium, & sief memithe, & crocus. Quandoque autem inuadit partem eius, quæ non separatur detegendo, & excoriando cum [e] [incisione, & penetrat cū hamis] sub ipsa, & mouet a dextra, & a sinistra, donec separatur; aut facit illud cum infimo pēnæ, Et oportet, ut cautela adhibeatur in perforādo ab eo, ita ut non tendat in profundum: [f] [foramen autem] si tendit palpebram cum uehementia, [g] [uel] fit processus in foramine tandiu, donec incidatur cutis [h] [panniculi,] qui est sub ea, nocet: & incipit apparere adeps loci incisi, quando comprimit digitis, qui ipsam circundat in circuitu cutis extensæ: & prouenit dolor uehemens: aut apostema calidum: & remanēt reliquiæ duræ [i] [profundæ,] quę sunt deteriores quàm sarnac. & fortasse inciditur de lacerto [k] [retinēte] oculum aliquid conueniēs, & debilitatur palpebra ab apertione. Recentē uerò, quę debilis est, plurimum sanant medicinæ resolutiuæ absque operatione manus.

d B. ophthalmiæ.
e B. cū capillis penetrantibus cum uncinis.
f B. qm foramē seu incisio.
g B. &.
h B. & panniculus.
i B. impediētes seu renitentes.
k B. eleuante.

De [a] [*susati.*] *Cap.* 20.

a B. althute i. de moro.

EST caro mollis eueniens in interiore parte palpebræ, a qua non cessat fluere sanguis rubeus & niger, & viridis. Cuius quidem cura est mundificatio cum exsiccatiuis corrosiuis, & collyrijs acutis. Quumque [b] [susati corrosiua] fuerit; administrabis tunc pulueres, & collyria, quæ carnis sunt generatiua, sintque ex eis, quæ in vlceribus palpebrarum dicuntur. Et ad vltimum, cura pruritus, & scabiei fortium curetur.

b B. alchute .i. morū corrosum.

ANNOTATIONES.

Et huius morbi notas, causas, & curationem Paulus pulchrè notat libro. 6. ex quo in hunc locum author transtulit. cap. 14.

De lapidositate. *Cap.* 21.

LApidositas est apostema paruum [a] [sanguineum] & uertitur in lapidositatem, a quo quandoque liberat manus operatio: deinde adhibeantur medicinæ ulcerum [b] [oculi.]

a B. chronicum. Alia litera emittens sanguinem.
b B. palpebrarū.

ANNOTATIONES.

Videtur hic affectus ad σύκωσιν referri, de qua Paulus libr. 3. cuius indicium uidetur, quòd statim de tylosi, deia etiam de trachomate agit. Est uerò trachoma internæ palpebrarum partis asperitudo, quarum intensio, ut ueluti incisuras habeat, sycosis nuncupatur: & quum inueterauerit, tylosis. meminit de hoc affectu Rasis 2. Contr. tr. 9. cap. 22.

De ulceribus palpebrarum, & rupturis earum cura. *Cap.* 22.

CVra: administretur super ea emplastrū ex lentibus, & phisticis, & corticibus granatorum decoctis cum aceto. Quumque ceciderint cortices, & corrosio destructa fuerit, administrabis super ea uitellum oui cū croco, quoniā ipse consolidat etsi uolueris, administrabis desuper collyrium de olibano, & collyrium album, cum collyrio asiatico, & rubeo leni. Rupturæ autem palpebrę recipiunt consolidationem & curantur cura rupturarum [a] [cutium] dicta in capitulo suo.

a B. cutis.

ANNOTATIONES.

Hæc scabiei oculorum species est, ut author libri de oculis part. 4 ita & trachoma & sycosis. Pro hoc & sequentibus capitibus uide Paulum lib. 3. cap. 9. cap. 22.

De scabie & pruritu. *Cap.* 23.

EIus causa est materia salsa, nitrosa, ex sanguine [a] [calido] aut humido, aut humore alio acuto, faciens prouenire pruritum prius, deinde scabiem. Cuius quidem plurimum succedit ulceribus oculi, & incipit ęgritudo prius cum pruritu paruo, deinde fit asperitas, & rubificatur palpebra, deinde fit, ut granum fici

a B. acuto.

b. Alia litera. ulcerosum.

b [& ulcerosa:] postea adueniunt grana dura, quum vehementia scissionis adest in pruritu, & apostematione.

De cura eius Cap. 24.

a B. scabiei.

b B. dolorē uel nocumentū uehemens.

c B. stricturæ indumentorū collū coarctātium. Alia litera. & stricturæ indumentorū collū circundātium.

† Erasistrati.

d B. & sief alramadi.

† Erasistrati.

e B. æris.

QVum scabiei associatur ophthalmia, cura prius ophthalmiam: deinde procede ad scabiem, postquam non dimiseris rē a [oph thalmiæ,] & similiter sunt dispositio & iudicium, si est ægritudo alia. Nam oportet vt tu vehementiori earum diligenter attendas. Quū que videris vlcerationem & apostema: caue ne administres medicinas acutas, & similia eis, nisi post consecutionem cum facilitate ad possibilitatem: nam tu trahes cum medicinis b [aquam vehementem.] In secunda vero, & tertia specierum prædictarum necessaria est fricatio, aut cum ferro, aut cum medicinis fiat fricatio ex eis, quæ sunt sicut spuma maris; & propriè generis eius, quod nominatur casuri, aut cum folijs fici, aut fac fricationē ex sedenegi, & croco, & marchasita, & fiat ex eis collyrium, & fricetur cum eo. Illius autem, quæ curam recipit cum medicinis: & est illa, quæ non consequitur gradum secundum, & tertium specierum prædictarum: initium curę, est assiduatio euacuationis & phlebotomiæ: & si non plus, saltē bis in mense: & phlebotomia lachrymaliū post phlebotomiam uniuersalem: & assiduatio balnei, & alienatio pulueris, & fumi, & vociferationis, & cautela uehemētiæ stricturę colli, & c [coarctationis capitis] & furoris, & iræ, & multitudinis loquelæ, & applanationis puluinaris, & prolongationis iacendi super faciem, & omnium, quę ascendere faciunt materias ad superiora, & trahūt eas ad faciem. Et confert in principio sui quidem collyrium rubeū lene, & post ipsum collyriū viride lene. Quod si fuerit fortior illa, tunc acutius vnoquoque eorum est ēt tarthamaticon, & collyrium † Arsistratis, & collyrium de croco. Et quandoque curatur cū felle hirci, & felle porci, & cum sale ammoniaco, & tutia & ære adusto, & calcadis coniunctim, & separatim, Et basilicon, d [& collyrium granatiuum] sunt bona: & medicamen † Arsistratis est valde bonū. & ex medicinis conferentibus est medicamen huiusmodi. Recipe karabe partem.j. corticis e [granatorum]: partes.ij. conficiantur cum melle. Aut aloes partem.j. salis ammoniaci partem.s. cōficiantur cum melle & administrentur. Et iterum sumantur ęris vsti.xvj.aurei.piperis.viij.aurei.climiæ.iiij.aurei myrrhæ, croci, amborū ana aurei.ij.floris æris. v.aure.gummi.xx.aur. terantur & misceantur, sicut scis cum aqua pluuiali.

a † B. palpebræ.

b B. frigidum.

De tumore. † a [ ] Cap. 25.

ALintifac est apostema b † [ ] cum pruritu; & quandoque est illud, quod in ipso dominatur, ventositas; & quandoque est superfluitas subtilis phlegmatica: & quandoque est superfluitas aquosa: & quandoque est superfluitas melancholica.

De signis. Cap. 26.

QVod uentosum est quandoque accidit subito, & declinat ad partem lachrymalem & est sicut quem pungit musca in illo loco, & accidit in ęstate, & senibus, & non est grauitas; phlegmaticum enim frigidius est, & grauius, & seruat uestigium compressionis vna hora. Sed in aquoso non remanet vestigium impressionis per horam, neque dolor est cum eo. Et melancholicum secundum plurimum communicat palpebræ, & oculo, & est cum duritie, & extensione consequentibus supercilia, & maxillarum summitatem: & non est cum eo dolor, de quo sit curandum & est color eius fuscus. Et plurimum eius accidit post ophthalmiam, & post variolam.

De cura. Cap. 27.

a B. althex.

b B. Alia litera. alumine.

OPortet ut incipias primum, & euacues corpus, & mundifices caput, & ei, quod fuerit ad phlegma decliuius, administra emplastrū ex folijs a [malue;] & fortiora eis sunt folia alkerua contrita, & permista cum b [anetho] & vaporationem ex spongia infusa aceto, & aqua calida, & etiam fiat linimentum ex aloe, & felu zaharagi, & sief memithe, & sausel, & croco cum aqua solatri.

De multitudine palpitationis. Cap. 28.

a B. bothor.

MVltitudo palpitationis fit ex re cadente in oculo leui; & quando fit ex a [siccitate.] Et quandoque multiplicatur in habentibus tetanum, & in præparatis ad ipsum. Et indicat in ægritudinibus acutis tetanum, & spasmum.

ANNOTATIONES.

cap. 8.

Agit de palpebrarum tumore author libelli de oculis, parti. 4. ex quo in hunc locum translata quædam uidentur.

De casu pilorum. Cap. 29.

a B. minoratur.

CAdūt pili oculi ex causa materiei, aut causa loci. Et causa quidem materiei; aut quoniam a [replētur pediculis] sicut fit in fine ægritudinum acutarum paruarum, aut quoniā corrumpitur propter illud, quod admiscetur eis, quum nascuntur, sicut accidit in alopecia, & est vt sit in interiore parte palpebrę humiditas acuta, aut materia nitrosa, salsa, non apparente in palpebra nocumento sensibili, sed ipsa nocet pilis. Qui autem est causa loci, est quoniam illi est nocumētum manifestum. s. aut durities, & grossitudo, & non inuenit uapor, a quo generatur pilus, transitum, aut apostema, & corrosio, & significat ipsum rubedo, et mordicatio uehemens et dolor.

De cura. Cap. 30.

IN illo, qui est causa loci, cura nocumentum, quod est in loco, secūdum quod dicitur in

cura cuiusque capituli eius in loco suo. Et in illo, cuius causa est priuatio materiei, curetur prius corpus a [per ea regimine largo,] & cibatione: & administra medicinas trahentes materiam pilorum ad palpebras per ea, quę dicturi sumus, & quę sunt dicta in antidotario, & in areolis medicinarum singularium. Et in eo, qui est causa materiei corruptæ, administra purgationem capitis, & mundificationem membri: deinde cura medicamento pilorum. Alcohol autem iuuatiua ad illud sunt lapis armenus & lazuli. Et ex compositis † collyrium de nucleis dactylorum b [ex ladano] dictum in antidotario. Aut sumatur de c [dactylis immaturis] adustis pondus .iij. ℥. d [& duarum spicarum.] ℥. ij. fiat ex eis alcohol. Et ex eis, quæ experta sunt, est ut teratur spica nigra, e [& antimonium] & administrentur cum radio. Et etiam fiat alcohol ex stercore muris adusto, & non adusto cũ melle: & propriè f [asulalij:] aut sumatur terra, in qua nascitur uitis cum croco romano, & est g [alsaluli] partes æquales, & administretur ex eis † collyrium. & ex eis, quæ experta sunt ad illud ex eis, cum quo sunt pruritus, & rubedo, & corrosio: est ut decoquatur granatum cum sua totalitate, & partib. suis in aceto vsquequo dissoluatur, & annectatur super locum. Et omnia quidem viscosa conferunt. Et ad illud etiã, climię, colcotar, atramenti partes æquales sumantur, & terantur, & administrentur.

a B. cũ uiuificantibus.
† alcohol.
b B. cum lapide lazuli.
c B. de ossib. dactylorum immaturorum.
d B. spicæ nardi
e B. sicut alcohol.
f B. alseluchi.
g B. alchalithi.
† alcohol.

a [*De pilis inuersis & additis.*] *Cap.* 31.

a — B. & continuatur litera.
† alcohol.

EX eis, quæ experta sunt, est vt sumatur stercoris leporini adusti pondus .viij. ℥. & stercoris hircini pondus .iij. ℥. conterantur, & administretur ex eis † collyrium. Aut fiat alcohol ex muscis habentibus capita abscisa exsiccatis. Aut aduratur auellana, & teratur, & conficiatur cum adipe caprino, aut adipe ursi, & liniatur ex ea locus: nasci enim facit pilos, & cũ hoc denigrat eos. Et etiam sumatur antimonii adusti pars .j. & piperis pars .j. & plumbi adusti abluti partes iiij. croci partes .iiij. & duarũ spicarum .iij. partes, & nucleorũ dactylorum adustorum partes .ij. conterantur & fiat ex eis alcohol b [&] † [ ] Ad vltimum cura horum pilorum est unus modorum. s. adherentia, & cauterium, & ordo cum acu, & abbreuiatio palpebræ cũ sectione, & euulsio prohibitiua. Inuiscatio autem est, vt eleuentur, & æquentur cum mastice, & gumma pini, & gummi, & uisco, & ammoniaco, & glutino, quod egreditur de ventribus c [ostracarum,] & aloe, & sarcocolla, & dragacantho, & thure dissoluto cum albugine oui. Et ex inuiscatiuis bonis est, ut inuiscetur cum oleo de d [scemi,] et melior ea est cũ colla casei, quam nos diximus in antidotario. Cura uerò, quę fit acu, est vt acus penetret ab interiore parte palpebrę ad exteriorem, vbi est pilus. Deinde ponatur pilus in foramine eius, et egrediatur ad latus aliud, et stringatur pilus, et si sit difficilis introitus pili in foramine acus, ponatur in foramine acus extremitas capilli mulieris, et trahatur acus ex illo latere. deinde ponatur capillus in foramine eius, et egrediatur ex alio latere, et stringatur capillus, donec remaneat similis ansæ a latere intrinseco, et ponatur in ipsa pilus, et extrahatur. et si necessaria fuerit iteratio acus, queratur locus alius. Secũdatio nanque perforationis acus dilatat foramen, et non retinet pilum. Sectio autem est, ut abscindatur origo eius ex palpebra. Quidã uerò præcipiunt, vt scindatur locus cognominatus gena, et est apud extremitatem oculi, deinde consolidetur, et nascetur super ipsum caro addita. et æquat pilum, et non permittit ipsum inuersari. Cauterium autem, quòd melius est, est ut fiat cum acu habente caput curuatum, cuius caput igniatur, et extendatur palpebra, et cauterizetur cum eo locus pili, et non redibit. et quãdoque necessarię sunt iterationes bis, aut ter, et nõ redibit post illud penitus. Euulsio autem prohibitiua est, ut euellatur, deinde ponantur super locum medicinę prohibitiuæ natiuitatis pilorum, et propriè super palpebram, quæ sunt de eis quæ dictę sunt in areolis medicinarum singularium, et dicemus eas in capitulo pilorum additorum.

b — B.
† De pilis inuersis, & additis. Cap. xxxj. Ad ultimũ &c.
c B. Alia litera. piscium.
d B. alscini.

ANNOTATIONES.

Superciliorum defluuium μαδάρωσις, μίλφωσις, *uel etiã* μύδωσις *uocatur. De hoc egit Gal. 4. de comp. med. per loc. sed vide & 14. meth. & libellum de med. paratu facilib. ad Solon. uide & Paulum lib. 3.*

Cap. 8. Cap 18. Cap. 12. Cap. 22.

De pilis additis. *Cap.* 32.

NAscuntur ex multitudine humiditatis putrida aggregatæ in palpebris oculi.

ANNOTATIONES.

Vbi palpebrarum pili, vel præternaturam inuertuntur, uel augentur, τριχίασιν *vocant. De hoc Gal. 4. de comp. med. per loc. & Paulus lib. 3. & 6. ex quo author uidetur desumpsisse. Sed pulcherrime Celsus agit lib. 7. Vide & Rasim 9. ad Almans.*

Cap. 8. cap. 12. cap. 13. cap. 7.

De cura. *Cap.* 33.

CVra eius est mundificatio capitis, et corporis, et oculi cum eis, quæ scis; deinde administra alcofol acuta mundificantia palpebrã sicut albisalicon, et ruscenum, et collyrium rubeum acutum, et uiride acutum, et collyriũ de myrobal. et propriè si fuerint illic lachrymę: aut aliquid accidentium humorum acciderit. quod si non suffecerint, curam adhibe euulsionis, et euellantur, et liniantur super originem eorũ sanguis ericii, et fel a [damarum, et arietum,] et fel uulturis, et fel caprinum. Et quandoque permiscentur fella ista, et sanguines cum castoreo, et fiũt ex eis collyria, sicut squammę piscis et administrantũr, quum necessitas incumbit, dissoluta cum saliua hominis. Qui uerò eo vtitur, media hora expectet super ipsum. Et ex curis quidem bonis, est ut sumantur fel ericii, et fel b uulturis] et castoreum secundum æqualitatem et aggregentur cum sanguine columbæ, et fiant inde troch. ex eis, quę narrantur, sunt sanguis c [† tinctę, et proprie sanguis tinctę] canis et san-

a B. ipsius & fel chamaleonte, & fel uulturis. Alia litera. fel chaleonte.
b B. chamaleõte
c B. alcharad, & ꝓprie alcharad † mammillæ.

& sanguis ranarum.ueruntamen experimentum non verificauit illud. & rectius quidem secundum ꝙ existimant, est ut misceatur cum alkitram. Et ex eis etiam, quę narrantur; est ut administrētur fel uulturis cum cinere, & sale ammoniaco, & succo porri, & proprie quādo ponitur in sartagine super ignem, donec commisceantur, & equentur. & si fuerit cinis ostracorum, erit melior. Et rubigo ferri æruginosi cū saliua hominis est ultima, quamuis dolorem faciat. Et ex eis quidem, quæ sunt experta, est [d] [tinea] cum sale ammoniaco, & proprie cum ungula asini adusta cum aceto forti, & similiter spuma maris cum aqua [e] [psyllij. Quum.n. stupefit & infrigidatur locus eo, non nascuntur ibi pili.

d B.alarda.

e B.alasfius.

De inuiscatione [a] [*palpebrarum.*] *Cap.* 34.

a B.alasfar.

FIt illud secundum plurimum post ophthalmiam, oportet ergo ut administrentur sarcocollæ, & zuccari tabarzet partes ęquales, spumæ maris quarta partis. terantur & puluerizentur super locum.

TRACTATVS IIII.

De dispositionibus uirtutis uisibilis, & operationibus eius.

De debilitate uisus & nocumento eius. *Cap.* 1.

DEbilitatem uisus & eius nocumentum efficit, aut complexio communis in corpore [a] [siccitatis dominantis humorosæ, aut cōplexionalis] sine materia. Aut vapor eleuatus ex corpore, aut stomacho proprie. Aut frigus [b] [habens materiam, aut non habens materiam.] aut propter dominium caliditatis materialis aut non materialis. Aut est sequens causam in cerebro ipso ęgritudinum cerebri notarum, quę est in substantia cerebri, aut in [c] [parte tota] anteriore, sicut compressio, aut percussio accidens ei, quare non uidet oculus, aut in parte anteriore eius. Et plurimum quidem eius est humiditas dominans, aut siccitas accidens successione ægritudinum, & motuum superfluorum corporeorum, & animalium, & euacuationum superfluarum, propter quas cadit uirtus, & [d] [resoluitur] materia. aut est propter rem appropriatam ipsi spiritui uisibili, et membris, quæ ipsum sequuntur, sicut neruo concauo, et sicut humoribus, & tunicis. Et spiritui quidem uisibili quandoque accidit ut [e] multiplicetur, & accidit ei ut subtilietur. Et quandoque accidit ei ut ingrossetur.]Et accidit ei ut minoretur. Multiplicatio autem est melior res, & magis iuuatiua. Et subtilitas quidem plurimum accidit ex siccitate: & quandoque fit ex vehementia separationis accidentis quum sol aspicitur: & [f] [resplendentia &] similia. Et quandoque perducit aggregatio ualde superflua ad coarctationem resoluentem, & inspissatur ea primum: deinde subtiliatur ualde secundo: & istud est sicut accidit apud longam moram in tenebris. Et grossitudo fit propter humiditatem, & fit propter aggregationem vehementem, non ita, ut perducat ad [g] [utendum complexione subtiliante.] Et quandoque est causa in eis [h] † [ ] cadēs in initio creationis: & [i] [minoratio] quādoque est propter uehementiam siccitatis, & multitudinem euacuationum, aut debilitatem anterioris cerebri validam, aut prauitatem ægritudinum, & propinquitatem mortis, quando resoluitur spiritus. Debilitas autem & nocumentum, quę sunt propter tunicas (& plurimū eorum est propter tunicas extrinsecas sine profundis) aut sunt causa substantię tunicæ, aut sunt causa transitus, qui est in ea. Et quæ sunt propter tunicam ipsam, sunt propter complexionem malam: & plurimum eius est retentio vaporis in ea, aut superfluitas humiditatis permiste ei, aut exsiccatio & siccitas, & nigrificatio, & corrugatio accidētes ei, & propriè, uueæ & corneę: aut corruptio superficiei eius, ꝑpter impressionem ulcerum apparentium, aut occultorum: aut tolerantia ophthalmię plurimę auferentis peruietatem eius, aut color extraneus intrans eam, sicut accidit corneæ in icteritia ex citrinitate: aut in tarfati ex rubedine; aut denudatio coloris naturalis, sicut illud, qđ accidit corneæ, & addit peruietatem, & firmitudinem ad hoc ut lumē uincat ipsum, & separet spiritum uisibilem. Et quandoque accidit exsiccatio, & calefactio propter cohærentiam [k] [firmam] aeris & luminis [l] [cum humoribus] aut separatio earum propter corrosionem accidētem; quare non gradatur lumen in penetrādo in eis, imò subito penetrat in glacialem integre. Aut propter ortum panniculum super eas sicut ungula, aut inflatione, & grossitie uenarū earū sicut in sebel. Accidens aūt foramini, et trāsitui, aut est quia stringitur supra naturalē propter causas, quas dicturi sumus in capitulo suo aut dilatatur, aut oppilatur, integrè, aut non integrè, sicut quum est descensus aquæ, & nos q̄dem dicemus ista capitula omnia sigillatim. Facta autem propter humores est, quoniam glacialis quidem, qui est unus eorum, mutatur ab essentia sua ęquali, & ingrossatur, aut eius subtilitas est fortis, & fit impeditus a delatione luminis, & coloris luminosi super se. Et ex albugineo quidem, quoniam multiplicatur ualde, aut ingrossatur, & fit illud causa ad minorandā peruietatem suam, aut propter humiditatem, & uapores, qui permiscētur ei, [m] [aut] mutant alterantes eius peruietatem, uapores enim, et fumi extranei extrinseci nocent ei. qualiter ergo intrinseci? Et omnia grana uaporosa inflatiua sunt grauatiua uisus. Nocumētum enim, quod uisui aduenit ex uitreo, non est primitiuum; imò non nocet uisui, nisi inquantum nocet glaciali, et conuertit eius essentiam ab æqualitate propter cibum non ęqualem, quem ei defert. Nocumētum autem, quod fit propter neruum, est quoniam accidit ei oppilatio, aut accidit ei apostema, aut ruptura.

a B. Alia litera. ex siccitate dominante, aut humiditate dominante, humorali, aut complexionali.

b B. Alia litera. materiæ.

c B. uētre toto.

d B. exsiccatur.

e B. inspissetur, & ut subtilietur & accidit ei, ut ingrossetur & accidit ei ut multiplicetur. Alia litera. inspissetur, ut subtilietur, & accidit ei ut multiplicetur.

f B. ei.

g B. Alia litera. inflammationē complexionis subtiliantem.

h † B. ambobus

i B. paucitas quidem quandoque est a principio creationis, &c.

k B. Alia litera. formarum.

l B. exsiccatio & calefactio humiditatum.

m B. &.

De signis. *Cap.* 2.

IN eo quidem, quod est communitate corporis, signum est illud, quod dedimus, quod significat complexionem totius corporis. Et illud,

lud, quod fit communitate cerebri, est, quoniã illic est aliquod signorum significantium nocumentum in cerebro, cum hoc ut sint reliqui sensus læsi cum illo. illud enim fiduciam facit communitatis cerebri. Et quandoque appropriatur visui plurimum proprietatum eius, & cum odoratu, sine auditu; sicut percussio coarctatiua, quando cadit in parte anteriore cerebri. Et quandoque est auditus cum sua dispositione, & remanet oculus apertus, & non potest claudi palpebra super ipsum; verum non uidet. Et signum, quod ipsi spiritui appropriatur, est quoniam si spiritus est subtilis, & est paucus, uidet rem ex proximo [a] [sine perscrutatione, & non videt, quod elongatum est cum perscrutatione [b] † [ ] Verum eius subtilitas quum est superflua, nõ [c] [figit rem luminosam] valde, imò fugat cum lumẽ [d] [clarum] & separat eum. Et si est grossus, & plurimus, non deficit ei perscrutatio intuendo longinquum, & non perscrutatur visionem propinqui. & causa in hoc apud loquentes de radio, est, quòd uisus non fit, nisi egressione radij, & quum obuiat ei, quod videtur, & ꝙ motus uadens ad locum lõginquum subtiliat grossitiem eius, & æquat essentiam ipsius, quemadmodum huius motus resoluit spiritum subtilem, quare forsitan non operatur aliquid. Et apud illos, qui dicunt peruium vehere formas [e] [uidendi, & reliqua,] est quòd glacialis motus fit fortis, quum uidet illud, quod elongatur: & illud est ex eis, quæ subtiliãt spiritum grossum habitantem in ipso, & resoluit spiritum subtilem: & propriè paucum. Verificatio autem certioris in his duobus sermonibus, pertinet ad sapientes, nõ medicos. Cognitio uerò illius ex dispositione tunicarum, & humorum profundorum, est ex eis, quę sunt [f] [praua,] quum non est res alia, nisi ipsa. Quandoque autem recurritur ad dispositionem coloris tunicarum, & humorum profundorum, & ad dispositionẽ inflationis earum, & extensionis & corrugationis, & extenuationis ipsarum, & dispositionem paruitatis oculi propter paruitatẽ ipsius, & dispositionem eius, quod spargitur super ipsum de humiditate, & imaginatur de similitudine iris: aut uidetur in ipso de siccitate, & conturbatione, quæ manifesta est exterius; & forsitan non apparet cum eo homo oculi, & est forma aspicientis in ipsum. Et quandoque significat secundum dispositionem corneæ. Et quandoque significat secundum dispositionem albuginei: & ille cuius est, videt semper inter oculos suos sicut nebulas. Si autem uides conturbationem coram foramine tantum, & non sunt reliquæ partes corneæ turbatæ, significat; quòd conturbatio sit in albugineo, & quòd non est clarus; & si conturbatio est communis partib. corneæ, nõ est dubium, quin ipsa sit in cornea: sed remanet dubitatio, an ipsa sit similiter in albugineo, an non. Et accidit quandoque albugineo siccitas; & accidit quandoque ex illa siccitate, ut aggregentur ea quædam partes eius, & non fiãt peruię: quare uidetur coram eis fenestra aut fenestræ. Et quandoque est illud propter uestigia vlcerum existentia in cornea occulta facientiũ imaginari imaginationes: quare erratur in eis, & existimatur, quòd sint imaginationes aquę, & non sunt. De constrictione autem, & dilatatione, & aqua, & dispositione nerui, posterius loquemur. Et scias quòd omnis corruptio existens a siccitate fit fortis, g [quum uacuitas adest,] & apud exercitium resolutiuum, & apud euacuationes in hora meridiei, & ex humiditate e contrario.

a B. cum.

b † B. Et si fuerit subtilis plurimus uidet cũ pscrutatione rẽ propinquam, & elongatam.

c B. figitur in re splẽdida, seu lucida.

d B. forte.

e B. visibilium causa est alia ab illa, &

f B. difficilis.

g B. apud famẽ

ANNOTATIONES.

Cap. 1.

Egit quidem hactenus Auicennas de multis, a quibus lædi uidendi actio potest, affectibus: sed id obiter, dum externarum fere partium, aut manifestiora oculi uitia recenset. Nunc, ueluti ex integro, de uisus offensis aggreditur Galenum æmulatus, 2. de sympt. caus. Unum in hoc notat ijs uerbis. (Et quandoque fit ex uehementia separationis &c.) quod paulo exactius libet expendere. nempe offendi ait ex solis aspectu uisum, id quod Galenus quoque asserit, & quotidiana experientia probat. Dignum ergo scitu esset, quum uisus offensio symptoma sit, quod sequi morbum solet: quum morbi species plures sint, & oculi partes multæ, quinã morbus ex splendidissimæ rei aspectu fiat: & quæ oculi pars offendatur. Sanè, huius problematis ratio uidebitur fortasse alicui prima fronte facilis, quum satis uulgatum sit disgregari ab excellenti lumine aspectum. atque non de oculis tãtum, sed de omni sensu aßertum ab Arist. sit ab excellenti obiecto corrumpi: quòd uidelicet in moderaao quodam statu & sensuum, & cæterarum omnium naturalium actionum uis constet. Cæterum, si res ad diligentius examen reuocetur, etsi disgregari uisum, & mediocritatem exsuperari non negamus ob luminis excellentiam, non adhuc tamẽ, quinam morbus fiat: quænam offendatur particula, exploratum est. Accedere ergo ad rem propius licebit, si perpensa luminis natura gigni in oculo seu toto, seu in chrystallino humore, aut alia quauis particula intemperiem calidam dixerimus. Quum enim lumen, philosophorum testimonio, calefaciat, consentaneum rationi est ex lucidissima re inspecta, ueluti sole aut igne, quibus illud inest ut calfaciant, gigni calidiorem in oculo intemperiem: quæ postmodum ob læsi aspectus sit causa. At uerò, quum non ex luminis tantum, sed & albissimi corporis inspectione labefactari uisum contingat: non sunt verò quæ insigni albore prædita sunt, etiam lucida, aut apta ut calfaciant, quum cerusa & calx quantumuis candidissima, opaca sit non splendida: quum etiam nix refrigerare non calfacere apta sit: propterea tentandum illud est, ut generalior quædam ac lucidis & candidis rebus communis ratio assignetur. Fortasse ergo res ita habet. Visorios spiritus aereæ & lucidæ naturæ esse, non uno loco est a Galeno confirmatum. Fit autem aspectus ex eodem Galeno ac Platone, per spirituum ex oculo egressum: aut certè, si non oculum exeunt, quod Aristoteles disserit: ad ipsos tamen oculos affluunt spiritus, quum singulę actiones spirituum opera perficiantur. Constat autem naturæ lege similia similibus nullo negocio coniungi, & ijsdem delectari, sicuti dissimilia dissimilium amplexum subterfugiunt. Quamobrem, oblata oculis quapiam re splẽdidissima: allecti substantiæ similitudine uisorij spiritus, tanto impetu erumpunt, atque fortasse familiari illi & iocundissimo obiecto eunt obuiam, ac se se ad illius amplexum effundunt, ut ex subita atque uiolenta ea extra oculum irruptione (si cum Gal. exire radios senseris) disrumpi uel crystallini humoris substantiam, uel ragboidẽ, aut aliud quidpiam ex tenuissimis illis oculi partibus, inter exeundum: uel si non aliud, crystalloidem ipsum, qui antea spirituum copia

pia turgebat, eorundem inopia concidere, & minorem fieri oporteat. aut certe, si non exire radios uelis, idem crystalloides ex splendidioris rei occursu, dum copiosius ad illum spiritus confluunt, in tantam molem repente effunditur, ut illius angustissimi quique meatus, repleatur, dilatentur, aut etiam disrumpantur. atque ita uel ex obstructione, uel ex dilatatione, uel ex solutione continui, symptoma, de quo agimus, sequi eueniet. ut ad medicorum normam, hoc etiamnum symptoma referre liceat, qui symptomata omnia morbos perpetuo ueluti umbram corpora, sequi arbitrantur.

De cura. *Cap. 3.*

SI fuerit causa debilitatis siccitas, iuuatur humectantibus, & aqua casei, & emulsione lactis super caput, & potu eius; & ponantur olea humectatiua super caput, & propriè quum fuerit illud in conualescentibus. & conferunt ei somnus, & requies, & caputpurgia humectantia, & proprie oleum de nenufare. & eius, quæ in tunica existit, cura est praua. Quod si fuerit ab humiditate, administrabis tunc illud, quod resoluit post euacuationes. Vomitus autē, qui a [minimus,] est ex eis, quæ cōferunt: & proprie senibus: sed laboriosus nocet ualde. Et gargarismata b [& sternutationes] & sternutamenta cōferunt. Et ex euacuationibus iuuatiuis in hoc est c [oleum] de kerua cum infusione aloes. Et administratio eius, quod prohibet uaporem a capite, sicut trypheræ, & proprie apud somnū: confert etiam, & iuuatur exercitijs extremitatum; & proprie extremitatum inferiorum. Et similiter oportet, ut administretur fricatio earum. Si autem causa fuerit in ea grossities eius, curetur cum medicinis abstersiuis prædictis in areolis oculi. Et oportet, quando administras medicinas acutas, vt vtaris cū eis medicinis stypticis. Et ex rebus quidem iuuatiuis in hoc, est tutia abluta nutrita cum aqua sampsuci, aut aqua fœniculi, aut aqua † ocymi, & succo prassij. Et assiduatio † collyrij cum lycio confert oculo valde, & conseruat uirtutem eius usque ad tempus longum. Et facere alcohol ex fricatione myrobal. cum aqua ros. cōfert valde, quādo est humiditas subtilis cum caliditate & pruritu. Et ex alcohol conferentibus in huius capitulo, est ex fellibus, quum sunt singularia: sicut fel alcubugi, & fel d [tauri saboth, & auis frangentis os] & tauri, & ursi, & leporis, & e [uulturis,] & gruis, & hirundinis, & passeris, & uulpis, & aldib, & catti, & canis f [leporarij] & arietis g [syluestris,] & fellis h [auis tarde [inest proprietas ualde mirabilis, i [& composita,] & ex oleis quidem iuuatiuis sunt, sicut oleum de kerua, & oleum de narcisso, & de granis lauri, & oleum raphaninum, & oleum de fœnugræco, & oleum de lilio, & oleum sampsucinum, & oleum chamæmillinum, & oleum alacoen. & facere alcohol cum aqua † ocymi confert. & ex medicamentis bonis mensuratis est, vt adurantur duę nuces & .xxx. ex nucleis myrobalanorū citrinorum, & terantur, & proijciatur super piperis non adusti aur. j. & fiat ex eo collyrium. Et ex medicinis iuuatiuis est, vt sumatur succus granati muzi, & decoquatur usque ad medietatem, & remoueatur ab igne, & misceatur cū eo medietas ipsius de melle, & ponatur sub sole & administretur. Et similiter, si sumatur aqua duorum granatorum, & ponatur sub sole duobus mensibus in æstate, & coletur, & ponatur in ea aloes, & longi piperis, & salis ammoniaci (& quandoque fit sine sale ammoniaco) partes equales, terantur omnia valde, & proijciantur super lib. eius. ℥ iij. ex eis, & reseruetur: & quanto plus antiquatur, tanto est melius. Et ex iuuatiuis cum hoc est acorus cum [k chelidonia,] quando teritur sicut alcohol. Et facere alcohol cum aqua cepæ cum melle, iuuatiuū est. Et collyrium quidem fellium est forte. Et fella quidē l [syluestria] sunt sicut fel m [accipitris, & uulturis.] Aut sumatur tabula, & pistillum, quorū ambo sint ex ere rubeo, & distillentur super eā stilla aceti, & stilla lactis, & stilla mellis, deinde teratur donec nigrescat illud, & fiat ex eo alcohol. Et scias ꝙ assumere n [carnem] assidue siue sit assa, siue elixa, est ex eis, quæ conferunt, & confortant uisum ualde: itaq; remouet debilitatem o [antecedentem.] Et si quis potest sumere carnem uiperarum decoctam secundum modum, quo decoquitur in theriaca, & secūdum modum, quo distinguitur in capitulo de lepra, conseruat sanitatem oculi ultimè. Et ex medicinis, quæ senib. bonæ sunt, et ei cuius visus debilitatur ex coitu, et alijs, est tutiæ non ablutæ. vj. partes, et uini quantum sufficit, et olei de balsamo plus tutiæ, secundum quantitatem, quę cōuenit: teratur tutia, et proijciatur super ipsam oleum balsami, deinde uinum, et teratur sicut oportet, et reponatur. Medicamen, de quo dicitur, quòd tanti existit iuuaminis, ꝙ oculum talem efficit, ne ei noceat in corpus Solis aspicere. Recip. lapidis p [senticis, et lapidis magnetis et lapidis hatis] et est alumen bonum et sedenegi, et calamenthi, et succi condisi, omnium an. partem j. fellis q [uulturis,] et fellis uiperæ. amborum an. partem; r [j.] fiat ex eo alcohol. Et administratio pectinationis super caput, iuuatiua est, et proprie cōfert senibus: quare oportet ut administretur omni die multoties, quoniā attrahit uapores ad superiora, et mouet eos a parte oculi. Et ingredi aquam claram uiridem, et submergi in ea, et aperire ambos oculos in ea secundum quantitatem, qua possibile est, est ex eis, quę seruant sanitatem oculi, et confortāt ipsum: et proprie in iuuētute. Et oportet proprie eum, qui conqueritur de uaporib. stomachi, et cui nocet humiditas, ut utatur ante cibum decoctione absinthij, et oxymelle squillitico, et omni quod lenit, et incidit superfluitates, quæ sunt in stomacho.

a B. fit cū facilitate.
b B. & facientia egredi mucositates ex naribus.
c B. Alia litera. potus olei.
† albedarungi.
† alcohol.
d B. albazi. & alsabur, & alrachame. Alia litera. alrach. & alsabur
e B. hirci.
f B. alseluchi.
g B. montan.
h B. alhabari.
i B. singulariter, aut cōpositum.
† albedarungi.
k B. mamirau.
l B. fortia.
m B. albazi, idest falconis, & fel aquilæ. Alia litera. albazi, & hirci.
n B. alselgiem.
o B. antiquam.
p B. murichis & lapidis magnetis, & lapidis anachatis. Alia litera. massius, & lapidis magnetis, & lapidis a lchathis. Alia litera. magnetis & lapidis aluminis albi, & lapidis sāguinis.
q B. aquilæ.
r B. mediam.

ANNOTATIONES.

Repete, quæ antea de curatione generali tract. 1. hic author scripsit. pro ijs et medicamentis, quę subdit repete, quę in eodem tra. 1. sunt annotata. Vide & Rasis 9. ad Almans.

cap. 4.
cap. 14.

Rememoratio rerum uisui nocentium. *Cap. 4.*

REerum autem uisui nocentium, aliæ sunt operationes, et motus, et aliæ sunt cibi, et aliæ sunt dispositio a [conuersionis] in cibis. Operationes aūt et motus sunt omnia, quæ exsiccant,

a B. regiminis.

siccant,sicut coitus multus,& prolixitas aspiciẽdi enitentia,& legere minuta superfluè, & medium in eis est iuuamen, & similiter actiones minutæ,& somnus post repletionem. b † [ ] Imò oportet illum,qui suo in uisu debilitatem habet, expectare,donec digeratur cib. eius.Et omnis repletio nocet ei. & omne,quod exsiccat naturam.Et omne, quod turbat sanguinem ex rebus salsis,& acutis,& alijs, nocet ei. Et ebrietas nocet ei. Vomitus uerò confert ei inquantum purgat stomachum, & nocet ei inquantum mouet materias cerebri expellendo eas ad ipsũ.Et si fuerit necessarius,oportet tunc ut fiat post cibum,& cum facilitate.Et balneum nocet.Et somnus superfluus nocet,& fletus vehemẽs,& multitudo phlebotomię,& propriè c [cum uentosis continuis.] Cibi uerò, qui nocent,sunt salsi, & acuti,& uaporosi, & omnis, qui nocet ori stomachi.Et uinum grossum turbatum.Et porrum,& cepa, & † ocymum comestum,& oliuę maturæ,& anethum,& caules, & lentes.

b † B. & cenam

c B. uentositatio continuata, seu frequens.

† bedarungi.

ANNOTATIONES.

Hæc superius quoque adnotauit. pro quibus pete Paulum lib. 1. — cap. 31.

De nyctilopa. *Cap.* 5.

Est,ut euanescat uisus in nocte, & uideat in die,& debilitetur in fine eius.Et causa quidem eius est humores oculi,& grossities eorũ. Aut humiditas spiritus,& grossities eius,& plurimum quidem accidit habẽtib.oculos nigros, non a [uirides]& paruitati pupillæ, & cui multiplicãtur colores,& anfractuosa in oculis suis. Hoc enim significat paucitatem spiritus uisibilis in creatione sua. Et quandoque b [hæc est causa] propter ægritudinem in ipso oculo,& quandoque fit,propter communitatem stomachi,& cerebri, & cognoscitur illud per signa, quæ sciuisti.

a B. glaucos.

b B. est hæc ægritudo.

ANNOTATIONES.

Nocturna cæcitudo,uitium est,quo per diem cernit homo;uerum occiduo sole obscurius,noctu uerò omnino nihil. Hoc affectu detentos Græci nyctalopes, latini lusciosos uocant.De hoc meminit Gal. 4.de comp.med.per loc.Aetius lib. 2.serm. 3. Paulus lib. 3. Trallianus li. 2.Rasis 9.ad Almans. necnon 2.Cont.tr. 6.Sed uide & Celsum lib. 6. ubi latiori uocabulo hoc malum imbecillitatem oculorum appellat.

Cap. 8. cap. 46. cap. 12. cap. 6. cap. 6.

De cura. *Cap.* 6.

Si illic fuerit multitudo, phlebotoma cephalicam,& angulos lachrymales:& administrentur reliqua euacuãtia nota, & iterentur: & quãdoque euacuatur cum scammonea,& castoreo, & confert. a [& in potu datur ante cibum vinũ paucum uetus,& datur in potu post digestionẽ integram.] Et ex medicinis expertis est illud,q̃d currit ex hepate caprino b [diuiso] cum cultello & posito super prunas: nam,quum currit,accipitur de eo,quod currit,& puluerizatur super ipsum sal Indus,& longum piper, & fit ex eo alcohol.Et quandoque puluerizantur super ipsũ medicinæ,quum superponitur prunis,& fit declinatio super vaporem eius, & comeditur de carne eius assata,& illud est iuuatiuum,& quandoque inciditur faciẽdo sectionem latitudinalẽ,& ponitur ex eo stratus vnus;& ex pipere longo stratus vnus,& ponuntur stratus inferior,& superior ex hepate,& assatur in tanor,& nõ peruenit ad vltimum,deinde sumitur,& colatur ex eo aquositas, & fit cum ea alcohol. Et similiter hepar leporis. Et similiter collyrium factum ex longo pipere,& illud, quod est secundum hanc descriptionem c [longi piperis,zingiberis] spicæ partes æquales.fiat ex eis alcohol. Et fella etiã iuuatiua sunt,& proprie fella hircorum, & arietum montanorum.Et similiter alcohol cũ oleo balsami conquassato cum pauco opio. Et alcohol ex piperibus trib.commistis, sicut puluis iuuatiuus est ualde. Et similiter alumen ægyptiacum. Et alcohol cum melle, & aqua fœniculi d [oleo submerso super ipso]spatio longo est valde iuuatiuum.Et fortius eo est mel,quum in eo est uirtus aluminis, & salis ammoniaci.Et alcohol factum ex sanguinib.animalium calidarum complexionum confert. Et confert alcohol ex succo cucumeris asinini conquassato cum semine portulacæ.Et collyrium alcali. Et collyrium floris æris cõfert ei.Et stercus e [lacerti,] & stinci.Et sumantur fellis f [hædi] pars j. piperis partes.ij.ammoniaci partes.iij.conficiantur cũ melle,& administrentur ei. Et confert ei phlebotomia venæ lachrymalium.

a B. Alia litera. & fumatur ĩ potu ante cibũ syrupus de hysopo, aut hyssop & ruta sicca sumpta in modum suffuf, seu pulueris. Et sumãt ĩ potu post digestionẽ integrã modicũ de vino veteri.

b B. perforato.

c B piperis longi canbil. Alia litera piperis longi,& piperis, &.

d B. claudendo oculum super ipsum.

e B. arukl.

f B. alhada.

De a *[alibar,]& est ut non uideat in die.* *Cap.* 7.

Causa b [alhiar] est subtilitas spiritus,et paucitas eius multa. quare resoluitur cum lumine solis;et adunatur in tenebris, et quandoque est causa c [alihar] parua,quare videt in tenebris,et umbra,die et nocte, et debilitatur in lumine.

a B. algiehar.

b B. algiehar.

c B. algiehar.

ANNOTATIONES.

Hic affectus uidetur superiori contrarius. alij tamen nyctalopem hunc quoque appellant, ut author introductorij. Alij myopiasim eum esse existimant.Sed myopiasin uocat Paulus affectum,quo propinqua uident, remota non item, quod & author introductorij. Arist. 5. de generat.animal. lusciositati glaucoma opponit, quod illi quidem affectus nigris oculis obueniat,hic cæsiis,ille minoribus natu, hic senioribus,ille ex humoris copia,hic ex siccitate, id quod & Hipp. 3. aph.

cap. 15. cap. 2. Aphor. 31.

De cura. *Cap.* 8.

Est additio in humectatione, & in ingrossatione sanguinis.

De imaginationibus. *Cap.* 9.

Sunt colores,qui sentiuntur coram visu, ac si ipsi sint a [misti]in aere:& causa in eis est statio rei non peruię inter glacialem,et inter ea q̃ uidentur,et illa res aut est ex eis, quorum simile non comprehenditur in consuetudinibus

a B. Alia litera. sparsi.

omnino, & neque comprehendit ipsum nisi qui est fortis visus egredientis a consuetudine in comprehendendo: aut est ex eis, quæ cōprehendit visus, quando medius fit, & non est in fine acuitatis: sed est secundum semitam consuetudinis. Et intentio primi est: quoniam quū visus est fortis, comprehendit debile, & occultū ex rebus, quæ volant in aere prope visum, quæ sunt ex [b] [formis,] a quibus aer nō euacuatur, [c] [& reliqua; quare apparent ei; & propter suam propinquitatem, quam habent cum aere, [d] [ ] non verificat eas; & similiter quum sunt in interiore parte vestigia vaporum paruorum, [e] † [ ] non euacuantur ex eis complexio, & natura omnino. Veruntamen hæc duo occultantur a visibus, quę non sunt in vltimo acuitatis, & non imaginantur, nisi ei, qui est vehementis acuitatis in visu: & ista sunt ex eis, quæ non comparantur ad nocumentum. Diuisio autem altera aut existit in tunicis; aut existit in humoribus; & illa, quæ existit in tunicis est, vt sit super tunicam corneam vestigium occultum valde, quod remansit a uariolis, aut ophthalmię, & † pustulis, aut alijs; & non apparet oculus exterius, & apparet oculo interius, propterea ꝙ non sit peruius locus, in quo est. Occultantur ergo propter ipsum ex eo quod sentitur & aere peruio partes [f] [visæ magnæ secundum quantitatem] quæ si secundum veritatem exterius repertę forent: [g] [esset pars illa parua magna pars formarum eius, quę sunt in foramine vueæ.] Illa autem, quę existit ex humoribus, est secundum duas partes, quoniā aut iam conuersa est [h] [substantia eius in humiditatem ex eo, quod est exterius ab ipsa, ad quod iam conuersa est substantia humiditatis ipsius aut] accidit parti eius malitia complexionis alterans colorem eius, & remouens peruietatem eius, quare non peruia fit illa quātitas eius propter frigus, aut humiditatem, aut caliditatem. [i] [Secundum illam igitur quātitatem apparet in ipso aereitas.] Et ex proprietate aereitatis est, ut quum permiscetur humiditati subtili peruiæ, faciat ipsam lactei coloris, [k] [& faciat ipsam uideri non peruiam,] aut propter siccitatē inspissantem & aggregantem ualde, [l] [sed erit illud, quod superuenit ei ex ea in alio. Ergo] nō euacuatur quin aut sit accidens non fixum, & est ex genere uaporum, qui eleuantur ex corpore toto, aut ex stomacho, aut ex cerebro, & quū sunt subtiles, perueniunt, & resoluuntur, & sicut fit in crisib. & post uomitum, & post iram, aut sit fixum in eo, & portendit aquam. Et istæ quidē imaginationes quandoque diuersificantur in quantitatibus suis, & sunt paruæ & magnæ. Et quandoque diuersificantur in essentijs suis, & sunt grossę, & subtiles, occultæ. Et quandoque diuersificantur in sitib. suis, & sunt rarę, & quandoque spissę nebulosæ. Et quandoque diuersificantur in figuris suis, & sunt [m] [granosæ] & sunt cimicales, & sunt muscosę, & sunt filosæ, & capillares cum longitudine.

b B. atomis & alijs.

c ——— B.

d † B. & ipsorū paruitatem.

e † B. a quibus.

† bothor.

f B. quæ uidentur, sicut foramina, uel sicut fenestræ cū quantitate aliqua.

g B. Alia litera. tunc illa pars parua haberet quantitatē, seu tunc ille partes paruæ haberent spatiū, seu locū ī foramine uueę ī quo imprimerent formas, seu species suas.

h B. substantia ipsius humiditatis, aut iam aduenit substātiæ humiditatis illud qđ est extrinsecū ab ea, & illa quæ est propterea ꝙ ad ipsum iā cōuersa est substantia ipsius humiditatis est, quia.

i B. faciētē ebullire illā quantitatē vnde cōmouetur in ea, seu agitatur in ea aereitas.

k B. spumosi nō perui.

l B. illa uerò, q fit ex hoc ꝙ ipsi humiditati aduenit aliqd extrinsecum ab ea

m B. Alia litera paleares.

De signis. *Cap.* 10.

Signa earum, quę sunt ex acuitate sensus, sunt ut sint leues non secundum modum vnum, & figuram unā, & [a] [associatur homini aliquo tempore sanitas sui visus præter quòd illa imaginatio sequatur ipsum.] Et illam, quę fit propter corneam, significat causa eius prædicta, & ut figatur aliquo tempore non addens, & nòn perducens nocumentum in oculo præter se. Et illa, quæ fit ex causa in albugineo, est ut sit tempore longo, & non perducat ad nocumentum magnum, & fit aut successione ophthalmię acutę, aut successione causæ infrigidantis, aut calefacientis, & est ex eis, quę [b] [sensu] sciuntur, & proprie quando inuenitur cornea tersa, clara, in qua nō est asperitas aliquo modo. Amplius est res fixa, & non additur, neque perducit ad nocumentum magnum. Illa autem, quę fit propter uapores stomaticos, & corporeos, cognoscitur propterea, ꝙ ipsa commouetur cū uaporosis, & apud repletionem, & digestionem, & apud motus, & vertiginem, & scotomiā, & non moratur secundum dispositionem unam, imò augmentatur, & minuitur, & non appropriatur oculo uni, imò fit in ambobus oculis. Quūque cum ea est nausea, uerificatur eius significatio, & quandoque est uomitus. Et euacuatio cū picra, & subtiliatio nutrimēti, & studium in digestione, remouent & minorant eam. & tu quidem iam sciuisti in capitulo debilitatis uisus, signa eius, cuius est causa siccitas albuginei, aut aliud. Et quando continuatur sanitas oculi, & incolumitas eius, qui hēt imaginationes, sex mensib. est secundum plurimū in securitate. Et imaginationes, quæ sunt antecedentes aquam, non cessant gradatim in conturbatione uisus, vsque quo descendit [c] [cum eis] aqua subito; & raro pertransit sex menses. Quum autem uides imaginationes remoueri, & redire, & addi, & diminui, scias ꝙ nō sunt aquosæ. Quumque [d] [aquosarum tempus prolongatur] & non continuatur in debilitate visus, scias quòd ipsę non sunt aquosæ.

a B. associatur homini tēpore sanitatis sui visus absque diminutione subsequente ipsam.

b B. existimatione.

c B. Alia litera, post ipsam.

d B. videris fixa tps prolongari. Alia litera tempus imagiuato.

Sermo de cura imaginationum, & initium aquæ. *Cap.* 11.

Primum imaginationū est, ut tu uenias ad curam earum, quę aquam portendunt, reliquis aūt earum, quæ sunt ex siccitate, conferūt quandoq; humectātia nota, sed si sint ab humiditate, & aliæ quæ nō sunt a siccitate, conferūt eis omnia alcofol, quæ abstergunt. In portendētib. uerò aquam, oportet vt incipias, & mundifices corpus, & propriè stomachum. Deinde uenias ad mundificandū caput cum gargarismis, & caputpurgijs, & masticationibus. Ex sternutationib. uerò, inquantū purgant, speratur iuuamentum, & ex parte laboriosi motus earum, timetur ex eis motus aque, & propriè si est cadēs [a] [sub neruo,] & propè ipsum. Et scias, ꝙ hiera picra est mirabilis iuuamēti in eis. Et similiter pilulæ aureæ. Et medicamenta, in quib. ponuntur cētaurea, & [b] [cucumer amarus.] Et tu quidē iam sciuisti in capitulis curæ capitis, & mundificationis eius illud, qđ te oportet attendere. Et oportet ut sit mudificatio per hieram picrā, aut pilulas aureas secundū semitā [c] [mundificationum frequentiū] ualde. Et neq; utaris medicinis [d] [solutiuis,] & abstersiuis faciēdo alcohol nisi

a B. Alia litera in neruo, seu in cōcauo nerui.

b B. Alia litera. galbanasmara.

c B. pilularum alsabiat .i. pilularum as faiaret frequenter.

d B. subtiliātib,

nisi post mundificationem. Et confert in principio aquæ, phlebotomia arteriarum post aurem. Et oportet quidem vt incipias primo a medicinis lenitiuis, sicut fœniculum cum melle, & oleo. Et sicut dicitur, quòd odoramentum sampsuci confert ei, qui timet descẽsum aquę in oculis suis. & similiter [c] [olfactio olei ipsius.] Et dicitur, quòd appositio sanguisugarũ super tempora confert in initio [f] [sui.] Et quãdoque confert alcohol cum semine [g] [alketeni: & dicitur ꝙ ipsum remouet aquam, & resoluit aquam: & quòd ipsum est vltimum. Deinde perueniatur gradatim ad medicinas compositas ex serapino, & similibus sibi. Et ex illis est medicamen, quod recipit serapini tres partes, assę fœtidæ, & ellebori albi, amborũ ana. x. partes, mellis. viij. cotylas. Et ex eis, quę ualde experta sunt, est vt ex capite hirundinis adusto cum melle fiat alcohol. Et collyrium astiticam. Et omnia fella prædicta in capitulo debilitatis uisus. Et fortius istis est collyrium de fellibus almarastani: & etiã alcohol [h] [aunidus,] & alcohol dictũ in antidotario cum felle testudinis. Et medicamen Oribasij cum aqua fœniculi, [i] [aut collyrium sampsuci, & alserus & almerumin, & oleum balsami confert in eis:] & ex eis, quæ conferunt in initio aquæ; est vt sumatur [k] [guarsen & fel sabot] sani corporis; & ponãtur in vase æreo, & dimittantur propè decem dies, usque ad duas septimanas: deinde sumantur myrrhę & croci tritorum, & fellis testudinis syluestris, & olei balsami omnium an. pondus drach. [l] [j.] permisceantur oĩa, & aggregentur omnia vltimè, & fiat cum eis alcohol. Et ẽt accipiatur ellebori pars j. & assæ fœtidæ pars j. & serapini quinta & decima partis, & est tres decimæ partis, fiat ex eis collyrium, & fiat alcohol cũ eo. & iterũ ellebori alb. & piperis pars. j. & ammoniaci tertia partis. fiat ex eis collyriũ cum succo raphani, & administretur. Et oportet ut uitet [m] [pisces & cibos] ingrossantes, & vaporatiuos, & potum plurimæ aquę etiam, & vini, & frequentiam phlebotomię, & ventosarum: imò postponat illud quãtum possibile est: nisi [n] [tactus necessitatis] cogat ad illud: & sit credulitas quòd sanguis sit calidus plurimum.

c B. attractio olei ipsius per nares.
f B. aquæ.
g B. alchetem.
h B. aumalus.
i B. & collyriũ sampsuci, & alsedarus, & almerugiumus, & oleum de balsamo confert eis.
k B fel tauri iuuenis.
l B. ij.
m B. pisces, & cibos grossos, vel
n B. fortis necessitas.

ANNOTATIONES.

Quo uidendi actio deprauetur, dũ res vel quæ non sunt, uel quales nõ sunt, eße suspicamur, fusissimè Gal. 1. de sym. cau. necnon et 4. de aff. loc. agit. Dubitatione aũt est dignũ si, ut author est Arist. 2. de anima, sensile supra sensorium admotũ non afficit sensum, requiritur. n. debita distantia inter rẽ, quæ persentitur, et ipsum sensoriũ, ac si res oculo propius admoueatur, re ipsa experimur ipsam non cerni, quo tamen uapores intra ipsum oculũ contenti uideri possunt? Sed, quod ad hoc facit, mutila est & imperfecta cognitio earum rerum, quæ propius admouentur. Arist. autem sententia de perfecta est visione, neque de imperfecta rogatur, quali ea cernuntur, quæ in ipso oculo sunt. At uerò de affectu, de quo hic agitur, pete Gal. 4. de loc. aff. & Paulum lib. 2. ubi de suffusione agit. Vide & Rasim 7. ad Almans. cap. de aqua descendente in oculum.

Cap. 2. Cap. 2. Text 75. & 98. Cap. 2. Cap. 22.

De † *alintisar.* *Cap.* 12.

† pupillę dilatatione.

ALintisar est vt fiat foramen uueæ latius, quàm est in natura: & quandoque fit illud successione sodæ, aut propter causam primitiuam ex percussione, aut casu. Et quandoq; fit ꝑpter causas existẽtes ĩ ipsa pupilla, & illud est in albugineo, aut in uuea. Albugineus nanque, quum humectatur, & multiplicatur, comprimit vueam, & mouet eam ad dilatationem. Albuginei verò siccitas nõ facit dilatationem per se, sed per accidens, s. inquantum sequitur eam siccitas vueæ. Et vuea ipsa, si desiccatur, aut extenditur ad extremitates suas, sicut extenduntur coria perforata, quum exsiccantur, accidit ei vt dilatetur, sicut, dilatantur foramina illorũ coriorum, & quando comprimitur ab humiditatibus. Et quandoque, accidit ei illud ex humiditate intrante substantiam eius, & addente in spissitudinem ipsius, & extendente eam ad grossitiem: quare accidit foramini ut dilatetur. Et quandoque accidit illud propter apostema extensiuum proueniens in ea. Et quandoque est amplitudo oculi naturalis, & nocet visui. Videt enim res minores, quam oportet vt videantur. Et quandoq; est accidentalis, & [a] [quãdoque est ita:] & quandoque consequitur ad hoc, vt videat aliquid. Multoties enim dilatatur oculus adeo, vt dilatatio consequatur coronam, & non remaneat visui aliquid, de quo sit curandum. Et illa, quæ est ex percussione, aut casu, non habet curam.

a B. fit similiter.

ANNOTATIONES.

Sunt hæc de mydriasi, pupillæ. s. dilatatione ex Gal. sumpta primo. de sympt. caus. Pro hac & huius curatione uide libellum de oculis par. 4. Paulum li. 3. Aet. lib. 2. serm. 3. & Celsum lib. 6. Vnum hoc in loco aduersus Rasim scribere hic author uidetur, quum ait. Et non oportet ut multiplicentur &c. Damnat enim frequentiores purgationes. At Rasis 9. ad Almans. c. de pupillæ dilatatione, iubet assiduè repeti alui solutionem ex cataportijs, quæ cochia appellat. Sed uerè, explicat hic & interpretatur Rasis sententiam. neque enim Rasis quotidie purgatoria medicamenta exhibenda censet, quod Auicennas damnat, sed frequenter tamen euacuandum putat, quod & author noster admittit.

Cap. 2. Cap. 11. ca. 22. Cap. 2. Cap. 6.

De signis. *Cap.* 13.

IAm diximus ea in capitulo debilitatis oculi.

De cura. *Cap.* 14.

ILla, quę naturalis est, curam non hẽt. Et illi, quę est ex siccitate, confert humectatio oculi cum humectatiuis prædictis. Et illi, quę est ex humiditate; confert phlebotomia, si in corpore est multitudo. Et etiam phlebotomia lachrymalium venarum euacuat ex loco, & confert ei, & similiter phlebotomia venarum tẽporum, & incisio earum; & euacuationes, quas sciuisti, & effusio aq̃ salsæ et salitę sup caput, ꝑpriè mistę cum aceto. Et non oportet vt multiplicẽtur euacuationes cũ solutiuis, et debilitetur virtus, et non euacuetur, qđ q̃ritur. Imò quandoq; sufficit ei euacuatio omnib. x. dieb. cum. drach. [a] [et. s.] de pilulis cochijs. Et cibus sit aqua ciceris cum oleo sisamino. Et fiat alcohol oculo alteri cum tutia, vt non dilatetur sicut primus. Et

a B. j. aut cum drach. j. s.

Et oportet vt administres alcofol prædicta in capitulo imaginationum,& aqua. Et conferũt ei ventosę super collum propter illud, quod in eis ē de attractione ad posteriora. Illud aũt[b] [quo utendum] est in cura eius, quæ facta est successione percussionis est, ut fiat phlebotomia, deinde uentosetur caput, postea administra infrigidãtia. Et fiat emplastrum ex farina fabarum sine corticibus suis,& farina hordei cũ aqua foliorum[c] [salicis,] aut aqua endiuiæ, aut lana infusa in uitello oui cũ oleo ros. aut pauco uino. Et distilletur in oculum sanguis turturum,& pullorum[d] † [ ] & in die tertio distilletur in ipsum lac, alcofol, quę sunt fortiora. Et penitus plurimum curæ eius est ex genere curæ apostematum calidorum. Et post administretur collyrium frigidum ex thuris & croci,& myrrhæ omnium an. parte.j.& arsenici part.s. Medicamen iuuatiuum[e] [omo ronenesis, & est distillatio fellis hędi,] & fellis gruis amborum an. aur.iij. croci. drac.j. piperis centum & septuaginta grana, succi liquiritiæ. v. aur.& tertia, ammoniaci duo aurei. mellis secundum quantitatem necessitatis:& fiat ex eis alcohol,& teratur cum aqua fœniculi,& conficiatur cum melle. Et ad illam, quæ facta est ex percussione, medius aur. teratur cum succo raphani, usque quo siccetur, & administretur cũ sicco alcohol. Et etiam fellis hirci aur.j. ster-[f] [lacerti & stellionis sicci] aur.j.&.s. nitri. au. piperis fellis gruis amborum an. aur.ij. croci aur.j. ammoniaci aur.s. ellebori albi aur.j. terantur etiam cum aqua fœniculi,& misceantur cum melle.

b B. cui inuitendum.

c B. alkalef.

d † B. columbinorum.

e B. morisis.i. dilatationi oculi. Recipe fellis milui.

f B. aldab, a aurel.

De constrictione pupillæ. Cap. 15.

Constrictio est, vt sit foramen vuæ strictius quàm consuetum fuit. Et si est naturalis, est laudabilis: & si est accidentalis, est deterior quàm dilatatio: & quandoque perducit ad oppilationem. Et eius causa est, aut siccitas uueæ corrugatiua aggregans eam, & contrahitur foramen,& accidit cõstrictio aut oppilatio. Aut humiditas extendẽs vueam ex lateribus ad medium,& constringitur foramen, & accidit sicut illud, quod accidit cribris, quando madefiunt,& mollificantur, & extenduntur in partes. Aut siccitas vehemens albuginei: quare minoratur, & sequitur ipsum tunica ad detumescẽdum,& aggregationem diuersam dispositioni exitus. Et plurimum accidit hoc accidens a siccitate.

De signis. Cap. 16.

Iam diximus ea in capitulo debilitatis oculi.

De cura. Cap. 17.

Eius quidem, quę sicca est, cura sunt humectantia, quæ sunt ex distillationibus,& caputpurgijs,& embrochis factis ex succis humidis,& reliquis, sicut scis,& cibi leues,& pingues [in horis,& non inuenis necessitatem utendi aliquo, in quo sit caliditas aliqua propter attractionem materiei humidæ] ad oculum: Et oportet vt administretur fricatio capitis,& faciei,& oculi[b] [continua] breui tpe,& totum id, vt attrahat. Nam administratio humectãtium pure, quandoque nocet etiam. & quando administras alcofol attractiua, itera tunc humectatiua. Ei verò, quę humida est, conferunt alcofol prædicta cognita in capitulo debilitatis uisus,& aquæ,& imaginationum. Et ex eis est collyrium huius descriptionis. Floris æris, ammoniaci, amborum an. pars. j. croci pars & tertia, aloes. v. partes, musci medietas partis, fiat ex eis collyrium. Et iterum ammoniaci aur. duo, floris æris aur. iiij. stercoris lacerti aur. iij. croci aur.ij. gummi aur.j. conficiantur cum melle,& administrentur. Et etiam piperis, & ammoniaci amborum an. partes ij. olei balsami nona partis unius, croci pars j. resoluatur ammoniacũ in aqua fœniculi,& proijciatur super ipsum oleum balsami,& conficiantur cum melle, hoc nanque est ualde bonum.

a B.& in aliquibus horis necessitas est administrare aliquid, in quo sit caliditas aliqua, ut attrahat materiã humidam.

b B. fricatione successiua, s. una post aliam.

De aqua. Cap. 18.

Descensus aquæ est ægritudo oppilatiua,& est humiditas extranea stans in foramine vueæ, inter humorem albugineum, & siphac[a] [& corneam,] quare prohibet penetrare formas ad uisum: Et ipsa quidem quandoque diuersificatur in quantitate, & diuersificatur in qualitate. Eius autem diuersitas in quantitate est, quoniã quandoque est plúrima secundum cõparationẽ ad foramen: quare oppilat totum foramen,& non uidet oculus aliquid. Et quandoque est pauca secundum comparationem ad ipsum: quare oppilat partem eius, & dimittit partem ipsius detectam. Illud ergo, quod ex uisibilibus coram parte oppilata existit, non cõprehendit visus. sed comprehendit illud, quod est coram parte discooperta. Et quandoque cõprehendit visus, alicuius rei medietatem: aut partem eius, & non comprehendit reliquum, nisi permutatione pupillæ; & fortasse comprehendit ipsam integrè uice vna, & non cõprehendit ipsam integrè vice alia, & illud propter situm eius. Nam quum peruenit cum integritate sua coram oppilato, non comprehendit ex ea aliquid,& quando peruenit cum integritate sua coram discooperto, comprehendit ipsam totam,& hæc quidem oppilatio diminuta quãdoque cadit[b] [ad lachrymalẽ superius,& quandoque ad lachrymalem inferius, & quãdoque cõuenit vt sit illud in annulo medii foraminis, & quod ipsum circũdat] discoopertum, & tũc quidem non uidet de omni re nisi latera, & non uidet medium eius: imò vidêt in medio eius, sicut fenestram aut aperturam, et intẽtio illius est ꝙ nõ videt, sed imaginatur tenebras. Diuersitas uerò illius in qualitate, quãdoque est in essentia, quoniã alia est subtilis, clara[c] [quæ nõ tegit] lumẽ et solem, et alia eius est grossa valde Et quãdoque est in colore, quoniã alia eius est aerei coloris,& alia eius alba est gypsei coloris, & alia eius alba est margaritalis, et alia eius alba declinat ad[d] [uiriditatẽ, et viriditatẽ intensam] et aureitatẽ, et quædam est citrina, et quædam est nigra, et quędam est cineritia. Et illa quidem quę est magis receptibilis curæ ex parte coloris, est

a B. corneã.

b B. Alia litera. superius aut inferius,& quãdoque accidit ut sit illud in ipso medio foraminis,& illud qđ ipsum circũdat sit.

c B. peruia quæ non prohibet.

d B. blauedinẽ, seu glaucedinẽ paruã, & ad colorẽ lapidis turchois.

e B. & quæ declinat ad glaucedinem parũ, & ad colorẽ lapidis turchois. f † B. turbidũ, seu. g † vehementer.

est aerea,& alba margaritalis e [quæ ad viriditatem declinat parumper & ad cinereitatem viridem cum intensione. Genus autem gypseum, & viride f † [ ] & nigrum plumbeum g † [ ] vehementis nigredinis,& citrinum, non recipiunt curam, quæ fit cum acu. Et ex speciebus quidem eius, quæ est grossa, est quædam species, quæ quandoque fit dura ualde, ita ut egrediatur ad hoc ut sit aqua: & neque est ei cura. Et illa quidem, quę magis susceptibilis est curę ex parte essentiæ, est subtilis h [quę quum tu eam compresseris,] & super ipsam digitis tuis compressionem feceris, separabitur velociter, deinde redibit,& aggregabitur: huius nanque ablatio cum instrumẽto auferendi aquam, speratur. Veruntamen huius experiẽtię assiduatio, est ex eis, quæ conturbant aquam,& facit curam cum instrumento difficilem. Et quandoque experitur illud alio modo:& est, vt ponatur super oculum cottum, & suffletur in ipsum vehementer; deinde auferatur, & consideretur velociter, an videatur in aqua motus: nam si uidetur, tunc iam apta est, ut cum instrumento curetur: & similiter, si clausio oculi facit dilatationem vehementer alterius. Et illa, q̃ post casum, aut ægritudinem cerebri accidit, fit difficilis sanitas eius.

h B. quã quum consideraueris, seu aspexeris in vmbra luminosa, seu splẽdida.

De signis. Cap. 19.

Signa portendentia aquam, sunt imaginationes prædictæ, quæ non sunt a causis alijs. Et nos quidem iam exposuimus esse earum in capitulo imaginationum: & quòd accidit cũ eis conturbatio sensibilis, & proprie quãdo est in uno oculorum: & quod imaginantur ei res luminosæ; sicut candelæ duplices. Inter aquam verò,& oppilationem intrinsecam, distat: quoniam quando unus duorum oculorum comprimitur, dilatatur alter in aqua, sed nõ dilatatur alter in oppilatione. Et illud quoniã causa in illa dilatatione, expressio spiritus, qui est in oculo compresso ad alterum cum fortitudine: sed quum inuenit oppilationem a [posterius] non penetrat.& hoc secundum plurimum rei: & b [in fine dilatatur in altero,] nisi aqua sit uehementis grossitudinis: & si non fuerit oppilatio, sed in † alintisar non est aliquid de hoc.

a B. ante ipsum seu ipsi oppositam.
b B. secundum minus dilatatur alter. Alia litera. dilatatur secundum plurimum alter.
† pupillæ dilatatione.

De cura eius. Cap. 20.

Ego quidem iam uidi hominem de his, qui ad comprehensionem redeunt,& intelligentiam, cui aqua iam acciderat, qui curauit se ipsum cum euacuationibus,& abstinẽtia cibi, & minoratione cibi,& alienatione iurium a † [ ] humectantium,& fuit contentus assatis,& frixis,& administratione alcofol resoluentium, subtiliantium: & rediit ad ipsum uisus eius bene: & secundum ueritatem, quando succurritur aquæ in principio sui, confert in ea b † [ ] regimen: illi autem, quę confirmata est; non est conueniens nisi cura cum instrumento. Oportet ergo, vt repellat habens eã repletionem,& uinum,& coitum. & sit cõtẽtus comedere semel ĩ meridie,& fugiat pisces, & fructus,& carnes grossas proprie. Vomitus autem quamuis conferat ex parte mundificationis stomachi, tamẽ est nocitiuus in proprietate aquæ. Et nos quidem iam docuimus canones curationis eius cum medicinis, in capitulo imaginationum. Et nunc dicamus res expertas,& ex eis est, ut sumantur granorũ lauri excorticatorum .x. partes,& gummi pars .j. terantur cum urina pueri non polluti, ad aquam,& ad debilitatem uisus cum aqua pura,& administrentur ad eum, qui non videt. c † [ ] conficiatur cum felle uiperę,& melle,& fiat cũ eo alcohol: est enim bonum ualde. Dico aũt quòd experti sunt hoĩes veraces fel uiperę,& non egit operationem veneni oĩno. Et hoc experimentum ex eis est, a quibus cauendi minuitur necessitas. Aliud experimentum bonum. succi granatorum relatorum ab insula Moadis, & & chamedrei, coralli omnium an aur .j. conficiantur cum aqua fœniculi. In regimine autẽ curæ, quæ fit cum instrumento, oportet ut ante ipsam præcedat mũdificatio corporis, & capitis proprie,& fiat phlebotomia, si necessaria fuerit, deinde obseruetur, ne ille, qui cum instrumento est curandus, hẽat d [in oculo rupturam,] & timeatur ut accidat in tunicis apostema, aut sit assuetus pati tussim, aut sit uehementis rixæ, velocis irę: nam rixa,& ira omnis, sunt ex eis, quę mouent ad e [profundũ vel] reditũ. Et oportet ut fugiat uinũ & coitũ. Et cum hoc non oportet, vt administretur cura cum instrumento, nisi postquam aqua steterit,& descẽderit, qđ descendere uult ex ea,& in grossata fuerit essentia eius f [parũper,& hoc est illud, qđ vocatur complementum. Et compressio qdem subito facta] & phlebotomia nocet: & cibus eius sit aqua ciceris. Et g [constituatur locus, ad quem moueat curans cum instrumento sub oculo,& similiter multoties inuenitur ex principio.] Et quando uoluntas adest vt fiat cura cũ instrumento, p̃mittitur habenti aquam, vt nutriatur piscib. recentib. & cibis humectatiuis h [permutatiuis, & administretur aliqd ex eis, q̃ resistunt nocumento] aq. Deinde fiat cera cum instrumẽto. Et ad ultimum si aqua fuerit subtilis valde, aut grossa ualde, non obedit curæ cũ instrumento. Et quando uoluntas est i [faciendi, p̃cipiatur infirmo aspicere ad lachrymalem domesticum,& ad nasum,] & conseruetur secũdum illã figurã,& nõ sit iuxta fenestrã, neq; in loco uehementis luminis valde. Deinde procedat artifex,& incipiat,& p̃foret cum mucadahati,& uadat inter duas tunicas, vsquequo sit coram foramine,& inuenitur illic sicut spatiũ & sinuositas. Amplius, ex artificibus est, qui extrahit k [Almadahati] & intromittit in eum caudam l [almuhec,& est aledidu vsq; ad terminum] foraminis, ut p̃paret extremitati acutę almuhec transitum,& vt assuefaciat ęgrum patiẽtia, deinde intromittit m [almuhec] usq; ad terminum desinitum,& n [suspẽdit] cum eo aquã, & nõ cessat deponere eã donec clarificetur oculus,& o [occultetur] aqua post corneã desubtus deinde p [dimittit almuhec in loco suo aliquãto tpe, ut stet aqua in loco illo, deinde q [declinat ab eo almuhec] & cõsideret an redeat, tunc si redit, iteret regimẽ, donec sit securus. Et si aqua non obedit, vt currat ad partem, ad quam fecit

a B. &.
b † B. alia litera, hoc.

c † B. dixit ala thius alhamedi.
d B. sodam.
e —— B.
f B. Alia litera. Et tempus eius æquale, est tempus anni.
g B. vt adhæreat loco, ad quẽ curãs cũ instrumẽto mouet ad inferiorẽ partẽ oculi, & p̃pter illud qñq; post ponitur illud a principio.
h B. ingrossantibus aqua,& administrẽtur res ex eis, quæ confortãt nocumẽtum.
i B. curare cum instrumento.
k B. almachda.
l B. almhet, & nominatur alaclid in opposito.
m B. almhet.
n B. deprimitur
o B. deprimatur
p B. adhæreat almhet.
q B. remoueatur ab eo almhet.

fecit eam descendere, declina eam ad partem alteram, expelle eam ad partem, ad quã declinat, et separa ipsam in ea. Quòd si videris eam redire in diebus, in quibus curas,[r] [reduc almuhec] in illo eodem foramine; ipsum enim remanet, et non consolidatur, et quum ad foramẽ currit sanguis, oportet ut descẽdere faciat eum etiam, et non dimittatur remanere illic, et[s] [congeletur, et non sit ei cura.] Quumque curam cum instrumento operatus fueris, pone super oculum, cui adhibita est cura cum instrumento, vitellum oui conquassatum cum oleo viol. et cum cotto. Et oportet, ut oppiletur sanus etiam, vt non moueatur, et sequatur eum infirmus. Et fac eum dormire super collũ tribus diebus in tenebris, et quandoq; necessariæ sunt iterationes plurimæ huius emplastrationis; et conseruationis huius[t] [preparamenti] et resupinationis per vnam hebdomadam. Et illud quidem, quando illic fuerit apostema, aut soda, aut aliud. Verum apostema facit esse necessarium solutionem ligationis fortis, et mollificationem eius. Et penitus melius est: vt conseruet æger[u] [præparationem] suam, vsquequo remoueatur dolor: et non soluatur ligatura, nisi in omnib. tribus dieb.[x] † [ ] Et oportet quidem, vt fiat vaporatio in tẽpore solutionis, cum aqua ros. et aqua salicis, aut cum aqua cucurbitæ: aut aqua virgæ pastoris: et sibi similib. Et homines quidem habent vias diuersas in exercendo curam aquę: quę fit cum instrumento: ita vt quidam sint qui disrumpunt inferiorẽ partem corneę: et extrahunt aquam per eam: et hoc est in quo est timor. quoniam cum aqua, quando est grossa, egreditur albugineus.

r B. tunc reitera almhet.

s B cõgelari tũc enim non est ei curatio.

t B. situationis.

u B. situationẽ.

x † B. & renouetur medicamẽ.

ANNOTATIONES.

De suffusione agit, quam ὑπόχυσιν & ὑπόχυμα uocant, nostri cataractam. De huius signis & curatione habes ex Gal. primo de sympt. caus. 4. de loc. aff. ex Paulo lib. 3. & 6. Rasi 9. ad Almans. cap. de cataracta. sed pulchrè & Celsus lib. 6. & 7. huius curationem absoluit. Quæstio autem hic est de victu, qualis s. in suffusis sit instituẽdus. Paulus lib. 3. aquæ potum & cibos extenuantes toto morbi curriculo competere ait: id quod & Celsus lib. 6. uictum esse dicens optimum, qui pituitam extenuat. Auicennas tamen primo quidem attenuantem probat, postea tamen ijs verbis. [Et quando uoluntas adest &c.] & recentes pisces; & humectantes cibos, incraßantesq́; exhibet, ita ut, ubi cura manu agenda est, craßum uictum instituat. Sanè, quod ad hoc pertinet, Author noster non absolute incrassantem uictum commendat, uerùm si transacto iã morbi initio, curatione per medicamenta nõ succedente, ad chirurgiam accedere constitueris: nondumq́; ad eam crassitudinem redacta suffusio sit, ut acu deprimi ualeat; tum, ut ocius ad manuum actionem uenias, incraßanda quàm primum suffusio est crasso uictu. neque uerò maximè craßa alimenta commoda ad hanc rem sunt, ut quidam existimãt: sed leuiter craßa: talia nempe, ut inceptam suffusionem perficere, tamen alteram in sano oculo queunt procreare. Paulus ergo & Celsus victum morbo contrariũ instituunt; at Auic. curationis accelerandæ gratia affectum contrario uictu auget, quòd imperfecta suffusio deprimi acu nequeat. Verum unum adhuc est, de quo suspicari aliquis possit. nẽpe peracta per chirurgiam actione, iubet hic author oculo uitellum oui cum oleo rosaceo admoueri, id quod & Paulus. At supra tractatu primo. quum de ophthalmiæ curatione ageret, oleum ab oculis, quòd mordeat, prorsus interdixit, quod & Gal. ut etiam alibi est a nobis annotatum. Sed tametsi oleum seorsum oculo inimicum est, admisto tamen uitello oui eius acrimonia obtunditur, ita ut nulla sit controuersia.

Cap. 2. cap. 2. cap. 22. cap. 21. cap. 6. cap. 7.

cap. 6.

De destructione visus. *Cap.* 21.

Destructio visus quandoque accidit ex causis debilitatis visus, quum superfluũt: quare cõsideretur illic. Nos verò iterum dicamus, & dimittamus, quod est cùm communitate cerebri, & aliorum, quoniam illud illic intellectum est. Destructio uisus, aut fit partib. oculi manifestis in suis substantijs incolumibus; aut fit illud quũ iam acciderit eis nocumentum[a] [sensibile, aut non sensibile, & quæ i tincre eorum procedunt.] Noster uerò sermo est de primo. Nam si partes oculi apparentes fuerint incolumes in substantijs suis, sed iã acciderit eis nocumentum ex parte alia non manifesta hominibus, & uulgo: tunc aut erit foramen secundum dispositionem sanitatis suæ,[b] † [ ] aut erit illic oppilatio aquosa, aut erit oppilatio nõ illic, imò in neruo concauo: aut pp rem cadentẽ in foramine eius, aut propter cooperimẽtum accidẽs ex siccitate, aut mollificatiõe aut apostematib. in lacertis suis compressis in seipsis. Aut sequetur compressionẽ accidentẽ anteriori cerebro, secundum ꝙ exposuimus in his, q̃ pterierunt. Aut accidit ei attritio: Aut glaciali accidet remotio ab oppositione foraminis. Aut erit corruptio complexionis eius: et nõ erit conueniẽs, vt sit instrumẽtum visus, et plurimum qdẽ accidit pp humiditatem dominantem sup eam valde; Aut pp siccitatem vincentem sup ipsum, quare colligitur in seipsum, & corrugatur, & nominatur hęc ęgritudo glauconia, & non est ei medicamen: & fit oculus pp eam[c] [varius multorum generum;] Aut nõ erit foramen incolume, sed aut erit iam consecuta ex eo dilatatio in ultimo fine, aut erit consecuta ipsum constrictio coopertura.

a B. Alia litera. profundans eos aut faciens eos fluere & quod currit cursu eorum.

b † B. Alia litera. aut nõ erit, ꝙ si fuerit foramẽ secundũ dispositionem sanitatis suæ.

c B. exsiccatus uel corrugatus glaucus seu uarius.

ANNOTATIONES.

Ubi illæso apparente oculo, uidendi actio prorsus aboletur, ἀμαύρωσιν Græci uocant, nos obscuritatem, & alij ẽt guttam serenam. Gal. id in opticorum neruorum affectum reijcit. primo de sympt. caus. nemper obstructionem, a qua ferri animales spiritus ad crystallinum humorem prohibẽtur. Verùm, quum crystalloidi ab interna quidẽ parte retiformis, choroides, sclirotica, & coniunctiua tunica, ab externa verò arachnoides, uuea & cornea circumstent: adde & vitreũ humorem, quo nutritur, & aqueũ, a quo cornea sustinetur, ne in illũ collabatur: res ipsa plane incidat, non in uisorio dumtaxat neruo: sed ẽt inter vitreum & crystallinum, retiformem & uitreum, choroidem & retiformem, scliroticam & choroidem, posse aliquam esse obstructionem, a qua deferri ijdem uisorij spiritus prohibeantur. Sed quidquid hac in re senseris, eadem tamen huius affectus curatio esset, si modo curationem susciperet. Author sanè hic curationem non docet. Scribit tamen Paulus lib. 3. quum de obscuritate & hebetudine agit, quem tu uide.

cap. 2.

cap. 22.

De

De signis. *Cap.* 12.

Signum autem aquę, et dilatationis, et constrictionis, et reliquorum, est illud, quod diximus in capitulo suo. Causa uero in ea, quæ fit in neruo concauo, est illud, cuius comprehensio fit [a] [difficilis] per signa prædicta in capitulo aquæ. Sed distinctio rei in ipso est difficilis; et fortasse non comprehenditur sapientia. Et quando illic fuerit pulsatio, et rubedo, tunc existima, quod sit in neruo apostema calidum. Quod si affuerint illic grauitas, et paruitas caliditatis: tunc existima quod illic sit apostema frigidum. Et si fuerit grauitas vehemens: et oculus humidus valde: tunc materia erit humida valde. Et si fuerit oculus siccus, tunc materia erit melancholica. Et quando accidit super caput percussio, aut casus faciens exire oculum prius, deinde sequitur illud profundatio eius, et destructio visus: tunc existima, quod neruus oculi iam attritus est.

a B. facilis in summa.

ANNOTATIONES.

Excitantur uisorij spiritus ex luce, atque hi, ubi uel ex calore uel ex dolore capitis, aut partis in eo alicuius concitati iam sunt, abhorret lucem æger, quòd ab hac spiritus agitentur etiam uiolentius propterea, & impendentē phrenesim lucis auersio significat, quia summam animalium spirituum commotionem prænunciat. accidit uerò & hoc ipsum in cephalea ob eandem causam. Sed & hoc Hipp. inter praua in acutis morbis indicia retulit primo prognost.

Aphor. 10.

De [a] *[diminutione radij.]* *Cap.* 23.

Illud est ex eis, quæ significant calefactionem spiritus, & eius inflammationē, & eius [b] [coruscationem.] & indicat [c] [†] plurimum [d] [† phrenitim] nisi sit propter scabiem palpebrarum: & eius cura est quod nosti.

a B. oculis abominātib. radios.
b B. subtilitatē.
c † B. ut.
d B. Alia litera. phrenesim.
† Karabitum.

De [a] *[altumar] & albedine uincente.* *Cap.* 24.

a B. alchamar.

Quandoque accidit ex lumine uincente, aut albedine, quādo aspectus assiduatur in niue, ut non uideat nisi parum, & uideat illud ex proximo, & non uideat illud ex longinquo, propter debilitatem spiritus. Quumque aspicit colores, imaginatur, quòd super eos sit albedo:

ANNOTATIONES.

Quomodo ex lucidioris rei aspectu uidendi actio offendatur, est a nobis antea fusius explicatum. ut superuacaneum sit hic quidquam repeti.

De cura. *Cap.* 25.

Præcipiatur, ut assidue inspiciat colores uirides & celestes, & suspendat nigros coram uisu; Quòd si iam aggregatum fuerit cum nocumento uisus propter suam albedinem nocumentum eius propter frigus ipsius, distilletur in oculo aqua, in qua decocta est palea tritici tepida, ut non noceat. Et quandoque fit alcohol cum melle, & succo allij. Et etiam quandoque aperitur oculus super vaporem uini distillati super lapidem molarem. Aut uaporatur oculus cum uino duro. Aut inclinatur super uaporem aquę in qua [a] [decocta sunt papauer & resoluentia subtilia cognita,] sicut hyssopus, & melilotum, & chamæmilla & similia.

a B. decoctæ sunt herbæ resoluentes subtiliantes cognitæ.

Fen quarta de dispositionibus auris, & est.

TRACTATVS VNVS.

De anatomia auris. *Cap.* 1.

Auris est membrum creatum auditui: & factum est ei ostracum anfractuosum, ut [a] [sentiat] omnes uoces, & faciat tinnitum earū necessarium. Et foramen incipiens in osse petroso inuolutū anfractuosum, ut sit anfractuositas eius elongans spatium aeris ad interiora cū abbreuiatione, [b] [sub eo, ad quod] si factum esset foramen penetrans directè, abbreuiaretur spatium ad ipsum, [c] † [ ] ut non subito perueniat ad interiora eius calor & frigus superflua, imò eueniant super ipsum gradata ad ipsum. Et foramen quidem auris peruenit ad concauitatem, in qua est aer stans, & superficies eius domestica est strata uillis nerui auditus, peruenientis a pari quinto, quod est ex paribus neruorum cerebri. Et superflua duritie factus est durus, ut non sit debilis, passibilis a percussione aeris, & qualitate eius. Quum ergo peruenit unda vocalis ad illud, quod est illic, comprehendit eam auditus, Et hic quidem neruus in dispositionibus auditus, est sicut glacialis in dispositionibus uisus, & reliqua membra auris sunt, sicut reliqua, quæ circundant glacialem ex tunicis, & humoribus, quæ sunt creatæ propter glacialem: ut seruiat ei, & custodiant ipsum, & adiuuent eum. Et alsamac est sicut foramen uuæ, & creata est auris cartilaginosa, quoniam si foret creata carnea, aut pannicularis, non seruaret figuram fornicis, & anfractuositatis, quę est in ea. Et si crearetur ossea, læderetur & læderet, in oī [d] [casu.] Sed creata est cartilaginosa habens cum conseruatione figuræ lenitatem, & [e] [reflexionem.] Et createę aures sunt in lateribus, quoniam anterius fuit conuenientius visui propter illud, quod sciuisti [f] [in oculo, ergo obseruatio habita fuit;] Et creatæ sunt sub tonsura capillorum in homine, ut non sit sub tegmento capillorum, & tegmento [g] [uittarum.] Et huic quidem membro accidunt species ęgritudinum, & quandoque sunt dolores eius perniciosi: Et multoties accidunt [h] [ei species ægritudinum.]

Alia litera. a B. retineat.
b B. corporis sui, seu magnitudinis sue i quo
c † B. sed non fuit regimen in plōgando, uel secundum aliā literam: sed nō fuit pelecta pro lōgatio spatij nisi.
d B. cōtusione.
e B. plicabilitatem.
f B. quare ipsa ē ab oculo occupata pro loco sibi conuenientiori.
g B. alebas. i. rei cooperientis caput.
h B. ex ægritudinibus eius febres difficiles ualde.

ANNOTATIONES.

Aurium anatomen ac usus fusius prosequitur Gal. 11. de usu part. sed & Arist. 1. de hist. animal. & author noster lib. de animalibus 12. multa. sed ut hæc habeas absolutiora, uide & Hippocratem lib. de carnibus, & Arist. 5. de gener. animal.

Cap. 12. cap. 11. cap. 12. Cap. 2.

De conseruatione sanitatis auris. *Cap.* 2.

Oportet ut in aure intendatur, & caueatur, ut non lædant eam calor, et frigus, et

a † [ ] res extraneæ. neque eam ingrediatur aliquid aquarum, & animalium: & ut mundificentur sordes eius. Deinde oportet, vt assiduetur distillatio olei de amygdalis amaris in ea omni hebdomada semel: est enim mirabile. Et oportet, vt custodiantur, ne generentur in ea apostemata, & † pustulę, & vlcera; quoniam sunt corrumpentia aurem. Et si timetur, quòd ei accidat † pustula, administretur in ea distillatio sief memithe in aceto. Et in distillatione sief memithe in omni hebdomada semel est securitas a fluxu, quod descendit ad ipsum. Et ex eis quidem, quę nocent auri, & reliquis sensibus: sunt b [fastidium] & repletio: & propriè somnus super repletionem.

a † B. ventositates, &c.
† bothor.
† bothor.
b B. altochmae.

De nocumentis auditus. *Cap.* 3.

NOcumenta auditus sunt sicut reliquarum operationum: & illud est: quoniam nocumentum omnis operationis est, ut destruatur operatio: & fit loco eius hic destructio auditus: quare a [neque subtiliter perscrutetur nequeaudiat nisi] ex longinquo: aut alteretur, & sit uice eius, ut audiat, quod non auditur: sicut est illud, quod accidit in aure ex sonitu, & tinnitu, & sibilo. Et scias quòd nocumentum auditus aut est ab origine, & est surditas, aut b [taraxē: aut guacrem] natiua, aut est accidentale. & intētio quidem surditatis est pręter intentionē c [taraxem.] Surditas nanque est: ut pars intrinseca samac creata sit surda, in qua non existit concauitas intrinseca, quam prædiximus, quæ est sicut uuea, comprehendēs aerem quietum, qui audit uoces sua vndositate. d [Tarax uerò & guacre sunt, ut non propter eas nocumentum] consequatur priuationem sensus. Et non elongatur, quin e [guacre sit sicut destructio cōmunicans soliditati,] & non sit illic concauitas, sed neruus non affert uirtutem sensus: & f [tarax est] sicut diminutio absque destructione, aut communicat secundum conuersionem in significatione. Et g [tarax] quidem multoties accidit successione vomitus; & est facilis remotionis. Et destructio quidem auditus alia est natiua naturalis, cui non est curatio: & similiter reliquę species alguacre & altarax. Etiam aliæ sūt natiuæ naturales, quæ curationem non habēt, & alia est accidentalis, sed eius spatium est elongatum, & est chronica. & illa etiam est propinqua desperationi, & difficilis curæ. Recens autem propinqui temporis, quæ est ex tarax, est recipiens curam. Verum causæ illius quandoque sunt cum communitate membri, sicut, quæ sūt ex communitate cerebri, aut quorūdam membrorum ei uicinorum, sicut accidit, quum primum nascuntur dētes, & sicut accidit apud dolores dentium: & quandoque sunt propter nocumentum proprium in auditu, aut in neruo, aut in foramine. Et nocumenta quidem auditus, aut sunt complexionalia, aut instrumentalia, aut resolutiua singularitatis. Nocumentum verò in neruo auditus quandoque accidit propter omnes causas ægritudinum consimilium partium in ipso, & instrumentalium, & solutionis continuitatis. Et ægritudines quidem similium partium in ipso, sunt unaquęque specierum malitiæ complexionis singularis, & compositæ: & plurimum eius est ex frigore. Et quā doque fit unaquæque earum absque materia. Et quandoque fit cum materia melancholica, aut cholerica, aut phlegmatica ex phlegmate crudo, aut ventosa. Et multoties quidem retinetur fluxus uentris cholericus, & succedit ei surditas, & non elongatur, quin similiter in alijs h [cursibus] contingat secundum naturam quum retinentur, & prohibentur non in hora sua. Instrumentales verò in neruo sunt, sicut oppilatio, quam fecit humor, aut sanies: aut apostema, quod est dubellati: aut apostema calidū, aut durum, aut cooperimentum sorditiei, aut i [tremulum,] aut inflatio, & solutio singularitatis in ipso quandoque fit ex vlcere, aut ex corrosione. Plurimum uerò eius, quæ fit propter transitum, est k † [ ] propter causam intrinsecam, aut propter causam extrinsecam. Et intrinseca quidem est sicut verruca, aut apostema, aut caro addita, aut vermis: l [& plurimum eius est sordes,] aut humor grossus m † [ ] viscosus, aut congelatio saniei ex apostemate rupto. Extrinseca verò est sicut arena, aut lapis, aut nucleus ingrediens eam, aut congelatio sanguinis, cuius quædam pars fluxit ab aure, & pars eius remansit. Et illud quidem quādoque accidit subito, & quādoque accidit paulatim. Nocumentum prætera auditus, quandoque accidit secundum semitam crisium, & secūdum semitam permutationis materiæ in fine ægritudinum acutarum: & n [quādoque] remanet post recessionem febris grauitas capitis. Et quandoque fit nocumentū, quod est huius capituli, aut secūdum semitam accidentis separabilis, sicut recedit apud motus crisis, aut secundum semitam accidentis fixi, vt ipsum fit ipsamet expulsio, crisis. s. vt crisis iam expulerit materiā ad partem auris, & firmauerit eam in ipsa, non propterea tamē quòd o [in uenerit eam] secundum semitam vicinitatis: & multoties quidem portendit hoc accidens uomitum, aut fluxum sanguinis narium: & multoties destruit ipsum fluxus ventris.

a B non pfecte audit, neque audit.
b B. tharas, aut vchar.
c B. tharas.
d B. Altharas verò, & aluchar sunt, vt in eis nocumentum.
e B. aluchar sit sicut destructio communis surditati.
f B. altharas quidem fit.
g B. altharas.
h B. fluxibus ventris.
i † B. aut alterhel
k † B. ab oppilatione.
l B. aut multa sordities.
m † B. aut.
n B. etiā quum
o B. fecerit eā procedere vel transire in ipsa.

ANNOTATIONES.

Auditoriæ facultatis actiones, tripliciter lædi posse, diminui auferri, deprauari, satis constat. Id uero a quibus & quarum partium sit morbus, Gale. ex proposito docet 1. de symp. caus. Author hic meminit de surditate ex crisi, pro qua uide Hipp. & Gal. 4. aph. sed habes de hac re multa in Coacis prænotionibus.

Cap. 3.
Aphor. 60.

De signis eorum. *Cap.* 4.

FActum quidem communitate cerebri significat dispositio in reliquis existens sensib. & communitas auditus cum eis in ea, & communitas virtutis motiuæ etiam: & significator magis significatiuus eius, est communitas linguæ, et proprie quum est successione † sirsen, & successione commistionis intellectus, et post nocumētum cerebri complexionale, et reliqua eorum, quæ dicta sunt in capitulo ægritudinū cerebri, a † [ ] et foraminis, et sanitas transitus auditus, et tem-

Post initium.
† apostematis cerebri.
a † B. Sed sanitas propria in neruo, significatiua per ipsam sanitas cerebri.

& tempus propinquum perseuerantiæ sanitatis auditus ante. Et si causa est dubellati, aut apostema calidum in ipso neruo; significant ipsũ febres, cum quib. sunt horripilatio, & tremor: & comitantur ipsum febres, & permistio intellectus, & alienatio. & in ipso est timor nisi aperiatur. Quod si non fuerit propter apostema in ipso neruo: non oportebit ut sit febris, nisi sit secundum iudicium febris dici: & erit extensio & dolor, & grauitas, & [b] [pulsus.] In dolore vero, & grauitate communicant omnia, quę sunt ex apostemate, & materia, vbicũque sint. Quod si causa fuerit ventositas: significabunt ipsam sonitus, & tinnitus, [c] [& quod erit non compar] grauitati. Et si est vlcus & † pustulę, significat ipsum pruritus cum dolore. Oppilatio verò multoties fit sine grauitate, & quandoque fit cum grauitate. Et quando non est grauitas, & est nocumentum, & non est illic malitia complexionis vincentis; tunc est ex oppilatione: & regimen antecedens quandoque significat ipsam. Et si oppilatio est ex carbunculo, & similibus, significat ipsam pulsatio, & si est ex sanguine, significat eam cursus sanguinis antecedẽs. Et illam, quæ est ex malitia complexionis singularis, significat dolor in profundo sine grauitate, & non est extensio. Et si est frigida, ledītur a frigidis, & fit fortior in frigidioribus partibus diei. Et si est calida, est e contrario, & sentit inflammationem, & mordicationem. Et si illic est materia, sentitur cum hoc grauitas: & propriè quum prosternitur in orationem. Et eius, quod est a siccitate, signum est, ut sit post uigilias, & ieiunium, & cum detumescentia faciei, & oculi. Et illud cuius causa est vermis, significat assiduatio commotionis cum exitu vermis in quibusdam horis.

b B. pulsatio.
c B. qui nõ associantur.
† bothor.

ANNOTATIONES.

Notas generatim laborantium aurium habes ex Galeno 4. de loc. aff. vnde hæc ferè descripta sunt, habes & ex Paulo lib. 3.

cap. 2.
cap. 23.

De cura. Cap. 5.

Dicamus primum, quod oportet vt sint omnia, quę distillantur in aurem, tepida, non frigida, neque calida, & hoc dictum est vniuersale; deinde distinguamus rem in ipso. In eo quidem, quod cholericum est, oportet vt euacuetur cholera cum solutiuo uentris. Plurimum enim [a] [accidit] in ipso solutio naturæ, & remouetur cum ea surditas: sicut multoties accidit fluxus cholericus, & retinetur, & accidit inde surditas. Quòd si illic est caliditas tantum, tunc cũ infrigidantibus curetur ex oleis & alijs, aut cũ succo granati, cuius succus reducatur in cortice suo cũ aliquãto aceto, & thure, & oleo ros. & decoquatur donec [b] [stet, & distelletur in eam] aqua lactucę, aut aqua solatri. illi autem, quod factum est a frigore, & materia frigida, conferunt omnia olea calida, [c] [ ] in quibus dissolutum est castoreum, & proprie oleum balsami, & costi, & oleum amygdalarũ amararum, & succus absinthij, & oleum chamæmillinum cum adipe vaccino, & felle tauri no, aut oleum sisaminum, in quo decocta sit pulpa coloquintidæ, aut radices eius, & quandoque confert in ipso vrina taurorum, quando in ea dissoluitur myrrha, & ponitur distillatio, & succus cucumeris asinini. Et totum illud fiat post euacuationem materiei frigidæ, si fuerit coarctata, cũ euacuatiuis, quę sciuisti, communibus corpori, [d] [& propriè] partibus capitis, & post administrationem embrocharum, quas sciuisti ei: & proprie illa, in qua ponuntur folia lauri, & grana eius. Et exercitium est vehementis iuuaminis in illo. Et similiter vociferatio vehemens in aure, & clangores buccinarum, & similia. Et quandoque ponitur in aure caput embubæ, vt ad ipsam peruenire faciat vaporem decoctionum resoluentium. Et confert omnibus illis succus rutæ cum melle, & castoreo, & oleo anethino, & vrina caprina, & felle eius, & proprie cum galbano. Et ex eis, quæ experta sunt in hoc; est vt sumatur castorei pondus. drach. iij. & nitri, & ellebori põdus drach. j. & s. fiant ex eis quasi troch. & administrentur distillando, & in alia descriptione, ellebori tres quartæ. drach. j. & nitri. [e] [drach. iij.] Et etiam sumantur condisi, & croci, & castorei, omniũ partes equales † nitri ana partes. iiij. dissoluantur] cũ vino, & administrẽtur: aut aloes, & castoreum, & pulpa coloquintidę, & euphorbium, & fel vaccinum. Er iam experta sunt oleum raphaninũ, et oleum de staphisagria, et fuerunt vehementis iuuaminis. Aut succus absinthij, aut decoctio ipsius, aut succus raphani cum sale: et proprie quum est [f] [infusio] et oppilatio. Et iam expertum est in hoc, ut fiat licinium ex sinapi contrito cum ficubus, et quandoque additur in ipso nitrum. Et distillare aquam marinam [g] [ ] in eam, est iuuatiuum. Et elleborus niger, et fella sunt iuuatiua, et proprie fel caprinum cum oleo ros. Quidam autem existimauerunt, quod quando bullitur [h] [iuniperus] in oleo sisamino in cochleario ferreo, tandiu, donec denigretur iuniperus: est distillatio conferens surditati. Et ex eis quidem, quæ ad illud conferunt, est oleum anethinum, et laurinum, et de lilio, et nardinum cum castoreo, aut spuma absinthij, aut succo rutę. Et facti causa siccitatis cura est adhærere balneo, et cibo, et uino humectatiuo, et effusio olei æqualis, et aquę tepidæ super caput, et caputpurgium cũ eis, quæ sunt sicut oleum nenupharinum, et de [i] [salicibus] et de semine cucurbitę, et alijs. Et factum causa oppilationis curetur cum eis, quę dicuntur in capitulo de oppilatione, et confert ei succus granorum cãnabis, et succus coloquintidę humidæ est iuuamentum ualde bonum. [k] [ ] Et quando accidit tarax subito, confert in ipsa aqua, in qua decoquatur absinthium, aut succus absinthij, et misceatur cum eo fel tauri cum oleo ros. aut elleborus cum aceto, aut spolium serpentis. [l] [ ] Et in facto successione soda, conferunt aqua raphani, et oleum ros. Et in eo, quod factum est successione firsen, oportet ut incipiatur ab euacuatione cum hiera picra, deinde distilletur in aurem [m] [castoreum cum oleo costino solo, aut raphaninum, aut oleum amygdalinum dulce] et oleum ros.

a B. iuuat.
b B. inspissetur & distilletur in eam.
c † B. & ea.
d B. appropriatis.
e B. tertia pars drach 3.
† baurach.
f B. madefactio
g † B. calidam
h B. abhel.
i B. kalef. Alia litera.
k † B. Sed factũ causa apostematis curetur calidum ex eis, & frigidum secundum q̃ sciuisti.
l † B. cũ aceto. Alia litera.
m B. aut castoreũ cũ oleo rosato, aut oleũ costinum solum, aut oleũ amygdalarũ dulcium & aqua raphani.

rof. et laurinum, aut castoreum cum oleo rof. Et ex pilulis expertis ci, quod fit ex oppilatione, et humore, et ventositate, est ut sumantur turbith. drach. xx. et coloquintidę. drach. x. sarcocollę. drach. ij. et s. et [n] [aloes.] drach. vij. myrobalanorũ. drach. x. fiant ex eis pilulę, et deglutiatur. sitq; potio carũ pōdus. drach. j. Et dicamus sicut a capite iterātes verbũ, quod ex medicinis cōmunibus omnib. illis, quę facta sunt ex graui tate auditus, et dolore eius, et uentositate ipsius, et sonitu, et tinnitu eius, causa materię frigidę, et frigoris, post purgationem capitis, sunt, ut distilletur in aure † nitrum cũ aceto, et melle, et fel ouium cum oleo de oliuis, et uino, aut cum oleo amygdalino amaro, et aqua porri, aut aqua cepæ cum melle: aut lac muliebre, et medicinę communes dictę in capitulo dolorum; et duę guttę distillatę ex Kitran mane, et vespere: aut elleborus albus, & niger cum quibusdam oleis, & proprie cum oleo de lilio, aut aqua anisi, aut aqua absinthij. et aqua corticis raphani, et similiter oleum decoctionis spolij serpentis, aut granorum lauri, aut euphorbium & castoreum cum [o] [unguento;] aut oleum balsami, aut natha, aut sumantur glutinis alimbat unc. j. & alkeiri. unc. ij. & olei amygdalarũ amararum, medietas, unc. j. bulliant omnia simul, & administrentur ex eis tres stillæ mane, & sero, & similiter mel storacis cum oleo alkeiri, & similiter aqua foliorum coloquintidæ recentiũ: & succus draconteæ, & [p] [albezorhesen] sunt valde uehementis uirtutis, & medicinæ communes dictæ in capitulo dolorum. Quod si infantibus hæc accidant curantur cum oleo de dedi in quo decocta sunt ruta. & maiorana, & etiam saliua masticationis, [q] [hordei] cum sale gemma solum. Et ex uaporationibus iuuatiuis est aqua calida cum decoctione chamæmillæ, & anethi, & foliorum lauri, & sampsuci & [r] [al fabaca sicca] & pyrethri: uaporentur ea collũ, & inferiora auris, & similiter embrochæ prædictæ in capitulo capitis: & ponantur [s] [uelamina,] & opponatur cum descensione sua auri, ut ingrediatur vapor eius per ipsam. & in euacuatione quidem habentium tarax conuenientius est, ut multiplicetur numerus eius, & minoretur quantitas eius omni uice: quatenus conseruetur virtus, & proueniat maturatio. Factũ autem propter apostema, cura cum eo, quod est ex calido, & quod ex frigido, cum eo quod scis.

n B. dragacāthi.
† baurach.
o B. oleo.
p B. hezargiesan.
q B. origani.
r B. alhabach siccum.
s B. in belbele, i. in vase stricti orificij.

De dolore auris. Cap. 6.

Dolor auris aut fit a malitia complexionis, aut fit causa apostematis, aut bothor, aut sit causa solutionis continuitatis, & malitia cōplexionis, aut est calida sine materia, sicut illa, quæ est causa aeris calidi, aut uẽti calidi, & proprie quando fit permutatio ad ipsum a frigore subito: aut fit ablutio cum aqua calida, & ingreditur ex ea in aurem, aut cum aliqua aquarum. in quibus dominabitur uirtus calida; aut est calida cum materia sanguinea, aut cholerica, aut frigida sine materia, imò propter aliquam causarum contrariarum causis prædictis aeris aut uenti frigidorum: et proprie quando ad ambos eorum permutatio fit a calore subito, aut aquę frigidę, aut in qua dominatur aliquid frigidum, aut frigida cum materia, aut ventosa frigida: aut humorosa viscosa. Factus autem causa apostematis, & bothor aut est propter apostema calidum, aut frigidum. Factus verò causa solutionis continuitatis est, sicut qui fit a uentositate extensiua, aut vlceribus: aut [a] [exituris,] aut catarrhis. & ex summa quidem causarum dolorum auris, qui fiunt a solutione continuitatis, est ventositas generata in ipsa, aut aqua, quæ ingreditur eam, aut animal vadens ad † samach ipsius: aut vermis generatus in ea. Et quandoq; fit successione casus, aut percussionis. Et peruersior dolorum auris est ille, qui est ex apostemate calido, profundo, & illud est cum febre inseparabili, & proprie, quum perducit ad commistionem intellectus. Quum autem est dolor in cartilaginibus extrinsecis, non est illic uehemēs dolor, neque vehemens timor. Sed ille, qui in primis dictus est, quandoque subito interficit, sicut interficit apoplexia. & ipse est magis interficiens adolescentes, quam senes, & velocius interficit eos: & quādoque interficit in septimo. In senibus verò multoties peruenit ad pus hoc apostema: sed pueros plurimum interficit ante suppurationem. Si autem suppuratur, & assunt signa laudabilia, speratur euasio. Dolor præterea auris, quandoque est cum pruritu, & quandoque est sine pruritu. & nos quidem iam diximus de pruritu in aure capitulũ in suo loco.

a B. Alia litera, vulneribus.
† interiorem cauitatem.

De signis. Cap. 7.

Signa quidem sunt sicut signa prędicta in capitulo taraxen.

ANNOTATIONES.

Aurium dolores, sicut & aliarum partium dolores omnes, interdum ab intemperie cum materia uel sine materia, interdum a solutione continuitatis fiunt. causasq; habent uel internas, uel externas. sunt uerò hi nonnunquam praui admodum, et lethales, quod ait Celsus lib. 6. & Hippoc. 3. progn. & in coacis prænot. repetit, ubi & plura alia de aurium affectibus notat. Vide Gal. 3. de comp. med. per loc. Paulum lib. 3. necnon Trallianum lib. 3.

Cap. 7. Aph. 53. & 14. Cap. 1. Cap. 23. Cap. 1. & deinceps.

De cura. Cap. 8.

Oportet, ut conserues canonem in distillando id, quod distillatur in aurem, & est, ut sit non vehementis caliditatis, aut frigiditatis. Quod si causa fuerit repletio in corpore [a] [ex capite:] oportet ut euacues partem capitis ex genere illius repletionis. Calida nanque si est, cum phlebotomia, & euacuatione, quę fit cum mundificantibus caput a materia calida, secundum quod sciuisti. Et si humor est grossus, uiscosus, tenax, cum pilulis aseibar prædictis, & gargarismate. Et si est tenax, fixus in parte auris: oportet ut administres post solutionem, [b] [& medicinas] lenitiuas: deinde intende uice alia cum eo, quod euacuat ipsum ex membro. Si autem causa est caliditas superflua, oportet ut infrigides cerebrum cum extinguentibus cognitis prædictis in capitulo cerebri, & ut distilles in aurem oleum rof. tepidum, aut albumē oui. Quòd

a B. capitis.
b B. & iam vaporationes lenificantes, & dilatationes.

Quòd si dolor est vehemens, permisce cum eo camphoram. Et quandoque est oleum viol. cũ camphora magis sedatiuum doloris, quam oleum ros. propter mollificationem, quę est in ipso. Et etiam distillentur in aurem collyria sedatiua dolorum oculi cum albumine oui,& similibus: Albumini nanque oui soli inest proprietas mirabilis. Et lac cum aqua solatri, & aqua coriandri. Et melius quidem lac c † [ ] quod mulgetur, d [& est calidum] ex ubere e [est iuuatiuum. Et bulli uermes terrestres in oleo ros.& distilla in aurem: Aut coquantur limacie in oleo f [amygdalino,] & distilletur in eam: Aut decoquatur oleum ros. in aceto vini, quod sit triplum ipsius, donec acetum consumatur,& remaneat oleum,& administretur illud distillando: est enim iuuatiuum valde pulsationi,& similiter oleum seminis cucurbitæ, & oleum nenupharinum, & oleum de g [salici bus,] & similia,& similiter succus, qui assimilatur succo cucurbitæ, qui fit ex corpore eius,& folijs ipsius,& similiter emplastra infrigidantia exterius. Quidam autem dixerunt, quòd aqua uolubilis ualde bona est in huiusmodi dispositione,& succus seminis cãnabis humidi. Et quãdo fortiores fiunt h [pulsus] dolor,& timetur ex eis spasmus, nõ est excusatio a mollificatiuis. Et non est aliquid sicut butyrum vaccinum antiquum calefactum, & quandoque in ipso excusat laborem intromissio embubæ in aurem, ingeniosè fabricatę super cucumam, in qua est aqua calida, ut perueniat vapor ad aurem, quandoq;.n. sedat & excusat ab alijs,& excusat a narcoticis, & propriè quando est aqua, in qua, decocta sunt ea, quæ mollificant cum facilitate,& est etiam permista cum aliquo horum, quę stupefaciuut. Quumque ne cessarium est aliquod narcoticum, magis in colume est sief memithe, quod cum aliquanto opio teratur,& misceatur cum lacte mulieris,& distilletur in aurẽ. Et si fuerit causa, introitus aquæ in ipsam, curetur cum eo, quod dicetur in capitulo suo. Et si fuerit causa frigiditas fixa in profundo, vel exterius, oportebit vt fiant distillationes ex oleis calidis, sicut oleum rutaceum, & oleum anethinũ, & oleum de spica romana, & oleum laurinum, & oleum alhacuen,& oleum balsami, & oleum de alkerua, & quæ sunt illis similia. Aut sicut oleum, in quo decoquitur alliũ,& colatur; aut oleum, in quo decoquitur piper, & euphorbium,& castoreum: Aut gallię quantitas danic.i. in aureo olei de ben: aut oleum aliud ex oleis calidis aromaticis. Et quandoque potet habens dolorem, vinum purũ forte, & dormit, & quũ excitatur non habet læsionem aliquam. Et si est causa in ipso ex vento frigido, confert ei illud, quod dicemus in capitulo sonitus,& tinnitus, quod dicemus in capitulo eius, cuius causa est humor tenax,& cuius causa est frigus: Et ex eis, quæ conueniunt ad illud, est vt impleantur vẽtosæ aqua calida,& applicentur in circuitu auris,& ut distillentur in eam ruta, & amomum cum melle, aut abrotanum, & sampsucus in oleo de lilio, aut castoreum cum eis, postquam decoquuntur in eo,& colatur: aut nitrum,& acetum,& oleum ros. aut succus i [amygdalarũ.] Et si necessarium fuerit illud quod est fortius,

c † B. est illud.
d —— B.
e B. & est iuuatiuũ ualde. Aut.
f B. Alia litera. rosato.
g B. Kalef.
h B. pulsatiões.
i B. luf idest serpentariæ.

tunc quod sit sicut euphorbium cum oleo costino: aut costum marinum, & aristolochia. Et quandoque confert in eo vapo ratio cum milijs,& filtro calefacto. Et si causa fuerit in eo bothor, tũc cum eo, qđ dicemus in capitulo de bothor auris. Et si causa fuerit in ipso vermis in ipsa generatus, tunc cum eo, quod dicemus in capitulo vermis generati in aure. Et si fuerit causa in ipso introitus aquæ, & lapidis, tunc cum eo, quod dicemus illic,& si causa fuerit apostema calidum profundum, quod est timorosum propter proprinquitatem sui ad cerebrum, vsquequo ad collectionem perueniat,& suppurationem, tunc post phlebotomiam; et euacuationem, oportet administres lenitiua in primis & infrigidantia, & propriè lac mulieris vice post vicem, vsque ad diem tertium, & similiter oleum ros. decoctum cum aceto prædictum in primis, deinde mucillaginem fœnugræci, post mucillaginem seminis lini, & mucillaginem seminis almaru k [in aqua lactis.] Et aqua volubilis est ex eis, quę conferunt in huius hora. Et in ipso quidem iam expertum est sisamum contritum: deinde administrentur semper vaporationes cum oleo declinante ad caliditatem aliquantulam; & oportet, vt sit oleum dulce,& cum hoc tepidum, in quo infundatur cottum inuolutum in extremitate radij subtilis,& ponatur in aurem vice post vicem, & fiat emplastrum exterius cum lenitiuis maturatiuis. Si autem virtus non fuerit vehemẽs quum transiuerit principium, oportebit ut distilletur in aurem adeps uulpis, uel lacerti, aut basilicum cum oleo ros. uel oleo de alcana, aut adeps anatis, aut adeps l [rachamati,] aut emplastrum ex adipibus gallinæ,& anatis. Et quando non est apostema vehementis caliditatis, administra in ipso medicamen factum ex adipe caprino liquefacto, & permisto cum partibus equalibus mellis,& † sapę,& hyssopi, quorum vnum quodque sit ęquale illi adipi,& pone in aurem. Et ex eis, quę sunt fortiora illo, & maturant cũ virtute, est istud. Recipe lithargyrij cerusæ, amborũ an. unc.j. thuris,& pulueris molendini,& gũmę pini, oĩum an. unc.iiij. olei lib.i. adipis porcini aut caprini recentis li.ij. succi seminis lini, quantum sufficit; fiat ex eis emplastrum Et fortasse indigebis narcoticis, administrabis ergo secundum modum, quẽ dicemus. Et quãdo conuertitur ad saniem; administra m [spumam,] seminis lini, n † [ ] cum oleo ros: aut oleo chamęmillino,& reliqua, quæ dicemus in capitulo suo. Si autem apostema est extra aurem, est pauci timoris,& medicatur cũ farina hordei. Et emplastrum factum ex farina fabarum est bonum valde. & o † [ ] farina fabarum & chamæmilla p † [ ]& farina hordei & q [malua]& melilotum, terãtur, & cribellentur, & infundantur aqua tepida,& oleo uiol. Et quandoque sufficiunt solatrum, & farina tritici & oleum sisaminum. In † pustulis autem, quę fiunt in aure r [quandoque sufficit labor &] decoctio ficuum cum tritico, quando distillatur in aurem, aut ponitur licinium in ipsa ex ea. Et quandoque sedat dolorẽ administratio embubę secundum modum, quem prediximus. Et quãdoque sufficit in stupefactione,

k B. in lacte.
l B. rachãma.
† alrob.
m B. mucillaginem.
n B. quantitate sufficienti.
o † B. est.
p B. & uiolæ.
q B. althea.
† bothor.
r B. excusat laborem.

pefactione,& sedatione doloris illud,quod diximus post dictum embubæ in hoc capitulo. Et ex medicinis quidem communibus ad dolores auris,& proprie[s] [illum , qui] declinat ad frigus,est oleum omphacinum,in quo bullitur scarabeus,aut lumbrici terrestres, aut vermis , qui est sub vrceo aquæ,aut fel piscis cum oleo omphacino,aut adeps lacerti,aut vulpis aut [t] [rachamati] aut gruis,aut oleum scorpionum, nam est iuuatiuum valde:aut aqua sampsuci recentis,aut decoctio foliorum algarab, & corticis eius:aut decoctio lumbricorum terrestriũ [u] [inde cocta colata]in qua dissoluatur adeps anatis.Et si fuerit frigus vehemens ,decoquatur in ipsa fel tauri in oleo alkeiri, vsquequo existimetur,quòd fel iam resolutum fuerit,& finitũ, deinde reponatur illud, & administretur distillando,est enim mirabile,& quandoque necessarium est in curationibus dolorum vehementium in aure,administrare narcotica. Et sit illud,aliquid ex philonio cum lacte : & similiter troch.croci,& troch.stellæ,& opium, & castoreum,& crocus cum lacte mulieris.Et oportet, vt postponatur illud vsquequo timeatur syncopis,& proprie quum fuerint humores frigidi. illud enim nocet eis valde. Quod si accidat nocumentum ex vsu narcoticorum , administra castoreum post illud solum.Et quandoque fiũt troch. ex castoreo contrito vltimè,deinde proijcitur super ipsum opium contritum , deinde fiunt ex eo troch.cum vino puro.Et si fuerit illic vlcus valde dolorosum, tunc administra lycium & opium cum lacte : aut sumantur. xx.amygdalę excorticatæ, & opij,& † nitri, & thuris omniũ an.drach.j. s.croci,galbani,myrrhæ omnium an. drach.j.s.terãtur & puluerizentur cum aceto,&exsiccentur, & quum necesse fuerit,infundãtur oleo rosſ.& distillentur,& si fuerit illic sanies,loco aceti,sit vinum aut mel, aut oxymel.

s B.quæ.

t B. rachame.

u B.in decoctione myrrhæ colatę.

† baurach.

ANNOTATIONES,

Hæc prosequitur Gal.copiosè lib.3.de comp.med.per loca & Paulus ac Trallianus lib.3. sed pulcherrimè Celsus lib.6.& si in distinguendis causis minus curiosus. Egit & Rasis.9.ad Almans.

cap. 1. cap. 23. cap. 1. & deinceps. cap. 7.

De sonitu,& tinnitu,& sibilo. *Cap. 9.*

HAec dispositio est vox,quam homò incessanter audit [a] [exterius.] Et eius comparatio ad auditum est comparatio imaginationũ , & tenebrarum, quas videt homo absque causa exterius ad oculum,& quoniam vocis causa est inundatio accidens in aere,quæ peruenit ad sẽsum , tunc oportet vt sit in hoc accidente , in quo fit sermo de sonitu & tinnitu,motus aeris. & quum non sit ille aer exterius,tunc est aer interior.Et aer quidem interior , est uapor effusus in concauitatibus, & hęc inundatio aut est occulta,a qua [b] [fortasse non peruenit] vapor effusus in ventribus:aut est maior illa . Quod si fuerit occulta ex genere illius,cuius euacuatio fit difficilis ,& accidat inquibusdam [c] [horis] ut audiatur a tali,qualis ipsa est sonitus,& tinnitus,& non acci dat in quibusdam alijs, tunc illud,aut est propter acuitatem sensus in quibusdam eorum,& non in alijs:aut secundum comparationem,quã diximus in imaginando imaginationes,aut propter debilitatem eius, quare patitur a qualibet inundatione, sicut accidit de bili frigus a quolibet frigore, aut calor a quolibet calore, & species quidem debilitatis sunt , quas sciuisti ex speciebus malæ complexionis, & si est supra occultã,& supra illam, in qua diuersificãtur fortis & debilis, tunc causa eius est inuentio eius , qui mouet uaporem iuundantem ei supra motionem & inundationem consuetam,& inundans vaporem: aut est uentositas generata in parte capitis mota in ipso : Aut est sonitus saniei.qui fortasse generatur in ipsa & feruor puris in partibus eius.Aut motus [d][vẽtositatis accidentis] multoties in meatibus eius [e]† [ ] sicut fit in febribus.[f]† [ ] Aut repletio superflua in corpore,& proprie in capite,sicut fit post ebrietatem plurimam : Aut agitatio tendens uersus cerebrum proprie, sicut fit post vomitum laboriosum.Aut casus,aut percussio:Et quandoque fit illud,non propter agitationem motus, imò propter materiam ũiscosam resolutam in ventositatem paucam,& assiduatur illud. Et quandoque fit propter vehementiam famis:[g] † [ ] & illud est propter agitationem cadentem in humoribus sparsis in corpore quiescentibus in ipso, & quum non inuenit natura cibum aliquem,conuertitur ad eos , & resoluit ipsos , & mouet eos. Et quandoque accidit sonitus post medicinas,quarum proprietas est, vt retineant humores & ventositates in partibus cerebri. Et causa huius sonitus quandoque est ex aure ipsa.Et quandoque est cum cõmunitate [h] † [ ] membrorum aliorum mittentium has ventositates ad ipsam.

a B. absq.causa exteriori.

b B.non existimatur q̃ denudetur uel denegetur.

c B.corporibus

d B. uermium accidens.

e † B. & causa antecedẽs istis causis , aut est commotio ebullientis humoris totius corporis

f † B.& in principijs paroxysmorum febriũ.

g †B.uel uacuitatis.

h †B. stomachi &.

ANNOTATIONES.

Deprauata hæc est auditricis facultatis actio, morbum in numero præsertim,nempe uaporum in aure præsentiam sequens . Diximus autem præsertim,quòd etsi non sine vaporibus aurium sonitus fiunt , non quauis tamen vaporum copia tinnitum aut sonitum procreat , quum alioqui etiam in sanis,nunquàm vaporum copia, qui innati caloris actione gignuntur,caput ipsum uacet, a quibus tamen sonitus non fiunt.Sed unum animaduersione dignum. Medici tinnitum aurium inter symptomata referunt.at Arist. 2.de anima.incolumitatis aurium indicium esse ait,vbi admota auribus manu,tinniant.Verũ.Duplex aer ex Arist.sententia in auribus sonum facit:externus quidam ad aures delatus, & internus externum suscipiens.Est uerò id aeri insitum út suapte natura & impetu semper moueatur , & huc illuc impellatur (id enim insectilia , corpuscula ea quæ per solis radios fluitare semper conspicimus,testantur) Quare eodem pacto et internus ille aurium aer,si incolumis est, nunquam non dimouetur:commotus uerò leuem quendam sonitum facit,quem tamen non sentimus nisi admota ad aures uel manu uel re aliqua,præsertim concaua & læui,ueluti buccina.Quamobrem si de hoc sonitu intellexeris,salubre indicium est sonitus percipere , & propriam interni aeris naturam seruari significatur,at tinnitus de quo medici, & ab externo,non naturali uidelicet aere fit,& perpetuo absque alicuius rei ad aures admotione sentitur,& sympto-

ma est, malè habentis capitis indicium: de hoc uero hoc in loco agitur. Pro cuius notitia, signis, causis, & curatione pete Gal. 3. de comp. med. per loc. Paul. li. 3. Trallia. li. 3. Celsum 6. nec non et Rasim 6. ad Almansorem. Vide & Hipp. 2. de morbis.

Cap 1. cap. 23. cap. 6. cap 7. Circa initium.

De signis. *Cap.* 10.

IN illo quidem, qui est continuus, & assiduus causa est aliquid stans in ipso cerebro. Si autem quiescit, deinde excitatur post repletionẽ, aut uacuitatem, aut motum, aut quum calor fit fortis, aut frigus, tũc per communitatem. Amplius forma uocis significat ipsam: est enim quandoque quasi sit uox rei [a] [ascendentis] ad superiora, & plurimum eius est cum communitate corporis, aut stomachi, aut quasi vox, quę reuoluitur super se ipsam: aut sicut fragor arborum, & significat illud [b] [absconsionem] uentositatis: Et si illic est febris, aut dolor perducens ad [c] [tremorem,] tunc significat collectionem purulentam. Et quando eius [d] [constrictio] est secundum semitam generationis post generationem occultam continuam, tunc est propter humorem viscosum. Illum autem, qui est propter acuitatem sensus, significat defectus causarum uẽtositatum, & repletionis, & mundificatio auditus, & eius excitatio apud ieiunium & uacuitatem. Factus autem a siccitate est post euacuationes, & febres. Et factum a debilitate scies [e] † [ ] per superfluitates, & quandoque est cum complexione calida, & fit subito & cum inflammatione, & frigida est e contrario.

a B. Alia litera. ebullentis.
b B. Alia litera. multiplicationem.
c B. horripilationem.
d B. generatio.
e † B. ex superfluis preteritis.

De cura. *Cap.* 11.

OPortet ut omnes isti uitent solem, & balneum [a] † [ ] laboriosum, & uomitum, & clamorem, & [b] † [ ] repletionem, & vt leniant naturas suas. In eo vero, qui fit propter communitatem, oportet ut sit intẽtio membri facientis ipsum, & proprie stomachi: quare mundificetur, & intendatur cerebrũ, & auris: quare confortetur cerebrum quidem cum aliquo, quod sit sicut oleum myrtinum, & auris cũ eo, quod sit ut oleum amygdalinũ, & similia. Et consideretur in hoc ad complexionem primam, & intendatur illud, quod adiuuat illum secundum canones cognitos, & similiter factum a repletione, oportet ut mundificetur corpus, & caput cum eo, quod scis, & subtilietur regimen. Creticus autem non oportet ut remoueatur, quoniam remouetur cum remotione febris. In eo autem, qui factus est propter [c] [uelocitatem] sensus, sunt quidam homines, qui præcipiunt utendum esse stupefacientibus. sicut oleo ros. decocto cum aceto, cuius esse prædictum est cum pauco opio, aut mixto cum oleo de bengi [d] [&] hyusquiami [e] † [ ] contrito cum castoreo, [f] † [ ] Et conuenientius quod præceperunt, est ut sumantur grana pini, & castoreum cum oleo, & conterantur in aceto, & distillentur. Factus autem a pure, curetur curatione apostematis & puris. Factus autem in conualescentibus, [g] [quorum complexio est sicca, si causa eius fuerit siccitas, curetur cum nutricatione & humectatione cum oleis temperatis declinantibus ad frigus, aut calorem, secundum necessitatem, Si autem causa fuerit debilitas, tunc administra illud, quod temperet complexionem accidentalem ex distillationibus prædictis. In eo uerò, qui factus est propter materiam expulsam ad ipsam dispositione sirsen, aut humorem grossum uiscosum, administra omnia prædicta in capitulo doloris & tarax. Et ex eis, quæ propria sũt illi, qui succedit sirsen, & febri propriè, est succus absinthij cum oleo rosa. aut cum aceto & oleo de lilio, quoniam est medicamẽ bonum. Ei autem, qui fit ab humore uiscoso frigido, appropriatur trochiscus expertus, & est. vt sumantur ellebori albi partes iii. & croci. v. & nitri x. fiant troch. & administrentur. Et ex medicinis communibus aggregatis ad illum expertis, qui est ad debilitatem, & ad illum, qui est ab oppilatione, aut humore, & est ut sumãtur gariophyllorum, & seminis porri amborum ana. drac. s. muschi, danic unum, & distillentur cum aqua sampsuci, & rutę, aut cum vino, & similiter cũ decoctione foliorum pini, & decoctione foliorum [h] [alzizar] & decoctione foliorum lauri. Et oportet, ut alienetur in omnibus eis cœna. Quidam autem antiquorum sapientium dixerunt, non est aliquid magis conferens sibilo, quam medicamen alfaudengi dictum ad memoriam: Nã ipsum est magis iuuatiuum, quod creauit Deus ad illud. Et confert ei distillatio facta ex hyssopo cum folijs pini, & granis lauri: Et attende, quod dictum est in capitulo tarax, & doloris, ex curis communibus, & proprie frigidis.

a B. & motũ.
b B. coitũ &
c B. vehementiam.
d B. ided.
e † B. aut sucha am.
f † B. & oleo.
g B Alia litera; & in quibus.
h B. alsemsaf.

De cura saniei, & curis ulcerum in aure. *Cap.* 12.

QVod in primis oportet præmittere, est subtiliatio cibi, & administratio carniũ, & olerum, ex quibus generatur humor bonus, dulcis, laudabilis, & inclinatio regiminis ad illud, quod oportet ex temperata qualitate. Quod si complexio facit necessarium, ut sumatur aqua hordei, & sibi similia, fiat, & leuitas exercitij: Et inclina materiam ad nasum, & os cũ sternutationibus, & gargarismis. Amplius non possunt esse vlcera, quin sint apparentia sensui, aut sint profunda, ad quæ non peruenitur sensu. Quæ igitur ex eis manifesta sunt. cum aceto abluuntur & aqua, aut oxymelle & aqua [a] † [ ] aut uino, aut decoctione mellis cũ rosis & myrto, & post illud suffletur in aures illud, quod exsiccat sicut dragacãthum adustum & similia. Et quandoque quidem confert saniosæ & purulentæ oleum de semine cannabis, & melius est ut non repercutiatur, neque prohibeatur dum non superfluit: imò oportet ut abluatur, & [b] [regatur] aliquo, quod sit sicut aqua [c] [ros.] & oleo [d] [ros.] Et etiam ex succo foliorum oliuarum cum melle administrentur distillationes. Profunda uero alia sunt propinqui temporis, & alia sunt chronica. Sed ea, quæ sunt propinqui temporis, curentur cum eis, quæ sunt, sicut sief memithæ cum aceto, aut [e] [collyriũ] ros. & myrrha, & aloes in melle aut uino ponãtur in aurem. Et quandoque confert distillatio

a † B. aut melle & aqua.
b B. abstergatur.
c B. myrrhę.
d B. Alia litera. amygdalino.
e B. sief.

aquę

a vuæ acerbæ in ipsa, & proprie quando ponitur mel cum ea, & similiter succus foliorum f [salicis:] aut decoctio eorum, aut aluminis iameni adusti,& myrrhę, amborū drac. j.terantur cum melle & ponantur in lana, aut sanguinis draconis,& spumę maris,& sarcocollæ,& † nitri armeni; & myrrhæ, & thuris,& sief memithæ partes æquales,pulucrizentur super licinum g [in volutum super radium]infusum melle,& ponantur in aurem. Quòd si dolorem habuerit, curetur cum scoria ferri contrita h [in ea multoties,&] misceatur cum eo, quod exsiccat, & sedat dolorem. Et illud est sicut administratio olei amygdalini i † [ ] cum myrrha, & aloe,& croco. Et quandoque necessarium est vt permisceatur cum eo parū opij.Et administratio medicaminis capitalis est iuuatiua etiam. k [expertum nanque est cum eo,quod in ipso est de exsiccatione, cui associatur,] uirtus sedatiua doloris, & conferunt etiā in hoc,composita,quę diximus in antidotario & conferunt ei troch.andaron, & confert ut sumatur ex nucleis myrobal,& gallis adustis cō iunctis cum oleo, l [alkerua] & fęce. m † [ ] Et confert ei emplastrum de cerusa, & emplastrum basilicon,& commista, & distillata.Ea verò,quę chronica sunt,profunda, antiqua,submersa, sunt valde mala, & quandoque perducunt ad detegendum os, & significant ipsa dilatatio meatuum & multitudo saniei fœtide, quare indigent eis, quæ sunt sicut alkitran permistum cum melle,& sicut fel corui,& testudinis, & eorum administratio cum lacte mulieris, aut cordumeni & nitrum mista cum ficubus mundatis a granis, & fiat ex eis licinum, & administretur post mundificationem sordis,et similiter in n [ ] medicinis. Et ex medicinis fortibus in hoc capitulo est scoria ęris,cū arsenico,& melle,& aceto,aut rubigo ferri, aut scoria ferri ipsius frixa cōtrita sicut puluis post frequentem frixionem multoties factam o † [ ] cum aceto uini donec fiat sicut mel, & distilletur in aurem. Et quandoque est necessariū emplastrum de flore æris,& illud est quando antiquatur,& sordidatur.Et ex eis,quæ sunt media in hoc capitulo,est alumen adustum cum ęqualitate sui de melle, & quandoque additur in ipso dactylus,& fortior illo est compositio huius modi:floris æris,corticum ęris,amborum an a. drac.iiij.succi porri.unc.i. mellis. p [puri.]vnc. i.administretur. Quum autem multiplicatur pus valde, tunc necessaria est administratio licinij in felle taurino submersi, aut distillationes ex urina infantium, & fortius eo est scoria ferri abluta & frixa in sartagine multoties, quando decoquitur in aceto, & administratur, & quando cum pure antiquo fuerit dolor, funde in aurē vinum durum cōquassatum cum oleo ros.aut cum aqua porri,aut cum aqua piscis saliti,& quandoque dolor facit necessarium esse aloë,& opiū,& crocū,cōmisceātur cū melle,& ponātur in eam,et quū videris humiditatē retineri pp medicinas prohibitiuas, exsiccatiuas, tunc funde in aurem oleum ros. vt cadat crusta.deinde pone in eam,quod generat carnem, et oportet penitus ne virus retineatur, immo prohibeatur natiuitas eius, & exsiccetur vlcus

f B. kalof.
† baurach.
g —— B.
h B. Alia litera. cum aceto,& fit in ea dragacanthum,aut.
i † B. Alia litera,amari.
k B. qm̄ cū eo quod est in eo de exsiccatione associatur.
l B. alkeiri,
m † B. olei de lino.
n † B. reliquis.
o † B. ut dissoluta.
p B. albi boni.

ipsius, et plures quidem callidorum medicorum implent aurem purulentam panno,prohibendo cursum saniei ab ea,& prohibent infirmum dormire in illo latere, vt non inueniat sanies meatum,quare egreditur ad hoc ut declinet uersus carnem mollem, quę est in radice auris,& facit euenire apostema,& perforant ipsum post maturationem,& curant ipsum,& sanatur cursu saniei ab aure.

De eruptione sanguinis in aure. *Cap.* 13.

Qvandoque est species eius aliqua,quę procedit cursu fluxus sanguinis narium in hoc,quod est criticus, & quandoque est a replectione perducēte scissionem venæ,aut abscissionem eius, aut apertionem ipsius, & quandoque est a casu aut percussione.

ANNOTATIONES.

Scripsit de hac re & Gal. 3. de comp. per loc.& Paulus lib. 3. sed pete & Trallianum lib. 3. & Rasim.9. ad Almans.

Cap. 1. Cap. 13. Ca. 8.

De cura. *Cap.* 14.

Criticus quidem non est conueniens vt restringatur, si non perducat ad debilitatem & syncopim.Alius vero restringatur, aut cum stypticis,aut cum cauterizantibus, aut cum infrigidātib.Styptica vero sunt sicut decoctio gallarū cū aqua aut aceto,& decoctio senticis, & quādoq; miscetur cū ea ex vino antiquo,aut aceto,& similiter sief memithæ, et lyciū,et decoctio foliorū arboris masticis,aut a [grana decocta cū aceto,et expressa.]infrigidātia uerò sunt succus uirgæ pastoris,et arnoglossæ cum uino, aut sief memithæ et opium.cauterizantia vero sunt sicut succus † ocymi:Et ex eis,quę sunt mirabilia ualde,est coagulum leporinum cum aceto,aut succus porri cum aceto.Et ex eis, quæ sunt experta ad illud, est vt sumantur duo renes tauri, et aliquid adipis saliti, deinde assentur media assatione,et exprimatur aqua eorum in aurem.

a B. aut grana cū decoctūum aceto, & expressum.
† albedarugi.

ANNOTATIONES.

Cap. 32.

Habes & de hac re nonnulla ex Paulo lib. 3.& Gal. 3 de compos.med.per loc.& Trallianum lib.3.Sanè, quia hic. de sordibus aurium agitur:Aures primò auditus gratia sunt procreatæ, iis tamen & in cerebri excrementis expurgandis natura utitur,quæ aurium sordes uocantur. Hæ amaræ sunt, & huius amaritudinis causam.Arist.sect.problem.32.esse ait,quia putri sudore contrahuntur.qui salsus & amarus est. Quum tamen hæ & amaræ & flauę sint, quæ propterea ad bilis naturam accedunt, sicut naribus in expurgandis pituitosis ipsius cerebri excrementis usa est natura,ita forte & aurium seruitio in bilioso cerebri excremento,quantumis pauco expurgando utitur, & hoc amarum propterea est,quòd biliosa est portio, quæ ex alimento deciditur,quo cerebrum ipsum nutritur.

Cap. 1. Cap. 6. Probl. 4.

De cura sordis, & oppilationis factæ in aure. *Cap.* 15.

Cvra quidem eius leuis est, vt distilletur in eam oleum amygdalinum de amaris montanis,

tanis, propriè in nocte: & patiens ingrediatur balneum, & ponat aurem super terram calidā vt liquefiat sordes. Et quandoque confert ei in sufflatio atramenti in ea, & etiam cordumeni aureus.i. † nitri armeni medietas aure.i. ficuū albarum, quantum sufficit ad conficiendū ea: fiat inde licinium, aut fundatur in ea media. vnc. fellis caprini cum oleo a [&] prassium cōtritum, aut aqua prassij, aut soluatur† nitrum cum aceto, & dimittatur donec quiescat ebullitio eius, & misceatur cum oleo ros. & distilletur: aut misceatur† nitrum cum ficubus, ex quibus eiecta sunt grana, & fiant grana parua, & ponantur in aurem, & in die tertio extrahantur. associabitur enim ei sordes plurima, & succedet ei leuitas manifesta. Et quandoque ponūtur in eam cordumeni, & vrtica. Et ex eis, quæ sunt fortiora illis, est succus foliorū coloquintidæ tritorum distillatus. Et sumantur† nitrum & arsenicum æqualiter, & conficiantur cum melle, & liquefiant cum aceto, & distillentur in aurem, & expectetur post una hora: deinde abluatur auris cum aqua mellis, aut cum aqua calida. Et licinijs quidem fortibus non utaris nisi post euacuationem. Et ex eis est licinium infusum in pice, & oleo chamęmellino, & oleo nardino. Quidam autem existimauerūt, quod camphora vehementer confert altarax, & videtur quod sit tarax cholericæ. Et ex eis quidem, quæ experta sunt, est oleum de scorpionibus, ipsum enim sanat surditatem. Et ex eis, quæ cōferunt ad oppilationem sordis, est licinium factum ex nasturtio, & † nitro, & adhæreat auri tribus diebus deinde extrahatur, & egredietur sordes plurima: & similiter sunt licinia cum melle.

† baurach. — a s. aut. — † baurach. — † baurach. — † baurach. — † baurach.

De oppilatione accidente in aure. Cap. 16.

QVandoque fit hæc oppilatio, a † [ ] sicut, quæ est propter panniculum creatum super foramen, & quandoque fit propter sordem: & quandoque fit propter b [carnem congelatam:] & quandoque fit propter carnē additam, & verrucam, & quādoque fit propter lapidem, aut nucleum candentem in eam, aut animal intrans in eam, & moritur. & quandoque est ex humore grosso viscoso oppilante foramen, aut meatum nerui, & sentit homo ac si auris eius eius sit semper oppilata, & quādoq; accidit illud post uentum vehementem.

a † B in creatione. — b B sanguinem congelatum.

ANNOTATIONES.

Multa auditorium meatum possunt obstruere, & membrana cum ipso ortu innata, & supercrescens caro, & sordes, & lapilli auribus incidentes, & animalcula, & alia multa id genus. Hic de membrana præsertim & superaddita carne agit, difficili sanè affectu, & in quo neruorum distentionis, & mortis periculum non raro impendeat, si profundum id sit, quod est excidendum. Huius curationē pulchre docet Paulus, & eam quę per medicamenta fit lib. 3. & quæ per chirurgiam lib. 6. Sed & Celsus id quoque lib. 7. prosequitur. Vide & Trallianum lib. 6.

cap. 2. — cap. 23 — cap 23 — cap. 8.

De cura. Cap. 17.

ILla quidem, quæ est ex panniculo aut carne oppilante meatum in initio creationis, est difficilis curæ, quum est profunda, & manifesta est facilis. Ad intrinsecam verò ingenium inuenitur cum instrumento minuto secante ipsam, deinde prohibetur a [continuitas] secūdum quod in proximo dicturi sumus. Et si est manifesta, oportet vt scindatur cum cultello spinoso, quo inciduntur hæmorrhoides nasi, deinde tenta vt b [buccella] ponatur, super quā pulverizatum sit colcotar, aut, quæ procedunt cursu eius, quæ sunt ex eis, quæ prohibent natiuitatem carnis: quod si oppilatio fuerit ex re fixa in ea, oportet ut distilletur in aurem, quod sit sicut oleū ros. & de lilio, aut de c [alibahic.] Et si, quod fixum est, est sicut animal mortuum in ea, tunc effundatur in eam ex oculis aliquid, quod eam aperiat: deinde extrahatur cū mundatorio auris facile. In facta autem ab oppilatione propter carnem additam, aut verrucam, oportet, vt abluatur cum aqua calida & nitro, & distillentur in eam æs ustum, & arsenicum rubeum trita cum aceto valde, ita ut adurant carnem: deinde cura ulcus. Et iam dictum est, quod assiduatio effusionis fellis porci, valde confert ei. Et ad illud quidem, quod imaginatur homo, quod auris eius sit oppilata, confert distillatio olei de lilio, aut fellis tauri in succo † betę, & succo seminis cannabis. Et succo coloquintidę inest proprietas iuuandi ad oppilationem auris. Si autem oppilatio est sordities, curetur cum eo, quod diximus in capitulo oppilationis ex sorditie. Et ex eis, quę conferunt oppilationi ex sorditie. d [quòd medicina potest stare tribus diebus in aure & reliquis] est tenta facta ex nasturtio & † nitro, quæ tribus diebus auri adhereat: deinde extrahatur. Et ex eis quæ sunt fortiora illo, & mundificat neruum etiam, sunt troch. de elleboro, quorū descriptio. Recipe ellebori albi aur. ij. nitri aur. xvj. croci aur. iij. confringantur, & terantur cū aceto, & fiant inde troch. deinde quando est necessarium, soluantur in aceto, & distillentur in aurem: sunt enim mirabiles valde. In oppilatione verò, quę fit in creatura, & est ut creetur auris non perforata, aut in creatione interius est oppilata, iam experitur operationem manus, ita ut perueniatur ad discooperiendum, & perforandum usque ad † concauitatem interiorem, & quandoque conferunt, & quandoque non conferunt.

a B. cōsolidatio — b B. licium. — c B. alkeiri. — † siclæ. — d B. & alijs ab eis. — † baurach. — † samach.

ANNOTATIONES.

De θλάσει agit. Huic Hippocrates 2. de articulis, & deligationem omnem inimicam, & fortia medicamenta inimica esse testatur, non tamen a curatione abstinendum ait, ut author hoc in loco a Paulo desumēs li. 3. quin et Hippo. medicamentū ex farina subactū opponit. uere tamē & is a fortib. et comprimentib. medicamentis abstinendū censet, ut excusandi Paulus & Auic. ueniant. qui leuib. utuntur præsidijs. adde & quod sæpenumero, & si morbi ipsi curationem renuunt, cogimur tamen ob ægrotantium, querelas, & ad ea nos ipsos, quæ difficilia sunt, accommodare.

Text. 48. — cap. 23.

De attritione accidente auri & percussione. Cap. 14.

HIppocrati quidem uisum est, ut non curetur cum aliquo. Sed illis, qui fuerunt post ipsum,

ipsum, uisum est ut illud curetur. & ex eis, quibus ipsi curauerunt, est ut sumantur acatia, & myrrha, & thus, & fiat ex eis linimentum cum aceto, & albumine oui; aut medulla panis cum melle.

De pruritu auris. *Cap.* 19.

SVmatur aqua absinthij, & fundatur in eam cum aliquibus oleis: aut bulliatur absinthiũ cum oleo, & distilletur in eam.

ANNOTATIONES.

cap. 1. cap. 7. cap. 6.

Habes de hac re ex Gal. 3. de comp. med. per loca, necnon lib. de remed. par. facilib. habes & ex Tralliano lib. 3. quos tu uide.

De introitu aquæ in aurem. *Cap.* 20.

a B. custodit.

INgreditur aqua in aurem quãdoque, quum nõ a [effundit] eam ille, qui balneatur, aut abluitur, & lædit, & quandoq; apostematur radix aurium, & uehementem incurrit dolorem.

De cura. *Cap.* 21.

EX eis, quæ conferunt ad illud, est ut cũ embuba ita sugatur, & extrahatur subito; deinde effundatur in eam oleum amygdalinũ dulce. & quandoque extrahit eam tussis & sternutatio, aut lignum de anetho, aut a [scissio papyri] secundum quantitatem palmi unius. Inuoluatur itaque super unam extremitatem eius quantum est tertia sui de cotto, & submergatur in oleo, & ingeniosè extremitas altera in aurẽ mittatur b [cum eo, cum quo ingeniata est in ea: & iaceat ille cuius est auris;] & altera extremitas, in qua est cottum inflammetur igne, & dimittatur inflammari usquequo perueniat caliditas ad interiora auris, & tunc extrahatur, & egrediatur subito: quare egredietur cum ea, quod in aure est ex aqua. Et ex eis, quæ iuuant ad illud, & proprie in principio, est ut sumatur c [sclizatorium aliquod] & impleatur cum eo auris, deinde conuertatur super eam ille, cuius est, & sit saliens d † [ ] donec egrediatur totum. Et quandoque etiam extrahitur cum sclizatorio: intromittitur enim caput eius, & extrahitur ipsius perpendicularis: quare extrahitur cum ea aqua. Et quandoque excusat in ea, quæ pauca est effusio oleorum, & effusio e [lactium tepidorum continuè,] & proprie quando remanet dolor, & remouetur causa. Et si dolet illud uehementer, uaporetur auris cum corticib. papaueris, & meliloto, & chamæmilla, & viol. & malua, & semine lini, & farina hordei cum lacte mulieris.

a B. pars ex papyro uel ex iunco.

b B. & iaceat in latere habens eam.

c B. quantũ palma manus capere potest de aqua.

d † B. super pedem unum.

e B. lactis tepidi multis uicibus successiuis.

De introitu animalium in aure, & generatione uermium in ea. *Cap.* 22.

a B. Alia litera. cognoscitur introitus paruorũ animaliũ in aurem propter uehementiã doloris cũ anxietate & motu uel cũ punctione & pruritu.

QVandoque a [accidit propter introitum paruorum animalium in aurem uehementia doloris cum anxietate, & motus] secũdum quantitatem animalis: cum uerme uerò sentitur agitatio.

ANNOTATIONES.

Scripsit & de hac re Galen. 3. de comp. med. per loca. & lib. de remed. par. facilib. Egit & Paulus lib. 3. & Trallianus lib. 3. Sed & Celsus elegantissime de hoc uerba facit lib. 6.

cap. 1. cap. 7. cap. 23. cap. 6. cap. 7.

De cura. *Cap.* 23.

ET ex eis, quę omnibus illis communicant, est distillatio alkitran in aurem: ipsum enim statim sedat motum animalis in ea, & interficit ipsum in proximo, & proprie paruum. & similiter distillatio succi cucumeris asinini solius, aut cum scãmonea, & similiter furfur, et aristol. longa, & calcadis: a † [ ] ex bonis est, ut distilletur in eam, quod fluit a carne vaccina assata. & quandoque confert illi, ut accipiatur etiam oleum, & sumatur in aurem, & sedeat in sole patiẽs. Et succorum melior, & propriè ad vermem, est succus radicis capparis, & succus radicis b [alfarsadab] & succus foliorũ c [alcok, & succus radicis prunorum & succus] persici, & succus absinthij, aut centaureæ, aut prassij, & succus foliorum albotin viridium, d [& sinisar] & foliorum e [aloes,] & propriè, quando decoquitur cum aceto, & succus cucumeris asinini, & succus ellebori albi, & decoctio eius, & epithymi, aut succus mentastri cum scammonea, aut succus alseha, aut succus almarmacor, aut aqua mellis cum aliquo istorum. Et similiter succus raphani, & succus cepæ, et proprie f [alaxir] et semen eius, aut g [semen] cepæ cum aqua mellis, aut aliquod fellinum, et proprie quum calefit in concauitate granati cum pulpa sua. Et similiter decoctio granorum capparis recentium, aut succus eius, et succus lupinorum, aut aloes cum aqua tepida, aut costum tritum multum, aut pyrethrum: & omnia hæc in verme sunt magis iuuatiuã, et fortiora. Et ex eis, quæ experta sunt ad vermem, est vt sumantur vini. drach. ij. et mellis drach. iij. & olei rос. drach. i. misceantur cum albumine duorum ouorum, et fiant tepida, et ponantur in aurem lana infusa, ex qua impleatur auris; et cubitet se super eam querelosus, et nõ dormiat, deinde subito rapiatur: quare h [uermis multoties egreditur subito.] & quandoque confert nocumento vermis, effusio succi i [oleandri aut] rubi, k † [ ] aut absinthij, aut decoctio eorum, aut tritura corticis radicis capparis. aut almarmacor cum aqua sampsuci, aut vrina antiqua.

a † B. & storax &.

b B. alfarsad.

c B. alhauch, & succus foliorũ prunorũ, & succus foliorum.

d B. aut semsar. Alia litera.

e B. pini.

f B. althalchaiar.

g —— B.

h B. egreditur uermes plurimi

i B. alhausegi i dest.

k † B. & alchas. i. lactucæ.

De apostematibus, quæ accidunt in radice auris. *Cap.* 24.

HÆc apostemata sunt ex genere apostematum accidentium in carnibus mollibus, & proprie in carnibus glandulosis: & nominãtur beditus, et nominatur nascentia auris. et fortasse consequetur quandoque ex vehementia doloris eius, vt interficiat. et huiusmodi quidem multoties præcedit commistio intellectus, et ipsum apostema factum in † concauitate auris plus interficit adolescentes quam senes, quoniam est in senibus leuius. Sed adolescentes,

† samach.

scentes sunt calidioris complexionis: & materia apostematum eorum dolorosorum est acutæ qualitatis, & vehementius dolorosa, & minus tolerans vsquequo collectionem faciat. Et apostematum, quę fiunt sub origine auris, magis incolume est illud, quod est secundum semitam crisis [a] [bonæ.

a B. bonorū signorū: sed quū fit.

ANNOTATIONES.

Cap. 2. Cap. 23. cap. 10. Cap. 16.

De parotidibus copiose agit Gal. 3. de comp. med. per loca. Paulus lib. 3. Trallianus lib. 3. necnon Rasis 9. ad Almans. Sed hic unum consideratione dignum est: an in parotidibus uti liceat repercutiētib. uel non. Sanè Gal. 3. de cōp. med. iam citato abstinendum a repellentibus omnino iubet, licet inflammationum sint species, & hunc Paulus, Auicennas, et cæteri omnes sequuntur. Contra tamen Celsus lib. 6. distinguit: ac, si sine morbo parotides factæ sint, primum experimentum esse ait reprimentium. si uero ex aduersa ualetudine: id esse ait inimicum, quamprimumq; aperiri esse commodius. Sed et Gale. quoq; ipse 3. de comp. med. iam citato, usum se in parotidib. repulsorijs pręsidijs fatetur, quāuis rarò, atq; id, ubi citra uehementem dolorē parotides irruant. Adde, φ usu compertum est sępenumero ex rosacci dumtaxat olei perfusione absq; ullo discrimine has esse persanatas. Profectò quod ad huc præsidium pertinet. Certum est, quum in parotidibus periculum sit ne in cerebrum fluens materia incumbat, et internam inflammationem pariat: tutissimum consilium est a repellentibus abstinere. Licebit tamen fortaße Celsi et Gal. et multorum aliorum exemplo ēt repellentibus uti, si modo (quod Celsus notat) parotides non ex aduersa ualetudine accidant, ac non magnum dolorem inuehant, quod Gale. hoc est. si morbosa materia in corpore non redundet, neq; praui succi aut multi affluant, quod fortè Celsus per aduersam ualetudinem intelligit, neq; dolor uehemens urgeat, i. si inflammatio paulatim adueniat neq; magna sit, neq; ab acriori materia pēdeat: inferunt nempe dolorem quæ repente influunt, quæ copiosa est materia et multum distendit, et quæ acris et multum uellicat. His obseruatis. tunc non multum periculi impendere arbitrarim, si etiam in his repulsorijs non tamen puris aut ualidis, sed, Gal. imitatione paucis, cum multa dissentientium copia permistis usi fuerimus.

De cura. Cap. 25.

In illo tex. Arabico non habet capitulū de cura sicut in latina translatione a B. cōmuniter.

Illud quidem quod est a crisi, cum qua non est signum maturationis, aut præcedit horā crisis est malum. & hæc apostemata [a] [omnino] quandoque fiunt a materia sanguinea, aut cholerica: & quandoque fiunt a melancholia, aut a phlegmate. Et significant illud, quod sanguineum est, rubedo, & grauitas, & expulsio eius ad compressionem, & constrictio in meatibus. Et significant cholericum, & factum a sanguine subtili, dolor mordicatiuus, fistulosus, sine grauitate: & non constringit meatus, sed est cū inflammatione vehementi. Et phlegmaticū est cum [b] [tremulitate] & lenitate, & paucitate rubedinis. Et melancholicum est cum duritie, & paucitate doloris [c] † [ ] & est ex eis, in quibus secundum plurimum oportet ut intendatur [d] [in infrigidatione] & attractione eius, non in repulsione ipsius, quum sit materia effusa ad ipsum superfluitas membri principalis, & proprie in crisibus ægritudinum eius, sicut illud, quod accidit crisi lethargię multoties, & nos quidem iam innuimus ad cognoscendū hoc in libro uniuersalium. Oportet ergo, ne intendas ad curam eius, inquantum exigit curā apostemosam, adhibendo styptica, & apocrustica in principio, deinde compositionē regiminis, deinde resolutionem puram. Imò oportet vt incipias, & proprie quum accidit in febrib. cum dolore capitis, & adiuues ad extrahēdum materiam ad apostemata cum omni ingenio, etiam cum uentosis, si non fuerit uelocis attractionis. Et oportet, vt minores materiam cum minutione, si ipsa fuerit necessaria. Si aūt uehementis fuerit aduentus, & attractionis, dimitte eam secundum naturam suā, ut non faciat euenire dolorem uehementem, quo febris duplicetur. Imò oportet ut sis cōtentus, si fuerit illic dolor vehemens, eo quod mollificat, & sedat dolorem, quod fit ex eis, quæ sunt calida & humida. Et si fuerit initium eius cum dolore vehementi, sis contentus vaporatione cum aqua frigida pura, [e] † [ ] Et si fuerit leuis, sis cō tentus uaporatione [f] [chamæmillæ,] aut medicamine [g] [alhacuen] aut diachilon & emplastro [h] [memithe,] & si non fuerit vehementis leuitatis, & apparuerit ei caput, tunc administra illud, quod est inter glutinationem & carminationem, & quod est magis conferens, & magis maturans, & huiusmodi est sicut farina tritici, & lini cum syrupo mellis, aut aqua fœnugræci, & maluæ, & chamæmillæ. quod si existimatur, quod non resoluatur, imo suppurationem faciat, tunc necessarium est in ipso ut extrahatur pus, aut cum resolutione subtili, si est possibile, aut laboriosa, & etiam cum incisione, & sectione, et ex eis, quæ extrahunt pus ab ipso post sectionem, aut apertionē, est medicamen [i] † [ ] Et ex eis, quæ sunt conuenientia in hac ęgritudine cum sua attractione, & resolutione sua, & proprietate sua, est stercus [k] [caprinum & adeps] anseris, & gallinę, & ex eis est [l] [nora & Kach] & adeps uaccinus non salitus. In ægritudine aūt antiqua necessaria sunt cinis ostracorum, & [m] [alguadahi] cum melle, & adipe antiquo. Aut sumantur ficus, & coquā cum aqua marina. Aut administretur ammoniacum solum, aut cum alio, & similiter pix liquida, & bdellium cum sordibus alueariorū, & storax liquida, & medulla cerui. Si autē fiant scrophulæ & figantur, tunc accipe emplastrum cuius elementa sunt huiusmodi [n] [uiscus] albotin & pix, & grana lauri, & staphisagria, & gummi, & cyminum, & piper, et radices serpentarię & galbanum, et coriandrū, & cordumeni, & cinis corticis radicis capparis, & pyrethri, & stercus ouium, & stercus caprinū, & adeps, & propriè adeps porcinus, et caprarum, et hircorum montanorum, et proprie melancholicorū. Et similiter cerebella gallinarū et alcuhugi, et uaccarum cerebella, et proprie syluestrium. Et olea ad illud quidē, quod est calidioris materiei cū oleo ros. et uiol. Et ad illud, quod est frigidioris materiei, cū oleo de lilio, et anethino, et chamæmillino, et de Kerua, et cōfert his apostematib. quando difficilia sunt, emplastrum de resina.

b B. alterhel.

Alia litera. c † B. cap. xxv. De cura. Hæc apostema tunsat.

d B. cum additione.

Alia litera. e † B uel dulci.

f B salis.

g B. alachauen

h B. mesaus.

i † B. asmiluu.

k B. ouinum cū adipe.

l B. nura & chiach.

m B. alhuda.

n B. gluten.

De [tremore [a]] auris ex uocibus magnis. Cap. 26.

Causa in ipso existit debilitas uirtutis animalis, quæ est in cerebro, aut aduenientis

a B. abhominatione.

ad auditum: quare est necessaria cura cerebri cum eo, quod confortat, ipsum, secundum ꝙ sciuisti.

Fen quinta de dispositionibus nasi.

TRACTATVS PRIMVS.

a B. fluxib.

De olfactu, & nocumentis ipsius, & a [currentibus, sicut fluxus.]

De anatomia nasi. *Cap.* 1.

COmprehendit anatomiam ossium eius, & cartilaginum eius, & lacerti mouentis extremitatem eius. Et illa sunt ex eis, a quib. iam expediti sumus. Et eius quidem meatus ambo penetrant usque ad colatorium positum sub duobus corporibus cerebri similibus duob. capitibus mammille: & uelamẽ cerebri illic perforatum est coram foramine colatorij, vt in ipsum penetret odor, & b [deinde] est uia, quæ penetrat ad guttur. Et c [ ] d [anatomia] instrumẽti, quo fit odoratus. Et illud quidem sunt duo additamenta mammillaria, quę sunt in anteriore cerebro, & extẽduntur a duobus uentribus anterioribus cerebri, & e [propter illud] colantur superfluitates in illo foramine, & ex duabus f [extremitatibus] eius recipiunt cerebrum, & duo additamenta nata ex eo odorem cũ attractione aeris. & cerebro quidem ipsi inest aeris attractio, vt conseruet aer calorem innatum in ipso g † [ ] sicut pulsus. Quandoque uero augmentatur apud clamorem, & apud præfocationem aeris, & h [euentationem] ad superiora, & in duab. quidem extremitatibus i † [ ] nasi sunt duo trãsitus ad duos lachrymales; & propter hoc gustatur sapor alcohol in lingua. Qualitas uerò odoratus iam dicta est in capitulo virtutum. Sed ꝙ odoratur sit in aere cum passione ipsius, aut delatione ipsius, aut propter uaporẽ, qui resoluitur, illud est, quod pertinet philosophis, & recipiet medicus quòd odor est in radice per k [conuersionem] aliquam in aere, secundum, uiam dilatationis, deinde adiuuat ipsum l [acuitas uaporis, ex eo, quod habet odorem.

b B. vnicuique meatui.
c † B. ex. Alia litera.
d B. anatomiã. Alia litera.
e B. similiter.
f B. vijs.
g † B. & augmentatur, & minuitur, seu & dilatatur & constringitur.
h B. spiritus.
i † B. superioribus.
k B. alteratio- nem.
l B. fortis vapo ratio.

ANNOTATIONES.

De nasi anatome & lib. 1. author egit & Galenus, tũ de eius constructione, tum de vsibus 8. de usu partiũ uerba fecit. Excitatur uerò hic duplex quæstio: altera de olfactus instrumento, altera de odorandi modo. Atq; de priori author statuit mammillaria additamenta huius sensus esse instrumentum; alterã uero pertinere ait ad philosophos. Sanè, quod ad priorem quæstionem facit, ꝙ mammillares carunculæ primarium sint odoranai instrumentum, medici uno ore omnes sentiũt. & Gal. 8. de usu par. & 1. de sympt. caus. & sæpe alibi testatur. atq; is in Arist. disserit libello de instrumento odoratus, qui naribus uisus est id muneris deinandasse. Aduersus tamen Gal. Auerroes pugnat 2. Coll. & ꝙ alioqui obstructis naribus, & aperto ore odores perciperemus, quum e palato ad ipsa mammillaria corpora uia sit, per quam offerri ijs inspiratus aer potest: atq; ita ut Auenzoar ait, etiam odores alimentorum a uentre perciperemus, quum a uentriculo sursum uapores perpetuò efferantur, in ipsa præsertim coctione. Adde ꝙ animalia, quæ ijs processib. mammillæ similibus carent, non olfacerẽt. Quamobrem infert Auerroes nares olfactus instrumenta esse, ut Arist. sensit. Addunt alij pro Auerroe, processus illos mammillares de cerebri substantia esse; at quum cerebrum sentiendi ui sit expers: neq; hi aut sentient, aut sentiendi instrumenta dici poterunt. Cæterum, ut nos, pro hac dirimenda lite proferamus, quod sentimus. Quòd olfactorię actionis nares proprium sint instrumentum, eo certe facillime uidetur refelli, ꝙ frequentissime, ueluti in coryza, illæsis naribus, & solis carunculis mãmillaribus obstructis, actio hæc, aut prorsus aboletur, aut multum labefactatur. Quòd item ascribi hæc functio carunculis ijs non debeat, Auerrois rationes satis probant. Nostra tamen sententia, quum non narium dumtaxat, aut eorum solum processuum offensio odoratoriam actionem lædat, ascribendum & huic, & illi particulæ odorandi munus uidetur. & quamuis non sine narium interuentu obiri hæc possit operatio; uidentur tamen processus mammillares primarium eius esse instrumẽtum: quo ferè pacto chrystallinus humor uisus princeps est organum, etsi non absq; cornea, uuea, arachnoide, & reliquis membranis, aut absq; uitreo & aqueo humore fit aspectus. Id in omni operationum genere eodem modo se habet. Illud tamẽ cuiusq; actionis princeps organum est, quo præsertim læso actio ipsa offenditur. Adde &, quod Gal. 6. de decr. Hipp. et Plat. ubi plures ad unam absoluendam actionem particulæ concurrant, illi præsertim primarium ascribendum est munus, quæ a cæteris substantia, figura, naturaq; insigniter differt. id enim naturæ artificium est, ut singulis operationib. differentib. singula differentia organa paret. ita in oculo chrystallinum cõstituit, cui nulla in toto corpore alia similis est particula. ita cor differenti a cæteris partib. substantia, figura, & artificio constructum est. atque id in omnibus planè functionibus obseruatum. Cõstat uero membranas nasi (quibus ex tota narium substantia ascribi hæc potest actio) reliquis in corpore membranis non multum differre; processuum uerò mammillarium talis figura, substantia, & constructio demum est, ut illustris alicuius actionis instrumentum sint oporteat. sunt uerò eę (vt antea diximus) olfactui summè necessariæ, ut propterea non immerito fortasse ijs primaria odoratus functio a Gal. ascribatur, non autem naribus, quamuis idem ipsas interea nares eidem actioni necessarias esse non neget. Quamobrem, quum Auerroes ob id illi processui primarium hoc munus interdicit, quoniam aperto ore & occlusis narib. odores nõ sentiantur; id Galeni sententiam non deprimit: neq; enim absq; narium interuentu Gal. odoratum perfici existimat. quin offerri primo loco narib. odores necesse est, illicq; (ut ita dixerim) parari, quo deinceps ad mãmillares processus delati sentiantur. Et par omnino de narib. argumẽtum est, quando non semper illæsis ijs sentire liceat, sicuti neq; illęsis carunculis: sed & narium, & iam dictorum processuum opera una exigatur. Ex quo & Auenzoaris ratio confutatur. Esto enim, ut uia ab ore ad illas carunculas parata sit oportet tamen odores per nares non per os trahi; idque naturæ consilio. Atque ꝙ attracto per os acre non sentiamus, id, preterquam ꝙ & narium necessitati ascribendum est: habet & causam alteram: ꝙ foris atq; interna eius superficiei humiditate, & uaporum ac humorũ continuo ad eas partes confluxu, odores hebetari necesse est. odor enim sicci est, ut sapor humidi 2. de anima. ac pręterea, quod ut Aris. ait de male olidis esculentis, quæ qui ederunt, non sentiunt 13. sect. problem. quum olfactum ad palatum maximè per uium habeamus, idcirco hic sensus propere impletur: itaque nec interiorem odorem æque amplius percipere potest principio enim omnes sentire queunt: ubi autem tetigerunt

Cap. 6. & 7.
Cap. 6. & 7.
Cap. 4.
Cap. 17.
Cap. 8.
Tex. 104.

tigerunt, non insuper possunt, quasi iam res consociata, natiuaq; reddatur, & exterior similis ille oblatus delitescit ob tentu interioris. Neq; verò id obstat, multis animalib. eas carunculas deesse, quæ tamen sentiant; quum ex aduerso & multa animalia naribus careant, quę tamen sentiunt. quæ nihilominus omnia, quid & carunculis & narib. proportione respondens habere dixerim. Sed & ratio, quam alii qui addunt, non oppugnat Galeni sententiam. Sit enim, vt cerebrum non sentiat: ipsum tamen neruorum initium est, qui sentiunt. neque, etsi mammillares processus ex cerebro sunt, sentiendi propterea vi inopes esse oportet. Quòd si denum authoritas philosophi obijciatur. Fatetur sanè Arist. lib. de sensu & sens. odoratus sensorium in cerebro esse, & lib. de hist. anim. 1. per nasum odores trahi. non tamen is (quod nos viderimus) an nares primum sentiendi odoris instrumentum sit, preterea disserit. Atque hoc fortaße pacto Galeni sententia ab Auerroe non expugnatur. quam author noster sequitur. His ita de priori quæstione constitutis, nunc alteram examinemus. De odoribus quomodo sentiantur, pulchre Hipp. lib. de carnib. hęc verba facit. Olfacit porrò cerebrum humidum existens aridorum odorem vna cum aere, per corpuscula cartilaginosa ipsum trahēs. Cerebrum.n. in cauitatem nasi pertingit, atque hac parte non est ante ipsum os aliquod, sed cartilago mollis, velut spōgia; neque caro, neque ossiculum. Et ubi quidem cauitas nasi sicca fuerit, ipsum seipso exactius arida olfacit. aquam.n. non olfacit; humidior est enim quam cerebrum, nisi sit putrefacta. putrefacta enim aqua crassior fit, & alia omnia. quum verò nares humectę fuerint, olfacere non possunt; nō enim aerem attrahit cerebrum ipsum ad seipsum. Similiter etiam vbi cerebrum ipsum de seipso plurimum liquefecerit, in palatum, & fauces, & pulmonem, ac reliquum ventrem. Cognoscunt autem hoc homines, & ex capite destillare dicunt, destillat autem & in reliquum corpus. & est modus eius calidus. His Hippocrates, seu quicunque eius libri author fuit, quod scire medicum oportet, breuissime docet. At verò ab ijs, qui post ipsum in inuestigandis naturæ secretis dedere operam, ducta est hęc de olfactu speculatio in longè maiorem, atque obscuriorem controuersiam. Esto enim ꝙ odores rerum cum aere inter respirandum trahantur, quum odor qualitas sit, non solo animi cogitatu, sed re ipsa existens aliquid, subijciq; propterea huic corpus aliqđ oporteat. an aeri ueluti subiecto odor inest? ita ut ex odorabili obiecto sola hæc qualitas, odor. s. exeat, quę in aerē excepta ueluti in subiectum, cum ipso postmodū ad odoratus sensorium perferatur an olfactus potius ita fiat, ut ex odorabili re exeat non solus odor, sed & corpora cū eo reliqua, quibus ille vt subiecto inest, quæ cum odore corpora cum aere deinceps inspirando attrahātur. an verò neque qualitas illa realis, quam uocant, neque corpus aliquod: sed sola odoris imago ex obiecto odorabili emanat; quæ in aerem suscepta cum ipso postea in olfactus sensorium recipiatur. Profectò magna de hac re inter maximos viros rixa est, quum alij exire è re odorabili corpora, alij non corpora, sed solum odorem; alij neq; corpora, neque odorem, sed solam odoris imaginem egredi sint arbitrati. Sed ex triplici iā enumerata opinione, antiquissima ea fuit, ꝙ ex obiecto odorabili corpuscula quædam odorata exirent, quę ad nares delata sensum moueāt. atque huius princeps Heraclitus uidetur, quē sequutus est Plato in Timæo. Secundi illius placiti, ꝙ sola qualitas ex odorabili re egrediatur, nos certum authorē non habemus, videtur tamen ex Platonis schola effluxiße, quum Plotinus, recitante Ammonio in Commentarijs in li. de prædicamētis, ab odore qui in odorabili est corpore, aeris partem in sibi similem qualitatem mutari existimauerit, quo pacto calor qui in igne est, ab ipso igne non discedēs alium sibi similem calorem in aere efficit. Posterioris demū sententiæ author Arist. fuit, quem Alex. Auerroes ac ceteri Peripatetici omnes sunt sequuti. Sanè, quod ad Heracliti placitum pertinet, quum is odorem fumidum quendā uaporem aut fumidam exhalationem putaret, quę ad olfactus sensorium accedens, ex otio in actum ipsam sentiendi potentiam excitaret; exire è re odorabili corpus ponebat, quum uapor & fumida exhalatio corpora sint. is tamen sicuti id planè protulit, quod sensit: ita non aliam huiusce placiti adduxit rationem. Verùm huic palam aduersatur Arist. (obscurè uerò etiam Platonem & alios damnat) lib. de sensu & sen. triplici, ut ego uideo, vsus ratione. Quū enim ita intelligi hæc possit opinio, ut quis uel uaporem, uel exhalationem, uel utrunque odorem esse existimet: ꝙ nō sit vapor, eo probat, quòd, quum vapor humiditas sit quædā, esse odor nequit, quem certè & in eodem libello & 2. de anima siccitate perfici cōfirmauerat. Cap.4. Tex.111. *Quòd item fumosa exhalatio non sit, ea ratione infirmat, ꝙ exhalatio quum sicca sit, & quæ in fuliginem seu terrestrem quandam substantiā abire solet: odorem excludit, qui in aqua percipitur. nam et pisces odores sentiunt. & medium odoris 2. de anima, aerē & aquam esse iam demonstratum est.* Text.75. & 96. *Quòd uero neq; horum duorum coniunctio, uaporis. s. & exhalationis, odor sit, reprobari ait ijs rationibus, quib. qui aspectum fieri per defluuia existimabant. oporteret nempe (vt ait Alex.) res imminui atque consumi, & per contactum odoratum fieri. Atque his & Heracliti & Platonis dogma Arist. euertit. Quid uerò ipse de odorandi modo sentiat, non aliud profectò lib. eo de sens. & sens. iam citato statuit, quum obiter aduersus Heraclitum dixerit, neque examinandum hoc problema ex proposito sumpserit. Sed is tamen, quum 2. de anima pro certo statuat,* Tex.121. & 13. *sensum omnem sensilium rerum species absque materia suscipere, etiam olfactum sola imaginis susceptione perfici putat. & non Heraclitum dumtaxat et Platonem, sed & eos qui efferri ex odorabili corpore adorem. i. qualitatem arbitrantur, una condemnat. Cæterū, etsi Aristotelis magna est authoritas, discesserunt tamen ab eius sententia philosophi maximi, eius alioqui doctrinæ maximè studiosi. Ac primum Ammonius sicuti Platonē non probat, quum uapores corpora sint, corporum autem naturalis motus sursum est si leuia, deorsum si grauia, at odoris tamen suauitatem non sursum, non deorsum tantum: sed et ad latera persentiscimus. Ita & Plotini sententiam seorsum ueram eße negat, quum sues altius cœnum effodiant, non qualitatis illius dumtaxat gratia, sed ut defluxionibus perfruantur. Ita & Aristotelis sententiam seorsum ueram non esse, sed figmentum existimat, quòd. s. totus aer qui interiectus est, odoris fiat particeps. i. odorabiles species suscipiat, & ea ad tantam usque loci intercapedinem protendātur, ut a vulturibus longinquissimè sentiantur. Fatetur aūt Ammonius, etsi nullum ex his placitis seorsum probat, ea tamen simul coniuncta uera esse, ac in ijs quorum hebes olfaciendi est sensus, quales sunt sues, defluxionib. esse opus: in quibus acer est, ut uulturibus, satis esse ut odoris species suscipiantur: in ijs verò, qui sensu mediocriter ualet, ut homine, aeris mutationem sufficere. Atque ita Ammonius de odorib. sensit. Cæterum, quāmuis Ammonij uera sit fortasse conciliatio, ab ipso tamē & Arist. et Auicennas dißensit, tum hoc loco, tum 6. natural. Sicuti.n. is sentiri odorem putat, permutatione & odorabilis obiecti & medij. i. (ut eo 6. natur. præsertim innuit) & manantib. ab odorabili corpore uaporib. & aere ipso una alterato ex obiecti ipsius odore: ita & solam, uel aeris permutationem. i. alterationem de qua Plotinus: uel specierum susceptionem, de qua philosophus, reprobat. Ac primum quidem, ꝙ non aeris permutatio odorandi sit causa, hac uidetur nobis ratione damnare. ꝙ, quum maior sit agendi uis in igne, quā uel odoris uel rei cuiusq iam in sublunari hoc mundo alterius, ignis tamē*

quantumuis maximus, caloris sui vim protendere tantum nequit, vt præter breue quoddam loci interuallum calfaciat. de odore verò memoriæ proditum est vultures cadauerum odoribus maxime ex longinquo allici: absurdum ergo dictu est odorem, quæ qualitas est ignis calore multo imbecillior, ad tantum usque loci spatium aerem immutare. Quòd verò nuda odoris specie in aerem recepta & nobis ex ipso oblata, odores non sentiantur, eo argumento probat, difficili quidem ipso intellectu, ob interpretis, ut putamus, inscitiam: pulchro tamen, & fortasse insuperabili. Vt sensibilium specierum receptio fiat, adesse una, & obiectū a quo species ipsæ excipiuntur, & subiectum in quod suscipiuntur necesse est: at fieri potest, ut ablato odorabili corpore odor tamen adhuc sentiatur. fatendū ergo est non sentiri odores, per specierum odorabilium susceptionem in medium; quum remoto obiecto nulla in mediū species amplius eluceat, & odor tamen sentiatur. Sequitur ergo Auicēnas eorum sententiam, qui defluuia ex corpore odorabili manare arbitrantur; sed & aeris una permutationem annectit, quæ Plotini erat opinio: exire. s. ex obiecto odorabili odoratos vapores existimans, a quibus aer ueluti a calore calidus, ita ab odoratis odoratus euadat. Probari verò uaporū ex obiecto effluuium his ferè rationibus testatur; q per calorem atque odorati corporis tractationem excitari odores quotidie experimur: id quod sanè, vaporis, quum antea per frigus delitesceret: rarefacto nunc per calorem & tractationem odorato corpore, prodeuntis, indicium est. Adde q si diutius pomum manibus tractetur, atque (ut ita dixerim) odoretur, marcescit, quod argumentum profecto est exeuntium ex odorato ipso corpore uaporum, & partium tenuiorum. Quod si quis fortaſse obijciat (id quod ipse obijci ab reliquarum opinionum fautoribus ait) si odores per uaporum defluxum sentirentur, ex rei olfactu imminui et minoris ponderis res fieri oportere: atque, quum vultures certū sit cadauerum odore allectos in maximè longinquos tractus aduolare; absurdum esse, vt vapores ex cadaueribus eousque effundi quis existimet. Respondet effluere tenuissimas solum partes: quibus euanescentibus imminui corpora aut leuiora reddi non oportet. quasi uelit, grauiora potius ea reddi quam leuia: quo pacto cadauera uiuentibus animalibus ob tenuium spirituum discessum reddi solēt grauiora. De vulturibus verò, q odores tam longinquè sentiant, id ob ualidioris fortaſse uenti efflatum ait accidere, a quo ipsi uapores impellantur. aut forte non odoris sensu, sed cadauerum inspectione vultures commoueri. quod si quis forte
Cap.39. derideat (idem tamen & Auerroes 3. Coll. scriptum reliquit) & absurdum dictu existimet, q uisus tam longè pertingat, certè multo minus rationi consentaneum est sentiri a tanto spatio odores, quum olfactus visu ipso longè sit imbecillior. Hæc igitur ferè de odorandi modo in 6. natural. Auic. scripsit, quæ nos alio certe & ordine & verbis breuitatis & facilioris doctrinæ gratia retulimus, a sensu tamen (ut putamus) ne latum quidem vnguem recedentes; etsi ob uersionem, quam eius libri habemus obscurissimam, suspicari aliquis potest aliud ipsum uoluiſſe. Profectò uidit hanc inter Auicennam & philosophum controuersiam magnus Auerroes. sicuti tamen solet, præceptorem suum mor-
Com 87. dicus tuetur, atque Auicennam 2. de anima his (ut ego video) rationibus refellit. primum quidem, quū multa animalia longinquè admodum ad corpus odorabile ueniāt: fateri oportet, si ex odorato corpore uapores exire opus est, ex obiecto odorabili circumquaq; euaporante tanquam ex centro, odoratos uapores ad maxime longinqua loca perferri. at absurdum hoc est, quum, si totum ipsum obiectū dissolui in vapores liceat, ne ad paucam quidē distātiā queat pertingere. Adde, q, si ex odorabili obiecto corpora hæc et uapores exeant, aut hæc aeri miscebuntur & penetrabūt, aut aer secedet, & in secedentis locum uapores substituentur, quorum vtrunq; rationi repugnat, quum. s. neque corporū penetratio in philosophia admittatur, neque aerem ad odoris occursum subterfugere uerum sit. Adde, q, quum aer corpus sit simplex, suscipere odorem non potest, qui secunda est qualitas mistis corporib. conueniens. Superest ergo, ut odor in aere sit, nō ut in subiecto, sed ut in medio: quo pacto color in diaphano est, esse. s. (ut ita dicamus) spirituali. quamuis certum sit colores magis spiritualiter in aerē recipi quam odores, cuius certè indicium est, q ex aeris commotione, quæ a flatibus, odores ab olfactus instrumento auerti possunt, ut & soni, colores autē non possunt. Quòd si quis fortaſse, ex hoc odores corpora esse contendat, quia a uentis huc illuc propellantur; fallitur, quum & eodem pacto soni in diuersas partes flatuū impulsu ferantur, quos tamē non esse corpora inter philosophos constitutum est. Hæc Auerroes aduersus Auicennam scripsit. Cæterum, etsi uanū, ne dicam temerarium fortaſse est, inter tātorum philosophorū rixam quempiam interponi, uidentur tamen nobis horum placita posse non multo negocio conciliari. Id ergo ut fieri posse arbitramur, studiosorum gratia paucis aperimus. Primum omnium, q odor uapor non sit aut exhalatio: ut a philosopho probatum est, ita carere omni controuersia putamus. Quòd item Arist. sententia sensus omnes solam sensilium speciem sine materia suscipiant, apertè est ab eo constitutum. præsertim 2. de anima, quamuis & de uisu, & de hoc, quo de agimus odoratu, aliqui ab eo dissentiant. Ex opposito quoque, q nō sola specie ex odorabili corpore effluat videtur nobis ab Auicenna certa atque constanti admodū ratione comprobatum. quum id omni ambiguitate careat, tamdium sensiles formas seruari, quamdiu & obiectum a quo exeunt, & subiectum in quod recipiuntur, alterum alteri ex aduerso se habent, nec vero præterea. id. n. visus & auditus exemplo patet. Ut propterea quid in hac quæstione uerum sit, ob constantium utrinque rationum occursum indicatu difficile sit. Verū, etsi philosophus odorem uaporē esse aut exhalationem negat, non is tamen odorum materiam aut uaporem aut exhalationem dissimulat. quum ex aduerso in eodem libello de sens. & sensi. ubi odorem uaporē non esse dixerit, eundem uaporationem esse cōstituerit. cui & Auerroes in paraphr. de anima aperte astipulatur, odorem non alias sentiri docens, nisi quum ex odorabili re substantia dissoluitur aerea. id quod in odoratis reb. pluribus conspicere est, quæ tunc solum olent, quum manu confricātur, aut in ignem proijciuntur, ac in uniuersum, quum odorati ex ijs uapores gignuntur. ita ut odorem de uaporum genere esse idem fateatur. unde & animalia ait respirantia non aliter odores persentiscere, quam aeris attractione, q a uentorum flatu odor adducitur uel abducitur. Quamuis uerò Auicennas odores per solam specierum susceptionem sentiri neget: non is tamen forte reluctetur, si uapores tu quidē ex obiecto odorabili effluere admiseris, sed ex his in aere permistis, in quib. planè odor, ut in subiecto inest, efferri odorabiles species ad ipsum sensorium intellexeris. Neque. n. uidentur multum repugnantia aut captu difficilia hæc, ut educi quidē primo loco ex odorato corpore vapores dicamus, q sentit Auicennas: hos uerò uapores non ipsum esse odorē, quod Arist. negat: sed odoris subiectum existere, fateamur. permiscentur uerò uapores ij, aliorum uaporum instar, qui ex terra & aqua perpetuo gignūtur, medio aeri & aquæ cōi, uni. s. aut alteri elemento: & inde sanè cū ipso qui inspiratur aere narib. offerūtur: sola tamen ipsa odorum species a sensorio suscipitur: quum sensus oēs solas formas absq; materia suscipiāt. Hac ergo ratione utraq; & Aris. & Auicennæ sentētia coniungi posse uidetur. Quòd quidē si fiat: pro soluēdis aut conciliandis utrinq; allatis rationib. multum forte laborandum non erit*. Primum enim, quod

Arist.

Aristoteles duobus primo loco adductis argumentis odorem vaporem aut exhalationem esse confutat, id Auicennæ non aduersatur, qui non id, sed odores ob uapores sentiri autumat, in hoc cum philosopho potius consentiens, quam discrepans. quum & hic lib. vt diximus, de sens. et sens. odorem uaporationem esse dixerit. Quod uerò philosophus tertia ratione odoratum per, & vaporum, & exhalationis effluuium fieri negat: de continuo, & perpetuo, ex odorata re effluxu, probè negat: de quo tamen, Auicennas non intellexit. effluere sanè, hic tenuiores partes & ob harũ exitum marcescere odoratos fructus testatur. crassæ tamen partes remanent, a quibus nullus præterea odor excitatur. ita ut philosophus effluuium a re odorabili, & a tota ipsa substantia neget: Auicennas uerò id ad certum quoddam tempus, & tenuium dumtaxat partium admittat. Et si uerò hic per solam odorabilium specierum susceptionem sentiri odores negat, si una tamen uapores posueris ab obiecto ipso manantes, ab his postquam in medium uel aerem uel aquam recepti sunt, deferri ad sensorium odorabiles species non negaret. habent. n. uapores obiecti rationem: & ab his tantisper odorum formæ efferuntur, quandiu sunt: atq; his euanescentibus etiam formæ euanescunt. unde, & remoto odorabili corpore fatendum quidem esset species non amplius ex ipso elucere, quod pulchrè admodum author noster probabat contra Arist. sententiam, nisi ex obiecto ipso odorati uapores a medio exciperentur, in quib. & odoris species seruantur, & seruatæ una cum ijs & inspirato aere, ipsi sentiendi instrumẽto offeruntur. & oblata, vnà ipsæ citra uapores, aut aerem, aut materiam quamcũque eo suscipiuntur. ex quo & eorum ratio auertitur, qui olfactum per contactum fieri oportere asserũt, si ex obiecto odorabili excitari uapores dicantur. Sed & Auerrois obiecta non difficulter diluuntur. Nanque, quũ primo loco extendi ait quoquò uersus ex odorata re ueluti ex centro odoratos uapores oportere. proptereaque diffundi hos eousque non posse, etiã si res tota in uapores abeat, quousque aduolasse ad cadauerum odorem, uultures memoriæ mandatũ est, admissa Auerrois ratione satisfaceret Auicennas, impellente flatu, non proprio eorum impetu, odoratos uapores illucusq; fuisse impulsos. aut certè non odore, sed inspectione cadauerũ uultures fuisse allectos, quum aspectus multo fortior uis sit quã olfactus. assentiri uerò huic rei Auerroem oportet, quod & ipse 3. coll. ex Damasco uultures cadauera Babiloniæ prospexisse confirmat. Cap. 38. *Quod vero secundo loco addebat uel aerem abscedere ascendentibus uaporibus, uel penetrari corpus a corpore oportere: id quoque facile quotidiana experientia confutatur: quum exeuntes e terra et aqua uapores, aeri, & aquæ commisceri uideamus. quorum dissimilis natura non est ab ijs, de quibus hic uerba fiunt. Quod si urgeas, uel penetrari corpus, uel abscedere aerem oporte re, respondemus neutrum horum fieri, sed tenuissimas hasce odorati corporis partes in aerem ipsum uerti. ueluti mutua semper fit aeris ex terra ipsa generatio. At uerò, quod tertio præterea loco, aerem subiectum esse odoris negas, quum simplex sit corpus. Quamuis aer cogitatione sola corpus sit simplex (uerè enim simplicem aerem reperire, non est;) odores tamen non in aere ut in subiecto esse dicimus, sed in uaporibus odoratis, qui de aeris sunt natura, impuri tamen sunt, ut secundis subci qualitatib. nihil obstet. Ita ut re in hunc modum intellecta, cõciliari fortasse Auicennas Aristoteli possit. Quæ tamen omnia si cui non satis faciant, nos non multum laboramus. neque alioqui in tam ardua re falli nos posse contendimus.*

De [a] [*naso.*] *Cap.* 2.

a B. ægritudinibus nasi.

IAm diximus anatomiam nasi, & iuuamẽtũ ipsius, & lacertum mouentem ambas nares eius, in eis quę pręterierunt. Et nunc quidem nobis necessarium est, vt dicamus ęgritudines eius, & causas earum, & signa, & curationes ipsarum.

De qualitate viarum administrationis medicinarum nasi. *Cap.* 3.

SCias, ꝙ curationes nasi aliæ sunt, quibus non est proprium, vt fiãt per viam nasi, sicut gargarismata, & linimẽta super caput. Et alię sunt, quæ appropriãtur ei, sicut sunt vapores, & odoramenta, & sicut caputpurgia: & sunt corpora humida, quæ distillantur in nasum: & alia sunt suctiones naribus, [a] † [ ] quæ attrahuntur ad nasum cum attractione aeris. Et aliæ sunt insufflationes, & sunt res siccæ puluerizatæ subtilissime, vt insufflentur in nasũ, & oportet vt insufflentur in embubam. Et omnis, cui aliquod caputpurgium fit, rectius quidem est, vt os aqua impleat: & præcipiatur ei, vt resupinetur, & conuertat caput suum ad posteriora, deinde distilletur in nasum eius caputpurgium. Et oportet vt naribus sugat omne, ꝙ ponitur in nasum ad superiora, omni modo, ita vt faciat operationem suã. Et multoties quidem succedit medicinis acutis distillatis in naso, & sufflatis in ipso mordicatio vehemens in capite. Et quandoque sedatur per seipsam, & quandoque indiget medicamine, quo sedetur. Et rectius est, vt sit super caput, quum fit caputpurgium ex aliqua acuta mordicatiua, pannus infusus in aqua calida. Et quandoque [b] [fricatur ante ipsũ cũ lacte] mulcto super ipsum, aut oleo, quod super ipsum effunditur, sicut oleo de granis cucurbitæ, & oleo rosa. & oleo de [c] [salicibus.] Quumque caputpurgium suam perfecerit operationem, tunc consequenter ipsum distillando in nasum lac cum aliquo oleorum frigidorum.

a † B. & sunt corpora humida.

b B. embrochatur ante ipsum cum lacte nouiter.

c B. kalef.

ANNOTATIONES.

Medicamenta, quibus in expurgandis naribus utimur, alia per accidens has purgant, quæ, scilicet a toto capite detrahunt: alia per se, quæ naribus ipsis inijciuntur. hæc uerò siue liquida trahuntur, siue sicca insufflantur, seu crassa linamenti uel glandis instar in nares immittũtur. Illud aũt in horum usu hic author obseruandum proponit, ut aqua os repleatur, pro qua re pulchram habes ex Galeno historiam lib. de odor. instrumento. cap. 6. *Huius uero aquæ is uidetur esse usus, ut si ex medicamento acri, quidpiam in palatum, aut os, aut fauces descenderit, harum partium nulla offendatur. Addit præstare, ubi medicamento mordaci pro expurgandis naribus utendum sit, capiti linteum calida aqua madefactum admouere. Cuius consilij, quæ sit ratio, paulo uidetur obscurius. fortasse tamẽ id propterea agendum est, ut dulcis aque fotu, temperetur quidem medicamenti acrimonia, eius uerò caliditate exterior capitis ipsius cutis relaxetur, & facilius calfacti, atque acriores eius spiritus redditi, difflentur.*

De nocumento odoratus. *Cap.* 4.

NOcumentum ingreditur odoratum sicut ingreditur reliquas operationes, impossibile nanque est, quin odoratus aut destruatur

a B.&c. — b B. debilitatur sensus aromatici & fœtidi simul, aut destituitur, & debilitatur sensus vnius ipsorum. — c B. quamuis.

aut debilitetur; aut mutetur, [a] [aut] corrumpatur. Et destructio quidem eius, & ipsius debilitas sunt secundum duos modos: aut enim destruitur & [b] [non sentit odores: aut debilitatur & sentit aromaticum & fetidum, sensu debili.] Et corruptio, & mutatio eius etiam sunt secundum duos modos: vnus eorũ est vt odoret odorem fraudulentum, [c] [& vt] non sit inuentus: & secundus est vt sentiat odores, qui boni nõ sunt bonos; sicut ille, qui sentit odorem stercoris bonum, & abhorret aromaticum. Et causa quidẽ horum nocumentorum aut est malitia complexionis singularis; aut est humor malus existens in anteriore parte capitis, & in duobus ventrib. qui sunt in ipsa, aut in ipsis duabus rebus similibus duobus capitibus mammillæ: aut oppilatio in osse perforato ab humore, aut a ventositate, aut ab apostemate, aut a cancro, aut a natiuitate carnis additę: aut oppilatio in velamine, quod est supra ipsum. Et multoties quidem est facta ex malitia complexionis singularis proueniens ex medicinis administratis, & distiliationib. distillatis: quare calefit complexio, aut stupefit & infrigidatur: aut faciunt accidere illud aeris superfluæ qualitates. Et quandoque fit ex percussione, aut casu faciente ingredi super os nocumentum.

ANNOTATIONES.

Sicut reliquæ actiones, ita & odorandi actio tripliciter offendi potest, aboleri, imminui, deprauari; idq́, ex intemperie, mala compositione, solutione continui. Intemperies calida, frigida, humida, sicca, cum materia, sine materia. quamuis a nuda & sola siccitate, qua odorandi uis perficitur, neque aboleri forte, neque imminui possit. Hæc verò uel internis, vel externis causis succedunt. Mala compositio præsertim obstructio est, atque hæc præcipue abolitæ aut imminutæ actionis est causa: sequiturq́, humorum, carnis, uel alterius rei præsentiam, in naribus, mammillaribus carunculis, uel ethmoidis ossis meatu, aut etiam in anterioribus cerebri uentriculis, a quibus odorandi facultas prodit. Est & morbus in numero: atque ad hoc sanè etiam abolctur, aut imminuitur olfactus, quum id, quod in numero additum est, obstruat. potissimum tamen ab hoc corrupta actio prouenit, vbi, scilicet quidpiam fœtidum sensorio ipsi circunstat: tunc enim eius odoris omnia apparent, qualis materia est, quæ illis partibus assidet. Quòd si fœtida ea materia in ipso sit sensorio, tum, quum sensile supra sensum positum non sentiatur ut Aristoteles in 2. de anima: nullus uel fœtidus uel alterius generis odor sentitur. sed id ipsum qui assident, sentiunt. Fœtoris autem causa putredo est: hæc uerò, uel corruptum, uel imminutum calorem sequitur: qui demum quandoque ulceri & solutioni continuitatis, quandoque etiam obstructioni succedit. — Text. 52.

De signis. Cap. 5.

QVando accidit homini vt non comprehẽdat odores; & accidit illic cursus superfluitatum secundum consuetudinem, tunc non est oppilatio in colatorio. Si autem inuenitur prohibitio penetrationis respirationis in uiso, & [a] [nausitas] in loquela, tunc illic est oppilatio in [b] [ipsis] alchaiasim. Et quando retinetur cursus, & non fit propter malitiam complexionis cerebri: aut paucitatem superfluitatis eius, & est illud, quod est super colatorio, apertum, tunc illic est oppilatio profunda. Et si cursus est adueniens secundum consuetudinem, & non est oppilatio sub alchaiasim, & eis quæ sequuntur ea, tunc nocumentum est in cerebro. Cognosce ergo complexiones eius per ea, quæ te docuimus. Et similiter si est debilitas in odoratu, & diminutio, [c] [tunc si] inuenitur odor putridus, & narib. fugitur fœtor; tunc causa in ipso est humor horum locorum putridus; & significatur cum simili eius quod sciuisti: & quando odorat infirmus in ægritudinib. acutis odores non consuetos, neque vsitatos, neque ab aliquo habente odorem præsentem: & cum hoc sentit odorem, qui est sicut odor piscium, aut luti infusi, aut butyri, aut alterius, & sunt illic signa mala, tunc mors prouenit.

a B. nasitas. — b B. ipso. — c B. si autem.

ANNOTATIONES.

Aemulatur præsertim Paulum, lib. 3. sed uide & Gale. primo de sympt. caus. & Rasim 9. ad Almans. — Cap. 24. cap. 4.

De cura. Cap. 6.

SI causa eius est malitia complexionis, tunc oportet ut curetur cum contrario, & intendatur anterior pars cerebri cũ embrochis, & odoramentis, & suctionib. quæ fiunt naribus, et epithematibus, et emplastris prædictis in capitulo curationum capitis. Et plurimum [a] [quidem] accidit ex malitia complexionis, [b] [et] est vt sit complexio frigida: aut [c] [est] in ambob. ventribus anteriorib. totis, aut in ipsis mammillaribus additamentis. Et medicinæ magis iuuatiuę ad illud, sunt caputpurgia facta ex oleis calidis, in q̃bus dissoluta sunt euphorbium, et castoreum, et muscus. Si aũt causa in ipso est humor existẽs in ventrib. cerebri, significatur illud per illud, qđ dictum est in capitulo ægritudinũ cerebri, et euacua corpus totum. Si est humor dominãs in toto corpore, aut cerebro cũ eo quod educit illũ humorem ab eo ex [d] [sirabet] et gargarismis, et caputpurgijs, et suctionib. quæ fiunt naribus, et odoramentis subtiliatiuis, et similibus illis, quæ iam sciuisti, et si phlebotomia necessaria est, fiat, et redi in omnib. illis ad principia data in cura cerebri. Et si causa est oppilatio in osse perforato, quod nominatur colatoriũ, administra embrochas aperitiuas prædictas in capitulo curationum capitis: embrochetur ergo ex eis, et inclinetur super vaporem carum, et naribus sugat ex eis, in quib. dissoluta sunt condisi, et piper, et opopanacum. Et oportet ut ventosæ capiti adhibeantur post illud, et fiat gargarisma ex rebus aperitiuis [e] [calidis.] Et ex eis quidem, quæ experta sunt, est nigella infusa in aceto aliquibus diebus; deinde conteratur cũ eo bene, et misceatur cum oleo, deinde distilletur in nasum, et naribus sugatur, quanto plus possibile est, ad superiora. Et quandoque teritur sicut puluis, deinde [f] [teritur] cum oleo antiquo, post teritur uice alia, donec fiat puluis subtilissimus. Et ex eis quę experta sunt, est ut sumatur arsenicum rubeũ, et mentastrum, et terãtur simul ualde, submergantur in urina cameli arabici, et in sole ponatur totum illud, et reuoluatur omni die bis.

a B. quod. — b B. — c B. — d B. sabiarat. — e B. acutis. — f B. miscetur.

Quum-

Quumque medicamen exsiccauerit vrinam, iteretur super ipsam urina noua: deinde vaporetur nasus cum pondere drach.j. ex eo: deinde fricetur ex oleo rosaceo. Et quandoque laudatur ad oppilationem ventosam caputpurgium ex oleo amygdalino amaro montano: aut sufffletur alarmel, & piper album [g] [mista in ipso.] Quidam autem dixerunt quòd cortex [h] [pulmonis] quando exsiccatur, & teritur, & insufflatur puluis eius in nasum, est iuuatiuus. Si autem causa in ipso est hæmorrhoides, curetur cura hæmorrhoidarum. Ille autem, qui sentit odorifera, & non sentit fœtida: non cesset sibi facere caputpurgium cum castoreo multoties, vsque quo rectificetur eius dispositio. [i] [ ]

g B.contrirum.
h B.alrate.
i † B.sed illi qui sentit fœtida, & non sentit aromatica, non cesset facere caputpurgiũ cum muscho, quousque melioretur dispositio eius, & rectificetur.

ANNOTATIONES.

Sequitur & in huius affectus curatione Paulum lib.3. Vide & Galenus libello de instr. odoratus, & Rasim 9.ad Almans.

Cap.24.
Cap.5.

De fluxu sanguinis ex naribus. Cap. 7.

Fluxus sanguinis ex naribus, quandoque fit distillando, & quandoque fit fluendo cum velocitate vehemẽti: aut causa dominij sanguinis feruentis cum virtute. Et quãdoque fit propter eruptionem retis venarum cerebri, & arteriarum eius: & est secundum plurimum non recipiens curam. Et plurimum ipsius fit successione euentus soda, & inflammationis, & ęgritudinis acutæ, aut successione casus, aut percussione: & sequuntur ipsum accidẽtia corruptionis operationum cerebri proculdubio. Et quãdoque est propter vapores calidos eleuatos. Et ille quidem, qui fit ex arterjs, discernitur ab eo, qui fit a venis, subtilitate sua, & rubedine & caliditate sua. & quandoque fit rediens cũ periodo: & quandoque fit cadens subito. Et cursus quidem sanguinis ex naribus, est ex dispositionibus, quæ conferunt & nocent. Nam, qui inuenit successione eius leuitatem capitis post repletionem, & ęqualitatem coloris post rubedinẽ vehementem, & ęqualitatem formæ post inflationem, iuuatur eo, præcipue in ęgritudinibus acutis, & in apostematibus intrinsecis, & proprie sanguineis, & cholericis in cerebro, deinde in hepate, postea in velamine, postea in pulmone. iuuamentum enim fluxus sanguinis ex naribus in pleuresi plus est, quam sit in peripneumonia. Et fluxus quidem sanguinis narium crisis magna est in ęgritudinibus acutis [a] [multoties,] & proprie in eis, quæ sunt sicut variolæ, & morbillus. Quum autem multus fit, succedit citrinitas non cõsueta, aut plumbositas, aut obfuscatio ex citrinitate, & nigredine, & extenuatio pertransiens terminum, & infrigidantur extrema, quamuis.n. retineatur, eius tamen finis est nociuus. Et in illo, cuius color cõuertitur in citrinitatem, dominatur cholera citrina, & læditur cum extractione sanguinis minus. Et in illo, cuius color conuertitur ad plumbositatẽ, dominatur iam phlegma. Et in illo, cuius color conuertitur ad obfuscationem, dominatur iã cholera nigra. Et isti duo vehementer lęduntur per id, quod minuitur ex sanguine. Et uniuersaliter quidẽ, ille, in quo superfluit fluxus sanguinis ex naribus, est secundum timorem debilitatis hepatis, & hydropisis, & reliquorum. Et corpora uehementius parata fluxui sanguinis nariũ, sunt cholerica, & citrina sanguinis subtilis, & iuuantur ex eo, qui temperatus est. Et fluxus sanguinis narium significatores habet, sicut splendor apparens in utrisque oculis, & lineę albę, & rubedo, et citrinitas, et proprie post soda, et reliqua, quę distinximus, ubi locuti fuimus de ęgritudinib. acutis, et crisibus earum. Et quandoque significantur [b] † [ ] fluxus sanguinis narium, et dispositiones eius [c] [secũdum] dispositiones ægritudinum acutarum, & earum crises; et iam diximus illud in loco proprio sibi.

a B.plurimis.
b † B.ex.
c B.per.

ANNOTATIONES.

Symptomata, quæ excreta & retenta, & quæ affectus corporis sensiles, nuncupantur, quãdoque morbis, quandoq; symptomatis alijs, idest læsæ actioni immediate succedunt. Ad eum modum fluxus sanguinis narium sæpe a symptomatibus, idest uel contentricis offensa, uel expultricis uitio, quandoq; a morbo, & mala.s. formatione reclusis, aut dilatatis, aut rarefactis meatibus, & solutione continui, sectione & ruptione. Hi uerò morbi vel ab externa causa procreantur, incidente & contundente re quapiam, aut calfaciente sole & dilatante: uel interna, humorum qualitate, acri.s. & erodente, substantia tenuiori, multitudine nimia disrumpente. Sequitur uerò sanguinis fluxio non morbi solius, sed frequenter etiam naturæ uim, & in morbosis corporibus, & in sanis. nempe per crisim ex naribus, uel alia regione sanguis sæpenumero excernitur: & alijs qui recte alioqui habent, sanguis ex narib. hæmorrhoidibus, utero, aut aliunde certis, vel incertis quibusdam temporibus fluit. nunquam tamen, si recte aduerteris, non morbificã causam coniunctam sanguinis fluxio habet, & nunquam nõ excernitur, nisi uel quia multitudine, uel quia qualitate naturæ molesta erat. habent enim ferè mulieres, ut singulis mẽsib. expurgentur, ꝙ earum natura tantum non concoquit, quantum debet. quæ.n. robustiori sunt natura, quæq; maximè exercentur, nihil uel modicum sæpenumero ijs affluunt excrementis. Atq; hic sanè, ut in multis, ingenium Ioãnis Argenterij uiri nostra ætate celeberrimi extollimus, qui suo de generib. & diff. morb. libro, rem hanc exactissime perpẽdit: Laudamus ẽt Iulium Alexandrinum Imperatorium medicũ, uirum, & ornatissimum, & de literis optimè meritum. Sicuti tamen, sanguinis fluxio quandoque morbificam causam sequitur, ut erosionem, & alia id genus: nonnunquã ẽt naturæ uim primariam sui causam habet, cui iuncta tamen morbosa est causa, ut in crisi, necnon in ijs, quib. etiã sanis excretio hæc est asueta: ita semper in præternaturalis excretionis genere reponi posse uidetur, ꝙ hominum naturæ cõis hęc excretio non est, ut egestiones per aluum, & urinę, quę quidem, etsi excrementa sunt, quę coctionem subterfugiũt: quia tamen òmnib. contingunt: naturales excretiones uocantur. At sanguinis fluxio neq; hominum generi cõmunis est: neq; excrementi est expulsio: ut propterea toto genere, præternaturam dici sanguinis excretio omnis debeat, ut Gal. lib. de cauf. sympt. notat. Et si.n. is muliebrem fluxum excipit, & hic omnibus ferè mulieribus certo tempore cõmunis est: non tamen generi hominum, neque etiam omnibus mulieribus, aut omni tempore communis est. Adde & quod purus sanguis in recte habentib. nũquam excernitur

sed sanguinea excrementa & ichores: ut perpetuum fortaße ob id statuere axioma liceat, sanguinis excretionem omnem præter naturam eße; quæ tamen quocunque tempore, corpore, modo, loco fiat; si opportunè fiat, & uincentis naturæ uim sequatur, naturalis excretio dici potest, ut à Gal. li. de diff. symp. nuncupatur. Profectò sanguis qui è naribus fluit, quandoque ex ipsarum narium uenis ex ore & palato ipsas excurrentibus prodit: quandoque a superioribus partibus, uenis scilicet, uel arterijs capitis ipsius internis manat. Si a uenis narium: stillatim ferè effunditur, exiguæ nempe illæ narium uenulæ modico etiam sanguine affluunt. Quòd si confertim irruant, inditium est fluxionis altius deriuantis. Quum confertim irruit, & , ut ait author noster, cum uelocitate uehementi (cogimur enim hic præter institutum nostrum ueluti sensum huius, loci reddere, propter confusam quorundam contextuum lectionem) id uel naturæ opus est, uel morbi; naturæ quidem opus, redũdãtẽ & calidiorem & sanguinem excernentis, quod fit sola venarum apertione: talem autem solutionem sequitur salus. morbi verò, vel solutionis continui in uenis, aut arterijs membranarum cerebri; quod fit ob capitis dolorem uehementem, inflammationem, acutos morbos, casum uel percussionem: atque hic morbus plerunque curationem renuit ob perpetuam fortasse spirituum incursionem: & ipsi succedit animalium actionum læsio. uel ob unam uaporum feruẽtium ad caput effumationem, fitq; hoc in acutis, sæpenumero febribus, & thoracis affectibus, veluti pleuritide, & peripneumonia. Subdit deinceps. Et cursus quidem &c. quòd fluxus sanguinis nonnunquam conferat, nonnunquam lædat; In quib. ergo morbis conferat, pete ex Galeno. 1. de crisib. & tertio in primũ prorrhet. Quòd item fluxus sanguinis narium copiosior hydropis causa sit, Quibus, sanguinis eruptiones plures, his temporis progressu, alui malè afficiũtur, si non urina concocta prodierit. num & aquosa urina tale quod significat? Hoc ferè, & 4. aphor. Quibus febricitantibus sanguinis multitudo fluxerit, quacũque ex parte, aluis humectantur. ob id uidelicet (ut Gale. eo 4. aphor. scribit) quòd calore natiuo debilitato, neque cibi bene concoqui neque in sanguinem uerti, immo quod maius est, neque distribui poßunt per corpus. Verum non solum sanguinis fluxiones profusiores lædũt: & magnorum morborum causæ sunt, & hydropis, & conuulsionis, sed & cohibitæ etiam, & conuulsionis, & comitialis morbi quandoque sunt causę, ut in iisdem, Coacis legere est. Subiungit, deinceps hic author instantis sanguinis fluxus indicia: pro qua re pete 3. prognostico. & 2. in 1. de vulg. morb.

cap.7. cap.3. & 58.

Aphor.27.

Com.35.
Com.55.

De curationibus. Cap. 8.

CRitici quidem et similis ei, qui accidit ex seipso, uia est, ut non curetur, donec a [stringatur, aut] sentiatur casus uirtutis. et quandoque consequntur iiij. lib. ex eo, et oportet, ut non retineatur b [donec uehementer superfluat.] Reliqui uerò curentur cum medicinis retinentibus fluxum sanguinis nariũ. In eo, qui factus est propter præparationẽ corporis, et c [caliditatẽ] eius, oportet ut assiduetur euacuatio choleræ ex eo, et cõmensuratio sanguinis eius cum cibis, et potib. Et phlebotomia quidem est melior res, qua retinetur fluxus sanguinis narium, quum fit phlebotomia subtilis ex latere æquidistante cõ i; et proprie quando cõtingit syncopis. Medicinæ uerò constringentes fluxum sanguinis narium, aut sunt vehementis stypticitatis: aut sunt uehementis infrigidationis: aut sunt vehementis glutinationis, & ingrossationis, & coagulationis: aut sunt acutę cauterizatiuæ: aut sunt medicinæ habentes proprietatem eius: aut sunt medicinæ aggregantes duas intentiones, aut tres. Medicinæ uerò stypticæ sunt: sicut succus barbæ hirci, & sicut acacia, & sicut balaustię d † [ ] & lentes, & gallæ, & sicut succus foliorum senticis, & foliorum pirorum, & foliorum cydoniorũ, & uirgæ pastoris. Infrigidantes verò sunt sicut opiũ, & camphora, & semen iusquiami albi, & semẽ lactucæ, & succus lactucæ, & e [salicis & aqua florum palmæ, & alkakile] & arnoglossę: omnia non decocta. Glutinatiuę verò sunt, sicut puluis molendini, & farina thuris. Cauterizantes aũt sunt sicut atramentum, & colcotar. Et quum istæ cauterizatiuę administrantur, oportet ut administrentur cum cautela. Ipse nãque quandoque faciunt euenire crustam, quæ quũ cadit, attrahit deterius quam prius. Illæ autem quibus inest proprietas, sunt sicut stercus asini, & aqua† ocymi, & aqua mentę.

a ——B.

b B. ĩ hora qua vehementer superfluit.

c B. cholericitatem.

d † B. & rosæ.

e B. kalef, & aqua dactylorũ immaturorũ, & alchachali.

† albedarungi.

De cura leui fluxus sanguinis. Cap. 9.

CAputpurgia quidem sic fiant, sumatur aquæ a [florum palmæ] & acacię amborũ an. vnc. s. cãphore gran. j. & incessanter distillẽtur in nasum. Et ex eis etiam est aqua b [florum palmę] cum barba hirci. & camphora. et aquæ florum palmę cum succo porri, & etiam aqua c [salicis amari] distilletur in nasum et aqua coriandri: & etiam succus d [chamæmillę] cũ sua dispositione, non decoctæ; et etiam aqua cucumeris, et camphoræ, et. etiam succus albedarungi cum camphora, et succus arnoglossę cũ terra sigillata, et camphora, aut succus uirgæ pastoris cum eis. Et ex eis, quæ sunt ultima in hoc capitulo, est succus stercoris asini recentis: Si autẽ sanguinis multitudinem senseris: tũc flos æris in aceto infusus distilletur paulatim: et etiã administra caputpurgium ex tritura balaustiæ cõtritæ optimè cum aqua plantaginis, & etiam aqua, in qua dissolutum est opium: & nõ oportet ut sit superfluitas in effundendo aquam uehementis infrigidationis: fortasse enim coagulabit sanguinem, & congelabit ipsum in panniculis cerebri: et hæc sunt caputpurgia scripta in antidotario iuuatiua ualde. Tentę autẽ ita sunt: fiat tenta submergatur in encaustro, et puluerizetur super ipsum dragacãthũ, donec omnia commisceãtur, deinde mittatur in nasum. Et etiam sumantur succus foliorum urticę, & colcotar, et pili leporis, et stercus asini siccum, aut humidum, & succus porri, & olibanum, & fac ex eis tentam. Et eis, quæ sunt experta, est tẽta facta ex lycio Indo adusto, & aqua bedarũgi, & ẽt tenta ex puluere molendini, & farina thuris, & aloe cũ aceto, & albumine oui, & etiã tenta facta ex draganto, & e [carta cõbusta,] & cortice thuris cũ aqua albedarungi, et ẽt tenta ĩfusa aqua ros. & submersa in colcotar, et aloe: aut tẽta infusa aqua porri, super quã est pulucrizata menta cõtrita. Aut tẽta ex spõgia, et pice liquata submersa in aceto, et fac tẽtã ex f [cãdela alcotrob] aut tela aranee cũ colcotar, et dragãto, et flore æris. Aut sit tẽta facta ex pilis leporis

a B. dactylorũ immaturorum.
b B. dactylorũ immaturorum.

c B. salsa amari
d B. alkalkali.

e B. & carthæ combustum.

f B. feragi alchatrab.

ris carminatis submersis in thure,& aloe, cõfectis cũ albumine oui. Et etiã tenta ex draganto adusto duabus partibus, opij parte j. aggregentur omnia & terantur cũ aceto. Et tenta ex corticibus oui adustis, qui misceantur cum encaustro & gallis. Ex insufflationibus uerò est lyciũ Indum adustum, & ẽt ranæ adustæ insufflatæ in nasum,& etiam puluis molendini,aut terra testæ albæ:aut [g] [nora]& ẽt cortices thuris & [h] [chartæ]& draganti partes æquales, sufflentur in nasum,& etiam cortices fructus aldub exsiccati,& contriti,oportet ut accipiatur illud [i] [cũ submersionibus super lanam,]& accipiatur lanugo ipsius,& ponatur in urceis nouis cũ terra sua,& si est cum eis terra figuli,est melius,& stringatur caput eius donec siccetur in vmbra, & teratur,quum necessitas fuerit,sicut atomi, qui apparent in radio solis, & sufffletur in nasum,& constringetur sanguis statim:aut cortices oui contriti,& etiam calami aromatici,& [k] [seminis lilij,]& seminis rosę,& gariophyl.omnium an.drach.s.myrrhæ,& gallarum amborũ an.drach.s,parum [l] [muschi]& camphoræ, & sufflentur in nasum dieb.continuis. Et quum insufflatur insufflatio in ipsum,tunc constringatur nasus vna hora, & expuatur illud, quod descendit ad os, & oportet vt sit insufflatio in embuba,vt prohibeat exuberationem fluxus sãguinis narium.Ex linimentis verò,& effusionibus,est linimentum super frontem hmõi. Recipe succi foliorum [m] [salicis,] & foliorũ uitis, & foliorum myrti, & aque rosi.infrigidentur omnia,& apponantur fronti cum panno lini. Et similiter fiunt ex omnibus medicinis frigidis stypticis,& stupefactiuis notis,dissolutis cũ succis infrigidatiuis, stypticis: sicut est succus extremitatum salicis,& senticis,& ramorum vitis,& foliorum piri,& cydonij,& uirgæ pastoris linimenta,& emplastra. Odoramenta uerò sunt sicut stercus asini recens. Sed impletiones ita sunt. [n] [Impletur enim cum capite cannę, aut cum capitib. palmarum syluestrium ,& distillatur]cum cotto papyri,aut cum cotto reliquorum,quæ egrediuntur ex plantis. In eo autem, qui prauior est illo, & factus est propter feruorem,& caliditatem uehementem,aut eruptionem arteriarum, necessaria est phlebotomia cephalicæ, quę sequitur illam narem [o] [minima]ualde,& necessariæ sunt uentosæ super posteriorem partem capitis cum scarificatione leui,& super mammillam, quæ sequitur eam, fiat suspensio eius sine scarificatione. & quandoq; oportet vt extrahatur sanguis p phlebotomiam usque ad syncopim ex cephalica, [p] [&]ex vena spatulę,quę est posterius,quoniam est magis vltima: quare prohibet sanguinẽ eleuari ad caput.Ipsa nanque,quum ad syncopim perducit,sedat statim,& illud in fluxu sanguinis narium vehementis velocitatis Imò oportet,ut succuratur in hora,quum sentitur vehementia fluxus sanguinis narium,& velocitas eius,antequam cadat virtus.Sed si non fuerit velox vehementer, sed fuerit guttatim, & fuerit cum paroxysmo,oportebit tunc,ut fiat phlebotomia paulatim vicib.continuis.Et quum phlebotomia peruenit ad finem sufficientem,oportet vt fiat permutatio ad inspissandum sanguinem cum eo, quod infrigidat ipsum, & cum eo,quod ipsum facit [q] [turbidum,]quamuis nõ infrigidetur cum eo,quod sit sicut iuiubę. Ventosa verò sanguini dominanti resistere non valet:imò oportet in primis,vt phlebotomia per extractionem paulatim minuatur,deinde ponatur ventosa, & positio ventosarum super hepar, si fluxus sanguinis narium est a dextra: & super splenem,si est a sinistra,& super ambo simul,si est ab ambobus lateribus,est ex nobilioribus curationibus.Et etiam oportet ut stringãtur extrema ita ut etiam testiculi uirorum, & mammillæ mulierum. Et constrictio ambarũ aurium est valde vltima.Et oportet ut [r] [administretur embrocha multum] cum aqua frigida.Et quandoque necessarium est,ut sedeat homo in aqua frigida infrigidata cum niue; donec viridia fiant eius membra. Et quandoque necessarium est, ut caput eis gypsetur cũ gypso infuso aqua,aut gypso in aceto,& ut effundantur super caput ipsius aquæ infrigidatæ cum niue,donec [s] [stupefiat.] Et quandoque non inuenitur in ipso excusatio a tentis fortib. factis ex flore æris, & aqua † ocymi cum camphora, & a mumia pura,ex qua pondere [t] [danich] vnius fiat caputpurgium:& [u] [ad minus conuenit, vt] teneat aquam frigidam [x] [congelatam] in ore suo. Et scias quod quandoque viuit homo in fluxu sanguinis narium, vsquequo egrediantur ex eo ultra. xx. lib. & usque ad xxv. lib. deinde moritur.Et quãdoque syncopis,ex qua cadit, est causa ad abscindendum ipsum. Cibi verò sint illi,qui fiunt ex lentibus cũ sumach, aut aceto aut acresta,aut similib. illis. Et caseus recens humidus est ex cibis conuenientibus patientibus fluxum sanguinis nariũ. Et similiter lac decoctum donec ingrossetur, & oua elixata ei, qui preparatur ad fluxum sanguinis nariũ propter choleram sanguinis sui, quum tamen acetosa quandoque noceant patientibus fluxũ sanguinis narium propter incisionem, & subtiliationem,quæ est in eis.Et congregatio quidem experiẽtium existimat, quòd cerebella gallinarum sunt ex melioribus cibis, imò ex melioribus medicinis ei,qui habet fluxum sanguinis narium ex casu,aut percussione: verũ oportet vt ex eis plurimum sumat, aut fiat ei cibus continuus. Vinum autem confert inquantum confortat, & nocet inquantum excitat sanguinem:quum ergo indiges ipso inquantum confortat,commisce ipsum parumper:& quũ non est necessarium, neque fluxus sanguinis nariũ facit casum virtutis proximum: tunc non des ipsum in potu. Et oportet vt obseruetur ne dimittatur aliquid eius descendere ad ventrem, & inflet stomachum,& debilitet pulsum,& excitet syncopim. Et si aliquid descendit, oportet,vt dum in stomacho permanet,euomatur, & [y] [precipiatur]illud, quum sentitur eius descensus ad stomachum. Nam si ipsum pertransierit,oportebit ut fiat clystere, ut uelociter egrediatur,& non remaneat in stomacho.

g B. nura.
h B. chartas.
i B. confricatũ super pannum factum ex lana grossa.
k B. florum alnesserin. Alia litera. florum liquiritiæ, & seminis liquiritiæ.
l B. Alia litera. sech, i. galliæ.
m B. Kalef.
n B. Implentur enim cũ capitibus cannæ,& cũ capitib. vel extremitatib. florum cannarum, ex quibus fiunt scopæ, & Alia litera. Implentur.n.cũ pẽnis seu folijs cãnarum, & cum capitibus florũ cannarũ ex quibus fiunt scopę. &
o B. stricta.
p B. aut.
q B. Alia litera spissum.
r B. administrẽtur embrochæ plurimæ.
s B. Alia litera. infrigidetur vehementer.
† albedarangi.
t B. drach.
u B. non est minus quàm q.
x B. infrigidatam cum niue.
y B. festinetur.

ANNOTATIONES.

De sanguinis fluxus è naribus curatione, habes ex Gale.3.de comp.med.per loc.Paulo lib.3.necnon lib.2.Tral- Cap.3. Cap.24. ca.59.

cap.21. cap.11. cap.3. tex 31. tex.22. cap.23. cap.2.

liano lib.3.& Rasi 9.ad Almans. Quod hic de uenæ sectione ait Gal. consilium est lib. de curandi rat. per sang. mis. & 5. meth. & antea Hippocratis 3. prognost. & 6. de uulg. morb. sect. 3. Quæ de medicamentis subdit repete, quæ li.1. fen 4. author scripsit. Penpende uero, & quod de causticis medicamentis ait: & adi Galen. 6. meth.

De regimine eorum, quæ faciunt fluxum sanguinis narium. Cap. 10.

a † B. acutis.

NEcessitas quandoque facit esse rectum, ut fiat fluxus sanguinis narium, & proprie in ægritudinibus a † [ ] cerebri. Et propter hoc antiqui fecerunt instrumentū faciens fluxum sanguinis narium, percutiēdo nasum, & curauerunt plurimas ægritudines indigētes in sui sanatione cursu sanguinis narium. Et ex regimine quidem in faciendo fluxum sanguinis narium, est commotio facta cum extremitatibus plantæ lenis tactus, & propriè eius, quę nascitur super lignum squinanthi, sicut flos: & est sicut araneæ tela, & collyrio facto ex eo, qđ est in suprema parte squinanthi, & mentastro campestri; & facto ex medicinis acutis, sicut cōdisi, & staphisagria, & euphorbio cōfectis cum felle uaccino.

De coryza & catarrho. Cap. 11.

a B. salsum. b B. guttur. c B. phthisis. d † B. ex. e B. aere uehementer calido. f B. inflāmātis.

HÆ due ęgritudines communicantes sunt in hoc, quod vnaquæque earum est cursus materiei ex cerebro. Verum quidam hominum sunt, qui appropriant nomine catarrhi illud, quod descendit ad guttur, & nomine coryzæ, quod descendit ex via nasi. Et quidam homines sunt, qui nominant totum illud catarrhum. Et nominant coryzam, quod descendit ex via nasi, subtile, & a [acutum] frequens, & prohibens odoratum, effusum ad oculum, & cutē faciei, & penitus ad anteriora membra faciei. Et catarrhus spargitur ad b [palatum,] & ad pulmonem, & ad meri, & ad stomachum, & quandoque vlcerat ea, & multoties commouetur eo appetitus caninus. Et quandoque descendit in neruis usque ad longinquiora membra. Et quandoque generantur ex eo synances, & peripneumonia, & pleuresis, & c [ex tenuatio] propriè, & precipue quum catarrhus est acutus, & calidus; & dolores stomachi, & fluxus uentris, & rasura intestinorum, quum est salsus, aut acetosus, & generatur ex eo etiam, colica & proprie d † [ ] mucosa, quæ cruda est. Et causa omnium illorum, aut est caliditas complexionalis, proprie, aut extrinseca ex sole, aut e [venenis:] aut olfactu medicinarum calefacientium, sicut muschi, & croci, & cepæ. Aut frigiditas complexionalis propriè: aut eueniens extrinsecus ex aere frigido, aut septentrione, & proprie quum discooperitur caput ad utrosque, præcipue hora, qua ratificatur cerebrum ex balneo, aut exercitio, aut ira, aut cogitatione, aut alijs. Et quandoque accidit ex phlebotomia rarificatio, quæ præparat corpus ad recipiendum calorem, aut frigus: quare accidit catarrhus, & præcipue post phlebotomiam plurima m. Et similiter ex malitia complexionis calidæ, f [quæ accidit alicui corpori.] Et quum frigiditas complexionalis fit fortis, & figitur in ea, sicut fit in senibus, dicitur, quod ipse non digeritur, nisi ipsi perueniant ad vltimum finem in sanitate complexionis, & caliditatis eius. Et ꝙ cerebro frigido, quum aduenit nocumentum, g [debilitatur in senibus, & in habentibus debile cerebrum, quare non digeritur in ipso, quod ad ipsum penetrat propter debilitatem suam & superfluit, quare] descendit. Et factus quidem a frigore plurimus est, quam factus a calore. Et habentes complexionem calidam uehementius sunt præparati ad recipiēdā causas extrinsecas facientes coryzam, quam habentes complexiones frigidas & humidas, & habentes cōplexiones calidas in seipsis plus sunt securi, ne accidat eis ex causis corporeis, quam habentes complexiones frigidas. Cerebrum enim frigidum non digerit illud, quod peruenit ad ipsū ex nutrimento, & non resoluit, quod ad ipsum ascendit ex vaporibus: conuertuntur ergo superfluitates nutrimenti, h [& componuntur vapores,] sicut conuertitur in alembico illud, qđ ascendit ad ipsum ex cucurbita: quare assidui sunt in ipso fluxus. Et catarrhus quidem quandoque est grossus, & quandoque est subtilis aquosus, & quandoque est calidus, acutus, & salsus, aut mali saporis, & quandoque calidus mordicatiuus, & quandoque est frigidus. Et catarrhus quidem frigidus maturatur febre: calidus uerò, non iuuatur febre. Et catarrhi quidē, & ægritudines catarrhi multiplicantur, quum flat uentus septentrionalis, & proprie post austrinum, & multiplicantur etiam in hyeme, & proprie, quum fuerit æstas post ipsam septentrionalis, paucę pluuiæ, & autumnus austrinus pluuiosus. Et quandoque multiplicantur i [catarrhi in hyeme, & proprie] etiam in regionibus meridionalibus propter repletionem capitum. Inquit Hippoc. pluribus eorum, quibus accidunt catarrhi, non accidit splen. Inquit Gal. quoniam plurimum, qui ægritudinem habet in membro vno, tunc alia membra habet, incolumia. Dico autem fortasse, quoniam præparatus catarrhis, subtiliores habet humores, & ille, cuius humores ingrossantur, non præparatur catarrhis, multum. Et quando soda k [est, conueniens] catarrho, addit in eo cum attractione.

g B. in senibus, & in habentib. debile cerebrū, & nō digeritur in ipso quod ad ipsum penetrat propter debilitatem suā, fit superfluitas.

h B. Alia litera. aut cōgregationes vaporum.

i — B.

k B. accidit cū.

ANNOTATIONES.

Caput (ait Hipp. in libello de glandulis, supra situm est, sursum cauum ac rotundum existens, & humiditatem ex reliquo corpore complectens, et corpus simul uapores omnis generis sursum in caput demittit, quos caput rursus retro demittit. Non enim immorari ac manere potest id quod influit, non habens ubi sedem firmet, nisi sanè caput ęgrotet. tunc enim non remittit sed isthic retinet. His pulchrè fluxionum quæ a capite, initium, docet, prosequitur uerò deinceps fusius totum de his negocium, mira et breuitate, et grauitate. Harum is capitis fluxionum tum hoc libello tum lib. de loc. in homine species septem enumerat, quæ ad aures, oculos, nares, guttur, fauces, dorsalem medullam, et sanguinem fiant. Excipi tamen fluxiones non in hæc solum, sed plura alia loca possunt, quod Auicennas noster hic notat. Solent uerò eædem, sicuti in diuersas feruntur sedes, ita et diuersa nomina sortiri. Atque ipse quidem Hippoc. alibi,

Aphor.40. Aphor.13. alibi, nempe 2.aph. & 3. βράγχυ & κορύζης meminit. alibi tamen fluxionem a capite omnem siue in nares, siue in fauces, siue in pulmonem κορύζαν uocasse eum Celsus notat lib.4. (cap.2.) Verum sicuti fluxio a capite omnis κατάρροος generatim uocari solet, ita particulatim, ut Gal.3. de sympt. caus. & Paulus lib.4. (cap.4. cap.13.) fluxus qui ad os est, generis nomine κατάρροος a græcis nostris autem destillatio, qui in guttur & asperam arteriam βρόγχος seu ἀρτηριακόν, nobis raucitas, qui ad nares κορύζα, nostris grauedo, nuncupatur. Quod si in gargareonē fluxio procumbat, σαφυλήν. i. uuā gignit (uua enim ea pars appellatur, quum ægrotat, non antea ut Gal.6. de comp.med.per loc. & Aristot. primo de hist.anim.) at si in glandes irruat, quæ in oris termino vtrinque sibi ex aduerso iacent, ἀντιάδας; si in ea, quæ ijs proxima sunt, παρίσθμια. si in laryngis & faucium musculos, κυνάγχην anginam uidelicet, & eius uarias species parit. si ad pulmones uerò, aut succingentem costas membranam, aut uentriculum aut alias partes feratur, uarios morbos facit, & uarijs deinceps nominibus nuncupantur, de quibus non est hic agendi locus. Sanè fluxio quę a capite, siue catarrhus, symptoma est, excretum nempe præter naturam, sequens aliud symptoma (succedunt enim hæc tertij generis symptomata alijs præsertim symptomatis, ut alibi annotauimus.) nempe læsam capitis actionem, tum quæ continet, tum quæ retinet. antecedit autem duo hæc symptomata præsertim intemperies capitis simplex, aut composita, cum materia aut sine materia. dicimus autem capitis intemperiem huius affectus causam esse, quod & Auic. non iecinoris intemperiem, ut quidam alioqui grauissimi uiri illi imponunt, sed capitis morbos catarrhi causam facit. A qua uerò intemperie, paucis notat Hippoc. lib. de loc. in hom. Fluxiones (dicens in uniuersum) fiunt, perfrigerata ualde carne, & percalfacta, ac super inflammata. intelligens per calfactionem ac refrigerationem, ut cuiuis patet, intemperiem calidam aut frigidam: per superinflammationem uerò, ut ego arbitror, calidam intemperiem cum materia; hoc est materiæ calidę copiam, a qua fieri inflammationes solent. Et tamen præterea & humidę intemperiei tribuendum aliquid, quum, ut Gal. notat 13. meth. (cap.22) caput ab humida intemperie lædi facillime possit. De siccitate uerò, paulò uidetur incertius, quum ex altera quidem parte curari, catarrhos siccitatis uideamus: ex altera tamen Hipp. 3. aphor. (Aphor.14.) sicco & aquilonio autumno naturis durioribus lippitudines siccas, acutas febres, & grauedines longas accidere affirmet. Sed breuibus consentiunt docti fere omnes mendum esse & in contextu Hipp. & in Gal. commentarijs, neque legendum, καὶ πυρετοὶ ὀξέες, καὶ κόρυζαι, ac, ut interpretantur, & febres acutæ, et grauedines: sed potius πυρετοὶ ὀξέες, πολυχρόνιοι, febres uidelicet acutæ et diuturnæ. Indicio sunt multa, præterquā quod ratio fortasse huic uulgatæ lectioni reluctatur. tum quod in lib. de aere aqu. loc. quem Gal. in eius aphorismi cōmentarijs citat, κορύζης et grauedinis nulla prorsus fit mentio. hæc enim eius loci uerba sunt; καὶ πυρετοὶ ὀξέες, καὶ πολυχρόνιοι ἐνίοισιν, καὶ μελαγχολίαι, tum quod Aristot. prima problem. sect. illā Hipp. sententiam referens, de grauedine nihil prorsus. (Probl.12.) tum demum quod Celsus lib.2. (cap.1.) ita est interpretatus. Sin autem autumnus quoque æquè siccus ijsdem aquilonibus perflatur, omnibus quidem mollioribus corporibus, inter quæ mu„ liebria esse proposui, secunda valetudo contingit: duriorib. „ verò instare possunt et aridæ lippitudines, et febres partim „ acutæ, partim longæ, et hi morbi qui ex atra bile nascuntur. His ergo constare potest, de grauedine uerba ab Hippocrate non fieri. Cæterum si quis tamen tueri vulgatam lectionem uelit, quum et Philotheus eam agnoscat, dici fortaße poterit: siccitatem per se certè fluxionem non facere, sed curare: per accidens tamen quandoque fluxioni ansam præstare. aut quidem ut Philotheus ait, quia prosternit uires, et ex nutrimento vapor ad cerebrum ascendens fertur ad nares, et fiunt grauedines. aut etiam quoniam (sicut a nobis alibi est fusius demonstratum) ob siccitatem alimenti inopia in exsiccatis fit capitibus: ex inopia autē tractio, et ex hac fluxio: fit uerò hæc et alio ratione maior, nempe quòd siccitati cōiungi caliditas solet, a qua ipsa quoque attrahendi uis adiuuatur. atque ita grauedines etiam ex siccitate possunt procreari. At verò de calida et frigida intēperie dubitatio est, vtra gignendæ fluxioni aptior sit. uidetur enim res hæc paulo difficilior, quod Auicennas hoc loco sæpius a calido quam a frigido gigni temperamento asserit. et Gal. quoque lib. art. med. (cap.15.) frigidi cerebri indicium excrementorum esse redundantiam affirmat. Contra tamen, qui calidiori sunt capite, constat et extrinsecis causis, a quibus fluxiones fiunt, magis patere, quod et author hic, et Galenus in libello de optima corporis habitudine testātur. et ab ipso toto corpore promptius calidum caput vapores attrahere certum est, quam frigidum. comparat vero Hipp. 4. de morbis caput ipsum cucurbitæ, quod corpori incumbens, illius more ad se se humores trahat. trahunt uero cucurbitę ob calorem: quo fit, ut caliditati uis gignendæ fluxionis potius ascribenda videatur quam frigiditati. Verū breuibus ad hæc. Sicuti per se frigida cerebri intemperies catarrho procreando est aptior quam calida, ita per accidens ualidior fortasse est quæ calida, quum ex frigore excrementorum prouentus gignatur, a calore vero non gignatur quidem, sed aliunde attrahatur. Auicennas ergo id quod per se est, respexit, non quod per accidens.

De signis. Cap. 12.

Signum catarrhi acuti, calidi, si est coryzalis est rubedo faciei, & oculorum. & mordicatio eius, quod currit, & subtilitas eius, & caliditas tactus eius, & quandoque accidit cum eo febris, & non iuuatur ea. Et si est in gutture acuitas eius, quod descendit ad guttur, & uehemētia adustionis eius [a] [& attractio ipsius] & subtilitas eius cum inflammatione, sentitur, quando ipsum rascatur, & significat ipsum sputum ad citrinitatem declinans, & rubedinem. Et est hic etiam oppilatio quandoque, & [b] [naseitas] & commotio acuta. Frigidi autem catarrhi signum, est frigus eius, quod currit, si est ī naso, & commotio in naso cum tensione frontis, & uehementia oppilationis, & [c] [naseitas,] & quādoque significat ipsum grossitudo materiei, & si est ad guttur, frigus eius, quod rascatur, & albedo ipsius, & iuuamentum a febre, si accidat.

a — B. b B. nasitas. c B. nasitas.

ANNOTATIONES.

Quibus signis fluentis a capite materiæ qualitas dignoscatur, sæpe iam habitum est. Pro humorum tamen in hoc affectu redundantium notis particulatim pete Paulum lib. 3. quem uidetur author æmulari. cap.28.

De cura. Cap. 13.

Cura catarrhi est comprehensa in [a] [accidentib.] diminutionis materiei, & oppositione causæ facientis, et sectione cursus, aut commēsuratione eius, aut motus ipsius ad partem aliam, & antecessione prohibitionis eius [b] [ex quo forsitan generatur. sicut chasim] in naso, & ulcera super narem, aut sicut asperitas guttu

a B. intentione

b B. quod timetur generari ex eo, sicut chasim

ris,& tussis,& vlcera pulmonis,& quæ sequuntur ea, & apostema. Et ea oĩa indigent [c] [repulsione fastidij,] & dimissione repletionis ex cibo & vino. Et sternutatio est nocitiua in principio aduẽtus catarrhi, & coryzæ, prohibens maturationẽ humorũ contentorũ in cerebro, qui non maturantur, nisi cum quiete; & cum hoc ipsa trahit ad ipsum superfluitates alias, & est post maturationem vltimi iuuamenti valde ꝑꝑ illud, ꝙ euacuat de superfluitatib. maturis. Et oportet quidem, ne patiens catarrhum & coryzam [d] [repleat ventrem cibis,] quare repleatur caput eius. Et, vt assiduet calefactionẽm capitis, & elongationem eius a frigore, & minuat ipsũ a septentrione, & propriè post austrũ. Auster. n. replet & rarificat, & septentrio constringit & exprimit. Et minoret potum aquę congelatæ. Neque dormiat in die. Et sitiat, & famem patiatur. Et vigilet quantum potest, quoniam sunt initium curæ. Et [e] [incipiat a fluxu ventris, &] extractione sanguinis; deinde a fluxu ventris post ipsã. [f] [Bonum. n. est, si necessitas indiget, ambo simul. Et rarò quidẽ administretur phlebotomia,]& proprie in principio; nisi [g] [si nõ toleretur illud ꝑꝑ multitudinem, & melius est dimittere ipsam, & non phlebotomare, dũ non accidit a tussi.] Si aũt tussis est parui sputi, necessaria est parua phlebotomia, leuis, renouans numerum: propterea forsitan ꝙ facit necessarias esse iterationes. Et administretur syrupus de papauere [h] † [ ] si adsunt vigiliæ, & zuccarũ, si non sunt vigiliæ. Et clystere attrahit superfluitates, & [i] [tu leni] viam cum eo, quod sit sicut aqua hordei, vt faciat penetrare eas. Et cum inuenitur cum catarrho punctio in mammillis, significat ꝙ materia declinet ad latus. [k] [Fiat ergo inceptio cum phlebotomia,]& [l] [suffumigationibus, & quandoque accidit febris.] Et pilulæ quidem ad tussim, conuenientes sunt ad asperitatem pectoris, non ad materias capitis. Et oportet ẽt, ut toleret sitim, & frangat eam cum cõmistione syrupi de papauere, & aqua. Et si voluerimus [m] [confortare pectus,] tunc aqua hordei, & sauich. Et quando cum catarrho fuerit [n] [tussis,] non balneetur. Et illi, in quo perseuerant catarrhi estate, & hyeme, pilulę cochię sũt ex curis magis iuuatiuis. Et motus membrorũ inferiorũ, est valde iuuatiuus ad catarrhos, ꝑꝑ attractionem materierum ad inferiora; deinde administra, quod narratur ex vaporationibus, & suffumigationibus cum obseruatione, ne administretur super repletionem. Et ille, qui consuetus est pati catarrhum, quãdoque prohibet aduentum catarrhi suo subito introitu ad sudandum in balneo ante aduentum catarrhi. Et oportet secundum omnem dispõnem, ut [o] [regatur cum eleuatione capitis, & eleuetur puluinar] & non resupinatio fiat in somno. Materiei autẽ diminutio est cum administratione mundificationis [p] [capitis;] in calida quidem cum phlebotomia, & solutione ventris educẽte humores calidos, & clysterib. trahentib. materiam ad inferiora, & in frigida quidem cũ medicinis soluentibus phlegma [q] [ex capite,] quæ sunt ex eis, quę bibuntur, & quibus fiunt clysteria. Et ad summum, oportet vt minorent comestionem, & potum aquæ, & repellat eũ omnino die & nocte, & remouebitur. Oppositio aũt causæ efficientis, calidę quidem est, vt sit sollicitus in infrigidando caput cum eo, quod est infrigidans, frigidum potentia, sicut introitus balnei dulcis omni mane, quum est ieiunus. Et effusio aquæ super extremitates, & inunctio capitis, & extremitatũ, & suminis, & ani, & testiculorum, & quæ sunt in circuitu eorum cũ oleo viol. Et embrochę administratio factæ ex hordeo, & papauere, & viol. & chamęmilla, & effusio fortiter infrigidantium actu super caput, & declinatio cũ cibis ad illud quod alleuiat, & infrigidat, & humectat. & administratio [r] [mellis rosꝫ] oĩ die. Sed frigidę est solicitudo, quum incipit commotio, & sternutatio, in calefaciendo caput, & vaporando ipsum cum panno calefacto, vsque quo sentiat calorem iam peruenisse ad cerebrum, & conseruando caput secũdum illam [s] [summam.] Et quandoque necessarium est, vt fiat vaporatio cum sale, & milijs. Et quandoque fit vaporatio cum aquis calidis in fine, quo possibile est eas tolerare. [t] † [ ] Et administrentur in ea embrochę maturatiuę, resolutiuæ, & iniunctio extremitatum cum oleis calidis, sicut est oleum anethinum, & oleũ chamæmillinum, & sampsucinum. Et fortius illis est oleum rutaceum, & oleum de bẽ, & oleũ de lilio, & oleum laurinum. Inungantur eis testiculi, & quæ sequuntur eos, & anus, & sumen, & extremitates, & lauetur caput cum sapone [u] [Constantinopolis.] Oleum verò inquantum potes, fac ne tangat caput, nisi, si non inueneris excusationẽ, ita vt indigeas infrigidatione fixa, aut calefactione [x] † [ ]& sit post euacuationẽ. Et vt administrẽtur super caput & frontem linimenta ex synapi, & costo, & similib. & ablue ipsum cũ aqua saponis, & similib. Et ut declinet cum cibis ad illud, qđ alleuiat, & subtiliat, & calefacit & exsiccat cum hoc, vt ex eo liniatur pectus. Et quãdoque necessaria est administratio medicinarum rubificantium, ita vt in eis recipiantur, stercus columbinum cum synapi, & ficus, & mentastrum, & gumma rutæ agrestis: imò administratio cauterij. Et ad vltimum calefactio capitis, & ipsius exsiccatio conferunt [y] [& expellunt illud quod accidit.] Et oportet in hoc catarrho, vt non ingrediatur balneũ ante maturationẽ; imò administrentur uaporationes siccę. Et ex eis, quæ conferunt in eo, est odoramentũ muschi, & similiter impletio auris ex lana infusa in oleo [z] [calido] calefacto usque ad terminum, Abscissio autem cursus fit cum gargarismis laudabilibus frigidis congelatiuis, sicut gargarismatẽ ex aqua frigida & aqua rosꝫ. & aqua lentis, & aqua coriandri, & aqua, in qua decocti sunt cortices papaueris, et aqua granatorum ẽt: frigida quidem ad calidum, et calida ad frigidum. et sicut linimentum gutturis cum vino, in quo est contrita myrrha et proprie in frigido. Et similiter retentio auellanarum in ore, factarum ex opio, et storace, et thure, et croco, præterquam deglutiat aqueitatem earum. Et sint syrupi, qui habent proprietatem in hoc, sicut syrupus de papauere purus ad calidum, et syrupus de papauere factus cum decoctione, in qua posita sunt sicut myrrha, et crocus, et alia ex eis, quæ dicturi sumus in antidotario, ad

c B. alieratione satietatis nauseatiuæ.
d B. dormiat repleto uentre cibis.
e B. fiat solutio uentris, & incipiat ab.
f B. quũ est necessitas sup ambo simul, & rarò quidẽ acceleratur ad phlebotomiam.
g B ꝑpter multitudinem, quæ nõ toleratur. & catarrhus ĩ quo cõuenientius ẽ non phlebotomare ẽ ille, qui euacuatur a tussi.
h † B. simplex
i B. lenit.
k B. Festina ergo, & phlebotoma. Alia litera. Festina ergo cũ phlebotomia.
l B. suffumigationes quandoque faciunt euenire febrem.
m B. confortationem eius.
n B. febris.
o B. assiduet missionem capitis & teneat decliue puluinar, uel capitale.
p B. corporis.
q——B.
r B. gelengiben.
s B. dispositionem.
t † B. excalefactione.
u B. filestinorũ.
x † B. fixa.
y B. ei qđ accidit & prohibẽt illud quod accidit. Alia litera. quod attrahitur & prohibent illud quod attrahitur.
z B. Alia litera. amygdalino.

ad frigidum. Et non oportet, vt in potu detur syrupus de papauere, nisi in principio, vt prohibeat a pectore: quumq; retinetur, & necessariũ est sputũ, non est conueniens iste syrupus. Et sicut vapores retinẽtes administrati, ita ꝙ intrẽt in chaisim[a] † [ ] retinentes vaporem. Et isti quidem vapores sunt sicut vernix ad calidũ & frigidum simul, & sicut nigella ad frigidum vaporata, aut odorata. Et costus etiam & nigella frixa quando odorantur ligata in panno lineo, sunt iuuatina valde. Et similiter suffumigatio oris nominata[b] [cochia.] Et similiter vaporatio uini, aut mellis super lapidem molarẽ ignitum. Et ex eis, quæ iuuant ad illud, est suffumigatio cum thure, & xyloaloe crudo, & vernice, & costo, & storace. Tamariscus autem & rosa ad calidum: & similiter tabarzet, & fabę, & hordeum iufusum in lacte acetoso uaccino, de quo butyrum est extractum proprie. Et zuccarũ, & camphora, & furfur infusum in lacte acetoso: eis fiat suffumigatio ad calidũ: & similiter vaporatio aceti a lapide molari ignito, abluto mũdificato. Aequatio autem essentiæ est: sicut administratio electuariorum, & receptio dragacãthi, aut granatorum cydonij in ore, ut permisceatur grossitudo eorũ subtili, quod descẽdit, & ingrossetur ea[c] [& descendat, & nõ inuiscetur] ad profundum: & fiat cũ ea facile sputũ. Et administratio eius, qđ subtiliat illud, ita ut nõ noceat sua grossitudine, & uiscositate sua. Et quando catarrhus est frigidus, non est cõueniens introitus balnei ante maturationẽ. Et si est calidus, pp illud nõ erit multum malũ, imò iuuabitur eo. Attractio vero eius ad partẽ aliã, est sicut[d] [illud, quo vtuntur, quum timetur ꝙ catarrhus descẽdat ad guttur, quare extrahitur ad nasum cũ sternutationibus,] & omnib. quæ mordicant nares. Et sicut[e] [illud, quo facis omnẽ catarrhum currere] ad inferiora, ex administratione uentosæ super nuchã, & similiter inclinatione[f] † [ ] super embrochas factas ex odoriferis attrahentib. materiam ad partem nasi. Antecessio autẽ est, sicut, quo custodiuntur guttur, & pulmo a nocumento suo: & plurimũ eius est cum cibis. In calido quidem est cũ inunctione pectoris ex oleo uiol. Et acceptio aquæ hordei cum[g] [aqua viol. nutrita] & aqua granatorum dulciũ. Et administratio sorbitionis factæ ex amylo, & farina hordei, & fabarum, & cum lacte mulcto, si non est febris, nocet. n. lac, si adest febris, & administratio electuariorum lenium frigidorum, & syruporum de hyssopo frigidorũ. In frigido verò, sicut inunctio pectoris cũ oleo[h] [uiol] & de ben. Et administratio sorbitionum calidarum lenientium sicut[i] [triticũ] cum melle & sicut [[k] furfur] tritici cũ oleo amygdalino, & melle, & sicut panis cum rob. Et administratio electuariorum lenientiũ, calidorum, & syruporum; & proprie, qui facti sunt ex hyssopo, calidorum: & ẽt hyssopi ipsius cũ storace, & potus aquę calidę est iuuatiuus in catarrhis, maturãs eos, & expellit ab eo quod[l] [sequitur ipsos ex] membris anhelitus, maturãdo illud, quod descendit & leniendo. Et uinũ quidem non est conueniens eis. & quandoq; cõuenit, vt conferat eis hoc in principio, post maturationem aũt illud, quod[m] [commensuratũ]

a † B. & in guttur.
b B. chusi.
c B. & fiat uiscosum, & non descendat.
d B. cũ eo cum quo opponitur catarrho descẽdenti ad guttur cum facientib. sternutationem
e B. cum eo cũ quo opponitur catarrho calido currenti.
f B. capitis.
g B. uiolis nutritis uel cõditis.
h B. Alia litera. chamæmillino.
i B. tri.
k B. aqua furfuris.
l B. uicinatur. Alia litera nocumẽtum ipsorũ.
m B. Alia litera temperatum.

est, est conueniens. Et oportet vt sit[n] [in illa dispositione etiam ad calidum cholericum permistum.] Et pinguia quidem[o] [mali odoris] prohibent maturationẽ in subtili in principio.

n B. dulce.

ANNOTATIONES.

De catarrhi curatione agit Gal. 6. de tuen. sani. & Paulus lib. 3. sed breuissime. Agit & Rasis 9. ad Almans. & Celsus lib. 4. Quos tamen omnes diligentia & copia superasse author noster uidetur. Scripsit tamen nostra tempestate Sebastianus Paparella integrum de catarrho libellum mira et felicitate et grauitate, quem nos studiosis consulimus, ut diligenter euoluant.

Cap. 1.

TRACTATVS II.

De reliquis dispositionibus nasi.

De fœtore nasi. *Cap.* 1.

Causa fœtoris in naso, aut sunt vapores putridi ascendentes ad ipsum ex partib. pectoris, & pulmonis, & stomachi, aut humor putrefactus in circuitu ossium alchaiasim, qui si esset acutus, faceret euenire ulcera, sed ipse est putridus, fœtidi odoris. Et quandoq; peruenit odor eius ad superiora, & sentitur odoramento sui. Aut humores putrefacti in uentre, aut in cerebro toto, aut in anteriore parte eius, aut in ea parte sui, quam sequitur nasus. Aut putrefactio & corruptio accidentes illis ossib. omnib. quarum curatio est difficilis, aut propter hæmorrhoidas in naso putrefactas.

De cura. *Cap.* 2.

Oportet, ut precedat mũdificatio eius, quod est aggregatum ab humore malo, si est in alio loco, quam in chaiasim, & profundo eius: imò est in stomacho & cerebro. Deinde administrẽtur medicinę[a] [narratæ,] quæ fiunt ex tẽtis, et caputpurgijs, & insufflationib. & reliquis & tentę expertæ in hoc. Et rectius quidem est, ut abluatur nasus ante eas cum uino: deinde ex illis tentis administretur tenta ex myrrha, & amomo, & acacia facta cum melle, aut myrrha & amomo, aut myrrha[b] † [ ] cum oleo de nereiden, & tentæ plurimę diuersitatis factę ex istis medicinis secundum diuersitatẽ põderis, & sunt cyperi, & spica & rosa[c] [& anefrin] & calamus aromaticus, & amomũ, & gariophyl. & myrtus, & aloes, & rosa, & aliquid ex sale, cõiunctæ, aut separatæ, & tenta infusa in triplicato subtili, super quam pulucrizetur subtilis puluis factus ex garyophyl. & cyperi, et ramic, et laudani partib. æqualibus, et ẽt myrti, calami aromatici, [d] [nifrin, ros.] gariophyl. omniũ. an. ʒ. j. myrrhæ, gallarum, amborũ an. ʒ. s. muschi, cãphoræ, amborum an. grana. iiij. climiæ, et salis gẽmę amborũ an. kirat. iiij. administretur ex eis tẽta, et ex caputpurgijs caputpurgium cũ succo mentastri. Et meliora caputpurgia, et magis iuuatiua ex eis sunt urinę asinorũ, illæ. n. nunquã fallunt. Et ex experimentis bonis est, ut resoluãtur troch. andaracon recepti in theriaca, in uino, et distillentur in nasum, quoniã sanatur. Et decoctio aldarsisahã cũ uino odorifero est bona ualde. Administretur ergo aliquibus diebus

a B. locales.
b B. & rosis.
c B. alneserin.
d B. rosarum alneserin.

et na-

& naribus attrahatur. Et ex linimentis, est ut liniatur illud, quod est interius eius cum colcotar: & etiam folia e [sampsuci] terantur cum aqua, & liniatur ex eis nasus. Et hoc medicamē f [Karitim] & est myrrhæ iiij. ʒ. & duæ tertiæ, & cassiæ ligneę. ʒ.j. & † vj. & amomi tantundē; conficiantur cum melle. Et ex insufflationibus est, ut insuffletur in eo mentastrum ipsum, aut elleborus albus, & ostracum adustum. Et ex medicamine prædicto in fine tentarum, est ut sufflctur xylobalsamus in naso. Et ex attractionib. cum naribus ex eis, quæ sunt experte, est decoctio † aldarsisaham cū aqua, aut vino, & administrentur dieb. aliquibus. Et ex eis, quę experta sunt in cura eius, & proprie, quum est in cerebro, aut anteriore parte eius putredo: sunt duo cauteria a dextra parte, g [caluæ] sinistra eius, coram aurib. quæ sequūtur ad ambo tempora; aut cauterium unum super medium capitis.

e B. yesmin.
f B. alchariten.
† Legunt alij drac.i. & scru.s.
† granati sylue stris.
g B. sincipitis.

ANNOTATIONES.

De fœtore narium generatim agit, nō de ozænis ut quosdam putasse uideo: æmulaturq́; Paulū lib. 3. qui de fœdo narium odore, & de ozænis seorsum agit. neque in toto hoc capite medicamentum quodpiam author scribit, quod ozænis persanandis sit efficax. De hoc symptomate uide Gal. 1. de sympt. causis.

cap. 24.
cap. 4.

De ulceribus in naso. *Cap.* 3.

QVandoque generātur in naso ulcera: aut ex vaporib. acutis, aut malis, aut ex catarrhis acutis. & sunt aut fœtidi, putridi, aut crustæ, aut ulcera ex † pustulis, aut ulcera pura, & sunt aut apparentia, aut intrinseca.

† bothor.

De cura. *Cap* 4.

NAsus est membrum humidius aure, & siccius oculo. Quare oportet, ut sit cura ulceris eius proxima curæ ulcerum auris et oculi. Oportet ergo, ut sint medicinæ exsiccantes ulcera nasi, minoris exsiccationis quam medicinæ exsiccantes ulcera auris, et uehemētioris exsiccationis quam medicinæ exsiccantes ulcera oculi. a † [ ] Vlcera b [enim nasi] indigent re, quæ sit in initio euentus exsiccationis. Amplius si causa fuerint materię currentes, aut vapores ascendentes, tunc cura cum euacuatione eorum, et attractione ipsorum ad partem aliam, secundum quod scis, et ad summum necessarium est, c † [ ] vt exsiccetur caput, et confortetur cum eo, quod sciuisti: deinde intende in nares. Et scias, quòd omnes medicinæ iuuantes in hæmorrhoidibus, et d [† cācro narium] ex eis, quas dicturi sumus, sunt iuuatiuæ, et in ulcerib. quū sunt fortia, et quum feruent cum mucillaginibus, et ex eis, quę similantur illis, donec leniuntur, conueniunt omnib. vlceribus, leuibus etiam, sicca uerò ulcera curētur cū inūctione facta ex cera, cui admistum est, quantū est medietas eius de medulla cruris uaccini dissoluta cū aliquo, quod sit sicut oleum nenupharinum et e [siricinum. [Et conuenientius apud me est oleū ros. et propriè factum ex oleo omphacino, et ēt curetur cū unctione facta ex oleo uiol. cū dragacātho, aut pauca spuma psyllij, & maluę, & etiam cum tenta infusa in hyssopo, & adipe anatis, & cera citrina, & adipe cerui, & adipe gallinæ, & melle, & etiā ex f [adipe] & oleo, & myrobalanis, & gallis. Et quandoque confert phlebotomia uenæ in extremitate nasi post cephalicam, & ventosa nocrati: & solutio ventris. Vlcerum aūt, ad quę currit materia acuta, aut mala, fœtida, cura fit difficilis, & necessaria est euacuatio. g † [ ] Et quandoq; indiget solutione uētris ex hieris, quæ sunt magnæ. Et oportet, vt assiduetur ablutio eorum cū nitro, & sapone: & propriè, qui cōparatus est asceli di, & sapone comparato ad h [constantium.] Deinde administrentur medicinæ vehementis exsiccationis. ex quib. est hæc. Recipe corticis æris, & calcadis, & arsenici rubei, & i [citrini] omniū ana partem j. conterantur, & infundantur in felle tauri aliquib. diebus, donec k [rubescant] in eo, & administrentur. Et quandoq; addetur in eis amomū, et myrrha, et mentastrū; et prassium, et crocus, et alumen, omnium pars i. Et medicamen Ruf expertum, et est ut sumātur cyperū, et alumen, et gallæ, et myrrha, et crocus, et arsenicum, et administrentur. Vlcera aūt vehementis doloris curantur cū plumbo usto abluto, et cerusa, et † lythargiro fiat ex eis emplastrum cū oleo ros. et cera. Vlcerum aūt bothorosorum cura fit cum oleo ros. et cū oleo myrthino, et † lythargyro, et aqua ros. et pauco aceto, emplastro facto ex eis. Vlcera uerò manifesta cū hoc emplastro cura. Cerusæ lib. i. † lythargyri, scoriæ plumbi usti, amborū ana vnc. iij. misceantur cū uino, et oleo myrtino. Et ex medicinis quidē communib. est, ut sumatur l [granatum acetosum,] et decoquatur in uase æreo, donec perueniat ad medietatē, et liniatur ex eo tenta, deinde administretur. Et ex eis, quib. curātur. sunt troch. andaron quandoq; infusi in uino, et quandoque infusi in aceto, et aqua, secūdum quod uidetur. Et ex emplastris quidem bonis est, ut sumantur scoria plumbi, et uinū vetus, et oleum myrtinum, et aggregentur omnia terendo sup. ignem m [leuiter accēsum,] et mouēatur donec ingrossētur; et seruētur in uase ęreo. Et plumbum vstum est in iudicio scorię plūbi, Et oportet, ut administretur succus † betę solus aut cū medicinis, quoniam est valde iuuatiuus.

a † B. Vlcera. n. auris indigent aliquo quod sit in vltimo siccitatis, &.
b B. oculi.
c † B. primo.
d B. alathian.
† larnabet.
e B. sisaminum.
f B. cerā.
g † B. & phlebotomia.
h B. chastitum.
i B. Alia litera. ellebori.
k B. fermententur.
† merdasengi.
† merdasengi.
† merdasengi.
l B. succus granatorum acetosorum.
m B. Alia litera lenem ex carbonibus factum.
† siclæ.

ANNOTATIONES.

Hic de ozæna uerba facit. pro qua re pete Gal. 4. de cōp. me. per loc. Galenus curari ait non posse ulcera, quæ ab acri sunt humore, particulatimq́; Celsus morbo huic, de quo hic agit, uix succurri posse testatur. Est ozæna narium putridum ulcus, ex humorum acrium illuuie procreatum. Vide pro hoc Paulum li. 3. Trallianum lib. 3. & Rasim 9. ad Almansorem. præsertim uero uide Celsum li. 6. pulchre de hac re agentem. nec non eundem lib. 7. ubi de huius curatione agit, quæ fit per manus.

Cap. 3.
Cap. 24. cap. 11.
Cap. 8.
Cap. 11.

De cura ulcerum, quæ nominantur ulcera dulcia.
Cap. 5.

IN principio quidem sufficit oleum ros. solū, aut a [cera, et adeps gallinaceus,] Et fortius illo est emplastrum de cerusa, et præcipue emplastrum mistum cum mucillagine granorum cydonij. Et si exsiccationis additio quæritur

a B. aut cū cera & adipe gallinę.

b B. cum oleo mirtino.
† merdasengi.
c † B. scorie.

tur, ponatur in ipso scoria argenti: & quandoque confert[b] [sola cum oleo lentiscino.] Quũ autem ægritudò parumper fit fortior, administra hoc emplastrum. Recipe cerusæ lib.j. † lythargyri vnc.iij. c † [ ] plumbi vsti abluti contriti cum vino vnc.iiii. fiat ex eis vnguẽtum cum oleo myrtino & aceto. Quum autem ægritudo fit chronica, & fortis valde, fiat vnguẽtum huiusmodi. Recipe † lythargyri. ℥.iiij. rutæ humidæ. ℥.iiij. aluminis. ℥.ii. fiat ex eis unguentum cum oleo d [lentiscino] & aceto. Et fortius eo est istud. Recipe draganti, & calcanthi, & myrrhæ, omnium ana partes vij. calcadis vi. partes, aluminis iameni, gallarum, scoriæ æris omnium ana partes iiii. thuris partem j. & .s. aceti lib.j. & viij. vnc. coquantur in vase æneo, donec fiant in substantia mellis, & fiat inde linimentum.

† merdasengi.
d B. mirtino.

ANNOTATIONES.

Scripsit & Paulus de ulceribus narium quæ γλύκεα uocat, lib. 3. quem tu uide.

a B. chaisum.
† anteriori parte nasi.
b B. chaisum.

De oppilatione in a [*chaiasim.*] *Cap.* 6.

OPpilatio in b [chaiasum] est res retenta in anteriore parte eius, ita vt prohibeat transitũ ex gutture ad nasum, & ex naso ad guttur, & quandoque est humor viscosus, & tenax: & quandoq; est caro nata, & quandoq; est crusta.

De signis. *Cap.* 7.

a B. nasitatem.
b B. insufflationis a trãsitu, uel a penetratione, in chaisum.

HÆc oppilatio facit a [naseitatẽ,] ita quòd prohibet superfluitatem[b] [exsufflationis ad hoc, vt imbibatur in chaiasim.] quare facit tinnitum factum ex ea.

De cura. *Cap.* 8.

a † B. muschi chirat.

SVmantur lentis amaræ. ℥.j. castorei. ℥.s. opij, croci, amborum ana. kirat. j. a † [ ] myrrhæ. ℥.s. fiant ex eis pilulę: & fiat ex eis caputpurgium cũ aqua sampsuci humidi. Et multoties quidem indiget dispositio operatione manus, & rasione nasi cũ radio proprio nasi, quo possibilis est rasio; rasio igitur non cesset, donec mundificetur, & quandoque ęgredietur cum rasione res plurima, de cuius summa mirabitur homo: fortasse enim consequetur medietatẽ libræ. Si autem non adiuuat illud, fiat quod dicemus in capitulo hęmorrhoidarum.

a B. chanan.

De cura a [*morbi, qui est, sicut in equis.* *Cap.* 9.

b B. & submergente ita vt.

EX curis eius est, vt fiat caputpurgium, & gargarismus cum medicamine huiusmodi: decoquantur gallæ contritæ cum aqua granati dulcis b [submersi, donec] bibant ipsum, deinde exsiccẽtur, & cum eo misceatur lib.s. thuris, aut sarcocollę, & conficiatur uice alia cũ aqua granati, in qua coctæ sunt gallę, & administretur faciendo caputpurgium, & gargarismum diebus aliquibus. Et ex eis quib. curatur, est, ut ponatur in naso tincar cum cera & oleo; & fit hoc sine intermissione, donec sanetur.

De a [*contritione*] *nasi.* *Cap.* 10.

a B. contusione.

MElius & laudabilius est, ut impleatur interius: deinde ęquetur exterius, & extrahatur ex eo, quo plenus est paulatim, donec æquetur. linimenta verò iuuatiua in hoc, quæ oportet ponere super fracturam, sunt parum aloes, & croci, & † mellis, & myrrhę, & b [† ramercha] & gallia c [muschata] & lutum armenũ, & lutũ romanum, & d [malua] & laudanum, & e [liniantur] cum aqua alatel, & aqua tamarisci. Verum nos fortasse reiterabimus relationẽ huius capituli in libro fracturæ, & restaurationis.

† Al. mesi.i. piscium.
b B. ramich.
† confectionis ex gallis, & passulis.
c ——B.
d B. althæa.
e B. embrocheter.

De hæmorrhoidib. & a [† *alarnabet*] *in naso.* *Cap.* 11.

a B. alarbian.
† cancro.

HÆmorrhoides quidem sunt carnes additę nascentes, & quãdoq; sunt carnes molles albæ, et nõ est in eis dolor, & istę sunt facilis curæ. Et quandoq; sunt rubeę, aut fuscæ uehemẽtis doloris: et istæ sunt difficilis curæ, pręcipue quum ex eis currit b [sanies] fętida. Et quãdoq; est ex eis illud, ꝙ est cancer corrumpẽs figuram nasi, et dolorem faciens, cum extensione sua vehemẽti. Et ille est, qui est fusci coloris, malæ generationis ualde, in profunditate plurima, cuius uia est blandimentũ sine incisione, et rasione. Verũ inter cancrũ, et hæmorrhoides malas distat, quoniã caro nata, si est post ægritudines in capite, et catarrhos, est hæmorrhoides, et si nõ est secundũ illud, imò accidit post claritatẽ nasi, et priuationẽ cursus, est cancer, et proprie si fuerint, ante aduentũ eius in cerebro c [ægritudines melancholicę,] et fuerit principiũ eius sicut cicer, aut auellana, et inceperit augmẽtari et acciderit in palato durities. Et cancer quidẽ ut in plurib. est non habens saniẽ, et cursum ad d [palatũ,] imò est siccus, durus, et hæmorrhoides quandoque elongantur, et fiunt hæmorrhoides pendentes. et quandoq; elongatur adeo quòd ex naso egrediuntur, et palato. Et omnes medicinę, quæ conferunt † cancro, conferunt hæmorrhoidibus, et quandoque necessarium est, vt frangatur earum uirtus.

b B. virulentia.
c B. accidentia melancholica.
d B. guttur.
† alarnabet.

De cura. *Cap.* 12.

a B. subtili.
b B. bono.
Alia litera. excorticatur cum excorticatorio perfectè.
c B. cauterizes.
d B. aut.

QVæcunq; illarũ sunt ex diuisione prima, inciduntur cum cultello a [paruo,] deinde raduntur cum rasorio b [multum.] Et quæ sunt ex diuisione secunda, melius est ut c [coquãtur] aut cum medicinis quas dicturi sumus aut cum igne; aut cum cauterio paruo subtili d [&] incidantur cum rasorio, extrahendo, qđ in naso est ex additionib. et superfluitatibus. Et melius quidẽ rasoriũ est illud, quod est ut embuba, deinde effundãtur in nares post illud acetum et aqua. Quod si melioretur post ipsum anhelitus, et remouetur oppilatio, bonũ est, et si non, tunc iam remanẽt ex eis in profundo reliquię, tunc ergo necessarium est ut administretur serra filosa, et eius ẽt modus est, ut sumãtur illa ex capillis, aut seta, et ligẽtur ita ut ligatura illa fiat, sicut serra habens dentes, et immittatur in acum de plumbo incuruatam, intromittẽdo per nasum donec egrediatur ad palatũ, deinde serretur cum ea residuum carnis extrahẽdo eã ex duob. lateribus, sicut fit cum serra, deinde accipe embubam ex plumbo, aut ex penna, et uolue super eam pannum, et pulueriza super eum medicinas hæmorrhoidarum, sicut medicamẽ

de chartis,& medicamen andaron & reliqua, quę dicemus post: & intromittimus ipsam in nasum,vt remaneat locus anhelitus apertus: & quando fit rasorium sicut lima,sed est embuba, possibile est,vt consequatur eo voluntas ex mũdificatione.Et quando administrantur in hęmorrhoidibus instrumentũ incisionis, & abrasionis,& medicinę corrosiuæ: oportet ut sternutetur post illud, donec [e] [destruatur] omnis putredo,& serratura. [e B. excutiatur.] Medicinę verò,quib. curantur illę,quæ ex eis leues sunt, sunt sicut tēta facta ex cortice granati contrito cum aqua, donec conficiatur, & administretur illud sine cessatione.Est enim expertum, sed est tardi iuuamenti.Aut tenta ex vsnen uiridi pura.Aut ex pulpa coloquintidę. Aut ex nuce cupressi cũ aliquanto ficuum administretur aliquibus diebus. [f B. habach.] Aut tenta submersa in succo [f] [ocymi] solum:aut submersa in aqua eius;deinde pulueri zetur super ipsam ficcum [g] [eius ;] aut in vino, [g B. ex eo.] & pulverizetur super eam [h] [tritum ocymi,] [h B. tritura habach.] aut ex congelato aquæ vtriusque granatorum contritorum cum cortice & pulpa. Aut tenta cum melle & [i]] oleo ros.] iterata in die, aliquibus vicibus. [i B. rosis.] Aut insufflatio ex arsenico, & calcantho contritis cum aceto,& exsiccatis.Medicinæ verò,quibus illæ curantur, quæ chronicæ fiunt,sunt tentæ,& pulueres,& vnguenta facta ex eis,quæ sunt sicut alumen,& myrrha, & es vstum,& cortices ęris,& radix lilij albi, & calcanthum,& colcotar,& atramentum,& nitrũ; fiāt ex eis cũ uino;aut aqua [k] [ocymi,]aut aqua [k B. habach.] amborum granatorum cum pulpis & corticibus tentæ:aut insufflationes administrentur.Si autem non conferunt,fiat tenta ex huiusmodi aquis,super quam pulverizetur res plurima ex calcadis,& colcotar,& alcali,& flore æris,& atramento,& alumine secundum æqualitatem. & rectius quidem est, vt administrentur post [l] [incisionem.] [l B. scarificationem.] Si verò illud non adiuuat, tunc administretur alchalidicon.Et iam dictũ est,ꝙ semen serpentariæ sanat hæmorrhoidas nasi, & si fuerint cancerosæ [m] [tunc exprimatur] [m B. & quũ exprimitur.] vua,quæ est super extremitatem luf [n] † [ ] [n † B. idest.] serpētariæ,& imbibatur inde lana,& intromissa in ambas nares,destruet carnem additam,& cancrum.† cancer verò est rectius,vt curetur cura manus. [† alarnabet.] Et illud quidē post diminutionē repletionis a corpore,& capite.Si aũt fuerit leuis administrabis ex medicis vlcerum medicinas fortes, sicut insufflationem factam ex aluminis & myrrhæ amborum ana parte j.colcotar, gallarum,amborum ana parte.s.sufflentur in ipso aut fiat ex eis tenta.Et medicamen quod Gal.eligit,est, vt sumatur aqua duorum granatorum expressorum cum corticib.& pulpis suis,& decoctorum decoctione pauca,deinde ponantur in vase plumbi:deinde sumantur [o] [scope] & [o B. faces uel residentiæ.] terantur tandiu,donec fiant sicut massa,& imbibatur ex tanta quantitate succi amborum granatorum,quantum fiant lenes;deinde fiant ex eis collyria longa,& intromittantur in nasum infirmum,& dimittantur in ipso;post quiescat in quibusdam horis & extrahantur a naso,& liniatur nasus tunc,& palatum cum succo amborum:& perseuerat secundũ hoc regimen;est.n. iuuatiuum vlcerum,& hæmorrhoidarũ. & ex eius quidem iuuamentis est, ꝙ ipsum nõ efficit dolorem,de quo sit curandum,& quandoque aggregatur illud ex trib.granatis pontico,& acetoso.& dulci.Si ergo hęmorrhois fuerit fortis dura;addatur ex acetoso.& si fuerit plurimę humiditatis,addatur ex pōtico. Quidam verò eorum,qui post.Gal.fuerunt,addiderunt quãdoque in ipso parum colcotar,& salis ammoniaci,& floris æris.Et ex eis,quę [p] [conferunt eis,] [p B. eradicant eas.] est medicamen citrinũ, & medicinę acutæ corrosiuæ ipsorum sufflatæ in ipso: & quãdo apostematur,dimittatur,donec quiescat,postea administrentur cera,& oleum, & mel,deinde remouetur insufflatio,post remouetur dimissio, & sine cessatione fiat illud,donec cadant. Et xylocaractæ,& nabatię humidę iam expertę sũt, nam quũ ipsæ implentur lana,& intromittuntur in nasum,corrodunt† cancrũ, sicut corrodunt verrucas. [† cancer.] Et nux cupressi est iuuatiua etiã. Et ex eis,quæ experti sumus,est,ut teratur atramentum uiride sicut alcohol,et sufflctur in naso mane et sero;sanat enim.Et quando abscinditur † alarnabet, tunc ex medicinis retinētib. [† alarnabet.] sanguinem eius, est lutum infusum cum aqua frigida,ita ut fiat lutum grossum, et infrigidetur ualde,et liniatur eo nasus.

ANNOTATIONES.

Hæmorrhoides appellat polypum narium interiorum, qui instar cæcarum ani hæmorrhoidum latet. & est morbus in numero,ut Gal.lib.de caus.morb. Author noster de hoc & cancro nasi simul agit,non quòd ijdem omnino affectus sint. Verùm si tumor hic seu addita caro in naribus nigrior sit, ad cancri naturam maxime accedit. De polypo & Galen. 3.de comp.med. per loc. & Paulus libr. 6. [cap. 25.] *pulchre scribit, & Trallianus lib. 3. & Rasis 9. ad Almans. sed & Celsus elegantissime de hac re libr. 6. & 7.* [cap. 8. cap. 10.] *quem tu uide.*

De sternutatione. Cap. 13.

Sternutatio est motus proprius cerebri ad expellendum humorem,aut [a] [materiã aliam] [a B. nocumentum aliud.] cũ auxilio aeris naribus attracti subito per uiã nasi,et oris.Et sternutatio quidem cerebro est. sicut tussis pulmoni,et eis quæ sequuntur ipsũ. Quidam autem existimauerunt, ꝙ cerebrum non [b] [redit] ad sternutationem, nisi quando [b B. declinat.] conuertitur humor nociuus in aerem, et extrahit eum cum aere narib.attracto,et illud nõ est necessarium,imo non indiget aere in hoc, nisi ut sit corpus plenũ aere, cuius attractio ad partem humoris sit continua.Quum ergo [c] [comprimitur]aer totus motu lacertorum pectoris, [c B. commouetur.] et uelaminis laborioso, et expellitur ab interiorib.ad exteriora,cogit cum festinatione partes suas longiores ex pectore ad exitum, et est auditus ad expulsionem;et ad uictoriam,quoniam ipsum committatur cōmotio aeris, qui sequitur ipsum,et adiuuat virtutem expulsiuã ad incidendam materiam,et expellendũ eam.Et sternutatio quidē est nociua valde in principio catarrhi, et coryzæ propter necessitatem quietis, quã habet humor,in quo quæritur maturatio. Et quandoq; multiplicatur in febribus et eis similib.tantum, quòd deijcit virtutē, et replet caput superfluitatibus.Et quandoq; excitat in febribus [d] [scotomiã,]quare oportet vt sit festinatio [d B. fluxũ sanguinis narium vehementem.]

e B. sed ipsa resoluit singultũ materialem cũ.

tio in retentione eius,ᵉ [ut non attrahat singultum nocentem] cõmotione sua. Et sternutatio quidẽ est, quę accidit in principio paroxysmorum febrium. Indi uerò existimauerunt, & nõ ᶠ[excesserunt veritatem,] ꝙ conuenientior situum capitis sternutantis in ea est ᵍ[ut sit ante ipsum non intuens oppositionem formę, neque sit conuersum, non ergo consequetur eũ malitia.] Et sternutatio quidem est ex rebus magis iuuatiuis ad exsiccandum caput, quum materia aut est pauca, quæ expelli potest, quamuis non sit matura, aut est uentosa quamuis sit plurima, aut est vaporosa (nam sternutatio est ex rebus magis ualentib. ad repletionem vaporosam in capite) aut est grossa ʰ[quæ non] est digesta: si autem est plus hoc, tunc significat fortitudinem cerebri. Et propter hoc, ille cuius mors est proxima, non potest sternutare. Et ille, cui ex eis, adhibentur ea, quę sternutare faciunt, & nõ sternutat, non speratur, ut sanetur unquam. Et ipsa est ex eis, quę adiuuant ad expellendas superfluitates retentas, & faciũt partum facilem, & egressionem secundinæ, & sedant grauitatem capitis. Verum ipsa nocet ei, in cuius capite est materia, quæ indiget quiete, ad hoc ut maturetur, & ut non calefiat illud, quod sequitur eam, & ut non moueatur, timendo quòd attrahatur ad ipsam aliud ab ipsa, & ipsa est nociua etiam ei, in cuius pectore est materia plurima, aut cruda.

f B. numerãrut inter ueridicos.
g B. ꝙ sit anterius eius coram pectore, non intuens ad diuersas partes, neq; declinans valde ad anterius, aut posterius, & tũc non adueniet eis malitia uel nocumentum.
h B. sed.

De medicinis prohibentibus sternutationem. Cap. 14.

EX eis, quæ prohibẽt sternutationem, sunt oleum ros. & oleum de ᵃ[salicibus,] quare uehementer sedant eam. Et quandoque prohibetur, si sorbitio calida sorbeatur; aut balneetur caput aqua, ᵇ† [ ] & effundatur oleũ calidum in ambabus auribus, & resupinatio super puluinar calidum positum sub collo, & odoramentum pomorum, & ᶜ[† nesrim,] & similiter odoramentum spongiæ marinæ est ex eis, quæ abscindunt eam, & cogitatio, & ᵈ[solicitudo eorum, per quę remotio fit ab ea, & per quę ipsa abscinditur.] Infantes uerò iuuantur eo, quod fluit ex renib. sanis positis super ignẽ, & assatis, & sumantur antequam coquantur, & accipiatur illud, quod currit ex eis: & narib. sugatur, aut fiat ex eo caputpurgium. Et ex eis, quæ ipsam prohibent, est vehementia tolerantiæ in ipsa, ᵉ[& ut retineatur,] & est medicamẽ sufficiens ei quę est debilis. Et ex eis quę prohibent ipsam, est fricatio oculi & auris, & extremitatum, & palati, & fortitudo ᶠ[oculi,] & uehementia eius, & eructuatio, & ᵍ[palpitatio] aspectus ʰ† [ ] ad superiora, & inuolutio, & permutatio, & inũctio lacertorum cum oleis humectantibus, & propriè lacertorũ mandibularum, & pręcipuè profundatio somni; & ⁱ[timor excitationis procedentis;] & cautela a puluere & fumo.

a B. kalef.
b † B calida.
c B. alsauich. † rosæ albæ syluestris.
d B. remotio fantasiæ ab ea, quandoque abscindit ipsam.
e B. quoniã retinet ipsam.
f B. apertionis oris. Alia litera, fortis saltus.
g B. intuitus
h † B. in uno loco.
i B. cautela ab excitatione subita.

De facientibus sternutationem. Cap. 15.

SVnt elleborus alb. & castoreum, & condisi, & piper, et synapis, aggrega ea: aut singulariter accipe, et cum penna appone ea in naso. aut accipiantur pyrethrum, & gallia ᵃ[contrita] et ruta syluestris & aloes: et ex eis fiat linimentũ. leuia uerò sternutationem facientia sunt opiũ, quum odoratur, et stipites† albedarungi, et aristolochię et rosa cum suis pilis, et ipsa est ex eis, quæ faciunt sternutare calefactos. Et linimentũ interioris partis nasi ex medicamine sternutationis prouocatiuo, et rectius est, quam insufflatio eius in ipsum.

a B. in suffumigio.
† ocymi.

ANNOTATIONES.

Sternutatio accidens est, quandoque morbum sequens, interdum et præter oẽm capitis morbum contingens, neque .n. quæuis cerebri irritatio morbus est, nisi ἐνεργεια *inuehas. Actio est expultricis facultatis. quæ tamen sæpe morbi uel morbificæ causæ uim habet, quum et fluxum sanguinis, & in prægnantib. abortum facere, & uires deijcere ualeat. Qua ratione de hoc inter morbos narium hic author meminit, Paulum æmulatus, qui huius curationem, ac si morbus fit, tradidit. Pro huius notitia pete Gal. 2. de symp. cau. & Paulum lib. 2. & Rasim. 31. cont. tr. 4. sed præsertim uide quæ Arist. 33. sect. problem. fusius scribit.*

cap. 4.
cap. 49.
cap. 49.

Res, quæ cadunt in naso. Cap. 16.

STernutet habens id cum aliquibus medicinis, et intromittantur in os eius, et narem sanam, quumque sternutauerit. egredietur ex ea res, & ista sunt ᵃ[quasi] ex eis quarum resolutio præterijt.

a —— B.

De desiccatione nasi. Cap. 17.

QVandoque fit propter caliditatẽ. Et quandoque fit propter siccitatem uehementem. Et quandoque fit propter humorem viscosum ᵃ[quo exsiccatur.] Et curatio vniuscuiusque earum est manifesta. Et res magis iuuatiuæ in ipsa sunt olea, et succi frigidi, et humidi, et extractio humoris, si fuerit post lenificationem eius cum aliquo oleo aut succo, ita ut ᵇ[non egrediatur illud, cuius non quæritur egressio.]

a B. qui exsiccatur in eo.
b B. egrediatur quod est inobediens egressioni.

De pruritu nasi. Cap. 18.

QVandoque fit propter vaporem calidũ. Aut propter catarrhum ᵃ[calidum] si est. Aut propter catarrhum fortis cursus, quamuis sit frigidus. Et quãdoque fit propter† pustulas. Et quandoque fit propter motũ fluxus sanguinis nariũ, et est ex signis crisis, et ex signis variolarum, et morbilli, secundum ꝙ scies in loco suo. Et cura uniuscuiusque eorum est cum eo, quod scitur ex principijs, facilis.

a B. acutum.
† bothor.

FEN SEXTA.

De dispositionibus linguæ, & oris.

De anatomia oris & linguæ. Cap. 1.

OS est membrum necessarium ad hoc, vt perueniat cibus ad concauitatem inferiorẽ, et communicat in hoc, ut perueniat aer ad concauitatem superiorem, et confert in expulsione

ne superfluitatum aggregatarum in ore stomachi, qu um [a] [elongatur,&]fit difficilis carũ expulsio ad inferiora, & est vas vniuersale membrorum locutionis in homine,& vociferationis in reliquis animalib. vociferantibus ex sufflatione. Et lingua, quę est membrum eius, est ex instrumentis conuersionis cibi masticati,& incisio vocis,& extractio literarum, & ad ipsam pertinet discretio gustus. Et cutis superficiei eius [b] [inferioris] est continua cum cute †gulæ, & iteriore parte stomachi. Et cutis [c] [strata] est diuisa in duo media coram commissura [d] [neruali:] & inter illa duo est communitas in ligamentis [e] [& continuatione.] Et tu iam sciuisti lacertos eius, motiuũ & sensibilem. Et melior linguarum secundum potentiam bene loquendi est illa, quæ commensurata est in longitudine,& latitudine sua, quæ est subtilis apud extremitatem suam exteriorẽ. Et quando lingua est magna,& lata ualde, aut parua sicut spasmata, habens eam non est potens loqui. Et substantia quidem linguæ est caro mollis, alba, quã [f] [cooperuerunt] venæ paruę intrantes, sanguineæ, [g] [rubeæ ex colore eius;] quare alię sunt uenę, & aliæ sũt arteriæ: & in ipsa sunt nerui plures procedentes ex neruis. iiij. veniẽtib. ad ipsam, quos iam diximus in anatomia neruorum. Et in ipsa est ex neruis,& venis vltra quam credatur esse in suo simili. Et sub ea sunt duo orificia, quæ ambo ingreditur stilus,& sũt fontes saliuę, quę ad carnem proueniunt glandosam, quæ est in radice eius, & nominantur generatiuæ saliuæ. Et isti duo fontes nominantur duo hauritoria saliuæ, conseruantes rorem linguæ. Et panniculus quidem, qui est in circuitu eius, est coniunctus cum panniculo totius oris,& usq; ad† gulam,& stomachum. Et sub lingua sunt duæ venę magnæ, uirides, ex quibus procedunt uenæ plures, & nominantur duæ raninæ.

a B. Alia litera. est impossibilis aut.
b —— B.
† meri.
c B. alnatha.
d B. alfechi.
e —— B.
f B. contexerũt.
g B. & rubificatur color eius cum eis, & ex eis.
† meri.

ANNOTATIONES.

Quod intra maxillas & labra describitur, os est, ut Arist. 1. de hist. anim. id ferè & Gal. in introduct. Huius officium multiplex est, ut 3. de part. anim. commune quidem animalib. omnibus, cibus est conficiendus: in nonnullis robur peculiare est: aliorum sermo: spirandi etiam usus non omnib. communis est. Oris partes sunt palatum, fauces, lingua, tonsillę, gingiuę quib. dentes inhęrent, & columella, ut Arist. 1. de hist. animal. atque hę omnes, locutioni in homine, ut uociferationi in brutis seruiunt, ut in lib. de anatom. neruorum habetur. Inter has uero, linguę magnus est usus; atque is triplex, ut in eo de anatom. uirorum lib. notatum est, uocis articulatio (quamuis & alię partes edendę uoci faciant, ut 4. de loc. aff. & 2. de decret. Hipp. & Plat.) cibi iam mansi in gulam, atq; in ventrem protrusio, & saporum discretio, Aris. de priori ac posteriori vsu meminit 2. de part. anim. precipuus tamen & tertius est vsus, de quo Gal. 11. de vsu parti. & 3. fac. natural. De linguę substantia, de figura, quę aptissima sit, pete ex Aristot. 1. de hist. animal. & 2. de part. animal. De musculis ipsam mouentibus, hic author non meminit, quod fusius de ijs primo lib. egerit. Cętera pete ex lib. de anatom. virorum iã citato.

Cap. 11. Cap. 10. Cap. 1. Cap. 11. Cap. 6. Cap. 6. Cap. 4. Cap. 16. & 17. Cap. 4. Cap. 2. Cap. 11. Ca. 17.

De ęgritudinibus linguę. Cap. 2.

QVandoque accidunt linguę ægritudines facientes nocumentum in motu eius, aut ita ut destruatur, aut debilitetur, aut mutetur. Et quandoque accidunt ei accidentia faciẽtia nocumẽtum ei in sensu tactus, & gustus: ita vt destruatur, aut debilitetur, aut mutetur. Et quandoque destruitur unus duorum sensuum eius sine altero, sicut gustus sine tactu, propterea quia ægritudo potentiam habet [a] [euacuandi nocumentum cum] debiliore duarum virtutum. Et ægritudo quidem quandoque est malitia complexionis,& quandoque est officialis, aut ex magnitudine, aut paruitate, aut corruptione figurę, aut corruptione situs, quare non dilatatur prius, neque constringitur, aut ex resolutione singularis, [b] [compositi.] Et quandoque est ęgritudo cõposita, sicut unum apostematum. Et quandoque est nocumentũ [c] † [ ] in ipso ramo nerui, qui est ei proprius. Et quandoque læditur etiam eum communitati stomachi. Et quanoque per communitatem pulmonis & pectoris. Et linguæ quidem complexio quandoque significatur ex parte [d] † [ ]saporis vincentis in ea, ex eo, quod sentitur simile acetositati, aut dulcedini, aut insipiditati, aut amaritudini, aut abhominationi generatæ a putredine, aut ponticitati, aut stypticitati. [e] [Quum significatio tamen] ex eius colore, & ex eo, quod inuenit in sapore, quandoque pertransit ipsam vsque ad ægritudines plures aliorum membrorum. Rubedo nanque eius, & proprie cum asperitate, significat apostemata sanguinea in partibus capitis, & stomachi, & hepatis: & albedo ipsius quandoque significat frigus stomachi,& hepàtis,& dominium phlegmatis in capite. Et quandoque significat icteritiam, [f] [si]color corporis est diuersus. Et sapor eius significat humorẽ dominantem in corpore toto, aut stomacho, & capite. Et quandoque significatio eius habetur ex parte humiditatis,& siccitatis suę. Et siccitas quidem sentitur secundum duos modos; quorum vnus est cum claritate superficiei linguę, & hęc est siccitas [g] [lenis.] Et secunda est cum cursu humoris [h] [profundi] viscosi, qui est in ipsa, quam calor iam exsiccauit, & hoc non significat siccitatem in substantia, imò humiditatem uiscosam aggregatam in ea, aut ex catarrho, aut ex vaporibus grossis, spissis. Et hoc est ex eis, quæ faciunt errare medicos, qui quũ cognoscunt ex infirmo dispositionem exsiccationis, non discernunt inter modum, qui est ante ipsam,& inter eam. Et asperitas quidem sequitur siccitatem, & planities sequitur humiditatem. Et quandoque significatur linguæ dispositio ex dispositione motus eius apud loquelam, & ex dispositione diminutionis eius, & [i] [lenitatis]ipsius, & dispositione grossitiei ipsius, ita vt [k] [minuatur]omni hora,& grauetur motus eius:& significat repletionem sanguinis, aut humiditatis,& quãdoque significatur eius dispositio ex apostematib.& † pustulis, quæ accidunt in ea. Et tibi quidẽ possibile erit exponere modos significationum ex hac acceptione, postquam comprehenderis principia vniuersalia iam pręterita,& particularia, quæ [l] [ostendi.]

a B. ponẽdi nocumentum in.
b —— B.
c † B. propriũ, & quandoq; est cũ cõmunitate cerebri, & tunc non euacuatur a communitate pomorũ maxillarum, & labiorum secundum plurimũ, & quãdoq; cõmunicãtur reliqui sensus, quũ non est nocumentum.
d † B. coloris albi, & citrini, & rubei, & nigri: & ex parte tactus eius: & ex parte.
e B. Quamuis.
f B. quamuis.
g B. vera.
h B. glutinosi.
i B. leuitatis.
k B. impediatur in loquela.
† bothor.
l B. Alia litera. secantur ea, & lingua nocetur simpliciter, uel singulariter. & qñque nocetur cum cõitate cerebri aut stomachi. & quia neruus linguæ est continuus cum numero neruorum, nõ euacuatur quin, aut sint illi nerui cõuenientes ei in motu, nõ impedientes: quare erit dispositio verè locutionis, vel rectè locutionis, aut sint impediẽtes nõ cõuenientes facilitati ei⁹, quare erit tãta, uel impedimẽtum loquelæ, in qua sæpius pronuntiatur tata, & similia. & quãdoque cadit tata, seu nocumentũ locutionis, & sẽsus tactus, uel gostus existit, propterea quòd neruus imbibit virtutẽ a neruo alio sentiente quousque dissoluatur.

ANNOTATIONES.

Linguę triplex est actio, ut 4. de loc. aff. motus, gustatus,

tus,& tactus (sermo enim ad motum refertur.) Et si uerò cap.2. *gustatus tactus quidam est, ut 2. de anima, & lib. de sens. & sens. nec non 2. de hist. anim. philosophus testatur: alia tamen ratione sapores sentit, alia calida, frigida, humida,* Text.94. *& sicca, dura & mollia, quamuis hæc sua quauis parte sentiat, sicut & sapores, ut philosophus 1. de histo. animal. neque alio in gustando, alio in tangendo utatur neruo, ut Ga-* cap.17. *len. 4. de loc. aff. sed ijdem nerui a tertia coniugatione orti, & tangendi & gustandi uim ferant. Fit tamen sæpenumero licet idem neruus utrisq; muneris author sit, ut sola gustandi actio offendatur, tangendi munere illæso, cuius* cap.11. cap.2. *rei ratio est, quod ut Gal. 4. de loc. aff. iam citato notat, ad gustatum exacto iudicio opus quum sit, potest id parua occasione interturbari, contra uerò tactus, cuius sensoriũ crassissimum est, non æquè facile læditur. Offenditur etiam sæpenumero linguæ motus; tactus, aut gustatus iudicio minimè offenso, quod motum a neruis alijs sortiatur, & ab alijs sensum. motorij nempe nerui a posteriori cerebri parte, & septimo neruorum pari ueniunt: sensorij uerò ab anteriori, id quod Gal. loco citato de loc. aff. dilucidè explicat. Sanè ut & cæteræ, tripliciter actiones hæ omnes læduntur, auferuntur, imminuuntur, deprauãtur, atque earum causæ morbi sunt, ut & in alijs, uel intemperies, uel mala compositio, uel solutio continui, seu in principio a quo sentiendi & mouendi facultas huic emanat: seu in partibus famulantibus, qui nerui sunt: seu etiam in ipsa lingua, cuius illæ actiones sunt. estq́; hoc uel primario affectu uitiata lingua, uel secundario, affectu. s. palato ac partibus linguæ circunstantibus, aut uentriculo cui & ori & linguæ communis est tunica, aut pulmone & pectore, & toto demum corpore, a quo & vapores frequenter praui, & humores ad ipsam linguam efferuntur. singulorum uerò morborum eiusmodi notæ, ex ijs fontibus sumendæ in lingua erunt, a quibus & aliorum indicia, ab læsa actione, ab excretis & retentis, ab affectibus corporis. a quibus & hæc Auic. deprompsit indicia, quæ pluribus recenset.*

De curationibus linguæ. Cap. 3.

QVandoque est curatio eius cum communitate, quam habet cum capite, aut stomacho per id, quod rectificat ambo, & est ex eis, quorum vnumquodque sciuisti in suo capitulo. Et quandoque est curatio ipsius, cura propria cum potionibus euacuantibus fluxum ventris, quæ sunt magis iuuatiuæ, quã illa, quæ vomitum faciunt, & permutant complexionẽ: aut stypticis, aut resolutiuis, incisiuis, subtiliatiuis: quarum quum bibuntur, uirtutes ad ipsam perueniunt: & opportunius quidem bibũtur huiusmodi post cibum. Et quandoque curatur collutionibus oris, & fricationib. & gargarismis, & oleis, & pilulis retẽtis in ore, factis ex speciebus, quæ habent virtutes prædictas secundum necessitatem. Et melius quidem est, ut sumantur compressæ. Et oportet vt caueatur in administratione medicinarum oris & linguæ, quum fuerit ex genere earum, quæ nocẽt gutturi & pulmoni, ut non attrahatur aliquid ex cursu earum ad ipsa.

ANNOTATIONES.

Si affecta lingua est ex consensu, curandæ sunt partes quibus assentitur. sin affectus eius proprius est; generatim docet quib. nam modis illi consulamus. Vnum præsertim notat, præstare affecta lingua alui solutionem uomitioni, Gal. consilium sequutus, tum 13. meth. tum 14. nempe propterea quod trahenda deorsum materia est, non sursum. Cap.11. Cap.8.

De corruptione gustus. Cap. 4.

NOcumentum ingreditur in gustu ex trib. modis notis. Et totum illud est quandoque cum cõmunitate, & quandoque propter ægritudinem propriam ex malitia complexionis: aut ægritudine officiali, aut communi. & signatur per illud, quod innuimus.

ANNOTATIONES.

Actiones gustatus lædi tripliciter possunt, auferri, diminui & deprauari. Ex his ita læsis, quum ablata & diminuta a multiplici possint morbo prouenire, ipsa tamen deprauata functio ad morbum in numero uidetur referenda, nempe linguæ uel substantia uel ambiente membrana uitiato humore seu a cerebro seu ab infernis etiamnum partibus affluente imbuta, sordidi, atque praui sapores percipiuntur. lædit uerò uitiatus ille humor non alia ratione, quam ut quid præter naturam additum: & si non ignoremus alios prauas omnes qualitates quæ actiones lædunt, referre ad intemperies.

De cura. Cap. 5.

CVra eius, si est cum communitate, est vt cognoscas dispositionem cerebri, & rectifices eam cum eis, quæ te docuimus in capitulo ægritudinum cerebri, aut dispositione stomachi; & tunc si causa fuerit repletio, & humor malus, oportebit vt euacuetur. Nã si fuerit acutus, euacuetur cum eo quod sit vt hiera picra, aut pilulis cochijs, & pilulis factis ex scammonea, & pulpa coloquintidę & sale naphtico. Et si fuerit grossus, tunc oportebit ut euacuetur cum hieris, & administrentur gargarismata dicta in capitulo mollificationis linguæ. & cibetur patiens cibis acutis, sicut cepis, & allijs, & synapi, & aceto.

De mollificatione linguæ, & grauitate eiusdem, & [a] [destructione introitus] in sermonem. Cap. 6. a B. alchahel in grediente.

LInguæ mollificatio est ex summa specierũ[b] [nocumentorum linguę prædictorum] in eis, quæ preterierunt. Et causa[c] [quidem nota] quandoque est ex humiditate sanguinea[d] [aut] aquosa. Et quandoque est propter causam primam in cerebro. Et quãdoque est propter causam in[e] [lacerto] mouente eam; aut ramo veniente ab ipso ad eam. Et tu scies, quæ sit cum communitate cerebri, & quę fit absque communitate, ex eis, in quibus inuenitur dispositio in reliquis membris acquirentibus ex cerebro sensum & motum. Et quandoque significat, ꝙ materia sit sanguinea, rubedo linguæ, & caliditas eius. Et quandoque significat ꝙ materia sit subtilis, aquosa, multitudo cursus saliuę subtilis, & paucitas iuuamenti ex resolutiuis, & iuuamentum ab eo, in quo est stypticitas. Et quandoque peruenit mollificatio linguæ ad hoc vt priuet loquelam, aut fiat difficilis ut alteretur, & ex ea quidem est afefe & altetem. Et ex pueris sunt quidam, spatium defectus quorũ a locutione

b B. mollificationum prædictarum.
c B. Alia litera, est nota &.
Alia litera.
d —— B.
e B. neruo.

tione prolongantur. Et ex eis quidem qui utuntur tata in locutione sua. Et est aliquis cui, quũ accidit ægritudo calida, soluitur lingua eius propter liquefactionem humiditatis [f] [annexæ cum lingua] retentæ in radice nerui eius: & propter hoc fit puer [g] [althaga.] & quum fit adolescens, & temperatur humiditas eius: fit loquens expedite.

f B. facientis in lingua thatha:

g B. loquens altha.

ANNOTATIONES.

Linguæ paralysis symptoma est motricis facultatis, & quamuis linguæ motus a neruis è septima coniugatione prodeuntib. fiat: non tamen semper eorum neruorum: sed solius etiam quandoq; cerebri uitium hæc resolutio sequitur. & quanquam hic author de paralysi obstructionem insequente tantum uerba facit: sequi tamen ea etiam neruorum sectionem potest, ut cæterarum partium resolutiones. obstructionem uerò hanc non sola humorum multitudo, lentor, & uiscidita s: sed etiam frigiditas, compressio, et luxatio potest procreare. præsertim tamen ex humorum præsentia hic fit morbus, sui multitudine, lentore ac uiscidita te, spirituum transitum prohibente, quod in causa fuit, ut hic author de hac tantum meminerit. Huius curationem author particulatim prosequitur. Tu repete & quæ de paralysi in uniuersum scripserat, & uide Celsum lib. 4.

Cap. 2.

De cura. *Cap.* 7.

OPortet vt mundificetur corpus cum hiera minore, deinde cum hieris maioribus, deinde intendatur pars capitis cum medicinis sibi proprijs. Et si existimatur quod cum humiditate dominetur sanguis phlebotomentur venæ linguæ, & ventosetur mentum: deinde curetur cum gargarismis, & fricatione linguæ, & assiduatione motus eius post euacuationem. Et tu quidem iam sciuisti duo prima capitula in regimine ęgritudinum capitis. Medicinę uerò propriæ loco, quæ sunt [a] [secundum plurimum esse, sunt illæ quæ sunt] cum resolutiuis incisiuis, & subtiliatiuis, & gargarizatio cum aquis earum, & [b] [emplastra] facta cum eis, & sunt sicut origanum, & † thymum, & synapis, & pyrethrũ, & cortices radicis capparis, immo sicut synapis, & condisi: & totum illud cum eo quod fit sicut almuri, & acetum squilliticum. Et quandoque iuuatur ex fricatione linguę facta cũ sale ammoniaco [& cũ zingibere, & cepe] ita vt ex ea currat saliua plurima. Et oxymel squilliticum, quando administratur ad gargarizandũ, aut ad colluendum os, confert valde. Et acorus est bonus mollificatiõi linguę, & grauitati eius. Et quãdo mollificatio fit uehemẽs, & prohibet locutionem, tunc sumatur aliquid euphorbij, & condisi, & assiduetur fricatio linguę, & radicis eius cum ipsis. Et oportet, vt ponantur istę medicinæ, & carũ similes super collum ẽt. Et quandoq; fiunt ex istis medicinis & similib. eius pilulę confectę cum eis, quę prohibeant eas a uelocitate resolutionis, sicut est laudanũ, & [d] [dragacanthum], & gumma pini, & gummæ viscosæ. Descriptio pilularum, quę tenentur in ore sub lingua conferentes mollificationi, & [e] [casui] eius. † terebinthinæ. drac. ij. asse fœtidę. drach. j. fiant ex eis pilulę sicut cicer, & teneantur sub lingua. Et ex eis quę experta sunt in hoc capitulo, est gargarismus ex sale ammoniaco, & pipere, & synapi, & pyrethro, & † nitro & zingibere, & staphisagria, & origano, [f] [ ] sampsuco, [g] † [ ] & sale naphtico, terantur & cribellẽtur, & fiat cum eis gargarismus in aqua calida dieb. cõtinuis. Et ex electuarijs, quę Indi dixerunt ad hãc rem utilia, est electuarium, cuius descriptio est hęc. Cymini nigri, cymini Karmeni, cinnamomi grossi, salis Indi oĩum an, aur. medius, piperis lõgi. grana. c. piperis. gra. cc. zuccari sextaria. viij. & sextarius est. drac. vj. &. s. sumatur ex eo, oĩ [h] [die]. Et quũ resolutiua non ualuerint, & existimaueris ꝙ humiditas sit subtilis, & currẽs, adiuua te cum resolutiuis stypticis, sicut aldarsisaham permistum cum rosis, & sicut est flos squinãthi cum spodio. Et multoties quidem confert ei fricatio linguę cum acetosis stypticis. [i] [Ipsę n. uehementer faciunt cum resolutione saliuę & cursu eius scd̃m acetositatem.] sicut lac acetosum, & sicut succus fructuum, qui non sunt maturati. Et quando puer tardatur ad loquendum, oportet ut assiduetur motus linguę eius, et fricatio ipsius, et currat saliua ex ea. Et confert in hoc proprie, quando admiñistrantur in fricatione eius mel, & sal gẽma, & omnia quę dicta sunt in capitulo curę humiditatis linguę. Et ex eis, quæ mouent linguas eorum, & soluunt eas, est uiolenter facere eos loqui.

a a in pluribus dispositionibus sunt fricatio.

b B. collutio oris.

† alhasce.

Alia litera.

c B. cum tereniabin aut alma sal.

d B. ambrachã.

e B. egressioni.

† glutinis alim bat.

† baurach.

f † B. & nigella

g † B. sicca.

h B. hora.

i B. ipsa n. stringunt cũ prohitione saliuæ, & cursus eius causa acetositatis.

De spasmo linguæ. *Cap.* 8.

SPasmus linguę quandoque fit ex humiditate viscosa, tendente lacertos eius in latitudine. Et quandoque fit ex melancholia constringente. Et quandoque in ęgritudinibus acutis accidit spasmus in lacerto linguæ secundum viam exsiccationis, & [a] [siccitatis.] Et spasmus etiam quandoque facit apparere nocumẽtum in sermone.

a B. assationis.

ANNOTATIONES.

Et hęc de linguæ cõuulsione ac de eius curatione repetes ex superioribus ubi de conuulsione generatim est actum.

De cura. *Cap.* 9.

NOn elongatur cura spasmi linguę in canone a cura spasmi uniuersalis prædicta in fen prima huius libri. Sed secundum uiã propriam cura eius est secundum quòd [a] [accidit.] Ex summa illius sunt uaporationes radicis colli cum eis quæ sunt sicut chamæmilla, & corona regia, & [b] [farfasa] & sampsucus, & anethum sigillatim, et coniunctim. Et similiter gargarismi cum oleis earum. Et impletio oris ex aquis earum, et sint tepidæ. deinde retentio earum in eo spatio aliquo. Et administratio [c] [lotionis oris factę] ex oleis calidis, et dulcibus resolutiuis, et seminibus, sicut fœnugręcum, et quæ sunt eis similia. Et quando fuerit in febribus, sint olea administrata sicut oleum uiol. et oleum de cucurbita, et [d] [alkerua, et salicibus] tepidis. Et oportet ut embrochentur loca prædicta cum aqua tepida, et succis humidis tepidis.

a B. dicemus.

b fasfasa.

c B. chabisse facti.

d B. Kalefi.

De

De magnitudine linguæ. Cap. 10.

QVandoque fit magnitudo linguę a sanguine dominante. Et quandoque fit ab humiditate plurima phlegmatica, mollificatiua, a [excitatiua.] Et quandoque magnificatur plurimum, ita vt egrediatur ex ore, et non capiat eam os. Et huius quidem magnitudinis relationem singularem fecimus in capitulo apostematis b [propter illud,] quod ei proprium est ex differentia.

[a B. tumefactiua. b B. cum eo.]

De cura. Cap. 11.

SAnguinea quidem, et facta ex materia calida curatur, si assiduatur eius fricatio cum incisiuis acetosis, et stypticis, sicut ribes, et acetositas citri. Et facta ex humiditatibus, si assiduetur eius fricatio cum sale ammoniaco, et a [sale cum cepis,] et aceto post euacuationes. Aut accipiantur zingiber, et piper longum, piper et sal gemma terãtur bene, et fricetur cum eis lingua: quare reuertetur ad mensuram suam, et ingredietur quod de ea exiuit. Et mollificatio quidem linguæ, quando accidit pueris, sufficit in ea solicitudo custodiæ, et cibatio b [ex passeribus, et volatilibus ambulatiuis.] Quidã homo iam ventosatus fuit, et percussus est cum scalpello villus nerui in c [spondylib. panniculi] cõiuncti cum lingua: quare mollificata est lingua.

[a B. aqua lactis. b B. cũ auibus paruis & columbinis volare incipientibus. c B. in substantia panniculi. Alia litera. in vicinitate pãniculi.]

ANNOTATIONES.

Habes ex Gal. 14. meth. historiam de quodam, cui lingua tantum aucta fuerat, ut ore contineri non posset. Author hic huius affectus causas fusius distinguit. pro quibus amouendis prætermittendæ communes toti corpori euacuationes non sunt, quamuis de ijs ne uerbum quidem faciat, id tanquam notum relinquens. [cap. 8.]

De abbreuiatione linguæ. Cap. 12.

QVandoque accidit continuationi ligamenti, quod est sub capite linguę, & extremitati eius, abbreuiatio, & non permittit linguam dilatari, & quandoque accidit secundum semitam spasmi.

De cura. Cap. 13.

DE ea quidem, quæ facta est causa spasmi, iam dictum est. Eius uerò, quæ facta est causa abbreuiationis ligamenti, cura est incisio illius ligamenti ex latere extremitatis eius parumper, & succurrere loco cum draganto adusto, ut abscindat sãguinem. Et summa quę necessaria est ex incisione eius in solutione linguę, est ut flectatur ad superiora palati, & ut egrediatur ex ore. Et si non audet incidere ipsum cum ferro pauendo, & timendo effusionem sanguinis plurimi, transeat ad hoc, ut intromittat sub ligamento acum cum filo, & disrumpat absque incisione, & ponat super membrum, quæ prohibeant conglutinationem, & sunt medicinæ cauterizantes, a [attractiuæ.] Et si subtiliatur in incisione eius cum cautela uenarum, quæ sunt sub lingua, ne adueniat eis incisio, non adueniet cursus sanguinis plurimi.

[a B. acute.]

ANNOTATIONES.

Lingua, quibusdam, ut Celsus ait, cum subiecta parte a primo natali die iuncta est, qui ob id ne loqui quidem possunt, quin ut ait Gal. ob immodicum illum nexum, & ad sermonem explicandum, & ad manducandum impediuntur. ἀγκυλόγλωσσον *hunc affectum uocat Paulus li. 3. Quibusdam etiam contrahitur, & breuior apparet lingua, ut hic author notat, ex conuulsione, atque hæc conuulsionis curationem proprie exigit, de qua in superioribus. Quæ uero ex ligamento est, non nisi ligamenti sectione curari potest. hoc autem quo pacto agendum sit pulchre designat. sed et Celsus idem docet lib. 7. Testatur uero idem Celsus, plerosque quidem post chirurgiam loqui; fuisse tamen, & qui succisa lingua, quum abunde super dentes eam premeret, non tamen loquendi facultatem consequutus est. adeo in medicina etiam ubi perpetuum est quod fieri debet, non tamen perpetuum est id, quod sequi conuenit.* [cap. 29.] [cap. 12.]

De apostematibus linguæ. Cap. 14.

QVandoque accidunt linguæ apostemata calida, & apostemata a [mollia,] phlegmatica, b † [ ] & apostemata dura, & cancer. Et signa omnium illorum manifesta erunt, quum redierint ad illud, quod dictum est in signis apostematum. Et quandoq; apostematur lingua propter potum uenenorum, sicut fungorum, & opij.

[a ——B. b † B. & apostemata ventosa.]

De cura. Cap. 15.

APostemata quidem calida curantur in primis cum phlebotomia, & solutione uentris: & illud melius est in apostematib. linguæ, quam uomitus. Et quandoque non excusantur a phlebotomia uenarum, quæ sunt sub lingua. Deinde teneant sub lingua sua, cum est principium eorum, succum endiuię, & succũ lactucæ proprie, & succum solatri propriè, et lac acetosum, & aquam ros. & aquã in qua decoctæ sunt rosæ, & succus uirgæ pastoris, a † [ ] & fricetur cum persicis humidis, quoniam sunt uehementis iuuamenti ad illud. Si autem non resoluantur, & non aperiantur, indigent ad ultimum maturatiuis resolutiuis, quibus fiat gargarismus, sicut cum melle, & lacte, & sicut decoctio radicis b [lilij] & sicut decoctio ficuum, & fœnugræci, & decoctio passularum, & fœniculi, & potus hieræ picræ, ut soluatur materia c [ ] ab ore stomachi. Et sint cibi ex genere eorũ, quæ maturant, & resoluunt, sicut illi qui fiunt ex caulibus, & atriplicibus cum oleo sisamino, & si aperiantur, administrentur styptica in ore, sicut decoctio sumach, & myrti, & lentium, & foliorum oliuæ, & uinum põticum. Et quandoque ualet ad illud unguentũ factum ex succo solatri, & oleo rosaceo, & lentibus excorticatis, & ros. Si autem apostema est molle, phlegmaticum, tunc confert ei, & apostemati calido, in quo est ultimus status eius, ut comburatur radix fœniculi, & annectatur. Et quandoque in huiusmodi fiũt caputpurgia

[a † B. & cortices granatorũ. Alia litera. b B. liquiritiæ. c † B. grossa.]

putpurgia d [ ] in quibusdam apostematibus calidis, in quibus est grossitudo, cum hoc medicamine. Recipe croci, & hierę picrę, amborum an. partem j. camphoræ, & muschi amborum ana tertiam partem 3. vnius, zuccari tabarzet partem vnam & mediam, resoluatur ex eo toto pōdus danich e [vnius] in lacte puellę, & fiat ex eo caputpurgium. Inquit Gal. apostemata fuit lingua cuiusdam hominis apostemate magno, qui erat sexagenarius, & non fuerat consuetus phlebotomari; quare non phlebotomaui eum, sed feci eum potare pilulas cochias, & vt lingua eius inuolueretur emplastris frigidis volui: sed ipse erat stultus, inobediens medico suo: vidit itaque in visione illa nocte, vt teneret in ore suo succum lactucę, quod & fecit, & sanatus est integrè, & fuit cōueniens illud, & mirabile. Quod si apostema fuerit durum, tunc oportebit vt subtilietur regimen, & cib. fiat bonus, & euacuetur humor f † [ ] cum hieris magnis prædictis, in capitulis prædictis, & administrentur gargarismata subtiliatiua, & teneatur in ore infusio fœnugræci, & decoctio eius cum ficubus, & granorum lauri cum passis mundificatis, & teneatur in ore lac muliebre, & asininum, & caprinum: & etiā decoctio dactylorū, & ficuū cum vino dulci, & g [vino] de vuis; & cum melle casiæ fistulæ, & assiduet lenificationem naturæ cum eis, quæ sunt ut hieræ paruæ, & casia fistulæ.

Alia litera. d † B. &.

e z. duorum.

f † B. grossus.

g z. rob.

ANNOTATIONES.

Quum antea de magnitudine linguæ egerit, mirari quis possit, quid hic de tumoribus eiusdem tractet. Videtur tamē id consulto factum. nempe, etsi omnis aucta magnitudo tumor dici potest, ubi tamen cum tumore nulla sit intemperies, apostema uerè dici non posse uidetur, nempe quod in apostemate seu tumore omne morbi sit genus, ut author noster libro primo, scriptum reliquit. habet tamen hæc res nō mediocrem controuersiam, quam hic consulto præterimus, alias fortasse tractaturi, quum Galenus tumorem simplicē esse morbum quandoque scripserit: quamuis et is alibi cum tumore & intemperiem esse & solutionem continui testatum relinquat.

De alchalel in locutione. *Cap.* 16.

IAm diximus quædam, quæ oportuit dici de ea, in capitulo mollificationis linguę. Nunc autem dicamus quòd caras, & reliqua nocumenta locutionis, quandoque fiūt ex nocumento in cerebro, & in a [partib. nerui uenientis ad linguam, & mouentis] eam. Et quandoque fiūt in ipso ramo. Et quandoque fiunt in lacerto ipso. Et illud ideo, quoniam alchalel, aut est spasmus, aut tetanus, aut durities, aut mollificatio, & abbreuiatio ligamenti, aut nodatio a plaga consolidata, aut apostema durum. Et quandoque fit illud, sicut scis, ex humiditate secūdum plurimum. & quandoque fit ex siccitate. Et quandoque fit nocumentum in locutione ex parte apostematum, aut vlcerum accidentium in lingua, & partibus eius. Et quandoque accidit post sirsen propter expulsionem superfluitatis ex cerebro ad neruos, & in febribus acutis propter exsiccationem earum. Et quandoque est lingua in hoc, vt detumefacta, spasmata, & est rarissimum. Et hoc est ex nocumentis accidentibus b † [ ] ab origine. Et quandoque fit nocumentum in sermone propter causas lacertorum epiglottis, quum sunt extensi, & mollificati. Et homini quidem quandoque est difficilis vociferatio in principio rei, quoniam laborat in mouendo lacertos pectoris sui, & epiglottis suæ, ita quod non tolerant laborem ipsum illi lacerti: quare fiunt inobedientes, quum ergo respirat in initio dictionis suæ, & sermonis, c [currit] post illud. Et oportet quidē vt huiusmodi homo d † [ ] preparet se ad loquendum cū respiratione magna, & motu pectoris magno, immo festinet in ipsa velociter. Nam, quum ipse assuescit illud, facilis fit ei locutio, & consuescit facilitatē in ipsa. Reliquorum verò modorum curationes iā dictæ sunt in capitulis suis. Et facto quidem post sirsen cōfert quandoque phlebotomia duarum venarum, quæ sunt sub lingua, valde.

a B Alia litera. ortu neruorum uenientium ad linguā mouentium.

b † B. non.

c B. soluitur lingua eius, & bene loquitur.

d † B. Alia litera. non.

ANNOTATIONES.

Intelligere eos uidetur, quos τραύλους seu ψέλλους Græci, nostri balbos & traulos uocant, qui t & r libere proferre nequeunt. Sequitur hic affectus multiplicem causam, ut hic author refert: uel linguæ breuitatem, quod & Gal. 6. aph. uel conuulsionem, paralysim, phlegmonem, & quicquid linguæ explicationem potest prohibere: etiam siccitatem addit. plerunque tamen molliorem atque humidiorem temperaturam sequitur: unde & pueri & ebrij aliquando balbutiunt, lingua nimio humore perfusa, & aggrauata, ac musculis linguam mouentibus firmari nequeuntib. siue id uitij linguæ insit, siue ob cerebri humiditatē eueniat. Et quāuis Gal. 6. aph. iam citato, siccitatem tantam esse non posse asserat, quin lingua habitum seruet naturalem, ac propterea statim solius humiditatis immodicæ uitium hoc esse affirmet: id tamen de ijs qui natura balbutiunt, ait: quos et superfluæ eius humiditatis gratia profluuijs corripi diuturnis Hipp. testatur. præter naturā uerò hoc malum ex siccitate sequi non negat: quin et tibicinib. et alijs quib. lingua uehementer est resiccata, hoc accidere fatetur, ut balbutiāt, id quod in ardentibus sæpenumero febribus uidere licet.

Com. 32.

De ranula. *Cap.* 17.

EST similis glandulæ duræ existens sub lingua, cuius color est similis colori composito ex colore superficiei linguæ, & uenarum quæ sunt in ea: & est similis ranę, & causa eius est humiditas viscosa.

De cura. *Cap.* 18.

EXperiantur ipsa medicinæ corrosiuę, incisiuę, resolutiuæ, in quibus est superflua exsiccatio, sicut sal ammoniacus, & acetum, & sal, & fricatio cum flore æris, & draganto. Qd si non conferant, administrentur medicinæ acutæ, sicut medicamen andaron, & medicamen ascarion: & medicamen oui humidi dictum in antidotario, & administratio phlebotomiæ sub lingua, & medicinæ fortes † alcola administrentur. Si autem non ualuerint, non erit excusatio ab operatione manus. Et ex medicinis laudatis in ea, est ut sumantur origanum persicum,

† aphtharum.

cum,& cortices granatorũ,& sal,& fricetur cũ eis lingua infantis patiens ranulam,quoniã sanatur eis.Et ex eis,quæ experta sunt in ea, sunt draganthum adustum, & hermodactyli cõmista cum albumine oui,& posita sub lingua.

ANNOTATIONES.

Sub lingua quoque interdum aliquid abscedit,quod ferè consistit in tunica,doloresq́; magnos mouet,ait Celsus. Græci hoc βάτραχον uocant:ranam latinè vertas:unde nostri ranulam nuncupant. Tumor est,ut ait Paulus,ad inflammationis similitudinem sub lingua erumpens,maxime in pueris. Huius curationem per medicamenta tradit Paulus lib.3.per chirurgiam uerò Celsus lib.7. cap.26 cap 12.

De adustione linguæ. *Cap.* 19.

Qvandoque accidit illud causa caliditatis in ore stomachi, aut cerebro, quæ non peruenit ad hoc vt sit febris:aut causa receptionis rerum acutarum, aut salsarum, aut amararum,aut dulcium,aut propter [a] † [ ] sitim vehementem.Et quandoque fit propter causas maiores illis,sicut febres acutas, & apostemata interiora.Et cura illius in summa est,quoniam oportet,ut prohibeatur,qui de hoc conqueritur, & proprie qui est ex ęgris,ne dormiat sup collum.Et [b] [ut assidue vtatur oscitatione]& cõsuescat vti administratione pilularum factarũ ex seminibus bateke,& [c] [candi, & citruli,& cucurbitæ,& cucumeris,& tereniabin,] & similibus illis.Et teneat in ore nucleos prunorum,& tamarindos,& zuccarum alhaizem, & mucillagines notas,& succos infrigidantes, & humectantes. Et conuenit, vt super ipsam fiat abstersio, si est illic humor viscosus: deinde inungatur, & colluatur os cum oleis, & mucillaginibus, & succis, & adipe volatilium. Et quidam homines sunt, qui curant illud fricando cum menta.

a † B. res causantes.

b B. Alia litera. ne assidue utatur apertione oris uehementi.

c B. cucumeris sogi & cucumeris,& cucurbitę & tereniabin,& simili.

ANNOTATIONES.

Linguæ ariditas proprie siccitatem sequitur: per accidens calorem: quod hic continue humidum absumit. Nouimus nos,cui per bonam ualetudinem, arida semper lingua est ac scabra. Huic & melancholicus totius corporis habitus est, & cerebrum non uidetur certe esse calidius, sed tamen siccius. non sitit,quod indicium fuit symptoma hoc non a uentriculi affectu prouenire,sed a cerebro potius. Curari tamen a multis & doctis & exercitatis uiris nunquam potuit.

De cura fissurarum in lingua. *Cap.* 20.

Mvcillago psyllij teneatur in ore.& trãsglutiat eam.& sumat [a] [crura &] pedes & oua mollia cocta in aqua. & ex eis,quæ experta sunt in eis,est butyrum [b] [recens.Et ex eis est frustum]cucumeris,& sebesten.

a——B.

b B.uel spumositas procedens ex fricatione frusti.

ANNOTATIONES.

Vsu uenit frequenter nostra tempestate ad scissuras linguæ psyllium.Hoc ut ait Paul.lib.7.in secundo refrigerantium ordine est:& siccando humectandoq́; habetur medium, quamuis Mesues calidam, & siccam in tertio eius substantiam asserat.Difficile ergo uisu est,quanam ratione sedandæ siti valeat,quum non humectet insigniter.& quo modo fissuris linguæ conferat, quum non exsiccat. Verum quod & sedandæ siti & scissuris linguæ valeat:experiẽtia quotidie prodit. Id uero nos modo uisciditati eius acceptũ referemus:cuius ui eius ipsius frigiditas, quantumuis imbecilla,diutius conseruatur, et diutina mora calidam linguæ intemperiem retundit:a qua siccitas,quæ & sitis & fissurarum linguæ causa erat,procreabatur.

De [a] *[deiectione] linguæ.* *Cap.* 21.

a B. extramissione.

Qvandoque fit propter apostemata, eius magna. Et quandoque fit a præfocationibus.[b] [deij cit]enim natura,aut uoluntas linguam,ut aperiatur meatus anhelitus.

b B.extremittit.

ANNOTATIONES.

Relatio est hæc quodammodo ligamentorum linguæ, et ad paralysim refertur. Qua forte ratione author de eius curatione nihil meminit.

De bothor in ore. *Cap.* 22.

Plurimum quidem patitur os† pustulis propter stationem caliditatis in partibus stomachi,& capitis,& vaporum.Et quandoque fit in febribus.Et iam dictum est,quod quando apparet in febribus acutis † pustula nigra in lingua,moritur infirmus in die secundo. Singularia verò iuuatiua in † pustulis in principio rei, quum est necessitas infrigidationis, & exsiccationis,sunt sicut myrobal.& gallæ,& semina rosæ,& amylum,& fructus tamarisci, & sief memithe,& dragacãthum,& balaustię, & duo sandali,& rosę,& spodium,& sumach,& lentes,& lutum armenum,& capita granatorum, & cortices glandium [a] † [ ]& [b] [climia] & fausel.Et succus frigidi,sicut succus lactucæ,& solatri,& succus uirgæ pastoris,& portulacæ, & extremitates vitis.Et plurimorum quidem infantium sanantur† pustulę cum zuccaro tabarzet,& camphora.Calida verò, quę sunt necessaria in fine rei,sunt sicut [c] [chelidonia,]& darsisaham proprie,& cortices nucis muschatæ, & cyperum,& crocus,& nux cupressi, & buglossa,& pyrethrum,& gariophyl.& mentastrum, & galia Et ex medicinis sordidis,est stercus canis, & quandoque necessarium est in eis, quæ sunt vlceratæ, arsenicum. Et ad eas quidem, quæ sunt grossæ,iam experta sunt decoctionis darsisaham unc.j.& venarum vnc.s. [d] [chelidoniæ quinta]pars vnc.aloes pondus drach.ij.croci aur. j. Et similiter aqua,in qua decoquuntur gariophylli. & nucis muschatæ, & darsisaham partes ęquales,aut propinquę. Et si incipiunt bothor suppurari,tunc fortasse est necessariũ, vt appropinquentur eis mucillagines factę ex eis, quę sunt sicut semen lini, & semen maru, et [e] [fumus terrę, & semen maluę,] et ista semina eadem, et farina hordei, et lac asininum solum,aut cum aliquo istorum. Et quandoque indigent decoctione seminis lini cum ficub.et [f] [butyro]et farina frumenti,et menta, et fœnugręco. Quidã verò sublimium medicorũ dixerunt, nõ est aliquid magis ultimum quam

† bothor.

† bothor.

† bothor.

a † B.iteriores.

b B.chimolea.

† bothor.

c B. memiran.

d B. memiran quarta.

e B. alsahesafrã & semẽ althææ

f B. Alia litera sisamo.

quam oleum de squinantho in curando pustulas oris, tepidum in ore.

ANNOTATIONES.

Oriuntur sæpenumero pustulæ in ore ob cerebri uitium, quandoque ob corruptam ciborum in uentriculo coctionem · nonnunquam & ob totius corporis æstum, ut in febribus · Hæ uero ubi nigræ appareant in acutis febribus, propterea mortem portendunt, ut hic ait, quod usti humoris raptum ad cerebrum, uel etiam uirtutis extinctiotionem significant.

† aphthis.

De † alcola, & ulceribus malignis. Cap. 23.

ALcola est ulcus existens in aure oris, & linguæ, cum expansione, & dilatatione. Et quandoque accidit infantibus plurimum, & non accidit eis, nisi propter malitiam lactis, & malitiam digestionis eius in stomachis eorũ. Et quandoque accidit ex omni humore, & cognoscitur ex colore suo. Album enim est phlegmaticum, & generatur ex phlegmate salso in pluribus. Et citrinum est cholericum, & est uehementioris inflammationis quam alia. Et nigrum est melancholicum. Et rubeum clarum est sanguineum. Et malignius omnibus est melancholicum [a] † [ ] & quandoque fit cum apostemate, & quandoque fit singulare. Et omne ulcus eueniens in superficie oris, est uelox ad dilatandum, propterea quod non deficit ei caliditas inseparabilis, & cutis humida lenis. Et de consuetudine quidem. Gal. est ut nominet eam [b] [colahan] dum in superficie perseuerant: quũque putrefiunt, & submerguntur, nõ nominat ea [c] [colaham,] imò ulcera maligna, & sunt illa, quæ indigent medicinis cauterizatiuis. Et quandoque, multiplicatur alcola, quando multiplicantur pluuiæ. Et multiplicantur in febribus pestilentialibus.

a † B. Alia litera & qñq; est ex speciebus alchole illud, quod ẽ uehementis corrosionis, & ex eis est, quod est magis quietum
b B. alcola.
c B. alcola.

De cura. Cap. 24.

OPortet, ut intendatur primo humor dominans faciens alcola, & euacuetur ex corpore toto, si est dominans. deinde ex uenis, quę sunt sub mento, & ex eis quæ sunt in † [a] [iaharic.] [Phlebotomia nanque [b] † [ ] confert omnibus ægritudinibus oris [c] [calidis:] deinde administrentur medicinæ bothorales prædictæ, ita ut curentur fortia, & plurimæ humiditatis, & acuta, & saniosa cum fortibus: [d] † [ ] & debilia cum debilibus. Et quando ulcera perueniũt usque ad os, tunc necessaria sunt valde fortia: sicut [e] [alcadicon] cum acacia plurima. Et oportet ut alienent olea omnia usque ad oleum de oliuis. Medicinę uerò colligãtur ex medicinis bothor frigidis & calidis, quas diximus in capitulo primo, [f] [ ] in quib. sunt stypticitas pauca, & infrigidatio, deinde illæ, quæ resoluunt [g] [usque ad os, tunc necessaria sunt.] Et in illis, quæ declinant in infrigidatione medicinæ. Reliqua uero indigẽt in primis eis, quæ exsiccant, & abstergunt cum qualitate sua æquali in initio rei; deinde eis, quæ exsiccant & resoluunt cum fortitudine, & obseruetur ętas in omnibus illis. In pueris enim oportet, ut sint medicinæ eorum debiliores, & ut lac eorum rectificetur. In magnis uero oportet, ut sint medicinæ eorum fortiores. Et pueris quandoque conferunt cibi solum. Si autem nõ sunt comedentes, oportet, ut quæ eos lactant, cibentur eis. Medicinæ uerò conuenientes alcola, quę sunt acuta, sunt sicut masticationes foliorum rubi, & sicut lentes cum aceto, & omnes medullæ, quum permiscentur cum cydonijs, sunt iuuatiuæ, et proprie medulla cerui, & vituli, & posita styptica [h] † [ ] & zarur, et cydonia, et iuiubæ, et extremitates vitis, et [i] [citruli hortulani siccati,] et farina lentiũ, et farina rizi, et fortiora illis puluis factus ex gallis, et spodio, et ros. et acacia, et similib. illis. Et [k] [chelidoniæ] cum stypticis, inest uirtus mirabilis in cola. Et camphora est uehementis iuuamenti in cola. In [l] [vtrisque] verò frigidis adiuua te cum abstersiuis exsiccatiuis, et propriè in phlegmaticis, et cum resolutiuis fortis resolutionis, et exsiccationis: et propriè in melãcholicis, sicut est farina † herbi. Et mel cum gallis et [m] [rasura pergameni] est vehementis iuuamenti in hoc, proprie in pueris, quando miscetur cum aceto: et malignis dragantum cum aceto. Et quãdo sunt corrosiua mala, tunc necessaria est administratio floris æris cũ colcotar, et gallis in rob. Aut gallarũ, et aluminis, et balaustiæ partes æquales, et administratio trochiscorum bususi: aut alcohol tarcamaticon cum succo stypticо, sicut succus acrestæ. Et sicut medicinę cõmunes: aut ex alumine, et gallis contritis. [n] [aut pulverizatio, et puluis fricetur cum eis os multum.] Et gallæ quidem conferunt omni cola malignæ, et proprie quãdo coquuntur cum aceto, et, et sale. Et fit cum eis collutio oris in cola puerorum. Et cinis almezerion habet proprietatem mirabilem in cola magna, et est ex medicinis communibus speciebus alcola. Et similiter [o] [alumen pulverizatum] et aqua ærea, et fæx [p] [ ] adusta. Alcola uerò melancholico, nigro, confert, ut liniatur cum melle admistę sunt passę enucleatę, et anisum. Si autem illic fuerit apostema etiam, tunc administretur hoc vnguentum. Aquæ † ocymi sacraiatum unum, olei ros. sacraiati medietas, lentium sacraiati medietas, croci põdus duorum aureorum, fiat ex eis unguentum.

† interiori parte labiorum.
a B. gihearech.
b † B. ipsarum.
c B. ex materia calida.
d † B. & mediocria cum mediocribus.
e B. alfalfidicũ.
f B. & illis quæ sunt rubeæ sanguineæ magis conuenientiores sunt ille.
g —— B.
h † B. & pira styptica.
i B. Alia litera balaustia hortulaila siccata.
K B. memiran.
l —— B.
† orobi.
m B. fel testudinis. Alia litera. & fel ursi. Alia litera. felle ursi.
n B. sicut puluis & fricetur cum eis os fricatione bona.
o B. albustã ab ruzi, seu albustẽ abrur.
p † B. uini.
† albedarungi.

ANNOTATIONES.

Aphthas Græci hunc affectum uocant. morbus est præsertim infantium, ut Hippoc. 3. aphor. ob ciborum prauos atque acres succos, necnon ob corruptum in uentriculo alimentum. Pueris periculosissimum has esse morbum Celsus testatur lib. 6. quæ etiam hos sæpe consumant. A gingiuis incipiunt, deinde palatum, totumque os occupant, cum ad uuam, faucesq́; descendunt, quibus obsessis non facile fit, ut puer conualescat. Laxior est lingua & fungosior, quæ propterea omne excrementi genus facile excipit, unde & eius ulcera facile depascuntur, præsertimque oris calore dilatante. Quo fit ut non negligenter tractandus sit morbus, atque ob id maxime, quod in cancrum facile desinit. Pro huius curatione uide Paulum li. 3. & Gal. lib. 6. de comp. med. per loc. præcipue uerò, & Celsum lib. 6.

Aphor. 24.
cap. 11.
cap. 10. cap. 1. & 2. & 4.

De

De multitudine sputi, & cursus eius in summo. *Cap.* 25.

a B. Alia litera. Quandoque. b B. aut propter grauitatem cibi, aut corruptionẽ eius, & quandoque est propter dominium caliditatis solius, sicut accidit ĩ ieiunio sputum continuum uel assiduum.

MVltoties [a] [accidit ex multitudine caliditatis, & humiditatis; & propriè in stomacho. b [Et quandoque fit propter victoriam caliditatis solius, sicut accidit ieiuno. Aut propter grauitatem cibi: aut corruptionem eius ex sputo assiduo,] usquequo comedat, & quiescat illud ab eo. Et quandoque accidit ex frigiditate & phlegmate.

De cura. *Cap.* 26.

a B. & vinum, non vetus.

SI fuerit ex caliditate, tunc oportebit, ut phlebotometur basilica prius, & administretur alrobub acetosa.] Et styptici fructus [a] [ex vino veteri] cum commistione plurima, & fit cibus ex piscibus & carnib. leuibus, sicut carnibus hędi & uolatilium. Et assiduet collutionem oris cum decoctionibus stypticis factis ex lentibus, & sumach, & similibus. Et si fuerit ex frigore, & phlegmate, administra vomitum cum eo, quod sciuisti in omni hebdomada duabus vicibus, aut tribus. Et detur ei ad potandũ in omni hebdomada semel hoc medicamen. Recipe hierę picræ pondus drach. ij. salis Indi pondus duorum danic, anisi, & ammeos amborum an. j. danic, detur ĩ potu cũ syrupo acetoso de melle, [b] [&] de seminibus. Et administrentur post illud theriaca & electuaria calida. Cibi autem eius sint pulli columbarum cocti in cazola cũ speciebus, quæ sunt ut piper, & sinapis, & alia. Et sumat in cenis tortellas cũ almuri Nabati, deinde transglutiat aquam calidã & fricet gingiuas [c] [sicut ostendi.] Et ex medicinis, & curis communibus, & bonis est, ut sumat omni die pondus drach. j. salis triti non subtiliter cum endiuia humida, deinde administretur tryphera, & assiduet administrationem [d] [fricationis gingiuarum.] Et iam expertus est mus assatus, & inuẽtum est iuuamẽtũ eius, & propriè in pueris.

b B. aut.

c B. quũ vadit dormitum.

d B. alsuach.

ANNOTATIONES.

Pituita ex ore profluens, nisi euomatur, uel tussi reijciatur, ex capite semper effluit: hoc dicimus propter quosdam medicos uulgum sequutos, qui ex uentriculo sputum educi arbitrantur, quum euomi oporteret, non expui. citra enim uomitum, aut nauseam nihil è uentre efferri potest, ut Galenus notat 4. aphor. Non negarint tamen interea uapores ex humidiori uentriculo humidiores ad os ipsum efferri, ubi attracti aeris frigiditate incrassantur, & sputi formam suscipiunt, atque hoc pacto sputi quoq; excretione uentriculum leuari, quod tamen expuimus, ex capite præsertim proximè profluit.

Comm. 4.

De abscissione odorum horribilium ex comestis. *Cap.* 27.

COnfert ad illud masticatio rutæ, & masticatio foliorum rubi, & collutio oris post eas cum aceto squillitico, & administratio cyperi, & [a] [zedoariæ] in ore.

a B. zurumbet.

De sputo sanguinis ex ore. *Cap.* 28.

SI est exitus eius ex substantia oris, & cute ipsius, tunc cura ipsum cum [a] [trochiscis] prędictis in capitulo albothor & alijs. Et in decoctione ramorum vitis, & preputiorum eius est iuuamenum maximum. Si autem in alijs fuerit locis, nos iam ei singulare fecimus capitulum, imò capitula.

a B. stypticis.

ANNOTATIONES.

Sanguis qui ex ore excernitur, neque altius principium habet, sola sputatione absque tussi excernitur, ut Gal. 4. de loc. aff. & Trallianus lib. 7. Curatur astringentibus. Vide Paulum lib. 3.

Cap. 5. Com. 14. Cap. 26.

De fętore oris. *Cap.* 29.

AVt eius principium est gingiua propter putredinem, quæ est in ea. Aut propter mollificationem, quæ accidit ei. Aut putrefactionem in radice dentium, aut in ipso dente. Aut est principium eius cutis oris propter cõplexionem malam in ea, quæ alterat humiditatem. Et plurimum huius complexionis est calidum. Aut fit eius principium [a] [stomachus] propter humorem putridum in ore stomachi aut chololericum: aut phlegmaticum. Et quandoque fit ex partibus pulmonis, sicut accidit in habentibus phthisim.

a B. os stomachi.

De cura. *Cap.* 30.

IN illo, qui est ex gingiua, & carne, quæ est inter dentes rubea, oportet ut intendatur in mundificatione dentium semper, & ablutione eorum cũ aceto et aqua. Si ergo ualuerit illud, bene erit, si autem non ualuerit, imò fuerit illic superfluitas putrefactionis, tunc oportebit, ut masticet post illud fructum tamarisci, & pyrethrum, & rutam, & folium, & xyloaloen, & masticem, & cortices citri, & gariophyllum, & ut ponat super gingiuam aloem, & myrrham, & amborum similia, & ut colluat os cum aceto squillitico, & ut fricetur cũ aniso & uino [& passo] dulci. Quod si fuerit fortior illo, administretur masticatio staphisagriæ, & expulsio saliuæ. Si autem non confert, & apparet putrefactio manifesta, sumantur draganti adusti pars j. & radicis lilij, & croci amborum an. pars. s, cõficiantur cum melle, & fiant trochisci, & administrętur, & colluatur os post ipsos cum aceto puro [b] [&] misto cum aqua ros. Aut sumatur medicamen fortius isto, & est [c] [pergameni adusti. drach. iij. fœniculi.] drach. ij. & s. galliæ, sumach, zingiberis, piperis adusti, trochiscorũ calcadicon omnium an. drac. ij. fiat ex eis fricatio, & linimentum, & ponatur super ipsum pãnus lineus, & alcali solum, quando ponitur super putrefactionem, eradicat eam, & deijcit ipsam, & facit nasci carnem bonam. Et ex eis, quę experta sunt ad istud, est acacia, arsenicum citrinum, arsenicum rubeum, calx, alumen, fiãt ex eis troch. cum aceto, deinde terantur cum aqua mellis, aut decoctione seminis iuniperi. Sed si fuerit putrefactio in ipso dente, tunc medicamen ipsius erit fricatio eius, si fuerit in extremitate; aut limatura eius cũ lima, aut eradicatio dẽtis, si fuerit putrefactio sequens radicẽ dẽtis. Si autẽ fuerit illic in gingiua mollificatio, & fue-

a —— B.

b B. aut.

c B chartas adustorũ, i. iuncorum adustorum drach. iii. arsenici.

& fuerit causa in euentu putrefactionis, tunc cura ipsum constringendo ipsam cum eis, quę sunt in capitulo mollificationis gingiuæ. Si autem est humor cholericus, putrefactus in stomacho, aut in [d] [toto ore,] tunc nō est aliquid magis conferens ei, quam chrysomila humida in ieiunio: & similiter albatheka: aut citruli: aut persica. Si autem chrysomila præsentia non fuerint & persica humida, administretur infusio eorum ex ipsis, quæ incisa sunt, & exsiccata in ieiunio, & proprie exsiccata chrysomila. Et ex eis quæ iuuant ad illud, est administratio sauich cum zuccaro, & aqua niuis. Et administratio pilularum aloeticarum, quas dicemus in antidotario. Et sit cibus eius omne lauās infrigidans, non conuertibile in choleram. Si autem est humor phlegmaticus, [e] † [ ] administrentur hieræ mundificātes os stomachi dictæ in cap. oris stomachi: Et administrētur tryphera minor, & zingiber nutritum: & [f] [subtilis puluis aloes], proprie. Et sit cibus eius [g] [patellæ.] Et minoret potum aquę, [h] [ ] Et abhorreat fructus, & olera humida, & assumat fricationes suas ex arborib. amaris, sicut [i] [alcherit] & oliuę. Et ex medicinis, quæ iuuant eos, est, ut sumant omni mane ex folijs myrti cum æquali mensura sua de passis enucleatis ad magnitudinem nucis, aut simile ipsius ex nuce cupressi, & iuniperi cum passis. Et conferunt eis grana pini, & pilulæ de gariophy. & est descriptio earum. Recipe gariophyl. galangę amborum an. drac. s. muschi, camphoræ, amborum an. danic. i. pyrethri drach. j. aloes drach. iij. sinapis drach. j. fiant pilulæ cum vino. Et medicinę quidem simplices expertæ sunt, sicut thus, & xyloaloes Indum, & cinnamomū grossum, & cortices citri, & rosa, & camphora, & sandali, & gariophylli, & cubebæ, & mastix, & macis, & nux muschata, & radix [k] [aladkir] & alarmel, & alusnem, & blattę byzantiæ, & cardamomum, [l] [& agnus castus], & folia citri, & spica, & alneremisck, & zingiber, & reliqua, quæ inueniuntur in areolis singularium. Et ea, quibus medicinæ, conficiuntur, sunt miua, & [m] [serum] & succus citri.

d B. cute oris.
e † B. administretur vomitus primo, &.
f B. sahane.
g B. res frixę.
h † B plurimę.
i B. alarach.
k B. adadkir.
l B. & alfelengiemelch.
m B. missusan.

ANNOTATIONES.

Fetor oris, symptoma est inter affectus corporis sensiles nuncupatos referendum, habet id unicam causam, putredinem, quæ non uno semper loco insidet, sed uarijs, quādoque ori ipsi, quandoque uentriculo, aliquando pulmoni, nonnunquam etiam naribus. Curatio causarum. i. putridę rei ablatione fit, si tamen ex pulmonis corruptione fætidus odor exhalet, curationem non admittit.

Quando os remanet apertum. Cap. 31.

OS remanet apertum aut propter vehementem necessitatem [a] [spiritus maximè inflammationis:] aut propter constrictionem & præfocationem. Aut propter debilitatem lacertorum oris, quare non efficiūt operationē suam in somno, & illud est in ægritudinibus acutis malum. Meliora autem loca ad distinguendum colores [b] [dentium] sunt loca alia, & quum dicentur ægritudines acutæ.

a B. anhelitus magni propter inflammationē inflammatem.
b B. linguæ.

FEN SEPTIMA,

De dispositionibus dentium, & est Tractatus unus.

Sermo de dentibus. Cap. 1.

IAm sciuisti quòd locuti fuimus de dentibus & anatomia eorum, & iuuamentum ipsorum. Oportet ergo, ut tu attēdas, quod dicitur illic, & ut scias ꝙ dentes sunt ex summa ossiū, quibus inest sensus propter illud, quod uenit ad eos ex neruis a cerebro procedentibus lenibus. Et quando dolent, sentiunt illud quod accidit in eis ex percussione, & [a] [saltu. Et quādoque sentiunt fricationem suam & commotionem suam.] Et quandoque accidunt in eis ægritudines mollificationis, & [b] [fissuræ, & eradicationis, & augmenti.] Et alteratio coloris in substantia sua, & in [c] [epithematibus cōpositis] super eos: Et accidunt eis corrosio, & putrefactio, & fractura. Et accidunt ei dolores uehementes, & [d] [fricationes.] Et accidūt eis stupor & est species dolorum eius. Et accidit eis defectus a masticatione dulcis, & acetosi, & noceri a calore, & frigore, & paruitas tolerantiæ ad obuiandum uni amborum aut utrisque. [e] † [ ] Et quandoque accidunt ei species apostematum, & illud quidem non est mirum. Omne enim quod recipit extensionem cum augmento nutrimenti, non elongatur, quin recipiat extensionem cum superfluitate. Nam si non reciperent materias penetrantes in eis, augmentantes eos, nō fierēt virides, & denigrarētur. Illud enim est propter penetrationem superfluitatū in eis. Et dentes quidem creati sunt recipientes augmentum, & additiones semp, vt sit eis illud loco eius, quod conteritur, ita ꝙ dens oppositus loco eius, qui cecidit & eradicatus est, augmentetur in longitudine, quum fit additio [f] [cōueniens ei,] & nō opponatur ei contritio. Et scias, ꝙ dentium complexiones quandoq; significantur ex gingiua, & colore eius, si est citrina, est cholerica, & alba, ē phlegmatica, & rubea, est sanguinea, & si est ad fuscitatem, & nigredinem, est melancholica.

a B. iectigatione & quādoque sentiunt pruritū, & titillationem.
b B. commotionis, & eradicationis, & eminētiæ.
c B. superfluitatib. viscosis sicut linimentū adhęrentib. uel equitantibus. Alia litera superfluitatū viscosarum, sicut linimentū adhærentium vel equitantium.
d B. pruritus.
e † B. & qñq; accidit eis mutatio in quātita te ipsorū naturali, & ita ꝙ ꝑlongātur, & magnificantur, & conteruntur, & parnificantur.
f — B.

ANNOTATIONES.

Dentes in ossium numerum esse referendos, testatur Gal. li. de ossibus & quod ijdem sentiant, idq; neruorū mollium beneficio, quos a tertia neruorum cerebri coniugatione habent 11. de usu part. ea naturæ prouidentia, ꝙ quum soli inter ossa omnia nudi expositi sint calidis, frigidis, duris, & mollibus corporibus occursuri, quum sentire cū lingua & sapores discernere oporteat, non aliter quàm cæteras oris particulas, ut 16. de us. par. Gal. ait, sensu propterea præditos fuisse oportuit. Vnde quum sentiant, dolore ēt affici quotidie experimur, qui tristis est sensus. atque id non per partes solum quibus annexi & continui sunt, sed ēt secundum eorum substantiam, ut 5. de comp. med. per loca Fuit tamē controuersia, an dentes sint ossa, quū ossa, sentiunt. quum eadem simul cum animalium ortu ortum habeant, & certū ac præfinitū augmenti tēpus obtineāt, quū amissa uel fracta reparari nequeant, dētes uerò et sentiunt, neque

cap. 5.
cap. 7.
cap. 2.
cap. 8.

neque simul cum animalibus nascuntur; neque certum ortus sui & augmenti tempus habent, qui ad ultimum usq; senium & nascuntur, & producuntur, & amissi renascuntur. Sane antiqua fuit hæc quæstio, quam etiam uidit Ari. cap.4. *2. de gener. anim. Quare & ipse dentes ossa quidem esse fatetur, habere tamen aliam ab alijs ossibus naturam. Ita & Gal. ex toto ossium numero dentes excipit locis supra citatis, quasi alia natura præditos. Cæterum præter aliorum sententiam non defuere tamen, qui ossa uniuersim omnia, nedum dentes, sentire existimarint. Atque hoc sanè Auenzoarem sensisse patet lib. 1. tract. 9.* cap.19. *ac triplici ferè ratione in hunc modum probasse. primum quidem dentes sentiunt, dentes sunt ossa. ergo ossa sentiunt. secundo ossa nutriuntur & crescunt, ergo sentiunt, quæ profectò ratio illi inniti principio uidetur, quoniam 2. de anima, inesse ait Arist.* Tex.31. *in sensitiuo uegetatiuum, sicuti trigonum in tetragono: ergo in potentia uirtus nutriens est in sensitrice. at, ubi sensilis facultas non est, in ijs in quibus sensitrix anima est, illic non sit nutritio: nutriuntur autem ossa: ergo sentiunt, vel duæ in animali erunt animę. tertio, ossa in uiuentibus animalibus seruantur, nec putrescunt, putrescunt uerò in mortuis: hoc igitur non ob aliud fit, nisi quia uitali & animali spiritu destituta sunt. seruabantur ergo antea ab animali spiritu. at vbi uitalis spiritus est, illic etiam sensus: ergo ossa sentiunt. Quod si obieceris ex Gal. cætera ossa præter dentes neruis carere, propterea non sentire. uidetur absurda esse hæc ratio, quum eadem ossa & uenis & arterijs careant, nutriantur tamen & augeantur. Adde, quod quoniam animalium corpus non ea tantum parte sentit, in qua est neruus, neque tota. n. alioqui cutis, neque totus uentriculus, & intestina tota sentient, quum in his ubique nerui distributi non sint, sed etiam in partibus neruo proximis est sensus: ad quas. s. sentiendi facultas a proximo neruo, veluti lumē a sole emanat. His ergo ossa sentire omnia, probatum uidetur. Verum, & si triplex hæc Auenzoaris ratio a quibusdam commendatur, uidetur tamen nobis constans adhuc & firma & Arist. & Gal. sententia, quòd ossa non sentiant, quum dissecta non doleant, si membranam, qua conteguntur antea abraseris, triplex verò obiecta ratio satis friuola atq; imbecilla. Namq; quū primo loco argumētatur, dentes sentiūt, dentes sunt ossa, ergo ossa sentiunt. Quis manifestū elenchum non videt, atque in secundo syllogizandi ordine præmissas vtrasque affirmatiuas? neque enim conuertuntur ossa dentibus, & dentes ossibus. Quis non uidet per accidens (non per se, & de omni, vt dicunt) dici quod ossa sentiant, si ea ratione qua dentes sunt ossa, sensu potiuntur? Sed & secunda quoque ratio errore nō uacat. si nutriūtur, ait, ergo sentiunt, Quis ignorat plantas nutriri, nec sentire? Confirmant, quia nutritoria potentia in sensoria, vt trigonum in tetragono continetur. Fatemur eandem animam pluribus potentijs esse præditam, atque nutritoriam in sensitrice contineri: non tamen si quid nutritur, idem et sentit in animali. nutriuntur prius, quam uita plantæ prius uiuant, dein etiam sentiunt, quia uita animalis posterius viuunt, ut efficax, ratio sit: sentit, ergo nutritur, quòd in sensitrice nutritoria quoque uis inest, non tamen contra. Verum & tertia quoque ratio non satisfacit. Quòd enim ossa in uiuentibus conseruentur, non animali & uitali spiritui ac calori acceptum est referendum (opus enim ossa animali spiritu non habent, quum non sentiant, neque moueantur uoluntario motu, quin crassa & terrestri admodum substantia constent, quæ sensum non admittit.) uerùm id a uitali & naturali calore obtinent, quibus per mortem abeuntibus corrumpuntur. At uerò, quum postea Galeni rationem damnant, qui ossa propterea non sentire ait, qui neruos non habent. ita enim neque nutrirentur neque uiuerent, quum neque uenas neque arterias habeant: neque totus uentriculus, tota intestina, tota cutis, sentiret, quum non ad singulas horum particulas ferantur nerui. Ad hæc inquam respondere licet, quamuis ad ossa neque uenę neque arteriæ perueniant, inest tamen ijs medulla, qua nutriuntur ut 3. facult. nat.* cap.15. *augetur uero hæc per insensiles meatus, alimento a uicinis partib. in hos reposito, neq; caloris naturalis ac uitalis ferendi gratia uenis & arterijs semper est opus, qn inest ijs fixus & innatus calor, qui influente ad circumpositas partes a corde ipso caliditate conseruatur, fouetur que. Et si uero non ad cutem totam, intestina tota, & vētriculū cōspicui nerui nō feruntur, cōmista tamen ijs totis ad minimas etiam particulas neruosa substantia est, cuius gratia sentiunt, id quod ossibus non euenit. Quamobrem quòd ossa omnia sentiant, hactenus probatum non est, atque ita Arist. & Gal. sententia firmo adhuc fundamento innititur. Unum tamen est, quod, licet & ab Arist. & a Gal. confirmetur, dubitatione non caret. Aiunt dentes eo a cęteris ossibus differre. quòd hi cum animalibus non nascantur, sed post ortum. Hic prætermittimus, quòd aliquando & pueruli uisi sunt in lucem editi, quibus dentes e gingiuis insigniter eminent. Nos enim qui hæc scribimus, aguntur anni iam sex, puerulum uix ortum cum dentibus omnibus sumus conspicati. Sed ꝙ dentes, & si cum animalis ortu extra gingiuas non promineant, suis tamen alueolis in ipso utero geniti, delitescant, & nostri diligentiores anatomici non semel aduerterunt, immaturos etiam abortientium fœtus excidentes, & antiquissimus author Hipp. in li. de carnibus palam testatur, dentes primos in utero ex uictu oriri scribens, post quam uero fœtus in lucem prodijt, ex lacte, postremos uerò ex cibo & potu. Esset hic dignum quæstione, an dentes præter neruos, arterias quoque & venas habeant, quum & nutriantur, & in ijs Gal.* cap.8. *5. de comp. med. per loc. pulsatorium dolorem sensisse se ipsum fateatur. quum præsertim ab eodem Gal. non semel statutum sit neruis coniunctam semper ire & arteriam et uenam. Verum de hac re, alij iudicent.*

De conseruatione dentium. Cap. 2.

QVi uult, ut incolumes sint sui dentes, oportet vt obseruet octo res. Ex quibus est, vt sibi caueat a frequenti corruptione cibi & potus in stomacho, propter rem in substantiam cibi, & est ut sit recipiens corruptionem velociter, sicut lac, & pisces saliti, & [a] [pisces parui,] a B. alsahana. aut propter malitiam regiminis suæ acceptionis ex eis, quæ iā scita sunt in locis suis. Et ex eis est vt non nitatur multis vicibus vomere, & proprie quum est illud, quod euomit, acetosum. Et ex eis est, ut uitet masticationem omnis [b] [uisci:] & proprie, quum est dulce, sicut [c] b B. glutinosi [confectio de melle & ficus viscosę.] c B. alnathaf & ficus glutinosæ. Et ex eis est, deuitatio frangendi durum. Et ex eis est deuitatio congelantiū. Et ex eis est deuitatio omnis rei, quæ est uehementis frigoris, & proprie post calidū, & oīs uehemētis caloris, & ꝓprie post frigus. Et ex eis est, vt assiduet mundificationem eius, quod ingreditur dentes absque [d] [perscrutatione multa & consuetudine vsque ad hoc, ut noceat carni rubeæ] d B. vehementi ipsius mundificatiōe, & absq; processu in ea perducente ad hoc, ut noceat alhamur. & carni, quæ est inter dentes, & moueat eā, aut moueat dentes. Et ex eis est deuitatio rerum nocētium dentibus proprietate sui, sicut porri, ipsi enim vehementer nocent dentibus, & gingiuæ, & reliqua quę dicta sunt in singularibus. Fricationes autem eorum oportet, ut administrentur cum ęqualitate, & nō fiat in eis [e] [perscrutatio] e B. assiduatio.

f B. splendor. tanta, ut destruatur [f] [humiditas] eorum & aquositas, & præparet eos ad recipiendum fluxus, & vapores ascendentes a stomacho, & fiat causa ad timorem, & quando administratur fricatio cum æqualitate, abstergit dentes, & cõfortat eos, & confortat carnem rubeam, & prohibet[g] [lapides] & facit bonum oris odorẽ. Et melius quidem lignũ ad fricationem faciendam est illud, in quo sunt stypticitas, & amaritudo. Et oportet, ut consuescat fricationem dẽtium, quum uadit dormitum, cum oleo. sitque illud oleum: aut sicut oleum rosatum, si est necessaria infrigidatio: aut sicut oleum de ben, & nereidem, si necessaria, est calefactio, & quandoque necessaria est compositio.[h] [ ] Et melius quidem est, ut fricentur prius cum melle, si est illic frigus; aut cum zuccaro, si est declinatio ad frigus, aut parum caloris: unumquodque autem amborum congregat proprietates laudabiles abstersionis, & cibationis, & impinguationis, & mundificationis: sed zuccarum in hoc toto est inferius melle, & si teratur † altabarzet, & cum melle misceatur abstergit, & mũdificat, & stringit gingiuam; deinde oportet vt sequatur ipsum oleum. Et ex eis, quæ conseruant sanitatem dentium, est, ut colluatur os in mense bis cum uino, in quo decocta est radix tithymali; est enim [i] [perueniens ad] ultimum in faciendo bonum odorem, & non aduẽnit facienti illud, dolor dẽtium. Et similiter caput leporis adustum, quando fit cum eo fricatio. Et similiter sal confectus cum melle, quum aduritur, aut non aduritur: sed adustus est melior, & oportet ut ex eo fiat auellana; & ponatur in panno, & fricentur cum ea dentes. Et similiter fricatio cum lupinis. Et similiter alumen iameni cum aliquantula myrrha, & propriè alumen adustum cum aceto. Et quando [k] [iuuantur dentes istis medicinis,] oportet ut administretur post eas mel, & fricatio cum eo fiat, aut zuccarum: deinde administretur fricatio cum oleis, secundum quòd narrauimus. Et quum dens præparatus est fluxibus, oportet ut teneatur in ore decoctio rerum stypticarum diu. Et assiduetur [l] [medicamen] de alumine & sale adustis super ipsum.

g B. ostracositatem.

h † B. ex ambobus.

† album.

i —— B.

k B. administraueris dentibus has medicinas.

l B. puluis.

ANNOTATIONES.

Dentes quæ ab interitu uindicent, notat Paulus lib. 1. Cap. 29. *quem Auic. æmulatur. unum tantum hic additur de ijs euitandis, quæ sui proprietate dentes oblædunt, quale porrum esse dicit. Sed roget nos quispiam, cur ficus & quæ dulcia sunt & uiscida, dentes offendant? Explicatur hoc ipsum ab Aristotele 22. problem. sect.* Probl. 14. *Qua de causa ait ficus, quũ molles dulcesq́ sint, dentes offendũt? An quia gingiuis sua lenitate adhærent. Seque præmolles inter dentes insinuãt, & putredinem per suum calorem cito conficiunt? Forsitã & ob granorum suorum duritiem dentes celeriter effatigant, quum manducantur, conficiunturque. In uniuersum tamen uidentur nobis dulcia non alia ratione dentibus obesse, quàm lentore, quum & quæ dulcia non sunt, uiscida, quales uuæ sunt, atque alij plures fructus, id nomen non obtineant, quòd dentes lædant. Ita & lactis usus gingiuas & malas, quibus sui uiscditate adhæret, humidas reddens corruptioni & putredini obnoxios dentes facit. ut Gal. 3. de alim. facult.* cap. 15. *Quare & post lactis esum, collui os uino & melle iubet, ut quod dentib. inhæret abstergatur. Unũ hic notat de fricatione dentium, quod summi est momenti. Nouimus nos plures qui ob exquisitam & accuratam nimis frictionem frequentissime dentium dolore corripiuntur. Quod de materia ad fricandos atque abstergendos dentes apta, ait ligno astringenti, & amaro sapore prædito esse utendum, in memoriã nobis duxit Martialis distichon.*

Lentiscum melius, ꝙ si tibi frondea cuspis
Defuerit, dentes penna leuare potest.

Dignum tamen & hic admiratione uidetur, quòd, quum dulcia & viscida omnia dentes offendant, hic tamen fricationẽ ex melle, aut saccharo consulat. Verum mel ubi coctũ est, maxime est uiscidum, & crassum: crudum verò modice quidem lentum, sed maxime tamen abstersorium est: coctum ergo uitãdum oĩno est, quod hic author principio ferè huius capitis significauit, eorum usum interdicens, quæ ex melle confecta sunt: crudum uerò, & si modice uiscidũ est, maxime tamen abstergit, ut abstersionis gratia in dentium fricatione iure probetur. De saccharo uerò alia ratio est (quamuis idem ob eandem commendetur causam ob quam & crudum mel, nempe quòd parum uiscidum quum sit, maxime abstergit) hoc enim quantò magis coquitur, tanto minus fit lentum, minusque abstergit.

Sermo uniuersalis de cura dentium. Cap. 3.

Medicinæ dentium aliç sunt conseruatiuæ & aliç sunt curatiuæ. Et quia substantia dentium est sicca, tunc medicinæ conuenientes, quæ conseruant sanitatem, & reducunt eos ad illud quod oportet, secundum plurimum sunt medicinç exsiccatiuç. Calidis autem & frigidis indigent, quando accidit vnam duarum qualitatum a naturali complexione iam plurimum recessisse. Vehementiores igitur medicinarum conuenientium ad sanitatem dentium sunt exsiccatiuæ, commensuratç in duab. qualitatibus.[a] † [ ] Et omnis medicina dẽtis est exsiccatiua, nisi illa, quç non est dentis, in quantum est dens, imò propter accidens, quod ei accidit. Et ex exsiccatiuis quçdam sunt calidç, & quædam sunt frigidæ. Et medicinarum dentium melior est illa, quç aggregat ad arefactionem & exsiccationem, abstersionem, & resolutionem & exsiccationem, abstersionem, & resolutionem superfluitatis, si ad dentem est expulsa, cum[b] [æqualitate,] & [c] [prohibitionem materię, quç ad ipsum attrahitur, cum exsiccatiuis frigidis, & illa] quç ad aliquantulum frigoris declinas, quç non obstupefacere facit dẽtes sua acetositate [d] [aut ponticitate sua,] sicut est obstupefactio acrestæ, & acetositatis citri, & sunt [e] [gallia &] camphora, & sandali, & rosa, & semen eius, & balaustiæ, & sanguis draconis, & fructus thamarisci, & gallç, & karabç, & margaritç, & fausel, & farina hordei, & cortex arboris mori, & folia thamarisci, & radix acetosç. Et calidæ, quæ [f] [sunt usque ad terminum,] aliç sunt, quarum calor est in substantia sua, & aliæ sunt quarum calor est acquisitus. Et illç,[g] [quæ sunt, ad terminum] in substantiam sua, sunt, sicut sal adustus, & † absinthium adustum [h] [ ] & cinnamomum, & hyssopus, & flos squinanthi, & fructus capparis, & fortius eo ẽ cortex radicis eius, & xyloaloes, et muscus, et capillus ueneris crudus, et adustus, et folia cupressi et [i] [iuniperi] et foliũ, et cornua cerui adusti, et

a † B. allis.

b B. resolutione temperata.

c B. Alia litera. prohibitio quidem materiæ, quæ ad ipsum defertur fit cum exsiccatiuis frigidis, & cũ illis. Alia litera. quæ ad ipsum defertur, & exsiccantia frigida & illa.

d —— B.

e —— B.

f B. declinãt ad caliditatem aliquam.

g B. quarum calor est.

h † B. & ciperus hrudas.

† seeha.

i B. abel.

k B. & uitrum. † baurach. l B. capparis.

& nõ adusta,& menthastrũ,& cinis eius,& mastix,& k [dragacanthum] adustum,& cinis † nitri & aristol. rot.& cinis corticis l [uitis,] & cinis capitis leporis, & dactyli adusti. Et calidæ cum uirtute acquisita, sicut cinis gallarum; nã cum extinguitur cum aceto, est ad ęqualitatem propinquus,& cinis ramorum uitis,& cinis cãnæ,& quæ sunt eis similia. Aequales uerò sunt sicut cornua cerui adusta, quum lauantur,& sicut nux aldulb, & sicut cortices arboris pini. Et ex eis sunt medicinæ uenientes ex uia compositionis,& sunt sicut farina hordei, quũ permiscetur cum sale,& m [sero,] deinde aduritur,& dactyli confecti cum alkitrab,& aduruntur donec fiãt carbones, & deinde effũditur super eos n [serum.] Et ex fricationibus expertis, est dentifricium expertum, quod recipit, cornu cerui adusti, & foliorum cupressi amborũ ana drac. x. nucis dulb cũ dispositione sua. drac. v. radicis pẽthaphylon. drac. x. capilli ueneris adusti. drac. v. rosarum mundatarum a capitibus suis. drac. viij. spicę 3. iij. cõterantur bene,& fiat ex eis dentifriciũ. Dentifricium bonũ. Recipe cornu cerui adusti, o [carmesich] cyperi, rosarum, spicę aromaticæ, omnium ana. drach. j. salis gemmæ. dra. quartam partem, fiat ex eis dẽtifricium. Et dicemus etiam dentifricia in capitulis, quæ sequuntur,& dentifricia alia in antidotario. Incipiamus itaque,& dicamus, quòd curatio cum exsiccatiuis est curatio, sicut scis, conueniens,& cum calefactiuis & infrigidatiuis est curatio, quæ est necessaria, quum fit uehemens recessio ab æqualitate propria. Et medicinæ quidem dentales, aliæ sunt dentifricia,& aliç sunt masticationes,& aliç sunt linimenta,& aliæ sunt, quæ ut pastilli ponuntur sup dentes, aut super mandibulam. Et aliæ sunt p [succi,] & aliæ sunt fricationes, & aliæ sunt res implentes,& aliæ sunt uaporationes, & aliç sunt cauterizantes,& aliæ sunt eradicatiuæ,& aliç sunt suffumigationes,& aliæ sunt caputpurgia,& aliç sunt distillationes in aure, & aliæ sunt euacuantes materiam cum phlebotomia; aut uentositate ex propinquioribus locis. Et ex medicinis dentium quædam sunt, quę sunt resolutiuę,& quædam, quæ sunt infrigidatiuæ,& quædam, quæ sunt narcoticę. Et narcoticę quidem, quum administrantur in dentibus, sunt res longinquiores a timore: uerùm earum multiplicatio quandoque corrumpit substantiam dentium. Et similiter medicinæ uehementis resolutionis, & calefactionis, oportet ut non admministrentur, nisi quum est necessarium, & sunt sicut pulpa coloquintidæ,& elleborus albus, & cucumer asininus,& reliqua,& oportet ut caueatur euentus alicuius earum,& narcoticorum ad uentrem. Et similiter multoties est necessarium perforare dentẽ cum perforatorio minuto, ut per ipsum q [exuccetur] materia nocitiua, & ut inueniant medicinę transitum ad profundum eius. Et acetum quidem, quamuis sua essentia noceat dentibus, tamen quandoque ponitur in medicinis dentiũ infrigidantibus,& calefacientibus simul: in frigidantibus quidem, quoniam infrigidat sua substantia, & r [ut] penetrat: in calefacientibus uerò, quo niam penetrat, & quoniam adiuuat cum incisione ad resoluendum; eius uerò nocumentum est tũc fractum cum medicinis dẽtium, quæ eis admiscentur.

m B. misusan. n B. misusen. o B. chimazech, uel chermazech. p B. collutiones oris. q B. Alia litera. exminuetur. r B. quoniam.

ANNOTATIONES.

Dentes, sumpta ex eorum natura indicatione, quum frigida & sicca substantia sint, exsiccantibus & frigidis cõseruari debent: ob eorum tamen frigiditatem ab excellenti frigidi usu citissime offenduntur. unde & ab Hipp. 5. ap. frigidum inimicum ossibus, dentibus, neruis, cerebro, & spinali medullæ, calidum uerò amicum fuit pronunciatum. Quippe, ut Alex. 2. problem. scribit, quum natura terrena hæc constent, terrenum autem omne frigidum est: propterea si frigida qualitas augeatur, merito accidere detrimentum potest. sentiunt autem dentes præcipue frigiditatem quod ut ait Arist. sect. 34. problem. meatibus continentur tenuibus, quibus calor inditus, exiguus est, propthereaque re aduersa facilè patiuntur. Videtur tamen hoc dentibus euenire ut a frigido facile offendantur, non tantum ob eorum substantiam (quum enim durissima hæc sit non leui momento alterari uerisimile est) quantum neruorum gratia, qui & maxime sentiunt, & a frigido celeriter offendũtur. Quæ quidem, quum ita se habeant, iuuantur tamen etiam quandoque a frigidis: humida uerò, & si eorum substantiæ non nisi longo temporis tractu officerent, neruorum tamen gratia nunquam non obsunt. Ex quo etiã sequitur, ut exsiccantia semper conducant, ac rectè hic curationem dentium esse absolutę asserat cum exsiccantibus quamuis enim sequẽti capite, quod & Gal. 5. de cõp. med. per loc. dentibus siccam quoq; intemperiem accidere affirmet, ut in senibus, quo casu certum est curari dentes non posse, nisi per ea quę humectent, si modo curam admitterent. quia tamen is affectus curari non potest, atque (quod fieri potest) illi soli attendendum est, ut gingiuæ arctè dẽtes circumquaque constringant, quod astringentibus & exsiccantibus fit medicamentis, propterea uidetur illud in dẽtium curatione esse perpetuum, ut desiccemus: quod Auic. scribit.

Aphor. 18. Probl. 10. Probl. 3. Cap. 8.

De dolore dentium. *Cap.* 4.

SCias, quòd dentes quandoque dolent propter causam dolorosam existentem in substantia ipsorum, secũdum quod proposuimus in eis, quę p rpterierunt. Et quandoque est propter causam dolorosam existentem in neruo, qui est in radice eorum. Et quandoque est propter causam dolorosam existentem in gingiua, & apostema,& additionem carnis natæ in ea, recipientem materiam. Aut propter mollificationẽ eius,& mollitiem eius; quare recipit materias malas,& putrefiunt in ipsa,& nocens dẽtibus,& etiam a [ponunt] dentes commotos. Et quandoque fit difficile pluribus hominibus considerantibus in dentibus suis dolorosis, discernere eos. Et species curæ ipsorum sunt diuersæ. Dolorum uerò dentium causæ, aut sunt malitia complexionis puræ ex frigore; aut calore,& exsiccatio propter priuationem nutrimenti, sicut in senibus b [est infra humectationem,] secundum quod scies in loco suo: aut est cum materia, aut uentositas. Et materia quidem aut facit dolorem cum multitudine, aut grossitie, aut acuitate. Et quandoque est materia apostemans dentem ipsum, & quandoque est corrodens,& quandoque facit nasci uermẽ. Et materiei principiũ aut est ex stomacho, aut est ex capite: aut ex vtrisq; locis simul. Et si fuerit

a B. faciunt. b B. præter q̃ fit humiditas.

rit totum corpus plenum illa materia, tunc cursus ex corpore ad dẽtes erit ex his duabus vijs. Et quandoque dolent dentes in febribus acutis secundum semitam communitatis in malitia complexionis. Et quandoque accidunt sub aliquo dentium corrosio, dolor, & pulsatio, tunc in radice eius est superfluitas non matura, curẽtur ergo apostemata, & dolor, & eradicetur.

ANNOTATIONES.

cap. 8. *Dentium dolorem, tum affecta eorum substantia, tum affectis neruis, tum offensis gingiuis accidere, est etiam a Gal. 5. de comp. med. per loca explicatum. etsi enim paulo obscurius erat, an ipsa dentium substantia doleat, id tamen certo usu ita se habere deprehensum est, atque id quidem in interno præsertim & latente dentis corporis esse putandum est, quum alioqui, quod extra gingiuas prominet, secetur, decurtetur, æquetur, leuigetur, ac uratur, tenui sensus indicio apparente. neque tamen hac parte expertes omnino sensus esse dixerimus, vt quidam affirmant, quum quicquid sub eos cadit, statim sentiant, & qualitates omnes cõfestim percipiant. Sanè doloris dentium causæ, quæ nam sint, fusius author noster explicat. referuntur autem eæ uniuersim ad intemperiem ac solutionem continui, siue per essentiam in dentibus hi morbi sint, siue aliunde communicentur.*

De signis. *Cap.* 5.

Oportet, ut attendas, & consideres an cum dolore dẽtis sit apostema in gingiua, aut in partibus eius. Si ergo inuenies apostema in gingiua, existimabis & iudicabis, quod fortasse causa non erit in ipso dente. Et similiter, si fuerit compressio super ipsam gingiuam. [ ] Si autem non inueneris apostema in gingiua, tunc causa alia est in ipso dente, aut est in neruo, qui est in radice eius. Nã si senseris apostema in dente, aut corrosionem, tunc causa erit in substantia eius. Et similiter quum senties læsionem, quæ extenditur secundum longitudinem in dente. Si autem non sentitur læsio, nisi in profundo: tunc causa est in neruo, qui est in radice eius, & propriè quãdo inuenitur dolor expansus in carnibus rubeis aut in mandibula, & sentitur sicut stupefactio in dente. Et tu quidem significabis complexiones calidas & frigidas per ea quæ sciuisti: & siccitatem per detumitionem dentis, & commotionem eius. Et significabis uentositatem cum permutatione doloris extensi. Et humorem grossum cum submersione, & mora doloris absque caliditate, & frigiditate apparentibus valde. Et humorem acutum sanguineum, aut cholericum, cũ velocitate nocumenti, quod incurrerit ab eo, quod facit dolorem, & [b] [pertransitione existente] in dolore, & alteratione coloris ad similitudinem humoris, & caliditate acuta, quũ tangitur. Et scias, quòd initium humoris est ex cerebro, aut stomacho ex repletione, quam inuenies ex uno eorum, aut ambobus. Quum autem causa doloris est in gingiua, non sufficit eradicatio: & non est necessaria penitus. Et si est in dente, remouetur dolor cum eradicatione, & quando est in neruo, quandoque remouetur cum eradicatione: & quandoq; non remouetur. Et non remouetur quidem, nisi ꝓpẽa ꝙ materia, quam natura & medicina resoluere quærunt, inuenit locum amplum, in quo expellitur, quando prius fuerit præfocata retenta cum dente.

a † B. nociua.

b B. cũ profundatione existẽte

ANNOTATIONES.

cap. 8. *Quibus signis doloris dentium causæ distinguantur, leges ex Gal. 5. de comp. med. per loc. fusius tamen hæc author noster prosequitur. Videtur hic dubitatione dignum, quõ (quod hic scribit) ex flatib. dolores dentium concitentur, quũ dentes durissima sint corpora, quæ extendi non possunt. Sanè & superiori capite dentib. omne apostematis genus accidere posse testatus est. Inter tumores uerò, & apostemata certum est esse, et quæ a flatu fiant. Sed et Gal. quoque 5. de comp. med. per loca, ex flatu dentium dolores peruenire innuit. Intelligendum tamen hoc de neruosa præsertim substantia, quæ ad dentes fertur. possunt nihilominus et flatus ipsi in dentem ipsum inclusi, non quia tendãt, (quũ extendi dentes non possint nisi rumpantur) sed quia calidi uel frigidi, uel acres, dolorem parere, quod forte author noster & Gal. intellexere.*

De cura. *Cap.* 6.

Si dolor quidem fuerit communitate membri, tunc incipe a mundificatione membri communicãti cum phlebotomia, & ventris solutione, cum eo quod sit sicut hiera, & pulpa coloquintidæ, aut scammonea, aut sicut infusiones, aut cum gargarismis mundificantibus caput, quũ cã est in capite. Quũ aũt illic fuerit apostema sensibile in gingiua, & [a] [carnib.] rubeis tunc oportebit vt incipias cum phlebotomia, & [b] [scarificatione] secundum virtutem, & conditiones. Et ut teneat in ore in principio in omnibus eis, infrigidantia, quæ sunt ex succis & decoctiõib. & similib. factis fortib. [c] [ex] cãphora absq; superfluitate in stypticitate. Et multoties qdẽ sufficit, ut sis contentus ex oleo ros. & mastice, & oleo omphacino, aut ex oleo, qđ sit sicut oleũ myrtinum. Et confert ad illud ut sumantur vinũ passularũ uetus, & oleũ ros. crudũ, [d] [decoquatur cũ uino, in quo sint passulæ decoctæ] decoctione bona, & teneatur in ore. Deinde post illud gradatim ordinetur ad resoluentia, & maturãtia, & caueatur, ut non currat ex aliquo forti eorũ aliqd ad vẽtrẽ. Et ordinetur ẽt gradatim ad euacuationẽ ex ipso mẽbro, ita ut mittantur ad radices dẽtium sanguisugę: aut phlebotometur uena, quę est sub lingua, aut uẽtosetur sub mẽto cũ incisione. Qđ si dolor vehemẽtior fuerit, tũc oportet vt adhereat sup radicẽ dentis pyrethrũ cũ cãphora, & reiterẽtur ambo quoties resoluũtur. Et si additur vehemẽtia doloris, necessariũ est multoties administrare opiũ cũ oleo ros. Sed quotiescũq; inuenitur excusatio ab illo, dimittere ipsũ ẽ melius, imò oportet vt [e] [admistretur maturatio.] Quum autem causa est in ipso dente; aut in neruo, & non est materia, imò malitia complexionis, curetur cum medicinis dentium, quę ei opponuntur, notis. Si autem est causa in malitia complexionis eius, & debilitatis eius, [f] [compressio super calidum,] colluat os ex oleo frigidæ complexionis tepido, deinde frigido actu.

a B. alhamur.

b B. solutione uentris.

c B cum.

d B. in quo decoctum sit uinũ passularum.

e B. intendatur maturationi.

f B. est morsus seu masticatio rei calidæ.

actu. Et si causa malitiæ complexionis eius est, g [compressio super frigidum,] administretur loco illius ex oleis calidis, sicut est oleũ de nereidem, & oleum de ben, & h [comprimat super] uitellum oui assatum calidum, aut super panem calidum: & quandoque conferunt ambo regimina in vnaquaque specierum malitię complexionis prædicta. Si autem causa est pura siccitas, tunc confert ei, vt fricetur cum eis, q̃ sunt sicut butyrum, & adeps anatis. Si verò est cum materia, quęcunque sit materia, acuta, aut grossa, aut multa, oportet ut euacuetur secundum q̃ in ipsa est. Et oportet vt prius incipiatur in principio cum eis, quæ infrigidant, & repellunt, in omnibus illis, quamuis sit illud in materia calida plus necessarium, & in grossa minus. Et ex rebus quidem fortibus ad repellẽdum, & propriè in materijs frigidis, est alumẽ adustum, & extinctum cum aceto, cum æquali mensura sui salis, quæ ambo sunt trita valde: deinde administrentur, deinde colluatur os postea cum vino. Et ex eis, quæ conueniunt ad repellendum, sunt gallæ. i † [ ] Quòd si materia fuerit calida, curetur cum succis infrigidatiuis, & fiat præparatio in æquatione eius. Si autem illud non ualet, præparatio sit aut in resolutione eius, aut in ipsius stupefactione. Et si materia fuerit grossa, aut plurima, præparatio sit, post illud, quod diximus ex curatione initij, cum resolutiuis etiam: & melius est, vt sit collutio oris cum aceto, & oleo ros. k [Ipsa enim quãdoque attrahit] humiditates radicales post superfluitates. Et quandoque est necessarium, vt aggregentur ad resolutiuas, medicinę stypticæ, quoniam membrum est siccum. Quòd si cã est ventositas, tunc curatio fiat cum resolutiuis quę dicemus; & proprie, serapino, & galbano, & granis alharmel.

De medicinis resolutiuis. Cap. 7.

MEdicinę administratæ in doloribus dentium indigentibus resolutione, alię sunt collutiones oris, in quibus omnibus oportet vt teneantur in ore spatio longo, sicut acetum, in quo coctum est spolium serpẽtis, aut acetũ, in quo decocta est coloquintida, & est fortis iuuamenti valde. Et quum frigus est manifestum, tunc fit cum vino aut aristol. aut pyrethũ aut assa fœtida, cum synapi, aut cortices capparis, aut cortices pini, aut mentastrum, aut folia dulb, & polium, & cortices a [raphani] cũ aceto, aut aqua. Et similiter folia lauri, & b [gith.] & similiter fustes allij cum pyrethro. Aut acetum in quo ponitur condisi teneatur in ore. Aut pyrethrum, et fructus tamarisci in aceto. Et ad dolorem sampsucus siccus. Aut radix cucumeris asinini, & eius succus in aceto; aut cũ harmel, quæ sint decoctę in aceto, aut c [serapinum.] Et ad dolorem pulsatiuum, decoctio gallarum crudarum cum aceto, & solatrum cũ aceto, & d † [ ]bengi cum aceto, & cornua cerui adusta decocta in aceto squillitico, trita et confecta in oxymelle. Et aliæ sunt gargarismata cum similibus eorum, q̃ prædiximus de collutionibus oris. Et ex eis est, vt decoquantur e [passæ montanę] & alia in aqua, et fiat ex eis gargarisma, & dimittatur os

g B. morsus vel masticatio super rem frigidam. h B. mordicet uel masticet.
i B. cum aceto.
k B. Alia litera. quoniam quãdoque attrahit acetum.
a B. Alia litera. eius. Alia litera. abrotanum. b B. alseilem.
c B. Alia litera. chibichengi de coctũ in aceto. d † B. decoctio.
e B. zibib algiebeli.

apertum, & currat saliua plurima. Et alię sunt masticationes acceptę ex medicinis prædictis, et similibus eis. Ex illis est, vt sumantur mentastrum mõtanum, et pyrethrum, et piper album & myrrha, & conficiantur cum carne passularum, & fiant ex eis auellanæ, & masticetur ex eis omni die auellana una. Et aliæ sunt linimenta, & epithemata, et f [rorationes;] & emplastra facta ex medicinis resolutiuis notis; et g [ponuntur in eo; quod habet essentiam tenacem, sicut est mel, aut kitran: aut aliquid dissolutum in aqua qua resoluantur, aut conficiantur cum aqua sola; aut accipiatur sulphur recens] & liniatur; aut sumatur h [pulsatiuo] sinapi tritum solum; aut cum assa fœtida; aut accipiatur sulphur recens, & cum assa uel sagzenea & ponatur super radicem dentis. Et ex eis, quæ sunt experta, est ut sumatur medulla nucleorum persici, & quantum est medietas eius de pipere, & conficiantur cum Kitrã & fricetur cum eis dens: i † [ ] aut nigella contrita, & confecta cum oleo applicetur, & liniatur cum ea. Et ex eis, quæ sunt experta, est ut sumatur piperis, & pyrethri, & staphisagriæ, & zingiberis omnium ana pars j. † nitri armeni pars j. & s. terãtur bene, & fricentur cum eis dentes, & gingiua: quoniam sunt vehementis iuuamenti. Et quandoque barbæ fit emplastrum cum eis, quæ sunt, sicut malua, & chamæmilla, & anethum, & semen lini, & decoctio anethi, & oleum eius & administrantur. Et Gal. quidem existimauit, q̃ hepar k [stellionis,] quando ponitur super dentem dolorosum, corrosum, sedatur dolor eius. Et aliæ sunt vaporationes exterius adhibitæ, & oportet, ut administrentur aut ante cibũ duabus horis, aut post ipsum iiij. horis: & horũ est necessitas propter uehementiam doloris, sicut si fiat uaporatio cum sale & milio: aut cũ oleo calefacto; aut cum cera liquida. Et quandoque vaporatur barba faciendo vaporationẽ post vaporationem, vt ad ipsam trahatur materia: quum enim apostematur barba, sedatur dolor, & proprie quum l [coquitur] dens cũ oleo feruente in illa hora. Et aliæ sunt cauterizantes, & regimen quidem cauterij est, sic, ut decoquatur oleum cum aliquib. medicinis resolutiuis predictis, aut solum. Aut sumitur acus, & ignitur, & submergitur in illo oleo, & fit ut penetret in vacuitate embubæ ingeniose super dentem dolorosum, donec perueniat ad dentem, & cauterizet ipsum. Et quandoque ponitur m † [ ] in circuitu eius cera, aut massa, aut aliquid aliud distinguens inter dentem: & inter dentes, qui sunt in circuitu eius, & carnes rubeas. Et iuuamentum quidem huius ad illum in quo materia est in ipso dente, est plurimum. Et quum distillatur in embuba etiam oleum feruens, post ingenium prædictum. Et oleum quidem oliuæ est conuenientius oleis reliquis. Et quandoque necessarium est in cauterizantibus, ut perforetur dens perforatorio minuto, ut penetret ĩ ipso uirtus cauterizatiua. Et quãdo non ualent curationes, cauterizetur dens cũ acu ignita toties, donec perueniat ad ultimũ in cauterizatione eius, et fortasse sedabitur dolor, et frãgetur dẽs. Et aliæ sunt fricatio-

f B. vaporationes. g B. aggregentur cum eo qđ habet spissitudinem mellis aut kitrau, aut rei dissolutę, aut cõficiantur cũ aqua sola, aut accipiatur caules contriti. Alia litera accipiatur sulphur contritum. h B. ad pulsatiuum dolorem. i † B. & applicetur super ipsum aut liniatur theriaca sola, au; assa fœtida sola, aut sazanea, aut cõfectio aschã. † baurach.
k B. samabras.
l B. cauterizatur.
m † B. ante illud.

nes accepte ex eis, quorum præterijt narratio. Et zingib. quidem cum melle est fricatio iuuãs. & etiam acetum, & sal, & etiam acetum, & pulpa coloquintidæ, & pyrethrum. Et aliæ sunt fumus, & suffumigationes, & in eis melius est, vt fiant in traiectorio. Et quandoque suffumigatur ex resolutiuis, sicut venis coloquintide, aut granis eius, aut granis sinapis, aut ungula asini, aut semine cepæ, & proprie ad vermem, aut folijs myrthi, aut polio, aut folijs rutæ, aut pyrethro. Et aliæ sunt caputpurgia resolutiua, sicut aqua cucumeris asinini, & succus radicis † bete, & fasfasa, & aqua sampsuci. Et aliæ sunt distillationes in aurem [n] [que sequuntur dolorem, sicut si administrentur ista caputpurgia distillata in aure: aut] succus capparis humidi. Et aliæ sunt ĩpletiones corrosionis, si fuerit causa doloris ex corrosione, & oportet vt subtilietur, & non impleatur cum labore, & vehementia addente in dolore, sicut galia cum cyperis, aut cum mastice, & fortior illo est assa fœtida cum [o] [serapino,] aut nigella trita cum oleo, aut piper, aut fex adusta, aut euphorbium, aut pyrethrum; aut impleatur ex medicamine medullæ persicorum prædicto: imò impleatur calidus cum frigidis, & frigidus cum calidis. [p] † [ ]

† ficlæ. n——B. Alia litera. & Alia litera.

o B. kibikengi. p B. & aliæ sunt eradicatiuæ: sed ei faciemus capitulũ, & nõ est conueniens administratio earũ, nisi sit dolor in ipso dẽte nõ in alijs.

De medicinis stupefactiuis. *Cap.* 8.

Qvandoque administrantur secundum modos prædictos in resolutione. Verũ melius est, vt sint delinite, aut annexæ, aut implentes, quum tamen quandoque administrentur, vt sint [a] [masticationes] & suffumigationes. Ex eis itaque est, vt sumatur seminis hyusquiami albi, & opij; & storacis, & galbani, omnium ana pondus. drac. ij. piperis & assæ fœtidæ de Sceni amborum. drac. i. fiat ex eis collyrium cum coagulato uue. & ponatur super dẽtem dolorosum. Aut sumãtur opij & castorei partes equales. Et distilletur ex eis granum. j. aut grana. ij. in oleo ros. in aurem [b] [ubi est dolor:] aut sumatur, quod adhæreat ex radice mãdragoræ, quandoque enim sedat ipsum; aut sumatur, secundum quòd ostensum est, ex modo suffumigationis cum semine hyusquiami albi. Aut decoquatur radix mandragore solum: aut cum hyiusquiamo albo cum vino, & teneatur in ore. Et quãdoque dantur in potu etiam narcotica, sicut philonium. [c] [potat enim ipsum,] qui de dente suo conqueritur, & accipit ex ipso ĩ ore suo, & dormit, & maturatur egritudo eius, & quiescit dolor eius. Et ex eorũ summa quæ stupefaciunt absque nocumento, est aqua infrigidata cum niue in ultimo, & ponitur in ore acceptio post acceptionem, donec stupefiat dens: quare quiescit dolor omnino, quàm uis quandoque sit addens in principio.

a B. collutiones.

b B. quæ est in parte dentis dolentis.

c B. quoniã sanat eum.

ANNOTATIONES.

De dentium doloris curatione, plura Gal. 8. de comp. med. per loca, plura Paulus lib. 3. & Trallianus libro. 3. Sed & Celsus lib. 6. de hac re copiose, & Rasis 9. ad Almansorem.

cap. 8. cap. 26. cap. 13. cap. 9.

De dente commoto. *Cap.* 9.

Qvandoque commouetur dens propter causam primitiuam ex casu, aut percussione, & quandoque commouetur ex humiditate mollificante neruum constringentem. [a] † [ ] & quandoque est dens cum hoc pinguis deinde extenuatur. Et quandoque commouetur propter corrosionem accidẽtem origini dentium, & amplificat eã: aut subtiliat dentem per illud, quod minuitur ex eo, [b] [& non facit dolere.] Et quandoque commouetur propter detumitionem accidentem dentibus; propter siccitatem dominantem, sicut accidit dentibus conualescentium & senum, & eis qui famẽ tolerant vehementem continue, & abbreuiatur ab eis nutrimentum. Et quandoque commouetur propter abbreuiationem carnis [c] [alhamur.]

a † B. dentem.

b B. aut pp̃ter diminutionem, uel corrosionẽ alderugi.

c B. algamur.

De cura. *Cap.* 10.

Oportet, ut deuitet masticationem cum illo dente; & minoret locutionem, & non tangat ipsum manu, neque lingua, & penitus dimittat masticationem, & intendat ad sorbitionem quantum potest. Quod si causa fuerit corrosio, curetur corrosio [a] † [ ] & reliqua. Et si causa fuerit detumitio, succuratur cum cibarijs; quũ tamen hoc sit ex eis quorum [b] [obuiatio] est difficilis. Deinde cum humectantibus curetur, faciendo, vt adhereant; & fricando, & distillando in aurem sicut est oleum ros. & de salicibus, & succus foliorum solatri, immo cum stypticis. [c] [Nam si est propter detumitionem dentis, non valent cibaria, quoniam ipsa forsitan non impinguãt ipsum velociter: Imò oportet, ut curetur cum stypticis] frigidis, & similiter si accidat a percussione. Si autem prouenit ab humiditate mollificante, oportet ut curetur cum stypticis calefacientibus, & administrentur styptica ex oppilatiua ex medicinis dentiũ, colluendo os, & fricãdo, calefactis; sicut collutio oris ex aqua ĩ qua decocta sunt alsedar parum, & folia cupressi: aut [d] [passo] in quo decoctum est alumen cum medietate sui de sale, aut cum aqua, in qua decoctum est serapinũ. Et ex adhærentibus est, ut sumatur aluminis. drac. ij. salis. drac. j. annectãtur super radicem dentis: Aut cortices eris cum oleo, & radicis. lilij, & corticis cupressi, omnium an. drach. iiij. & aluminis pars. i. & sumãtur cineris tamarisci, & salis, equaliter: aut cornu cerui ni adusti, & salis [e] [ ] confectorũ cũ melle [f] [adustorũ, & myrrhæ aduste] oĩum an. drac. x. Aut myrrhe, & croci, & spicæ, et masticis oĩum an. partes. ij. rutæ siccæ, et sumach; et balaustiæ. omnium partes. iij. fiat ex eis dentifricium, et quod adhæreat. Et etiam styptica permista cũ aloe et colcotar et climia. Dentifricium conueniens ad hoc capitulum, et ad alia. Cyperi, et rosarum, et spicæ aromatice, et salis gẽme, et carmezit, et cornu ceruini adusti, partes æquales. Et ad illud, quod est causa diminutionis carnis gingiuarũ, sumantur alumen iamenũ, et xyloaloes adustum, et cyperi, et sumach, et balaustiæ.

a † B. & administrẽtur stypticа cõstringentia ex medicinis sa cientib. ad dentem uel appropriatis dẽtibus, colluẽdo os, & fricando.

b B. rectificatio uel curatio.

Alia litera. c——B.

Alia litera. d B. vino. Alia litera. vino de passis.

e † B. adusti. Alia litera. f——B.

ANNO-

ANNOTATIONES.

Vbi dentes mobiles sunt redditi, morbus est in positu, & connexione. sitúq; vel dentium substantia uitiata atque imminuta, quauis id ratione contigerit, seu rosione, seu alimenti inopia, uel alueis, quibus insunt uitiatis, ampliatisq; ab acri humore, aut alia quauis id genus causa, uel oblæsis neruis, quibus connectuntur, nimio. s. humore relaxatis, uel siccatis, uel erosis, ac sectis. Sequuntur uerò hæc omnia uel internas, uel externas causas. Curanturque, ut & alij morbi, contrarijs præsidijs. Pro quibus pete Gal. 5. de com. med. per loc. Ex his tamen, qui dentes ex alimenti inopia in senibus mobiles sunt redditi, remedio nullo curantur, ut ait Gal. loco citato: licet tamen in his, astringentibus gingiuas circa dentes magis astrictas facere, ut ibidem testatur, ut aliquo his pacto auxilium feratur. Pro materia medicamentorum ad dentes commotos uide Gal. lib. iam citato, necnō Trallianum lib. 3. & Rasim 9. ad Almansorem.

cap. 8.
cap. 9.
cap. 13.

De perforatione & corrosione dentium. Cap. 11.

Alia litera.
a † B. mala.
b B. causantis.

ACcidit illud ex humiditate [a] † [ ] putrefacta in eis. Intentio in cura corrosionis, est prohibere additionem eius, quod corroditur: & illud fit cum mundificatione substātiæ corruptæ, & resolutione materie [b] [lædentis] illud, & prohibitione dentis, ne recipiat illas materias: & conuersione illarum materierū ab eo cum euacuantibus, si eis indigetur. Et medicinæ prohibitiuæ corrosionis, sunt exsiccatiuæ. Si autem est fortis, indiget fortibus, vehemētis exsiccationis, & calefactionis. Et si est debilis, sufficiūt in eo exsiccatio, & stypticitas, sicut lycium, & myrtus, & spica celtica: & ipsarū administratio sit ex modis, quos prædiximus, & plurimum eius ex capitulo impletionis. Ex illis enim est, vt impleatur cum galia, & cyperis, aut galia [c] [sola:] prohibet enim corrosionem, & sedat dolorem. Aut impleatur mastice, & cyperis, & myrrha: aut storace: aut gallis uiridib. & lycio: Aut storace & opio, aut galbano. Aut sulphure citrino, & lycio; aut [d] [† visco] albotin, & pipere, aut cum galia; aut [e] † [ ] albotin, & mentastro; Aut cum nigella cōtrita & confecta cum aceto & melle; Aut cū sulphure replendo aut liniendo: Aut cum zingibere decocto cum melle, [f] [aut cum] aceto. quoniam ipsum est vltimum ad hoc. Aut assa fœtida, aut cum alkitran: Aut cum assa fœtida, & [g] [ammoniaco], aut assa fętida sola, & bulliat cū cera, vt non resoluatur. Est enim vehemens ad sedandum dolorem; aut [h] [cera sola;] aut cum medicinis, aut cum lycio & dragacantho. Et iā experta est camphora in implendo, & est iuuatiua in ipsa vltimè cum prohibitione additionis corrosionis, & sedat dolorem. Et oportet, vt adiuues te cum eis, quæ præterierunt in capitulo doloris dētium. Et quandoque administrantur in hoc epithemata ex castorei, & pyrethri, & opij, & galbani partibus æqualibus, & pipere & cardamomo cum melle; aut pyrethro, & myrrha cum melle. Et [i] [granis alcadra viridibus cum melle: aut uinum bonum,] cui superfunditur acetum feruens: Aut hete [k] [lacertæ] aut sulphure [l] † [ ] cum æquali mensura lycij, aut pipere & lacte tithymali: aut † nitro, & pyrethro. Aut galbano, & semine hyusquiami albi. Aut storace, & opio. Medicamen bonum. Recipe. † nitri, & albēgi amborum an. partes. ij. pyrethri, piperis, amborum ana partē j. [m] [epithymi] partes. iij. ponantur super locū. Et iterum Recipe [n] [ ] capitum granatorum & piperis, & [o] [seminis iuniperi] omnium ana partem. s. Et quandoque administratur implendo ex eo, & epithemando. Et quandoque ponitur super locum [p] [calidicon forte: aut suristicon:] Aut calcis partes. ij. & salis ammoniaci, & aluminis, & myrrhę, & gallarū, & acaciæ, & ireos omnium ana pars j. & hordeum adustum, & spuma maris: & quandoque additur in eo galbanum. Et quandoque iuuatur ex collutionibus oris retentis in ore magnifice, si decoquatur radix capparis cum aceto, donec consumatur medietas aceti, & teneatur in ore. Et administrentur distillationes in ipsa corrosiuæ, sicut arsenicum dissolutum in oleo, feruecat, & distilletur in corrosum. Et ex eis, quæ iuuant, est vt distilletur in latere dentis corrosi oleum [q] [rosis]

Alia litera.
c B. cū muscho solum.
d B. guma.
e † B. cū guma.
f B. &.
g B. sceha.
h B. galbanum solū. Alia litera. hir solum.
i B. granū viride cū melle aut vino bono.
k B. hadaie.
l † B. vino.
† baurach.
† baurach.
m B. opij.
n † B. storacis, & o B. abel. Alia litera. abel stafisagriæ, & seminis vrticæ, & opij.
p B. felendisis forte, aut suristhan.
q B. amygdalarum.

ANNOTATIONES.

Dentium erosionem ex humorum acrium influxu prouenire fatetur & Gal. 6. de tuenda ualetud. & 5. de com. med. per loca. Curandam uerò hanc ijs iubet, quæ influentem humorem desiccent, ut & aliarum partium ulcera, atque ijs, quæ erodētem humorem euacuant, si multus is fuerit, si enim paucus, sola resiccantia satisfacient. atque hæc certè Gal. communi sumpta ulcerum indicatione docet, non is tamen negarit, alterandum esse humorem qui influit, & eius temperandam esse acrimoniam: id quod ex humore ipso peccante, qui ulceris causa est, indicatur.

cap. 9. cap. 5.

De [a] [ruptura dentium & eorum corrosione.] Cap. 12.

a B. comminutione dentiū, & eorū fractura.

ET causa in hoc secundum plurimū est conuersio cōplexionis eius ad humiditatē. Et quādoq; est causa in ipso, vt exsiccetur siccitate uehemēti. Sed differētia, est manifesta detumitio, & contrarium eius, Et si est illic significatio alterationis coloris, aut corrosionis, significat complexionem humidam habentem materiam.

ANNOTATIONES.

Dentes frangi potius dicuntur, quàm comminui, si id aduerteris, quod Arist. 4. meteor. scriptum reliquit. quum frangi ea asserit, quæ in portiones magnas duas aut plures diuidi possunt, quæve nec mollia sunt, nec uacua, ut lapides, comminui uero, quæ & mollia & uacua sunt, et quæ in minimas partes ducuntur. Verum non ea significationis angustia comminutio dentium intelligitur, sed pro fractione in tenues partes sumitur. Atque hic sanè affectus in eandem causam recidit, in quam & erosio, nempe ex acri humore erodente rumpi ac comminui accidit, licèt id non rarò etiam ex externa causa eueniat. Vnde & eandem plerunque curationem suscipit, quam erosio. Sequi nihilominus quandoque solet hic affectus dentium siccitatem, ut hic author notat, absumpto enim innato quo uinciuntur humido, tum ob ætatem, tum ob scciora medicamenta, disrumpi dentes necesse est. Quamobrem quod Gal. 5. de cōp. me. per loc. resiccantibus, nēpe alumine, dentiū ruptionem curet,

Text. 9.
cap. 9.

ret, de corruptione, quæ humoris acris redundantiam sequitur, erit intelligendum, quũ alioqui, vbi ex siccitate dentes rumpantur, neq; siccis neq; alijs fortaſse medicamentis curari queant. Vnũ tamen in siccorũ usu. 6. simpl. med. Gal. notat, ut absque calfactiõe id fiat. quod uidetur difficultate nõ carere, quum hic author noster alumen quidem probet, sed præterea si medicamenta calfaciant, non frustra testetur laborari, ueluti si elleboro nigro melli admisto usi fuerimus. Sanè in Auicennæ contextu, duplex lectio est: antiqua legit non esse laborem uanum: altera Bellunensis, non esse, ait inuatiuum, si utamur calfacientibus. Atque posterior hæc cum Gal. sententia 6. simpl. med. uidetur certè consẽtire, qui siccantib. absque calfactione utendum iubet. Quum tamen Gal. 5. de comp. med. per loca. ex Asclepiade & Heraclito elleborum ad erosos dentes consulat, (non differt uerò erosio a fractione, si causas respexeris ut iam dicebamus) propterea uidetur utraque lectio probanda. Contradictio uerò ita sedabitur. quæ calida sunt, dentium fracturæ nõ cõueniunt, quòd sui caliditate innatum fortasse humidum depascantur: si materia tamen erodens frigida fuerit, qualis salsa pituita, a qua & erodendo & refrigerando læduntur, calida medicamenta admitti poſse uidentur, non tamen si calidissima sint, sed si mediocriter calida, qualis niger erit elleborus melli admistus. ita enim non absumitur innatum calidum, sed souetur.

Cap. de Asparago.

cap. 9.

De cura. *Cap.* 13.

ET curatio prima est prohibitio materiei, & [a] [mundificatio] dentis cum stypticis fortibus predictis Et alumen quidem est fortis impressionis in hoc, & si sunt calefacientes cum hoc, non est [b] [earum labor vanus] sicut est elleborus niger mistus cum melle. Si uerò est a siccitate cura eius, est cura siccitatis.

a B. cõfortatio.

b B. innatiuum

De alteratione coloris dentium. *Cap.* 14.

QVandoque fit illud propter alterationem [a] [eius quod cooperit eos ex linimẽto] & facit accidere pannum. Et quandoque fiat lapis dentium radicibus, cuius eradicatio est difficilis. Et quandoque fit propter materiam malam penetrantem in substantiam dentis, & alteratur in ea, & corrumpit colorem eius, conuertendo ad colorem melõgiæ; & similium, & præter quòd fit super ipsum pannus.

a B coloris illius superfluitatis viscosæ, quæ sicut linimentũ dentibus adhæret.

De cura. *Cap.* 15.

PRimo quidem curetur cum eo, quod abstergit, & mundificat, sicut spuma maris, & sal, & [a] [nasturtium tritum,] & cinis ostracorũ & cinis radicis cannę, et aristol. rotundæ & [b] [hordeũ] adustum, & sal gẽma, quæ oĩa sint secundum æquales partes, & si uis, adde in eo ostracũ limaciarum adustum: Aut sumatur abrotani adusti, & piperis amborum ana. pars j. [c] [ammoniaci] partes iij. & folij ij. & gypsi adusti. x. partes, terantur & administretur. Et si fuerit superflua, tunc flos eris cum melle. Et ex eis, quæ albificãt in dispositione, est tritura catini de Sceni; aut tritura uitri; aut masacumie, & alsumbedig & lapidis adamantis. Secundò uerò curetur cũ eo quod resoluit materiam, & extrahit eam, aut abstergit eam, sicut piper, & mentastrum, & costus, & aristol, rot. & assa foetida permiscetur cum abstersiuis prædictis & sicut est dentrificium, quod diximus ante, aut hoc dentrificiũ bonum. Recipe radicis aristol. partem j. cornu ceruini adusti partes. ij. masticis partes. iij. olei ros. partes. v. terantur et administrentur. Aliud Recipe abrotani, & salis torrefacti, & lilij, omnium ana partes iiij. cyperi partes. v. spicę partẽ j. piperis partes. vj. Aliud. Recipe salis, qui tandiu adustus fuerit, donec fuerit ut carbo, partes iij. folij. partes. ij. & spicæ partem. j. & iterum cineris ostracorum partes iiij. rosarum siccarũ partes. v. cyperi partes iij. floris hyusquiami] partem j.

Alia litera.
a B. & testa cõtrita.
Alia litera.
b B. origanum.
c B. amomi.

d B. sumitatum squinanthi.

ANNOTATIONES.

Hoc symptoma est, quod ad affectus corporis sensiles pertinet, morbum præsertim in numero sequens, adhæsum uidelicet crassæ & discoloris materiæ ad dentes: uel etiam ipsi dentium substantię alterationi succedens. sicut enim ossa siccitate albescunt, ita & ob humiditatem vario infici colore consueuerunt; tali scilicet, quali humores sunt, quibus imbuuntur. Recte igitur in huius effectus curatione abstergentibus & desiccantibus utitur, pro quibus pete. Gal. 5. de comp. med. per loca.

Cap. 8. & 9.

De facilitate originis dentium. *Cap.* 16.

QVandoque accidit infantibus, vt dentiũ eorum natiuitas sit difficilis. Et quandoque communicat ei solutio uentris: quare necessarium est, ut commensuretur cum epithematibus super uentrem, & succis [a] [præparatis] & retentione eorum. Est etiam necessarium ut liniãtur cum collyrijs prędictis in libro uniuersali. Et ex eis, quibus ortus dentium fit facilis, est fricatio cũ adipibus, & cerebellis, & propriè cerebro leporis extracto ex capite eius post decoctionem. aut cum alcanna, & butyro & oleo de lilio. Et iã dictũ est, ꝙ lac caninum confert in hoc uehementer cũ proprietate sua. Et si dolor uehementior fiat, liniatur cũ succo solatri, cum oleo ros. calefacto. Et oportet, ut prohibeatur masticatio super rem, quæ habet essentiam tenacem. Imò oportet, ut nutrix intromittat digitum suum in ore eius tunc, quum incipit dolere propter ortum dẽtium, & fricet gingiuam eius uehementer, ut currat ab ea humiditas ex uia gingiuę, deinde fricetur cum medicinis prædictis. Quumque dentes parumper apparent, oportet ut fiat emplastrum capiti, & collo, & mãdibulis cum lana submersa in oleo, & distilletur etiam in aure eius oleum, & nos iam præmisimus tale, quale est capitulum hoc in lib. j.

a B. ebibitis.

ANNOTATIONES.

Vt dentes facile erumpant, ea præsertim iuuant, quæ gingiuas emolliunt relaxantque. Sedandi tamen doloris alui cohibendæ, aut conuulsionis gratia (qui affectus dentitionem sequi solent, ut Hipp. 3. aph.) indicantur alia plura, quæ iam dictos affectus oppugnent, de quibus author. Cur uerò (si quis roget) in ipso dentium ortu febres, conuulsiones, alui profluuia, quandoque sequantur, hæc ratio est, ut Galen. in com. febres sane ob dolores, rigores, inflammationes fiunt. conuulsiones ob hæc, & propter crudum alimentum,

Aphor. 25.

alimentum, & quia neruosæ partes ijs nondum sunt ualidę solutiones alui, quod alimentum non bene concoquitur, neque recte distribuitur. Pro huius affectus curatione, uide & Gal. 5. de comp. med. per loca. & Paulum lib. 1.

cap. 9. cap. 9

De regimine eradicationis dentium. Cap. 17.

QVoniam quandoque aduenit ex dẽte doloroso, ut non recipiat curam omnino, & fit ut quotiescunque sedatur nocumentum quo leditur; in proximo redeat: Amplius fit uicinitas eius reliquis dentibus nocumentũ propter illud; quod ex ipso pertransit ad eos, & nõ inuenitur ad eius rectificationem semita, tunc cura eius est eradicatio. Et ipse quidem quandoque eradicatur cum tenaiijs, post detectionem ab eo, quod tenetur cum radice eius. Et oportet vt attendas ante eradicationem, & considera an ęgritudo sit in ipso dente. Nam si nõ fuerit, nõ oportebit ut eradicetur: Et nõ eradicetur, quũ causa fuerit in gingiua, aut fuerit in neruo, qui est sub dente: illud enim quamuis dolorem parumper alleuient, non tamen ipsum destruit, imò redit. Et non quidem alleuiat ipsum, nisi propter illud, quod resoluit ex materia tunc, & cum eo quod peruenit ad ipsum ex medicinis, & in eradicatione illorum dentium, qui non commouentur, est timor, ex a [quibusdam nocumentorum plurimorum] quandoque enim detegitur a mandibula, & putrefit pars substantiæ eius, & excitat dolorem uehementem. Et quandoque excitat dolorem oculi, & febrem. Quum ergo sciueris, quòd eradicatio est difficilis, aut non tolerat eam infirmus, tunc non erit rectum, vt moueatur cum uehementia. Illud nanque est ex eis, quæ in dolore augmentum faciunt,[b] [quum tamen conueniens est quandoque, si fuerit ægritudo propter causam in dente, nam si commoueatur,] resoluitur materia sub ipso, & sedatur dolor. Quandoque uero eradicatur cum medicinis. Et rectius quidem est, vt incidatur in circuitu dentis cum phlebotomo, & administretur super ipsum medicamen. Et ex illis est, vt sumantur cortices radicis mororum & pyrethrum, et terantur in sole cum aceto forti, donec fiat totum sicut mel: deinde liniatur cum eo radix dentis in die tribus vicibus. Aut teratur pyrethrum, & in aceto sub sole dimittatur. xl. diebus deinde distilletur super illud, qđ incisum est, & dimittatur hora vna, aut horis duabus. Et quandoque inuestitur sanus cera bene, deinde extrahitur: quare eradicatur, aut ponitur loco pyrethri radix cucumeris asinini, aut linitur cum arsenico nutrito cum aceto, quoniã mollificat eã: aut sumantur seminis vrticę, & galbani partes ęquales: aut vrtica, & de thure, duplũ eius, & ponatur super radicẽ dentis c [eius,] & quandoque feruent cum folijs fici: quoniam [ipsum frangit eam,] & eradicat ipsum cum facilitate: Et fæx aceti ipsius est mirabilis. Et quandoque sumantur cortices mori, & cortices capparis, & arsenicum citrinum, & pyrethrum, & uenæ, & radices coloquintidę, & e [sisamum, & conficiantur cum aqua anethi,] aut cum aceto forti, & dimittatur tribus diebus; deinde liniantur. Aut sumatur venarum citrinarum, & corticis mori. amborum ana pars j. & arsenici citrini partes. ij. & conficiantur cum melle, & ponantur in circuitu dentis totius, quoniam eradicat eum. Aut sumantur radicis abrotani, & lactis tithymali pars j. radicis tihymali partes ij. conficiantur cum melle, & ponantur super ipsum, & si dens est debilis, liquefiat cera cum melle in sole, & distilletur super ipsam oleum, & præcipiatur ut masticet eam.

a B. nocumẽtis plurimis.

b B. quãuis quãdoq; accidat q fit ęgritudo nõ in dente, & quũ commouetur.

c B. moralis. d B. mollificat ipsum.

e B. Alia litera. Scebram & cõficiantur cũ aqua aluminis.

ANNOTATIONES.

Is quorundam morborum est mos, ut auferri, nisi morbosa ablata parte non possint. id in cancrana, & in dentium erosione, fit quod testatur Gal. 14. meth. festinandum tamen, Celsi consilio, ad eximendum dentem, nisi res cogit, nõ est. Cauendum præterea medico est, ne fallatur, atque doloris causam, dentis uitium esse putet, quum affectio neruum apprehendat, uel gingiuam. Quo autem ingenio eximantur dentes, docet Gal. 5. de cõp. med. per loca. & Tralliamus lib. 3. Manuariam uerò actionem docet Paulus lib. 6. & Celsus lib. 6. Vide & Rasim 9. ad Almans.

cap. 13. cap. 9. cap. 13. cap. 28. cap. 9.

De fractione dentis corrosi, & est sicut eradicatio sine dolore. Cap. 18.

COnficiatur farina cum lacte tithymali, & ponatur super ipsum aliquibus horis, quoniam frangetur. Et oportet, vt ponantur in ipso folia uolubilis maioris acutæ. Et adeps ranæ arboreę est a [incisiuus,] fractiuus, & est rana uiridis, quæ hospitatur in plantis, & arboribus, & ascendit ex arbore ad arborem.

a B. eradicatiuus, &.

De uermibus dentium. Cap. 19.

SVmantur seminis hyusquiami albi, seminis porri amborum ana. partes iiij. seminis cepę partes. ij. & s. conficiantur cum adipe caprino contrito, & fiant inde pilulæ, quarum vnaquæque sit drac. j. & fiant suffumigatio ex una pilularũ cum coopertura capitis, & cũ traiectorio.

ANNOTATIONES.

Mirari quispiam possit quomodo dentibus vermes innascantur. Res tamen ita esse docet. Nos non semel solo seminis hyosciami suffitu, stupefactos è dentibus uermes concidere sedato statim dolore, sumus conspicati. arbitrandum est hos ex putredine, ueluti & in alijs corporis partibus, gigni.

De causa stridoris dentium. Cap. 20.

STridor dentium in somno fit propter debilitatem lacertorum mandibularum, & est ex eis, sicut spasmus, & accidit infantibus multoties, & remouetur quando fiunt puberes. Et quando multiplicatur stridor dentium, & sonitus eorum in somno, indicat epilepsiam, aut apoplexiã, aut spasmum: aut significat vermes in ventre. Et ille, qui est ex vermibus, est habens vicissitudines.

De cura. Cap. 21.

ET oportet, vt curetur patiẽs illud cum mũdificatione capitis, & inunctione colli ex oleis

oleis calidis odoriferis, in quibus est uirtus styptica.

ANNOTATIONES.

Stridor symptoma est motricis facultatis; quandoq; naturale, quandoq; aduentitiũ. Et quo pacto, qb. oculorũ mouentes musculi imbecilles sunt, semper nictant, eodem & quib. debiles maxillarum sunt musculi, frequenter stridẽt. proptereaq́; etiam qui stridores aduentitiũ sunt, neruorum affectam originem significant, unde & mentis commotionem, & maniam, & epilepsiam, & conuulsionem significant in acutis morbis, quod 1. progn. adnotauit Hippocrates. Pueris præsertim hoc malum accidit, ꝙ ijs humidius quum sit caput, facile musculi maxillarum eo superfluo humore imbuuntur. atque in his, non epilepsiam vel conuulsionem dumtaxat, sed & lumbricorũ signa potissima sunt, quod & author noster, & Paulus lib. 4. scriptum reliquit, id tamen per accidens, quòd superfluere pituitam indicat, ex qua putrescente uermes fiunt. Curatio, præsertim redũdantis pituitæ detractione fiet: deinceps uero calfacientib. ac siccantibus, quibus astrictoria insit facultas, ut affectæ partes roborentur.

Aphor. 21. cap. 57.

De dente, qui elongatur. Cap. 22.

OPortet, vt sumatur digitis, aut instrumento constrictiuo, deinde limetur cum lima. Postea sumantur grana lauri, & alumen, & aristol. longa, & fricetur cum eis.

ANNOTATIONES.

Quomodo prominentes dentes æquentur, uide ex Gal. 5. de comp. med. per loca, & Paulo lib. 6.

Cap. 9. cap. 28.

De congelatione dentium. Cap. 23.

COngelatio est stupor quidam accidens denti. Et illud est propter causam [a] [retentã,] & est aut styptica, aut pontica. [b] † [ ] Et quandoque est propter illud, quod occurrit denti adueniens extrinsecus, aut [c] [stãs.] Et quãdoque fit propter illud, quod eleuatur ad eos ex stomacho, quũ fuerit illic humor acetosus. Et quandoque sequitur imaginatio existimatiua, quum præsens est ille, qui masticat acetosũ, masticando [d] [cum transmissione.]

a B. exasperantẽ
b † B. aut acris.
c B. faciens uomitum.
d B. masticatione post masticationem.

ANNOTATIONES.

Dentium stupor symptoma est tactricis facultatis, ut Gal. 1. de symptom. caus. Morbus a quo dependet, uidetur esse asperitas ex acidis & acerbis, seu cibis seu medicamentis, seu humoribus, uel alia quauis ratione contracta. nempe quæ acerba sunt, inæqualitatem summam habent ut Gal. in li. de simp. med. fa. Quare et portulacã huic symptomati conferre testatur Arist. prima probl. dum s. lenit, & uiscida sui substantia asperitatem æquat. propterea & Paulus li. 3. oleo dentes inungit, & amurca in æneo uase ad mellis crassitudinem, cum oleo redacta curat. hac forte ratione, & salis frictione curatur, ut Arist. loco iam citato scribit, quòd hic, dum uehementer abstergit, dentes æquat, & asperitatem tollit. Iuuat, & lactis collutio, quòd caseosa pingui & crassa sui substantia eandem asperitatem lenit, & serosa abstergit. alij etiam caseum huius rei gratia mandunt, & confert, fortè dum quæ inæqualia sunt, replet. Quum tamen calidorum iusculorum & aliorum collutione hic affectus præterea curetur, hoc uidetur argumento esse, non inæqualitatem solum, sed & frigiditatem aspe ritati coniunctam, huius symptomatis esse causam, nam & acerba eiusmodi & acida omnia frigida sunt. quamuis & ea fortasse ratione asperitatem caliditas auferat, quòd quicquid prominet, & aspritudinem facit, illa attenuet et prorsus discutiat. Cæterum dubitatio hic est, quomodo, ut author noster hoc loco & Arist. 7. probl. sect. asserit, dentes nostri ex aliorum acerba comedentium inspectu obstupescant. Breuibus, communicantur, ut ait Hipp. li. de humoribus molestiæ animi & corporis per uisum & auditum, propterea ex iocundis nuncijs, qui ægrotant, sæpe conualescunt, & ex tristibus sani ægrotant. interiere alij tristi audito nuncio, alij etiam iocundo, ob id quũ serra exacuitur, quum pumex secatur, & quum lapis mola frangitur; inhorrescimus. Quomodo autem id fiat, uidetur docere Ari. lib. probl. iam citato, occurrunt externa hæc nostro corpori, & internos spiritus commouent. quos, si leniter iocundeve atque æqualiter commouent, delectant, sin asperius, & inæqualitas corporis quædam est, incutiunt. Ita ergo, vbi edentem acerba quempiam conspexerimus, dentes nobis obstupescunt, acerbæ illius rei imagine per uisum ad communem sensum, atque hinc deinceps ad ipsos dentium neruos delata.

cap. 9. Probl. 38. Cap. 26. Probl. 5.

De cura. Cap. 24.

COnfert ei masticatio portulacæ ualde, [a] † [ ] aut seminis portulacæ contriti, & infusi cum aqua, aut † terebinthinæ, aut amygdalæ, aut nucis regalis, & † nucis Indæ propriè, aut auellana, & oleum omphacinum fricãdo: aut fæx olei ingrossati in vase æreo [b] [cum melle] in sole, aut super ignem, & collutio oris cum lacte asinino, & oleo tepido. Aut [c] [cordumeni cum vino, & grana lauri, &] aristol. longa, aut assa fœtida, aut lac tithymali & squilla. Et sal, propterea quia oppositus est acetositati, confert ualde stupefactioni.

a † B. Alia litera. aut alhauch.
† alimbat.
† alnergil.
b B. Alia litera. sicut mel.
Alia litera.
c B. pice valorũ, in quibus uinũ reconditur, aut grana lauri, aut

ANNOTATIONES.

De curatione stuporis dentium uide Paulum lib. 3. & Gal. de optima secta ad Trasybulum, ubi non omnem stuporem portulaca curari admonet, quod & 2. in lib. de humoribus commentario.

cap. 26. cap. 13. Com. 32.

De ebet dentium & cura eius. Cap. 25.

EST, ut dens non toleret aliquid frigidum, neque calidum, neq; durum. Et plurimũ eius est ex frigore, & est præcedens dolorẽ dentium. Et quum causa in hoc est frigus, administra grana lauri, & alumen, & aristol. lõgam, & vaporationem assiduam cũ uitello oui. Quod si cum illa non sedetur, fricetur cum hiera picra. Si autem non ualet, tunc cum theriaca. Et oleum sinapinum est iuuatiuum ualde. Alkitram calefactum, quum eo multoties inungitur fricando, est iuuatiuum ualde. Si autem causa fuerit complexio calida (& est raro) significabit ipsam color gingiuæ, & tactus eius, & tactus dentium: quare oportebit, ut assiduetur fricatio dentium cum oleo ros. [a] [tepefacto,] in quo [b] † [ ] sint camphora, & sandali. Et administrentur mucillago psyllij. [c] † [ ] &

a —— B.
b † B. comminuta.
c † B. Alia litera. cum aqua rosarum.

] & masticatio portulacę, aut seminis eius propriè.

ANNOTATIONES.

Vbi dentes frigida summa intemperie affecti sunt, neque frigida neque calida admittunt: frigida quidem quod ab ijs morbus intenditur, calida verò, eorum exẽplo qui sum me refrigerati ad calorem accedentes maxime dolent: nem pe inæqualem eam intemperiem quę repente occurrit, ferre nequeunt. Iuuantur tamen temperatè calidis, deinceps verò etiam summe calida non renuunt, ubi calori aliquantulum assueuerint. Quòd uerò calida intemperie affecti dẽtes neque frigida admittant, eadem est ratio, a calidis magis ægrotant, a frigidis inæqualiter afficiuntur, a temperatis tamen, uel frigidis mediocriter adiuuabuntur, quamuis, vt author noster ait, rarò id symptoma ob calidam intemperiem eueniat. Sæpe uerò non nuda sola intemperies, sed una etiã materia affligit. tunc uerò non statim ad alterantia eũdum erit, sed priori loco redundans humor erit uacuandus.

De cura debilitatis dentium. *Cap.* 26.

Conferunt ei styptica prædicta, & gallę adustæ extinctę in aceto, & grana myrti albę, & sal [a] † [ ] torrefactum, & extinctum in aceto, & alramic, & vinum stypticum, & dentifricia styptica. Dentifricium bonum. Recipe cyperi drach. iij. myrobalanorum citrinorũ enucleatorum drac. v. cinnamomi grossi drach. xv. cinnamomi drach. iij. aluminis drac. ij. pyrethri. drach. vij. salis ammoniaci, piperis longi, gallię, croci omnium drach. j. salis drac. v. sumach præparatorum corij drac. ij. fructus tamarisci drach. iij. cardamomi drach. iiij. [b] [aristol.] drach. xvj. balaustiæ. drach. iiij. terantur omnia & aggregentur. Dentifricium bonum. Recipe sandali rubei, cubebæ, fausel, omnium an. drach. xv. cinnamomi grossi drach. v. cinnamomi drach. ij. [c] [balkiz.] drach. iiij. conficiantur cum amylo tritici. Dentifricium ad hanc rem bonum. Sumatur kist. hordei, teratur, & inuoluatur melle, aut Kitram pauco scem io & fiãt troch. inde, & [d] [submergatur charta de pãno,] & ponatur super lacertulum positum in radice furni: cumque eius color denigratur, extrahatur, & accipiatur ex eo pars una, & ex ruptura xyloaloes, & balaustijs, & cyperis, & cortice granati, & sale ex omnibus an. pars. j. terantur, & fiat ex eis dentifricium. Et quandoque sumuntur hordei adusti [e] [narrati.] partes xx. & cyperi, & fausel, & alkarmezit, omnium an. partes iiij. & zingiberis pars j. fiat ex eis dentifricium.

a †B. gemma.

b B. zumbet.

c B. bacham.

d B. inuoluãtur cum charta.

e B. Alia litera. contusi.

ANNOTATIONES.

Dentes, quum frigido & sicco sint temperamento, frigidis & siccis mediocriter conseruantur. Vsu tamen, in parandis dentifricijs sępe calida medicamenta veniunt, quòd ij facillime frigidis oblędi solent, & neruorum præsertim ratione, quos iunctos habent. Varia dentifriciorum genera pete ex Gal. 5. de comp. med. per loca. & Paulo lib. 3.

Cap. 9.
Cap. 26.

FEN OCTAVA.

De dispositionibus gingiuarum, & est tractatus unus.

De ægritudinibus gingiuarum. *Cap.* 1.

Gingiuæ accidunt apostemata causa materiei descendentis ad ipsam secundum plurimum ex capite. Et quandoque est propter communitatem stomachi. Et quandoque accidunt ei apostemata in initio hydropisis, & accidentium [a] [malitiæ formæ] propter illud, quod ad eam eleuatur ex vaporibus corruptis. Et significatur genus materiei per colorem, & tactum. Et quandoque sunt ex eis manifesta, recentia, velocia ad suscipiendam curam: & profunda ad suscipiendam curam tarda, & quandoque sunt cum febre.

a B. Alia litera. cach

ANNOTATIONES.

Gingiuę affectus præter naturam uarios experiuntur & intemperies, & tumores, & vlcera. de tumoribus hic agit Morbum de quo hic verba fiunt, existimat aliqui παρούλιδα Gręcis vocari. quum tamen Pauli testimonio lib. 3. & 6. παροῦλις inflammatio sit in aliqua gingiuarum parte suscitata, & Celsus lib. 6. tubercula interdum iuxta dentes in gingiuis oriri quędam affirmet a Græcis παροδόντιδας vocata (ita enim docti legunt, non παρόντιδας, vt vulgati codicęs, vel παρώτιδας, vt alij, quod apud Græcos παροδόντις nullum vitium significet, & παρῶτις aurium affectus est) distinguendum inter inflammationem gingiuarum & παρούλιδας uidetur. quamuis non negem παρούλιδας sub inflammationis caput uenire. Sanè inflammationis gingiuarum causę, vt in alijs omnibus proximę, humores sunt, qui tum colore dignoscuntur, ut 1. aphor. tum pluribus alijs, quæ sępe iam adnotata repetere nunc opus non est.

cap. 26.
cap. 27.
cap. 13.
Com. 1.

De cura. *Cap.* 2.

Si materia superfluitas calida, tũc administra euacuationem, & phlebotomiam † aliicheric. Et cura in principio cum collutionib. oris infrigidãtibus, & stypticitas, sicut est aqua ros. & lac acetosum, & aqua myrti, & aqua foliorũ stypticorum frigidorum, & decoctio balaustiarum, & aqua arnoglossæ, & infusio glandium, & succus portulacę: deinde post illud fiat oris collutio cum oleo omphacino, & oleo arboris masticis, & oleo myrtino, in unaquaque vncia ponatur [a] [mastix,] [b] [aut oleũ, in quo bullierit mastix & siccæ ros.] aut oleum ros. in quo bullita sint spica, & rosæ siccę, & mastix. Et oleum quidem arboris masticis habet virtutem vehementem in sedando dolores [c] [ ] gingiuæ, & propriè recens. Resistit enim & nõ exasperat, & magis proprium iuuamentum eius est in dispositione doloris. Deinde post illud administrentur, quę sint sicut succus ireos humidę, facit enim currere sanguinem, & facit quiescere: aut succus foliorũ oliuę: aut fęx vini, aut succus rutæ: aut oleum [d] [alabati alcadra] bullitum cum aqua, in qua sint folia eius: aut cum decoctione aristol. Si autem apostema est calidum, & profundum, & nominatur berules,

† venarum quæ sunt ad labia, & sub lingua.

a B. drach. iij masticis.

b —— B:

c †B. apostematum.

d B. granorum viridium.

rules, non resoluitur cum medicinis; imò fit purulentum,& quandoque indiget cura e [ma nus.] Et quandoque substantia eius peruenit ad creandum carnem nouam. Quum ergo purulentum fit, administra ipsum florem æris, & gallas: aut corticem æris contritum cum aceto diebus aliquib.& f [surie adustum, aut gallas cum aceto. Quum autem gingiua non cessat suppurari, & apostematur, & non sanatur indiget cauterio. Et melius est, vt sumatur oleũ feruens cum lana inuoluta super extremitatẽ tentæ,& toties fiat donec detumescat gingiua, & g [constringatur.] Si autem apostema fuerit ex humiditate superflua; oportebit in principio ut colluatur os cum oleis calidis,& cum melle,& oleo,& rob: deinde administrentur resolutiua fortia prædicta multoties.

e B. ferri.
f B. suri.
g B. albescat.

ANNOTATIONES.

Non statim uenæ, quas aliheric Arabes uocant, secandæ in gingiuarum inflammationibus sunt, sed antea tundenda exterior est brachij, quod Mesues in cap. de dolore dentium ex gingiuarum inflammatione, admonuit. Gal. consilium sequutus, qui primo de comp. med. per loca & sæpe alibi, toti us, corporis communem euacuationem particulari præmitti oportere admonuit. Quod autem curationis est reliquum, pete etiam ex Gale. 5. de comp. med. per loc. Vide & Paulum lib. 3. & 6. & Celsum lib. 3. & 6.

cap. 1. cap. 9. cap. 16. cap. 13. cap. 27.

De gingiua sanguinea, & cura eius. Cap. 3.

CONfert ei alumen a † [ ] extinctum cum aceto, cum duplo ipsius ex sale, & cũ surie tanto quantum ipsum est, & medietas eius, sparsum super eam, & etiam adurantur b [taraca] salita usque quo fiant sicut carbo, & sumatur ex cinere eorum pars j. & ex rosis siccis partes ij. & iterum sumantur myrti, & lentium adustarum amborum ana. pars. j. sumach & surie amborum ana. partes. ii. florum squinanti partes iij. & commisceantur, & administrẽtur.

a † B. adustum.
b B. altharich.

De fissuris gingiuarum. Cap. 4.

CVrritur in cura eorum cursu fissurarum labij.

De ulceribus gingiuæ, & corrosione eius, & fistulis eius. Cap. 5.

VLcera gingiuæ alia sunt pura, & alia sunt incipientia putrefieri, & alia sunt incipientia corrodi.

De cura. Cap. 6.

PVrorum quidem cura, cura est alcola. Ea verò quæ putrefieri incipiunt, oportet, ut curentur cum eis, quæ sunt, sicut a [olea calida, et semen iuniperi] & tribuli. Si ergo iuuant, erit bonum, & si non, sumatur gallarum pars j. & myrrhæ pars s. aggregentur cum oleo ros. & administrentur. Et ex speciebus quidem collutionum oris iuuatiuis, est collutio oris cum aceto squillitico. Et collutio oris cum lacte asinino. Et collutio oris cum decoctione foliorum oliuę, & decoctione rosarum, & lentium, & gallarum, & capitum rosarum, & granatorum. Corrosiua autem, si sunt profunda, in ipsa oportet, ut curentur cum calcadicon proprio eis dicto in antidotario, & similiter fistulæ: deinde spargantur super ea medicinę stypticæ. Et ex eis, quæ sunt experta, est hoc. Recipe tribulorum fructus tamarisci, pyrethri, oĩum an. drac. iij. b [chelidoniæ,] drac. j. mirobal. citrinorrũ, rosarum siccarum, amborum an. drach. ij. fabarũ, & salis ammoniaci, & cubebę, & spumæ maris, omnium an. drach. s. balaustiarum, & croci, amborum an. c [drach. quartam, camphoræ drach. iiij.] fiat ex eis dentifricium, & etiam dentifricia, in quibus recipiuntur aristol. & colcotar, & scorie, & arsenica. In medijs autem sumantur pyrethri, & radicis lilij. amborum an. pars. j. sumach & gallarum nõ perforatarũ, & balaustiarum, & aluminis omnium an. drach. ij. terantur, & fiat ex eis dentifricium, & administretur d [in medicinis inter corrosa, & fistulas.] Et similiter ex balaustijs, & squamma ferri puluerizetur gingiua, & retineantur in ea. Deinde colluatur os cum aceto squillitico, ut aceto, in quo decocta sunt folia oliuæ, & etiam administretur philonium in loco corroso, quoniã est bonum. Aut diacalamenthum, & cõfectiones prohibẽtes putrefactionẽ, resoluẽtes illud, quod peruenit ex ea. Et ex eis est confectio de harmel. Si aũt non ualent, tũc necessarium est alcadicon. Et ex eis, quę approximant ei etiam, est ut sumãtur aluminis, & calcis, & gallarũ, & duorum arsenicorum partes equales; accipiatur ex eo danic. i. post contritionem vehementem, & fiat cum eo fricatio fricando bene: deinde expectetur super eam una hora: postea colluatur os cum oleo ros. & quandoque ponitur in ipso acacia, & est conuen iens ut fiant ex eo trochisci, & desiccentur & reseruẽtur ad necessitatẽ. Et quandoq; sufficiunt duo arsenica, & calx & acacia, & fiunt inde trochisci. Et quandoq; confert cauteriũ prædictum. Et est ex eis quæ deijciunt corrosionem, & faciunt nasci carnem sanã. Deinde administretur dentrifricium ex gallis cum tertia parte myrrhę: creat enim carnem, & constringit gingiuam. Et phlebotomia † alieheric confert in eis.

a B. alabel, seu abel.
b B. memiran.
c B. drach j. camphoræ quartã drach j.
d B. mediocriter corrosum, & fistulosum.
† venarum, quę sunt ad labia, & sub lingua.

ANNOTATIONES.

Accidunt etiam gingiuis ulcera ob acrium uel ex capite, uel ex alia quauis parte humorũ fluxionem. Sanè Hipp. 2. prorrhet. lienosis præsertim uitiari gingiuas & ulcerari notat. quod & Paulus lib. 3. Auic. hydropi correptis, quũ de inflammatione gingiuarum verba faceret, harum inflãmationes oriri affirmat, & Author quoque libri de internis affectionibus, lienosis quibusdam gingiuas malè olere testatur, & a dentibus abscedere. hoc in corruptam fortasse alimentorum coctionem, & uitiatorum halituum ad superiora ascensum referendum est. Sed quod ad hunc affectum, & eius curationem pertinet. Vide Galenum. 5. de comp. med. per loc. Paulum lib. 3. & Celsum lib. 6.

cap. 49. cap 9. cap. 16. cap. 13.

De a [*augmento*] *gingiuæ & cura eius.* Cap. 7.

a B. fœtore.

CVra eius prædicta est in capitulo de fœtore oris.

De

De diminutione carnis gingiuæ & cura. Cap. 8.

† erui.

a † B. quandoque sumitur. † erui.

b B. & existimetur, quod aduratur & quũ aduritur conteratur, &c.

SVmantur thuris masculi,& aristol.rot. & sã guinis draconis,& farinæ † herbi.& radicis lilij partes æquales,& conficiantur post contritionem cum melle,& aceto squillitico, & administrentur fricando.Et a † [ ] farinę † herbi.drach.x.conficiantur cum melle, & fiant inde trochisci, & ponantur super lacertulum,aut testam positum in inferiori parte furni,donec perueniat ad hoc,ut conteratur, & b [forsitan aduritur,& super id quod aduritur, & conteritur,] proijciantur sanguinis draconis.drach.iiij, & thuris masculi quantum ipsum,& aristoloch.rotund.& ireos, amborum ana.drach.ij,& fiat secundum modum prędictum.

ANNOTATIONES.

cap. 9. cap. 26. cap. 13. cap. 13.

Vide Gal. 5. de comp. med. per loca Paulum lib. 3. Trallianum lib. 3. & Celsum lib. 6. necnon Galen. 3. de facile parab.

De cura mollificationis gingiuæ. Cap. 9.

† alchannæ.

a † B. aristolochiæ drach. ij. † tereniabin.

† venarum, quæ ad labia sunt, & sub lingua.

b B. armach uel armal.

c B. armach. cap. 9.

SI quidem fuerit parua,tũc sufficiet in ea collutio oris cum aqua,in qua decocta sunt styptica,calida uel frigida secundum complexionem.Et ex eis,quæ sunt uehementis iuuamenti in hoc,est alumen decoctum cum aceto. si aũt fuerit plurima,tunc rectius erit in ea, ut incidatur,& dimittatur sãguis currere,& exprimatur quod egreditur ex eo ;deinde colluatur os post ipsum cum decoctione stypticorum secũdum modum prędictum in eis, quæ preterita sunt. Et ex eis q̃ sunt conuenientia ad illud ex decoctionib. est ut sumantur fructus tamarisci drach.iij. & foliorum † ligustri . drach . ij. a † [ ] tepefiant,& administrentur. Aut sumãtur balaustiarũ,& corticis granatorũ an.vj.partes,& † mannæ,& aluminis iameni an.iij.partes,& rosarũ & sumach albegdegi an.viij. partes,& spicæ,aromaticę,& florũ squinanthi an. par.x.fiat ex eis linimẽtũ,& qđ adhęreat.Et phlebotomia † alicheric confert ei. Confectio linimenti conuenientis ad illud,quod administratur post collutionem oris . Recipe rosarum cũ capitibus suis,piperis an.partes. vij.corticis glãdium, balaustiarum,granorum , myrti uiridiũ an.iiij.partes,siliquarum Nabati,sumach mundati, b [alranic.] v.partes:aut loco c [alranic.] myrti.viij.partes.Et quandoque confert tangere palatum cum hiera minori , & colluere os ex ea cum aceto squillitico,& administratio al suffuf fortium.

ANNOTATIONES.

cap. 26. cap. 13. cap. 26. cap. 27.

Flaccidæ gingiuæ redduntur uberiori humore imbutæ. quare & exsiccando curari debent admiscenda uerò & restringentia sunt,tum repellendi fluentis humoris gratia, tum roboris ijs ipsis comparandi.Gal. 11. simpli. salibus theriacis,ceruino uel caprino cornu ustis harum molliciem exsiccat,& 5. de cõp.med.p loc.pyrethro,thymo,alumine scissili,iride utitur,quem tu uide Adi & Paulum lib. 3. Trallianum lib. 3. & Rasim 9. ad Almansorem.

De cura carnis additæ gingiuę. Cap. 10.

POnatur in ea calcanthum & myrrha,quoniam purgant eam.

ANNOTATIONES.

Videtur de epulide uerba facere,carne scilicet in molari extremo dente ex inflammatione oborta, de qua Paulus lib. 3. & 6. estque propterea peruersus capitum ordo hoc in loco. Amouendus primo loco titulus est capitis septimi,ubi ait de augmento gingiuæ,legendumque de fœtore gingiuæ.cui nonum caput succedit de mollificatione gingiuæ:deinceps alterum de diminutione gingiuæ octauo loco positum,& hoc decimum de addita carne in gingiua. Verùm sicuti hic perturbatus absque cõtrouersia est ordo,nõ ab authore,sed scriptorum incuria,ita multos id genus,& alios in hoc uolumen incidisse errores putandum est.

De labijs,& ægritudinibus eorum. Cap. 11.

DVo labia creata sunt ad cooperiẽdum os, & dentes,& ad decorem,& ad retinendũ saliuam a †[ ] in hominibus,& ad loquendum.Et creata sunt ex carne, & neruis,quæ sũt partes lacertorum,qui continent ea.

a † B. & ad adiuuandum.

ANNOTATIONES.

cap. 16.

Labra ait Arist. 2. de part. animal. tam sermonis ,quàm tutelæ dentium gratia esse adhibita. Sermo enim , ait, qui uoce promatur,ex literis constat,quòd si lingua talis & labra humida atque agilia nõ essent, maxima literarum pars exprimi nõ posset,quippe,quum literę partim lingua producãtur,partim labris comprimãtur. Democritus quoq; in epistola,quam de natura humana ad Hipp. scribit. Mollis uerò,ait labiorum cõclatus os circumplicans uerborum sensum,exactamque articulationem gurbenans exhibet . Præter hos usus Gal. 11. de usu part. etiam decorem addit, si enim exiguum quidpiam fuerit ex labijs dissectum,dici non potest quàm deformis facies sit futura. Author uerò noster ẽt sputi continendi gratia facta esse labia adnotauit. esset profectò turpe admodum & adspectu fœdum,si pituita continuè ex cerebro ad os confluens labijs non contineretur. Addere Celsus uidetur lib. 7. propter assumendos cibos labia esse adhibita:nempe,si nimium , ait,contracta sint , usus quoque necessarij iactura fit,quia minus facile & cibus assumitur,& sermo explicatur. Ex carnè & neruis cõstructa sunt labra,ut Gal. 4. de anatom. administr. & 11. de usu part. Sunt uerò ita musculi eorum cuti admisti , uel musculum pro cute,uel musculosam cutim appellari posse Gal. testatum reliquerit. 11. de usu partium.

cap. 13. cap. 9. cap. 3. cap. 16. cap. 15.

De fissuris labiorum. Cap. 12.

MEdicinę quidem,quibus indigetur in curatione fissurarum , sunt illę quæ ad exsiccationem,& stypticitatem aggregant lenificationem.

De cura. Cap. 13.

MEdicinæ conferentes ad illud , & ex illis est dragacanthũ,quando tenetur in ore, et commouetur lingua. Et ex regimine iuuante in ipsa,est inunctio suminis & ani,& ut liniatur super eas a [butyrum recens. Et ex eis est fru-

a B. spuma proueniens ex fricatiõe fructi cucumeris lõgi dicti chetha super aliud fractum.

frustum cucumeris super aliud,] aut liniatur super eas aqua sebesten: aut aqua hordei: aut mucilago psyllij. Et ex pinguedinibus sunt butyrum, & medulla, & adipes uitulorum, & anserum cum melle, aut oleum [b] [alhabac alkadra] aut oleum ros. & in quo sunt albumen oui, & farina, & proprie farina † erui, & ceratum: [c] † [ ] & quandoque ponitur in ipso † lythargyrum. Et ex medicinis expertis est illud, quod recipit gallas contritas cum cerusa plumbi, & amylum, & dragacantum cum adipe gallinæ. Et etiam gallæ contritæ cum [d] [sisamino,] & etiam mastix, & [e] [uiscus] albotim, & hyssopus & mel: fiat ex eis vnguentum. Et iterum † lythargyrum, & [f] [sedina, & uenarum uitis omnium pars s. dehenigi pars s.] ungulæ caprinæ adustæ, croci amborum ana partes iij. camphoræ, vj. partes [g] [gummi partes vj. ceræ xvj. partis oleum ros.] & etiam ambra soluta cum oleo balsamino: aut olei de ben, aut olei de citro. iiij. pars sumatur, administretur in ipsis ceratũ & sint cibi eius pedes, & extrema, & oua sorbilia.

b P. alhab alchadara.
† hetbi.
c † B. cum oleo rosato.
† merdasengi.
d B. cum aceto.
e B. & gummi.
† merdasengi.
f B. dehenegi. & sadenegi, & venarum curcume omniũ ana partem s.
g B aggrega cũ sex partibus ceræ & xv. partib. olei rosati.

ANNOTATIONES.

Labiorum fissuras, si in summo sint, medicamentis curari commodius est, quæ ad oris ulcera fiunt, ut ait Celsus lib. 7. at si altius descenderunt, necessarium est tenui ferramento adurere, quod spartæ simile quasi transcurrere, non imprimi debet. postea facienda eadem sunt, quæ in auribus adustis exposita sunt. Illud etiam præsertim in labiorum curatione est obseruandum, quod idem Celsus lib. eodem admonet, neque senile corpus, neque quod mali habitus est, neque in quo ulcera difficulter sanantur, huic medicinæ idoneum esse: quia nusquam celerius cancer occupat, aut difficilius tollitur. Vide pro huius curatione, & Paulum libro tertio.

Cap. 10. Cap. 9. Cap. 26.

De apostemate labiorum, & [a] [*cura.*] *Cap. 14.*

a B. vlcere eorũ.

OPortet, ut incipiatur in eis cum euacuatione humoris dominantis: deinde admini strentur medicinę locales. Apostemata uerò sunt proximę positionis ex iudicio apostematum gingiuę, & cura fortior parumper est magis necessaria. Medicinæ uerò locales ad ulcera assumũtur ex stypticis, sicut myrobal. & lycio, & semine rosæ, & nuce cupressi, & radicibus [b] [uitis.] Et quandoque ponuntur in eis dehenegi, & ungulæ caprinę adustę, & [c] [capilli] adusti, & fumus aggregatus, & usneę. Olea autem, quæ administrantur in eis sunt, sicut oleum de chrysomilis, & oleum de nuce Indica.

b B. curcume.
c B. hordei.

ANNOTATIONES.

Labrorum apostemata eadem ratione, qua gingiuarum inflammationes curandæ sunt, ut hic ait; sed fortioribus utendum medicamentis. hæc enim ex affectæ partis substantia indicatio sumitur, nempe quum sicciori, & solidiori substantia labra constent, quàm gingiuæ.

De hæmorrhoidibus labiorum. Cap. 15.

SI autem in eis sunt hæmorrhoides, tunc ex eis, quæ conferunt eis, sunt squammę ferri, † lythargyrium, & cerusa, & crocus, & alumẽ secundum partes æquales sumpta, ex quibus fiat unguentum cum cera, et oleo nucis Indicæ, & oleo [a] [ros.]

† merdasengi.
a B. amygdalarũ

ANNOTATIONES.

Sanguinis fluxionem ex labris intelligere uidetur, qualis solet in eorum scissura, de qua antea dictum est, accidere. Sistendo sanguini exsiccantia & astringentia conueniũt, Fluxionis uerò huius causæ ea ratione amouendæ, quam antea ex Celso protulimus.

De tremore labiorum. Cap. 16.

PLurimum accidit cum cõmunitate oris stomachi, et proprie quando in ea est nausea, aut mouetur quasi ad expellendum aliquid cũ uomitu, et proprie in ęgritudinibus acutis, et horis crisis, et quãdoque est cũ cõmunitate neruorũ aduenientium ad ea a cerebro, et nucha cum communitate, quam cerebrum habet cum eis.

ANNOTATIONES.

Tremorem inferioris labij morsum in ore uentriculi significare Gal. 2. de uictus rat. in ac. testatur. ut propterea idem etiam acrium in uentre humorum sit nota. Sed & affecto cerebro idem tremor quandoque accidit, ut 1. prorrhet. & concitato ad uomitum uentre, ob consensum harum inter se partium, nempe quum a 6. neruorum cerebri coniugatione ad os totum atque ipsum usque uentriculum & intestina multæ propagines ferantur.

Com. 45. Com. 10.

FEN NONA.

De dispositionibus gutturis, & est Tractatus primus.

De anatomia gutturis. Cap. 1.

PEr guttur intelligimus spatium, in quo sũt meatus anhelitus & cibi. ut de eo sunt additio, quæ sunt uua, & amygdalæ, et galsamac. Et tu quidem iam sciuisti anatomiã meri, & anatomiam epiglottis. Vua uerò est substantia carnosa pendens super supremam partem epiglottis, sicut uelamen. Et eius quidem iuuamentum, est gradatio aeris, ne percutiat suo frigore pulmonem subito, & ut prohibeat puluerẽ, & fumum. et ut sit percutiens uocem, qua confortetur, & magnificetur, quasi ipsa sit porta custodiẽs super exitum uocis quantitate sua, et propter hoc nocet eius incisio uoci, et pręparat pulmonem ad recipiendum frigus, et nocumẽtum eius, et tussim ab eo. Duæ uerò amygdale sunt duæ carnes natæ in radice linguæ tẽdentes ad superiora, ac si ipsę sint duæ auriculę paruæ, et sunt carnosæ, neruosæ, sicut duæ glandulę, ut sint fortiores, et ambæ sunt ex modo suo, sicut duæ radices duarum aurium, et [a] [sicut itineris ad meri;] quarum ambarum iuuamentum est, ut [b] [adiuuent] aerem apud caput cannæ, sicut arca, et ut non expellatur aer [c] [penitus quũ fit attractio cordis, et deficiat animal.] Algalsamach uerò est caro panniculosa annexa palato, sub uua pendens, cooperiens

a B. iter seu via ad meri ẽ inter eas ambas.
b B. aduuent.
c B. totus apud aspirationẽ cordis. Alia litera, totus apud aspirationẽ cordis, & nõ accidat iescrach animali.

ca-

caput cannæ. Et supra galsamac est alfaicset est os habens quatuor latera, duo superius et duo inferius. Cannę uerò meri anatomiam dicemus posterius.

ANNOTATIONES.

Cap.3.Com.16. *Gutturis nomine fauces intelligit, fauces enim, ut Gal. ait 4. de loc. & 3. prognost. internum oris locum significat, ubi simul conueniunt & gulæ & gutturis partes extremæ, guttur uerò trachea arteria est, cuius initium larynx uocatur proprium edendæ vocis instrumentum. Ad laryngis introitum cartilaginosa supereminet membrana, oblonga, ipso laryngis ostio maior, fistularum lingulæ similis, unde et epiglottis uocatur, prohibens ne quid in laryngē & asperā arteriam edendo uel bibendo illabatur. hanc Arabes agal samat appellant. Epiglottidi caruncula superstat ab extremo palato dependens γαργαρεὼν uocata, hanc Auicēnas, & alij multi uuam nuncupant, alij columellā. Quos tamen* Cap 3 *erroris insimules, quum ut Gal. 6. de comp. med. per loc. una uitium sit huius partis, non ipsa pars, ita & columella. una* Probl. 3. cap 31. *quippe uocatur, ut Ale. Aphrod. 1. probl. lib. & Paulus li. 6. quoties per inflammationem, speciem acini uuæ accipit, columella uerò quum in longum adducitur. Nostri ta-* Cap. 11. & 7. *men, quod & Celsus li. 6. promiscuè uuā & pro uitio et pro parte vsurpant. Lingua ad radicem qua latior est, & faucibus cohæret, ossi valido veluti basi innititur, quod ὑοειδὲς uocant. hoc Arabes alphaich uocant. Assistuntque huic utrinque glandulæ quædam singulæ, quas Græci παρίσθμια, nostri tonsillas, alij amygdalas nuncupant. De his ergo particulis omnib. aut hor noster hoc in loco uerba facit. Tu de* Cap. 17. cap. 11. cap. 10 *uuæ vsibus lege Gal. 11. de us. par. De paristhmijs 7. de usu par. & 11. Unum de uua notat Auic. quod animaduersione dignum est, quib. abscissa est hæc particula offendi uocem, & præparari pulmones ad frigus & tussim. Sed ad* Probl. 3. *hæc addit Alex. 2. probl. iam citato, etiam tabem. Cur, ait, tabe ij consumuntur, quibus gargar penitus abscissū est? Respondetq; dum incolumis hæc est particula, inspiratum aerem hac prohiberi, quo minus frigidus ad pulmones inspiretur, & contra ea ablata frigidum inspirari. Ex frigiditate uerò supra modum sanguis in pulmonis conceptaculis induratur, cū pulmo moueri enitatur, rumpuntur sanguinis conceptacula, ut oriri propterea tabem necesse sit.*

De egritudinibus membrorum gutturis. Cap. 2.

QVandoque accidunt in unoquoque istorum ægritudines complexionis, & apostemata, & resolutio singularis.

De cibo, quo fit strangulatio, & similiter, quæ currunt cursu eius. Cap. 3.

a B. percutiatur. QVando aliquid figitur magnitudinē habens, oportet ut incipiatur, & a [prematur] collum, & quod est inter utrasque spatulas, & adhibendo percussionem post percussionem. Si autem non sufficit, adiuuetur uomitu: et quandoque est in hoc timor.

ANNOTATIONES.

Com. 34. *Suffocatio seu strāgulatio nihil est aliud, ait Gal. 2. aph. nisi interitus subitus propter defectum inspirationis, qui fit ex angustia alicuius instrumenti ex ijs quæ obseruiunt respirationi. Suffocationis causa omnino angustia est partium iam dictarum. hęc uerò quandoque ob externam compressionem fit, de qua videtur 2. aph. agi, Qui suffocantur, & a uita deficiunt, nondum tamen mortui sunt, non referuntur in uitam, quibus spuma circa os apparet. Quandoque ob internam angustiam suffocatio fit, a causa siue corporea siue procatarctica comparatam. a corporea quidem, humorib. veluti in angina ex inflammatione. a procatarctica verò, a cibo, seu quauis re alia per os ingesta. hoc autem vel ingestæ rei mole grandiori, uel eiusdem qualitatibus, ueluti esu mespilorum immaturorum, atque aliorum id genus, vel vitiata & venenata qualitate, ut ob fungorum assumption. Hic præsertim de suffocatione ex grandiori cibo uerba fiūt De ea uerò: quæ a fungis, li. 4. agetur. & de ea Paulus lib. 5. agit.* A. ho.43. Cap.56.

De spinis, & quæ cursu eius procedunt. Cap. 4.

IN spinis quidem, & frustis ligni, & ossis, & q̄ sunt illis similia, oportet ut consideretur, si sensus comprehenderit ea, [aut penna, aut curuitas] caiazaram, aut chorda arcus dupla, b [tunc expellatur] cum ea, aut extrahatur, & si est instrumentum c [comprehendens] spinā, recipiens eam, tunc rectior est eius attractio secundum quod narrabo. Si autem sensus deficit, tunc oportet, ut post ipsa sorbeantur sorbitiones d [uiscosæ.] Si autem non ualent, excitētur singultus, & uomitus cum digitis, & cū penna, & medicamine. Et ex eis, quę experta sunt, est ut bibat omni die drach. j. nasturtij contriti cum aqua calida, & euomat, ipsum enim expellit quod retinetur. Et melius quidem est, ut euomat post cibum suum cum aqua. Et quandoq; ligatur e [cum filo fortiter, & egreditur] & deglutitur: deinde extrahitur, & egreditur quod retentum est. Et similiter ficus siccæ, ligatæ cum filo, quando paulatim masticantur, & deinde degluttiuntur. Et quando fit gargarismus cum rob uuæ, in quo decoctę sunt ficus siccę, tunc quod infixum est, mouetur a loco suo. Et quādoque exterius apponitur emplastrum gutturi, in quo sunt maturatio, & apertio subtilis, ut aperiatur locus, & egrediatur spina, & quę cursu eius procedunt per se. Et simile huic est emplastrum factum ex farina hordei cum oleo, & aqua tepida.

a B cum penna aut cumunciño ex.
b B. recipiente ipsum tunc remoueatur.
c B. extrahens.
d B. lubricatiug
e B. filus fortiter cum carne aliqualiter incisa.

ANNOTATIONES.

Egit & de hac re Paulus lib. 6. quem tu vide. Cap.32.

De sanguisugis in gutture. Cap. 5.

QVandoque cōtingit, ut sint quædā aquę habentes sanguisugas paruas, occultas: quarum occultatio difficile facit cauere ab eis, quare deglutiuntur. Et quandoque pendet in manifesto gutturis, & quandoque suspenditur in interiori parte meri: & quandoq; peruenit ad stomachum. Et quandoq; est parua, & aspiciens, non uidet suspensionem eius, quum autē pertransit super illud hora, de qua curatur, & sugit ex sanguine quātitatem magnam: crescit corpus eius, & apparet quantita.

De signis. Cap. 6.

ACcidit ei, in quo suspenditur sanguisuga, tristitia, & angustia, & sputum sanguinis.

Quum ergo uides sanum spuentem sanguinē, subtilem [a] [aut spuentem ipsum quandoque,] tunc considera dispositionem gutturis eius: fortasse enim in ipso est sanguisuga.

a B. aliquibus uicibus.

De cura. *Cap.* 7.

QVādoque curatur illa, quæ visu comprehenditur curatione acceptionis, & ablationis secundum quod narrabimus. Et quandoque curatur cum medicinis gargarismatū, si fuerit propè guttur, & vaporum. Et ex eis sūt quædam cum caputpurgijs, si fuerit decliuis ad nasum, & cum eis quæ uomitu, & ventris solutione educunt vermes, & quæ eis sunt similia, si fuerit stans in profundo, & in stomacho. Et quandoque ingeniatur aliud ingenium ei. Inde est, ut submergat se homo in aqua calida, aut moretur in balneo calido: & propriè post allia, quę assumpsit. Deinde non sit deses indesinenter aquam frigidam infrigidatam in ore suo assumere hora post horam, donec [a] [descēdat sanguisuga, quę in ipso] suspensa est, fugiēs a calore, & declinans ad partem frigoris. Si autem necessarium fuerit, ut ipse expectet secundum illum calorem, usque quo timeat syncopim, expectet sup illud: est.n. regimen valde bonum in extrahendo ipsam. Et multoties quidē confert in ea, ut sit contentus comestione alliorum, & mora in sole, tenendo os apertum, coram aqua frigida infrigidata. Et quidam homines sunt, qui in potu tribuunt habenti sanguisugam, [b] [alfesesis] & existimo quòd sint species cimicum rubeorum sanguineorum similium [c] [techis] debiles habentium cutes, quos forsitan destruit tactus. Et si fuerint faciles, dentur in potu cum aceto: & vino. Aut suffumigetur ex eis guttur cum traiectorio, & fortasse ipsi sunt, qui nominantur in terra nostra [d] [alchabebil.] Et acetum solum, quū sorbetur, quādoque extrahit eam ex gutture, & proprie cum sale. Ex gargarismis verò est gargarisma, quod fit cum aceto [e] † [ ] & gargarisma de sinapi cum duplo sui de† nitro, aut sinapi cum ęqualitate sui [f] † [ ] de nigella, aut cum aceto uini, in quo decocta sunt allia & † absinthium, & lupini, & coloquinthida, & [g] [siraes,] aut aceto uini secundum quantitatem duarum vnc. in quo ponuntur † nitri drach. iij. & salis ammoniaci [h] † [ ] & aliorum duo dentes, & gargarismati quidem cum succo foliorum [i] [salicis] inest proprietas in extrahendo ipsam. Et similiter gargarismati ex aceto cum assa fœtida, aut [k] [kitran,] & aqua. Quum autē iam peruenerit in stomacho, oportebit vt in potu sumat de hoc medicamine. Recipe sceha abrotani, absinthij, nigellæ, lupinorum, costi [l] [nasturtij, mentastri, alkebuli, siraes] omniū ana pondus drach. ij. cum aceto commisto; & etiam cibetur habens eam allijs, & cepis, & porris, & calamentho fluuiali humido, aut sinapi condito; & omni calido acuto: deinde euomat postea, si facilis fuerit ei uomitus. Si autem fuerit non facilis, tunc res salitæ acutæ. Et quū eius suspensio fuerit in naso, & diligitur eius casus, fiat caputpurgium cum aceto, & nigella, & succo cucumeris asinini, & elleboro. Quumque acciderit ut abscindatur, tunc sibi caueat ille, in quo fuit, a clamore & loquela. Si autem currat sanguis, aut euomat ipsum, uel solutione educat eum; curetur totum cum eo, quod scies in capitulo suo. Et hermodactyli quidem habent proprietatem expellendi illud. Modus autem, quo accipitur cum instrumento chirurgico est, ut stet ille, qui deglutiuit sanguisugam, in sole, & aperiat os suum, & prematur lingua eius ad inferiora cū extremitate instrumenti chirurgici, quod est sicut cochlearium, quumque uidetur sanguisuga, ponatur instrumentum chirurgicum in radice colli eius, ut non incidatur: & hoc quidem instrumentū est instrumentū, quo remouētur hæmorrhoides.

a B. dimittat sāguisuga locum in quo.

b B. alfesafes.

c B. charad.

d B. alanagiel.

e † B. & assa fœtida solum.

† baurach.

f † B. de sale ammoniaco, aut gargarisma cū sceha cū medietate ipsius ꝺ sulphure, aut absinthij cum æqualitate sui.

† sceha.

g B. sirach s.

† baurach.

h † B. drach j.

i B. algarab.

k B. alchalchotar.

l B. breke giubuli sirach.

ANNOTATIONES.

De deuoratis hirudinibus, signis, & curatione Paulus egit lib. 5. Vide & Gal. 4. de loc. aff. & 11. de simpl. med. fac.

cap. 37. cap. 7. cap. de cimicibus.

De suffocationibus [a] *[albaba.]* *Cap.* 8.

a B. & aldebha.

PRæfocatio [b] [&] prohibitio penetrationis anhelitus ad pulmonem, & cor [c] † [ ] est res accidens ex causis plurimis, sicut potu medicinarum præfocatiuarum, & medicinarum venenosarum, & sicut congelatione sanguinis in quibusdam uisceribus. Illa autem, de qua nunc loquemur, est illa, quæ est ꝑpter causam accidentem in ipso instrumēto anhelitus ex propinquo epiglotti ex apostemate, aut coopertura, aut [d] [pigritia] virtutis a motione instrumenti attractionis aeris. Et tu quidem scis, ꝙ apostema oppilat meatus uicini sui. Et scis, quod lacertus mouens membra motu attrahē di aerē ad ea (& est lacertus epiglottis, quemadmodum dicturi sumus in capitulo anhelitus) quum deficit a motione sua, & operatione sua pp siccitatem [e] [congregatam] super hunc lacertum, qui est in anteriore parte epiglottis, & quę sequuntur ipsam, aut pp mollificationem, aut pp spasmum aut pp nocumentum aliud, non est possibile animali ut anhelet, quamuis meatus non sit oppilatus. Coopertura autem pp coarctationem uicini, quandoque accidit propter remotionem spondylium, quæ sunt p̱ cussionis, aut casus, & non habet curationem, aut pp apostema in lacerto spondylium, & ligamentis earum, aut in lacerto meri, & ligamentis eius cum communitate, & propter aliquam causarum, quæ trahit eas ad interiora: aut propter spasmum, qui accidit in eis etiam trahendo eas [f] † [ ] & deterior eis est sicca: aut pp aliud nocumentum neruorum [g] [propter qđ sit.] Et illud quidem plurimum accidit infantibus propter lenitatem ligamentorum eorum. Quæ aūt est maioris timoris, est illa, q̄ est in spōdyli secunda, & quę sunt supra ipsam, & quę est sub illa, est magis salua Et fortior ea, est illa quę est in spondyli prima. Ipsa enim est fortior, & acutior [h] [earum q̄ sunt in capitulo vicinitatis. Illam autem, quæ fit cā uermium,] dicemus in capitulo difficultatis trāsglutiendi. Diuisio autem

b B. est.

c † B. &.

d B. defectu.

e B. dominante.

f †. B. ad interiora.

g B. præparans ad illud.

h B. & ex capitulo uicinitatis est illa quæ est causa uermium & iam.

tem apostematis secundum membra apostemosa est quadripartita, aut enim erit apostema in lacertis extrinsecis ab epiglotti, decliuib. ad anteriora, & inferiora; ita ut sit apostema apparēs, & appareat eius rubedo in anteriore parte colli, aut, pectoris, aut thoracis, aut ĩ lacertis extrinsecis ab ea. sed in illis, quæ sunt ad posteriora, & lacertis meri, ita ut sint apostema, & rubedo eius, & color ipsius apparentia intus in ore, & quandoque peruenit ad spondyles, & nucham cum communitate. aut erit in lacertis intrinsecis meri, & quæ sequuntur ipsum, & stringit anhelitum propter uicinitatem, & non apparet sensui: aut erit in lacertis intrinsecis in epiglotti, & in panniculo vestiente eam: & est deterius quatuor; & ipsum non apparet sensui ēt, & aliquando aggregatur ex istis apostematib. numerus duorum, aut trium. Causa uerò horum apostematum, quandoque est causa aliorum apostematum. Et quandoque est propter quosdam cibos, qui sunt proprij in faciendo contingere ista apostemata, sicut est andacocha; & dicitur quòd eius theriaca est lactuca, & endiuia. Et quandoque non est causa repletionis in toto corpore: imò est corpus mundum, & neq; superabundat superfluitas, nisi in membris uicinis membris gutturis, & facit euenire apostema. Et iam diuiditur hoc apostema, & dicitur, quod aliud est apparens sensui exterius, & aliud est apparens sensui, quum aspicitur interior pars gutturis interius. Et aliud est, quod non est apparens sensui: & aliud est in meri: & aliud est intus in epiglotti, & non conspicitur illud nisi cum casu linguæ, post apertionem oris cum fortitudine, cum compressione linguæ ad inferiora. Et hec quidem apostemata quandoque accidunt ex sanguine, & quandoque ex cholera rubea, & quandoque accidunt ex phlegmate: & plurimũ prefocationis eius, est coopertura lacerti [i] [gutturis.] Et ex pfocationib. quidem, phlegmatica est magis incolumis, & eius sanatio ē uelocior, & facilior, & quandoque prolongatur xl. dieb. Et phlegmatica quidem alia est, cuius generatio est ex phlegmate uiscoso, grosso frigido Et alia est, cuius generatio est ex phlegmate subtili, calido, & cum huiusmodi phlegma descendit a capite, & ipsum quod non descendit nisi ex capite secũdum plurimum rei, tunc possibile est, ut descēdat ad lacertos [k] [superioris partis epiglottis] pp grauitatem suam, aut paruitatem penetrationis suæ. Et raro quidem accidit ex melācholia. Et dicunt quidam, ꝙ non accidit oĩno, quoniam melancholiæ minoratur effusio ab aliquo membro ad aliud membrum subito. Verum non elõgatur cum raritate illius, quin accidat subito, aut paulatim: deinde pfocet. Et quandoque permutatur ex apostemate calido, & secundum omnem dispositionem est mala. Et omne apostema prefocatiuũ aut interficit, aut permutatur materia eius, aut collectionem facit, & suppuratur. Et quandoq; apostemãtur interius cannę; sed non peruenit ad hoc, ut prefocet. Et præfocatiuum malum faciens necessarium, vt sit assiduatio apertionis oris, & proiectionis lingue. nominatur caninum, quãdoq; enim dicitur illud de facto in lacerto intrinseco in epiglotti: & quãdoq; de eo, quod accidit in duabus speciebus lacerti simul: & quandoq; de illo, quod accidit ex remotione spõdylium. Et quandoque permutatur synantia ad peripneumoniam, quando expellitur materia ad pulmonem; † [l] [ ] Et quandoque permutatur ad partem cordis, & interficit. Et quandoque ad stomachum effunditur. Et omnis synanticus qui moritur, spasmatur in primis. Et prefocatio quidem canina quandoque interficit inter primum diē, & quartum. Et quandoque multiplicantur synances, & earum similia in uere hyemali. Quũ ergo præfocatio fortior fit, [m] [anhelitus ponitur attractiuus, in quo fit iuuamentum motione pulmonis,] & fit necessarium multoties mouere pectus cum [n] [pulmone] velociter & frequenter, si adiuuerit uirtus, & non fuerit in anhelitu eorum [o] [inflatio.] Et quandoque accidit prefocatio in febribus acutis, & [p] [constrictis.] Et quandoque portendit in eis uariolas. Et similiter dolor gutturis in eis, quamuis non sit prefocatum. Et accidentia prefocationis in acutis febribus sunt mala valde, quoniam in eis est necessitas anhelitus vehemens. Et quando accidit in die crisis, est timorosum, & pernitiosum. Nam crisis cum apostematibus prefocatiuis, est pernitiosa proculdubio.

l † B. & quandoque pmutatur ad spasmũ, quũ expellitur materia ad neruos.

m B. fit anhelitus cũ naribus, & auxiliatur in eo cũ motu alrauthe.

n B. Alia litera. collo.

o B. ex sufflatio.

p B. conclusis.

i B. Alia litera. mollificati.

k B. inferiores gutturis. & illa quæ est ex phlegmate grosso é in lacertis superiorib. epiglottis.

ANNOTATIONES.

De angina loquitur, quamuis, & de stomachi tumore uerba faciat. Hippocrati hęc uox κυνάγχη *omnes earum partium affectus significat, qui ad fauces sunt, & spirandi actionem aliquo pacto offendunt, quod testatur Gal. 3. prognost. quãuis in libro de morbis 3. de leui angina fiat mentio, quam paracynãchen uocari ait. Latini uerò omnes eiusmodi affectus anginas uocant. Sanè huius morbi species sunt plures, ut Gal. 4. de loc. aff. prima, ubi fauces inflãmantur. Altera, quum neq; fauces, neq; reliquæ oris partes uel externę ullæ inflammantur: laborans tamen suffocationis periculum in gutture sentit. Tertia, ubi extrinsecus circa fauces inflammatio apparet. Quarta ubi gutturis partes tum externæ, tum internæ similiter affectæ sunt. Quinta uerò ubi ad anteriores partes uertebrę luxantur, uel ubi soli musculi, qui cum uertebris communicant, affecti sunt; uel ubi gula ipsa uitiata est, uel si musculi, qui gulam gutturi iungunt, uel si proprij qui ipsum guttur aperiunt musculi, oblæsi sunt. Ex his ergo, quæ Gal. ait, patet anginæ species multo plures esse quam quinque, si ultimum id caput quinto loco positũ (quod iudicio nostro eas anginæ species continet, quæ per consensum spirandi difficultatem, & anginã pariunt) dissecueris, ut res postulat. est enim alia anginæ species, ubi luxata uertebra est, alia ubi soli musculi, qui cũ uertebris cõicant, affecti sunt; et diuersi itidē, alij affectus sunt. Paulus lib. 3. quod & Trallianus lib. 4. quatuor tantum anginæ species numerat, synanchen ubi interiores faucium musculi inflammati sunt: parasynanchen ubi exteriores earundem musculi intumuere: cynanchen, ubi superior gutturis pars, & larynx, eius uidelicet musculi, sunt inflãmati: paracynanchen ubi affecti sunt musculi laryngis eiusdem exteriores. Sed Gal. 3. prognost. parui momenti esse putat, ut per c, uel per s, ea uox proferatur, distinguatur modò res ipsa. Celsus lib. 4. aliquot & ipse species anginæ refert, non eodem quoque ipse modo ijs uocibus usus. Quamobrem nobis, Gal. consilio, omissis uocum uarietatibus, res ipsa erit contemplanda. atque anginæ demum uocabũtur*

Com. 16.

Cap. 3.

Cap. 27.

Cap. 1.

Com. 16.

Cap. 4.

omnes, quæ ad faucium, & partium illi affinium regionem spirandi actionem lædunt. Pro quarum notitia adi Hip. 3. prognost. & 2. de morb. uulg. sect. 2. et 3. de morbis, in Coacis prænotionibus 6. aph. & 7. necnon 4. de eat. ui. in ac. et Gal. 4. de loc. aff.

Aph. 16. & deinceps. Aph. 37. ap. 47 Aph. 30. cap. 3.

1 *Et ex præfocationibus, &c. Vnum notat his uerbis, quod paradoxon quis existimarit, anginam, quæ ex pituita est, celerius sanari: & facilius. Hoc profecto tum rationi, tum ipsimet Auicen. dissentire uidetur. quum pituitosi morbi diuturni sint omnes, quod ad materiam spectat, a qua fiunt: atque hanc ex pituita anginam ad quadragesimum quandoque diem produci idem Auic. affirmet. Videre hoc & alij. & diuersi diuersa sentiunt. Videtur tamen nobis non anginam, quæ a pituita est, ijs quæ ab alia materia fiunt, comparare. Verum pituitosam anginam pituitosę conferre: aliam ergo incolumiorem esse ait, & sanatu faciliorem, aliam uero quę diuturnior est, ut etiam ad quadragesimum diem prorogetur, periculo subesse maiori. Hoc uelle Auic. putamus.*

De signis. *Cap. 9.*

a B. Accidentia communia.

a [INtentio communis] omnibus speciebus: præfocationum, est cōstrictio anhelitus, & quòd os remanet apertum: & difficultas deglutiendi ita, vt quandoque perueniat patiens ad hoc, vt bibat aquam, & egrediatur ex narib. eius, & exitus amborum oculorum: & egressio linguæ in ea, quæ vehemens est, cum debilitate motus eius. Et quandoque peruenit illud plurimum ad hoc, ut sit loquela eius speciei, q̃ dicitur, quòd ille loquitur cum naribus, & est verè e contrario eius. Ille verò qui ad b [hanc] comparatur in consuetudine hominum, non est nisi habens nares oppilatas. c [Ipse ergo vere] non loquitur ex naribus. Dolor autem nō fit fortis in phlegmatica, & dura, & fit fortis in calida. Quum ergo vehementior fit dolor: tūc quandoque inflatur collum totū, & facies & d [pendet] lingua. & magis incolumis decollatio est illa, cum qua anhelitus nō fit difficilis. 1 Et pulsus quidem habentium præfocationem in principio sui, est frequens, diuersus, deinde fit paruus, rarus, & communicatione apostemosum in hoc, quod sentitur, aut cum uisu, aut cum tactu, ita, ut sentiantur membra meri, & epiglottis dura, & extensiua, & fit habens eā, quasi desideret uomere. Et e [cum remotione quidem] est attractio colli ad interiora, & f [abscissio] ubi remouentur spondyles, & quando tangitur, dolet, & si iacet super collum suum, non g [delectat] aliquid quod ipse deglutiat omnino. Et differentia quidem inter constrictionem anhelitus factam causa decollationis, & factam causa peripneumoniæ est, quoniam illa, quæ est in peripneumonia, non præfocat subito, sed hæc subito quandoque præfocat. Et differētia inter apostema in epiglotti, & apostema meri, est, quoniam quum deglutire est possibile, & anhelitus est prohibitus, tunc apostema est in epiglotti, aut si est e conuerso, tunc apostema est in meri. Et quandoque magnificatur epiglottale adeo, donec prohibeat deglutitionem. Et quandoque magnificatur meriale, adeo quòd prohibeat anhelitum. Et non constringit anhelitum aliquod apostematum meri, nisi quod est in supremo eius, quod uero est sub hoc, non prohibet anhelitum, quamuis difficilis fiat, & constringatur, quoniam non peruenit ad hoc, ut comprimat cannam, & extremitatem eius, & ut non ingrediatur in eā aer omnino. Quumque apostema est in meri, & in lacertis intrinsecis, non manifestatur sensui, quamuis h [lingua palato adhereat uehementer.] Et differētia inter apostema malum, quod non sanatur, & apostema quod non est cum illa malitia, imò est in postremo lacerti meri, i [ ] est, quoniam uidetur, quòd cum eo non constringatur anhelitus, nisi quum est deglutitio. Et illud est malum, quod est intus in epiglotti, & non apparet sensui exterius ex eo aliquid, neque interius, quum inspicitur eius guttur, sed est profundum, deinde illud quod non uidetur interius, & uidetur exterius. Prefocatio autem mala festinat ad prohibendum anhelitum, & quando resupinatur patiens eā, prohibetur anhelitus omnino, & quando nō resupinatur, anhelitus fit difficilis. Et ipse etiam assidue extendit collum ingeniando ad anhelandum, & k [reuoluitur cum inclinatione, & diligit expansionem,] & non potest iacere. Et quādo peruenit constrictio anhelitus, & necessitas extrahendi uaporem fumosum ad hoc, ut educat uirtus, quæ efficit anhelitum, humiditates ad exteriora in anhelitu, & apparet spuma, tūc non est spes in ipso, & non oportet ut curetur 2 quum tamen quandoque accidat ut præfocatus spumet aliquando, deinde sanetur, & illud est, quum illic fuerit fortitudo, & appetitus l [& nutrimentum.] Quum autem facies eius sit uiridis, & denigrantur sinus oculorum ipsius, tunc ipse moritur, & similiter quando minoratur pulsus, & infrigidantur extrema, & m [grossitudo equidem linguæ, & ipsius denigratio sunt] ex signis malis. Et quando est cum prefocationibus malis febris uehemēs, tunc mors festinat: quoniā febris facit ægrum indigere anhelitu magno. Et iam dictum est in signis mortis uelocis, quòd si quis prefocationem patitur & alteratur color n [postremi eius] a rubedine sua consueta ad albedinem, aut ad uiriditatem, & sudant ascellæ, & inguina eius sudore frigido, tūc ipse moritur in uno duorum dierum. Signa uerò spei sunt, si permutatur rubedo ad exteriora: multoties enim aperiunt tunc oculos suos, & sanātur. Et similiter quando alterantur eorum anhelitus, & incipiūt anhelare anhelitu breui. Et illud ideò, quoniā ipsi in dispositione uehementiæ o [incipiunt.] ad anhelitū longum, ut ipsum paulatim intrare faciant. Quum autem abbreuiatur, tunc iam remouetur causa præparans ad longitudinē, & redeunt membra ad dispositionem naturalē. 3 Et similiter quando accidit apostema in latere opposito, speratur cū eo resolutio aliqua. Signa autē permutationis synantiæ sunt, ut uideantur in apostemate detumitio, & resolutio absque apertione ad exteriora, cum mollificatione sua. Deinde oportet, ut consideretur pulsus: nam si sit undosus, magnus, & accidat cum eo tussis tunc ipsa permutatur ad peripneumoniam: si uerò pulsus est spasmosus, tunc ipsa permutatur ad spasmū. Et si debilitatur pulsus ualde, & minoratur: & fit rarus, & commouet tremorē cordis

b B. ad hoc.

c B. & ipse secūdū ueritatem.

d B. egreditur.

e B in illa, quæ fit ex remotione spondylium

f B. depressio, seu cōcauitas in loco.

g B. descendit.

h B. deprimatur lingua a palato depressione uehementi.

i B. quāuis non uideatur.

k B. inquietudinem patitur, & diligit erecte stare extendendo collū &, partes pectoris, p preparatione sui anhelitus.

l B. nutrimēti.

m B. ingrossatur lingua, & sit nigra est.

n B. partis posterioris colli.

o B. festinant.

& resoluitur innatus calor,& accidit syncopis: tunc materia est effusa ad partem cordis. Si autem accidit dolor in stomacho,& nausea,tunc iam effunditur ad stomachum. Collectionis aũt signum est,quoniam inuenitur lenitas pauca cum pertransitione quarti diei. Et quandoque accidit synantiæ, quæ facit apparere rubedinem in collo,& parte pectoris, ut [p] [generetur] erysipila. Et illud est secundum duos modos: aut propter reditionem materiæ ad interiora corporis. aut pp euacuationem materiei. Si autem est propter euacuationem,tunc est in qua est spes,& alleuiatur cum ea anhelitus.& aliud est malum. Et signa quidem eius, quæ sanguinea est,sunt signa sanguinis nota, & rubedo linguæ,& faciei;& oculorum, & inuentio saporis sanguinis,s. aut dulcedinis, aut similis sapori vini, & dolor uehemens extensiuus, & constrictio anhelitus uehemens. Et signa cholericæ sunt inflammatio,& caliditas,& tristitia vehemens,& sitis uehemens,& dolor vehemẽs mordicatiuus,& amaritudo,& siccitas,& vigiliç,& non consequitur in constringendo anhelitum consecutionem euenientem ex sanguine. Et quandoque significant ipsam color linguæ & adustio loci,& acuitas ipsius,& est quasi sit in loco aliquid acutum,mordicatiuum, & dolor cholericæ minor est dolore sanguineæ. Et signa quidem phlegmaticæ sunt salsedo, aut sapor † baurac cũ caliditate,& viscositate:quoniam hoc phlegma est corruptum, & putrefactum. Et quandoque significant ipsam albedo coloris linguç,& faciei, & paucitas sitis,& inflammationis. Et quandoque [q] [prosternitur] lingua cum mollificatione, & raro accidit cũ ea apostema in glandulis,& [r] [quandoque] est dolor cum ea paruus,aut priuatus:& non sunt cum ea febres,& prolongatur spatium eius vsque ad.xl.dies. Et quando nititur habẽs eã, possibilis est ei deglutitio,quoniã penetrat deglutitum in mollitiem. Et signa melancholicæ,sunt durities,& sapor acetositatis, & põticitatis, & ꝙ accidit paulatim,& quandoque est pmutata ex apostemate calido. Et signa factæ a siccitate mẽbrorum spiritualium,qcunq; fuerint, sunt paucitas humiditatis in ore, & iuuari ex aqua calida statĩ cũ eo qđ humectat,& mollificat. Et scias,ꝙ quãdoq; accidit [s] [linguæ] dolor pseuerans anno uno,aut duob.in gutture eius, & significat petrosã supfluitatẽ in partib. gutturis.

p B.occultetur.

† nitrosus.

q B.egreditur.

r—— B.

s B homini.

ANNOTATIONES.

Anginæ notas diligentissimè explicat. pro quibus petenda loca superiori capite ex Hippocrate allegata. Quod ad hunc locum facit, vnum notat,quo discrepare, a Gal. uidetur ijs verbis.

1 *Et pulsus quidem &c. Nempe eorum,qui angina correpti sunt, principio frequentem esse ait pulsum,post uerò, idest intereuntibus, euadere paruum & rarum. At Gal. lib. de pulsib. ad Tyron. morientium pulsus frequentes, & inæquales esse affirmat. Verum nulla est controuersia. intereuntibus ex angina,non longè ab interitu,frequens pulsus euadit ob spirandi necessitatem: in ipso uerò interitu rarus ob uirium defectum. Aliud scribit ijs verbis.*

Cap. 11.

2 *Quum tamen quandoque accidat,ut præfocatus,&c. quod contra Hippocratis sententiam uidetur. qui 2. aph. qui suffocantur,& a uita deficiunt, nondum tamen mortui sunt,non reuocari ait in uitã quib. spuma circa os apparet: cuius contrarium hic asserit. Sed & hoc Gal.in eius aphorismi commento aduertit,nonnullos, quamuis rarò,dũ strangularentur,esse in uitam relatos,quibus spuma circa os apparuerat. Quare & illic Gal.non ut perpetuã hanc ab Hippocrate prolatam esse sententiam suspicatur;sed quæ tamen plurimum uera sit. Alíud item scribit,quum ait.*

Aphor. 43.

3 *Et similiter quando accidit apostema in latere opposito &c. quod difficile uidetur. quum notatum a Gal. sit passim,morbos qui aliquam corporis partẽ obsedere, ubi ad oppositam abscedant,non salutẽ, sed infortunatum exitũ sortiri:id quod,si quis Hippocratem in libris vulgarium morborum diligẽter percurrerit, sæpissimè obseruatũ animaduertet. Verũ res ita forte se habet. non intelligit hic author totius materiæ abscessum per crisim;sed eius imminutionem, quæ quidem si a parte quam obsidet, ad alteram diffundatur, dum læsam partem leuat, minus periculi adesse significat.*

Sermo vniuersalis de curis apostematum accidentium in partibus gutturis,& epiglottis, & glandulis circundantibus ea, & vuæ, & galsamati, & duarum amygdalarum. Cap. 10.

OPortet vt euacuetur in principio uniuscuiusque illorum materia faciens illud cũ phlebotomia,& solutione uentris;& vt trahatur materia ad partem diuersam, saltem cum ventosis positis super loca longingua, opposita ei,& ligatione extremitatum dolorosa. Et ut incipiatur in ea cum medicinis stypticis,commistis cum eis,quç habent parum abstersionis, sicut mel:& meliores eo sunt cortices nucis,deinde rob mori. Et scias ꝙ inceptio gargarizãdi cum aceto,quum incipit passio uuæ,aut synantia,est ex eis quæ repellunt,& prohibent attractionem humiditatis plurimæ: & est cum eo ꝓhibitio eius quod eueniet. Et de istis quidẽ medicinis sunt,sicut alumen,& gallç,& balaustiæ, & ambo granata decocta vsq; ad solutionem, & fiat ex eis [a] [quod deglutiatur.] 1 Et ex eis,quç iuuant ad illud,est ut radatur sinciput,& liniatur cum succo acaciæ,& hoc in principio, deinde gradatio fiat ad maturatiua: deĩde fiat gradatio ad aperitiua fortia usque ad gradum salis ammoniaci,& pyrethri,& ad ea, quç dicturi sumus. Et ex eis, quç conferunt ad hoc, est sternutare cum eis, quæ sunt sicut condysi, & costus,& folia oleandri,& sampsucus. Et ex rebus expertis,quç faciunt sua proprietate in apostematibus præfocationum,& uuæ,& ambarũ amygdalarum,& omnino omnium membrorum gutturis,iuuamẽtum maximum est, ut sumantur fila, [b] [& proprie] tincta cum [c] [murice] marino,& præfocetur cum eis uipera:deinde circundetur eis collũ eius, qui habet aliquid horum apostematũ:illud enim confert ei iuuamentum mirabile bonum, pertransiens quantitatem [d] [eius quod timetur.] Et lac quidẽ ex medicinis est sublimibus in principio,& statu propterea ꝙ repellit,& lenit,& sedat dolorem. Et oportet, ut conspiciatur in administrando ea,quç [e] [stringunt] resoluunt,aut maturant: & consideretur ad dispositionem corporis in lenitate,& duritie sua,& confortetur illud,qđ est forteĩ duritie,& leniatur in lenitate,& simi

a B.loch.

b—— B:

c B. alargiuan.

d B. consuetam.

e B.stypticant.

liter obseruetur ætas,& complexio,& tempus, & consuetudo. Et quandoque appropriantur [f] apostemata] vuę & ambarum amygdalarum & [g] [ ] [h] [mollificatio earum, cum incisione.] Et ego de ambabus singulare faciam capitulum. Et ex modis curationis † est compressio super locum. Et eius loca sunt tria; vnus eorum est, quum remouentur spondyles, & secundus est ex apostematibus vuæ,& ambarum amygdalarum indigentium subleuatione sua, [i] [aut casu] ambarum ad superiora, & tertius est in apostematibus phlegmaticis, quum constringuntur ambo meatus, & iuuātur cum compressione secundum mundificationem ipsorum,& subtiliationem ipsorum.

f B. apostemati.

g † B. & omniū mēbrorum gutturis.

h B. mollificationi earum incisio.

i B. apud casum

ANNOTATIONES.

Tex. 30. – Anginosis & Hippocrates & Gal. 4. de rat. uict. in ac. uena secta, purgatione & clysteribus subueniri iubent. quo ordine agenda singula sint, simul innuentes. Idem confirmat
Cap. 2. Gal. 6. de comp. med. per loc. priusquam repellentibus utamur, parari corpus præcipiens uenæ sectione, purgatione, clysteribus, aut inedia, si totum corpus apparuerit aut multitudine humorum refertum, aut eorundem malitia uitiatum. Si neutrum horum adsit, statim ad curationem ꝑ localia remedia perueniendum. Paulus quoque lib. 3. nec-
Cap. 27. Cap. 4. non Celsus lib. 4. si vires patiantur, mittendum sanguinem iubet. Verum, quum sanguinis mittendi plura sint loca, distinguit rem Hipp. sanguinem ergo, ait, ex brachijs detrahes, mox uenas quæ sub lingua sunt, secabis. quod ferè & Celsus, & Paulus. sed quæ uena secanda in cubito sit, non explicat, quòd in omni sectione sit perpetuum, ut sæpe Gal. aduertit, affectis superioribus partibus externam esse tundendam, nisi forte plenitudo adsit, tunc enim mediam secare præstat. An uerò in eodem latere, an in opposito mittendus sit sanguis, non aiunt. Sed seruandum hac in re est, quod libro primo adnotauimus. Vnum Auicennas primis statim verbis de curatione agens ait, quod uel venæ sectione uel purgatione retrahenda est materia, vel cucurbitulis ad cōtraria loca admotis. Qua in re credat fortasse aliquis
Cap. 3. aduersari hunc Galeno, qui libro de reuulſ. et cucurbit. has ante euacuationem totius corporis prohibet. Sed nos consuli hic cucurbitas arbitramur, vbi vires non constent, neque
Cap. 5. uenæ sectio conueniat Gal. exemplo, qui 13. meth. ubi ulceri coniuncta sit inflammatio, cogi nos ob dolorem ait venā tundere, si uirtus constet: uel mēbra scarificare quæ læsa nō sunt, si imbecilles sint uires. ita vt postremum hoc cucurbitarum præsidium, cæteris alijs ac venæ præsertim sectioni non præmittatur, nisi alia uires non admiserint. At verò, cuinam parti figendæ cucurbitulæ sint, non ait hic author, quāuis super loca longinqua opposita apponi admoneat. Intelligendum tamen id putamus ut super scoptulas dorsi admoueantur. alioqui enim earum ad mentum appositio, de qui-
Cap. 4. bus Celsus lib. 4. & Paulus li. 3. non nisi trāsacta fluxione
Cap. 26. conueniunt, sicuti & venarum sub lingua sectio, de qua in sequenti capite.

1 Et ex eis quæ iuuant ad illud &c. Hoc paulo uidetur difficilius, uult ut derasum caput acaciæ succo liniamus a
Tex. 30. principio, deinde ad maturantia eamus. At contra Hip. 4. de rat. uic. in ac. deraso capiti ac ceruici ceratum imponit, lanisq; inuoluit, et molli spongia ex aqua calida expressa fouet, quæ omnia, ut Gal. ibidem ait, attrahendi ad exteriora vim habent. Sanè difficilis est hic locus: quum uerè, inflammationibus, quæ ad glandes, non conueniant repellentia: quum & Rasis 3. Cont. astringentia in hoc affectu prorsus interdicat. Quamobrem nos, id quod alij multi, mendum in codice esse arbitramur. supponendumq; pro acaciæ succo, aliquod ex calfactorio, & attractorio genere medicamentum existimamus, quali vsus est Hippocrates, a quo, si hic author hoc in loco sponte discreparet, in tam discordi re nos admonuisset.

De cura decollationum, & præfocationum, & omnis suffocationis ex omni causa. Cap. 11.

IN calida quidem oportet, ut incipiatur cum phlebotomia, & nō extrahatur sanguis plurimus subito: & propriè quum iam inceperit uirtus debilitari, imò sumantur in omni hora x. & x. vsq; ad diem tertium cum separationibus continuis. Si autem debilitari non incipit, tūc oportet vt sine cessatione extrahatur sanguis, vsque quo appareat syncopis in forti. Et oportet ut declinetur cum separatione uersus cōseruationem uirtutis, & [a] [expulsionem] syncopis. Syncopis. n. quū accidit, cadit virtus eius, quare aggregantur ei difficultas anhelitus, & casus virtutis. Et proprie indicitur eis, vt minorēt cibū necessario, aut uoluntarie, & ꝑcipuè si fuerit febris. Et quandoq; oportet, ut attendatur in re phlebotomiæ res [b] [aliqua, q̄ est magis integra, quoniam quandoq; est cā dominium sanguinis in ꝑfocatione retenti, & ꝑcipuè] consueti, sicut sanguinis menstrui, & sanguinis hæmorrhoidarum. Et in huiusmodi quidem oportet, vt sit phlebotomia in latere trahēte materiam ad partem, a qua cadit retentio, sicut necessaria est hic phlebotomia saphenę, & uētosę cruriū. Quū. n. egreditur sanguis plurimus, tunc quandoq; sedantur accidentia statim, & quandoque necessaria est iteratio in mane. Et secundum veritatem [c] [dispositionis] quū dispositio tolerat [d] [expulsionē] phlebotomiæ vsq; ad maturationē, tunc illud est melius ad hoc, ut remaneat virtus in corpore, & cadat euacuatio ipsius materiei ęgritudinis, & sufficiat emissio frequens in dieb. cū x. pōderib. sanguinis, aut v. pōderib. & fit facilis anhelitus, & similiter etiam gargarismata postponantur, si est illic repletio, & fuerint gargarismata dolorosa, timendo attractionem, imò administrētur gargarismata post mūdificationē. Et decollationis, quidē est spēs q̄dā existens [e] [in fine algalsamati.] Quum ergo fit phlebotomia ante declinationē ægritudinis descendit ad locum præfocatum. & [f] [multoties quidem scitur cū eo hora, præfocationis ex prīcipio, & augmēto, & statu, & declinatione, & dispositione deglutionis, & augmētatur difficultas, aut casus eius, & declinatio] ipsius, & dū perseuerat in augmento, & nō est necessariū. non fiat phlebotomia ultima, imò sufficiat [g] [illud quod] diximus, & quū synantia, nō est cū communitate repletionis in corpore toto: imo est superfluitas in parte gutturis tantum, & nō sentitur extensio, pertansit, vt non fiat phlebotomia: imò [h] [elongatio fiat ab additione caularū resolutionis facientium] esse necessariam cibationem plurimam, & prohibeatur nutrimētū, ut sit corpus eius utens sanguine eius in nutrimēto, & cōuertens ipsum a parte apostematis, quasi [i] [fiat ei inobediēs sanguis: deinde uadat] secūdū resolutionē, & maturationē. Nā si phlebotomia fiat tunc, fortasse nō tolerabit illud, & non erit excusatio cibationis, & in cibatione est la-

a B. prætermissionem.

b B. alia & est, qm̄ q̄nque est cā dominij apostematis in ꝑfocatione, retētio sanguinis.

c —— B.

d B. prætermissionem.

e B. supra galsamach.

f B. plurimum quo scitur hora ꝑfocatiōis ex prīcipii, & hora augmēti & stat⁹ & declinatiōis, est ex dispositione deglutionis, & augmēto difficultatis eius & statu, & declinatione.

g B. ea quam.

h B. elongetur in corpore eius causæ resolutionis facientes.

i B. quasi rapiat sanguinē ab eo deinde conuertatur.

eſt labor & propriè quum non deglutit, & nõ poſtponatur phlebotomia uenæ, quæ eſt ſub lĩgua imò oportet, ut[k] [incipiatur illud ſaltem] in eadem die: imò [l] [ſaltem in diſpoſitione ſeparationis prędictę] & proprie quum fuerint uenę, quæ ſunt ſub lingua extenſę. Et quandoque neceſſaria eſt phlebotomia † iugularium, & quandoque neceſſaria eſt ſcalpellatio linguę ipſius. Et neceſſariæ ſunt uentoſæ cruris, quoniam ſunt conferentes ualde. Et illum quidem qui conſuetus eſt incurrere ſynances, oportet ut phlebotometur antequam accidant, quum uidetur repletio, & quum eſt uer. Et ex eis quidem quæ ſunt uehementis iuuaminis, eſt [m] [inceptio] adminiſtrationis clyſteriorum fortiũ ualde, niſi febris prohibeat: tunc enim oportet ut ſit contentus clyſteribus lenibus. Clyſteria nanque fortia, & collyria ſunt in hoc maximi iuuamenti. Et oportet ut embrochentur extrema: & circundetur collum lana, & proprie lana hyſſopi, quę ſit infuſa ſiue in oleo oliuę, aut in oleo chamæmillino, ipſa enim eſt lenificatiua, & ſedatiua doloris: deinde in poſtremo ipſius admiſceantur ei attractiua, quum non conferunt iſta, & ſunt ſicut† nitrũ, & ſinapis, & caſtoreum, & ſulphur, & unguentum forte rubificans, & etiam mel anarcadi, & omne quod ueſicat. Et oportet, ut ſint contenti in cibis ſuis uſque ad diẽ tertium, oxymelle, aut ſyrupo de melle, deinde gradatio fiat ad aquam hordei cum quibuſdam [n] [medicinis] delectabilibus; deinde ad uitellum oui. Poſtea quum facilis fit deglutitio, adminiſtrentur ſorbitiones, ex [o] [cãdaros,] & in fine eius fiant ſorbitiones ex maturatiuis; deinde reſolutiuis. Et quũ deglutitio fit difficilis, ponantur uentoſæ ſuper collum apud ſpondylem ſecundam, cum ſuctione, aut igne, ut dilatetur meatus paulatim, & deglutiat illud quod ſorbet ex cibis. Quumque illud cõpleuerit, remoueantur uentoſæ [p] [ignitæ, aut] cadunt p ſeipſas. Et non eſt malum ſi ſcalpelletur etiam, & egrediatur ſanguis illinc, [q] [& ex halacdam.] deinde ventoſetur uentoſa una ſuper caput, & ponantur, etiam ſuper mentũ vẽtoſæ ſub gutture, & illud fiat poſtquam abſcinditur materia; Omnia enim hęc trahunt materiã ad diuerſam partem, & minorant eam, & [r] [ſimiliter illud eſt melius. Similiter ponãtur] ſub mammilis, & ſuper [s] [alcheel,] & non eſt malum intromittere aliquid, quod mundificet ex alkeizaram, & ei ſimilibus ſuper quod [c] cottum ſit inuolutum, mundificatio nanque dilatat. Et quãdoq; intromittitur in gutture cãnula facta de auro, aut argento, aut ſimilibus ambobus, adiuuãdo ad inſpirandũ, & ſimiliter quando fortior fit conſtrictio, nõ eſt excuſatio, quin uentoſæ ponãtur ſuper collum. Et quandoque cõfert in dilatatione deglutitiõis, & anhelitus compreſſio ſpatularum cum fortitudine. Medicinę autem in principio ſint ſtypticæ, & proprie in ſanguinea, & meliora quidem ſtyptica ſunt, quæ habent cum ſtypticitate ſua ſubſtantiam ſubtilem, qua ſubmerguntur. Et ex rebus quidem, quas extrahit experimentum, eſt quòd ſtyptica permiſta compoſita, magis ſunt iuuatiua, quàm ſingularia ſimplicia. Et quandoque dolor fit fortior in principio rei, quare neceſſarium eſt, ut ſtypticis admiſceatur aliquid, quod ſedet dolorem. & leniat: ſicut eſt ſyrupus uiol. & penidij, & lac calidum, & mucillago ſeminis lini, & alrob. Et quandoque multiplicatur effuſio, quare non eſt excuſatio, quin reſolutiua eis admiſceantur. Et quandoque non eſt materia plurima in effuſione, & apoſtema non eſt forte. Incipiatur ergo, & adminiſtrentur gallæ, & ſal ammoniacus, quoniam prohibent cum fortitudine, & reſoluunt cum fortitudine. In cholerica uero oportet, ut ſit plurimum intentionis conuerſum ad infrigidandum cum eo, quod facit ſtypticum, & quandoque adminiſtrantur, linimenmenta. Et quandoque adminiſtrantũr in ea, & in omni [t] [calida] gargariſmata, & inſſlantur inſufflationes cum ſufflatorio, & pulueri zationes. Et ex eis eſt gargariſmus factus cum oxymelle, & aqua, & aceto: ipſe enim eſt maximi iuuamenti in intio calidę, & frigidę, & cum rob mororum, proprie ſylueſtrium: deinde cũ eo, in quo non eſt zuccarum, u el mel. Et adminiſtretur in principio purum, & confortetur cũ ſtypticis, quę ſunt de genere ſucci ſumach, & acreſtę, ſiccarum, et ſicut ſunt balauſtię. Et in huiuſmodi quidem non ponitur mel, niſi ut mundificet, non ut confortet, & ſimiliter decoctio [u] [alkeshe] cum melle: aut decoctio ſumach cũ coagulato uuę, Et fortius illo eſt ſuccus nucis recentis: quoniam ipſe eſt ex melioribus medicinis horum apoſtematum, & ſuccus roſę recentis, & rob papaueris, quando permiſcetur cum ſtypticis, eſt uehementis iuuamenti in initio, & fortius illo eſt decoctio myrti, & glandium, & aqua coriãdri, & ſumach, & aqua corticum nucis, & aqua myrti, & aqua [x] [lentium de coctarum] ualde, & cydonia valde eſt ſtyptica & [y] [ſorba] proprie, & alumen iameni habet proprietatem in hoc. Et etiam inſufflетur in gutture inſufflatio ex ſemine roſæ, & ſumach, & balauſtijs ſecundum partes æquales, & camphoræ res modica. Et cholericę adhibeatur ſuccus olerum frigidorum permiſtus cum eo, quòd habet ſtypticitatem aliquam, [z] [ſicut] ſuccus uirgę paſtoris, & ſuccus ſolatri, & ſuccus ramorum uitis. Et ex communibus inter eas in principio, ſunt ſemen roſarũ, & ſemen portulacæ, & mucillago pſylij, & amylum, & ſpodium, & ſumach, & dragacãthũ, & camphora, ex quibus fiant pilulæ compreſſæ, & teneãtur ſub lingua. Quum ergo abſcinditur attractio, oportet utmiſceãtur cum rob mororum myrrha & crocus. Myrrha enim profundatur cum uirtute ſuæ ſtypticitatis, & ſuę reſolutionis, & facit crocum peruenire ad profundum, & aggregãtur ad maturationem faciendam. Si autem uideris ipſam declinare ad duritiem, permiſce cum moris aliquid ex† nitro. Quum autem appropinquat ſtatus, aut peruenit in ipſa, oportet ut adminiſtrentur ea, in quibus eſt ſedatio, & lenificatio, ſicut lac mulctum, in quo diſſoluuntur ſquammæ caſię fiſtulæ, & [a] [oleum] rob mororum: aut decoctio ficuum, & fœnugręci, aut rob myrti cum rob: aut ſuccus [b] [uitis] cũ melle: aut rob: aut bdelliũ arabicum diſſolutũ, cum rob uuæ. quoniam eſt iuuatiuũ ualde, & aqua radicis in qua decocta ſunt paſſæ, & fœnugræcum

k B. ſit feſtinatio ad illam.
l B. inter ſeparationes prædictas.
† alguidegi.
m B. feſtinatio.
† baurach.
n B. potionib.
o B. candarufio
p B. ſed uẽtoſę cum igne.
q B. ex alachda in.
r B. illud primo ponatur.
s B. alchiahel.
t B. Alia litera. diſpoſitione.
u B. alcarb.
x B. Alia litera cytoniorũ ſtypticorum.
y B. zaruc.
z B. &.
† baurach.
a B. pix.
b B. caulium.

grçcũ,& dactyli,& ficus,& myrrha, & crocus, & cinnamomum, gargarizata cum oxymelle: aut aqua mellis. Et administrentur emplastra et ad maturandũ,sicut emplastrum alseir, & di stillatio olei ros. in aure est iuuatiua in hac hora. Et quandoque vides quòd non maturatur, & vides duritiẽ, oportet vt administres in medicinis eius [e] [caules.] Quum autem maturatio iam adest,tunc stude in apertione apostematis cum gargarismate,quod coniungit inter apertionem,& lenificationem:sicut quædã medicinæ acutæ in lacte, quibus fit gargarismus. Et si est apparens,& elongatur tempus, & non disrumpitur,non est mala administratio ferri. Et ex medicinis temperatis cum inceptione ad disruptionem est decoctio ficuum cum fœnugræco,& dactylis,& decoctio lẽtium cum ros. & rob liquiritiæ,& semine almaru: & post illud fiat gradatio ad illud,quod est fortius, quare misceantur cum rob mororum baurac, & myrrha, & dragacanthum, & etiam semen almaru dissolutũ in lacte caprino, & olea [d] [dissoluentia,] & proprie cũ melle, & galla, & fiat ex eis gargarismus, [e] [& ex eis] quæ sunt sicut aqua mellis,in qua decocta sunt ficus, & calamenthum,& sampsucus,& [f] [alumen] menta,& sysimbrium,& radix [g] [lilij] coniuncti,& separatim,& costo, & ꝓprie marino inest iuuamentum maximum in huiusmodi hora, & [h] [in ueritate statim post abstersionem integrã, & post maturationem] completam,& apertionem cum eis, quç sunt sicut baurac, & nitrum,& assa fçtida,& myrrha,& piper,& castoreum,& stercus hirundinum, & stercus adib, & fiat ex eis gargarismus cum rob mororum, imò cum sale ammoniaco,& pyrethro, & semine alharmel, & sinapi, aut semine raphani cum aqua & oxymelle. Et administrentur ex istis insufflationes,& insufflatio salis ammoniaci est faciens quiescere. Quum ergo declinat ægritudo,administra vinũ,& balneum, & embrochas. Confectio pilularum iuuantiũ in statu. Recipe radicis lilij. iiij. partes, assæ fœtidæ medietatem partis:colligantur cum succo caulis,aut coagulato vuæ.Ex curatione vero phlegmaticç est, ut intus ĩ gutture intromittatur uirga mollificata torta, super quam inuolutus sit pannus,quo liniatur apostema,& quo mundificetur humiditas.Et ei quidem quç est antiqua, assa fœtida,& cinnamomum,& soluatur venter cum cochijs,& hiera,& similibus,et clysterizetur cum clysteribus ualde fortibus. In cura autem melancholicæ ex medicinis magis conferentibus ei,est medicamen alharmel gargarizatum,et linitum exterius,& interius. Ex medicinis vero,que habent proprietatem,& conuenientes sunt in omni hora, & est stercus canis album,& [i] † [ ] adib album, & hoc modo colligitur.Custodiatur canis,ne aliquid comedat nisi ossa tantum;donec stercus eijciat albũ quod parui existat fœtoris. & similiter stercus hominis,& proprie infantis.oportet,vt solicitudo sit ita,vt illud quo cibatur, sit cum quantitate qua digeratur: & quod [k] [ex eo] est melius,est panis [l] [lupinorũ] secundũ quantitatẽ paruam, & in potu tribuatur post ipsum vinũ vetus: deide sumatur stercus eius,& exsiccetur, est enim pauci fœtoris. & si cũ pane desiderat aliqd aliud,tunc dentur ei cibi bonæ digestionis,boni chymi,calydç cõplexionis cũ æqualitate: sicut carnes gallinæ,& perdicis,& extremitates caprarum,hæc enim cũ bonitate digestionis,educunt fœcem parui fœtoris. Et ex medicinis qdem sua proprietate facientibus,sunt hirundines adustç.decollantur enim prius,& currit sanguis super alas ipsarum:deinde puluerizatur sup eas sal, & ponuntur in urceolo lutato,& ligatur caput eius,& ponuntur in furno, & vt ponantur in vitreato vase linito luto sapientiæ est rectius apud me.Et similiter stercus hirundinũ adustũ cũ fortitudine.Et quandoq; linitur palatum ex felle taurino cũ melle,et felle testudinis,et flore æris, et capitibus pisciculorũ salitorum,et propriè uua.Et linitur etiam palatum habentis synãtiam sale cum melle, et aceto. Et similiter apostema vuæ:et similiter administrẽtur gargarismata cũ oxymelle, in quo decoctum est semen raphani. Et colcotar quidem et calcadis ambo sũt bona apostemati gauonis. Et ex cõpositis sunt medicamen mori cũ myrrha,et croco,et medicamẽ hirundinũ, & medicamẽ alharmel,& medicamen corticis nucis recẽtis,& trochisci [m] [andarosimj]& medicamen huiusmodi. Recipe stercoris canis albi adusti in testa,[n] [& ꝑter testam.] unc.j.piperis drac.ij.gallarũ adustarum,corticis granatorum,[o] † [ ] carnis simij,& suis & adhoba oĩum an.drac.j.myrrhç,costi amborũ an. vnc. s.insuffletur,aut liniatur cũ melle. & ẽt in fine eius,& in hora uehemẽtiç administrentur stercus pueri [p] [ex pane lupinorum,] et stercus canis,et hirundinum adustum: et sal ammoniacus iteretur hoc in die multoties. Quandoque uerò apostematur lingua ꝑfocati ẽt, et indiget fortasse curatione ipsius. Sed nos iã locuti fuimus de apostematibus linguæ: et illud qdẽ,qđ huic loco est proprium, est necessarium ex co redire ad illud,quod illic dictum est,s. vt ingenietur post phlebotomiam, in attrahendo materias ad inferiora, et quandoque fit illud in loco hoc cum hiera picra.Habet.n.proprietatem in deponẽdo humores,qui sunt coram supremo oris stomachi,et meri, et gutturis. Deinde administrentur sup ipsum infrigidantia,et repercussiua,sicut succus lactucç,et est medicina habens proprietatem quàm significat uisio iuuãmenti eius, deinde si necessaria est resolutio subtilis,fiat. Ex eis autem,quæ conferunt in re gimine eius,quæ est propter spõdyles, est ut ingenietur in compressione loci cum facilitate ad posteriora: fortasse enim reuertetur spondylis, et illa quidem compressio quandoque fit cum instrumento,et cum digitis, et inuenitur quandoque ꝑ illud requies.Instrumentum verò est res similis fræno,quòd ĩ gutture intromittitur,et expellit,quòd est intus in gutture, ad exteriora.Compressio autẽ ualde est nociua in apostematib.Quumq; synances uehemẽtiores fiunt,et non ualent medicinç, et creditur ꝙ perditio futura sit,illud per quod speratur euasio est scissio cannæ: et illud est cum scissione ligamentorũ, quæ sunt inter duos annulos cãnæ, præter ꝙ recipiat aliquid de cartilagine, ita ut per illud anhelet: deide suatur, quũ expletum

e B. sulphur.
d B. calefacientia.
e ——B.
f B. anethum.
g B. liquiritiæ.
h B. in ueridico statu intẽde ad abstersionem.
i † B. stercus.
K B. ei.
l B. & lupini.
m B. andaron.
n B. aut nõ adusti.
o † B. & pilorũ barbæ porci & simij & aldabha
p B qui comedit panem & pinus.

tum fuerit regimen apostematis,& medicetur, & sanabitur.Et modus quidem curationis eius est,vt tendatur caput ad posteriora.& teneatur & sumatur cutis,& abscindatur, & quod de ipso rectius est,est vt sumatur cutis cum vncino, & elongetur,deinde discooperiatur a canna,& findatur quod est inter duos annulos cannæ coram fissura cutis: deinde suatur, & ponatur super ipsam puluis citrinus, & oportet quidē ut duplicentur labia fissuræ cutis solum,pręter quòd contangantur cartilago, & panniculi in aliquo:& hoc est iudicium huius fissuræ, quāuis non cadat ad hanc intentionem , Nam si existimatur,quòd in illis eisdē ligamentis sit apostema,& nocumentum,nō oportet ut administretur scissio.Quum autem syncopis superuenerit ægro,& timetur quòd compleatur pręfocatio,icipiatur a clysteribus fortibus, & phlebotometur uena,quæ est sub lingua, & phlebotometur vena frontis,& appendantur ventosæ super collum,& sub mento,cum incisione,aut absque incisione.Et si fuerit causa præfocationis eius,& syncopis eius,submersio, tunc conuertatur,vt currat aqua.deinde suffumigentur cum eo,quod habet fortitudinem, & odorem bonum,donec reuiuiscat.Oportet autem,ut ille,q euaserit a suffocatione [q] [vehementi,]phlebotometur & clysterizetur, & sorbeat aliquibus diebus sorbitiones ex farina ciceris,& lac, aut aquam carnis, in qua dissoluti sunt panis, & uitellus oui.Et scias,quòd omnis, qui habet dolorem gutturis, melius est fugere sermonē ex quocunque dolore.

q B. ex strictura.

ANNOTATIONES.

Text.30.

Quòd in ijs,qui ex angina suffocantur, curandi initium sit uenæ sectio,superiori capite ex Hipp. 4. de rat. in ac. dictum est. At qualisnam sanguinis eductio, copiosa an parca esse debeat,nunc docet. virtute quidem constanter perdurante,ad animi deliquium ducens,in ea vero quæ imbecillior sit,per uices detrahens,Sanè triplex causa est,cur sanguis ad animi deliquium educatur, vt Gal. 1.aph. magnæ febres,max imæ inflāmationes,& dolor fortis.qđ tamē non nisi valētib.uiribus est agendum.At si tantam uniuersim sanguinis euacuationem uires non ferant , tunc , quod consulit Gal.lib de curat.rat. per sangu.miss.partiendæ uices sunt,& per epicrasim agendum. Quare,quum angina acutissimus morbus sit, constat quàm recte ab authore nostro sanguis ad animi deliquium vsque (excludit animi defectum) aut reiterata eductio probetur, & quàm perperam a quibusdā tacite carpatur,ꝙ repeti sanguinis missionem consulat. Et si enim laudat Auic.copiosam eductionem,cauet tamen syncopin, quæ cumulatissimam euacuationem sequitur, quòd cohibito duplici iam de causa spiritu,angina antea,nunc uerò animi defectu, interire animal difficile non sit. Aemulaturque hac in re Paulum lib. 3. qui non subito ac semel,uerùm partita uice sæpius euacuandum iubet, suffocationis periculum veritus. Hæc ergo de venæ sectione generatim admonuit. At verò quonam e loco ducēdus sit sanguis,in superiori capite dictum est. nunc tamen duo aduertit,summi in hac curatione momenti. Primum quum ait.

comm.23.

cap.12.

cap.17.

2 *Et quandoque oportet ut attendatur in re phlebotomiæ &c.considerandum de fluentis esse humoris origine. fit enim quandoque angina toto corpore ad affectam partem mittēte: quo casu non est discedendum ab eo,quod superiori capite est explicatum, quodque Hipp. præcepit 4.de rat.uic.in ac.ut. s.sanguinem ex brachio mittamus. Fit tamen etiam nōnunquam ex particulari quapiam consueta euacuatione cohibita ueluti per uterum & hæmorrhoidas.Quod quidem,ubi euenit,Hippocratis consilio,primo aph.quo natura uergit per loca conferentia reuocanda morbifica materia est, ad uterum & hæmorrhoidas.Alterum notat.ijs uerbis.*

Aphor.21.

3 *Et secundum ueritatem &c.quod paulò est obscurius: Videtur tamen nostra sententia hoc uelle.Fit quandoque, ut angina,si eius causam, & materiam spectes,sanguinis missionem differri admittat,nempe,quum non ex sanguine uel ex calido ac tenui humore fit, uel etiam quum corpus sanguine non redundat, uel quum uirtus ualida non est, tunc ergo præstabit,ut uenæ sectionem ad morbi vsque coctionem differas . obita enim coctione, uires quæ per sanguinis missionem prostratæ non sunt,quibusque diutius pugnandum contra morbum non est,& euacuationem sanguinis (præsertim partitam,quam hic author proponit) ferent,& ꝑterea materia,q̄ inflāmationē fecit,concocta iā facilius educetur.Hoc ferè uidetur uelle Auic.cuius rei eadem fortasse ratio est, quam lib. 1.fen 4.quum de sanguinis missione in coctione obeunda ageretur, ex Hipp.attulimus.Cętera pete ex Hip.4.de rat.uict.in ac. Gal.6.de cōp med. per loc. Tralliano lib. 4.Paulo lib.3.& 6.Vide & Celsum lib. 4.& Aretæum 1.de acut.morb.*

cap.1. cap.1. cap.27. cap.33. cap.7. cap.4.

De uua,& ambabus amygdalis. Cap. 12.

ISTis quandoque accidit catarrhus apostemās eas,ita ut prohibeat anhelitum,& quandoque mollificatur uua præter apostema,& indiget eo,quod constringit eam, & exsiccet [a] [ex materia ipsam,] & quandoque indiget incisione,& appropinquat curationi præfocationū. Et curetur in principio cū linimentis,[b] in quibus sit facilitatis obseruatio] & administrētur cum penna, digiti nanque in non sua hora [c] † [ ] quandoque laborem afferunt. Et in illa quę magna est,& paruæ inflammationis,administrentur pontica. Inflammatæ verò conueniens est illud, quod est uehementis infrigidationis,sicut aqua solatri, & sicut semen de rosis,& folia eius:utrisque, enim in est operatio fortis.Et ex eis,quæ sunt fortiora in hoc capitulo,sunt gummi arabicum,et dragacāthū & sarcocolla,& [d] [nesestengi] linita. et etiam balaustię partes duæ,aluminis pars.j.conterantur,et cribellentur cum [e] [orali]& administrētur cum spatula habente caput incisum in latitudine. Et quandoque adduntur in eis crocus, & camphora.& administrantur liniendo,et etiam gallæ tritæ cum aceto,et liniuntur cum pēna.Et iterum aqua granati acetosi cum stypticis, et ēt lapis [f] [cedenegi.]et ēt lapis corrosus adustus,et ille qui nominatur achates, et lapis ala furugie,et spodiū,et lutum sigillatum,et armenum,et rob acrestę,et fructus spinæ ægyptiacæ, et alumen iameni,et semen ros.[g] [sumantur] ex eis sicut ē illud. Et suffumigatio cū ramis anethi est ex eis, quæ constringunt uuam ualde. Et etiam succus granati dulcis contriti cum cortice suo,cum sexta sui de mellis, factus uiscosus,inspissatus, est linimentum bonum.Et oportet,ut, quum gargarisma fit cum stypticis,assiduetur gargarisma cū aqua calida.

a B. ipsam ex frigidis & calidis.
b B.& cum facilitate tangatur.
c † B.& absque facilitate.
d B. nesestenegi.
e B. cribello de seta.
f B. sadenegi.
g B. Fiat.

Illud enim præparat ipsam, ut in eo styptica operentur, & lenit ipsam, & prohibet styptica indurare ipsam. Quod si styptica eam acquirere faciant duritiem, & coarctationem dolorosã, administra in ea mucillagines, & gummi arabicum, & dragacanthum, & amylum, & sarcocollam, & semen maluæ, & aquam furfuris, & hordei [h] [& fiat vt stet] succus extremitatum [i] [rani] cum quinta sui de melle, [k] [& aqua mistum, quoniam est linimentum bonum. Et oportet, vt quum gargarisma fit ex stypticis, assidue fiat ante illud gargarisma cum aqua calida] [l] † [ ] aut decoctio rosarum, & sumach, cuius sexta pars sit mellis, decoquatur, & inspissetur, & liniatur exterius cum eo, quod habet exsiccationem, & stypticitatem fortem, sicut quod fit cum gallis, & alumine iameni. Et sal [m] [quidem] est illud, quod est præmittendum ante omnia illa. Melancholicæ verò gallarum, immaturarum, [n] [nucis,] atramenti rub. sumach, omnium ana partes iij. & tertia, salis torrefacti xx. partes sumantur, & administrentur. Medicamen bonum in dispositionibus, & horis. Recipe aluminis iameni part. iij. ros. partes ij. costi partem j. administretur emplastrũ cum penna, [o] [vt perueniat ad] vuam. Medicamen bonum ad horam suam. Recipe succũ granati cum cortice suo, & inspissetur cum qnta de melle, & liniatur cum eo, & etiam aluminis partem j. salis ammoniaci partem j.s. gallarum immaturarum tertiam partis, dragacanthi iij. partes: & quando peruenit status, aut appropinquat, administra myrrham, & crocum, & cyperum, et quæ sunt eis similia, et darsisahã proprie, et florem squinanthi, et ramos balsami; et [p] [alusnen] administrentur liniendo, et aqua eorum gargarizetur, et proprie quando administratur in eis gargarisma decoctionis radicis lilij, et seminis ros: cum melle, Et distilletur oleum amygdalinũ in aures in omni hora, quoniam est iuuatiuum. Si autem collectio fiat in vtrisque amygdalis, et in eis, quæ sequuntur eas, administra decoctiones prædictas in capitulo synanciæ. Quod si dolor perseuerat, et non sedatur, reuertendum est ad solutionem ventris. Si uero per hoc non completur, administra ea, quæ sunt fortis resolutionis, sicut est succus cucumeris asinini, et centaurea, et nitrũ rubeum cum melle, aut solum. Et si induresc it apostema, et prolongatur, non est aliquid ei ita conueniens, sicut assa fœtida. Quum ergo incipit subtiliari in loco uno, & ingrossatur in loco alio, tunc incidatur. Et quantum possibile est [q] [ut expellas illud, & facias illi emplastrum cum sale ammoniaco, & mittas ipsum ei] cum cochleari, quod est sicut frenum; et est melius. Et non oportet, ut incidatur, nisi quum radici eius aduenit extenuatio, quoniam in ea est timor magnus. Gargarisma exsiccans ulcera apostematum gauonum, et purgans ea. Recipe lentium, balaustiarum, amborum an partes v. sief memithe, croci, costi omnium ana partem j. coquantur in aqua, & sumatur ex decoctione eorum pars j. et misceatur cum medietate sui de rob mori, et quarta sui de melle, et fiat cum ea gargarisma.

h B. aut inspissetur.
i B. rubi.
k —— B.
l † B. aut rob.
m B. &.
n B. partem j.
o B. & eleuat.
p B. alusneæ.
q B. prætermitte illud, & facias, ut extenuetur cum sale ammoniaco, & eleues ipsam.

ANNOTATIONES.

Vuæ inflammatio uehemens terrere quoque debet, ait Celsus lib. 6. nempe hic quoque morbus spirationem intercipit, & suffocat, ut ait Hipp. 2. de morbis. Curandus ergo omni diligentia est, primum uerò medicamentis tentanda sunt omnia, ut Hipp. 3. progn. quæ pete ex Gal. 6. de comp. med. per loca, & Paulo lib. 3. necnon Celso lib. 6. Quibus si assequi id non potes, tunc etiam abscindenda est ferro affecta pars. quod Hipp. & in 3. progno. iam citato, & 2. de morbis repetit. Modum uerò huius secandæ hic in sequentibus docebit.

cap. 14.
Tex. 25.
Cap. 3. Cap. 13
cap. 14.

De casu uuæ. Cap. 13.

Quandoque cadit uua in febre: et quandoque cadit sine febre: Et eius casus est, vt tendatur ad inferiora, ita ut non redeat ad locum suum. Et quandoque necessarium fit deglutiendi comprimere digitis suis donec transglutiat.

De cura. Cap. 14.

Si sunt illic caliditas, et rubedo, phlebotoma: deinde administra gargarismata prædicta in capitulis prædictis, sicut gargarismata cum aceto, et aqua ros. Deinde [a] [fricetur] cum ros. et sandalis, et balaustijs, et camphora, et rob de moris proprie, in instrumento simili frœno. Et oportet, ut fiat cum facilitate quanto magis est possibile. Et si non sunt caliditas illic, et rubedo, administra gargarisma cum oxymelle, et synapi, et almuri anabati, et [b] [fricetur] cum instrumento prędicto. Et medicamen, quo [c] [fricatur,] est illud, qđ fit ex gallis, et [d] [moris] contritis. Et fortior curatio est, ut [e] [subleuetur] cũ instrumento ad superiora, extendendo ad exteriora, cum medicinis stypticis, et pmistis cum resolutiuis, secundum quòd oportet. Et quandoque premitur cum digitis linitis ex eis, quæ sunt sicut rob mororum, et nucum, et aliorum. Et ex medicinis bonis ad eleuandum, sunt balaustiæ, et alumen, et camphora. Et ex bonis in eleuatione uuæ est gallia cum sale ammoniaco, et gallæ cum sale ammoniaco. Sed gallia est subtilior, postquam non fuerit illic nocumentum ex apostemate, et repletione. Quum ergo stat, fac gargarisma cum aqua [f] [salsa] utendo gargarismate post gargarisma. Et ex eis, quæ experta sunt ad illud, est ut sumatur seminis ros. medietas libræ: succi barbæ hircinę iij. unc. decoquantur in melle, aut uino, quoniam est fortius. Et infantium quidem uuas quandoque eleuant gallæ [g] [adustæ] cum aceto, et proprie quando liniuntur ex eis eorum syncipita.

a B eleuetur.
b B. eleuetur.
c B. eleuatur.
d B. Alia litera. sale ammoniaco.
e B. comprimatur.
f B. Alia litera: infrigidata cum niue.
g B. contritæ.

ANNOTATIONES.

De uua laxata, & eius curatione pete Gal. 6. de comp. med. per loc. Vide et lib. de med. paratu facilib. Cap. 1.

Sermo [a] [uniuersali] de incisione uuæ, & utriusque amygdalę. Cap. 14.

a B. particularis

Oportet ut in uua consideretur eius subtiliatio, et detumitio, et proprie in inferiorę partę

parte eius,& si ingrossatur,extremitas eius, & resudat ex ea sicut pus,tunc est melior hora,& tunc incidatur cum ferro, & cum medicinis cauterizantibus, & fiat [b] [præseruatio] cum solutione ventris subtili præcedente ipsam, & excussione corporis a repletione,si fuerit in ipso ex sanguine, aut aliis; incisio nanque cum repletione est timorosa. Illius autem incisio, quæ subtilis est,& longa,sicut cauda muris, equitans super linguam,sine repletione,aut rubedine,aut nigredine,est parui timoris.Et modus quidem incisionis eius est,ut prematur lingua ad inferiora,& sit possibile accipere vuam cum instrumento,& prematur ad inferiora,& non radicitus incidatur, imò dimittatur ex ea aliquid:nam si tu absciderís eam ex palato,sanguis forsitan non abscindetur omnino,quum tamen non oportet, ut incidatur res parua, & sit nocumentum,[c] [& remaneat] cum dispositione sua: imò oportet ut incidatur quātitas, quam addit super naturam. Quum autem est rubea apostemosa,tunc eius incisio est timorosa.Et quandoque manat sanguis,& non abscinditur propter aliquam medicinā.Ex medicinis autem incidentibus eam, sunt assa fœtida, & alumen iameni, quæ sine intermissione ponātur super radicem eius: quoniam incidunt eā, & faciunt ipsam cadere. Et ex medicinis faciētibus ipsam cadere cum cauterio,est sal ammoniacus cum assa fœtida,& atramentis: Et oportet, ut medicinæ istę super vuam annexe teneant cum instrumento narrato,& teneatur hora una,ita quòd non deglutiat, donec agant in eam: deinde iterentur usquequo nigrescat; nā si denigratur,cadet post tres dies secundū plurimum.Et oportet,ut sit ille,qui curatur,decliuis ad inferiora,habens os apertum,ita ut currat saliua eius,& non retineatur in ore ipsius. Duę uero amygdalæ suspendantur cum uncino,& trahantur ad exteriora, quanto plus possibile est. præter quod cum eis attrahantur tunicæ, & abscindantur cum rotunditate desuper radicem,apud quartam longitudinis cum instrumento incisionis,[d] [præter quòd permutetur instrumentum,] & incidatur una post alteram,post obseruationem cōditionum prædictarum in colore,& quantitate earum. Quūque ceciderit ex eis,quòd abscinditur,dimittatur sanguis currere secundum quātitatem mediocrem. Et sit patiens decliuis super faciem suam,ne sanguis ingrediatur guttur eius:deinde colluat os ex aceto, & aqua infrigidatis, & euomat, & tussiat, ut mundificetur interius eius:deinde ponatur super eam, quod abscindit sanguinem,sicut colcotar, & alumen, & dragāthum:Et gargarizet cum decoctione senticis,& foliorum myrti,& sit tepida.

b B. præuisio. c B. remanens. d B.post cōuersionem instrumenti.

A N N O T A T I O N E S.

Quomodo excidenda sit columella, Hipp. 2. de morbis notat. sed & 3. prognost. & Gal. 4. meth. necnon Paulus lib. 6. & Celsus lib. 7. Hæc secta Gal. 9. de simp. med. facult. vsum se solo diphrige ad cicatricem usque testatur. Paulus uerò ob sanguinis profluuium, quod sisti quandoq; nequit, & ob alias quoque causas, etiam adurente medicamento vtitur.

Tex. 21. Cap. 15. Cap. 31. ca. 12. Cap. de diphrige.

De rememoratione nocumentorum incisionis. Cap. 16.

EX eis est nocumentum uocis, & ex illis est detectio pulmonis frigori, & calori. Et facit accidere tussim ab omni frigore,& calore, & non tolerat sitim. Et ex illis est detegere stomachum malitiæ complexionis a causa primitiua ex vēositate & puluere, & eis similibus.Et [a] [plurimi eorum infrigidant aerem temperatum,] & in pectoribus plurimorum eorum figitur frigus in pulmone ipsorum, donec moriuntur,& quādoque accidit ex ea [b] [sputum sanguinis.] & non retinetur.

a B. & plurimos eorū infrigidat aer temperatus. b B. fluxus sanguinis supsluus. Tex. 21.

A N N O T A T I O N E S.

Secta columella, quandoque sanguinis profluuium accidit, ut 3. prognost. quod difficillime compescitur. est gurgulio tanquam uocis plectrū quoddam, quo propterea abscisso tota uox intermoritur. ut Paul. li. 6. Moratur item ea pars, quum sana est, inspiratum frigidum aerem, & temperat ne pulmoni atque aspere arterię offeratur frigidus: proptereaq;, quibus hæc abscissa est, eos in tabem incidere Arist. in problem. adnotauit, de qua re nos antea, quod & Gal. 11. de usu part.

Cap. 31. Cap. 11.

De cura [a] [sputi sanguinis] ex incisione uuę, & utriusque amygdalę. Cap. 17.

a B. fluxus sanguinis superflui

OPortet vt ponantur ventosę super collum & mamillas,& fiat phlebotomia, & ut fiat regimen cum phlebotomia venarum inferiorum communicantium,sicut [b] [ascellarum] & eis similium intendendo ad attrahendum. Singularia autem sanguinem retinētia,& linimenta administrata ad illud, sunt sicut atramentum, quo fiat linimentum; aut puluerizetur atramentum super ipsum,& infrigidantia actu sicut nix,& succi frigidi styptici noti:sicut succus acrestæ,& pampini uitis,& ribes;& solatrum,& aqua cydoniorum acetosorum, est ex rebus expertis, quę habēt proprietatem in hoc capitulo.Et oportet ut administretur in dispositione medicamen, quod testatus est sapiens nominatus Diogenes, & est [c] [alcuezric,] & etiam succus arnoglossæ,quum administratur proprie cum troch. de Karabe,& luto sigillato. Et oportet ut non administretur ex eis calidū aliquid,imò frigidum actu. Calidum enim cū eo quod attrahit,destruit operationem medicinæ.

b B. venarum brachij infra basilicam. c B. alcuhesarech.

A N N O T A T I O N E S.

Quibus sistendus post dissectam uuam sit sanguis: habes et ex Paulo li. 3. et Celso lib. 7. Quòd uerò aduertendū hic author postremo ait, ne calidum quodpiam apponatur, ex generali Hipp. præcepto emanasse videtur, quum. 5. aph. calidum profluuia sanguinis afferre asserit, & ex 5. aph. Quū in ijs, frigidis uti oportere docuit, unde sanguis erumpit, aut rupturus est. nempe caliditas attrahendo, et rarefaciendo fluxiones excitat, quas frigiditas densando repellit.

Cap. 31. Aphor. 16. Aphor. 23.

FEN

FEN DECIMA.

De dispositionibus pulmonis, & pectoris, & sunt tractatus quinque.

TRACTATVS PRIMVS.

De principijs, & anhelitu.

De anatomia epiglottis, & cannæ, & pulmonis. Cap. 1.

CAnna quidem pulmonis, est membrum compositum ex cartilaginibus pluribus, quę sunt circuli, & partes circulorum; quarum aliæ alijs continuãtur. Quæ ergo ex eis obuiãt meatui cibi, qui est posterius, & est meri. factæ sunt diminutæ, & propinquæ semicirculo, & posita est abscissio earum ad meri, & contangit meri de ea corpus panniculosum, non cartilaginosum. Imò substantia eius cartilaginosa ad anteriora posita est, & componuntur hæ cartilagines ex ligamentis, quæ panniculus tegit: & comprehendit omnia illa intrinsecus panniculus lenis ad siccitatem & duritiem declinans aliquantulam, & similiter exterius etiam, & caput eius superius, quòd sequitur os, & epiglottim. & extremitas eius inferior diuiditur, in duas sectiones, deinde diuiditur in sectiones currentes in pulmone, uicinantes ramis venarum pulsatilium, & quietarum, & peruenit earum partitio ad orificia ualde strictiora, quàm orificia eorum, quę similiantur eis, & currunt cum ipsis. Eius igitur creatio facta est ex cartilagine, ut inueniatur in ea apertio prędicta, & ne lenitas [a] [faceret eam indigere coopertura] & ut sit durities eius tutamen ipsi, quum sit eius situs ad anteriora, & vt sit durities eius causa ad hoc, ut perueniat vox, aut adiuuet eam, Et facta est eius compositio ex cartilaginibus pluribus ligatis cum panniculis, ut sit ei possibilis extensio, & [b] [coniunctio] apud attractionem aeris, & respirationem, & non doleat ex percussionibus, quæ accidunt ei desubtus, & supra. Et ex attractionibus, quę accidunt ei ad extremitatem eius, est ut quum nocumentum accidit, nõ dilatetur neque [c] [coangustetur,] & facta est rotunda, vt sit securior, & magis incolumis, & non minuitur ad ea, quod de ipso tangit meri, nisi ut non comprimat buccellam trãseuntem ipsum: imò pertranseat a facie eius, quum extẽditur meri, ad amplitudinem, & fit concauitas eius tunc, quasi adiuuans meri, quum incipit meri extendi ad ipsam, & penetrat in ipsum, & proprie in deglutitione, [d] [ne coniungatur] anhelitui quoniam deglutitio necessarium facit, ut cooperiatur canna pulmonis superius, ut non ingrediatur eam cibus, transiens super eã, & fit coopertura eius cum superpositione [e] [cartilaginum stantium] super meatum, & similiter eius, quæ nominatur non habens nomen, & quum fit deglutitio & uomitus eius indigẽtes coopertura in hoc meatu, nõ est possibile vt sint, quum fit anhelitus. Et creata est propter uociferationem res, quę nominatur lingua fistulæ, constricta apud extremitatem cannę. deinde dilatatur apud epiglotim, quare incipit ex

a B. cogat ipsã ad clausionem.

b B. aggregatio.

c B. ambitũ habeat. Alia litera cõmunicetur.

d B. quæ non coniungitur.

e B. cartilaginis stantis.

amplitudine perueniens ad constrictionem, deinde ad spatium amplum, sicut est in fistula: quoniam necessarium est uoci constrictio, ut retineatur, & huiusmodi quidem corporis similis lingue fistulæ proprietas est, ut coniungatur, & dilatetur, vt fiat per illud percussio uocis. Durities uerò panniculi, qui tegit eam interius, fuit ut resistat [f] [solus catarrhis] & sputis malis, & uapori fumoso redeunti ex corde, et ut non mollificetur percussione uocis. eius autem diuisio in primis ĩ duas partes fuit: quoniam pulmo habet duas partes; sed eius ramificatio cum uenis quietis fuit [g] † [ ] ut ex eis accipiat nutrimentum Constrictio autẽ orificiorum eorum fuit, ut [h] [mensuretur in eis respiratio arteriarum venientium ad cor, ut non penetret in eis ad ipsum.] nã si penetraret, faceret peruenire sputum sanguinis; hęc est ergo forma cannę pulmonis. Epiglottis autem est instrumentum ad complendam uocem, & ut teneatur anhelitus, & in interiore parte ipsius est corpus simile linguæ fistulę, & iam diximus ipsum; & cum eo, quod opponitur ipsi ex palato, & est simile additioni, qua clauditur caput fistulæ, completur uox. Et epiglottis quidem est coarctata cum canna constricta cũ meri. Quum ergo meri appetit deglutire, & declinat ad interiora propter attractionẽ buccellę cooperitur epiglottis, & eleuatur sursum, & coarctatur coopertura quarundam suarum cartilaginum cum alijs; quare extenduntur panniculi, & lacerti. Quumque cibus [i] [pertransit meatum meri,] sunt orificium epiglottis, & cãne adherentes palato superius: quare non est possibile, ut ingrediatur ipsum ex eo, quod cõprehensum est apud meri aliquid, quare pertrãseunt ipsum cibus, & potus, ita quod non cadit ad cannam aliquid nisi in quibusdam horis, in quibus festinat deglutitio, antequam compleatur motus iste, aut accidat ei bo motus [k] [propter meri conturbatum] quare non cessat natura laborare in expulsione eius cum tussi. Et nos quidem iam diximus anatomiam cartilaginum epiglottis, & lacertorum eius in primo libro. Pulmo aũt est cõpositus, ex partib. quarũ vna est [l] [canna,] & secunda est rami arterię venatæ, & tertia est rami [m] † [ ] quos proculdubio coniungit caro mollis, rara, aerea, creata ex tenuiore sanguine, & subtiliore, & illud est etiam nutrimentum eius, & est plurium meatuum [n] [mollis, & rarus] ad albedinem declinans. proprie in pulmonibus animalium, quorum integra est creatio. Et creatus est rarus, ut in ipso accipiatur aer, & digeratur in eo, & expellatur superfluitas eius ab eo, sicut creatum est hepar cum comparatione ad cibũ. Et est habens duas diuisiones, quarum vna tendit ad dextram, & altera ad sinistram. Et sectio quidem sinistra, duos habet ramos, & sectio dextra habet tres ramos. Et iuuamentũ pulmonis oĩno est atttractio aeris. Et iuuamẽtum attractionis aeris, est præparatio aeris cordis pluris. quàm ipsum, quo indiget in pulsu vno. Et iuuamentum huiusmodi pręparationis est, vt sit animali quũ submergitur in aqua, & quãdo emittit uocem longam, continuam, impedientẽ ipsum ab acceptatione aeris: aut quum abhorret

f B. acuitati catarrhorum.

g † B. & pulsantibus.

h B. fit cũ mensura penetratio aeris aspirati in eis ad arterias veniẽtes ad cor & non penetret in eis ad ipsam sanguis uel secũdum aliã literã & non penetret ad ipsa sanguis

i B. est coram meatu meri.

k B. ad meri cõturbans.

l B. rami cannę.

m † B. venæ arterialis.

n B. "& color eius est. Alia litera color ad albedinem est.

abhorret eius attractionem propter dispositiones, & causa ducentes ipsum ad illud ex foetore, aut alio, aer preparatus, quem assumet cor.[2] Et iuuamentum huiusmodi aeris preparati est vt temperet sua euetatione caliditatem cordis, & ut restauret spiritum cum substantia, quæ est magis uincens in complexione eius, preter quòd aer solus sicut existimant quidam, conuertatur, & fiat spiritus, sicut non sola aqua nutrit membrum: uerum vnumquodque eorum, aut est pars nutrimenti, aut est faciens penetrare[o] [lubricitate,] Sed aqua est ad nutrimẽtum corporis, & aer est ad nutrimentum spūs, & unumquodque duorum, scilicet nutrimentum corporis, & spiritus, est corpus compositũ non simplex. Sed iuuamentum[p] [extractionis] superfluitatis adustæ spiritus, & est eius fumositas,[q] [&] pulmonis est ad introitum aeris frigidi. Iste nanque attractus iam proculdubio cõuersus est ad calefactionem, quare non cõfert in temperando spiritum. Ramificatio autem uenarum, & cannæ in pulmone fuit, quoniam canna, & arteria uenalis communicant[r] † [

] in nutriendo pulmonem ex sanguine digesto claro ueniente ex corde. Carnis autem iuuamentum est ut oppilet[s] [rimas,] & coniungat ramos. Sed eius raritas est, vt rectificet attractionem aeris. Non enim est ut non penetret aer nisi in canna tantum, imò quandoque uadit ad corpus pulmonis ex[t] [ex eo] & in hoc est apparitio in multiplicatione, & ut adiuuet etiam in constrictione, ad expulsionem. Est ergo preparatus duobus motibus, & propter hoc[u] [aperitur] pulmo cum sufflatione. Eius autem albedo est propter dominium aeris super illud, quo nutritur & propter[x] [plurimam eius frigiditatem.] Eius vero partitio in duas partes est, ut non esset anhelitus propter nocumentum aduenieñs uni duarum partium, & omnis ramus eius ramificatur ꝑpter illud in duos ramos. Quintus autem, qui est in latere dextro, est lectus substratus uenę, quę nominatur concaua: & non est eius iuuamentum in anhelitu plurimum, Et quoniam cor magis fuit decliue parumper ad sinistram,[y] [additur in parte sinistra, quod occupet spatium pectoris, & nõ est bonum ut pulmoni sit in latere dextro additio existens uenis substrata, quoniam iam cecidit] necessitas eius. Et pulmonem quidem cooperit panniculus neruosus, ut sit secundum quod sciuisti, sensus aliquis ali quo modo, & si nõ est intrans, tamẽ est cooperiẽs, quãuis ipse pulmo sit substratus cordi, leniens ipsum, & eius tutamentum. Pectus quoque diuisum est in duas cõcauitates, inter quas distinguit panniculus, ortus ex oppositione mediationis thoracis. Et non est trãsitus ab una duarum cõcauitatum ad alteram, & iste pãniculus est in ueritate duo panniculi, & est coniunctus in posteriore parte sui cum spondylibus, & superius,[z] [ut defendat ambas furculas.] Et intentio in creando eos fuit, ut sit pectus habens duos uentriculos, quatenus si eueniat uni eorum nocumentum, sufficiat alter ad faciendum anhelitum, & eius intentionem. Et ex iuuamento eius, est ligatio meri, & pulmonis, & membrorum pectoris ad inuicẽ. Velaminis autem iam diximus formam, & iuuamentum eius in anatomia lacertorum. Ipsum enim in ueritate est unus lacertorum, & est ex tribus tunicis, quarum media est chorda, qua completur eius operatio, & tunica, quæ est supra, est sicut fundamentum, & basis[a] [panniculis] pectoris, quæ interius cooperiunt ipsum, & tunica inferior est sicut illa[b] [panniculis] siphac, & in uelamine quidem duo sunt foramina, quorum maius est transitus meri, & arteriæ magnæ, & per minus est transitus uenę, quę nominatur alhabari, & est uehementis suspensionis cum ea, & incarnationis.

o B. & faciẽs ipsum ad diuersa loca distribui.

p B. Alia litera. constrictionis pulmonis est extractio.

q B. iuuamentũ uero dilatationis.

r B. in complemẽto operationis anhelitus, & arteria uenalis, & uena arterialis cõmunicãt.

s B. uacuitatem.

t B. ea.

u B. inflatur.

x B. aduentum eius plurimum in eo.

y B. inuenitur ĩ parte sinistra occupãs spatium pectoris, & non in dextra, & fuit bonũ ꝙ sit pulmoni in latere dextro additio existens substrata uenæ, quum iam adsit.

z B. est obuians furculis ambab.

a B pãniculorũ.

b B. ad panniculum.

ANNOTATIONES.

Asperæ arteriæ, & pulmonis anatomen habes ex Gal. lib. 7. de vsu part. 6. passim, habes & ex Arist. 3. de part. animal. Et Auic. quoque 13. de natura animal. repetit. At uerè unum hic de pulmone scribit quod & Gal. 6. de usu part. & Hippoc. in libello de corporum resectione: pulmones uidelicet quandoque lobis constare, ob eum, sensum factis, ut 7. de usu part. habetur, ꝙ his ueluti manu quadam pulmo ipsum cor amplectitur, vt facilè, & tuto dilatetur, comprimaturq́. Cæterum (quod & recentiores dissectores ostendunt) in hominibus re ipsa quatuor tantum sunt lobi, quamuis aperte in brutis quinque numerentur. cuius certè uarietatis ea uidetur esse ratio, quando quidem, quum a iecinore ad concaua perferatur uena, distet autem in brutis iecur ab ipso corde non parum; tutandę ipsi uenæ cauæ strato opus fuit, cuius munus in his quintus ille lobus concauus perficit. At in homine nulla, aut pauca inter hepar, & cor ipsum est intercapedo, nempe quum duo hæc solo transuerso septo distinguantur: ut propterea satis tutum uenæ illius cauæ a iecinore ad ipsum cor futurum sit iter, præterquam quòd quintus ille lobus illi substernatur.

Cap. 1. & deinceps. cap. 6. cap. 12. Cap. 4. cap. 10.

2 *Et iuuamentum huiusmodi aeris &c. Aliud animaduertit, quod & Galenus non semel, de inspirato per pulmonem aere: nempe eius esse usum dicit, ut cordis contemperet calorem, & eius spiritum sui substantia ten ui, atque aerea instauret. Ex quo constat, nouum non esse inuentum, quod quidam putant, pulmonis esse usum, ut in eo preparentur uitales spiritus, & penè generentur. At uerò ambigere quispiam hic poterat, an attractus ille aer uitalis spiritus alimentum sit. Respondet, sicuti aqua, quę quotidie in cibos, et potus uenit, membra solida non alit: sed uehiculum tantum est alimenti quo ea nutriuntur: ita & inspiratum hunc aerem non nutrire quidem uitales spiritus: sed ueluti uehiculum prestare sese illi spiritui, quo demum uitales aluntur. Quòd uerò neque aqua solidam corporis substantiam, neq; inspiratus aer uitalem spiritum nutriat, eo probat, ꝙ quum hęc simplicia sint corpora, nutrire illa quidem solida, hi uerò spiritus nequeunt, quę substantię sunt cõpositę. Sanè, ꝙ aqua non nutriat, alias a nobis explicatum est. At de inspirato aere, an uitales spiritus nutriat, necne, uidetur Gal. testimonio 7. de plac. Hippoc. & Plat. necnon Hippoc. lib. de flatibus sustineri, ꝙ nutriat. instaurantur enim uitales spiritus inspirato aere, quo etiam prohibito exstinguuntur. Quare, quamuis non dixerim nutrire hunc statim; ubi tamẽ cum internis cęteris spiritib. commistus fuerit, nutrire existimamus. Quamobrem si quis pro Gal. respondere uelit; dici posse uidetur, non eandem de attracto spiritu esse rationem, quę de ingesta aqua. Differt maxime aqua a solida corporum substantia: at inspiratus aer cum uitali spiritu, quo ad modum substantię, non differt, ut propterea, prohibere nihil debeat, quo minus uitalis ille inspirato hoc nutriatur,*

Cap. 3.

triatur, quum difficile admodum non sit hunc in illius substantiam uerti.

De complexionibus pulmonis, & signis dispositionum eius. Cap. 2.

Dicamus itaque, quòd complexionem calidã significant amplitudo pectoris, & magnitudo anhelitus, & quandoque duplatur, & exsufflatio, & uox, & [a] [operatio] eius, & quod parũ nocetur ab aere frigido, & quod plurimũ a calido, & quòd accidẽtia sitis sedat aer frigidus absque potu multoties. Et accidit ei plurimũ [b] [inflammatio.] & tussis. Frigidam uero complexionem significãt, paruitas pectoris, & paruitas anhelitus, & vox, & acuitas amborum, & quòd nocetur ab õni frigido, & multitudo generationis phlegmatis in ipso. Et multoties quidem duplatur eo anhelitus, & adueniũt ei asthma, & tussis. Complexionem autem humidam, significant multitudo superfluitatum, & raucedo uocis, & stertitio, & proprie quũ fuerit cum materia, & fuerit decliuis ad superiora, & defectus ad eleuatione uocis, nõ propter debilitatem corporis. Siccam uero complexionem significant paucitas superfluitatum, & asperitas uocis, & similitudo eius cũ uoce gruũ, & quandoque est illic dyspnoea propter uehementiam spissitudinis. Vnaquæque autem harum complexionum quandoque est pulmoni naturalis, & quandoque est ei accidentalis, & communicant in aliquo, & differunt in aliquo. Illa autem in quibus communicant, sunt signa pdicta, nisi illa, quæ excipiemus post. Sed ea in quibus differunt, sunt duo: unum eorum est, quoniam quum complexio est naturalis, signum eius est stans secundum naturam, & si est accidentalis, ei est signum accidentale, & iã aduenit ei, nisi sit signum de genere eorũ, quæ non accidunt nisi natura tantum: quoniam tunc signũ est naturale, cuius simile est magnitudo pectoris, aut paruitas eius, & scias, quòd magis propriæ significationes eius, secundũ dispositiones pectoris, & pulmonis, est anhelitus in frigiditate sua, & caliditate sua, & magnitudine eius, & paruitate ipsius, & facilitate ipsius, & eius difficultate, & fœtore, & bonitate odoris eius, & reliquis dispositionibus eius. Et similiter uox etiam in huiusmodi re, sicut illud quod significat illa, quę strãgulata est, quòd nocumẽtũ fit in lacertis dilatantib. & rauca quòd nocumẽtum fit in lacertis constrictiuis, quum nocumentum est in lacertis, & similiter tussis, & sputum, & pulsus. Et iam declarata est tibi qualitas significationum anhelitus, & qualitas significationum uocis, & qualitas significationũ tussis, & qualitas significationum sputi. Pulsus autem; & quod ipse significat secundum complexiones, & ęgritudines, iam sciuisti. Et pulmo quidem uicinatur cordi, & significationes dispositionum eius, sunt super ipsũ fortiores, & pulsus est magis significatiuus eius, quod sequitur ramos [c] [neruorum] pulmonis. Et tussis est magis significatiua illius quod sequitur cannam, & carnem pulmonis. Et sensibilitas grauitatis, est significatio propria, quod materia est [d] † [ ] in panniculis, et lacertis, & quum non spuitur nisi cum tussi leui, tunc materia est propinqua supremo cannæ, & ei quod sequitur ipsũ. Et si nõ spuit nisi cum tussi plurima; tunc materia est profunda, et est lõginqua. Et quandoque associantur nocumẽtis membrorum pectoris, signa membrorum longinquorum; sicut uertigo in apostematibus uelaminis, et sicut rubedo faciei in apostematib. pulmonis.

a B. grauitas.
b a Alia litera. frequentia anhelitus.
c B. cannæ.
d † B. in pulmone, & sensibilitas mordicationis, & punctionis, est significatio propria, q materia est.

ANNOTATIONES.

De notis, quibus pulmonis temperamentum dignoscatur, eadem ferè et Gal. li. art. med. et Paul. li. 1. Vnum hic tamen author ait, qđ miretur fortasse aliquis, nempe in calida pulmonis temperatura, quandoque duplicari spiritum. At hic etiam de frigido pulmone idem prorsus scribit. Quomodo autem ex contrarijs causis ijdem effectus nascũtur? Paucis, duplicata respiratio ex calore, etiam magna est, ut Gal. 3. de diffic. respir. fitq; hęc ob auctum usum, et innati caloris magnitudinem. At ex frigiditate parua est, fitque id ob compressionem, obturationem, aut coarctationem in spirandi organis, præsertimque pulmone. Quare, quia frigidus natura pulmo angustiores a natura capacitates obtinuit, & præterea ob frigiditatẽ malè concoquit, frigidis & crassis excrementis, infarcitur, ut postmodum libere spirare nequeant, qui ita affecti sunt. duplex ergo affectus est duplici ortus causa. quum altera spiratio duplicata & parua, altera magna sit.

cã. 64 65. & 66
Cap. 65.
Cap. 11.

De [a] [apostematibus] accidentibus pulmoni. Cap. 3.

Pulmoni quandoque accidunt [b] [apostemata appropriata] membris partium similiũ, & ægritudines officiales, & propriè oppilatio in uenis suis, & partibus cannę ipsius, & propriè in uenis grossioribus, & in raritate corporis eius. Et quandoque fiunt propter causas oppilationis [c] [intra ipsum, usquequo perueniatur ad coopertura m,] & ęgritudines communes. Et quandoque multiplicantur ęgritudines pulmonis in hyeme, & autumno. propter multitudinem catarrhi, & proprie in autumno pluuioso, post ęstatem siccam septentrionalem. Et aer frigidus nociuus est pulmoni, nisi sit a calore læsus uehementi. Et multoties quidem perducunt ęgritudines pulmonis ad ægritudines hepatis, sicut perducunt uehementia frigiditatis eius, & uehementia caliditatis eius, ad hydropisim, & similiter uelaminis.

a B. ægritudinibus.
b B ægritudines appropriatę.
c B. omnes, ita ut perueniatur ad clausuram.

ANNOTATIONES.

Pulmoni omne morbi genus potest accidere: & intemperies, & mala compositio, & continui solutio: præsertim uerò inflammatione corripitur, & pulmonia a nostris uocatur, græcis uerò περιπνευμονία: & ulceribus, & obstructione: de quib. multa Gal. 4. de loc. aff. & Hipp. 2. de morbis. Vnum notat hic author, quod & Hipp. 3. aph. q hyeme, & autumno pulmonis affectus oriantur ob catarrhi multitudinem. Sed aliud præterea subdit, quod ferè Gal. 5. de loc. aff. hydropem fieri ex pulmonis morbo iecinori cõicato. Sed Hipp. 2. de morbis, hydropem in pulmone fieri affirmat non affecto fortasse iecinore: ait. n. hydropem in pulmone fieri, qua febris & tussis tenet, & aceruatim respirant, & pedes tument, & ungues contrahuntur omnes, & talia æger patitur, qualia qui suppuratus sit: sed debilius, ac diu-

cap. 6.
Aph. 23.
Cap. 7.

diuturnius: quibusdam etiam intumescit uenter, scrotum & facies, ut quidam putent ab inferna id esse aluo. Eum locum uide, dignum, & animaduersione.

De cura pulmonis. Cap. 4.

a B. aliud. Attende quod dicitur in capitulo asthmatis, & anhelitus, & permutetur ad [a] [illud ex eo,] quod communicat ei in causis ęgritudinum. Et quandoque excitatur pulmo cũ eo, quod est sicut eleuatio uocis, & sicut anhelitus exsufflationis, vt subtiliētur per illud superfluitates eius. Et administrationi quidem medicinarũ pectoris; inest propria forma. Oportet. n. ut administrentur factę pilulę & electuaria in pluribus, retinendo ea in ore, & degluti endo, quod resoluitur ex eis paulatim, ut prolongetur spatium in ore earum in pertranseũdo cannã, & reiteretur, & perueniat ad cannã & pulmonẽ & proprie quũ dormit resupinus, & [b] [humectet] lacertos omnes, qui sequũtur pulmonem, & cannã eius. Et propinquior modus declinationis superfluitatũ pulmonis, est latus quod meri sequitur, quapropter iuuatur uomitu plurimũ, quũ non est ibi, qđ ꝓhibeat.

b B. mollificet.

ANNOTATIONES.

De pulmonis curatione agens, de uociferatione & magna quoque respiratione meminit, quòd hæc authore Gal. 2. de tuen. ualet. thoracem exerceant, & corroborent. Quę uerò medicamentorum forma esse debeat, quibus pulmone affecto utendum est. 7. de comp. med. per loca, habetur. Illud tamen semper aduertendum est quod & Gal. sæpe, medicamenta ob loci distantiam difficile integra ad pulmones ire, proptereaque ualidiora expeti, nisi forte lambantur. hæc enim si modo accuratè sumantur, quam citissime ad pulmones per arteriam asperam pertingunt.

Cap. 11. Cap. 1.

a B. inclusis. *De materijs [a] [siccis] in pulmone, & iudicijs earum, & curatione.* Cap. 5.

Materię, quæ continentur in pulmone, quandoque sunt ex genere [b] [sanguinis & quandoque sunt ex genere humiditatis, & quandoque sunt ex genere saniei, & sunt materię calidæ, & subtiles. [2] Et materias quidẽ [c] [siccas] in pulmone, quandoque est difficile spuere. [d] † [ ] quare non adhęret ei uentositas expellens eas cum tussi, imò rumpitur humiditas [e] [super vẽtositatem; quare aduenit ei ventositas nõ eradicans. Sed ad uehemẽtiã multitudinis eius] quũ sunt humores pectoris grossi, nõ perueniąs ad ultimum in exsiccando. imò sis occupatus cũ lenificatione, & incisione cum resolutione materiei. [f] † [ ] Et sit intentio maior duarum rerum tibi. incisio: [g] [aut sit studium cum incisione plus, quàm sit cum resolutione. Et administra in omnibus illis medicinis aquã mellis; est enim faciens eas penetrare, & lenificat, & abstergit.

b B. humiditatis & q̃nque ex genere saniei, & quandoq; sunt ex gñe sanguinis & materiæ calidæ subtilis.
c B. inclusas.
d † B. aut ꝓpter grossitiem earũ & uiscositatem earũ, quare non egreditur cum sputo, aut ꝑ subtilitatem earum.
e B. a uẽtosita te quare separat ipsam uẽtositas non eradicans, aut ꝑ multitudinem eius, &.
f † B. moderata.
g B. quum.

ANNOTATIONES.

Pulmo quodcunque humorum genus ex capite promptè excipit, ut Gal. 6. aph. & tenues, quales Hipp. 2. de morbis hydropem pulmonis facere adnotauit, & crassos. pro quorum notis pete Gal. 4. de loc. aff. Vnum hic notat, materias siccas difficile e pulmone educi quia flatus eas expellens cum tussi, non eis adhæret. Sanè meo periculo affirmarim imirari hoc loco authorem Gal. ipsum eo 4. de loc. aff. ac de tenuibus humoribus, non de siccis uerba facere, mendumque in codice esse; ac legendum. [Et materias quidem tenues &c.] non, ut uulgo. [Et materias quidem siccas] Nanque sicciora excrementa propterea non facile expuuntur, quòd magis sunt uiscida, non quòd flatui non reluncentur. uerùm hoc tenuibus inest uitium, ut inter tussiendum, ab impellente aere diuisi cedant, refluanteque lẽtus uerũ, aut ualde crassus abstergi nequit. uel occurrentis spiritus uiolentia educi, ut loco citato Gal.

Com. 33. cap. 8. cap. 8.

De medicinis pectoris singularibus, & compositis, & forma administrationis earum. Cap. 6.

Medicinæ pectoris sunt medicinę, quę mũdificant pectus, & sunt secundum ordines. Ordo primus est sicut farina fabarum, & aqua mellis, & semen lini assum, & amygdalę, & uinum dulce. Nam ipsum uehementer aperit oppilationem pulmonis, sicut ipsum uehementer generat oppilationem hepatis, & quem admodum scies in capitulo hepatis. Et ex frigidis semen cucumeris, & bateke, & cucurbitę. Butyri uerò, quum solum administratur, maturatio est plus: quam eius mundificatio. Si autem deglutiatur cum melle, & amygdalis amaris, est eius maturatio minor, & mundificatio eius maior. Et fortius illo, est † terebinthina, & amygdalæ amaræ, & oxymel squilliticum, & fœnugræcum, & olibanum & dactyli heiron habẽt fortitudinem in hac intẽtione. Et fortiora illis sunt, cyminum, & piper. & † herbus, & radix [a] [lilij,] & radix opopanacis, & castoreum cum melle, & squilla assata, contrita, & confecta cum melle, & centaurea maior, & aristol. rot. & nigella, & uermis qui est sub urceis, quum desiccatur super testam super prunas, aut in furno donec albescat, & commisceatur cum melle & similiter enula, quando ponitur in medicinis, & aqua eius est vehementis iuuamenti, & [b] [alreuend] est ex summa eorum, quæ faciunt, facile sputum, & seseleos est ualde iuuatiuum, [c] † [ ] & proprie crudus, & post ipsũ illud, quod non est elixatum, nisi elixatura una, & crocus cõfortat instrumẽta anhelitus, & [d] [facile efficit sputum] ualde. Et medicinæ quidem istę sunt cõuenientes ebibitæ, & sunt conuenientes, ut emplastrum superpositæ. Ex medicinis autem cõpositis sunt pilulæ Platonis, & sunt pilulæ de storace; & syrupus de hyssopo cum descriptionibus diuersis, & medicamen Andromachi, & medicamen Asclepiadis, & medicamen Gal. & syrupi de papauere, cum descriptionibus, & medicamen mammius, & medicamen anacardi cũ myrobal. Et eis quæ faciunt spuere humores grossos, & saniem, est medicamen quòd recipit serapini, & myrrhæ amborum an. aur. j. cordumeni aur. ij. opij; & castorei amborũ an. aur. j. cõficiantur cũ uino dulci: cuius potio est medietas aur. Et ex eis, quæ experta sunt, est medicamen quòd reci. olibani aureos. iiij. myrrhæ aur. ij. cum tribus. unc. rob coquantur [e] [cũ melle

† gluti num albotim.
† orobus.
a B. Alia litera. liquiritiæ.
b B. alrauend. Alia litera butyrum.
c † B. & bulbus est iuuatiuũ mũdificatiuum ualde.
d B. facilem efficit anhelitum.
e B. sicut mel.

melle] & deglutiantur, aut succus caulis cũ æquali põdere mellis, aut decoctio eius decoquãtur ambo, donec coagulentur, & sit ignis carbonũ. Et ẽt myrrha, & piper, & semẽ urticæ, & serapinũ, & sinapis sumantur, & fiant ex eis pilulæ, & detur, potu ex eis mane, & uespere apud somnum, & etiam sinapis drac. j. baurach. ix. kirat. succi cucumeris asinini [f] [ ] kirat j. &. s. & sunt potio una educens superfluitates plurimas, & mundificat sine læsione. Et ex medicinis fortibus est, ut sumantur [g] [nasturtiũ] & sinapis, & semen urticæ, & succus cucumeris asinini, & anisum: coniungatur totum illud cum melle, & conficiatur cum eo. Et [h] [ex commistis] declinantibus ad caliditatem, est ut sumantur fœnugreci. unc.[i] [j.] seminis lini. unc. j. &. s.[k] [herbi. unc. j.] eius quod est inter grana cotti. un. s. succi liquiritiæ. unc. ij. inuoluantur omnia oleo amygdalino, & coniungantur cum melle. Et iterum sebesten, & ficus albæ, & passę enucleatæ, & radix [l] [lilij] & capillus ueneris, decoquantur in aqua uehementer, & detur ex ea ad potandum. Et si in hac aqua decoquatur polypodium, & turbith, erit iuuatiuum ualde. Et scias quòd multoties retinetur aliquid in pectore, & est [m] [recipiens] ut expuatur nisi uirtus eius ab eo debilitetur, & tunc quidẽ oportet, ut adiuuetur cũ sternutatione.

f †. B. & anisiom nium.
g B. almarut.
h B. humorib.
i B. ij.
k B. horobi un ciam s.
l B. Alia litera. liquiritiæ. Alia litera ireos
m B dispositũ.

ANNOTATIONES.

De medicamentis ad pulmonem expurgandum idoneis plura ex Gal. habes 7. de comp. med. per loc. nec non 3. de rat. uict. in acut. & Paulo lib. 3. Trallianus quoque toto ferè 5. lib. de eadem re agit. admiraturque is de Gal. ingenuè, uti philosophos decet, quod sit, quod nullo refrigeratiũ medicamentorum pulmonis affectibus uti uoluerit; sed hæc quidem uitarit, calidam autem potius curandi rationem adhibuerit: Non iniuria ergo author noster, dum medicamenta recenset, ex frigidis, quæ ad pulmonum faciant obstructiones, semen cucumeris, citruli, et cucurbitæ, dein etiam syrupum de papauere commendat. Addit uinum dulce thoracis obstructiones reserare, sicut quæ iecinoris sunt, obstruit. huius rationem assignat Gal. 3. de rat. uict. in ac. nempe iniecur exceptum ob eius substantiæ crassitudinem angustas & minimas iecinoris uenas obstruit. at ubi delatum iam ad pulmonem est, multiplici tunc uenarum transitu concoctum attenuatumque est, vt non præterea obstruat. Aliud subdit, butyrum seorsum magis concoquere quàm abstergere. contra uerò cum melle et amygdalis amaris minus concoquere, abstergere autem magis id, & Gal. 10. de simpl. med. fac. cap. de butyro. Subdit postremò, quod in thorace continetur, si natura imbecilla fuerit, ut per tussim expelli nequeat, sternutatione euocari. hoc etiam Gal. arridet. est enim sternutatio motus & capitis & thoracis simul, ut 2. de symp. caus. pptereaq; utraq; sedẽ expurgat.

Cap. 1. ad 6. & deinceps. Cap. 29.
Com 2.
Cap. 4.

Sermo uniuersalis de anhelitu. *Cap. 7.*

Anhelitus completur duobus motibus, inter quos sunt duæ moræ, secũdum quòd res se habet in pulsu, nisi quia motus anhelitus est uoluntarius, qui potest alterari cum uoluntate a cursu naturali, & pulsus est naturalis purus. Et intentio quidem in anhelitu est, ut impleat pulmonem aere frigido, donec præparetur [a] [præparatio] cordis, & non cesset cor sumere ex eo aerem frigidum, & reddat ipsi uaporem fumosum, [b] [ad hoc, ut accidant] illi attractioni duę res: quarum una, est conuersio ipsius a frigiditate, cum calefactione eius, quod ei uicinatur, & eius quod ei commiscetur, & altera est cõuersio ipsius a claritate sua, propterea quòd admiscetur ei uapor fumosus: tunc enim remouetur ab eo intentio, qua fit conueniens ad hoc, ut extendatur pulsus ab eo, quare necessaria fit eius eductio, & permutatio ipsius. Et inter duas res sunt duę moræ, & eius quidem introitus, & est attractio aeris, fit cum dilatatione [c] [pulsus] pulmonis, sequens motum corporum, quibus circundatur. Et anhelitus quidem apud communitatem est illud, quod educitur, & apud medicos & in [d] [positione,] quę est inter eos, quandoque est illud, quod educitur, sicut est apud communitatem, & quandoque est hoc totum sicut pulsus apud communitatem est motus dilatatiuus, & apud medicos in ipso, est positio propria secundum speciem notam. Et motus anhelitus, æqualis, naturalis, uacui a nocumento, completur motu uelaminis. Si autem indiget additione fortitudinis, propter illud quod non ingreditur nisi cũ labore, aut ut confortetur anhelitus ad extrahẽdam insufflationem, cõmunicat uelamini in hoc adiutorium lacertorum pectoris omniũ, ita quòd supremorum eius, aut saltem quorundam inferiorum eius tantum. Si autem est [e] [necessarium ut fecet literas, aut generetur ex eo locutio,] non est excusatio, quin administratio sit lacertorum [f] † [ ] linguæ, & quandoque est necessarium in eis administrare lacertos labiorum. Etiam quemadmodum in pulsu est magnus, & paruus, & longus, & breuis, & velox & tardus, & calidus & frigidus, & frequens & rarus, & fortis, & debilis, & intercisus, & continuus, & spasmosus, & tremulus, & paruæ repletionis uenarum, & multæ earum [g] [& rerum illaudabilium,] & omnibus illis sunt causæ & omnibus illis sunt significationes [h] [secundum res suas.] & est eis diuersitas secundum complexiones, ætates, & genera, & accidentia corporea, & animalia, similiter anhelitui sunt istę res numeratæ, & quæ sunt eis similia, & unaquæque res earum habet causam, & omnis res ex eis habet significationem. Anhelitus igitur alius est magnus, & alius est paruus, & alius est longus, & alius est breuis, & alius est uelox, & alius est tardus, & alius est rarus, & alius est frequens, & alius est strictus, & alius est latus, & alius est facilis, & alius est difficilis, & alius est fortis, & alius est debilis, & alius est calidus, & alius est frigidus, & alius est æqualis, & alius est diuersus. Et ex speciebus quidem anhelitus, sunt quæ habent nomina propria, sicut anhelitus intercisus, & anhelitus pręparatus, & anhelitus duplus, & anhelitus suffocatus, & anhelitus uiolentus, et habens [i] [† fetirat] sicut est in apoplexia, & similibus. Et nocumenta, quę accidunt, sunt in membris anhelitus, & [k] † [ ] in principijs eorum, [l] [&] in eis quæ communicant eis cum uicinitate. Et membra quidem anhelitus sunt epiglot-

a B. pulsibus.
b B. quousque accidant.
c —— B.
d B. concordia
e B Alia litera. necessaria uox.
f † B. epiglottis. Q. † si necessariũ fuerit ut secet literas, & generetur ex eo locutio, non est excusatio quin sit administratio lacertorum gutturis, uel epiglottis &.
g B. & est res vel dispositio diuersitatis, & dispositio laudabilis, & dispositio illaudabilis.
h B. super rem aliquam
i B. feterat. † interpollationes non cõsuetas.
k † B. ex eis ingreditur nocumentũ in anhelitu, aut sunt in membris anhelitus, aut.
l B. aut.

epiglottis,& pulmo,& canna,& venæ non pulsatiles,& arteriæ,& velamē,& lacerti pectoris, & pectus ipsum. Nam nocumentum quandoq; fit in ipso pectore, quum est [m] [debile] & paruum, & aduenit ei pp illud in anhelitu nocumentum. Eorum aūt principia sunt cerebrum ipsum,& nucha ēt:quoniam ipsa est origo uelaminis. Nascitur.n. plurimū eius ex pari quarto neruorū nuchæ, & continuantur ei rami [n] [quinti,& sexti]& nerui ad ipsum uenietes. Mēbra aūt cōicantia cum vicinitate,sunt sicut stomachus,& hepar,& matrix,& intestina,& reliqua viscera. & illa nocumenta aut sunt malitia cōplexionis [o] [succedēs] calida,aut frigida, aut humida,aut sicca,quæcunq; earum sit pura,aut cum materia humoris retenti,vel effusi ad ipsum plurimi;aut viscosi,aut grossi, & sanies,& pus sunt ex summa eius,aut ventositate,aut vapore. Aut ægritudo officialis ex paralysi,& spasmo. Aut resolutio singularis ex scissiōe, aut putrefactione, aut ulceratione, aut corrosione. Aut ex apostemate frigido,aut calido, aut duro. Aut ex dolore. Et tu quidē sciuisti per illud, qđ narraui tibi, ꝙ anhelitus est fortis significationis,& currit cursu pulsus, postquam tu obseruas in eo consuetudinē:sic necesse est tibi,vt obserues rem naturalem consuetā in pulsu ēt.

m 1. strictum.

n 1. ex quinto & sexto.

o 1. debilitans.

ANNOTATIONES.

Quum omnes animalium actiones uel uoluntariæ,uel naturales sint,dubitatur de respiratione,uoluntariane sit, an naturalis. Author noster uoluntariam putat, æmulatus hac in re Gal. 2.de motu musc. id enim probat Gal. exēplo serui barbari,qui contento ex industria spiritu interijt. Adde,& quod dissecto neruo,qui septo transuerso motum suggerit,offenditur respiratio. at neruus uoluntarij motus instrumentum est. Cæterum aduersus Gal. insurgit magnus Auerrhoes 2.Coll.ac duplici ferè ratione probat respirationem non esse uoluntariam.tum quoniam respiramus etiam dormientes:at uoluntaria actio cogitatione, & animi deliberatione fit,quæ duæ facultates per somnum feriantur. tū quod respiratio, quæ intempestiua ac uitiata est, arteriarū pulsationi respondet, unde & Hipp.ait hanc pro pulsibus sæpe usurpasse: at pulsum arteriarum certum est non esse voluntarium. Vnde & Gal. rationes erroris taxat, tum in figura,tum in principijs, quum dissecto neruo diaphragma mouente,corrumpi spirandi actionem ait, ac neruos esse uoluntarij motus instrumenta,proptereaq́; functionem eam esse uoluntariam. Primum quidem peccare in figura ait, quoniam si ablato neruo quæpiam actio aboletur,non tamē sequitur,etsi neruus ille motus gratia factus est,ipsum propriam esse motionis causam.alioqui certè,quoniam,ubi carotidas quis arterias secet, uolūtaria omni ui destituimur, etiam has uoluntarij esse motus instrumenta fateri oportebit. Peccat uerò in principijs, quod uoluntariam actionem neruorum putat. Hæc Auerrhoes, quamuis & alio ordine,& alia plura subiungat. In qua quidem re,quid statuendum sit,non est fortasse pronunciatu facile. Vidit Gal. rationem,qua Auerrhoes utitur, quum respirare nos dormientes dixit. Vidit & Auerrhoes Gal.historiam de seruo barbaro,quæ utraque constanter propositum astruunt. ut propterea coniunctis ambobus hisce placitis audacter statuere fortasse liceat, coniunctam hanc esse actionem ex uolūtaria et naturali. Verum,quoniam, neque hanc Auerrhoes ex toto probat,magis autem probat naturalem hanc dici actionē. Si huius sententiam sequamur.dici forte posset.quando quidem actionib. quæ alioqui naturales sunt,uoluntaria quoq; instrumenta obsistunt, ueluti quādo egerendi,meiendiq́; desiderio quum urgemur, ipsi nihilominus alio fortasse negocio impediti naturalem eam actionem cohibemus,usi tamē uoluntarij musculi,qui ad uesicam et anum est,seruitio,ita & in respirandi munere euenire.quum enim alioqui naturale hoc sit: per somnum enim spiramus, atque id quidem summo ordine & regula,quod de nulla uoluntaria actione per somnum asserere est,(licet enim quandoque iactemus brachia,& toto corpore commoueamur, id tamen non perpetuum est in somno:at spiratio perpetua est,atque eundem & tenorem & ordinem seruat) quum inquam naturalis hæc spirandi actio sit: ipsi tamen quandoque usi musculorū thoracis & diaphragmatis beneficio, eam cohibemus, & ex ordine proprio deturbamus. Cæterum alia hic quæstio discutienda proponitur, quum hic author de attractio in pulmone aere uerba faciens, ait.

cap. 5.

cap. 19.

2 *Et eius quidem introitus, & est attractio aeris etc.] respirationem nempe asserit fieri cum dilatatione pulmonis sequentis motum corporū,quib.circundatur.id quod & Gal. 7.de usu part. & fusius in fragmanto de motu thoracis & pulmonis. siquidem,quum nullam inuenire sit dispositionē, in qua thorace immobili manente moueatur pulmo,sed per eunte thoracis motu & pulmones quiescant, ut in magnis thoracis vulneribus: non tamen amissa pulmonis motione, eam quæ thoracis est,amitti necesse est. Ita ut Gal. authori nostro consentiat. Cæterum contra hanc sententiā Aris. 3.de part.anim.sentire palam uidetur,affirmās pulmonem motus sui originem ex corde desumere. & Auerrhoes tum in eius libri paraphr.tum 2.Coll.simpliciter pronunciandū non esse censet,quod thorax præcipua pulmonis motus sit causa.quum fieri possit, ut pars vtraque priuatim moueatur, habeantq́; mutuum quendam consensum & propriū, ut alterum absque altero non moueatur: ob idq; uno quiescente alterum quoq; cesset, quum tamen neutrum alteri causam motiōis suggerat. Subdit & alia plura Auerrhoes, quæ tu uide. Fatetur autem is thoracē sui dilatatione pulmoni auxilio esse, præsertim vbi uehementiori opus fuerit respiratione. Verum,cor primum id esse,a quo spiratio contingit,in vniuersum cum Arist. pronunciat. Sanè quid de hac controuersia statuendum sit difficile iudicatu est.uidetur tamen utraq; fortasse et Aris. & Gal. sententia stare simul posse. Et si.n. Arist. motionum pulmonum initium a corde esse existimat,a quo in uniuersum uim animaliū omnem prodire semper tuetur:non is tamen uacui ratione, & ad thoracis motum moueri eum negarit. Primus mouendi impetus a corde est.ex hoc motrix facultas in diaphragma (quamuis hunc de diaphragmate usum non scripserit Arist.)& thoracem influit.moto thorace & diaphragmate sequitur pulmonis motus.ita ut, mouendi uis, quæ pulmoni inest,primarium a corde initium habeat,non tamen proximum.id quod,si cum Gal.sententia coniunxeris, utrunque stabit.dissentit tamē ab hac solutione Auerrhoes. At uerò, quū ad respirationem plurima instrumenta cōcurrere consueuerint,& diaphragma(quamuis de hoc non meminerit Arist.de qua re Auer.2.Coll.)et pulmo, & thorax, et ipsi quoq; humeri:hic author naturalis respirationis instrumentum esse ait pulmonem et diaphragma,Gal. imitatus 4. de loc.aff.2 in 4.de uulg.morb. cætera uerò eius,quæ uiolenta est,& usu maiore urgente fit. Subiungit deinceps de respirationis speciebus, et causis plura. Qua in re uidetur nobis Auicennas eundem seruare ordinem, quem Gal. in libello de pulsib.ad Tyrones.primum quidem in hoc capite de respirationis differentijs agit.enumerat deinceps uigesimo secundo capite usque ad trigesimū species respirationis quasdam,quæ nomen proprium sunt sortitæ. hinc uerò de triplici respirationum mutatione a triplici causa sermonem aggreditur. primumque Galeni exemplo de mutatione ob*

cap. 9.

cap. 6.

cap. 19.

cap. 19.

cap. 6.

com. 4.

causas quæ naturales dicuntur, quod trigesimo capite absoluitur secundo de respiratione, quæ non naturales causas sequitur, cibos uidelicet, prægnationem, balneas, somnum, quamuis nescio quo pacto in trigesimo primo capite titulus sit etiam de mutatione quæ hydropem sequitur. agitur deinde in trigesimo quarto capite ad trigesimum octauum usque de respirandi mutatione, quæ causas præter naturã, & morbos consequitur, demumq́, de asthmate tractatum aggreditur, atque propositum primo loco ordinem repetit, ut de pulmonis affectibus agat. Atque quum hunc ordinẽ sequatur author noster, una tamen cum differentijs & causas & notas explicat, quibus, quæ nam a quibus causis differentiæ prodeant, cognoscatur. Pro his omnibus, habes tu ex Gal. libros de usu respirat. de causis respirandi, & difficultate respirat. habes item ex Auerr. 3. Coll. Passim uero, etiam multa ex Hippocrate leges.

cap. 39.

De anhelitu magno, & paruo, & causis, ac significationibus eius. Cap. 8.

ANhelitus magnus, est anhelitus, qui recipit aerem valde plurimum, supra æqualem: & est ille, cum quo dilatantur membra anhelitus in partibus omnibus superabundanter, propter magnitudinem eius quod attrahitur. Parui autem & stricti dispositio est in hoc contrario, propter paruitatem eius, quod attrahitur, & similiter in parte extractionis. Causæ uero anhelitus magni, sũt causę pulsus magni. s. tres prædictæ. Et existimatur a quibusdam, ꝙ paruus est ille, qui completur motu uelaminis tãtum, & illud non est verum absolute. Nam quãuis quandoq; sit ille, qui completur motu solius velaminis, paruus: quandoq; tamen est ille æqualis: æqualis. n. non eget motu, nisi velaminis, quum velamen est fortis virtutis. Et quandoque est anhelitus paruus, quamuis membra pectoris omnia moueantur, quũ sunt oĩa debilia. Non enim sufficit uelamen solum ad anhelitum, qui est necessarius, neq; si [a] [necessarius est æqualis:] imò est necessarium, ut omnia ei associentur. Amplius non est ex sufficientia in attractione aeris, & eius eductione, accidẽs omnibus, quod sit simile ei, quod est a velamine solo, si est incolume, & sanum, & forte, quoniam non est neque unum ex illis membris sufficiens ad dilatationem integram, neque illius quantitatis, ut quando illi aggregantur adiutorium alterius proueniat [b] [ex omnibus dilatationibus pulmonis] æqualis sufficiens. Et illud est propter debilitatem virtutum, aut constrictionem meatuum, sicut accidit in peripneumonia: uerum oportet ut sit magnitudo anhelitus [c] [comparata] cum quantitate eius, quod de aere in ipso exercetur recepto, & eo qui redit: & non completur illud nisi motu omniũ lacertorum pectoris, & eorum, quæ sequuntur eos; deinde non conuertitur [d] [donec sit motus omnium illorum, quæ in ipso mouentur motus omnium lacertorum. Insc. n. est anhelitus magnus: imò nõ est nisi quando ad ipsum] mouentur omnes, motu, qui est ultimus in dilatatione, & constrictione, operãdo in aere plurimo. Et paruus est secundum oppositionem eius. Et quandoq; consequitur ex uehementia motus membrorum anhelitus ad attrahẽdum aerẽ, vt fiat motus dilatando in anteriorib. vsq; ad furculas, & posterius usque ad os duarum spatularum, & in lateribus usque ad maximam partem carnis spatulæ, & quandoque iuuantur naribus, imò iuuantur eis utrisque in pluribus dispositionibus. Quandoque uerò diuersificatur dispositio in cõstrictione, & dilatatione, ex parte magnitudinis, & paruitatis: quãdoque enim est dilatatio maior, & quandoque constrictio, [e] [& motus, qui est secundũ quãcunq; qualitatem quæ maiorem habet necessitatem æquationis cum introitu & dilatatione est additus, & qualitas quæ indiget æquatione cũ introitu & dilatatione ex parte magnitudinis, & paruitatis, & fortasse est dilatatio ex parte magnitudinis, & paruitatis, & fortasse est dilatatio quæcunque earũ est magis necessaria, est motus qui tenet] eã magis additus. Nam si est necessitas expulsionis uaporis fumosi plurima, propter multitudinẽ quantitatis eius aut acuitatẽ qualitatis ipsius, est cõstrictio [f] [ ] exsufflatiua. Et si est necessitas extinguẽdi ignem inflammatũ, est dilatatio magna. Et quando contingit in homine, ut nõ sit magnę attractionis aeris, imò paruæ, deinde sit magnæ extractionis spiritus, uel anhelitus, est illud significatiõ, quòd caliditas innata est diminuta, & extranea intrãs est addita. Et causæ in hoc, ꝙ hæc omnia membra laborioso motu affliguntur, sunt quatuor. Ipsa enim aut sunt ita, propter causam magnæ necessitatis, quæ est propter inflammationem caliditatis in partibus cordis, et pulmonis: Aut propter causam debilitatis in ipsis lacertis motiuis: Aut propter communitatem principiorũ, sicut est in fine hecticæ, & phthisi, & in collectione [g] [materici:] quoniam ipsa debilitat uirtutem; Aut propter ægritudinem instrumenti ei propriam: Aut propter communitatẽ eius prædictam in eo, quod prę terijt ex spasmo accidente ei: [h] † [ ] aut malitia complexionis, aut apostemate, aut dolore, aut alia re: Aut propter prohibitionem in lacerto accidentem a dilatatione, sicut est repletio in stomacho a cibis: aut uentositas, quum pertransit terminum, quoniã [i] [separat] inter uelamẽ, & dilatationẽ: quasi non [k] [dilatat] ipsũ solum: Aut propter constrictionem meatuũ, qui sunt epiglottis, & rami cannæ, & arteriæ, et qui continuantur eis ex meatibus anhelitus, sicut raritas, quæ est in pulmone; quoniam quum ipse impletur humoribus aut multiplicãtur in ipso oppilationes, aut accidit in ipso apostema. Et isti quidem sunt, sicut patientes asthma, et habẽtes saniem, et peripneumonici: Aut propter neglig ẽtiam cum necessitate, aut paucitate necessitatis, ita ut prolongetur spatium inter duos anhelitus, et sit necessitas anhelitus magni restaurantis illud quod accidit ex [l] [negligentia] sicut est pulsus habẽtis permistionẽ rationum, quum non habet uehementẽ cordis frigiditatẽ, quoniam impeditur ab eo, deinde ultimatur in ipso. Et ex sũma huiusmodi necessitatis, est magnitudo anhelitus: [m] [ ] quoniã multiplicãtur in ipso uapores fumosi proculdubio, et negligit anhelitum a uoluntate extractionis anhelitus: usquequo multiplicatur cum ipso necessitas: quare egreditur proculdubio magnus. Et similiter est pulsus, complexio cordis: cuius

a B. est necessitas ad temperatum.

b B. Alia litera. ex ipsa dilatatio pulmoni.

c B. considerata

d B. ita ut quotiescunque mouentur in ipso lacerti omnes, tunc sit anhelitus magnus immo est quum.

e B. maior, & illud secundũ materiã quæ indiget, ut expellatur cum constrictione, & secundum qualitatẽ, quæ indiget, ut contemperetur cum introitu & dilatatione, & quæcumque erit necessitas, ad ipsum, plus erit motus qui est secundum ipsũ.

f † B. magna.

g B. saniei.

h † B. aut paralysi.

i B. mediat.

k B. dilatatur.

l B. diminutione.

m † B. dormientis.

culus non est cum illo calore [n] [recipientis anhelitum; quare expellitur] ad horam necessitatis, & restauratur cum magnitudine, quod deficit cum [o] [expulsione.]

n B. qui necessitat anhelitum quare postponitur.
o B. prætermissione, uel postpositione.

De signis anhelitus. *Cap.* 9.

Signa quibus discernitur inter causas motus pectoris totius, sunt, quoniam si illud fuerit causa necessitatis, [a] [ ] & virtus fuerit fortis, erit anhelitus plurimus in introitu ipsius, & in exsufflatione eius, & erit tactus anhelitus, & calidus, & inflammatus, [b] † [ ] & magnus significans caliditatem: & erunt signa inflãmationis reperta in pectore, & facie, & oculis, & lingua in colore suo & asperitate sua, & in reliquis. Si autem nõ fuerit ita, & virtus fuerit non deiecta, & quasi non fuerit possibilis ei dilatatio integra, tunc causa constrictionis erit in [c] [re, & re] eorum quæ numerauimus. Si autem membra oĩa laborauerint, aut moueantur, postea non fuerint mota motu, de quo sit curandum, neque extenduntur dilatatione integra, sicut quum conatur aliquis illud non [d] [est,] & innititur omni nixu super ambas nares, & nõ fuerit illic apud reditum exsufflatio; tunc virtus motiua, quæ est in lacertis, erit lęsa. Et quandoque constrictio est ex humiditate in canna, & quæ sequuntur ipsum, & est cum signis in anhelitu, sonus eius qui stertit, & est necessitas excreationis, & est additio signi super signum constrictionis totale. quòd si illud nõ fuerit, erit causa magis [e] [inobediens] hac. Quũ ergo aduenit constrictio stertilis [f] [subito, tũc iam cucurrit ad pulmonem] materia ex catarrho, aut currit ad pulmonem prius, deinde ad cannam secundo, sanies, & pus ex aliquo membrorum subito.

a † B. plurimæ.
b † B. & pulsus.
c B. aliquo.
d B. potest.
e B. profunda.
f B. tunc iã cucurrit ad pulmonem subito.

De anhelitu uehementi. *Cap.* 10.

Est ille, ex cuius magnitudine uirtus laborat illic [a] [superflua coarctatione] ad introitũ, & ad exsufflandum cum exitu: quare est cum magnitudine fortitudo.

a B. superfluo, motu laborioso

De anhelitu alto, & sublimi. *Cap.* 11.

Est species anhelitus magni, in quo necessarius est motus superiorum lacertorum pectoris, & non peruenit necessitas in ipso ad mouendum uelamen, & inferiores lacertos pectoris. Et iste quidem anhelitus sæpius accidit in febribus pestilentialibus.

De anhelitu paruo. *Cap.* 12.

Cognitio causarum eius, est propter cognitionem causarum magni secundũ semitã oppositionis, & quandoque minoratur anhelitus causa doloris, quando [a] [separat dolor] inter membra anhelitus, & inter motus corũ. Et quandoq; minoratur anhelitus propter cõstrictionem. Et quando associatur ei raritas, significat mortificationem naturę. & quando associatur ei frequentia, significat dolorem in mẽbris anhelitus, & quæ sequuntur ea, ex stomacho, & ei similib. sicut vlcera eorum, & apostemata ipsorum. Signa causarum anhelitus parui oppositorum causis anhelitus magni, nota sunt secũdum oppositionem. Ipsum autem cuius, paruitas est propter dolorem, non propter constrictionem, significat inuentio doloris: & quod habens dolorem, si tolerat dolorem, & expectat super ipsum, possibile est ei, ut magnificet anhelitum suum, & cum hoc quandoque accidit inter separationes anhelitus eius; anhelitus magnus, ad quam necessitas adducit ad tolerandum dolorem, aut adducit necessitas in ipso negligentiam doloris. Et factus a constrictione est e contrario illius totius.

a B. dispositio doloris mediat.

De anhelitu longo. *Cap.* 13.

Est illa, in quo prolongatur spatium motus aeris ĩ attractione spiritus, & eius redditu, vt possit uirtus operari in aere plurimo. Et quãdoque prohibet magnum & velocem, dolor, aut strictio, & ponitur longus in complemẽto eius, ut consequatur quod attractum est secundum quantitatem magni, & velocis.

De anhelitu breui. *Cap.* 14.

Anhelitus breuis, diuersus est a longo. Et quando associatur ei frequentia, est causa eius dolor in instrumento anhelitus, & quæ sequuntur ipsum, & quãdo associatur ei raritas, significat mortificationem innati caloris.

De anhelitu ueloci. *Cap.* 15.

Anhelitus uelox, est ille, in quo est motus in spatio breui, cum consecutione necessitatis, non sicut breuis, & paruus. Et causa in ipso est vehementia necessitatis, quum non consequitur in ipso, sufficiẽtia magnitudinis. Aut quoniã necessitas est supra illud, quod magnitudo ad ipsam comprehendit. Aut quoniam [a] [magnitudo separat] sicut dictum est in pulsu, & [b] [illa separatio,] aut est in instrumento, aut in virtute. Et quãdoq; est velocitas in vno duorum motuum plus quam in alio, propter similitudinem causę prædictę in anhelitu magno.

a B. magnitudini est prohibẽs.
b B. illud prohibens.

De anhelitu tardo. *Cap.* 16.

Est contrarius veloci, & causę eius sunt contrariæ causis ipsius. Et quandoque tardatur propter dolorem, [a] [quoniam] necesse est ut membrum anhelitus moueatur cum facilitate, & spatiositate.

a B. quum.

De anhelitu frequenti. *Cap.* 17.

Est anhelitus, inter quem, & inter illum, qui est ante ipsum abbreuiatur tẽpus. Et ex causis eius est uehementia necessitatis, quum non sufficit magnitudo, & uelocitas; quoniã ipsa est maior, quam sit illud quod comprehensum est ad ipsam cũ eis: [a] [quoniam minor] ea est prohibitio ex dolore, aut apostemate, aut cõstrictione propter materias plurimas, aut coarctationem, aut effusionem puris in spatio pectoris,

a B. Alia litera: aut, quoniam inter.

aut aliquam causarum constrictionis. Et tu quidem discernes inter illum, qui accidit causa necessitatis, & illum qui accidit causa doloris, & aliorum ex eis, quę prȩterita sunt tibi in capitulo magnitudinis. Et anhelitus frequens secundum quod testatur de eo Hippo. b [facit sequi] nocumentum propter exsiccationem pulmonis, & c [destructionem instrumenti anhelitus in eis, quæ ipsum sequuntur.]

b B. sequitur.
c B. fatigationē membrorū anhelitus & quæ sequuntur.

De anhelitu frigido. *Cap.* 18.

SIgnificat mortificationem uirtutis, & extinctionem caliditatis innatæ, & conuersionē complexionis cordis ad frigiditatem. Et est deterius signum in ægritudinibus acutis, & propriè quando cum eo est raritas. Nam tunc cōpletur significatio eius super resolutionem innati caloris.

De anhelitu fœtido. *Cap.* 19.

EST intrans in fœtore oris: sed separatur a reliquis speciebus fœtoris oris: quoniam in illis speciebus quandoq; euentatur fœtor in dispositione, quæ non est anhelitus, a † [ ] & significat humores putrefactos in membris anhelitus, scilicet aut cāna: aut pulmone, quum in eis putrefit humor, aut b [materia.]

a † B & iste nō manifestatur nisi apud egressionem anhelitus.
b B. sanies.

De permutationibus, quæ currunt inter anhelitùm magnum, & anhelitum velocem, & anhelitum frequentem, & contrarios eorum. *Cap.* 20.

IAm sciuisti quòd quādo necessitas additur, a † [ ] magnificatur anhelitus. Sed si additur plus, fit uelocior, quod si additur plus, fit frequens. Si autem b [redeat] necessitas, minuitur prius frequentia, deinde uelocitas; postea magnitudo, & similiter quando minuuntur desiderium, & c [prohibitio, & quando deficit reditio] in intētionib. primis tribus, inuenitur raritas plus, deinde tarditas, postea magnitudo: quare est egressio a naturali ad paruum minùs, quam ad tardum, & ad ambo minus quam ad rarum. Et si tu experieris ista in dilatatione & constrictione simul secundum diuersitatem duarum necessitatum prædictarū, declarabitur tibi diuersitas in additione, & diminutione. Quum. n. causa est magis ducens in dilatatione ad additionem, est tempus, quod est ante dilatationem, breuius. Et quando est similis illi causæ in constrictione, est tempus quietis, quæ est ante constrictionem, breuius, & anhelitus frequens, uelox sequitur apostema calidum, aut constrictionem ab oppilatione.

a † B, & non est prohibens.
b B. retrocedit.
c B. Alia litera, uirtus. & quando augetur reprocessio,

De anhelitu a *[mouente pulmonem.]* *Cap.* 21.

a B. narium cōmouente extremitates nariū.

ISte anhelitus significat debilitatem uirtutis, aut constrictionem vehementem prefocatiuam in decollatione: aut collectionem b [materici,] aut effusionem c † [ ] humoris.

b B. saniei.
c † B. eius.

Sermo uniuersalis de malitia anhelitus. *Cap.* 22.

MAlitia anhelitus communicat dispositionibus egredientibus a natura, in anhelitu, quam non consequuntur accidentia sana: imò accidentia ægra, impedientia: & illa sunt, sicut difficultas anhelitus, & constrictio anhelitus, duplatio anhelitus, & ĩtersectio anhelitus, & anhelitus præparatus. Et quandoq; accidit propter species malitię complexionis, & repletionis: aut propter oppilationem, & vicinitatē coarctationis apostematum, & dolores a motu prohibentes, & propter vlcera in velamine, & partibus pectoris, & propter casum uirtutis ex ægritudinibus a [attritum facientibus] & febribus acutis, & pestilentib. & venenis ebibitis. Et omnis quidem malitia anhelitus, aut ipsius constrictio, aut difficultas eius propter materiam, additur apud resupinationem, & est media apud dormitionem super latus, & alleuiatur quum b [super ventrem iacet aliquis:] & in præfocatiuo intrinseco prohibetur apud resupinationem omnino.

a B. terrentibus uirtutem.
b B. quis stat erectus.

De constrictione anhelitus. *Cap.* 23.

COnstrictio anhelitus est, ut non inueniat aer, in quo exercitatio fit cum anhelitu, meatum in parte sui motus, nisi strictum, in quo non penetret nisi paulatim. Et eius causę, aut sunt apostemata in illis meatibus, quę sunt epiglottis, & cānę, & rami eius, & arterię, a [ ] in ipsa raritate pulmonis, & corpore ipsius. & de apostematib. eius, quod vehementius oppilat anhelitum, est illud, quod est durum: b [&] humores plurimi in ipso, aut grossi, aut viscosi aut aquosi aggregati in pulmone, aut c [coopertura] accidens ei ex coarctatione vicina ex apostemate, d † [ ] in hepate, aut stomacho, aut splene: aut humores effusi ĩ spatio propter hydropisim, aut alia: sicut fit ex apertionibus apostematum in ventre inferiore, non permittentibus fieri dilatationem. Aut spissitudo ex siccitate, aut stypticitate, aut frigore adueniente pulmoni, & velamini. Aut a siccitate in neruis, & velamine, & est melius, ut nominetur difficultas anhelitus. Aut a vaporibus fumosis constringentib. intrinsecus anhelitum in locis strictis. Et quandoque est causa eius constrictio pectoris, & vt non inueniant membra dilatantia anhelitum, ubi expandantur. Et quandoque fit causa crisis, & signum eius est, quando declinant materiæ ad superiora. Et quandoque fit difficultas anhelitus, & constrictio eius propter cursum materierum ab apostematibus intrinsecis, permutatis ad partes capitis: & indicat apostemata post aures, si res fuerit magis incolumis, aut in cerebro, si fuerit prauior.

a † B. &.
b B. aut.
c B. clausura.
d † B. calido.

De signis. *Cap.* 24.

APostematum prefocatiuorum rememoratio iam preterijt tibi. Signum verò apostematis, quod fit ĩ pulmone ipso, est dolor a [grauis] & in lacertis, & in velaminibus pectoris est dolor pungitiuus intrinsecus, & est fortior, & vehementior, et exterius est debilior, & in cartilaginib. pulmonis est dolor, in quo est [b cōstrictio.] Et quandoq; perducit ad tussim. & si fuerit calidum, c † [ ] febris. Et signa

a B. Alia litera debilis.
b B. mordicatio
c † B. tunc est.

gnā præfocatiui nota sunt, ꝗ fit vehementius apud resupinationem. Signa autem humorum si sunt in canna, sunt sputū, & desideriū tussiendi, & iuuari ea cum [d] [manatione rei cum aliquātula tussi & cum sternutatione. Et si sunt in pulmone, est illa dispō similiter: nisi quia tussis incipit a loco magis profundo, & non est stertitio nisi secundum quantitatem eius quod [e] [manat ex eo quod] expuitur, & si sunt in spatio, tunc iam permutatur ex latere ad latus, cū alteratione iacendi: deinde egrediuntur cū sputo, & non est in ipso cum constrictione anhelitus, tussis, de qua sit curandum.

d B. expuitione rei facta cū quacunque tussi & cum stercore.

e B. cū difficultate.

De diuersitate anhelitus. Cap. 25.

ANhelitus diuersus fit cum causis, quæ sunt sicut causæ diuersitatis pulsus, & est eius diuersitas ordinata, & inordinata.

De anhelitu duplo. Cap. 26.

EST ex speciebus diuersi, & est anhelitus in quo completur dilatatio, aut constrictio duobus motibus, inter quos ambos est mora, sicut est anhelitus pueri, quum plorat. Nam fit in eo compressio, quādo dilatatur: & mutatio, quando stringitur. Et eius causa aut est caliditas multa, quæ nō iuuatur eo quod attrahitur. Imò [a] [eius extensio facit necessitatem in] additione: aut est debilitas in instrumento anhelitus noto, faciens necessitatem quietis in anhelitu; aut est malitia complexionis deijciens virtutem, aut exsiccans: aut indurans instrumentum, & est plurimum. Aut est dolor in ipso aut in vicinis eius, aut apostema. Et vicini sunt, sicut velamen, & hepar, & splen: sed hepar est vehementioris communicationis quam splen. aut est ęgritudo officialis ex eis, quæ iam numeratæ sunt multis vicibus, aut est multitudo spasmi pręteriti, aut futuri. Et iste anhelitus est signum malum in ægritudinibus [b] [acutis, & febribus.] Quum autem accidit ex frigore, tunc ipse est ex eis, quæ sanat febris.

a B. causat necessitatem successiue attractionis aeris cum.

b B. & febribus acutis.

De anhelitu [a] *[pauco.]* Cap. 27.

a B. dimidio.

EST, vt sit nocumentum in medietate pulmonis, & sit medietas altera incolumis; quare est anhelitus medietas, anhelitus incolumis.

De anhelitu difficili. Cap. 28.

a B. laboriosa.

EST, ut sit exercitatio in aere [a] [labor:] siue sit strictura, siue non sit strictura. Et causa in ipso est nocumentum membrorum anhelitus, secundum quod dictum est in alijs. Et quando que est propter inflammationem igneam dominantem cordi, & fit propter frigus mortificans virtutem motiuam, aut impediens eam, sicut accidit, quum est frigus uelaminis [b] † [

]

sicut frigus ex aere: aut frigus ex emplastro posito super ipsum, propter causam in ipsomet, aut propter causam in stomacho, & hepate, & cadit ipsum in vicinitate illius emplastri, & in-

b † B. propter causam frigoris ex linimēto aut aliud, & quādo que est propter oppilationē, & quandoque est humor, & quandoque est propter malitiam cōplexionis accidentis velamini.

frigidatur: quare non fit bona eius dilatatio. Et quandoque fit propter oppilationem, apud quam retinetur [c] [pulmo attrahens aerem,] & indiget labore, donec [d] [infletur] & iste est diuersus [e] [propter constrictionem.] Et quandoque est oppilatio [f] [apostema.] Et quandoq; fit propter medicinam solutiuam mouentem, & non soluentem, aut propter clystere acutū non soluens. & similiter, quando phlebotomia in pleuresi non cōsequitur necessitatem. Et oportet quidem, ut legatur illud, quod scripsimus in fine sermonis nostri in constrictione anhelitus, hoc etiam.

c B. uentositas attracta.
d B. aperiātur.
e B. a constrictiōe anhelitus
f B. apostemosa

De præparatione anhelitus. Cap. 29.

PReparatio anhelitus, est anhelitus, qui non aduenit habenti ipsum, nisi pręparetur, & æquetur, & extendat collum suum extensione tendente ad superiora: quare aperitur propter illud meatus, & non potest declinare collum suum, quoniam constringitur super ipsum anhelitus, sicut constringitur super trahētem collum suum ad posteriora, & similiter non potest declinare pectus, & dorsum ad posteriora. Et quando remouetur hæc præparatio, & proprie quandoque resupinatur, accidit ei, ut cooperiantur ex ipsa partes pulmonis, scilicet quędam earum cum quibusdam, quare oppilant meatum; quoniā ipse in [a] [initio] in huiusmodi est oppilatus in pluribus, & in ipso non est apertio nisi parua, quam destruit declinatio partium quarundam super alias, quare oppilantur meatus. Et quandoque fit illa oppilatio accidens in febribus, & similibus, propter vapores declinantes, & humiditates resolutas. Et quādoque fit in veritate propter humores implentes, & oppilantes, & apostemata: aut quoniam lacerti sunt mollificati. Quum ergo non descēdunt ad partem pedum, immo descendunt ad partem dorsi, & pectoris, coarctant.

a B. radice.

Sermo uniuersalis de anhelitu naturarum, & dispositionum.

De anhelitu ætatum. Cap. 30.

PVeri quidem indigent eductione superfluitatum fumosarum necessitate vehementi: quoniam digestio in eis est plurima, & magis assidua, & [a] † [

] non est vehemens valde: quoniam ipsi non sunt completi in suis corporibus, & suis virtutibus: quare necessarium est, vt cadant in anhelitibus ipsorum frequentia, & velocitas vehemens, cum magnitudinę aliqua, non ente cum illa vehementia. Iuuenum autem anhelitus sunt maiores, sed minoris velocitatis, & frequentiæ: [b] [&] necessitas consequitur in eis cum magnitudine. Senum verò anhelitus sunt minores in [c] [intentionibus additionis,] quam anhelitus iuuenum, & non sunt in paruitate anhelitus decrepitorum. Sed decrepitorum anhelitus sunt minores, & tardiores, et uehementius rari, propter id, quod tibi non occultatur.

a † B. nō est necessitas ipsorū ad extinctionē pauca, & uirtus ipsorum.

b B. quum.

c B. dispositionibus additis.

De anhelitu repleti ex cibis, aut ex prægnatione, aut hydropisi, & similibus. Cap. 31.

EOrum anhelitus declinant ad paruitatem: quoniam uelamen est coarctatum a motu dilatatiuo, & propterea quod minoratur eorum anhelitus, non est excusatio a uelocitate, & frequentia, si est sufficiēs uirtus, aut frequentia sola, si est uirtus debilitata.

De anhelitu balneati. Cap. 32.

ANhelitus quidem balneati aqua calida, magnificatur propter necessitatem, & propter lenitatem instrumenti, & fit uelox, & frequens, propter necessitatem. Balneati verò frigida, res est e conuerso.

De anhelitu dormientis. Cap. 33.

QVum virtus in ipso est fortis, tūc eius anhelitus magnificatur, & fit rarus pp causā prædictam in capitulo pulsus, & est eius constrictio maior, & uelocior, quam ipsius dilatatio: quoniam digestio in ipso, est plurima.

De anhelitu dolentis in membris pectoris. Cap. 34.

ESt sicut sciuisti [a] [in] eis, quæ præterierunt tibi ex me: [b] † [ ] ipse enim declinat ad paruitatem & breuitatem, & quandoq; [c] [debilitatur,] & quandoq; est difficilis, & quandoq; tardatur, quando nō est inflammatio, & fit frequens, sicut sciuisti. Et sunt paruitas eius, & breuitas ipsius, plus quam eius tarditas: quoniā ducens ipsum ad retentionem, & paruitatem dilatationis, est plus quā ducēs ipsum ad facilitatē; & ut noceatur cum magnitudine dilatationis uehementis, quam ut noceatur cum uelocitate. Nam inflammatio cordis, & calefactio non excusant ex velocitate, quamuis læditur [d] [eis.]

a B. ex.
b † B. declaratio eius.
c B. duplicatur.
d B. cum ea.

De anhelitu eius, cuius anhelitus constringitur propter quamcunque causam, & de anhelitu habentis asthma. Cap. 35.

OPortet, ut succurratur ei, qui fit cū constrictione, ex parte velocitatis & frequentię, in plurimo rei: quare fit anhelitus eius paruus, strictus, frequens, & anhelitus habentis asthma est ex eis, [a] [qui ueloces sunt] capitulo suo.

a B. quæ sunt declarata in,

De anhelitu habentium saniem. Cap. 36.

QVandoq; laborāt in dilatatione pectoris totius, cum caliditate, & exufflatione, & non est illis [a] [caliditas, neq; qđ adiuuet,] virtutem, quoniā habens hāc ægritudinem iā debilitatus est in ultimitate. Sed virtus in habētibus peripneumoniam, & asthma, est remanens.

a B. magnitudo neque quod necessitet. Alia litera. magnitudo, neque quod vniat.

De anhelitu habentium decollationem, & suffocationem, & quæ eis sunt similia. Cap. 37.

ESt cum dilatatione magna, cum uelocitate, & frequentia propter necessitatem, & submersionem materiei, & non est [a] [ex] eis exsufflatio asthmatis.

a —— B.

De asthmate. Cap. 38.

ASthma est ęgritudo pulmonis, cum qua [a] [patiens] non inuenit excusationem ab anhelitu frequenti, sicut est anhelitus, quo laborat præfocatus, & festinatus. Et hæc ægritudo, quum accidit decrepitis, nō forsitan sanatur, neq; maturatur: qūo enim, quum ipsa in iuuenibus etiam difficilis fit secundum plurimū? & augmentatur apud resupinationem. Et hæc quidem ægritudo est ex ægritudinibus longis, habens cum hoc paroxysmos acutos, secundū similitudinem paroxysmorū epilepsiæ, & spasmi. Et quandoque fit propter nocumentum in ipso pulmone, et in eis, quæ ipsi continuantur, propter inuiscationem humorum grossorum in arterijs, & ramis earum [b] [breuibus] & suctoribus earum. Et quandoque est in cāna pulmonis. Et quandoque est in raritate pulmonis, & locis vacuis. Et istæ humiditates quādoq; sunt ad ipsum effusæ ex capite, & proprie in regionibus meridianis. [c] † [ ] Et quandoque sunt expulsæ ad ipsum ex alijs locis. Et quandoque est causa generationis earum in ipso, frigiditas eius, & [d] [rorificat] paulatim, paulatim. Et quandoque fit propter humorem non existentem in pulmone, & arterijs eius, imò in stomacho, effusum ex capite, aut ex hepate, aut generatum in stomacho. Et [e] [prohibitio anhelitus adueniens, quum ascensus fit,] est propterea quod stomachus comprimit uelamen, & velamen comprimit pulmonem. Et hepar quando infrigidatur, aut ingrossatur, quandoque adiuuat ad faciendum asthma. Et isti quidem humores quandoque nocent sua qualitate: & quandoque nocent sua quantitate, & multitudine. Et quandoque fit, sed raro ex exsiccatione pulmonis, & siccitate eius [f] [propter corruptionem aggregationis] eius ad sei psum. Et quādoque fit ex frigiditate eius. Et quandoque fit propter nocumentum [g] [perueniens ad membra,] anhelitus ex neruis, & nucha, & cerebro. aut catarrho expulso ad ipsum ex eis. Et quādoque fit propter communitatem membrorum vicinorum comprimētium membra anhelitus, quare non dilatantur: sicut est stomachus plenus, quādo comprimit velamen. Et quandoque accidit, propter multitudinem vaporis fumosi, quādo coarctatur in pulmone, & peruenit ad eum. Et quandoq; fit propter ventositatem coarctatam in membris anhelitus, comprimentem anhelitum. Et quandoque fit propter paruitatem pectoris; quare non sequitur ipsum necessitas ex anhelitu, et fit illud nocumentum naturale in anhelitu, sicut accidit in cibo, ex paruitate stomachi. et quandoque, asthma fit vehemens, et fit anhelitus prę parationis. Et multoties permutatur ad peripneumoniam.

a B. quiescens.
b B. paruis.
c † B. & cū multiplicatione ex sufflationis uentorum meridionalium.
d B. incipit.
e B. spés asthmatis dicta albhear uel bhear accidens apud ascensionem hominis ex deorsum in sursum.
f B. & aggregatione.
g B. principiorum membrorum.

ANNOTATIONES.

Quum spirandi difficultates multæ sint, asthma simpliciter nominant, quādo absq; febre ægroti perpetuo difficilem habent

Com.46. Cap.6. Com.4. Cap.29 *habent anhelitum, ut ait Gal. 6. aph. et 7. de comp. med. per loc. & 4. in 6. de uulg. morb. & Paulus lib. 3. Hic affectus, ubi ita increuerit, ut ægroti rectam thoracis figuram seruare cogantur, ne strangulentur, ὀρθόπνοια dicitur, quod & Celsus lib. 4. ubi modica affectio est, neque ex toto strangulat, uocari ait idem Celsus* Cap.4. *δύσπνοιαν. at quum uehementior est, ut spirare æger sine sono & anhelatione non possit, ἆσθμα. ita ut ad asthmatis rationem & illud accedat, Celsi testimonio, quod sine sono spirare non possint. Sanè quis hic affectus sit, & cuius partis, hic author statim docet, esse dicens pulmonis ægritudinem. licet ergo spirandi difficultas imminuta sit actio, & symptoma, hic tamen affectus, ob quem difficile spirant, morbus est in figura, et angustia meatuum. Quamuis item Celsus id malũ circa fauces esse asserat, non tamen faucium ait esse morbum: sed* Cap.8. *uere pulmonis affectio est. ut 4. de loc. aff. Gal. affirmat: & si ẽt sæpenumero ob aliarum partium consensum spirandi difficultas procreatur. ut 4. de loc. aff.* Cap.7. *Hoc uerò uitiũ, an acutum an diuturnum sit, ambigunt quidam: sed quamuis acutas accessiones ipsum habeat, quod et author noster ait, unde & Celsus asthma & orthopnœam acuta mala nuncupat, ꝙ uidelicet repente hominem strangulare queant: diuturnus tamen est morb. ut & Auic. et Gal. 4. de caus. pul su. et senile uitiũ est, ut 5. de tuen. ualet. quod ẽt in senib. difficile sanatur, ut 2. aph. legere est. Fieri uero hic affectus solet, ut Gal. 4. in 6. uulg. morb.* cap.22 cap.8. Aphor.40 *aut a crassis lentisque humorib. aut a crudo tuberculo in pulmone: aut pure in eum* Com.4. *confluente ex rupto tuberculo: propterea q́, materiæ redundantiã sequitur. Quandoque tamen ẽt ex siccitate pulmonis fieri author noster animaduertit, quamuis raro: quod et* cap.1. Com.22. & 31 *Rasis 4. Cont. Quandoque etiam ex frigiditate fieri potest, ut Gal. 3. aph. constringente uidelicet thoracem, uel fluxiones concitante. Nonnunquam etiam ob flatus, uel ob thoracis angustiam. pro qua repete Rasim 8. Cõt. tract. 1. Verum dignum hic dubitatione esset: an ex sanguine asthma fieri possit* cap.2. *Gal. ex pituita crassa gigni ait. Auicennas de sanguine non meminit. Crediderim tamen non minus ex sanguine asthma quam ex pituita fieri: sanguine, inquam, non è pulmone effuso (putresceret enim, & ulcus faceret & febrem) sed intra ipsius uenas adaucto, præter inflammationem ac febrem.*

De signis. *Cap.* 39.

SI fuerint causa asthmatis humores, aut humiditates in cãna ipsa, erit illic cõstrictio in principio anhelitus cum excreatione, & [a] [hæsitatione, & retentione materiei stantis, & grauitas] cum sputo rei ex loco propinquo. Et si fuerint humores ex catarro, erit subito: & si non, erit paulatim. Et si fuerint in [b] [uenis duris,] ꝑseuerabit diuersitas pulsus tremulosa. Et quandoque adducit ad tremorem cordis confirmatum, & interficit, & plurimum pulsus habentiũ asthma, est tremulosus. Si autem fuerit extra spatium, quocunque modo sit, non erit tussis. Et si fuerit cum communitate principiorum, significabit ipsum illud, quod præterijt. Et si fuerit cum communitate vicinorum, significat ipsũ additio ipsius propter excitationem [c] [materiẹ ipsorum.] aut repletionem accidentem in eis. Et si fuerit a catarrho, significabit ipsum dispositio eius. Et si fuerit ab eruptione saniei subito ad membra anhelitus, significabit ipsum illud, quod præcessit de apostemate, & collectione: deinde quod prouenit ex eruptione. Et si fuerit a siccitate, significabit ipsum sitis, & priuatio sputi omnino, & quod [d] [spuit,] quum recepit quod humectat, & administratur, quod humectat. Et si fuerit propter ventositatem, significabit ipsum leuitas partium pectoris cũ constrictione, quæ diuersificatur secundum acceptionem eius, quod inflatiuum est, & eius quod non est inflatiuum. Et si fuerit propter frigus complexionis pulmonis, & sicut fit in decrepitis, tunc ipsum paulatim incipiet, & confirmabitur.

a B. stertore uel rascatione & sẽsatione materiẹ stantis & grauitatis.

b B. arteriis pulmonis.

c B. quæ est in eis.

d B. minoratur.

ANNOTATIONES.

Quibus signis singulæ asthmatis species & causæ noscãtur, abunde docet. Cũ eadem ratione, eius quam ex sanguine fieri diximus, notas inuestigato, ex colore. corporis habitu, anteacta uitæ ratione, & cæteris ijs, quæ sanguinis augere copiam possunt, quæue in peripneumonia spectari solent, una excepta febre, quæ in asthmate non est.

De cura asthmatis, & constrictionis anhelitus, & [a] *[præparatione] eius.* *Cap.* 40.

IN facto quidem ab humiditatib. cura, & eius modus est, ut perueniatur ad finiendum humiditates, quæ sunt in pulmonibus eorum cũ facilitate & æqualitate. Et si scieueris ꝙ nocumẽtum accidens in eis, est propter multitudinem, tunc euacuabis corpus proculdubio cum solutiuo. Sintq́; medicinæ [b] [solutiuæ] subtiliatiuę, maturatiuę, absque calefactione uehementi ꝑducentes ad exsiccationem materiei, et [c] [subtiliationem] eius. Et propter hoc antiqui non apposuerunt in confectionibus curæ asthmatis opium, neque hyusquiamum, neque mandragoram, nisi intentio sit per illud prohibitio catarrhi, quando multiplicatur, imò neque psylliũ, nisi quod Deus uult gloriosus, & excelsus. Et propter hoc oportet, ut assidue fiat humectatio materiei, et maturatio eius, quum est grossa, et uiscosa. Et non sis cõtentus subtiliatione, aut incisione pura. Et quandoque adducunt labor eius, et inobedientia materiei, ad ulcus in pulmone. Et similiter quoniam omnia, quæ prouocant, nocent huic ægritudini inquantũ prouocant, propterea quia extrahunt subtile ab humiditate, & quum sentis cum asthmate grossitiem in hepate, oportet ut permisceas cũ medicinis pectoris, medicinas ex genere eupatorij, et absinthij. et illud quod coniungit inter duas res simul uehementer, est sicut rubea tinctorum, & aristol. etiam. Et quũ ille, qui curatur, est puer, oportet ut permisceatur tunc cum medicinis, lac matris eius. Et [d] [dentur ei sufficientes] medicinæ ẹquales, sicut fœniculum humidum cum lacte. Et ex eis, quæ iuuant ad maturationem [e] † [ ] est ius galli decrepiti. Et ex regimine iuuatiuo eius, est ut administretur fricatio pectoris, & quæ sequuntur ipsum cum manibus, et mandili aspero proprie si fuerit illic anhelitus prẹparationis: sitque fricatio æqualis, sicca absque unguento, nisi accidat lassitudo, tunc enim administratur unguẽtum. Et oportet ut [f] † [ ] administres in quibusdam horis abrotanum, et nitrũ, & fiat cũ eis fricatio uehemens. Et si materia est plurima, tunc necessaria est purgatio eius cum solutiuo

a B. præparationis.

b —— B.

c B. ingrossationem.

d B. sufficiunt eis.

e † B. & sputionem.

f † B in fricatione.

facto ex eis,quæ ſunt,ſicut ſemen vrticæ, & polypodium,& cucumer aſininus, & pulpa coloquinthidæ . Et ex regimine in hoc poſt purgationem, & vomitum , eſt adminiſtratio uocis cum eleuatione gradatim ad fortitudinem, & longitudinem . Et ex regimine in illa mundificatione, eſt adminiſtratio vomitus continui,& proprie poſt comeſtionē raphani, aut poſt potationem iiij.drach.† nitri cum pōdere v. vnc. ſyrupi de melle. Et illud quidem quādo fortis fit[g] [virtus,& debilitantur] res. Et elleborus albus valde iuuatiuus eſt: & eſt in ægritudinibus pectoris ſecurus,& abſq; timore. Et rectius quidem eſt,vt ſumantur fruſta ellebori,& figantur in raphano,& dimittantur ſic die & nocte,deinde extrahantur ab ipſo, & comedatur ille raphanus.Et etiam ſumantur ſynapis, & ſalis amborū an.drach.j.† nitri armeni drac.s.nitri danic.j.& dētur in potu in v.ſextarijs aquæ,& mellis:& quantitas mellis in ipſa ſit vnc.j. Et ex regimine bono in hoc, eſt aſſiduatio lenificationis naturę,& adiuuat eos ad illud receptio capparis ſaliti ante cibū,& [h] [ouorum taracorū antiquorum,] & iuris galli decrepiti cū medulla cartami,& volubilis,& † betę . Quod ſi per illa nō fit lenificatio, detur in potu aqua hordei, in qua vehementer decoctum eſt parū euphorbij.Et epithymum quidem eſt uehementis iuuaminis in hac ægritudine.Nam ſi ſumatur ex aqua, in qua decoquatur epithymum cū melle, eſt vehementis iuuamenti. Et ſimiliter ſi ſumatur ex eo aure.i.cum rob. Et ſimiliter decoctio ficuum,& calamenti,& rutæ in aqua, ſumātur ex ea cum melle,& ēt decoctio fenugræci cum ficubus pinguib.cum melle plurimo adminiſtretur ante cibum tpe longo,& reiteretur poſt ipſum.Et ſimiliter decoctio paſſularum, & fœnugræci cum aqua pluuiali. Et ex regimine in hoc eſt exercitium, in quo gradatio fiat ex tarditate ad velocitatem , vt non faciat accidere eis feſtinatio præfocationem , propterea quia ipſa mouet materiam laborioſe. In cibis vero eorum oportet,ut ſit gradatio ſimilis ei, quam prędiximus in exercitio. Et ſit eorum panis, panis coctus,habens ſemina,ut cyminum, aniſū, & ſimilia,ex maſſa fermentata . Et ſint eorum [i] [nuclei ſubtiliatiui,] in quib. ponuntur ſemen alraſede,& [k] [hyſſopum]& origanum, & calamenthum,& pinguedines,[l] [&] cibi eorū ſint de adipib.leporum,& cerui,& gazel,& proprie vulpis,& precipue eorum pulmones.Pulmo.n. vulpis eſt medicamen huiuſmodi ægritudinis, quum exſiccatur , & datur ex eo in potu pōdus ij.drac.Et ſimiliter pulmo ericij campeſtris.Eorum vero carnes ſunt , ſicut piſces petroſi,fluuiales,nō lacunales,& ſicut paruę aues,&[m] [ſtarnæ]& perdices,& ius gallorum confert eis . Et quandoque ponitur lingua arietis in cibis habentium aſthma. Sed eorum vina ſint odorifera,antiqua,ſubtilia,paruæ quantitatis. Et quando voluntas eſt,vt multiplicetur maturatio, & iuuamentum ad ſpuendum , accipiatur ex eo ſubtile valde. Et ſyrupus de melle confert eis etiam , & in vinis dulcibus adiutis cum aliquo ſubtiliatiuo adiuncto eis, eſt iuuamentum ipſis,propter illud quod in eis eſt ex abſterſione, & lenificatione,& calefactione ęquali. Et oportet ut elongētur inter cibum & potum,& non ſatientur ex aqua ſubito, imò pluribus vicibus. Ex rebus autem,quas oportet eos vitare,eſt balneum quantum poſſunt, & proprie poſt cibū, & ſomnus plurimus, & proprie ſomnus diei , & ſomnus poſt cibum eſt res nocibilior eis,niſi adueniat eis ſpatium uehemens,& laſſitudo , & caliditas:tunc nanque dormiat parum.& oportet vt vitent omne granum , in quo eſt inflatio , & vt vitent potare poſt cibum ſiue ſit aqua,ſiue vinum . Medicinæ uero ſolutiuæ fortes,quæ eis conueniunt,ſunt,ſicut in potu ſumant ex opopanacis , & pulpæ coloquintidæ amborum an,drach.s. cum aqua mellis.Aut caſtoreum cū ammoniaco , & pilulis de agarico neceſſarium eſt vti in menſe bis,quando cauſa fit fortis .Quarū deſcriptio. Recipe agarici tres partes,radicis [n] [lilij]praſſi amborum an.partē j.turbith partes v.hierę picrę.iiij.pulpæ coloquinthidæ,ſarcocollæ amborum an.drach.j.[o] †[ ]conficiantur cum rob:& ſit potio earum ij. drach. Et ēt pulpæ coloquinthidæ medietas aure.aniſi [p] [ſex]aurei,conficiantur cum aqua, & fiant ex eis pilulæ,& adminiſtrentur poſt adminiſtrationem clyſteris puri ante ipſas per diem.Et fit ex eis,quæ ſunt ſicut aqua† betæ, & oleum ſyſaminum,& †nitrū, & quæ curſu eorum procedunt. Et iterum pulpę coloquinthidæ danich.ij. ſeminis vrticę drach.j. epithymi. drac.s.conficiātur cum aqua mellis:& ſunt potio.j.& expectentur ſuper eam tres horæ:deinde potentur ij. [q] [drac.] aut iij. ex aqua mellis . Aut ēt pulpæ coloqnthidę, & ſceha æqualiter , †nitri medietas partis, radicis lilij,opopanacis amborū an.pars j.fiant ex eis pilulæ. ſitq; potio eorū ex drac.j.& s.vſq; ad ij.drac. & expectetur hora j. & detur in potu poſt eas media cotyla aquæ mellis.Et ēt ſynapis aur.j. ſalis cōmunis , qui ī pane ponitur.s.aur. ſucci cucumeris.aſin. s.aurei,fiant ex eis viij. trochiſci,& bibatur trochiſcus j.ex eis vna die,& die altera non,& potio ſit cum aqua mellis . Iſta.n.leniunt naturā, & faciunt ſpuere cum facilitate.In reliquis vero medicinis oportet vt permutatio fiat , & nō continuetur [r] [cū] vna medicina ex eis aſſidue, & amplectatur eā natura . Et iterū inter medicinas & corpora ſunt proportiones, quæ non comprehenduntur niſi cū experimento. Quū ergo experieris,[s] [conſequeris] quod magis ſit iuuatiuum: Et oportet vt obſeruetur pars effuſionis materiæ.Nam ſi fuerit ex capite, rege caput curatione catarrhi cum regimine mundificationis humoris . Et quandoque ponuntur in eo narcotica . Et lutum armenum eſt mirabile in prohibendo catarrhum. Diſtinctio vero medicinarum eſt ſicut medicamen Dioſcoridis , & ſicut ariſtol.ro. Sumatur inde in potu omni die. s.drach. cum aqua. Et ſicut ſerapinum cum vino,& ſemen iuniperi,& nux cupreſſi,& [t] [alfeſir , et ēt alfeſireſtem] iiij. danich et s. cum aqua radicum,et etiam acetum in quo infuſum eſt de ſemine vrticæ multoties [u] [pondus drach.ij. et ſemen] naſturtij ſuper quod diſtillatū eſt oleum amygdalinum dulce, et radix rubeę medietas,et quarta drach.vnius,cum oxymelle ſquillitico . Oxymel enim ſquilliticum iuuatiuū eſt ualde. Et ſquilla aſſata ipſamet , et proprie

† baurach.
g B. ægritudo, & difficilis fit.
† baurach.
h B. altharich antiqui.
† ſiclæ.
i B cibi ultimę menſæ.
k B.folia hyſſopi.
l —— B.
m B.franculini.

n B.Alia litera. liquiritiæ.
o † B. myrrhæ. drach j. Al. drach j.
p B.pars ſexta.
† ſiclæ.
† baurach.
q B unc.
† baurach.
r —— B.
s B.applica.
t B. alfaſera & etiā alfeſeraſten
u B.Alia litera. aut pondus drach.ii. ſeminis.

prie

prie cum melle,& aristol.ro.& duo calamētha, & sceha,& lilium etiam, & chamæpytheos, & castoreum,& etiam decoctio centaureæ.Et centaureę duę species iuuatiuæ sunt eis in duabus dispositionibus,grossa apud motum x [ ] in principio,& minuta apud quietem. y † [ ] in postremo fiat electuarium cum melle,& etiam † terebinthina solum, aut cum pauco pyrethro, & z [aqua rof.] Et opopanacum fortiter iuuat etiam hanc ægritudinem. Verūtamen est a ex eis,quorum maxima malitia timēda est in neruis.Et medicamen a [sulphuris]est eis vehemens iuuamen.Et etiam sumantur nasturtij,& sisami amborum ana.ʒ.xxx.& hyssopi sicci ʒ.vij.& fit potio eius secundum quantitatem testificatam. Et etiam pulmonis sicci vulpis v.calamēthi montani iiij. seminis apij, folij indi,amborum ana.viij.amomi piperis amborum an. iiij. seminis hyusquiami ij. Aut sume succum squillę cum melle equalis mensurę,cuius spuma proijciatur,& coaguletur super prunas,& detur ex eo in potu b [mistrum] ante cibum,& tantundem post ipsum.Et etiā calamenthum,& assa,& ireos,& anisum,& piper: conficiantur cum melle,& administretur ex eis quātitas vnius auellanæ mane,& sero.Et etiā polij, & sceha armeni,& chamæpitheos,& castorei, & olibani, & hyssopi omnium an. aureus j. sumatur & cum melle misceatur, & est potiones duæ.Aut † nitri iiij.piperis albi ij.aniudem. iij. ammoniaci ij. conficiantur c † [ ] cum rob. & fit potio eius quantitas fabę vnius cum aqua mellis.Aut castorei,& aristol.ro. ammoniaci omnium ana.aur.j.piperis.gra.x. misceantur cum rob vuæ;& potio ex eis fit quantitas fabę j.cum oxymelle.Et etiam prasij,& costi,& storacis,& granorum pini omnium ana aure.j.polij,& castorei amborum ana.aure j.piperis albi,succi cucumeris asinini omnium an. aure.s.conficiantur cum melle:& sit potio faba vna cum aqua mellis calefacta.Et etiam synapis & † nitri amborū ana partes ij. calamēthi fluuialis, succi cucumeris asinini amborum ana pars j.conficiantur cum aceto squillitico;& sit potio eius quantitas † herbi in aqua mellis crudi in ieiunio.Aut sceha,& absinthium, & ruta conficiantur cum melle. d [aut coagulentur cū decoctione mellis.]Et melius est sumere in potu cum oxymelle, e [aut] cum decoctione calamēthi cum f [ficubus;] & proprie quum fuerit illic caliditas.Et scias quòd enula,& aqua eius uehementer iuuant hanc ęgritudinem . Et ex medicinis fortibus,est arsenicum cum gūma pini,ex quo fiant pilulę ad asthma: g [Et] detur in potu arsenicum cum aqua mellis,& sulphur cum ouis mollibus coctis in aqua . Et ex medicinis bonis propinquis æqualitati, est cyminum cum aceto commisto, & est iuuatiuū valde ad anhelitum pręparationis.Et etiam mucillago synapis albi cum ęquali mensura mellis decoquitur,vt electuarium,& administretur.Et apud uehementiam præfocationis, & constrictionem anhelitus,sumatur † nitrum. ʒ. iiij. cū ʒ.ij.nasturtij.in v.vnc.aquæ h † [ ] mellis.Conferunt enim ei qui hanc patitur ægritudinem statim,& sunt iuuatiua sciaticæ.Et olea quę distillantur in potibus eorum, & pro

x † B.&.
y † B &.
† glutē alimbat
z B. galbano.
a B. Alia litera, saulium.
b B. mesthārum
† baurach.
c † B. cum melle aut.
† baurach.
† orobi.
d B. inspissetur decoctio cum melle.
e ——B.
f B. lacte.
g B. Aut.
† baur. h.
h † B. &.

prie sunt oleum amygdalinum dulce, & amarum,& oleum de pineis.Et inunctiones sunt sicut oleum de lilio,& oleum laurinum,& ex eis confricando inungatur pectus . Et similiter oleum anethinū . Suffumigatio autem sit, sicut arsenicum,& sulphur, ex quibus fiat suffumigatio cum adipe renum, i † [ ] & etiam myrrha,& costus, & casia, & crocus, & aristol.& etiam storax, k † [ ] & galbanum,& aloe scotrensis, & etiam arsenicum,& aristol.lon.terantur, & conficiantur cū adipe vaccino & fiant ex eis auellanæ, & suffumigetur ex eis cum ʒ.j.decem diebus fiat,& omni die ter. In asthmate autem & constrictione anhelitus factis propter uapores fumosos, dominantes in corde,& ab humoribus existentib. in arteriis cordis,confert phlebotomia. Et melior est illa,quæ fit in latere sinistro.In cura aūt factorum propter uentositatē,intentio est duę res:quarum vna est resolutio ventositatis cum facilitate,quòd fit cum subtiliatiuis notis.& secunda est apertio oppilationis,ut inueniat,qđ inobediens est ex ea ad dissoluendum, meatū . Et ex eis,quæ conferunt ad hoc,est inunctio etiam cum oleo de nereidem,& oleo laurino,& oleo rutaceo.Et ex emplastris iuuatiuis est anethum,& chamæmilla,& sampsucus;decoquantur,& uaporentur ex eis pectus,& ambo latera. Et ex eis,quæ in potione sumuntur.sunt ex sagzenea,& homorusia,& cochium,& serapinū, & opopanacum, et sit potio cuiuslibet eorum aureus. In asthmate autem & constrictione anhelitus factis propter catarrhum,oportet ut laboretur cum cura prohibente catarrhum, et faciente spuere quod aggregatum est. Sed illius quod existimatum est ex constrictione anhelitus esse propter neruos,et est secundum ueritatem species difficultatis anhelitus, et ex malitia anhelitus,et non ex capitulo difficultatis anhelitus,iam diximus curam in capitulo difficultatis anhelitus.Factis uero a siccitate et exsiccatione confert potus lactis asinini,et caprini, et succi l [frigidi et humidi,] et oleum amygdalinum, m [et sorbitiones,] uinum subtile habens admista ex humectantibus.Et fugere calefacientia cum potentia et resoluentia,et exsiccantia, quę sunt ex eis quæ sciuisti, et conueniunt eis epithemata humectantia, et emplastra, et unguenta tenera. In constrictione uero anhelitus facta propter caliditatem, cum qua inuenitur inflammatio;oportet vt administrentur emplastra infrigidantia,et cerataria infrigidantia, et est in ueritate species malitiæ anhelitus, non constrictio anhelitus, et potio uiolati conditi, et aqua hordei conferunt ualde in ea. In facta uero a frigore,calefacientia bibita,et illinita,et decoctio fœnugræci cum passis, conferunt eis.

i † B. Alia litera caprarum.
k † B. liquida.
l B. & olea frigida & humida.
m B in sorbitionibus.

ANNOTATIONES.

Etsi multitudo quęuis euacuationem indicat, humorum tamen redundantia in pulmone educi medicamentis non potest, nisi uel validissimis, vel longo post tempore. quod sanè longo itineri ascribendum est, per quod transire, quæ ingeruntur, oportet, priusquam ad ipsum thoracem perueniant. Purgandum tamen hic author iubet, non educendæ eius

eius materię gratia, quę in pulmones irrepsit; sed imminuenda, si in toto corpore affluat, uel retrahenda, si in fluxu sit, uel fluxuram uerearis. Nihil de eductione per sanguinis missionem meminit: quòd asthma, de quo agit, ex frigida, & crassa materia est: qua affluente religiose euitanda uenæ sectio est, ne misso sanguine, quod humorum reliquũ est,

Cap. 29.

refrigeretur, & incraßetur magis. Paulus tamen lib. 3. si necessitas urgeat, secandam venam censet: atque id, si, vt nos arbitramur, ex sanguine asthma fiat, audacter agendũ fuerit; si cætera aßentiantur. id enim mirum in modum conferre, testari possumus illud ipsum non semel experti, successu magno. De medicamentis uero, illud obseruandum, vt sint ualidissima, quum alioqui imbecillium uis antea dissoluatur quàm ad thoracem perueniat. de qua re hic author lib. 1. fen 4. etiam admonuit. Quod item eadem hu-

Cap. 6.

miditate uacare non debeant, neque frigida sint 7. de cõp. med. per loca Gal. quoque scriptum reliquit. facienda nempe fluxilis materia est. fit uerò id humidis, quæ frigiditate uacent, quum frigiditas incraßet. licet tamen quandoque etiam frigidis uti, ubi tenuis fluxio pulmones infestet. Cæ-

Cap. 6.
Cap. 16. cap. 4.

tera pete ex Gal. 7. de comp. med. per loc. Vide & Paulum lib. 3. Celsum libro quarto, & Rasim 9. ad Almans. Vnum hic in medicamentorum enumeratione author iubet ijs verbis.

Et ex medicinis fortibus est arsenicum &c. quod summè obseruandum est, arsenicum quippe exhibet cum gũmi pinus, aut hydromelle: & paulo etiam postea suffitum ex eodem parat. quod tamen constat uenenum esse pernitiosissimum. Idem etiam 2. lib. ubi de arsenico agit, prodesse ipsũ cum ęnomelle et hydromelle inflatis memoriæ commendauit. Fortaße resinæ uel hydromelli admistum non offendit veluti & quod ex hydrargyro paratur, et præcipitatũ uulgo nuncupatur nostra tempestate, cum saccaro rosaceo usitatum. Nos tamen, ut libenter ab huius generis medicamẽtis abstinemus: ita eos probare non poßumus, qui in id discrimen ægrotos ducunt. quum et frequenter ac paßim uidere sit peßimo hæc succeßu aßumi.

De cura aliquarum spetierum anhelitus, Cap. 41.

SI fuerit causa in malitia anhelitus, caliditas cordis, administra medicinas infrigidatiuas bibitas, & linitas. Et si fuerit causa multitudo vaporum, qui sunt in ipso corde, aut in pulmone, venientium ad ipsum ex locis alijs, phlebotoma basilicam, & administra euacuationem

a B. syrupo acetoso.

cum aqua casei accepta cum [a] [oxymelle] cum hiera picra. Et administra fricationem manuũ, & pedum: & si fuerit causa humiditas subtilis, administra quod tẽperet substantiam eius cũ ingrossatione. Et si fuerit causa humiditas æqualis, verum ipsa erit oppilatiua, administra quod abstergit, sicut sunt grana pini, & nuces, & passæ, & conferunt malitiæ anhelitus humidi sacraiti ex aqua albedarungi humidi, aut aqua rutæ. Si autem fuerit humiditas grossa, administra mundificantia prędicta, fortis abstersionis, sicut est squilla, & hyssopus, & similia eis & redi ad illud, quod dictum est in capitulo asthmatis, & quę numerantur in pectoralibus. Et si fuerint uapores, & humiditates uenientes ex locis alijs, cura cerebrales ex eis curatione catarrhi, & mundificatione capitis, nisi sit catarrhus ex debilitate substantiæ cerebri: quoniam curationem non habet. Et cura quod aduenit ei ex locis alijs, cũ attractione materiei ad partem alteram, post phlebotomiam, & euacuationem. Et incipe confortare pectus cum eis, quę sunt sicut aristol. & [b] [succudrium] & stœchados, & † aldeiacur purum, & confortatum confert ualde in mundificatione capitis. Et si fuerit causa nerui, administrabis ea, quæ ipsos confortent, & confortent spiritum in eis, & uiuificent ipsum, sicut sunt olea bene redolentia. &

b B. scordium.
† diacodion.

si fuerit propter apostema in [c] [meatibus] aut malitiam complexionis, cura cum ipso, quod dictum est in suo capitulo. Et si fuerit cum cõmunitate stomachi [d] [conforta] stomachum, & conforta ipsum cum eo, quod dicitur in capitulo suo. Et si fuerit ex frigore, administra ea, quæ sunt sicut sagzenea, & homorusia, & [e] [alinkirdea.] Et si fuerit ex siccitate, administra quæ sunt, sicut penidiæ cũ lacte mulcto, & quæ dicuntur in capitulis alijs. Et si fuerit ex uentositatibus, administra uaporationes prædictas in asthmate, & emplastra, & alia. Et scias ꝙ crocus est ex summa medicinarum conferentium valde malitię anhelitus, & difficultati ipsius, propterea quia confortat instrumentum anhelitus & facile ipsum efficit.

c B. meri.
d B. mundifica.
e B. anacardina.

De cura difficultatis anhelitus ex hac summa. Cap. 42.

SI est illud ex humiditate, Gal. præcipit dari medicamen confectum cum melle in omni mense bis, & sit potio eius xxxvj. kirat. Et in die in quo ęger ipsum sumit, non loquatur, neque moueatur ante illum diẽ, duobus diebus. Et in hora septima, recipiat panem cum uino commisto. Et in sero uitellum oui cum medulla panis. Et in mane habeat pullum paruum, de quo sumat ius, & balneetur in sero illius diei. Si autem cum hoc non remouetur, administretur confectio [a] [adscind] & medicamen Andromachi proprie, quando prolongatur ægritudo. Et si ægritudo fuerit ex capite, administretur ablutio capitis omni hebdomada bis cũ sapone, & † nitro, & utatur sternutatorijs, & gargarizet rob de moris cũ aloe, & myrrha. Et utatur exercitio inunctionis cum fricatione super dorsum, & utatur ligatione crurium incipiendo a superioribus, & perueniendo ad inferiora. Et administrentur mundificatiua prædicta, & pilulę huiusmodi secha, ramorum rutæ, et herbę absinthij sumantur partes æquales, & omni die formentur ex eis ij. pilulę ad modum ciceris, et sumantur, & post eas oxymel, & proprie squilliticum. Et iterum aliæ. Recipe castorei, secha, amborũ an. partẽ j. absinthij [b] [amygdalarum amararum, amborum] an. partem. s. fiant pilulæ sicut cicer. Et electuarium de caulibus est, bonum eiset etiam calex sanguisugarũ, quæ sunt sub urceis, quum aduruntur in testa, donec fiat cinis, et commisceantur cum melle, & administretur ex eis omni die cochlearium unum. Et omnes isti modi conferunt, quũ causa est neruosa. Si uero est ex caliditate, tunc trochisci iuuant ualde, qui recipiunt rosarum. ℥. vj. radicis [c] [lilij] ℥. xiiii. almirberis. ℥. ii. laccæ [d] [aristol.] masticis, succi eupatorii, succi absinthii, spicę, anisi. seminis fœniculi, omnium ana drach. iii. croci. drach. s. seminis citruli, et cucumeris,

a B. albesd.
† baurach.
b B. & cimini.
c B. liquiritiæ.
d B. raued.

meris, et cucurbitæ, et melonis omnium ana. ℥. j. gummi dragacanthi, succi liquiritiæ: † [ ] omnium ana. ℥. j. & oportet ut administretur euacuatio cū eo quod educit humores calidos. Si autē fuerit propter debilitatem aduenientem neruis, aut nocumētum, oportebit vt curetur cum eo, quod cōfortet spiritū, qui est in neruis ex oleis calidis odoriferis, sicut est oleum narcissinum, & f [de lilio, & sambac: & oleum factum cum specieb. & pipere & cinnamomo, & similibus] & cetaria facta ex illis oleis, & oleum de croco. Et crocus ipse est vltimus in iuuamento ipsius. Et si fuerit causa percussio aduenięs origini illorū neruorum, curetur cum eo quod oportet ex g [locis apostematis.

e† B. sem malue

f B. & susef, & oleum alrazachi, & olea facta cum aromaticis.

g B. prohibentibus apostemata

ANNOTATIONES.

Hic reliquas asthmatis causas prosequitur, & docet ut auferri debeant. Pro qua re pete loca superiori capite adducta. Unum hoc loco est obseruandū. In curatione asthmatis ex uaporibus, uenam secat, exhibet purgatorium medicamentum, fricationem manuum & pedum proponit. Ex his, frictiones extremorum nunquam profecto non conueniunt, quum reuellant, at de uenæ sectione ac purgatione ambiguum uidetur, quum neq; sanguis neque alij humores affluant. Utrunq; tamen conferre potest, dum cum sanguine uel alijs humoribus simul etiam flatus educuntur, quā uis hoc per accidens. Venæ sectio præsertim opportuna uidetur, ubi flatus ex putridorum humorum flatu efferūtur, medicamentum, præcipue ex hiera, quod author proponit: ubi ex frigiditate collecti sunt flatus.

TRACTATVS II.

De uoce. *Cap.* I.

Vocis factor est lacertus, qui est apud epiglottim cum mensuratione apertionis, & expulsione aeris egredientis, & percussione eius, & eius instrumentum est epiglottis, & corpus simile linguæ fistulæ: & est instrumentum primū in ueritate: & reliqua instrumenta sunt a [innitentia] & adiuuantia. Et emittens materiam eius, est velamen: & lacerti pectoris b [afferunt allationem aeris uelamini,] qui inundat apud epiglottim. Quum ita fit, tunc nocumentum accidit ei aut ex causis efficiētibus, aut propter causam mittentem materiam. Et eius quidem nocumentum, aut est destructio, aut diminutio, aut alteratio propter raucedinem, aut acuitatem, aut grauitatem, aut asperitatē, aut tremorem, aut aliud. Et unaquæque harum causarum non facit ægritudinem nisi cum malitia complexionis singularis, aut cum materia, & proprie ex catarrho, c [& læsione] accidēte epiglotti. aut propter illud, quod accidit ei ex solutione singularis, & īcisione, aut apostemate, aut dolore, aut percussione, aut casu. Et quandoq; est nocumentum in d [ipsa eadem;] & quandoque est cum communitate principij, propinqui neruis, qui dilatantur ad illos lacertos, & principia eorum: e [&] longinqui, sicut est cerebrum. Et quandoque est cum communitate membri uicini, quod est ex membris nutrimenti, aut ex membris anhelitus, aut continentis ambo quę sunt uentris, & pectoris; aut continui cum f [ambobus, quòd est ex spondylib. spinę,] i mò ex palato. Nam si alteratur ad humiditatem, aut ad siccitatem, & asperitatē, tunc iam alteratur uox. Et ex hoc genere est incisio vuę, & duarum amygdalarum. Nam habens eā, quum vocem emittit, sentit, quasi commotionem fortem facientem esse necessariam rascationem. Et quandoque oppilantur guttura eorum apud omnem uociferationem. Ex parte autem lędentis fit: quoniam vox alteratur propter vehementiam caliditatis pulmonis, aut frigiditatis eius, aut humiditatis ipsius, propter cursum saniei ad ipsum ex apostematibus, aut propter cursum catarrhi ad ipsum, aut siccitatem ipsius. Caliditas autem magnificat vocem, & frigiditas acuit eam & minorat eam. Et siccitas exasperat eam, & facit eam similem uocib. gruum. Et humiditas facit eam raucam. Et planitudo æquat eam, & facit ipsam planam. Et quando repletur pulmo humiditate, & canna non est munda, non est possibile homini emittere uocem altam, neque claram; quoniam illud est cum quantitate claritatis pulmonis, & epiglottis, & e contrario claritatis amborum. Et quandoque diuersificatur vox in grauitate, & acuitate sua secundum dilatationem cannæ pulmonis, & epiglottis, & constrictionem earum. Et quando fortia fiunt nocumenta prædicta in membris mittentibus, & adducētibus, destruitur vox, & non oportet, ut destruatur locutio. Locutio nanque quandoq; completur cū anhelitu ęquali sicut faciebat homo, neruo reuersiuo cuius accidit frigus, quum esset necessarium ut discooperiretur cum ferro, quare destructa est uox eius. Et fuit alius, qui quum curaretur a scrophulis, incisus est ei unus duorū neruorum reuersiuorum, quare abscissa est medietas uocis g [duorum lacertorum,] & quum nocumentum est in lacerto dilatatiuo, fit uox rauca, & quando est in lacerto motiuo, dilatatiuo, est uox præfocatiua; imo quandoque accidit ex eo præfocatio, & quando est in lacerto mouente constringente, est uox sufflatiua: & quum destruitur eius operatio, destruitur uox. Et quando accidit in ipso mollificatio non integra, & dispositio eius est similis tremori, tremit uox. Et quādo non peruenit humiditas ad hoc, vt mollificet, raucescit vox. Raucedo igitur quum accidit ab humiditate, accidit ab humiditate pauca, & quum multiplicatur parumper tremit, & si multiplicatur plurimum, destruitur. Et quandoque raucescit uox propter h [dilatationem] instrumenti uociferationis, quare accidit propter eam lassitudo, aut apertio, aut tensio, & deterior est ea, quę est post cibū. Et quandoque raucescit propter frigus i [difficile, & calorem superfluum, cum eo quod k [extenditur] ex complexione, & similiter uigilię, & cibi asperi. Et raucescit propter multitudinem clamoris, & attractionem humorositatis causa eius ad tunicam cooperiētem guttur, & epiglottim. Et raucedo quę accidit decrepitis, non sanatur. Et quum fuerit ęstas septentrionalis, sicca, & eius autumnus meridionalis pluuialis, tunc raucedo, multiplicabitur in ipso. Et uarices, quum apparent, sunt

a B. emittentia.

b B. & deferēs materiā eius est pulmo, & materia eius est aer.

c B. humectāte

d B. ipso per se

e B. aut.

f B. & quod cō tinuatur cū eis ex annulis spōdylium.

g —— B.

h B. Alia litera, laborem.

i B. exasperans.

k B. deterioratur

l B. multo si es ex causis redifi cantib. uocem. m B. humiles.

sunt [l] [plurimum causarum conueniente uoci.] Et scias quòd conualescentes, & [m] [debiles, &] religiosi, & similes cum debilitate sua eis, propter paucitatē virtutum eorum, sunt quasi deficientes ab operatione in aere plurimo; quare angustatur eorum epiglottis, ita ut acuatur eorum vox. Et quando nititur debilis, vt dilatet epiglottim suam, & grauetur vox eius, non auditur omnino.

ANNOTATIONES.

Vox & sermo differunt. quibus enim datus sermo est, ijs & uox: non tamen contra, ut Arist. 4. de par. animal. (cap. 6.) *Vnde & alia uocis instrumenta sunt, alia sermonis, ut lege re est 4. de loc. aff.* (cap. 6.) *Vocis instrumenta sunt guttur, larynx, musculi, & nerui recurrentes: sermonis uerò, lingua, labra, dentes, palatum, gurgulio, & nares. principatum tamen in sermone lingua obtinet, uti & in uoce epiglottis. quod & lib. de uocal. instr. diss. & 7. de vsu part.* (cap. 2.) *& 2. de plac. Hip. & Plat.* (cap. 5. cap. 4.) *Cætera uerò adiuuant. Est uox, ut ex Arist. 2. de anima colligere est,* (Text. 90.) *repercussio expirati aeris ad uocis instrumenta ex imaginatione. Vt fiat vox, materiam adesse oportet: aerem uidelicet, qui exsufflatur. vnde in profundis thoracis vulnerib. vox offenditur, ut 4. de loc. aff.* (cap. 6.) *Vt exsuffletur aer, exspirari oportet. at non sola exsufflatio satisfacit: sed cum strepitu efferri oportet: tunc verò uox æditur. articulatur hæc postmodum, & fit sermo: ut quinque hæc sese consequantur, exspiratio, exsufflatio citra strepitum, strepens exsufflatio, uox, loquela, ut ait Gale. 4. de loc. aff.* (Cap. 6.) *Quarum, si prima lædatur, reliquas omnes lædi necesse est: ultima uerò læsa aliæ non læduntur. at cum secūda reliquæ tres: cum tertia reliquę duę: cum quarta postrema sola offenditur. Hæ verò omnes, sicuti diuersæ actiones sunt: ita et diuersarum partium ope fiunt. exspirationem uniuersi thoracis musculi contrahentes faciunt. exsufflationem, quæ uehemens est exspiratio, intercostales præsertim musculi. strepentem exsufflationem musculi, qui in faucib. sunt. vocem gutturis musculi. sermonem lingua præsertim: ac præterea dentes, labra, narium foramina, palatum, gurgulio, ac symmetrum præterea linguæ uinculum. Quæ quidem, quum ita se habeant: ac vox & sermo tripliciter lædi possit, ut & cęterę actiones, aboleri, imminui, deprauari; quum item actio non offendatur, nisi partibus vel principibus, vel quæ his famulatur, oblæsis, constare potest lædi uocem, sermonemue offensa larynge musculis gutturis, recurrentibus neruis, lingua, labris, palato, gurgulione, paristhmijs, & narib. quę uocis sermonisq́, efformandi instrumenta sunt præterea verò thorace & pulmone, quæ materiam uocis præbent. adde & ventriculo, iecinore, spinali medulla, a qua nerui ad thoracem eunt, & partibus demum affectis omnib. quę thoraci incumbunt. Offendi vero hæc omni morborum genere possunt, intemperie, mala compositione, solutione continui, a quacunque hæc causa euenerint. quę hic fusius prosequitur pro quib. pete Galenum 7. de comp. med. per loc.* (cap. 1.) *& 14. meth.* (cap. 9. cap. 28.) *& Paulum lib. 3. Sed vnum hic animaduertendū. Ait loquens de magna et parua voce, caliditatem uocis magnitudinem facere. At huius contrarium Gale. scribit lib. art. med.* (Cap. 67.) *nempe uocis magnitudinem, non a caliditate fieri, sicuti neque paruitatem a frigiditate, sed asperę arterię latitudinem sequi, & vehementiorem efflatum. Ad hoc tamen paucis. Caliditas per se quidem uocis magnitudinem non facit, sed per accidens: dum asperam arteriam in eius generatione dilatat, quod & Galenus loco citato innuit. negat autem per se, non quouis modo a calore uocis fieri magnitudinem. At obijcies Galenum de naturali calore verba facere, hunc verò de eo qui pręter naturam est, quum dicat* [*Ex parte autem lędentis &c.*] *Dicimus alios codices legere* [*ex parte autem mittentis &c.*] *atque ita, non de accidentali caliditate agere, sed de naturali. Quod si tamē velis de accidentario uerba fieri, quum caliditas pulmoni maioris exsufflationis materiam pręstet: dixerimus nos etiā vehementioris uocis causam esse, si modo vires validę sint nempe, quòd maiori impetu aer, dum expiratur, in asperam arteriam ac larynga irruat. at si imbecilles sint vires: tunc, quia debiles sunt, etiam parum aeris mouent, ut Arist. 11. problem. sect.* (Probl. 21.) *& paruę etiam voces fiūt. At Auicennas de caliditate intelligit, cum qua virium adsit robur. Cęterum apparet rursum controuersia. Gal. sicuti supra notatū est, 4. de loc. af.* (Cap. 6.) *de vocis materia agens, quinq; ait sese consequi, exspirationem, exsufflationem, vehementem exsufflationem, uocem, sermonem, quarum si primā offendatur, offendi & reliquas: si secunda, reliquas tres: si tertia, duas, quę supersunt: si quarta, quę vox est, offendi etiam sermonem. At huius contrarium author hic scribit, quum ait,* [2] [*Et quando fortia fiunt nocumenta. nempe destructa voce, non oportere ait, vt destruatur locutio. Sanè euidens cō tradictio hęc est. Certum tamen est, sępenumero offensa uoce, non offendi loquelā. Nouimus nos, quib. quum ijs, (quod ferè author ait) recurrentes nerui secti essent, ablata fuerit vox: ipsa tamen sermonis explicatione integra. Adde & quum submissa voce loquimur: abolita ipsa videtur vox, loquendi tamen vi illæsa. Nostra ergo sententia Gal. sermonis nomine, prolatum altius sermonem intelligit, qui certe abolita voce & ipse aboletur. Aut, quum submissa voce loquimur seu ex morbo, seu ex industria: non prorsus amissa vox dicitur, sed pressa admodum: cui & pressus proportione respondet sermo. Aut ēt per vocis destructionem author magnę & vehementis abolitionem intelligit: vt sensus sit, auferri quandoq; vociferandi vim: non tamē submissa loquendi voce. Aliud tertio loco quæstione dignum videtur, quia hic de vocis lęsæ causis agitur quid sit, cur inspecto lupo obmutescimus. Vulgus id solum euenire putat: ubi nos a lupo prius inspici contigerit, quam nos lupum videamus: cui & Poeta noster, suffragatur, quum ait, lupi Mœrin videre priores. Non læuis quæstio hęc est. cuius nullus causam hactenus literis prodiderit. Fortasse autem non, vt vulgus putat, tunc solum voce destituimur, vbi priores nos conspici contigerit, sed vbi propinquum illum nobis animaduerterimus. atq; huius rei causa caloris ac spirituum retractio esse potest ob metum. ex timore enim obmutescimus, aut aut certe tremula & imbecilla vox redditur, vt Arist. 27. sect. proble.* (Probl. 7.) *& Galenus 2. de sympt. caus.* (Cap. 2.) *Quòd si etiam tunc voce destituimur, quum longe a lupo differimus: vel quum is prior nos inspexerit tantum (id quod nobis non satis constat) nos certè non videmus, quid aliud quam abdita, & ignota nobis proprietas huius rei sit causa.*

De cura. *Cap.* 2.

CVra abscissionis vocis est, vt si fuerit propter malitiam complexionis, in quibusdā lacertis, aut nocumentū, curetur cum eo quod oportet in capitulo suo, quod sit ex eis quæ sciuisti. Et ille quidem qui sentit initium abscissionis vocis, oportet vt incipiat ad curandum, antequam fortis fiat. Accipiat ergo vitellū oui elixati, & sisami excorticati, & lactis bouini, omnium ana, coclearium vnum, & sumat in potu cum aqua omni die tribus diebus. Et oportet, ut sorbeat quod decoquatur in interiore parte granati [a] [melisia] dulcis decocti, sepulti in cinere calido, & assumpti ab eo, quum le-

a B. melasie.

nitur

b B. agitetur.

† Alii cod. non habent, aut epi glotti.

nitur: & eradicetur quod in eo superius est, & b [radatur] quod in ipso est, cum spatula, & effundantur in ipsum parum aquę zuccari, & bibatur. Et si fuerit ex humiditate in lacerto propinquo epiglotti, † aut epiglotti perueniente ad finem in mollificatione, & non sit illic dolor, & sint illic conturbatio, & grauitas; oportebit tunc ut sumantur ficus siccę, & calamenthum etiam, & decoquantur. Deinde misceantur cum gummi arabico contrito cum decoctione sua, donec fiat sicut mel, & deglutiātur. Aut sumantur myrrha & crocus cum coagulato vuæ: aut sumantur croci ʒ.iij.s. myrrhæ, succi liquiritię, thuris omnium an. ʒ.j. aggregentur cum rob vuę c † [ ] coagulentur. Aut sumantur croci ʒ.j. & assæ fœtidę medietas, & mellis ij. decoquantur donec coagulentur, & fiant ex eis pilulę, & teneantur sub lingua. Et electuarium de caulibus confert eis etiā & masticatio remorum caulium humidorum & sorbitio aquæ eius paulatim paulatim est iuuatiua. Et quando non confert electuarium de caulibus, ponatur super ipsum parum assæ fœtidæ, & farina † herbi, & fœnugræci, & porrorum de Sceni, & anabati, & cæpe & succus eius & allia, & phistici, & vua dulcis hyemalis: & ēt sumatur zingiber conditum d [cum lacte vltimum in nutritione,] & teratur donec fiat simile medullę. & proijciatur super ipsum medietas ipsius de longo pipere contrito sicut alcohol, & quarta eius de croco similiter, & quātum est totum de amylo, & conterantur cū tabarzet e [resoluto & preparato,] aut cū melle, f [quod sit purum] valde. Et ex cibis illis, qui g [confortant sensum,] sunt sicut pedes, h [& extrema,] & proprie pedes vaccarum ex quibus i [comedat. Et oportet in eo quod est a siccitate neruorum tantum,] & proprie cum communitate meri (& eius signum est, vt non sit cum raucedine magna, imo parua, & acuitate, & claritate quadam, quæ est cum asperitate, & dolore) k † [ ] vt sumat in hora dormiendi ex oleo uiol. recenti dulci cochlearium vnum cum zuccaro tabarzet. & cōfert ei mucillago seminis psyllij cum aqua zuccari plurimi, & cibi humectatiui l † [ ] & ius gallinæ factum in issideget: & ius olerum notorum. Et ficus sunt iuuatiuæ ad abscissionem vocis, siue sit ex humiditate, siue sit ex siccitate. Et medicamen ficuum factum cum calamentho confert debilitati vocis, & raucedini eius.

c † B. aut cum melle.

† erui.

d B. tenerū seu molle optime conditum.

e B. dissoluto habente spissitudinem.

f B. & est mundificatiuum.

g B. Alia litera. asperiturem.

h ——B.

i B. comedatur nerui solum, & proprie cū melle, aut decocti cū melle Quod si fuerit ex sicci tate.

k B. oportet.

l † B. lenificatiui.

ANNOTATIONES.

Cap. 1. Cap. 2. cap. 28. *Aemulatur Galenum 7. de comp. med. per loca. præsertim uerò Rasim 6. Cont. tr. 1. Tu pro hoc & sequentibus de uoce capitibus uide Paulum lib. 3. nec non Rasim 9. ad Almans.*

Cura raucedinis uocis, & asperitatis eius. *Cap. 3.*

IAm sciuisti causas raucedinis. Et scias quod ille cuius vox raucescit, oportet vt alienet a se omne acetosum, & salsum, asperum, & calidum acutum, nisi velit per hoc curam & incisionem: tunc enim utatur eis permistis cum medicinis lenificatiuis. Si autem raucedo accidat ex multitudine uociferationis, assumat ficuū, & mentæ, & aloes partes æquales, & conficiat ea cum rob, & sorbeat ex medulla tritici, & kist hordei, & oleo amygdalino, & croco, & vtatur cum vino vuę. a † [ ] Et confert illud quod dicitur in incisione uocis, & proprie medicamen de assa fœtida cum croco. Et si est illic caliditas, tunc detur ius de atriplicib. & maluis, & aqua hordei, & grana cucumeris, & amylum, & amygdalæ. Et si fuerit causa frigus, iuuantur etiam cum medicinis de assa fœtida, & croco prædictis. Et sumantur synapis assati ʒ.iij. piperis ʒ.i. & myrrhæ ʒ.vj. storac. b [ēt calamitæ] & galbani amborum an. ʒ. iiij. fiant ex eis pilulæ, & teneantur sub lingua. Aut sumā tur myrrhę pondus ʒ.ii. olibani ʒ.x. coniungātur cum uino. c † [ ] Et si fuerit ex vociferatione, & lassitudine, confert ei balneū, sicut confert reliquis speciebus lassitudinis. Et conferunt ei cibi mollificatiui, & conglutinatiui, sicut lac, & vitelli ouorum sorbilium sine sole, & † tri, & sorbitiones notæ, & ius de atriplicibus, & maluis, & quæ sunt ipsis similia & pilulæ factæ ex amylo, & dragacantho, & succo liquiritiæ, & gummi: & pilulæ lenitiuę digestiuæ. Si autem fuerit d [ex apostemate, resoluatur cum eo] & similiter gargarismata, & confectiones molles, quę lambi possūt lenificatiuæ, quę sunt ex summa eorum, quibus curatur synantia calida; & similiter sorbitiones, quæ aggregant ad conglutinationem, & abstersionem absque mordicatione, sicut factæ ex farina fabarum, & semine lini. Et fortius hoc, est † terebinthina. Et conuenit habenti hanc raucedinē vt abhorreat vinum penitus, & proprie in principio. Et quando e [fuerit ex apostemate calido bibat vinum dulce.] & raphanum decoctum, & almuri confert eis. Et quando est ex humiditate, tunc non est excusatio f [quin sint necessaria predicta] in incisione uocis. Et omnes medicinę illæ conferunt ei, & sorbitiones factæ ex farina fabarum: & ex eis est decoctio † herbi, quæ est iuuatiua in hoc capitulo: & res quę sūt in primo gradu abstersionis, et similiter tri, et lac. g † [ ] deinde myrrha et squilla, & quæ procedūt cursu earum. Et si fuerit hęc raucedo humida ex catarrho, dentur habenti eam papauer, & rob eius. Et ex eis quę clarificant uocem asperam, & turbidam, est masticatio cubebę. Et ex medicinis remouentibus raucedinem, est aqua granati feruens, in qua postea distilletur oleum viol. et h [præparetur.]

a † B. cocto.

b B. liquidæ.

c † B. cocto.

† itria.

d B. sicut apostema resoluatur cum eis.

† gūmi albotin.

e B. desiderat ipsum cōcedi pōt potus uini dulcis. Alia litera. fuerit apa, cōcedi potest potus uini dulcis. Alia litera declinat ægritudo cōcedi potest uinum dulce.

f B. ab abstersiuis prædictis.

† erui.

g † B. deide butyrū, & coagulatum vuæ. i. rob vuæ, & radix liquiritiæ, & succus seu rob ei, deinde fabæ cū melle, & decoctio ficuum.

h B. inspissetur.

De medicinis conseruantibus lenitatem a [*pectoris,*] *& quę bona sunt ei.* *Cap. 4.*

a B. uocis.

SVnt fabæ, grana, pini, et passæ, et ficus, et gūmi, et fœnugræcum, et semen lini, et dactyli et radix b [lilii, et amygdalę, et proprie amaræ. et cannę zuccari, et sebesten, et syrupus de melle, et rob prædictū post. Et ex medicinis calidis sunt myrrha, et assa fætida, et piper, et galbanū, et olibanum, et † terebinthina, et calamēthum. et gum-

b B liqniritiæ.

† gluten albotim.

B. liquida.

& gumma pini, & storax [c] [calamita] & acetũ squilliticum, quando est ex caliditate, & siccitate, & radices opopanacis. Et ex medicinis frigidis, sũt semina cucurbitæ; cucumeris, & amylum, & dragacanthum, & gummi, mucillago psyllii, & iuleb, & succus liquiritiæ: Et vitelli ouorum sunt ex cõuenientiorib. medicinis ad hoc, vt cum eis componantur reliquæ medicinæ: & similiter lac nouiter mulctum.

De uoce aspera, & eius cura. Cap. 5.

Accidit asperitas vocis ex frigiditate, & ex tensione lacerti [a] [pectoris,] & ex dispositione eius, quæ est sicut spasmus [b] [ ] & ex coitu & ex vigiliis. Et cura eius, est abstinentia a rebus, quas diximus iam: & dimissio somni post cibum. Et dimissio [c] [cantilenæ cũ delectatione] & ut recipiat lenificantia prædicta in capitulo raucedinis, & ficus humidas, & siccas: & passæ, & proprie infusę in oleo amygdalino sunt maximi iuuamenti. Et illis, quibus accidit ex incisione vuæ raucedo, rectius est, vt decoquant coagulatum vuę cum æquali quantitate mellis [d] [secundum quantitatem] qua remoueri possit ex eo spuma; deinde commisceatur cum aqua calida, & fiat cum eo gargarisma & in potu patiens ex eo sumat: & antiquum eius est magis iuuatiuum, quam recens.

a B. uocis.
b † B. accidens in eo, & ex exiccatione humiditatis in eo, & ex multiplicatione alternum, & ex icisione uuę
c B. alternum.
d B. decoctione

De uoce breui, & cura eius. Cap. 6.

Causa breuitatis vocis est breuitas anhelitus, & oportet vt gradetur in prolongatione anhelitus, ita vt consuescat comprehensionem anhelitus, & gradetur in exercitio, & ascẽsione, & descensione in collibus, & gradibus & [a] [cursum] facientem necessitatem anhelitus, vt gradetur ad prolongandum anhelitum, & prolonget moram in balneo calido, & in omni quod adducit anhelitum, & festinat ipsum, & contineat anhelitum suum, & faciat illud totum, & exerceatur & balneetur. Et post exitum de balneo, oportet, ut bibat uinum, nam vinum est magis nutritiuum spiritus; & similiter post cibum, & stet plurimum cum anhelitu vno, & somnus confert eis.

a B. comprehẽsionem uel retentionem.

De uoce grossa, & eius cura. Cap. 7.

Qvandoque accidit ex causis [a] [nimiæ repletionis stomachi facientis fastidium, mollificantis, & dilatantis] meatus: & accidit ex multitudine uociferationis: Et eius cura est magis praua. Et quandoque accidit ei, qui studet in exsufflatione plurima in fistulis, & in buccis proprie, propter illud quod accidit ex incisione anhelitus eorum, & retentione eius in pulmone, quare dilatatur meatus anhelitus.

a B. raucedinis mollificantibus dilatantibus.

De uoce subtili, & eius cura. Cap. 8.

Hæc est contraria conturbatæ, & causæ eius sunt contrariæ illis ex uigiliis, & lassitudine, & [a] [somno] proprie post cibũ, & exercitio laborioso, & euacuationibus. Et cura eius est ut dimittat uocem, & adhæreat exercitio æquali [b] [faciente tenerum,] & cibis temperatis, & introitu balnei omni mane, & fugiat styptica, & exsiccatiua, & coitum.

a B. alternum.
b B. impinguáte

De uoce tenebrosa, & cura eius. Cap. 9.

Est illa, quæ similatur voci plumbi, quando fricatur unum cum alio: & eius causa est humiditas grossa ualde. Et conferunt ei exercitium, & luctamen, & continere anhelitum, & fricatio sicca cum panno lineo, & ingressio balnei, & administratio [a] [medicinarum] subtiliãtium, & incidentium, sicut pisces saliti, & vinum antiquum.

a B. ciborum.

De uoce tremula, & eius cura. Cap. 10.

Præcipiatur patienti eam, ut non clamet, neque eleuet uocem suam spatio mẽsis, et minoret locutionem quantum potest, et risum suum, et motum, et saltum, et ascẽsionem, et descensionem, et iram, & dimittat quantum potest extensionem manuum, & faciat eas quiescere; deinde resupinetur, et laboret vt loquatur, quum iam grauauerit pectus suum cum eo, ꝙ sit sicut plumbum in frusto quodam super pectus suum secundum quantitatem, qua toleret ipsum, & patiatur, et cibi meliores ei sunt illi, qui confortant [a] [sensum] eius, et sunt pedes, et extremitates lacerti, et ea, in quibus sunt conglutinatio, et stypticitas.

a B. uocem.

TRACTATVS III.

De tussi, & sputo sanguinis. Cap. 1.

Tvssis est ex motibus, quibus expellit natura nocumentum a membro aliquo, et hoc mẽbrum in tussi est pulmo, et membra, quę ei cõtinuantur, et communicantia. Et tussis quidem pectori, est sicut sternutatio cerebro, et completur cum dilatatione pectoris, et constrictione eius, et motu velaminis. Et est, aut propter causam propriam pulmoni, aut secundum semitã communicationis. Et causa adducens tussim, aut est primitiua, aut coniuncta, aut est antecedens. Et causę tussis primitiuæ sunt ex causis primitiuis, ponentibus membra pectoris læsa in complexione sua, aut formis eorum, sicut frigus aduenięns pulmoni, et lacertis, qui sunt in pectore, aut reliquis, [a] † [ ] quare mouetur natura ad expellendum nocumẽtum; aut ex aliqua causarum primitiuarum aduenientium, et calefacientium ea, aut aliqua re exsiccante, aut exasperãte, sicut est fumus, aut puluis, aut sapor cibi acetosi, aut pontici, aut acuti, aut re extranea cadente in meatu, qui non recipit [b] [difficultatem anhelitus,] sicut accidit ex tussi propter casum alicuius rei ex cibo, aut potu in illo meatu propter negligentiam, et occupationem cum sermone. Causæ autem tussis coniunctæ sunt, sicut ea quæ accidunt ex causis corporeis calefacientibus complexionẽ, aut

a † B. ex aere attracto, aut aqua frigida bibita, aut aliis ab istis
b B. aliud ab anhelitu.

aut infrigidantibus: aut humectantibus: aut ex siccantibus absque materia, aut cũ materia sanguinea: aut cholerica: aut phlegmatica subtili, aut grossa, aut melancholica, & illud est raro. Si autem materia fuerit effusa ex superioribus, tunc dum ipsa permanet discurrens super cannam, sicut discurrit aliquid super parietem, nõ excitat plurimum tussis. Quum autem ultra infunditur in spatio cannæ, commouet tussim. Et similiter quando mordicat; & similiter quãdo mansiua fit in pulmone, & vult natura expellere ipsam, aut expulsa ex stomacho, aut hepate, aut ex aliquibus membris pectoris [c] [quæ impellunt eam, aut ex quibus generatur.] Et quandoque fit pp resolutionẽ singularis, & propter apostemata, & oppilationes in uelamine, aut in pulmone, aut in gutture, & omnibus locis recipientibus has materias, & nocumenta ex pulmone, & uelamine distinguente, & uelamine, quod est inter cor, & pulmonem. Causæ autem antecedentes sunt repletio, & antecessio causarum corporearum ad causas coniunctas predictas. Et tussis quidem facta cum communitate, est sicut illa, quæ fit [d] † [ ] cum communitate corporis totius in febrib. & proprie cũ febre adustiua, aut febre vnius diei laboriosa, & similibus, aut pestilentiali, aut propter communitatem corporis absque febre. Et tussis quidẽ, alia est sicca, & alia est humida. Sicca est illa, cũ qua nõ emittitur sputum; & fit, aut propter malitiam complexionis calidæ, aut frigidę, aut humidæ, aut siccæ singulariter. Et quandoque fit in principio aduentus apostematum calidorũ in partibus pectoris usque quo maturentur. Et quandoque fit cum apostemate duro tussis sicca valde, et fit propter apostemata hepatis, & partes suspensionis, et in quibusdam horis fit propter apostemata splenis, et quandoque fit propter saniem replentem spatium pectoris, quæ non expellitur [e] [nisi] cũ tussi. Et scias quòd quandoq; egreditur cum tussi res petrosa, similis ciceri, aut grandini, et causa eius est humor grossus, quem in ipso caliditas in lapidem conuertit. Et Alexan. quidem testificatur hoc, et testificatur ipsum Paulus, et dixerant quòd exiuit ex hac specie in sputo. Et nos etiã testificamur illud. Et tussis [f] [frequens] plerunq; perducit ad sputum sanguinis. Et quãdoque multiplicatur tussis in hyeme, et uere hyemali, et quandoque multiplicatur in uere ęquali, et multiplicatur, quum flat septentrionalis uentus. Et quũ ęstas est septẽtrionalis, parum pluuiosa, et est autumnus meridionalis pluuiosus, multiplicatur tussis in hyeme.

c B. ad quædam ipsius, aut fuerit in eis generata.

d † B cõmunitate apostematis hepatis, & nocumẽti in eo & meri, & ore stomachi, aut mãmillis, aut illa quæ fit.

e —— B.

f B. uiolenta.

ANNOTATIONES.

Tussis, ait Gal. 2. de sympt. caus. nihil est aliud, quam uehementissima quædam efflatio, qua plurimus, simul & celerrime foras actus spiritus attrahit, propellitq́, suo impetu, quæ uias eius obstruunt. Est ergo deprauatus motus; proptereaq; symptoma ad animalem facultatem pertinẽs. Et quamuis animales actiones uoluntariæ etiam sint, dubitare tamen quispiam possit, an tussis naturalis seu uiolenta sit actio. Quum sit thoracis motus, qui per musculos fit, ad uoluntarias actiones pertinere uidetur. quod & Gal. 2. de sympt. caus. affirmare est uisus, vbi sternutationem & tussim uomitioni comparans, illas uoluntariæ facultatis esse ait, hanc uerò naturalis symptoma. At contra, quum tussis expultricis uis actio sit, ut idẽ Gal. 2. de sympt. causis naturalis uidetur actio esse appellanda, non autem uoluntaria. Adde, quod, quum inuiti plerunque tussiamus, non uidetur hoc uoluntariæ actioni ascribendum, ergo naturali. Breuib. refert Gal. tussim ad animalis facultatis symptomata. atque hæc, si motum, qui per musculos obitur, respexeris, uoluntaria est actio. At si naturæ conatum perpendas, quæ irritata a morbosa causa, id nititur è thorace extrudere, quod molestum est, naturalis uidetur. est enim natura partibus omnibus illud insitum, a se ipsis longè propellere, quod noxium est, si ualidæ sint. Propterea ergo non ineptè actionem hanc ex uoluntaria & naturali commistam dixeris. At uerò causa tussis est, quicquid pulmonem ac thoracis partes molestat, irritatque, hæc uerò uel intemperies est, uel mala compositio, uel solutio cõtinui, siue hos morbos extrinsecus irruentia, siue internè prodeuntia procrearint, de quibus & hic, & Gal. 2. symp. citato, & 4. de loc. aff. siue hæc pulmonem ac thoracem ipsum inuaserint, siue etiã per consensum aliarum partium, quæ thoraci coniunctæ sũt id eueniat, ueluti ex iecinoris uel uentriculi offensa, quæ hic subdit. Adde uerò, & per neruorum a cerebro prodeuntium consensum, ueluti quum immisso in aurem paulo altius stilo extussimus, quod certè ad communicantiam neruorum, & fortasse ad neruorum tertij paris cerebri coniunctionẽ cum auditorijs referẽdum est, mittuntur. n. tertij illius coniugij propagines etiam ad asperam arteriam, sicuti & ad alia uiscera. Quod si quis roget, quid in causa sit, ut ijs aurium partibus tractatis tussis fiat? Existimarim huius rei eandem ferè esse rationem quæ de titillatione est (& si non ignoramus Arist. 35. sect. probl. aliter soluere) ob partium, quę sub alis uel pedum plantis, tractationem, nempe, quòd eæ partes maximè sentiant, neque tractari consueuerint, quo fit, ut ex nouo eo contactu quodammodo lædatur, nititur autem natura, id, quod molestat propellere, atq; ipsũ eo pacto, quo licet, per exsufflationem, ac tussim conatur.

Cap. 4.

Cap. 4.

Cap. 3.

Cap. de accidentibus.

Cap. 8.

Probl. 8.

De signis. Cap. 2.

Signa quidem in tussi frigida, sunt additio eius ex frigore, et diminutio ipsius cum diminutione frigoris, et cum calore et plumbeitas faciei, et paruitas sitis. Et quãdoque est cum frigore catarrhus: et sentitur quoddam descendere ad pectus, et extensio eius in gutture, et [a] [grauitas] cum attractione materiei ad nasum, et [b] [proijcit illud, quod descendit ad nasum] cum rascatione. Et uidentur signa catarrhi in commotione, in viis catarrhi, et extẽsio in eis quæ sequuntur frontem; et oppilationes in naribus, et reliquis et quod non expuit in principio [c] [rascationis:] deinde expuit quoddam phlegmaticum, aut declinans ad citrinitatẽ, aut ad uiriditatem. Et quandoque est cum hoc febris. Et signa calidæ: sunt inflammatio, et sitis et sedatio ab aere frigido maior est, quam sedatio eius ab aqua: et rubedo faciei, et magnitudo pulsus. Et signa humidæ: sunt humiditas substantiæ pulmonis; et quod ipsa accidit decrepitis; et humectatis, et multitudo stertitionis; et proprie in somno; et post ipsum. Et signa siccę sunt augmentum eius cum motu; et fame; et lenitas ipsius, quum sunt quies, et repletio, et apud balneum; et potum humectantium. Et signa puræ in omnibus illis sunt: ut non sit sputum

a B. minoratur.

b B. piectione eius qđ descendit ad guttur.

c B. rei.

omnino. Et signum eius, quæ est cum materia, est sputum. Et genus quidem materiei, significat genus eius quod spuitur. Et signũ eius, quæ fit ab apostematibus, & similibus, est inuentio signorum pleuresis, & peripneumoniæ calidarum, & frigidarum, & aliorum, quæ dicemus in capitulo suo. Et signa eius, quę fit ex [d] [inflatione, sunt signa inflationis] quę dicemus, & dolor, & siccitas, & multoties fit humida. Et signa eius, quæ fit ex ulceribus, sunt signa, quæ dicentur in capitulo vlcerum pulmonis, ex sputo crustarum, aut puris, aut frustorũ corporis pulmonis, aut annulorũ cannę: & eius esse, est post catarrhum [e] [mordicatiuum] & post sputum sanguinis, & apostemata. Et plurimum siccæ fit quum est illic materia propter debilitatem expulsionis, aut [f] [propter anhelitũ,] sicut scies in capitulo suo. Et signum eius, quę fit cũ communitate, s. communitate stomachi, est cum eo quod cognoscitur de significationibus ægritudinum stomachi, & additione tussis cum additione dispositionis facientis eam necessariam in stomacho, siue sit repletio, siue sit vacuitas, & secundum cibos: & plurimum eius excitatur apud repletionem, & apud digestionem. Et facta cum communitate hepatis, scitur per signa apostematis hepatis. Et quum apostema est calidũ, non est excusatio ex febre: & si non est calidum, non est excusatio a grauitate. Deinde attẽde reliquas cõsiderationes, quas sciuisti. Et scias quod res calidę subtiliant materiam, & non expuitur: & res frigidæ, sicut syrupus de papauere, & [g] [pultes] aggregant materiam ad expellendum: veruntamen quum ipsæ superfluunt, congelant. Et syrupus hysopi non est conueniens, nisi quum quæritur abstersio [h] [congregati grossi.] ipse nanque est abstersor bonus [i] † [ ] Quum autem illic non fuerit sputum, neque subtile, neque grossum, tunc ægritudo est asperitas pectoris. Et cura sunt electuaria mollia, quæ lambuntur. Et quandoq; accidit febrientibus tussis: & nisi sedetur tussis, redibit febris ad initium. Et styptica ualde constringunt meatus sputi. Aqua vero hordei, est bona ad aggregandum sputum. Quum ergo retinetur sputum, & febrit homo, tunc iam putrefit materia, & facit cadere in febrem putridam aut hecticam.

d B. saniei sunt signa saniei.
e B. corrósiuũ.
f B. mundificationis.
g B. stupefactiua.
h B. humoris grossi facientis tussim.
i † B. in humore uerò subtili non.

ANNOTATIONES.

Signa perquirit, quibus singulæ tussis causæ inuicem distinguantur. atq; id quidem diligentissimè. Tu uide Trallianum lib. 5. ubi de hac re plura.

cap. 1. & deinceps.

De cura. *Cap. 3.*

CVra quidem cõplexionis frigidæ est, quoniam si est leuis [a] [peruentionis ad ultimum,] & est ex causa [b] [frigida] extrinseca, rectificat eam [c] [comprehensio] anhelitus; ipse enim calefacit pulmonem cum facilitate in momento. Et si est necessaria cura fortior ad hoc, aut ad aliud complexionis frigidæ: tunc ex cura eius est, vt teneat sub lingua auellanam ex myrrha, aut storace factam cum melle, aut sumat ex fæce alkitran cochlearium vnum: aut ex † terebinthina cum melle, aut bibat ex oleo balsami cum serapino vsque ad aur. j. Et similiter [d] [sulphur cum ouis sorbilibus] & electuaria, quę lambuntur facta ex mucillaginibus calidis, & [e] [herbius] cum melle, & cum aqua granati dulcis [f] [pręparata] super quam proijciatur mel, aut penithi & administrentur. Et inunctiones super pectus sunt sicut oleum de lilio, & oleum narcissinum cum cera rubea, & dragacantho. Et confert mel. ros. cum aqua ficuũ, & passularum, & radicis lilij, & capilli ueneris, & oleum amygdalinum cum aureo uno [g] [collyrij dissoluti] in ipso. Et confert in ipso decoctio hysopi, & asari cum ficubus, & alijs. Et cibi eius sint sorbitiones frumentales cum fœnu greco, & butyro, & ficus. & dactyli, & radix porri de Sceni, & olea sint sicut oleum phisticinũ, & grana pini, & † tri cum penithi conferunt eis. Carnes autem sint carnes pullorum & gallorum, & alesfidabegi [h] † [ ] & caro agnorum [i] [annualium.] Et in secundis mensis vtatur phisticis, & granis pini, & passis cum fœnu græco, & cannis zuccari, & ficubus, & [k] [chrysomelis,] & musa; & comestio ficuum siccarũ cum amygdalis, & nucibus abscindit illam, quę antiqua est, & uinum odoriferum subtile antiquum, & aqua mellis. Cura autem tussis calidę est cum extinguentibus notis, quæ sunt ex succis, & oleis, & linimẽtis, & unctionib. Et [l] [suppositoria] etiam conferunt eis, & sumere in potu † aldiecur [m] † [ ] mane & sero secundum descriptionem, quam dicemus. Et similiter electuarium de papauere. Descriptio electuarij de papauere bona. Recipe capita xv. papaueris non ualde recentia, quę infundantur in kist aquæ fontium, aut aquæ pluuialis, quod est melius, die & nocte. deinde dissoluantur cum decoctione, & colentur, & proijciatur super omnem partẽ colaturæ media pars mellis, aut zuccari, & inspissetur coquendo, vt electuarium, & potio eius sit cochlearium unum in mane, & cochlearium in sero. Et ex eis, quæ conferunt istis, est aqua hordei cum sebesten, & syrupus uiol. & violatum nutritum, & decoctio hysopi frigida, & proprie quando maturatur, aut in fine eius, & aqua granatorum inspissata, super quam proijciuntur zuccarum † tabarzet, & cãnæ zuccari etiam. Et electuaria eorum, quę lãbendo sumuntur, sint ex mucillagine psyllii, & granorum cydoniorum, & amylo, & gummi arabico, & grana, & [n] † [ ] medullę, quæ dicemus in capitulo pilularum tussis, & quandoque ponuntur in eis narcotica. Et cibi eorum sint ex oleribus frigidis, & medullis, sicut cucumeris, & cucurbitæ, & citruli cũ oleo amygdalino, & fabę confractæ dissolutę in decoctione cũ oleo amygdalino, & oleo cucurbitino, & aqua hordei, & sorbitiones factæ. [o] † [ ] Et si natura fuerit decliuis ad resolutionẽ, tũc adhibeãtur sauich hordei cũ zuccaro, & tri. Et si uehemẽs sit res, tũc aqua hordei cũ cancris ablatis extremitatib. ablutis cũ aqua cineris salsa. Descriptio medicaminis deiacur frigidi. [p] [Conteratur semẽ papaueris uiridis] cum cortice suo, & dissoluatur decoquendo in aqua, & coletur, & proijciatur super ipsam zuccarum, & de-

a B. quãtitatis.
b B. primitiua.
c B. retentio.
† Glutino albo trin.
d B. Alia litera caulis & ouum sorbile.
e B. horobus.
f B. inspissata.
g B. Alia litera. myrrhæ dissolutæ.
† itria.
h † B. eorum.
i B. castratorum iuuenum.
k B. alkesmes.
l B. inleb.
† diacodion.
m † B. purum.
† album.
n † B. pilulæ &.
o B. ex hordeo & fabis, & herbis, & amylo, & aqua furfuris.
p B. Conteratur papauer humidum.

& decoquatur inspissando ad inspissationem iuleb, & si non fuerit humidum, infundatur semen sicci contriti in aqua die & nocte: deinde decoquatur in [q] [aqua.] Si autem necessariū fuerit quod est fortius, tunc aggregetur cū eo cortex, & proprie nigri. Et si res fortior fiat, ponatur cū eo modicum de semine hyusquiami: aut dissoluatur in eo parum opij. Cura autem complexionis humidæ, & humiditatis in ipso pulmone est, cum exsiccatiuis exsiccantibus, commistis cum abstersiuis, ex quibus est cōpositum secundum hunc modum. Recipe boli armeni, dragacanthi, gummi arabici, omniū ana partem vnam, calamēthi hyssopi, † thymi, cinnamomi. ireos, capilli veneris, omnium ana partem. s, conficiatur, & administretur. Cura autem complexionis siccæ hæc est. Impossibile enim est, quin aut sit febris, aut non sit feb. Si autē non fuerit febris, tunc conuenientior rerum eis, est lac asininum, & caprinum, & aliorum cum reliquo regimine, Et si fuerit febris, administrentur res humectatiuæ ebibitæ, & administrentur cerataria infrigidatiua nota, & administretur aqua hordei, & humectatio pedum semper cum oleis, & sorbeant sorbitiones amygdalinas humectatiuas. Et si est cōplexio composita, tunc componatur regimen. Et si est illic materia subtilis, matura eam cum [r] [deiacur, & simplicibus,] & electuarijs de papauere, & mucillaginibus, de quibus aliquid dicemus in antidotario. Si autem fuerit grossa, resolue eam, & absterge ipsam secundum conditiones prædictas in eis, quæ præterierunt, ita vt non calefacias nisi cum æqualitate: imò stude in hoc, vt lenias, & incidas, & lubricum facias, & administra mundificatiua prædicta. Et ex eis, quæ sunt magis propria huic loco, est † glutinum alimbat cum melle, aut semen crocihortensis cum melle, aut ciperi cum equali mensura sui de melle, aut succi liquiritiæ & dragacanthi. unc. j. & amygdalarum dulcium æqualiter, & aloe quandoque tenetur in ore cū melle, & confert valde. Aut sumantur tria oua [s] [integra,] & duplum eorum mellis, & medietas ipsorum de butyro, & sumantur piperis. xl. grana, conterantur, & misceantur omnia illa, & coagulentur absque decoctione, & lambatur ex eis mane, & sero, & etiam sumantur capita vij. porri de sceni, & decoquantur in tribus libris aquæ, donec remaneat tertia, & coletur, & permisceatur cum residuo succi corticis eius, & melle, & decoquatur, & etiam sumantur rosæ humidę [t] [grana. viij. pini vnum, gummi albotin vnum] passularum. iiij. mellis quantum sufficit, fiat ex eis electuarium Medicamen bonum. Recipe calamenthi fluuialis, v. unc. granorum pini, & seminis vrticæ omnium an. un. j. seminis lini, piperis, omnium an. unc. iij. conficiantur cum melle & administrentur. Aut sumantur dactylorum carnosorum v. partes, [u] [nigellæ.] viij. partes, croci & piperis, amborum an. partes. ij. † herbi. xx. partes, conficiantur cū melle despumato. Aut sumātur croci, spicę aromaticę [x] [amborum] an. pars i. prassij & hyssopi amborum an. iij. partes, myrrhæ, & [y] [lilij amborum an. ij. partes,] conficiantur cū melle colato, & ad antiquam detur in potu alkitrā cum melle factum [z] [electuarium,] aut costi indi cum aqua anethi, decocti, quantitas sacra iati cum cochleario olei sisamini, & etiam semen lini frixum cum melle solum, aut cū piperis mensura vna pro omnibus. x. aut calamēthi, & etiam lambendo sumant mel storacis calamitæ, cum melle apum, & opopanacum etiā, & sinapi, & amygdalas amaras, & etiam mithridatum. Et pueris quidem sufficiunt [a] [sorbitiones decoctæ cum lacte nutricis, donec sint] in essentia mellis, aut cum aqua fœniculi humidi. Et si causa fuerit in ea catarrhus, curetur catarrhus. Et si fuerit necessaria in prohibitione illius, & administratio emplastri de ficubus, administretur super caput, & teneatur sub lingua omni hora, & in nocte, proprie [b] [granum vnū amyli:] & fiat gargarisma cum stypticis, quæ non habent saporem acetosum, neque saporē ponticum, & cum deiacur simplici, si fuerit caliditas, aut cum myrrha, & croco, & alijs, si fuerit frigiditas. In cura autem factæ ab apostematibus, & vlceribus ī pulmone, & pectore, fiat reuersio ad illud, quod dicemus in capitulo pleuresis, & peripneumoniæ, & apostematis hepatis & phthisis. Et ad tussim quidem fiunt pilulæ, quæ tenentur in ore. ex eis nanque sunt pilulę ad tussim calidam, quę in ore tenentur, de qb. sunt pilulę bichihiæ notæ, & ex illis sunt, pilulæ compositæ ex succo liquiritię, & gummi, & dragacantho, & amylo, & mucillagine psyllij, & granis cydoniorum, & medulla granorum cucumeris [c] [et cōde] & cucurbitæ [d] [& citroli] & ex spodio, & granis papaueris, & similibus. Et quandoque fiunt secundum hunc modum Amylum, & dragacanthum, & succus liquiritię, formantur in pilulas cum succo lactucę. Et de illis sunt pilulæ ad tussim frigidam factę ex succo liquiritiæ, & [e] [tamarindis] mundatis, & medulla tritici, & croco, & dragacantho, & granis pini, & granis cotti, & granis myrti, & semine papaueris, & cortices ipsius, & aniso, & anetho, & myrrha, & croco, & penidijs. Et de illis sunt pilulę, quibus queritur stupefactio, & dormitio, & est intentio in eis narcotica, & admiscentur eis medicinæ bezahar calidæ; nā ex pilulis expertis ad illud, & sunt sedantes tussim antiquam, nociuam, sunt pilulę de storace notę. Et iterum sumantur storacis, & castorei, & assari, & opij partes æquales; & fiāt ex eis pilulæ, & teneantur in ore. & etiam seminis hyusquiami partes. vj. granorum pini. iij. croci. j. conficiātur cum rob, & informentur pilulæ, & etiam storacis & myrrhæ, & opij omnium an. unc. s. olei de balsamo, croci, omnium ana darkimet. ij. fiant pilulę ad modum † herbi. Et quādoque administrantur in tussi antiqua, humida, suffumigationes prædictæ in capitulo asthmatis. Et quum humiditas est perueniens ad quantitatem, administra suffumigationem ex arsenico rub et stercore leporis & farina hordei, et corticibus phisticorum confectis cum vitellis ouorum, et troch. formatis ex eis, quorū quisque sit ʒ. i. et exsiccentur in sole, et suffumigatio fiat cum eo tribus uicibus, et etiā aristol. [f] † [ ] et storacis, et galbani equales sumantur partes arsenici secundum quantitatē omnium, conficiantur cū melle, et butyro vaccino,

q B. ea.
† hasce.
r B. diacude simplici.
† terebinthina.
s B. sana.
t B. quatuor partes granorū pini partē unam, gummi albotin unam.
u B. liquiritiæ.
† erui.
x B. & piperis omnium.
y B. liquiritiæ amborum ana pars i.
z B. in modum loch.
a B. calamēthū decoctū cū lacte mulieris donec fit.
b B pilula de amylo.
c B. longi arcuati.
d B. cucumeris rotundi & cucumeris cōmunis.
e B. tamarheyrun.
† B. erui.
f † B. & myrrha

cino,& fiant inde similitudines auellanę,& fiat suffumigatio [g] † [ ] ex eis. Sed tussis facta in febribus, iam singulare ordinauimus regimen apud febrium accidentia.

g B. cum uua.

ANNOTATIONES.

Habes & de hac re plura ex Gal. 7. de comp. med. per loc. Tralliano lib. 3. nec non Paulo lib. 3. Sed uide & Celsum lib. 4. & Rasim 9. ad Almans.

Cap. 2. Cap. 4. cap. 28. Cap. 4.

De sputo sanguinis. Cap. 4.

SAnguis quandoque egreditur spuendo, & est ex partibus oris, & quãdoque egreditur rascando, & est ex partibus gutturis, & quandoque egreditur cum uehementiore rascatione, & est ex canna: & quandoque egreditur uomẽdo, & est ex meri, & ex ore stomachi, & ex stomacho, & hepate: & quandoque egreditur tussiendo, & est ex partibus pectoris, & pulmonis. Et in illo quidem, qui est ex pectore, non est tãtum timoris, quantum est in eo, qui est ex pulmone. Illud enim quod est ex pectore, sanatur uelociter, & si non sanatur, nõ habet malitiam ulcerum pulmonis, & multoties fit ulcus fistulosum rediens omni hora cum sputo sanguinis. Et causæ propinquę omnibus illis, sunt uulnus, propter causam primitiuam ex percussione, aut casu super pectus, aut super hepar, & uelamen; aut rem incisiuam: aut tussim [a] [frequẽtem:] aut uociferationem: aut acuitatem uocis sine gradatione: aut rixam: & propter hoc multiplicatur in dœmoniacis, & in illis, qui rixantur ab omni re. & quandoque procedit ex uomitu laborioso, proprie in pręparatis. et quandoque procedit ex assumptione solutiuorum acutorum, aut ciborum calidorum, sicut alliorum, & ceparum, aut timore, & angustia acuente sanguinem: aut dormitione non super stratum, aut sanguisuga adherente gutturi, & [b] [radici eius, & illud aut est in uenis, aut alijs, & id quod est in uenis, aut est incisio, aut perforatio, aut apertio dilatata] ab acuitate, aut mollificatio, aut corrosio propter acuitatem humoris, aut propter raritatem resudatiuam. & multoties dilatantur meatus, qui sunt inter partes cãnæ, & arterias supra illam, quę ẽ in natura, quare resudat sanguis ad cannã. & illud quod non est in venis, aut est vulnus, aut vlcus a vulnere, aut a corrosione, aut putrefactione, quum eradicatur ex membro aliquid, & quandoque est ab apostemate sanguineo in pulmone, ex quo resudat sanguis: & huiusmodi quidem apostema est incolume, quoniam est sanguineum, & quoniam resudat materia non [c] [prohibita] neque ingrossata: & quandoque inueniũtur omnes istæ causæ [d] [in pulmone] nisi sanguisugæ. et harum causarum coniunctarum sunt causæ magis antecedentes. et sunt, aut multitudo materiei [e] [aut multitudo ciborum, et dimissio] exercitij: aut quia ipsę sunt superfluitates a pręparatione naturæ, sicut accidit illi, de quo locuti fuimus in libro uniuersalium, apud dimissionem exercitij: aut retentionẽ mẽstruorum, aut sanguinis hæmorrhoidarum. aut abscisionem membri, aut propter acuitatem suam, aut propter vehementiam motus sui, aut propter ventositatem in uenis [f] [facientem eas laboriosas,] et proprie in alatis, quoniam illud multiplicatur in eis. [g] [Preparationes autem continentes materiam sunt] propter frigus cõstringens eam, et faciens dilatationem eius difficilem: quare non obedit uirtuti laboranti in illo cum dilatatione, imo cum [h] [attractione,] aut propter caliditatẽ extrinsecam, aut intrinsecam, aut siccitatem, quæ iam pręparauit eam ad illud, quod est cum inspissatione, et exsiccatione. s. ad scissionem a qualibet causa: aut propter humiditatem mollificantem eam: quare dilatantur pori eius: aut obuiationem [i] [calidi;] aut corrosiui, aut incisiui, aut putrefactiui. Quũ ergo accidit repletio sanguinea, incipit natura expellere materiam ad quamcunque partem possibile est ei, quum sit vehementius preparata, aut [k] [sit propinquior] loco superfluitatis: quare expellit eam cum sputo, aut solutione ex hæmorrhoidibus, aut in menstruis, aut in fluxu sanguinis narium. Quod si venę fuerint fortes, quæ non [l] [resoluuntur] a sanguinẽ, accidit mors subito propter effusionem sanguinis ad concauitatem venarum. & ille cui accidit sputum sanguinis, est præparatus, ut adueniat ei ulcus pulmonis: nam sputum sanguinis secundum plurimum fit a uulnere, & vulnus declinat ad hoc, ut vlcus fiat. Et quando succedit sputo sanguinis retenti sputum sanguinis, timetur ei, quòd sit hoc secundum accidens ab vlcere, ad quod conuersum est vulnus primũ, & multoties est sanguis, qui expuitur ex naribus, currens ex capite ad pulmonem. Quum quę sputum sanguinis est ex partibus pulmonis comitantur ipsum duo timores. s. timor superfluitatis eius, et timor uulneris, ne fiat ulcus. et non est omne sputum sanguinis timorosum, imò illud quod non retinetur, aut quod est cũ febre. et multoties quidem est sputum sanguinis causa sanitatis apostematis in hepate, aut splene.

a B. uiolentam.

b B. interiori ipsius, aut cũ con iuncta, & est aut in uenis, aut alijs, & illa, quæ est in venis, aut est incisio, aut scissio, aut apertio, & dilatatio.

c B. coarctata.

d —— B.

e B & hoc, aut propter multitudinem cibi & dimissionem.

f B. scindentem eas.

g B. aut propter præparationem instrumẽtorum continentiũ materiam.

h B. scissione.

i B. scindentis.

k B. ad propinquiorem.

l B. euacuantur

ANNOTATIONES.

Sanguinis sputum symptoma est, excretũ uidelicet pręter naturam: parte in qua continebatur, uel excesa, uel rupta, uel ore ali.uius uenæ patefacto. primum διάβρωσιν, *secundum* ῥηγμίχαρμων, *tertium* ἀναστόμωσιν *appellant. quod ait Celsus li. 4. Quo fit, ut morbus, qui proxima huius symptomatis origo est, uel in compositione sit, uel in solutione continui. sequuntur uerò duo hi aut internas causas, humorum. s. quãtitatem uel qualitatem, aut externas, casum, vulnus, percussionem, uociferationem, frigus, quod Hippoc. docet 5. aph. 24. & Gal. notat 4. de loc. aff. & calorem, de quo idem Hippoc. eodem 5. aph. A quacunque autem causa hoc symptoma prouenerit, hominem terrere potest, quando, & eiusdem Hipp. sententia 4. aph. sanguinem supra ferri, qualiscunque sit, malum, nisi etiam id critica expulsione fiat. Habet aũt sanguinis reiectio modo quidem minus, modo etiã magis periculi, pro & sanguinis, qui excernitur copia, & pro loci, a quo emanat, differentia. Exit is modo ex gingiuis, modo ex ore, nonnunquam a summis faucibus fertur, aliquando ex gutture & arteria, interdum etiam ex pulmone, pectore, latere, iecinore, uentriculo, utero, quod & author noster, & Celsus libro quarto, & Gal. 4. de aff. loc.*

Cap. 4. Cap. 8. Aphor. 16. Aphor. 25.

Ex

Ex hisque omnibus, sanguinis ex pulmone eductio molestior est. quod notat Gal. 5. meth. difficillimeq; ac rarissime omnium curatur. minori periculo subest, quæ ex thorace est, & minori rursum quę ex aspera arteria & alijs deinceps partibus fit. Quomodo verò affectus locus, & exeuntis sanguinis sedes dignoscatur hic author planum facit, quod & Gal. 4. de loc. aff. & 5. meth. necnon Trallianus lib. 7. & Paulus lib. 3. atque Aretæus 2. de acutis morbis copiosè, & pulchre. Cæterum unum hic notat, quum ait. [Et non est omne sputum sanguinis timorosum] quod uidetur Hip. aduersari, qui ut dicebamus, 5. aph. sanguinem supra ferri, qualiscunque sit, malum esse ait. Verùm æmulari & hoc in loco author Hipp. videtur in Coac. prænot. quum dicit. » Sanguinem spuentibus confert, ut sine febre, & tussiant, ac » doleant leuiter, & sputum tenue fiat ad dies bis septem. » febrire verò et tussire, ac dolere pertinaciter, & sanguinem » semper recentem spuere incommodum est. Quasi Auicennas ex hac Hip. sententia excerpat, sanguinis sputum malum quidem esse, vbi non sedatur, & semper recens spuitur, atque vbi febricitant: non tamen si uel retineatur, vel sine febre sit. Adde & quòd quandoque conferre sanguinis reiectio per superiora potest, ueluti in hepatis & lieuis inflammatione. quod de ea præsertim intelligendum est excretione, quę fit per crisim.

Cap. 4. Cap. 5. cap 31. Cap. 1. Cap. 2.

De signis. *Cap.* 5.

PRopinquus sputo est cum tussi parua, & lõginquus est cum tussi plurima. Et quanto plus longinquus est, expuitur cum tussi vehementiore. Et quando dormit super latus, in quo est ægritudo, additur excreatio eius, quod expuitur. Et oportet ut consideretur in primis ne sit illud, quod expuitur, sanguis ex naribus. Et cognitio illius est cum consuetudine fluxus sanguinis narium, & eius euentu, & cum alleuiatione accidente capiti post grauitatem. Et signa fluxus sanguinis narium, sunt sicut rubedo faciei, & oculi, & splendor coram oculis: & ut non sit [a] [spuma,] & sit subito. Signa sanguinis excreati ex substantia carnis pulmonis ex vulnere, aut ulcere, sunt, ut sit spumosus, & sit abscissus, cum quo non sit dolor, & est minoris quantitatis quàm uenalis, & maioris malitiæ, & deterioris finis. Et quandoque expellunt spumosum pleuretici, & peripneumonici, quum in pulmonibus eorum est caliditas ignea, feruens, & quandoque est spumosus ex canna pulmonis. sed est ueniens cum rascatione, & tussi pauca, & est illud quod egreditur parum etiã, & est ibi sensus quidam cum dolore. Et ille q expuitur ex uenis eius, nõ est spumosus, & est [b] [rarior] & uehementioris spissitudinis, quam ille qui est in pulmone, & similior sanguini, quamuis non sit in grossitudine eius qui est ex pectore. Et signa excreati ex pectore, sunt nigredo coloris eius, & grossitudo ipsius, & coagulatio eius propter longitudinem spatij cum spumositate quadam, & spuma, cum dolore in pectore significante locum ęgritudinis, & additio eius in somno est certum signum eius. Et causa illius doloris est neruositas membrorum pectoris, & est eius sputum paulatim, non exuberans, & est sputum eius cum tussi uehementi donec expuatur. Et signum facti ex incisione uenarum, est exuberantia sanguinis. Et signum corrosionis est antecessio causarum corrosionis, ex acceptione rerum acutarum, & descensu catarrhi acuti, & ut sit febris, & sputum saniei, aut corticis, aut partis pulmonis, & est sputum simile aquæ carnis. & incipit sputum sanguinis paulatim, deinde quandoque fluit subito, & expuitur res [c] [mala,] & color eius est malus. Et signum eius, quod est ex apertione orificiorũ uenarum, [d] [est] ex repletione, [e] [&] ut nõ sit omnino dolor, & inuenitur requies, & suauitas, & egreditur in primis minus quàm illud, quod egreditur propter incisionem, & scissionem in principio rei, & est plus eo, quod egreditur a corrosione in pluribus horis. Et signa resudationis ab apostemate, sunt paruitas eius, & [f] [proprie signa] peripneumoniæ, & reliquorum.

a B. spumosus. b B. calidior. c B. plurima. d —— B. e B. est. f B. præsentia signorum.

ANNOTATIONES.

Quibus notis in sanguinis sputo affectę partes noscantur, copiosè Gal. 4. de loc. aff. Sed & Trallian. li. 7. & Paulus lib. 3. Vide & Hipp. 5. aph.

Cap. 5. & 8. Aphor. 13.

De cura. *Cap.* 6.

IN exposito sputo sanguinis omni hora, oportet, ut attendatur [a] [solutio] repletionis eius. E quotiescũque sentitur in eo repletio, succurratur cum phlebotomia, & proprie quum pectus eius in creatione fuerit strictum, & fuerit tussis in ipso [b] [frequens.] Et rectius est ut inclinetur sanguis eorum ad partem inferiorem cum phlebotomia saphenæ: & post ipsam cum phlebotomia basilicæ, & per prouocationem menstruorum mulierum in hora sua, & secundum quòd sufficit, remouetur sputum sanguinis carũ, sicut accidit in eis ex retentione eorũ. Et oportet ut custodiantur ad omnibus causis mouentibus sanguinem, sicut sunt cibi calefacientes, & sicut sunt saltus, & clamor, & rixa, & coitus, & anhelitus altus, & locutio plurima, & intueri res rubeas, et potus uini plurimi, & multitudo balneationis. Et uitent aperitiua, quæ sunt ex medicinis, sicut apium, & aloe, & sisamum, & [c] [ruta,] & caseus antiquus: quoniam est nociuus eis: recens uero confert eis. Et cibi conuenientes eis sunt, omne glutinatiuum, et oppilatiuum, & omne consolidatiuum, & omne infrigidatiuum sanguinis, prohibens feruorem eius: & ex eis est lac decoctum, propter illud, quod in ipso est de glutinatione: & lac uaccinum, de quo butyrum est extractum, propter illud quod in ipso est de stypticitate: & butyrũ, & caseus recens præter salitum: & fructus styptici: & quædam species prunorum paruorum in quibus est stypticitas, & oleum omphacinũ recentis expressionis: d [& quandoque cõfert in eo impinguatio] ciborum eorum, & aquæ aluminosæ uehementer conferunt eis. In eo vero quod factum est ab ipso corpore pulmonis oportet ut patienti in potu dentur medicinæ incarnatiuæ, et siccæ, sicut lutum, & hæmatites cum aqua arnoglossæ, & acetum mistum cum aqua. Cura vero eius [e] [a regimine] cibi eius ẽ, ut succurratur ad phlebotomandum basilicam partis. in qua existimatur esse solutio singularis, subtilem faciendo phlebotomiam, & accipiatur

a B. dispositio. b B. uiolenta. c B. uinum. d B. quñ cadit in impinguatione. e B. preter regimen.

piatur sanguis in f [expulsionibus,] inter quas sint tres horæ, quasi ipse sit cum conseruatione virtutis; Phlebotomia enim attrahit sanguinē ad g [vacuum,] & prohibet etiam aduentum apostematis in vulnere. Et fricentur eorum extremitates, & ligentur, incipiendo a superioribus ad inferiora, & interdicantur eis res prædictæ, & temperentur eorum aeres. Et sint eorū h [somni] super latus & secundum formam, i [q̄ est sicut præparatio] ut non cadant aliquæ partes pectoris super alias. Et quandoque est eis cōueniens, ut in potu sumant acetum mistum cū aqua, ipsum enim prohibet sanguinis cursum, & mundificat partes pectoris, & pulmonis ex sanguine, si retinetur in ipso : quare non congelatur. Et sumant in potu medicinas frigidas glutinatiuas: nā glutinatio hic est melius, quo occupari oportet. Et quādo reperitur cum glutinatione mundificatio, est ultimum eius, qđ quæritur. Et psyllium est iuuatiuum cum infrigidatione sua: & ubi est sitis, est vehemētis iuuamenti . Et quandoque est necessarium ut cum eo misceantur narcotica propter duas res, quarum una est sedatio sanguinis, k [& etiam subtiliatio] eius, & secunda est dormitio, & remotio motus, & ego dicam medicinas communes speciebus sputi sanguinis in fine huius capituli. Quum ergo accidit sputum sanguinis ex catarrho, & non est catarrhus acutus, pūgitiuus , valde cholericus, phlebotometur homo statim, & assiduetur ligatio extremitatum eius, descendendo a superioribus ad inferiora, & fricentur cum oleo de oliuis calido, aut cum vnguento calido, sicut est oleum cucumeris asinini & similia ei, & non inungatur caput omnino . Et sint cibi eorum triticum cum aliquo ponticorum secundum semitam sorbitionis, sintque pontica ista ex fructibus, & quæ eis similantur, & apud debilitatem cibentur pane infuso in aceto misto cum aqua frigida. & administretur in eis clystere acutum ad attrahendum materiā a partibus capitis l † [ ] quum non fuerit phlebotomia m † [ ] propter prohibitionem . Et oportet vt studium impendatur in n [infrigidando] caput quantum possibile est, & non impēdatur plurimum studium in humectando ipsum. Et ex eis , quæ conferunt ei, est tribuere ipsi in potu trociscos de Karabe. Quumque non valent ea, quæ diximus, non est excusatio curæ catarrhi, & retentionis eius cum eis, quæ sunt sicut abrasio capitis, & administratio emplastri facti ex stercore columbino, quod more emplastri superponatur, & remoueatur secundum necessitatem. Et Gal. quidem dixit, quod mulieri sputum sanguinis aduenit ex catarrho, quam clysterizauit clysteri acuto; & proprie quia non erat possibile phlebotomare eam, quia iam remanserat. iiij. diebus , & fuerat debilitata, & cibauit eam o [pultibus] & fructibus in quib. etiam erat stypticitas, quoniam spatium eius cum cibo lōginquum erat , & curauit caput eius cum medicamine columbini stercoris, & præcepit eam ingredi balneū propter medicamē, & non inunxit caput eius, vt non humectaretur, & dedit ei in potu theriacam recentem, ut faceret eam dormire . Nam hæc theriaca fortis opij est, ut dormire faciat, & prohibet commotionē tussis, & sedat cursum materiei cum ingrossatione. In die uerò secundo huius medicaminis, non peruenit ad mouēdum eam: imò dimisit eam quietam, tranquillam, cum tamen necessaria foret ei mundificatio pulmonis. Et plurimum quo eam rexit, fuit quòd fricauit extremitates eius , & dedit ei in potu quantitatem fabæ de theriaca recente, minus quam p [herbi.] & fuit intentio eius, ut gradatim duceret eam ad mel, ut mundificaretur cum eo pulmo, deinde dimisit eam quietam, deinde fricuit extremitates eius, & dedit ei, post illud aquam hordei cum pauco pane, vt viuificaretur virtus, & in die .iiij. dedit ei theriacam antiquam, cum melle plurimo , vt mundificaret pulmonem eius uehementer. Et cibauit eam in reliquis diebus secundum quòd oportuit, & rexit eam regimine conualescētium, & cum hoc iam posuerat super caput eius hora post horā ex ceratario gūmæ rutæ syluestris, & inhibuit ei balneum. Et hoc regimen est bonum. Et oportet ut sit theriaca inter duos menses, usque ad iiij. Ipsa nanque dormire facit, & retinet catarrhum , & non approximentur capiti istorū olea. Et necessaria est abrasio capitis ad administrandum ista rubificantia: q [& si non aliis, saltem] mulieribus. Et necessaria est uentris solutio cum eis, quæ sunt sicut pilulę cochiæ, si est illic multitudo. & r [post illud phlebotomia ,] deinde adhibeantur medicinæ rubificantes. Et in eo quod est ex scissura venæ, aut incisione eius, & est causa eius repletio, oportet ut non cibetur æger quantum possibile est , imò ieiunet tribus diebus, in quo sufficiat omni die cib. paucus ex aliquo uiscoso . Et quando non apparet casus virtutis, tunc expellatur a cibatione, quātum plus possibile est vsque ad quartam, Et si timetur casus uirtutis timore necessario , cibetur eo, a quo generatur humor æqualis, aut decliuis ad frigus , & in quo sit glutinatio , aut inuiscatio, et tenacitas, & stypticitas, & proprie ingrossatio sanguinis , sicut s [alketisati] cum extremitatibus, et sicut capita, et sicut oua sorbilia, et sicut tri t [proprie quod decoquitur cum lentibus,] et sicut lentes, et iuiubæ, et quantum possibile est u † [ ] ut non comedat illud quod fortem faciat: et sit contentus aqua hordei et proprie decocta cū lentibus aut iuiubis, aut cydoniis, et pane infuso in aqua frigida x [cum] aliquo acetoso, siue sit y [sulcitum, siue non sit z [sulcitum] et totū sit infrigidatum actu. Et lac vaccinum de quo butyrum est extractum, quando prolongatur ægritudo , est iuuatiuum propter stypticitatē, et frigiditatem suam : et lac a [consuetum propter glutinationem suam , et suam inuiscationem. Si autem non b [sufficit, & additur in sanguine, fiat phlebotomia.] Et pisces c [aradrati] sunt vehementis iuuamenti eis . Et oportet vt sint cibi istorum, & eorum qui d [pręcesserunt eos] frigidi actu . Et caseus recens non salitus valde iuuat eos. Et quando cibantur isti, et similis eis, carne, eligantur ex carnibus illæ, quę sūt pauci sanguinis, siccæ. leues, sicut sūt carnes columbarū agrestium, et turturum , et perdicum decoctæ in stypticis , et ponticis . Et ex rebus expertis in abscidendo iterationem sputi sanguinis,

f B. interpolationibus.
g B. contrariū.
h B. situs iacendo.
i B. præparationis.
k B & ingrossatio. Alia litera, subtilis.
l B. proprie.
m † B. possibilis.
n B. Alia litera. regendo.
o B. harire.

p B. prima uice.
q B. etiam.
r B. illud post phlebotomiam.
s B. alherisa.
t B. Alia litera, & proprie quod decoquitur cū melle.
u † B. faciat.
x B. & in.
y B. ferculum.
z B. ferculum.
a B. bulitum.
b B. si autē non bulitur addit in sanguine, & nocetur per illud.
c B. alradradi.
d B. sunt politos.

guinis, est masticatio portulacæ, & deglutitio aquę eius: quandoque.n. statim retinetur. Et ex fructibus cydonia, & poma, quæ ambo sunt styptica, e† [ ] & iuiubæ humidæ, & grana myrti, & xylocaractæ de Sceni, & quæ hoc cursu procedunt. Et quandoque fit eis, quo utitur in secunda mensa, aliquid ex luto sigillato, armeno cum gummi arabico, & pauca camphora. Quumque retinetur sanguis, & peruenitur ad quartum diem, oportet ut nutriatur, & confortetur, & incipiatur ab eis, quę sunt sicut panis infusus ī aqua f [deinde alkereis] & extremitates, & cerebella. Et si fuerit fissura & incisio, causa acuitatis sanguis: fiat illud, quod oportet de declinatione sanguinis ad inferiora, & ad diuersitatē partis, g [Euacuetur ergo] cholera: deinde fiat infrigidatio cum fortitudine, & fiat humectatio, & administrentur styptica etiā, & glutinatiua, & aqua hordei, & cancri, & cucurbita, & medicamen Andromachi, & medicamen Gal. in facto autem ex apertione venarum medicinę, quas oportet administrare, sint stypticę, ponticę, cōglutinatiuę, sicut sunt medicinę, quę necessarię sunt in eis, quæ preterierunt, & sunt glutinatiuæ, incarnatiuæ cū stypticitate, & istæ sunt sicut balaustię, & capita granatorum, & sumach, & succus teratit, & succus ramorum uitis, & glandes, & folia rubi, & karabe, & acatia, & lycium, & succus h † [ ] uirgæ pastoris, & suchaha, & succus agrestæ, & ciusistides. Et quandoque confortantur ista: & quę ex eis sunt, cum alumine & gallis, & aloe, & absinthio, & fiunt ex eis medicinę compositæ, & troch. præparati ad hoc caput, iam compositi ex medicinis prædictis. & quandoque decoquuntur istæ medicinæ in aquis puris, aut in quibusdam succis, & bibitur decoctio eorum. Et quandoque fiunt ex eis emplastra: & quandoque admiscentur eis, & aggregantur, medicinæ i [cordis] predictę & medicinę pectoris prædictę, sicut apium, & ammeos, & anisum, & spica, & ramacha. Et quandoque miscentur cum eis narcotica, quæ sunt sicut cortices radicis mandragorę, & hyusquiami, & papaueris. Et quandoque permiscentur eis glutinatiua, sicut gummi, & cortices thuris, & stella semius, & spodiū, & semen arnoglossę, & mucillago psyllij, & semen eius, & succus portulacę, & mucillago granorum cydoniorum. Sed quum est resudatio ex apostemate, tunc cura eius est phlebotomia, et euacuatio, deinde maturatio, et non curetur cum stypticis, illud enim attrahit nocumentū magnum, imò oportet, ut curetur cura peripneumonię. Factum autem ex corrosione, est praua curæ, et difficilis, et est quasi sicut illud de quo desperatur, non enim sanatur, aut non cōsolidatur nisi cum remotione malitiæ complexionis: et istud non fit nisi in spatio, in cuius simili, aut induratur vlcus, aut putrefit. Verum quandoque confert, ut non permittatur corrosio confirmari, expellendo humorem acutum: et quandoque solutione educuntur cholera, et grossum simul, cum eo quod est, sicut pilulæ de agarico. Et si indigueris intentione confortationis, conforta. et ingenia, ut sedes commotionem tussis cum medicamine de seminibus, separatur enim ex eo quod aliquod con-

e † B. & pōtica.
f B. & alherays.
g B. & euacuetur.
h † B. rosarum & succus.
i B. sputi.

fortat iuuamentum. et ad summum cura eorū est mundificatio k [et euacuatio] cum phlebotomia et alijs: et cibi boni chymi. Et ex eis quidem, quæ sanāt corrosionem, sunt thus, et myrrha, et sanguis draconis, l † [ ] et semen portulacę, et radix maluæ. et troch. stellæ, in quibus additur opij medietas partis, et medicinæ compositę, quas dixit Paulus, et nos dicemus in antidotario. Et eorum medicinę ad hoc iuuatiuæ sunt illæ, in quibus ponuntur m [scedenigi,] et sanguis draconis, et Karabe, et sandaraca, et lutum sigillatum, et ad ultimum, omne exsiccatiuum, mundificatiuum, inuiscatiuum, consolidatiuum. Factum autem a pectore curatur cum emplastris, et medicinis, in quibus est substantia subtilis, quæ admistę sunt eis, et sunt illę, quas diximus, ut perueniant ad pectus. n [Albedarungi uero in seipso] coniūgit inter duas res, o † [ ] quum existimatur quòd causa sputi sanguinis sit p ruptura. Et] medicinę prædictæ omnes sunt cōuenientes ad hoc. Et quum existimatur, quòd causa sit frigus faciens euenire sputum sanguinis secundum modum prædictum, tunc cura eius est sicut dixit Gal. Illud enim accidit cuidā adolescenti, et curauit eum. Phlebotomauit nāque eum in die primo, et secundauit, et fricuit extremitates eius, et ligauit stringendo eas secundum quòd oportet in omni q [retentione sputi] sanguinis, et cibauit eum sorbitionibus: et posuit super pectus suum ceratarium de gūma rutæ, r † [ ] et remouit ipsum ab eo hora noctis, ut non adderet calefactionem eius secundum quantitatē quęsitam, et cibauit eum cum sorbitionibus, et dedit ei in potu medicamen de seminibus. Et postquam dies tertia affuit, usus est super pectus eius, illo ceratario tribus horis: deinde remouit ipsum, et cibauit ipsum aqua hordei s [tafeata] cum carne anatis. Postquam igitur temperata est complexio pulmonis eius, et sublatus est timor aduentus apostematis, mundificauit pulmonem eius cum theriaca antiqua completa. Et gradauit eum ad bibēdum lac asininum, et ad reliquum regimen sputi sanguinis. Et dixit Galenus quod t [omnis quæ ex istis consequitur, sputum sanguinis in die primo sanatur: sed aliorum diuersificantur] dispositiones. Et nos iam testificati sumus de istis, quos iuuit hæc uia; et similis ei. Et quando existimatur quòd causa est humiditas, et mollificatio, administra illud in quo sunt exsiccatio, et calefactio, et stypticitas, sicut est radix squinanthi, et mastix, et cyminum torrefactum, et calamenthum montanum, et calcadis, et castoreū, et crocus, et u [albrengi.] Et quandoque admiscentur eis styptica equalia, sicut castaneæ. Et quandoq; fiunt ex istis cōpositę, quę dicentur in antidotario. Et quando existimatur, quod causa sit siccitas, et illud x [est in principio] administra humectantes notas, quę sunt ex lactibus, et oleis, et succis post regimen commune de declinatione materię ad contrarietatem partis. Verum ea quę pertinent huic loco, ex phlebotomia, et alijs; minora sunt; et debiliora eis, quę pertinent aliis. Et quando y [est casus] super hepar: tunc cura eius est cum

k B. eum euacuatione.
l † B. & plantago. Alia litera. sanguis hœdi.
m B. hæmatites.
n B. & aqua albedarungi in ipsamet.
o B. &.
p † B. caliditas tunc.
q B. genere cursus.
r † B. syluestris.
s B. & assidagi.
t B. quilibet istorū quib. succurrebat in die primo sanabatur, & aliorū diuersificabantur.
u B. Alia litera. in ultima & perfecta curatione. Alia litera. ad efficatiorem operationem.
x B. secundum minus.
y B. causa est cōtusio.

isto suffuf. Recipe rheubarbari.x.laccę.v.luti armeni.v.sitq; dosis eius contriti.drach.j.& s. Ex medicinis verò communibus illæ,quæ singula res sunt,scriptæ sunt in lib.ij.in areolis notis.& illa,quę ex eis pertinet huic loco,est hęmatites. Nam quum teritur vehementer sicut puluis,& bibitur ex eo aur.j. in quibusdam stypticis, aut succis,iuuat nobile iuuamine. Et quando masticatur portulaca & deglutitur aqua eius, tūc quandoque retinetur statim.Et aqua citruli, & succus eius: & proprie cum quibusdam glutinatiuis,stypticis ualde, quum paulatim traijcitur. Et cornu cerui adusti quādo permiscetur medicinis,est plurimi iuuamenti. Et similiter aqua mentæ. Et etiam [z] [succus] algarab pondere. [a] [ij.] drach. Et etiam [b] [illud,quod est superius in coriandro] cum aqua frigida pondere iij.drac.mane,& sero.Et etiam corallus,quoniam est plurimi iuuamēti,& lutum samium. Et existimauerunt quidam, ꝙ nominatur græcè stella terræ,& nominatur nominibus pluribus: & videtur ꝙ sit [c] [non altalk.] Et ēt sumatur sanguis hędi,antequam cōgeletur,& sumatur ex eo in potu medietas unc. tribus dieb. Et etiam de granis myrti,& semine arnoglossę pōdus ij.drac.in aqua plantaginis,aut succo rosę, quoniam est ultimum.Et cydonia etiam iuuāt, & proprie assata. Et etiam coagulū leporis cū aqua ros. Aut aliud ex coagulis cum decoctione pontica: aut cum aqua albedarungi,& proprie in eo,quod est ex pectore & lutum sigillatum,& loco eius lutum samium cum aliquanto aceto,& etiam succutum,& est semperuiua. Et dixit uir in quibusdam,quæ aggregauit, qđ est species [d] [calamenthi] nascēs inter lapides, quę teritur,& comeditur cum sale,& [e] [nominatur nimusil albura] syluestre,& in hoc est cōsideratio. & huiusmodi medicina sumitur ī potu cum æquali mensura amyli, Et iterum ex illis,quæ iuuant ipsum,est ut detur in potu ex alumine iameni, † [

] & proprie in uitellis ouorum tepefactis, non coagulatis omnino.Et etiam gluten pisciū confert, quando bibitur ex eo.Et quando prauior fit res,tunc quandoque datur in potu pōdus quartæ drach.j.de semine hyusquiami,cum aqua mellis.Et oportet ut dentur in potu medicinæ constringentes sputum sanguinis,cum uino pontico,ut penetrent,nisi sit febris. Tūc.n. sumantur in potu cum succo alio. Et ad antiquam,& ueterem,seminis porri Nabatiæ,& granorum myrti partes sumantur ęquales,& potetur ex eis usque ad ij.drach.cum aqua uirgæ pastoris.Aut sumatur succi porri de Sceni drac.j. & aceti media unc.potetur in mane. Et detur in potu adustum spongiæ cum aliquāto uini [g] [de passis] Et Gal.quidem curauit sputum sanguinis cum theriaca,& mythridato,& medicinis boni odoris,quoniam ipsæ confortant naturam ad hoc ut sit auara sanguinis, & consolidat uulnera. Et similitet troc.stellæ, & medicamē Andromachi. Et centaurea aggregat ad retentionem sputi sanguinis,& mundificationē, quare in potu sumant ex ea febricitantes cum aqua,& alij cum uino.Et Sclaui quidem curāt cum decoctione radicis centaureę maioris. & ex potibus est ille qui recipit succi arnoglossę pondus drach.ij.succi buglossę pondus drach.j. succi portulacæ & succi ramorum recentis rosæ un.j.terantur sine rotatione aquæ super eos, & colentur & non decoquantur,imò dissoluatur in eis aliquid de luto armeno, & potetur. Aut sumatur succus ramorum rosæ & dissoluantur in eo succus hypoquistidos, & [h] [endiuia] & cornu ceruinum adustum, & potetur. Et ex trochiscis,troch.huiusmodi. Recipe acaciæ,balaustiæ,rosarum rubearum, succi barbæ hircinæ,corticum glandium, corticum thuris partes æquales,& iterum [i] [arsenicū] corticū radicis mandragorę,luti de albohera thus,acacia,semen portulacæ,semen albedarungi, balaustiæ,camphora,sumantur,& fiant ex eis troch. Et sit positio eorum pondus drach.ij. cum media unc.aquæ,aut uini pontici,aut aquæ albedarungi.Et etiam semen papaueris,lutum sigillatum,& cum fistides,& thus.& camphora dētur in potu cum aqua albedarūgi,& iterum trochiscus,quem dixit eben Serapion,& est ille qui factus est cum gumma amygdali. Et ex oleis administratis super pectus, in æstate quidem, est oleum de cydonijs,& in hyeme est oleum nardinum.Trochiscus bonus. Recipe luti de albohera & coralli,& stellę seminis,rosæ siccę oīum an.part.ij.karabe, & gummi,& amyli oīum an. partem j. terantur,& fiant inde troch. & potio eius sit iiij.aur.febricitantib. in succo styptico, & non febricitantibus in uino, & proprie styptico.& ex emplastris communibus est farina hordei,& farina [k] [herbi] & acatia cum albumine oui. Quumque sanguis retinetur, tūc perueni ad consolidandum uulnus,& ad prohibēdum apostema,& consolidatio uulneris est cū eo,quod sciuisti ex glutinatiuis,stypticis. Et ꝓhibitio apostematis est cum prohibitione cibi, & attractione materierum ad extrema, & infrigidatione pectoris.Et oportet ut sorbeat acetum mistum multoties. Et oportetut se custodiat post retentionem & [l] [peruentionem etiā super res prædictas.] A qua autem quam potat, oportet ut sit aqua pluuialis,aut aqua, ī qua ponuntur lutum armenum,& rosę,& aqua ferri, & in qua extingnitur ferrum est iuuatiua propter suam stypticitatem.Et quando timetur cōgelatio sanguinis in pulmone,oportet vt in potur in principio acetum mistum cum aqua,nisi tussis adsit,tunc.n.oportet ut caueatur acetū. Et quandoque sanat sanguinem congelatum medietas,drac. j. diacurcumæ cum aliquāto de aqua porri,& cochleario oxymellis.Et ex cōpositis ad hoc,est illud quod recipit fęnugræci decocti drac.ij.arist.drac.j.myrrhæ drac.iij.olei đ lilio drac.j.piperis drac.j.hyusquiami drac.j.rosarum drac.ij.fiant ex eis troch. & exsiccētur in umbra,& sumantur in potu cum aqua fœniculi,& apij. Et etiam coagulum leporis,& aqua cineris ligni fici, cum thymo, aut origanum cū melle,aut soluatur uenter cum eo, quod euacuat.& medicinas quidem singulares diximus in libro secundo,et compositas dicemus in antidotario.Et tu lege sermonem nostrum,de resolutione sanguinis congelati,in lib.iiij.

ANNOTATIONES.

Videtur hoc loco docere, quomodo instans, nondum tamen præsens sanguinis sputum sit præcauendum.

At

z B.fructus.
a B.j.
b B. flos coriandri.
c B.aliud atalk.
d Alia litera alfersengi.
e B.in regione almusfuli nominatur alfersengi.Alia litera nominatur in regione musfal uel almusful ali ebrucha alberi.
f † B. quoniam est ultimum.
g —— B.
h B.hæmai.
i B.Alia litera semē hyusquiami,&
k B.thuris.
l B. administrationem rerum prædictarum.

Atque ubi cum corporis plenitudine & præsertim thoracis angustia tussis fuerit frequens, inclinandam materiam ad inferiora commonet, sectione saphenæ, ac deinceps secandam esse cubiti iecorariam. uel si in mulieribus id mali accidere uereamur, eße ducendos menses. At verò roget qs, cur, qui thorace angusto sunt, sputo sanguinis præsertim corripi solent? Gal. 3. in 3. uulg. morb. non propter temperamentum, sed ob uitiosam thoracis figuram hos tabi obnoxios putat (sequitur autem tabes sanguinis sputum) probabile tamen esse putat, talem quoque figuram, innatum calorem sequi. Explicat uerò id 3. in 6. vulg. morb. atque ab ingenitæ caliditatis, quæ ex corde initium habet, imbecillitatē, pectoris angustiam proficisci affirmat, corde nimirum et pectore utroque ob formatricis imbecillitatem paruo procreato. Fit ergo, quia ijs, qui angusto thorace sunt, paruum quoque cor inest, & parua propterea uis sita est, ut hi & fluxionibus ob eius partis imbecillitatem maxime pateant, & ob earum partium angustiam irruente leui etiamnum humorum multitudine, uasorum thoracis ruptioni obnoxij sint. Cur uerò Auic. paratis ut in phthisim incidant, saphenam secandam iubeat, rationem habes ex Tralliano lib. 7. materiæ nempè ad longinquiores partes prouocatio firmiorem multò reuulsionem facit. Quòd uerò in mulieribus mēses prouocet: agendum id quidem est, non medicamentis (quod quispiam fortaße crediderit) quum eius generis medicamenta acria sint, quæ ipse statim interdicit omnia, sed vel frictionibus inferiorum partium uel cucurbitarum appositione erit. quod præsertim agendum erit, si ob retentos menses discrimen mali huius, de quo hic agitur, impendeat. Subdit deinceps facti iam sanguinis sputi curationē, a quacunque id causa euenerit, pro qua re pete Trallianum li. 7. & Paulum lib. 3. & Vide & Gal. 5. meth. & 7. de comp. med. per loc. nec non Rasim 9. ad Almans. & Celsum li. 4. Vnum est præsertim in hoc capite animaduertendum. quòd de erosione ex destillatione acri uerba faciens author noster sectionem uenæ interdicit, Trallianum hac in re et Paulum æmulatus. nempe quod sanguinis missione periculum sit, ne acris ille humor, etiam acrior reddatur, ob hanc sanè rationem & Hipp. 3. in 6. uulg. morb. vetari sanguinis vacuationem ait a pleuritide & bile. Adde uerò & (quod Trallianus) quoniam magna ex parte eorum corpus qui sic ex erosione sanguinem reddunt, gracile, persiccum est, & assatum. Refrigerat autem his caput Auicennas Tralliani exemplo, quamuis id reticuisse Gal. uideatur, ipso aduertente Tralliano. Quod curationis reliquum est, pete ex locis antea adductis, præsertim uerò uide Arctæum 2. de curat. acutorum morb.

Com. 70. Com. 18. Cap. 1. Cap. 1. Cap. 31. Cap. 3. Cap. 4. Cap. 4. in fine. cap. 2.

TRACTATVS QVARTVS.

De principijs speculatiuis scientiæ apostematū membrorum partium pectoris, & exiturarum eorum, præterquam cordis.

Sermo uniuersalis de doloribus partium pectoris, & lacertis.

De pleuresi. *Cap.* I.

QVandoque accidunt in uelaminibus, & tunicis, & lacertis, qui sunt in pectore, & costis, & partibus eorum, apostemata lædentia, ualde dolorosa, quæ nominantur sosati, & birsen, & pleuresis. & quandoque fiunt etiā dolores in istis membris non ex apostemate, sed ex uentositate, quare errant quidā, & existimāt quod sit ex hac ægritudine, uerum non est [a] † [ ] pleuresis [b] [nisi] apostema calidum in partibus pectoris, aut in lacertis intrinsecis, & in uelamine cooperiente pectus, aut in velamine distinguente, & est illud quod est purum: aut in lacerto apparente extrinseco, aut uelamine extrinseco cum communitate cutis, aut absque communitate, & maius istis, & terribilius est illud, quod est in ipso uelamine distinguente, & est prauius eis. Et materia quidem huius apostematis secundum plurimum est cholera, aut sanguis cholericus, quoniam in membris tunicosis, non penetrat nisi subtilis cholericus, deinde sanguis purus: & propter hoc sunt paroxysmi vehementię febrium eius tertiani secundum plurimum, & propter hoc raro accidit ei, qui eructuat secundum plurimum acetose, quoniā est phlegmaticę complexionis. Et cum hoc quādoque fit sæpe ex sanguine adusto. Et quandoque fit ex phlegmate putrido. Et quandoque fit, sed raro, ex melancholia putrefacta, inflāmata. Et nos iam ostendimus in libris uniuersalibus, ꝙ non est ex conditione apostematis calidi, ut non sit ex phlegmate, & ex melancholia: imò quandoque fit ex phlegmate, & melancholia, secundum modum tamen, ut non sit acutū, nisi quando est ex cholera, aut sanguine. Nam si est ex alijs ab his duobus, est chronicum: & hæc est res, quam plures hominum non comprehenderunt. Et propter ea quòd omne apostema, aut resoluitur, aut induratur, aut collectionē facit, & tunc similiter est dispositio pleuresis. Verum induratio in pleuresi est ex eis, quę minoratur. Ipsum enim aut resoluitur, aut collectionem facit in dominationem dispositionum. Et pleuresis quidem quum resoluitur, recipit pulmo secundum plurimum illud, quod resoluitur ex ea, & [c] [exsiccat] ipsum, & extra educit illud, & quandoque resoluitur ad partē alteram. Et quando colligitur sanies, indiget necessario maturatione, vt rumpatur. Et quandoque [d] [recipit] pulmo saniem, & quandoq; recipit eam vena concaua, & egreditur ad vrinā. Et quandoque effunditur ad meatum fęcis, & euacuatur cum solutione uentris, & multoties cadit ad loca uacua, & carnes glandosas, & facit euenire apostemata in eis, quæ sunt sicut duo inguina, & [almagabeni,] et post ambas aures. Et multoties expellitur materia ad cerebrum, et membra alia, sicut dicemus, et accidit timor, et interficit. Et quandoq; ꝓfocat materia [f] [pulmonē] multitudine sua, in pręfocando meatū anhelitus. Et quandoque eius multitudo; non est hæc multitudo, et non est materia [g] [sanies, siue non,] siue sputum sit simile saniei. sed virtutes sunt prostratę, quare deficiunt a sputo: et propter hoc oportet, ut confortetur virtus in hac hora, ita ut sit fortis ad faciendam constrictionem uehementem ad tussim [h] [sputi:] hoc namque sputum est operatio, quæ completur duab. uirtutibus, quarū una est naturalis maturatiua, & expulsiua ēt, et altera est uoluntaria expulsiua: et quando non confortantur ambæ, possibile est vt deficiant a mūdificando. Et scias ꝙ difficultas spuendi nō est nisi ex uirtute, quādo est debilis, aut ex instrumento, quādo instrumentum est læsum motu sui ipsius, aut ex motu uicini sui: aut est ex materia, quum est subtilis ualde:

a † B. & b B. est. c B. expuit. d B. Alia litera. expuit. e B. almagaben f B. Alia litera. famosa. g B. nisi digesta siue fuerit saniés. Alia litera. & non est digestio, siue sanies fuerit, siue sputum simile saniei, nisi ꝙ uirtutes sunt prostratæ. h B. cū qua est sputum.

valde, aut valde grossa, aut viscosa. Et in huiusmodi quidem dispositionibus quandoque accidit in pulmone sicut ebullitio, propter commistionem aeris cum materia inobediente effusa ad pulmonem, & ad cannam, Et quando non mūdificatur cum sputo in pleuresi usque ad xiiij. dies, tunc iam facit collectionem. Et quando non mundificatur uirus post xl. dies, tunc iam cadit in peripneumoniam, & phthisim. Et quandoque [a] [erūpit uirtus] in septima. Sed in plurib. est in xx. & xl. et lx. Et quandoq; accidit ruptura ante maturationem, propterea quia natura expellit materiam nocentem, propter suam multitudinem, aut acuitatem suam, aut propter caliditatem complexionis ętatis, & temporis, & regionis & receptionem facientium eruptionem ex bibitis ante horam, ex parte erroris medici (& ego dicā erūpētia post) aut ex motu ægri superfluo, [k] [& maximo, sicut casu, aut tussi:] aut uociferatione, & illud est timorosum. Et quandoque accidit, ut permutetur pleuresis ad peripneumoniam, ita ut recipiat pulmo materiam apostematis. deinde non est bonum sputum eius, & retinetur in ipso, quare apostematur. Et quandoque accidit, ut permutetur pleuresis ad phthisim, quandoque mediante peripneumonia secundum modum, quem dicturi sumus, & quandoque absque mediatione peripneumoniæ, imò ut ulceret materia, aut sanies resoluta ab ea, substantiam pulmonis acuitate, & malitia sua. Et quādoq; accidit ut permutetur ad spasmum, & alcuzez, ita ut expellatur materia ad neruos coniunctos mēbro, in quo est apostema. Nam mēbrum est neruosum, & hęc permutatio, perniciosa est, [l] [deinde non sequuntur] cum ea reliqua signa bona. Et quandoque succedit pleuresi, & peripneumoniæ, quasi stupor in postremo adiutorij patientis, & in domestico brachij eius, vsque ad extrema digitorum Et quandoque pertransit ad partem cordis. Et accidit [m] † [ ] tremor cordis, quem sequitur syncopis, & ad latus cerebri, etiam in dispositione resolutionis ante collectionem, & in dispositione collectionis. Et quandoque permutatur materia ad membra apparentia, & fiunt exiturę. Et quandoque fit permutatio eius hęc cum penetratione ipsius in substantias neruorum, & chordarum, imò ossium. Et quandoque declinat ad loca inferiora, deinde aperiuntur, & fiunt fistulę, & est illud ex causis euasionis, [n] [& non sunt fistulæ malignæ nociuę] Et si declinat ad iuncturas; & fiunt fistulæ. euadit infirmus etiam. Sed quandoque [o] [antiquatur] membrū, & proprie quū non est illic euacuatio alia cum stercore, aut urina grossa: plurimi sediminis, [p] [aut propter sputum] plurimę maturitatis. nam si fuerit aliquid horum erit salubrius. Illud enim significat paucitatem materiei faciētis exituras, & possibilis est rectificatio eius cum maturatione. Et exituræ istæ quando occultantur, & profundantur, significant nocumentum, & [q] [multiplicantur] proprie quando redit materia ad pulmonem. Et quandoque accidit ex uehementia febris, frequentia anhelitus, & ex frequentia anhelitus, uiscositas sputi: sputum enim exsiccatur causa anhelitus frequentis. Et quandoque accidit ex uiscositate sputi, uehementia laboris, & additio inflammationis. Et ex additione inflammationis, frequētia anhelitus, & ex frequentia anhelitus, uiscositas sputi, & non cessant ambæ iuuare se super malitiam. Quæritur autem, quæ species peripneumonię, & pleuresis, sunt deteriores an illa quę est in latere sinistro uicina cordi, an illa quæ est in latere dextro. Quidam enim ponunt hanc esse deteriorem, & quidam ponunt illam deteriorem esse. Verum ueritas est, quòd propinqua [r] [parti sinistrę] est deterior: sed est conuenientior, ad hoc, ut maturetur, & recipiat resolutionem, si fuerit de proprietate eius ut suscipiat illud. Et illa quę remotior est [s] [a parte sinistra] est salubrior: uerū ipsa est ex parte resolutionis, & maturitatis magis inobediens. Et quandoque facit cadere in pleuresim repletio humorum, quando accidit in parte capitis, aut parte pectoris, aut in quibusdam uenis [t] [coniunctis partibus] pectoris, Et quandoque facit ipsam possidere multitudo potus aquæ frigidæ constringentis materias, & frigus additum, quemadmodum facit ipsā euenire caliditas vehemens, & potus uini puri mouētis humores, quos ebullire facit. Et raro quidē pmutatur peripneumonia ad pleuresim. uerum res est econtrario; & cum hoc illud quandoque est, & alleuiatur cum eo constrictio anhelitus alleuiatione aliqua. Et pleuresis quidem plurimū accidit in autumno, & hyeme, & proprie post ver hyemale, & multiplicatur in vere hyemali, & exsufflatione septētrionis propter multitudinem superfluitatum aut propter coarctationem superfluitatum, & multiplicantur cum eo dolores laterum & costarum, & proprie successione meridiei, & in ęstate. Et quum exsufflat meridies minoratur valde, verùm quum est ęstas austrina pluuiosa, & similiter autumnus, multiplicatur in fine autumni in habentibus choleram, pleuresis. Secūdam formam verò aliam ab hac pleuresis minoratur in acribus, & regionibus, & uentis meridianis. Et minoratur etiam in mulieribus, quæ menstruantur: quoniam complexiones earum declinant ad humiditatem absque cholera. Et quando accidit prægnantibus, est perniciosum, & minoratur in decrepitis, nam si accidat, interficit propter debilitatem uirtutum ipsorum in spuendo. & mundificando Et pleuresis quidem quandoque assimilatur apostemati hepatis. Nam suspensoria, quum extenduntur propter apostema hepatis, peruenit illud ad uelamen, & panniculum, et sentitur in ipso dolor; & peruenit ad constrictionem anhelitus, quare necessariū est tibi, vt cognoscas differentiam inter ea vtraque. Et quandoque assimilatur sirsen. Et pleuresis quandoque interficit propter magnitudinem accidētium eius, & quādoque interficit propter pręfocationē, Et quandoque interficit cum permutatione ad peripneumoniā, & phthisim: aut syncopim, aut aliud ex eis, quæ dicta sunt, Et scias quòd pleuresis quando associatur ei sputum sanguinis, est similis hydropisi, cui associatur febris. Indiget ergo primum, & est pleuresis cura styptico propter sputū sāguinis [u] [lædente secundū] pleuresim,

[a] B. contingit pus. Alia litera. mundificatur sanies.

[k] B. laborioso.

[l] B. & nō iuuāt

[m] † B. ex eo.

[n] B. Alia litera. sed sunt fistulæ malignę temporales seu chronicæ. Alia litera. malignæ ambulatiuæ.

[o] B. paraliticatur.

[p] B. cum sputo

[q] B. recidiuationem uel exterio rationem.

[r] B. ex parte loci.

[s] B. ex parte loci.

[t] B. effundentibus ad partes.

[u] B. & cura lenitate propter

sim. Sicut secundum indiget cura calefaciēte & exsiccante, aut exsiccante æquali secundum hydropisim, & humectante infrigidante propter febrem. Et multoties est causa pleuresis & peripneumoniæ assumptio ciborum grossi nutrimenti, ingrossantis [x] [nutrimentum] sicut alcā nabit, quare expellitur ad partes mammillæ & lateris. Et cura [y] [quidem materiæ subtilis est] cum balneo, & exeunti ex eo detur oxymel uelociter, & alienet inunctionem, quæ fit fricando cum oleo, quoniam est attractiua. Et quandoque excusatur per hæc a phlebotomia.

x B sanguinem

y1. eius est subtiliatio materię

ANNOTATIONES.

cap. 3. *Pleuritidem exquisitam ait Gal. 5. de loc. aff. fieri ubi cingens costas membrana primario affectu laborat, proinde dolor uel ad iugulum, uel ad pręcordia peruenit, id ferè, sed copiosius, & lib. de const. ar.* cap. 15. *Auicennas hoc loco tripli cem ueram pleuritidem facit. ubi inflāmatio musculos thoracis internos, ubi membranam succingentem costas; ubi velamen distinguens apprehendit. per uelamen verò distinguens, ut nos putamus, mediastinum intelligens, non diaphragma, quod alij existimant. quum diaphragmatis inflāmatio non pleuritim, sed phrenitim faciat. At, verè, si vocis vim spectes, pleuritis propriè inflammatio est membranæ succingentis costas, quam πλευρὰν uocat, siue ad latera hæc sit, siue ad mediastinum, per consensum verò & musculorum internorum phlegmone pleuritis dici potest, quod affectis his communicari pleuræ affectum necesse est. cæteræ uerò inflammationes, quæ externos musculos, uel externam membranam, ac cutem thoracis occupant, pleuritides dicuntur, sed non uerè, tametsi non ignoramus velle alios, earum partium inflammationes nullo pacto uel ueræ uel nō ueręe pleuritidis nomen mereri, quòd ad pleuram affectus non pertineat. id quod sanè, si propriè loquendum sit, non ambigimus. quum tamen inualuerit tam vsus, vt inflammationes, quæ ad latera sunt, pleuritides omnes nuncupentur, licebit ut has quoque cum Auicenna, & medicis passim omnibus pleuritidas uoces, at si proprie loquendum sit pleuritis uera ea solum erit inflammatio, quę ad pleuram: & quæ ad internos est musculos, non vera dicetur, ut Gal.* cap. 3. *5. de loc. aff. cæteræ verò, si non pleuritides, laterales tamen morbi erunt. Porro ait hic pleuritidas inuicem comparans ex his omnibus eam esse grauissimam, quæ ad mediastinum. Quærat ergo aliquis, qua id causa eueniat. Differit etiam etiam paulo postea, utra & pleuresis & pulmonia peior sit ex ijs, quę ad latera, an quæ dextrum, an quæ sinistrum latus apprehendit. Quamobrem, ut paucis utranque hic quæstionem absoluamus. Si quæ ad latera sunt, spectes, dubio procul quę sinistra est, quia cordis cuspidi magis proxima est, maiorem cladem minatur, quam dextra. quæ tamen si salubris sit morbus, etiam citius, ob maiorem quæ illic est caloris innati uim, curabitur. quamuis enim dextra pars in vniuersum nobilior & calidior altera sit, quod & Arist. in libello de motu animal. particulatim tamen, qua parte cor residet, sinistra & nobilitate, & calore & innato & influente antecedit, ut proptcrea, et ratione nobilitatis maius discrimen impendeat, si hæc afficitur, et celerior fiat coctio, si salutaris est morbus. Adhuc tamen pleuritidum grauior est, quæ mediastinum corripuit, quum hæc ad cordis basim incumbat, nobiliorem partem quàm cuspis sit, docente* cap. 7. *Gal. 6. de usu part. nempe fons ea & sedes innati est caloris. unde & uenas ea pars, & arterias coniunctas habet. quamuis & hic de situ cordis controuersia sit, an ad sinistrum an ad dextrum magis uergat. Sanè pleuritidis causæ sunt, quæ & fluxionum, de quibus alias dictum est. materia uerò, biliosi præsertim humores et tenuissimus sanguis nempe, quòd pleuræ illius dura substantia est, quæ non facile pręter bilem & tenuissimum sanguinem crassiores humores suscipit. fieri tamen etiam ex alijs humoribus potest, quod & Gal. 6. aph. & lib. de const. art.* com. 23. cap. 16. *Quāuis enim Hip. qui acidum eructant, i. quibus redundat pituita, vel etiam atra bilis, non valde morbo laterali corripi affirmat, non is tamen negat, aliquando etiam in his pleuritidem fieri. Verum, an pleuritides eæ, quæ ex atra bile & pituita fiunt, veræ sint pleuritides, dubitare author noster uidetur. nempe quum pleuritis acutus sit morbus, at ex pituita & atra bile non fiunt acuti morbi. Et si uerò non negat Auic. fieri posse, ut ex pituita & atra bile putrescentibus calidum apostema oriatur, quod tamen acuti morbi ex his qualibuscunque humoribus fiant, non admittit. quod certè non uidetur nobis carere ratione, quum acuti cito terminentur, talesque morbi non nisi ex humoribus natura calidis fieri uideantur. Licebit tamen fortasse, ut pleuritides hasce ex pituita & atra bile pleuram occupāte veros & acutos morbos nuncupemus, sed impropriè, quo pacto & apoplexia acutus morbus a Gal. nuncupari solet, ob uitæ scilicet discrimen, quæ in præcipiti est, non materiæ prauitatis, sed affecti loci principis ratione. sunt enim acuti morbi alij propriè acuti, alij impropriè, ut ex Galeno alibi diximus. Vnum hic notat, quum ait, [Et quandoque recipit eam uena caua &c.] quod paulo difficilius est. nempe pleuritidis materiā a uena caua nonnunquam suscipi, & per urinas efferri. Quanquam enim Gal. 6. de loc. aff. id fieri asserat, sanie ipsa* cap. 4. *in arteriam pulmonis læuem, deincepsque in sinistrum cordis uentrem recepta, quæ inde in magnam ipsius cordis arteriam incidens per renes de hinc transit in uesicam. Et si idem Gal. eandem pleuritidis materiam per aluum expelli existimat, sanie ad venam cordis cauam transmissa: indeque ad intestina ferri ait. ambiguum tamen id nobis est, quomodo cor, dum saniem eam excipit, non uehementer offendatur: aut prauitate eius materiæ & corruptis spiritibus, vitalis calor ac uita ipsa extinguatur. Non certè id imus inficias. fieri quandoque, ut sanies ex rupta pulmonis vomica erumpens, per urinas, uel secessium expurgetur, quādo id Gal. uidisse se ipsum testatur. non id, tamen pro certo statui posse arbitramur, quia via, quo ductu in agendis hisce raris alioqui visu actionibus natura utatur. Scimus certè naturā parare sibi uias, quod Hippocrate authore Gal. 7. aph. fatetur. quas tamen & quales uias, ignoramus.* Aph. 54. *Fortasse, quibus eiusmodi excretiones accidunt, peculiare aliquid habent, quod in cæteris reperire non est. differt nempe natura a natura, & corpus a corpore, quod Hipp. ait. Et Nicolaus Sanmichelius Nouocomensis uir nostra tempestate maximus & in dissecandis corporibus exercitatissimus, spectasse in cadaueribus quibusdam se ipsum atque alios multos testatur, uenam magnam ubi diaphragma excessisset, priusquam in cor sese insinuaret, ramulum quendam recta ad pulmones misisse. Quod si ita se habet, forte hoc itinere expurgata est uomica, de qua Gal. meminit, atque hęc uena magnæ propago ijs inest, qui id excretionis genus experiuntur: neque in cor ipsum temere alioqui pleuritidis sanies suscipitur.*

De signis pleuresis. Cap. 2.

Pleuresis puræ signa sunt [a†] [ ] manifesta & sunt febris inseparabilis propter uicinitatem cordis. Et secundum, est dolor pungitiuus sub costis, quoniam membrum est panniculosum, & multoties non apparens nisi apud anhelitum. Et quandoque est cum pun-

a† B. quinque.

b B. plurima.

c † B. causa diuersitatis.

punctura tensio,& quandoque est[b] [plurimũ.] Et tensio quidem significat multitudinem , & punctura fortitudinẽ in penetratione,& mordicatione. Et tertium est constrictio anhelitus propter coarctationem factam ab apostemate & paruitas,& frequentia eius . Et quartum est pulsus serrinus,[c]† [ ] cuius quidẽ diuersitas augmẽtatur,& egreditur ab ordine apud statũ, pp debilitatẽ uirtutis,et multitudinẽ matetici. Et quintum est tussis,quãdoq; enim accidit in principio huius ęgritudinis tussis sicca,deinde cum sputo,& quandoque est hæc tussis in principio rei eum sputo,est laudabile ualde.Et tussis quidem non accidit,nisi propterea quod pulmo læditur ex uicinitate. Amplius resudat ad ipsum id,quod resudat ex materia ęgritudinis, quare indiget sputo eius : Quod si resoluatur tota, & resudet : tunc iam mundificatur illud quod collectum erat. Et cum ea quidem quæ pura est,non est pulsatio,quoniam membrum est priuatũ multitudine arteriarum. Amplius quoniam pleuresis est similis apostemati hepatis propter tussim,& febrem , & constrictionẽ anhelitus, & propter tensionem suspensoriorum , & expulsionem doloris ad panniculum cooperientem , oportet , ut distinguatur inter utraque. Et iterum similatur peripneumoniæ propter illud , & propter sputum . quare oportet vt distinguatur inter ipsam , & illam. Et iterum differentia inter apostema hepatis & pleuresim est : quoniam pulsus in apostemate hepatis est undosus,& dolor est grauatiuus, nõ pũgitiuus , & facies est conuersa ad citrinitatẽ malam,& tussis est absque sputo, imò tussis est sicca tarda.Et quandoque denigratur lingua eius per citrinitatem , & urina est grossa,hydropica,& egestio est hepatica , & sentitur grauitas in latere dextro & non comprehendit ipsũ tractus [d] [cum dolore.]Et quandoque est in apostemate hepatis solutio similis loturæ carnis recentis propter debilitatem uirtutis.Et quum apostema est in gibbositate,sentitur in [carne][e] plurimum,& si est in concauitate,[f] [detegitur] ab eo anhelitus inobediens,quum significet rẽ grauem suspensam.Et constrictio anhelitus in apostemate hepatis,est similis in horis,nõ uehemẽs ualde.Pleuretici uero tussis est cũ sputo,& dolor eius est pũgitiuus, & eius urina est bonæ subæ,& color eius est optimus, & cõstrictio anhelitus eius est uehemens, & est perueniens ad additionem[g] [plurimam:] Et differentia inter ea ambo, & inter peripneumoniam, etiam est , quoniam pulsus peripneumoniæ est undosus, & dolor eius est grauatiuus , & strinctura anhelitus eius est uehemens , & anhelitus eius est calefactus , & signa alia.Et quoniã cũ pleuresi quãdoq; accidũt accidentia† sirsen horrenda,sicut permistio intellectus,& alienatio,& frequẽtia anhelitus,& tremor cordis,& syncopis , & quæ sunt minora illis , & prauitas angustię , & multitudo rixę,& uehementia sitis,& alteratio coloris faciei ad colores diuersos, & uehementia febris,& uomitus choleræ , & causa in istis accidentibus est cõmunitas pectoris cum principalibus membris, & uicinitas eorum;oportet ut distĩguatur inter utrasq; res ,s.sirsen& birsen.Ex differentia igitur est,quòd permistio intellectus accidit in sirsen in primis;deinde uehementia fiunt in ipso reliqua accidentia , & est anhelitus in eo sanior, & postponitur corruptio anhelitus a permistione, & sunt cum eo accidentia ipsius propria,sicut est rubedo oculorum, & attractio eorum ad superiora.In birsen uerò postponitur permistio intellectus, & quandoque non est nisi iuxta mortem;imò est ratio eius incolumis. Verùm in ipso præcedit alteratio anhelitus,& eius malitia,& est in principio tensio in † hypocondrijs ad superiora,ac si trahatur ad ap̃a, & dolor pungitiuus. Et differentia in hoc est,quòd pulsus in sirsen est magnus declinans ad raritatem,& in pleuresi paruus,ad frequentiam,ut succurratur paruitati. Et pleuresis quando fit uehementior,uehementiora fiunt accidentia prędicta cum ea.et siccatur lingua cum ea,& exasperatur. Quum ergo augmentatur,accidit rubedo in facie , & oculis et inquietudo uehemens,& corruptio anhelitus, & permistio intellectus,& sudor intersectus,et quandoque perducit ad fluxum uentris malũ.

d B. causans dolorem.

e B. tactu.

f B. distinguit ipsum.

g B. continuam ita ut manifestetur in omnibus sex horis sensibilis additio plurima. Alia litera in oĩb. sex horis diuersitas additionis plurimæ.

† phrenitidis.

† mirach.

ANNOTATIONES.

com.12.

com.34.

Signorum tria sunt genera, vt 1.aph.habetur.alia morbum demonstrantia,quæ pathognomica dicuntur quæ.s.statim posito morbo ponuntur,& inseparabilia ab affectu sũt ipso.alia non semper quidem morbum comitantur,sed sæpe tamen cum illo accidunt,quod Gal. 3.in 2.uulg.mor. atque hæc affectus speciem significant, uel affectum locum , uel affectionis naturam,& assidentia uocantur.alia itẽ sũt quæ non statim cum morbo accidunt,sed postmodum apparent,& coctionem aut cruditatem , salutem aut mortem portendunt.coctionem quidem & salutem, si opportune & certo quodam tempore apparent,cruditatis uerò & mortis si non debito tempore emergant . hacque post apparentia nuncupantur.Quum ergo tot sint signorum genera,& pleuritidis plura signa medicis referantur pathognomonica febris,spirandi difficultas,tussis,dolor lateris punctorius , ex Gal. .aph.& 2.de diff.resp.assidentia , quòd dolor uel ad iugulum,uel ad hypochõdria pertingat: quòd facilius in latus patiens quàm in alterium decumbant. Post emergẽtia, sputi uel colorati uel decoloris reiectio. Addit uerò Gal. ad pathognomonica sępenumero, præsertimque 5.de loc. aff. & de constit.art.serrantem pulsum . Dubitandum tamen hoc in loco.Namque si assidentia ea sunt, quæ non semper quidem morbum comitantur , sed sæpe cum eo adueniunt certè pleuritidis (de uera & exquisita loquor) proprium indicium & pathognomonicum erit dolor,non solum punctorius,sed uel ad iugulum, uel ad hypochõdria descendens ipsius etiam Gal. testimonio , qui 5. de aff.loc.exquisitam pleuritidẽ aut fieri,ubi cingẽs costas mẽbrana primario affectu laborat,pinde dolor uel ad iugulũ,uel ad pcordia peruenit.Videtur certè,ꝙ ascendat uel descendat dolor,exquisitæ pleuritidis pathognomonicũ esse indicium,quãuis Gal.inter assidentia retulerit.Fortasse aũt si pleuritim in uniuersũ sumas , & pro exquisita & pro ea quæ exquisita non est , descensus uel ascensus doloris pathognomonicum non est,quum in non exquisita non fiat.at,si de exquisita uerba fiant , si modo exquisita ea est quam describit Gal.5. de loc.aff.ut is aperte asserit,cur,& hoc inter propria & passionis demonstratoria signa non reponatur,non uideo.Cætera de huius affectus notis pete ex locis supra adductis, nec non ex Trall.lib.6. & Paulo lib.3.& 2.de loc.aff. Vide & Arctæum 1. de.acutis morb.

com.12. cap.1. cap.3. cap.15. cap.3. cap.33. cap.33. cap.10.

De

De ſignis eius, quę eſt pura, & non pura. Cap. 3.

QVum non eſt pleureſis pura imò eſt in pãniculo velante coſtas, & lacerto extrinſeco, habet ſigna, & ſunt dolor in ea, & nocumentum ad terminum, illam nanque, quæ fit in pãniculo extrinſeco, comprehendit tactus. Et quandoque communicat ei cutis, & apparet viſui, & quandoque rumpitur exterius, & nõ facit ſputum. Et hæc eruptio quandoque fit natura, & quandoque fit arte. Et cum illa quæ fit in lacerto extrinſeco, eſt pulſatio. Nam ſi ſentitur cum attractione aeris, eſt in lacerto dilatante, & ſi ſentitur in reditu, eſt lacerto conſtringente. Et iam oſtendimus, quoniam ambo inueniuntur in duabus tunicis ſimul, ſcilicet intrinſeca, & extrinſeca. Et [a] [comprehenſio] etiam comprehẽdit hũc modum pleureſis, quę non eſt pura. Et in hac quidem non pura, non eſt ex dolore pungitiuo, & ex conſtrictione anhelitus, & tuſſi, & ex duritie pulſus, & ſerrinitate eius, & uehementia febris, & accidentium eius, quod eſt in pura, & quandoque eſt pulſus lenis, & quandoque eſt febris propter apoſtemata in alijs locis a prædictis aut [b] [propter cauſam aliã ſicut ſputum ſanioſum,] aut aliud, & non eſt pleureſis, quum non ſunt illic dolor pungitiuus, & pulſus ſerrinus, & reliqua. Et in non uera exiſtit [c] [ſubtus pectinem plantæ] dolor. Et in purra quę eſt in uelamine diſtinguente, eſt dolor declinans ad [d] [oſſa pectoris,] & eſt permiſtio rationis in ipſa, & fiunt uehemẽtiora accidentia, & dolor, & difficultas anhelitus, & non eſt [e] [uehementia] febris & uelocitas ſicut in alijs; imò quandoque poſtponitur, vſquequo putrefiat ſuperfluitas, & fit fortis febris ualde. Et ſi eſt in panniculo tegente pectus dolor eſt vſque ad furculas. Et diuerſificatur dolor propter diuerſitatem tactus partium pãniculi furcularum, & propter diuerſitatem partium in ſenſu, & non eſt cum ea pulſatio omnino, & dolor declinans ad [f] [partes thoracis] eſt propter apoſtema in velamine diſtinguente: Et quandoque eſt propter euentum apoſtematis in inſtrumentis membrorum carnoſorum, quæ ſunt in coſtis, & non eſt in eo multus timor.

a B. cõpreſſio.
b B. Alia litera aut eſt res alia ſicut ſputum catarrhale.
c B. ſubtus pectinem ſpatulæ
d B. ſeraſif.
e B. velocitas nehementiæ.
f B. ſeraſif quãdoque.

ANNOTATIONES.

Petenda ſunt loca ſuperiori capite annotata. Hic unũ ſe ſe offert animaduerſione dignum. Ait hic author diſtinguens pleuritidum uerarum ſpecies, ſeu differenrias inuicem, in ea, quę ad mediaſtinum eſt, non adeſſe illam uehementię febris celeritatem, quæ vbi in alijs partibus, ad latera videlicet inflammatio oritur, imò inflammata hac parte nõnunquam non excitari febrem ſcribit, niſi poſtquam putreſcere inflammatio cœperit: tunc uerò ualidam febrẽ ſuccedere. Sanè, ſi hoc ita ſe habet: ſequetur certè acutam febrem non eſſe inter pathognomonica pleuritidis indicia reponendam: quod tamen Gal. putat 1. aph. & alibi. Quin quum ſuperiori capite pleuritim eam, quę ad mediaſtinum ſit, deteriorem eſſe protulerit, cuius nos rei rationem ad colligantiam cum baſi cordis ipſius retulimus, rationi conſentaneum videtur, ut parte hac inflammata etiam celerius augeſcat febris, & uehementius affligat. Difficile eſt rectè ad hæc ſatisfacere, ſi cum authore noſtro ſtatuamus inflammationem mediaſtini ueram eſſe pleuritiden. Dici tamen fortaſſe poterit, quamuis poſtponi quandoque febrem dixerit, quouſque putreſcat inflammatio, nolle tamen ipſum abeſſe ad putredinem vſque febrem ipſam, ſed differri eius vigorem. Siquidem, quum mediaſtinum cartilaginea conſtet ſubſtantia, carne experti, & ſuapte natura frigidiori, minus facile putreſcit, quod in ipſum influit, quàm ad latera, ubi pleura, quia internis coſtarum muſculis inhæret: calidior eſt. Quòd ſi obijcias, mediaſtino maiorem ineſſe feruorem oportere, ob cordis baſim. Dici poſſet, eius partis feruorem ob continuam frigidi inſpirationem remitti.

com. 12.

De ſignis malis, & ſignis ſalutis. Cap. 4.

SIgnificãt ſalutem eius ſputum facile, uelox, maturum, & eſt albũ, planum, æquale, & pulſus qui non eſt uehementis duritiei, & ſerrinitatis, & paucitas doloris, & reliqua accidentia, & incolumitas ſomni & anhelitus, & receptio curæ, & quod æger tolerat illud, quod patitur, & ęqualitas caliditatis in corpore cum [a] [æqualitate,] & paruitas ſitis & [b] [triſtitię,] ſimiliter ſudor, & urina, & egeſtio ſecundum diſpoſitionem laudabilem, & digeſtio vrinæ eſt ſignum bonũ in ipſa ſicut eius malitia eſt ſignũ malum ualde. Et malitia egeſtionis, & fœtor eius, & uehementia citrinitatis eius eſt ſignũ malum. Et apparitio fluxus ſanguinis narium, eſt ex ſignis bonis ultimis in pleureſi. Et malum eſt ut ſint accidentia eius, & ſignificationes ipſius, uehementia, & fortia, & ſputum retentum aut tardum, et non eſt digeſtum aut rubeum purè, aut plumbeum, aut nigrum, aut additur uiſcoſitas eius, & difficultas, et conſtrictio & eſt ſecundum cõtrariũ reliquorum, quæ numerauimus in bono. Et ex ſignis malis eſt, ut ſit illic urina fœculenta, non æqualis, et eſt ſanguinea, ſignificans inflammationem commiſſurarum cerebri. Et ex ſignis malis, eſt ut ſit illic caliditas uehemens, et proprie quando eſt cum frigiditate in extremitatibus, et dolor tendens ad poſteriora, et additio doloris: quando ęger dormit ſuper latus. [c] † [ ] Quum ergo accidit ei, aut [d] [pleuretico diuerſitas] in fine eius, ſignificat quòd hepar iam debilitatum eſt, et eſt malum ualde, et eſt in principio ſui ſignum bonum, imò eſt res iuuãs. [e] [Diuerſitas autem] quæ uenit poſt illud, et non remouetur cum ea difficultas anhelitus, et [f] [triſtitia,] fortaſſe interficit in quarto, aut ante ipſum. Et tremor [g] [qui eſt ſub thorace] in pleureſi multoties ſignificat commiſtionem rationis cum communitate uelaminis. [h] † [ ] & [i] [quandoque] fit iſte motus ex materijs uelaminis, & motus [k] [eius] ſecundũ plurimũ in huiuſmodi ęgritudine eſt motus aſcendens. Et ex ſignis malis eſt, vt profundẽtur exiturę procedentes a pleureſi abſque ſedatione febris, et non ſit ſputum bonum: nam illud ſignificat mortem, propter illud, quod eſt in eo proculdubio de reditione materiei ad profundum. De ſignis verò bonis & malis quæ ſunt poſt ſuppurationem, ſingulare faciemus capitulum. Et ſcias quòd pleureſis, quum non eſt in ea ſputum, tunc eſt aut debilis ualde, aut mala

a B. lenitate.
b B. anguſtię.
c † B. infirmũ
d B. aut habenti peripneumoniã fluxus uentris.
e B. fluxus autẽ uentris.
f B. anguſtia.
g B. uel iectigatio quæ eſt ſub ſeraſif.
h † B. ad caput
i ——B.
k B. earum.

la fraudulenta: nam aut non est cum ea multitudo materiei, de qua sit curandum, aut est in obediens ad spuendum maligna. Inquit Hippoc. multoties est sputum bonum facile, & similiter anhelitus, & sunt illic alia signa mala mortalia, sicut species in qua est dolor ad posteriora, & est quasi sit dorsum patientis eam, dorsum verberati, & est vrina eius sãguinea, saniosa, & raro fit beatus: imò moritur inter quartum, & vij. & raro protenditur usque ad xiiij. & in pluribus quum pertransit. vij. sanatur, & multoties apparet inter humores patientis ipsum, rubedo, & calefit spatula eius, & non potest quiescere. Si autem calefiat uenter eius, & egrediatur ex eo egestio citrina, moritur, nisi pertranseat. vij. Et quando ad ipsum festinat sputum plurimarum specierum, & diuersorũ colorum, & deinde uehementior fit dolor, moritur in tertio, & si non, sanatur. Et species alia est, cum qua sentitur pulsatio extensa a furculis vsque ad crura, & est[1] † [ ] in ipsa vrina aquosa, cum qua non est sedimen [m] [& sputum] & est mortalis propter declinationem materiei ad caput, Si autem pertransit. vij. sanatur.

] † B. saliua mũda cum qua nõ est mixtio turbida.

m —— B.

ANNOTATIONES.

De signis agit pleuritidis post apparentibus, pro quare pete loca superius adducta. Vide praeterea Gal. 1. de crisib. & Hipp. 2. prognost. & 1 Coac. prenot. ac 3. de morbis.

Ca. 5. a Tex. 43. ad 60.

De signis horarum eius. *Cap.* 5.

QVum nõ est sputum, aut adest sputũ subtile, aut paruum, aut illud quod nominatur saliua, secundum quòd dicturi sumus, est in principio, & quum augmentantur accidentia, & augmentatur sputum, & incipit remoueri a subtilitate, & additur in spissatione, & in facilitate, & incipit remoueri a rubedine [a] [ad albedinem, &] si est materia decliuis ad citrinitatem, & est proportionalis rubedini. est in augmento. amplius quum æger expuit sputum facile maturum, secundum quòd diximus de maturitate, & est plurimum, & dolor est leuis, tunc istud est status, & hora euentus maturitatis integræ. Deinde quum sputum incipit minui cum substantia illa, aut illa facilitate, & cũ priuatione doloris, & diminutione accidentium, tunc iam declinat. Quumque retinetur sputum post remotionem illorum accidentium omnino, tunc iam completur declinatio.

a —— B.

De signis specierum eius secundum causas ipsius. Cap. 6.

ET res quibus significatur causa efficiẽs pleuresim, sunt sputum, & color eius, quum est simplicis coloris, aut permisti coloris, & ex loco doloris, & ex febre, & uehementia eius, & paroxysmo ipsius. Sputum nanque, quum est rubeum, significat sanguinem, & quum est ad citrinitatem decliue, significat choleram. & flauum, significat congregationem amborum, & quãdo est ad albedinem decliue, & non est maturum, significat phlegma, & quando est tendens ad nigredinem, & plumbeitatem, & non est propter tincturam exterius ex fumo. aut similibus illis, significat melancholiam. Et iterũ dolor in phlegmatica, & melancholica secundum plurimum est descendens, ad lenitatem tendens. Et in alijs duobus est ascendens inflãmatus: Et rursus si fuerit febris fortis, uehemẽs erit ex materijs calidis, & si fuerit non uehemens, erit ex materijs decliuib. ad frigus, quantumcunque fuerit. Et quandoque [a] [significat per paroxysmos significationem bonam.]

a B. per paroxysmos significatione bona.

De signis permutationis eius. *Cap.* 7.

QVando non expuit sputum laudabile, uelox, & non mundificatur in xiiij. diebus, tunc iam permutatur ad collectionem. Et significat initium eius in ascensione, uehementia doloris prius, & difficultas anhelitus, & constrictio eius, & duplicitas ipsius apud dilatationẽ cum paruitate, & vehementia febris, & asperitate linguæ propriè, & siccitate tussis propter uiscositatem materiei, et spissitudinem uelaminis, & debilitatem virtutis, & casus appetitus, & permistio rationis, & uigiliæ, & grauitas quæ sentitur in loco illo. Et quando collectionem facit, & completur collectio, quiescunt dolor, & febris, et augmentatur grauitas. Quumque rumpit, accidit tremor diuersus, et dilatatur pulsus cum diuersitate sui, et cadit uirtus, et debilitatur anhelitus, et multoties accidit febris uehemens, propterea quia materia mordicat membra, et mordicat apostema. Quumque rũpitur, deinde nõ mũdificatur a die rupturę vsque ad xl. dies, perducit ad phthisim. Et ruptura saniosi in die vij. est ex eis, quę [a] [nominãtur in] raro. et plurimum eius post illud, vsque ad xx. & xl. & lx. Et quanto plus fiunt accidentia collectionis uehementiora, erit eruptio uelocior. Et quanto plus fuerint leuiora, erit eruptio tardior, & proprie febris existens de sũma accidentium. Et quando apparent signa timorosa, & tu iam testificatus es significationem laudabilem in sputo, & alijs, tunc nihil timeas: quoniam eorum euentus est causa collectionis, nõ propter causam aliam. Et omnis pleuresis, cuius dolor non quiescit per sputum, neque [b] [minutionem] neque per alia, tunc spera ex ea saniositatem, aut mortem ante ipsam, secundum reliquas significationes. Et cum videris pulsus tensionem vehementem fieri, & proprie quando eius frequentia fit fortis, tunc illud indicabit [c] [mortem, si virtus fuerit debilis, Et] si uirtus fuerit fortis, [d] [tunc ipsa permutabitur] ad peripneumoniam, & empyema, & phthisim. Et ad summum quum illic est significatio uirtutis & incolumitatis, deinde non quiescit dolor cum sputo, aut solutione ventris, & phlebotomia, & vaporatione, tunc ipsa est magis decliuis ad [e] [empyema.] Sed si non fuerit significatio incolumitatis fixionis uirtutis, et fixionis appetitus, et aliorum, tũc illud significabit, quod est mortalis, et ĩdicabit syncopim prius, quamuis appetitus cadat secundum plurimũ apud rupturam, Et rubedo maxillarum ambarum est propter illud. quod ad eas ascendit ex uapore, et calefiunt digiti propter illud etiam. Et quando rumpitur ad amplitudinem pectoris,

a B. accidunt.

b r. per phlebotomiam neque per solutionem uentris.

c —— B.

d B. permutationem.

e B. sanationẽ.

f B. mala fit dispositio eius.

ris, facit meditari alleuiationem aliquibus diebus: deinde f [malificat dispositionem eius.] Quum ergo rumpitur, uides pulsum secūdum quòd indicauimus iam debilitatum g† [

g† B. & dilatatum.

] & tardatum, & rarificatum propter resolutionem virtutis cum euacuatione, & extinctione caliditatis innatę. Et accidit etiam sicut diximus, tremor, quem sequitur febris causa mordicationis humorum. Si ergo fuerit materia apertionis plurima, & uirtus debilis, perducit ad perniciem. Et scias, quod quando uirtus est debilis, & tensio, & frequentia vehementiores fiunt, tunc istud sicut sciuisti, portendit syncopim. Et si est frequentia minor illa, & minor ea, quā fecit ipsa pleuresis, tunc quandoque indicat subet, h [&] spasmum, aut tarditatem maturationis. Et subet quidem non accidit, nisi propterea quòd cerebrum recipit uapores humidos, qui sunt proculdubio non cum acuitate illa i [neque frequentia pulsus in ea est] ualde. Et cerebrum quidem recipit eos propter debilitatem suam ab expulsione eorum in neruis. k † [

h B. Alia litera. aut.

i B. & si nō, esset frequēs pulsus.

k† B. Et accidit spasmus pp fortitudinem cerebri supra expulsionem eorum in neruis.

] Et significat tarditatem suppurationis propter grossitudinē materiei. Et l [quādo ipsa non permutatur, tunc] cerebrum & nerui fortes non recipiunt ipsam. Et quandoque indicat spasmum, & illud quando constrictio anhelitus uehementer fit fortis, & febris non est fortis. Et quando uides ęgritudinem iam m [sedatam] parumper, & occultatam, & non est illic sputum. tunc fortasse minuitur materia cum vrina, aut cum egestione, n [aut apparitione solutionis ventris cholericę subtilis; aut apparitione vrinę grossę.] Si autem illud non fuerit, tunc apparebit exitura. Nam si videris tensionē ad mirach, & hypochondria, & o [cutem] & grauitatem, indicabit illud exiturā apud inguinea, & crura. Declinatio eius ad ambo crura, est vehemens significatio ad incolumitatem, & in huiusmodi quidē pręcepit Hip. solutionem ventris fieri cum elleboro. Quòd si videris cum hoc difficultatem anhelitus, & cōstrictionem pectoris, & soda, & grauitatem in furculis, & mammillis, & brachio, & caliditatē ad superiora, portendit illud declinationē materiei ad partes aurium, & capitis. Et si fuerit dispositio hęc, & non apparuerit apostema, neque exitura in his partibus, tunc materia declinabit ad cerebrum ipsum, & interficit.

l B. ꝙ ipsa non permutatur est, quoniam.

m B. alleuiatam

n B. quare appareret solutio uentris cholerica subtilis, aut appareret vrina grossa.

o B. caliditatē

ANNOTATIONES.

Cap. 10.

Tam accurate singula ac minima quæq; hic author hoc in loco perquirit, vt mirari liceat. Eruta sunt hæc tum ex locis antea allegatis, tum ex Coac. prænot. tum ex primo & tertio de morbis Hippocrati ascriptis. Tu uide & Aretæum 1. de acutis morb.

a† B. qui incipit in secundo, aut in tertio.

Sermo aggregatus ex sputo. a † [ ]

Cap. 8.

b B. Alia litera. Et.

c B. sedat permixtionem rationis, si fuerit ante ipsum, aut vigilias.

Laudabilius sputum est, quod est facilius, & velocius, & plurimum, & magis maturum quod est album, planum, æquale, in quo nō est uiscositas, imò est æqualis substantiæ. b [Aut] quod est propinquum huic maturationi, c [& cum quo non est permistio intellectus, & non fuerint ante ipsum uigiliæ,] aut accidens aliud malum. Et sequitur sputum illud quod est decliue in primis diebus ad rubedinem, & decliue ad citrinitatem, & post illud ad spumosum. Et spumositatis quidem causa est, vt sit res parua humoris subtilis, cui admiscetur aer plurimus, & sit eius commistio vehemēs valde, quāuis spumosum non sit illius bonitatis, imò est decliue ad malitiam. Et deterius eo in principio est rubeum purum, & citrinum puru m igneum, & ex malis valde est album, viscosum, rotundum, & deterius omnium est nigrum, & proprie illud; quod est fœtidum ex eo, & citrinum est melius nigro, & grosso d [gradato vel] rotundo. rotundum est melius e [non rotūdo. Et si fuerit malū tūc erit significatio grossitudinis materiei, & dominij caliditatis, & significat cum longitudine ægritudinis, quòd cōuertitur ad phthisim. Et rubeum est melius citrino: quoniam sāguis naturalis ipse, & phlegma æquale; sunt leuioris lateris quàm cholera adustiua, & corrosiua. Et viride significat congelationem. et adustionem vehementem, & nō remouet iudicium malitiæ sputi in substantia sua, facilitas exitus eius. et fœtidum quidem est malum. Et expuere huiusmodi mala, est propter multitudinem, non propter maturationē Et omne sputum cum quo non quiescit nocumentum, est non bonum. Et ex consuetudine quidem eorum est, vt nominent purum, cui nihil extraneum admiscetur, maturum; aut nihil sanguinis, aut nihil cholerę, aut melancholiæ saliuam, & non nominant ipsum sputum. Et huiusmodi quando perseuerat; & non per miscetur ei aliquid, neque accidit ei dispositio; quę significet quòd humor est habens maturationem, tunc significat longitudinem ęgritudinis, & quando est cum priuatione maturationis, malum, significat perniciem. Et ad ultimū, sputum significat suo colore, & significat substantia, sua ex grossitudine & subtilitate sua: & significat sua figura in rotunditate sua, & nō rotunditate sua; & significat sua quantitate in multitudine, & paucitate sua. Et sputum quidē salsum significat catarrhum corrosiuū; & sputum humoris grossi: imò puris, quandoque fit non propter causam ulcerum pulmonis, imò propter causam humiditatum f [pectoralium dominantium] in corporibus eorum, qui pertranseunt. xxx. vsque ad xl. vel quiquaginta annos, & dimittunt exercitium. quare aggregantur in spatio pectoris, & g [procedunt] & accidit eis hydropisis in spatio xl. dierum vsque ad lx. & non est in ea plurimum mali.

d —— B.

e B. nigro quis sit malū, & eius significatio est. Alia litera. Et album grossum rotundū est melius rubeo quā nisi sit malū. & significet grossitiem materiæ, & dominium sit per caliditatem

f B. Alia litera. uirulentatū ad uenientium.

g B. expuuntur.

ANNOTATIONES.

Sputum tunc laudabile est, quum maturum expuitur, maturum uerò est, ait Hipp. 4. de rat. vict. in ac. quum puri simile uidetur. pus uerò illud optimum est, quod est album læue & æquale, & quam minime graue olens. 1. prognost. tale uerò quouis morbi tempore esse non potest neque sputum, neque pus sed uarios et colores & consistentiæ modos sortitur, pro temporum morbi uarietate. Qualia uerò sputa quales effectus prænuncient, docet copiosè, Hippocratem

Tex. 72.
Tex. 45.

Tex. 43 & deinceps, Cap. 5. Cap. 4. Cap. 15.

tem æmulans 2. prognost. Sed uide & Coac. prænot. & 1. de crisib. & 4. in 6. uulg. morb. nec non Paulum lib. 1.

De crisibus pleuresis. Cap. 9.

QVando spuit in die primo aliquid subtile, non maturum, tunc speratur, vt maturetur in quarto, & [a] [descendat] in. vij. Si autem non maturatur vsque ad quartum, aut initium sputi non est ex die primo, tunc crisis eius erit in xj. aut xiiij. Si autem non expuit nisi post quartum; deinde expuit, & in ipso est maturitas aliqua, tunc res est media, & si non est in ipso maturitas, tunc egritudo prolongatur cum fiducia, & proprie quum sunt illic signa bona virtutis, & appetitus, & ætatis. Et quando non spuit vsque ad septimum, aut expuit sputū mundum sine maturatione penitus, imò non est nisi humor purus: tunc si in veneris virtutē debilem, scias quòd non maturabitur nisi post tempus, & si ipse deficit ante illud, egritudo nō pertransibit xiiij. Et quandoque interficit ante ipsum, quoniam crisis eorum, quæ sunt huiusmodi, est vsque ad xl. aut lx. & naturæ debilis incolumitas non protenditur vsque ad illam horam. Quòd si virtutem inueneris fortem, & videris duo desideria equalia laudabilia, & uideris somnum, & anhelitum secundum quod oportet, & videris vrinam maturam bonam, sperabis quòd pertranseat xiiij. deinde moriatur secundum plurimum post ipsum. Et totū hoc quum materia, quę egritudinem facit, fuerit acuta, & prorsus longior crisis eius, quæ facilis est, est xiiij. dies, & quandoque extenditur vsque ad xx. & Gal. quidem dixit, quòd quandoque mundificatur cum sputo vsque ad xxx. dies: [b] [aut] inuenit cum eo crisim integram. Et nos iam diximus quòd sputum simplex, quod est vt saliua, significat longitudinem ægritudinis. Et quandoque contingit, vt speretur crisis in hora, & accidat significatio, quæ ponat ipsam propinquiorem, aut significatio, quæ ponat ipsam lōginquiorem: Sicut quum sputum & dispositiones significant, quod crisis erit in xiiij. & apparet post vij. sputum nigrum, & propric in die malo, sicut octauo. Ipsum nanque significat, quòd crisis mala præcedit, & si appareat loco eius significatio bona significans maturationem laudabilem, significabit quòd crisis mala postponetur, & bona præcedet.

a 3. fiat crisis.

b B. &.

ANNOTATIONES.

Com. 12.

Vide loca antea annotata, & Gal. 1. aph. Vnum repetit hic author, quod & superiori capite de sputo. nempe quod purum excernitur, longitudinis morbi esse indicium. Hipp. uerò malum semper signum quæ ἄκριτα sunt non sputa solùm, sed excrementa omnia existimat. cuius rei rationem habens Gal. 1. de crisib. & alibi sæpe. Tu in uulgarium morborum libris passim leges synceris deiectis excrementis subsequutam perniciem. Quæ tamen exempla, si obserues, fortasse, non morbi initio malum semper puris excrementis imminere animaduertes, sed si in statu, uel propè statum, aut saltem transacto morbi initio pura adhunc expuātur, quum alioqui insalubribus etiam morbis initio pura excerni contingat: ubi s. non dum naturæ actio in morbosam materiam cœpit.

cap. 5.

De peripneumonia. Cap. 10.

PEripneumonia est apostema calidum in pulmone, & ipsa quandoque accidit incipiēdo, & quandoque sequitur euentum catarrhi descēdētis ad pulmonem, aut prefocationes resolutas ad pulmonem, aut pleuresim conuersam ad peripneumoniam, & huiusmodi interficit usque ad. vij. Et si natura confortetur ad expuendam materiam, tunc ipsa secundum plurimum facit cadere in phthisim. Et peripneumonia quidem fit ab omni humore, Verum plurimum eius fit a phlegmate, quoniā in mēbro raro, raro continetur humor subtilis; sicut plurimum pleuresis est cholericum, & econtrario huiusmodi intentionis, quoniam membrum est panniculosum spissum, strictum, in quod raro penetrat nisi subtilis acutus, quamuis quandoque fiat ex sanguine. Et quādoq; fit ex genere choleræ rubeæ, & est interficiens secundum plurimum sua acuitate, & quia uicina est cordi: &, quia parū iuuabitur ab eo, quod bibitur, & quod loco emplastri superponitur, Illud enim quod bibitur, non peruenit ad ipsam, dun conseruat ex uirtute infrigidationis suę illud, quod ei opponitur, & illud quod loco emplastri superponitur, non perducit ad ipsam infrigidationem [a] [æqualem] ei. Et peripneumonia quidem quandoque remouetur cum resolutione, & quandoque conuertitur ad [b] [empyema,] & quandoque induratur, & quandoque permutatur ad exituras, & quādoque permutatur ad karabitus, & est malum, & quādoque permutatur ad pleuresim, & est hoc parum, & rarum. Et quandoque facit succedere stuporem, sicut predictum est in pleuresi, & est plurimum eorum, quæ succedunt ei. Et fluxus sanguinis narium non cōfert in peripneumonia, sicut confert in pleuresi, propter diuersitatem duarum materierum. Et quoniam attractio [c] [pulmonis longinquior est, quàm sit uelaminis, & panniculi pectoris, & lacertorū] eius.

a B. resistentē.

b B. saniationē.

c B. a pulmone longinquiorē, quàm fit a uelamine, & panniculo pectoris, & lacertis.

ANNOTATIONES.

Peripneumonia pulmonis est inflammatio, morbus grauis, & uitæ præsertim contumax ob respirationē, quā præcipuè offendit. Quū inflammationē dicimus, tumorem calidum intelligimus, siue ex sanguine & bile, siue ex pituita & atra bile putrescente fiat. Dubitatio tamē est, an pulmonia frequentius ex frigidis natura humorib. fiat, an ex calidis. Author noster fieri certè hanc ab omni humore confitetur. plerunque tamen a pituita. cuius rationem affert, quoniam in membro raro non frequenter tenuis humor continetur. sicuti contra, in crassa & densa substantia præditā particulam, raro crassi humores irrunt, unde & pleuritim supra a biliosis plerunque humoribus fieri est annotatum. quod sensisse & Gal. uidetur 6. aph. ubi (ut antiquus codex legit) pulmonem ait proptè pituitosos suscipere humores, pleuran verò biliosos. quamuis alijs codices non pituitosos, sed oēs, legant. At Gal. 2. aph. acutos morbos enumerans, qui ex solis calidis humoribus procreantur, inter eos pulmonis inflammationem reponit. Adde quòd 4. de loc. aff. de calido pulmonis tumore uerba faciens, alterum esse ait inflammationem, alterum erysipelas. quod ferè & Paulus

Com. 33.

Com. 19. Cap. 8.

cap.30. cap.2.

lus lib.3.& Trall.lib.5.Cæterum,& si Gal.de calidis præsertim tumoribus meminit,qui ex bile sunt,et ex sanguine: non is tamē negarit ēt ex pituita hanc affectum procreari. quod Hipp.& 1.de morbis asserit.pulmoniam fieri docēs, quum commota ac calefacta pituita,& bile,pulmo præ caliditate traxerit in seipsum de vicinis locis ad ea, quæ sunt in ipso:quod & alibi affirmat. quod & vsus & ratio confirmat,quando ex congesta & putrescente pituita non raro hunc fieri morbum aduertere est, & rationi maxime cōsentaneum est,quæ in pulmonem irruunt membrum & laxū, & ampliorib.cauitatib.constructum,tenuiora quidē effluere,nisi eadē,& uiscida sint;et crassa contineri. proptereaq́, quamuis de calidis solum humorib.Gal.meminerit,non tamen pulmoniā ēt ex putrefacta pituita,fieri negauit. Quāuis uerò ex calidis natura humorib.acuti morbi potissimum fiant:non id tamen refert,ut qui natura calidi nō sunt, per accidens incalescant,& acutum morbum faciant. aut certè si non ea ratione acutus morbus dici pulmonia ex pituita potest;ob id saltem acutus erit,& præceps,q̀ cordi contigua affectio est. quo pacto, & apoplexia,etsi a pituitosis alioqui humorib.plerunque fiat, acutus morbus censetur. de qua re alibi diximus. Sanè,quum proximæ peripneumoniæ causæ humores sint,ut hactenus constat;sequi hæc solet uel distillationes,quod plerūq; euenit,(est.n.pulmo,ut Gal. 3.com.de humorib.laxum corpus,& sola excepta alterari ce ui reliquas habet imbecillas) vel etiam alios morbos, ut pleuritidē,anginam,asthma. atq; inter has præsertim perniciosa est, quæ pleuritidi succedit, quæ etiam paucis dieb. necat,ut hic author ait ex Hipp.5. aph. Sunt præterea peripneumoniæ euentus uarij, ut hic ipse plenè admonet. pro hac autem re pete Hipp.2.prognost. 1.2. & 3. de morbis. necnon in Coac.prænot.prĕterea,& vide Gal.3.de crisib.

Com. 30.

Aphor. 10. Tex.64.& deinceps. cap.13.

De signis peripneumoniæ. *Cap.* 11.

Signa peripneumoniæ omnia sunt,febris acuta,quoniam est apostema calidum in uisceribus,& constrictio anhelitus uehemens, sicut prĕfocatio accidens anhelanti propter apostema,& quòd ipsum coarctat uias,& caliditas in ipso uehemens, & grauitas propter multitudinem materiei in membro non sensibilis substātię, & sensibili propter panniculum,in quo inuoluitur, & extensio in pectore toto propter illud,& dolor tensus ex pectore,& ex profundo ad partes,[a] [thoracis]& dorsum.Et quandoque sentitur dolor inter ābas spatulas.Et quanque sentitur pulsatio sub spatula.& furcula, & mā millis:aut cōtinuo,aut apud tussim, & non tolerat,ut dormiat,nisi super collum,sed super latus prĕfocatur. Et peripneumonici quidem lingua rubescit prius,deinde nigrescit,& est lingua eius ita, quòd adhæret ei manus, quando tangit eam cum grossitudine. Et quandoque communicat ei in extensione,& repletione faciei totius, & apparent in vtrisque maxillis rubedo,& inflatio propter illud, quòd ascendit ad eas ex uapore, propter carnositatem earum & raritatem ipsarum, & non sunt sicut frons in cute sua. Et quandoquę vehemens fit rubedo adeo,donec similetur tincto. Et quādoque sentitur ascensio uaporis, quasi ipse sit ignis [b] [subito suspensus,] & apparet inflatio vehemens,& anhelitus altus, velox propter febris magnitudinem,& nocumentum eius,& inflāmatio oculorum,& grauitas motus eorum, & repletio venarum eorum,& grauitas palpebrarum.Et causa in eo etiam est vapor, & apparet in cornea similitudo apostemationis,& in pupilla similitudo exitus cum impinguatione,& vnctuositate, & ingrossatur collum.Et quandoque aduenit subeth propter multitudinem uaporis humidi. Et quandoque est cum ea frigus extremitatum.Pulsus autem est vndosus,lenis, quoniam apostema est in membro leni,& materia est humida. Et vndosus quidem diuersus est proculdubio in dilatatione vna.[c] † [ ]

[a] B. Alia litera. anhelitus.

[b] B. ascendens.

[c] B. & quandoque est inter cisus,& fit bis pulsans,& illud in dilatatione una.

Et quandoque illud est secundum dilatationes plurimas.Et quandoque accidit in dilatationibus plurimis vicissitudo,& quandoque accidit in eis cadens in medio,& eius pulsus secundum plurimum est magnus,propter vehementiam necessitatis,& lenitatem instrumenti,nisi debilitetur virtus valde.Frequentia vero vehemens fit,& minoratur secundum febrem & necessitatem, & secundum quòd virtus sufficit illi magnitudini,aut deficit ab ea.& Hipp. quidem dixit,quòd quando eis accidunt exiturę,apud mammillas,aut ea,quę sequuntur eas, & aperiuntur fistulæ,euadunt, & illud est notę causæ. & similiter quando accidunt exituræ in crure,sunt signa laudabilia, & quando permutatur ad pleuresim,raro alleuiatur constrictio anhelitus,& aduenit punctio, & sputa eorum sunt etiam tunc secundum colores similes coloribus pleuresis,& plurimum eorum est phlegmaticum. Cum peripneumonia autem quæ est ex genere cholerę rubeæ, aut trahit ad cholerā rubeam,sunt constrictio anhelitus,& grauitas sensibilis in pectore minus,sed inflammatio est in vltimo vehementiæ.& signa permutationis eius ad [d] [empyema] proxima sunt signis pleuresis in huiusmodi, & sunt, vt febris non minoretur,neque dolor, & neque uideatur [e] [diminutio] de qua sit curandum in sputo,aut vrina grossa habēte sedimen,aut egestionem. Si autem videris ęgrum cum istis signis incolumem,fortem, tunc ipsa conuertitur ad empyema,aut ad exituram,aut superius,aut inferius,secundum signa prædicta in pleuresi. & si illic non fuerit virtus, & incolumitas, tunc time mortem.& quando fit saliuosum dulce, iam tunc fit [f] [empyema.] & si mundificatur in.xl.diebus,est bonum.& si non, prolongatur tempus. & quando prolongatur tempus cum peripneumonia, facit incurrere ægrum inflationem pedum,propter debilitatem nutritiuę propriè in extremitatibus. & quando declinat materia ad vesicam,[g][facit sanitatē necessario.]

[d] B. saniationē.

[e] B. expulsio.

[f] B. sanias.

[g] B. spera sanitatem.

ANNOTATIONES.

Pathognomonica pulmoniæ indicia habes ex Gale. 4. de loc.aff.& 2.Sed de hoc & Paulus lib.3.& Trallianus lib.6.ac Rasis 9.ad Almans. pulcherrime etiam Aretaus 2.de acutis morb. egit,ac plures quoque peripneumonię species ex lib.Hipp.ascriptis de morbis, & de internis affectionibus legere est, uarijs omnes notis differentes. Hic de huius morbi symptomatibus notandum coniunctam eße peripneumonicis acutam febrem, quod & Auicen. & alij fere omnes. id tamen in morbi præsertim initio & augmento est.quum alioqui ubi ad suppurationem uentum est,lenta,continua tamen febre,qualis tabidorum est,affligantur.

cap.9. cap.3. Cap.30. cap.2. cap.1.

gantur. Adest item in thorace grauitas. atque huic sanè, licet ob multitudinem materiæ in pulmonem receptæ iuncta etiam sit tensio, paruus tamen fit dolor, ut testatur etiam Gal. 4. de loc. aff. quia pulmoni imbecillus est sensus. At si una cum uiscere membrana ipsum ambiens, & qui ipsum thoraci annectit, inflammata fuerit, tunc magnus etiam dolor sentitur, ad scapulas, uel ad iugulum usque pertingens. quare & Hipp. 3. de morbis inter pulmoniæ indicia dolorem refert grauatiuum. s. non punctorium, qualis in pleuritide est, quamuis & in hac ubi (quod diximus) inflammatæ membranæ sunt, etiam punctio quædam percipiatur, qua tamen maior est grauitas. Est & in hoc morbo, genarum rubedo, cuius sanè rei si quis rationem petat, reddit Alex. 2. probl. nempe sanguis, ait, quum in pulmone ebulliat, uaporem sibi similem emittit. quod enim oritur similitudinem suæ originis præ se ferat, necesse est, hic igitur vapor, quum præ sua leuitate ad malas se extulit, consistit. atque ita per cutis tenuitatem: ueluti per uitrum colorem suum ostendit. Hæc ferè Ale. At si quis rursum roget, quanam ratione genæ dumtaxat, non etiam frons rubore inficiatur: satisfacit & Gal. & Auic. quippe genas ob earũ raritatem uapores eos suscipere aiunt, quos frons ob densitatem non admittit. Cęterum: quum affectus multi sint, in quibus sanguinis feruor maximus in thorace est: ut in acutis febribus, & pleuritide: dignum adhuc quæstione uidetur, cur hoc tantummodo affligente morbo rubescant genæ, non etiam alijs. Fortasse uerò per alios quosuis ardentes thoracis morbos non tam calidi atque feruidi uapores efferuntur, spiratione non æquè impedita, ut in pulmonia: nam & in hoc affectu spiritus calidus efflatur. 2. de loc. aff. præsertim si erysipelatodes inflammatio fit. Addit inter pulmoniæ signa Rasis 9. ad Almans. sputum spumosum, tametsi noster author de hoc non meminit, cuius. s. causa feruor humorum est: ex feruore enim multa simul flatuum copia gignitur, quare & spumosa sputa educuntur. At contra sentire Gal. uidetur 7. aph. pleuriticis sputum aliquãdo spumosum reijci asserens, sed rarò, rarius autem ijs qui pulmonis inflammationem patiuntur, quod esse existimat ob intemperatum atque igneum calorem in affectis partibus aggregatum. Quidquid tamen de hac re statuendum sit: si inflammationis initio sputum reddatur, id forte spumosum reijcitur, extenuatis humoribus, per respirationem intro & extra, ut Gal. ait 2. aph. ob motus uehementiam. At consistente morbo, ob feruorem longa & ualidã actione flatus dissipantem, ex quibus fit spuma, sputum fortasse non spumosum reijcitur.

Cap. 3. · Probl. 4. · cap. 3. · Com. 30. · Aphor. 43.

De apostemate duro in pulmone. Cap. 12.

QVandoque accidit in pulmone apostema durum, & significat ipsum constrictio anhelitus, cum hoc quòd ipsum augmentatur cum diebus, & est cum grauitate, & paucitate sputi, & uehemẽti siccitate tussis, & frequẽtia eius, & quãdoque alleuiatur in quibusdam horis, cum paruitate caloris in pectore.

De apostemate molli in pulmone. Cap. 13.

QVandoque accidit in pulmone apostema molle. & significat ipsum cõstrictio anhelitus cum saliua plurima, & humiditate in pectore, absque caliditate plurima, & in facie non est rubedo, imò plumbeitas.

De bothor in pulmone. Cap. 14.

QVandoque accidit in pulmone bothor, & signa earum sunt, ut grauitas sentiatur, & constrictio anhelitus cum velocitate, & frequentia, & caliditas in pectore, & inflammatio absque febre communi.

De aggregatione aquæ in pulmone. Cap. 14.

QVandoque aggregatur in pulmone aquositas, & significant ipsam a [commotio delatere ad latus,] & febris leuis, & apostema b † [ ] extremitatum, et malitia anhelitus, & sputum subtile aquosum, & dispositio, quæ est sicut dispositio hydropisis.

a B. almelilotu. b † B. uel inflatio.

A N N O T A T I O N E S.

Egit de inflammatione & erysipelate pulmonis. nunc de tumoribus ex atra bile & pituita, ut arbitramur, pro quorum notis repetenda quæ de tumorum & redundantium humorum signis aliàs sunt notata. Agit itẽ de bothor in pulmone, tuberculum intelligens, exiguum. s. abscessum & puris in aliqua pulmonis parte collectionem sua uesicula inclusam, quam frequenter in tabidis reperire est. De hoc affectu meminisse Hipp. putamus 2. de morb. etsi diuersa signa affert, meminit etiam in Coacis Vide Trallianum lib. 5. Quod de aggregatione aquæ subdit, idem hic affectus videtur, quem 2. de morbis iam citato Hipp. pulmonis hydropem uocat. Cap. 3.

De apostematibus, aut uulneribus accidentibus cannæ pulmonis. Cap. 16.

SIgna illius sunt febris debilis, & pulsatio in medio dorsi, et dolor. Canna enim non est sicut pulmo in hoc, quòd ipse non sentit, verum est dolor leuis, et accidunt cum hac pruritus in corpore, et raucedo vocis; et si vlceratur, erit oris eius odor fœtidus, et sputum paucum.

A N N O T A T I O N E S.

Repetenda hic sunt, quæ de angina. nempe ex asperæ arteriæ inflammatione anginam fieri antea dictum est. inflammationem uerò sępe ulcus sequitur: materia. s. tumorem faciente putrefacta, & asperam deinceps arteriam corrodente.

De pure, & sanie quæ est empyema. Cap. 17.

PVs in locutione medicorũ uenit sup duas intentiones, quarum una est usitata in omni loco, quòd a [apostema colligit saniem] et est collectio saniei apostematis. Et secunda est qua vtuntur proprie in ægritudinibus pectoris, et uolũt per illud, repletionem spatij quod est inter pectus et pulmonem, ex pure crumpẽte ad ipsum, aut in ambobus lateribus simul, aut in latere uno. Et causæ huiusmodi repletionis, aut sunt catarrhus effundens materiam subito, aut vlcera in pulmone, ex quibus currit sanies, et virus et fit empyema post xx. dies secũdum plurimum, deinde expuitur: aut eruptio apostematis partibus pectoris, et est plurimũ. Et est illud aut sanies matura, aut res, quę est sicut fex. Et dispositiones illius sunt quatnor: aut enim præfocat multitudine, et interficit: et apparitio illius est, vt incipiat anhelitus eius constringi,

a — B.

stringi,& nõ expuat:aut putrefit pulmo,& facit cadere in phthisim,aut mũdificatur cũ sputo [b] [succurrẽte] facili;aut mundificatur cũ expulsione ex via venæ magnæ, & arteriæ magnæ ad vesicã cum vrina grossa,Et est cursus eius prius ex vena ad hepar,deinde ad renes, & quandoque ad intestina cum egestione, & sunt ambæ laudabiles:& iam præterijt a nobis in rememoratione sanici eruptionis, & cognitio illius est secundum fortitudinem signorum & ætatis, & temporis,& complexionis. Et decrepiti quidẽ moriuntur ex empyemate plusquam iuuenes, propter debilitatem partium cordium ipsorũ. Et iuuenes moriuntur in doloribus,plusquam decrepiti, propter uehementiam sensuum eorum.Et nos iam diximus signa empyematis in capitulo signorum permutationum pleuresis, & similiter signorum eruptionis.Signa autem repletionis spatii pectoris,[c] [& puris] sunt grauitas, & tussis sicca cum [d] [priuatione anhelitus,] & dolor. Et quandoque est in plurib.eorum tussis humida, faciens imaginari [e] [lenitatem] cum sputo,& est eorum anhelitus consequens,& propter hoc est sermo eorum velox. Et frequentes fiunt nares ipsorum ad coarctandum apud anhelitum, & comitatur febris minuta,ducens ad hydropisim.Signa autem loci, in quo est sanies,cognoscuntur, ut dormiat æger quandoque super latus unum, & quandoque super latus aliud,& tunc latus super quod pendet grauitas coarctans, est latus oppositum loco saniei [f] [commotio eius, & sonitus eius qui in commotione auditur.]Et hominũ sunt quidam, qui ponunt super pectus, & latera eius [g] [filum] lineum infusum in luto rubeo dissoluto in aqua, & considerant locum qui prius exsiccatur;quoniam ipse est locus puris. Signa autem eruptionis incolumis, sunt vt succedãt rupturæ sedatio febris,& augmentũ appetitus,& facilitas sputi,& anhelitus,aut eueniant cũ ea exituræ in latere,& partib.eius, quæ fiant fistulæ:& similiter illa,quæ [h] [est ex eis media,] nam egreditur ex eis sanies alba munda. Signa verò mala sunt, ut appareant signa præfocationis,aut syncopis,aut sputi mali,aut phthisis.Et quum [i] [coquitur,aut perforatur]egreditur sanies cœnosa,foetida. Signa autem differentiæ inter saniem, & inter phlegma in sputo, sunt descensus saniei sputi in aqua, &.foetor ipsius super ignem.Et phlegma natat in aqua,non fætens super ignem, quamuis sanies quandoque expuatur in ægritudine,quæ non est phthisis, secundum quod ostendimus in loco præcedẽte. Et quandoque [k] [emittitur cum sputo pus plurimum] valde. Et ego iam uidi qui expuit in hora una,circiter duas heminas paruas, aut heminam magnam vnam,& plus medietate heminæ.Et Gal. testificatur quod quidam empyicus expuebat omni die circiter. l.vnc.& sunt ferè ix.cotylæ,& iam feci te scire differentiam inter saniem,& inter humiditates, [l] † [ ] Nam sanies discernitur foetore apud sputum, & quum proiicitur super ignem, & submergitur,& non natat.Signa uero permutationis empyematis ad phthisim,sunt plumbeitas coloris & tensio amborum laterum,& colli, & calefactio digitorum omnium tanta,quæ non separatur, etiam in illo,cuius extrema infrigidari consueuerunt in febribus, & febris quæ additur in nocte propter cibum,& curuitas unguium propter dissolutionem carnium sub eis,et impinguatio oculorum cum declinatione ad albedinem,& citrinitatem & signa alia, quæ dicta sunt in capitulo phthisis.

[b] B. successiuo.
[c] B. ex pure.
[d] B. bhear.
[e] B. alleuiationem.
[f] B. & scitur ex uoce uel sonitu saniei, & cõmotione eius.
[g] B. pannum.
[h] B. cauterizatur aut aperitur
[i] B. cauterizatur aut aperitur.
[k] B. habens empyema exspuit ... tem plurimam.
[l] † B. alias.

ANNOTATIONES.

Quum suppuratio, quæ nihil est quam puris generatio, in quauis uniuersim corporis particula fiat: suppurati tamẽ præsertim ab Hipp. intelliguntur, ut Galenus 7. aph. scribit Com.44. *quib. inter thoracem & pulmonem aceruatum est pus. nostri purulentos uocant. Purulentiæ huius causæ sunt sanguinis eductio, vlcus in pectore cicatrice non obductum. suborta inflammatio, non exactè post maturationem expurgata, siue pulmonia, siue pleuritis fuerit. distillationes a capite in thoracem non rectè expurgatæ. ut Gal. 4. de loc. aff. Trallianus li. 7. & Paulus li. 3.* Cap.8. Cap. 2. Cap.32. *Huius morbi euentus quatuor sũt duo ad salutem, & duo ad mortem. Ad mortem, suffocatio ob puris multitudinẽ: uel pulmonis corruptio ob saniei moram, quã tabes, & mors sequitur 7. aph.* Aphor.16. *Ad salutem verò, sunt puris per sputum expurgatio, uel eiusdem excretio per vrinas vel per aluum, de qua re Gal. 6. de loc. aff.* cap.4. *Adde verò & in mulieribus excretio per uterum, de qua Aretæus primo de diuturn. morb.* Cap.9. *De huius morbi euentu vnum hic notat animaduersione dignum. decrepitos, potius ex suppuratione mori ob partium cordis imbecillitatem; iuuenes uerò ex doloribus ob uehementiam sensus. Videtur mirum, quum morb. non nisi uirium constantia superetur, quum lõgo interuallo fortiores iuuenibus sint vires, quam senibus, cur non in omni morbo statuendum sit senes morti potius succumbere quam iuuenes. Quod si ad dolores (ut hic author) huius rei causam referas: Rogo, quid interest, anteane morbi initio imbecilliores sint uires, ut in senib. vel postmodum ob dolores debilitentur, ut in iuuenibus? Adde, ꝙ, etsi minus fortaßse dolore afficiuntur senes quam iuuenes, si comparetur tamen virium lapsus in hoc atque altero, rationi consentaneum videtur, affligi magis senem ex leui lapsu, quam ex paulo maiori iuuenem. Cæterum, æmulantur author noster Hipp. ac Galenum & si paulum differant. Ait 2. progn. Hipp.* Tex.69. *Qui purulenti ex pulmonia fiunt, si maiores natu fuerint, potius intereunt: per alias uero suppurationes minores natu potius moriuntur. Hic, vt videre licet, de suppuratione senex loquitur, quæ pulmoniam sequitur: per id (vt ego arbitror) omnem peripneumoniam intelligẽs, a quacunque causa euenerit. Hanc vero thoracis suppurationem cæteris suppurationib. comparans, quæ extra thoracẽ fiunt, senes ex purulentia in thorace potius, iuuenes uero ex aliis suppurationib. statuit interire. hac certè ratione, vt Gal. notat, ꝙ, quum ea quæ in thorace sunt, expurgari per sputum oporteat, excreatio vero valentib. viribus indigeat; pereũt senes, quod imbecilliores sunt. in cæteris vero cæterarũ partium suppurationibus secus se habet res. nempe, quum & dolores maiores iuuenib. fiant, ob viuidiorem sensum, et horũ febres magnitudine seniles longè exsuperent: propterea antequam suppuratio fiat, multis iuuenib. virium robur prosternitur, & intereunt, quod & in dolore aurium affirmasse Hipp. Gal. testatur. Ac senibus (de senib. enim nõ de decrepitis Hipp. verba facit) neq; dolor, neq; vehemẽtior febris vires oppugnat, proptereaq; his concoquuntur antea inflãmationes, quam vires ad extremũ redactæ sint, vt euadere postmodũ possint. Hæc ergo & Hipp. & Auic. voluit atq; quãuis res ita se hẽat, non semper tamẽ magis cõualescere*

scere senes arbitrandum est: sed interdum id fieri putãdum quod, Gal. ait, neque item de extremo senio confectis, sed de uiridiori senecta intelligendum est, quod idem Gal. admonet: quum alioqui decrepiti quouis morbo facilius intereãt quam iuuenes. corrigendus propterea Auicenę codex, quũ ait [Et decrepiti &c.] legẽdumq; [Et senes] Hippocratis exemplo, cuius imitatione hęc scripsit. De signis purulentiæ, quæ subdit, uide ex Hippoc. 2. prognost. nec non lib. de loc. in hom. & 2. de morb. Vide item 7. aph. Gale. 5. de loc. aff. Paulum lib. 3. Trallianum lib. 6. Aretæum 1. de morb. diutur. Hip. Hic aliud adnotandũ est. Aduertit auctor ijs uerbis. [Signa aũt differentię &c.] eo sputũ a pure discerni, quod pus descendit, et iniectum igni fœtet, sputum uero aquę supernatat, et carbonibus iniectum non fœtet. Medici nostræ tẽpestatis hoc plane obseruant, fluxisseq; ex Hipp. existimant lib. de Coac. prænot. Verum hęc Hippocratis in eo loco sunt uerba. Quibus tabidis sputum in ignem, grauem nidorem olet, et capilli a capite defluunt, pereunt: et quib. tabidis in mare expuentibus pus ad fundum sidit, breui pereunt. Quibus certè uerbis patet eum non de quauis aqua, sed de maritima uerba facere: deinceps uero non experiri eum, an pus uel sputum sit, quod excreatur: sed an breui an serò sint interituri. nempe si descendat, grauitatis indicium est, atq; graue id esse significatur, quod in pectore residet; ac vires propterea non suffecturas, quin intereant breui. Aberrant ergo qui ex hoc Hippocratis loco assumi id arbitrantur. An uero ita se habeat, quòd pus descendat, sputum verò supernatet, experientia quiuis probare potest. Aretæus tamen sola inspectione pus a sputo distinguendũ censet, et ijs purulentię non multam haberi notitiam existimat, qui igne aut aqua humiditates explorant.

Text. 48. & deinceps. Aphor. 45. cap. 3. cap 32. cap. 2. Cap. 9.

De ulceribus pectoris, et pulmonis, et ex eis est phthisis. Cap. 18.

HAec ulcera, aut sunt in pectore, aut in velamine, aut sunt in pulmone, & a [est] diuisio postrema b [&] est phthisis, aut sunt in canna, & iam diximus ea, Et magis sana horum ulcerum sunt vlcera pectoris. Et illud ideo, quoniam venæ pectoris sunt minores, & partes pectoris sunt duriores, quare non magnificatur in ipso malitia, & quoniam uirus nõ remanet in eis, imò currit ad spatium pectoris, & nõ est ita dispositi opulmonis, & quoniam motus eius non est fortiter sensibilis, sicut motus pulmonis, imo fortasse est quietus, & quoniam ipsum carnosum est, & carnosum est magis susceptibile consolidationis. Et multoties accidit propter ulcera pectoris facta a vulneribus putrefactiuis, vt corrũpantur ossa, ita vt indigeant sectione eius, quod putrefactum est in eis, ut saluetur illud, quod uicinatur eis. Et quandoque peruenit putrefactio ad illud, quod sequitur ipsum in panniculo. Illa autem vlcera velaminis quæ penetrant, non consolidantur. Et non penetrantia, aut cadũt in partibus neruosis & nõ consolidantur, aut cadunt in partibus carnosis, & consolidãtur, si succurratur eis in principio, & nõ dimittantur apostemari: nam quum apostemantur, & chronica fiunt, non sanantur. In ulceribus autem pulmonis diuersificati sunt medici in hoc, quod ipsa sanantur. c † [ ] Dicunt enim quidam, quòd non sanantur omnino. quoniam consolidatio indiget quiete, & illic non est quies. Sed Gal. diuersificatur ab eis, & existimauit quod solus motus non prohibet consolidationem, nisi adiungantur sibi reliqua prohibentia. Et significatio illius est, quod velamen etiam mouetur, & quandoque sanantur ulcera eius. Sed Galeni ipsius sermo in ulceribus pulmonis est, quod si accidant a solutione singularis, non ab apostemate, neque corrosione humoris corrosiui, imò propter ægritudinem aliam, tunc, dum permanent d [vlcera] & non fiunt adhuc saniosa, neque apostemantur, recipiunt sanitatem. Et similiter illa, quæ sunt ex vlceribus, in quibus aduenit sputum, & non sunt saniosa. Sed quæ sunt ab apostemate, aut corrosione, non recipiunt sanitatem, quoniam vlcus saniosum tunc non est possibile ut sanetur, nisi cum mundificatione saniei, & illud fit cum tussi, & tussis augmẽtum efficit in dilatatione vlceris, & disruptione eius, & cõmotio facta in ea addit in dolore, & dolor addit in attractione materiei ad partem. Et medicinę exsiccatiuę sunt prohibentes sputum, & mundificatiuæ sunt lenificantes e † [ ] ulcus. Et facta ab humore corrosiuo non sanatur absque rectificatione eius, & illud nõ peruenit nisi in spatio, in cuius simili oportet, aut ulcus f [vlceretur] & fiat fistula, quæ nõ consolidatur omnino, aut dilatetur adeo, donec corrodat g [totum corpus] pulmonis. Et in factis post apostema, quandoque aggregantur istę intentiones. Et ex adiuuantibus ad prauitatem consolidationis, est motus, & etiam essentia venarum, quæ sunt in pulmone magnarũ, amplarum, durarum, illud nanq; est ex eis, quę difficilem faciunt consolidationem rupturæ. Et iterum lõgitudo spatij inter introitum medicinæ bibitæ, & inter pulmonem, & necessitas debilitatis virtutis eius, ad hoc vt perueniant istę medicinę ad ulcus, sunt ex adiuuantibus ad hoc. Et medicinæ frigidæ sunt tardę, non penetrãtes. Et quę sunt calidæ, addunt in febre, quæ comitatur ulcera pulmonis, & exsiccatiuę sunt nociuę hecticę, quæ comitatur ea. Et humectatiuæ prohibent consolidationem ulcerum, nã cura ulcerum omnium est exsiccatio, & proprie huiusmodi ulcerum ad quę ueniunt humiditates desuper, & desubtus. Et h [hęc quidẽ infirmitas recipit omnem] curam, quum est in principio, & est super panniculum tegentẽ cannam intrinsecus, & in substantia pulmonis carnosa non est facile suscipiens, in cartilaginibus verò ipsis non recipit. Et homines magis susceptibiles curæ phthisis, sunt infantes, & ulcera pulmonis magis salua, sunt illa, quę sunt ex genere i [crustæ,] quum non est illic causa in cõplexione, & ipso humore, quę faciat ulcus siccum impetiginosum, & quãdoq; accidit phthisico, ut protendatur cum eo phthisis producẽs cum spatio temporis, & similiter extenditur a iuuentute usque ad senectutem, & ego iam uidi mulierem uixisse in phthisi circiter. xxiij. annos, aut plus parum, & habentes ulcera pulmonis læduntur ualde ab autumno, & quando esse phthisis est occultum, detegit ipsam in patiẽte eam introitus autumni super ipsum, & nomen quidem phthisis quandoque conceditur alii ęgritudini, cum qua non est febris, sed pulmo est suscipiens humores grossos, & uiscosos ex catarrho, qui effunduntur ad id ipsum semper,

a B. ista.
b — B.
c † B. aut non sanantur.
d B. vulnera.
e † B. humectantes.
f B. Alia litera. disrumpatur.
g B. partem.
h B. & quãdoq; recipit illa corrosio.
i B. escharæ.

semper,& constringit meatus eius: quare patientes cadunt in constrictionem anhelitus, & tussim frequentem, quæ perducit ad debilitatem virtutis eorum,& corporum; & sunt vere procedentes cursu asthmaticorum: tunc si fuerit [k] motus paruus] oportebit, vt admisceatur curis eorum aliquid curę asthmaticorum.

k B. caliditas pauca.

A N N O T A T I O N E S.

Vlcera, quæ ad thoracem sunt, & si in eodem morbi genere, in solutione uidelicet continui omnia sunt: maximè tamen quo ad curationem differunt: quum alia curari possint alia nunquam curentur: alia difficile, alia difficilius sanentur. atq; hoc quidem discrimen, tum ob affecti loci naturam, tum ob ulceris causam prouenit. Vbi sternon ipsum, quod et thorax dicitur, ulceratum est, sanari potest non difficile, ob causas ab authore assignatas. pulmo verò & propter continuum motum, & ob id quia expurgari, non nisi per tussim potest, quæ rursum uulcerationem amplificat, quod & Gal. 5. meth. & præterea ob causas, quas hic author refert difficile sanari potest. Asserit tamen Galenus 5. meth. curari pulmonis posse vlcera, si modo ab acri & erodente humore, uel a phlegmonis ruptione non acciderint. ueluti ex ruptura alicuius ob multitudinem uasis, uel ob casum. Aggreditur tamen, & eius ulceris quod ab erodente humore est curationem Trallianus. testaturq́ lib. 7. aliquos eo affectu laborantes esse persanatos.

Cap. 8. cap. 14. — Cap. 2.

De causis ulcerum pulmonis. Cap. 19.

CAusæ vlcerum pulmonis sunt catarrhus mordicatiuus, corrosiuus, aut putrefactiuus,& propter suam vicinitatem, cum qua pulmo non sanatur, vsquequo [a] [maturetur;] Aut sanies huiusmodi generis currens ad pulmonē ex membro alio, [b] [&] antecessio peripneumoniæ, quæ iam computruit, & iam vlcerata est; aut saniositas pleuresis ruptę, aut aliqua causarum sputi sanguinis prædictarum, aperiens venam, aut incidens eam, aut scindens ipsam, siue sit causa intrinseca, sicut ebullitio sāguinis, aut aliud de his, quę dicta sunt, siue extrinseca sicut casus, aut percussio. Et quandoque sunt ex causis eorum putrefactio,& corrosio [c] [precedēs] in substantia ipsius pulmonis, sicut accidit mēbris. Et quandoq; multiplicatur phthisis, quando æstati boreali siccę succedit autumnus pluuiosus.

a B. digeratur. b B. aut. c B. cadens.

A N N O T A T I O N E S.

Causæ quæ pulmonem ulcerent, sunt, tum externæ, tum internæ, quæcunque in cap. de sanguinis sputo enumeratæ sunt. Adde tamen ad hæc ea quibus illud ex natura & abdita proprietate inest, ut ingesta pulmonem ulcerent, cuius generis marinus est lepus, de quo Gal. 1. de comp. med. per genera.

Cap. 1.

De preparatis ad phthisim in figura, & forma, & ætate, & regione, & complexione. Cap. 20.

ISti sunt alati, habentes pectus strictum, habētes spatulas nudas carne,& proprie posterius habentes spatulas decliues ad anteriora, [a] [incedendo;] & quasi vnicuiq; eorum sunt duæ alæ, & quasi spatulæ eius sunt abscissæ ab adiutorio & ante,& retro,& habentes colla longa,& inclinantes ea ad anteriora,& quandoq; precedunt guttura ipsorum,& eminēt. Et in pectorib. quidem istorum quæ sequuntur ea, multiplicātur ventositates:& inflatio est in eis propter [b] [debilitatem] pectorum eorum. Si autem cum hoc est debilitas cerebrorum recipiētium superfluitates,& cum hoc non digeruntur cibi, tūc iam complentur conditiones;& proprie si fuerint humores eorum [c] † [ ] cholerici. Et formæ quidem susceptibiles phthisis velociter cum alatione prędicta, sunt lenes [d] † [ ] albæ declinantes ad [e] [subalbedinem,] & etiam corpora dura spissa propter illud, quod accidit eis de ruptione venarum. Et complexio susceptibilis illius, est eius cuius complexio est frigidior. Et ætas in qua multiplicatur phthisis, est illa, quæ est inter octauum & decimum annū vsque ad aduentum xxx. annorum. Et ipsa in regione frigida, est plus propter illud, quod accidit in ea de ruptura venarum, & sputo sanguinis plurimo. Et tempus in quo multiplicatur illud, est autumnus.

a B. eminentes. b B. paruitatem c B. acuti. d † B. absq; pilis. e † B. ruffedinē

A N N O T A T I O N E S.

Quæ corpora angusti thoracis sunt, eadem & sputo sanguinis, & propterea phthisi obnoxia sunt. cuius rei rationem, supra, quum de sputo sanguinis ageretur, ex Hipp. & Gal. attulimus. Quod ad temperamentum attinet, hic frigidiorem temperiem phthisi aptam esse testatur. Galenus verò frigidam et humidam 3. in 3. vulg. morb. Quibus ætatibus, & temporibus id malum accidat, uide ex Hipp. 3. aph. & 5.

Com. 7.

De rebus, a quibus oportet ut isti custodiantur. Cap. 21.

OPortet, vt isti custodiantur ab omnibus cibis,& medicinis acutis, mordicatiuis, & omnibus quæ extendunt membra pectoris ex clamore, aut rixa, aut saltu.

A N N O T A T I O N E S.

Vitanda acria omnia in ijs, qui ad tabem parati sunt, et in ipsis quoque tabidis, certum est. Exhibet tamen Hippocrates in lib. de loc. in hom. salsa ac pinguia purulentis. Verum id disrumpendi abscessus gratia factum credimus: quū & Paulus lib. 3. de curatione purulentorum agens salsamenta ad uomicæ rupturam exhibeat.

De signis phthisis. Cap. 22.

SVnt ut consideretur sputum saniei cū signis saniei, secundum quod exposuimus, in forma sua,& colore,& [a] [inspissatione]& in alijs. Et febris minuta inseparabilis propter uicinitatem cordis cum loco ęgritudinis, quæ fit vehemens cum cibo [b] † [ ] in nocte, secundum [c] [partem, quum fit] vehemens [d] † [ ] febris hectica, propter humectationem corporis ex cibo, secundum quod dicemus in loco suo, quamuis quandoq; [e] [descendant] cum hectica ĩ ipso febres aliæ, s. tertiana,& quartana & quintana, & deterior earum est quintana: deinde [f] [media est tertiana,] deinde quotidiana. Et quū accidit phthisis, apparent etiam significationes, quas numerauimus in fine capituli empyematis,

a B. suffumigatione. b † B. &. c B. modū quo fit. d † B. cum e). e B. cōponantur f B. semitritea.

g B. superfluit sudor ex eis.

matis, & g [superfluunt venę eorum omni hora] quoniam virtutes eorum debilitantur a retentione nutrimenti, & regimine eius, & caliditas resoluit, & liquefacit. Si aūt in sputo sunt crustæ, non remanet dubietas, & præcipue quū causæ perducentes ad phthisim prædictę iā pręterierunt. Nam quum corpus incipit arefieri, & extremitates incuruari, & capilli cadere propter priuationem nutrimenti, & corruptionē superfluitatum, tunc iam vera est. Et quandoq; plumbinus fit color in principio phthisis, verū ipse rubescit, quum ascendunt vapores, & extēdunt collum, & duo h [cornua frontis,] & proprie quando confirmatur: & inflantur extremitates eorum, & proprie pedes eorū in fine dierū: & i [apostemantur] propter corruptionem humorum, & mortificationem innati caloris extremitatum propter malitiā complexionis. Et illi quidem phthisici, quorum causa est humor corrosiuus, expuunt saliuam, quæ habet saporem aquę marinæ, salsam valde. Et pulsus eorum est fixus, æqualis cum velocitate, paruus. & quandoque accidit ei inclinatio ad ambo latera. deinde accidit post illud in ventre rugitus, & trahuntur hypochondria ad superiora, & vehemens fit k [tussis,] Et destruitur appetitus cibi propter debilitatem virtutum naturaliū. Et quando fluit venter eius propter casum virtutis: & quandoque expuunt annulos, & corpora venarum; & illud quū appropinquat mors. Et illud quod expuitur de venis, si est magnum, est ex pulmone: & si est paruum, est ex canna. Et multoties expuunt lapillos: & l [expuunt annulos] ex canna, & non est ex hoc etiam nisi ex vlcere magno. Et in fine eius ingrossatur sputum, & saliua: deinde intersecatur propter debilitatem virtutis. Et quandoque pręfocati moriuntur. Et quandoque non postponitur huiusmodi sputum, imò cadit in principio, quū phthisis est ex genere malo, facta ex materijs grossis, quæ nō digerūtur. Et quandoq; intersecatur sputum in fine phthisis, tunc quandoq; non addit super quartum diem. Et quandoque est intersectio sputi propter debilitatem uirtutis, & tunc fortasse constringitur anhelitus eorum, vsquequo fiat quasi non sensibilis. Et multoties quidem tussis in eis fit vehemens, & perducit ad sputum sanguinis cōtinuum. Et si curetur tussis eorum cum prohibitiuis sputi, moriuntur cum m [lenitate] adueniente eis: si autem dimittantur tussire, moriuntur spuendo sanguinem. Et n [ex veloci morte] est, quòd si quis habet phthisim, & apparet super spatulas eis granum, sicut faba, moritur post quinquaginta duos dies.

h B. poma maxillarum.

i B. tumescunt sicut in cachesia.

k B. sitis.

l B. quandoque expuunt sanguinem cōgelatū.

m B. lenitate.

n B. in libro uelocis mortis.

ANNOTATIONES.

Cap. 8.

Cap. 32. cap. 23

Pro signis phthisis repete loca supra de suppuratione allata. Sed hac de re Aretæus primo de morb. diut. pulcherrime agit & exquisitissime. Vide & Paulum libr. 3. & Celsum lib. 3. Quum uero phthisis non de ea solum tabe, quę a pulmonis corruptione est, sed, & de ea quæ diuturnas febres sequitur, non improprie multum nominetur: quibus indicijs prior a posteriori distinguatur, habes ex Aretæo loco citato fusius. Vide Galeni libellum de marcore.

TRACTATVS V.

De principijs operatiuis.

De cura communi apostematum partium pectoris, & pulmonis. Cap. 1.

Ex rebus communibus est phlebotomia: sed in principio ex latere diuerso; & magis festina de saphena opposita in longitudine: & post ipsam de basilica opposita in latitudine: & post ipsam de nigra opposita in latitudine. Si autem non appareat, tunc non oportet vt dimittatur phlebotomia cephalicę, quamuis sit eius iuuamentū minus & tardius; deinde post aliquot dies, ex latere conueniente in latitudine. Et quandoque ponuntur ventosæ super pectus cum scarificatione, etiam ita, vt attrahatur materia ad exteriora, & minoretur, & proprie quū præmissa fuerit phlebotomia. Inquit Gal. si febris fuerit uehemens ualde, tunc time solutiuum, & sis contentus phlebotomia. In ipsa nāque non est timor, aut timor eius est minor. In solutiuo vero est timor magnus; ipsum enim quandoque mouet, & quandoque nō soluit: & quandoque superfluit. Et oportet quidē ne narcotica eis approximes inquātum potes, ipsa enim prohibent maturationem, & sputū. Cibi autem sint aquæ hordei, & aqua tritici, & aqua decoctionis maluarum, & blitorum, aut molochiæ, & cucurbitę, & aqua fabarum, & alkesmes, quum non fuerit caliditas superflua, & a [passæ] in postremis propriè. Et ex eis, quę cursu medicinarum procedunt, sunt omnia, quæ mundificant, & remouent asperitatem, & leniunt in gradu primo, sicut aqua iuiubarum, & uiolæ, & papaueris, & radix b [lilij,] & medulla c [citruli & cucumeris,] & alia & semen endiuię, & sebesten, & quandoque ponuntur in eis mucillago seminis cydoniorum, & gummi, & dragacanthi, & semen papaueris: hæc omnia ante eruptionem. Et melius abstergentium mundificantium est aqua mellis, si non est apostema in reliquis uisceribus. Si autem fuerit apostema, d [oportet ut administretur postquam fit] sicut aqua cum multa cōmistione; sed iuleb & aqua zuccari sunt conuenientiores ei, & postea aqua hordei. Et post ipsam uinum dulce, & est melius uinum habentibus hanc ægritudinem, & proprie illud, quod est album, nam illud est magis adiuuans ad expuendum. Verum non oportet ut bibatur in pleuresi, & in peripneumonia, nisi post maturationem, quamuis secundum quod dicitur, si calefaciens, & faciens sitim, quibus vtrisque iam succurritur. Et non oportet ut in potu sumat illud ille, cuius hepar aut splen est infirmum. & post uinū dulce. est uinum aquosum, & ipsum est cōfortās uirtutem plusquā aqua, & in potu ipso sunt incisio, & subtiliatio. Potus aūt oxymellis facti ex melle e [&] zuccaro & pauco aceto, quando miscetur cū aqua, est aggregās duas intentiones s. extinctionis, & mundificationis. Nā si ualde acetosum est, tunc ipsum aut facit multū spuere, aut infrigidat, & īuiscat ualde: & fit adeo malignū, donec illud qd incidit, q̄doq; indigeat uirtute forti ad hoc, ut expuatur, ꝙ si acce-

a B. zibib.

b B. liquiritiæ.

c B. cucumeris & chetha idest cucumeris lōgi

d B. & administretur oportet ut fiat.

e B. aut ex

acetositas necessaria fuerit, tūc oportebit vt potetur tepidum, aut mistum cū aqua calida paulatim. Ex illo vero, quod temperatam habet acetositatem, securatur hæc malitia, & est prohibens nocumentum dulcedinis, & sitis, & ebullitionem choleræ rubeæ, & eius generationem. Et aqua mellis est magis vltima in humectādo, & aqua hordei in f[confortando: & quandoque est necessarium in æquatione naturæ, tribuere g[acetosa] cum oleo amygdalino. Aqua vero quæ eis in potu tribuitur, in hyeme quidē sit aqua calida, & aqua zuccari, & aqua mellis subtilis, & in æstate aqua temperata, & interdicatur eis aqua frigida. Quod si h[tussis] vehemens fiat, detur eis in potu parum ex ea commista cum iuleb, & oxymelle infrigidatis. Nam oxymel facit eam penetrare velociter, & expellit nocumentum eius, Et apud declinationem detur eis in potu † [ ] rob. Eis autem, quæ necessaria sunt apud collectionem, & maturationem, & eruptionem, & post eas, oportet ut singulare capitulum faciamus.

f B. Alia litera. glutinando.
g B. Alia litera. alhamad.
h B. sitis.
† B. aqua cum

ANNOTATIONES.

Esset hoc non mediocriter laborandum, si quæ de venę sectione in pleuritide a recentioribus memoriæ sunt commēdata, producenda essent in medium. Quamobrem, quia neque institutum nostrum id postulat, vt hæc fusius tractentur, quibus consensus, dissensusve breuiter solum explicandi, non etiam absoluendi proponuntur: breuibus, quid sentiamus, ingenue proferemus: non tāquam sententiam de tā ardua lite laturi, sed ad rei ueritatem assequendam quantum licet, auxiliaturi. Proponit author noster primum omnium uenæ sectionem in pleuritide, pulmonia, ac thoracis inflammationibus communē præsidium. hancq́; ait in opposito latere obeundam, morbi initio. Vel si citius auxiliari uelimus, ex saphena opposita in longitudine; hoc est uena pedis illius, qui si protrahatur linea secundum corporis longitudinem, oppositus est dolenti loco veluti extremum extremo uena. s. pedis qui eiusdē est lateris cum affecto latere. deinceps uero secandam ait basilicam oppositam in latitudine, i. eam, quę si protrahatur linea secundum corporis latitudinem, opposita affecto loco est, vt extremum extremo: ex aduerso. s. latere. Hinc uerò ad mediam eiusdē contrarij lateris eundum ait: uel si hæc non appareat, ad superiorem. Transactis demum diebus aliquot, ex latere inflammationi directo mittendum sanguinem iubet. atque hæc ferè authoris nostri sententia est. quam damnant alij ob authoritatem Galeni lib. præsertim de cur. rat. per sang. miss. vbi uenæ sectionem obscurè uel sero prodesse, si ex opposito latere fiat, testatur: quod & alibi passim affirmat, ut magna propterea de secanda in pleuritide, & cæteris inflāmationibus sit rixa. Cæterum, quum pleuritis morb. sit ex fluxione procreatus, certū est, vt in fluxionibus alijs, ita in hac quoque reuellendam esse materiam, quæ fluit. Quum vero reuulsionum plura sint genera, docet Gal. lib. de cur. rat. per sang. miss. in fluxionum initio eam conuenire, quæ cum euacuatione est. de qua statutum illud sit, ꝙ sanguinis missio in proposito negocio obeunda sit. Ad quam uero positionis differentiam facienda hæc sit, docet ibidem, & 2. ad Glau. & 5. aph. Comment. 1. de humoribus & alibi. quibus omnibus locis reuulsiones docet ad opposita esse faciendas. si in superioribus affectio est, ad inferiora: si in dextris ad sinistra, si ante, retro; si intus, foras, & contra. nempe, quum reuulsio fluentis materiæ retractio sit, si non ad contraria loca auocetur, non prohibebitur fluxio. quin, si ab eodem latere sanguinem mittas, ut fluxionem adiuues, necesse est. Vbi fluxit iam materia, ipsa tamen in partem nondum impacta est, tunc certum est, si ad longinquam uel contrariam partem traxeris, nihil te ex affecta parte educturum; quare tunc deriuationem ad uicinam particulam fieri oportere, idem Gal. locis antea allatis testatur. At uero, impactæ iam, & confirmatæ materiæ, neque reuulsio neque deriuatio, sed euacuatio conueniet, siue sensilis siue insensilis. Hæc ex Gal. colligere est. Quamobrem, quum pleuritis inflammatio sit, uidetur nobis manifestum Gal. sententia, perpetuo, sumpta communi inflammationum indicatione, pleuritidis initio, ad remota & contraria retrahendam fluxionem. contraria sunt inferiora superioribus: propterea q́; primo loco, ex eiusdem lateris uena in pede sanguinem mittit. trahit vero ex hoc loco, non ex contrario latere, ꝙ humores suapte natura & grauitate facilius deorsum trahantur, quam ad latera. Quod si hæc reuulsio non suffecerit: tū, quia cōtraria sunt dextra sinistris, merito, ut ad cōtraria reuulsio fiat, secandam oppositi cubiti uenam iubet. Quæ sectio, si adhuc fluentem humorem non cohibuerit, quid obstat, quin eiusdem contrarij lateris uenam alteram secemus, ut tandē fluxionis impetus sistatur? certè reuulsionis natura id exigit. At ubi fluxio demum quieuerit (si tamen materia in affectam partem nondum impacta est) tunc asscitur Auicennas, tundendam esse eiusdem lateris uenam. sed hæc deriuatio est, neque amplius reuulsio. Videtur ergo hæc curādi ratio in pleuritide (si modo uirium adsit constantia, & nihil præterea sanguinis euacuationem moretur) dubitatione omni uacare, si quis non scriptorum authoritates promiscuè collectas, sed rationum uim, atque ipsius reuulsionis naturam expenderit. Cæterum unum hic uideo, in quo præsertim ex recentioribus laborant multi, piaculum existimantes, si ex opposito latere initio inflammationis ducatur sanguis, Aiunt naturam imitari oportere. at hæc (quod & Gal. passim, quod & ab Hippocrate longò usu est obseruatum, & in lib. uulgarium morborum literis commendatū) nunquam ex contrario latere sanguinem ducit, quin pernicies sequatur. Verum, quantum hæc ratio efficax sit, facile uel hoc exemplo ostendere est. Iubet Hippoc. morborum acutorum initio, si quid uidetur mouendum, ut moueas 2. aph. At natura tamē nunquam initio morbificam materiā educit, quum cocta initio non sit. Idem, ad animi deliquium sanguinem nonnunquam uacuat, ut 1. aph. At natura nunquam ad animi usque deliquium educit sanguinem. Constat ergo artem non semper ipsam naturam æmulari. Sed & alia præterea ratio est, cur, quib. ex opposito latere sanguis sponte fluit, ad perniciem eant. nempe, id morbificæ materiæ uim sequitur, non naturæ. alioqui. n. quum ualida natura, eductiones per commodas ac propterea directas regiones molliatur semper, indicium est hoc imbecillitatis naturæ, quæ non per faciliores uias excernat. quo fit, ut mors, et indicetur, & re ipsa sequatur. At quod ars impunè ex opposito latere educat morbi initio, ratio est, quam diximus, quia cohibetur fluxio. Manifestum ergo est, non iniuria uenæ obiri sectionem in pleuritidum, & superiorum inflammationum initio, uel ex directo pede, qui secundum longitudinem contrarius est affecto loco, uel ex opposito brachio, ꝙ secundum latitudinem inflammatæ parti opponitur, quod facit & Aretæus 1. de curat. acut. morb. quamuis, fluxione iam cohibita, nondum tamen impacta, ex directo brachio mittendum sanguinem fateamur. Sed obijcies Hippocratem secundo de rat. uict. in ac. post fomenta statim directi brachij internam uenam secare. Adde, quod 6. de morb. uulg. sedando dolori proximum esse ait scindendum uentrem. Non discrepat tamen, si quis recte aduerterit, a sententia nostra Hippocr. quum neque is de directo

cap. 16.
cap. 19.
cap. 2.
com. 68.
com. 13.
Aphor. 29.
Aphor. 23.
cap. 10.
text. 10.

aut oppoſito brachio meminerit: & ea deriuatio ſit, non reuulſio, quæ quidem materiæ quæ iam fluxit haud impacta tamen eſt, non verò fluenti humori, debetur. facit enim dolorem, quæ in particulā irrepſit materia, non quæ tunc fluit. non ergo aduerſatur nobis Hippocrates qui ſi ἴξιν ſeruandam ſemper propoſuit, in deriuatione, non in reuulſione propoſuit. & ſi non negamus & reuulſionē pro deriuatione, & deriuationem pro reuulſione frequenter ab Hippocrate

Cap.10. *Gal. & reliquis vſurpari. Vnde & Oribaſius 1. Synops. reuulſionē ait eſſe ex directo latere, reuulſionis voce abuſus. Vbi.n. alioqui de reuulſione proprie agit, de tractione ad cōtraria loca intelligitur, ſuntq; ſuperiora inferiorib. dextra ſiniſtris, anteriora poſterioribus, & interna externis cōtraria. Et ſi uerò reuulſione a dextris ad ſiniſtra, & a ſiniſtris ad dextra, rarò uſus uidetur Hipp. vſus tamen is quandoq; eſt, vt in lib. de loc. in homine, quum patiēte aure altera ad*

Cap.5. *alteram cucurbitam admouet. Vſus & Gale. eſt 13. meth. quamuis non ignoremus alios aliter de his locis ſentire. Mirandū tamen eſſet de Gal. nō mediocriter, ꝙ toties de reuulſione ad latera meminerit, quin aliquid re ipſa tale agendū exiſtimarit. Sed ut res ſe habet, certe ſi Galenus id non ſenſit: ratio tamen agendum id eſſe non reluctatur. At verò vnum adhuc ſeſe offert, quod aduerſus hanc noſtram ſententiam pugnare nō mediocriter uidetur. neque contra nos modò, ſed etiam contra eos qui directum ſemper latus ſecādum putant. Quum.n. illud, etiam Galeni aſſenſu, conſtet, nutriri coſtas inferiores omnes & dextras et ſiniſtras ſanguine, qui a uena ſine coniuge nuncupata, emanat; oritur verò hæc dextro latere: illud fieri uidetur, ut in dextro ſemper latere tundenda ſit uena, nunquam uerò in ſiniſtro. Sanè non probari non poteſt præclarum illius ingenium, qui poſt tot & tantorum hominum ſtudia primus hunc ſcrupulum animaduertit. Verum ſatisfactum & huic ab alijs eſt. Prætereo enim ꝙ quandoq; NICOLAVS SANMICHELIVS Nouocomenſis, uir, quantum alius quiuis, accuratus fabricæ humani corporis obſeruator, uenę illi quæ parē plerunq; non habet, ipſe tamen coniugem ex altero latere uenam animaduertit, ſpectantibus multis. miſſa hæc inquam facio: ſed, etſi uena, quam ἄζυγον vocant, ad dextrum latus primo loco diſſeminetur: in uenæ tamen cauæ medio, atq; ab ipſa uena caua, oritur: cui & ſiniſtri, nō dextri ſolum cubiti uenæ communicant. quāuis interea non negemus facilius dextrum latus dextri, quā ſiniſtrum ſiniſtri cubiti ſectione adiuuari. Hęc de uenæ ſectione in pleuritide dicta ſint. Subdit ad hæc Auic. quandoque etiam cucurbitas cum ſcarificatu affecto lateri eſſe admouēdas. pro qua re uide Aretæum 1, de acut. morb. curat. Cætera petę*

Cap.10. text.10. & deinceps. *ex Hippo. ac Galeno 2. de rat. uict. in ac.*

De cura pleureſis. Cap. 2.

OPortet ut prohibeas materiam veniētem ad apoſtema cū euacuatione, et attractione ad contrarium; et lege illud quod narrauimus in capitulo, quod eſt ante hoc, et fortaſſe dicemus illud iterum. Dicamus ergo quòd cura eius eſt phlebotomia, ſi ſanguis fuerit vincēs ſecundum modum prędictum in capitulo, qđ

a † B.ſanguis. eſt ante ipſum, et extrahatur, a † [ ] donec alteretur color eius; ſignificat enim quòd nocibilior ſanguis iam euacuatus eſt. Et ſcias quod ſanguis corporis uehemētioris nigredinis, eſt ille, qui eſt propinquus huiuſmodi apoſtemati; quamuis obſeruatio uirtutis in hoc neceſſaria ſit. Et quandoq; non cōcedit uirtus extractionem ſanguinis fieri vſque ad hunc terminū. Et ſi eſt humor alius euacua non cum eis, quæ ſunt ſicut myrobal. neque in quo eſt ſtypticitas: imò cum eis, in quibus eſt cum ſolutione lenificatio, ſicut res factę cum violis, & ſiracoſt, & tereniabin, & zuccarum alhaizez: & ſoluantur in nocte. Quidam verò ſapientum dixerunt quòd rectius eſt, quantū poſſibile eſt, vt euacuetur cum phlebotomia, timēdo inquietudinem, in quam quandoque cadere facit ſolutiuum. Et nos iam diximus iſtud, & proprie quando ſputum eſt cholericum valde. & proprie ſecundum quòd dixit Gal. quando febris eſt vehemens valde. Et Gal. quidem pręcepit eos cuſtodiri a ſcammonea, & non pręcepit eos cuſtodiri ab hiera, & elleboro ſimul: & laudauit operationem aquę hordei poſt adminiſtrationem ſolutiui, & b [ſeparationē ex eo. Cum ipſa vero abſcindit operationem] eius quamuis oporteat, vt ſeruetur pars declinationis doloris, & læſionis. Nam ſi declinatio fuerit aſcendens ad furculā, & thoracem, & quod eſt ſuper eam, tunc phlebotomia eſt melior. Et ſi dolor declinat ad partem hypochondriorū, tunc neceſſaria eſt ſolutio ſola; aut cum phlebotomia, ſecundum quod neceſſarium facit illud, quod teſtificatur. & illud ideo, quoniā phlebotomia ſola ex baſilica non trahit de hoc loco aliquid, de quo ſit curandum. Et ex eis quæ ſignificant tibi vehemētiam neceſſitatis euacuationis, eſt quòd inuenis vaporationem & emplaſtrationem non ſedare dolorem, aut inuenis eas ex eis, quæ augmentant ipſum. Et ſignificat illud repletionem in corpore toto, quare neceſſaria eſt euacuatio, & proprie cum phlebotomia. Quumque phlebotomas, & euacuas, & non ſedantur accidentia; tūc ſcias quòd prohibitio collectionis, quam quæris eſt c [difficilis. Non ergo] iteres phlebotomiam, vt non cōgeletur materia, quæ habitura eſt collectionem & d [illud eſt ex eis propter quæ defectus maturationis ſanguineæ cum diminutione virtutis non digerit materiam.] Quum ergo maturatur oportet vt prohibeas eam fieri ſaniē et ſtudeas, vt mūdifices ante illud cum ſputo. Et ad vltimum quum non fit phlebotomia, & maturatur, & emittitur ſputum e † [ ] ſufficienter, deinde vides debilitatem in virtute. tunc non phlebotomes omnino. f [Diſpoſitio nanque debilitatis virtutis non eſt, quę tolerare poſſit phlebotomiā, & ſolutionem,] neceſſarium eſt tunc uti clyſteribus mediis, & acutis, ſecundum quod neceſſarium fuit illud, quod teſtificatur hoc, et proprie quum dolor eſt decliuis ad hypochōdria. Et Hipp. quidem innuit in cura g [peripneumoniæ] in qua non ſentitur dolor, verùm eſt vehementis declinationis ad hypochondria, vt euacuetur cum elleboro nigro, aut cum h [alkakile] & in alio libro cum herba ſyluestri, quę eſt ſimilis portulacæ, & habet lac, & eſt de genere lacticiniorum. Quum ergo euacuaueris, & inueneris dolorem leuiorem, ſis contentus aqua zuccari, & aqua hordei decocti, cuius hordeum ſit excorticatum in aqua plurima, decoctione vehementi, et aqua alcandaruſii ſi indiges confortatione, et melonibus Indis, et aqua iuiubæ, et aqua ſebeſten, et uiolis i [nutritis,] ſemine papaueris. Et oleum quidem

b B.complemētū operationis eius. Cum ipſa vero abſcinditur operatio.

c B. Alia litera: neceſſaria, & nō

d B. illa eſt ex eis, ꝗ nō digeruntur cū diminutione uirtutis & priuatione digeſtionis ſanguineæ ſup materiam.

e † B. digeſtū, & ſputum.

f B. Et ſi exiſtit debilitas uirtutis abſque phlebotomia, & ſolutione uentris.

g B.pleureſis.

h B.albachuliū.

i B.condītis.

dem quod administratur cum aliquo horum, est oleum amygdalarum dulcium. Quidam aūt prohibuerunt granata propter infrigidationē eorum: sed apud me in eis, quæ dulcia sunt, nō est malum. Et quandoque fit ex istis medicinis
k 2. expuēdum. decoctio, quæ administratur ad k [mundificādum.] & est hæc. Recipe hordeum excorticatū & iuiubas, & sebesten, & violas, & semen papaueris, & syrupum viol. & syrupum nenupharis quoniam ambo sunt meliores iuleb. Et Gal. quidem præcepit in principio vtendum esse speciebus de iacur: quoniam prohibent materiam
l 2. faciunt dormire. & maturant, & l [confortant.] Et dico ꝙ necessariæ sunt, quum non est excusatio propter vehementiam vigiliarum: & si non fuerit illud, tunc fortasse congelat papauer materiā, & prohibet sputum: nisi zuccarum quod cum eo ponitur, prohibeat nocumentum eius. Et videtur quòd semen est conuenientius, quam cortex tunc, & oportet vt euacuetur illud, quod retinetur cum sputo. Et mensura nutrimentū, et non multiplices: imò subtilies, secundum quòd necessarium facit multitudo acuitatis ægritudinis, et paruitatis eius, et accidentium illius: nam si ipsa fuerit quieta, leuis, facilis, cibabis ipsum aqua hordei excorticati decocti valde, ipsa nanque expuere facit incisiua, et confortatiua. Et si volueris dulcorare ipsam, dulcorabis eam cum zuccaro, aut melle: et si fuerit inquieta, sis contentus aqua hordei, usquequo declaretur tibi dispositio, et proprie secundum sputum, nam cum multiplicatur, securus es de multitudine
m 2. necessitatem uirtutis. materiei, et scis m] necessariam esse virtutem.] Nutrias ergo cum aqua hordei excorticati, et conforta, et si retinetur, subtilia regimen, et sis contentus aqua hordei, et syrupo quantum potes. Et quando accidit in pleuresi solutio ventris, et fuerit pleuresis succedens decollationi
n B pleuresim. o B. oēm curā. resolutæ ad n [latus] prohibet istud o [cum cura] phlebotomiæ, et lenificationis naturæ, et sit
p B. quod sit cōtentus. regimen eius p [cum sufficientia] sauich hordei. Si autem indiges phlebotomia necessario in speciebus pleuresis, et non est maturatio, tūc rectius est, ut sis contentus quantitate xxx. ponderum, et præpara ad secundationem cum sale et oleo super vulnus. Et multoties quidem excusat solutio ventris omni die semel aut bis, a phlebotomia. Et si phlebotomiæ alicuius succedit syncopis, aut vehementia difficultatis, et cō
q 2. non lenias naturā. In cura doloris pectoris &c. cōtinuatur capitulum. strictio in anhelitu, tunc illud est significatio, quòd phlebotomia non euacuat materiam ægritudinis, et melius est vt q [tunc liniatur natura.

ANNOTATIONES.

1 *Oportet vt prohibeas &c. Affirmat quæ de venæ sectione superiori capite dixerat, prohibendum .s. cum euacuatione, & attractione ad contrarium, ne humores ad peragendam inflammationem irruant: vt certius a nobis testimonium petendum non sit, de reuulsione in primo morbi insultu egisse in præcedenti capite Auic. præcepisseq; eam antequā sanguis ad affectum locū confluxerit. At ubi fluxit iam materia, impacta tamen nondum est: curationem esse ait sanguinis missionem ad coloris vsque mutationē. appellātq; hāc medici actionē, curationis, seu curæ, nomine, quod eius materiæ extrahendæ gratia fit, qui morbū iam facit: sicuti prior actio, quæ reuulsio est, quæ non facto iam morbo debetur, sed futuro: non curatio, sed præseruatio propriè vocatur. Iubet verò in curatione hac, & posteriori sanguinis euacuatione, expectari coloris ipsius sanguinis mutationē, Hippocratis exemplo 2. de rat. vict. in ac. ut cum qui fluxerat, nondum tamen impactus est, sanguinem ex inflam*- Text. 10. *mato loco retrahat: quæ quidem deriuatio est, neque nisi a directo loco fieri potest: vt hactenus ab Hippocrate nō discrepet author noster, sed ante Hippocratis deriuationem, quæ affecti loci curatio est reuulsione vtitur, quæ præseruatio quædam est. vt mirandum propterea non sit, ꝙ hic a pede directi lateris, vel a cubito oppositi, is verò a directo brachio sanguinem educat.*

2 *Et si est humor alius &c. Differentia redūdantis materiæ differentiā euacuationis ostendit. si redundat sanguis, non educenda est bilis, si bilis vel humores alii a sanguine, non mittendus est sanguis. propterea iubet, si alius quispiā a sangnine humor peccet, purgandum esse: nempe sanguis, purgante medicamento educi non pōt: aut si forte pōt alicuius medicamenti proprietate, de qua re Gal. in li. de Theriaca ad Pis. vel cuiusuis pharmaci violentia, vt in immoderatis euacuationib. vsu sæpe venit: educendus tamen nō est hoc pacto sanguis. At contra tamen authoris nostri sententiā Hip. 2. de rat. vict. in ac. de pleuritide absolutè, nō a* Tex. 10. *peccante materia, sed sumpta a cōsensu cum affecto loco indicatione, si dolor ad iugulum ascendat, secandā venā pronunciat: si ad hypocendria, purgandū. Auget difficultatem Gal. qui purgationem in pleuritide vniuersi non satis probat. prefertq; sanguinis missionem. Adde & ꝙ Hipp. 4.* Tex. 21. & 22. *de rat. vict. in ac. eos improbat, qui inflammationum initio medicamento soluere conantur. nempe, ꝙ cruda adhuc materia est: cruda verò medicamentis irritanda non sunt, 1. aph. Sane non leuis quæstio hec est. Si nāque indicationem* in calce. *spectes, quæ ex materia peccante suggeritur: certum est, nō esse in pleuritide omni secandam venam, sed prohiberi & a bile: quod Hipp. 6. vulg. morb. sect. 3. ait. & a pituita & atro humore, si ab his fiat. Sed et si affectum locum spectes, quicunq; humor inflammationem fecerit, non videtur commode purgatione educi posse: quum non nisi perquam longo interuallo contenta in thorace materia medicamenti ui trahi queat: facilius autem multo si sanguinem miseris. Cæterum, quum pleuritis in eo morborum sit genere, qui acuti vocantur, quæ a calidis plerūque humorib. procreatur, quā dolor sequitur, sumpta a morbi magnitudine indicatione ex Hipp. præcepto 4. de rat. vict. in ac. & a dolore & Hippocratis iussu, qui in sedandis dolorib. proximum ventrem secandum docet 6. de morb. vulg. sect. 6. & Gale. assensu qui* text. 21. text 5. *1. aph. dolorum gratia secandam ad animi etiam deliquiū* Apor. 23. *venā testatur; si ex his, inquā, indicationem sumamus, perpetuò mittendus in pleuritide sanguis videtur. quod Galeno maximè arridet, ut fiat. At Hippocrates tamen si dolor ad hypochōdria descendat, medicamentum exhibet, licet sanguis peccet: ꝙ commodior fluentis humoris deorsum ad aluum ipsam retractio est, quam sursum ad brachia. et si uerò sanguis tunc nō educitur, imminuuntur tamen cæteri humores, & horum inopia sanginem natura parcius affecto loco impartitur. Quòd verò idem Hipp. alibi inflāmationum initio perniciosum medicamentum censeat, de inflammatione iam confirmata est sermo: deq; humore, qui iam fluxit, impactusque est. At quum in pleuritide purgat, deriuatio hæc est, ut etiā venæ sectio, quæ ab eodem fit latere. Fit ergo, ut Gal. sanguinis missionem semper probet ob morbi acumen, dolorē, materiæ caliditatē: Hipp. quū deriuāda materia est inflāmationis, cōmodiore loco uacuationē moliatur. Auicennas uerò redūdātē presertim materiā spectet. Atq; ita fortasse cōsulto omnes et prudenter diuersa cōsuluerint.*

3 *Et Gal. quidem differt &c. Ex authoritate Gal. diaco*

dionem proponit in pleuritide, quod tamen medicamenti genus probare ipse non uidetur, nisi uigiliæ adfuerint. Verum non solum, quum vigiliæ urgent: sed & initio fluxionũ non uidetur hoc eße improbandum, si præsertim humores sint tenues. licet vero Auicennas Gal. eius dicti authorem faciat: nos tamen id ex Gal. non legimus: quin narcotica is prohibet 1. de rat. uict. in ac, quamuis id de insignibus stupefactorijs, & transacto morbi initio nos intelligamus. Quod ad pleuritidis deinceps curationem facit, de qua & sequenti capite agit, pete ex Galeno ac Hip. 2. de rat. uict. in ac. Vide & Trallianum lib. ., & Aretæum loco antea citato, & Paulum lib. 3. Hipp. 3, de morbis, nec non Rasim 9. ad Almans.

Com. 33.
Text. 10. & deinceps.
Cap. 2.
Cap. 33.

Sermo continuus de cura dolorum pectoris. Cap. 3.

NOn cures in principio nisi cum eo quod lene est ex clysteribus, & suppositorijs. Et maximi quidem erroris est in potu tribuere in frigidantia vehementia, nisi in factis ex cholera. Et [a] [non dentur] in potu in infrigidantia styptica: [b] [Et cibi eorum sint sicut lentes cum acetositate, & similibus.] Et scias quòd dare in potu aquam frigidam, est inconueniens huic egritudini, & omnibus apostematibus intrinsecis, minora ergo ipsam quãtum potes. Quod si [c] [tussis] fiat inobediens, permisce eam cum oxymelle: ut [d] [frangat fortitudinem] aquæ; & vt minoret moram eius, & fixionem ipsius, imò vt faciat currere, & penetret in corpore, & adiuuet cum incisione oxymellis, & subtiliatione ipsius. Et scias, quòd quãdo in pleuresi multiplicatur inflammatio, & requirit infrigidationem, tunc non infrigidetur nisi cum eo, in quo sunt abstersio, & humectatio, sicut aqua citruli, & aqua melonis Indi. aqua vero cucurbitæ quamuis ab vna parte conferat, quandoque tamen nocet, & debilitat cum [e] [prouocatione.] Ea vero a quib. est abstinendum, sunt sicut portulaca, & aqua endiuiæ, & omnia, in quibus est infrigidatio, & inspissatio. Et oportet vt sit tua magnifica intentio ad hoc, vt sputum facile sit. Et ex eis quidem, quæ multiplicant sputũ, est dormire super latus infirmum: & quandoque est necessaria commotio parua: & vt in potu detur aqua, quę ad caliditatem decliuis est, sorbendo [f] [continue] quoniam confert ei valde. Et quandoque necessarium facit esse retentio sputi constringentis anhelitum, vt lambendo sumat cochlearium de flore eris, & melle. Et quandoque facit esse necessarium vehementia doloris, vt in potu tribuatur faba vna de assa fœtida cum melle & aceto, & aqua [g] [ros.] & illud quum est vehementia doloris vociferare facientis. Quumque ad vltimum peruenit inobedientia anhelitus coarctati, & oregmon: assumat de nitro assato cum summa trium digitorum, & de flore eris quantitatem vnius fabę, & parum olei, & aquam tepidam, & mellis parũ. Si autem non valent, addatur eis [h] [illud quod est superius] uitis cũ pipere & aceto, & sint omnia tepida: aut hyssopus, & synapis & nasturtiũ cum aqua [i] [mellis] tepida, & hoc est fortius illo, & sorbeat, quum spuit, vitelium oui, vt remoueatur malitia eius. Et si indiges in pleureticis cibo fortiori, da pisces alradradra, & illud quũ fracta est febris: & similiter panem cum zucca

a B. dare.
b B. aut dare eis in cibo lentes cum acetosis & similia.
c B. sitis.
d B. frangatur malitia.
e B. Alia litera. [illegible]ione.
Alia litera. & exsiccat cũ prouocatione.
f B. sorbẽdo forbitionem post sorbitionem.
g —— B.
h B. flos.
i B. & melle.

ro, & butyrum: quoniã adiuuat ad maturationem, & ad sputum, & pisces elixatos cũ porris, & anetho, & sale, et stude ut alleuies partes uentris, ut non cõprimant partes pectoris, & illud fit cum lenificatione naturæ, & attractione fęcis, si retinetur, cũ clysterib. lenibus, sicut aqua Kist hordei, cum pauca aqua † betæ. Et oportet ut prohibeas inflationem. Et scias quòd [k] [fumus] fæcis, & eius inflatio, nociui sunt ualde in hac ægritudine. Et ex eis, quæ sollicite sunt attendenda, est ut succurras cum maturatione ęgritudinis ante, [l] [& absq; necessitate saniei.] Si autem fiat sanies, oportet ut succurras cum mundificatione eius, antequam corrodat. Et scias quòd necessaria est humectatio [m] [quare stude] vt facile fiat sputum, & velox. Quumque sputum incipit in ascensione, & pertrãsit quartum, conforta hanc decoctionem cum radice [n] [lilij] & capillo veneris. Et quum materia est grossa, et uirtus est fortis, et nõ est in neruis nocumentum, non est malũ tribuere in potu oxymel permistum, vt incidat. Et si lenieris naturã cum eis, quæ sunt sicut casia fistula, cum zuccaro, et tereniabin, et siracost, erit rectum. Et quãdoque iuuatur etiam cum emplastris, et unguẽtis. Et primũ, quod oportet administrari, est ceratum factum ex oleo uiol. et cera colata, deinde gradatim perueniatur ad adipes, et mucillagines, et puluerem molendini. Deinde gradatim ad illud quod est fortius, sicut emplastrum de chamæmilla, et radicibus hybisci, et radicibus [o] [lilii,] et uiolis, et decoctione etiã maluæ hortulanę. Et si est necessariũ quod est fortius, administra emplastrum factum ex caulib. elixatis, et fœniculo elixato. Et iterum emplastrum factum ex absinthio, et radice lilii cum aliquantulo mellis, et oleo nardino. Et scias quòd si materia est multa, tũc emplastra, et epithemata frigida, nociua sunt, et si est pauca non nocent. nt similiter si apostema iã resoluitur, & [p] [descẽdit] materia cum quantitate. Et quando accidit, ut euacuatio ex phlebotomia sit iuuatiua, conceditur etiam, ut fiat delinitio. Descriptio emplastri alterius boni. Recipe foliorum uiolarum, et maluauisci amborum ana partem unã, radicicis [q] [lilii] partes ii. farinę hordei, farinę fabarum amborũ ana partem. i. s. chamæmillæ, dragacanthi ana partes ii. Et si materia est grossa; et indiget additione resolutionis, addatur in eo semen lini, et fiat [r] [eius cõfectio ex] rob cum cera et oleo uiol. Et si est caliditas minor, ponatur loco olei uiolacei oleum de lilio, aut oleũ narcissinũ. Et si caliditas est fortis ponantur loco additorũ calidorũ, quę descriptioni addidimus folia nenupharis, et rosę, et cucurbitę. Descriptio unguenti boni. Recipe ceram, adipem anatis, et gallinæ, et butyrum ouinum œsypum humidam, fiat ex eis unguentum, quoniam est bonum ualde. Et ex emplastris, quę ad maturationem aggregant sedationẽ dolori, est emplastrũ factum ex farina hordei, et meliloto et cortice papaueris. Et quandoque adiuuatur etiam in eis cum [s] [emplastris] humidis, et siccis. Et humida quidẽ sunt cõueniẽtiora ei, qui trahit ad rubedinẽ, et sicca ei, qui trahit ad phlegmatis proprietatem. Verum humida quum non iuuant, non nocent, et sicca si nocent, nocent

k B. vapor.
l B. quam sint sanies.
m B. in regimine ipsius.
n B. Alia litera. liquiritiæ. radix yreos pro radice lilii accipiatur in hoc capitulo.
o B. Alia litera. liquiritiæ.
p B. remanet.
q B. liquiritiæ.
r B. ex eis massa uel emplastrũ cum.
s B. fomẽtationibus.

cent magnifice. Et melius est, vt antecedat spongia infusa aqua calida: & fortior ea, est aqua maris, & aqua salsa: deinde pertransi illud si necessarium tibi est, & fac euaporationem cũ vapore, aut cum oleo, & aqua calidis. Et fortius illo est illud, quod fit cum aceto, & † herbo, & caulibus super lanã ambibitam oleo. Et ex siccis subtiliatiuis, est furfur: deinde grana milij: deinde sal. Et vaporatio quidem resoluit omnem dolorem altum, aut infimum, quum non est prohibitio ex repletione, quam attrahat vaporatio. Phlebotomia vero plus confert doloribus [t] [vincentibus.] Quumque emplastrum facis, aut vaporas, tunc stude vt retineas eius vaporem a facie ægri, ne eo excitentur [u] [tristitia,] & constrictio anhelitus. Et quandoq; est ęgritudo vehementis siccitatis, & confert vapor emplastri, & uaporationes humidorũ temperatorum, quando percutit faciem, & peruenit in attractione aeris. Et quandoque adiuuantur cum electuarijs, quibus vtuntur. Et conuenientius eorum, calefactis est cera alba colata, abluta cum oleo violaceo, & proprie quando est dolor uehemens. Et quandoque reditur ad ventosas post mundificationem corporis cũ phlebotomia, & alijs, & fiducia, quod ipsum iã sit mundificatum Ex ventosis enim quum ponuntur super locum dolorosum, apparet iuuamentum maximum, & quãdoque sedatur dolor omnino. Et quandoque trahitur ad partes extrinsecas, & emplastrum de synapi, si administretur in hoc loco, efficit operationem ventosarum in attrahendo. Quum ergo pertransit septimum, pręceperũt antiqui dari electuarium factũ ex amygdalis, & granis [x] [alcurat] & melle, & butyro, & electuarium ex butyro, & uisco albotim. Et quandoque administrabant confectiones magnas, sicut est athanasia, & est via bona, qua incedere possunt qui artem verificauerunt, confidentes in seipsis cum meditatione inuestigatrice, vt succurrant, si hoc regimẽ dederint, vt possit æger tolerare illud: quare cum ea consequuntur finem mundificationis sufficienter. Noui autem timorosi, non confidẽtes in seipsis, in hoc timent mel, & ponunt loco eius zuccarum. Et antiqui etiam innuebant vtẽdum esse medicinis fortis mũdificationis, præparatis cum melle, scilicet pilulis, quæ tenentur in ore sub lingua. Et innuebant in hac hora vtendum esse medicinis, & emplastris, quæ nominantur habentes odorem factis cum sampsuco, & emplastro [x] [asedebi.] Et ad summum ille, qui procedit hac uia, quæ est antiquorum, oportet ut incedat ea cum cautela, & obseruatione, & timore, quòd rumpat apostemata, & excitet calorem plurimum. Deinde attinet ei, vt confidat post illud de iuuamento festino. Si autem ægritudo remanet usque ad quartumdecimum diem, non est excusatio a uentosis, & subtiliatione regiminis tunc. Et quum uigiliæ fiunt in eis uehementes, tunc necessarius est syrupus de papauere. Et quando fit anhelitus in eis frequens, tunc non succurritur illi nocumento, nisi cum humectatione cum eis, quæ sunt sicut mucillago psyllij, sorbendo ex ea aliquid post aliquid, & sicut iuleb. Quandoque autem confert embrochatio lateris cum aqua tepida, ut alleuietur dolor, & minoretur frequẽtia anhelitus: quoniam est nociua secundum quod iam sciuisti. Et post declinationem manifestam administra balneum, & aliena infrigidationem [z] † [ ] nisi in eis, quæ sunt de genere choleræ rubeæ. Et similiter aliena regimen ingrossatiuum, & administra subtiliatiuum, & decoquantur in aquis, & [a] [syrupis] prædictis [b] [caules] & calamenthum in fine eius, & lambant semen [c] [alcurat] cum melle. Quod si apostema fiat inobediens, & uadat versus collectionem, regantur cum regimine, quod dicitur in capitulo illius proprie. Et oportet vt caueantur in conualescentibus pleureticorũ, salsa, & acuta, & saturitas, & repletio saturitatis facientis nauseam [d] † [ ] & [e] [ventositas] & fumus, & vox alta, & [f] [saniositas.] & coitus; nam si recidiuant, moriuntur, hoc dicimus, si pleuresis est calida pura. Si autẽ non est ita, imò nõ est pura, & non est uehemẽtis caliditatis: tunc in te est ut frices, & emplastrum facias cum eis, quę sunt sicut fœnugræcum, & pix, & ut ventosas apponas. Et emplastrum ualens ad illud. Recipe cineres radicis caulium, qui conficiantur cum adipe, & fiat cũ eo emplastrum. Et in cura quidem phlegmatici, incipiatur a clysteribus acutis, & solutione ventris Et non fiat phlebotomia, & administrẽtur resolutiua, quæ sint ex emplastris, & uaporationibus predictis, in quibus est uirtus. Et cibẽtur † beta, & aqua caulium, & aqua ciceris, & oleo de oliuis, aut oleo de amygdalis dulcib. & amaris, & administrentur emplastra, & uaporationes calidæ prædictæ. Et detur in potu decoctio Ioseph vigilatoris, quam in potu damus cum oleo de kerua. In melancholico uerò [g] [incipiatur a] sorbitionibus factis ex tritico fracto, cum melle, & oleo amygdalino dulci, & electuarijs lenificantibus calidis, & sorbeantur olea lenificantia, sicut oleum amygdalinum dulce. Et sorbitiones factę ex fabis, & pauco fœnugræco, & lac mulctum, & proprie âsininum, quoniam ipsum est iuuatiuum eis. Et ex eis, quæ conferunt in eo, est, ut sumatur costi pondus drach. j. & detur in potu in [h] [aqua] decoctionis anethi: [i] [& oleum balsami, aut syrupus mellis:] & hoc etiam confert tussi malæ. Aquæ uero congregatæ in pulmone, cura est leuior eis, quæ dicemus in cura empyicorum, & quãdoque indiget perforatione.

Margin notes (left column): † eruo. — t a. altis. — u B. angustia. — y B. alfedabi.

Margin notes (right column): z † B. uehementem. — a B. potionibus — b B porri. — c B. alchurais. — d † B. & sol. — e B. uentus. — f B. insufflatio. — † ficla. — g B. cibetur, — h B. coch'eario. — i B. aut olei balsamini, aut syrupi de melle.

De cura peripneumonię. Cap. 4.

IN cura peripneumoniæ curritur cursu pleuresis, nisi quia oportet ut emplastra ipsius sint fortiora, & ut ponantur in eis, quę sunt profundantia. Et oportet ut sit solicitudo ad mundificandum cum sputo magis uehemens, & sit in ea loco iacendi super partem spuendi, resupinatio declinis uersus illã partem. Quumque natura in ipsa fuerit restricta, oportet ut in potu sumant omni die semel de hoc syrupo. Recipe casiæ fistulæ, & passularum enucleatarum amborum an. sextaria. iij. & proijciantur super ea. iiij. sacraiati aquę, quę decoquatur vsque ad medietatem, quæ sumatur, & super ipsam proijciatur sacraiati aquæ solatri. Et hoc est

est illud, quod in potu forti datur: & debili medietas eius. Et si natura a [lenitatem habuerit & debilitatem] detur in potu rob myrti, & cydonia dulcia assata, & granata dulcia. Et illius, quę est ex genere b [almesir,] & cholerae rubeae cura est, sicut narrauimus, difficilis. Nam si aliquid confert, est extinctio ultima cum succis uehementis frigiditatis, sicut olerum, & herbarum, & fructuum. Et dentur infrigidantia lenificantia, sicut succus endiuiae, & similia illi. Quod si euacuetur cholera cum eis, quae sunt sicut siracost, & tamarindi, & tereniabin, & similia illis, est bonum; & similiter quandoque est necessarium in ipsa facere phlebotomiam, si fuerit illic repletio.

a B. fuerit lenis lenitate debilitante.

b B. almasere.

ANNOTATIONES.

Ad peripneumoniae curationem eadem fere faciunt, atque obseruanda sunt, quae in pleuritide.

De empyemate. Cap. 5.

QVando apparent in apostematibus pleuresis & peripneumonię, signa collectionis praedicta, & ascendunt; tunc necessarium est, vt iuuamentum fiat ad maturandum, post mundificationem corporis, quod fit cum emplastris, & uaporationibus; sicut illud quod fit ex farina hordei, & a [vino] alimbat, & uino albo, & dulci, & b [ficubus humidis,] & ficubus siccis, & fortius illo, est illud cum quo ponuntur stercus columbinum, & nitrum, & est conueniens in fine, etiam apud eruptionem. Et oportet ut c [dormiat] ante horam eruptionis super latus infirmum: adiuuat enim ad spuendum, & ad rumpendum. Si autem caliditas fuerit plurima, detur in potu aqua mellis in aqua hordei, aut aqua mellis subtilis sola. Et si caliditas est non fortis, & uirtus est fortis, oportet ut in potu tribuatur decoctio hyssopi, in qua cũ hyssopo decocta sunt hashae, & prassium, & ficus, & mel. Et in potu sumat aquam hordei decocti cum radicibus d [lilij.] Et quandoque indiges eis, quę sunt sicut mithridatum, & theriaca ad maturandum. Et conuenientiores horae ad potandum ipsa, sunt post maturationẽ integram, ut erumpatur secundum conseruationem innati. Et dactyli quidem sunt ultimi in hac hora, & post ipsam. Et syrupus de prassio, est ultimus. Trochiscus maturatiuus. Recipe semen altheae, & citruli, & maluae, melonis, & cucurbitae, & succum liquiritiae, & florem meliloti, & uiolas e [vel] dragacanthi. fiant troch. f [Et multoties quidem fiunt trochisci] cũ mucillagine seminis lini, & dantur in potu cũ aqua ficuum. Forum autem cibi in ascensione, sint panis infusus aqua, aut cum g [aqua, & melle] & oua sorbilia, & quae sunt illis similia. Et ea quibus vtuntur in secunda mensa, sint genera pini maioris, & minoris, & amygdalae dulces, & sorbitiones subtiles, factae ex farina hordei, & ciceris, & fabarum cum oleo amygdalino, & zuccaro cum melle. Quumque pertransit hora eruptionis, & completur maturatio, oportet vt iuuamentum fiat ad erumpendum: nam dimissio ipsius, efficit aegrum prauum, & malae proprietatis. & suffumigentur guttura ipsorum cum storace h [calamita.] Et detur in potu syrupus hyssopi fortis, quem diximus, & apponantur fortiora emplastra, quae diximus, & dare in potu mithridatum, & theriacam in hac hora, est iuuamentum, si non fuerit febris, neque i [debilitas] neque extenuatio. & in cibo detur pisces saliti. & sumat in ore suo, quum uadit dormitum, pilulas factas ex hiera, & pulpa coloquintidae. & pilulae etiam cochiae in potu sumantur in hora dormiendi. & suffumigent guttura eorum cum storace k [calamita.] & quandoq; confert ei mouere sedem super quã sedet, homine tenente eum per spatulas. & cõfert ei sumere in potu synapim cum aqua mellis, & potare assam foetidam in lacte, & confert ei iacere super latus sanum, quando vult eruptionem, & praecipitur vt vomitus fiat post coenam in huiusmodi horis. verum illud est timorosum: quandoque enim facit possidere eruptionem magnam vice vna, & quandoque pręfocat. Quum autem non erumpitur, necessariũ est vt cauterizetur, deinde consideretur: nam si exiuerit sanies alba, munda, spes habenda est: & si non, non est spes habenda. Quumque erumpit sanies, & currit, & existimas quòd pauca sit, & aequalis, ita quòd possibile sit vt mundificetur cum sputo vsque ad xl. dies: tunc oportet vt administrentur post eam abstersiua, lauatiua, mundificatiua, dando ea in potu, quum incipit expui illud, quod erumpit. Et illa sunt, sicut decoctio hyssopi cum radice l † [ ] lilij caelestis cum syrupo de melle, & caules, & sorbitiones praedictae, factae ex farina ciceris & similibus, m [quę sunt ex medicinis:] & ponatur in eis etiam fariua herbi, & confert etiam electuarium de squilla, & electuarium de herbo. Medicinę verò singulares, quę sunt matres huiusmodi rei sunt sicut farina n [herbi, & sauic] lilij, & radix eius, & aristolo. vtraque, & pipera tria, & synapis, & nasturtium, & vsque ad opopanacũ etiam, & costus, & casia lignea, & spica. Et quãdoque est necesse, ut admisceatur eis aliquid ex narcoticis cum mensura. Et ex istis medicinis est scordion; ipsum nanque est vehementis iuuamenti in hoc capitulo. Et istę medicinę sunt matres medicinarum in hac hora, iuuantium, ex quibus fiunt potiones, & emplastra, & embrochae cum spongijs, & o [olea.] Et quandoq; fit oleum, ad quod virtutes earum permutantur, sicut oleum de lilio, & narcissinum, & chamęmillinum, & de alcanna, & nardinum, & sicut oleum laurinum, & proprie quum adest declinatio. Et quandoque ponitur quod est sicut oleum violaceum, secundum dispositionem, & horam. Et quandoque ponuntur in huiusmodi oleis, ea, quae sunt sicut gumma pini, & adeps, & galbanum, & flos squinãthi, & hyssopus humida, & foenugręcum, & folia lauri, & bdellium, & similia illis. Et quum febris est fortis, non superfluas in calefaciendo; quoniã debilitatur virtus propter malitiã complexionis, & deficit a spuendo. Et oportet, ut succurratur ad regimen extractionis sanici, post eruptionem ad pectus, in diebus, in quibus imaginatur aeger alleuiationem. Quum autem existimaueris in pleuresi materiam plurimam, & non

a B. glutine
b B. dactilis.
c B. iaceat.
d B. liquiritiae.
e B. &.
f —— B.
g B. aqua mellis.
h B. liquida.
i B. macies.
k B. liquida.
l † B. liquiritiae &.
m B. farinis.
† erui.
n B. horobi & tritura.
o B oleis.

non mundificatur in xi. diebus, neque in paucioribus, imò facit cadere in phthisim, tunc necessarium est cauterium fieri cum cauterio minuto, quo perforetur pectus vt exsiccetur materia, & trahatur paulatim, & abluatur cũ aqua mellis, & adiuuetur ad extractionem eius ad exteriora. Quumque mundificata fuerit, perueni ad consolidandum. Et oportet, vt cognoscas partem, in qua est pus, ex modis prædictis de voce sanici, & sonitu eius, & hoc quod induitur pectus cum [p] [filo] tincto luto rubeo, & consideretur quis locus exsiccetur velocius: quoniã ipse est locus sanici. signum ergo super ipsum fiat, & cauterizetur, [q] [&] perforetur illic. Nam quandoque non cauterizatur, imò perforatur latus cum phlebotomo, & ponitur præparatio taliter, quòd cum ea egreditur sanies, de qua accipiatur omni die parum, absque extractione plurima subito. Et in huiusmodi quidem hora necessaria est conseruatio virtutis, cum carne, & cibo temperato, & non consideres febrem, quoniam ipsa non sanatur, dum sanies perseuerat remanens. quum autem expuitur, eradicatur. Et quum confortatur æger ad expuendum saniem, aut illud quo curatur ex cauterio, remouetur febris proculdubio. Et multoties accidit, vt apostema erumpatur ante maturationem: & est illud, quod erumpit ab eo, sanguis: quare necessaria est tunc phlebotomia, & administratio emplastrorum, & expellentium, & communicantium. Emplastrum eis conueniens caules, & aqua mellis super descriptionẽ Aaron ponatur. Et emplastrum huiusmodi. Recipe piper, capillum veneris, hyssopum siccam, vrticam, & aristolochiam rotundam: fiat ex eis emplastrum cum melle.

p B. panno.
q B. aut.

ANNOTATIONES.

Vbi ob pleuritidem uel pulmoniam facta iam est suppuratio, nulla mora, sit oportet, sed statim disrumpendus est tumor. Quo id fiat ingenio, copiose hic docet. Tu pete & Gal. 7. de comp. med. per loc. Hipp. 2. & 3. de morbis. Paulum lib. 3. Quod si disrumpi nequeant, tunc, quod hic author consulit ad ustionem accedendum est: quæ ut fieri debeat, docet Paulus lib. 6. At quid usta iam suppurata parte sperandum sit, pete ex Hippoc. 7. aphor.

cap. 5.
cap. 32.
cap. 44.
Aphor. 44.

De cura ulcerum pectoris, & cura phthisis. Cap. 6.

QVum vlcus quidem est in canna pulmonis, tunc medicamen ad ipsum velociter vadit, & oportet vt faciat dormire ægrum super collum suum, & teneat medicamen in ore suo, & deglutiat saliuã eius paulatim, ita quod nõ mittat plurimum subito, & excitet tussim, & oportet, vt ipse mollificet lacertum gutturis sui, ita vt descendat ad guttur ipsius absque excitatione [a] [soda.] Et medicinę sunt glutinatiuæ, & exsiccatiuę, quas dicemus etiã in phthisi. Vlcera verò, quæ sunt in pectore, & pulmone, quæ diximus, indigent vt iniijciantur in eis medicinæ lauatiuę, abstersiuę, & præcipitur ægro, ut iaceat super latus infirmum, & tussiat, & cõmoueatur [b] [aliquo] motu. Et quandoque egreditur pus ex eis, post missionem aquæ mellis in vlcere, cum instrumento attrahente pus. Quumque mundificatur sanies, & speramus, quod non remansit ex ea aliquid: tunc administrentur medicinę consolidatiuę: & non est in mundificatiuis, abstersiuis, in huiusmodi, aliquid sicut mel. Ipsum enim est mundificatiuũ, & cibus dilectus a natura, & non nocet vlceribus. Vlceris autem pulmonis regimen est duæ res: quarum vna est cura vera, & altera est blandiens. Cura quidem vera non est possibilis, nisi quando ægritudo est susceptibilis curæ, & nos iam narrauimus eam. Et illud est cum mundificatione vlceris, & exsiccatione ipsius, & expulsione materierum ab eo, & prohibitione catarrhi, & adiutorio ipsius ad consolidandum. Et iam pręterijt illud in regimine prohibitionis catarrhi, & est radix tibi in hac cura. Et summa eius est mundificatio corporis, & attractio materiei a capite ad inferiora, & confortatio capitis, ut non multiplicentur superfluitates in ipso, & prohibitio eius quod effunditur ex capite ad pulmonem, & attractio illius ad aliam partem. Et oportet ut sit mundificatio cum phlebotomia, & medicinis extrahentibus superfluitates diuersas, sicut pilulis cochijs, & proprie cũ bdellio, & gummi additis in eis. Et fortasse necessaria sunt ea, quæ educunt humores melancholicos, sicut epithymum & similia. Et quandoque indiges iterationibus in euacuatione, vt minorentur superfluitates in ipso. Euacua ergo cum phlebotomia, & medicina: deinde [c] [cũ subtiliatione;] & propriè in corporibus fortibus. Et ex rebus iuuantibus in expellendo nocumentum catarrhi est [d] [diacore,] & proprie illud quod est ex papauere, [e] [& cum] eis quæ dicemus in antidotario, & reliqua. Et ex eis, quæ iuuant ad hoc, vt natura suscipiat regimen, est ut fiat permutatio ad regiones, in quib. est aer exsiccans, & curetur, & detur in potu lac in eis. Et oportet, vt sit [f] [præparatio] eius secũdum plurimum [g] [ea, quæ est præparati] habens collum tensum ad anteriora & ad superiora, ut æquetur casus partium pulmonis adinuicem, & non remoueantur partes vlceris a coopertura, & positione naturali, & oportet, vt non frequẽtetur in ipso sedatio tussis, cum prohibitione sputi: nam in ipso est timor magnus, quamuis meditari faciat leuitatẽ. Blandientia verò sunt regimen in indurando ea, & exsiccando ea ita, vt non fiat concauitas in eis, neque dilatentur, licet in eo non sperentur incarnatio, & consolidatio, & in hoc est spes in [h] [tempore] patientis ea, quamuis uita eius sit non dilecta, & lędatur quolibet errore. Et ista quidem exsiccatiua constringunt pulmonem, & exsiccant eum, & claudunt vlcus, quamuis non consolident ipsum: & si hac via processerit, non oportebit, vt administretur lac omnino. Et mel est vehiculum medicinis phthisis, & ipsum non nocet vlceribus. Vlceris autem mundificatio fit cum medicinis prædictis mundificantibus, & cum decoctione hyssopi pręd icta ad phthisim in antidotario. Et fortius illo est electuariũ de † herbo cum granis cotti dictum in antidotario. Et fortius illo est electuarium de squilla cum lacte asinino, & quandoque est necessarium, vt aggregentur in eis viscositatem facientia, glutinatiua.

a B. Alia litera. tussis.
b B. leui.
c B quiesce, deinde reitera. Alia litera. moderata deinde gradatim procede cum fortiori medicina.
d B. diacude.
e B. ex.
f B. statio.
g B. statio recta.
h B. prolongatione.
† teruo.

natiua. Et quandoque adiuuatur cum narcoticis, vt prohibeatur tussis, & adiuuant medicinã in operatione sua, & tunc necessarium est regimen viuificabile. Et iam diximus tibi hæc mundificantia in capitulorum principio, & diximus etiam ea in capitulo empyematis. Et vsitata ex eis sũt sorbitiones factæ ex herbo, & sorbitiones, in quibus ponitur porrum de Sceni, factæ ex farina ciceris, & [i] [alcandaros.] Et hoc ipsum, porrum elixatum & aqua mellis, in quibus coquuntur mundificatiua incarnatiua: & omnia illa iam præterierunt tibi, & confectiones exsiccatiuæ, sicut diacyminum, & athanasia, & electuarium de semine lini. Verum mithridatum, & theriaca, quum administrantur in quibusdam horis, & proprie in principio, & vbi non est [k] [debilitas] vehemens, sunt iuuatiua, & ubi non est febris iam perueniens ad ultimum in arefactione, & lutum quidem sigillatum est res magis iuuatiua in omni hora, & lutum armenũ. Et similiter omnia, quæ diximus ex emplastris, & vaporationibus, & vnguentis mundificatiuis. Quumque putrefiunt vlcera in pectore, & in pulmone, confert facere, vt æger lambat cochlearium paruum de kitran in mane solo, aut cum melle, aut cum aliquãtulo galbani liquefacto cum melle. Si autem illic fuerit caliditas, & timentur mundificantia calida, & non conferunt frigida: tunc sumantur pulmo vulpis, & semen fœniculi, & succus liquiritiæ mundificatus, & succus capilli veneris, aggregentur cum aqua zuccari ingrossata, quonia m est ultimum Et quandoque administrantur in hac ęgritudine genera suffumigationum, & exsiccantium, & mundificantium, quibus fit suffumigatio cum traiectorio. Et ex eis sunt illa, quæ recipiunt arsenicum, & piper: fiant ex eis similitudines auellanæ cum albumine oui. Et ex eis est illa, quæ recipit foliorum oliuæ dulcis, & stercoris vaccarum [l] [impinguatarum] & adipis renum hirci, & arsenici, & stercoris leporis partes æquales. Et ex eis est illa, quæ recipit cortices nabac, & arsenicũ, & adipem renum hirci, & ex illis est, quę recipit arsenicum, & butyrum de ouibus. Et ex illis est illa quæ recipit arsenici, & aristol. & corticis radi capparis partes æquales: aggregẽtur cum melle & butyro. Et etiam pineæ in qua est fæx alkitran, & etiam arsenicum, scilicet citrinum cum sisamino oleo, & quoties calefit complexio eius superflue, curetur cum trochiscis de cãphora aliquibus diebus, & redeatur post eos ad exsiccandum. Cibi autem sint ex [m] [perdicib.] decoctis cum seminibus, & speciebus, & non prohibeatur vinum album purũ in principio sui, & olfaciat semper odorifera, & adhæreat [n] [somno & requiei] & quieti. & dimittat iram, & rixam. & nõ perueniat ad ipsum illud quod contristat. & ex eis, quæ ego multoties sum expertus in corporibus diuersis est ut utatur patiens zucca. ros. recenti sui anni omni die, quãtum potest, quamuis multum sit, ita etiam ut cum pane. deinde attendatur esse eius; tunc si constringatur anhelitus eius propter exsiccationem rosarum, detur in potu syrupus de hyssopo secundum quantitatem necessitatis & si inflammatur febris, dentur in potu trochisci de camphora. & non intermittatur hæc cura in ipso, quoniam sanat. & si non timerem dici mendax, narrarem in hac intentione mirabilia, & referrem summam, qua usa est mulier phthisica. Peruenit res eius ad hoc, ut ægritudo cum ea prolongaretur adeo, donec perueniret ad mortem, & uocaretur ad ipsam, qui præpararet ea, quę morti sunt necessaria. Tunc quidam frater eius surrexit ad eam, curauit eã hac cura tempore longo, & reuixit & sanata est, & impinguata est, & non est mihi possibile, vt dicam summam eius, quod comedit de zuccaro rosaceo. & quandoque egent siccitas & arefactio administratione lactis & [o] [aldoch,] & in hoc est cibatio, & ęquatio, & humectatio humoris corrupti, & conglutinatio ulceris cum caseitate, & mũdificatio cum abstersione aquæ lactis, virus & saniei. Imò multoties sanat hoc regimen ulcera pulmonis, quum non intenditur in regimine eorum ut indurentur. Et de lactibus magis conueniens est lac mulieris suctũ ex mammilla. Deinde lac asinarum & lac caprinum proprie propter stypticitatem, quæ est in lacte caprino. & lac equinum etiam est ex eis, quæ mundificant, & faciunt sputum facile: verum non est ei conglutinatio, secũdum quod existimo. In lacte autem ouino & uaccino, est grossitudo, & si posset sugi ex ubere, esset magis conueniens. Et oportet ut animalia, ex quibus mulgetur, pascant plantas, quarum operatio est necessaria ad incarnationem quidem, sicut uirga pastoris, & haufigi, & [p] [cometre. i. pyrus] & quæ sunt illis similia. & mundificantia facientia spuere, sicut alhasce, & alandacocha, & nidus apis: immo sicut [q] [lacticinium.] Et ille, qui vtitur potu lactis, oportet vt obseruet reliquum regimen. nam si errauerit in aliquo, fortasse reducet super eum malitiam. Quidam autem medicorum, qui medicinam comprehenderunt, iam narrauerunt sufficientiam dandi lac in potu. Et dixerunt illud cuius intentio est cum proposito nostro, scilicet quoniam oportet, ut ex asinabus eligantur illę, quæ a partu elongatæ sunt. iiij. mensibus, aut quinque mensibus, & uadant ad vas, in quo lac mulgetur, & abluatur cum aqua. & si lac fuerit mulctum in eo ante, lauetur cũ aqua calida, & fundatur in ea aqua calida, et dimittatur donec dissoluatur aliquid, si fuerit in eo, in aqua: deinde abluatur cum aqua calida, & frigida: deinde ponatur vas in quo mulgetur lac in aqua calida, & mulgeatur in eo medietas sacraiati, & est quantitas eius, quod in potu datur in die primo, si ęgritudo fuerit salua, et si nõ, tunc plus illo dabis secundum quod putaueris, et existimaueris, & sumat in potu in secundo die duplum illius, mulctum in illa mulsione. et si natura iam fuerit restricta in die prima, ponatur in eo, quod bibitur in die secundo, aliquid zuccari, et fac in tertio, sicut fecisti in die primo, quòd si natura non lenificatur in secũdo, et proprie quum non lenificatur vsque ad tertium, tunc in potu da duo sacraiati lactis cũ duobus danic salis Indi, et de amylo pondus drach. s. usque ad drach. j. s. et non cesses dare in potu omni die pondus medietatis sacraiati. Quod si peruenerit sextus, et non respondet

i B. alcandarus.
k B. extenuatio
l B. montanarũ
m B. aiduragi.
n B. tranquillitati.
o B. aldum.
p B. habet ad: mesachin.
q B. species lacticinij uel tithimali.

det natura: accipe ex lacte tres sacraiati, & cum eis cõmisce zuccarum, & salem, & oleũ amygdalinum, & r [polypodium.] Si autem respondet ultra tres scellas, tunc non admisceas post illud ex lacte aliquid, aut minue ex lacte. & omnino oportet, ut non addat natura in die & nocte super tres, neque minuat ex duabus. tunc si iuuatur cum hoc, da ei in potu tribus hebdomadis. Et iam dixerunt quidam comprehendẽtes, quòd melius lac in potu sumendum s † [ ] illud est, quod est animalis pascẽtis loca in quibus sunt herbæ subtiliatiuæ, mundificatiuæ cũ stypticitate, & exsiccatione sicut absinthium, & allia, & sceha, & abrotanum, & polium, & rubus. In lacte autem caprino rectius est, ut misceatur, quum recenter mulctum est, aliquid aquæ, & ignientur lapides & proijciantur super ipsum multoties, donec coquatur & auferatur eius aquositas. Et t [hæc est melior decoctio, quam decoctio] super ignem. Et attende etiam lenificationem naturæ, nisi sit diaria (tunc, n. oportet, ut ponas in eo u [hypoquistidos)] aut tussis plurima: quare tunc oportet ut ponas in eo dragacanthi põdus drac. j. Et si fuerit stomachus debilis, ponantur in eo cyminum & carui. & lac quidem coctum cum digerit ipsum phthisicus, est ei cibus sufficiens, & quãdo post ipsum febri phthisicus, tunc oportet ut abscindatur. † Aldoch autem est necessarium, quum vehementia est febris, & quum est solutio uentris, & est eis iuuatiuum valde. & melius est, si dimittatur lac acetosum nocte vna post acceptionem butyri totius, in loco temperato: deinde moueatur in mane vehementer, donec adinuicem uehementer misceantur: deinde sumantur trochisci de farina tritici, quæ sit simila boni panis, adeo perforati, donec sint illi, qui nominantur x [berẽgen] persice; & proijciantur super pondus drach. x. ex eis pondus xxx. drach. de aldoch, & accipiatur, & in die secundo adde de aldoch decimam sui, & minue de pane pondus drach. j. fac illud assidue donec remaneat solum lac acetosum: deinde conuertere, quum non indiget aldoch, & apparet sanitas, & declinat ægritudo. Non ergo cesses minuere ex aldoch, & addere in trochiscis, donec abscindatur lac. Quod si aliqui eorum habeant diarrhœam, proijcere ferrum ignitum in aldoch multoties, non est malum, et redi hic ad illud, quod dicitur in antidotario. Cibi autem ipsorum sint ea, quę glutinationem faciunt, sicut panis de simila, † & tri, & quæ fiunt de milijs, & rizi etiam mundificat, & facit nasci carnem. & kisch hordei bene decocta est glutinatiua, mundificatiua, & est conueniens apud vehementiam febris, & propriè cum cancris, quorum extrema sunt ablata, quorum ablutio est iterata cum aqua, & cinere, & propriè cum oleribus frigidis, & lentes etiam, & ea quæ accipiũtur cum y [cucumeribus, & citrulis, & melonibus] efficiunt sputum facile. Si autem febris est leuis, tunc non est aliquid sicut caules, & asparagi, & ea quæ z [spuere faciunt.] Pisces autem saliti, quum comeduntur semel, aut bis, conferũt in mundificando, & quum vlcus est malignũ, tunc aliena illud, & omne salsum. Quod si eos carne cibaueris, tunc sint cum eis quæ sunt sicut caro athaiugi, & gallinæ, & perdicis, & alcanabir, & minutarum auium, & omnes sint nõ impinguatæ: & melius est, ut comedant eas assatas, vt sint vehementioris exsiccationis, & incarnationis. Et a [extremitates etiam sunt bonæ propter viscositatem earum, & pisces in furno decocti.] Et quando desiderant iura; tunc permisce ea cum melle. & quandoque conceditur, ut ipsi ingrediantur balneum ante cibum, & post ipsum, quum non est in heparibus ipsorum oppilatio. Ipsum enim impinguat eos, & confortat ipsos. Aquæ verò ipsorum, quas ipsi potant, sint aquæ pluuiæ. Et phthisicis quidem multoties accidit sputum sanguinis, secũdum quòd preterijt eius rememoratio. & ex trochiscis bonis ad illud sunt trochisci, qui recipiunt luti sigillati drach. iij. amyli, luti armeni, rosarum rubearum, omnium ana drach. iiij. Karabe, granorum myrti, amborum ana drach. vj. cancrorum adustorum, seminis portulacæ, amborum ana drach. xv. coralli, dragacanthi, spodij, b [sedine] omnium ana drach. v. gummi c [fœniculi,] succi liquiritiæ, omnium ana drac vij. conficiantur cum succo portulacæ, & aqua rosarũ recentium, et fiant ex eis trochisci, et bibantur cum aqua cucumeris; aut cum aqua pluuiali. et multoties quidem accidit phthisico casus vuæ, et cadit in laborem, et præfocationem propter ipsum. et quandoque indiget abscissione eius.

> r B. amylũ usq; ad drach. i. s. & non cesses dare in potu qualibet die.
> s † B est lac asinæ, & aliorũ, & ut sic in uase ex ligno. & melius istis lactibus.
> t B. melioris digestionis quam decoctio.
> u B. tarathit.
> † lac acidum.
> x B. in bezarade uel berazade
> † itria.
> y B. amylo & cucumere & melonibus quandoque.
> z B. mundificãt
> a B. pedes etiã sunt boni propter viscositatẽ eorum & pisces super prunas assati.
> b B sadenegi.
> c B. gũmi fæcis

ANNOTATIONES.

Dubitare licet, an in phthisi quandoque uenæ sectio conueniat. Auicennas, si a destillatione sit, curatione destillationis utendum iubet, ac etiam secandam uenam ijs uerbis. [Et oportet, ut mundificatio &c.] quod & Mesues. Verè tamen, si quis animaduerterit, & si sanguinis sputo sanguinis missio confert: non tamen factæ iam ulcerationi post purulentiam, uel commodum, uel tutum id præsidium uidetur. intelligenda ergo authoris nostri sententia, de futura ulceratione ob destillationem, non de facto iam ulcere. Quod reliquum est, uide ex Gal. 5. meth. Paulo lib. 3. Hipp. 2. de morbis. & Aretæo. 1. de curatione diuturn.

> Cap. 12. 13. & 14
> Cap. 32.
> Cap. 8.

FEN VNDECIMA,

De dispositionibus cordis.

TRACTATVS PRIMVS.

De principijs, & radicibus ad illud.

De anatomia cordis. Cap. 1.

Cor quidem creatum est ex carne forti, vt sit longinquum a nocumentis, in quo contextę sunt species villorum fortium, vehementis diuersitatis, scilicet longitudinalium, attractiuorum, latitudinalium, expulsiuorum, et transuersalium retentiuorum, vt sint ei species motuum. Et a [mensurata est eius creatio cum quantitate sufficienti] vt non superfluitas, et grauitas, et magnitudo: b [quoniam] est ex ipso origo arteriarum, et suspensio ligamentorum. Et dilatatum est, vt sit in origine sufficientia

> a B. Alia litera. quãtitas creationis eius est quãtitas sufficiens.
> b B. Alia litera &.

tia

tia cum eo quod oritur. & posita est hæc pars eius altior duarum partium ipsius, ut sit longinqua ab appodiatione super ossa pectoris, & nō lædat eam tactus eorum. Et subtiliata est eius altera extremitas, sicut illud, quod aggregatum est ad punctum unum; ut sit illud quod c [lædi tur tactu] ossium, minor partium eius. & facta est dura illa pars eius superfluè, ut sit illud, quod paratum est lædi illa obuiatione, d [melius factum.] Et gradata est figura ad pineam ut ingeniosa fabricatio inferior, & superior sit bona, & non sit in ea superfluitas, & positum est [in panniculo solido, valde e[subtili:] qui quamuis sit ex genere panniculorum, tamen non inuenitur panniculus compar ei in spissitudine, ut sit ei clypeus & tutamen. & separatum est corpus eius ab illo panniculo cum quantitate quadam, nisi apud radicem eius, & ubi oriuntur arteriæ: & f [& est ei, ut] dilatetur in ipso absque præfocatione. Et apud radicem eius est membrum, sicut fundamentum, simile cartilagini g [paruum, ut sit basis fixa, firma.] Et in ipso sunt tres ventres, scilicet duo ventres magni, & uenter h [quasi] medius, i [quem Gal. nominauit k [foueā] aut meatum, non ventrem,] ut l [sit] ei receptaculum nutrimenti, quo nutritur, spissum, forte, simile substantiæ ipsius, & m † [ ] minera spiritus n [generati in ipso] a sanguine subtili. Et inter ambos sunt uiæ, & illæ viæ dilatantur in ipso, quum dilatatur cor, & coarctantur o [apud longitudinem eius,] & basis quidem ventris sinistri altior est basi uentris dextri, & basis uentris dextri descēdit multum. & venæ pulsatiles sunt arteriæ, & creatæ sunt, nisi vna earum, habentes duas tunicas. & durior earum est intrinseca, quum ipsa sit obuians percussioni, & motui substantiæ spiritus forti, cuius intenditur conseruatio, & custodia, & fortitudo, & origo arteriarum est ex ventre sinistro, qui est unus duorum uentrium p [pectoris,] quoniam dexter est propinquior hepati; quare oportet vt sit occupatus in attractione nutrimenti, & administratione eius, & quia uenter dexter cordis comprehendit grossum graue, & sinister comprehendit subtile leue: temperata sunt ambo latera cum q [confirmatione] ventris, qui comprehendit grossum, & propriè quando r [securatur resolutio cum] resudatione, aut exsuccatione propter grossitudinem s [meatuum, & ingrossando ventrem,] qui comprehendit subtile. Imò positum est vas subtilioris, strictius, & temperatior sāguis eius est in medio, & sunt ei duo additamenta super duo orificia introitus duarum materierum, scilicet sanguinis, & aeris attracti ad cor, sicut duæ aures, neruosa: quę sunt rugosa, mollificatiua, dum cor permanet constrictum, et quum dilatatur, tensa, & adiuuantia ad constringendum illud, quod comprehenditur ad interiora. Sunt ergo sicut duæ arcæ recipientes a vasibus, deinde mittentes illud ad cor cum mensura, & subtiliata sunt, ut sint magis comprehendentia, & melius obedientia constrictioni, et facta sunt dura, vt sint longinquiora a passione, & cor quidem nutritur cum uirtutibus suis naturalibus, cum dilatatione; quare attrahitur sanguis ad interiora eius, sicut attrahitur aer.

c B. uicinatur tactui.
d B. magis forte.
e —— B.
f B. ut sit ei, ubi
g B. parū, ut sit basis fixa, firma in creatione. Alia litera. paruū per ut sit basis & tu tamē creationi eius.
Alia litera. h —— B.
Alia litera. i —— B.
Alia litera. k B. delizi.
l B. fint.
m † B. fine.
n B. in qua ipsi generantur.
o B. quando ipsum prolongatur.
p B. cordis.
q B. subtiliatione.
r B. est securitas a resolutione &c.
s B. rei contentæ & cū ingrossatione uentris.

Et cor quidem positum est in medio t [medij] pectoris, quoniam est temperatior locus, et declinat magis parum ad sinistrum, vt elongetur ab hepate, & habeat hepar locum amplū. Splen verò descendens est ab eo cum elongatione, et in descensione eius est iuuamentum, quod ego dicam, et ut cor amplificet locum hepati melius est, quam amplificet ipsum spleni: quoniā hepar est sublimius. Et ex eis, quæ intenduntur in declinatione cordis ab hepate, est ut non aggregetur calor totus in parte una, et ut temperetur in latus sinistrum: quum splen ipse sit nō calidus valde, & ut ipsum minus comprimat venam concauam venientem ad ipsum, præparando ei quendam locum. Et si aliqua animalia sunt magni cordis, et sunt cum hoc pauida, et timida, sicut lepores et cerui; tunc causa in eo est, quoniam calor eorum est paruus, et u [exsiccatur ex eo res] plurima; quare non calefacit integrè. Et illa, quæ sunt parui cordis et cum hoc sunt audacia, ideo sunt, quoniam caliditas in ipso est plurima, et coarctatur, et fit vehemens. Verum illa, quæ sunt plurimum audacia, sunt ea, quæ sunt magni cordis. Et cor quidem non tolerat nocumentum dolorum, neque apostema, et propter hoc non decollatur animal, in cuius corde inuenitur ex nocumentis illud, quod inuenitur in reliquis membris. Et quandoque inuenitur in quibusdam animalib. magni corporis os x [magnum] et propriè in bobus: et hoc os est decliue ad cartilaginem. et illud quod est plus: et maius cum additione et duritie, est illud quod inuenitur in corde elephantis, et iam repertum est cor cuiusdam simij habens duo capita: Et ex uirtute vitæ cordis est, quoniam quando aufertur ab animali, inuenitur pulsari vsque ad horam. Iam autem errauit, qui existimauit, quod cor sit lacertus, quamuis sit similium rerum in eo. Verum motus eius non est uoluntarius.

t —— B.
u B. spargitur in re.
x —— B.

ANNOTATIONES.

Habes de cordis anatome historiam ex Galen. 6. de us. part. Quod ad hunc locum pertinet. Vnum Auicennas scribit, quum ait. [Et in ipso sunt tres ventres &c.] quod ferè & Arist. 3. de part. animal. nempe tres esse cordis uentriculos. Contra hanc tamen sententiam disputat Gal. 6. de usu part. Vere autem non tres cordi uentriculi insunt, quamuis tres sinus: quum, quem medium facit Arist. pars sit dextri ad leuum inclinans. sola ergo nuncupatione differunt philosophus & Gal. Aliud notat ijs uerbis [Et si aliqua animalia sunt &c.] quod & Arist. 3. de part. anim. animalia, quibus magnum inest cor, esse timidiora, cuius rationem reddit, quoniam ijs parua innati caloris copia inest. è conuerso uerò de paruo corde. At contra obijcere quis possit, quum dilatatio & magnitudo, caloris magnitudinem indicet: calidi nempe dilatare est: & quo pacto ex uenarum latitudine, iecinoris & totius ferè corporis calidi notæ sumuntur; ita & de corde esset existimandum. Verum ita fortaßе res se habet. Si hominem homini conferas, cui maius cor inest, huic etiam maiorem caliditatem inesse; cui minus, minorem. At si animalia inter se comparentur, quibus cor maius, ijs & caliditas minus coacta est, & timidiora sunt, quam, quibus est minus, quod fortasse hic, & antea Arist. uoluit. Subiungit postremo loco, errasse eos, qui cor musculum esse arbitrantur. & si enim musculo similis est, motu tamen

Cap. 4.
Cap. 9.
Cap. 4.

tamen voluntario non mouetur: quod indicium, est, ipsum nō esse musculum. Sanè quòd cor musculus sit author fuisse Hipp. uidetur lib. de corde. nempe cordis rubicunda est caro, & fibris contexta, qualis musculorum est. At impugnat hoc Gal. 6. de usu part. & 7. de anatom. administr. ea præsertim ratione, quòd & si cor fibras habet, non eas tamen musculis alijs similes, quibus certè vniformes insunt, vel longæ omnes, vel transuersæ. at cordi & longæ & obliquæ & transuersæ simul fibræ insunt. Addit etiam Gal. At authoris nostri ratio paulo ualidior uidetur, quum propterea non esse musculum ait, quia uoluntario motu nō mouetur: Cæterum, quum hæc quoque ratio ex Gal. placitis maximè fortaße probet, respondere tamen pro Hipp. quis poßet Arist. sententiam sequendo, cordis certè motū naturalem eße, principium tamē eße ipsum cor & uoluntariæ omnis, & nō uoluntariæ motionis, de qua re ab Auer. in lib. Coll.

Cap. 8.

De ægritudinibus cordis. Cap. 2.

QVandoque accidunt cordi in sua proprietate species ægritudinum omnes, sicut species malitiæ cōplexionum, quæ quādoque sunt materiales, & quandoque sunt puræ. Et materiales quandoque sunt in venis eius, & quandoque sunt in eo, quod est inter panniculum eius & corpus ipsius, & propriè humiditas. Multoties enim inueniuntur in eis locis humiditates. Et scitum est, quòd quando multiplicantur, coarctant cor a dilatatione, quare interficiunt. Et quandoque accidunt ei apostemata, & oppilatio, & quandoque accidit ei aliquod de ęgritudinibus situs ēt sicut aliquid, qđ accidit ei de coarctatione in a† [ ] humiditate compressiua, prohibente ipsum a dilatatiōe, quare interficit. Et solutio singulari quæ accidit aut in ipso, aut in panniculo eius. Quumque confirmatur in corde malitia complexionis, non recipit curam. Et quum non est confirmata, non est facilis susceptibilis curæ. Et apostema quidem calidum est interficiens statim. Et frigidum est ex eis, quæ b [sunt difficilia. Et raro eueniūt durities, & mollities] in corde: sed plurimum illius est in panniculo cordis. quòd si contigat, ut in ipso eueniat: tūc ipsum non interficit in momento interfectionis apostematis calidi, ueruntamen cum hoc est interficiens. Et quandoque prolongatur durum, quod accidit in panniculo, ex humore grosso. c [&] non durum ex humore aquoso d [distillando spatium,] sicut dispositio in apostemate, quod fuit in panniculo cordis simij, quod narrauit Gale. vixerat ille simius e [læsus.] sed postquàm anatomizatus est, post mortem suam, cognitum est, quid passus est in uita sua. Fuerat enim ei debilitas, & extenuatio. Quumque cor ipsum nō toleret vt apostemetur, quomodo, ergo tolerabit, ut collectio, & sanioitas in ipso fiant? & quum illic acciderint vlcera tolerabilia bothoralia, tunc ipsa interficiunt post fluxum sanguinis nigri ex naribus, secundum quòd dicitur. Et quandoque accidit in uenis cordis oppilatio nocens operationibus cordis. Cor autē longinquius est ab hoc ut toleret solutionem singularis, quàm apostema. Et quando accidit corpori ipsius, & penetrat usque ad uentres, interficit statim, & si non est penetrans, tunc fortasse postponitur eius interfectio usque ad diem secundum. Et quandoque accidunt cordi ęgritudines propter communitatem panniculi sui, & communitatem cerebri, & lateris, & pulmonis: & hepatis, & intestinorum, & reliquorum viscerū & proprie stomachi. Et quādoque est propter communitatem aliorum membrorum, & corporis communiter, sicut est in febribus: ita ut verificetur per paroxysmos suos, & crises suas, & f [propter communitatem] aliorum membrorum. quandoque g [sunt [propter ea, quæ abscinduntur ex eis sicut communitate hepatis, quando debilitatur in transmittendo nutrimentum ad ipsum, & cerebri, quando debilitatur, & debilitatur lacertus faciens anhelitū ab anhelitu. Et quandoque est propter ea, quæ ex eis ad ipsum ueniunt: ex cerebro quidem, sicut quando in ipso multiplicatur humor melancholicus, & penetrat in substantia cerebri, quare penetrat in uia arteriarum usque ad cor excitans tremorem cordis, & casum uirtutis, & tristitiam cum [h extractione] malitiæ cogitationis, & angustię, & sicut illud, quod ex eo peruenit ad ipsum ex humore humido per hanc uiam, & facit accidere i [obliuionē] & pigritiā, & casum k [festinationis.] Sed ex hepate, sicut illud, qđ ipsum mādat ex sanguine malo, calido l [&] frigido, aut grosso. Et quādoq; sunt propter communitatem in nocumento secundum semitam uicinitatis; sicut propter nocumentum eius, quod est propter apostema calidum, aut frigidum existens in panniculo continente ipsum propriè, & reliquorum uiscerū communiter, & nocumentum eius, quod est propter nocumentum oris stomachi, & stomachi ab humore uiscoso, aut mordicatiuo, aut vermibus, & ascaridibus, aut vomitu mordicatiuo: quare euenit ex eis tremor cordis. Et quādoque fit propter communitatem in dolore, quando vehemens fit, & peruenit ad ipsum, & multoties interficit. Et quandoque sunt propter mutationem materiei, sicut ex squinantia, aut pleuresi, aut peripneumonia, quare declinat materia ad cor, & præfocat, & interficit. Ergo communitates, quæ cadunt inter cor & pāniculum eius, non oportet, vt consequātur perniciem. Et si est apostema, m [dum] non est calidum, ipsum enim est pernitiosum. Et quandoque accidit in ipso ore stomachi n [tremor,] & nocet cordi, o †. [ ]

a† B.uentribus eius ex.

b B.elongātur, & rarò eueniēt apostema durū & molle.

c B.aut.

d Alia litera. uesicāte saniāte

e B. aliquibus diebus.

f B.cōmunitas.

g B.est.

h B. commotione.

i B.hebetudinē

k B uiuacitatis seu agilitatis.

l B.aut.

m B.aliquod.

n B iectigatio.

o † B. Rubrica.

ANNOTATIONES.

Cor & intemperies, & tumores et aliud quoduis morborum genus excipere quidem potest, ut cætera membra molli uel dura substantia constituta, sustinere tamen non potest, neque uitium quidpiam graue pati, ut Arist. 3. de part. anim. quin augescente affectu sepe etiam uix incipiente succumbat morbo, & æger intereat, adeo iniurijs quibusuis facile offenditur. hoc si quis cerebro contulerit, quod maximas sæpe noxas suscipit & sanescit, in corde uitæ fortaße & actionum omnium initium cum Arist. collocarit. Tu pro cordis affectibus qui & per eßentiam, & per cōsensum pete Gal. 5. de aff. loc. & Paulum lib. 3.

Cap. 4.

Cap. 1. & 2. cap 30.

De

De modis ex quibus significantur dispositiones cordis. *Cap.* 3.

MOdi autē, ex quibus significantur dispositiones cordis sunt. viij. pulsus, & ānhelitus & creatura pectoris, & ea quæ nascuntur super pectus, & tactus corporis, & quod accidit in ipso, & mores. & [a] [uirtutes] corporis, & debilitas eius, & meditationes eius. Pulsus quidē quoniam uelocitas eius & magnitudo, & frequentia ipsius significant caliditatem eius, & eorum cōtraria, significant frigiditatem eius, & eius lenitas significat humiditatem, & eius durities, significat siccitatem ipsius, & fortitudo eius, & ęqualitas, & ordinatio [b] † [ ] significant sanitatem eius, & eorum contraria significant contrarium sanitatis ipsius. Et anhelitus quidem magnus, & frequens, & uelox, & calidus, significant caliditatem eius, & contraria eorum significant frigiditatem eius. Et pectus amplum, latum. si non est propter multitudinem cerebri, quam significat capitis magnitudo faciens multitudinem cerebri, facientem magnitudinem nuchę, facientem magnitudinem spondylium, faciētem magnitudinē costarum ortarum ex eis: imò est illic paruitas capitis, aut eius mediatio, & fortitudo pulsus significat caliditatem ipsius, & contrarium illius, si non facit ipsum paruitas capitis, significat ipsum frigiditatem eius. Et pili plurimi orti super pectus, & proprie illi, qui sunt crispi, significant caliditatem ipsius. & nuditas pectoris, & paucitas pilorum significant frigiditatem ipsius propter priuationem agentis fumū, aut siccitatem propter priuationem materiei fumi. Et si non contradicit humiditas complexionis corporis valde, & consuetudo aeris, & regionis, & ętatis: Et caliditas corporis totius significat caliditatem eius, si nō resistunt splē, & hepar frigida cum frigiditate sua, & frigiditas corporis significat frigiditatem eius, si non resistit hepar aliquo modo, & lenitas eius significat humiditatem eius, si non resistit hepar aliquo modo resistendi. & durities eius significat siccitatem ipsius, si non resistit hepar. Et febres putridę cum sanitate hepatis significant caliditatem eius, & humiditatem eius, Ex uia autem morum, quoniam ira naturalis, quæ non est ex consuętudine, & audacia, & furiositas, & leuitas motuum significant caliditatem eius. Et eorum contraria, si non est acquisita ex meditationibus, & cōsuetudinibus, significant frigiditatem ipsius. Corporis autem fortitudo significat ipsius fortitudinem, & eius debilitas, si non fuerit nocumentum, cerebro, & neruis debilitatem ipsius. Et debilitas eius significat malitiam complexionis in ipso. Et fortitudo eius significat complexionis eius naturalis æqualitatem, Et est, [c] [quia] essentia caloris innati [d] [& sanguinis] & spiritus uitalis, plurima [e] [est] in ipso, non inflammata, fumosa, imò splendida [f] [pura.] Sed accidentalem ex caliditate significant vehementia inflammationis, & [g] [rixa] animę. Et quandoque perducit nocumentum in anhelitu. Meditationes vero, quæ declinant ad gaudium, sicut fiducia, & bonitas spei, significant fortitudinem ipsius. & æqualitatem ipsius, quę [h] [sequūntur] in caliditate & humiditate ipsius. Et decliues ad [i] [inquisitionem solitudinis, & disiunctionis] significant caliditatem eius. Et decliues ad timorem & tristitiam, significant frigiditatē, & siccitatem eius. Et dispositiones, quæ sentiuntur in ipso corde, sicut inflammatio accidens in ipso & sicut tremor, qui sentitur ex ipso, & aliæ, significant per se ipsas complexionem eius, sicut inflammatio, & quædam non significant nisi per comparem suum, sicut tremor cordis. Tremor nāque cordis sequitur omnes species debilitatis cordis, & malitię complexionis ipsius, & non significat rem [k] [puram] in ipso. Et quandoque plurimum tremoris cordis est propter fortitudinem sensus cordis: quare accidit tremor cordis, ex qualibet meditatione, aut vapore, aut similib. illis ex eis. quæ perueniunt ad ipsum. Et quandoque sunt ægritudines cordis cum communitate aliorum, & proprie capitis, & oris stomachi. Et non euacuantur ęgritudines cerebri melancholicæ, & epilepticæ a communitate cordis. Et quandoque permutantur ad cor, materiæ expulsæ ex eis, quæ sunt sicut pleuresis, & peripneumonia, & sunt causæ timoris magni, & mortis subitæ. Et quando accidit humoribus diminutio ex quātitate necessaria, primum nocumētum illius est in corde: quare alteratur complexio eius. Et quando peruenit calor purus, aut frigus purum ad cor, moritur ille cuius est. Et iam vidi [l] † [ ] congelatum loqui, & iam moriebatur cum sudore, & sine sudore.

a B. fortitudo.
b B. diuersitatis eius.
c —— B.
d —— B.
e —— B.
f B. clara.
g B. angustia.
h B. est. secundū ipsum.
i B. inquirendū ppetrādi mala.
k B. propriam.
l † B. Alia litera uehementer.

De signis complexionum cordis naturalium. *Cap.* 4.

COmplexionem quidem calidam naturalē, significant amplitudo pectoris in creatione sua, nisi resistat cerebrū, Et magnitudo pulsus naturalis, & declinatio ipsius ad frequētiā & velocitatem: & magnitudo anhelitus naturalis, & declinatio ipsius ad frequentiam, & velocitatem. & exuberatio pilorum super pectus, & propriè super sinistrum parumper, si non repugnet humiditas mēbri alterius, contrarietate vehementi valde, aut regio, & aer. & [a] [uehementiam iræ, & furiositatem, et bonitatem credulitatis, et spatiositatem spei significat] magnitudo pectoris quum non est propter cerebrum, secundum quòd dictum est. Complexionem verò frigidam naturalē significat constrictio pectoris, nisi propter conditiones prædictas, & paruitas pulsus naturalis, & declinatio eius ad raritatem, aut tarditatem nisi sit illic causa faciens velocitatem, & [b] [constrictio] anhelitus naturalis, & declinatio eius ad tarditatem, & raritatem: & debilitas, & pigritia, & patientia non acquisita ex consuetudine, & exercitio. & mores similes moribus mulierum, & erubescentia cum timore, & hæsitatio. & [c] [obliuio,] & passio a minimis rebus, & frigus corporis. Humidam verò complexionem significant lenitas pulsus, & velocitas patiendi a superuenientibus, iram facientibus, et lætificantibus superuenientibus, et velocitas remouendi ab eis, et humiditas cutis, si non resistit hepar.

a B. uehementia iræ & audacia, uel furiositas & bonitas existimationū uel cogitationū & amplitudo spei. Et quandoq; significat sup ipsam.
b B. paruitas.
c B. hebetudo.

Sed complexionem siccam significant durities pulsus, & tarditas agendi, & tarditas patiendi, & tarditas quiescendi, & lupinositas morum, & siccitas corporis, si non resistit hepar. Calidã autem & siccam complexionem significãt pulsus magnus cum mensura. Et illud ideo, quoniã magnitudo eius est propter necessitatem, & diminutio ipsius propter siccitatem instrumenti, & uelox proprie ad constrictionem, & frequens, & anhelitus magnus, velox, & proprie [d] [quum ipse extrahit aerem frequens,] & perfidia morum, & inuerecundia, & leuitas in motionibus, & in blanditijs, & uelocitas iræ propter caliditatem, & tarditas pacificãdi propter siccitatem, & multitudo pilorum pectoris, & spissitudo ipsorum propter siccitatem materiei ipsorum, & crispitudo ipsorum, & caliditas tactus, & siccitas ipsius. in calida autem & humida sunt pili pauciores, & pectus est latum, magnum, & pulsus est magnus, uerum est lenior, & velocitas in frequentia eius, sunt infra illas, quæ sunt in complexione sicca, quum æquantur in caliditate, & est ira in ea velox non uehemens, & tactus corporis est calidus, & humidus, si non repugnat hepar in uehementi frigiditate, & humiditate, [e] [si fuerint infra uehemẽtiam,] & multiplicantur ægritudines putridæ. Frigidam autem & humidam significat pulsus, quum non est magnus: imo est decliuis ad paruitatem, & est lenis, non uelox, neque frequẽs, imo est decliuis ad contraria eorum, secundum illud, ad quod in ultimo peruenit complexio, & est habens eã piger, timidus, tardus, mortuæ [f] [festinationis,] nudus a pilis, non retinẽs [g] [malum] neque irascibilis. Et est corpus frigidum, & humidum, si non resistit ei hepar cum calefactione plurima, & exsiccatione, quamuis nõ sit plurima. Frigidam uerò & siccam habentis pulsus non est cum illa tarditate tota, & habens eam est tardæ iræ, fixæ, retinens [h] [malum,] lenis sine pilis, frigidum habens corpus, & siccũ, si nõ resistat hepar cum calefactione plurima, & humiditate quamuis parua.

d 1. Alia litera. in extractione aeris frequenti.

e B. quãuis non uehementi.

f B. agilitatis, vel viuacitatis.
g B. rancores.

h B. rancorem.

De signis ægritudinum cordis. *Cap.* 5.

DE illis sunt significationes complexionũ non naturalium, & quandoque significant malitiam complexionis cordis, debilitas & resolutio uirtutis, & liquefactio, non pertinẽtes ad causam primitiuam, aut antecedentem, aut communitatem membri, quod si tremor cordis adiuuat in his significationibus, tunc iã completur significatio, & quando perducit ad syncopim, tunc iam confirmata est res. Et quando in corde fortis fit malitia complexionis frigidæ, aut calidæ, aut siccæ sine materia, incipit corpus procedere in uia phthisis, & liquefactionis. Est ergo illa, quę est calida ex illa, hectica ab soluta. Et frigida species est hecticę comparata ad senes & decrepitos. Et sicca species phthisis. a † [ ] Et hectica quidem diuersificatur in toto illo a phthisi facta a pulmone. Pulmo enim in hac non est læsus in seipso, & habens [b] [eam] non habet tussim, & diuersificatur ab [c] [ea] hectica cum caliditate propter priuationem caliditatis. Signum autẽ malitię complexionis cordis calidæ, & augmentũ pulsus in uelocitate, & frequentia non naturali, & egressio anhelitus ad magnitudinem, & velocitatem, & frequentiam non naturalem, & uehementia sitis, quæ sedatur cum aere frigido, & [d] [suauitas] in frigore, & communitas extenuationis, & liquefactionis absq; causa alia & tristitia, & [e] [conturbatio] permista inflammationi. Signa autem malitię complexionis frigidę, sunt declinatio pulsus ad paruitatem, & tarditatem, & raritatem non naturalem, nisi cadat uirtus, & sit necessaria frequentia, ut succurratur [f] [cum eo quod appropinquat] necessitati cũ alijs [g] [ab eis duabus,] & est cũ debilitate anhelitus, & resolutione uirtutis, & tranquillitate ad illud, quod calefacit ex speciebus eorum, quæ tangit, & olfacit, & gustat, & timiditas, & non audacia, & superfluitas in pietate, & misericordia. Signa autem malitiæ complexionis cordis humidæ, sunt inclinatio pulsus ad lenitatem non naturalem, & uelocitas patiẽdi ab imprimentibus in anima, cum uelocitate remotionis eorum: & multitudo euentus febrium putridarum. Sed signa malitiæ complexionis siccæ, sunt declinatio pulsus ad siccitatẽ non naturalem, & difficultas passionum cum fixione earum, siue sint fortes, siue debiles, & liquefactio corporis. De significationibus autem apostematum, sunt significationes apostematũ calidorum. Ipsa enim in principio sui faciunt apparere in pulsu diuersitatem mirabilem, non consuetam, & magnificant inflammationẽ in corpore, & proprie in partibus membrorum anhelitus. Et anhelans quamuis attrahat maximum aerem, & frigidissimum, tamen est quasi priuatus anhelitu, deinde sequitur ipsum syncopis successiua, & non oportet ut aspectetur in cognitione dispositionis apostematum calidorum cordis illud, quod est ex duritie [h] [instrumenti,] secundum quod currit consuetudo de expectatione eius in alijs, quæ sunt similia eis. Apostema enim non ita aduenit cordi, vt p ipsum induretur pulsus, imo interficit ante illud. Singularis autẽ resolutio scitur ex causis primitiuis. Et dixerunt quidam, quando accidit in corde ulcus, & currit ex nare sinistra sanguis moritur patiens. Et signum eius est dolor in loco sinistro mammillari.

a † B. Alia litera. & hecticæ. Et diuersificatur quælibet illarum.
b B. eas.
c B. eis.

d B. tranquillitas.
e B. angustia.

f B. ei quod defecit.
g —— B.

h B. pulsus.

ANNOTATIONES.

Sumuntur cordis temperamenti ac compositionis tum naturalis, tum eius quod præternaturam est, notæ, ex actionibus, excretis ac retentis, & corporis affectibus in uniuersum. Tu pro hac re pete Gal. lib. art. med. & Paulũ lib. 2

Cap. 29. & deinceps.
Cap. 66.

De causis imprimentibus in corde. *Cap.* 6.

CAusarum in corde imprimentiũ aliæ sunt, quæ sunt ei propriæ, & aliæ sunt ei cõmunes, & alijs, sicut causæ efficientes complexiones, & causæ efficientes apostemata, & efficientes solutionem singularis, & reliquę similes eis, quæ sunt ex eis, quas numeraui tibi in libris uniuersalibus. Verum cordi appropriantur causæ accidentes propter anhelitũ, & causæ accidentes propter passiones aïales. Propter anhelitum

quidem, quoniam quando constringitur, aut calefit valde, aut infrigidatur valde, sequitur ex eo vt accipiat cor nocumentum. In passionib. autem animalibus, oportet vt redeatur ad ea, quæ diximus in uniuersalibus, & iam ostendimus impressionem earum in corde mediante spiritu, & cuiusque earum, quæ superfluit impressione præfocationis [a] [spiritus] innati ad interiora, aut sparsionis eius ad exteriora. Et quandoque consequitur, ut faciant peruenire syncopim, imo consequitur, ut interficiant. Et ira quæ est ex summa earum, est minor omnib. illis in hoc. Ira enim raro interficit. Vigiliæ uero, & exercitium, & similia illis, debilitant cor cum resolutione.

a B. Alia litera. caloris.

ANNOTATIONES.

Iisdem prorsus causis lædi cor potest quo ad temperiem compositionem, & unitatem, quibus & membra cætera, præsertim uero animi perturbationibus quibusq; offenditur, quod Aristoteli suffragari quis existimet de uitæ & actionum omnium principio. Quod enim quis intereat ob metum, ob gaudium, ob mærorem, refertur certe a Gal. ad cordis spirituum dissolutionem uel suffocationem, ex repentino ad ipsum cum spiritibus humorum concursu. Quod ex cogitationibus diuturnis tabescere quosdam uideamus, sequitur & id ipsum cordis labores. At ob repentinum uel gaudium, vel metum, uel labores diuturnos non semper affligi cerebrum animaduertitur, quum non semper dolores capitis accidant, atque alia, quæ malum cerebri statum comitantur. sentimus vero semper uel palpitare cor, uel tremere, uel aliud quidpiam insuetū: quod ne ipsi quidem uerbis explicare possimus.

De canonibus uniuersalibus in curatione cordis. Cap. 7.

NOs quidem fecimus de medicinis cordialibus tractatum singularem, quo, quum homo coniunxerit inter scietiam suam in medicina, & cognitionem suam in principijs, quę sunt magis communia quam medicina, iuuabitur. Hinc vero innuimus ad illud, quod oportet dici in libris medicinalibus puris, propterea quod cor est membrum principale, prius omni principali, & sublimius eo, oportet ut sit velox studium in curatione eius cum medicinis, [a] [ita vt adiuuetur absque errore vltime.] siue velimus ex eo euacuare humorem, siue permutare ei complexionem. In euacuatione autem, quæ procedet cursu phlebotomiæ, ita studiose festinamus, [b] [ne] oporteat nos permiscere eā cum alio regimine [c] [mundificatiuo.] Imo plurimū qđ in ipsa obseruamus, est ne superfluat, & cadat virtus, & ut viuificemus virtutem, si debilitatur parumper, cum reb. viuificantibus virtutem, quando debilitatur propter complexionem frigidam, aut calidam. Et hæc res non appropriatur egressioni sanguinis tantum, imo omnibus euacuationibus, quamuis sit extractio sanguinis uehementis necessitatis ad hoc subsidium. Causa autem, cum qua excusamur a studio specierum regiminis alterius, est quia egressio sanguinis non est [d] [medicamen perueniens] ad cor, & φ plurimæ repletionum cordis non sunt nisi ex sanguine, & vapore, a nocumento quorum duorum simul liberat phlebotomia. Et repletio quidem sanguinea remouetur phlebotomia basilicæ dextræ, sed repletio vaporosa phlebotomia basilicæ sinistræ. In reliquis autem euacuationibus, quæ fiunt cum medicinis oportet ut [e] [misceantur medicinæ] [f] cum regimine prædicto [& regimine alio.] Et illud est, quoniam plures medicinę euacuatiuæ sunt contrariæ corpori: quare oportet ut eis associentur medicinæ cordiales. Et ipsę [g] † [ ] medicinę, quæ efficiunt in corde fortitudinem cum proprietate, quæ est in eis, ita vt sint cum medicamine administrato in euacuatione humoris [h] [cordialis] sociatæ medicinæ theriacales, bezaharticæ, ptinētes cordi. Et plures quidem harum medicinarū conferunt, imo plures earum conferunt ei ex alia parte, & illud est, quoniam ipsę etiā faciunt penetrare medicinas euacuatiuas ad cor, remouendo eas ab alijs locis. Permutatio autem cōplexionis, aut est, quia conuertitur regimen ad permutationem frigidi, aut permutationem calidi, aut permutationem humidi, aut permutationem sicci. Quum ergo volumus permutare complexionem frigidam, audaces sumus ad illud cum medicinis calidis, commistis cum medicinis cordialib. calidis cum custodia nostra, ne accidat ex eis motus laboriosus humoris cordis, ita ut extendatur corpus cordis [i] [cum eo quod gradatim facit illud, aut extēdatur materia apostemosa] & reliqua. Quum ergo volumus permutare complexionem calidam, nō sumus ausi esse contenti infrigidatiuis, nam substantia, propter quam cor creatum est (& est spiritus effusus in ipso) est substantia calida, scilicet caliditate innata, non caliditatibus nociuis corpori. Et accidunt ei ex malitia complexionis cordis, quando est calida, vt minoretur & resoluatur, & vt conuertatur in fumum, & conturbetur: Quum ergo superuenit corpori cordis, quod extinguat ipsam, & non est permistū cum medicinis calidis, quarum proprietas est, vt confortent calorem innatum, non totum illud propter caliditatem earum, imo cum proprietate ipsarum associata caliditati earum, possibile est vt noceat radici. i. spiritui, quamuis ramo conferat, & est corpus cordis, [k] [propterea quia iuuat ad temperandum caliditatem cordis, quum sentitur cum eo caliditas spiritus.] Quapropter nō inuenimus sapientes antiquos euacuasse curationem malitiæ complexionis calidę, quæ est in corde, & eius quod accidit ei, a permistione medicinarum frigidarum cum cordialibus calidis, confidentes, quod natura si fuerit fortis, discernet inter infrigidatiuum & calefactiuum, & afferat infrigidatiuum cordi, & afferat calidum cordiale spiritui, & temperabit illud, & [l] [quandoque istud.] & si non inueniunt medicamen æquale faciens confortationem spiritus cum proprietate, aut proximum ęqualitatis, sicut buglossam, vigorāt & adiuuāt se cum ea: sed si natura fuerit debilis, non confert regimen. Et quandoque cogit eos administrare medicinas calidas cordiales illud, quod ipsi sciunt de grauitate substantiæ plurimum medicinarum frigidarum cordialium, & paucitate penetrationis earum, & declinatione ipsarum cum natura ad fixionem, & non ad penetra-

a B. & sit studiū fundamētale nō erroneum cum velocitate vltima.
b B. vt
c B. diuerso.
d B. cū medicamine peruenīte.
e B. misceatur
f B. regimē ad illud.
g † B. sunt.
h B. cordis.
i B. tēsione ventosa aut tēsione materiæ apostemantis, vel apostemosæ.
k B. Alia litera. Quid em̄ iuuat cōtēperantia caliditatis cordis, qn̄ cū ipsa extinguitur, seu minoratur caliditas spiritus.
l B. multiplicabit illum. Alia litera confortabit illum.

netrationem: quare cogit eos illud ad hoc, ut permisceant medicinas cordiales calidas, quib. penetrent, vt natura adiuuetur ad deferendum illas cordi: sicut permiscent crocum reliquis permistis trochiscorum camphoræ, reliquā n. permista discurrunt cum eo ad cor: deinde uirtuti naturali inest vt [m]] procedat a corde, aut inflammet ipsum cum spiritu cordis,] & adiuuet cum infrigidatiuis ad temperandam complexionem. hoc namque melius est eis, quā vt vtantur infrigidatiuis puris, quæ figuntur in principio meatuum, & nolūt penetrare. Et isti, qui abstulerunt crocum ex trochiscis camphore, & blasphemauerunt primos, fecerūt trochiscos camphorę pauci iuuamenti, quamuis ipsi ignorent. Amplius complexio calida curatur dando in potu rob de fructibus, & propriè aquam ponorum de [n] [Sceni] & cydoniorū. Est .n. bonum medicamen [o] † [ ] cum eis quæ sibi sunt similia, de his quę dicturi sumus, & cum epithematibus, & emplastris, quæ sunt extinctiua, permistis cum confortantibus cor. Et si causa fuerit materia, euacuetur. Cura autē malitiæ complexionis frigidæ est cum confectionibus magnis, quas dicemus, & cum vino odorifero, & cum exercitijs temperatis, & cū emplastris, & linimētis calidis, aromaticis, cordialibus, & cibis calidis cum quantitate, quā digerantur. Et si causa fuerit materia, euacuetur. In cura autem malitiæ complexionis siccæ, necessarius est cibus plurimus, humectatiuus, & introitus balnei post ipsum, & administratio tinæ cum [p] [custodia] ipsius, & paucitas motus, & tranquillitas, & sumere in potu aquam frigidam. Et si fuerit illic frigus, alienentur ab aqua frigida, quę est vehementis frigoris. Et [q] [cibētur cibis, & potibus, & multiplicetur somnus post cibum calidum. Et si causa fuerit materia, euacuetur. Et tu quidem scies distinctionem illius, vbi loquemur de cura hecticę, & arefactionis. Cura autem malitiæ complexionis humidæ est subtiliatio ciborū, & administratio medicinarum exsiccatiuarum, & exercitia temperata cum frequentia, & multitudine, & si causa fuerit materia, euacuetur. Frigidę uerò & humidæ complexionis cura, est multitudo exercitij, & balnei ante cibum, pręcipue thermarum, & submersio plurima in aqua calida, & administratio solutiuorum, & diureticorum, & vsus uini fortis [r] [resolutionis,] odoriferi, & administratio ciborum laudabilis chymi, cum quantitate non plurima. quòd si illic fuerit caliditas, uitent balneum & utantur coitu. Et si fuerit materia calida & humida, aut humida, euacuetur.

m B. remoueat ipsũ a corde, & applicet ipsum spiritui, non cordi.
n B. scemi.
o B. Alia litera. Et curetur.
p B. cōmoditate
q B. temperētur cum medicinis & potionibus.
r B. parum

ANNOTATIONES.

Cor nobilissimum est membrorum, quod, ut antea dictū est, nullum magnum vitium sustinet. hoc offenso statim ferè totum concidit: quod de cerebro, de iecinore non euenit. ut properandum propterea sit ad præsidia. licèt enim sæpe numero, si alia membra, si lapsum a naturali statu, qui paruus est, animaduertas, insignis morbus non sit, uel sua natura potens ut hominem necet: affecti tamen loci ratione in summum discrimen adducit, quodcunque uitij genus mediocritatem in corde uel minimum exsuperat: et cordis affectus omnes iure magni dici queant, ob affectæ sedis nobilitatem. Magnis morbis magna debentur præsidia: atque hæc tum purgatoria medicamenta, tum uenę sectio sunt: præsertim uerò sanguinis missio, quæ ab Hippocrate in acutis morbis 4. de rat. uict. in ac. præsertim commendatur. Iure ergo uenę sectionem præcipue Auicennas proponit. Hęc verò, si cordis affectio ex multitudine est, dextro maxime latere obeunda fuerit, q̃ ea parte dexter uentriculus residet, in quo crassior inest sanguis quam in sinistro. At si materia morbum in corde faciens flatus fuerint: & si flatus non propriè uenæ sectio educit, educit tamen per accidens, & confert: tunc vero secandum sinistrum latus author noster admonet, propterea q̃ sinistrorsum cordis conus uergit, in quo potissimum spirituum copia residet. Quòd si medicamento purgante medici consilio utendum potius fuerit, q̃ cor aliarum partium, puta uētriculi consensu laboret, quod alij a sanguine humores affluant, præsertimque si maligna materia est: tunc id semper summo studio enitēdum fuerit, ut quia purgatoria uires exsoluunt, quia cordi præsertim uenenosa eorum natura aduersa est, cum purgatorijs cardiaca simul admisceas. quorum syluam tum hic, tum libello de medic. cordis proponit. Illud etiam enixe obseruandum, ubi non euacuandum, sed alterandum sit, quod monet: ne si fortè calidior intemperies cor affligat, ijs quæ præter modum refrigerent, utaris, & si affectio frigidissima expostulet. nempe, quum cor caloris sit sedes, in discrimine res est, ne si summe refrigeres, ipsam etiam innatam caliditatē extinguas. cauebitur uerò id, si cum refrigerantib. calida admiscueris. atq; id semper in cardiacis affectibus, sumpta ex affecti loci temperie indicatione, obseruandum est. Quod si obieceris remitti hac ratione medicamentorum uim admisto contrario: Respondemus temperari sanè, quum tamē caloris auxilio celerrime refrigerans medicamentum ad cor perueniat, non posse frigidorum uim tantum deprimi, quin summe refrigeret. quum. n. frigida calidis præualeant, et calidorum uis exigua ubi ad cor peruentum est, exoluta penè sit, integrum tamen refrigerantium adhuc est robur. Cæterum, ut rēs se habet, Auerroes tamen 3. Col discretiuam potentiam quandam statuit, a qua & calida & frigida, ubi opportunum est, dirigi existimat, naturæ prouidentia.

De medicinis cordialibus. Cap. 8.

MEdicinę quidem cordiales cum totalitate sua, oportet vt colligantur ex areolis medicinarum singularium, & ex areolis membrorum anhelitus. Sed secundum necessitatem in hac hora nos dicemus de eis illas, quæ sunt sicut capita, & radices. Dicamus ergo. illæ quidem, quæ ex eis sunt proximæ ęqualitati, sunt a [iacynthus, & albelengesis, & alferum egi] & aurum, & argentum, & buglossa. Calidæ verò sunt doronigi, & zedoaria, & muschus, & ambra, & zurumbet, & seta propriè, & crocus, & ambo been sunt uelocis iuuamenti, et gariophylli sunt valde mirabiles, et xyloaloes crudū et melissa, et semen eius. b [ ] alsechebram, et semen eius, et cardamomum, et cubebe, et c [alselemenusch, et acetosa] et semen eius, et folia citri, et folium Indum, et enula est mirabilis. Frigidę uerò sunt margaritæ, et karabe, et camphora, et corallus, et sandali, et rosa, et spodium, et lutum sigillatum, et poma. Et ex eis est coriandrum siccum, et humidum.

a B. iachut & alhizadach & alfaruzegi.
b B. & albedarū gi & semē eius
c B. falēgiemesch & semē eius & cortex citri, & acetositas eius. Alia litera, & alfelegiesmech & flos eius.

TRACTATVS II.

De partibus distinctis.

De tremore cordis & causis eius. Cap. 1.

a B. iectigatiu⁹.

TRemor cordis est motus [a] [tremulus,]accidens cordi. Et causa eius est omne, quod lædit cor ex eis, quæ sunt in ipso, aut in panniculo eius: aut continuantur ei ex membris vicinis communicantibus ei, Et quandoque fit a materia humorosa, & quandoque fit a malitia complexionis puræ. Et quandoque fit ab apostemate: & quandoque fit a resolutione singularis: & b † [ ] fit a causa extranea: & quandoque fit a morsu venenosorum animalium: Et quandoq; fit a serpentib. qui fiunt in ventre: & quandoq; fit a sensu vehemēti. Et materia humorosa quandoque est sanguinea: & quandoque est humiditas: & quandoq; est melancholica: & quandoque est cholerica: & quandoq; est ventosa: & est leuior & facilior earū. Et ille, qui est a malitia complexionis puræ, ideo est, quia omnis complexio dominans facit debilitatem & omnis debilitas efficit in corde, dum perseuerat in ipso, residuum uirtutis, agitationē quādam, quasi ipsum expellat a seipso aliquod nocumentum. Et tremor quidem cordis, quando superfluit, permutatur ad syncopim, & quādo magis superfluit, permutatur ad mortē. Et vnaquæque complexionū simplicium facit illud. Apostema verò calidum in principio perseuerans facit apparere tremorem cordis, deinde syncopim, postea mortem. Et frigidum est propinquum dispositioni eius, sed quandoque interponit spatium aliquantulum. Et similiter resolutio singularis Et similiter oppilatio existēs in cursibus sanguinis, & spiritus in corde, & quę sequuntur ipsum, & in venis [c] [sensibilibus] partium pulmonis. Factus autem a causa extranea, est sicut factus a doloribus [d] [constrictiuis,] & permutationibus materierum apostematum uicinorum prædictorum, & a potu uenenorum Et factus a morsibus [e] [serpentum.] Et factus a serpentibus, qui accidunt in ventre, & proprie quādo ascendūt ad superiora [f] [mirach in cibo & fæce.] Factus autem a subtilitate sensus cordis est, quoniam habenti illum accidit tremor cordis ex qualibet uentositate generata in spatio, quod est inter ipsum, & inter panniculum eius: aut in corpore panniculi eius: aut in vena eius, & ex qualibet qualitate frigida, aut calida adueniente ei: ita ꝙ succedit potui aquæ præter quòd perducat illud ad debilitatem in operationibus suis. Factus autem cū communitate, aut est cum communitate corporis totius, sicut accidit in febribus, & propriè in febribus pestilentialibus: aut communitate panniculi sui, ita vt accidat in ipso apostema molle, aut durum, sicut accidit simio aut gallo prædictis, aut cum communitate stomachi, quoniam [g] [in ipso] est humor viscosus vitreus, aut mordicatiuus cholericus, aut corrumpitur in eo cibus: aut cum communitate omnium membrorum, quę dolent vehementer. Et quandoque multiplicatur cum communitate stomachi propter humorem, qui est in eo, aut bothor in ore eius, aut [h] [attractionem succedentem labori,] ita vt forsitan non discernatur inter ipsum & inter cordialem. Et quandoque accidit [i] [propter tremorem in ore stomachi, & continuatur illi,] & est similior res tremori cordiali, Et quandoque fit cum communitate pulmonis, quando multiplicatur in eo oppilatio in parte illa, quæ obuiat cordi, & nō penetrat anhelitus secundum modos suos, & illud indicat constrictionem anhelitus non securam. Et quandoque fit causa crisis, & motuū accidentium humoribus ad crisim, & ego ponam illud in loco suo. Et si quis conqueritur de tremore cordis post ægritudines, & habet nauseam, & euomit choleram plurimā, & non remouetur nausea, est malum, & indicat spasmum in stomacho.

b † B. quādoq;.
c B. duris.
d B. fortibus.
e B. animalium vel vermibus. Alia litera. venenosorum.
f B. loca cibi, & fæcis.
g B. in ore ipsius.
h B. debilitatē succedentē vomitui laborioso. Alia litera. attritionem vel debilitatem succedentem vomitui laborioso.
i B. iectigatio, seu tremor in ore stomachi, & continuatur ille seu & vicissitudinaliter perseuerat ille.

ANNOTATIONES.

Cordis tremor (palpitationem uocant) deprauatus quidam, atq; intempestiuus est motus, quo cor extra corpus prosilire ægrotantes queruntur. Conatus est cordis, ut expellat, quod noxium illi est, siue hoc mala sit intemperies, calida, frigida, humida, sicca: uel etiam abdita ac uenenata qualitas: siue humorum uel uaporum confluxus: siue quid eius compositioni aduersum, uel obstructio, uel quid simile seu etiam quid conuellens uel secans, ac demum quouis modo, aut ipsius cordis, aut pericardij substantiam contristans. Vires id morbi genus insigniter deijcit, vt sæpè an imi deliquium, atq; etiam mortem inuehat, & si primario cordis affectu, et si aliarum partium consensu cor laborat. Pro hoc affectu pete Gal. 5. de loc. aff. nec non 1. in 3. de uulg. morb. Vide & Paulum lib. 3,

Cap. 2. & 6. Com. 2. Cap. 34.

De signis, Cap. 2.

TRemorem cordis omnē significat pulsus diuersus, transiens terminum in diuersitate sensu percepta, in magnitudine, & paruitate & uelocitate, & tarditate, & raritate, & frequētia, & multoties assimilatur pulsui habentium asthma. Et significant illum, qui est humidus, vehementia lenitatis pulsus, & sensibilitas habentis eam, quasi cor eius a [sit positum] in humiditate, & significant illum, qui sanguineus est, signa caliditatis, & inflammationis, & uelocitas pulsus, et magnitudo eius in alia hora, quā tremoris cordis, et iuuantur coitu, et in frigido est è contrario, & significant illum, qui cholericus est (et est raro) ęgritudines cholericæ sequentes ipsum, et durities quædam in pulsu, et vehementia inflammationis, et significant illum, qui melancholicus est, tristitia et solicitudo, et durities in pulsu, et ventosum quidē purum significat velocitas resolutionis eius, et leuitas b [laboris]eius, et etiam paucitas diuersitatis in pulsu eius. Et significant apostemosum in substātia ipsius, aut pāniculi eius, signa duorum apostematum prędictorum, et illum, qui est ex resolutione continuitatis causa sua, et factum a uenenis, et morsibus, causæ suę cum priuatione reliquarum causarum, et similiter factum a uermibus, et factum a complexione singulari calida c [et inflammatione uehementi,] absq; sēsibilitate humiditatis, in qua natet cor, uelocitas pulsus, et frequentia eius, quamuis non

a B. resolutus.
b B. lesionis.
c B. inflammatio uehemens.

non sit hora cõmotionis eius: & quod est post causas [d] [spasmaticas] sine materia, & in hectica,& similibus. Et similiter factum a frigore puro significant causæ suæ ex euacuationibus extinguentibus calorem innatum:& ęgritudines infrigidatiuæ; & aeres,& alia: & pulsus tardus, rarus,non in hora tremoris cordis. Factum autem ab oppilatione significat diuersitas pulsus in paruitate, & magnitudine & debilitate, & fortitudine, cum priuatione signorum repletionis. Factus autem a subtilitate sensus cordis, & a qualibet ventositate generata [e] [ex] nocumento adueniente ei, cognoscitur ex fortitudine pulsus,& sanitate anhelitus, & incolumitate reliquorum membrorum. Et fortitudo pulsus, & magnitudo ipsius sunt significationes primæ significantes ipsum,& certificat ipsum, si fuerit corpus cũ frequẽtia huiusmodi tremoris cordis, incolume,& virtus conseruata,& cõsuetudo in operationib. sana. Et illi quibus plurimum accidit iste, sunt super quorum facies apparent vestigia passionum animalium, quãuis parum, sicut irę aut gaudij, aut tristitiæ, aut aliarum. Factus aũt cum communitate corporis totius febrib. manifestus est,& similiter creticus. Et factum causa stomachi, significant significationes dispositionum stomachi,& appetitus,& quod ab ipso expellitur,& imaginationes,& nausea,& punctio:& ꝙ alleuiatur in tẽpore vacuitatis, nisi sit a causa cholerica effusa ad os stomachi in tempore vacuitatis: & quòd sit vehemens in hora, qua cib. incipit digeri. Et ille,qui fit cum cõmunitate pulmonis, est, quoniam habens eum est præparatus asthmati, repertis in ipso signis significantibus humiditatẽ pulmonis,& oppilationem viarum in eo, quas dicemus in suo capitulo. Factum autem propter [f] [febres] significant significationes supra dictę in capitulo suo. Et ex eis, quæ significant ipsum, sunt saliua currẽs, & dolor, sicut qui fit a cõstrictione unguium: & punctura eueniens subito in ore stomachi.

d B. calefaciẽtes

e B. & ex quolibet.

f B. serpentes uel uermes.

ANNOTATIONES.

Morbi & eorũ species dignoscuntur ex actionib. affectibus corporis sensibilibus, excretis & retentis, presertim uerò actionibus, quę immediatè, ut aiunt, uim partium sequuntur. proxima ergo huius symptomatis indicia, quibus, non hoc ipsum, quod se se aperte nimis manifestat, sed & morborum a quibus ipsum fit, & causarum a quibus morbi ipsi dependent, species dignoscantur, presertim pulsatio est arteriarum: quę in corde, quum oriantur, eius statũ certo argumento significant. Qui ergo pulsus fiant, si primario affectu cor laboret, Gal. lib. 3. de presagit. ex pulsib. toto ab soluit. si per consensum. lib. 4. Pręter actiones, excreta retẽta, affectus corporis sensiles, adde et rationem ex iuuantib. & nocentibus desumptam. unde & author quibus cordis palpitatio est ex sanguinea materia redundante, hos ait a coitu adiuuari: quibus uero ex uentriculi consensu, ieiunio testatur melius se habere.

De curationibus uniuersalibus tremoris cordis. Cap. 3.

IN materiali omni fertur auxilium cum euacuatiuis. In sanguineo quidem cum phlebotomia,& extractione sanguinis ultima,& temperamento cibi in quantitate,& qualitate. Et si est illi paroxysmus, aut tẽpus in quo commoueatur plurimum sicut verbi gratia ver; tũc necessarium est vt præcedant ante paroxysmum phlebotomia,& subtiliatio cibi,& acceptio eius qđ cõfortet cor. In facto autem propter humorem phlegmaticum, oportet vt fiat euacuatio cum medicinis, quarum impressio consequitur cor. Et illarum conuenientiores sunt hieræ magnæ euacuẽtes humiditates uiscosas. Facti autem propter sanguinem melancholicũ [a] [loci longinqui,] cura est phlebotomia,& tẽperantia hepatis, ita ut non generet melancholiam cum eo, quod dicitur in capitulo suo. Si autem est nudus humor melancholicus, tũc cura est in ipso euacuatio cum eis, quę sunt sicut hiera Rufi, & logodion:& omnia quę euacuãt humorem melancholicum ex locis longinquis: Deinde remanet post illud æquatio complexionis, frigidę quidem cum calefaciẽtibus, & calidæ cum infrigidantibus:& proprie cum eis, quæ ex eis sunt medicinę cordiales. Ille vero, qui est cum communitate stomachi, si est ex humore grosso, curetur vomitu post cibum, & post acceptionem subtiliantium notorum, sicut acceptionem succi raphani in oxymelle. Et solutio vẽtris fiat post ipsum cum hieris magnis, sicut logodion, & theodoricon, & hiera picra confortata cum pulpa coloquintidæ aut agarico,& epithymo. Et si fuerit propter choleram mordicatiuam, curetur confortando stomachum cum robub fructuum odoriferorũ, sicut pomorum odoriferorum propriè, & cydoniorum:& proprie post cibum,& pirorum, & eorum quæ sunt illis similia. Et cum declinatione naturæ ad lenitatem,& alienationem eius, quod cõuertitur ad humorem cholericũ. Et regimine temperante stomachum. Et similiter quãdo cibus in ipso corrumpitur, oportet ut regatur cum eo quod confortat digestionẽ eius, quod corrumpitur, cum eo quod dicetur in capitulo stomachi. Et quemadmodum tu abscindis causam cum hoc regimine, similiter oportet quòd confortetur patiens quod est cor, ita vt non recipiat impressionem;& non sis cõtentus in abscindendo causam absq; confortatione patientis, imò oportet ut hoc intendas ad cor cũ medicinis cordialibus. Et ex eis, quorum iuuamẽtum magnificatur in tremore cordis, est potare pondus [b] [medii] auri de buglossa in tempore somni noctibus continuis Et ex eis quibus iuuatur, habes tremorem cordis, & quæ ad ipsum experta sunt, est potare † [c] [ ] quantitatem ponderis nuclei de gariophyllo masculo in xii. aur. lactis dulcis in ieiunio: aut potare aur. de sampsuco sicco in aqua frigida, si fuerit illic caliditas, aut in uino, si non fuerit caliditas in dieb. continuis. Et ex eis quib. iuuatur habens tremorem cordis, est vt secum semper sit aromaticum aliquod ex genere eorum, quæ ei conueniunt, & assidue utatur suffumigatione cũ eo facta,& utatur odoramentis eius,& ut sint in aromatico eius, qui habet tremorem cordis calidum, uincentia, rosa,& camphora, et scandalum, et olea frigida cũ parua permistione medicinarum aliarum sub

a —— B.

b B. i.

c B. circa.

tilis caliditatis, sicut parum muschi, & croci, & gariophylli, nisi metam transgrediatur res. tūc enim sis contentus frigidis, & si est complexio frigida, tunc admisce muschum, & ambram, & oleū de ben, & oleum de citro, & aquam [d] [cāphoratam] & algaliam, et quæ sunt similia illis, & propinqua eis ex speciebus suffumigationis, & rorificationis cōuenientib. secundum complexionem. et ego quidem non multiplico tibi sermonem in numerando medicinas cordiales calidas, et frigidas. Tu namque inuenies eas omnes scriptas in tabulis membrorum anhelitus, in medicinis singularibus, et ad ultimū omnis medicina odorifera est cordialis, et cū hoc nos iam diximus, quę harum medicinarū sunt antecedentes in hac intentione [e] [Habens] tre tremorem cordis cum nausea [f] [cuius] tremorem cordis diximus esse malum, cura eius proprie, si fuerint illic reliquię febris, est vt in potu sumat sauich hordei ablutum cum aqua calida, & detur infrigidatum cum pōdere x. ʒ. zuccari, quamuis enim ipsum euomat etiam, tamē iuuatur eo. quòd si ipse abhorret zuccarū propter additionem, quam efficit in nausea, accipiantur loco eius grana mali granati, & stringantur ambo crura, & olfaciat camphoram, & quæ similantur ei, cum aceto: & ponatur super pectus pannus infusus aqua duorum sandalorum, & camphoræ, & aliorū. Et multoties quidem excitatur tremor cordis, deinde expellitur aliquid ad inferiora a dextra, & sinistra: & sedatur tremor cordis.

d B. camphoræ
e B. habentis autem.
f B. quem.

ANNOTATIONES.

Spectandæ in hoc curando affectu, ut in reliquis omnib. morbificæ sunt causæ: atq; eæ singulæ oppugnandę. Gale. 5. de loc. aff. testatur se uenæ sectione curasse quosdam, qui cordis palpitatione affligerentur: imo etiam affectum hūc misso sanguine, antequam inuaderet, ante uertisse. Videntur tamen quicunque hoc uitio laborant, immatura plerunq; morte interire. Vide Paulum lib. 3.

Cap. 34.

De cura tremoris calidi. Cap. 4.

SI iste tremor cordis est cum materia, & euacuas eam, & remanet vestigium eius; aut est tremor cordis calidus sine materia: tunc oportet vt cibetur habens eum cum eo, quod parum est, & cōfert, sicut est panis infusus in aqua ros. in qua est parum vini odoriferi: & panis cū syrupo de pomis, & ius pomorum, & lac acetosum sine butyro, quod est temporis propinqui commotioni, aut nō acetosum valde: & cucurbita, & [a] [blitis] & fructus frigidi Si autem tolerat carnem, tunc vtatur [b] [alcares, & halusem] pullorū, & alcubugi propriè. Habet enim proprietatem in hac re propter frigiditatem complexionis, & species acetosorum, quæ omnes factæ sunt cum succis fructuum, & agresta, & pomis acetosis, & aceto acuto, super quod sparsa sit aqua ros. & aqua [c] [salicis. Si autem fuerit acetositas citri, & limonis, erit res magis iuuatiua. Quod si res fiat vehemens, & inflammatio, da ei ad [d] [bibendum] aquam frigidam, & aquam niuis mistam cum aqua ros. dando sorbitionem post sorbitionem. Et da ei ad sorbendum syrupum de fructibus. Et syrupum de [e] [malis asceni,] & quę sunt similia illis, dādo aliquid post aliquid. Et si tibi necessarium fuerit, vt dissoluas in eo camphoram, fac. Et quandoque est tibi necessarium, ut sis contentus in eo ad dandū ipsi lac acetosum in potu, ab vna lib. vsq; ad ij. lib. & [f] [perueniet] ei cibus. Quod si tibi necessarium fuerit, vt cōfortes eum cum aliquantulo ex medulla panis, & tortellarū fac. Si autem inueneris virtutem debilem, & timueris extinctionem, non erit excusatio quin permisceas cum hoc, & cum eis quæ via eius incedunt, ex cubebe, & cardamomo, & foliis citri: & etiam ex coriandro, & camphora cum rosis. & spodio, vt temperent ea. Super buglossam uerò sis audax, & non timeas malitiam eius: & vtere ea cum omni, quod in potu tribuis, & in cibo das. Et enim iam cucurrit consuetudo, vt in potu tribuatur, & similiter aqua eius distillata. Et quandoque confert ei potare pondus ʒ. i. de reubarbaro sceni in aqua frigida diebus continuis. Et stude, vt sit aer infrigidans, vltima infrigidatione, & ut sint rorationes, & odoramēta aromatizata camphora, & ex sandalorū præsentia: Et non est malum, vt roretur super ea aliquid vini, cum tanta quantitate, qua penetrare faciat aromaticitatem eorum ad cor. Et ex eis, quibus iuuatur habens tremorem cordis calidum, est permutatio ab aere suo ad aerem frigidum, Illud enim reducit ad sanitatem. Et non oportet vt obliuiscaris emplastra infrigidantia super cor. facta ex sandalis, & aqua rosacea, & aqua ferrariorum & camphora, & rosis. & spodio, & lentibus, emplastretur cum eis os stomachi, & propriè in febribus. Composita verò iuuatiua in hoc sunt, vt in potu dentur trochisci de camphora cum croco, cum syrupo acetositatis citri, & quandoque ponūtur in eo folia citri, & diamuschum dulce, & lætificās infrigidatiuum. Descriptio experta ad illum, qui non est ex caliditate vehementi. Spodii partes iiii. xyloaloes Indi, galliæ muschatæ amborum ana ʒ. i cardamomi, gariophyllorum amborū ana ʒ i. camphorę ʒ s. dragacāthi ʒ. iii. fiant trochisci cum aqua de tereniabin. sitque vnusquisque trochiscus pōderis medietatis unius ʒ. Descriptio alia Recipe doronigi partem i. cāphoræ quartam partis, sandalorum tertiam partis, margaritarum, karabe, coralli, xyloaloes, spodii ros. omnium ana medietatem partis, buglossæ partes duas, conficiantur cum aqua malorum, & fiant inde trochisci. Et quod ex eis in potu sumitur, fit pondus ʒ. i. vsque ad aureum. Medicamen fortius illo in extinguendo. Recipe seminis lactucarum, seminis endiuię, spodii, rosarum, sandali, seminis portulacæ, buglossę, coriādri sicci, coralli, karabæ. margaritarum, [g] [omnium ana partes duas] camphoræ quartā partis, sitque quod ex eo in potu sumitur pondus ii. ʒ Descriptio alia. Recipe amyli, karabe, margaritarum, melissæ, selengemisk, aluminis iameni frixi, omniū ana partes iii. luti armeni rubei, coriādri, amborū ana partes v Sitque quod ex ea in potu sumitur, pōdus aurei cū aqua melissę. Quod si superfluat res, & augmentatur inflāmatio, & timetur quòd sit [h] [vestigiū] apostematis, tunc fortasse est tibi necessarium, ut in potu des

a B. olus iamenum.
b B. alcaris, & alhelam.
c B. alkalef.
d B. sorbendū.
e B. pomis semi.
f B. sic.
g B. Alia litera. sorbeat ex isto puluere pōdus drach. ij. quod est bonū ualde, quod si indiget fortiori, sumatur spodij, & sandalorum citrinorū, & rosarum omniū ana. pars I.
h B. principiū

des semen mandragoræ,& opium. Et melius quidem est, vt in potu tribuas de semine mandragoræ pondus quartæ ʒ.j. & de opio vsq; ad medietatem [i] [ʒ. j. permistis] cum medicamine aromatizato ex muscho, & xyloaloe crudo, & camphora,& croco secundum virtutem, & horam necessitatis.

i B. Alia litera. danich ꝑmisto.

De cura tremoris frigidi. *Cap.* 5.

EVacuantia quidem, si fuerit illic materia, sint secundum semitam, quam tibi exposui. Et ex eis,quæ experta sunt ad phlegmaticũ humidum de illis,siue sint in partib.cordis,aut in stomacho,est vt sumatur agarici põdus medietatis ʒ.i.& pulpæ coloquintidæ pondus j.danich,& turbit pondus ʒ.j.& bdellij pondus danich,& muschi,& croci amborum ana.taxaugi,& xyloaloes Indi pondus danich,& salis naphtici pondus quartæ ʒ.j.& est dosis vna. Et ex eis,quę experta sunt ad melancholicum, est vt sumatur myrobalanorum nigrorum, & kebulorum,amborum ana.pondus ʒ.j.epithymi medietas ʒ.lapidis armeni pondus quartæ partis ʒ.j.diamuschi amari pondus ʒ. iij. sumatur in potu cum tanta quantitate vini odoriferi, in qua dissoluatur. Et quandoque sufficit assiduare administrationem hieræ picræ in pondere aur.j.cum pondere danich de epithymo, dãdo ipsam in potu cum oxymelle, & continuetur. Medicinæ autem permutantes complexionem frigidam,sunt theriaca,& mithridatum,& diamuschum dulce,& amarum,& medicamẽ Cæsaris,& scelithe,& [a] [milium] ambrę,& [b] [diacandum] & lenificans magnum, & confectio [c] [anahihah] & trochisci de muscho. Et quando frigus sit forte, indiges eis, quæ sunt sicut [d] [cordumeni,] & dare ex eo in potu. Et quandoque confert ei sumere [e] [acetositatis istirgar xxx.aur.cum uino] in quo iam infusa fuit buglossa. Et cibetur aqua ciceris,& pullis colũbarum,& carnibus paruarum auiũ, & alcanabir. Et ex compositis alijs est medicamen expertũ. Recipe buglossæ ʒ.i.zurumbet,doronigi amborum ana.ʒ.iiii.dosis eius sit pondus ʒ.i.in principio mensis,& in medio eius,& in fine ipsius: & oportet ut sit in vino odorifero aliud. Recipe karabe,castorei,amborum ana. [f] [ʒ.i.alfelengmisk] gariophylli, galliæ omnium an.partẽ i. dosis eius sit medietas ʒ. cum succo [g] [almusera] non colato,neque bullito. Et hic sunt medicinę bonæ ultimæ,prolixarum descriptionum dictæ in antidotario.

a B. confectio. b B. confectio chanad. c B. felicitatis. d B. anacardina. e B. quantitatẽ ciceris ex confectione alfachdaram cum xxx. aureis uini. f B. partem citri corticum unã exficcatorum seminis altalégief mesch omnium ana partem mediam corallorũ, dracn. aléfagief mech. g B. pomorum.

De speciebus syncopis & causis ipsius, & causa mortis subitæ. *Cap.* 6.

SYncopis est destructio [a] [maioris partis] plurium virtutum,motiuę,& sensibilis,propter debilitatem cordis,& aggregationem spiritus totius ad ipsum propter causam mouentem eum ad interiora,aut propter causam pręfocantem ipsum interius, quare non inuenit spiraculum:aut propter paruitatem: aut subtilitatem suam,quare non superfluit super illum, qui inuenitur in minera. Et tu scies ex iis,quæ verificasti vsque ad hanc horam, ꝙ causę illius non euacuantur, quin aut sit repletio materiei præfocantis sua multitudine,aut oppilatione: Aut euacuatio resoluens spiritum: Aut priuatio restaurationis eius, quod resoluitur, & fames vehemens. Et debiliores quidem homines ad tolerandum ipsam, sunt comparati ad hoc, vt neque sint infirmi,neque sani:sicut infantes, & qui sunt eis proximi,& decrepiti, & conualescentes:Sed in ætate [b] [prouenientes] tolerant ipsam. Et eius tolerantia est in hyeme plurima, quam in ęstate. Aut malitia complexionis iam confirmata:aut accidens eius magnum subito: Aut dolor uehemens: Aut debilitas virtutum principiorum regalium,& propriè cordis, deinde cerebri,deinde hepatis; Aut debilitas communicãtis,sicut oris stomachi cum corde: Aut debilitas corporis totius,& macies & extenuatio: Aut dominium accidentium animalium, secundum quod diximus tibi in loco alio. & plurimum eius est in decrepitis,& debilibus,& conualescentibus. Aut applicatio uirtutis contrarię substantialiter complexioni cordis, & spiritus,s amborum, sicut est ex olfactu fætoris puteorum, & pestilentia aeris, & sicut accidit in febribus pestilentialibus,& ex cadaueribus, & ex penetratione uirtutum venenorũ ad cor: & quandoque est propter [c] [arterias.] Ex illis est illud,quod accidit causa uermium,qui ascẽdunt ad os stomachi, & oportet ut distinguamus post hoc distinctiones plurimas. Dicamus ergo. materiæ quidem faciunt euenire syncopim,aut propter multitudinem suam,& [d] [oppilationem uiarum] spiritus:& quia [e] [comprehendunt] ipsum totum in corde:ita ut [f] [forsitan] pręfocetur. Et huiusmodi quidem generis sunt effusiones humorum plurimorum, aut sanguinis plurimi ad stomachum,& pectus, & [g] [ambo:] aut permutatio materiei apostematis synanciæ,& pleuresis,& peripneumonię ad partes cordis subito; Aut propter uiscositatem earum in poris:quare oppilant meatus,& proprie in membris anhelitus, & quandoque est communis in omnibus venis corporis, quamuis non faciant illud sua multitudine, Aut propter uehementiam sui nocumenti cũ qualitate frigida ualde,aut mordicatiua ualde,aut adustiua ualde,Et syncopis quidem, quæ accidit in initio paroxysmi febris,ẽ huiusmodi generis, & eius causa sunt humores grossi ualde,aut uiscosi, aut mordicatiui;aut adustiui,& quandoque sit illud propter propinquitatem cordis,& quandoque est in membris aliis communicantibus ei,sicut cerebro. Nam quum in eo accidit oppilatio integra, & est apoplexia,fit syncopis proculdubio. Et quandoque est in stomacho propter causam antiquam: aut propter debilitatem accidentem, propter quam fit recipiens attractionem materierum ad os suum, siue sint frigidæ,siue calidæ,& quandoque fit causa multitudinis oppilationis in uenis corporis, ubicunque sunt. Et istæ materię pernitiosæ multoties accidunt ex superfluitate comestionis,& potus,& frequentia [h] [fastidii] propter malitiã digestionis, ita ut ex ea spargatur in corpore, quod repleat uenas,& oppilet meatus [i] [anhelitus.] & istæ quidem materiæ propter suã multitudinem quandoque adiuuant ad syncopim facien-

a — B. b B. consistentes. c B. comunitatem arteriarũ. d B. Alia litera. q. aoppilãt vias. e B. coarctant. f B existimetur quòd g B. similia eis. h B. nauseatiuæ satietatis. i B. Alia litera spirituum.

faciendam ex parte, qua priuant corpus nutrimento: quoniam oppilant viam nutrimenti boni, & non conuertuntur per seipsas ad nutrimentum; quoniam ipsæ propter suam multitudinem confortantur super naturam: quare non patiūtur ab ea; & cum hoc complexio corporis corrumpitur per eas. Et istæ quidem materiæ, quæ faciunt syncopim sua multitudine, aut malitia sua, sunt quæ faciunt [k] [tristitiam] & nauseam, quando in stomacho cadunt: & sūt minoris quantitatis, aut malitiæ. Facta autē causa euacuationis superfluæ, non est, nisi quia sequitur ipsam spiritus euacuatus cum ea vsque ad hoc, vt resoluatur maior pars eius: Et illud est, aut solutio ventris cum diaria: aut est solutio ventris continua, aut lubricitas stomachi, & intestinorum: aut rasura aut vomitus plurimus, aut fluxus sanguinis narium: aut fluxus sanguinis ex membro alio, sicut orificijs venarum ani, aut propter vulnus, aut propter descēsum aquæ hydropisis: aut propter apertionem† dubellati; propterea quia currit ex eo res plurima subito; aut propter fluxus menstruorū, & partus. Aut propter multitudinē exercitij, aut moram in balneo calido vehementis sudoris: aut propter aliquam causarum sudoris [l] [fortis, &] superflui, accidentis; [m] [aut quia facit sudorem per seipsam] sicut caliditas, aut præparatione, sicut raritas corporis superflua, aut subtilitas humorum in substātijs suis, & naturis suis. Et quando accidit syncopis ab euacuatione humorum, virtute vitali adhuc forti, non est adhuc timendum, & illa est sicut syncopis, quę accidit post phlebotomiam. Dolor autem facit contingere syncopim, propterea quia superflue resoluit spiritum, sicut fit in iliaca, & colica, & in mordicatione superflua accidente in membris sensibilibus, s. oris stomachi, & intestinorum, & eis similiū. Et sicut in dolore [n] [motuum] neruorum, & vlcerum eorum, & morsionum eius accidentium, sicut scorpionis, & vespæ; Et in vlceribus iuncturarum [o] [præparatarum fricationi, & percussioni, quę sequūtur eas] propter effusionem materierum nocentium. Et sicut dolores vlcerum ambulatiuorū, vehementia dolorum quorum facit syncopim propter suam acuitatem, & corrosionem ipsorum. & prouenit ex eis corruptio mēbrorum, donec perducit ad mortem. Ipsa nanq; faciunt syncopim in primis propter dolorem, & in fine propter vehementiam infrigidationis cordis, aut allationem vaporis venenosi corrupti ad cor, sequentis ipsum exsiccatione membri, & conuersione eius ad contrarium complexionis proportionalis hominibus. De accidentib. vero animę iam locuti fuimus, & sciuisti [p] [in extenuatione causam, & oppressione, quam] cordi faciunt. Apostema autem facit euenire syncopim aut propter magnitudinem suam, vbicunque sit, apparens, aut occultum, corrumpens complexionem cordis, mediante allatione arteriarum, aut propter membrum in quo est, quum est sicut panniculus cordis, aut est mēbrum proximum cordi, in quo etiam si non est apostema magnum valde, ipsum tamen facit illud, quod efficit maximum longinquum; aut propter dolorē quando vehemens fit cum eo. Sed & stomachus qualiter fit causa syncopis, scias [q] [itaque,] quòd stomachus est membrum propinquum loco cordis, & est cum hoc vehementis sensus, & est minera collectionis humorum diuersorum, quare ipse facit euenire syncopim, aut quia infrigidat ipsum ualde, sicut in bolismo; aut quia calefacit ualde, aut quia dolere facit valde, aut quoniam [r] [ex] ipso est materia grossa, mala, frigida, aut mordicatiua, acuta, & vlcera, & bothor in ore eius. Sed reliqua membra qualiter fiunt causa syncopis, scias quòd mēbra alia sunt causa syncopis, aut propter dolorem continuatum ex eis cordi. Aut propter vaporem venenosum, quem ipsa mittunt cordi, sicut est illud quod accidit in præfocatione matricis. Aut propter euacuationem accidentem in eis, resoluentem spiritum cordis, sicut debilitas vehemens in ore stomachi. Aut propter oppilationem facientem constrictionem uiarum spiritus in eis, quæ sunt in circuitu meatuum cordis. Aut propter complexiones corruptas malas, fortes, dominantes eis, sicut fit in febribus adurentibus, & pestilentialibus. Et illud est ex eis, quę fiunt cum communitate omnium membrorum. Et scias quòd syncopis confirmata curationem nō habet, & proprie quando perducit ad uiriditatem faciei, & conuersionem colli, [s] [fortasse enim non erigitur.] Et ille, cuius res peruenit ad hoc, tunc quum caput eleuat suum, moritur. Et scias ꝙ in corpore ipsius, qui phlebotomatur propter necessitatem, & syncopizatur super ipsam, non propter multitudinem euacuationis [t] [neque propter consuetudinem in phlebotomiam assuetam,] est ęgritudo, aut in stomacho eius est debilitas per se, aut propter effusionem rei ad ipsum. Et quando materia [u] [ ] decrepiti febrientis resoluitur ad stomachum suum facit accidere syncopim. Et causa, quare aliquis syncopim patitur in prima phlebotomia sua, est quia subitum est, quod nō consueuit. Et multoties quidem accidit syncopis in crisibus propter expulsionem materiei calidæ ad stomachum. Et multoties fit phlebotomia causa syncopis propter infrigidationem.

k B. angustiam.
† vomicæ.
l —— B.
m B. per se facientium sudorem.
n B. vulnerum.
o B. Alia litera. q̃ cōtinuè confricatur, & adinuicē concutiuntur, & illorū, q̃ vicinantur eis.
p B. causam nocumētorū quæ.
q —— B.
r B. in.
s B. quare fortasse nō alleuiatur, uel non sanatur.
t B. & non propter consuetudinem in phlebotomato consuetam, tunc in corpore ipsius.
u † B. cruda.

ANNOTATIONES.

Syncopim distinguit Galenus 2. ad Glauconem ab animi deliquio, hoc fere uno, ꝙ animi deliquium syncopim præcedat, leuiorque sit affectus: syncope uero fortis uirium sit exolutio. quia ergo differentia secundum magis & minus non uariat speciem, propterea de syncope, & animi simul deliquio hic author uerba facit, vtrunq; affectum uno syncopes nomine intelligens. Sanè quis hic præter naturam affectus sit, statim constat: nempe, quum, vt ait Auic. & sensitrix & motrix actio destruatur. est ergo actio ferè abolita, & symptoma. Symptomata morbos sequuntur. merito ergo quærat aliquis, quinam proximus huius affectus sit morbus: an intemperies, an mala compositio, an solutio continui. itemque cuius partis affectio sit, an cerebri, cui mouēdi & sentiendi facultates insunt, Galeni sententia, an cordis, quod Arist. sensus & motus initium cēset. ac rursum, an cordis, an cerebri, an neruorum substantia offensa sit, quæ omnia ad motum sensuum concurrunt. Profectò Gal. inter cordis affectus hoc uitium recenset, quod & author noster & cæteri, præsertimque doctissimus Aretæus disputat 2. de

Cap. 14.
Cap. 3.

de acutis morbis. consentiuntque omnes ob cordis consensum, & cerebrum & neruosum omne genus pati. At quonam morbi genere immedietate, vt dicunt, cor læditur, hic aliquid est ambiguitatis. Certè non intemperies est, quum ea non repente opprimat, si mala compositio, non in figura morbus est, non etiam in cauitatibus, & si enim syncopen, quæ ex prohibito spirituum concursu, & ut aiunt, conculcatione, oritur, morbum sequi in obstructione non inuiti admittimus, is tamen morbus non omnem syncopim parit. quum etiam ex profusiore spirituũ dissolutione fiat, quam non est, vt ad morbum in uia, quis referat licet enim in hac curanda, in astringendis totius corporis meatibus laborent medici, quum tamen id meatibus naturalem eorum statum seruantibus, solis dumtaxat spiritibus tenuiorib. uel pauciorib. redditis eueniat, ut 12. meth. legere est, referri ad laxitatem cauitatum non potest. Verùm neque etiam syncopen ad morbum in numero reijcias aut in situ. neque in solutione continui. Quem ergo morbum sequetur? Breuibus de spiritibus dictum a nobis alibi est fusiusque ostensum non dissentire ab Hippocratis & Galeni doctrina spiritus suis ipsos morbis laborare, neque omne morborum genus ad intemperiem, compositionem, & continui solutionem referi. Nunc ergo ijs positis, satis sit syncopes proximum morbum, uel spirituũ corruptionem, uel dissolutionem, uel eorundem coarctationem ac prohibitum esse transitum: nempe quum sensitrix & motrix facultas non nisi spirituũ ui agat, ubi uniuerso corpori spirituũ copia deerit, collabi mouendi & sentiendi uires necesse est. Fit uerò copiosior hæc spirituum perspiratio, vel dilatatis uijs, vel ipsorum substantia attenuata. fit & eorundem corruptio aduersis uel uenenatis uel praua quapiam qualitate affectis humoribus uaporibusue ad cor transmissis. Fit etiam obstructio ut in cæteris, copiosiori ad cor humorum, præsertim uerò crudorum influxu. Sanè de syncopes, causis plura author noster scribit, pro qua re pete Gal. 12. meth. & 2. de rat. vict. in ac. Ait autem de dissolutione spirituũ agens, senes, pueros, & conualescentes in syncopim ex inedia præsertim incidere. At refragari de senibus uidetur Hipp. 1. de aph. senes facillime ieiunium ferre testatus, Non refragatur tamen quum de uiridi senecta uerba faciat non de decrepitis, de quibus hic agitur. Scribit item Auic. syncopen minus æstate accidere quàm hyeme. quod sanè si de omni syncope loquatur, ambiguum uidetur, quũ, æstate maior dissolutio spiritum fit, hyeme tamen maior crudorum succorum copia gignatur, ut propterea syncope, quæ spirituum conclusionem sequitur, hyeme magis quàm æstate accidere, sit uerisimile. Verùm, certum est profectò in corporis ambitu ob circũdantis nos aeris frigus crudorũ humorũ prouentum gigni, ad interna tamen uiscera ualidior est caliditas, vt 1. aph. senex ait: vt propterea dissipari, quicquid obstruit, huius robore facile ualeat.

Cap. 5. — cap. 5. com. 49. — Aphor 13.

De signis. *Cap.* 7.

SIgna significantia causã syncopis, & dolores eius, proportionalia sunt signis prædictis tremoris cordis: nam si ipsa sunt debilia, sunt tremoris cordis: & quãdo sunt fortia, sunt syncopis, & quanto plus fiunt vehementiora, sunt mortis subitę. Et pulsus quidem est significatio significantior illius. Significat enim sua compressione cum fixione virtutis materiam compressiuam, & sua diuersitate vehemẽti cum uicissitudinibus, & paruitate maxima, resolutionem uirtutis. Reliquas autem significationes suas secundum reliquas dispositiones, iam sciuisti. Et ad summum, quum syncopis nõ fit subito, tunc ad ipsam minoratur pulsus in primis: Deinde sanguis incipit occultari ad interiora, & conuertitur color a dispositione sua. Et fortasse palpebræ non eleuantur, & apparet in oculis debilitas motus, & alteratio coloris: Et visui apparent imaginationes extra inuẽtionem, & infrigidantur extrema, & apparet ei roritas in corpore frigida. Et quandoque accidit nausea. Et quandoque infrigidatur totum corpus. Quum igitur incipit aliquid horum signorum post phlebotomiam, aut solutionem ventris, aut a [assiduationem] rei necessario facientis læsionem, abstineatur ab ea, & remoueatur causa, quoniam iã perducet ad syncopim, si non abscindatur. Et quando syncopis nõ habet causam manifestam primitiuam, & antecedentem. & est cum tremore cordis frequente, & non est illud, quod est in ore stomachi, causa faciens ipsam necessariam, & b [generans eam,] tunc ea est cordialis confirmata. Illa verò, cum qua est nausea, & cõturbatio, est stomachalis. Et quando continuatur syncopis, & uehemens fit, & non est causa manifesta faciens eam, imò est cordialis, tunc habens eam moritur subito.

a B. administrationem. — b B. reiteratur.

ANNOTATIONES.

Quibus notis noscatur, a quanam causa syncope proueniat, pulchre Trallian. lib. 12. sed vide & loca in superioribus annotata. præsertim uerò Arcteum 2. de acutis morb. Vide & Hipp. ac Gal. 2. aph. ubi de ijs qui absque causa manifesta dissoluuntur, verba fiunt, de qua re hic author postremo loco.

Cap. 3. — cap. 3. Aph. 41.

De cura. *Cap.* 8.

ILla, quæ fortis est, facta propter malitiam complexionis confirmatæ, curationem nõ habet. Et illa, quæ non est ita, imò est leuior, aut est sequens causas extrinsecas a corde, curatur. Et patiens quidem syncopim quandoque est in syncopi, & quandoque est in eo quod est inter syncopim & sanitatem, & quandoque est in leui paroxysmo syncopis. Quum ergo est in dispositione syncopis, non est semper possibile nobis vt laboremus in abscissione causæ: imò nobis necessarium est, vt opponamus accidenti, quod accidit cum eo, quod ipsi pertinet de cura. Et quandoque aggregantur nobis duæ necessitates contrarię, secũdum duas partes diuersas, Indigemus enim in quibusdam membris diminutione, & euacuatione eius, quod in eis est ex humoribus, & in spiritibus additione a [nutrimenti] & restauratione eius quod in eis accidit de resolutione. Et in plurimo quidẽ quod accidit ex syncopi, oportet vt incipiatur & laboretur cum eo, quod nutrit spiritum ex odoribus bonis, nisi in pręfocatione matricis: In syncopi nanque facta ex ea, oportet vt approximentur naribus earum odores fœtidi, & propriè conuenientes cum hoc ori stomachi. Et b [ ] odoramento quidem c [calami] est proprietas in ea experta, & propriè in cura calidę colericę, & similiter d [gypso. imò curatur] dando in potu e [ad sorbendum] ex uiuificantibus virtutem. Et quando fuerit illic uacuitas,

a B. cum cibo. — b B. in. — c B. cucumeris. — d B. lactucæ aut plius curetur. — e B. & sorbẽdo.

cuitas,& fames, tunc non approximetur eis vinum purum: Imò oportet, vt misceatur cum aqua carnis multa, & commisceatur cũ aqua & si non, tunc fortasse accident ex eo commistio rationis,& spasmus.Et ex eis,quæ necessaria sunt in pluribus speciebus syncopis, est inspissatio corporis exterius, vt comprimatur spiritus resolutus,nisi sit solutio ventris fortis valde;aut sit causa frigus vehemens. f [Et quũ non est illic causa frigoris manifesta] prohibens rorationem aquæ frigidæ, & euentationem, & sorbitionẽ aquæ frigidæ,& aquæ ros. propriè, & indui eis quæ odore sandalorum infecta sunt,cum odoramento odorum frigidorum.multoties enim sanantur cum istis. Et si est fortior hac, & non sit successione rei resoluentis calidæ valde,tunc oportet,vt insuffletur muscus in nares eius, & olfaciat algaliam, & suffumigetur g [cum nere,] & sorbeat diamuschum, si possibile est.Et si causa fuerit caliditas,tunc odorifera frigida administrentur, & roretur aqua frigida super faciem eius in primis;Et non est malum, vt permisceatur parum muschi cum eo,quod administratur de illis,cum victoria ex illis,quæ sunt sicut camphora,& sãdali,& quod est fortis infrigidationis, vt sit frigidum contra calidum h [impediens,] & muschus, vt confortet calorem vitalem. & vt sorbeant aquam frigidam. quòd si tolerat dispositio vt sit mista cũ uino infrigidato subtili,tenui,tunc est melius.Et oportet cum hoc ut fricetur os stomachi frequenter. Et necessarium est,vt sit lectus eius in aere frigido: Et similiter oportet vt sint lecti omnium habentiũ syncopim,quum non est ex causa frigida, & proprie in syncopi habentium hecticam,& oportet ut assiduetur embrochatio extremitatũ & partium membrorum, ipsorum regalium cum aqua ros.& succis frigidis cognitis,& necessarium est uinum infrigidatum, quod ipsi in potu sumant.Et si fuerit illic i † [ ] singultus,& nausea,tunc oportebit ut uiuificetur caliditas infirmi,& adiuuetur natura eius; commouendo gutur cum penna excitante uomitum,& commouendo spiritum ad exteriora.Et oportet ut assidues ista,& k [attractionẽ super eum,] & quam maximum clamorem,& sternutationem,etiam si sit cum condisi.Quũque illa non ualent & non sternutat,tunc æger moritur. Et oportet etiam; proprie in syncopi,quæ fit ex euacuatione, ut appropinques ei odores ciborum desideratorum nisi in habentibus nauseam,& syncopim accidentem causa humoris in ore stomachi. Non enim oportet tunc,vt illud approximetur eis, Et oportet ut utantur uino,& sorbeant l [aquam frigidam: aut.calefactam] secundum duas dispositiones notas.Sitque uinum magis penetrabilis res.& subtilior,& melioris saporis ex eo, in quo est residuum m † [ ] stipticitatis:quamuis sit n † [ ] uirtus fortis in eo,quod recẽs est,ad aggregandum spiritum, & confortandum ipsum,& oportet ut non sit in ipso amaritudo fortis; & abhorreat ipsum natura,neque grossitudo,quare non penetret in ipso cum uelocitate. Et oportet, ut sit color eius citrinus,nisi sit syncopis ab euacuatione,

f —— B.

g B. cum alned.

h B. resistẽs opposita cõplexioni.

i † B. sicut.

k B. aduentum hominum ad ipsum. Alia litera. excitationẽ, & agitationẽ, vel commotionem brachiorum, & humerorũ cum tuis manibus super ipsum.

l B. ipsum,aut infrigidatũ, aut calefactum.

m † B. virtutis.

n B. illa. Alia litera. residuum stypticitatis. Et est illa.

& propriè secundum poros propter raritatem eorum, & reliqua: tunc enim diligitur uinum nigrum,grossum,Ipsum enim est nutribilius, & magis faciens declinare humores ad contrarium eius,quo fit resolutio,& reducens spiritum in essentia sua.Illi autem,qui non habet ægritudinem hanc,vinum conuenientius, est illud,quod est uelocioris penetrationis. Et tibi quidem possibile est, vt ipsum experiaris, ita ut gustes ex ipso parum. Quumque uideris ipsum penetrare ad calefaciendum cum uelocitate, cum bonitate substantiæ,& odoris,tunc illud est conueniens,s.illud quod quæritur. & quandoque ponimus in ipso de muscho circiter.s.duo grana:aut de diamuscho quantitatẽ dosis unius,aut medietatis eius, aut tertiæ ipsius,& illud quidem in syncopi uehementi, & similiter trochiscos muschatos dictos in antidotario.& conuenientius uinum in huiusmodi est illud,quod ẽ calefactum.Ipsum enim in eo, cuius syncopis non est ex caliditate,est magis penetratiuum,& quando confortatur o [fortitudine] panis,est magis longinquum ab hoc ut p [exsiccet.] & ex eis, quę conferunt eis, est miua appropriata syncopi, dicta in antidotario.& homines quibus necessarium est magis potare uinum calefactum,sunt illi quorum tardior est q [cessatio.] Non enim oportet ut isti sumãt in potu frigidum. & similiter ille,cuius infrigidatur totum corpus, & isti sunt illi,qui indigent ipso,& inunctione extremitatum, & stomachi cum oleis calidis aromatizatis. & si est syncopis causa materiei,tunc si est possibile,ut expellatur materia cum uomitu,cuius speratur facilitas,aut cum clysteri, aut phlebotomia,fiat illud. & si est propter euacuationem ex partibus intrinsecis, calefiant extremitates, & fricentur, & inungantur cum oleis calidis aromatizatis, & quandoque est necessarium stringere eas.& r [sumatur in omni genere euacuationis illud,] quod dicitur in capitulo suo & præpara in uiuificatione naturę illud,quod scis.& conuenientius est habenti illam,quæ ex hoc capitulo fit successione cholericæ passionis,ut sumat galiam muschatam in uino,& succo cydoniorum,cum aqua carnis fortis, in uino,& confert ei masticatio thuris,& luti s [asambitiorij nutriti] cum camphora. & si est propter euacuationem ex partibus extrinsecis sicut est sudor,& quæ similantur illis, t † [ ] infrigida extremitates,& pulueriza super cutem myrtum, & lutum chimoleum,& cortices granatorũ, & reliqua styptica, & non extrahes materiam ad exteriora omnino, & non administres huiusmodi puluerizationem in syncopi ab euacuatione intrĩseca:imò oportet ut confortes uirtutem in õni euacuatione,pręcipue approximando odores ciborum desideratorum, & similia eis, de his,quæ dicta sunt.& si fuerit causa doloris,stupefac illum dolorem, si nõ est possibilis abscissio causæ eius, sicut curatur colica cum philonio,& similibus ei. Et si uenena fuerint causa,da ad sorbendum albezahar experta, & diamuschum, & medicinas dictas in libro de uenenis.Quòd si fuerit in cessatione,& iam sanatur aliquantulum, tunc sit regimen eius etiam simil:

o B. Alia litera cum quãtitate.

p B. exsiccetur uel resoluatur.

q B. euasio a syncopi.

r B. rege in retẽtione cuiuslibet euacuationis cum eo.

s B. alnisaburi condiri.

t † B. fiet contrariũ illius &.

simile regimini primo, cum additione,[u] [cuius possibilitas sit] in huiusmodi dispositione. Et exemplum eius, in quo ambæ communicant, est, quoniam uerbi gratia oportet, ut ad sorbẽdum dentur medicinæ iuuatiuæ secundum dispositionem de illis quæ sciuntur, & dictæ sunt in capitulo de tremore cordis, & festinetur in hoc, & illud in quo [x] [possibilitas] est additionis, est sicut si sit illic repletio oris stomachi, studendum est ut euomatur illud, quoniam sanat. Et similiter si sit illic repletio, oportet ut fames adhibeatur, & minoretur cibus eius, & utatur exercitio tolerabili,[y] [æquali ab] huiusmodi. Et fricatio adhibeatur omnibus mẽbris [z] [usque stomacho, & uesicæ. Et neque cogat ipsum sumere cibum, nisi uinum prædictũ in dispositione syncopis, quod necessarium est. Et plures quidem stultorum medicorum student in cibando eum, existimantes quòd sit ei conueniens, ut uiuificent uirtutem eius. Ipsi ergo suffocant caliditatem eius innatam, & interficiunt ipsum. Et isti quidem iuuantur syrupo acetoso, & propriè illo, qui coquitur cum [a] [aqua, in qua] sunt subtiliatio, & incisio, sicut hyssopus & similia. Et si fuerit causa oppilatio in mẽbris spiritualib. & quę sũt corã eis, da ad sorbendũ oxymel, & frica crura eius, & adiutoria eius, & labora in huiusmodi ad prouocãdã urinã eius, & da ei in potu de uino, quod subtile est, & illud si est illic caliditas. Si autem est ab euacuatione, & debilitate, ad sorbendum detur aqua carnis [b] [aromatizata,] & fiat, ut sugat panem infusum in uino odorifero, cui aqua ros. sit admista. Et quandoque iuuatur si sumat in potu lac acetosum, absque butyro, infrigidatum, & illud. si fuerit illic cum euacuatione caliditas, & similiter aqua agrestæ, Et melius illo est rob acetositatis citri. Et quandoque ponuntur in ipso folia eius. Et ad summũ illi, qui cum syncopi habet [c] [conturbationẽ,] & inflammationem, aut accidit a sudore uehementi, oportet ut detur illud quod datur, infrigidatum, & si sit etiam res, in qua quęritur calefactio. Et ex eis, quę eis conferunt, est, ut in potu sumat aquam carnis fortis decoctionis cui admista sit decima sui de uino odorifero, & aliquid de uitello oui, & aliquid de succo malorum dulcium, aut muzorum, aut acetosorum, secundum quòd exigit dispositio. Si autem tu fueris cauens in ipso calefactionem, neque fueris ausus dare in potu uinum, da ei ad potandum lac acetosum infrigidatum, in quo sit contritus panis de simila, & da ei in cibis spẽs acetosorum factorum cum succis fructuum. Quod si habens syncopim inuenit frigus cum ea, aut post eam, aut quum in potu sumit infrigidantia, & propriè in uisceribus, dabis ei ad potandum [d] [cardamomum] & piper per ipsum, & absinthium, & quandoque datur in potu uinum. Et quandoque curatio facit necessarium, ut fiat mundificatio, & [e] [times nocumentum eius,] oportet ut tu confortes stomachum, & incipe in hoc, cum eo quod est sicut syrupus de absinthio, decoctus cũ melle, & administra emplastra confortantia stomachum prædicta, & ad bibendum da uinũ odoriferum post illud, & ciba cibo laudabili. Factæ

u r in qua est securitas.
x 1. securitas.
y B. proportionato.
z B. etiam.
a B. cum eo in quo.
b B. Alia litera. almachtar.
c B. angustiam stomachi.
d B. diapipereó.
e B accidit euasio a paroxysmo syncopis.

uerò in principio febrium, & causa apostematum, curam dicemus, ubi dicemus, curam accidentium febrium. Et penitus oportet, ut frices extremitates eius, & calefacias, & stringas; ut non submergatur uirtus & materia, & prohibeatur a comestione cibi, & uino, & interdicatur somnus, nisi sit, quod in principio sui non accidat nisi propter debilitatem. Et quicũque eorum, qui syncopim patiuntur, indiget cibo, oportet ut detur ante paroxysmum duabus horis, aut tribus, cibus, & sit cibus sauich de hordeo infrigidatum, & panis cum aliquo [f] [quod habeat paruam acetositatem,] & naribus extrahat odorem bonum. Et si fuerit illic constrictio uentris, sumantur prius cibus, qui lenificat, sicut sunt [g] [thafeathe,] & similia eis, & syrupus de malis cum [h] [oxymelle] est iuuatiuum in huiusmodi. Quòd si necessarium fuerit uti cibis [i] [subtiliatiuis,] sint sicut aqua carnis, & uitellus oui, & sorbitiones cum medulla panis, & aqua carnis, & quandoque necessariũ est, ut misceatur cum aliquantulo uino. Si autem necessitas illorum fuerit ad hoc, ut cõfortetur stomachus, tunc oportebit ut misceantur cum eis robub, & succi fructuum odoriferorũ, in quibus sit stypticitas: Sed in hora paroxysmi necessarium est uinum: Syncopi autem factæ ab accidentibus animalibus succurritur etiam cum eo, quod antedictum est ex odoribus bonis, & strictione nasi, & uomitu, & fricatione extremitatum; & stomachi, & cibatione eius cum aqua carnis. Et sint in ea tortellæ.[k] [in uino infrigidato, aut calefacto,] secundum quod scis. Et si syncopis est ex continuatione [l] † [ ] choleræ citrinæ oportet ut sit uinum [m] † [ ] permistum. Et similiter syncopi ex dolore. Et nos quidẽ dicemus illud, quod proprium est colicæ in capitulo suo. Et plurimũ quidem syncopi, quæ accidit successione phlebotomiæ, accidit stomaticis, & habentibus uenas subtiles, & stomachum debilem, aut corpora, in quibus dominatur cholera citrina, & ei qui non consueuit uti phlebotomia. Et oportet, ut isti ante phlebotomiam, sumant in potu aliquid de robub confortantibus stomachum, & cor. Et quando cadunt in syncopim, fiat illud quod diximus, & sumant in potu uinum mistum, infrigidatum, confortans stomachos eorum, & conseruans eos, & propriè cum succo alio. Et oportet ut dicamus denuo, quòd quandoque eget curatio in syncopi stypticis, ut prohibeant euacuationes, & confortent membra mollificata, adiuuantia ad resoluendum, & ut stringatur os stomachi ante, & non recipiat illud, quod peruenit ad ipsum, & eget uirtute penetrante uelocis penetrationis ad nutriendum spiritum, sicut est uinum, & ambo sunt prohibentia operationes. Oportet ergo, ut discernatur inter administrationem utrarumque dispositionum. Administrentur itaque styptica in hora sanationis, aut postquàm administraueris aliud incipiendo ad hoc, ut uiuifices uirtutem, quum ipsa iam impressionem in eo fecerit & fuerit uiuificata. Et administra secundum in hora necessitatis uelocis, ad uiuificandum uirtutem & non præmittas stypticum super illud, & prohibeat p enetrationẽ eius

f B. ferculo.
g B. alasfidbagiat.
h B. syrupo acetoso.
i B. Alia litera. absolute.
k B & uinum infrigidatũ, aut calefactum.
l † B uomitus.
m † B. infrigidatum.

eius. Et quãdoque neceſſitas perducit ad illud, quod eſt fortioris nutrimenti quàm uinum, & proprie cum ſyncopis eſt a fame, aut reſolutione plurima. Et quando fit, ut quum uinum purum ſuperuenit corporibus eorum ⁿ [multiplicat in eis] & facit poſſidere commiſtionẽ intellectus, & ſpaſmum. tunc nõ eſt eis aliquid ita conueniens, ut aqua carnis prædicta permiſta cum vino ᵒ [puro,] & ſucco pomorum, aut acetoſorum aut dulcium, ſecundum duas res. Et quum non eſt quod prohibeat, tunc melius eſt, ut ponantur in ipſa, quæ ſunt ſicut gariophylli, & muſchus. Nam ſtomachus eſt magis recipiens eam, & uirtus ſtomachi cum ea uehementius iuuatur, & cor magis attrahit ipſam, Et quandoque tibi neceſſarium eſt ut diſſoluas panem ſimilagineum in eo, quod facis ipſum ſorbere, quum ſpatium a cibo longinquum eſt. Et fricatio extremitatum, & conſtrictio earum, & ſimiliter excitatio vomitus, conferunt omni ſyncopi: niſi quum eſt a ſudore, & ſimilibus eis, propter quę mouetur ſpiritus ad exteriora iſti. n. ſedatione magis indigent, & non oportet ut moueantur, aut uomant aut ligentur. Et ex eis, quę faciunt eos uomere, eſt aqua tepida cum unguento, aut cum oleo, aut miſta cum uino. Et oportet ut calefacias ſtomachum & quæ ſequuntur ipſum ante ᵖ [fricatione extremitatum] etiam, ut facilis fiat vomitus. Et ſcias, quòd fricatio extremitatum, & calefactio earum, & aromatizatio ipſarum cũ unguentis, & aromatizatio oris ſtomachi cũ unctionibus boni odoris, ſicut eſt oleum nardinum, & ᑫ [calefacientia ſicut ſynapis, & pyrethrum,] conueniẽtia ſunt ualde ei cuius ſyncopizatio eſt ab euacuatione ſanguinis, aut humoris, aut repletione, imò pluribus quibus adeſt ſyncopis, quum non eſt motus humorum ad exteriora. Et oportet vt ligentur crura eorũ & adiutoria ipſorum uicibus ʳ [continuis, & fricentur] : præpara illud cum eo, quo neceſſarium ſit oppoſitum parti euacuatiõis. Et iſti quidem iuuantur conſtrictione aſcellarum, & roratione aquæ frigidę, & fricatione oris ſtomachi, & ſimiliter omnis ſyncopis, quæ eſt ab euacuatione, & cum uino commiſto, niſi aliquid prohibeat a uino, ſicut apoſtema aut humor immaturus, aut ſolutio uentris, aut ſoda. Et ſi in aliquo magnificatur neceſſitas confortandi ipſum, da ei in potu uinum etiam, & nõ cures, & illud quidem in ſyncopi ˢ [debili,] Et balneum quidem conueniens eſt ei, cui accidit ſyncopis ex diaria, & cholerica paſſione. Et ſi accidit ſyncopis propter fluxum ſanguinis, eſt nociuum ualde, & ſimiliter ſi accidat propter ſudorem plurimum. Et balneum etiã eſt conueniens ei, qui inuenit ex uomitibus inflammationem in ore ſtomachi. Si autem eſt propter debilitatem oris ſtomachi, tunc oportet ut adminiſtrentur ſuper eum emplaſtra cõfortatiua, ſicut illud quod fit ex maſtice, & cydonijs, & ſandalis, & croco & lilio ᵗ † [

] cum uino, quamuis ualde conferant fricatio extremitatum, & conſtrictio earum. Et ſyncopim quidẽ factam ex fame, quãdoque ſedat pondus. drach panis. Et paroxyſmo ſyncopis ſiccitatis, aut cũ ſiccitate naturæ, oportet ut ſuccurratur cum buccellis panis in aqua granatorum, aut ſyrupo de malis. Et quandoque neceſſarium eſt in ægritudinibus acutis propter ſyncopim dare in potu uinum, & magis conueniens eſt inſipidum. Et patientes quidem ſyncopim, præcipiuntur uigilare; & dimittere locutionem.

n B. nocet eis.

o —— B.

p B. Alia litera. ante illud, & extremitates.

q B. calefacientib Alia litera. ſicut oleum de ſynapi, & piretro.

r B. ſucceſſiuis & ſoluantur, & rege illud cum eo quod requirit, vel neceſſitat.

ſ B. difficili.

t † B. & ſimiliter emplaſtratio cum vino facta ex muſco, & lilio. †

ANNOTATIONES.

Syncope uirium diſſolutio eſt, inſtaurabilis autem non eſt diſſoluta natura, ut ait Aretæus li. 2. de cura. acut. ubi ſ. confirmata eſt diſſolutio, quod & Gal. 12. meth. & Paulus lib. 1. quo fit ut maxima hic affectus & celeritate, & diligentia opus habeat. Quamuis autem is ſymptoma ſit, quod propterea ablata cauſa tolli debet, aſſumit tamen cauſæ rationem ob uires, quas demolitur, curationemque ad ſeipſum trahit, cauſæ etiam ſæpenumero contrariam. Vbi a crudorum humorum eſt copia, eget uacuatione, ſi cauſam ſpectes, at ipſum tamen ſymptoma alimentum, & adiectionem poſcit ob ſpirituum diſſolutionem, qui reparandi ſunt, quoniam ij uirium proxima ſunt inſtrumenta. Iure ergo totus in his affectibus curationis ſcopus reparandorũ ſpirituum eſt. Reparantur uerò ij multiplici præſidiorum genere: quod author noſter fuſiſſime, & Gal. 12. meth. nec non 1. ad Glauc. & Paulus lib. 1. & 3. Trallianus lib. 12. & Aretæus 2. de curat. acut. Eſt autem unum hic quæſtione dignum, quum ait. [Et in plurimo quidẽ, quod accidit &c.] Admoueri iubet narib. in ſyncope, quę uteri uitiũ ſequitur, male olẽtia, quũ alioqui in alijs ſyncopes cauſis odoratis utendum, ſit, atque id & Gal. 1. ad Glauc. teſtatur. Quærat ergo aliquis, qua rõne in præfocata utero utendũ ſit odoratis. an forte uterus odores ſentiat? Sanè de hac re locus agẽdi eſſet, quũ de uteri affectibus tractabitur. nũc tamẽ ut paucis ſatisfaciamus. Quòd uterus odores ſentiat, tũ paruos, tum iucundos, certũ eſt, & quotidie experientia probatum. at qua ratione ſentiat, non eſt facile conſtituere. Certum eſt odorum ſenſiterium nares eſſe, ſiue carunculas mammillares neque: etſi reliquæ uniuerſi corporis partes ſentiunt, quæ ad tactum, aut quæ ad guſtatum pertinẽt uiſus tamen, uel auditus, uel odoratus obiecta ſentiunt, ut mirum propterea ſit, quo modo inter reliquas corporis partes ſola odores ſentiat. Res tamen ita ſe habet, ut exiſtimamus. Odorum eadẽ materia eſt, quæ ſaporum, ut Ariſt. lib. de ſenſ. & ſenſ. teſtatum reliquit. referuntur ſapores ad tangendi ſenſum, ut propterea etiam odores ad tactum quodammodo referantur. Et ſi uerò fatemur, quod Ariſt. 2. de anima, ait, odoratum tactum non eſſe, ratione tamen materiæ, cui odores inſunt, quæ eadem eſt cum guſtatili non uidetur odorandi uis tactus expers, præſertimque ſi ſentiri odores per uapores aſſeramus, de qua re ſupra. Quum ergo & ratione ſimilitudinis cum tactu, & uaporum ratione (ſine quibus fortaſſe odores non ſentiuntur) ad tactum quodamodo odorandi ſenſus referatur, mirum non eſt, uterum quæ exactiſſimo eſt ſenſu, ob neruoſam, qua conſtat, ſubſtantiam, iucundis, uel grauibus, odoribus affici. Delectatur uerò iucundis, triſtatur tetris, hac ratione. Quę fœtida ſunt, eadem incocta, & male admodum permiſta ſunt: contra autem quæ beneolentia. quę ergo male permiſta ſunt, eadem ſenſum inæqualiter afficere neceſſe eſt, propterea que uterus fœtidæ rei uel ſpeciebus uel uaporibus inæqualiter affecta refugit, contrahitque ſe ſe, ad bene olentes uerò, iucundosque effunditur. Adde quod, quum perpetua ſpirituum in nobis ſit concurſatio exploreniq; hi uelu ti animæ ſatellites interna, externaque omnia, ad iucundos ſe ſe effundunt, & triſtia auerſantur. oblatis ergo iucundis ad

Cap. 3.
cap. 2. cap. 34.
cap. 2. cap. 14.
cap. 34.
cap. 3. cap. 2.
cap. 14.

ad nares odoribus, si syncope ex uteri sit præfocatione, augetur præfocatio, utero ad iucundos & quibus delectatur, odores, occurrente, & augetur syncope. contra uerò ex fœtenti odore contrahitur, & animi deliquium soluitur.

Cap. 14. 2 *Et si fuerit illic sicut singultus & nausea &c. Vomitionem consulit, ubi adest nausea, quod & Gal. 1. ad Glau. hydrelęum, & aquam calidam exhibens ad uomendum, ubi ex uitioso in uentriculo humore syncope accidat.* Cap. 17. *At Gal. Auerrhoes damnat 7. Coll. uentriculum in hoc casu roborandum, non autem irritandum asserens, nempe. quæ uomitionem faciunt, dum naturam existimulant, alios ad uētriculum humores contrahunt, ac syncopim augent. Cæterùm non utitur Gal. uel author noster in syncope tali uomitorio, cuius ui uberior ad uentriculum humorum copia confluat, sed leui, quale hydrelæum est, ut propterea nullus hic sit accusandi locus.*

3 *Et similiter si sit illic repletio, oportet ut fames &c. Vbi syncope ex humorum copia accidat, inediam iniungit quod rectè sanè & ex re ipsa indicatur. Non is tamen explicat, an de repletione ex cruditate, an de sola præter cruditatem multitudine intelligat. Videtur tamen de ea uerba facere, quæ crudorū succorū copiæ succedit, & Gal. imitari 12. meth.* Cap. 3. *At si ita habet, quo usque nā inedia perferēda est? Sanè Gal. si nihil obstet, uel alui profluuium, uel quid aliud eius generis, inediam ad quintum diem producit, solaque mulsa aqua, in qua decoctum hyssopum fuerit, nutrit: interea & frictionibus uehementibus, & oleo discutiente inungens.* Cap. 3. *At miratur de Gal. Trallianus lib. 12. Quis enim uires adeo ualidas cogitare in his possit, qui simul omnia, & inediam, & frictionem pariter ferre queat? Profectò uidetur author noster hanc controuersiam uidisse, quamuis non explicet. Assentitur autem Galeno quum famem prohibeat, & quum eorū medicorum studium damnat, qui in nutrien do laborant. uideturque hic Trallianū accusare, qui præstare existimat, ut & cremore ptisanæ, & halica cum oxymelite & pane in uino intincto nutriantur. limitat uerò & moderatur Gal. sententiam de frictionibus, quum exercitatione tolerabili utendum ait. Quamobrem probandus Auic. est. Quòd uero ad Gal. et & Trallianum spectat, si nostræ tempestatis usum animaduertas sicuti Gal. sententia periculo non uacat, ita & Tralliani placitum non uidetur esse contemnendum.*

De casu uirtutis subito. *Cap. 9.*

HOc plurimum contingit, ubi non est dolor, neque solutio uentris, neque apostema magnum, neque euacuatio magna. Et non est quidem, nisi propter humores [a] [concurrentes,] & raro quidem cōtingit, ut sint illi humores sanguinei. Sanguis enim dum non facit accidere prius [b] [aliquod accidens, & non succuritur cum extractione eius, facit] accidere casum uirtutis subito. Illud autem quod sæpius est; est ut sint causa humores grossi in stomacho: aut in uenis, oppilantes uias anhelitus. Et scias, quòd casus uirtutis quandoque [c] [sequitur syncopim, & quandoque est] infra syncopim, ubi uirtus non destruitur nisi a neruis, aut lacertis, ipsis existentibus ab ea uacuis: quare homo fit non motus, neque remouetur a suo situ, & [d] [dormitione] sua, nisi cum labore. Et causa illius est accidens eius, quod diximus. Nam quum uehemens fit, facit cadere uirtutem integrè, & si non fit uehemens, facit cadere uirtutē neruorum, & lacertorum. Et multoties quidem fit propter subtilitatem humorum in substantia sua, & quia ipsi recipiunt resolutionem, & propriè in febribus. Et istorum quandoque operationes [e] [sensibiles] sunt non læse, quamuis non sint tolerabiles, quando multiplicantur & iterantur.

a B. oppilatiōes Alia litera. replentes.
b B. accidentia alia non perducitur dispositio eius ad hoc, quod faciat.
c B. perducit ad syncopim & quandoque ad id quod est.
d B. statione.
e B. morales. Alia litera. sensuum interiorū.

ANNOTATIONES.

De qua re hic tractet, non est cognitu facile. existimarit fortaſse quispiam de animi defectione agi, quam a syncope distingui supra admonuimus. Vnde & Trallianus li. 12. & de syncope & de animi deliquio seorsum scribit. Verùm, quum de syncope supra egerit, simulque & de animi deliquio meminerit, suspicamur de eo, præter naturā affectu hoc loco intelligi, quo non ob spirituum dissolutionem, non ob eorundem suffocationem, sed ob acrium humorum ad uentriculum uel sentientes alias partes effluxum linqui animo accidit, mordicantibus nempe ijs & conuellentibus calor ad interna statim reuocatur, & externę partes, & si refrigerantur, nō tamen sensu omni & motu prorsus redduntur inopes, ut in syncope.

De cura, *Cap. 10.*

CVra istorum proxima est curæ patientium syncopim. Eius namque cura, quæ est ex repletione sanguinea, est phlebotomia. In ea uerò, quæ est causa alicuius alterius humorum grossorum, oportet ut succurratur patienti ipsam in hora cessationis, euacuatione cum eis, quæ sunt sicut hieræ. Et quādoque sufficit hiera picra, cum qua composita sunt turbith, & sal Indus, & agaricum, & epithymum, & quæ sunt similia eis. Et quandoque [a] [medicas eū] cum scammonea. Scammonea nanque est ex eis, quæ adiuuant medicinas alias. Et oportet quidem, ut administres in ea uomitum, post solutionem, & assidues receptionem confortātium cor, & odoramentum eorum. & fricatio quidem extremitatum, est ex eis, quæ uiuificāt calorem innatum, secundum quod iterauimus eius rememorationē, & utatur post illud exercitio temperato. Cibus uero sit ille, qui subtiliat, & incidit, sicut aqua ciceris cum synapi, & oleum de oliuis, & oleum amygdalinum. & de uino quidem, utatur subtili, & ueteri. & utatur balneo post euacuationem, & inungatur oleis uiuificantibus calorem innatum, subtiliātibus. Deinde utatur post balneum uino puro, & syrupo de melle, & syrupo de absinthio, & similibus illis. Quumque incipit uiuificari, oportet ut præparetur cibus confortatiuus uelocis digestionis: & tu quidem scis illud, ex eis quæ dicta sunt tibi. & scias, quod uirtus augmentatur cibo, & uino [b] [subtili] conuenientibus, & odoribus bonis, & tranquillitate, & gaudio, & dimissione eorum, quæ contristant, & rixari faciunt, & rememoratione rerum amabilium, & habitatione cum dilectis.

a B. adiuuantur ea.
b — B.

De regimine eius, in quo apparent signa aduentus apostematis calidi in corde. *Cap. 11.*

APostema quidem, quando fit apostema, tunc iam interficit, aut interficiet. Ante illud uerò, quādo apparent tremor cordis magnus, & inflammatio uehemens, & signa prædicta,

dicta, tunc est secundum inceptionem perniciei. quòd si aliquid iuuat ipsum, tunc est phlebotomia basilicæ. Et speratur quandoque in eius euasione cum phlebotomia arteriæ, in inferioribus corporis, & infrigidatione pectoris eius cum niue, & caphora [a] [super apostema.]

a B. & sandalis & coriádro humido & sorbeat aquam niuis cũ cáphora secundum continuationem.

ANNOTATIONES.

Vbi inflãmatio cor apprehẽderit desperata est salus. agenda propterea sunt omnia, ubi futuram inflammationem hanc aduerterimus. Ne fiat, id uenæ sectione præsertim tentandum est. Hic uerò prçterea, ex niue pectus refrigerat, & niuosam aquam propinat cũ camphora. quod quidem præsidij genus, & si repellendi uim habet ad partem principem, tentari tamen in tam præcipiti morbo licet, id & Rasis. 17. Cont. tr. 1. Cap. 2.

FEN DVODECIMA.

De mammilla & dispositionibus eius, & est Tractatus vnus.

De anatomia mammillæ. Cap. 1.

MAmmilla est membrum creatum ad generandum lac: ut nutriatur cum eo nouiter natus, in introitu suæ natiuitatis, & usq; quo confirmetur, & crescat eius uirtus, & fiat conueniens ad digerendum cibum fortem solidum. Et ipsa est corpus compositum ex venis, & arterijs, & neruis, inter quæ existit uacuitas, quam caro replet glandosa, cui non est sensus, albi coloris, & propter suam albedinem, quando assimilatur ei sãguis, albificatur illud, quod nutrit ipsam, & albificatur illud, quod superfluit ab ea, & fit lac. Et eius quidem comparatio ad lac generatum ex sanguine, est comparatio hepatis ad sanguinem generatum ex chylo, in hoc, quod unumquodque conuertit humiditatem ad similitudinem suam in natura, & colore. Nam hepar rubificat chylum album, & facit ipsum sanguinem. Et mammilla albificat sanguinem rubeum, & facit ipsum lac. Et uenæ quidem, & arteriæ, & nerui positi in substantia mammillæ ramificantur in ea, usque ad partes uillosas, & habent in ea reuolutiones, & circuitiones plurimas. Communitas autem mammillę cum matrice in uenis inter eas contextis, est res, quam iam sciuisti in anatomia venarum.

ANNOTATIONES.

De mammarum substantia & usu habes ex Aristot. 4. de partib. animal. & Gal. 7. de usu part. & 14. Discrepare tamen ij inter se uidentur. quum enim uterque in eo conueniat, mammillas & lacti generando, & tuendo cordi esse procreatas in pectore, Aristot. priorem usum cordis tutelam putat, Galenus uero lactis generationem. Verum certum est mammillas lacti præsertim gignendo esse institutas, neque id negarit Arist. primarium ipsarum esse munus. Sed quod in pectore sint, non alibi constitutæ, tuendi cordis gratia præsertim est, non gignendi lactis. quum alioqui ubicunque fuerint, si etiam ad imum uentrem, ut in quadrupedum fere genere est, excepto elephante, & paucis quibusdam, nihil referat.

cap. 10. Cap. vlt. cap. 4.

De exuberatione lactis. Cap. 2.

SCias, quòd lac multiplicatur multiplicatione sanguinis boni, & quando minoratur, tunc causa eius est [a] † [ ] diminutio causarũ sanguinis: aut [b] [penuria] bonitatis eius. Et causa in paruitate sanguinis, aut est ex parte materiei, aut ex parte complexionis. Et illa, quę est ex causa materiei, est, quoniam est cibus paucus, aut est contrarius generationi sanguinis ab eo. propter siccitatem suam, & frigiditatem superfluam, Aut est iam conuersus ad partem aliam, scilicet fluxus sanguinis, aut apostematis, aut aliorum. Ex parte uerò complexionis, quoniam est complexio corporis, [c] [aut mammillę,] exsiccans humiditatem, [d] [cuius passione] non generatur ex ea sanguis; aut propter superfluitatem aquositatis eius, & elongationem eius ab ęqualitate conueniente sanguinea, aut aliud. Sed causa, quæ [e] [consumit substantiam] sanguinis, & corrumpit illud, quod generatur ex ea, (quare non est cõueniens, ut generetur ex substantia lactis, quum lac non generetur nisi ex sanguine bono,) est dominiũ unius humorum trium, choleræ, aut phlegmatis, aut melancholiæ. & declaratio quidem choleræ est in citrinitate coloris lactis, & subtilitate eius, & acuitate ipsius. Et phlegma declaratur in uehementia albedinis eius, & aquositatis ipsius, & declinatione eius ad acetositatem in odore, & sapore suo. Et melancholia in vehementia spissitudinis eius, & paucitate ipsius. [f] [Et multitudo fortitudinis eius] non elongatur, quin sit, [g] [ideo quod] sanguis propter uehementiã multitudinis suæ [h] [inobedit] operationi naturæ; quare non patitur ab ea, & accidit naturæ defectus in conuertendo illum, propter coarctationem, quam fecit ipsi; & hoc est ex eis quorum signa non sunt [i] [defecta.] [k] [Et quandoq; accidit ex exsiccatione lactis, & spermatis, ut egrediantur secundum filũ;] quare fit sanguis, quãuis fit exuberans non laudabilis substantiæ, neque conueniens ad hoc, ut generetur ex eo lac [l] [naturale.] Et est illud, quod generatur ex eo, de lacte illaudabile. Et postquam iam sciuisti causam; tunc tu prouidus es in modis abscindendi eam. [m] † [ ]

a † B. aliqua.
b B. priuatio.
c —— B.
d B. Alia litera. cibi quare. Alia litera. aut est cóplexio humectans eã quare.
e B. priuat bonitatem.
f B. & multitudine fortitudinis eius. Alia litera. & ponticitate eius, &
g —— B.
h B. inobediẽs.
i B. Alia litera. occulta. Alia litera.
k —— B.
l B. exuberans.
m † B. Et quandoq. accidit ex exsiccatione lactis, & spermatis, ut egrediatur sicut filum.

Et scias, quod omne, quod exuberare facit sperma, exuberare facit in pluribus corporibus lac, sicut [n] [semen lactucæ,] & semen papaueris, & vber capræ, & ouis & similia: queadmodum illud quod exsiccat sperma, & minorat ipsum, & prohibet generationẽ eius, minorat lac etiam, sicut semen cãnabis. Et quum causa in paucitate lactis est paucitas cibi, multiplica cibum, & fac [o] [delectari ĩ ipso,] & fac ut ipse sit ex genere calidi & humidi, laudabilis chymi. Et quando est causa corruptio cibi, rectifica ipsum, & reduc eum ad genus prædictum. Et quando causa est multitudo exercitij, minora ipsum, & fac [p] [delectari.] Et si causa in ipso est paucitas, sanguinis propter fluxum sanguinis, & similia, retine ipsum, & si ipsius fluxus est in inferioribus, [q] † [ ] ad superiora & si est eius fluxus in superiorib. ad inferiora. Quod si eius causa est corruptio cõplexionis purę, po-

n B. tuderi.
o B. ut quiescat post ipsum.
p B. ipsum quiescere.
q † B. Alia litera trahet ipsum.

ne cibos oppositos illi complexioni, cum essentia exuberationis chymi. Et si fuerit causa humor corruptus, dominans; euacua cũ eo, quod oportet, in omni humore, & pone cibum mulierum cholericę complexionis illud, quod declinat ad frigiditatem. Et ex eis, quæ conferunt eis, est aqua [r] [hordei] cum iuleb: & etiam seminis [s] [citrulorum pugillus, & semen cucumeris,] & acceptio cerebellorum, & potus lactis vaccini, & caprini, & pisces aradradri, & caro hœdina, & gallinacea impinguata; & sorbitiones factæ ex Kisch hordei cum lacte, & ius maluarum hortulanarum. Et pone regimen earũ, quę sunt phlegmaticæ complexionis, ex cibis, & medicinis, in quibus est calefactio in primo, & secundo, cum humectatione, aut pauca exsiccatione, & ex hoc quidem genere, sunt [t] [panis &] bautię [u] † [ ] & fœniculus, & anethum, & apium humidum, & [x] [macis, & proprie humidæ] absque sicco: quoniam est calefactiuum, & exsiccatiuum. Et sorbitiones factæ ex farina tritici cũ fœnugreco, & fœniculo. & quando lac egreditur filosum propter grossitudinem suam, & siccitatem suam; tunc cura est embrochatio cum eo, quod humectat valde, & acceptio humectantium: & similiter in spermate, & intende regimen [y] † [ ] complexionis secundum medicinas & cibos, in quibus est superfluitas calefactionis propinqua ei, quod diximus, & humectatio vltima. Et cognoscas etiam genus melancholię dominantis, & rege secundum ipsum, & ex medicinis quidẽ temperatis facientibus lac exuberare, est, vt sumantur [z] [de selel apum.] xxx. drach. & de folijs fœnic. xx. drach. & de sasfasa. xv. drach. & de tritico [a] [fracto. xxv. drach.] & de ciceribus excorticatis, & hordeo albo contrito, ęqualiter; de vnoquoque xviij. drach. ficus magnæ. x. numero, & omnia bulliant in xxx. lib. aquę, vsq; quo redeant ad ix. lib. & minus, & fit, quod inde bibitur v. vnc. cum s. vnc. olei amygdalini dulcis, & vnc. j. & s. zuccari [b] [scilimiu.] Et pisces [c] [salti] sunt ex eis, qui faciũt exuberare lac. Et ex medicinis faciẽtibus lac exuberare, est ut sumatur farina sisami, & dissoluatur in uino puro, & coletur, & bibatur colatura eius, & emplastretur ex fęce ipsius mammilla. Et etiam sumatur ex interioribus melongię pondus medij Kaficij, & elixes in aqua uehementer, donec etiam dissoluatur: deinde commoueatur uehementer, & coletur, & accipiatur de colatura eius, & ponatur super ipsam vnc. j. butyri, & bibatur, aut sumatur infusio ciceris, & bibatur in ieiunio diebus continuis, & proprie sit eius infusio in lacte, & aqua hordei cum melle, aut iuleb. Aut sumantur seminis fasfasa pars j. et cicerellæ partes duæ, cuius positio sit kermet vnum cum aqua calida, Aut sumantur in potu [d] [de pilulis nardinis] drach. ij. cum uino, et ex medicinis quidem boni est, vt sumatur butyri vaccini vnc. j. & vini cadus magnus, detur ad bibendum in ieiuno, et rami, [e] [papaueris rufi] & folia eius decocta cum tritura hordei, sumpta sorbendo. Aut sumantur raphanus, & furfur, & bulliant in uino. & coletur uinum illud, et bibatur. Aut sumatur semen papaueris assum cum sauich, æqualibus partibus cum oxymelle, aut rob, postquam infusa fuerit in quolibet eorum tribus diebus. Nam illud est melius. Et quandoque in potu detur nigella cum aqua mellis, aut sumatur seminis anethi, et seminis porri, et seminis andacochæ omnium an. unc. j. et seminis fœnugræci, et seminis fasfasa partes æquales, misceantur cum succo fœniculi, et bibantur, et si misceantur cum melle et butyro, est melius.

r — B. ss. papaueris, & et seminis cucumeris pugillus unus & fœniculi.

t — . B.

u † B. eruca.

x B. alsenneriũ alias semurium propriè humidum.

y † B. melãcholice.

z B. sela uel sesel alnachel. i. ex melle dactylorum. Alia litera. ex melle apum

a B. cõtrito. 3. xv.

b B. selimani.

c B. boni.

d B. ex granis. alben.

e B. alsachichaš nemam.

ANNOTATIONES.

De lactis exuberatione uel penuria pete Gal. 5. de simpl. med. fac. & Hipp. lib. de natura muliebri, & de morbis muliebr. Vide & Paulum li. 1. de laudatiss. & uitiato lacte. Vnum hic author scribit, quod uidetur paulo difficilius, quum ait [Et scias quòd omne qđ exuperare facit sperma, exuberare facit in pluribus corporibus lac & c.] Vitex profectò Dioscoridis testimonio li. 1. lactis abundantiam facit. Idem tamen, semen non solum non auget, sed imminuit, ac veneris impetum cohibet. Cæterum dici fortaße poterit, uiticem multo, uel frequenti usu semen extinguere, nempe sui caliditate & siccitate, quæ & seminis & lactis generationi inimicum est: at, si moderate & rarò sumatur, fortasse suarum partium tenuitate sanguinem ad mammas uberiorem aduehit, atque dum etiam simul sui caliditate coctionem adiuuat, lactis copiam parat. cap. 11. cap. 3. & 4.

De minoratione lactis, & prohibitione exuberationis eius superfluæ. Cap. 3.

LAc quando superfluit plurimum, nocet, et apostemat, et affert etiam ęgritudines. Et quandoque aggregatur lac in mammilla absq; prægnatione, et proprie quãdo retinentur mẽstrua. [a] [Conuertitur]. n. materia, quæ non inuenit virtutem expellendi per matricem, propter paruitatem ipsius, et peruenit in ubere, et fit lac. Et quandoque aggregatur in corporib. virorum, et proprie in puberibus, ita ut rotundentur mammillæ ipsorum. Et tu quidem iam sciuisti in his, quorum tibi iam præterita est rememoratio, causas paruitatis lactis. Et illud qđ in ea plus attenditur: est omne quod exsiccat vehementia suæ siccitatis: aut uehementia resolutionis suæ, et calefactionis, et omnia quę infrigidant etiam, et humectantia, quę sunt uehementis humectationis, [b] † [ ] etiam minorant sanguinem phlegmaticorum. Et omnes medicinę minorantes sperma, sunt minorantes lac. Illę autem, quæ ex eis sunt frigidæ, sunt sicut [c] [semen papaueris,] et lentes, et [d] [alkasil] cum aceto, et ex eis, quæ liniuntur, sunt succus arboris psyllij: et mucillago eius [e] [quæ retinent et stupefaciunt, est] farina fabarũ cũ oleo ros. et aceto. Calidæ uerò sunt, sicut ruta, et semen eius, et propriè ruta montana, et sicut [f] [alselemenuschi] et semen eius. Et dosis eius ultima est usque ad drach. ij. Et illud quod uerius est de re albedarungi est, quod ipsum minorat lac, quamuis dicant quidam, quod facit exuberare, et cyminũ propriè montanum exsiccat lac etiam, et etiam ut ex eo fiat epithema cum aceto, et ex epithematib. calidis est illud, quod fit de ammoniaco et uino. Epithema bonum sumantur radices caulium, et terantur, et fiat ex eis emplastrum. Aut sumatur

a B. Reuertitur.

b † B. aquosæ.

c † B. lactuca & semen eius.

d B. alchafasil.

e B. & lactuca & similia. Et

f B. alsengis chast.

matur farina lentium, et fabarum, et crocus, et nux eadem, & sal, & fiat ex eis epithema cum aqua frigida. Et etiam fiat linimentum cum succo fœnugræci: aut cum lacca, & lithargyrio & oleo rof. Et ex eis, quæ procedunt cursu proprietatis, est ut liniatur mammilla cum cancro marino cõtrito, aut cũ cancro fluuiali adusto.

ANNOTATIONES.

Aphor. 39. cap. 12.

Lac ex suppressis mensibus gigni testatur & Hipp. 5. aph. Quòd item quãdoque etiam in uiris & puberibus lac gignatur, testatur Arist. 1. de hist. animal. id & nos ipsos uidisse quandoque meminimus. Quomodo uero imminuenda sit lactis exuperantia, pete etiam ex Gal. 5. de simpl. med. fac.

cap. 21.

De caseatione lactis in mammilla. Cap. 4.

QVandoque lac caseatur in mammilla propter caliditatem exsiccatiuam. Et quandoque caseatur propter frigiditatem congelatiuam. Et tu quidem scis ex eis, quorum rememoratio tibi prçterijt, significata cuiusque harum duarum rerum. Medicinæ autem prohibitiuç caseationis, sunt linimentum factum cũ cera in quibusdam oleis subtiliatiuis, sicut oleum alkeiri, & oleum de menta, & similia. & epithema cum menta trita [a] [factum in modum panis.] Et epithema calidum factum ex cerato, & ex mucillaginibus frigidis, & cera colata; & coriandum humidum, & portulaca, ual de iuuatiua sunt in hoc emplastrata. & ex medicinis resoluentibus caseationem calidam, est acetum uini conquassatum cum oleo rof. & calefactum, linitum desuper, aut folia solatri contrita, quibus fiant emplastrum: aut folia alkekengi, & folia solatri, & folia caulis: aut succus eorum, & propriè quando cum eis misceãtur myrrha, & crocus. Et iterum acetum uini, & oleum uiol. & parum fœnugreci, & sumantur, & fiat ex eis epithema. Et ex medicinis resoluentibus caseationem frigidam, est assiduatio embrochationis cum aqua, [b] † [ ] Et prohibent [c] [eius saniositatem, fœniculum, & semen fœniculi, & omnes species,] quæ prouocant lac, quæ sũt de eis, in quibus coquitur anethum, & chamęmilla, & balsamita, & fœnugræcum, & abrotanum, & castoreum. Et ex oleis, oleum de lilio, & oleum narcissinum, & oleũ de costo. Et ex medicinis temperatis bonis est, ut sumatur panis de simila, & farina hordei, & eruca, & fœnugræcum, & hybiscus, & semen lini contritum, de unoquoque quantum una manus clausa tenet, & fiat ex eis emplastrum. Et ex eis quidẽ, quç conferunt apostemationi post caseationẽ, est ut supponatur spõgia infusa aqua & aceto tepidis, aut [d] [myrrha] cũ pane, aggregẽtur cũ aqua & aceto & menta & cũ aceto pane est bõa. Et marchasita cõtrita sicut pulvis cum oleo rof. & albumine oui. Et ex eis, quç aperiunt oppilationem lactis in mammilla, est ut liniatur cum caratim, aut ex myrrha cum aqua calamenthi, & anisi, & ex farina ciceris; & folijs lauri, & semine apij, & cymino Nabati, & cardamomo cum aqua uirgę pastoris, & similiter aqua † siclæ, & triticum cum nigella, & e-

a B. & lac aceto sũ, & epithema super calidã cũ cerato ex mucilaginibus. Alia litera . in medũ pastæ vel iusculi densi.

b † B. calida.
c B. ab ea comestio fœniculi, & oẽs medicinæ,

d B. dactyli.

† betæ.

tiam thus cum felle bouis: aut sumatur mel storacis [e] [calamitæ,] & misceantur cum oleo uiol. & fricando inungatur ex eo mammilla: quoniam resoluuntur cum eo caseatio & apostema. Et sorbeatur aqua caulium; quoniã est iuuatiua ad hoc.

e B. liquidæ.

De congelatione lactis in mammilla, & putrefactione eius, & extensione eius, quæ accidit ei [a] [ex ægritudine.] Cap. 5.

a B. & contusione ei accidente.

SVmatur sicla, & decoquatur tandiu, donec dissoluatur. Deinde coniungatur cũ medulla panis, & farina fabarum, & oleo sisamino, & superponatur. Aut emplastretur cum pane, & herba, quæ nominatur herdikies humida cum cera & oleo rof. aut [b] [cera cum aqua & oleo,] cum melle & uino, aut rob: iteretur emplastrũ cum quocunque fuerit in die bis, aut ter. Et similiter sisamum cum melle, [c] [aut butyro.] Et si misceatur cum eo farina tritici cũ furfure, aut farina fabarum, est iuuatiuum. Euaporatio cum aqua calida & inclinatio mammillæ super uaporem eius, & propriè quãdo in ea decoquitur semen lini, & fœnugræcum, & hybiscus, & semen, [d] [cucumeris] & chamęmilla, & embrochatio cum ea, est iuuatiua ei, quæ non tolerat grauedinem emplastri Quòd si accidat cum hoc [e] [ægritudo,] iuuatur cum hoc emplastro. sumantur mes, & interiora passarum, & conterantur, & cõficiantur cum aqua [f] [& sidre, & aqua alhetil.] Et quando caseatur in mammilla sanguis, assiduetur eius inunctio cum oleo uiol. deindè fundatur super ipsam aqua calida, deinde emplastretur cũ emplastris prædictis in principio huiusmodi capituli.

b B. panis & aqua & oleum.
c B. & sisamum & butyrum, & mel.
d B. eius.
e B. contusio.
f B. cupressi, & alatel.

ANNOTATIONES.

Lactis concretio, quam caseationem uocant, propriè a calido fit, nempe a coagulo quod natura calidum est, ut testatur Auer. 5. Coll. & ante hunc Arist. 3. de hist. animal ubi coagulum, ait, lac esse ignem intra se habens. Quare, quum a frigido lac condẽsatur, ut hic ait, congelatio potius est, quàm coagulatio. Docet Arist. 4. meteor. quæ sunt aquæ species, concrescere a frigido fugante uidelicet, & exprimente calidum, quod in re erat. cum calore uero etiam humidum simul exprimitur, & res sicca remanet. At, quæ plus terrę habent, in ijs à calido cõncretio fit humidũ educente. si uerò quid mistam naturam habeat, id & a calido, & frigido concrescit. Quod ad hunc locum pertinet de mammillarum affectibus, pete Paulum. lib. 3.

cap 47. cap. 21. cap. 30. cap. 35.

De apostematibus calidis mammillæ, & doloribus loci mammillarum. Cap. 6.

IN principio quidem eorum [a] [administrentur repercussiua cognita in hac cura:] & misceatur cum eis parum de subtiliatiuis. & illud quidem est, sicut uaporatio cum aceto uini, cũ aqua calida, aut pauco oleo rof. [b] [&] farina fabarum cum oxymelle, & folia solatri cum oleo rof. & quando pertranseunt initium parumper, curentur cum emplastris dictis in capitulo extensionis, & congelationis sanguinis & ex eis, quæ sunt bona ultimè, est ut sumantur farina fabarum, & melilotum contrita, & oleum

a B. administratio repercussiuorũ notorum est eorum curatio.
b B. aut.

oleum sisaminum,& fiat ex eis epithema cum aqua dulci. Et iterum panis contritus,& farina hordei,& fabarum,[c] [& assa foetida] & foenugræcum,& hybiscus,& vitellus oui,& crocus , & myrrha:sumantur,& fiat ex eis emplastrum & etiam fiat epithema ex semine lini [d] † [ ]cum aceto. Et multoties quidem resoluitur [e] [sirsen] ad apostema mammillare, & est locus vbi timetur pleuresis . quare ingenia , vt aggreges psyllium , & pone ipsum super caput apostemosum, non in circuitu ipsius . Et pone in circuitu inferiorum eius [f] [adog ;] & non vapores in principio doloris,ne resoluatur subtile,& remaneat grossum, quoniam est error . Et quando dolet caput mammillę, fiat phlebotomia,& embrochetur cum eis, quæ sunt sicut sandali,& acacia,ita vt non accidat cancer.

c — B.
d † B. contrito.
e B. birsen.
f B. repercussiua.

ANNOTATIONES.

Mammarum inflammationes cætera cum reliquis inflammationibus ad curationem communia habent, uno excepto,quod,& si initio repellendum est,id tamen caute agendum, cauendumq́, ne ad princeps membrum, cor.s.ipsum,materia refluat . utendumq́, propterea ijs est,quæ non insigniter repellant. Adde,quum mammæ frigida constent substantia ut 5.aph.Gal.asserit,cauenda quæ actu frigidiora sunt, nempe,ne plus iusto contenti in mammis humores craßescant,& coctioni rebelles euadant , ac demum ne imbecillus earum calor extinguatur,ac ad cancrũ ueniant qui morbus facillime locorum omnium has apprehendit , Celsi testimonio.

Aphor. 39.

De apostematibus frigidis phlegmaticis mammillę. Cap. 7.

Confert eis,vt teratur apium, & ponatur super ea,aut chamæmilla.

De duritie mammillæ,& nodis,& glandulis,& quod accidit ei ex circuitione papillæ, maximè apud pubertatem. Cap. 8.

SI autem declinat apostema apparens in mammilla ad duritiem,tunc ex eis,quæ conferũt in principio,est vt emplastretur cum rizi infuso in vino: aut [a] [commisto] cum cerato facto ex oleo uiolaceo & uitello oui:& dragacantho, & si apostema fiat durum, liniatur cum cerato facto ex oleo ros. & alkitran & aqua [b] [camphorata.] Et quandóque ponitur in ipso fel bouis. Et quandoque medicatur cum folijs gallarum,& oleo. Et ex eis,quæ conferunt, est fæx uini decocti veteris:aut fæx aceti,ex qua liniatur. Nodorum autem,& glandularum in ipsa melius medicamen est , ut sumantur folia persici humida,& folia rutæ humida , & conterantur simul,& cum eis fiat emplastrum . quod si illud est residuum a circuitione papillæ puellaris,aut est accidens post illam,& inobediens,vt medicinę resolutionem faciant in ipso , tunc necessarium est ut perforetur tãtum,donec consequatur pinguedo, deinde extrahatur,& suatur.

a B. inungatur.
b B. camphoræ

De dubellati in mammilla. Cap. 9.

QVando accidit mammillæ apostema faciens collectionẽ,tunc ex medicinis bonis in maturatione eius est, vt sumantur seminis lini,& sisami,& radicis lilij , & storacis ; & stercoris caprini,& stercoris colũbini, & nitri, & gummę pini partes æquales, secundum q̃ necessarium facit testimonium , & fiat inde linimentum cum oleo siragi,& oleo de alkeiri , & medulla cruris vaccini,& si vis,pone ĩ ipso rob quod si indiges perforatione,fac.

De ulceribus,& corrosionibus in mammilla. Cap. 10.

SVmatur vini pontici pondus.xx.lib. & ponatur in ipso de samach [a] [tinctorum.] lib. j. & de gallis immaturis.li.s.& de casia lignea media.lib.de nucibus cupressi. lib. j. infundatur in uino [b] † [ ] & dimittatur.xx. diebus : deinde decoquatur cum lignis cupressi,& cõmoueantur donec minuatur medietas, deinde [c] [commoueantur] fortiter.& colentur,& reducatur ad ignem , & [d] [calefiat ,] sitque ille ignis leuis ualde,& reseruetur in uitriata,& est bonum omnibus ulceribus , quæ accidunt in membris mollibus sicut sunt os, & lingua , & alia,& prohibet corrosionem.[e] † [ ] Et ex eis,quę conseruant mammillam paruam, aut coarctatam,& prohibent eam a casu,& prohibent etiam testiculos puerorum magnificari,sunt ista.s.[f] [ut minoretur introitus balnei. Et similiter pueri sumant] cerusæ, & chimoleæ amborum ana.pondus.drach.ij.conficiantur cum [g] [aqua] seminis hyusquiami albi , & misceantur cum aliquatulo oleo masticino , & fiat ex eis linimentum , & assiduetur super ipsũ pãnus lineus,infusus aqua gallarum infrigidata,& propriè quando sunt mollificati. Et iterũ experimentum mulierum, liniantur super eos lutum [h] [hartum]& mel:quòd si ponatur in ipsa opium,& panis cum aceto,erit fortius . aut sumatur luti [i] [harti] pondus.drac.xx.& [k] [hyusquiami] pondus . drach. ij. & fiat ex eis epithema cum aceto: Aut sumãtur lutum samios, & acacia,& cerusa,& liniantur cum succo arboris hyusquiami:Aut sumantur thus,& [l] [cochleæ marinæ] & farina hordei,& conficiantur cum forti aceto ualde,& liniatur cum eis mãmilla tribus diebus, aut quatuor:aut sumantur oua alcubugi [m] † [ ] & storax, & [n] [chimolea] & liniantur cum aqua psyllij, aut liniantur cum herba huyusquiami,sicut est:teratur,& coniungatur cum aceto,& dimittatur tribus diebus,& quando uult,ut leniatur,ponatur desuper spongia infusa in aqua & aceto . Aut sumantur succi [o] [hypocistidos] & corticum granatorum, & plumbi usti cum sulphure omnium ana.quasi drach.iij.aluminis iameni, cerusæ, plumbi,lentium adustarum , omnium an.drach. j. limaciarum adustarum,abrotani,omnium ana.drach.iij.conficiantur cum aqua plantaginis & liniãtur:Aut sumatur cyminum album cum cępe lilij,& melle,& aqua , & dimittatur super mammillã tribus diebus: aut sumatur ammoniacum & [p] [hyusquiamũ] & põnatur super eam trib. diebus,et [q] [hyusquiamum] solum.ix.diebus.Et ex eis, quæ sine certitudine experimenti dicuntur in hoc capitulo,est,ut liniatur cum sanguine [r] [testiculi porcini] aut sanguine critij,aut sãguine testudinis aut

a B. aldebagin.
b † B. post eorũ contusionem.
c B. confricentur.
d B. inspissetur.
e † B. rectificat ipsam.
f B. de illis quæ conseruant mãmillam paruam & solidã & prohibent eã a mollificatione & a casu,& ꝓhibẽt etiã testiculos puerorum magnificari.
f B. ille quæ uolunt conseruare mam̃illas suas solidas minorẽt introitum balnei & similiter pueri. Deinde sumatur.
g B. emulsione.
h B. alhar.
i B. alhar.
k B alsucharan
l B. udha.
m † B. & uiride ęris.
n B. climia.
o B. altarathit.
p B. alsucharan
q B. alsucharan
r B. Alia litera. virgę porci.

aut sumantur oleum, & alumen contritum sicut alcohol, & ponantur in mortario de plumbo, & moueantur tandiu, donec in ipso resoluatur plumbum, & assidue fiat inunctio cum eo, & similiter lutum [s] [alharatum] & gallæ immaturæ, aggregentur cum melle, & liniantur cum eis.

s B. alhar.

FEN TERTIADECIMA

De † meri, & stomacho, & dispositionibus amborum.

† gula.

TRACTATVS I.

De dispositionibus † meri, & stomachi.

† gulæ.

De anatomia † meri, & stomachi. Cap. I.

† gulæ.

MEri quidem est compositum ex carne, & tunicis pannicularibus [a] [planis] uillos habentibus longitudinales, ut per eos facilis fiat attractio deglutitione. Nã tu scis, quòd attractio non perficitur nisi uillis longitudinalibus, quum contrahuntur, & tegit ipsum exterius panniculus uillos habens latitudinales, ut per eos facilis fiat expulsio ad illud, quod subtus est. Scias enim quòd expulsio non peruenit nisi per uillos latitudinales, & in ipso est carnositas manifesta. Et operatione quidem duarum tunicarum simul completur deglutitio. s. per id quod attrahit uillus eius, & per id, quod exprimit uillus eius. Quandoque autem difficilis fit deglutitio eius, cuius scinditur meri in longitudine, ita ut priuetur attractio [b] [adiuuans ad uomitum humoris.] Et uomitus quidem completur cum tunica extrinseca sola, qua propter est difficilis. Et locus quidem eius est super spõdyles, quę sunt in collo secundum rectitudinẽ, in custodia & tutela, et descendit cum eo par neruorum ex cerebro. Et quando est in directo spondylis quartæ, quæ est ex spondylibus dorsi pertingentibus pectori, deinde pertrãsit ipsam, recedit parumper ad dexteram dilatando locũ venæ uenientis a corde, deinde descendit super spondyles viij. residuas, ita quòd quando peruenit ad uelamen, ligatur eo ligamine, quod subleuat ipsum parumper, ut non comprimat id, qđ comitatur ipsum ex uena magna, & ut sit descẽsus neruorum cum eo secundum [c] [gradationem] securando ipsum a nocumento extensionis rectæ, apud grauitatem aduenientem stomacho. Quumque pertransit uelamen, declinat iterum ad sinistram, secundum quòd declinauit dexteram. Et ille quidem redditus ad sinistram, est quum pertransit spondylem x. usque ad xj. et xij. Deinde dilatatur post penetrationem in uelamine, et ampliatur mediando [d] [obuiando ori] stomachi. Et post meri est corpus stomachi [e] [contextum:] et creata est intrinseca pars meri amplior, et magis spissa primo intestino, quoniam est transitus durioris. et intrinseca pars stomachi est media. [f] [Et illud, quod in ipso est leuius, est] apud os stomachi. deinde in intestino est [g] [leuius.] et non uestitur interior pars eius panniculo extenso usque ad postremum stomachi, adueniente ei pãniculo tegente os, nisi vt attractio sit continua,

† gula.
a B. intrinsece.

b B. ita ut priuetur attractio, quæ adiuuatur in descensione cibi Alia litera. meri in longitudine in tẽpore, quo priuatur attractio, quæ adiuuatur ad descensionem, uel ad declinationẽ inferius.

c B. tortuositatem vel reuolutionem.

d B Alia litera. figurãdo os stomachi. Alia litera. & extẽditur ampliando, & obuiando.
e B. Alia litera. dilatatum.
f B. & est lenior.
g B. lenior.

et ut adiuuet ad subleuandum epiglottim ad superiora, quum fit deglutitio, cum extẽsione meri ad inferiora. et quum verificaueris, inuenies quod meri est pars stomachi [h] [continua ei,] cũ gradatione. Et eius quidem tunicæ sunt [i] † [ ] tunicę stomachi, quarum magis intrinseca, est magis similis panniculis, et [k] † [ ] ad longitudinem: et magis extrinseca ambarum est carnosa, grossa, latitudinales habens uillos, uerùm est plus carnosa ea, quę est stomachi: sed est ex ea, et in situ eius, et cõtinuatione ipsius. Primum autem intestinum non est pars stomachi, imo est res cõtinua ei ex proximo. Et propter hoc non gradatur ei constrictio, neque tunicę eius sunt sicut tunicę stomachi. Nam substantia [l] [meri] similior est lacerto, et substantia stomachi similior est neruis. et [m] [rotundatur] pars stomachi, ubi continuatur cum eo meri, et obuiat velamini, et ampliatur inferius, quoniam locus, in quo moratur cibus est inferior, quare oportet ut sit amplior. Et factus est rotundus propter illud, quod scitur de iuuamento eius, [n] [dilatatur] in posterioribus sui, ut bona fiat ipsius obuiatio dorsi. Et est ex duabus tunicis, quarum interior longitudinales habet uillos, propter illud quod scitur de necessitate attractionis, et propter hoc contrahitur stomachus, quum fit deglutitio, et eleuatur epiglottis. Et extrinseca habet uillos latitudinales propter illud, quod scis de necessitate expulsionis. Et non positi sunt uilli expulsiui extrinseci, nisi quoniam attractio est prima operationũ eius, et propinquior ei. Deinde expulsio aduenit post illud, et completur propter expulsionem [o] [continuam] in toto uase, ut expellatur quod in ipso est: et permiscentur tunicę intrinsecę uilli transuersales, ut adiuuent ad retentionem faciendam, et positi sunt in [p] [attractione, non in expulsione,] quare non commiscentur tunicę extrinsecę. Et separatus est ab eis meri, quum non sit ad retinendum. Et tota tunica eius [q] [extrinseca] obuiat corporibus spissis. [r] [Intrinsecę uero pars concaua] est plus carnosa, et calidior, ut sit plus digerens. et os eius est neruosum plus, ut sit uehementius sensibile. Et aduenit ei ex neruis cerebri ramus, acquirere ipsum faciens sensum, ut percipiat famem et diminutionem. Et illo quidem non indigent reliqua, quæ sũt post os stomachi: et stomachus non indiguit sensu, nisi quia eget, vt excitet ipsum, quando uacuus est [s] † [ ] a cibo. Nam quum extremitas prima est sensibilis, acquirens nutrimẽtum sibi ipsi et alijs, non eget illud qđ est post ipsam illo, quoniam illa sufficiens est ad deferendum onus alterius. Et iste quidẽ neruus descendit ab alto reuolutus super meri, et inuoluitur super ipsum una ĩuolutione, quum est propinquus stomacho, deinde continuatur stomacho. Et loco stomachi uehemẽtioris gibbositatis superponitur uena magna procedens in longitudine ipsius, et mandat ei ramos plurimos, qui cum eo ligantur, et diuiduntur in ramos subtiles, constituti in ordine uno. et adhęret ei arteria similiter, et procedit ex arteria, sicut illud, et innititur unaquęque earum super [t] [reflexionem] † siphac, et contexitur ex summa earum zirbus secundum quod narrabo.

h B. Alia litera. q̃ dilatatur ad ipsum.
i † B. sicut.
k † B. eius villi declinant.
l B. Alia litera. intestini.
m B. pyramidalis figuræ fit.
n B. planus.
o B. successiuá.
p B. attractiuis nõ ĩ expulsiuis.
q B. Alia litera. intrinseca ẽ neruosa quoniam.
r B. extrinseca verò pars fundi eius.
s † B. Alia litera. venter.
t B. plicationes.

Et stomachus quidem digerit caliditate, quæ est in carne sua innata, & caliditatibus alijs, acquisitis a corporibus vicinantibus ei. Hepar. n. superponitur dextro eius desuper: & illud ideo quoniam illic rotundatur: & fit eius superpositio bona. & splen sternitur sub eo a sinistro, elõgatus parumper a velamine [u] [capiens in ipso.] Nã si superponeretur ipse & hepar simul vna superpositione, grauaret illud super stomachũ. Electum est igitur, vt superponatur hepar taliter, quatenus comprehendat ipsum additionibus extẽsis, sicut digiti, & substernatur splẽ subtus. Et cum hoc est hepar magnum valde, secundum comparationem factam ad splenem, propter necessitatem suæ magnitudinis: & quomodo non? quum splen non sit receptaculũ [x] [nisi vnius superfluitatum] eius. Consequens ergo est, vt declinet caput stomachi ad sinistram, amplificando locum hepati, & coangustet locum sinistrum: Et declinet eius inferior pars ad spatium, quod euacuauit hepar subtus: & dilatet etiam locum spleni a sinistra, & desubtus. Posita est ergo nobilior duarum partium, & est superior & dextra, hepati: & vilior earum opposita eis, spleni, hoc est sinistra. Et [y] [additum est in eo ab interioribus, zirbum extensum] super ipsum, & super omnia intestina hominũ propric, propterea quòd sunt magis egentes adiutorio digestionis propter debilitatem virtutũ ipsorum digestiuarum, secundum comparationem ad alia: & [z] [factum est spissum] vt comprehendat caliditatem; & [a] [subtile vt leuietur eius adeps. Fit ergo conseruatiuum] caliditatis [b] † [ ] ab anterioribus. Adeps. enim eius recipit caliditatem valde, & conseruat eam propter viscositatem suam pinguem. Et super zirbum panniculare est † siphac nominatum [c] [berbetinem.] Et super ipsum est † mirach, & lacerti ventris pingues oẽs. Et istę duæ tunicæ coniunctæ sunt in supremo ambarum apud velamẽ; & separatæ ab inferiori parte earum. Et a posteriorib. dorsi extenditur vena pulsatilis, magna, super ipsũ, calida propter multitudinẽ caliditatis sui spiritus, & sanguinis sui. Et associatur ei vena magna calida, propter caliditatem multitudinis sui sanguinis. Et siphac quidem ex summa horum, est panniculus primus, qui comprehendit viscera omnia nutritiua. Ipsum enim tegit ea, & declinat ad interiora, & aggregatur apud dorsum a [d] [latere suo,] & continuatur velamini a superiori parte sui, & cõtinuatur inferius vesicæ, & duobus ilijs ab inferiori parte sui. Et illic adueniũt ei duo foramina, apud duo inguina, quæ sunt duæ uię, in quibus penetrant venæ, & suspensoria, & quum dilatantur, descendunt per ea intestina. Et iuuamenta quidem eius sunt, tutamen illorum viscerum, & distinctio inter intestina, & lacertum mirach, vt non cooperiat ea, et nõ conturbentur eorum operationes. Et communicant ei etiam [e] [illa, quę sunt in ventre nota] & in tunica extrinseca, quæ est mirach, sunt iuuamenta. [f] [Cum eis enim exprimit stomachus per motum lacerti cũ eo, & per hoc quòd ipse mouet eum.] Extenditur ergo totum super uasa, de quibus sunt corpora, quorum proprietas est, vt expellant expressione quadam adiuuante ad expulsionem fæcis. Et similiter exprimunt vesicam, & adiuuant ad emittendam vrinam, & exprimunt ventositates inflatiuas vt exeant, quare non deficiunt intestina & adiuuant ad pariendum. Et siphach quidẽ ligat omnia viscera ad inuicem & cum dorso. Et fit eorum aggregatio firma, & est ipse cum dorso sicut res vna. Et quando continuatur velamini, & obuiant duę extremitates eius apud dorsũ, tũc ligatur illic, et ex inde est eius initium. Eius namq; initium est superfluitas descendens ex velamine ad os stomachi, et obuiat ei superfluitas [g] [eius, et quod ex ipso ascendit] ad dorsum et obuiãt sibi, et generatur illic siphac s. corpus panniculare non diuisum in villos sensibiles, imò corpus simplex in sensu, et comprehẽdit stomachum posterius a duabus tunicis, quę sũt in substantia stomachi. Et est tutamen tunicæ carnosæ, quæ est ei, et peruenit ad stomachum, et ligat ipsum cum corporibus, quę sunt a parte dorsi, et sunt ei [h] [reflexio] et ascensio, et descensio. Et illud, quod in ipso est grossius, est inferius eius, et sinistrum ipsius, et est ei tunica ex [i] [subtiliato] lacerto vẽtris cooperiens, et sub ipso vel ipsa est subtile eius, quod est [k] [rectẽ] siphac, et est vehementis subtilitatis. Et ex eo oritur panniculus, tegens pectus, et superfluit ex [l] [eius] origine siphac superfluitas a duobus lateribus, ex qua, ex qua, ex ramis duarum venarum. s. pulsatilis et non pulsatilis extensis super stomachum, texitur substantia zirbi, quę contexta est ex duabus tunicis, aut ex plurib. tunicis, secundũ loca superpositis pinguib. cooperiens stomachum, et intestina, et splenẽ, et mesaraicas [m] [inflexa] ad latus [n] [subterius.] Et [o] hoc zirbum] cum sua separatione est [p] [suspensum cum eis. s. cum hoc quod transiuit] ex stomacho, et concauitate splenis, [q] [Et loca suspẽsionis eius sunt glandulæ,] quę sunt inter venas sugentes, quę nominantur mesaraicæ, et in testinum xij. digitorum. Verum eius [r] [suspensiones] sunt paruæ, et debiles. Et quandoq; continuantur cum hepate et costis [s] † [ ] dorso leui continuatione, et istæ quidem [t] [suspensiones sunt fixiones] zirbi, et prima earum est stomachus, et zirbum istud est, sicut saccus, ĩ quo si aliquid poneretur, retineret illud. Quũ ergo verificaueris, tunc scias quòd cutis, et panniculus, qui est post ipsam, et est carnosus, et lacertus positus in tunica, quę est suprema tunicarum lacerti uentris, nota determinata, omnes sunt in summa mirach. Et tunica, quæ est infima tunicarum lacerti uentris cum panniculo subtili, quę est secundum ueritatẽ siphac est ex summa siphac, et zirbum est sicut interior pãnus siphac, et sicut exterior stomachi. Et hæc quidem corpora omnia sunt adiuuãtia in calefactione stomachi, quorum adiutorium est in defensione eius, et in inferiori parte stomachi, est foramen, cui cõtinuatur intestinum xij. digitorum, et hoc quidẽ foramen nominatur porotnarius, et est strictius foramine superiore, quoniã est transitus eius qđ digestum est et subtiliatum, et illud est transitus eius, qđ est cõtrarium ei. Et iste quidem meatus clauditur usquequo compleatur digestio, deinde aperitur quousq; cõpleatur expulsio. Et scias, quòd stomachus

u B. propter fœditatem uel uilitatem eius.

x B. cuiusdã superfluitatis.

y B. calefacit ipsum ab anteriori parte zirbus extensus.

z B. factus ẽ zirbus spissus.

a B. subtilis, ut sit leuis pĩguis, ut sit conseruatiuus.

b † B. naturalis.

† peritonæum.

c B. beriterou.

† abdomen.

d B. laterib. suis.

e B. Alia litera. panniculi qui sunt in vẽtre noti. Alia litera. lacerti qui sunt in uentre noti.

f B. qm̃ ipsa cõprimit stomachum cũ motu lacerti cum eo & cum motu sui ipsius, s. stomachi.

g B. ex ascendẽte ex eo.

h B. plicationes

i B. ex superemi nente.

k B. in ueritate.

l —— B.

m B terminata

n B. Alia litera.

o B. iste zirbus

p B. alligatus cũ eo qđ supfluit.

q B. & cũ loco arteriarũ eius & cũ glandulis. Alia litera. iste zirb. cum suam pinguedine zirbosa est alligatus cũ eo. Alia litera iste zirb. cũ sua separatione est suspẽsus suspensione stomachi. & cõ cauitate splenis

r B. alligatiões.

s † B. mendosis.

t B allegationes sunt origines.

machus nutritur tribus modis. Vnus eorum est, eius quo fouetur cibo adhuc in eo existente. Et secundus est eius quod ad ipsum venit ex nutrimento in venis prædictis in anatomia venarum. Et tertius est eius, quod ad ipsum effunditur in tempore famis vehementis ab hepate ex sanguine rubeo puro, & nutrit ipsũ, & scias, quòd antiqui, quando dicunt os stomachi, intelligunt quandoque introitum ad stomachũ. & est locus strictus, in quo nõ dilatatur aliqua partium introitus stomachi, quæ sunt post meri. & quãdoque superiorem introitum, qui est terminus cõmunis inter meri & stomachum. Et quidam homines sunt, qui nominãt ipsum [u] [alphaet,] & cor. sicut sunt quidam homines, qui faciunt currere in sermone suo os stomachi, & innuunt ad cor communicantes in nomine aut debiles in discernendo: & isti quidem sunt ualde antiqui medicorum. Hip. autẽ multoties dicit [x] [fuhed,] & significat per id os stomachi secundum suam expositionem.

u B. alfuad.

x B. fuad.

ANNOTATIONES.

Cap. 7. & 8. & deinceps. cap. 15.

De uentriculi anatome plura habes ex Galen. 4. de usu par.. multa & author lib. de animalib. 13. Dubitarit tamẽ hic quispiam. propterea quod ait Auicennas gulam (quam meri uocat) ex carne & membranosis seu pannicularibus tunicis esse compositam, id quod & Gal. 4. de usu par. At philosophus 3. de part. anima. gulam ex neruo & carne cõstare existimat. differt autem membranosum a neruoso. Verum controuersia nulla est. Ad gulam plures feruntur nerui, ut neruosa dici possit, quum tamẽ sit membranosa. Illud uero difficilius est, quod hic author postea de interna uentriculi membrana subiungit, quum ait, Et est ex duabus tunicis, quarum &c. Internam uentriculi tunicam longis fibris attractionis gratia constare asserit. id quod & Gale. 4. de usu part. Cæterum, quum trib. tunicis uentriculus constet, propriis duabus, & altera, quæ commune est ex peritonæo omnium uiscerum tegumentum, illud a peritis nostræ tempestatis dissectoribus compertum est, carere lõgis fibris uentriculum. nempe, quum ea, quæ a peritonæo est omni fibrarum genere careat. interna obliquas solum habeat, non longas: externa uero transuersas tantum. Neque autem uidetur alioqui longis fibris esse opus, attractionis gratia, quum hæc a gula obeatur, quamuis interea negandum non sit inesse etiam ipsi uentriculo naturalem attrahendi uim, quæ toti corpori est communis, sed hæc non fit fibrarum beneficio.

Cap. 3. cap. 8.

cap. 7.

De ægritudinibus † meri. *Cap.* 2.

† gulæ.

QVandoque accidunt meri species malitiæ complexionis, & debilitãt ipsum ab operatione sua, quæ est deglutitio. Et quãdoq; fiunt in ipso ægritudines instrumentales omnes, & communes, & quandoq; fiunt in ipso apostemata calida, & frigida, & dura, & illud, qđ plurimum fit in eo de ægritudinib. instrumẽtalibus, est oppilatio, aut propter coarctationẽ de foris a spõdyli remota: aut apostemate mẽbri vicinantis ei, aut propter apostema in ipso, aut in lacerto qui retinet ipsum. Et summa quidem ægritudinum, quæ accidunt ei sæpius, ex ægritudinibus communibus, est fluxus sanguinis, & coruptio eius.

De qualitates deglutitionis. *Cap.* 3.

SCias, quòd deglutitio fit per meri, cum uirtute attractiua attrahente cibum cum uillis lõgitudinalibus, quos adiuuãt uilli latitudinales, propterea quòd retinent retro illud, quod deglutitur; & exprimũt ipsum ad inferiora, & vomitus etiam completur per meri. Verum deglutitio est facilior; quoniam est motus secũdum [a] [mõtum] naturalem, & fit cũ adiutorio duarum tunicarum: quarum vna habet longitudinales uillos, & altera est cooperiens eam, latitudinales habẽs uillos. Vomitus autem est motus non secundum cursum naturalem, & non cõpletur eius operatio, nisi per tunicã uelatiuam exprimentem tantum.

a B. cursum.

De constrictione deglutitorij, & difficultate deglutitionis. *Cap.* 4.

COnstrictio deglutitorij, aut fit propter causam in ipso meri: aut fit propter causam vicini eius. Et causa, quę est in ipso meri, aut est apostema, aut siccitas superflua, aut exsiccatio humiditatis in ipso propter febrem, aut aliud: aut est aliqua specierum malitiæ complexionis superfluę: aut casus virtutis, & debilitas eius, & propriè in fine ægritudinum acutarum malarum, timorosarum, & aliarum. Et causa uicini est constrictio constringentis. s. aut apostematis in lacertis epiglottis, sicut fit in synancijs, & alijs. Et quãdoque est cum constrictione anhelitus etiam, aut membris colli: aut est declinatio spondylis ad inferiora; aut est uentositas inuoluta in ipso coarctans, aut spasmus, & cuzez, qui vult fieri, aut iam incœpit. Hoc enim sæpe antecedit cuzez, & congelationem. Iam autem accidit cuidam notorum nostrorum difficultas deglutiendi propter retentionem rei in deglutitorio ignotæ, & perduxit eum illud ad similitudinem præfocationis; & fecit eum syncopizari cum nausea, cum qua euomuit uermes plurimos, cum quorum expulsione facilior facta est deglutitio, & ablata est præfocatio. Et scias, ꝙ causa fuit retentio eorum illic.

De signis. *Cap.* 5.

IN illa quidem, quæ est propter spondyles, augmentatur constrictio in tempore resupinationis, & est deglutitio dolorosa apud spondylem remotam. Et illam, quę est causa malitię cõplexionis debilitãtis, significat lõgitudo [a] [spatij itineris] eius quod deglutitur. [b] [Et est cum leuitate] & paucitate festinationis in toto spatio absq; dolore, nisi sit illud in parte meri [c] [visibiliter & cõstringat illic, & sentiatur] cum retentione eius quod deglutitur apud ipsum. Et in illa, quæ est causa apostematis, fit cõstrictio in propinquitate ipsius, & fit ibi dolor, & non euacuatur dispositio in pluribus a febre, quamuis plurimum non fit uehementis fortitudinis. Et quando apostema est calidum, significant etiam ipsum caliditas, & sitis. Et si non fuerit calidum, non erit febris. Et quandoque est exitura non cum illa caliditate, & est illic dolor paruus, cum quo accidunt in quibusdã

a B. temporis transitus.

b B. cum tpe uel cum motu tepido & paucitate motus fortis seu festini.

c B. notabiliter quia fit constrictio illic & sentitur: Alia litera determinata qa fis constrictio;

horis tremor & febris. Et quandoque faciunt collectionem, & rumpitur, & emittit saniem, & sedat illud, quod aduenit ex eo: & fit ægritudo vlcus. Et illam, quæ fit in antecessione cuzez & congelationis, significant cum ea reliquę significationes.

De cura. *Cap.* *6.*

a B. aldug.
b —— B.
c B. relaxante.
† gula.

SI causa fuerit apostema, aut remotio, tunc cura eius, erit cura illius. Et si causa fuerit malitia complexionis, tunc si fuerit inflammatio, & adustio, & caliditas in superficie oris, oportebit vt administres linimenta inter ambas spatulas ex succis, & medicinis frigidis. Et sorbeat a [quod sit sicut lac] acetosum b [absque butyro,] & quę sunt similia illi. Et si fuerit ex frigore, (& est illa, quæ sæpius fit) oportebit, vt curetur cũ emplastris calefactiuis, quibus vteris in curatione oris stomachi frigidi, & cum oleis, & vnguentis calefacietib. dictis in ipso: & cum oleo balsami, & oleo taphanino, & oleo muscellino, & similibus; & cum emplastris factis ex castoreo, & ammoniaco, & myrrha, & prassio, & alijs. Quòd si fuerit propter complexionẽ humidam, c [moilem] valde (& scitur, quòd est ex communitate superficiei oris & linguæ cũ eo) tunc curetur cum eo, in quo sunt stypticitas, & calefactio. ex medicinis aromaticis post mũdificationẽ stomachi & rectificationẽ eius, si eget ea. Et istæ quidem medicinæ sunt sicut anisum assatum, & behen duo, & spica, & spica celtica, & folium Indum, & thus, & minutum ipsius, & myrrha. Et necessarium est, vt misceantur cũ eis calefacientia fortia cum stypticis frigidis, vt frangatur per calefacientia frigus stypticorũ frigidorum, & vehementis exsiccationis, sicut rosarum, & balaustiarum, & similium, fiat. Et apud me amiuden est vehementis iuuamenti in hoc. Et si fuerit causa siccitas, fiat contrarium illius: & administra electuaria humectantia æqualis complexionis, & oua sorbilia, & adipes, & butyrum, & medullas, & regimen corporis, & stomachi. Nam † meri in pluribus ægritudinibus, est sequens in complexione sua complexionem oris stomachi.

ANNOTATIONES.

Cap. 3. *Quomodo deglutitio fiat, habes ex Gal. 3. fac. natural. et author noster lib. 1. fen 1. doctr. 6. de eadem re egit. Quibus uerò de causis offendantur: & quibus notis singulę noscantur causæ, habes 5. de loc. aff.*
cap. 5. *Pro curatione uero pete Galenum 13. meth.*

De apostematibus meri. *Cap.* *7.*

a B. Alia litera. masarie.
b † B. calida.
c B. secundum plurimũ difficultatur eorum maturatio, & fit tarda.

QVandoque sunt calida phlegmonica, & a [pustularia,] b † [ ] & frigida phlegmatica, & dura, & c [plurimorum difficilis fit maturatio, & tardantur.

De signis apostematum meri. *Cap.* *8.*

a B. Alia litera. peruenιens.

SIgnificat ipsa dolor in hora deglutitionis, a [& in non deglutitione peruenit] ad posteriora spõdylium colli, cum cõstrictione deglutitorij. & cum illo quod ex eis est calidum, quandoque est febris non vehemens: & quandoque est veniens hora post horam, quasi ipsa sit febris diei non vehemens: & quandoque est cum eo horripilatio: Verum est cum eo sitis vehemens, & caliditas. Quum ergo maturatur, b [remouetur] horripilatio; & quando aperitur, emittit pus. Quum autem apostema est non calidum, est constrictum secundum similitudinem constrictionis apostematis calidi: verum est absque caliditate, & neque est febris, neque sitis.

b B. Alia litera. additur.

De cura. *Cap.* *9.*

a B. fit.
† terebinthina.
b B loch.
c B. loch.
d —— B.

MEdicinæ illius alię sunt, quæ bibuntur, & alię sunt, quæ exterius apponuntur. Et oportet vt medicinæ, quæ exterius apponuntur, ponantur in loco qui est inter duas spatulas: & oportet vt sint medicinę repercussiuę, stypticæ, factę ex odoriferis, & fructibus, secundum operationem, quæ a [est necessaria] in curatione apostematum stomachi deinde addãtur in eis, ea quæ sunt, sicut ammoniacum, & bdelliũ, & † glutẽ alimbat, & ficus, pręter quòd euacuata sint a stypticis, ex adipibus etiam, quòd si illa non valent, & sunt necessaria illa, quę sunt plurime resolutionis: & apostema fuerit in radice durum: tunc oportebit vt misceantur cum eis ea, quę sunt fortis resolutionis, sicut grana lauri, & pyrethrum, & cordumeni, & ireos, & balsamum, & aristolochia. Et quandoque est tibi necessarium, vt administres erumpentia emplastrizando; sicut synapis, & gummi rutę agrestis & reliqua, quæ sunt de iis, quę diximus in dubellati pectoris, & pulmonis, quousque perueniat ad terminum stercoris columbini. Oportet aũt, vt in cura eius, quod calidum est, sumãtur medicinæ, quæ bibuntur, quarum quędam sunt b [electuaria;] quorum incessus super locum, sit incessus continuus paulatim paulatim. Et sint in primis c [electuaria] ex eis, quę sunt sicut lentes, & spodium, & mucillago, sicut psyllij, & seminis portulacæ, & aqua cucurbitæ, & similia: deinde fiat permutatio ad permistionẽ ex repercussiuis & resolutiuis, in qua iam positum sit aliquid ex ficubus, & ex aqua fœniculi, & chamæmille. Deinde addantur & ponantur in ipsa dactyli, & fœnugræcum, & administrentur sorbitiones, in primis quidẽ ex repercussiuis, sicut factę ex farina hordei, & lentib. Et fiãt acetosę cum eo quod scis, & nõ acetosę, & quũ incipit maturari, fac sorbitiones ex succo furfuris cũ oleo amygdalino & zuccaro. d [Deinde pone in eis ea, quæ sunt sicut semẽ lini & similia. Deinde pone in eis, quæ sunt sicut farina orobi, et ciceris. Et quãdo peruenit ad eruptionem, tũc indiges, ut accipias in ipso uirtutẽ ex radice lilij celestis, & amygdalis amaris, et prassio, et aliquid ex synapi, et ficubus, et dactylis.

De cura apostematum frigidorum. *Cap.* *10.*

COnsidera quod dicitur in apostematibus stomachi frigidis, et administra super ea lenificantia maturatiua. Intrinsecus quidem sicut a [electuaria] et sorbitiones, quę diximus ad matu-

b B. Alia litera. est uirtus ad maturandū, & uirtus radicis lilii & radicis. Alia litera. est mel & uirtus radicis.
† terebinthina.
c B. Alia litera. saniationem & caliditatem.
d B. apostema gum.

maturandum, sicut quæ fiunt de farina hordei, & farina herbi, & illa in quibus [b] [sunt ablutio & fortitudo, sicut radix lilij cœlestis, radix] liquiritiæ, & alia. Sed exterius sunt emplastra maturatiua, quæ diximus, de quib. sunt fœnugrecum, & chamæmilla, & melilotum, & bdeliū & † gummi albotim, ammoniacum, & ireos, & virtus aromaticorum. quod si declinant ad [c] [maturationem, & sedationem,] fac sicut dictum est in capitulo primo: & considera in eis illud quod dicitur in capitulo [d] [stomachi.]

ANNOTATIONES.

Cap. 5. cap. 17.
Aphor. 37.

De gulæ tumoribus habes 5. de loc. aff. multa. De eorū curatione uide Gal. 1 : meth. Est tamen hic animaduersione dignum, an in gulæ tumorib. repellentibus sit utendum. Certè si naturam imitari ars debet, ab angina habito, si tumor in collo fiat, bonum: ait Hip. 6. aph. nempe, quod ab internis partibus extra morbus uertitur: ita ergo & a medico reuocanda ad exteriora esset materia. Contra tamen author noster, in gulæ inflammationum curatione repercutientia proponit, quum ait, [& oportet, ut sint medicinæ, repercussiuæ, stypticæ:] Cæterum, paucis repellenda profectò materia non est in gulæ inflammationibus, sed euocāda ad exteriora. atqui si initio inflammationis sola ea, quæ extrahant, medicamenta dorso appofueris, qua parte gula incūbit, & cui apponi solent: in discrimine res est, ne uberiorē non ad externam solum partem ex affecta trahas, sed ex circumstantibus partibus ad gulam ipsam retrahas. apponit ergo, quæ repercutiant, non fortia tamen, sed repellentia calida, quæ sui astrictione repellunt: atque ea, non pura, simpliciave, sed aliis mista & ammoniaco, et bdellio et alys, quæ discutiendi uim habeant.

† gula.

De eruptione sanguinis ex † meri. Cap. 11.

a B Alia litera. sputi sanguinis quare. Alia litera vomitus sanguinis quare.

IAm sciuisti causas eius, & signa ipsius in capitulo [a] [eruptionis sanguinis ex stomacho. Et] oportet, vt quærantur illic. Et ex eis quib. fit differentia, est illud quod dicitur in curationibus eruptionis sanguinis ex stomacho. s. quòd medicinæ in hac eruptione, oportet vt sint medicinæ habentes viscositatem, & glutinositatē, ut non impellātur ad stomachum subito, imò currant super locum eruptionis, cum lēta mora, ut possibile sit eis agere in eum cum illa lēta mora operationem fortem, quāuis redeāt per viam venarum, & agant in ipsum: verum cum uirtute debili, propter longitudinem uiarum, & multitudinem passionis in vijs.

ANNOTATIONES.

Cap. 7.

Repetenda hic sunt, quæ de sanguinis sputo in superioribus. Vtendum verò hic viscidis medicamentis, iubet, vt adhærcant, neque facile elui queant, quod & Galenus quarto meth.

† gulæ.

De vlceribus † meri. Cap. 12.

a B. aut ex bothor.
b B. ex catarrho

QVandoque accidunt vlcera in meri [a] [& ex scissura] accidēte in ipso: aut propter apostemata, quæ erumpūtur in eo, aut propter humores acutos transeuntes in ipso, quum fit uomitus, & similia, & non elongatur, quin eueniant [b] [quum est catarrhus.]

De signis ipsorum. Cap. 13.

a B. unctuosum
b B. illud quod est penetrās nō comprimit sua magnitudine.
c B. ab exitura

IAm ostendimus in capitulo ulcerum stomachi differentiā inter ulcera stomachi, & ulcera meri. Illic ergo perpendantur, Verū significationes quòd in meri est ulcus, & non apostema, sunt quòd deglutitio in apostemate impedit cum magnitudine buccellæ, et quātitate eius, plus quam impediat cum qualitate ipsius ex acuitate, aut acetositate, aut stypticitate. Verum secūdum diuersitatem qualitatis in ea, diuersificatur in ulceribus impedimētum, & fortasse [a] [manatio] æqualis quantitatis nō impedit, & parua quæ habet qualitatem dominantem, impedit, ita ut [b] [non penetret, propterea quia comprimit ipsum sua quantitate.] Sed affectum qualitate forti impedit, et dolorem facit. Et illius quidem cui accidit ulcus [c] [a plaga] antecedente, cura fit difficilis, et est super extremitatem mortis, secundum plurimum.

De cura. Cap. 14.

a † B. vnica vice.
b † uice una.

SI fuerint in meri ulcera, non in potu tribuemus medicinas consolidatiuas illorum ulcerum subito, [a] † [ ] sicut facimus, quum volumus in potu tribuere medicinas ulcerum stomachi, et aliorum, imo indigemus in illis medicinis, ut demus eas ad potādum paulatim, et ut eligamus eas grossas, uiscosas, aut eis misceamus uiscosa, et grossa. Et causa in hoc est, quia medicinæ non morantur super meri, neque figuntur, imò transeunt, et separantur. Quumque separantur in potu, et nō potantur subito, † [b] [ ] obuiant faciendo obuiationem: quare efficiunt operationem post operationem: Quum ergo inuiscantur, adhærent suo itinere, et figuntur, et non separantur subito. Illarum uero medicinarum substantias dicemus in capitulo ulcerum stomachi, ipsæ enim sunt illæ.

ANNOTATIONES.

Cap. 5.

Gulę ulcera ijs succedunt causis, quib. & alia ulcera omnia, & externis, & internis, præsertim uero internis, acribus. s. humorib. & erodentibus. Vt ea noscantur, pete ex Galeno 5. de loc. aff. Quid sperandum de his sit, Auicen. quum de signis agit, si ab externa causa sit (antecedente exitura ut quidam codices legunt: uel ut alij, a plaga antecedēte) mortem portendi ait: quod docti multi de uulnere solum intelligunt, per quod cibus & potus effluant. Gal. uerò 5. de loc. aff. absolute asserit, uix seruari longo temporis spatio: & maiores omnes ætate interysse, quibus ulcerata fuit gula. quod ad prohibitam fortasse alimenti assumptionem, uel gulæ duritiem referendum est: quę membranosa quum sit, difficile sanatur.

De signis complexionum naturalium stomachi. Cap. 15.

SIgna cōplexionis calidæ naturalis in stomacho sunt, quòd bene digerit cibaria fortia, sicut carnes vaccinas, & anserinas, et alia, et quòd corrumpuntur in ipso cibi subtiles, leues, sicut caro pullorū et lac, et quòd ipse recipit cibos, qui sunt calidæ cōplexionis melius: Et quòd digestio uincit appetitum, et signa complexionis frigidæ

frigidæ naturalis sunt, vt non sit in appetitu diminutio, et sit in digestione diminutio, quare nō digerit nisi cibaria subtilia, leuia, et vt sit melius recipiens cibaria, quę sunt frigidæ complexionis, et signa complexionis siccæ naturalis sunt, ꝙ sitis multiplicatur in cōsuetudine, et sit contentus pauca quantitate potus, et aduenit [a] nausea] ex quātitate plurima, et est stomachus recipiens cibos plurimę siccitatis, melius, et signa cōplexionis humidæ naturalis sunt, quòd sitis est parua, cum tolerantia potus plurimi, et securitate a [b] [nausea,] et stomachus est recipiens cibos humidiores melius.

a B. Alia litera. nauseatiua satietas.

b B. Alia litera. nauseatiua satietate.

ANNOTATIONES.

Habes naturalium uentriculi temperierum notas ex Gale. lib. art. med. & Paulo lib. 1.

Cap. 60. & deinceps. Cap. 64.

De ægritudinibus stomachi. Cap. 16.

STomacho accidunt quandoque ægritudines malitiæ complexionis. xvj. puræ, & factæ cum materia sanguinea, vel cholerica cum speciebus suis: aut phlegmatica vitrea, aut subtili natante: [a] † [ ] aut habente ebullitionem; aut phlegmatica acetosa, aut salsa, aut materia melancholica acetosa, aut pontica. Et accidunt ei apostemata, & accidunt ei vlcera, & resolutio singularis, quę currunt via eorum, ex causis intrinsecis, sicut casu, & percussione. Et quandoque tolerat disruptionem, & non interficit statim, & quando [b] [peruenit vltime] resolutio ad hoc vt disrumpatur corpus stomachi, tunc patiens moritur. Inquit Hippoc. omnis cuius disrumpitur stomachus, moritur. Et quandoque accidit ei raritas texturę in villis suis. Et quandoque accidit ei vehementia spissitudinis. Et accidit ei ex ęgritudinibus creationis in quātitate, vt sit magnus valde, aut paruus valde; Et ex ægritudinibus figuræ, vt sit verbi gratia vehementis rotunditatis, & ex ægritudinibus asperitatis & lenitatis, vt sit vehementis lenitatis, lubricus. Et ex nocumento situs, vt sit situs eius verbi gratia vehementis apparitionis ad exteriora. Et quandoque accidit ei etiam oppilatio in villis suis, & oppilatio in meatibus stomachi ad hepar, & ad splenem, & accidit [c] [sanguinolenta egestio, si fuerit istud in vijs hepatis, & paruitas appetitus, si fuerit istud in vijs splenis. Et quandoque accidunt in stomacho vētositates, & inflatio causa ciborū, & causa debilitatis suę in se ipso. & nos faciemus ad illud capitulum singulare. Et malitia quidem complexionis in stomacho, quandoque fit ex causis extrinsecis, scilicet ex calore, & frigore, & aliorum ab ambobus, & quandoque fit ex causis intrinsecis. Et ex ægritudinibus quidem stomachi sunt quædam, quę commouentur in calore vehementi, aut propterea quòd ipse adiuuat cum in attractione materierum malarum ad ipsum, aut quia adiuuat caliditatem eius ad resoluendam materiam in ipso, malo adiutorio non naturali resoluente, [d] † [ ] ipsam ad formam non naturalem. Et quando est cum materia, tunc non euacuatur, quin aut sit cum materia imbibita in corpore ipsius, submersa, aut adhærens super corpus eius, aut effusa in cōcauitate ipsius. Et quandoque est humor inuentus in ipso generatus, & quandoque est effusus ex membro alio ad ipsum, sicut effunditur ex cerebro cum catarrho calido, aut frigido, & calefit propter ipsum complexio stomachi, aut infrigidatur, & declinat ad complexionem eius quod descēdit ad ipsum, & similiter quandoque effundūtur ad ipsum ex felle humores cholerici, & illud in quibusdam, in quibus creantur uiæ plures ex felle ad stomachum, loco aduentus sui secundum plurimum ex felle ad intestina, quare effunditur ad stomachum illud, quod oportet, ut effundatur ad intestina. Quumque prolongantur, faciunt accidere salsi & acuti, qui sunt ex eis, in stomacho, vlcera, & frigidi, & insipidi lenitatem, & lubricitatem, & quandoque peruenit eorum impressio ad primum intestinum eorum, quæ sequuntur ipsum. Sed corruptio appetitus, & alistimbre in ipso, est res prima. Sunt enim quidam homines, in quib. creatur illud secundum contrarium cōsuetudinis, & secundum [e] [contrarium illius,] quod diximus in anatomia, & secundum diuersitatem eius, quod est plurimum in creatione venarum uenientium ad stomachum ex felle, & quandoque effunditur ad ipsum ex hepate, & ex felle, in quibusdā, in quibus creatur ex felle uia magna ad stomachum, quare effunditur in ipsum illud, quod erat necessarium, ut effunderetur ad intestina, & quādoque effunditur ad ipsum melancholia ex splene etiam, sicut faciam te cognoscere, & plurimum, quod ad ipsum effunditur, est cholera ex hepate, & quandoque adiuuant ad illud causæ, quæ sunt in stomacho, sicut dolor uehemens, [f] [& compressio] vehemens, & tarditas cibi, & debilitas uirtutis eius expulsiuę, & quandoque est causa in eo, ira, aut tristitia, aut passio animalis ex eis, quæ mouent materiam, & effundunt eam ad stomachum, & facit accidere mordicationem, quæ non remouetur nisi uomitu, & quandoque effunduntur ad ipsum cum huiusmodi motibus, & propriè [g] [dolore,] humores uirulēti, præcipue quum fuerint in illis partibus ulcera, & cum hoc quādoque effunditur ad ipsum melancholia etiam & causa in effusionibus melancholiæ ad ipsum, est multitudo melancholiæ, aut debilitas stomachi, & causæ multitudinis melancholiæ sunt ex eis, quæ tu scis, & causa effusionis sanguinis ad ipsum, est multitudo sanguinis, & commotio eius in membro nobiliore eo, uicinitate eius in latere suo, sicut est hepar, aut supra ipsum, sicut est cerebrum quum ex ipso effunditur sanguis ad guttur, & meri, et penetrat ad stomachum, & uirtutis ipsius expulsiuæ debilitas adiuuat ad recipienda omnia, quæ effunduntur ad ipsum. & ex causis fortib. in effusione sanguinis ad ipsum, & ad alia, est retētio cursus menstruorum, & sanguinis hæmorrhoidarum [h] [aut sanguinolētæ egestiones,] aut dimissio exercitij euacuatiui, uel incisio mēbri, quare superabundat illud quod natura præparauit ei ex materia, & indiget expulsione. & quandoque expellitur ex uia stomachi, & euomitur sanguis, & scias, quòd debilitas stomachi, est causa

a † B. Alia litera. quiescente. Alia litera. aut subtili fluida.

b B. vltimatur.

c B darb vel dahab.

d † B. vel permutante.

e —— B. Alia litera.

f B. & tristitia.

g B. fame. Alia litera.

h —— B.

fortis in effusione eius, quod effunditur ad ipsum. Et plurimum quidem quod inuenitur in stomacho, aut generatur in ipso ex humoribus est phlegma. Et causa in hoc est, quod chylus est naturæ propinquæ phlegmati. Quum ergo non digeritur digestione integra, nõ fiunt sanguis, & cholera, & melancholia. Et iterum [i] † [ ] ad stomachum non effunditur in plurimis dispositionibus cholera lauans eum, sicut abluit intestina. Sed cholera nõ generatur nisi in quibusdam [k] [intestinis:] & secundum plurimũ non effunditur ad ipsam, nisi ex hepate, quãuis ipsa generetur in stomacho calido, quando inuenit cibum recipientem conuersionem velociter ad fumositatem. Et quandoq; accidit stomacho, aut in creatione, aut cum perseuerãtia ægritudinum, aut dolorum, & malitia regiminis, vt fiat corpus eius laxæ texturæ, raræ substãtiæ, subtilis cutis: quare perducit illud ipsũ ad debilitatem in omnib. operationibus suis, & est necessarium, vt curetur cum labore. Et causę ægritudinũ stomachi sunt omnes causæ ægritudinum prædictarũ, extrinsecæ, & intrinsecæ. Et propriæ ei sunt, vt sint cibi tales, qui necessario faciunt malitiã digestionis, licet stomachus non sit nisi secundum saniorem dispositionũ, & est dictum in suo capitulo. Aut sint pauci valde, ita vt perducant stomachum sanum ad exsiccationem, & adunationem: Aut multiplicetur vsus medicinarum, & cõsuescat stomachus vti adiutorio medicinę in operationibus: Aut laboret plurimum vomitu, & solutione vẽtris, & propriè vomitu, quoniam ipse indiget motu laborioso, non naturali: & accidat vt rarificetur textura villorum eius, & [l] [extenuetur.] Et stomachus vehementis sensus, paratus est lędi, & impediri a qualibet causa. Et omnis complexio debilitans superfluè, facit accidere in omni operatione diminutionem: ita quòd caliditas pura. quãdoque enim fit causa lubricitatis stomachi propter illud, quod facit accidere de debilitate retentiuę. Sed & caliditas cum materia cholerica sæpe est causa illius. Et nocumẽta quidem, quæ eueniunt in operationibus suis, aut eueniunt in virtute appetitiua, & attractiua, & non appetit omnino, aut minoratur appetitus eius: aut multiplicatur valdè: aut corrumpitur eius appetitus: & illud, aut cibi, aut aquæ. Aut in virtute retentiua, ita vt vehemens fiat eius retẽtio, aut debilitetur, aut destruatur eius retentio [m] [& natet] cibus. Aut in virtute digestiua, ita, vt destruatur eius digestio, aut debilitetur, aut corrumpatur, & conuertat rem ad acetositatem, & fumositatem. Aut in virtute expulsiua, ita, vt vehemẽs fiat eius operatio in ipso, aut ad viam naturalem, aut ad superiora, aut debilitetur eius expulsio; aut destruatur. Ex omni namque re, cuius prolongatur mora in stomacho, & tardatur, accidit [n] [vaporatio generatiua humorum;] & non est aliquid, ita vaporosum, vt fructus. Et quandoque accidunt ei dolores extensiui, & mordicatiui, & reliqui. Et quandoque sequuntur debilitatẽ harum virtutum omnium: aut quarundam, natatio cibi, & tarditas descensionis eius; aut velocitas descensionis ipsius: & debilitas digestionis, aut destructio eius, & corruptio, [o] † [ ] & casus appetitiuæ, aut appetitus caninus, aut appetitus corruptus, & sequuntur eam rugitus, & eructuatio, & inflatio, & mordicatio, & alia. Et quandoque perducit illud, quod euenit ex hoc, ad cõmunitatem membrorum aliorum, & propriè cerebri cum communitate inter ea per neruos plurimos, quare accidit epilepsia, aut spasmus, aut melancholia, aut facit cadere in visu nocumentum. Et quandoque imaginãtur oculo quasi cimices aut [p] [sinifex,] aut tela araneæ, aut fumus, aut nebula. Et multoties communicat cor stomacho, & accidit syncopis, aut propter vehementiam doloris, & propriè in apostematibus suis magnis, aut propter qualitatem superfluam caloris, aut frigoris, aut conuersionis ad venenositatem. Nam debilitas meri ad hoc, vt faciat accidere syncopim, facit euenire [q] [æstuationem, & cõturbationem, & saltum, & tremorem.] Et huiusmodi quidem sunt, de quib. dicit Hippoc. quòd sumere in potu vinum mistum secũdum medium sanat eos ad hoc. Et illud propter illud, quod in ipso est de mundificatione, & ablutione, cum cõfortatione, & stomachus quidem quandoque pręparatur causa vehementiæ sui sensus passioni a causa parua: & perducit illud ad epilepsiam. & spasmum, & iste homo lęditur qualibet ira, & ieiunio, & tristitia, & causa mouente humores. [r] [Nam] quũ effunditur ad ipsum ex eis propter illud humor cholericus, mordicatiuus ad os stomachi, & lęditur eo propter vehementiam sensus sui, quare patitur epilepsiam, & syncopis superuenit ei, & spasmus propter communitatem cerebri cũ ore stomachi, & huic quidem homini accidit, sicut est illud, quod accidit ex debilitate oris stomachi, ex hoc, quòd quando vsque ad [s] [fastidium] repletur cibo, aut superfluit potu vini, aut coitu, spasmatur, aut incurrit epilepsiam, & multoties quidem accidit, vt euadat huiusmodi cum vomitu porrino, aut viridi, vt ærugo ęris, & quandoq; plurima repletio facit eos pati subeth prolixam, perdurantem, vsq; quo vomant, & [t] [excitentur,] & surgant. Et quandoque est illud causa ad cadendum in melancholiam [u] [cholericam,] & in cogitationes, & somnia corrupta, & scias, quòd ægritudines stomachi, quando prolongantur, perducunt ad raritatem texturæ uillorum eius, et fit difficile succurrere & medicari, et ex nocumentis malis in creatione est, vt sit caput frigidum præparatũ euentui catarrhi, et sit stomachus calidus, quare non tolerat ea, quæ, mundificant illum catarrhum, sicut sunt diapipereon, et diacalamenthum, et diacyminum.

i † B. quia,

k B. stomachis,

l B. relaxetur,

m B. Alia litera. quare descẽdat.

n B. Alia litera. ex ea vaporatio nociua commouens humores.

o † B. eius.

p B. muscæ.

q B. angustiam & inquietudinẽ & oscitationem & horripilationem.

r B. quare.

s B. tochme.

t B. alleuiãtur.

u B. Alia litera, mirachiam.

ANNOTATIONES.

Ventriculus, & ut simplex, et ut multiformis pars, multipliciter affici potest. ut simplex intemperiebus, de quib. 2. meth. ut organica morbis in compositione de qua re Gal. lib. art. med. adde & communi instrumentarijs & simplicibus partibus affectu, soluta. s. unitate, quæ ubi euenit, & ad ipsam uentriculi profunditatem non superficiem solũ attingit, Hipp. 6. aph. insanabilem putat. quod et 1. de morbis & Celsus lib. 5. Horum morborũ eædem, quæ in cæteris particulis, causæ sunt, tum externę, tũ internę: quas hic author copiose explicat. Vide Gal. 1. de sympt. caus. & 3.

Cap. 4. 7. & 11.

Cap. 1.

Aphor. 18.

Cap. 26.

Cap. 7. cap. 1.

De

De modis significationum dispositionum stomachi. Cap. 17.

RES ex quibus significantur dispositiones stomachi, sunt ex dispositionibus cibi: in hoc quòd stomachus tolerat eum, & priuatur tolerantia eius, Et ex hoc, quòd digerit ipsum. Et ex hoc, quòd expellit eum: Et ex hoc, quòd ipse appetit cibum, & potum; Et ex motibus eius, & commotionibus ipsius, sicut [a] [tremor] stomachalis, & singultus: Et ex dispositione oris & linguæ in sapore suo, & [b] [infusione] sua & asperitate eius, & lenitate ipsius, & odore eius. Et ex eis, quæ egrediuntur ex stomacho cũ uomitu, aut egestione, & uentositate descendẽte cum sonitu, aut sine sonitu, aut ascendente, quæ est eructuatio, & retenta, quæ est rugitus, Aut ex colore faciei, aut interioris partis oris, Aut ex doloribus, & [c] [impedimentis] ex communitate eius cum membris alijs, & ex parte eius, quod conuenit ei, aut lædit ipsum ex eis, quę comeduntur & bibuntur, & medicinis. Significationes autem ex tolerantia cibi & priuatione tolerantiæ eius sunt, quoniam si stomachus non tolerat nisi paucum, qui sit infra cõsuetum, tunc in eo est debilitas propter aliquã causarum debilitatis, & si tolerat, tunc uirtus ipsius est remanens; Verùm significationes ex egestione, & eis quę egrediuntur ex uentre, sũt ex egestione quidem, quoniam æqualis, temperatæ tincturæ, & fœtoris, significat bonitatem digestionis, & bonitas digestionis significat fortitudinem stomachi, & æqualitatem complexionis, Sed ille, qui non digeritur ex ipso, significat debilitatem stomachi, & malitiam cõplexionis cum ipso. Amplius tinctura significat materiam, quæ est in ipso, quòd si fuerit illic lenitas: & fœtor, significat quòd descendit a stomacho ante horam suam, propterea quòd stomachus male comprehendit eum propter debilitatem uirtutis retẽtiuæ, & si non est lenitas, non significat illud, imò significat debilitatem digestiuæ. Significationes autem ex sonitu sunt, quoniam iam dictum est in eis, quæ tu scis, quòd descensus eius significat fortitudinem stomachi. Et magnitudo sonitus eius significat bonitatem digestionis, & fortitudinẽ. Et similiter paruitas fœtoris eius. Et rectius quidem in hoc est, quòd descensus eius non significat fortitudinem, imò significat debilitatem quandam: sed est debilitas, quæ est infra illam, quæ facit accidere eructuationem. Verùm essentia magnitudinis sonitus, si est propter substantiam eius, tunc est propter grossitudinem suam. Et si est causa eius uirtus expulsiua, tunc illud significat fortitudinem aliquã. Subtilis autem tenuis, cui non est sonitus, magis significat fortitudinem, quàm spissa clamosa, & propriè illa cuius sonitus non est in uoluntate missus, Sonitus autem exiens ex se ipso significat permistionem sensus. Verùm paruitas fœtoris, significat proculdubio bonitatem digestionis; Et uehementia fœtoris, significat corruptionem eius. Et si non est fœtor omnino, significat cruditatem eius, Significationes verò ex uia singultus, sunt, quoniam si habens cum sentit mordicationem, tunc illic est humor acetosus, aut acutus, aut amarus. Et si sentit cum eo extensionem, tunc illic est uentositas. & si non sentit illud, neque sitit, tunc illic est humor phlegmaticus, & si est post euacuationes & febres, tunc illic est siccitas. Significationes autem ex siti sunt, quoniam sitis significat complexionem calidam. Et si est cum nausea, significat materiam cholericam, aut salsam phlegmaticam. Nam si sedatur potu aquæ calide: tunc materia in pluribus dispositionibus est phlegmatica, [d] [aut nitrosa:] & si augmentatur, tunc materia est cholerica. Verùm significationes ex dispositionibus oris, & linguæ sunt, quoniam, quando lingua in doloribus stomachi est uehementis asperitatis, & rubedinis, tũc significat dominium sanguinis, aut apostema calidum in ipso, sanguineum, & si ad citrinitatem, tunc nocumentum est cholericũ & si ad nigredinem, tunc causa est melancholica. Quòd si ad albedinem & [e] [lenitatem,] tunc causa est humiditas. & si est siccitas superflua, tunc causa est siccitas. Sed significationes, ex uia digestionis sunt, quoniam digestio bona non fit, nisi quando post cibum comprehensum non accidat grauitas in ore stomachi, neque rugitus, neque inflatio, neque eructuatio. neque sapor fumosus, aut acetosus, neque singultus, neque [f] [tremor,] & tensio, & ut sit spatium moræ cibi in stomacho spatium ęquale, & descensus eius ab eo in hora, qua oportet, non ante ipsam, neque post eam & sit somnus temperatus & expergefactio uelox, leuis, & in oculo non sit apostema, & in capite nõ sit grauitas, & obedientia naturę sit facilis, & sint inferiora uentris ante egestionem inflata. [g] † [ ] Hoc enim significat bonitatem inuolutionis stomachi super cibum, et quòd ipse bene comprehendit ipsum, & illud significat fortitudinem stomachi, & conuenientiam cibi in qualitate, & quantitate. Quum ergo stomachus non comprehendit cibum bona comprehensione, neque fit digestio bona, accidũt rugitus, & frequentia eructuationis, & remanet cibus in stomacho spatio longo, aut descendit ante horam necessariam. & choleræ quidẽ proprietas non est, vt prohibeat digestionem prohibitione destructoria, aut diminutiua, aut faciente cruditatem, imò quandoque corrumpit eam. Sed melancholiæ proprietas est. ut prohibeat digestionem, & corrumpat eam simul, & phlegma decliuius [h] [est ad ipsam corrumpendum.] Et scias, quòd quando in stomacho non est apostema, neque ulcus, & in cibo non est corruptio, deinde digestio non fit bona, tũc causa est malitia complexionis. Et plurimum eius est ex frigiditate & humiditate, & post eas calida, & post eas sicca. Verùm significationes ex stomachi doloribus sunt, quoniam, uerbi gratia, dolor extensiuus significat uentositatẽ, & grauatiuus significat repletionem, & mordicatiuus significat humorem acetosum aut acutum, aut [i] [ponticum] aut amarum. Significationes aũt ex appetitu sunt, quoniam significãt ex eo, aut propter additionem eius, aut propter diminutionem eius, & ipsius destructionem: aut speciem, [k] [ad quam ipse declinat,] sicut est, quòd ipse quandoque est sitiens, & appetit

fri

a B. casachun.
b B. humectatione.
c B. læsionibus.

d B. salsa nitrosa, uel bauracchia.
e B. lebênie, i. lacticinitatem quandam.
f B. iectigatio.
g † B. parũper.
h B Alia litera. ipsa ad prohibendum, quàm ad corrumpendum.
i B. Alia litera. putridum.
k B. Alia litera. aliquam quã dicemus.

frigida,& quandoque appetit acetosũ,& quandoque appetit exsiccantia,[l] † [ ] salsa, & acuta & quandoque aggregatur appetitus acutorum,et salsorũ, et acetosorũ simul,et ex modo, quòd ista sunt communia in faciendo lucrari incisionem humoris nocitiui, quare sunt significantia debilitatem stomachi.stomachus enim fortis declinat ad pinguia,& quandoque est appetitus decliuis ad res malas, [m] [quas refugit natura,] sicut appetit carbones, & [n] [aluesnen] & alia, & causa in hoc est humor corruptus,extraneus, non pertinens humoribus laudabilibus. Quum autem bonitas adest gustus, & est sanus, nõ eligit appetitus saporem supra dulcem. Quumque declinat appetitus [o] [uersus alium,& abhoret illum,] tunc illic est nocumentum. Nam si appetit pinguia, tũc illic est stypticitas, & spissitudo,& siccitas. Et si natura abhorret cibos calefacientes,& declinat ad frigidos propter frigiditatẽ ipsorum tunc est illic caliditas. Et si appetit calefaciẽtes, tunc illic est frigiditas. Et si appetit incisiua, & acetosa,& acuta,tunc illic est humor uiscosus. Et appetitus quidem in stomacho calido;aquę plus est,quàm cibi.& quandoque fit uehementia caliditatis propter resolutionem, & inquisitionem restaurationis. Et mordicatio quidẽ excitat famem uehementem, & est species famis,quę nullo modo toleratur, & associatur ei syncopis propriè,quando tardatur cibus. Et appetitus in stomacho, ad quem effunduntur melancholia,& phlegma acetosum,multiplicatur quãdo est eorum quãtitas infra quantitatẽ uocantem ad expulsionem, & non multiplicatur in eo appetitus,& fit caninus,nisi propter illud quod dicturi sumus in capitulo appetitus canini. Et scias,quòd appetitus nutrimenti communicat membris õmnibus. Verùm illa communitas est naturalis,& facta ex [p] [suspensione uocationis] uirtutis nutritiuæ cum attractiua. Amplius appropriatur stomacho appetitus animalis,[q] [sentit cum eo.] Et quandoque [r] [conuenit] quibusdam hominibus,ut esuriant plurimum,& comedunt plurimum,& neque aduenit eis saturitas fastidiosa.& neque egreditur in egestione eorum fæx plurima, & neque cum hoc corpora eorum impinguantur:Et causa quidem huiusmodi dispositionis est resolutio plurimum uelox cum sanitate digestiuæ,& attractiuæ,& appetitiuæ. Verùm significationes ex uia saporis,oris sunt,quòd amarus significat caliditatem,& choleram. Et acetosus significat [s] † [ ] frigus stomachi, sed minus frigore, cum quo non digeritur cibus omnino:& quandoque significat calorem debilem cum humiditate facientem ebullire humiditatem parum,qui postea separatur ab ea,deficiens in digerendo:quare accidit acetositas,sicut fit in [t] [musto.] Acescit enim quando infrigidatur,& acescit quando feruet a caliditate debili.& [u] † [ ] est acetositas,quæ fit ex effusione materiei acetosæ ex splene ad stomachum,& facta quidem causa splenis [x] [mutat appetitum necessario] & multiplicat inflationem,& rugitum,& malitiam digestionis, & facit eructuationem acidam. Et ille;qui ex saporibus oris est insipidus, significat [y] [humoris insipidi saporem.] Et salsus significat [z] [saporem humoris salsi.] Et sapores extranei horribiles significant humores extraneos putridos malos. Sed significations ex uomitu sunt,quòd si est [a] [nausea] tantum, tunc materia est uiscosa imbibita, & si est uomitus facilis, significat quòd ipsa est effusa in concauitate,& si sunt uomitus, & [b] [nausea] & non separantur, significant aggregationem utriusque rei,aut [c] [uiscositatem] humoris,& non est nausea facta [d] † [ ] ex materia imbibita.& [e] † [ ] quando est plurima mordicans os stomachi, aut est pauca, [f] [confortatur,quando ipsa cum cibo permiscetur,] & ascendit ex profundo stomachi ad os stomachi,& mordicat ipsum. Quapropter facilis fit quandoque [g] [expulsio] humorum post cibũ, & non fit facilis ante ipsum,nisi sint multi. Verùm, quando est aduentus [h] [conturbationis & nauseæ a prouocatione,] tunc materia est effusa. Si uerò est [i] [currens] tunc materia est generata in stomacho secundum cõtiuationem. Et uomitus etiam significat per colorem eius, quod [k] [ingreditur in ipso,] materiam. Significat ergo choleram, & melancholiam per colorem, & phlegma uitreum per colorem, & phlegma acetosum,& salsum,per colorem, & saporem,& phlegma descendens ex capite,per colorẽ mucosum, & quod associatur ei ex descensu [l] † [ ] & ad membra alia. Et ex hominibus est, qui cum recipit cibum aliquem,sentit ex seipso. quod si moueretur superfluo motu,euomeret cibum suum, & illud quidem significat humiditatem [m] [in stomacho] aut debilitatẽ stomachi. Sed illud, quod est ex humiditate, accidit etiam quum uacuitas adest,& illud quod est ex debilitate,non accidit nisi secundum repletionem tantum. Sed significationes ex uia coloris corporis sunt, quoniam color est uehemens significatio dispositionis stomachi,& hepatis secundum plurimum: plurimę enim ægritudines stomachi sunt frigidę [n] † [&] & color [o] [stomatichorum] est plumbinus. Et si inest eis citrinitas:est citrinitas decliuis ad albedinem. Significationes autem ex uia rugitus sunt, quoniam rugitus significat debilitatem stomachi, & quòd ipse malè comprehendit cibum, & egestionem humidam. Verùm significationes ex sputo sunt,quoniam multitudo eius,& spumositas ipsius,significant humiditatem stomachi:mittentis aquositatem [p] [& mucillaginositatem] & exsiccatio oris,& paucitas saliuæ significant siccitatem stomachi & [q] † [ ] caliditatem, [r] [&] si fuerint illic significationes aliæ, [s] [adiuuabunt illa] in significatione caliditatis.& scias,quòd siccitas oris est [t] [a siccitate complexionis] duobus modis. Vnus eorũ est siccitas uera,& est, ut non sit saliua, et secundus est mendosa, et est ut sit saliua exuberans,uiscosa, sed sit exsiccata causa caliditatis vaporosę uenientis ad ipsum, quare oportet ut distinguatur inter siccitatem, & exsiccationem sputi uiscosi secundum os. Nam illa significat siccitatem,& [u] [ ] humiditatem uiscosam: aut procedentẽ a stomacho

l † B. &.
m B. contrarias naturę.
n B. alaspan.
o B. aliquem cibum qui quãdo præsentatur stomacho,& ab appetitu renuitur, & abhorretur. Alia litera. uel refugit appetitus & abhorret ipsum.
p B. dependentia coexistentiæ
q B. quoniam ipse sentit.
r B. accidit.
s † B. secũdum plurimum.
t B. Alia litera. succis.
u † B. quandoque.
x B vehementẽ facit appetitum

y B. Alia litera. phlegma insipidum.
z B. phlegma salsum.
a B. subuersio.
b B. subuersio
c B. adhęrentiã uel profundationem.
d † B. quidem nisi.
e † B. erit etiã ex materia non imbibita.
f B. proxima pro mixtioni cum cibo.
g B. uomitus.
h B. subuersionis & nauseæ cum periodicatione.
i B. perseuerãs.
k B. egreditur ex eo, & saporẽ eius supra.
l † B. ex catarrhis.
m B. oris stomachi.
n † B. Alia litera. & humidæ.
o B. habentium eas.
p B. aquositatẽ mucillaginosã.
q † B. caliditas eius significat.
r —— B.
s B. quæ adiuuent illud.
t —— B.
u † B. ista.

macho, aut descendentem a capite. Sed significationes ex eructuatione sunt, quoniam eructuatio quandoque est acetosa, & quandoque est fœtida: aut fumosa [x] [aut rancida, aut lutosa, aut putrida, aut limosa,] aut similis cibo, quem recipit eructuans, aut pura, in qua non est qualitas alia, & est sanior eructuatio, Nam si est fumosa, & causa in hac non est substantia cibi, quæ sit uelocis conuersionis ad fumositatem, sicut uitelli ouorum in patella, & raphanus, aut cibus, cui in artificio suo, quum fit, associatur qualitas fumosa, sicut dulce, cui superuenit ignis dominium, & alia: tunc causa in ea est igneitas stomachi [y] [propter materiã, aut malitiam] complexionis puræ. Si autem est cũ materia, tunc est secundum unum duorum modorum prædictorum: & plurimum quidẽ est illud ex materia cholerica effusa ad stomachum ex felle, secundum modum, cuius prętcrita est rememoratio. Aut ex catarrho calido ex capite, & proprie, quum homo non est cholericus in complexione sua. & significatur etiam, quòd causa est caliditas materialis, aut pura ex isto modo, quòd cibus, qui sumptus fuit, longinquus est a fumositate, sicut est panis hordei. Nam quum huiusmodi eructuat fumose, tunc causa est caliditas stomachi. Et similiter attende egestionem, an est cholerica, Nam si est cholerica, significat quod causa est caliditas stomachi. & si egestio non est cholerica, non est necessarium ut causa [z] †[ ] sit caliditas stomachi, quandoque enim est malitia complexionis singularis: Et uomitus etiam est significatio magis significans per illud, quod egreditur in ipso & quãdoque significat eructuatio [a] [acetosã] & fumosa uigilias, cum quibus non inuenit stomachus [b] [uacationem sufficientẽ digestionis. & inflammatur, & calefit. Quòd si est eructuatio acetosa, non a cibo acetoso, neque a cibo, qui quum superfluè sumitur, mutatur ad acetositatem, tunc illud est propter frigus stomachi; & propriè quum accidit a cibis elongatis ab hoc, ut acetosi fiant, sicut est mel. Nam si inuenis eos acetosos fieri, tunc iudica, ꝙ cã in hoc est frigus stomachi sine materia, aut cũ materia & assòciatur ei, qđ est cũ materia grauitas ĩ ore stomachi semper. & plurimũ accidit illud habentibus choleram nigram, & [c] [splenticam,] & illi ad cuius stomachũ descendit catarrhus frigidus. Quandoque autem acescit eructuatio a caliditate: quum inuenit materiam dulcem, & facit eam ebullire; & facit ipsam acetosam, & significat illud, ut sit eructuatio acetosa cum signis caliditatis, & inflãmationis, & amaritudine oris, & siti, & iuuamẽto cum eis quæ infrigidant. & ex eis quidem, quibus significatur, quòd caliditas plurima superflua, quandoque acescere facit cibum & eructuationem, est quòd caliditas quandoque facit acescere lac uelocius, quàm ipsum faciat acescere frigiditas. & quandoque significatur per uomitum etiam materia. & quãdo eructuatio est fœtida. tunc quandoque significat putrefactionem in stomacho. significatione fœtoris oris, & quandoque significat ulcera stomachi. & lutosa, & cœnosa, & [d] [limosa,] significant humiditatem putrefactam & illa, quæ

[x] B. aut illa quæ est similis ut ærugo æris, aut limosa similis, odori luti fœtidi, aut similis odori piscis.

[y] B. cũ materia, aut malitia.

[z] † B. non.

[a] — B.

[b] B. quietem. Alia litera. uacuitatem loci.

[c] B. habentibus splenem.

[d] B. similis odori piscis.

est ut ærugo æris, significat acuitatem & caliditatem cum putrefactione, & est uehementior significatio caliditatis, quàm fumosa: Si autem eructuatio non est fumosa, neque acetosa sed est afferens saporem cibi post spatium eueniens secundum acceptionem cibi, tunc significat debilitatem stomachi in conuertendo cibum. Verùm significationes ex eis, quæ sunt cõuenientia, aut [e] [fugientia aut impedientia,] sunt ut consideretur, an res infrigidantes sunt conuenientes ei, aut res calefacientes, aut exsiccantes conueniant, aut humectantes, postquã consideratur res una: sæpe enim accidit error causa dimissionis eius, quum non attenditur, & est. quòd res infrigidantes multoties frangunt ebullitionem humoris subtilis, aquosi, humidi, aut salsedinem humoris phlegmatici, & existimatur quòd cum eis iam prouenit iuuamentum, [f] [quamuis] illic sit caliditas. Et res calefacientes multoties expellunt humorem calidum, & resoluũt eum, & existimatur, quòd cum eis iã accidit iuuamentum, [g] [quamuis] illic sit frigiditas imò oportet ut consideretur cum his duabus reliquæ significationes. Significationes autem eorum, in quibus inuenitur sensus stomachi, sunt, quoniam si non sentit mordicationem. imò grauitatem, tunc materia est phlegmatica uitrea, & si sentit mordicationem cum inflammatione, tunc materia est amara, uel salsa: aut mordicationem sine inflãmatione, tunc materia est acetosa, & si est illic mordicatio cum leuitate, tunc materia est subtilis, aut pauca, & si est cum grauitate, tunc materia est grossa, aut multa. Significationes autẽ cum dispositionibus communicantibus sunt, quoniam consideratur, verbi gratia, an cerebrũ patiatur a causis catarrhi, & mittat ad stomachum [h] [descensiones:] aut hepar, an sit generatiuum choleræ, & mittat ipsam, aut an splen deficiat in expellendo melancholiam, & sit apostemosus plurimę melancholiæ, & hæc est cognitio causæ. Et consideratur, an imaginentur coram oculis res non consuetas, & non fixè: Et an accidant soda, aut [i] [æstuatio] cum repletione, & minorentur cum euacuatione, & similiter vertigo propriè, & an inueniatur tremor cordis post repletionem, an secundum uacuitatem, aut accidat syncopis, aut spasmus, & hæc est cognitio accidentis. Nam, si repletio fecerit accidere imaginationes, & soda, aut [k] [inquietudinem, & uisiones diuersas,] aut tremorem cordis etiam. aut subeth maximam, tunc stomachus erit plenus, aut debilis, aut in ipso est malitia cõplexionis. Quòd si tremor cordis, & soda, & syncopis, & [l] [æstuatio] accidant in dispositione uacuitatis, tunc ipse est habens receptionem choleræ, aut humoris mordicatiui uenientis ad os eius, quum est uacuitas, aut humoris melancholici, & cognoscitur [m] [superfluitas] in hoc cũ reliquis signis, quæ tibi dedimus, aut humoris frigidi, aut eius, qui est ex istis causis [n] [ĩ inferiori parte stomachi. Nam non magnificatur illic, quod ex eo generatur ex soda, & epilepsia, & syncopi & spasmo. Et accidẽtia significantia dispositiones eius cum communitate alia sunt cerebralia, sicut permistio sensus & subeth, & c nge la tio,

[e] B. contraria, aut nociua.

[f] B. & quòd.

[g] B. & quòd.

[h] B. catarrhos.

[i] B. imaginatio mala melancholica.

[k] B. imaginationem malã melancholicam, & somnia diuersa

[l] B. imaginatio mala melancholica.

[m] B. distinctio.

[n] † B. existentibus.

o B. imaginatio mala melăcholica.

tio,&[o] [æſtuatio;] & alia ſunt cordialia, ſicut ſyncopis, et tremor cordis, et malitia pulſus, et alia sũt communia, ſicut deſtructio anhelitus, et difficultas eius, et malitia.

ANNOTATIONES.

Cap.79.

Ex quibus fortibus uentriculi diſpoſitionum notæ ducendę ſint, docuit Gal. lib. art. med. In uniuerſum ex actionibus læſis, affectibus corporis ſenſilibus, excretis & retentis, & naturales & aduentitiæ omnium partium conſtitutiones cognoſcendæ ueniunt. Dubitarit tamen quis, quũ egeſtiones non uentriculi, ſed alui ipſius opera ſint, quid ſit, ut author ex iis uentriculi ſtatum inueſtiget? Verùm, & ſi non ſtatim alui excrementa uentriculi naturam, ſed inteſtinorum ſignificant, ſecundario tamen etiam uentriculi affectus oſtendunt, nempe, quum eorum concoctio, quæ in inferiore uentre ſunt, & inteſtinis, uentriculi præſertim ipſius coctionem, & cruditatem ſequatur, cui aſſentitur & Gal. 1. de criſib. Tu pro affecti uentriculi notis adi Gale. 1. de ſympt. cauſ. & 3. & 1. de loc. aff. Alius hic dubitandi locus ſe offert. Ait iis uerbis 2 [Quandoque autẽ aceſcit eructuatio a caliditate &c.] ſaporem acidum, qui tum euomendo, tum eructuando perſentitur, etiam ex caliditate fieri. At Gal. 3. de ſympt. cauſ & 5. de loc. aff. & 4. in 6. de uulg. morb. & paſſim alibi, acidum ſaporem ex frigiditate perpetuo procreari teſtatur. Sane Certumque illud eſt ex Gal. ſententia acidum ſaporem frigiditatis eſſe indicium, & a frigore prouenire. Trallianus tamen lib. 7. quem & Auerr. 3. coll. citat. non ex frigiditate folùm, ſed etiam ex calore prouenire acorem exiſtimat: quod Auerr. uini exemplo affirmat, nempe, quod calore aceſcit, non frigore. Quòd quis obiiciat fieri etiam a frigiditate, Conceditur. Si inſtes, ergo a contrariis cauſis effectus idem, quod abſurdum uidetur. Reſpondet Auer. uerſionem in acidum ſaporem talem eſſe, quæ quum fiat ſubſtantialiter (ut ait) i. per ſe a ſimili, per accidens fit etiã a contrario. quaſi dicat, & ſi accidus ſapor frigidus eſt talis enim melancholius eſt humor, talis & pituita acida, propter eaque hic per ſe a frigido procreatur, (ſimile enim fit a ſimili per ſe.) per accidens tamen a contrario procreatur, & a calido, ueluti aceti ſapor in uino ex calore contrahitur. Cæterùm quũ Gal. inter acidum & acetoſum ſaporem differentiam ſtatuat, nempe qui aceti ſaporem, acrem paſſim nuncupat, negarit fortaſſe quis pro Gal. aciditatem ex calore fieri, quamuis ab eodem acetoſitas (ita enim appellemus) proficiſcatur. Adde. quòd, licet acetoſitas ab acido fortaſſe non diſtat, nempe Galenus aceti ſaporem & atro humori & acidæ pituitæ ineſſe quandoque explicat. etiam acetoſitas frigiditatem uidetur ſequi. quamuis enim extranei caloris ui aceſcat uinum, ut Auerroes ait fieri, tamen id niſi corrupto innato calore non poteſt, ut & hæc propterea a frigiditate proueniat. Verùm quãquam res ita forte ſe habet; ſi tamen aciditatis initium ex calore extraneo eſt, tolli non poterit, quin aciditas caloris nõnunquam indicium ſit. at Gal. tamen hanc frigiditatis ſignum perpetuo eſſe exiſtimat.

Cap. 11. Cap. 7. Cap. 1. cap. 4.

Cap. 1. Cap. 4. Com. 25.

cap. 14. cap. 16.

De ſignis malæ complexionis calidę ſtomachi,
Cap. 18.

Significant ipſam ſitis: niſi ſuperfluat, & deijciat virtutem, Et eructuatio fumoſa, & lutoſitas ſaliuæ, & iuuari ab eis quæ infrigidant, ſecundum conditiones præmiſſas in ſignificationibus, & aduſtio ciborum ſubtilium, quorum ſimiles non aduruntur in diſpoſitione naturali: & quòd groſſi digeruntur pluſquàm digerãtur in illa, niſi ſuperfluat, & deijciat uirtutem, & multitudo ſitis, & paruitas appetitus cibi ſecundum plurimum, & propriè quando malitia complexionis eſt cum materia calida cholerica,[d] [faciunt cadere uirtutem omnino:] verùm digeſtio eſt fortis, niſi ſuperfluat malitia complexionis uſque ad hoc, ut debilitet virtutes, & quandoque aſſociatur huic complexioni febris hectica, & quandoque hæc complexio propter ſuam ſuperfluitatem, antequam deijciat uirtutem, commouet famem uehemẽtem per id quod reſoluit, &[b] [quod attrahit] ſua mordicatione, & quia mouet materias ad reſolutionem, ſicut fit[c] [ſucceſſione,] & hæc quidem fames quandoque eſt ſyncopalis, quãdo tardatur cum ea cibus, aut facit cadere in ſyncopim, & quum prolongatur ſpatium eius parumper, & deſtruitur appetitus omnino. Et quandoque multiplicatur[d] [etiam propter curſum ſputi ſecundum famem, & multiplicatur ſecundum ſaturitatem caliditas reſoluens ſtomachum.] Quòd ſi inuenerit humiditatem erit illud plus; & hoc quidẽ ſedat cibi groſſi. Et ſcias, quòd illius, cuius ſtomachus eſt igneus, ſãguis eſt malus, paucus, acutus, fœtidus, quẽ abhorrent membra diuerſa ei in cõplexione radicali, quare non nutriuntur eo: fit ergo ille paucę carnis, & ſunt uenæ eius exuberantes, quoniam ſanguis eius incluſus eſt in eis, quo non utitur natura. & phlebotomia extrahit ex ipſo ſanguinem malum.

a B. qm̃ ipſa facit cadere uirtutem appetitiuã.

b B. Alia literã. accidit cum.
c B. ſuctione. ſ. venarum.

d B. curſus ſputi ſup famem & quieſcit ſupra ſaturitatem propter caliditatem reſoluentem eleuantem. Alia litera. ſupra ſaturitatem propter caliditatem reſoluentem eleuantem.

De ſignis malitiæ complexionis frigidæ ſtomachi.
Cap. 19.

Significat frigiditatem ſtomachi, tarditas mutationis cibi,[a] [ita ut nõ] deſcẽdat,[b] [ſed] expellatur uomitu poſt ſpatium quoddam, & non mutetur mutatione, quæ ualeat. quod ſi ſuperfluat, non alteratur propter ipſam cibus omnino, & non digeritur. Et quandoque ſignificant ipſam multitudo appetitus, & paucitas ſitis, & eructuatio acetoſa, abſque cauſa in cibo ſecundum quòd diximus, & hæc ſignificant malitiam complexionis eius frigidæ. Et ex ſignificationibus ſignificantibus illud eſt, ut nõ ſit aliſtimbre niſi eius, quod eſt leue ex cibis[c] [ſine groſſis,] qui ante digeruntur, & quandoque peruenit malitia complexionis frigidę in ſtomacho ad hoc ut accidant ex cibo comeſto poſt horas plurimas, extẽſio, & dolor magnus, qui non ſedatur niſi cum expulſione humiditatis acetoſæ omni die, & quandoque perducit ad hydropiſim, &[d] [iliacam.] Et ſuper colorem habentis ſtomachum frigidum apparent citrinitas, & albedo, & non occultantur experienti. et eſt illa[e] [ex melioribus curis, cuius eſt ammeos,] Et quandoque communicat cerebrum in[f] [complexione habentibus ſecũdum hanc complexionem,] quare fiunt ſoda uentoſa, & tinnitus, & ſimilia. Et quando conuenit malitia complexionis frigidæ cum complexione radicali calida, multiplicantur rugitus, & inflatio, & exſiccatio, & ſitis, & augmentatur corruptio, quoties indiget phlebotomia[g] [quoniam exſiccat eum.] & perducit ad hecticam

a B. Alia litera. quouſque. Alia litera. ita ut deſcendat aut.
b B. aut.

c B. & non eſt aliſtimbe eius, quod eſt groſſum ex cibis.

d B. fluxum diarium.

e B: cui ammeos eſt ex melioribus curis eius.
f B. in nocumẽtis iſtius complexionis.

g B. a qua non eſt excuſatio.

h B. madefiat uuula. i B. pane infuso in iure. cticam. et eius quidem medicina est, sumat parum vini secundum quantitatem, qua [h] [infundatur] ante cibum, aut sint cibi eius exsiccantia, & caro rubea sine [i] [iure pingui cum micis.]

ANNOTATIONES.

Cap.64.Cap.1. *Notas calidæ uentriculi intemperiei leges ex Gal. lib. ar.med.& 3.de symp.caus. Dubitarit hoc loco quispiã de appetentia, an caloris uel frigiditatis indicium sit. Gal. in-* cap.7. *appetentiæ coniunctam causam calorem esse ait 1. de sympt.caus. & sæpe alibi in appetentiã ex calore fieri pro nunciat, ut etiã appetẽtiã nimiam ex frigiditate. Author tamen noster limitat Galeni sentẽtiam, quum ait, [Et quã doque hæc complexio propter suam superfluitatem &c.] nempe priusquam ex calida intemperie uires uentriculi prosternantur, dissolui asserit corpus ipsum plus iusto, & propterea uehementem appetitum sequi, Quare statuendum absolute non est appetentiam frigiditatem sequi, in appetẽtiam calorem. quũ contra, & frigiditas, quæ nimia* Com.20. *est, ut in senibus, appetendi uim destruat, ut Gal. 2. aph. scribit, & caliditas dissoluendo nimium (antequam pro sternantur uires) appetentiam summam faciat.*

De signis malitiæ complexionis siccæ stomachi. Cap. 20.

Significant ipsam sitis uehemens, exsiccatio linguæ superflua, secundũ conditiones prædictas in capitulo significationum, & attenuatio corporis, & arefactio ipsius super factam a natura, & iuuamentum cum cibis humidis.

ANNOTATIONES.

Sitis non eam dumtaxat quæ præter naturam est, sed etiam naturalem siccitatem sequitur. unde & Gal. lib. art. cap.60. *med. & hanc inter signa sicci uentriculi reponit. Habet uerò hæc semper quidem siccitatem proximam sui causã, remotam tamen etiam caliditatem. Unde & definiri sitis solet. quòd appetẽtia sit frigidi & humidi, humidi quidẽ per se, frigidi autem potius per accidens, Sequitur item hæc, non solius uentriculi, sed & cordis ac pulmonis caliditatem siccitatem. atque ut dignosci hæc & distingui de-* cap.64. *beat pete ex Gal. lib. art. med.*

De signis malitiæ complexionis humidæ. Cap. 21.

Significant ipsam paruitas sitis, & terreri a cibis humidis, & impediri ab eis, & iuuamen tum cum minoratione cibi, & cum eis, qui sicci sunt. Et significant ipsam multitudo sputi, a B. secundum. & saliuæ, & si sunt [a] [secundum] famem, significant caliditatem cum humiditate [b] [secun-b —B. madefactiua dum plurimum.] Et quandoque sunt ex caliditate sola. Et multoties quidem est super os stomachi hominis humiditas [c] [infusiua;] & quo ties habens eam comedit aliquid, meditatur quòd si moueretur mouerct. Et quandoque fit illud etiam ex debilitate stomachi, sed associantur ei significationes debilitatis, prædictæ, & fit hoc secundum uacuitatem etiam, quamuis non comedat: sed illud est apud comestionem tantum.

ANNOTATIONES.

Signa humidæ uentriculi intemperiei quæ præter naturam est, contraria eiusdem sunt siccitati. quamuis uerò proprie sputi redundantia capitis humiditatẽ significet, ea tamen ratione & de uentriculi humiditate testatur, quòd ab hoc toti corpori alimentum suggeritur, quod si siccum, & humiditatis nimiæ expers capiti subministraretur. reddi ipsum caput siccius necesse esset. alioqui) sputi redundantia non uentriculi statum significat, sed capitis: quum ea quæ in uentre sunt non screatu, uel sputati one, sed uomitione reiici oporteat: quod & alibi annotauimus.

De signis complexionum stomachi, quæ sunt cum materia. Cap. 22.

Complexionem, quæ est cum materia, significant uomitus & eructuatio, & [a] [amaritudo propriè comitans ipsum, & propter il- a B. egestio pro prie cum colore suo, & cum eo. lud] quod ipsi admiscetur, & commiscetur urine, nisi sit propter [b] [necessitatem] transeun b B. Alia litera. caliditatem Alia litera. cruditatem. tem terminum, Et subtilem quidem calidam uirulenta significant cũ [c] [lenitate] stomachi nausea, & mordicatio, & sitis, & inflammatio, c B. leuitate. & quando recipit cibum grossum, patitur cũ eo nauseam. Et ad summum, si est plurima cum ea est semper nausea, & si est pauca, est nausea apud cibum, Et similiter si est non imbibita, sed est comprehensa in fundo stomachi, quare non facit nauseam. Quumque miscetur cum cibo, [d] [corrumpitur] in stomacho, & spargi- d B. extenditur tur, & peruenit usque ad os eius, & facit nauseam. & quandoque significat illa, quę effusa est in spatio stomachi, quæ non imbibitur, quod quando recipit, habens eam, aliquid abstersiuum, sicut aquam mellis & zuccari, ducit ipsum ad [e] [eructuationem.] Et imbibita non cogno- e B. sensationé. scitur ex parte eius, quod exit cum uomitu, & egestione, imò ex reliquis significationibus prædictis, & eius radix est nausea, quoniam significat materiam proculdubio. Nam si est [f] f B. subuersio. [conturbatio] tantum, tunc sunt illic adhærentia, & imbibitio materiei, & significat genus materiei sitis, & sitis significat aut caliditatem eius, aut salsedinem eius, aut nitrositatem eius. Nam si sedatur cum calida, tunc est flegma salsum, & si non sedatur ea, tunc est materia cholerica. Et cognoscitur etiam sapore oris aut cum eo, quod expellitur uomitu. quòd si aggregantur nausea, & sitis, significant illud. Et si non est sitis, significat quòd materia est frigida. Et ex significationibus aggregationis materiæ phlegmaticæ plurimæ uiscosę, est ut cadat appetitus, & non dilatetur pectus propter cibum plurimi nutrimenti: imò declinet ad illud, in quo sunt acuitas et mordicatio Quum ergo accipit illum, apparet inflatio, & extensio, & nausea, & non quiescit nisi cum eructuatione. & ex significationib. aggregationis materiæ malæ in stomacho, & quæ sequũtur ipsum, est [g] [saltus] mirach, & quandoque g B. iectigatio. perducit epilepsiam, & melancholiam. Et ex significationibus, quòd materia effusa sit melancholica, est appetitus plurimus cum debilitate digestionis, & cum multitudine inflationis, & cum guesguesce, et solutione. et ex significationibus, quòd materia est [h] [fortis,] est solutio h B. catarthalis. uentris

i B. cũ periodica tione cũ multitudine catarrhi ex capite ad ſtomachũ, & ad alia præter ſtomachũ etiam.

ventris [i], [& uertigo cum multitudine ex capite deſcenſus ad os ſtomachi:] & etiã illud quod egreditur uomitu, & egeſtione ex humore mucoſo. Et ex ſignificationibus. quod materia eſt humida nocens ſua ebullitione, eſt ſitis uehemens, cum defectu amaritudinis, aut ſalſedinis in ore, & ſenſibilitas rei quaſi aſcendentis, & deſcendentis cum humiditate ſuperflua in ore, & capite ſtomachi, & inflammatio.

ANNOTATIONES.

Vbi ventriculus humorum vel copia, praua qualitate infeſtatur, vomitione tentat, ut id regerat quod moleſtum, ac ſi in eius capacitate innatet, uomitio ſequi ſolet, ſin uerò in eius ſubſtantia tunicisue infixa materia eſt, nauſea ſolùm, non etiam uomitus concitatur, quod teſtatus eſt Gal. 1. de loc. aff. & alibi ſæpe ita ut uomitio & nauſea humoris uentriculum affligentis indicia ſint. At neque id proprium aut inſeparabile eſt. non proprium, quum & ſola quandoque aduerſa qualitate uenenata moleſtatus uentriculus in uomendi deſiderium prorumpat. non inſeparabile, quando & ſæpenumero grauetur ſolùm, neque in uomitum excitatur. Eſt tamen indicium, quod magna ex parte certum eſt, ſiue uentriculi affectum proprium ſignificet, ſiue per conſenſum. nempe & ſæpenumero non offenſo primaria ratione uentriculo, ſed uel cerebro, uel alia aliqua parte, uomendi adeſt deſiderium. Qui uerò humores in uetre exuberent, ut dignoſcas, hic pulchre docet. Vide & Gal. 1. de ſympt. cauſ. & 3.

Cap. 4.

Cap. 7. Cap. 2.

De ſignificationibus nocumentorum ſtomachi non complexionalium. Cap. 23.

SIgnificationes quidem magnitudiuis ſtomachi ſunt, ut ſit ſtomachus tolerans cibũ plurimum, & quum repletur. ſentit tunc adhærere uiſcera, & comprimi adinuicem. & quum euacuatur, minuitur, & dimittit uiſcera quaſi ſuſpenſa. a † [illegible] Paruitatis vero ſignificationes ſunt, vt non toleret cibum plurimũ b † [illegible] ante ſaturitatem: Et ſignificationes quidem oppilationum cadentium inter hepar & ſtomachum, ſunt humiditas egeſtionis, & multitudo ipſius, & ſitis, & paruitas ſanguinis & alteratio coloris ad hydropicalem, & inceptio malitiæ diſpoſitionis, cuius fortaſſe notius nomen eſt malitia cõplexionis, aut c † [malitia habitudinis.] Et ſignificationes oppilationum cadentium inter ſtomachum & ſplenem ſunt paucitas appetitus cum magnitudine ſplenis. Verùm ſignificationes oppilationum cadentium inter ſtomachum & inteſtina, ſunt accidentia ileos & colicæ. Et ſignificationes oppilationum cadentium inter ſtomachum, & cerebrum, ſunt paucitas appetitus cum rectificatione complexionis, & remanentia digeſtionis cum diſpoſitione ſua, ſi non fuerit aliud: quod prohibeat, & paruitas ſentiẽdi deglutita mordicatiua, acuta ualde, & non accidat ſingultus poſt potum d [dia pipercon, & potum uini] in ieiunio. Ventoſitatis uerò ſignificationes ſunt extenſio in ſtomacho, & lateribus, & ſub hypochõdrijs, & natatio cibi, & multitudo uentoſitatis deſcendentis, & eructuabilis. Et ſcias, quòd quando inuenit ſentiens inter ſtomachum & hepar duritiem cum e [gracilitate] tunc illud eſt ſignificatio indicans reſolutionem naturæ.

a † B. commota

b † B. & repleatur.

c † B. cacexia.

d B. Alia litera. vini ſuper ipm.

e B. extenuatione.

ANNOTATIONES.

De morbis in compoſitione uentriculi agit. Et ſi uerò de eiuſdem magnitudine & paruitate hic uerba facit: non id tamen quòd uentriculo magnitudo uel paruitas præter primarium ortum poſſit accidere. Agit & de obſtructionibus ad uentriculum attinentib. Inter has uerò obſtructionis quæ inter uentriculum eſt & iecur, in ipſo uidelicet meſaræo, ſigna tradens, copioſas ait & humidas alui egeſtiones ſequi, cuius rei ratio ex Gal. elicitur. 8. de comp. med. per loc. ubi de hepatis affectibus agit, nempe, quum nulla, aut exilis alimenti diſtributio ad iecur fiat, excerni per inteſtina, quicquid ferè alimenti aſſumitur, neceſſe eſt, unde & facta a toto male nutritio, & exſiccato corpore ad ipſum uſque uentriculum attractione, ſitis concitatur, & naturali calore facto imbecilliore, ob alimenti inopiam corpus ad hydropem feſtinat. De obſtructione quoque uenarũ a uentriculo ad lienẽ pertinentium, aſſerit ſequi appetentiæ imminutionem cum lienis magnitudine. Sed de iis uenis melancholicum humorem appetendi gratia ad uentriculũ deferentibus, ex authoris noſtri ſententia primo libro eſt actum. De obſtructione inter uentriculum & cerebrũ ait indicium eſſe appetentiam imminutam atque hoc ad ſentiendi uim partius uentriculo impartitam ob neruorum obſtructionem, eſt deferendum.

Cap. 6.

De modis uniuerſalibus curationum. Cap. 24.

CVratur ſtomachus cum eis, quæ bibuntur, & cum epithematibus, & embrochis cum aquis, in quibus decoquuntur medicinæ, & linimentis, & unctionibus ex oleis, & a [emplaſtris] factis cum ceris decoctis in aquis, in quibus decoquuntur medicinæ, Sed b [epithemata] & emplaſtra ſunt meliora embrochis, embrochæ enim ſunt debilis impreſſionis. Et ſcias quòd cura malitiæ complexionis, quæ accidit ſtomacho in utriſque qualitatibus actiuis, facillima eſt: propterea quia facile inuenimus medicinas contrarias eis, vehementis virtutis. Verùm cura, quæ accidit ex malitia complexionis in utriſque qualitatibus paſſiuis, eſt difficillima, & propriè complexionis ſiccæ. Nam oppoſitio cuiuſque earum eſt cum virtute debilis impreſſionis. Et ſcias, quòd ſpatium quidem calefaciendi frigidum, eſt ſicut ſpatium infrigidandi calidum, ſed timor in infrigidando maior eſt, præcipuè quum quædam membra uicinantia ſtomacho habeant malitiam complexionis frigidæ, aut debilitatem. Verùm timor in humectando & exſiccando eſt ſimilis, quamuis ſpatium humectandi ſit longius. Et ſcias, quòd quum ægritudines ſtomachi ſunt ex materia, deinde ambigua fit materia, tũc nõ eſt quod magis conferat ei quàm hiera: quoniam ipſa eſt magis adiuuans uirtutes medicinarum ad rectificandum ſtomachum & complẽdas operationes eius ipſi proprias. Sed oportet ut non cures de ea, quando eſt malitia complexionis ſine materia, quoniam ipſa nocet in calido, & ſicco. Et inuenitur in frigidis quòd eſt fortius ea. Quumque euacuaueris ſtomachum ex humore effuſo ad ipſum ab alio, cõforta ipſum poſt illud, vt nõ recipiat illũ humorẽ, & conſtrictio extremitatũ, & calefactio ipſarũ, adiuuat in retinẽdo illud, quod effunditur ad ipſũ ab eis. & ſyrupus de papauere ẽ e [vehemẽtis

a B. unguentis

b B. linimenta

e B. Alia litera. uehementer prohibens.

tis iuuamenti ad effusionem materierum calidarum. Quòd si humor est frigidus, tunc confortantia, quę necessaria sunt post ipsam, sunt sicut mastix et troch. de rosſ. minores, et menta sicca, et xyloaloes, et gariophylli, et quę sunt illis similia. Et si humor est calidus, tunc arobob et troch. frigidi facti ex rosſ. et spodio, et quæ sunt similia illis. Et ille, qui inuenit [d] [durum, et gracile illud, quod] est inter stomachū, et hepar, secundum quod diximus, ponat cibos suos, et medicinas suas aquam hordei, et gradiatur in bibendo ipsam quaque die a x. vsque ad xx. et usque ad centum secundum longitudinem diei sui, usquequo sit potens in bibēdo ipsam vice vna, aut duab. & non approximetur medicina euacuatiua, neque phlebotomia. Troch. dictus ad illud. Recipe masticis, & troc. diarrhodon amborum an. drach. iij. Karabe, & mentæ siccæ, & marmacori, & xyloaloes crudi omnium an. drach. ij. detur in potu cum vino antiquo, aut miua. & oportet, ut administrentur in mundificatione stomachi, & eius quod aggregatur in uacuitate eius, aut adhæret, aut imbibitur, medicinæ non pertranseuntes stomachum, & uias proximas stomacho absque uenis longinquis ab eo. Si autem non ualet uice vna, iteretur: illud est enim melius, quā euacuatio, quum non sit necessaria euacuatio. Et oportet ut attendas esse egestionis & vrinæ in ægritudinibus stomachi. Quumque videris eas iam incipere rectificari, tūc iam incipit stomachus rectificari. Et oportet ut non afferas in curationibus stomachi [e] [aut] caliditatis eius, aliquid uehementis infrigidationis, sicut aquā vehementis frigoris, & proprie in eo, qui non consuetus est ea. Et nō euacues medicinas [f] [solutiuas] propter illud, quod in ipso est ex superfluitatibus, a stypticis conseruantibus uirtutē, propter illud quod scis.

d a. duritiem, & extenuationem quæ.

e B. & etiam.

f B. Alia litera. resoluentes.

ANNOTATIONES.

Inter extrinseca presidia, quæ affectibus uentriculi prosunt, malagmata irrigationibus, quas embrochas uocant, ualidius agere ait; quod sanè longiori moræ ascribendum est. Vidimus tamen nos, aliquos, quum diuturnis & malagmatibus & ceratis & odoratis sacculis curari nunquam potuissent, frequenti irrigatione a diutina uētriculi affectione fuisse persanatos, præsertim ex naturalium thermarum aquis. id in Lucensibus & Corsennianis Italię thermis felicissimo euentu quotidie obseruatur. Vnum hic de uentriculi intemperiebus, notat, quod & Gal. 7. meth. actiuas uocatas qualitates passiuis facilius curari. sed ex actiuis, frigiditatem minori periculo curari quam caliditatem, quod & lib. 1. fen 4. doctr. 5. Est tamen hac in re controuersia, de qua, quia illic. egimus, hic silemus.

cap. 5.

cap. 2.

De cura malitiæ complexionis frigidæ, & humidæ in stomacho. Cap. 25.

ET quum illic est materia, tunc euacua secū dum quod sciuisti in canone, & si non est multitudo materiei, tunc experimentatores habent uiam in eo notam. In curatione quidem, quum materia non est, tunc cibant illum cum eis in quib. est stypticitas, & amaritudo, vt exsiccent cum stypticitate sua, & calefaciant cum amaritudine sua. Et huius quidem generis est vinum ponticum. Et ex medicinis, quæ bibuntur, medicinę absinthiales, & syrupus absinthij ipsius, [a] † [ ] & medicinæ factæ cum cydonijs. Sed ex emplastris, & epithematibus, & vnctionib. emplastra in quib. ponuntur medicinæ stypticæ [b] † [ ] sicut [c] † [ ] amomum, & calamus aromaticus, & spica, & folium, & ladanum, & bdellium, & radix lilij, & balsamum, & oleum eius, & grana ipsius, & storax. Vnguenta autem sunt cerata facta ex oleo masticino, & oleo [d] [de oliuis,] & oleo de cydonijs. Si autem non confert hæc summa, administra emplastra rubificantia, & medicamen de gummi rutæ syluestris. Et ex emplastris confortantib. est vt sumantur croci, & spicæ Syræ, & masticis, & olei balsami, omnium ana pars j. & mellis partes tres, & myrrhæ asportatę a ciuitate Atrusulon partes tres, gummi albotim pars j. & s. euphorbij pars j. fiat ex eis emplastrum, & [e] [ut] bibatur ex eis parum pertransit. Et iterum aliud. Recipe storacis partes quatuor, ceræ partē tertiam: medullæ ceruinæ partes ij. gūmi albotim partem j olei balsami partem j. & s. olei nardini partes ij. Et iterum storacis tertiam, medullæ ceruinæ tres, aloes rubei iij. masticis partes ij. olei nardini viij. olei balsami iij. cerę v. fiat ex eis ceratum. Illi verò, qui ratiocinatione utuntur, incipiunt in primis cum exercitio temperato, & administrant cibum boni chymi, facilis digestionis, ęqualis quantitatis, ad paruitatem aliquam declinantem, secundum mensuram, qua digeratur: deinde gradatur in hoc [f] [administrando medicinas prædictas,] & quę cursu earum procedunt, ex electuarijs aromaticis calidis, cum æqualitate quidem, [g] † [ ] secundum quòd exigit oppositio ęgritudinis, ita vt commēsuretur complexio. Et ex istis electuarijs sunt diapipereon, & diacyminum. Medicamen bonum. Recipe granorū iuniperi, et gummi albotim, et piperis omniū ana. partem j. & myrrhę asportatę a ciuitate Atrusulon (et existimo, quòd oportet ut sint cū ea storax et spica celtica) omnium ana. partes ij. [h] [petroselini. s. seminis apij mōtani,] et Keissin amborum ana medietatem partis, conficiātur cum quantitate sufficiente mellis. Et quando frigus est uehementius illo, tunc oportet vt in potu tribuantur omorusia, et sagzenea, et est ex medicinis bonis ad omnes ægritudines materiales humidas, et grossas humidas, et syrupus squilliticus, et eius confectio. Recipe squillæ mundatę incisæ tres heminas, proijciantur in uase de vitro, et orificium cooperiatur vasis, et dimittatur sex mensibus.

a † B & absinthium ipsum.

b † B & aromaticæ.

c † B. medicinæ in quib. cadunt

d B. nardino.

e B. &.

f B. & in administratione medicinarum prædictarum.

g † B. aut supra æqualitatem:

h B. petrasiliū, idest apiū montanum.

ANNOTATIONES.

1 Illi uerò qui ratione utuntur &c. An exercitatio affecto frigida & humida intemperie uentriculo opportuna sit, licet dubitare, propter Hippocratis sententiam, qui 6. uulg. morb. sect. 5. laborem articulis & carnibus, somnum uerò uisceribus utilem esse scribit. Verum & si per se exercitatio uentriculo non confert, quum extra calor naturalis reuocetur, ubi tamen moderata sit, qualem proponit, dum innatum calorem excitat, ut 2. de tuen. ualet. ad calorem

Text. 10.

cap 9. *rem uerò ſiccitas ſequitur, etiam uentriculo frigido atque humido prodeſſe poterit, ſi modo uentriculus cruditatibus uacet.*

De cura malitiæ complexionis calidæ. *Cap.* 26.

INflammationi ſtomachi confert in potu ſumere lac acetoſum, & acetum proprie cum coriandro,& lac[a] † [ ]acetoſum vaccinum,& medullam[b] [citruli,]& piſces recentes propriè ſedant inflammationem in ſtomacho,& aqua frigida,& fructus[c] [recentes]& endiuia,& cucumeres,[d] † [ ] & perſica,quæ non ſunt uehementis aquoſitatis,quare conuertantur ad choleram, & lactucæ,& lentes,& coriandrum humidum[e] [& acetum]& cucurbita,& quę ſunt ſimilia illis miſta cum camphora,& ſandalis,& roſis,ſi illa neceſſaria ſunt. Et dantur eis in potu etiã troch. de ſpodio, & propriè quum eſt illic ſolutio vẽtris cholerica, & oua cocta in aceto, & lentes cum condimento granatorum, & cum ſumachia,& condimento de agreſta, & carnes quæ eis conceduntur,ſunt caro[f] [atahauic] & duragi, & pullorum. Quod ſi eorum caliditas non conſequitur mortificationem virtutis,tunc ciba eos frigidis groſſis,ſicut[g] [infrigidatis piſcibus recentibus,& infrigidatis uẽtribus,]& omnibus,in quibus eſt ſtypticitas etiam, & rob de papauere,& ſyrupus eius conferunt ad hoc valde. Et ex eis, quæ conferunt eis, eſt vaporatio cum infrigidatiuis. Et quandoque emplaſtrantur eorum ſtomachi cum veſica inflata iam impleta ex aqua frigida Quumque emplaſtras ſtomachum ex emplaſtris infrigidatiuis:caue tũc, ne velamen ex eis infrigidetur, aut hepar tali infrigidatione, qua eorum operationes naturales lędantur. Multoties enim accidit inde nocumentum in anhelitu, & frigus in hepate. quòd ſi perceperis áliquid horum,tunc ſuccurre ei cum oleo calefacto effuſo ſuper locum,& emplaſtra ipſum cum eo, & pone loco emplaſtrorum,ea,quę bibuntur.

a † B. coagulatum.
b B. cucumeris.
c B. frigidi.
d † B. longi arcuati.
e B. cum aceto.
f B. theyus.
g B. caris alſemech thari, & caris albarim.

ANNOTATIONES.

Calida intemperies frigidis prorſus curanda eſt,& medicamentis,& cibis.In cibis tamen de eorum ſubſtantia diſtinguendum eſt:ac,ſi uentriculi caliditas cum eiuſdem imbecillitate adſit,tenuia & mollia ſunt exhibenda, qualia hic primo loco proponuntur,& fructus,& recentes piſces. ſi uerò cum robore calidior uentriculus fuerit,craſſis frigidis utendum erit, & paulò coctu difficilioribus, Galeni exemplo 1.de loc.aff. nempe, ut idem teſtatur ibidem & 1.de alim.facult. quæ molliora ſunt,corrumpuntur. Dubitabit tamen hic quiſpiam, tum quod Auicennas de priori intemperie cum uentriculi imbecillitate agens, lentes exhibet,quæ coctu difficiles ſunt:tum,quod in ualido, ſed calidiori uentriculo cibarium dat ex carne piſcium. Verum, quamuis lentes, ſi cum earum iure & cortice ſumpſeris, uentri laborem in coquendo faciãt ob diuerſarum partium facultates, & ſi eædem ob earum aſtrictionem difficile ac tarde commeant:ſi tamen illarum ius proieceris, & corticem detraxeris,qui coctu difficilior eſt earum corpore, Hippocratis teſtimonio, 4.de rat.uict.in ac.faciles ſunt concoctu,non difficiles:quum & friabiles ſint & cito elixentur. Poſſunt ergo in calidiori intemperię exhiberi, quod frigidæ ſunt, & earum aſtrictione uentriculum roborant. poſſunt & imbecillo uentriculo offerri,quod ſine iure et cortice difficiles concoctu non ſunt. Quod uero edulia ex piſcibus calidiori ſimul & forti uentriculo offerat, intelligendum de piſcibus eſt,qui durioris & minus corruptibilis ſubſtantiæ ſunt. Vnum etiam,author notat in refrigerando ventriculo ſummè animaduertendum,ne ſcilicet fortius refrigeremus. pro qua re pete Gal.7.meth. Subdit deinceps in ſequentibus de reliquis uentriculi intemperiebus,pro quo uide Gal. 7.meth. Vide & Paulum lib. 1. Eſt tamen hic dubitatio, quum de humida intemperie curanda agit: nempe exſiccantibus & diſſecantibus,ac ijs in quibus caliditas eſt & amaritudo,atque potenti uino vtendum ait. At Galen.7. meth.& Paulus,quum humida ſola intemperies eſt, ſiccantes cibos, taleſque ut non calfaciant aut refrigerent, ualide auxiliari aſſerunt. id quod etiam ex affecto ipſo indicatur,nempe, quum humida ſola curanda ſit intemperies, non etiam vel calida uel frigida. verum (ut nos arbitramur)& ſi uerè in humida intemperie ea offerri indicãtur, quę,quum in ſiccitate præualeant,temperata tamen ſint inter caliditatem & frigiditatem,ſi tamen id ſpectes,humiditatem a frigore foueri.ſicuti & ſiccitatem a calore adiuuari, nempe, quum humida intemperies innatum calorem obruat,refrigeret quodammodo, & ſicca eundem acutiorẽ reddat,non uidetur temere agi,ſi cum ſiccis calida in humida intemperie,præſertim antiqua admiſceantur.

cap.4.
cap 5.& 8.
cap. 6.uſque ad 11.
cap.72.
cap.7.

De cura malitię complexionis frigidæ. *Cap.* 27.

SI fuerit hæc malitia complexionis leuis, ſis cõtentus in curatione eius trochiſcis roſatis, in quibus ſunt abſinthium, & cinnamomũ cum decoctione cymini,& ammeos,decoctorum in uaſe vitri mundo. & ammeos quidem eſt vehementis iuuamenti in hoc, et quum eſt fortior illa. tunc neceſſarium eſt vti confectionibus calidis, fortibus, et ſeminibus calidis, et diapipereon,et theriaca magna,et mithridato cum vino,et ſagzenea,et dyacimino,et omoruſia,et[a] [alchadicon]et diamuſco amaro,et confectionibus diaſtomatichon. Et diaolibanum iuuatiuum eſt ad hoc,vbi natura eſt lenis. Et oportet, ut ad bibendum dentur homini in decoctione ſpicę,et maſticis,et ſquinanthi, et eorum,quę ſunt ſimilia illis,et zingiber cõditum eſt iuuatiuum eis. Et etiam troch. roſacei cum ęquali menſura xyloaloes, et iterum diapipereon cum vino: nam ipſum vehementer calefacit ſtomachum, et ſignificatur vltimitas ſuę impreſſionis per ſingultum.et oportet, ut vtantur aſſa, et pipere in cibis ſuis. Ipſa enim ſunt plurimi iuuamenti in hoc. Et allia etiam ſunt ex rebus, quæ magis conferunt eis. Et ex oleis iuuatiuis inungendo ſtomachum,ſunt oleum chamęmillinum, et oleum de alcanna, et oleum de lilio, et oleum maſticinum, poſito in ipſis adipe gallinę, et ſi indiget ſuperfluitate virtutis, ponantur in ipſis ammoniacum, et bdellium. Et ſi ſunt neceſſaria fortiora iſtis, tunc adminiſtrentur oleum ċoſtinum, et oleum de ben, et oleum ſambacinum, et ex eis, quę inunguntur, ſunt[b] [ſicut ſyrupus de lilio cum xiloaloes,]et muſcho,et ambra,et ex ſeminibus ſunt fœnugręcum, et ſemen apij montani,et althęę, et quandoque poſitio uẽtoſarum ſuper ſtomachum in doloribus frigidis maximum affert iuuamentum.et ſcias, quod calefactio

a B. alchandadchun.
b B. Alia litera. oleum de lilio cum aloe.

ctio extremitatum perducit ad calefactionem stomachi ex proximo.

De cura malæ complexionis humidæ. Cap. 28.

CVratur cum exsiccatiuis,& incisiuis,& eis, in quibus sunt [a] [caliditas]& amaritudo, postquam eis admiscentur res pōticæ:& oportet vt vtantur uino forti parumper: & sint cibi exsiccatiui,sicut illi,qui sunt in patella,& assati, & minoretur potus aquę. & trochisci rosacei cum rosis recentibus conferunt complexioni humidæ in stomacho. Et ex eis quidem,quę remouent humiditatem stomachi,est,vt bulliantur ʒ.j.anisi,& ʒ.j.seminis fœniculi in aqua, & colentur super v.ʒ. [b] [zuccari ros.] dissoluti digitis.

a B. acuitas.

b B. gelengibin.

De cura malæ complexionis siccæ,& de hectica stomachi. Cap. 29.

HOrum curatio curationi hecticę proxima existit. Hæc enim ægritudo est quędā hectica stomachi. Quum ergo confirmatur,curationem omnino non suscipit,& neque est possibile vt occupatio sit ad humectandum ipsum solummodo,imò humectatio eius non fit nisi cum communitate corporis. Et ex humectatione igitur istorum,est eorū balneatio, & sessio ipsorum in tina, & eorum iteratio ad balneum secundum summam siccitatis. Et quandoque necessarium facit superfluitas siccitatis, quæ est in eis,ut non concedatur eis ambulatio ad balneum, & recessus ab eo: imò deferantur ad ipsum,& ab eo,super aliquid, quod conseruet, ne resoluat eos motus,& ne resudet illud, quod sumpserunt ex tina. Et quoniam balneū est mollificatiuum uirtutis, tunc oportet ne approximet ei,quod resoluat,& duplicetur illud. Et oportet ut sit balneatio eorum submersio ipsorum in tina,& nō est ei necessarius aer balnei. Et oportet vt sit aqua tinę temperata: scilicet inter illam ex qua fit horripilatio, & inter mordicantem. Et ad ultimum oportet, vt non patiatur ab ea,imò delectet,& humectet ipsum & amplificet poros. Et oportet, ut sit spatiū balneationis eius,usque dum [a] [perseuerat,] & inflatur,& augmentatur corpus eius, antequam incipiat detumescere. Et oportet,vt quū de balneo egreditur quiescat paululū, deinde in potu sumat ex lactibus subtilibus, aut lac muliebre,aut lac asininum,aut lac caprinum. Et melius ex eo est, ut sit suctum ex mammilla,aut afferatur lac hora,qua mulgetur, & bibat ipsum antequam patiatur ab aere omnino. Et ut sit illud,cuius lac bibitur, iam cibatum tanta quantitate, quantum digerat, & sit vsum exercitio ante ipsum æquali,& vt non sit suctum,& si est animal præter hominem,cognoscitur bonitas digestionis eius,aut malitia ipsius per fætorem stercoris eius,aut priuationem ipsius a fœtore, & æqualitatem eius, aut humiditatem ipsius aut ipsius exsiccationem, aut eius superfluitatem in una earum: Aut per eius æqualitatem, aut eius inflationem propter ventositatem in ipso. Et,ut fricetur cum instrumento, & [b] [abstergatur exercitando] ipsum. Deinde expectetur in infirmo digestio eius,quod bibitur de lacte,aut aqua hordei:& scitur illud ex eructuatione eius,& lenitate uiscerum. Deinde redeatur post iiij.aut v.horas,& balneetur. [c] [postea inungantur membra eius cum facilitate,ut exsiccetur aquositas effusa in eis.] Si autem fuerit consuetus balneo, balneetur uice tertia: Et si fuerit rectius,ut sit contentus duabus uicibus, addatur in horis interpositis inter duas balneationes eius,secundum quod [d] [dicta est eius expositio,ut sit quies integra.] Quòd si declinat ad lac,detur ei in potu secundo;& si nō, detur ei in potu aqua hordei: cuius artificium est bonum,& sapiens:& est illa,cuius aqua multiplicatur, deinde decoquitur tam diu, donec minoretur aqua eius. Et cibetur pane furni facto ex fermento,& sale,bene cocto, & piscibus aradrada, & alis uolucrum leuium carnium, mollium, & [e] [testiculis gallorum leuium carnium impinguatorum] cum lacte,& prohibe ei uiscosa,& dura,& grossa. Et si fuerint multi nutrimenti,elige ex eis, quę cum multitudine sui nutrimenti sunt velocis digestionis, [f] [facilis] chymi, & humidi. Et summa sit tantę quātitatis,quæ non grauet,neque extensionem faciat plurimam. Verùm minoratio necessaria est in huiusmodi,& necessarium est in potu tribuere ei uinum subtile,decliue ad stypticitatē, parum tolerans commistionem propter aquositatem suam. Ipsum enim facit penetrare cibū, & uiuificat uirtutē,& excusat a potu aquæ frigidæ [g] [facientis irasci uel tristari] suo frigore; & sit eius summa tanta, ne natet super stomachum, & ne faciat rugitum,& sit eius cibatio secunda, quum iam primus integrè digestus est,& separetur eius cibus, quantum possibile est:& sit cibus leuis,ut non consequatur cibus eius cibum [h] † [ ] indigestum. Sitq; hoc regimen eius aliquibus diebus. Quumque melioratur parumper,addatur in exercitio,& fricatione,& cibo. Quum autem sanitati approximat,abscindatur kist hordei, & ponantur loco hordei uno die, aut duobus,sorbitiones factæ ex candarusio:& addatur ei cibus ex eis,quibus uti consueuit,& incipiatur a pedibus,& extremitatibus, & carnibus auium mollibus.

a B. tumescat.

b B. commouea excitando.

c B. Alia litera. fricentur membra eius,vt exsiccetur aquositas, s.superflua non naturalis, & attrahatur humiditas naturalis. Alia litera. cum oleo, vt colligatur,vel retineatur aquositas imbibita in eis.

d B. & facip.ū quiescere quiete integra.

e B. Alia litera. & gallis castratis.s. caponibus impinguatis.

f B. subtilis.

g B. nocentis

h † B. præcedentem.

De cura frigidę & siccæ complexionis. Cap. 30.

QVòd si complexio est frigida & sicca,tūc rege frigidam sicut regis siccam, & quoniam eius regimen non est ei,nisi cum calefacientibus,tunc aliena in ea, quæ addunt in siccitate,propter resolutionem suam,aut propter stypticitatem fortem in ipsis, & euaporationes quidem [a] [ ] omnes nocent, & non conferunt ipsi. & oportet ut alienetur calefactio fortis,uelox,quoniam illud exsiccat, & addit in siccitate,imò oportet,ut calefiat paulatim,& humectetur in eo,quod est inter illud & addat in substantia caloris innati, non in igneitate,& ex eis,quæ faciunt illud; est uinum paruæ commistionis, & lac: & aqua hordei permista cum pauco melle ablata spuma eius, ut multiplicetur ipsius nutrimentum, & minoretur eius superfluitas. est bona eis.

a † B. siccæ.

Et inungatur ſtomachus ex oleis aromaticis, quæ b [magis humectant,quam] calefaciãt: verbi gratia ſicut oleum de ſpica,& ſpica celtica,& oleum de maſtice eſt bonum eis. Et quandoq; miſcetur cum eo oleum de balſamo,c † [ ] quoniam eſt iuuatiuum.Et melius quidem eſt, vt miſceatur cum eis parum ceræ,vt ſit mora eorum ſuper ſtomachum. Et ex eis, quæ forte afferunt iuuamentum,eſt vt d [calefiat] maſtix, & miſceatur cum oleo neridẽ,& ponatur ſuper ſtomachum,& eligatur ex maſtice illud, quod eſt pinguius. Quòd ſi frigus vehementius fiat,non eſt excuſatio,quin liniatur ſtomachus cum eo, quod eſt ſicut pix,faciendo,vt ipſa adhæreat ei omni die:& remoueatur antequam infrigidetur. & quandoque adminiſtratur illud in die bis. Ipſa enim attrahit ad ſtomachum ſanguinẽ nutritiuum.Et oportet,vt tu cognoſcas formam adminiſtrationis picis ex eis, quæ dicta ſunt in capitulo picis. Et ex eis,quæ maximum afferunt iuuamentum, eſt amplexari infantem carnoſum,ſanę complexionis,quoniam ipſe facit,ſtomachum acquirere caliditatem innatã, digerentem cibum vehementer. Si autem non fuerit infans,tunc ſit catulus canis pinguis: aut cattus maſculus pinguis,aut quod procedit via eorum.Et oportet quidem,ut non ſudet infans amplexatus,& infrigidetur ſudor,,& poſſibile eſt ut liniatur uenter eius cum eis, quæ prohibent ſudorem.Et oportet,ut ne eis ſuperflue detur aqua frigida,quoniam ipſa eſt res magis nociua eis.

b B. quæ humectant cũ eo qđ.

c † B. & quandoque contẽtatur ſuper oleo de balſamo.

d B. teratur.

De cura complexionis ſiccæ cum caliditate. *Cap. 31.*

CVra huius eſt, ut aggregetur inter duo regimenta,quæ diximus. Quod ſi caliditas fuerit parua,ſufficit ut adhibeatur regimen habentium ſiccitatem,& ponatur uinum eorũ recentis temporis. Et oportet,ut ipſum in potu ſumant infrigidatum in æſtate,tepidum in hyeme, & ſimiliter ſint reliqui cibi eorum. Et ſit inunctio ſtomachorum eorum ex oleo de cydonijs, & ex oleo omphacino. Et quandoque ſanantur integre ex potu plurimę aquę frigidę, & propriè quando non eſt ſiccitas ſuperflua.

De cura complexionis calidæ & humidæ. *Cap. 32.*

COnferunt ei frigida exſiccantia, & aggrega inter duo regimina malitię complexionis calidæ,& humidę.Et cõferunt ei troch. roſ. facti cum roſ.recentibus.Et quando illic eſt ſolutio uentris,adminiſtra ceratum factum cum oleo de cydonijs.

De cura malitiæ complexionis ſtomachi cum materia, & cura oppilationis. a [ ] *Cap.* *33.*

a † B. & raritatis ſtomachi.

OPortet, ut cognoſcas diſpoſitionem materiei in ſtomacho,an b [exuccãs] ſicut exuccat ſpongia aquam. Aut ſit imbibita, ſub merſa,ſicut imbibitor pannus tinctura c [uiſcoſa] ſubmerſa in ipſo.Aut adhęrẽs,aut effuſa in cõcauitate,quę nominatur apud quoſdam natãs, et ut cognoſcas eius initiũ,& locum generationis eius,& partẽ effuſionis ipſius. Quòd ſi fuerit eius generatio,in ipſo, intentio in curando eſt intentio eius,& rectifica in ipſo cauſam generantem ipſam,& ſi fuerit ueniens ad ipſum ex mẽbro alio,ſicut cerebro aut felle, aut hepate,aut ſplene,euacua illud quod peruenit.& rectifica membrum mandans materiam ad ipsũ, & conforta ſtomachum,ut non recipiat illud, quod effunditur ad ipſum.Et quandoque eſt effuſio eius in hora famis, apud motum uirtutis attractiuę ſtomachi,& quietem expulſiuę, quare recipit ex materijs illud, quod nõ recipit in hora alia,& iſti ſunt illi,qui non tolerant famẽ, & quando ſuperuenit ei ſyncopis, quum ipſa adeſt,oportet ut preueniatur effuſio materierũ cum comeſtione cibi,& ſint cibi confortantes ſtomachum.Et quãdoq; contingit,quòd materia non effunditur,niſi quum aſſunt paſſiones animales,ſicut ira uehemens,aut triſtitia,aut aliæ,& non ſedatur mordicatio accidens eis, niſi cum uomitu. Et illi quidem quæ deſcendit a cerebro cõferunt piper albũ cõtritum cum aqua,& abſinthium, & aloes debilis iuuamenti in ipſa eſt. Sed hiera fortis fit ad illud propter illud,quod eſt in ipſa de medicinis fortis reſolutionis,& abſterſionis. Et iã pręteriit a nobis, quod ex compoſitione difficilis curæ eſt, ut ſit ſtomachus calidus,& caput frigidum, facit.n. neceſſarium illud,quod deſcendit ex capite,ut adminiſtrentur ea,quæ ſunt ſicut diapipereon & diacyminum,& illa quidem nocẽt ſubſtãtię ſtomachi. Et eius cura, quæ ab hepate effunditur,indiget eis,quæ leniunt naturã,& euacuant humorem ſubtilem cholericum, ſicut aqua caſei cum myrobalanis,& ſcammonea, & quandoque declinat ipſum ab d [vtroque]eorum ſimul e [per intentionem ad]illud,qđ confortat ſtomachum.Et oportet,ut præmittas lenificantia in cibo,& facias ſequi ſtyptica ſecũdũ quod dicturi ſumus in loco ſibi proprio.Illa aũt,quæ effunditur a ſplene,curatur cum eis, quæ dicemus in capitulo appetitus canini.Et quidem iã ſciuiſti, quòd quandoque effunduntur ad os ſtomachi humores acuti,mordicatiui,& faciũt euenire ſyncopim,& ſpaſmum,& quandoque perducit eorum effuſio ad deſtructionem pulſus,& quandoque ſunt melancholici,& eſt tibi neceſſarium,ut confortes os ſtomachi,ne recipiat materias f [attractas]ad ipſum cum emplaſtris,in quibus ſunt ſtypticitas,& aromaticitas. Et frigida quidem in diſpoſitione curationis caliditatis in febribus ſunt g [alcasbij] & cydonia,& galia,& ſuccus agreſtæ,& rami h [alhaulalic,]& olea ſicut oleum roſ.Calida uerò ex eis ſunt habentia diſpoſitionem contrariam prædictis,ſicut myrrha,& crocus,& aloes,et maſtix & abſinthium,& olibanum,& zingiber et ſpica,ſed olea ſunt ſicut neridem, & oleũ de i [lilio.] & multoties quidem eſt cauſa aggregationis materiei in ſtomacho retentio euacuationum mundificantium ipſum,non effuſio ad ipſum,& in huiuſmodi quidem oportet,ut euacues illud,quod aggregatum eſt,et aperias partẽ curſus eius,et facias ipsũ declinare a ſtomacho ad ipsã, et neq; educatur ex ſtomacho humor, niſi

b B. imbibita uel exuccata.

c B. imbibita.

d B. ambobus.

e B. phlebotomia &.

f B. peruenient

g B. ialcasb

h B. alhauleich

i B. maſtice.

nisi ad partem declinationis ipsius in euacuatione. Si autem ambiguus sit educ natatem, qui sequitur os, cum uomitu, & illum qui est ei cõtrarius, cum solutione. Quòd si humor est imbibitus, intrans, & non est nisi subtilis in essentia sua, tunc melius quo curatur, est aloes, & ablutum rectius est ad confortandum, & non ablutum ad purgandum. Nam quum abluitur, debilitatur eius euacuatio, & mundificatio ipsius, & hiera conuenientior est ambob. propter illud, quod in ipsa est de speciebus rectificantibus, & adiuuantibus, & prohibentib. a nocentibus, & proprie pura, non permista cum melle. Commista enim cum melle, quamuis sit plurimæ solutionis ex modis diuersis, quoniam est plurimum remanens in stomacho: tamen eius confortatio est minor, quoniam mel frangit de fortitudine aliquid in confortando, & purgando, quę ambo simul perquiruntur, & oportet, ut quando bibitur, ut intentio sit post ipsã ambulare; [k] † [ ] & non oportet, ut alteret propter ipsam, regimen suum, & quandoque remouetur ęgritudo potione vna ex hiera. & si fuerit illic casus appetitus, aut nausea, ponantur loco croci in hiera rosę rubeæ. Et quando inuenitur caliditas inflammata non administretur hiera, quoniam ipsa quandoq; addit in malitia complexionis, & propriè quãdo existimatur, quòd sit illic materia. [l] † [ ] hiera est medicina magis conferens humoribus cholericis in stomacho, & propriè cum decoctione absinthii. Descriptio hierę ad hunc modum leuis. Recipe floris squinãthi, & xylobalsami, & asari, & cinnamomi, omnium ana partẽ j. & aloes partes vj. & quando nõ quęritur in ipsa fortitudo euacuationis, imò mundificatio æqualis, ponatur pondus omnis medicinæ pars j. & s. Et ex pilulis expertis iuuantibus in hoc, est vt sumatur aloes drac. j. & myrobalanorum citrinorum, & rosarum medietas drach. & conficiantur cum succo endiuiæ, et dyacidoniten solutiuum factum ex cidonijs, & zuccaro, & scammonea, & quandoque sufficit vt in potu detur danic scammoneæ in tribus vnc. lactis acetosi, colati a butyro suo dimissi vna hora, donec bona fiat eorum cõmistio, & geleniabin solutiuum est maximi iuuamenti in hoc, & similiter fumusterræ, & propriè ad cholericã, & decoctio absinthij, & prunorum, & tamarindorum, & syrupus rosaceus solutiuus, & proprie in æstate, & similiter aqua casei cum myrobalanis, & scammonea pauca, aut aloe, si est voluntas, vt euacuet materiã cholericam. Medicamen Gal. bonum. Recipe absinthij romani drac. v. & ros. rubearum sanarum drac. xx. decoquantur in lib. duab. aquæ, donec remaneat medietas li. deinde potetur sicut est, aut cum zuccaro pauco, & aloes quidem est cõueniens in euacuationib. stomachi, & scammonea est nociua stomacho, & inimica ei. Non ergo audeas dare ipsam, nisi quum necessitas adest, & in huiusmodi quidem materijs, confert phlebotomia, quando illic est repletio, ut moueatur humor ad venas, & extremitates, & sint in humoribus qui sunt in stomacho, meatus in quibus expellantur, & iam quidem expertũ est sumere in potu hieram cum decoctione ab-

k † B. parũper.

l † B. & non sit sibi materia, & in summa.

sinthij, quoniam est vltima, & expertum est dia cydoniten huiusmodi. Rec. cydoniorum assatorum in massa quantitatem trium vnc. & croci, & absinthii, amborum an. [m] [drac. ii.] & s. et olei arboris masticis, et olei de cydonijs viii. [n] [darkimie] conficiantur cum vino odorifero, et administrentur. confortant. n. stomachum, qui est cum hoc modo, et prohibet ipsum recipere humores calidos. Et ex eis, quę experta sunt etiam, est vt sumantur absinthij drach. x. cinnamomi drac. v. xylobalsami, spicę, amborũ an. drac. iij. foliorum ros. recentium drac. iij. xyloaloes, masticis amborum an. drac. j. coquãtur in aqua multa, vsquequo redeat ad paruitatem, s. ad quantitatem libræ j. aut minus, et coletur, et infundatur in ipso aloes, cuius potio sit quãtitas vnc. j. omni die, vsquequo appareat sanitas, et si humor est effusus, non adhærens ei, neque grossus, iuuatur vomitu facto aqua raphani, et oxymelle, et aqua mellis, et aqua hordei permista cum oxymelle calido, et quę procedunt cursu eorum ex eis, quę faciunt uomere leuibus, et quandoque sufficit aqua calida sola, aut cum oleo calido solo, aut cum oxymelle cũ aqua calida sola. Et aqua quidem calida cum melle pauco lauat materiam, et quandoque expellit eam natura cum uomitu, et quandoque deducit eam ad inferiora. Et quandoque curatur huiusmodi materia cum solutione ventris etiam, cum eis quę diximus, si ex uomitu non prouenit illud, quod quæritur, aut est ad profundum stomachi magis decliuis. Et quando uolueris soluere uentrem cum hiera in huiusmodi materia, dabis in potu post balneum in die antecedente aquam hordei. Et quandoque est humor hic mordicatiuus paucus, et est tunc administratio sauic hordei cum aqua granatorum auferens [o] [ipsum] pp exuccationem sauich, et exsiccationem eius. et quia confortat aqua granatorum os stomachi, quare non recipit ipsum. Si autem humor est grossus, tunc rectius est vt incidatur, et subtilietur cum potionib. incisiuis, et subtiliatiuis. Et medicinæ quidem incisiuæ sũt, sicut oxymel, et [p] [alcagauic] et synapis, et capparis, et oliuæ, et cum emplastris et subtiliatiuis, deinde educatur solutione ventris cũ eis, quę educunt hmõi. Quòd si administretur vomitus, deinde ventris solutio, erit rectius, et si est inobediens, quin non eradicetur, tunc oportet vt facias vomere cum eis, quæ sunt fortiora, sicut decoctio nucis vomicę, et sinapis, et piperis. Medicamen faciens vomere phlegma, [q] [mucillago] carthami dissoluatur cum aqua aneti contriti, et proijciatur super ipsum oleũ laurinum, et detur in potu infirmo, & mittatur in ore ipsius penna, et euomat cũ ea, et quando mundificatur stomachus, tunc administrentur ea, quæ ęquant complexionem et calefaciunt ipsum cũ subtilitate, ut non generetur vice alia, et quando vis soluere ventrem in hmõi materia, dabis ei ad potandũ vno die ante ipsam [r] [post balneum] aquã ciceris, et oportet vt administres eis illud multoties, et balneatio in aquis thermaticis, et deambulationes, et motus iuuãt eos, et multoties est de cõsuetudine hominis, ut cõgregetur in stomacho ipsius phlegma plurimũ, tũc ergo admini-

m B. ana darchamet. i.

n B. darkemet.

o B. nocumentum eius.

p B. alchiuamich, uel alchuamich. Alia litera. alchiuamenich.

q B. medulla.

A aliter a.

r ——B.

s B. Alia litera. bliti.

t B. Alia litera. comedenti.

u † B. descriptionis.

x B. sanbolrumi

y B. mundificationem.

z B. præter pullos columborū. Alia litera. & columbinorum

strentur porri cum [s] [aceto] & synapi, quoniā sanatur, propterea ꝙ illa incidunt corpus humoris, & propter solutionem accidentem [t] [habentij ipsum. & si phlegma est acetosum, detur in potu hiera cum oxymelle, & utatur medicamine diacalamenthi. Et medicinæ quidem solutiuæ rectificantes humores grossos, quę sunt huiusmodi, [u] † [ ] sunt pilulæ alefeniati, & pilulæ aloeticæ magnæ, & pilulæ stomaticæ, & aloes in syrupo acetoso cum seminibus, fortia habente semina, facto cum melle, & hiera ad illum, qui grossus est. Reci. seminis apij. par. vj. & extremitatū absinthij, anisi, seminis foeniculi, omnium an. par. iij. piperis albi & assari, amborum an partem j. & mediam, costi, & [x] [spicæ Indę,] keisim, omnium an. partes ij. masticis, croci, amborum an. partem j. aloes partes viij. cōficiantur & fiāt ex eis trochisci, & bibatur omni die troch. pōdere aurei j. quoniam mundificat stomachum cum facilitate, & quādoq; necessariū est vti hieris magnis, & ex eis, quæ conferunt propriè post [y] [positionem] prę cedentem, sunt myrobalani kebuli conditi, & syrupus de absinthio, & zingiber conditum. & cibi conuenientiores eis, sunt iura alkanabir, & paruarum auium, [z] [& ius columbæ pullorum. [Corpora enim pullorum columbinorū sunt tardæ digestionis, & longæ morę in stomacho, & scias ꝙ sahane est exsiccatiua stomachi, exsiccatiua superfluitatum omnium humidarum, & aqua ferri mineralis, aut in qua extinguitur ferrū minerale, aut ī qua extinguitur ferrum ignitum multoties est iuuatiua stomachi humidioris, & oxymel squilliticum est uehementis iuuamenti, & diacydoniten purum est bonum materijs calidis & illud quod est cū pipere, & zingibere, materijs grossis, frigidis, & est eius descriptio. Recipe succi cydoniorum aquosorum, parum ponticorū, partem j. mellis ad infrigidatum, & zuccari ad calefactum, partem j. & aceti boni fortis scilicet aceti uini partem mediam, præparetur super ignem lentum, & reponatur. Quod si uoluntas adest, ut sit maioris fortitudinis, ad infrigidatum ponantur in ipso zingiber, & piper, & ex eis, quæ conferunt ad resoluendum materias grossas ex stomacho, est amplexari infantem, qui non polluitur, sed est proximus ad hoc, sine uelamine, & quandoque aggregantur in stomacho duo humores contrarij, & est ille, qui est imbibitus, verbi gratia, ex subtili cholerico, & effusus in concauitate ex grosso, oportet ergo, vt intentio sit in eo, qui est maioris nocumenti, & quando humor impediens est calidus, mordicatiuus, ex quo accidunt syncopis, & spasmus, tūc rege ipsum cum eo, quod diximus in capitulo syncopis, & primum, quo oportet, ut ei succurras est facere ipsum sorbere aquā tepidam. Nam quū ipsi per eam euomunt humores suos, sedatur illud quod habent, & si humor nocens effusus est melancholicus, tunc conferunt ei decoctio calamenthi cum melle, & decoctio epithymi, & calamenthi campestris. Et ex eis, quæ ualent ad hoc, est ut conficiantur alumen, & calcadis, & æs vstum cum melle, & ponantur super stomachum, & oportet ut ponatur super stomachos eorū in horis prauitatis ęgritudinis spongia infusa in aceto calido ualde. Quumque humor fuerit frigidus, & humidus, tunc sis cōtentus calefacientibus, resolutiuis, et non facias ingredi in eis ea, quæ exsiccant cum stypticitate, quoniam error est maximus, siue sit cibus, siue medicina, & quandoque materia impedit multitudine sua, nō sua corruptione & in succurrendo nocumento, administrentur medicinæ, & cibi styptici absque spe malitiæ. Curationi aūt apostematum stomachi, singularia posterius faciemus capitula, & similiter curationi ventositatum, & inflationis. In raritatis uerò stomachi cura, administrentur medicinæ calefacientes stypticæ, quas diximus, & proprie aromatica, in quib est conuenientia cordi, & spiritui, & administrentur electuaria aromatica, styptica, sicut de nuce muscata, & electuarium de cardamomo, & similia, quæ sunt ex eis, quę dicemus, & quæ diximus in curatione frigoris stomachi, & humiditatis eius, & [a] [oportet, ut exsiccentur] cibi, & subtilientur, & sumantur in pluribus uicibus, & non grauabunt stomachū. Et non impleatur uino subito. Neque moueatur post cibum, & potum. neque bibat super cibum. Et sit illud, quod bibit uinū forte, uetus, ad aliquantulam declinans [b] [stypticitatem,] & assumant ipsum paulatim paulatim. Cura autem oppilationū euenientiū in meatib. propinquis stomachi, qui sunt ad ipsum, aut in ipso, sicut meatus, qui sunt ex ipso ad splenem, aut ex ipso ad hepar, est adhibere aperitiua sicut hieram, & absinthium. Verum de curationib. obuiationis, & percussionis & casus super stomachū, sunt trochisci dicti in antidotario in quibus sunt Karabe, & melilotum. Emplastrum iuuatiuum ad hoc. Recipe pomorum de Sceni coctorum, dissolutorum in decoctione, contritorum ualde pondus ℥. [c] [j.] conficiantur cum decima sui de ladano et ros. ℥. viii. et aloes ℥. vi. conficiantur omnia cum duobus succis, s. buglossæ, et foliorum cupressi, et misceatur cum eo oleum de lilio, et tepidetur, et ligetur super stomachum diebus aliquibus.

a B. si alleuiantur.

b B. ponticitatē

c B. quinquaginta.

ANNOTATIONES.

Habes de curatione uentriculi intemperierum cum materia hæc fere omnia ex Gal. 7. meth. & 6. de tu. san. itemque ex Paulo lib. 1. Dubitare tamen licet, quum hiera passim a Gal. probetur, ubi intemperies cum materia uentriculum affligat, qua nam ratione uentriculi humores expurget. Id certe quod in tota hieræ compositione præpollet, est aloe, quam hic exigui momenti esse testatur, solam bilem educit. At uentriculus pituita præsertim scatet, cuius lacuna est, non bile, præsertimq; si fluxio a capite fuerit, quo in casu hieram tamen ipsam commendat. Ad hæc tamen. & si aloes bilem præsertim educit, non pituitam: ipsa tamen etiam tenuem pituitam trahit affirmante Mesue, quod si seorsum forte non facit, facere tamē assaro, cinnamomo, spicæ, & cæteris ijs potest, ex quib. hiera conficitur, quū et asarum purgatoria ui præditum sit, ut Dioscorides li. 1. et cęteri testantur. et cinnamomū ac cætera attenuante facultate maxime prædita sint. quorū ui pituitosos etiā humores tenuiores redditos extrahere aloe potest. Unde & Gal. .de comp. med. per loc. hieram solam exhibuit redundante pituitoso humore. & 8. eiusdem, & si biliosis præsertim humoribus confert, omnibus tamen uitiatis uentri-

cap. 11. cap. 10.
cap. 7.

cap. 9.

cap. 2.
cap. 2.

uentriculum humoribus expurgare docet. Sed ambiget rursum quispiam de hiera cum melle admista, quam hoc author plurimæ solutionis esse affirmat. Cuius tamen contrarium usu aduertimus, & ratio docet, nẽpe quũ aloes uis retundatur. Unde & si hieram simplicẽ ex melle, qua etiam nunc vtimur, drachmarum duarum uel trium pondere exhibeas, nihil educes, quum eadem & minor etiam mensura hiera specierum absque melle abunde faciat, Cæ-

cap.11. *terùm, æmulatur author noster Gal. 7. meth. ubi hieram ex melle magis quidem alum deijcere, minus verò uentriculum roborare docuit. Res ergo ita habet. Si eandem hieræ mensuram, & seorsum & cum melle exhibeas: non solum non retundetur hieræ uis ex melle, imò copiosius educet, quod mel abstergenti facultate præditum est. At quæ nostra tempestate paratur ex melle. imbecillior in soluendo est, quòd impari mensura exhibetur. & mellis copia nimio interuallo hieræ mensuram exsuperat. Unum adhuc scribit quod ambiguum videtur, quum ait [Et quando uolueris soluere uentrem cum hiera &c.] nempe ante hieræ exhibitionem, vbi in uentris cauitate vitiosa materia sit, neque*

Cap.12. *viscida, neque crassa, balneas proponit. At balneas Gal. 5. de tuen. sanita. & alibi, tutum non esse ait præsidium, nisi antea euacuato corpore. Adde quod, quum balneum (si modo quidpiam ab eo expectandum præsidium est) in hoc casu id solùm agat, quòd attenuat, discutitque, si materia in ventriculo contenta neque uiscida, neque crassa est, vt ait author, certe balneæ frustra ut in vsum ueniant, necesse est. Sanè paulo difficilior uidetur huius loci explicatio, certumque est, nisi attenuationis gratia ante pharmacum balneas nõ esse opportunas. At pter materiæ pparationẽ, ad rectè obeundã uacuationẽ, parandæ ẽt uiæ sunt, ut Galenus 2. aphor. parantur uerò eæ perquàm commodè balneo*

Com 21. *(præsertim quòd in solo ipso uẽtriculo, non in corporis ambitu crudi humores affluunt) quum id & aperire & intestina etiam mollire possit, id quod maximi ad euacuationes futuræ commodi est.*

De cura eius, qui læditur fortitudine sensus sui stomachi. Cap. 34.

QVum superfluit illud, non est excusatio, quin administrentur narcotica cum facilitate. Et oportet, vt sint cibi eius illi, qui ingrossant sanguinem, sicut illi, qui fiunt de frumento cocto cum multa aqua, & carnes uaccinæ vsquequo sit necessarium vti narcoticis. Et si illud, quod nocet, fuerit calidum, tunc oportebit, vt partes stomachi mundificentur cum hiera multoties, & vt non tardetur cibus eius, imò oportet in huiusmodi, ut cibentur in principio famis ipsorum, pane cum robub fructuũ aut infuso in aqua frigida & aqua ros. & quandoque infunditur in vino misto infrigidato; illud enim confortat os stomachi etiam. Et si illud quod lædit, fuerit frigidum, tunc plurimũ, quod eis accidet, non accidet nisi tremor & spasmus, quare oportebit, ut eorum stomachi confortentur cum uino styptico, & cũ medicinis aromaticis stypticis, subtiliatiuis, & euacuetur humor, qui est in eis.

ANNOTATIONES.

Sentiendi præstantia uirtus corporis est, non uitium: quæ tamen nonunquam affectus præter naturam rationem habet, ut de dolore capitis alibi dictum est. Uentriculus, quia neruorum copia effluit, & insigni sentiendi ui suapte natura est præditus, adeo exactè aliquando sentit, ut a quouis nisi temperatissimo cibo offendatur. Gal. 7. meth. magni cap 13. *faciendum eum esse scopum affirmat, qui ex sentiendi acutie sumitur, uirium gratia, quæ maxime dissoluuntur, proptereaque in his neque confertim, neque semel uacuantibus auxilijs medendum esse ait, sed tuto & in tempore. Iure ergo Auic. in uentriculo, qui ob exactiorem sensum a minima quauis intemperata re læditur, ea proponit, quæ stupidiorem sensum reddunt. iure uerò & hæc leuia proponit, quòd uentriculum, qui frigida substantia constat, ualidioribus stupefacientibus ad extremum discrimen duci facile est.*

De regimine eius, cuius stomachus paruus est. Cap. 35.

OPortet, vt sit cibus eius ex eis, quæ sunt in pauca quantitate, multi nutrimenti. a † [ ] a † B. aut cibus exhibeatur uicibus trib. aut quatuor ut suppleat loco eius, qđ exhibetur vice una aut duabus uicibus ĩ stomacho temperato.

b [& sint ex rebus conuenientibus stomacho.] b B capitulum de rebus conuenientibus stomacho. Cibi autem magis conuenientes ei, sunt illi, in quibus sunt stypticitas, & amaritudo sine acuitate, & mordicatione. Et sani quidem iuuantur in confortatione suorum stomachorum cum stypticis. In febrientibus uerò non oportet, ut superfluat in hoc c † [ ] c † B. &. cum eis, in quibus est stypticitas vehemens, quoniam illud exsiccat ora stomachorum suorum exsiccatione nociua, quare oportet vt in eis cum facilitate administrentur, d [quoniam] d B. quando. necessaria sunt. Et ex cibis quidem conuenientibus stomacho, iuuantibus ad debilitatem ipsius, secundũ quòd testatur Gal. sunt pelles intrinsecæ uẽtrium gallinarum, & dimissio coitus confert eius in cõfortando stomachum ualde. Et ex regimine cõuenienti pluribus stomachis, est uti uomitu in mensebis, ita vt non congregetur in stomacho humor phlegmaticus. Et facilior uomitus est ille, qui fit cum raphano, & piscibus comestis, expectando donec sit sitis ualde, & bibendo post ipsam syrupum acetosum mellinum, aut zuccarinum cum aqua calida, & euomendo. Et non oportet, vt supra illud addatur, quoniam consuescet natura eijcere superfluitates ad stomachum, & scias quòd uomitus facilis leuis sine labore, & non frequens, in hora necessitatis est maximi iuuamenti. Et ex regimine conueniente pluribus stomachis est, ut sint cõtenti cibo una uice præter quod repleantur in illa uice. De solutiuis uerò, conuenientiora eis sunt aloes, & absinthij herba, non succus eius, quoniam succus separatus est a stypticitate retenta in herba. & quãdoque iuuatur stomachus ex acceptione e [passularum] e B. uuarũ siccarum dulcium. in secunda mensa, propter illud, quod in eis est de abstersione æquali. & ipsæ quidem sunt ex eis, quæ sedant mordicationem paruam, quæ accidit stomacho, sua abstersione. Magna uerò mordicatio indiget fortiori illis. Et grana myrti conferunt stomacho, & capparis præparata etiam, & ex oleribus, lactuca stomacho, qui ad caliditatem est decliuis. Et similiter fumus terræ, & apiũ est cõmunis iuuamenti. & similiter menta, & enula condita cũ aceto. & ex eis, quę cõueniũt stomacho sua proprietate, & conferũt † meri etiã † gulæ. est lapis, qui dicitur f [corallus,] f B. iaspis. quũ suspenditur,

tur, ita ut approximet stomacho, aut [b] [sumitur]ex eo suspensorium. Qualiter ergo cum ingreditur in cōfectionibus, aut bibitur ex eo me dietas drach.j.

ANNOTATIONES.

Docet, qui cibi uentriculo apti sint. In uniuersumque cō mendat astringentes, & amaros, mordicationis & acrimoniæ expertes. At si rem diligenter perpendas, omnibus tamen uentriculi temperiebus astringentia non conueniunt. læduntur enim quibus humida intemperies cum frigiditate est, astringentibus, præsertim si frigida hæc sint (ut ferè astringentia sunt) quod Gal. 8. de comp. med. per loca. minus etiam si frigida & sicca intemperies vel frigida & crassa in uentriculo materia est, astringentia uidentur conuenire. Rectè tamen quasi communis uictus institutio hæc proponitur, quòd ut Gal. ait loco iam citato, plurimæ homi nibus intemperies ex redundantia humorum magis quàm ex inopia fiunt, propterea resiccantia plerosque magis iuuant, resiccantia inquam, uel astringentia, uel discutientia: præsertim uero astringentia, quod hæc dum particulam cui adhærent, contrahunt in se ipsam, eam ualidiorem reddunt. Abstinet uerò author noster in febricitantibus ab ijs, quę excellenter astringant, ob exsiccationem quam ueretur, ne in os uentriculi inducatur. Adde propter obstructionis metum, quæ astringentibus alimentis fieri solet. At neq; hoc perpetuum est, quando si forte in febriente ventriculus ex superfluo humore laxus fuerit, id quod sæpe euenit, astringentibus uti præstat, licèt habita febris ratione aliud indicetur. Subdit præterea ex Gal. testimonio tunicam uentris gallinarum internam prodesse uentriculo. Cęterum, & si id de gallorum tunica testatur ex aliorum sententia Dioscor. lib. 2. de gallinarum tamen tunica succedere Gal. negat 11. de simpl. med. fac. ubi de uentre agit. Subiungit & de vomitu multa, pro quare pete Hipp. lib. de salub. diet. lege & quæ lib. 1. fen 1. dicta sunt. Laudat pręterea cibi semel in die assumptionem, de qua re Hippoc. eodem lib. de salub. dieta. At in instituenda hac illud quoque animaduertendū est, quod Hipp. 2. de dięta admonet, semel in die cibum capere, attenuat, & siccat, & aluum sistit, propterea quod per animæ caliditatem humiditas ex uentre, & carne consumitur,

Cap.1. cap.41 Text.21.

De rebus, quarum usu nocetur stomachus, & intestina. Cap. 36.

SCias, quòd plures ægritudines in stomacho sequuntur [a] [satietatem nauseatiuam.] Aliena ergo eam, & aliena causam eius ex cibis in quantitate eorum, & qualitate eorum, & qui sunt inconsueti, & ex acribus, & ex aquis prohibentibus digestionē bonam. Et ex rebus magis inimicis stomacho est repletio, & propter illud non augetur corpus gulosi, quoniam cib. non digeritur, quare non [b] [crescit] ex eo corpus. Ille autem, qui a cibo abstinet, dum in ipso remanet adhuc aliquid appetitus, augetur, quoniam stomachus eius bene digerit cibum. Et scias, ꝙ cibus, qui est inconueniens stomacho in seipso, non causa aggregationis suæ cum alio, aut est inconueniens ei propter suam quantitatē, aut propter qualitatem sui, & vnaquæque earū si est ad leuitatem decliuior, natat, & requirit expulsionem cum vomitu, & si ad grauitatem residet, requirit expelli fluxu ventris. Et quandoque accidit ut natet pars eius, & resideat pars eius propter suam diuersitatem in leuitate, & grauedine, & diuersitate motuum vētositatum eueniētium in ipso; & requirit vomitum, & solutionem ventris simul. Et scias, quod prohibitio fęcis, & ventositatis, est maximi nocumēti. Quandoque enim ascēdit propter illud fæx ex reuolutione ad reuolutionem ad superiora, donec redit ad stomachum, & impedit nocumento maximo, & mouentur [c] [ex eo ea, quæ sunt] sicut ileos, & accidunt conturbatio, & casus appetitus, & ventositas etiam quandoque ascēdit ad stomachum, & eleuatur uapor ipsius ad cerebrum, & nocet uehemēter, & corrumpit illud; quod in stomacho est. Et scias quod omne, qđ stypticitatem non habet, ex succis proprie, & ex alijs, communiter est malum stomacho. Et omnia olea mollificāt stomachum, & quod ex eis est magis conueniens & magis sanum, est oleū de oliuis, & oleum de nucibus, & oleum de phisticis. Et ex medicinis, & cibis stomacho magis nociuis secundum plurimum, sunt grana pini & selk, & [d] [albedarugi, & napi] non dissoluti in decoctione, & acetosa & attriplices, & [e] [bliti,] nisi cum aceto, & almuri, & oleo. Et ex istis sunt fœnugræcum, & sisamum, quoniam ambo debilitant stomachum, & lac est nociuum stomacho, & similiter medullæ, & cerebella, & ex [f] [potibus, qui est grossus nouus.] & ex medicinis grana iuniperi, & grana [g] [alfagd] & scias ꝙ omnes medicinæ solutiuę, & omnia, quę abhominationem faciunt, sunt mala stomacho. & coitus est ex rebus magis nociuis stomacho, & dimissio eius est ex rebus magis conferentibus ei, & uomitus laboriosus quamuis sit iuuatiuus ex parte purgationis, nocet tamen plurimum cum debilitatione.

a B. altochme. b B. nutriuntur. c B. uel excitatur. d B. albadrugi. & alsegiem. e B. bacheleymanihe. f B. Alia litera. vinis quod est grossum nouū. g B. alharar.

ANNOTATIONES.

Et satietas, & fames, & quicquid naturæ modum excesserit, malum, ait Hipp. 2. aph. Utra verò harum uel satietas, vel inedia magis sit sanitati molesta, facile pronunciatur non est Hipp. 6. de uulg. morb. sect. . summum esse ait sanitatis studium non satiari cibis, & impigrum esse ad labores, ex quo, multi inediam satietati præferunt. At quum idem Hipp. 1. aph. uictum in sanis & ægris periculosum esse statuat, qui tenuis exquisitusque admodum est, non absolutè præferenda inedia uidetur. præsertim quod ad uentriculi ipsius sanitatem facit, qui & si ubi multa ex hibeas alimenta, non rectè concoquit, ipse tamen nutritur, & ciborum multitudini assuescit, ut si postmodum, per breue etiā temporis spatium a cibi multitudine abstineas, ad sanitatē redeat, id, quod ubi ex inedia contabuit, sperare ferè non licet. quod etiam in causa fuit, ut Gal. 7. meth. siccitatem longius tempus postulare dixerit quam humiditatem, ut ēt insanabilis euadat, si prorsus consummata est, eorum exemplo qui senio confecti iam sunt. Unum Aui. hoc loco notat, quod est ambiguum. nempe nucleos pineos uentriculo esse aduersos. At Diosc. lib. 1. conferre scribit. Cęterum, Nuclei pinus ut idem Auic. 2. lib. Can. & Gal. 2. de alim. fac. difficilis coctionis sunt. qua tamen, si, ut idem ait, aqua calida abluantur, exuuntur. tunc uero, præsertim adiecto saccaro uentriculo utiles sunt. Adde & quod fortaße hic eas pineas nuces intelligit, quæ rancidæ sunt. Itemque adde, quod etsi calefacto uentriculo obeße poßunt, frigefactum tamen adiuuare non mediocriter poßunt, dum sui acrimonia calfaciunt.

Aphor. 4. Tex. 22. Aph. 5. cap. 73. cap. 17.

TRA-

TRACTATVS II.

HVIVS FEN.

De regimine doloris stomachi, & debilitate eius, & dispositione appetitus eius. Cap. I.

a B. calida.

DOlor stomachi accidit aut propter malitiã complexionis absque materia, & propriè a [acuta] mordicatiua: aut propter malitiam complexionis cum materia, & propriè acuta mordicatiua, aut propter solutionem cõtinuitatis ex causa uentosa extensiua, aut mordicatiua adustiua, aut aggregatiua ambarum rerum simul, sicut est in apostematibus calidis. Et quãdoque fit ex ulceribus corrosiuis. Et ex hominibus quidem sunt aliqui, quibus accidit dolor stomachi, quum comedunt, & sedatur post digestionem, & eorum plurimi sunt melancholici, & patientes melancholiam mirachiam. Et sunt ex hominibus, quibus accidit dolor in fine spatij comprehensionis cibi in stomacho, & apud horam decimam, & quæ sequitur eam. De quibus sunt quidam, quorum dolor non sedatur, donec euomant quoddam, quod est sicut acetum, ex quo ebullit terra, deinde sedatur dolor eorum. Et ex eis sunt, quorum dolor sedatur cum descensione cibi, non cum vomitu. Et de duabus sectis sunt, qui remanent secundum b [tolerantiam] suam longo tempore. Et causa quidem primi est effusio melancholiæ ex splene ad stomachum. Et causa secundi est effusio choleræ ad ipsum ex hepate c [semper:] quæ ambæ non lædunt in principio rei, quoniam ambæ cadunt in profundum. Quumque cibus permiscet eas, commouentur cum cibo, & ascendunt ad os stomachi. Et est ex hominibus, stomacho cuius prouenit dolor, aut adustio uehemens, & quum comedit: sedatur, & eius quidem causa est effusio materierum mordicatiuarum ad stomachum, quando vacuus est a cibo, aut acetosarum melancholicarum, & sunt raro, aut acutarum cholericarum, quæ sũt sæpe. Et ex hominibus est, cui accidit propter multitudinem comestionis, & iterationis eius, non secundum veritatem famis, & propter repletionem corporis eius ex satietate nauseatiua, adustio in stomacho ipsius intolerabilis. Et quandoque fit dolor stomachi ex uentositate. s. aut dolor fortis, aut dolor pungitiuus. Et ex hominib. est, cuius est vehemẽtia sensus stomachi, & accidentia eius, quod diximus de humorib. cholericis, qui effunduntur ad ipsum, sunt causa doloris maximi accidẽtis stomacho eius; intolerabilis, & quandoque facit accidere syncopim. Et quandoque prouenit ex potu aquæ frigidæ dolor in stomacho æstuosus, clamosus. Et quandoque moritur subito propter aduẽtum doloris ad cor, & quandoque descendit dolor, & facit prouenire cholicam. Et timetur quidẽ in illo, in quo prolongatur dolor stomachi, ꝙ attrahat apostema stomachi, & portẽdit in prægnantib. præfocationẽ matricis, quãuis dolor stomachi multiplicetur in prægnantib. Et in libro quidem mortis festinæ dicitur, ꝙ quando apparet cũ dolore stomachi super pedem dextrũ quoddam simile vesicæ, d † [ ] tunc patiens eum moritur in xxvij. dieb. & ex signis illius est, ꝙ ipse appetit res dulces. Et si habet dolorem ventris, & apparet in supercilio eius uestigium, & bothor niger, similis fabæ, deinde fit ulcus, e † [ ] tunc ipse moritur, & huic quidem accidunt subeth, & multitudo somni f [propter frigus suæ ægritudinis.

b B. Alia litera. dispositionem.

c — B.

d † B. asperæ.

e † B. & permanet vsq. ad diẽ aut plus.

f B. in principio.

ANNOTATIONES.

Doloris in uentriculo causæ sunt, quæ in cęteris partib. dolorem creant. & intemperies cum materia & sine materia, & solutio cõtinui seu ab interna causa, ab humoribus, uaporibusve, sua uel quantitate uel qualitate molestis, seu extrinsecus, ob ingestam rem quampiam erodentem, uel ob percussionem, casum, & alia id genus, siue per essentiã, siue per consensum coniunctarum partium. Vnum hic notat, de quo ambigere quis possit, quum ait. [Et quandoque prouenit ex potu aquæ frigidæ, dolor in stomacho æstuosus &c.] Quomodo ex frigida aqua æstuosus, & calidus affectus oriri potest? Sed mirum non est ex frigida aqua calidũ affectum procreari. Aqua, ait Hipp. 3. de rat. uict. in ac. biliosis biliosa est. nempe, quum sui frigiditate incraßet, & obstruat. ex obstructione uerò diutius continetur, contentaque uritur, & in biliosum humorem conuertitur, qua ratione æstuosum dolorem potest procreare. Vide Galen. 8. de comp. med. per loca.

Text. 40.

cap. 4.

De signis. Cap. 2.

SIgna cõplexionum purarum sunt signa prædicta, & signa cõplexionum, quæ sunt cum materijs, sunt signa prædicta etiam. Et mordicatio quidem cum inflammatione, a [est significatio materiæ calidæ, propter qualitatem acutam, aut salsam.] Si autem mordicatio est non stabilis, imo renouatur, significat effusionẽ materiei cholericæ ex hepate. Et quandoq; facit incurrere mordicatio stomachi febrẽ ephemerã. Et mordicatio stabilis quandoq; facit incurrere febrẽ tertianam inseparabilem, & dolorem in latere dextro, & significat communitatẽ panniculi uelantis hepar. Et quando sedatur febris & remanet mordicatio, tunc illud est propter effusionẽ materiei ex supfluitatib. hepatis, aut malitiam cõplexionis calidę, aut humorẽ b [uiscosum] in stomacho. Et absque inflammatione significat materiam acetosam. Et signum eius, quod est ex summa illius, in quo est doloris euentus post horas super cibum, causa melancholiæ, est ut accidat vomitus aceti acetosi, & sedatur eo dolor; & ut splen sit læsus, & digestio mala. Et signum eius, qui est ex illo causa choleræ, est ut non accidat uomitus aceti, imo si fuerit, erit cholericus, & ut non sit digestio diminuta, & sint signa choleræ manifesta, & hepar calidum, inflammatum, & signa eius qui est ex uentositate, sunt eructuatio, & c [rugitus,] et extensio in hypochondrijs.

a B. significat materiam acutã qualitatis calidæ amaræ, aut salsæ.

b B. adhærentẽ.

c B singultus.

ANNOTATIONES.

Mordaces humores tum frigidi, tum calidi sunt. qui calidi, ijdem præter mordacitatem etiam calorem præ se ferunt, ita & frigidi præter mordicationem, coniunctã frigi-

ditatem habent. frigidi & mordaces sunt succi & ater humor, & salsa pituita, accedit tamen hæc ad flauam bilem. propterea que iure hic author mordicationem cum inflammatione mordacem materiam calidam, uel amaram uel salsã indicari scribit. nempe & si pituita salsa, ut pituita, frigida est, ut salsa tamen & ad bilem accedens, caliditatem coniunctam habet. Vide Gal. 2. de sympt. caus. & 3. nec non 5. de affectis locis.

cap. 7. cap. 2. cap. 6.

De cura. *Cap.* 4.

CVra quidem eius, qui est ex malitia complexionis calidæ, est in potu sumere lac acetosum vaccinum, & lac de quo extractum est butyrum acetosum, & aquam frigidam, & in cibo sumere pullos, & alcubugi, & duragi [a] [cucumeres] cucurbitam, & portulacam, & pisces paruos elixatos cum aceto. Et ex syrupis syrupum acetosum, & rob agrestæ, & ex medicinis trochiscos de spodio, & administrare emplastra in frigidantia. Et si videris extenuationem, & arefactionem, administrabis tinas, & potabis ipsũ vino subtili, misto, & facies ei sorbitiones [b] [calefacientes] subtiles, temperatas. Et quum dolor fuerit ex humore cholerico calido, euacuabis. Et administrabis syrupum acetosum cum aceto, in quo fuit infusum absinthium spatio longo. Et dolores quidem stomachi frigidos, & vẽtosos, si sunt leues, sedat vaporatio cum milijs, & uentosę cum igne, & proprie quando ponitur ex eis ventosa magna super locum mirach uentris medium, ita vt comprehendat umbilicum ab omni latere, & dimittitur sic hora una absque incisione, ipsa enim dolorem illico sedat mirabiliter. & sumere in potu vinum purũ, & inungi ex oleis calefacientibus, & hoc etiam sedat dolores prauos. Et aristolochia longa est maximi iuuamenti in sedãdo dolores vehemẽtes [c] † [ ] ventosos. Et similiter castoreum, quando bibitur cum aceto commisto, aut uaporatur ex eo uenter exterius cum oleo antiquo. Et vẽtositatem quidem resoluunt potus uini puri, & [d] [allia & exercitium secundum] vacuitatem. Et administratio eorum, quę dicemus in capitulo inflationis, si vehemẽs fuerit necessitas adhibere fortiores medicinarum. Et si dolor est ex ventositate præfocata in stomacho, aut eis quæ sequuntur eum, conferunt ei grana lauri, & cyminum assatum. Et si est dolor ex melancholia inflatiua, tunc oportet vt vaporatio fiat cum aliquãtulo alumine, & dragãtho contritis cum aceto acetoso. & vt vaporetur etiam cum ramis anethi contritis. Et si fuerit dolor ex apostemate, tunc cura eius erit cura, quã dicemus in capitulo apostematum stomachi. Quod si dolor [e] [non cessauerit,] mollificabis cum adipibus & embrochis factis ex anetho, & similibus. Et cura doloris, qui excitatur post spatium longum, facientis necessarium, vt euomatur materia acetosa, est confortatio stomachi cum calefactione & emplastris calidis cum uino puro, & confectionibus magnis, & cibatio ex eis, quæ in patellis præparantur: & quorum proprietas est ut [f] [suffumigationem] faciant in stomacho calido, sicut oua assata, & mel. Et cura eius, cui accidit dolor vsquequo comedat, est euacuatio choleræ, aut eius extinctio, si est ex cholera, aut euacuatio melancholiæ, si est ex melancholia. Aut declinare utrunque humorem ad partem, quæ non sit stomachi, [g] [propter illud,] quod diximus in capitulo canonis, & vt confortetur os stomachi. Et oportet post illud, vt diuidant cibum, & vt cibentur ambo cibo pauco in quantitate, multo in nutriendo, & non bibant [h] [aquam] super ipsum, nisi [i] [sorbendo, & expectent vsque ad horam famis:] & quum completur, bibant tunc. Dolor autem, qui accidit post cibum, & non sedatur nisi vomitu, est dolor malus, & rectius quidem est, vt in potu sumant omni die aliqd mellis ante cibum, & ut cõsideres causam illius ex capitulo vomitus. & euacua illud quod oportet euacuari, ex infusione aloes, & similibus: deinde administra troch stellę, & ex eis quæ cõferunt ad hoc, est, ut sumant olibani & masticis, & nigellæ, & ammeos, & corticum phisticorũ viridium, & xyloaloes crudi, partes æquales: terantur, & cribellentur, & conficiantur cũ melle emblicorum, & sumatur ex eo ante cibum quantitas duarũ drach. usque ad duos aureos. Et conferunt ei administratio coriandri, & syrupus granatorum cum menta & reliqua, quæ dicuntur in capitulo vomitus. Et ex eis, quę cõferunt doloribus stomachi cum proprietate, secundum quod testificatur Galenus, sunt cutes intrinsecæ stomachorum gallinarum. Et plurimum, quidem mordicationem stomachi sedant res frigidæ, sicut lac acetosum, & similia.

a B. cum almas & Alia litera, & almes cũ cucurbita & portulaca.

b B. impinguantes.

c † B. &.

d B. festinatio ad somnum, & exercitium sup

e B. ex sui uehementia nõ prolongetur tempore quin interficiat tunc.

f B. essumationem.

g B. cum eo.

h — B.

i B. deglutiẽdo parump & prætermittant ipsã vsque ad horã doloris. Alia litera parump & expectẽt vsque ad horam doloris.

ANNOTATIONES.

Oppugnandæ singulæ causæ sunt quæ dolorem uentriculi faciunt, eadem ratione qua in cæteris. Docet hic plura. pro quibus adi Paulum lib. 3. & Trallian. lib. 7. & Rasim 9. ad Almans. Unum postremo loco notat de galinarũ uentriculi tunicis, de quibus & supra actum est. Adde etiam quod Auer. 5. Coll. simile membrum, simili comesto adiuuari existimat. Hinc & affecto pulmone pulmonem uulpis medici laudant.

cap. 3 8. cap. 10.

cap. 19.

De debilitate stomachi. *Cap.* 4.

DEbilitas stomachi est nomen dispositionis stomachi quando non bene digerit, & cõturbat eum cibus vehemẽter absque causa, quę fit in cibo, ex causis prædictis ĩ capitulo [a] [principiorum] digestionis. Et multoties quidem associantur ei defectus in appetitu, & paruitas, verum illud non est semp, imo quandoque est appetitus plurimus, & digestio pauca, & non significat illud fortitudinẽ stomachi, & quãdo causa eius in fortitudine augetur, sũt illic rugitus, & eructuatio alterata & nausea, & proprie sup cibum, ita ꝙ quoties sumit cibum, [b] [non potest moneri, donec] ipsum euomat, & sunt mordicatio, & dolor inter ambas spatulas. Quod si cã ĩ fortitudine ualde addatur, nõ erit eructuatio, aut nõ facilis erit exitus stercoris, aut nõ erit ei mora, & lubrificabitur uelociter, & erit patiẽs deiecti pulsus, uelox ad syncopim, & quærit cibũ. quũq; approximatur ei, terretur ex eo, aut sumit

a B. corruptionis.

b B. Alia litera existimat non posse moueri quum.

mit rem modicã: aut accidit ei febris pro qualibet causa, & apparent in eo accidentia melãcholiæ mirachię. Et scias, quòd debilitas stomachi, fortasse est causa omnium ægritudinũ corporis, & hæc quidem debilitas quandoque est in superioribus stomachi, & quandoque est in inferioribus eius, & quandoque est in utrisque ipsius. Quumque est in superioribus stomachi, est nocumẽtum eius, quod comeditur in principio, quum comeditur, quamdiu est in partibus superioribus stomachi, & si est in inferioribus stomachi, est nocumentum, quum requiescit cibus, & apparet eius uestigium in egestione. Et causæ quidem debilitatis stomachi, sunt ægritudines uenientes in eo prædictæ, & nauseatiua sacietas continua, & quandoque facit ea plurimus vsus uomitus. Et experimentatores quidem in cura contenti sunt exsiccatione, & desiccatione secundum quod innuimus ad illud in capitulo, succurrendi complexioni frigidę, & humidę, quę accidit stomacho. Sed verius est, quòd debilitas stomachi sequitur omnem malitiam complexionis, quare oportet, vt cognoscatur complexio, deinde opponatur cum cura, & quandoque est debilitas propter siccitatem stomachi: si ergo curetur cura prædicta, qua contenti sunt experimentatores: erit causa mortis: & quandoque est sanitas eius in potando ipsum [c] [aqua frigida, aut potatione lactis acetosi vaccini infrigidati super niuem, & administratione fructuum frigidorũ. & quandoque uehementia debilitatis stomachi curatur cum calefacientibus, & dominatur ei sitis, [d] [sed obuiatur ei cũ eis, quæ sunt sicut] aqua frigida, & sanatur illico, & quandoque expellitur [e] [statim propter repletionem aquæ illud, quod est illic ex humore nociuo,] & egreditur cum solutione ventris, & euadit æger cũ eo, & solutio uentris est ex eis, quæ debilitant eum, & fit cum ea soda, & scias, quòd fortitudo stomachi fixa, est cũ fortitudine omnium virtutum iiij. quæcunque ergo earum debilitetur, debilitat stomachum. Verum homines iam cõsueuerunt, vt dicant illud secundum digestiuã. & vnaquęque ipsarum uirtutum debilitatur propter omnem malitiam complexionis. Verum attractiua debilitatur frigore, & humiditate secundum plurimum: quapropter, oportet vt conseruetur cum medicinis calidis & siccis, nisi sit debilitas eius propter causam aliam, et retentiua oportet, vt conseruetur secundum plurimum cum siccitate cum declinatione ad frigiditatem, & expulsiua cum humiditate & frigiditate. [f] † [ ] & digestiua [g] [per siccitatem cum caliditate.] Et scias, quod deterior debilitas stomachi est illa, quæ contingit in rarificatione texturę villorum eius, & significat illud hoc, quod non inuenitur illic signum malitię complexionis. neque apostema, neque cõfert [h] [reuolutio ciborum illic. scias ergo,] ꝙ stomachus iam atteritur. Et nocumentum quidem ingreditur super uirtutem retentiuam, vt non inuoluatur stomachus super cibum omnino, aut mala inuolutione ipsum comprehendat. s. tremula, aut cũ tremore cordis, aut spasmosa. Ex ea igitur est illud, quod sẽtit æger manifesto sensu, sicut spasmus, & tremor cordis:

c B. potatione.

d B. ei sitis & infirmus contrariatur medicis quare repletur

e B. humor nociuus causa repletionis ex aqua si fuerit illic humor.

f † B aliqua.

g B. cum caliditate & humiditate aliqua.

h B. bonificatio ciborum quare illic scias.

tremorem verò quãdoque non manifestè percipit, uerum significatur illud cũ eo, quod sentitur de labore stomachi, & desiderio eius deponendi cibum a se, prę́ter quòd sint uocãtes ad illud rugitus, & extensio, & inflatio. Quod si superfluat [i] [horripilatio,] fit tremor magnus, & sentitur ex eo, sicut sentitur ex tremore reliquorum membrorum, & ingreditur super attractiuam, ut non attrahat omnino, & quidam nominant hoc mollificationem stomachi; aut attrahit cum [k] [pena,] sicut fit in initio ægritudinis, quę nominatur mollificatio stomachi. Aut est eius attractio varia, quasi sit spasmosa, aut tremula, & debilitas quidem virtutis alteratiuę perducit ad hydropisim carneam. & scias, quod quando stomachus taliter debilitatur, quod cibum mutare non potest omnino absque causa, excepta debilitate stomachi [l] † [ ] est causa quam [m] [distinguunt] experimentatores intendẽtes succurrere ei, ita ut non percipiant. [n] † [ ] & similiter iuuant cũ regimine electo apud eos secundum plurimum Et oportet ut emplastra, & vnguenta prædicta, quando [o] [volunt ex eis confortationem stomachi,] calefiant uehemẽter: tepida nanque secundum eos mollificant os stomachi. Et Gal. quidẽ vsus fuit in hoc capitulo cerato scd'm hunc modum. Recipe cerę, aur. viij. olei de neriden unc. j. & misceatur cum vtrisque, si stomachus fuerit uehemẽtis debilitatis, ita ut nõ retineat cibum, & aloes, & masticis amborum an. aur. j. & s. aut aur. j & succi agrestę aur. j. & ponatur super stomachum, & Gal. etiam affirmauit, quod ægritudines stomachi, cum quibus non est caliditas uehemẽs, aut siccitas uehemens, sanantur cum diacydonite secundum hunc modum. Recipe succi cydoniorum lib. ij. & aceti fortis lib. j. & mellis quãtum sufficit: decoquatur donec fiat in essentia mellis, & puluerizetur super illud zingiberis vnc. j. & tertia aut ij. vnc. & administrentur. Medicamen aliud proximũ illi. Recipe cydoniorum [p] [acetosorum] lib. iij. & mellis. lib. iij. permisceantur ambo, & proijciantur super ea piperis iij. vnc. & seminis apij montani vnc. j. & ex eis, quę conferũt stomacho debili, est administratio vociferationum, & omnium quæ mouent siphac. Et ex medicinis bonis stomacho debili, mollificato, est tryphera, & medicamẽ psarum, & eius modus est, ut sumantur myrobalanorum nigrorum assatorũ cum butyro vaccino drach. x. & nasturtij assati. drach. v. et ammeos, et origani persici amborum an. drac. iij. scorię ferri drac. x. dosis eius sit drac. ij. cum vino forti. Descriptio emplastri boni ad debilitatem stomachi cum duritie sua. Recipe cassię ligneę medietatem drac. j. lilij, carmet. viij. floris squinanthi carmet vj iuniperi carmet xviij. bdellij carmet. xxxij. [q] † [ ] spicę [r] [celticę.] vnc. vj. aut [s] [gũmę rutę syluestris unc. j.] aloes vnc. j. olei balsa. vnc ij. cinnami grossi vnc. j. & [t] [potare grana myrti est ualde iuuatiuum] eis. et inmenta est iuuamentum manifestum, et superiora fœniculi sunt ex eis, quę conferũt in emplastris stomachi frigidi, & calidi, et pix est ex empla-

i B. tremor.

k B. pigritia.

l † B. perducitur res ad lubricitatem intestinorum, sed secundum plurimum in debilitate stomachi.

m B. intendunt

n † B illam.

o B. Alia litera. quum uis ea applicare ori stomachi.

p B. assatorum.

q † B ceræ unc. xvj. termẽtinæ unc. iiij. rasæ ab lutę lib. i. s. amomi xviij. darchami ammoniaci carmet, xxxii.

r —— B.

s B arsun uel assum Alia litera merachichun.. euphorbii. unc. viii.

t B. & syrupus granorum myrthi est ualde iuuatiuus.

emplastris stomachi frigidi debilis, & scias, quod debilitas quandoque est causa tarditatis descẽsionis cibi, quũ expulsiua est debilis, quare oportet ut sit panis confectus istis plurimum habẽs fermenti, & quandoque est causa velocis descẽsionis cibi propter suam [u] [infusionem] lubricitatem [x] [propter] debilitatem suæ uirtutis retentiuæ; quare oportet, ut sit panis confectus istis ad azimum decliuis aliquantulum.

u B. humectationem.
x B. &.

ANNOTATIONES.

Imbecillitati contrarium est robur. estque ea impotẽtia: hoc uero potentia ad agendum. potentia ad agendum sanitas est, impotentia, morbus (nisi forte illa sanitatem, hæc morbum sequitur) quo fit, ut uentriculi imbecillitas nil aliud sit quam eiusdem morbus. hic uerò non sola intemperies, sed etiam mala compositio, ac continui solutio. Et si ergo Gal. partium imbecillitatem & intemperiem idem esse quandoque affirmat, non is tamen uel malam compositionem, uel solutionem continui excludit. intemperiei autem potius quam compositioni, uel solutioni id nomen accommodat, quod eius sententia (de qua alibi dictum est) actiones simplicium sunt partium, & usus compositarum. licet uero, ut diximus, imbecillitas sit ipse plane morbus, Gal. sententia, eam tamen author noster sequi morbos asserit, aut certè, quod uere potentia & impotentia agendi a sanitate & morbo differant, quod imbecillitas & robur effectus sũt duobus illis succedentes, id quod nos hoc loco non discernimus. uel etiam per imbecillitatem, læsam actionem intelligit, quod nos magis arbitramur. Quare, quoniam & uentriculi actiones plures appetitrix, attractrix, retentrix, concoctrix, expultrix, ubi harum actionum quæpiam lædatur, imbecillitas uentriculi uere dici potest, neque de ipsa tantum uel concoctione uel appetentia, ut multi putant, affirmabitur. De his author noster fusius, pro qua re pete Galen. & lib. de sympt. dif. & 1. & 3. de sympt. caus.

Cap. 7. cap 7. cap. 1.

De signis nauseatiuæ satietatis, & destructionis digestiuæ. Cap. 5.

EX signis illius sunt apostema faciei, & constrictio anhelitus, & grauitas capitis, & dolor in stomacho, & singultus, & pigritia, & tarditas motuum, & citrinitas coloris, & inflatio in uentre, & in intestinis & hypochondrijs, & eructuatio acetosa, aut acuta fumosa, fœtida, & nausea, & uomitus, & [a] [lubrificatio superflua;] aut retentio superflua.

a B. fluxus ventris superfluus.

De cura. Cap. 6.

OPortet, vt administretur vomitus, & leniatur natura cum solutione ventris, & ieiunet, & dimittat cibum quantum potest, & ut sit contentus minoratione, quando non potest. Et exercitium, & balneum, & ut sudet, facienda sunt, quum non est repletio, cuius motus timeatur cum motu. quod si timeatur, administretur quies, & sõnus prolixus: deinde gradatim perueniant ad cibũ, & balneũ, & experire de cibo, cuius digestio bona sit, & [a] [experire] signa bonitatis digestionis prędicta in capitulo suo, & quandoque est nauseatiua satietas propter multitudinem somni, & quietis. Nã somnus quãuis cõferat inquantũ digerit, tamẽ motus confert inquantum expellit superfluitates, & somnus quidem nocet, ubi egent superfluitates expulsione, & uigiliæ nocent, ubi indiget materia digestione, & quandoque perducunt nauseatiua satietas, & comestio non secundũ ueritatem famis ad hoc, ut accidant stomacho adustio, & acuitas intolerabiles, & isti iuuantur in curatione nauseatiuę, satietatis cum aliqua quantitate confectionis sotire, & isti quandoque [b] [incipiunt uomitu expellere illud,] quod comederunt.

a B. considera.
b B. perducuntur ad vomitũ eius.

ANNOTATIONES.

Arbitrantur quidam, hoc expultricis esse facultatis symptoma. Sed si rectè perpendamus, retentrix laborat, non expultrix. hac laborante expultrix potius fit fortior. Irritatur uentriculus ab humorum, qui in eius tunicis impacti sunt, uel copia, uel prauitate, & in nauseam impellitur. huic motui, quia coctio quiete præsertim perficitur, etiam cruditas succedit. sequunturque plura alia, quæ author noster hic aperte explicat. Pro huius affectus curatione repetenda essent, quæ de intẽperie cũ materia in superiorib. habita sunt.

De destructione appetitus, & debilitate eius. Cap. 7.

QVandoque est causa eius caliditas pura, aut cum materia, & appetit humidum, & frigidum, quod est potus, absque calido & sicco, quod est cibus. [a] [Et quod est consuetum uehementius & magis destruit appetitum.] Et frigus quidem vehementius pertinet appetitui: & propter hoc inueniuntur septentrio ex ventis, & hyems ex temporibus uehementiores ad excitandum appetitum, & qui iter peragit in niue, uehementioris appetitus est ualde. Et causa in hoc est, quod caliditas est mollificatiua, faciens currere materias, & replens locum eis, & frigiditas est è contrario, quamuis quandoque sit causa magis nocens appetitui malitia complexionis frigidæ singularis, quando mortificat duas virtutes, scilicet sensibilem & attractiuam, quare debilitatur appetitus, & hoc est rarò. [b] [verum] quandoque est causa eius omnis complexio superfluens, [c] [quod si confirmetur malitia complexionis, debilitabit] omnes virtutes. Et deijcitur appetitus in febribus propter malitiam complexionis, & dominium sitis, & repletionem humorum malorum [d] [excitabilium. Et quandoque] uehementius cadit appetitus in febribus pestilentialibus. Et quando superfluit solutio uentris uehemẽs. fit [e] † [ ] appetitus [f] [cum superfluitate.] Et appetitus quidem cadit in apostematibus stomachi & hepatis [g] [cum vehementia.] Et quum appetitus conualescentium non est bonus, & cadit, significat recidiuationem, nisi sit propter paucitatem sanguinis & debilitatem corporis. considera ergo illud. Et quandoque est eius causa phlegma plurimum, uiscosum, comprehensũ [h] [in ore stomachi,] quare natura refugit a cibo, nisi in quo sunt caliditas et acuitas: deinde accidunt ex acceptione illius etiam inflatio, et extensio et nausea, et non quiescit nisi cum eructuatione. Et quandoque fit propter assiduationem catarrhi descendentis ex capite ad stomachum. Et quandoque fit propter repletionem corpo-

a B. Et illa quæ est cũ materia vehementior est in hoc, & magis destructiua appetitus.
b B. imò.
c B qũ confirmatio malitiæ cõplexionis debilitat.
d B. furiosorũ, sed.
e † B. Alia litera. casus.
f —— B.
g B. aliquando.
h B. Alia litera. in stomacho.

i B. occupationem.

corporis,& paucitatem resolutionis, & [i] [administrationis] naturæ in rectificando humorem malum,sicut fit in febribus;in quibus toleratur dimissio cibi tempore extenso:quoniam natura non sugit ex uenis, neque uenæ ex stomacho,propterea quia natura laborat ad expellendum,& refugit ab attractione,& sicut ab stineret ursus,& eritius,& plurima animalia a cibo in hyeme tempore extenso,quoniam occupatur natura in rectificando illud, quod est in corporibus eorum ex humoribus crudis,& digerendo ipsum,& administrando ipsum loco eius quod resoluitur.Et ad vltimum necessitas cibi,est vt suppleat locum eius, quod resoluitur.Quum ergo non est resolutio,aut [k] [est resolutio parua,] non est necessarius cibus extrinsecus.Et quandoque est causa in ea,quòd uenis & in carne,& lacertis,& reliquis membris quādoque accidit tantum debilitatis, ut non sugāt & non peruenit suctio secundum semirā [l] [expulsionis]ad os stomachi, quare nō [m] [sufficiēter accipiat] stomachus cibum,sicut quum accidit ei [n] [abstinentia a restauratione] eius, ꝙ resoluitur.† [o] [

]

k B. Alia litera. est id quod resoluit humor, seu res apta supplere locū eius quod resoluitur Alia litera. est resolutū id qđ supplet locum eius quod resoluitur.
l B. successionis.
m B. requirit.
n B. Alia litera. sufficientia restaurationis.
o † B. quū ergo nō est illic resolutio nō est illic necessitas ad restaurationem eius quod resoluitur.
p B. excitatur.

quare non [p] [peruenit] suctio venarum ad os stomachi,Et quandoque fit propter abscissionem melancholiæ effusæ secūdum assiduationem exsplene ad os stomachi,quare non mouet spiritum ad appetendum,& non expellit aliquid ab ipso mundificando.Quumque remanet supra superficiem stomachi res extranea , tunc si est pauca,est sicut abstinens a materia , & mouens ad expellendum,non sicut appetens ipsam mouens ad attrahendum. Et quādoque est causa eius destructio uirtutis sensibilis in ore stomachi, quare non sentit suctionem uenarū ex ipso,quis sugāt.Et quandoque est illud causa proprietatis stomachi,& quandoque est cum communitate cerebri,& quandoque cū communitate nerui sexti solum, & quādoque fit causa eius debilitas hepatis,quare debilitatur virtus appetitiua, imò quādoque fit causa eius mors uirtutis appetitiuæ, & attractiuæ totius corporis,sicut fit post egestionē sanguinis plurimi,& hoc est malum,& difficilis curę,& perducit illud ad hoc, ut [q] [cognoscat cibos] & appetat ex eis aliquid,& [r] [ponantur] ante ipsum,refugiat ab eis;Et deterius hoc est,ut nihil appetat , & non debilitatur uirtus appetitiua post euacuationem tantum,imò apud omnem malitiam complexionis superfluæ. Et quandoque causa eius est vermes,quando nocent intestinis,& communicat ei stomachus,& non lædunt stomachum,nisi ascendendo ad ipsum. Et quandoque est causa eius melancholia multa lædens stomachum,mouens eum ad vomendum,& ad expellendum,non ad comedendū , & attrahendum, Et quandoque accidit destructio appetitus propter prægnationem, & retentionem menstruorū in principio prægnationis. Verùm illud,quod plurimum accidit eis , est corruptio digestionis:& quandoque est causa eius superfluitas caloris aeris,aut frigiditatis eius , ita vt resoluat uirtutem sua caliditate aut stupefaciat eam sua frigiditate:aut prohibeat resolutionem:& [s] [uehementem faciat caliditatem] stomachi similiter,qui consuetus est bibere uinum,& dimittit illud.Et quandoque alteratur dispositio appetitus , & debilitatur propter malitiam dispositionis somni.Et quādoque fit casus appetitus propter paruitatem sanguinis,quam sequitur debilitas uirtutum,sicut accidit conualescentibus cum [t] [conualescentia.] Hic nanque appetitus redit cum uiuificatione,& reditione sanguinis paulatim.Et [u] [exercitium] etiam abscindit appetitum cibi.Et potus aquæ plurimæ . Et quandoque est causa eius tristitia,& timor,& ira, & quę sunt similia his.& quandoque est appetitus prostratus,& quando incipit homo comedere, excitatur,& causa in hoc est,aut quia cibus excitat virtutem attractiuam,aut quia qualitas inuenta in ipso actu,alterat complexionem destruentem appetitum: sicut si sit complexio illa calida , & ingrediatur cibus,qui sit frigidus actu cum cōparatione ad illam complexionem,& sedatur. & similiter quandoque bibitur in ieiunio aqua frigida,& excitat appetitum.& febricitanti quidem redit appetitus eius cum receptione panis infusi in aqua frigida.& quando accidit ebrietas ex uino ebibito super humorem [x] [cōmotiuum ,] excitat appetitum ad [y] [sorbendum.] & similiter si est ille destructor appetitus frigiditas,& ingreditur cibus calidus actu, aut [z] [aggregatur] ex eo actu . & casus quidē appetitus in ægritudinibus chronicis est significatio ualde mala.& scias,quòd causæ destructionis appetitus sunt ipsæ eędē causę debilitatis appetitus,quum sunt minores & debiliores.

q B. offerantur cibi.
r B. & quum ponuntur.
s B. & uehementia caliditatis.
t B. cū euacuatione.
u B. Alia litera. dimissio exercitii.
x B. fur snm.
y B. surbagiet.
z B. pars seu aliquid. Alia litera. calidum.

ANNOTATIONES.

Inappetentia læsa est uentriculi actio,uel imminuta uel ablata. Aboletur vt ait Gal. 1. de sympt. cau. quum nihil omnino appetit vel cibi uel potus. cibi inappetentiam fieri ibidem ait Gal. uel sensu suctionis amisso,uel suctu non facto corpore non euacuato , uel uentriculi partibus affectis,solidis quidem a calore laxando resolutis & ad tractū imbecillioribus redditis:humidis uerò ad eadem caliditate fusis,& amplius extensis. Potus uerò inappetentia fit , uel quòd corpus propter excessum humoris uel frigoris,potione omnino non indiget. uel quòd uentriculus offensam ex frigidi & humidi desiderio in se non sentit. Diminuti uerò appetitus causæ eædem sunt, quæ & abolitæ,sed leuiores. atque quum hæc Gal. loco citato scribat. fusius author noster prosequitur. Licebit autem,vt in uniuersum inappetentiæ cuiusque causas horum alterum ponas, uel materiæ in uentriculo copiam,siue ea nutrire apta sit, siue inepta:uel sensus uentriculi offensam ex morbo,a quo appetendi uis uel obtunditur,vel omnino aboletur. Morbus uerò hic uel intemperies,vel mala compositio,uel solutio est continui,non autem sola intemperies, vt video multos uelle . Et si enim non negarim, quia appetentia actio est:propterea; Galeni sententia ad simplices particulas pertinet, nō ad compositas,ex intemperiebus præsertim,eandem sequi, requiritur tamen ad simplicium omnium partium actionem etiam compositarum sanitas : nempe quòd,sicuti ut fiant actiones ex Gal. sententia ex simplicib. prouenit, ita, ut rectè fiant & tutò,compositæ adiuuant. Quum uerò intemperies uel imminuens uel destruens appetentiam caliditas præcipue sit,ut & Gal. loco citato. idem tamen etiam ex frigiditate nimia pati uentriculus solet , ut hic Auic. ait ex Gal. 2. aph. Et sicuti econuerso a frigiditate,ut hic idem

Cap. 7.

Com.20. *idem Auic. scribit ex Gal. loco iam citato, & per frigidas anni constitutiones, ut Arist. 8. probl. sect.* Probl.4 *appetentia uel etiam nimia excitatur, ita & eadem a calore moderato au getur, coquente, & dissipante alimenta, quamuis immoderatus, vt ex Gal. 1. de caus. sympt. iam dicebamus, dum & solidas ventriculi partes dissoluit, & imbecilliores ad tractum reddit, & humidas fundit, extēditque eandem appetendi vim redundat ac destruat, vt in febribus. At uerò hæc, de qua diximus, actio non affecto solum uentriculo læditur, sed ipsius quoque superioribus neruis, qui a cerebro sensum ventriculo deferunt, offensis. quare & in grauedinibus inappetentia solet fieri. Neque item ex manifestis dumtaxat qualitatibus offenditur appetentia, sed etiam ex abditis. veluti in pestilentibus morbis, in quibus statim cibi fastidium aduenit. Et quamuis, vt author hic notat, vbi alui fluxio superfluerit, vehemens nonunquā appetentia fiat, testatur tamen Gal. 8. meth.* cap.5. *alui fluxu ex crudita te appetentiam deijci. ob id fortaße. quòd vt idem 6. aph.* cap.3. *scribit eorū pars quæ excernuntur per aluum, ad uentriculum regurgitat. vel etiam quòd longa fluxione uentriculi oris temperamentum euersum est, unde neq; totius corporis neque etiam sui ipsius indigentiam sentiat. Quamuis etiā ex suppressa atræ bilis ad uentriculum effusione fieri affirmat, quum ait [Et quandoque fit propter effusionem melancholiæ &c.] idem tamen ex eiusdem humoris redundantia sequi potest, ut Gal. 6. de loc. aff. scriptum reliquit.* cap.1. cap.7. *Vide pro cibi fastidio, Trallianum lib. 7.*

De signis. *Cap.* 8.

Signa eius, quæ est propter complexiones, sūt ea, quæ sciuisti. Et signa eius, quæ fit propter paruitatem resolutionis, sunt spissitudo cutis, & regimen delitiosum de his, quorum præterijt rememoratio, & multitudo egestionis, & [a] [conualescentia appetitus] pauca post exercitium & euacuationem. Et signa eius, quę fit ex debilitate oris stomachi, sunt ea, quę diximus in capitulo debilitatis, & ex eis sunt euacuationes plurimę & signum eius, cuius causa est aer, est illud, quod scitur de dispositione ęgri in eis, quę sunt pręterita. s. an obuiauit aeri vehementis frigoris, aut uehementis caloris Et signa eius, quę est ex vlceribus, sunt dolor dictus in capitulo vlcerum, & quòd egreditur aliqd ex eis in egestione, & mollificatio naturę, & paruitas morę cibi in stomacho, & mordicatio eius, quod habet qualitatem acetosam, aut acutam, aut amaram, & signum eius, quę accidit pręgnantibus, est pręgnatio. & signa humoris putridi, sunt nausea, & subuersio animę & fœtor oris in quibusdam horis, & egestio mala. & signum eius, quæ fit ex abscissione melancholiæ effusæ ex splene ad stomachū, est qđ quando iste homo sumit acetosa, [b] [& commouent stomachum eius, & expellit,] redit ad appetitum, ac si ipsa faciant operationem causæ abscissę, si non esset abscissa & faciat credere hanc significationem magnitudo splenis propter retentionem eius, quod oportet vt effundatur. et signa eius, quę fit ex melancholia plurima effusa lædente stomachum, est uomitus melancholiæ & sapor acetosus & [c] [inquietudo,] & alteratio coloris [d] [hominis] ad nigredinem. & signa eius quæ fit causa uermium, sūt signa [e] [exitus] vermium, & conualescentia huiusmodi appetitus, quando administratur aloes in syrupo malorum, loco emplastri: nam descendunt uermes a superioribus uentris. & signum eius, quę fit propter paruitatem sanguinis, est, vt accidat cōualescentib. aut qui euacuatur euacuatione plurima. & signū eius, quæ fit pp somnum, est ex malitia dispositionis somni, cum priuatione reliquorum signorum. Et signa eius, in qua est causa mortificatio appetitus, sunt signa malitię complexionis confirmatę, aut euacuationes preteritæ debilitantes totum corpus, & vt ęger talis fiat, quòd quando appetit aliquid, & afferatur ante ipsum, refugiat ab ipso, & abhorreat, & maius ipso est, vt non appetat omnino. Et signa eius, quę fit propter destructionem sensus stomachi, & debilitatem eius, sunt, vt sint reliqua signa sana, & vt res acutæ non mordicationem faciant, neque nauseam, neque faciant euenire singultum, sicut diapipereon, quando sumitur in ieiunio, & bibitur post ipsum.

a B. commotio ad appetitum.

b B. quæ titillauerint. uel commouerint os stomachi & expulerint tunc. Alia litera. & fit cōmotio stomachi eius, & expulsio.

c B. imaginatio mala.

d B. linguæ.

e —— B.

A N N O T A T I O N E S.

Diligentissime author noster signa morborum qui appetentiæ causæ sunt prosequitur. Tu vide & Paulum lib. 3. Cap.31.

De cura. *Cap.* 9.

Ex curatione bona ei, qui non appetit cibū non propter caliditatem dominantem, est vt prohibeatur cibus spatio longo, & minoretur ei, donec viuificetur virtus eius, & digeratur [a] [conginatam] omnino, & vt patiatur famem, donec [b] [rectificetur] stomachus eius, & appetat cibum, sicut accidit vigilantibus, quoniam, quum ipsi prohibentur a somno tempore longo, fiunt dormientes, & profundantur in somno. Et ex eis, quæ conferunt illis, quorum appetitus prostratus est propter debilitatem, sicut conualescentium, aut propter materiam humidam viscosam, est, vt comedant oliuas aquæ, & aliqd ex piscibus salitis, & vt sorbeant acetum squilliticum paulatim. & oportet vt alienetur in cibarijs eorum crocus omnino. Verūm salita consueta, sunt plus prouocatiua appetitus. & ex prouocantibus appetitum, sunt cappares pręparatæ, & menta, & cępę, & oliuę & piper, & gariophyllus, & galanga. & acetum & [c] [acetosa,] & acetum eorum, & almuri etiā, & allia, & cæpę, & parum [d] [opopanaci, & mel, & piper album, & zingiber, & assa, & bel scuiec] etiam prouocat appetitum & mundificat cum hoc os stomachi.[e] † [

] Et ex medicinis [f] [disrumpentibus] appetitum eius, qui habet malitiam complexionis calidæ, aut febrem, est electuarium diacydoniten.[g] Et ex medicinis disrumpentibus appetitum est medicamen factum ex succo cydoniorum,] factum cum pomis dictum in antidotario. Et ex eis, quæ iuuant appetitum, & prohibent sub versionem stomachi eius, qui non recipit cibum, est rob mentæ secundum hunc modum. Terantur granata acetosa cum corticibus suis. & sumantur de succo eorum pars vna, & succi mentæ pars s. & mellis boni, aut zuc-

a B. repletio ei nauseatiua.

b B. mundificetur.

c B. quæ ex eis sunt cum aceto condita.

d B. alchis, i. assa & fahane.

e † B. & ex medicinis excitantib appetitum est medicamen factum ex succo citoniorum, & melle, & pipere albo, & zinzibere.

f B. excitantib.

g —— B.

zuccari pars.s.deinde [h] [preparentur] cum facilitate super ignem,& sit dosis eius in ieiunio cochlear.i.Factum autem causa caliditatis quãdoque rectificat potus aquę frigidæ,in quantitate qua non mortificet innatum calorem , & confert ei etiam uti robub acetosis . Et ex eis , quæ experta sunt in ea, est sumere in potu aquam granatorum cum oleo ros.& proprie quando est illic materia [l] [aut dominium sitis, & succi granorum frigidorum cum robub infrigidatis & emplastra infrigidata .] & si fuerit illic materia euacuabis eam imprimis Et de summa istorum sunt conualescentes exeũtes a febribus,& est cum eis remanentia acuitatis, & eorum cura,est hæc cura. Verùm ipsi non utantur aqua frigida plurima,ut non deijciant uirtutes stomachorum eorum.& necessarium est,vt in potu sumant hoc medicamen . Rec.ros.ʒ.x.sumach.ʒ.i. cardamomi.ʒ.j. fiant ex eis troch. & sit dos.ʒ.ij.Ipsum enim facit appetitum,& incidit sitim.& ex eis, quæ faciunt eos appetere,est sauich [k] [ablutum] cum aqua, & aceto,& cõfert eis vomere immissis digitis, mouet enim virtutem.Patientibus autem factã propter frigus cõfert decoctio specierum,quæ est vt piper,& cinnamomum,& similia.Et similiter vinũ vetus,& diapipercõ, & theriaca propriè.Et allia sunt iuuamenti maximi in hoc, & diacalamenthum plurimum confert eis,& omnia electuaria calida,& similiter citra condita, & myrobalani cõditi,& secacul conditi,& zingiber cõditum. Et conferunt eis uaporationes cum milio,quoniam ipsum est magis iuuatiuũ quam sal . Factæ vero causa plegmatis plurimi uiscosi, confert uomitus factus cum raphano comesto , super quem bibitur syrupus acetosus de melle singulariter,secundum quod exposuimus in capitulo curæ uniuersalis.Et ex eis, quæ conferunt ipsi,est syrupus acetosus cum seminibus melonis [l] † [ ] in quo ponitur secundum omnem heminam mellis , quæ in ipso ponitur,aloes iij.unc.sumuntur in potu die ex eo tria cochlearia. Et etiã oliuæ de aqua cum aniso,& cappares in aceto cum melle. Et quandoque confert ei uti aquis thermarum,& deambulatio,& motus. Et curatur post mundificationem cum eis, quæ diximus in [m] [capitulo de casu] appetitus causa frigoris . In ea autem,quæ fit causa humoris cholerici , aut humoris subtilis , fiat euacuatio cum eis, quæ scis ex myrobalanis, & syrupus acetosus cum aloe est melior syrupo acetoso cum scammonea , scammonea nãque inimica est stomacho & curetur etiam cum uomitu, qui educit humores subtiles,& decoctione absinthij etiam , quoniam est ultima. In ea verò,quæ facta est cũ communitate neruorum afferentium sensus , aut cum communitate cerebri ipsius , oportet vt attendatur uersus curam cerebri,& confortationes eius.Sed in facta propter spissitudinẽ, & paruitatem suctionis venarum ex hepate, oportet ut rarificetur corpus cum balneo,& exercitio æquali,& prouocatione sudoris cum aperitiuis. In ea uerò,quæ facta est causa melancholiæ,oportet ut euacuetur melancholia , deinde administrentur [n] [alcauguamich] & incisiua , ut incidatur illud,quod remansit ex ea,deinde

h B.inspissetur.

i B. si dominatur sitis,tunc exhibeatur emulsio seminũ frigidorũ cũ robub infrigidantibus & emplastra infrigidantia.

k B.mixtum.

l † B. seu factus de melle.

m B. regimine casus.

n B. falsa & al[illegible]mich.

administrẽtur cibi boni chymi odoriferi .Eius uerò,quæ facta est ab abscisione melancholiæ, cura est,cura splenis,& eius confortatio,& apertio uiarum,quæ sunt inter splenem , & stomachum cum medicinis,quarum est [o] [mouere] ad partem splenis,sicut est epithymum,& radices corticum capparorum cum syrupo acetoso: & similiter cappares cum aceto cõdito.Prægnantium autem [p] [appetitus quandoque accrescit,quandoque cadit , & cura eius est]cum eis, quæ sunt sicut incessio temperata , & exercitiũ temperatum,& intentio est in comestis,& bibitis, & uinum vetus odoriferum cõfortatiuum virtutis expulsiuæ, & resolutiuum materiei malæ,& repræsentatio ciborum saporosorum: & ea,in quibus est [q] [caliditas,& incisio . Et in ea quidem,quæ facta est propter casum uirtutis, [r] † [ ] oportet ut incipiatur a rectificatione complexionis deijcientis eam,quęcũque complexio sit,& conuersione ipsius ad cõtrarium sui.Et similiter,si fuerit post [s] [euacuationes] & rasuram tũc illud erit propter mortificationem uirtutis . Verum in facta propter debilitatem virtutis eorum , oportet ut motus fiant vomitu,cum digitis:ipsi nanque licet non uomant,inueniunt tamen [t] [augmentum] uirtutis appetitiuæ . Et quandoque fit eis necessarium potare theriacam in quibusdam syrupis stomaticis,sicut est syrupus de absinthio, aut syrupus de seminibus mirti secundum ꝙ conuenit.In facta uerò propter debilitatem sensus stomachi,oportet ut curetur cerebrum,et auferatur causa,quæ intromittit nocumentum in operatione eius.Et scias quod uomitus mundificans cum facilitate , est medicamen mirabile ei,cuius appetitus prostratur in dulcibus & unctuosis, & est contentus in appetendo acetosa , et acuto:Et ex eis quidem,quę conferunt [u] [plurimum habentibus destructionem] appetitus, sunt olibanum,et mastix,et xyloaloes,et galia, et calamus aro.et balaustiæ, et aqua cydoniorũ cum uino odorifero , quando ex ea fit emplastrum,quum non est ex siccitate. Et ex eis, quæ conferunt,est syrupus de absinthio , et ut assumat in omni die pondus,drach.j. de radicibus squinanthi, et medietatis.drach. de spica, bibãtur cum aqua in ieiunio.Et illa confectio, quæ comparata est filio Abel dicta in antidotario , est iuuatiua etiam . et dicitur quòd ex † herbo contrito,quum fumitur aureus cum aqua granati muzi,est conferens in excitando appetitũ, et quando casus appetitus perducit ad syncopim,tunc cura est approximatio odoramentorum delectabilium ex cibis ad infirmũ,sicut sũt carnes,et hœdus lactens,et gallina assata,et alia: et prohibeatur ei somnus,et cibetur quum conualescit,pane infuso in uino , at sumant sorbitiones uelocis nutrimenti . Et scias, quòd omnia olea,et proprie butyrũ, et unctuosa prosternunt appetitum , aut debilitant ipsum per hoc quòd mollificant, et per hoc quòd [x] [corrumpunt [orificia uenarum.et illud , quod ex eis conuenientius est,illud est, in quo est stypticitas aliqua,sicut oleum omphacinum , et oleũ nucinum,et oleum phisticinum .

o B.quæ mouẽtur .

p B. appetitum quandoq; excitabis cum cadit.

q B.Alia litera. acuitas.

r B.appetitiuæ.

s B.fluxum.

t B. excitationẽ.

u B. plurib.speciebus destructionis.

† eruo.

x B.oppilant.

A N-

ANNOTATIONES.

Cap.37. cap.8. Cap.3. cap.1.

Vide Paulum lib.3.Trallianum lib.7.Gal.8. de comp. med per loca, & Rasim 9. ad Almans. Vide & Paulum lib.1.de cibis in prægnantibus.

De corruptione appetitus. *Cap.* 10.

a B. Alia litera, diuerso.
b B.a consueto
c B. ipsa si fluxit

QVando in stomacho aggregatur humor malus diuersus a consueto in qualitate sua,natura tunc requirit aliquid ei cōtrarium. Et contrarium a [diuersum] a consueto diuersum est b [non consuetum:] fugātia nanq; sunt extrema,& e contrario,quapropter accidit quibusdam appetitus luti,imo carbonum,& terræ & gypsi,& rerum huius generis,propter qualitatem,quæ in eis est,exuccantem,aut incidentē contrariam qualitati humorum. Et quandoq; accidit prægnantibus propter retentionem mēstruorum appetitus corruptus plusquam accidat eis destructio appetitus: & causa in hoc est illud, quod diximus, & illud est vsque prope duos menses aut tres.& illud quidem est, quoniam earum mēstrua retinentur ad nutrimentum embryonis,& quoniā c [quando currunt] timetur in eis,ꝙ abortum faciāt. Amplius embryon in initio conceptionis non plurimo indiget nutrimento propter paruitatem sui corporis,quare superfluit,quod de menstruis retinetur,quantum ad necessitatem, corrumpuntur ergo, & multiplicātur superfluitates in matrice,in stomacho. Quumque embryon fit indigens superfluo nutrimento, & illud est apud iiij.menses,minorantur superfluitates istæ, & minoratur hic appetitus, et est ille qui nominatur periculum, & discrimen. & rectius, ad quod alteratur iste appetitus,est, ut sit decliuis ad acetosum,& acutū. & illud,quod est magis corruptum,est,vt sit decliuis ad exsiccatum, & siccum,sicut est lutum,& carbones; & testæ, & quandoque accidit hominibus simile huic propter superfluitates.

ANNOTATIONES.

Probl.74. Cap.7. cap.1. cap.6.

Per appetitus corruptionem alienæ rei appetentiam intelligit,quæ & ægrotantibus sæpe,& prægnantibus mulieribus accidit secundo et tertio vsque ad quartum mensem, cuius rei rationem pete ex Alex.2.probl. Hic affectus deprauata appetentia a Gal.uocatur 1.de caus.sympt.ac non de prauarum solum qualitatum, ciborum,uel potionum desiderio,sed etiam de aucta appetentia intelligitur. De huius causis agit & Gal.loco citato. Vide & Paulum lib. 1. & Trallianum lib.7.

De cura corruptionis appetitus. *Cap.* 11.

OPortet,vt euacuetur humor faciens corruptionem cum medicinis, quas diximus, quibus oportet vti. Et ex regimine experto ad hoc est,vt sumat pisces salitos,& raphanum infusum in oxymelle,& comedat vtrosque,deinde bibat post ipsos aquam, in qua phaseoli rubei decoquuntur,& anethum,& nasturtium,& semen erucæ,quæ in potu sumatur,& quandoque in ipsa ponitur luti inuenti in croco,quātitas drach iij.& fiat uomitus cum ea in mense semel,uel bis. deinde administretur confectio de myrobalanis cum nuce enden.Et ex eis,quæ conferunt ad hoc, sunt cyminum carmenum, & ammeos masticata in ieiuno,& post cibum, & comedantur a [sumpta semel] in puluere b [hausto post ipsum liquore,]aut sumatur drac. j.de cardamomo minore c † [ ] & tantundem de cubebis d † [ ] & quantum totum de zuccaro tabarzet, & sumatur in omni die.Et ex medicinis compositis cum cuppulis glandium vehementis iuuamenti sunt ea,quæ sunt sicut medicamē, cuius hęc est descriptio. Cuppularum glandium drach. viij.aloe drach.xvj.herbæ eupatorij drach.vj. radicum squinanthi drach.iiij.myrrhæ drach.ij. conterantur omnia, & decoquātur in duabus lib.aquæ,donec remaneat medietas,& sumatur in potu omni die tertia lib.tribus diebus continuis. Et iterum cuppularum glandium drach. ij. e † [ ] myrabolanorum belliricorum, f [polypodij] emblicorum omnium ana drac. v.icorię ferri infusæ in aceto forti multoties, g [post quod omni vice assatur] super patellam drach.x decoquantur in viij.unc. vini pontici & viij.vnc.aquæ,donec ad medietatem peruenient,& dentur in ieiunio vij. h [drach.]In cura autem appetitus luti,oportet, vt euacuetur humor requirens illud cum vomitu noto ad suum simile,sicut ille,qui fit post comestionem piscium salitorum cum aqua phaseolorum,& anethi,& raphani.Et i [ex eis, quæ fortiter agūt fortiora istis.] Et si necessaria est solutio vētris etiam,fiat. Et ex eis est euacuatio cum turbit, & granis. k [citri]& sale naphtico quoniā est iuuatiua,& propriè si fuerint illic vermes,& administrentur post illud medicinæ, l [quas dabit hora,] & aliæ dictæ in antidotario. Et oportet ut fiat ex ammeos, & mastice, & cymino gluten, & masticetur, et ut sumatur ex duobus cardamomis ana drach.ij. de zuccaro tabarzet quantum est totum in ieiunio,et sorbeatur super ea aqua tepida multoties paulatim. Et ex eis,quæ experta sunt eis, est hæc confectio. Recipe myrobalanos belliricos,et emblicos, et nucem enden,et masticem,et cardamomum maius, ammeos,zingiber, conficiantur cum melle,et sumatur ex eis ante cibum,et post cibum quantitas nucis. Et ex regimine bono in hoc est, ut mundificet patiens eam stomachum suum. et rectificet complexionem suam. Amplius sumatur lutum m [alhur] et dissoluatur in aqua, et ponantur in ipsa medicinæ vomitiuę, quæ non habent saporem maximum,deinde ponatur in ipsa ex sale, quod ipsam bonam efficiat, deinde exiccetur in sole, & præcipiatur appetenti lutum,vt sumat ex eo aliquid, in quo sit de medicamine,quòd non addat supra dosim .i. aut dosim .i. & s. quoniam faciet ipsum euomere illud,quod comedit, & propriè si fuerit res n [commouens vomitum] sicut caules, & similia, et faciet abhorrere lutum.Et iam existimauerunt quidam,quòd iuuantius quod ad ministratur ad expellendum appetitum luti, est, vt cibetur patiens dum est ieiunus, pullis columbarum assatis, et vtatur eis in secunda mensa post cibum paulatim.Et in secunda mēsa

a —— B.
b —— B.
c † B. & tantum de cardamomo maiore.
d †. B. Alia litera & tantundē de capparibus.
e † B anisi ʒ.iij. passularū ʒ.vij. mirobalanorū nigrorum.
f —— B.
g B.& quæ iam sit assata omni uice.
h B.diebus.
i B. quæ sunt istis fortiora.
k B. brengi chebuli.
l B.in pilulis factæ. Alia litera. pernecantes.
m B. Alia litera gid.
n B. fœtidi, & ma'i uomitus.

sa uti ammeos est valde mirabile,& similiter amygdalis amaris. Et dixerũt quidam, quòd potare sacraiati o†[ ] de sisamo abscindit ipsum. Et oportet ut loquamur in hoc secundum experimentum, non secundum ratiocinationẽ. Et ex illis, quę conferunt p[eis quamuis sit ex lutis, est nux enden, & suctio] salsorum,& si sint ex lapide. Et iam expertum est amylum de tritico,& propriè cum sale. Et experta sunt eis, ut sumantur uini pontici. unc. viij. & coquantur donec remaneat s.lib. & ad bibẽdum detur in ieiunio per hebdomadam unã. Et ex illis, quibus oportet eos uti in secunda mensa, sunt phistici,& passulæ, & castaneæ,& q[chrysomila.] Et in quibusdam eorum expertum est ut sumant r[azebegi] & sint in ipso pisces parui,& cepæ,& carui & oleum ablutum, & species sint piper,& zingiber. Et iam dictum est, quòd ruta est maximi iuuamẽti. Et nos quidem iam diximus regimen eius, qui appetit acetosũ,& acutũ absque dulci & unctuoso. s†[ ]

o† B. i. olei.
p B. est loco luti administrare nucem endem, & suctionem.
q B. alkesines.
r B. zerbegi.
s† B. & sanat ipsum uomitus.

ANNOTATIONES.

Multa hic deprauati appetitus præsidia recenset, de quibus Græci ne uerbum quidem, uno excepto Aetio, qui serm. 9. pauca quædam scribit. Vide & Paulum lib. 1. & Trall. lib. 7.

cap. 23. Cap. 1. Cap. 7.

De fame & uehementia eius,& appetitu canino. Cap. 12.

MVltoties excitatur hic appetitus caninus post euacuationes, & febres prolixas resoluentes. a† [ ] Et quandoque accidit ex debilitate uirtutis retentiuæ in corpore: quare assiduè fit resolutio superflua, & assiduè fit appetitus vehementis restaurationis eius. Et quandoque accidit appetitus caninus propter caliditatem superfluam in ore stomachi, resoluentem,& requirentem restaurationem, quare est os stomachi semper quasi sit famelicum, & hoc secundum plurimum facit sitim, & in quibusdam dispositionibus facit famem, quũ superfluit eius resolutio. Fames autem secundum plurimum est a superfluitate caloris in corpore toto,& in extremitatibus eius. Caliditas enim, licèt quum appropriatur ori stomachi, faciat appetere aquam, & currentia humida, tamen ipsa quum dominatur corpori,& resoluit,& cogit uenas uti suctione post suctionem donec perueniat ad os stomachi b[capiendo quod aggregatum est.] & quandoque est hæc caliditas ueniens de foris, præcipuè propter c[dominium aeris calidi in corpore,] quum occurrit raritati eius, & obedientię ipsius ad resolutionem, & necessitati d[rectè] ad restaurationem,& quandoque superfluitas e[resolutionis] corporis sola, est in hoc causa, quum est illic caliditas intrinseca digestiua resolutiua, & præcipuè si fuerit illic caliditas extrinseca, aut adiutorium debilitatis retentiuæ.& quandoque accidit etiam ex catarrho in capite,& illud est raro. & quandoque fit propter uermes,& serpentes magnos, quum subito incipiunt uenire ad comesta, & appropinquant eis, & dimittunt corpus & stomachum famelica.& quandoque est propter humorem acetosum. s. melancholiam, aut phlegma acetosum, commouentem os stomachi,& facit in ipso illud, quod facit suctio uenarum f[capientium] cibũ,& comitatur ipsum, ut inspissetur cum eo sanguis,& contrahatur,& sentiatur in orificijs venarum sicut g[abstergens] sugens. & est quum acetosum sua incisione,& h[expulsione] remouet humores uiscosos, si sunt in ore stomachi, qui sunt contrarium appetitus: quoniam motus, quum est cum comprehensione horum humorum i†[ ] est ad expellẽdum uehementius, quã sit attrahendum.& iterum k†[ ] uillorum stomachi motus uehemens fit ad inspissandum, l[& constringendum:] cuius simile accidit, quum est motus suctionis uenarũ,& motus uirtutis attractiuæ.& illud, quod accidit ex canina fame peregre proficiscẽtibus in frigore uehementi, possibile est ut sit propter hanc causam,& similia.& ex causis quidẽ commouentibus famem, & appetitum uehemẽtem, sunt uigiliæ superfluæ, propterea quia resoluunt,& extrahunt humiditates ad exteriora sequentes dilatationem caliditatis ad exteriora.& scias quòd appetitus caninus multoties perducit ad bolismũ & subeth, & mortem.

a† B. corpora.
b B. cum exquisitione aggregata.
c B. circunferentiam aeris. calidi super corpus
d B. continue.
e B. raritatis.
f B. exquirentium.
g B. Alia litera. vacuitas.
h B. incoriatione uel sua præparatione stomachi in modũ corii.
i† B. uiscosorũ
K B. quoniam.
l B. contractione uel aggregatione.

ANNOTATIONES.

Quis affectus caninus sit appetitus, uideo hærere multos. Confundunt alij cum bulimo, alij distingunt sanè, sed in huius reddendis causis laborant. Gal. 2. aph. caninam appetentiã ex frigiditate, uel acidis humoribus impactis in os ventriculi fieri testatur. Idẽ tamen 1. de symp. caus. & ex uitioso succo, & ob totius corporis dissipationem immo dicam, ob caloris robur, uel retentricis imbecillitatem caninas fieri appetentias scribit. bulimon autem 2. aph. citato labefactationem esse ait facultatis, a frigiditate, cui coniuncta fames non est. quod & author noster in sequentibus, quum de bulimo aget. Trallianus lib. 7. caninam appetentiam esse ait. qua egri uomunt pituitam, & quum cibum assumunt, retinere nequeunt: post uomitum uerò more canum statim alium cibum appetunt. fierique hunc ex frigida, uel intemperie, uel materiæ copia. uel etiam ex multa caliditate, & retentricis imbecillitate procreari. Bulimon uerò eodem libro magnam esse famem testatur, ab immoderato oris uentriculi calore,& imbecillitate, unde, nisi alimentum immodice aßumant egri, animo deficiunt, conciduntque. Paulus quoque lib. 1. caninum appetitum expituita potissimum fieri aßerit, bulimon uerò eodem lib. grãdem esse famem dicit, quum. s. minus quàm par est, cibos corpora sentiunt. Videntur hæc mirè dissentanea, quum alter famem bulimo coniunctam dicat, alter neget, alij ex friditate caninam appetentiam statuant, alij etiam ex caliditate. Res tamen fortasse ita se habet. Canina appetentia (quod Trall.) ea est, qua æger uel ob frigidam qualitatẽ uel materiã, acidã presertim, in uentriculo insidentem, vel ob immodicum calorem, uel retentricis imbecillitatem, a quibus totum corpus immodicè euacuatur,& alimenti inops redditur. semper cibos appetit, quos tamen, quum retinere nequeat, sed canum more reijciat, statim rursum appetit. Bulimos uerò,& si ut ipsa uox sonat, cum ingenti sit fame, solent enim Græci, ubi quidpiam grande sit significandum βοῦς & ἵππος uocibus explicare: unde & ἱπποσέλινον, & βούλιμος. hæc tamen fames non ori inest uentriculi;

com. 21.
cap. 7.
cap. 5.
cap. 6.
cap. 52.
cap. 53.

li;ſed toti corpori inſidet.ſequiturque præſertim immodicā euacuationem ex calore,uel ob retentricis imbecillitatem. Quare etiam quum hi coniunctam uentriculo ſamem amplius non habeant,ut Gal.2. aph.neque quidpiam prorſus appetant,niſi tamen alimentum immodice aſſumant ,deficiunt animo,& concidunt,ut Trall. ait. Atque ita,paucis uidētur hæ uoces eo diſtingui:quòd caninus appetitus perpetua ſit & immodica uentriculi fames, bulimos uerò nō uentriculi,ſed totius corporis appetentia . Quòd ergo hic de canino appetitu author noſter uerba faciat in ſequentibus uerò de bulimo,rectè agitur.Tu quod ad hunc locum pertinet,adi Gal.1.ſympt.cauſ.& Paulum lib.2. & Trallianum lib.7.

Com.21. — Cap 7. — Cap.52. cap.5.

De ſignis. Cap. 13.

SIgnum eius,quæ fit poſt euacuationes, & ægritudines reſolutiuas,& anteceſſio earum, & ut non ſit natura ſoluta ſecūdum plurimū, quoniam corpus attrahit humectationem cibi ad ſeipſum,quare exſiccatur fæx. & ſigna eius,quæ fit ex frigore, ſunt paruitas ſitis, & a [multitudo fæcis:] & inflatio, & reliqua ſigna huiuſmodi complexionis,& ex illis eſt frigiditas huius aeris circundantis. Et ſigna eius,quæ fit ex caliditate,ſunt fortitudo ſitis, & non eſt uomitus acetoſus,& eſt natura ſecundum plurimum conſtricta,& reliqua ſigna eius huiuſmodi complexionis.Et ſigna eius,quæ fit ex debilitate uirtutis retentiuæ in toto corpore, & in ſtomacho,ſunt multitudo exitus egeſtionis crudæ, & perductio diſpoſitionis ad b [ſanguinolētam egeſtionem] & reliqua ſigna proportionalia nota.& ſigna eius, quæ eſt ex multitudine reſolutionis, ſunt cauſæ reſolutionis prædictæ in libro uniuerſali, quarum rememoratio præterijt,& ut non ſit, in digeſtione nocumentum.& ex ſumma ſignorum c [caſualiū] ſunt caliditas aeris circundantis,& uigiliæ,& ſimilia.Et ſigna eius,quæ fit ex humore acetoſo aut melācholico,ſunt paucitas appetitus aquę, & acetoſitas eructuationis,& reliqua ſigna proportionata nota.& ſigna catarrhi ex capite sūt ea,quæ diximus in capitulo ſuo . Et ſigna uermium ſunt ea,quæ ſciuntur loco ſuo , & quæ dicemus in capitulo ſuo .

a B Alia litera. multa grauitas.

b B. diariam.

c——B. Alia litera. ſunt caliditas aeris. Alia litera. iſtorū ſignorū ſex.

A N N O T A T I O N E S.

Quibus ſignis canini appetitus cauſæ ſigillatim dignoſcantur,quod hic pulchre explicatur , habes & ex Tralliano copioſe lib.7.Sed uide & Gal.1.de ſympt. cauſ. & Aetium lib.9.

cap.5. cap.7. cap.21. & 22.

De cura. Cap. 14.

ILla quidem,quæ eſt ex frigore, & ex ſuperfluitate phlegmatica, oportet ut curetur cū mundificatione nota cum calefactiuis prædictis.& uino plurimo, in quo non ſit ponticitas,neque acetoſitas omnino . Ipſum enim ſanat ab ea ſumptum in potu calefactum,in ieiunio.Ipſum nanque eſt curatio magis conferēs eis,niſi ipſis adſit uentris ſolutio:tunc enim oportet ut omne uinum uitent,ſtypticum,nanque augmentum facit in canino appetitu ipſorum,& amarū addit in ſolutione uentris ipſorū.Et oportet,ut ſint ea, quib. cibātur,pinguia calidę complexionis ſicut ea, quę impinguantur cum gibo cameli. & oleum eſt eis iuuatiuū quum in ipſo non ſunt ponticitas & acetoſitas.& a [aliudabet] conferunt eis & ex eis,quibus oportet cibari eos , eſt uitellus oui aſſatus ualde poſt cibum, & oportet ut elongētur ab acetoſo,& pontico. & adminiſtrentur eis electuaria odorifera,ſicut alcanzi,& electuarium b [ueremiſck] proprie quum fuerit illic ſolutio uentris.Et ex unctionibus abſtergendo factis ex eis,quæ conferunt , ſunt muſchus & ladanum.& ex eis quidem,quæ experta ſunt, sūt graña alcadra in ieiunio aliquibus diebus.Illis autem, qui patiuntur eam ex debilitate uirtutis retentiuę (nam ipſa licet ſecundum plurimum debilitetur propter frigus,tamen debilitatur quandoque ipſa , & omnis uirtus propter omnem malitiam complexionis , & non attendas ſermonem ipſorum,qui negant illud & dimittunt) imò oportet ut tu cognoſcas cōplexionem,& opponas cum contrarietate curæ.& ſi ſit magis uincens illud , quod eſt cum humiditate,confert c [panis de armacha] ualde.Quod ſi eorum naturę fuerint uehementis mollificationis,tunc retine eas: nam in retētione earum,eſt cura fortis huius ægritudinis.Verùm illos,quibus accidit hoc poſt febres fortes & euacuationes , oportet cibari ex unctuoſis , quę mundificant os ſtomachi , quę non ſunt malæ ſubſtantię, ſicut eſt oleum amygdalarum cum zuccaro,& ut inſpiſſetur, quod de corpore ipſorum eſt apparēs. Et ſimiliter eſt cura eius , quę accidit propter reſolutionem plurimam.& oportet,ne patientes hanc ſpeciem famis caninę ad calefaciētia perueniant & d [ſyrupos,] imò nutriantur ex cibis frigidis. Et liniantur extrinſecus ex eis,quæ oppilant poros,ſicut eſt oleum myrtinum,& propriè in cerato, & ſicut alumen diſſolutum in aceto,& ut abluantur aqua frigida,niſi ſit quod prohibeat . Et oportet vt ſint cibaria eorum frigida uiſcoſa, groſſa; ſicut ſunt uentres,& acida,& acetoſa,& cōgelata, & panis azymus,& quum inuenit aliquis eorum inuamentum ex hoc regimine, conuenit ei ut abhorreat ipſum paulatim , & ſuccurrat malitię ipſius,& ſimiliter illæ cauſa famis,cuius eſt raritas corporis . In illa autem cuius cauſa ſunt uermes,& ſerpentes , oportet ut interficiantur,& educantur cum eis, quę diximus,in capitulo uermium, & ut cibentur ex cibis groſſis,frigidis,& pane infuſo in aqua frigida,& aqua roſ.& eo quod e [ ] diſſoluitur in decoctione ex carnibus gallorum,& gallinarum,& piſcium,& utantur fructib. ſtypticis.In ea autem cuius cauſa eſt ex phlegmate acetoſo,oportet , ut patientes ipſam ſumant cū aliquo,in quo cadunt,origanum,& ſinapis,& piper,& ut comedant mel,& allia, & cępas , & nuces,& amygdalas,& vnctuoſa,& adipes,ſicut ſunt adipes gallinarum & ſimilium . & intentio quidem in quibuſdam eorum eſt calefactio, & illarum quædam ſunt medicinæ calidę prædictæ.Et in quibuſdam earum eſt æquatio acetoſitatis,& illa quidem ſunt cibi unctuoſi prędicti.Et ille quidem qui fortis eſt,tolerans ſolutionem uentris,ſoluatur poſt adminiſtrationē horum

a B.algindabet

b B.nermiſch.

c B. alchuni.

d B.vino.

e † B. non.

horum subtiliatiuorum cum picra confortata eis, deinde dentur ei unctuosa. In pueris verò, quum f [subtilianturt] cum eis, quę sunt sicut cæpæ, & allia, & cibi subtiliatiui, assiduetur tribuere eis in potu aquam calidam post regimē cum subtiliatiuis, illud enim lauat humores eorum. Illa autem, quæ est propter melancholiam effusam semper, quandoque indiget phlebotomia basilicæ sinistræ, si est sanguis in eis plurimus g [causa melancholiæ plurimæ,] & si est splen apostematus, tunc laboretur in euacuando eos cum illis, quę scripta sunt in canone, & alienentur ab acetosis, & stypticis. & quandoq; conferunt eis uentosę super splenem. Species uero, quæ fit ex caliditate, curatur cum eo, qđ scis, & dentur cibaria, subtilia, & cucumeres, & melones, & cucurbitę, & similia. Et uitetur aer calidus.

f B. recti fuerint.

g B. & residcat melancholia plu rima pp multitudinem eius.

ANNOTATIONES.

Aphor. 21. Cap. 5.

Famem, ait Hipp. 2. aph. uini potio sedat. Id de qua fame, de quo uini genere intelligendum sit, Gal. illic explicat, ex quo hic author. Trallianus quoque lib. 7. prolixe singulis huius affectus causis singulas curationes opponit. Vide & Paulum lib. 2.

cap. 52.

† bulimos.

De fame, quæ uocatur a bolismus. *Cap.* 15.

EST quæ nominatur fames vaccina, & ipsam quidem antecedunt plerunque fames canina, & destruitur appetitus post ipsam. Et quādoque non, imò destruitur appetitus omnino incipiendo. Et est fames membrorum cum sacietate stomachi. Sunt ergo membra famelica valde, & indigentia nutrimento, & stomachus respuens ipsum. Et quandoque peruenit res in ipso ad syncopim. Et venæ quidem sunt vacuę, sed stomachus respuit cibum, abhorrēs ipsū. Et multoties quidem accidit iter agentibus in frigore, & a [congelatis,] quorum stomachi ex frigore uehementi inspissantur. Et causa eius est malitia complexionis b [mortificans uirtutem sensibilem, & virtutem attractiuam.] Et fit ex humoribus regentibus os stomachi, cooperientibus ipsum, & sparsis in uillis eius, mouentibus ad expellendum, & refugientibus attractionem. Et tu quidem cognosces signa cum eis, quæ iterata, & dicta sunt tibi in canone.

a B. vehemēter infrigidatis.

b B. Alia litera. opposita virtuti sensitiuę, & virtuti attractiuæ.

ANNOTATIONES.

Nunc de bulimo agitur, qui appetentia quum sit, non tamen uentriculi, sed totius corporis. in quo nempe, licèt nulla fames sentiatur, nisi tamen immodice nutrias, ægri animo linquuntur conciduntq;, ut Auic. & Trall. lib. 7. Aemulatur Paulum li. 2. & Trallianum lib. 7. & Gal. 8. de composit. med. per loca. Testatur Trallianus grandi famè laborantibus ex caliditate fuisse quibusdam oblatum opium, quod tamen ipse præsidium linqui hortatur: quare neq; de hoc author noster meminit.

cap. 6. cap. 51. cap. 6. cap. 8.

De cura. *Cap.* 16.

EST cura casus appetitus omnino, & penitus oportet vt odorentur cibi prouocantes appetitum, habētes species, & fructus odoriferos, & aromatica odorabilia, in quibus est stypticitas, & congregetur uirtus, quare non resoluatur. Et deglutiant panem infusum in uino odorifero. Et sumant in potu, aut sorbeant ex uino odorifero, & propriè si permisceatur ei camphora in calida complexione, aut xyloaloes, & galia in aliis. Et confert ei syrupus de lilio, si nō fuerit causa eius caliditas. Et oportet ut ligentur manus & pedes ipsorum uehemēter. Et prohibeantur a somno. Et oportet ut doleant a † [ ] puncti aliqua re pungente, & vnguibus cōstricti, & percussi uirga subtili molli, ut dolere faciat, & non disrumpat, nisi fuerit causa eius caliditas. & ex eis, quæ conferunt eis, est vt sumantur tortellę, & digitis conterantur in b [mesus aut in udeac] odoriferis, & ex eis emplastrū fiat stomacho, & propriè in dispositione syncopis. & fiat eis emplastrum etiam cū emplastris odoriferis, sicut sunt emplastrum pineale, & emplastrum c [almarub frigidi.] & quandoque confert ut administrētur super stomachos eorum d [medicinę factę] ex medicinis cordialibus boni odoris. & ut vaporentur ex fumigiis factis ex ambra, et fiat emplastrum iuncturis ipsorum ex emplastro facto ex aqua ros. & aqua myrti, e [almesus] et camphora, et musco, et croco, et xyloaloes, et galia, et rosis. Et fiat præparatio in calefaciendo corpora eorum, si causa est frigus, et in infrigidando ipsa, si causa est calor. Et quum superuenit eis syncopis, fiat ipsis illud, quod diximus etiā in dispositione syncopis: et spargatur super facies ipsorum aqua frigida, et stringantur manus, et pedes ipsorum, et pungantur plantæ pedum eorum, et extendantur capilli, et f [nasi] ipsorum. Quumque euadunt, cibentur pane infuso in uino odorifero. et si fuerit in stomachis eorum humor cholericus aut subtilis, sumant in potu quātitatem ij. cochleariū de g [oxymelle] cum aureo i. de hiera, aut minus, si fuerint debiles. et si fuerit frigiditas superflua, sumant in potu theriacam, et sagzeneam, et diamarte, et confectionem stomathicon, et electuarium diaspermaton.

a † B. quū sunt somnolenti.

b B. mesusseu aliter meisusé, aut in nesuad, uel nuduad.

c B. almuredsafram.

d B. Alia litera. emplastra facta.

e B. almesusan.

f B. aures.

g B. syrupo acetoso.

De fame syncopali. *Cap.* 17.

EST ut sint patientes famem, non tolerantes seipsos, quum famelici sunt, quumque tardatur eis cibus, superuenit eis syncopis, et casus virtutis. et causa eius est caliditas fortis, et debilitas in a [stomacho.]

a B. Alia litera. ore stomachi.

ANNOTATIONES.

Differt hic affectus a canina appetentia, quod continuè, ut ea, non affligit, sed ingesto alimento sedatur, quod biliosis nos iuuenibus non semel ex retardato prandio euenisse obseruauimus, a bulimo uero eo differt, quod hæc uera est uētriculi appetentia. Tu uide Aetium lib. 9.

cap. 22.

De cura. *Cap.* 18.

HVius ægritudinis cura proxima est curæ bolismi, et iam preteriit maior pars canonis regiminis ipsius in doloribus stomachi,

& bolismo. Et ad summũ cura ipsorum diuiditur ad curandum patientes ipsam in dispositione syncopis, & est iam dictum in capitulo syncopis, & ad curandum ipsos, quando euadunt, & est vt cibentur pane infuso in [a] [vino] & syrupo, de fructibus: deinde cũ alio regimine infrigidãte prædicto in bolismo, & eo, quo curentur ante illud, & est vt prohibeantur a sõno plurimo, & non tardetur eis cibus, & ut cibentur frigidis actu, & vt fiant illis ea, quæ dicũtur in doloribus stomachi.[b] † [ ]

a B. Alia litera syrupo frigido.

b † B. Alia litera calidi.

ANNOTATIONES.

Quamuis symptoma hoc non ex sola caliditate, sed et ex frigiditate fiat, ut colligi ex Galen. videtur 1. ad Glauc. præsertim tamen ex dissolutione, & ex calore procreatur. propterea de alterando solùm calore hic author meminit. Tu pro, & caloris & cæterarum huius causarum curatione, pete Gal. 1. ad Glauc. in citato de syncope loco.

Cap. 14.

De siti. Cap. 19.

MVltitudo sitis, & eius vehementia, quandoque fit propter stomachum. s. aut propter caliditatem complexionis eius, & proprie oris eius. Et quandoque accidit illa caliditas in inflammatione febrium ita, vt quidam eorum non cessent bibere, & non satientur, donec moriantur inde in proximo. Et quandoque accidit illa caliditas propter potum vini fortis, veteris valde, plurimi, aut cibum calidum valde actu vel potẽtia, sicut est assa, & allia, & similia. Et multoties moritur homo ex potu vini veteris inflammatus, & conturbatus, & sitiens. Et quandoque accidit illa caliditas ex potu aquarum salsarum,[a] [& aquarum aliarum.] Et aqua maris quãdoque efficit in siti additionem, cui non succurritur. Et quandoque fit propter medicinas & propter cibos sitim facientes, quæ faciunt sitim cum ablutione, aut cursu, & ablutione quidem sicut res salitę, quas natura abluere quærit cum lauatione, aut incisione, & cursu, sicut viscosa, quæ natura querit subtiliare valde ita, vt penetrent, & non adhęreant. Et quandoque facit sitim res grossa, propterea quia venit ad eam caliditas. Et pisces quidem saliti aggregant hęc omnia. Aut propter siccitatem stomachi. Et quandoque fit propter phlegma salsum in ipso, aut dulce, aut choleram amaram. & quandoque fit propter humiditates feruentes. & quandoque fit cum communitate membrorum aliorum, sicut fit in diabete: & est de ægritudinibus renum, & dicemus ipsum in capitulo renum. Et quandoque fit sitis huius capituli propter oppilationem existentem inter stomachum & hepar, & [b] [separatur] inter aquã & penetrationem ipsius ad corpus, quare non sedatur sitis quamuis bibatur aqua plurima, & hoc est sicut illud, quod accidit in hydropisi, & in colica. Et quandoque fit propter communitatem hepatis quum [c] [febricitat,] aut apostematur, aut uehemens fit frigus eius, quare non attrahit. & per communitatem pulmonis, quũ calescit, & cordis etiam, quum calescit. & intestini ieiuni ẽt, & meri, [d] [alcaiasim,] & quę sequuntur ipsum, quando exsiccantur in ipso humiditates, & [e] [minuunt] & quando calescit vehementer. & quandoque propter ęgritudines cerebri ex sirsen calida, & mania, & alcutrub, & vehementior quidem sitis [f] [est illa,] quę facta est causa horum membrorum, & per communitatem [g] † [ ] illa, quę commouetur ab ore stomachi, deinde, quę commouetur a meri, postea quæ commouetur a profundo stomachi, deinde, quæ est cum communitate pulmonis, deinde, quæ est cum communitate hepatis, deinde quæ est cum communitate intestini ieiuni. & quandoque fit cum communitate corporis totius, sicũt in febribus, & sitis cretica, & quæ est in fine ethicę, & phthisi. & sicut accidit propter puncturam viperarum sitim facientium. nam cum ipsæ pungunt non cessat punctus bibere, & nõ satiatur donec moriatur. & similiter a potu uini, in quo mortuæ sunt viperę, aut a cibo.[h] † [ ] Et sicut accidit post euacuationem cum solutiuo, & [i] [egestione sanguinolenta superflua.] Et bibenti quidem medicinam solutiuam secundum plurimum accidit, quum operatur medicina, sitis, cuius defectus ĩ pluribus horis significat, ꝙ medicina adhuc est in operatione. & quãdoq; accidit vt tardetur ab hora sua, aut antecedat, & festinet ante operationem medicinæ. Verum eius antecessio fit aut propter caliditatem medicinę, aut propter caliditatem stomachi, & eius siccitatem, & tardatur propter contrarium illorum. & propter illud sitis in eo, cuius stomachus est calidus, & siccus, & bibit medicinam calidam, non significat, ꝙ medicina fecerit operationem suam iam dudum, & in eo, qui est ei contrarius, significat quod ipsa efficit operationem suam iam dudum. & ex eis, quæ commouent sitim, sunt multitudo locutionis, & exercitij, & laboris: & somnus super cibos calidos: sed quum non est super cibos calidos, tũc somnus sedat sitim, & quando aggregantur in ęgritudinibus acutis sitis vehemens, & siccitas vehemẽs, tunc illud est malum ualde.

a ——B.

b B. est mediã.

c B. est inflammatio.

d B. algasem.

e B. fit contractio.

f —— B.

g † B. ipsorum est.

h † B alio.

i B. diariam superfluam.

ANNOTATIONES.

Sicuti cibo instauratur quicquid solidioris & siccioris substantiæ corporum nostrorum effluit, ita & potu quicquid humidioris, 1. de tuen. sanit. Huius rei gratia indita uentriculo est appetentia duplex & ciborum & potionũ, quarũ altera fames, sitis altera vocatur. Sicuti aũt, fames docente Ari. 2. de anima. appetẽtia est calidi & sicci, ita sitis frigidi, & humidi. Quare, quia actiones tripliciter lædi constat, imminui, auferri, deprauari. imminuitur quandoq; sitis, quandoque etiam aboletur, sæpe uero deprauatur, atque hoc vel quia aliena a consuetudine appetimus, aut quia magis appetimus. posteriorem hanc actionem, quæ au cta uere est actio Gal. ad deprauatam refert compendij gratia 1. de sympt. caus. Si ergo sitis appetentia est frigidi & humidi, eadem ob calorem & siccitatem excitatur, & ijsdem in uentriculo superantibus causis augebitur. Quamobrem iure Galenus 6. de loc. aff. & Paulus lib. 2. ad caliditatem uel siccitatem sitis causas refert, quamuis magis fortaße siccitas, quam caliditas, uel caliditas non nisi siccitatis gratia, quæ illi succedit, sitim faciat. Est uerò caliditas hæc in uentriculi præsertim ore, cui certe appetendi munus inest, sæpenumero tamen, uentriculo non affecto, sed uel pulmone, ac thorace, uel iecinore, uel mesaræo, sitis ad-

Cap. 21

Text. 28.

Cap. 7.

cap. 3. cap 11.

aduenit, ab his uidelicet uel calidiori uel ſicciori intemperie, uel nuda uel cum materia cum ore uentriculi communicantis, ſiue ob internam, ſiue ob externam cauſam id fiat manifeſtam uel immanifeſtam. quare & ſitim augere poterit ſiccius calidiusve ambiens, dum uidelicet ipſum ad ipſum uſque uentriculum deſiccat uel calfacit: quare & æſtate ſitimus magis. Ab exſiccantibus item medicamentis ſitis excitatur, quare & ex uini meracioris & antiquioris potu maxime. Adde & ob dulcis aquæ ingeſtam copiã, Quo plus ſunt potæ, plus ſitiuntur aquæ. cuius tamen rei cauſa (quod quiſpiam forte miretur) uti ferè in cęteris, ſiccitas eſt. nempe frigida aqua copioſius ingeſta, præterquam quod uentriculum abluit, & alimenti ad illius ſubſtantiam adheſum prohibet, ipſa ſui fluiditate minimã in ore uentriculi moram trahens, & minimum adiuuans, ſui etiam frigiditate meſaræum obſtruit. facta obſtructione, irrigari exſiccatæ partes non poſſunt, unde & continua ad uentriculum uſque ſuctio fit. aut etiam ex obſtructione Text.40. *bilis copioſa gignitur (nam & Hipp. aquam 2. de rat. uict. in ac. in bilem uerti adnotauit) bilis uerò ad os uentriculi delata ob ſiccitatem, & caliditatem ſitim amplificat. Fit uerò pręterea ſitis & ex occulta quapiam qualitate, ueluti* Probl. 152. *ex uiperę morſu, de qua re & Alex. 1. probl. uel ſi quis eãdem comederit, de quo Gal. 11. ſimpl. med. fac. ubi de uipe*Aphor. 19. *ris agit: quandoq; ẽt ob medicamẽti uim, unde & Hipp. 4. aph. ſitim abſolutæ euacuationis indicium ponit, nempe ꝙ* Probl. 100. *purgatione ſtomachus reſiccatur, ut Alex. 2. problem. Gignitur pręterea ſitis & ex motu nimio. & ex cæteris de cauſis, quę neceſſario nobis occurrunt, dum uel calfaciunt plus iuſto, uel exſiccant. & ex ſomno & uigilia: quandoque enim uigilię dum exſiccant, ſitim faciunt, quandoque &* Aphor. 27. *ſomnus eidem ſiti ſedandæ confert, ut 5. aph. aliquando ẽt contra. & ſomnus ſitim promouet, ut hic author aduertit, poſt calidorum ciborum aſſumptionem. Ita & balneę qui*Probl. 41. *buſdam ſitim faciunt, quibuſdam ſedant, de qua re Alexã. 1. probl. Sed occurrit in hoc loco dubitatio. Ait author noſter, ijs uerbis [Et quandoque fit per communitatem hepatis &c.] excitari ſitim ex uehementi etiamnum iecinoris frigiditate. At ſi ſitis cauſę ſunt caliditas & ſiccitas, quomodo ex iecinoris frigiditate excitari ſitis poteſt? Soluit, ob iecinoris frigiditatem exigua admodum alimenti fit tractio: quare & ſitis accenditur, ut in hydropicis euenit: quamuis horum ſitim author noſter ad obſtructionem, & Gal. 1. de ſimpl. med. fac. etiam ad congeſtam ſalſi humoris* Cap. 30. Probl. 81. *copiam referat, quod & Alex. 1. problem. Quamobrem, ſicuti de frigidę aquę potione dictum eſt, referri, & hęc ſitis ad ſiccitatem poteſt, quamuis frigiditas ſiccitatis huius ſit cauſa.*

De ſignis. *Cap.* 20.

SIgna quidem factæ propter complexiones ſciuntur ex eis, quæ dicta ſunt in capitulis aggregatis, ſiue ſit cum materia, ſiue abſque materia. Et ſiue ſit materia amara, aut ſalſa nitroſa aut dulcis [a] [aut] impediens ſua ebullitione. Et ſignum factæ cauſa oppilationis, eſt, quoniam ſignificat ipſam quandoque lenitas naturæ. Et ſignum factæ cauſa diabetis eſt, ut ſit ſitis uehemens, quam non ſedat potus aquæ, imò quum bibitur aqua, fit neceſſitas extractionis ipſius cum urina, & redit ſitis, quare ſunt ſitis & prouocatio urinæ ſeſe communicantes, & [b] [ęquales.] Signum uerò factæ propter cauſas facientes ſitim prædictas, eſt anteceſſio illarum cauſarum. Et ſigna eius, quæ fit cum communitate, ſcilicet illius quidem, quæ fit cum communitate pulmonis, & cordis, ſunt quòd ſedat eam attractio aeris frigidi, & uigiliæ conferunt ei, & ſomnus addit in ea. & quandoque fit ſuctio aquæ paulatim magis ultima in ſedando ipſam, quàm ſorbere ipſam plurimum: imò quandoque ſorbitio eius ſubito congelat [c] [ſuperfluitatem] deinde calefacit eam, quare additur ſitis in duplo, & expulſor ſitis addit in ſiti, quare non iuuatur ab eis, quibus iuuabatur in principio. Et illa, quæ fit exſiccatione meri eſt parua, debilis, quare confert ei ſomnus, propterea ꝙ humectat uentrem, & quies, & dimiſſio locutionis. Et ſi eſt ex calore, tunc uigilię cõferunt ei. Et factam cum communitate hepatis ſignificat cognitio diſpoſitionis hepatis in cõplexione ſua calida, & ſicca, & apoſtema ſuum calidum, & non calidum.

a — B.

b B. Alia litera. conſequẽtes cũ reuolutione.

c B. Alia litera humorem

ANNOTATIONES.

Vide Gal. lib. 1. art. med. de ſympt. cau. & 6. de loc. aff. cap. 64 cap. 7. *Aduertit hic Auic. unum, quum ait [Et quandoque fit ſuctio aquæ paulatim &c.] cuius rationem habes ex Ariſt.* cap. 2. *3. probl. ſect. Quã ob cauſam, ait, quod uniuerſim raptimq́ꝫ* Probl. 21. *bibitur, uentrem id minus humectat, quum tamen ab humore copioſiore plus humectari conueniat? An quod humorem multum ac uniuerſum uenter ſuperare non poteſt, ſed locum adire ſuum, indomitum patitur. locus autem crudi humoris ueſica eſt. exiguum uerò facile uincit, & concoquit: ex quo moram hic diutius trahens uentrem porrò humificare poteſt.*

De cura. *Cap.* 21.

OMnis facta ex cauſis complexionalib. curatur cum contrario. Et ſitis pulmonis curatur cum aere attracto. Et multoties quidem curatur ſitis mandãdo aquam frigidam ſuper linguam. Et ille, qui timet ſitim in ieiunio, permittat loco aquæ fabarum, & ciceris, acetum cum oleo, & abhorreat aquã fabarũ, & ciceris, quoniam ambo ſunt facientia ſitim. Et euacuatus expectet ſuper ſitim, quam acquiſiuit ei euacuatio uſque quo confortetur eius digeſtio. Et non bibat ſitiens, aliquid plurimũ ſubito, neq; aquam frigidam ualde, & mortificet caliditatẽ quam debilitauit ſitis. Et uomitus quandoque facit ſitim, & ſedat eam ſyrupus de pomis cũ aqua roſarum. Et in ſtomacho quidem calido, & ſicco addit aqua frigida ſitim, & ſimiliter in ſtomacho ſalſi humoris, & aqua calida ſedat ſitim eius multoties. Et quando, fit uehemens ſitis, & non eſt febris, tunc miſceatur cum aqua parum iuleb, ut perueniat aqua ad extrema membrorum.

ANNOTATIONES.

De ſitis immodicę curatione pete Trallianum lib. 7. & Paulum lib. 1. pete & Galenum lib. art. med. & 1. de ſimp. mod. fac. & Hippocratem 3. in 6. de uulg. morb. & 4. de rat. uict. in ac. Vnum hic adnotatione dignum ſcribit. nempe aquam calidam, ſitim, quę ex ſalſo humore prouenit, cap. 8. cap. 53. cap. 64. cap. 7. Tex. 35. Tex. 50.

 ſedare.

sedare, quod certè si de salsa pituita est uidetur & de bile statuendum, quum salsa pituita ad bilis naturam uergat.

De cura percussionis obuiationis, & casu super stomachum. *Cap.* 22.

EMplastrum conferens ad hoc. Recipe poma scenia decocta cum decoctione boni odoris, donec dissoluantur in decoctione, deinde terantur bene, deinde sumatur ex eis pondus quinquaginta ℥.& misceatur cum.x.ladani, & viii.ros.& vi.aloes, & aggregentur omnia cum ii. succis, s. arnoglossæ & foliorum cupressi, & misceatur cum eis oleum de lilio, & fiat tepidum, & ligetur super ventrem,[a] [&] vbi est stomachus, aliquibus diebus.

a —— B.

TRACTATVS III.

De nocumento digestionis. *Cap.* 1.

NOcumenta digestionis sequuntur nocumenta in inferiorib. stomachi, aut propter causam in cibo, aut propter causam in dispositione, quietis corporis, & motus eius. Et factū causa rei stomachi, est malitia complexionis aut calidæ, aut frigidæ: & fortior earum est frigida, & debilior earum est calida. Frigida enim vehementius nocet digestioni quam calida. Verùm sicca, & humida non perueniunt ad hoc secundum plurimum, ut appareat ex eis solum cum æqualitate ambarum aliarum qualitatum nocumentum digestionis, nisi iam fecerint euenire, sicca quidem arefactionem, & humida hydropisim. Verùm dispositio [a] [inter quietē & somnum,] & eorum contraria, & quod sequitur ea de iudicijs cibi in hoc, est quòd cibus indiget quiete, & somno, vsquequo bona fiat digestio, & quando sunt loco amborum motus & uigiliæ, non completur digestio. Et cibus quidem grauis remanet in stomacho prolixè: & digeritur, aut remanet indigestus, aut est par uæ digestionis. Sed leuis cibus quum non digeritur, non prolongatur spatium remanentiæ eius non digesti, imò quando non est in stomacho, qui digerat ipsum, corrumpitur velociter. Et cibus quidem aut cōuertitur ad illud, quod [b] [necessario facit digestionem integram,] aut conuertitur ad illud, quod [c] [necessariam facit conuersionem aliquam] & digeritur digestione aliqua, non integra, quare non [d] [attrahit] corpus ex quantitate cibi, quam possibile est ipsum sumere, quantitatem qua indiget ex cibo; & fit ibi extenuatio, aut non digeritur omnino. Et illud est secundum duos modos, nam ipse tunc aut remanet cum dispositione sua, aut conuertitur ad substantiam extraneam corruptam. Et quandoque fit illud in omni digestione, & usque in tertia, & quarta. Et causa illius accidunt hydropisis, & cancer, & formica & erysipila, & morphea, & baras, & scabies. & illud ideò, quoniam sanguis non est digestus digestione conuenienti naturæ, quare membra non [e] [attrahunt ipsum ita, ut in ipso nutriantur, &] putrefit. & fœtet, [f] [& non fit] nutrimētum ex eo; [g] [&] non fit bona assimilatio eius cum eis, & si fuerint illic uincentia [h] [fęx] & caliditas, denigratur, & quandoque fit nigredo eius similis pici. Et stomachus etiam quando non digerit omnino, peruenit res ad lubricitatem intestinorum, aut ad hydropisim. [i] † [ ] Veruntamen non conuertitur, [k] [nisi] ad hydropisim tympanitem [l] † [ ] quum stomachus in ipsa habet impressionem tantæ quantitatis, qua faciat uaporationem cibi, & non qua digerat. Et scias, ꝙ corruptio digestionis, & debilitas eius, & ad ultimum nocumentum eius, quum accidit ex qualibet materia, est facilius ad curandum, quàm sit, quum accidit propter debilitatem uirtutis, & malitiam complexionis confirmatam.

a B. in impressione quietis, & somni.

b B est necessarium cum d gestione integra.

c B. est necessarium conuersione aliqua.

d B. Alia litera. inuenit.

e B. Alia litera. inueniunt ex eo nutrimētū quare.

f B. aut inueniunt. Alia litera. aut attrahūt.

g B. sed.

h B. grauitas seu grossities.

i † B. tympanitem.

k —— B.

l † B. nisi.

ANNOTATIONES.

Coctionē, quę in uentriculo obitur, lædi duplici de causa Gal. notat ℥. de sympt. caus. uel ipsius uentriculi facultate offensa, uel externo errore. Facultatis uerò lesę, presertim intemperiem ventriculi causam facit, uel puram uel cum materia. sed præter hanc, & cęteras omnes causas, quas eo loco Gal. fusius explicat, & hoc Auic. repetit. sunt & peruersa uentriculi compositio, ob quam constringi circa cibos non potest, & non tumores solum, sed etiam ulcera, quæ omnia, quum ad uentriculi naturā pertineant, non minus quam intemperies lędunt. presertim tamen in intemperiebus, coctionis summa statuitur, ꝙ coctio caloris actio est, ac, ut alias notauimus, actiones Gal. & temperamenti ratione fieri, & compositionis probę causa, rectè & tuto fieri existimat.

Cap. 1.

De corruptione digestionis. *Cap.* 2.

CIbus corrumpitur in stomacho propter causas, quæ sunt contrariæ causis rectificationis eius. Et ad summum causa in hoc, aut est in cibo aut in receptore cibi, aut in reb. accidētibus superuenientibus eis. Et cibus quidē corrumpitur in stomacho aut propter quantitatē suam, aut propter qualitatem suā. Propter quātitatem quidem, quoniam est plus quam oportet, quare patitur de digestione infra quā oportet; Aut est minus quam oportet, & patitur de digestione supra quā oportet, quare aduritur, & in cinerem conuertitur. Et ex proximo huic corrumpitur cibus subtilis in stomacho igneo calido. Sed propter qualitatem, quoniā est in seipso uelociter suscipiēs corruptionem, sicut lac recenter mulctū, & melones, & persica. Aut tarde recipiens rectificationem, sicut sunt tubera & caro bubali. Aut est superfluę qualitatis ꝓ suam caliditatem, sicut mel, Aut est propter frigiditatem suam sicut cucurbita, Aut est prohibens appetitum cibi cum proprietate, quę est in ipso, aut in comedente, sicut ille cuius refugit natura a cibo aliquo, quamuis sit laudabilis aut sit appetendus ab aliquo; Aut propter horā suæ receptionis; & illud est, quando sumitur, & in stomacho est repletio, aut remanentia alterius. Aut sumitur ante exercitium consuetum post expulsionem cibi primi, & egressionem eius. Aut propter errorem in ordine suo ita, ut ordinetur, qui est uelocis digestionis supra illum, qui est tardę digestionis. [a] [ ] & remaneat natans supra ipsum, quare corrumpitur, & corrumpit illum; qui

a † B. quare digeritur ille, qui est facilis digestionis ante illum qui est tardę digestionis.

qui commiscetur ei. Et necessarium quidẽ est in ordine vt præmittatur leuis b [supra] graue, & leuis c [supra] stypticum, nisi sit aliquid vocans ægrum faciens necessarium, ut præmittatur stypticus ad retinendam naturã. Aut propter multitudinem specierum eius & misceantur alii cum aliis, quare commiscetur ille, qui est velocis digestionis, & ille, qui est tardæ digestionis. Facta autem causa receptoris aut est in substantia eius, aut est causa alterius, & eorum quæ circundant ipsum, & accidunt in ipso: Et illud quod est in substantia eius, est, sicut si sit in stomacho malitia complexionis cum materia, aut sine materia, & debilitetur in digerendo, aut pertranseat digestionem, sicut iam sciuisti in calido, & frigido. Aut sit substantia eius d [spissa] & zirbum ipsius subtile: Aut sit comprehensio ipsius super ipsum non similis, & non bona. Aut si bona, verum grauitas eius sit impediens stomachum, quare ipse appetit deponere, quod in ipso est, quamuis non eueniant rugitus, & inflatio. Et ista duo sunt ex causis debilitatis e [stomachi] & destructionis eius sed illa, quæ est causa alterius, est, sicut si sit in stomacho ventositas separans inter ipsum, & inter comprehensionem ultimam super cibũ. Et quando dicitur quòd multitudo eructuationis est ex causis corruptionis digestionis, non est inquantum est eructuatio, sed inquantum est ventositas, quare extendit stomachum, & facit natare cibum. Non ergo fit bona comprehensio fundi stomachi super cibum. Et omne quidem faciens natare cibum, est prohibẽs digestionem. Et sicut si ad stomachum currat ex capite, aut hepate, aut splene, aut reliquis mẽbris, quod corrumpat cibum propter suam mistionem, & non possit stomachus regere ipsũ. Et multoties quidem effunditur ad ipsum post digestionem, & multoties effunditur ante ipsam. Et ex illis est, ut sit illud, quod circundat ipsum ex hepate, & splene frigidum, aut malæ cõplexionis. Facta autem propter causas recenter superuenientes cibo, & receptori, est, sicut quũ deficit cibo illud, quo indiget de somno digestionis. Aut quum inuenitur motus super ipsum, quo non indiget, & commouet ipsum, & corrumpitur: Aut quia accidit potus super ipsum plusquam sit necessarium, aut minus. aut accidit coitus super eum, aut multiplicantur cibaria f † [ ] super naturam digestiuam, aut balneum, aut obuiatio aeris uehementis frigoris, g † [ ] aut malæ substantiæ. Et ventositates retentę in uentre prohibent digestionem, & corrumpunt eam, quia commouẽt cibos, & mouentur in eis. Et cibus quidem corrumpitur in stomacho, aut quia putrescit, aut quia aduritur, aut quia acescit, aut quia acquirit qualitatem non proportionalem ad aliquã qualitatum cõsuetarum. Et totum illud est, aut quia cibus cõuertitur ad illud: aut quia humor secundum illam formam permiscetur cibo, & corrumpit ipsum. Et quandoq; est iste humor natans, h † [ ] & quandoq; est parum residẽs ad inferiora stomachi: quare nõ dilatatur, neque peruenit ad os stomachi. Et quoties additur cibus, acescit & ascendit ad os stomachi,

b B. ad
c B. ad
d B. rata uel tenuis.
e B. digestionis.
f † B. diuersa.
g † B. aut uehementis caliditatis
h † B. Alia litera. nõ occultus.

& permiscetur cum toto cibo: Et quandoque est huiusmodi humor penetrans in uenis, deinde reuertitur subito quum opponitur ei oppilatio i [subito] in facie meatuum, cum quib. nõ preparatur penetratio. Et quum stomachus est calidus absque materia aut cum materia cholerica effusa ex hepate ad ipsum, propter multitudinem generationis eius in ipso k † [ ] per uiam fellis prædictam, corrumpuntur in ipso cibi leues, & digeruntur fortes grossi, sicut caro uaccina. Et splen est causa corruptionis cibi. Et scias, ꝙ corruptio digestionis quandoque adducit ad ægritudines plurimas malignas, sicut epilepsiam & melancholiam l † [ ] & similia, imò est mater ægritudinum, & origo m [chronicarum infirmitatum. Et quando corrumpitur digestio in conualescentibus, & generatur acetositas, indicat recidiuationem propter illud, quod timetur de putrefactione. Et multoties quidem facit accidere corruptio digestionis pruritum.

i B. cadens.
k † B. aur.
l † B. mirachiã.
m —— B.

ANNOTATIONES.

cap. i.

Eadem ferè Gal. 3. de symp. cau. Illud autem hic annotandũ est. De ciborum ordine author noster errari ait, si quis ea, quæ tardè coquuntur, ijs quæ facilia sunt coctu, præponãtur, cõsulitq; propterea in recta uictus ratione seruãda, ut facilia difficilib. & lenia astringentibus præmittãtur. Gal. 3. de sympt. caus. iam citato eundem errorẽ prodit: consulitq; propterea passim, facilia difficilibus, lenia astrictorijs præponi. nempe, si post coctu difficilia uel astringentia, lenia uel facilia sumantur, corrumpi ait alimenta, facilibus coctus antea quam difficilibus. quare, quũ occupata iã exitus uia ab ijs, quæ priori loco ingesta erant, egredi quæ concocta sunt è uentriculo nequeant, corrumpi necesse est, & cum ijs etiam alia. At contra tamen, aliorum sententia est, cuius & author libelli de dissolutione continua. quippe si coctio ad uentriculi fundum fit: si ea pars quæ carnosa est & calidior, ad coquendos cibos etiam fortior est, dictare ratio uidetur, ut illic resideant, quę coctu difficilia sunt, non quæ facilia. ita.n. uno æque tempore & facilia & difficilia coquentur. Ita uerò & si astringentia priori loco offerãtur, corroboratur os uentriculi inferius, et solidior uidetur futura coctio Hæc ferè de proposita quæstione afferri uideo. Pro qua tamen sedanda, Non potest certa admodum & constans de re hac regula afferri, quum alimẽta, ꝙ notat Gal. 1. de alim. facul. citæ aut tardæ coctionis sint, non pro corũ dumtaxat natura, sed pro particulari uentris constitutione sunt qui bubulã facilius cõcoquant, quam saxatiles pisces: alij itẽ abditum quendam cum hoc uel eo alimenti genere dissensum habẽt: ut uel nũquam concoquant, qđ alioqui coctu est facile: uel ipsum corrumpant. Quòd si tamen his, particularibus prætermissis, generatim quæras, utra præponenda, coctu facilia & lenia, an astringentia & difficilia: Non negamus profectò mollia, si priori loco offerantur, inferius uentriculi os laxare: contra uerò astringẽtia astringere. itemq; non imus inficias difficilia in eius fundo facilius, coqui, quã si supra cætera alimenta resideãt. Neq; prior tamẽ, neq; posterior sententia probãda uidetur: si modo perpetuum est, qđ obseruatum quãdoq; esse intelligimus: dissecta nempe fuisse cadauera, in quibus, confusa alimenta omnia et permista essent, ut alia ab alijs alimenta nõ distinguerentur. Videntur ergo permisceri inuicem omnia et mollia asperis, & difficilia coctu facilibus, ut propterea superuacuum forte sit diligentius huius ordinis normam obseruare. Fatemur tamen non parum interesse, ijs,

quibus contentrix uentriculi facultas imbecilla est, quum.s.ad debitum tempus alimenta non seruantur, austera & astringentia priori loco assumi.nempe q; ieiunum,ut ita dixerim,inferius uentriculi os,ea qualitate imbuitur,cuius gratia roboratur. Ita uero & quæ posteriori loco ingeruntur, quum supremum os,stomachum nuncupatum, a priorum alimentorum qualitatibus quodammodo expolient, ac suis ipsa illud inficiant: referre plurimum dixerimus,ut huic roborando astringentia postremo loco offerantur quandoque etiam lenientia opportuna post cætera sunt alimenta,ueluti si ad uomitionem parare uentriculum animus sit.

De debilitate digestionis. *Cap.* 3.

CAusæ debilitatis digestionis, sunt omnes causæ,quas diximus in corruptione digestionis, & signa earum sunt illa signa. Verum effusio choleræ ex illa summa non debilitat digestionem,sed quandoque corrumpit eam. Effusio autem melancholiæ quãdoque aggregat ambas res. Et similiter etiã siccum,& humidũ ex hac summa non perueniunt ambo sola ad hoc,ut destruant. [a] † [nam] humidũ perducit ad hydropisim: & siccitas perducit ad arefactionem. Et ex causis [b] [debilitatis] digestionis est raritas mirach, & paruitas carnis eius. Et quandoque est causa in debilitate digestionis velocitas descensionis cibi,aut propter lubricitatẽ stomachi ex eis,quæ scis in capitulo lubricitatis stomachi: & nõ est illud ex causis corruptionis digestionis,& non ingreditur in eis,imò ingreditur in causis debilitatis [c] [stomachi.] Et hic quidem descensus ante horam quandoque fit ex bonitate compressionis stomachi super cibum,quando festinat expulsiua motu suo,& est fortis. Et quandoque fit propter debilitatẽ retentiuæ; quare non retinet,& non comprehendit sicut oportet,donec digeratur integrè. Et quandoque est propter apostemata calida,aut phlegmatica,aut melancholica,& vlcera & similia,quare nõ fit bona comprehensio. & quandoque non fit bona comprehensio causa cibi,quum est grauis, aut mordicatiuus cholericus,aut est calidus,aut stomachus habet complexionem calidam, aut in potu sumit [d] [habens ipsum] & cum ipso est complexio calida prohibens bonitatem digestionis,aliquid calidum prohibens digestionẽ, & secundum plurimum corrumpit ipsam, & nõ prohibet ipsam tantum. Et huiusmodi quidem hominem,sicut scis,quandoque sanat. & temperat digestionem eius,potus aquę frigidę, & similiter quandoque in stomacho sunt humores mali,& propriè mordicatiui,distinguẽtes inter ipsum,& inter cibos,quare non fiunt bonæ comprehensiones, & retentiones, & est desiderium expellendi uehementius. [e] [Et illud,quod est causa bonitatis digestiõis, est propter bonitatem comprehensionis: comprehensio enim stomachi super cibum quum est integra,& est non impediens digerit quod sibi pertinet. Et si est integra] sed est grauatiua, & stomachus retinet cibum retentione eius,qui habet tremorem propter quandam grauedinem, & est appetens ut separet ipsum, est digestio infra illam,& non sunt eructuatio,& rugitus. Et si non est comprehensio, est debilitas digestionis,& rugitus,& eructuatio. Et quandoq; perducunt debilitas digestionis,& conuersio cibi ad phlegma,ad [f] [tremorem] & frigus extremitatum,& [g] [commotionem] paroxysmi febris: Verum pulsus nõ est pulsus factus in initio paroxysmi febris. Et quandoque fit debilitas digestionis propter nauseatiuam satietatem, & repletionem antecedentem. Et in libro quidem mortis uelocis dicitur, quòd si super oculos eius,qui habet nauseatiuam satietatem,& tarditatem digestionis,bothor nigra apparet similis ciceri,& rubet pars eius,& uiridis fit pars alia, tunc ipse incipit cũ diminutione rationis, & moritur in septima decima. Et ex causis [h] [corruptionis] digestionis,& destructionis eius, est tristitia, sicut ex causis bonitatis digestionis est gaudium.

a † B digestionem omnino, imo quãdoque debilitant. Et dicitur q destruunt digestionẽ, quoniam.
b B. Alia litera. corruptionis.
c B. digestionis
d B. eam.
e B. Et illa quæ est propter bonitatem cõprehẽsionis stomachi super cibũ quum est integra,& non impedẽs,& in digestione est leuitas, quamuis ipsa sint integra
f B. rigorem.
g B. Alia litera. ad principium.
h B. debilitatis.

ANNOTATIONES.

Legendus Gal. est 3. de sympt. caus. Vnum postremo capitis loco noster author notat, quod summi ad obeundam coctionem momenti est: nempe ex mærore corrumpi dit coctionem,sicuti eadem ex gaudio perficitur. quod sanè ad uarios innati caloris status referendum est. Etsi enim per mærorem calor intro reuocatur, & per gaudium extra expanditur,qua ratione & mæror coctionis,& gaudium cruditatis potius causa esse uideatur: res tamen ita se habet. per mærorem reuocatur sanè ad interiora innatus calor,sed cõtabescit,uelutiq; opprimitur. per moderatum uero gaudiũ extra quidem effunditur,sed ad rei iucundæ occursum fouetur,sicuti contra ex tristi offenditur. Ex immoderato tamẽ gaudio etiam dissipatur: & non sola cruditas,sed etiã mors sequi potest.

cap. 1.

De signis debilitatis digestionis. *Cap.* 4.

ILlam quidem,quę leuis est, significat grauitas,& extensio,& remanentia cibi in stomacho longior consueta. Fortem autem significat eructuatio adducens saporem cibi post. [a] [v. horas] & rugitus,& nausea,et extensio, et [b] [æstuatio anhelitus:] sed ultimum significat quòd cibus non alteratur alteratione, de qua sit curandum penitus, sicut si sit frigiditas superflua ualde. Et cibus quando non digeritur nisi tardè, descendit tarde, nisi sit propter motum uirtutis expulsiuæ ex mordicatione, aut qualitate alia contraria,aut grauitate. Et signa eius,quæ fit propter complexionem,sunt ea,quæ iam sciuisti,et [c] [q] est comprehensio tremula [d] [absq; forti appetitu descensionis cibi] & est desiderium eructuandi absq; euentu rugitus, et eructuationis frequẽtis,et singultus,et inflatio petentes illud,aut sicut si eueniat post. Et signa eius,in qua est causa descensus cibi ante horã, sunt lenitas egestionis, et fœtor eius, et paucitas [e] [mundificationis] hepatis, et corporis ab ea,et quandoque accidunt cum ea mordicatio et inflatio. Et significationes quidem eius,quæ est ab humoribus calidis, sunt sitis, et paruitas appetitus,et eructuatio fætida, fumosa. Et illã, quæ fit ex humoribus frigidis, significat illud, quod egreditur ex eis cum uomitu, et acetositas,et casus appetitus cum significationibus frigoris,

a B tempus.
b B. subuersio animę.
c B. si
d B. non fortis est appetitus ad deponendum cibum.
e B. acceptionis

goris,& materiei, prædictorum in tractatu primo. Et illam, quæ est ab apostematibus, & similibus, significant signa eorum.

A N N O T A T I O N E S.

Symptomatum hic ferè est ordo, ut actiones læsas nonnunquam certè aliæ læsæ actiones, semper tamen affectus sensiles corporis nuncupati, & excreta ac retenta præter naturam sequantur. Probam coctionem in uentriculo, iecinore, & toto corpore proba nutritio sequitur. Sequitur uero & gratus color, & excrementa tum alui tum corporis totius secundum naturam. Contraria uerò cruditatem sequuntur. Posteriora hæc excreta.s. & retenta, ac affectus corporis sensiles, quæ actionum effectus sunt, etiam notiora sunt sensui, & actionum statum significant. Quare pro imbecillæ, uel ablatæ, uel corruptę coctionis uētriculi habenda notitia, examinanda hæc sunt. quod author noster diligenter facit.

De cura. *Cap.* 5.

QVum fuerit debilitas digestionis accidēs a causa leui, aut repletione antecedente non plurima, tunc sufficient in ea longitudo somni, & dimissio exercitij, & vociferationis, & balnei, & administratio vomitus cum aqua tepida, & subtiliatio regiminis. Et quando est plus illa & maior, & sunt post acceptionem cibi mordicatio, & nausea, & eructuatio perueniens ad saporē cibi, oportet vt sumatur in potu aqua tepida multoties, & non cesset iterare, donec euomatur totum illud, quod corruptū est: deinde effundatur super caput eius oleum aliquod, & vaporetur venter eius, & a [viscera] cum panno calefacto, & fricentur extremitates eius cum oleo de oliuis, & oleo ros. & effundatur super ipsas aqua tepida, & b [describatur] ei prolixitas somni, & prohibeatur ei cibus in die illa. quòd si in mane surrexerit lætus, & fortis, ingrediatur balneum: & si non, redeat ad somnum, & regimen subtiliatiuum, c† [ ] & dormitationem d [paucam, & leuem] tribus diebus continuis, vsqueq uo conuertatur stomachus eius ad dispositionem suā. Et quandoque indiget solutione ventris. Et piper quidem est ex medicinis magis iuuatiuis digestionem. Et somnus omnis iuuat digestionem. Verùm somnus super sinistrum est plurimi iuuamenti in hoc propter comprehensionem hepatis super stomachum: sed somnus super dextrum est causa velocitatis descensionis cibi, quoniam e [preparatio] stomachi facit illud necessarium. Et scias, ꝙ amplexari infantē propinquum ad hoc ut polluatur secundum longitudinem noctis, est ex rebus magis iuuatiuis ad digestionem, & oportet ne superueniat ei sudor. Sudor enim infrigidat, & prohibet iuuamentum calefactionis, cum caliditate sua innata. & oportet ut non sit cum eo f [de anhelitu æstuatio.] ęstuatio enim g† [ ] & motus appetitus, uariant motus uirtutum nutritiuarum. Et sunt quidā homines, qui amplexantur catulum canis, aut cattum masculū nigrum. In debilitate autem digestionis facta propter caliditatem cum materia, ex eis, quæ cōferunt, sunt h [oxyporium diacydonitē] & cibi

a B. latera.
b B. pręcipiatur
c† B. paucum leue.
d —— B.
e B. situatio.
f B. animi desi derium ad luxuriam.
g† B. & defiderium ad luxuriā
h B. quinzibin safarzeli.

aceto, si styptici i [almutati, & collegati,] & qui sunt similes illis ex frigidis. Et confert ei pondus ij. ʒ. suffuf facti ex decem ros. spodii tribus coriandri sicci v. sumantur in potu cum aqua granatorum, aut k [oxyporio diacydoniten.]

i B. alhelamie & alcharisie.
k B. squinzibin safarzeli.

A N N O T A T I O N E S.

Repetenda hic, quæ de uentriculi intemperieb. dicta sūt. Pete & Gal. 8. de comp. med. per loc. & 4. de tuen. ualet. & 7. meth. fusius. Cap. 4. Cap. 5.

De signis corruptionis digestionis. *Cap.* 6.

a [SIgnificationes quidem eius, ex quibus cognoscitur corruptio digestionis, manifestæ sunt.] Verùm significationes, quæ quandoque associantur, & quandoque non associātur, sunt rugitus, eructuatio, & mordicatio. Et significationes eius, quæ fit propter dispositiones ciborum prædictas, sunt cognitio dispositionū, b [& motus] eorum, an sint multi, aut susceptibiles putrefactionis, aut sit erratum in ordine eorum, aut hora ipsorum. Et motus quidem super ipsos est genus erroris propter illud, cuius rememoratio præcessit, et ut quoties fecerit illud, accidit corruptio digestionis, & quoties cauet & abstinet, rectificatur digestio. Signa autē accidentia propter complexionem stomachi, et ęgritudines eius cognoscuntur ex signis prędictis in capitulo aggregante. Et quando materia corrupta est in stomacho, in ipso sunt nausea, et accidentia, quæ sunt cum corruptione digestionis frequentia, non habentia uicissitudines, et si sunt illic uicissitudines, tunc materiæ sunt aduenientes effusę. In facta autem propter raritatem stomachi, et attenuationem texturę uillorum eius, et accidentia dispositionis ad ipsum, sicut uetustatis, signa sunt prolongatio dolorum stomachi, et ægritudinum eius, et debilitas digestionis cum debilitate appetitus, et attenuatio corporis. Et ex istis quidem quandoque accidunt debilitas digestionis, et destructio eius, sine corruptione ipsius. Factam autē propter uentositates significant significationes ventositatum prędictæ. Sed significationes effusionis ex membris cōmunibus: sunt ex eis, quæ diximus in locis suis, vt consideres dispositionem illius mēbri in seipso, et vt cognoscas, an multiplicentur c [in] ipso effusiones ad mēbra alia in uiis aliis, sicut ut cognoscas, an ille, cuius stomachus existimatur lædi a catarrhis, habeat catarrhum descendentem ad guttur, et ad pulmonem, et alia. Et signum casus corruptionis digestionis propter d [effusionē cholerę,] est, ut sit complexio non cum illa cholerica, deinde inueniantur in stomacho mordicatio, et natatio cibi.

a B. Signū aūt a quo nō denudatur corruptio digestionis est fœtor egestionis.
b —— B.
c B. ex
d B. causā meatus effundētis choleram.

De cura eius. *Cap.* 7.

PRincipium illius est ut egrediatur, quod est corruptum in stomacho ex cibo usque ad finem sui cum uomitu, aut solutione uētris. Et ut rectificetur regimē eius, quod comeditur et bibitur. Et reducatur in omnibus dispositionibus ad illud, qđ necessariū est Et ut a [experiatur

a B. & ut pręter mittatur cibus.

b B. Alia litera. fames & fortificetur.

tur cum cibo] donec verificetur eius b [bonitas, quare mundificetur] stomachus prius cũ potu aquæ ros. Si autem fuerit corruptio digestionis propter caliditatem stomachi, aut propter cholerã effusam ad ipsum, ingrossa cibos eorũ, & declina cum eis ad frigus adeo, donec sint sicut caro vaccina cum aceto condita, & non ponas frigida subtilia, quoniã subtilia corrumpuntur in stomachis eorum velociter. Et oportet ut ille, qui ex eis cholericus est, euomat ante cibum. Et si fuerit illud propter frigus, curetur illud frigus cum eis, quę diximus in capitulo suo. Et si fuerit causa raritatis stomachi, curetur cum medicinis odoriferis stypticis, prædictis: & cum cibis boni chymi velocis digestionis, qui sint facti decliues ad exsiccationem, & stypticitatem c [arte, & cum seminibus] & reliquis, quæ diximus in capitulo aggregante. Et ille, in corruptione digestionis cuius, causa est effusio choleræ ex d [cursu] prędicto eueniẽs, raro, oportet vt cõsuescat vomere ante cibum multoties: quod si melioretur post illud, & sumat cibum, abscindat hanc consuetudinem, ut non debilitetur stomachus ipsius: & cum hoc oportet, vt post vomitum sumat robub cõfortantes stomachum, repellentes, quod effunditur ad ipsum, & assiduè fiat emplastrum stomacho ipsius cum eis, quæ confortant ipsum ad expellendum, quod ad ipsum effunditur: deinde ponantur ei e [circuitus] in quibus euomat ante cibum secundum ratiocinationem prædictam. In illis verò, quorum stomachi cibum acescerè faciunt, si fuerit acetositas parua accidentalis, fit iuuamentum cum suctione pomorum dulcium, & iuuantur coriandro, quum bibunt ipsum ante cibum cum aqua: & similiter mastix, quum in potu sumitur ex eo. Si autem fuerit fortis, tunc ex eis, quę conferunt ad hoc fortiter, magnificè, vltimè, sunt sũmitates squinanthi cum carui, & similiter omnia electuaria calida, & electuarium f [alchabiti.] Et quandoque iuuãtur cum geleniabin infuso in aqua calida. Et ex illis, quę ipsis conferunt, est, ut sumãt g [ad mansionẽ] hoc medicamen. Recip. h † [ ] cymini seminis anethi i [amborum] an. partem j. ros. rub. ablatis capitibus partes ij. cribellentur post contritionem cum orali, cuius dosis medietas ʒ.j. cum uino commisto. Si uero indigent eis, quę sunt fortiora hoc, oportet vt vtantur vomitu post comestionem salsi, & acetosi, & acuti sicut foca. Expectẽt itaque postea una hora, deinde euomant cum syrupo acetoso, mellino, calefacto, & succo raphani, & cum eis, quę cursu eorum incedũt, & ex aqua mellis, & similibus. Deinde medicẽtur cum troch. ros. maioribus, & cum tryphera. Et multoties quidem non est necessarius in ea vomitus, quando est causa in ipsa frigiditas sine materia propter quam acescit cibus. & quando cibus acescit k [purè,] tunc est maior corruptio: & oportet ut habens eam dimittat cibaria cum micis, & iura, & cibetur exsiccantibus, & frixis, & eis, quæ in patellis coquuntur, & carne rubea. Et oportet ut corporum eorum complexio permutetur tantum. l [Et ex eis, quæ uerificant omnem cibum corruptum in stomacho, est,] vt expellatur. quòd si natura sufficiens fuerit facere illud, tunc sufficiat ipsa, & si natura non est sufficiens ad illud, sumat diacyminum secundum quantitatem necessitatis, si autẽ nõ sufficit, adiuuetur cum reliquis electuarijs solutiuis, de quibus sumatur quantitas pauca secũdum mensuram, qua educatur fæx, & diacydonitem est ex summa eorum, quę eliguntur ex eis. Et signa quidem bonitatis comprehensionis stomachi super cibum, & bonitatis digestionis, quæ est in ultimo, & contrarii eorum, sunt ea, quæ diximus in capitulo significationum. Quòd si res illę prędictæ non fuerint, sed sentiuntur conturbatio, & grauitas, & desiderium minuendi grauitatem cum constrictione accidente; tunc scias quòd stomachus est vehementis comprehensionis, sed est abhorrens summam cibi in quantitate sua. Et scias quòd digestio est fundi stomachi; & appetitus oris stomachi.

c B. cũ moderãtia & cũ abazir. i. cum speciebus aromaticis. Alia litera cum seminib. calidis boni saporis sicut anisum.

d B. meatu.

e B. Alia litera. tempora.

f B. alchabit.

g B. apud somnum.

h † B. piperis.

i —— B.

k B. saifen. i. in æstate.

l B. & omnis cibus qui corrumpitur in stomacho conueniés est.

ANNOTATIONES.

Eandem curandi rationẽ sequitur Gal. 8. de comp. med. per loca, corruptos humores & nidorosos & acidos & quauis alia qualitate uitiatos hiera educens. Sed hic animaduersione dignum est. Ait Auic. si coctionis corruptio ob caliditatem sit uentriculi, uel propter bilem ad ipsum effusam, incrassanda esse alimenta, & frigidis esse insistendũ. At, quid si ex febre uentriculus æstuat? in his certe, si crassa alimenta exhibeas, non adiuuabis, neque enim concoquent. Verùm intelligenda authoris uerba existimamus, ubi cum calidiori uentriculi intemperie reliquum tamen corpus non laboret: ita ut uires, una hac excepta caliditate, integræ sint. Cap. 1.

De tarditate descensus cibi ex stomacho, & uelocitate descensionis eius. Cap. 8.

QVãdoque remanet in stomacho aliquid de cibo usque circiter xv. horas in dispositione sanitatis: & xij. horas. Et illud est secundum cibum in leuitate sua, a † [ ] & significat illud inuentio saporis eius in ore, & in eructuatione, retentio nanq; cibi in stomacho non est nisi propter tarditatem digestionis, usquequo digeratur, & expulsio eius est propter expulsionem expulsiuæ, quum completur digestio, aut propter motorem mouentem expulsiuam, sicut mordicatio choleræ, aut melancholiæ b [acetosæ,] aut alicuius eorũ, quæ dicemus. Et non est sicut existimauerunt quidam, quòd omnis causa in retẽtione eius est strictura meatus inferioris, Nã si esset illud, non esset possibilis exitus denarij, & auri deglutitorum, & vinũ, & lac non remanerent in stomacho, & ambo non natarent in stomacho debili, & facerẽt rugitum, & inflationem. imò causa in descensione cibi naturali, est digestio, & uirtus stomachi ad expellendum c [cui non est cõuenientia magis cum aliquo in dispositione] cibi, quum nõ accidit stomacho nocumentũ donec digeratur cibus. Stomachus enim sanus cõprehendit ipsum, & constringitur super ipsum meatus suus inferior uehementer, quumq; est hora expellẽdi, dilatatur, & expellit stomachus, ꝙ in ipso est cũ uillis suis latitudinalib. & quoties festinat digestio, festinat descensus, & si tardat, tardat, nisi

a † B. & grauitate. Alia litera. & grossitie sua.

b B. aut flegmatis acetosi.

c B. cui nõ sunt causæ plurimæ aliæ ab ambobus ex parte. Alia litera, cui nõ est dependẽtia plurima cũ re alia ab ambobus ex parte dispositionis.

nisi accidat aliqua causarum facientium descẽdere cibum a stomacho, quum nondum sit digestus ex eis, quas iam sciuisti. & quantitas quidẽ æqualis remanentię cibi in d [stomacho] & egressionis eius, est illud, qđ est inter xij. horas usq; ad xxij. horas. & cib. qdẽ plurimus, quũ nõ digeritur propter suam multitudinẽ, & ille cuius qualitas est mala etiam, tunc nullus eorum remanet in stomacho sano fortis expulsionis, imò expellitur ad inferiora uelociter. Et quandoque succeduntei fluxus ventris & colica passio. Et quando fuerit stomachus debilis, quẽ cibus grauat, aut vlcerosus habens bothor, aut fuerit in eo humor uiscosus lubricus, non minorabitur in ipso cibus nisi parum, & fit hoc, si ue sit debilis retentiua, siue digestiua, Et tibi quidem possibile est vt cognoscas signa, quę oportet cognoscere ex causis horum ex eis, quæ tibi præterierunt in capitulis prædictis.

d B. Alia litera. corpore.

ANNOTATIONES.

Ad imbecillem coctionem hic affectus refertur. quod enim tarde alimenta ex uentriculo ad intestina trahantur, in causa est cruditas, cuius gratia uentriculi os inferius non reseratur. si enim eius est mos, ut non nisi concoctos dimittat ingestos cibos. nisi forte acris quæpiam qualitas stimulet, aut ipse summa imbecillitate affectus fuerit, horum, ait Hipp. 2. aph. quæ uniuersim & uelociter nutriunt, ueloces quoque sunt excretiones. quare, quod tarde commeent ex uentriculo alimenta, ad coctricis potentiæ imbecillitatem erit referendum. De constituto autem & certo coctionis tempore, illud statutum sit, quod Gal. 5. aph. non esse unam circumscriptam omnibus mensuram, quum alij celerius, alij tardius concoquant. quare absolute statui non potest, ꝙ decem uel duodecim, pluribus uel paucioribus horis coctio absoluatur. Videtur tamen id obseruatum, decem uel duodecim horarum spatium sufficere in recte se habente uentriculo, quod hic intelligit, quamuis nonnunquam longe serius exeat. Hipp. de mora alimentorum in uentriculo multa scribit, 4. de morbis. quem tu uide.

Aph. 18.

com. 5.

De cura eius a cuius stomacho tardatur descensus cibi, aut in cuius stomacho natat cibus. Cap. 9.

EX cura illius est somnus super dextrum. Adiuua enim ad hoc, ut uelociter descendat cibus a stomacho, quamuis sit debilis adiutorij. ad digerendum, & adiuuant ad hoc deambulatio subtilis, & fricatio pedum, & cõfractio ventositatis cum eo, quod scitur in capitulo eius.

ANNOTATIONES.

Est certè os uentriculi inferius quod pylorum uocãt, ad dextram partem potius. Verum, quum, ut supra diximus, propterea tarde alimenta e uentriculo exeant, quod concocta non sunt, parum admodum conferre decubitus in dextrum latus poterit, quod & author noster notat. quin, & si dextra pars, si totum corpus spectes, calidior & fortior est, ex decubitu tamen in dextrum latus, non æque arcte ab iecinore complecti & astringi uentriculus uidetur, ut si in sinistrum iaceant. Conferre tamen decubitus in dextrum latus potest, ubi cocta iam alimenta sunt, neque, uel ob uentriculi errorem, uel ob aliam quamuis rationem, alioqui exeant. Conferre & ad hanc rem potest, quod hic subiungit leuis deambulatio, quum paulo etiam immoderatior, nimis citum exitum sæpenumero faciat, cibis uidelicet ipsis in os pylori aggregatis, atque ipsum sui fortasse grauitate recludentibus.

De cura eius a cuius stomacho festinat descensus cibi. Cap. 10.

QVidam antiquorum fuerunt, qui nominauerunt istos stomatichos, sed postremo cecidit nomen stomachi super aliud. Et ex eis, quæ experta sunt illis, est vt administretur eis emplastrum ex farina fœnugræci, & seminis lini, & melle. Et in potu sumant ex eo etiam & ex eis est, ut sumantur uitelli oui assati, & cochlearium mellis, & duo danic masticis cõtriti, coniungãtur omnia in cortice oui, & assentur super cinerem calidum, & sine intermissione moueantur, donec præparata sint, & comedantur, & administretur hoc tribus diebus. Et oportet ut administretur ante cibum aliquid ex stypticis frigidis, si fuerit illic complexio calida, aut permistum cum calidis, si fuerit complexio decliuis ad frigiditatem. & tu iam sciuisti omnes has medicinas. Et oportet vt dormiant sup cibum, & non moueantur neque excitẽtur omnino. Et ut stringantur extremitates superiores.

ANNOTATIONES.

Non absolutè trahi huius affectus curatio potest. nisi singulas causas particulatim animaduerteris, quum & ciborum, & uentriculi uitio, & motus totius corporis inordinati ratione, citius alimenta effluant, quam concocta sint, semper tamen conferre possunt, quæ os uentriculi inferius roborent, qualia astringentia sunt, atque otium, & somnus, quæ duo sedandæ eductioni quoque per pharmacum uim habere Hipp. notat 4. aph. Vide Ale. Trall. lib. 7.

Aph. 24. & 15. cap. 5.

De a [eructuatione] stomachi & duritie eius. Cap. 11.

a B. grossitie.

QVandoque aduenit durities in stomacho similis apostemati, & tamen non est apostema, & est causa eius frigus inspissans aut melãcholia ingrossans, intrãs sine apostematione.

De signis. Cap. 12.

SVnt vt cognoscatur causa eius, & non inueniatur signum apostematis.

De cura. Cap. 13.

FIat emplastrum ei cum meliloto, & croco, & mastice, & balsamo, & thure, & bdellio, & spica, & cordumeni & muhatht, & cera, & oleo rosarum. Et similiter omnes curationes dictæ ad apostemata dura, & proprie ea, quæ dicta sunt in capitulo debilitatis stomachi a [propter duritiem.] Descriptio alia bona ad hanc intentionem. Recipe ceræ vnc. viij. † glutinis alimbath vnc. iiij. zingiberis, opopanacis amborum aña unc. ij. aloes, & galbani amborum an. vnc. ij. olei de lilio b [heminam. i.] fiat ex eis emplastrum.

a B. cum duritie eius.

† terebinthinę.

b B. unc. xxiiii.

AN-

ANNOTATIONES.

Meminit de hac uentriculi duritie ob perfrictionem Trallianus lib.7.quem tu uide.

De eis,quæ commouent eructuationem. *Cap.* 14.

QVum in stomacho accidit uentositas, & non remouetur, & est retenta in ore stomachi,& impedit, oportet vt euacuetur cum eructuatione,sicut euacuantur superfluitates natantes cum vomitu,etsi non corrupit digestionem,& natat [a] [cum cibo] nisi accidat multitudo humiditatum & phlegmatum præparatorum ad hoc,vt conuertantur in ventositatem: tunc enim [b] [necessarium] est vt sit superfluitas in commotione eructuationis ex eis,quæ mouent rem prauam. Et ex eis quidem, quæ mouent eructuationem, sunt origanum, & folia rutæ,& anisum,& carui,& calamēthum,& mēta, & ammeos, & gariophylli,& mastix,& thus masticatum,& haustum.

a B. cibus.

b B. possibile.

De cura eructuationis superfluæ. *Cap.* 15.

CAusas quidem eructuationis, & significationes eius,super dispositiones, iam diximus ī capitulo significationū.In acetosa quidē conferunt patienti eā, potare diapipereon cū vino.Et quandoque iuuantur si in potu sumāt ante prandium suum & cœnam suam coriandri sicci pondus aurei, deinde bibant post ipsū vinum purum.Et ex eis,quę sedant eam,secundum quòd dixerunt quidam, est ut liniatur stomachus cum stercore gallinę,& calce.In fumosa verò si est a materia, conferunt absinthium, & hiera.Si uerò est sine materia,ea,quę infrigidant & extinguunt,& forte faciunt, sicut sunt robub fructuum frigidorum,& cibi frigidi.

ANNOTATIONES.

Eructuatio dubio procul cum flatu perpetuò est. at flatus ij non semper uel frigiditatis uel alicuius intemperiei gratia uel ciborum uitio accidunt. quin sæpe uel ob malā uentriculi figuram eueniunt,de qua re Gal.lib. ar.med. uel ob cibi paucitatem.qui profectò affectus neque discutientibus,neque flatum dissipantibus curatur,lenitur tamen.

TRACTATVS IIII.

De ęgritudinibus instrumentalibus, & communibus accidentibus stomacho.

De apostematibus calidis stomachi. *Cap.* 1.

STomacho accidunt apostemata calida propter causas cognitas, quæ faciunt accidere apostemata calida. Et ex illis causis sunt dolores prolongati,& quandoque sunt apostemata eius calida sanguinea,& quandoque sunt cholerica.

ANNOTATIONES.

Experiri uentriculus omne ferè morborum genus potest & intemperies omnes,de quibus actum est in superioribus, & morbos etiam in compositione & solutione continui,de quibus in hoc tractatu agendum.Hic primo loco de tumoribus,ex calidis humoribus,tum sanguine,tum bile,uerba facit.horumq́; causas easdem,quas in cæteris,statuit,fluxiones uidelicet,undecunque prouenerint.De fluxionum uerò causis alibi dictum est; ostensumq́; etiam dolorem fluxiones parere.Quare iure author noster hoc in loco diuturnos uentriculi dolores causas eße calidorum apostematum aduertit.nempe,uel quod ob exactiorem uentriculi sensum repente,dum spirituum copia ad affectum locum confluit,humorum simul prouentum adducit:vel etiam quòd facta ea pars ob diuturnum dolorem imbecilla,facillime dehinc fluxionem quamcunque excipit,retinetque.

De signis. *Cap.* 2.

QVandoque prolongatur in stomacho dolor,qui non remouetur,quamuis regimen bonum fiat, tunc existima quod illic est apostema.Illud autem apostema, quod est calidum, significant cum hoc inflammatio vehemens,& adustio fortis,& sitis, & febris inseparabilis,& dolor pungitiuus,& [a] [augmentum, quod] quandoque sentitur,& quandoque perducit ad permistionem sensus,& ad sirsen,& ad melancholiam.Quumque extenuatur corpus, & profundantur oculi,& [b] [resoluitur]natura & multiplicatur fluxus ventris, & uomitus,& [c][superatur febris,& minoratur urina,& [d] [stomachus comprimitur] sub digitis ubi propter duritiem non comprimebatur sub digitis, tūc iam fit exitura. Et quando accidit cum dolore in stomacho frigus extremitatum, tunc illud est signum malum.

a B.tumor qui.

b B.soluitur.

c B.Alia litera. eradicatur.

d B.Alia litera. fit stomach⁹ pp duritiem eius i[...] modo q non comprimitur.

ANNOTATIONES.

Ad inflammati ventriculi signa de quibus hic author, nausea quoque sæpenumero accedit.Pro signis verò suppurationis & huius,& internorum omnium inflammationū. pete Hipp.& Gal.2.prognost. Tex.58.

De cura. *Cap.* 3.

QVando autumatur quòd apostema calidū apparet,aut apparebit propter uehementiam adustionis, & inflammationis, tunc melius est in principio,ut incipiatur a repercussiuis,& inungatur stomachus cum eis,quæ sunt sicut oleum de cydoniis,& fiat ei emplastrum cū cydonijs,& corticibus cucurbitæ,& portulaca,& farina hordei, & quæ currunt hac uia: quamuis abstinentia, & subtiliatio cibi,& regiminis,magis iuuatiua sint eis.Quumq́ue medicaris apostemata stomachi calida.tunc caue,ne in potu tribuas solutiuum forte, aut quod uomere faciat:nam administratio uomitus [a] [error] est. Phlebotomia autem necessaria est in pluribus horis,& aliena solutionem laboriosā & uomitum. Et sis contentus cibis lenitiuis,& medicinis,sicut aqua hordei,& almes ,& atriplicibus,& cucurbita.Et [b] [multiplicare] medicinas lenisicatiuas sicut casia fist.non est malum, & vt euacuatio fiat cum casia fist. quoniam cōfert apostemati,& exsiccat materiam. Et quandoque admiscetur ei ex hiera,& aloes, pōdus duorum danich vsque ad s.3. Et melius hoc

a B.periculosa.

b B.administrare.

hoc est ut in potu tribuatur casia fist. cũ aqua endiuiæ. Et quandoque ponitur in ipsa absinthij parum, quoniã est iuuatiuum cum sua stypticitate. Et quandoque utuntur in ea quidam myrobalanis:ego vero non declino ad eos, nisi sint apostemata in via dubitationis & ego abhorreo hoc,& quando apparent, non oportet vt administrentur. & quandoque dant eis in potu scãmoneam cum syrupo acetoso, & ego abhorreo eam. Et quando c [apparent &] nõ est ex huiusmodi excusatio tunc detur aloes auree.j. cum syrupo acetoso,quamuis dimittere ipsum sit melius.Et ex solutiuis iuuatiuis in principio est, vt sumantur aquæ solatri, & aquę endiuiæ, unc. ij. & medullæ casiæ fistulæ drach. iij. & olei de cucurbita & olei amygdalini amborum ana drac.ij.& detur in potu, & sine cessatione lenificetur natura cum hoc, si fuerit siccitas vsque ad diem vij. Et oportet ne sint ausi potare aquam frigidam plurimam, neque d [calidam] imò frangant eam cum iuleb,aut robub fructuum. Et abstinentia quidẽ a cibo est ex illis,quę eos ualde iuuant & si dolor vehemens valde fiat, dabis ei in potu pondus.drach.iij.de semine cucumeris e † [ ] cum aqua frigida aut aqua f [albelaa] & sumant in potu aquam tabarzet etiam, quoniam est iuuatiua valde, & aquam ataraxacon etiam. Et emplastra facta ex g [bella & capparibus,& balaustijs,& alenifestides] sunt iuuatiua ualde. & absinthium quum ex eo fit emplastrum,confert apostemati, prohibens ne h [imbibatur] in omnibus partibus stomachi.Et quã diu caliditas permanet,& si sit post. vij.non abscindas aquam endiuiæ,& aquam solatri,& aquam kekengi,& aquam ataraxacon, & permisce cum illis quum transierit septimam troch. de rosis.s.drach. & aliquid de succo absinthij, & de mastice, & permisce cum eis etiam aquã fœniculi,& aquam apij. & sit cibus usque ad vij.ex mes ex corticatis, cum atriplicibus, i [& blitis & cucurbita cum oleo amygdalino, aut oleo omphacino. & sint illa, quę in potu sumunt iuleb,& aqua prunorum,& succus endiuiæ,& taraxacon,& in fine eius permisceantur cum mastice,& succo absinthij.Post vij. autem misceantur cum eis,quæ abstergunt, & maturant parumper,sicut sicla, & alubleb. & detur in potu eis tunc syrupus acetosus. & quandoque sumunt eam in potu ante illud aliquot diebus. & quandoque sumunt ipsum in potu cum k [uiolis nutritis] si non fuerit nausea vehemens impediens, & illud quidem vsque ad xiiij. Quumque sedatur inflammatio,& lenificatur apostema, tunc est hora resolutionis. Quum ergo declinat parumper, introducãtur in emplastris,ea quę sunt sicut mastix, & absinthium.& ponatur potus ex syrupo acetoso absque timore & quandoque sufficit sumere in potu casiam fist.in aqua fœniculi, & apij,& oleum amygdalinũ dulce usque ad finem eius, & rectius tibi est, quando ad summum peruenit cura hora mollificationis, & resolutionis, ut nõ audeas sup utrasq; audacia nuda cuiuslibet earũ,imò ꝑmisce medicinas mollificatiuas cũ stypticis Nã in hoc, ut sis contentus mollificatiuis,est l [error] magnus, & quãdoque per

c —— B.
d B.aquam simplicem.
e † B. longi arcuati.
f B.niuis.
g B.belba & alcasb, & balaustijs & aliusisti des.
h B.dilatetur.
i —— B. Alia litera. & sutch hordei
k B.aqua uiolas conditas.
l B.timor.

ducit patientem ad mortem, siue sint medicinæ,quæ bibãtur, aut positæ super ipsum extrinsecus.& stomachus quidem dignior est hoc quàm hepar. & styptica conuenientia ad hanc rẽ sunt illa,in quibus est aromaticitas.sicut mastix,& rosæ & gallę,& galia & balaustiæ, & extremitates arborum & ex oleis oleum de cydonijs,& oleum de mastice,& oleum de malis,& oleum de nereidem,& oleum omphacinum. imò oportet in ęstate & in principio,ut administres in emplastris amborũ, oleũ ros.& oleũ omphacinum, & oleum de cydonijs, & oleũ de malis.& in hyeme,& in horis resolutionis, oleum dé neridem,& oleum anethinum, & oleum chamæmellinum.& oleum de lilio,& oleum de mastice temperarè. Confectio m [emplastri boni] in principio & augmento. & statu n † [ ] Recipe farinam hordei, & fausel, & nenuphar omnium ana unc. o [s.] rosis. unc.j.& s. croci unc.s.uio. xij. dragacãthi.v.altheæ,chamęmillę omniũ ana x. sandali.xv.masticis,acacię,balaustiæ omniũ an. xv.cerę & olei ros.cum quibus conficiatur. Et ex emplastris bonis i p [principio] apostematũ sunt radix lilij,melilotum,cera,& oleum uiolaceum. Et non oportet ut emplastrum fiat cum lubricitate uehementi ventris,imò temperetur venter in primis,& deinde administrentur emplastra.Et ex emplastris bonis in hora status vsque ad declinationem est illud, quod recipit q [cymas squinanthi,& chamæmillam, & melilotum,] & absinthium romanum,& spicam,& radicem altheæ,& sandalum,& fausel, & crocum,& grana lauri,& quæ sunt similia illis.Addatur in stypticis in principijs,& in resolutiuis in postremis.Et ex r [medicinis] bonis in maturãdo apostema calidum,cuius quæritur s [maturatio] & almessere,est,ut sumantur extremitatum rosarum, & extremitatum absinthij, & extremitatum semperuiuæ, & corticum citri exteriorum,& masticis,& thuris,omnium ana pars j. & s. & cydoniorum, & dactylorum immaturorum,& croci,& aloes,& myrrhæ,omnium ana partem j. & ceræ & olei chamæmillini & olei de neridẽ,omniũ ana partes x.Quòd si causa in euentu apostematis fuerit dolor accidens,de ueritate cuius est ut curetur cum subtiliatiuis,tunc quum peruenit ad apostema,tunc oportet ut abscindas subtiliatiua ab eo, & sis contentus sedatiuis dolorum,sicut est adeps anatis & gallinæ. Et quando antiquatur apostema,tunc da in potu troch. de spica, & fac emplastrum ex emplastro de bdellio cum granis de ben dicto in antidotario. Et ex eis, quæ conferunt ad hoc,est ceratum cum oleo de balsamo, & aloe,& cera alba,et oportet vt administretur ceratum Gal. prædictum in capitulo debilitatis stomachi. Et emplastrum de meliloto est ad hoc iuuatiuum ualde. Et ex illis sunt chamæmilla,& balaustiæ,& semen lini,& melilotum, & althea,ex quibus fit emplastrum,& fiat ex eis uaporatio, & embrocha fiat cum decoctione ipsorum.Et ex eis,quæ sanant illud,est illud,quod recipit ros. ʒ.x.xyloaloes ʒ. ii. masticis,seminis endiuiæ,cuscutæ omnium an. ʒ. iii. sumantur in apostemate inflammato cum camphora in potu. aut sumantur tria sextaria casiæ fist. quæ deco-

m B.emplastrorum.
n † B. Descriptio emplastri iuuatiui in hac hora, & ante ipsam.
o B. i.
p B.statu.
q B.Alia litera. Recipit flores chamæmillæ & meliloti.
r B.emplastris.
s B.resolutio.

decoquantur in lib.j.aquę donec remaneat medietas, deinde coletur, & proijciatur super ipsam de aqua solatri, & aqua kekengi sacraiati, & bulliat & proijciatur super ipsam. drach. s. hierę picræ, & sumat in potu ex ea, ille, qui fortis est, totam integre, & debilis medietatē eius. Et si indiget fortiori hoc, addantur [t]] ex semine apij. &] semine caulis, & ammoniacum, & medulla cerui: & adeps gallinæ, & quandoque indiget emplastro [u] [bolismi] & emplastro citrino. Et in hac hora quandoque necessarium est, vt in potu dētur troch. de bdellio, & ex emplastris iuuantibus in hoc cap. est emplastrum huiusmodi Recipe. ceræ, & olei de neridē amborum an. unc. j. masticis, & ciperi, & squinanthi, & aloes omnium an. aureum. j. & bdellij. drach iij. soluatur in uino, & aggregetur inter has medicinas secundum acceptionem emplastri. Quòd si fuerit illic solutio uentris, quandoque erit necessarium ut ponas cum istis succum agrestæ aut succum absinthij, aut aggreges inter utrunque. Et de errore maximo est, ut prolongetur tempus tolerantiæ apostematis, [x] † [ ] & incessanter fiat curatio cum infrigidantibus, & fit apostema in via, vt fiat exitura, & prohibeatur a maturatione, oportet ergo ut consideres hoc. Et iam dictum est, quòd suspensorium factum ex lapide [y] [beselis] quum suspenditur ita vt tangat stomachum, erit iuuamentum eius magnū in doloribus eius, & apostematibus eius, Quū autem apostema fit dubellati, & exitura, nos iam singulare capitulum fecimus ei. Quum verò apostema est cholericum, oportet in principio vt infrigidetur valde cum emplastris infrigidatiuis, notis, permistis cum sandalis, & camphora, & ros. & similibus. Et detur in potu aqua hordei cum aqua granati muzi, & decocti cum cancris; deinde post illud per aliquot dies administra aqua solatri, & aquam ēdiuiæ. & post illud, quum appropinquat status, misceatur cū aqua solatri, & aqua endiuię, parumper aquæ fœniculi.

t B. anethum, & sem. lini, & fœnugræci q; si indiget fortiori hoc addatur ex u B. seligarius.

x † 3. curatione.

y z. Alia litera. yaspis Alia litera basclis, uel basclis.

ANNOTATIONES.

Id quod in omni uniuersim inflammatione fit, vbi initio ventriculi inflammationis occurreris, repercutiendum docet. præsidia verò non intra, sed extra admouet, & ea talia, quæ etsi frigida sunt, non tamen frigidissima, nempe quum ventriculus neruosa & frigida substantia constet, in discrimine esset res, ne insigni refrigeratione innatus calor extinguatur. An verò repercutientia hæc frigida actu vel calida adhibenda sint, non ait. Certum tamen illud est, etsi actu frigida repellendi uim habent acriorem, ab his tamen hoc casu esse abstinendum ob naturam partis, quæ frigida est, cuius calor, ut iam diximus, facile extingui potest, uel imminui, vt materia inflammationem faciens, & crassior, & frigidior reddita, difficilem postmodum curationem, uel dissipationem (quæ in hoc casu potissimum expetitur) vel coctionem suscipiat. Facta repercussione, & medicamenta fortia, & uomitum prohibet: ac uenæ sectionem aggreditur. Qua in re duplex controuersia est. altera quia Rasis 9. ad Alm. uenæ sectionem ante repellentia consulit. altera, quia idem Rasis lib. diuisionum de morbis uentriculi agens particulatimque inflammatione, curationem huius uenæ sectionem esse ait postea uomitum. Verùm sedari hę possunt non difficilè. Et si 9. ad Almans. priori loco uenæ sectionem præponit in scribendo, non tamen id in agendo seruandum adeo religiosè imperat. Ita & Auic. & si uomitum improbet. Rasis uerò eundem probet, utrunque tamen ratione non uacat. Damnat author noster ualidiorem uomitum, ne uidelicet inutilem ex uicinis partibus succum trahat, qua ratione & Gal. in uentriculi ulceribus 5. meth. uomitum ueretur, & leuem alui subductionem laudat, & 13. meth. in uentriculi & eius partium inflammatione uomitum prohibet. At Rasis tamen leuem uomitum admittit, de quo constat, si is cui inflammatus uentriculus est, uomendi desiderio teneatur, si facilis ad uomendum sit, si huic assueuerit, leuari non mediocriter uentriculum posse: Tutius tamen Auic. consilium est, si quis recte aduerterit. Cæterum alia hic controuersia est. Author noster fortiora medicamenta damnans, dum lenientib. utendum admonet, quandoque ait siliquæ Aegyptiæ (cassiam fistulam uocant) hieram, & aloen admisceri ad dimidiam drachmam. At Gal. 13. meth. iubet ne aloe in uentriculi inflammatione alijs medicamentis astringentibus admisceatur, quòd purgandi uim habeat, nisi forte inclinante morbo exhibeas. quo etiam tempore cnicum potius, mercurialem, & urticam dat, quàm aloen. Certè euidens hæc contradictio est. non discrepat tamen fortasse. Gal. aloen propterea negat medicamentis admiscendam in internis inflammationibus, quòd huic quoque purgandi uis permista est: ueritus ne ad ipsas inflammationes maior humorum copia trahatur. Si hæc tamen cassiæ fistulæ admisceatur, effluente cassia sui lenitate simul aloes educitur, ut augendæ inflammationis non amplius periculum sit. Adde quòd aloe cassiæ noxam corrigere uidetur. est enim hæc leuis, quę propterea sui lenitate uiscera laxiora reddat, & excipiendis humoribus paratiora. aloe ergo sui astrictione robur uisceribus restituit, quod cassia adimit.

cap.11.
cap.11.
cap.20.

De apostematibus frigidis phlegmaticis. Cap. 4.

Ista apostemata generantur ex humiditate, et malitia digestionis, & paruitate exercitij, & ex reliquis causis generantibus materias [a] [cronicas] coarctantibus eas in uasis, & in [b] [uiscer ibus,] quarum cognitio præterijt.

a B Alia litera humidas.
b B. tunicis.

De signis. Cap. 5.

Quando inueneris signum apostematis cū dolore [a] [inquieto] in omni dispositione, & [b] [augmento] & non est febris neque inflammatio neque [c] [inquietudo] sed est humiditas [d] [lubrica & clari as coloris,] & paucitas sitis, & malitia digestionis & paruitas appetitus, tunc illud est apostema phlegmaticum, & tu sigificabis cū reliquis significationibus prædictis, de humiditate complexionis stomachi.

a B profundo uel fixo.
b B. eminentia.
c B. imaginatio mala.
d B salitualis & plumbe9 color Alia litera. uiscosa & plumbeus color.

ANNOTATIONES.

Causæ frigidorum uentriculi tumorum eædem sunt quæ & in cæteris partibus. De horum signis, quòd in ijs, neque magnus sit dolor, neque febris, neque calor, neque sitis pete Gal. 5. loc. aff.

cap. 5.

De cura. Cap. 6.

De canone in hoc etiam est, ut nō euacues resolutiua a stypticis. Resolutiua enim, qui

quibus indiges in hoc, sunt fortis resolutionis Incipe ergo in cura istorum ita, vt des eis in potu aquam apij, & aquam fœniculi amborũ. an.unc.ij.† nitri.drach.iij.de oleo amygdalino dulci quantum sufficit, deinde post illud sumant in potu.[a] [drach ij] olei de kerua cum tribus.drach. olei amygdalini dulcis, & decoctione meliloti Et eius confectio est hæc. Recipe meliloti drach.x.radicis fœniculi drach. x. aque lib.iiij.decoquantur donec remaneat lib. j.& da in potu ex ea unc.iiij.Et confert istis decoctio hyssopi, in qua decoquitur melilotum, & ponantur super potionem eius. drach. iij. olei de kerua.drach.ij.olei amygdalini dulcis. Ex unguentis autem & emplastris est medicamen expertum, quod Recipit polij, meliloti, & amomi, & chamæmillę, & anethi omnium an. drac.x.& absinthij, & spicæ amborum an.drac. vij.aloes. drach. viij.masticis drach. x.thuris, drach.vj.radicum altheæ drach xv. ammoniaci, & opopanaci, storacis, omnium an.drach. x.adipis anseris, & adipis gallinæ omnium an. unc.ij.ceræ rubeæ. s. lib. Et quod ex unguentis est melius, est oleum de neridem, & oleum de spica, in quo iam posita fuerint myrrha, & cordumeni. Et conferunt etiam asparagi, & alubleb cũ oleo amygdalino dulci, & sicla, & caulis cum oleo oliuę. Et ea, quæ siccant sanguinẽ ex cibis, quorum digestio est facilis. Et oportet ut alienent vomitum omnino: nam ipse in huiusmodi est malus.

† baurach.

a. Alia litera unci.

ANNOTATIONES.

Vide Paulum lib.3.Trallianum lib.7. Author noster in huius capitis calce uomitum omnino interdicit. Cuius rei causam aliqui existimant, quòd tumorum uentriculi materia uomitu educi non potest. Verùm, quum in uentriculi eiusdem inflammatione Rasis uomitũ admittat, de qua re supra, fortasse & hoc in loco non planè uomitum quencunque sed fortiorem interdicit. quid.n.si præter tumorem in uentriculi cauitate materia innatet, & nausea infestet, quid, inquam, prohibet, ut semel id uomitione regeratur, quo euacuato uentriculus potest non mediocriter sublenari? Non ergo fortè uomitum planè omnem author noster prohibet, sed fortem, & artificio concitatum, & frequentem.

cap.37. cap.14.

De apostematibus duris & grossis. Cap. 7.

QVandoque fiunt incipiendo, & quandoque fiunt a permutatione ex apostematibus calidis, secũdum quòd iam sciuisti in principijs, & quandoque fiunt, sed raro, ab apostemate phlegmatico, cui accidit ut indurescat. Et significant ipsum cum significationibus apostematum, durities tactus, & multitudo [a] [uarietatis] & extenuatio corporis.

a B. imaginationum malarum. Alia litera. multa siccitas.

ANNOTATIONES.

Scirrhi non in uentriculo dumtaxat, sed in uniuerso corpore uel ex crasso humore, atro præsertim paulatim cõgesto initium, sumunt: uel etiam ex cæteris male curatis tumoribus, nimirum uidelicet, uel refrigerantibus medicamentis, uel discutientibus, exsiccatis, quod docet Gal. 2.ad Glauc. de qua re & 13.meth. Scirrhi notas pete ex locis iam adductis, & ex libro de tumoribus præter naturam, itemque ex Paulo lib.4. Addit author noster corporis extenuationem, quòd ob offensam ex longo uentriculi morbo (neque enim scirrhus nisi longo tempore aduenit) nutritio ipsa planè offenditur uel aboletur.

cap.4. cap.25.

cap.32.

De cura. Cap. 8.

CAnon in his etiam est, vt non euacues medicinas resolutiuas a stypticis. & omnes medicinæ quæ sunt vehementis resolutionis in fine apostematum calidorum, sunt iuuatiuę hic. Et oportet ut in potu sumant lac camelarum fœtarum, assiduè. Et ex illis, quæ eis conferunt, est, ut sumant tres aureos ex oleo de kerua cum decoctione casię fi. quæ fit [a] [submersa] in aqua radicum: & si indiget eis, quæ sunt fortiora, ponatur in aqua radicum summitatũ squinanthi, & masticis, & capilli ueneris cum reliquis medicinis, omnium an.pars.j. & quando ponitur cum oleo de kerua, olei de [b] [spica] quantitas, drach j. & olei amygdalini dulcis quantitas, drach.ij.est iuuatiuum Et similiter quando in potu sumuntur olea ista cum aqua mellis, & oportet ut administretur in emplastris eorum medulla ossium cerui, & medulla cruris uaccini, & pinguedo gibbi cameli. et ex medicinis conferentibus ad hoc, & in dubellati est illud, quod recipit meliloti, & fœnugrę. & chamæmillę, & baccarum lauri, & altheę, & absinthij, omnium ana partem. j. ammoniaci [c] [thuris, amborum an.ij.tertias] partis, resoluãtur gũmę istæ in decoctione ficuũ x.cum uino [d] [cum melle,] deinde coniunge cum eis has medicinas, & fac ex eis emplastrũ; est enim mirabile. Emplastrum aliud. Recipe sordium [e] [urcei] par.vij.storacis par.ii.masticis part.i.glutinis alimbath partem s.fæcis olei de neriden quantitatem, qua conficiãtur medicinę. Emplastrum aliud. Recipe ammoniaci [f] drach.[viii.] [g] [meliloti: xii.] ceræ. drach. [h] [viii.] croci, myrrhę, bdellii iudaici, omnium ana.drach.viii.olei de balsa.lib.i. Et ex eis quę valde iuuatiua sunt eis, est oleum de succo uitis. & ex eis.quę conferunt eis ualde, sunt decoctio ireos cum casia fist. et emplastrũ, quod diximus in cap.debilitatis stomachi cum duritie. Descriptio emplastri boni. Recipe, masticis, thuris absinthii, omnium an partem, i.ammoniaci, croci amborum an.partes ii.cyperi.iii.fac cerotum cum oleo de neridẽ tantæ quantitatis, qua lenitas fiat. Et quando accidit illud, quod raro [cõuenit,] scilicet ex permutatione apostematis phlegmatici ad apostema durum, tunc conuenientior cura est ei emplastrum huiusmodi descriptionis, Recipe ammoniacum, bdellium, semen caulis, amygdalas amaras, storacem liquidam, masticem spicam, squinanthum cyperũ, gummæ dissoluãtur, & alia terãtur, & fac ex eis emplastrum. Sintque cibi eorum sicut asparagi, & alubleb, & oleum amygdalinum dulce, & propriè eius, quod permutatum est ab apostema.e calido.

a B. dissoluta.

b B. lilio.

c B. Alia litera, & bdellii tercia.

d B. & terantur sicut mel. Alia litera decocto terantur, cũ melle. Alia litera. terantur cũ aceto.

e B. uasorum apum.

f B. Alia litera. centum. Alia litera. g——B.

h B. centum.

i B. accidit.

ANNOTATIONES.

De sumpta hæc ferè sunt ex Gal. 2.ad Glauc. et 14. meth. Vide & Paulum lib.4.

cap.4.

De

De adubellati stomacho. *Cap.* 9.

MVltoties errant medici in regimine apostematis in stomacho, & permutando fit exitura,& multoties incipiendo fit.

De signis. *Cap.* 10.

IAm diximus signa initii eius in capitulo apostematum calidorum stomachi.

De cura. *Cap.* 11.

a B. Alia litera. ab infrigidatione.

b B. Alia litera. extrinsecè, & intrinsecè.

c —— B.

d B. Alia litera. iuuat.

e —— B.

f B. oleũ amygdalinũ amarũ.

OPortet ut incipiatur a phlebotomia,[a] [& a regimine] stomachi apostemati apostemate calido[b] [extrinseco. cũ quo sit possibile ut prohibeatur fieri dubellati,& incipit eẽ in uia maturationis,oportet tũc ut si est res leuis, & si autumas maturationem propinquam[c] [oportet] ut in potu tribuas lac recenter mulctum uice una,post aliam cum aqua calida, & tangas duritiem & consideres an comprimatur,& attendas commotionem,& tremorem, & compressionem apostematis, nam si non[d] [comprimitur] illud,oportet ut in potu sumat habens ipsum taraxaconem[e] [siccam] cũ aqua fenugræci,& tribulorum,&[f] [oleo amygdalino amaro.] Quòd si indiget fortiori hoc, & est inceptio in uia maturationis iam addẽs super primam,ponatur in eis oleum de kerua. Et ex eis,quæ experta sunt in hoc,est, ut sumat in potu habens eam taraxaconis siccæ quantitatem.drach.j.&.s.seminis almaru,& fœnugręcum.drach.i.teratur illud,& bibatur quibusdã lactibus recenter mulctis calidis, sicut est lac asinæ,& caprarum,& quantitas lactis sit trium unc. & misceatur cum eo ex[g] [galia] pondus drach.iii.Et ex eis quæ experta sunt etiam, est ut sumatur taraxaconis siccæ.drach.i.& fœnugrę.drach.ii.seminis maru.drach.iiii.terantur & cribellentur,& conficiantur cum lacte caprino,& oleo sisamino,& fiat ex eis emplastrũ super dubellati.& oportet ut fiat balneum cum aqua tepida, & ut ponatur emplastrum super dubellati aliquid factum ex ficubus,& chamæmilla, & fœnugręco decoctis,& sit in eo absinthium ut confortet,& quod quęritur ex omnibus illis,est maturatio apostematis,& eruptio. Quumque existimaueris maturationem,postquam iam administraueris balneationem prædictam & emplastra prædicta,& successeris cũ emplastro ficuum prędicto,substerne ei stramẽta duplicia,[h] [ut in cultricis, & in calefacientibus.] & præcipe ei,ut iaceat super ea uerso uẽtre inferius[i] [donec] rumpatur sub compressione apostema eius.Et tu quidem cognosces, quòd iam ruptum est,per detumitionem,et attenuationem,& per illud,quod expuitur, aut cum solutione ventris egreditur ex sanie, aut ex sanguine.& oportet ut in potu tribuas tunc aloem cum aqua endiuiæ. Quumque erumpitur, da in potu incarnatiua, quamuis ille, qui euomit saniem ex stomacho suo sit ad desperationem propinquior quàm ad spem. Quũque existimaueris in stomacho saniem,extrahe ipsam cum solutione ventris,& non moueas ipsam ad vomitum.Quumque non ualent huiusmodi res: administra medicinas prędictas in capitulo apostematum durorum. Cibi autem conuenientes ei in principio rei sunt sorbitiones factę ex amylo,& hordeo excorticato,& uitello oui. Et in fine eius illi, in quibus ponuntur anethum,& fænugręcum secundum mensuram.

g B. zucchar.

h B. in vltimo æqualitatis, & caliditatis.

i B. ita vt.

A N N O T A T I O N E S.

Discutiendi semper essent omni ingenio tumores, non ad pus ducendi, præsertimq; in internis uisceribus. nempe nisi discutiantur,aliud morbi genus incidit, quod plerũque grauius est priori morbo,ipsa scilicet ulceratio,quę si in uentriculo fiat(si modo profunda est, non superficiaria) Hippocrate authore 6. aph.lethalis est. Accidit tamen non raro, ut uel medici incuria,uel multitudine,aut crassitudine materiæ uelimus, nolimus, abscessus,suppuratio, & ulceratio eueniat. Huius affectus curationem tradens hoc in loco Auicennas inchoandum a uenæ ait sectione, retrahendæ uidelicet materiæ gratia. quod tamen præsidium transacto primo illo insultu, relinquendum erit, ne innatus huius partis calor refrigeretur,ac uires, quibus in tanti momenti morbo ualidis opus est,debilitentur.Vbi ruptus abscessus fuerit,fatetur, ægrum desperationi, quàm spei esse propinquiorem, nempe quòd,ut Hippoc.7. aphor. a tuberculi introrsum ruptione uirium deiectio, aut uomitio, aut animi defectio fit. Curationem tamen adhuc prosequitur,ne,quid intentatum remaneat.

Aphor. 18.

Aphor. 8.

De vlceribus in stomacho. *Cap.* 12.

STomacho quãdoque accidunt ulcera, & bothor propter acuitatem humorum, qui imbibunt corpus ipsius, et qui obuiant ei ex ipsis. Et multoties fiũt propter illud, quod peruenit ad ipsum ex alijs. Multoties enim ulceratur stomachus ex catarrho descendẽte ad ipsum ex capite calido mordicatiuo,[a] [aut corrosiuo ꝑpter suam] putrefactionem,quare putrescit,et corroditur stomachus,quum prolongatur catarrhus.

a B. recipiente.

A N N O T A T I O N E S.

Ventriculi ulcera uarias internas & externas causas habent.nõnunquam ex abscessu fiunt,quandoque ob humorum ad ipsum confluentium acredinem, siue ex capite siue aliunde; aliquando ob acria & corrodentia assumpta medicamenta. Quòd.n.Hipp.4.de morbis uentrẽ a medicamento dicat nõ exulcerari,quòd ualida & robusta substantia, est,nimirum ueluti pellis & corium,id tamen de purgatorijs medicamentis dictum est.præter quæ septica sunt,quorum ingestu facillime ulcus sequitur,cuius generis arsenicum est.

De signis & differentijs. *Cap.* 13.

MVltoties perducunt ulcera stomachi, & propriè inferioribus eius ad minorationem anhelitus,et prouocationem sudoris, et syncopim,& infrigidationem extremitatũ. Et quãdoque significant vlcera in stomacho fętor eructuationis, et eleuatio vaporis faciẽs incurrere siccitatẽ linguę,et exsiccationem ipsius et est[a] [syncopis plurima.] Et quãdo sunt in stomacho

a B. vomit⁹ plurimus. Alia litera. & quandoq. est vomitus plurimus.

macho bothor, multiplicatur eructuatio ualde. et iam distinguitur inter ulcus factū in meri, & inter factū in stomacho, quoniam in illo quod factum est in meri, sequitur dolor in ipso usque ad posterius inter duas spatulas, & ī collo vsq; ad initia pectoris, & uerificat dispositionē eius transitus deglutiti, quoniā significat locū dolorosū cū presentia eius. & quando pertrāsit hunc locum b [parumper.] Facta autem in stomachi ore significat, quod dolor est in inferiorib. pectoris, & supremis uentris, & est uehementior, & deglutitum significat ipsum c [cū pertransitione pectoris:] plurimum eius declinat ad d † [ ] mirach, & minoratur ex eo anhelitus, & infrigidatur corpus, & pducit ad syncopim plurimum. Verum facta in fundo stomachi significat exitus corticis ulceris eius in egestione absque excoriatione in intestinis, & inuentio doloris post quietem eius, quod e [sumitur] in inferioribus stomachi, & fit dolor paruus, & distinguitur inter vlcus in stomacho, & vlcus in intestinis, per locum doloris, quū ingreditur cib. in corpus, & est exitus corticis, qui egreditur in egestione, rarus, & est cortex eius subtilis. i. ex genere eius, quod egreditur ex intestinis superiorib. & significat quod est ex stomacho, quod dolor non est in partib. f [viscerū,] imò supra. Verum multoties appropinquat, & assimilatur dysenteriæ. g [In eis aūt, quæ fiunt] in intestinis superioribus, h † [ ] oportet vt tu ualde intendas. In uomitu autem, quum cortex egreditur, non est vlcus nisi in meri aut stomacho. Et oportet ut quum tu volueris experiri illud, ut cibes ægrum ex aliquo, in quo sint synapis, & acetum.

b ‡ dolor est pa ruus.

c B. apud transitū. Alia litera quum pertransiuerit pectus.

d † B. partem.

e B. comeditur uel bibitur.

f B. intestinorū.

g B. superiori & est illa quæ fit.

h † B. quare.

ANNOTATIONES.

Signa ulcerati uentriculi scribit, de qua re nos ex Græcis priuatim aliquid legisse non meminimus, neque solum affectus, sed loci etiam affecti notas affert. Est tamen dubitationis hic locus. Ait primis statim uerbis, uentriculi ulcera, & proprie, quæ in inferiori eius parte sunt, ad respirationis angustiam ægrum deducere. At contra niti ratio uidetur, quum superior uentriculi pars diaphragmati, et cordi propior sit, quam inferior. Putant aliqui per ulcera in inferiori parte, intelligi ea, quæ oris uentriculi sunt: subintelligi autem superiora, quæ gulæ ipsius sunt. At quia hic de gulę affectibus non agitur, suspicamur potius, quod alij existimant, corruptum esse codicem, legendumque, (& proprie in superioribus) quod tamen, quia in postrema Bellunensis correctione animaduersum non est, affirmare non audemus.

De cura ulcerum stomachi. Cap. 14.

a [PLaga] recens, quæ fit in ipso, oportet ut curetur cum medicinis stypticis, & dentur cibi uelocis digestionis, & uitentur medicinæ vlcerosæ, in quibus ponuntur flos ęris, & cerusa & lithargyrium, & tucia, & similia, immo oportet ut curentur ulcera stomachi, & corrosio in ipso in primis cum mundificatione cū eis, quæ sunt sicut aqua mellis, & iuleb. Et non oportet etiam ut sit in b [purgatorio] fortitudo purgationis, & lædat c [ulcera plusquā oportet.] Et oportet ut sit corū abstersio, & ablutio ad inferiora. Quod si fuerit illic corrosio, & caro mortua, oportet ut medicetur cum medicamine mundificante carnem mortuam, & incarnante, & faciente nasci carnem, & d [o quam] conueniens est hiera picra ad illud. Et quum mundificatur, oportet ut in potu dentur lac acetosum uaccinum, a quo ablatum est butyrū, & syrupus de cydonijs, & granatis, & similib. & detur etiam in potu aqua hordei cum granatis, syrupi de fructibus stypticis, & est quandoque necessarium ut cibentur uentribus uitulorū, & hœdorum conditorum cū aceto, & scias quòd quandiu non mundificatur sordes tota, non est iuuamentum curę alterius, neque administrationis consolidatiuorum, & quum administras incarnatiua, & ęgritudo est in partib. meri, & ore stomachi, tunc pone in eis ex glutinatiuis aliquod e [magnum] sicut est gummi, & dragacanthum, & quandoque confert ulceribus stomachi philonium. & conferunt etiam troch. de karabe, pręcipue si fuerit illic uomitus sanguinis, & conferunt eis omnia rob fructuum f † [ ] Et quandoque confert rob eupatorij, & rob absinthii, & quando sunt in stomacho ulcera, & non est excusatio solutionis uentris propter aliquid uocantium ad hoc, tunc oportet, ut soluas uentrem cum eis, quę sunt sicut casia fistu. Quod si accidat ex ulceribus solutio uentris, curetur cum troch. de spodio, & robub stypticis cum aqua sauich decocti, & si fuerit illic corrosio, curetur cum eis, quę diximus in cura sputi sanguinis.

a B. Exitura.

b B. mundificatione.

c B. & ulceret plusquā mūdificet.

d B. Alia litera. illud quod est.

e B. cōueniens.

f † B. stypticorum.

ANNOTATIONES.

Ventriculi uulnera Hipp. 6. aph. lethalia esse pronūciat, quod & Celsus lib. 5. Quare superuacaneum fortasse quis existimarit de uentriculi ulcerati curatione hic agi. Verū, etsi discissa uel erosa tota uentriculi substantia, actum de ęgroto sit, non tamen, si interior tantum tunica corrosa, atque ulcerata fuerit, desperata res est. propterea & hic, & Celsus li. 3. & Paulus lib. 3. huic quoque malo occurrunt. Videtur tamen hi inter se in curando differre. Celsus acria omnia & acida interdicit, iubetq; ea adhiberi, quæ in faucib. exulceratis præcepta sunt, dariq; & leues et glutinosos cibos. Paulus quoq; omnib. acrib. & cibis, & potibus abstinendum censet. Hic tamen hieram picram commendat. Verum non absolutè Auicennas hiera utitur, sed ubi quidpiam carnis supercreuerit, qua in puro tamen ulcere non utitur.

Aphor. 18.

cap. 16.

cap. 4. cap. 37.

De bothor in stomacho. Cap. 15.

COnfert eis mundificatio cum solutione eorum, quibus concessum est fieri solutionem uentris in ulceribus stomachi, & cibari cum granis granati cum passis, & lacte decocto cum ferro ignito.

De ruptura stomachi. Cap. 16.

QVorum stomachus disrumpitur, fortasse non euadunt, nisi pauci a ruptura, parua.

TRACTATVS V.

De dispositionib. stomachi ex parte eius, quod ipse comprehendit, & egreditur ab eo, & aliquibus dispositionibus mirach, & quę sequuntur ipsum.

De inflatione stomachi. Cap. I.

QVandoque fit propter cibum, quum in in ipso est humiditas extranea, quæ conuertitur in uentositatem, & non est possibile caliditati [si est æqualis,] ut resoluat eam [b] [ita, quòd non resoluat ipsam] ad uentositatem. Et quandoque fit propter caliditatem digestiuā, quum est debilis, cibus nanque, quamuis sit nō inflatiuus in natura sua, tamen quum debilitatur ipso caliditas, euaporat, & facit accidere uētositatem. Natura nanque in sua substantia, si non est uentositatis plurimę, non facit in uentribus euenire inflationem, nisi sit caliditas minorata, & moueatur, & non digeratur, sicut si priuetur caliditas omnino, non associatur ei inflatio, & si sit ex inflatiuis: & omne a quo nō accidit inflatio, non accidit ab eo inflatio, nisi aut propter [c] [se ipsum, scilicet ab illo] in sua substantia, aut propter duas res præter ipsum: quarum una est dominium caliditatis super ipsum, & altera frigus, quod nō mouet aliquid. Et quandoque est caliditas apta ad digerendū, & materia obediens ei & [d] [mouetur per illud, quod eam retrahit] ab ipsa ex potu aquæ plurimæ super ipsam, aut motu commouente ipsā, & quādoque est complexio cibi inflatiua sicut phaseolorum, & lentium, & similium, & non conferunt fortitudo uirtutis, & alienatio [e] [locorum digestionis] nisi sit caliditas fortis, uehementis uirtutis, & materia uehementis [f] [humectationis.] Et ex [g] [medicinis] inflatiuis est uinum grossum, & dulce, [h] [propter grossitiem eius] nisi sit dulcedo subtilis, & generatur ab eo uentositas subtilis, & quandoque est causa inflationis essentia cibi calidi in natura sua: nam quum ipse [i] [inuenit dispositionem, quæ calefacit] quum fit digestio, & egreditur ex hoc, qđ ipse est calidus potentia, ad hoc ut sit calidus actu, materiam frigidam humidam resoluit ipsum & facit ipsum uaporare. Et quandoque sunt inflatio, & rugitus propter uacuitatem uentris cum humiditate cruda uitrea in stomacho. [k] † [ ] Ipsa enim quum occupatur caliditas naturalis ab ea cum cibis est quieta, & quando caliditas expedita peruenit ad eam, resoluitur in uentositatem, & quandoque est causa in hoc, quod natura quando inuenit vacuitatem, & mouentur virtutes, mouetur aer effusus in spatijs, & mouetur cum eo residuum vaporum humiditatis, & est sicut uentositas, & quandoque sunt causa in ea multitudo melancholiæ, & ęgritudines splenis, & multoties fit frigus superueniens corpori exterius causa inflationis, & ventositatis: ex qua repletur corpus: propterea quia debilitat caliditatem operantem in materia, & facit operationem eius mediam operationem, & eius operatio est digestio humiditatum, & medietas operationis est vaporatio, & quando multiplicatur inflatio in ventribus cōualescentium, indicat conuersionem, & ægritudines [l] [almirachiati] plurimum fiunt propter vehementiam caliditatis stomachi, & oppilationes uiarum cibi ad corpus, quare redit, & retinetur in partibus stomachi, & facit acetosam eructuationem, & accidit uomitus stupefaciens dentes, præcipue si communicat splen, & est egestio humida, & ingrossatur sanguis. Et quandoque est illic apostema faciens vaporem melancholicum, & facit euenire melancholiam.

a B. quāuis sit æqualis, & temperata.
b B. absque permutatione.
c B extrinsecationem ab illa. Alia litera non accidit ab eo inflatio, nisi aut, quia absolutum seu expoliatum ab illa, aut propter duas res.
d B. accidit, q̄ diminuatur, uel q̄ retrahat, uel q̄ deficiat.
e B. prohibentiū digestionē.
f B. paucitatis.
g B. potibus.
h —— B.
i B in dispositione uel in hora qua calefit.
k † B. & intestinis.
l B. mirachiales

ANNOTATIONES.

Vbicunque humida materia est, & calor neque planè adurens, neque planè emortuus, flatus cieri necesse est, quod fere Hipp. lib. de natura pueri. propterea ergo duæ flatuū causæ, ut dixerim, continentes sunt, calor imbecillus, & materia humida. At uero, & si flatus neque sine materia humida, neque sine imbecilli calore proueniunt, non ij tamen ut fiant, utriusque & materiæ, & caloris simul uitium requirunt. Fiunt sæpenumero flatus sola caloris imbecillitate, quum materia alioqui in uentriculo contenta, siue alimenta, siue humores sit temperata, neque admodum humida. sæpenumero etiam calore moderate se habente, solius materiæ uitio, quæ nimis est humida, ac flatui gignendo apta, flatus fiunt. de qua re & Gal. 3. de sympt. caus. Præter hæc tamen & mala uentriculi compositio non rarò flatuum est causa: ueluti quum æqualiter eius os superius vel inferius non occluditur: acre nēpe primo loco subeunte, deinceps verò calore ob frigidum inspiratum aerem refrigerato, horum copiam scatere in ventre necesse est. Sed & uentriculo quo ad temperamentum, quo ad compositionem, & totam demum eius naturam rectè se habente ob externos errores flatus concipiuntur, ueluti ex in tēpestiuo motu post assumptū cibū, uel ex inchoato, sed interrupto somno, ex inedia ex frigidiori ambiente innatum calorem refrigerante, uel ex nimio calore eandem innatam caliditatem dissipante. In uniuersum tamen & calori & materię humidæ, horum causa est referenda. Cęterùm dubitatio hic exoritur. Dictum est antea flatus non nisi ex imbecilli calore, nunquam verò ab extincto eo vel feruidiore procreari: quod & Gal. sæpe, & Paulus lib. 3. At ad huius capitis calcem author noster flatus hypochōdriaci affectus, quem mirachiam uocant, plurimum ait ob caliditatis uentriculi uehementiam fieri. Soluitur. Calor ubi uehemētior est, per se flatus non gignit, sed genitos discutit. Quare, uere, uentriculi immoderatus calor per se, ut calor, flatus non parit. At quia immoderata intemperies omnis, partiū corporis omnium robur deijcit, & calor immoderatus præter naturalis est, non naturalis, propterea facto ob superfluum feruorem uentriculo imbecilli, alimentorum coctiones læduntur, & cruditates fiunt plurimæ. unde & ad has gigni flatus necesse est, ita ut licet quādoque immoderatus calor primaria, & remota sit flatuum causa, proxima tamen causa eiusdem sit caloris refrigerium & imbecillitas.

Cap. 1. & 2.

cap. 38.

De signis. Cap. 2.

ILlam, in qua est causa generatio ventositatis, & inflatio substantiæ cibi, significant reditus ad cognoscendum substantiam eius, quod sumitur, & quod inflatio non est plurima valde, [a] † [ ] neque in horis bonitatis cibi & quòd eructuatio quando iteratur bis aut ter, sedatur eius malitia. Et similiter quādo causa

a † B. in pluribus horis.

b B. error regiminis. c B. concussiua. d B. contrariatur.

causa in ipsa est b [humor,] significant eam assumptio aquæ & commotio c [sonans] & ad summum, quod d [accidit] virtuti digestiuæ. Omnia enim cognoscuntur per inuentionem causæ, & remotionem inflationis cum alteratione regiminis. Et differentia quidem inter inflationem melancholicam, & illam quæ est ex humoribus e [malis] crudis, est, quod inflatio melancholiæ est cum siccitate, & alia est cum humiditatibus, & factę ex causis alijs, signū est inuentio aliarum causarum.

e B. humidis.

ANNOTATIONES.

Quia plures flatuum uentriculi causę sunt, inquirendæ eæ singulæ & ex ijs quæ extrinsecus præcesserunt: & ex effectuum atque symptomatū differentijs, quod hic author facit. Pulchrè autem modum docet, quo flatus ex atro humore genitos ab iis discernas, qui ex cæteris crudis humoribus fiunt, nempe ex atro humore siccos, ex cæteris uerò humidos & cum sputo, flatus eructuari aßerens. cuius sanè ea uidetur ratio, quod atra bilis sicca est, pituita uerò humida. Cæterum aduersus hunc stare uidetur Gal. locus 3. de loc. aff. Nempe is de hypochondriaca melancholia laborantibus verba faciens, ex Dioclis sententia, quam & ipse probat, sumpto cibo maxime coctu difficili & caustico, sputum humidum, & multum ait comitari. Fortaßse author noster per melancholicam inflationem hoc in loco, non hypochondriacam intelligit, quam antea mirachiam nuncupabat, sed solius atræ bilis in uentriculo redundantiam, ex qua non multū sequi sputi necesse est. quū alioqui in mirachia ob deprauatam, ut antea dicebamus, alimentorum coctionem, crudorum humorum copiam gigni oporteat, & sputa multa comitari.

cap. 7.

De cura. Cap. 3.

SI est causa inflationis cibus, dimitte ipsum tendens ad alium, & meliora regimen futurum, & non lædatur digestio. Et usquequo fit illud, oportet ut dormiat habens eam super uētrem suū, supra puluinar plenum eis, quæ calefaciunt, sicut est cottum. Et si est causa eius frigiditas stomachi, & debilitas eius, curetur cū eis, quæ oportet, ex illis, quæ dicta sunt in cap. eius, & ungatur cum oleo aliquo, in quo decocta sint subtiliatiua disrumpentia uentositatem, sicut ammeos & keisim, & cyminum. Et si indiget fortioribus illis, tunc sint ruta, & semen eius, grana lauri, & alaniuden, & siseleos: & sit oleum eius oleum laurinum, & oleum de kerua, & quæ sunt similia illis. Et quandoque sufficit inungere membrum ex oleo aliquo, cum quo permiscetur anethum, & quæ currunt cursu eius. deinde cum emplastris fortis resolutionis, sicut emplastrum factum cum hyssopo, & anetho, & aqua cineris, & similibus. Et quandoque sunt necessaria clysteria cum huiusmodi oleis, & quandoque ponitur in eis pix. Et si fuerit frigus ex materia grossa, nō dabimus in potu istas medicinas. quandoque enim ipsę addunt in cōmotione ventositatem: imo oportet ut purgemus materiam in primis, deinde demus eas in potu. Et si frigus fuerit purum, a [&] fuerit materia pauca, non curabimus de hoc, imo dabimus eas in potu. Et ex eis, quę in potu dabimus, & magnificatur eorum iuuamentum, est manipulus polij decoctus in aqua uehementer, deinde sumatur ex ea in potu. Aut misceatur decoctio calamēthi fluuialis cum melle, & sumatur ex ea in potu. Et decoctio galangæ iuuatiua est valde, & galanga sicut est. Et galangæ confectū cum b [syrupo acetoso] factum pilulæ paruæ, sicut cicer, & sit dosis eius aureus j. cum aqua calida, & est ex eis, quæ solutione educunt uentositatem plurimam, & humiditatem paucam. Et ex eis, quæ sunt maximi iuuamenti in inflatione c [accidente] est castoreum, quando bibitur cum aceto permisto cum aqua & rob cum oleo antiquo, & propriè aceto alaniudem aut squillitico Et dicitur quòd d [calcaneus] porci adustus est bonus ad hoc. Et quandoque sufficit in ea, quæ leuis est, ut in potu sumatur uinum purum e [parumper] & bibat illud, deinde dormiat super ipsum: & surget sanus ab ægritudine sua. Vnguentum conferens ei, decoquantur nigellæ, & grana lauri, & ruta in uino uehemēter, & coletur, deinde coquatur ex oleo medietas illius uini cum ipso, donec remaneat oleum, deinde fiat inunctio ex ipsa. Et similiter oleum de f [lilio.] Dixerunt quidem, g [aloes est iuuatiua] ualde infantibus, quorum inflantur uentres. Et inflatio inseparabilis melancholica curatur cum eis, quæ sunt ut sagzenea, & alcadicon, & ammeos. Et si indiget euacuatione forti, administra pilulas fœtidas, & pone super spongiam infusam in aceto forti ualde, & melius est acetum alaniuden.

a B. Alia litera aut.

b B. Alia litera sechbinegi.

c B. inobediēte.

d B. Alia litera ungula.

e B. super cibū paucum.

f B. nigella.

g B. algiēsafram est iuuatiuum.

ANNOTATIONES.

Si flatus in uentriculi sint cauitate, plerunque non difficile soluuntur medicamentis, vel dissipantibus, uel humores a quibus flatus excitantur, expurgantibus. At si in ipsas uentriculi tunicas inclusi fuerint, quia crassa earum substantia est, non facile solui poßunt. poßunt tamen longa diligentia superari. Pro huius affectus curatione pete Gal. 8. de comp. med. per loca. 14. Vide & Paulum lib. 3. Itemq́ Trallianum lib. 7.

cap. 7. cap. 8. cap. 37. & 38.

De rugitu. Cap. 4.

OMnes causæ inflationis sunt ipsæ eędē causę rugitus, quum accidunt illę causę inflationis, & nititur natura eas expellere & non potest, & non expellitur ad superiora, neque ad inferiora, imo mouetur in uasis intestinorum tunc est rugitus, & propriè quū est in intestinis subtilibus strictorum meatuum. Quumque permutatur ab eis ad ampla intestina, i. grossa, quiescit, & minoratur. Verum sonitus eius tunc est grauis cum hoc, quod est minor. In subtilibus verò est acutus, cum hoc quòd est plurimus. Quumque permiscentur illæ uentositates cum humiditatibus, non a [sunt puræ,] & quando inueniunt spatium, & sunt b [inflantes,] commouentes sonitum, faciunt prouenire sonitum c [in vasis habentibus strictum collum.] Et claritas quidem sonitus significat mūdificationem intestinorum, aut exsiccationem fœcis. & cura quidem rugitus d [proxima] est curæ inflationis, & ille, qui inuenit ventositatem in ventre cum febre pauca, bibat aquam cymini cum tereniabin loco penidiarum.

a B. Alia litera. fit clarus.

b B. digestæ.

c B. qui dicitur bachbach.

d B. Alia litera. fortiter.

ANNOTATIONES.

Solo strepitu & motu hic affectus a superiori, de quo proxime actum est, differre uidetur, quod hic mouentur flatus, & mouendo strepunt. curatio tamen eadem est, quum & causæ sint eadem.

De lenitate stomachi, & lubricitate. *Cap.* 5.

a B. complexio calida cum materia lubricatiua cibi, cũ eueniu mordicationis.

QVandoque est causa eius a [malitia complexionis] stomachi, Et raro fit ex complexione calida simplici, quando peruenit ad hoc ut mortificet retentiuam. Et quandoque fit propter malitiam complexionis frigidæ cũ materia lubricitante, aut absque materia. Et quãdoque fit propter ulcera in stomacho, quæ læduntur ab eis, quæ ad ipsa perueniunt, quare mouetur ad expellendum ea. Et quandoque est causa eius debilitas adueniens recentiuæ. Et quando accidit post lubricitatem stomachi, & intestinorum, & lenitatem eorum eructuatio acetosa, est secundum dictum Hipp. signum bonum. Significat enim augmentum caliditatis diminutæ, nam si non fuerit caliditas, b † [ ] non erit uentositas, neque eructuatio.

b † B. aliqua.

ANNOTATIONES.

De lienteria agit, ueloci. s. eorum exitu, quæ comeduntur, & bibuntur, quæ talia deyciuntur, qualia fuere deuorata. De hac dubitare quispiam possit, an uentriculi affectus sit, an intestinorum, quum alii inter intestinorum affectus reponant. Verè tamen duplex est lienteriæ species, altera ex superficiaria intestinorum exulceratione, altera ob contentricis in uentriculo imbecillitatem, annotante Paulo lib. 3. proptereaque iure & ad intestinorum, & ad uentris affectus refertur. Vide pro hoc loco Hipp. ac Gal. 6. aph.

Cap. 4. Aphor. 1.

De signis. *Cap.* 6.

NOta sunt, & non est necessarium iterare ea.

De cura. *Cap.* 7.

SI fuerit causa eius malitia complexionis calidæ cum materia, tunc oportet vt educatur humor cum facilitate, & administrentur post illud robub fructuum stypticorum, aut aqua sauic hordei decocti cum milio. Et si prolongatur illud, est necessarium bibere ea, quæ sunt sicut lac acetosum vaccinum decoctum, aut in quo extinguuntur ferrum, & lapides, cum quo sint admistæ medicinæ stypticę, sicut spodium, & rosæ, & karabę, & balaustię, & a [alcort & hypoquistidos,] & proijciantur super mediam lib. lactis acetosi drach. v. de medicinis, & administrentur super stomachum emplastra dicta in b [antidotario.] Et fit cibus ex lentibus excorticatis, & rizi, & milio cum succis fructuum stypticorum, sicut est aqua agrestæ, & aqua granatorum acetosorum, & aqua cydoniorum acetosorum. Quod si non inuenis excusationem, quin cibes eos carne, cibabis eos illis, quæ sunt ex carne pullorum & cubugi c [tabegi] assata

a B. alchard & altaratit.

b B. canone.

c B. teingi.

valde, aspersa acetosis prędictis. Et scitur ex istis cura eius, quæ est raro, & minus ex casibus huiusmodi ęgritudinis propter complexionem calidam puram sine materia ex eis, quę docui te in cap. communi. Quod si fuerit ex frigore, cum calefactiuis curetur ebibitis. Et emplastra eius sint ex eis, quę iam exposita sunt in loco suo. Et fiat cibus eius ex cannabit, & minutis auibus assatis, et d [pullis] etiam, quoniam sunt tardę remanentię in stomacho, et puluerizẽtur cum speciebus odoriferis calidis stypticis, aut calidis permistis cum stypticis. Et si fuerit illic materia, euacuetur cum eis, quorum pręterijt declaratio, et administretur vomitus in omni septimana, et administretur electuarium alcanzi, et electuarium de granis myrti, et electuariũ de scoria ferri, et detur in potu vinum c [purũ] antiquum. Et si fuerit ex ulceribus, curabis vlcera sua cura, deinde regimen adhibe confortando stomachum. Factę autem ex debilitate virtutis retentiuę, cura est vt administrentur f [syrupi styptici] cum speciebus g [calefactis, odoriferis] in potu sumpti, et ut emplastrum superpositi. Et ex eis, quæ conferunt ad illud, est electuarium de xylocaractis cum aqua senticum humidarum, aut medicamen de sumach cum aqua de xylocaractis, aut suffuf de granis granatorum, cum robub de cydonijs acetosis puro, aut alcanzi cum rob de myrto. Et ex illis, quæ ei maximum afferunt iuuamentum, sunt trochisci h [ensistides] et trochisci de balaustijs, et emplastrum de absinthio cum stypticis. Cibi autem proximi sunt illi, quos diximus in capitulo complexionis calidæ et humidæ, et assata, et frixa, et ea, quæ in patellis cum robub. Et scias quod aqua hordei cum tamarindis iuuatiua est ad i [difficultates] ægritudinum.

d B. alfrach:

e B. austerum.

f B. Alia litera. oppilãtia styptica. Alia litera. confortantia styptica.

g —— B.

h B. aiusistides.

i B. nauseas.

ANNOTATIONES.

De lienteriæ curatione habes plura ex Paulo li. 3. Proponit Auic. amplius quam Paulus purgationem leuem, ubi ex biliosa materia uentriculum stimulante hæc gignitur, qua in re is proponitur scopus qui in dysenteria, quum, etsi aluus fluit, soluentia tamen medicamenta, causæ, non morbi gratia exhibemus.

Cap. 40.

De uomitu & subuersione, & nausea, & æstuatione stomachi. *Cap.* 8.

VOmitus et subuersio sunt motus stomachi ad expellendum ex eo aliquid, quod est in eo per viam oris. Et subuersio quidem vna duorum, est motus expulsoris, cui non associatur motus expulsi. et uomitus, qui est vnus ipsorum, est, vt associetur motui facto ab expulsore motus a [expellendi] ad exteriora. et nausea est dispositio stomachi, quæ quasi suscipit hos motus, et est quasi declinatio eius ad hos motus, aut b [multi temporis, aut parui temporis] secundum c [susceptionem] materiei. et istæ quidem dispositiones contrariæ sunt appetitibus ex omnibus partibus. et subuersio animę dicitur nausea inseparabilis, et quandoque dicitur destructio appetitus. et uomitus quidem alius est acutus, ęstuosus, sicut in coli-

a B. expulsi.

b B. debiles motus, qui fiũt paulatine, aut fortes motus, qui fiunt in breui & paruo tempore.

c B. dispositionem.

colirica passione, & sicut accidit ei, qui bibit medicinam vomitiuam, & alius quietus, sicut accidit stomachicis. Quum ergo accidit subuersio, tunc iam accidit aliquid commouēs os stomachi ad expellendum aliquid ad propinquiores uias, & illud est, aut qualitas [d] [opatiua aut operatione eius] materia, ex qua ipse læditur: aut [e] [membri communicantis sicut cerebri: aut aduentus percussionis, aut materia grossa] imbibita aut infusa in ipso corrumpens cibū, aut cholerica, aut humiditas mala putrefacta, sicut accidit prægnantibus, aut humiditas non mala, sed [f] [tremula, debilitans] os stomachi absque malitia causæ, aut humiditas grossa & adhærens, aut multa grauans quamuis non sit cā alia. [g] [Nam quamuis] sit, uerbi gratia sanguis, aut phlegma dulce, speratur tamen ex huiusmodi quòd nutriat corpus & nutriat etiam stomachum. Sanguis enim nutrit stomachum, & phlegma dulce naturale conuertitur etiam in sanguinem, & nutrit stomachum. Verùm ipsum non nutrit eum quocunque modo accidat, & [h] [quale] peruenit ad ipsum, sed quandoque nutrit eum quando gradatur aduentus eius ad ipsum, ex uenis alterantibus sanguinem ad cōplexionem stomachi, & assimilantibus ipsum ei [i] [ex uenis prædictis] in anatomia, nisi accidat propter eam, cum qua non inueniat stomachus nutrimentum omnino, & non afferant ad ipsum uenæ, quod [k] [ei conueniat, & libenter suscipiat ipsum, & digerendo faciat ipsum] sanguinem, sicut multoties effundit ad ipsum hepar, non per uiam venarum spargentium sāguinem, imo per uiam uenarum per quas penetrat chylus, sanguinem bonum & conueniētē, non plurimum, grauantem, ut nutriat ipsum, secundum semitam ꝙ ipse ex eo exugat, & cōuertat eum cum sua substantia ad suam similitudinem, & illi quidem errauerunt, qui existimauerunt quod sanguis non nutrit stomachū, & iudicant de eo iudicium enunciatiuum absolutum. Et quidam homines sunt, qui habent periodos in melancholia consuetos, & in eis sunt sani, & quandoque perducit ad adustionem inmeri, & gutture, imò ad ulcus. Et ex nausea est quæ est signum crisis, & quandoque est signum malum sicut in febribus pestilentialibus. & quādo multiplicatur in conualescentibus, indicat conuersionem. Et de uomitu quidem cretico est, qui confert febribus acutis, & apostematib. hepatis, quæ sunt in latere concauo. & est uomitus, qui accidit in accessione febrium. Et quādo sunt in stomacho, & in uisceribus interioribus apostemata, & propriè calida, sunt facientia uenire uomitum, propterea quod declināt ad expellendum, & propterea quod læduntur ex quolibet tactu accidente eis, aut ex quolibet cibo, aut humore, aut membro mollificato. & nausea quidem quandoque remanet, & non ꝑmutatur ad uomitum, & causa est uehementia uirtutis recentiuæ aut debilitas qualitatis, quę facit nauseam, aut paruitas eius ita, quod quando [l] [super ipsum fit motus, alleuiatur uomitus, imo mouetur uomitus.] & illi, cuius stomachus est debilis, accidit ut [m] [syncopizetur ipse] & non possit uomere propter uacuitatem stomachi sui, aut propter paruitatem humoris

d B. operans in eo illud quod operatur.
e B. membrum communicās sicut cerebrum, quā aduenit ei percussio, aut materia humorosa.
f B. relaxans, mollificans.
g B. Alia litera quoniam nocet uel læditur cū ea &.
h B. qualitercūque.
i B. Et sunt uenæ prædictæ.
k B. est ei sufficiens & necessarium, quare uenæ apprehēdūt ipsum, & digerendo conuertant ipsum in.
l B. Alia litera. vehemēs fit, uel augmentatur fa[...]ltatur uomitus, imo mouet uomitum. Alia litera. cōeditur super ipsam facultatur uomitus.
m B. nauseet ipse uel subuertatur aīa. Alia litera. ꝙ accipiat [...] uoluntas [...]u uomitum.

lædentis ipsum, siue sit imbibitus, siue non imbibitus. Quod si loco huiusmodi stomachi, & oris eius, esset stomachus fortior, & os stomachi fortius, non [n] [syncopizaretur ipse] neque pateretur ab ipso. Verum ꝑp debilitatem eius patitur ab eo, & propter debilitatē eius, & paucitatem materiei non est ei possibile ut euomat ipsum. Quumque comedit, potest ipsum euomere ꝑp duas res, quarum una est, quia humor quandoque est nocens ei parum, non mouens, neque laborare faciens, quoniam est in fundo stomachi, & quando cibatur, eleuat ipsum cib. & multiplicatur, & secunda est, quia adiuuatur cum quantitate cibi ad expellendum ipsum, & [o] [uincendum.] & quandoque subuertitur anima, & commouent nauseam caliditas & siccitas accidentes ori stomachi, & facit qualitate sua calida illud, quod facit humor uicinus quātitate sua calida etiam. Et in administratione quidem uomitus cum æqualitate, est iuuamentum maximum. Verum assiduatio eius maxime debilitat uirtutem stomachi, & facit ipsum lacunam superfluitatum. & uomitus quidem creticus [p] [euadere facit spasmum. & multoties accidit febricitanti spasmus, aut epilepsia, aut simile epilepsię subito, & euomit humorē, vt est flos æris, aut indicum, et euadit. et quandoque facit etiā euadere ex subeth, [q] [et ex augmentatione] repletionali in febribus, et alijs. et multoties vomitus sanat ex singultu clamoso. et ex administratione vomitus cum ęqualitate conseruantur renes, et curatur eo nocumentū eorum, et nocumentum pedum, et sanatur eruptio uenarum deferentium sanguinem, et arteriarum. et amatur quidem vt administretur in mense bis. et melior horarum vomitus est illa, quæ est post balneum, et postquā comedit post ipsum, et impletur. et nos quidem iam subtiliter perscrutati fuimus sermonem de hoc in libro primo. et stomachus quidem debilis quoties cibatur, accidet ei nausea, et subuersio animi: et si fuerit debilior parum, non poterit retinere illud, quod recipit, imo expellet illud ad superiora, et inferiora. et debilitas quidem stomachi quandoque fit ex speciebus malitię cōplexionis. et tu scis quòd de causis quarundam specierum malitię complexionis sunt quædam quibus adiungitur resolutio spiritus, sicut est solutio ventris plurima, et maxime sanguinis. et tu scis quod ex debilitantibus, sunt dolores vehementes, et tristitiæ, et ieiunium, et fames vehemens. et ipsa etiam sunt ex causis vomitus secundum semitam introitus debilitatis super stomachum. et vomitus dolorosus etiam velociter euomit cibum, et expellit ipsum. et illi, cui superuenit frequenter nauseatiua satietas, et qui comedit non secūdum veritatem famis non verificatę, accidit in primis quando comedit, adustio vehemens valde, quam non tolerat, deinde conuertitur eius esse ad hoc, vt euomat totum quod comeditur. et deterior quidem vomitus est ille, qui est vomitus sanguinis, nisi secundum [r] [necessitatem, quam] dicam, tunc enim est significatio fortitudinis naturæ, et sequitur ipsum uomitus [s] [niger. et causa in hoc est malitia,] quoniam ista duo non sunt generata in stomacho, imo non sunt nisi ex.

n B. nausearet uel non subuerteretur animā eius.
o B. eradicandū ipsum.
p B. est liberatiuus.
q B. forti.
r B. modū quē.
s B. melancholiæ. & causa in hac malitia est.

si expulsa ad ipsum ex locis longinquis,& mēbris alijs,& significant nocumētum in illis mēbris,& secundum communitatem stomachi & [t] [obedientiam,]ita ut debilitent ipsum. Et significat vomitus sanguinis proprie motum eius egredientem a necessitate. Et [u] [uomitus] sanguinis,quum egreditur a necessitate,portendit mortem. Et vomitus quidem purus est malus, cholericus quidem significat superfluitatem caliditatis,& phlegmaticus significat superfluitatem frigoris simplicis puri. Et vomitus quidē diuersorum colorum [x] [deterior est nigro . Et ex illo,qui est vt flos æris , &] ut succus porri est malus propter illud , quod significat de aggregatione humorum malorum. Et ex dispositione mala est,vt sit os stomachi subuersum patiens [y] [syncopim]& sit natura restricta, tunc enim illud,quod sedat vomitum, addit in retētione naturę,& illud,quod soluit naturam,addit in vomitu,nisi sit illud, quod facit [z] [synco pim,] humor subtilis,aut cholericus.[a] [Et] curetur dispositio cum aqua prunorum, & tamarindorum,& similibus, & confert vtrisque reb. simul. Et sunt homines quidam,qui nō cessant appetere cibum,& quoties replentur eo , euomunt ipsum,aut expellunt ipsum ad inferiora, deinde redeunt,& non cessat ille labor eorum , & ipsi tamen viuunt vita sanorum,ac si illud sit res naturalis eis. et ecce hic quædam auis est capiens locustas, quæ non cessat comedere locustas,& expellere eas,[b] † [ ] & non satiatur toto tempore, quo inuenit eas, & est aliud animal huius proprietatis . et sunt quidam homines,qui quum comedunt,existimant, quòd si moueantur,euoment, aut si irascantur , aut loquantur,aut moueantur motu animali,euoment,& causa in hoc est illud,quod sciuisti.& sanior quidem vomitus est permistus medius in grossitie & subtilitate , & est ex humoribus , qui sunt consueti ipsi, sicut phlegma & cholera. Verùm ille,qui est vt succus porri, [c] [ęgritudinis significat malitiam.] & viridis ad nigredinem decliuis sicut azul,& indicum secundū plurimum significat congelationem caliditatis,& [d] [sunt preter illum,qui est] vt succus porri,& flos æris , quamuis quandoque contingat vt sint ambo propter adustionem etiam. [e] [Verum adustio, quę non est a vehementia frigoris,& conturbatione eius ,] est decliuis ad splēdorem,& claritatem,& ad illum, qui est vt succus porri, [f] [& significat mortem virtutis] quāuis vomitus citrinus & vt succus porri,& vt flos æris multiplicetur in ipso , in cuius hepate est complexio calida ualde. et accidit habenti apostema calidum in hepate vomitus cholericus : deinde vomitus vt succus porri, deinde vt ęrugo ęris,& fit cum nausea, & singultu. Niger uero [g] [non fit] nisi in apostematibus splenis , & in fine [h] [ueris &] est malus. et fœtidus est malus,et proprie quicunque amborum in febrib. pestilentialibus. et quando inuenitur subuersio in die quarto ægritudinum, & si expulsio uomitu,est iuuatiuum.

t B. receptionē.
u B. motus.
x B. Alia litera. malorum ex nigro , & ex illo qui est ut flos æris , & ex illo qui est.
y B. nauseam .
z B. nauseam.
a B. quare .
b † B per secessum.
c B in ægritudinibus est significatio mala.
d B. ambo, quæ sunt aliud ab eo quod est. Alia litera. mortificationē uirtutis & ambo sunt aliud ab eo quod est.
e B. quoniā adustio quæ nō est a frigore nigre faciente & turbidū faciente.
f B. & significat mortificationē, uirtutis . Alia litera.
g B. est malus.
h B. & in fine febrium quartanarum:

A N N O T A T I O N E S.

De uomitu & nausea egit & lib. v ut salubris causæ rationem habent. hic ut de ventriculi symptomatibus, quam uis πάρ ἔργον & aliqua de uomitus vsu uerba faciat . Qđ hic expultricis & naturalis facultatis symptoma sit, satis est notum. atque a Gal. sæpissime, præsertim uerò 3. de sym pt. caus. testatum. Cap. 1. *Huius causæ sunt, quæcunque in ventriculo sunt ipsi aduersa, sui uel substantia, uel qualitate, vel quantitate, irritatur nempe uentriculus, vt id, quicquid est, reijciat. Quæ sui substantia negocium faciunt, non uel qualitate, vel multitudine , alia quidem toti hominum generi inimica sunt , veluti ex venenis multa, alia huic, vel illi uentriculo, abdita quadā ratione infesta , ob quam hos uel illos cibos quidam respuunt salubres alioqui, & cæteris familiares, quare & receptis ijs nauseabundi fiunt. Quæ qualitate infestant, id, uel quia mordacia, vel humidiora , vel uiscidiora. Adde & sicut de substantia dictum est, ex obscura qualitate uel ex ingestis cibis medicamentisve, uel, ex corporis particula quapiam ad uentriculum delata , ut in pestiferis affectibus vsu uenit. Quantitate uero irritant, quæcunque sui copia uentris uires exsuperant, licet non alia ratione infesta sint . quare non ex alimentis solum copiosioribus ingestis, sed etiam ex sanguine ipso vel dulci pituita nausca & uomitus nonnunquam fiunt, ut hic author scribit. quòd enim & sanguis, & dulcis pituita neque qualitate neque substantia lædat, constat, ut ait, quoniam ex his & corpus totum, & ventriculus ipse nutriri solet. Vidit hoc in loco Auicennas dubitationis eße locum, de dulci pituita, an. s. ex ea sub pituitæ forma uentriculus nutriatur, an uero ex eadem in sanguinem conuersa, propterea, etsi extra institutum, breuibus huic satisfacit, hac ratione asserēs pituita dulci uentriculum ali, quod ubi delata ea est in iecur, in sanguinem uertitur, & per proprias uenas uentriculo impertitur, quo sanguine demum uentriculus nutritur. nempe a uero discrepare ait , quod ex eiusmodi pituita sub pituitæ specie uenter nutriatur, nisi forte ob inediam quandoque, siue ob denegata ex iecinore alimēta, propter earum uenarum obstructionem, per quas a iecinore ad uentriculū sanguis uentriculo aptus deferri solet. Quare & eos damnat, qui uentriculum sanguine non nutriri plane existimāt. Hæc quidem, quum asserat, non parum tamen difficilis proposita quæstio uidetur, quum Gal. contra 3. fac. nat.* cap. 13. *ex assumptis alimentis, atque ex ipso planè chylo nutriri uentriculum uelit, eo nempe tempore, quo cibos concoquit , in sui ipsius tunicas reponendo quicquid utile ex ijs est, at si sine cibo manere cogamur , tunc arbitratur is a uenis, quæ ex lactibus & iecinore uentriculo adueniunt , alimentum trahi. Ita ut Gal. proprium uentriculi alimentum non sanguinem faciat, ut Auic. sed chyli portionem, fortaße uerò & pituitam dulcem naturalem , quum hæc sanguis incoctus sit, sicuti & chylus. Sane pro Gal. pugnare hæc ratio videtur. nanque, si non chylo nutritur ventriculus, cur aßumptis alimentis statim ferè & fames & sitis extinguitur? Certum est conuersa iam in sanguinem non esse alimēta. Cur uentriculus tam arctè alimenta amplectitur, retinetque? Constat certè sui ipsius , non alterius gratia id potissimum agere. Quare chylo nutriri uentriculum oportet . Ex aduerso tamen, quum nulla in sanguineo animali pars sanguine non nutriatur (quod uel de ossibus ipsis a carne tanto interuallo dißimilibus fatentur omnes) quid non & uentriculus eodem alitur? Adde quòd quum alimentis . dum in utero est, uentriculus nutriatur, sicut & reliquum corpus, is certe chylum non habet ex quo alatur, sed sanguinē. Cæterum dilui hæc ab Auerrhoe quæstio uidetur 2. Coll.* cap. 9. *nam etsi uera & uentriculi, & totius corporis nutritio ex sanguine perficitur, sedari tamen fames & sitis ex aßumpto alimento potest, non quod uere ex chylo uenter nutriatur, sed quod ex eo exiguum quidpiam alimoniæ qualitate potius, quam quantitate insignem trahit. quasi uelit Auerrhoes eo casu non nutriri sanè uentriculum, retundi tamen*

ex

ex ea chyli qualitate appetentiæ sensum. Adde etiã quod sicuti in animalibus sanguine uacantibus conuerti in sanguinem eorum alimenta necesse non est, ita et fortasse uentriculum, tenui quadam alimenti portione illius substãtiæ simili ex chylo attracta ali non est absurdum. Astipularique id huic posteriori solutioni uidetur, quod, quum quiduis simili nutriatur, non sanguineus est uentriculus sed inferiori excepta parte fere exanguis: alimento propterea indigẽs tali, qualis sanguis nõ est, uidetur autem chylus talis esse. His ergo proposita dubitatio uidetur solui. Superest tamẽ Gal. locus examinandus, quando is ex sanguine nutriri fere per accidens uelit, ac non nisi cogente inedia, & alimenti parcitate, contra quam & Auerrhoes & Auic. censeant: quibus placet sanguine proprie ali in animalib. sanguineis omnia.

De signis portendentibus uomitum. *Cap.* 9.

SVnt nausea, & subuersio antecedentes uomitum, & quando tremit labium, & accidit tẽsio hypochondriorum ad superiora, tunc iudica ipsum adesse. Signa autem humoris mali, putridi, facientis nauseam, & uomitum, si est calidus, sunt sitis, & sapor malus in ore, & putrefactio apparens, & signa quis ex illo humore sit saniosus, sunt intueri ipsum ex parte uomitus, & vehementia nocumenti stomachi ab ipso cũ eius leuitate, quoniam ipse non nocet nisi ex qualitate sua, non quantitate. Signa humoris boni, non mali, qui facit illud cum sua quantite, sunt, ut nõ sint illic vapor a [& putrefactio] & sapor malus, & uomitus malus, & sedant ipsũ, si fuerit subtilis, medicinæ põticæ, & si fuerit grossus, medicinæ subtiliatiuæ, & significant b [multitudinem humiditatis] multitudo uomitus nõ mali, & multitudo egestionis, & multitudo saliuæ, & præcipuè si præcesserit nauseatiua facietas, & signum eius, cuius causa est malitia complexionis oris stomachi, est quod nõ tolerat illud, quod eis superuenit: immo mouetur ad expellendum illud uia malitiæ complexionum prędictarũ, & eius, qui fit propter communitatem cerebri, aut hepatis, aut matricis, signa sunt signa ęgritudinum hepatis, uel capitis, & aliorum.

a B. Alia litera. putridus.

b B. ipsum multitudo humiditatis &.

ANNOTATIONES.

Futuri uomitus indicia nausea & uentriculi cõturbatio est. Instantis uero iam, & tremor labiorum, & hypochondriorum sursum tractio. Roget autem quis, cur labiorum tremor instante uomitu fiat. Cui ita satisfacere est. Continua oris est cum uentriculo tunica, quod passim & Gal. et cęteri testantur. concitato ergo uentriculo, quia uomitus conuulsionis quodammodo speciem refert, mirum non est tremere labia, sursum deorsumque impulso uentriculo. De signis uomitus pete Trallianum lib. 7. cap. 13.

De uomitu sanguinis. *Cap.* 10.

ET sanguis quidem quum per vomitũ egreditur tũc est ex stomacho, aut meri, & causa in illo aut est eruptio uenæ, & scissura eius, & ipsius incisio, & multoties fit propter vomitum plurimum, aut uẽtris solutionem factam ex cathartico calidæ cõplexionis, aut eruptio apostematis non maturi, aut propter a [sanguinem a capite currentem ad stomachum a loco, qui ignoratur:] aut propter effusionem sanguinis ad ipsum ex hepate, & ex alijs mẽbris, & pręcipue quũ retinetur illud, qđ oportet euacuari ex sanguine, aut accidit incisio mẽbri, & superfluit nutrimentũ eius, secundum modũ, cuius declaratio præterijt a me in radicib. aut accidit b [membro dimissio] exercitij consueti, aut potus sanguisugæ suspẽsę in meri, aut stomacho; aut accidũt c [fistulę] in stomacho, & causa eruptionis venarũ, & scissuræ earũ, est illud, quod sciuisti in libris vniuersalium, & illud, quod diximus in principio hmõi tractatus, & oportet vt tu cognoscas ex eis illud, quod est ex mollificatione venarum cum subtilitate & sua mollitie, & quod est ex uehementia exsiccationis earum, aut aliud, d [propter grossitudinẽ earũ.] Et multoties quidem fit vomitus sanguinis ex sana virtute, & expellit sanguinẽ ad partẽ, quã inuenit in dispõne expulsionis eius cõuenientiorem, & propter hoc multoties est in vomitu duarum librarũ sanguinis, uerbi gratia, trãquillitas, & iuuamentum, & illud est quando effunditur superfluitas splenis, & hepatis ad stomachũ, & egreditur vomitu, & expellitur, & illud, quod est a splene, est nigrum, & turbidum, & quandoq; est acetosum, & nõ est cũ istis duob. dolor, & multoties quidem vomitu expellit homo frustum carnis, & causa in illo est caro addita verrucosa, aut e [fistulosa] orta in stomacho & abscinditur propter causam aliquã, et expellit ipsam natura ad superiora. Et oĩs vomitus sanguinis cum febre est malus, sed quũ non est illic febris, quandoque non est malus.

a B. Alia litera.

fluxum sanguinis nariũ fluentis ad stomachũ in modo q̃ nõ sentit ipsum.

b B. ex dimissione.

c B. hæmorrhoides.

d B. ingrossans ipsas.

e B. hæmorrhoidalis.

De signis. *Cap.* 11.

ILle quidem qui a stomacho, distinguitur ab illo, qui est a meri, per locũ doloris, nisi sit ex apertione uenarũ, & nõ ex corrosione & vlcerib. quare non fit illic dolor, & illum, qui est a corrosione, significat signum vlceris, quod præcessit, & sanguis egreditur ab eo in primis paulatim, deinde emanat res plurima, & illius, qui est a sana uirtute, est, vt nihil de esse suo immutatũ sentiat patiẽs, & inueniat lenitatẽ post a [ægritudinem,] & sit sanguis sanus, non b [calidus] corrosiuus, c † [ ] aut vlcerosus. Et eius, qui est ex sãguisuga, est, quod sanguis, qui est ex ea, est subtilis d [saniosus.] Et ille iam bibit de aqua, in qua sunt sanguisugę. Et eius, qui est ab hæmorrhoidibus, est ut sit illud hora post horam, & iuuatur per illud, & colores eorum sunt citrini. Et differentia quidem inter factum propter hepar, & effusionẽ eius ex ipso ad stomachum, et factum propter splenem, et factum propter stomachum ipsum: est quod cum illis non est dolor, & ille, qui est a stomacho non euacuatur a dolore; & ille qui est a splene, est niger, turbidus, et quandoque est acetosus: Et multoties euomit homo frustum carnis, & iam ante diximus causam eius.

a B grauitatem

b B. acutus.

c †B. aut putridus.

d B uirulentus.

ANNOTATIONES.

De sanguinis eruptione per superiora, & de eius causis

sis & signis generatim in superioribus actum est, faciuntque ea omnia ad hunc locum.

De cura uomitus absolutè. Cap. 12.

SErmo quidem vniuersalis in curatione uomitus est hic. In uomitu, qui generatur a corruptione administrationis cibi, rectificetur cibus & fiat bonus, & adiuuetur ex quibusdam, quæ diximus, confortantibus stomachum, boni odoris, calidis, aut frigidis, secundum quòd conuenit. Et in illo cuius causa est materia mala, aut plurima, euacuetur illa materia secundũ canones prædictos, et cum ebibitis, et clysterib. et minoretur cibus, et subtilietur. Et adhibeantur exercitium subtile, et ieiunium. Et clysteria proportionalia secundum ægritudinem, sunt iuuatiua propter illud, quod declinat de materia ad inferiora, et multoties quidem abscindit uomitum clystere acutum, et uomitus etiã multoties abscindit uomitum, quum est a materia. Sanatur enim ex uomitu, quum euomit illam materiam propter egressionem eius cũ uomitu, aut verbi gratia, cum aqua sola, aut cũ syrupo acetoso, aut cum anetho, aut cum aqua raphani, & melle, & quæ sunt illis similia de his, quę sciuntur in loco suo. Et quum fuerit illud, quod euacuare uolumus, [a] [uomendo, aut sudando,] grossum, incipiemus, & subtiliabimus ipsum, & incidemus illud, deinde euacuabimus ipsum. Et si fuerit nausea, imò uomitus etiam ex malitia complexionis, curabitur cum eis, quę ipsam permutant. Quod si necessaria fuerit [b] [renouatio,] fiat illud, quod narrauimus nuper. Et ultimum, quod intendimus in regimine nauseæ, est expulsio humoris faciẽtis [c] [syncopim] aut [d] [subtiliatio] eius, & ipsius incisio, si est grossus, uiscosus: aut rectificatio eius, si est putridus, saniosus cum bono odore eius, quod in potu sumitur [e] [ex medicinis.] Bonus enim odor uehementer est conueniens stomacho, & [f] [propriè, quum est in nutritiuis, & remoueri ab ipso si sensus est diligens ipsum.] & attractio materiei excitantis ad extremitates est iuuatiua ualde in retentione uomitus, & propriè quum est ex expulsione humorum ex membris [g] [continentibus] stomachũ, ad ipsum, & illud fit si stringuntur extrema, & proprie inferiora, sicut crura, & pedes constrictione descendente a superioribus, & quandoque adiuuat ad illud eorum calefactio, & positio eorum in aqua calida, & quandoque est necessarium, ut ponatur super adiutoriũ, & crus medicamen rubificatiuum, ulceratiuum, & mirabile quidem est, quod calefactio extremitatum est iuuatiua in sedatione uomitus, propterea quòd attrahit, & infrigidatio est iuuatiua in sedatione vomitus uelocis calidi, propterea ꝙ infrigidat, & similiter ĩfrigidatio stomachi, & existimauerunt quidam, ꝙ amygdalæ [h] † [ ] quum teruntur, & digitis fricando dissoluuntur in aqua, & colantur, & sumitur ex ea in potu, sunt maxima cura uomitus dominantis [i] [superantis.] Et fabę decoctæ cum corticibus suis in aceto permisto conferunt plurimum eis, & lentes [k] [effusæ, quum elixantur in ipso, scilicet] quando decoquuntur in aceto [l] [permisto,] & [m] [ex] eis quidem expertum est medicamen, quod recipit galiæ & xyloaloes crudi, & gariophylli partes æquales, sumatur in potu cum aqua malorum, & gluten gariophyllorum melius est gariophyllis, & sit eius pondus pondus illorum, & quandoque ponũtur in ipso quum non reperitur gluten gariophyllorum, gariophylli, & ponitur cum gariophyllis pulegij quantum sunt gariophylli sunt .n. vltimi & stant loco eius, & tu quidem stude inquantum potes, vt eos dormire facias, quoniam illud est radix. Et ex eis, quæ conferunt in hoc, est facere, ut ipsi in potu sumant volentes, aut inuiti aquam carnis plurimam cum seminib. & sit in ea coriandrum siccum, & quãdoque funditur in ipsa vinum odoriferum, & si est cũ hoc ponticum, est melius, & quandoque infunduntur in ipsa tortellæ, aut panis de simila hoc.n. quandoque facit eos dormire, quumquę dormierint, sudabunt, & quum natura fuerit sicca, non stringas vomitum cum eo, quod exsiccat ex stypticis, nisi cum mensura absque nocumento, & administra clysteria, & soluas ventrem, deinde sis audax in dando robub, & multoties quidẽ alleuiãtur nausea, & uomitus per phlebotomiã, & si cum vomitu expellitur medicamen fortiter constringens vomitũ, reitera ipsum, & si vehementer abhorreat ipsum, tunc altera ei aliquid odoris eius, aut coloris ipsius & scias, quando nausea lędit, & non associatur ei vomitus, tunc oportet ut adiuues ipsum cum vomitiuis subtilibus ita, ut euomat cibum suum vel humorem suum, & si necessariũ tibi fuerit, vt soluas ventrem eius cum facilitate fac: deinde conforta stomachum cum oleis prædictis & proprie cum oleo de nereiden puro, aut permisto cum oleo rosaceo sicut vides de calefactione stomachi, & quãdoque est nausea non post cibum, imò secundum vacuitatẽ etiam, & non est possibile ut fiat vomitus propter paruitatem materiei, quare oportet vt comedat patiens ipsum, cibum, quoniam quum repletur, facilis fit post ipsum uomitus, et expellitur cum ipso humor, et plurimum quidem nauseę accidentis a caliditate, et siccitate, remouetur a positione emplastrorum cum infrigidatiuis humectatiuis infrigidatorum in niue, et sumendo in potu aquam [n] [frigidam cõgelatam,] et quandoque ponitur in ipsa sicut rob agrestæ, et rob [o] [acetosæ.] In nausea verò materiali, necessaria est purgatio cum eis, quæ conueniunt: deinde curetur qualitas remanens cũ eo, quod est ipsi contrarium ex medicinis odoriferis, cum robub calidis aut frigidis, s. unumquodque secundum se, et omnem, quę curas, si ipsum vis cibare, ciba paulatim paulatim, ita, vt non moueatur [p] † [ ] alia uice in ipso, et oportet vt illius stomacho, qui consuetus est uomere post cibum, et cibus non stat in stomacho ipsius, apponantur emplastra styptica prædicta in canone, et si non fuerit caliditas, permisceantur cum eis illa, quæ sunt sicut pyrethrum, et spica, et thus, et myrrhæ, et iuuantur valde ex trochiscis albencharus, quos laudauit. Gal. Et dentur in potu, si fuerit illic caliditas, et sitis, cum robub, sicut rob de granatis, et propriè illud, in quo ponitur menta, et sequatur

a B. cũ uomitu aut cum re alia a uomitu.

b B. stupefactio

c B. Alia litera. nauseam.

d B. minoratio.

e —— B.

f B. olea quum sensus est diligens ea. Alia litera remoueri ab eo si sensus est acutus. Alia litera confert diuertere fantasiã ab ipso uomitu & occupare eã circa alia, si sensus uel imaginatio cum ipso uomitu fuerit occupata seu uexata.

g B. circundantibus.

h B. amaræ.

i B. furiosi.

k B a quibus effusa est aqua in qua elixantur.

l —— B.

m B. iam.

n B. infrigidata cum niue.

o † B. ribes.

p † B. uomitus eius.

sequatur illud vinum permistum, si permittit complexio. Si autem non fuerit caliditas, sumant in potu cum aqua, et conferunt eis valde troch. Æschylis, & confert eis, quãdo adest eis cum frigiditate trochiscus huiusmodi. Recipe zurumbet, gariophyl. vsneæ, cinnamomi, masticis, thuris q † a] omnium an. danich. j. opij keratem j. castorei keratem j. aloes quartã drac. & ex eis, quę conueniunt illis, qui vomunt cibum suum, est ut multiplicetur in cibarijs suis coriandrum, & lambãt mel emblicorum, & ẽt comedant cortices phistici humidos, aut siccos. Et masticent thus & masticem, & xyloal. & cortices citri, & mentã, & cõueniens est eis ut vomãt, deinde comedãt, et antiqui quidem r [varij in medicina curãt impeditum uomitu] quum est adolescens, fortis, habens stomachum repletum humiditatib. retentis subtilib. & est multæ saliuæ, phlebotomãdo ei uenam cum æqualitate, ne sequatur terminos syncopis, si tolerat natura: deinde expectãt aliquibus diebus, postea phlebotomant uenam eius, quæ est sub lingua: deinde dãt in potu s [stupefacientia] postea faciunt eum gargarizare cũ t [subtiliatiuis] deinde expectant, postea dant in potu hieram factam cum coloquintidis, & ingeniantur ut remaneat hiera in stomacho eius tempore paruo, deinde post vij. dies euomant, deinde adhærere faciunt uentri eius uẽtosam sine incisione, & euaporant locum cum oleo calefacto, & in mane ponunt emplastrum desuper ex fœnugræco contrito confecto cũ melle, & semen maluę confectum cum oleo, & faciunt illud tribus diebus. Si autem illud non sufficit, in potu tribuunt hieram cum pulpa coloquintidæ, & liniunt stomachum ex gumma rutę agrestis, & medicinis rubificantibus, donec uideant super locum bothor, & uesicas, & dant in potu hieram picram, deinde decoctionem absinthij, & medicamen factum cum castoreo & aqua, deinde iterant rubificationem cum eis, quæ sunt leuiora, deinde administrãt gargarismata & postea u [sitim facientia.] Hæc est ergo uia in medicina antiqua uaria, non secundum uiam comprehensam. Iam quidem diximus de cura uomitus illud, quod currit cursu canonis, & nos addemus ei nunc distinctiones.

q † B. myrrhæ.
r B. medici confusi seu errãtes in medicina curant patientem uomitum.
s B. diuretica.
t B. incisiua.
u B. sternutatoria.

ANNOTATIONES.

cap. 55. cap. 13. cap. 3. & 4.

De uomitus & nauseæ curatione, quæ his quatuor capitibus, habes tum ex Paulo lib. 2. tum ex Tralliano lib. 7. tum ex Gal. 8. de comp. med. per loca. Quod ad hunc locũ pertinet. Ait ijs uerbis [Et multoties quod abscindit etc.] uomitu quandoque uomitum abscindi, quod existimarit quis fortasse absurdum. sed & de hac re alias dictum est. sententia Hippocratis est fluxum fluxu, & uomitum uomitu curari 6. de uulg. morb. sect. 2. Educto quippe per uomitum humore uomitionem faciente, is cessat. ita & in dysentericis sæpe purgatoria medicamenta exhibentur. Aliud scribit, quam ait, [Et infrigidatio earum est iuuatiua in sedatione uomitus & c.] de quo mirari quis possit. Quod sane extremorum lotio ex calida aqua, a uentriculo auertat, et uomitum sedet, rationi consentaneum est, nempe quod calidum attrahit. at quod ex frigida ablutio itidem uomitum reuocet, uidetur creditu difficile. Author tamen noster hãc commendat si materia uomitum faciens calida sit, propterea quod refrigerat. quum tamen frigida aqua (& si calidos humores refrigerat earum partium quæ ipsa abluuntur) sui frigiditate repellendi uim habeat, & tenues ac calidos humores ad superiora potius concitate apta sit, quam frigiditate eadem alterare, & cohibere. Certe id placere alijs uidemus, ut, si frigida materia sit a superioribus retrahenda, lotione extremorum ex aqua calida non actu solum sed etiam potestate, ex odoratis rebus parata utamur. At in calidis humoribus, sicuti frigida & actu & potestate aqua omnium iudicio refrigerat magis, ita eadem calida potius actu usurpatur, quam actu frigida. Addit [Et existimauerunt quidam, quod amygdalæ & c.] quibus uerbis ex aliquorum sententia amygdalas in sedando uomitu proponit, cui opinioni, quum ipse non aduersetur, tacite annuit. At contra Paulus lib. 1. amygdalas melli intinctas conferre ait, ut quis facile uomat. Fortaße tamen, quum eæ uomitũ cient, quod ait Paulus, dum materiam una quæ antea uomitum faciebat, sui lenitate, & abstersione educunt eundẽ sedant, quod Auicennas. Fusius deinceps et hoc et sequentib. trib. capitibus uomitus curationem docet, pro qua re uide & loca antea citata, & Rasim 9. ad Almansorem.

Text. 9

cap. 42.

a [*De uomitu facto propter caliditatem.* Cap. 13.

a B. continuat cum præcedenti. sic, uomitum aũt factũ a causa calida sedat assũptio alcasb. b___B.

SVmat capparẽ nõ maturã] proprie, & granata, & sumach & b [algoberc uidelicet] gubera, & cydonia, & syrupos, qui fiunt ex eis, & pilulas hmõi. Rec seminis hyusquiami partem j. sem. rosf. ru. & sumach, & c [capparis] oĩum an. partes iiij. coniungantur cum duplo eorum de rob de cydonijs, & detur ex aggregato cõfecto a medio aureo vsq; ad aureũ scdm uirtutẽ, facit n. dormire, & sedat nauseam. Quumq; non est illic constrictio naturę, tunc tibi superest tribuere robub pura facta ex agresta, d [acetosa] & ex acetositate citri proprie, & cãphorę quidem inest proprietas prohibendi uomitũ, & nauseã calidos, sumptæ in potu cũ rob, & olfactæ, & linitę super stomachũ. Illius verò, qui cogitat, ꝙ si moueatur, post cibũ euomat, cura melior est; & eius, qui euomit cibum suum, non cũ cholera citrina, imò est uomitus eius pp melancholiam, aut humorem frigidũ, est quæ est ex curatione facta cum calefactiuis exsiccantib. & ex eis est illud, quod recipit seminis apij, & anisi, & absinthij partes æquales, fiant ex eis troch. sitque dosis eorum aureus j. cum aqua frigida, & etiam fiat ei e [ius tinctum] ex cymino, & pipere, & pauco f [vino,] misceantur illa cum aceto & almuri, & ad illum quidem, qui cibum suũ euomit cum dolore stomachi, sumatur g [capparis] & conteratur, & distilletur desuper aliquid de syrupo granorum myrti, s. quantitas, qua cõciatur: deinde misceatur h [illud super vinũ paucum & mel paucum] & bibatur. & ẽt vitellus oui assati, & misceatur cum melle, et xv. granis masticis contriti, et comedatur, et administretur illud tribus diebus, et conferunt trochisci prędicti in cap. doloris stomachi, in quib. ponuntur absinthiũ, & i [menta] & oportet ut dentur istis, et qui eorum cursu incedũt, post cibum quidem styptica, et ante ipsum quidem lubrificatiua, sicut uolubilis, et confert eis, ut sumãt super cibum hoc suffuf, quod Recipe thus, et glandes, et sumach, et medicamen iuuatiuum ualde ad nauseam est illud,

c B. alcasb.
d B. ribes.
e B. sabag.
f B. rutæ.
g B. alcasb.
h B. cũ illo parũ aceti uini, & mellis.
i B. myrrha.

quod. Recipe coriādri ſicci, rutę ſiccæ partes æquales, quod bibatur cum vino quidem cõmiſto, ſi ſentitur cũ acetoſitate, aut cum aqua frigida, ſi ſentitur cum mordicatione. Medicamen conferens vomitui accidenti propter frigiditatem, & humores frigidos. Rec. zurũbet, doronigi, caſtorei partes ęquales, zuccari quantum omnia: doſis eius vſque ad ij. drac. adminiſtrentur aliquot dieb. Si aũt hoc regimen non ſufficit, cum trochiſcis prædictis ſumant in potu oleum de kerua cum aqua de ſeminib. Accidens autem poſt nauſeatiuã ſatietatem curetur curatione ſatietatis nauſeatiuæ, & ſotira. Eius aũt, quę accidit propter humorē ſanioſum, cura eſt euacuatio ſtomachi cũ vomitu, & mundificatio eius ex eo, & æquatio eius cum qualitatib. boni odoris: & [k] [cadunt] in ea ex ſeminibus, ſicut aniſum, & ſemen apij, & ſiſeleos, & cyminum, & daucum. Et oportet vt regatur ſicut oſtendimus ita, vt ſumat ante cibum ex cibis, cibos lubrificatiuos lenitiuos, & poſt ipſum cibos ſtypticos odoriferos, ſicut cydonia, & ſimilia, vt deponant cibum ab ore ſtomachi ad fundũ eius, & inclinent materiã ad inferiora, non ad ſuperiora. Et quandoq; eſt neceſſariũ in quibuſdam, vt in potu ſumant cyminũ, & ſumach. Et quandoque indigent [l] [aliquo] leui poſt cibum, & diamuſchum eſt iuuatiuum eis valde, & troc. ſtellæ ſunt ultimi eis cum uino, in quo diſſoluitur granum muſchi. Vomitus autem proueniens ex melancholia, non oportet vt cõſtringatur quantum poſſibile eſt. Quod ſi fuerit patiens ipſum repletus ſanguine, phlebotometur baſilica, & ventoſentur [m] [tpa] etiam vt alleuietur repletio ſuperior ſanguinis & melancholiæ, & quandoque ſufficit [n] [dimiſſio] repletionis. Quòd ſi ſuperfluat adeo vt non toleretur, trahatur ad inferiora cũ clyſteri, in quo ſit acuitas aliqua, & aſſumptio, [o] † [ ] ex cartamo, & polypodio, & tribulis, & epithymo, & halaſce, & chamæmilla cum oleo ſiſamino, & melle, & fiat ſpleni emplaſtrum ex meliloto, & myrto, & ladano, & vſnea, [q] [& ſemine croci hortenſis] cum vino pontico, & in potu tribuatur etiam ſyrupus de menta cum granatis cum alefeniati, et ſi fuerint illic reliquię repletionis, fiat phlebotomia ex venis pedum, & ventoſentur crura. Quumque ſedatur vomitus, euacuetur melancholia cum medicinis factis ex myrobalanis nigris, epithymo, & agarico, & ſale Indo, & ſi exigit res, vt in potu ſumatur oleum de kerua cum hiera picra, & [q] [abſinthio,] fiat, & ſi in ſplene fuerit ægritudo, curetur ſplen. & illi quidem, cui accidit propter effuſionem materiei ſubtilis, mordicatiuæ cõmiſcentis cibum, quare fit nauſea; conferunt troch. ſtellæ in horis paroxyſmi: & expulſio cũ picra præter horas paroxyſmi: & ſolutio uentris cum oxymelle mixto cum aloe, & oxymelle facto cum ſcammonea ad ſolutionem ventris, & cum aqua prunorum, & tamarindorũ. ipſa enim ambo ſunt declinantia materiam ad inferiora, & ſedantia vomitum cum acetoſitate ſua, & oportet ut in huiuſmodi trahatur materia ad inferiora cum clyſteri leni ex uiolis, & iuiubis & hordeo excorticato, & tribulis & chamæmilla & ſebeſten, & turbith cum oleo uiola

k B. iuuant.

l B. deambulatione.

m B. partes poſteriores capitis

n B. Alia litera, diminutio. Alia litera, alicui repletioni.

o † B. facto.

p —— B.

q B. epithimo.

ceo & zuccaro rubeo, & † nitro & ut adminiſtretur ſyrupus de papauere poſt excuſſionem. Et confert ſyrupus Alexandri cum hac deſcriptione: cydonia, & ſumach, & nabach, & grana granatorum, & tamarindi decoquantur, deinde ponantur thus, & parum xyloaloes, & ſcias quod quando natura eſt ſicca cũ cauſis, [r] † [ ] & omnes, qui habent uomitum humiditatis, iuuantur cum [ſ] [ſyrupis] & pane exſiccato in furno, & ſpodio in ſuccis, & omne, quod adhæret illi humiditati, & exſiccat eam, cõfert eis. Et eſt neceſſarium multoties, ut ponantur ſuper ventrem eius ventoſæ, & ſuper dorſum inter ambas ſpatulas, & eſt neceſſarium vt dormitio eius, & ipſius commotio ſit in cuna, & ſi fuerit humiditas ſanioſa, tunc adhibeantur narcotica odorifera, reſiſtētia corruptioni ſaniei, & fętori, & ſtyptica exſuccãtia, propriè ſi ſunt aromatica, imò ſi ſunt nutritiua. & ſi eſt huiuſmodi materia ſubmerſa, imbibita, oportet ut ſint illic etiam ſubtiliantia, inciſiua, ſicut ſyrupus acetoſus, & ſicut alefeniati prædictæ, & ſimiliter ſi eſt viſcoſa, & groſſa, tũc ea, quæ ſunt fortiora parumper, & hiera cum ſyrupo acetoſo eſt communis ad plurima, & iſti quidē poſt illud ſumant in potu medicinas ſedantes uomitum cum calefactione aliqua, ſicut ſyrupũ de menta factum cum granatis, in quo poſitũ ſit xyloal. crudũ, aut ſyrupum [t] [acetoſum,] in quo iam poſitæ ſint alefeniati calidæ, & xyloaloes, & folia citri, & etiam diamuſcum amarũ, & diacydoniten: & totum illud cum decoctione alefeniati, & etiam diamuſchum cum miua. Et ſyrupus de abſinthio cõfert eis in omni hora. Deſcriptio bona. Recipe granatorum acetoſorum, & mentæ, ſiſimbrij omnium ana [u] [baccati] j. decoquatur in duabus lib. aquæ vſquequo remaneat medietas, & ponãtur in ipſa muſchi danich j. xyloaloes quarta drac. quę omnia ſint contrita, & ſorbeant hora poſt horam, & ex medicinis ſedantibus hanc ſpeciē uomitus, eſt rob [x] [cydonij] cum xyloal. & gariophyl. & ſyrupus de menta cũ granatis, & propriè quãdo ponuntur in ipſo thus, & galia, & cortices phyſtici, & muſchus, & xyloaloes, & miua ſedat vomitum phlegmaticum valde. Et quando timetur ex frequentia uomitus, & multitudine eius, et quocunque modo fit, præterquam in febribus uehementis caliditatis, caſus uirtutis, ſorbeat infirmus aquam carnis aſſumptam ex pullis, extremitatibus hœdorum, et arietum cum tortellis contritis ſicut alcohol, et aquam pomorum, et parum vini, et olfaciat ex pullis aſſatis ſciſſis ante faciem eius, et olfaciat panem calidum. Et illis eſt, vt elixentur pulli in aqua, & effundatur ab eis, & decoquantur in aqua & diſſoluantur in ea: deinde terantur in mortario, & exprimatur [y] [in ipſo aqua ipſorum, & infrigidetur,] et diſſoluatur in ipſa medulla panis de ſimila, et miſceatur cum pauco uino, et ponatur in ipſo ſuccus malorum, et ſorbeant ex ea. Et illi, qui diſſoluuntur in decoctione, deinde conteruntur, meliores ſunt illis, qui conteruntur, deinde decoquuntur. Ab iſtis enim reſoluitur humiditas naturalis, et euaporat, et in illis continetur. Et quandoque cõferunt nauſeę, et ſubuerſioni animę, et in expul-

† baurach.

r B. uomitus cura eius eſt difficilis.

ſ B. ſauich.

t B Alia litera; de acetoſitate ſcilicet citri uel limonis.

u B. bacha.

x B. de citro.

y B aqua ipſorum & ponantur in ea ſemina uel aromata

expulsione cum vomitu, cibi facti ex cubugi, & pullis factis acetosis cum aqua agrestæ, & aceto sirate citri, & sumach, & aqua malorum acetosorum, frixis cum oleo omphacino cum illis. Et non est malum cibare eos sauich hordei cũ aqua [z] [hordei] propriè quum sunt vomitus reliquiæ. Et oportet vt iteretur illud super eos, & si euomunt illud, & abhorrent, permutetur forma eius, si refugiũt ipsum. Medicinæ singulares, & compositæ conferentes nauseæ, & uomitui. Scias quòd masticatio masti. & thuris, & cupressi quandoque conferunt ad illud: similiter grana alcadra, aut ruta sicca, de qua in potu sumatur cochlear. i. quoniã est mirabilis. Et gariophy. quum teruntur vehementur, sicut al cohol, & puluerizantur super sorbitionem factam ex tortellis, & succis, sedant statim. Et similiter quum bibuntur in aqua frigida aut decoquũtur cum aqua, & in potu sumitur decoctio eorũ, & propriè ad pueros. Et melius est vt puluerizetur super eam mastix. Et ex medicinis [a] [rectificantibus] vomitum, & nauseam, est rob citri, quod in potu sumat ille, qui vomit propter causas frigidas, permistum cum xyloaloe crudo, & garioph. Et iterum decoctio corticũ phistici, aut pura, aut cum alefeniati. & fortior ea est aqua [b] [pullorum uitis singularis,] aut cũ alefeniati cum carui, & miua. Et [c] [susen sunt] ex eis, quæ sunt necessaria. [d] † [ ] Compositum expertum, & est etiam ex eis, quæ adiuuant ad digestionẽ. Recipe seminis lini, ireos, masticis, cymini, omnium an. partem j. decoquãtur ex eo cum aqua mellis, & administrentur. Quum ergo deficit curatio, necessaria sunt narcotica, in quorum natura non est vt vomitum moueant, sicut est in [e] [decoctione] hyusquiami, & nucum methel nisi associentur eis medicinæ odoriferæ [f] [retinentes] eorum stupefactionem, & rectificantes eorum vomitũ, & resistentes [g] [sua similitudine,] imò debiliora ex eis, vt semen papaueris, & semen lactucæ: & fortius eo est cortex eius, & propriè nigri: & sequitur ipsum cortex radicis mandragorę campestris: & fortius eis est opium, & parum ex eo est iuuatiuum cum salute: & propriè quum est cum eo ex medicinis habentibus uim theriacæ eius, quod repugnat ueneno ipsius. Et ex cõpositis nobis bonis in hoc est; vt sumatur corticum phisticorum & [h] [zuccari] & ros. & seminis rosarum, omniũ ana pars j. & bezahar pars s. & si non fuerit presens, ponatur in ipso zurumbet pars. j. & opij duæ tertię partis, & xyloaloes crudi pars. s. fiant ex eis troch. & dosis eius sit usq; ad aureum. Et ex medicinis bonis ad illud nobis est, vt sumantur cydoniorũ, & [i] [capparis immaturæ] amborum ana partes ij. & seminis papaueris tertię partis, & corticum radicis mandragoræ, tertiadecima partis, & quarta decima partis xyloaloes crudi, & aquæ mentę tãtum, quod totum submergatur, & aquæ ros. tantũ, q̃ super mineat digito uno, & aqua [k] [cucurbitæ] triplum amborum aquarum; & oportet vt cum facilitate adeo decoquantur, donec dissoluantur [l] [capparis] & cydonia; deinde colentur aquæ; postea [m] [præparentur] cum facilitate, & sumatur ex eo in potu. Et cum in potu sumuntur stupefacientia, oportet ut multiplicetur olfactus odoriferorũ, & dormiat. & non separetur aromaticum suaue apud eum. si aũt abhorreat aromaticũ, permuta ipsum ad aliud & troch. [n] † [ ] secundum quod testatur Gal. sunt iuuatiui ad illud. ipsi enim aggregãt omnes res necessarias in cura uomitus, & propriè quum est humor uirulentus. Trochiscus enim ille est eius theriaca, & est secundum quod dictum est in antidotario. Inquit Gal. nam in ipso ponuntur anisum, & semen apij odorifera, & nutritiua, & absinthiũ ad abstergendum, & deponendum humorem, & ad confortandum os stomachi, & ad [o] [faciendum rigidum] & cinnamomum ad contrariandum sua aromaticitate uirulentiæ, & conuertendum ipsam ad rectificationem aliquam, & resoluendum eam, & in ipso est ex aromaticitate, quod cõuenit omni membro neruoso, & opium ut dormire faciat & stupefaciat, & castoreum ut succurrat corruptioni opij, & nocumento & ueneno ipsius. Sed & troch. stellæ sunt vehementis iuuamenti in huiusmodi dispositione. Et nausea quidem quando est propter debilitatem stomachi, quam non sedat expulsio facta uomitu, tunc nõ laboretur in illa, imò si dimittatur per seipsam, fortasse iuuabitur. Et quãdoque sedat eam sauich hordei [p] [al gellilij.] Et ille qui inuenit subuersionem inseparabilem in uere, & fuerit consuetus uomere, propriè in huiusmodi tempore, comedat cum pane paruæ quantitatis ℥. iij. cępæ narcisci. deinde sumat aquam calidam. [q] †]] Et non multum sumant de cępe narcisci, quoniam facit accidere spasmum.

z B. frigida.
a B. sedantibus.
b B. uel succus summitatum uitis simplex.
c B. alcuisusẽ est
d † B. ad ipsum
e B. natura.
f B. cõseruantes
g B. uenenositati eorum.
h B. galie
i B. alcabs.
k B. Alia litera. fontis.
l B. alcasb
m B. inspissẽtur
n † B. amaricos
o B. & corrugãdum.
p B. algiel.
q B. Alia litera. & syrupum acetosum.

De cura uomitus sanguinis. Cap. 14.

SI senseris ulcera, tunc curabis ea cũ eis, quæ scis. Et si senseris [a] [sanguinem descendentẽ ex capite, tunc incipies, &] prohibebis causam eius. Et si senseris repletionem, expelles eam. Et quandoq; indigebis post euacuationem duarũ lib. sanguinis phlebotomia alia minuta. Quumque augmentatur, liga extrema uehementer, & propriè in eo, cuius causa est [b] [potus medicinæ calidæ.] Et quãdoque sumitur in potu, in facto propter medicinam, uinum mistum cũ lacte superante usque ad quatuor cotylas, dãdo aliquid post aliquid, deinde detur in potu syrupus acetosus infrigidatus cum niue. Verùm ex medicinis expertis in prohibitione sanguinis est compositum in prohibendo [c] [sanguinem uehemens.] Recipe acaciam, semen ros. lutum sigillatum, balausti. opium, semen hyusquiami albi, gummi arabicum, succum arnoglossæ, aut succum uirgæ pastoris, & sumatur in potu cum aceto uini multæ commistionis, aut cum aqua arnoglossę, si fuerit perueniens ad stomachum plurimum. Et dosis eius sit ex medio aureo usque ad drach. j. Et confert ad illud sumere in potu arobub styptica, & ex eis est rob de nuce, & sunt composita dicta in antidotario. Et ex curatione facili est, ut sumatur gallarum, & balaustiarum, ambarum ana pars j. & sumatur ex eis in potu põdus ij. aureorum, cum kerate opij cum aqua plantaginis.

a B. fluxum sanguinis nariũ descendentem interius.
b B. Alia litera. fluxus acutus.
c B. uomitũ sanguinis uehemẽtem.

De

De conturbatione & anxietate stomachi. Cap. 15.

QVandoq; accidunt ex stomacho conturbatio,& anxietas,ex quib. inuenit infirmus tristitiam: & fit necessariũ ut permutetur de figura ad figuram: Et quãdoque comitatur ipsam tremor cordis,aut accidit cum ea,& nõ est possibile habenti eam ut cognoscat causam in eo,& quandoque eum sequitur scotomia,& vertigo.Et quandoque alteratur ex ea color, & est secũdum veritatem principium nauseæ. Et quandoque est cum ea nausea,& quandoq; permutatur ad nauseam.Et causa in illo est materia nauseę,& propriè imbibita.Ipsa.n.dum permanet imbibita,facit accidere conturbationẽ. Quumq; aggregatur in ore stomachi,facit accidere nauseam super stomachum, per expulsionem humoris post excitationem naturæ cũ eo. Et quandoque conturbant reliquiæ [a] [uentositatis]humorum ex medicinis uomitiuis, & solutiuis,quare detur rob de cydonijs, & rob de agresta,& similia. Et omne,ꝙ feruet in stomacho ex fructibus,& ex malis dulcibus, conturbat. Et aqua frigida, quæ bibitur non in hora, conturbat.Et multoties fit in febribus causa additionis febris,non ergo oportet ut bibatur in febre,nisi aqua calida.

a B. odoris.

De cura. Cap. 16.

ILlud,ꝙ paruum est ex ea,remouet vinum mistum cum aqua secundum medium,& aqua commista ex eis, quæ confortant & infrigidãt aut cum [a] [aqua mellis,aut cum eis,quę temperant]humorem malum.Et illud,ꝙ ex ea est plurimũ, indiget medicinis nauseę, & si fuerit ex caliditate,& humore calido(& est illa,quę fit secundum plurimum)quandoq; sedabunt eã in frigidãtia humida,& epithemata facta ex eis,& sandalis,& camphora,& rosis.Et ex eis,quæ experta sunt in hoc,est emplastrum ex corticib.cucurbitæ,& portulaca:& sauich hordei cũ aceto, & aqua,& fiat ex eis emplastrum stomacho & hepati,& quando augmentatur,fiat emplastrũ ex sandalis,& ros.rub.& similibus.Et ex eis,quę in potu tribuuntur ad conturbationem stomãchicam,est sauic de hordeo,contritum propriè cum granis granatorum,& oportet ut non sit ablutum. Et [b] [frigidiora granorum granatorum sine semine,] & rob de cydoniis. Quum ergo non est nausea,aliena uinum omnino, & sit commistio [c] [eius aqua tamarindorum,] Et syrupus de pomis antiquus, cuius superfluitas resoluta est, [d] [Et ad eos quidem narrata] est aqua [e] [citrulorum]excorticatorum cum iuleb tabarzet parum,& ℨ.j.spodij.

a B. eo quod lauat,aut cum eo quod rectificat.

b B. alfocha cũ granis granatorũ siue seminib Alia litera. focha ex granis granatorum.
c B. aquæ ipsius tamarindi
d——B. Alia litera.
e B. cucumerum citrinorum.

ANNOTATIONES.

Affectum uentriculi intelligit, qui præcedit sæpenumero nauseam,uomitumq; , quandoq; etiam sequitur.quare, quia is ab eadem emanat causa, a qua & nausea & uomitus,repete quæ in superioribus de his scripserat.

De sanguine retento in stomacho, & in intestinis. Cap. 17.

SVmatur pondus ℨ. ij. [a] [ellebori albi,fabarũ pondus ℨ.ij.] & sumatur in potu cum aqua calida.Si autem congeletur,sumat in potu eger aquam alhasce,& similiter coagulum leporis.

a B. nasturtii albi dicti bebeli, aut pondus ℨ. iii. ipsius

De congelatione sanguinis in stomacho. Cap. 18.

CVra eius est sumere in potu coaguli leporis ℨ. ij. aut aquę mentæ quantitatem ij. vnc. in qua iam positum sit pondus ij. ℨ. salis contriti.

ANNOTATIONES.

Coagula sui fortasse acredine dissoluendi coagulati sanguinis uim habent.quod & thymus & cyminum & alia eius generis,discussoria ui prædita. Mirum tamen alicui uideatur,quomodo coagulum lac quidem cogat, sanguinem uero coactum dissecet,soluatq; : atq;tam contrarij effectus ex eadem causa proueniant. Verùm habere & hoc ipsum suas causas uidetur.nempe,quum ipsum,ut alibi ex Arist. dictum est,lac sit igneo feruore prędìtum:calidi autem est quæ eiusdem sunt generis,congregare,disgregare quæ diuersorum.fortasse calori utriq; hi ascribendi sunt effectus congreganti,& disgreganti.

De singultu. Cap. 19.

SIngultus est motus diuersus, compositus,sicut spasmus [a] [constrictiuus] cum tensione dilatatiua,[b] [existens in ore stomachi,aut toto corpore eius,aut meri , ex quo] aggregatur ad se ipsum cum spasmo, fugiens ex nocente, si fuerit nocens,[c] [aut[pręparatus ad motum fortis expulsionis sequentis ipsum, sicut accidit ei,qui [d] † [ ] uomit.Et assimilatur alicui modorum motus tussis, quę est in pulmone, & uelamine ad expellendum humorem. Aut non sit nocens,imo sit secũdum semitam superfluitatis siccitatis mouentis ad ad similitudinem aliquam,sicut spasmus,& natura moueat ad dilatationem , & non obediat illud,& succurrat ei. Et plurimum quidem accidit ori stomachi propter illud,quod lædit, sicut accidit ori stomachi tremor propter illud, quod nocet,propriè si fuerit stomachus siccus & non toleret os eius nocumentum mordicationis,& quandoque accidit propter communitatem, & quandoque accidit singultus post uomitum [e] [ori] stomachi, aut propter dimissionem humoris pauci in ipso,qui non expellitur uomitu, sicut quandoque fit singultus propter retentionẽ uomitus, & expectationem super ipsum , quare quiescit motus uoluntarius , & plurimum motus partium stomachi , nõ fit nisi motu oris eius,propter uehementiam sensus eius,& fortitudinem lęsionis eius materia [f] [feruente.]& dixerũt quidam quod motus singultus fortior est motu uomitus,quoniam uomitus expellit rem effusam in uentre, & singultus expellit rem siccã,[g] [sed] non omnis uomitus & subuersio fit a causa effusa neq; etiam,qđ expellit aliquid,oportet ut sit debilius eo,quod non expellit,& eo,quod laborat ut expellat, & non potest, imo singultus est motus debilior motu uomitus, & est quasi motus ad uomitũ debilis.Et similiter multoties incipit singultus, deĩde fit uomitus,quasi motus stomachi apud tactum

a B. cõtractiuus
b B. quũ os stomachi.aut totũ corpus eius,aut meri ex eo
c B. &
d † B. uult saltare quoniam ipse retrahitur postea saltat
e B. propter nocumentũ in ore
f B. furiosa mobili.
g B. & non est sic quoniam.

tactum causæ singultus est paruus, quoniã causa h † [ ] est parua: & quasi quando augmentatur res, vehementior fit motus, & fit vomitus. Distinguamus autem illud, quod facit accidere singultum propter nocumentum cõsequens os stomachi. Dicamus itaque quod quandoque fit illud, aut a re nocente l [suo calore, aut re ledente os stomachi] frigiditate sua, sicut accidit ex singultu in rigore febriũ, & in aere frigido, & in humoribus infrigidantibus, & a frigore alio confirmato in complexione stomachi constringente ipsum, & spasmante eum. Et quandoque accidit hoc pueris, & infantibus. Et frigus quidem facit accidere singultum tribus modis. Vnus eorũ est ex parte inseparabilitatis materiei. Et secundus est ex parte frigoris eius, & contrarietate sua cum qualitate sua transeunte æqualitatem. Et tertius est ex parte constrictionis eius, & inspissationis, quam facit in poris, quare retinetur in k [illis inspissatis illud de uirtute sua, cuius] est, quòd ab eis resoluitur. Aut a re nocẽte suo calore, sicut accidit in febribus adurentibus ex spasmo in ore stomachi, Aut a re nocente mordicatione sua, sicut accidit ex potu synapis, & diapiperaeon, & humoribus uirulentis, & potu medicinarum mordicatiuarum, & diapipereõ cum uino, & propriè secundum sanitatem sensus stomachi, aut debilitatem substantiæ oris stomachi & de hoc genere est cibus corruptus, & conuersus ad qualitatem mordicatiuam, & pueris quidem accidit illud plurimum. Et similiter accidit ex effusione cholerarum in os stomachi, & sicut fit, quum est cholerarum motus in crisibus ad caput stomachi, ut expellat eas natura cum uomitu. Aut a uentositate retẽta in ore stomachi, & in tunicis eius, & in meri generata a caliditate l [uaporosa,] quę non potest resolui, aut a re nocente sua grauitate, sicut fit a repletione. Istæ ergo sunt species eius, qui fit ex causa nocente. Ille uerò, qui fit a siccitate, quandoque fit a siccitate m [pura cum spasmo,] sicut accidit in postremo febrium incensiuarum, & euacuationum exsiccantium, & famis prolixæ, & est significatio timoris, & quãdoque fit ex siccitate non confirmata, & iuuatur ex quolibet humectante, & remouetur. Factus autem per cõmunitatem est sicut ille, qui accidit ei, cui factum est apostema magnum in hepate suo, & propriè in latere concauo, aut in n [intestinis] aut in uelaminib. cerebri sui, aut est propter o [uenas in uelaminibus cerebri sui p † [ ] sicut accidit apud ictum nociuum, & percussionem dolorosam, per quam percutitur caput, & sicut accidit in febribus in eleuatione sua, & in signis crisis. ille enim est propter communitatem corporis, & iam q [existimatũ] est in inueniendo causam propinquam euentus singultus in apostemate hepatis, & dixerunt quidam, quòd est quoniam effunditur ex eo cholera ad duodenum, deinde ad stomachum, postea ad os eius. r † [ ] & dicitur quòd causa in ipso est communitas hepatis, & stomachi in neruo minuto continuante inter ea, & si homo habuerit singultum ex materia, & acciderit ei in seipso s [sitis,] resoluetur singultus

h † B. nocumẽtu.
l —— B.
k B. porositatibus illorum illud de cuius natura.
l B. uaporante.
m B. uehemẽti spasmante.
n B. stomacho eius.
o B. accidens mẽbri nobilis
p † duræ matris
q B. cõsideratũ
r † B. & dicitur q causa in eo est coarctatio apostematis.
s B. sternutatio.

eius, & similiter si uomuerit, & expulerit humorem. Quod si euomat & eius singultus non resoluitur significat aut apostema ĩ stomacho, aut in radice nerui uenientis ad ipsum ex cerebro, aut in cerebro, & sequitur illico ambo simul, rubedo oculi, & distinguitur inter utraque per accidentia apostematum cerebri, & accidentia apostematum stomachi. & singultus, qui ingreditur in signis crisis, quandoque est signum bonum & quandoque est malum, secũdum quod exponemus in suo capitulo, & in libro quidem aphorismorum dicitur quòd quãdo uomitus nõ sedat singultum, & est cum eo rubedo in oculo, est malum signum significans apostema stomachi, aut cerebri, & in libro signorum mortis uelocis dicitur, quòd quando accidit habenti singultũ apostema ĩn latere dextro egrediens a natura, absque causa cognita, & est singultus vehemens, egreditur anima eius ex singultu ante ortum solis. & ex illo est t † [ ] ille, qui habet cum singultu punctionẽ, & uomitum, & cuzez, & destructionem rationis, moritur.

t † B. libro habetur, q ille.

ANNOTATIONES.

Quid singultus sit, Galenus 3. de sympt. caus. explicat. (cap. 2.) *Huius causas docet Hip. 6. aph. esse repletionem, uel siccitatem,* (Aphor. 39.) *quæ & conuulsionis causæ sunt, cui singultus maximè similis est. Tu repete quæ de cõuulsione hic author, quũ etiam de spasmo non proportionato ad materiam uerba fecit: nempe, q singultus non ob aerem solum uel mordicantem in uentriculo substantiam fit: sed ex prauis quoque ad ipsum uentriculum delatis uaporibus, seu a corde, seu a iecinore, seu a quacunque alia particula, qui affectus in pestiferis febribus est frequens. Adde &, si quę extrinsecus uentriculum premant. deprehenderunt enim summi nostra tẽpestate medici ex contorta costa ventriculum comprimente singultum concitatum: qua erecta, quum desineret, depressa rursum infestabat. Quod ad hunc locum facit, quia hic affectus uentriculi est symptoma, nempe expultricis motus, qualis & uomitus: quæstio est, vter motus validior sit, singultusne, an vomitus. Certè Gal. 6. aph. singultũ eiusdem esse cum uomitu generis, sed fortiorem illo et vehemẽtiorem testatur.* (com. 39.) *quod hac ratione confirmat, quoniam in uomitu ea solum uentriculus expellere nititur, quæ in spatio eius latiori continentur: in singultib. vero, & ea quę sunt in ipsius ore penitiora. quod et 3. de symp. caus. affirmat.* (cap. 2.) *Cæterum aduersus Gal. hoc in loco Auic. quum ait, [Et dixerunt quidam q &c.] ex proposito pugnat. quia non omnis vomitus fit a causa effusa, a materia. s. in ventris cauitate contenta. tum, quòd si quis singultum propterea fortiorem censeat, quia in ea nitatur, quæ expelli non possunt per vomitum, errat, quoniam necessarium id non est. singultus enim nauseam frequenter præcedit, & est veluti vomitus initium, quasi natura velit, id quod per singultum nequit propellere, per uomitum conari ut extrudat. Quamobrem hac in re Auicennas Galeni sententiam deserit. At certe, si quis diligenter perpenderit, consentire Auicennæ ratio videtur, non Galeno. neque enim alioqui efficax ratio est, qua fortiorem esse singultum probatur, quia ea nitatur ventriculus per singultũ pellere, quæ in ipsius sunt corpore infixa, quando & nauseam idem Galenus fatetur, sine vomitu excitari, quum in ventris tunicas impacti praui humores sunt.*

De

De signis. Cap. 20.

OMnis singultus, qui vomitu sedatur, causa est res nociua sua grauitate: aut qualitate sua mordicatiua secundum vnum modorũ prædictorum. Et omnis singultus succedẽs euacuationibus, & febribus adurentibus, & quem nõ sedat ipsum vomitus, imò addit in ipso, est a siccitate. Factus autem propter complexiones cum materia, & sine materia scitur ex significationibus prædictis in capitulis communibus. Factum autẽ ab apostematib. stomachicis, aut cerebri, aut hepatis, significant accidẽtia uniuscuiusque eorum dicta in suo capitulo.

ANNOTATIONES.

Apho. 13.

Singultus ex repletione euacuatione curatur. propterea; Hip. 6. aph. a singultu correptũ sternutatione superueniente ait liberari, de singultu ex repletione intelligens, ut testatur ibidem Gale. Quare a iuuantib. & nocentib. si cui citato uomitu singultus sedetur, a repletione factũ eum constat. repletionem uerò etiam appellamus, tametsi cum modica humoris copia praua sola qualitas offendat. Contra uerò, ubi neq; facta euacuatione uel per uomitum, vel aliter, sedatur, constat ex siccitate esse, qui affectus insana bilis putandus est, uti conuulsio quę siccitati succedit.

De cura. Cap. 21.

VOmitus est cura magis conferens singultui, cuius causa est repletio plurima, & res nocens sua qualitate. Et similiter omne mouẽs laboriosè, & mouens terrefaciendo, & vociferando, & ira, & timor, & gaudium subito accidens, & tristitia superflua, & aspersio aquæ frigidę super faciem [a] [patientis] subito, & motus, & exercitium, & equitationes, & expectatio super retentionem tussis commouentis, & expectatio super sitim. Et sternutationi quidem in [b] [superando] materiam facientem singultum, inest impressio maxima, & ex eis, quę remouent eum etiam est longitudo retentionis anhelitus: quoniam illud est res faciens accrescere caliditatem, & mouet eam ad exeundum versus poros, quærens attractionem aeris: quare mouet humores, [c] † [ ] & resoluit eos. Et somnus longus vehementer iuuat ipsum, & constrictio extremitatum, & positio ventosarũ super stomachum sine incisione, & super ventrem, & super [d] † [ ] vtrasq; spatulas, & positio medicinarum rubificantium, & ex curis conferentib. singultui [e] [viscoso] & repletionali, est, vt patiens ipsum incipiat [f] [& euomat] deinde bibat hieram picram, aut succum absinthij, sumẽdo ex eo aureũ, & ex sale Indo, ij. danich. Deinde post illud vtatur mirobalanis cõditis. Si aũt causa [g] [est viscositas] oportet vt in eius cura tres res intendantur, s. resolutio materiei, & incisio eius; sicut cũ oxymelle squillitico, & secunda permutatio complexionis eius ita vt æquetur, si non fuerit nocens, nisi qualitate sua, & tertia stupefactio sensus oris stomachi parũper, ita vt minoretur, [h] [materiei mordicatio. Et iam laudati sunt trochi. hmõi. Rec. costi, croci, rosf. recẽtiũ, masticis, spicæ, oĩum an. iiij. aur. assari aur. iij. aloes, opii amborũ an. aur. j. cõficiantur cũ succo psyllij, & bibatur ex eis medietas aurei. Psyllium. n. & opium stupefaciũt, spica confortat, & resoluit, assarũ inclinat humiditates ad partẽ viæ vrinæ, & educit eas per eam, aloes inclinat eas ad viam fęcis, & extrahit eas ex ea, costus, & crocus maturant, & confortant calefacientes; propter hoc ergo fiunt troch. isti conferentes valde singultui vehementi, & subuersioni animę. Et si antiquatur, & chronicus fiat, affert ei oleum alkekengi iuuamentum maximum expertum, & quod ex eo bibitur, sit cochlearium vnũ cũ aqua calida [i] [mellis.] Et ex eis, quæ cõferunt ei, est decoctio zingiberis in aqua [k] [tepida.] Quumq; vehementior fit, & antiquatur, necessarię sunt cõfectiones magnæ valde, & electuaria, sicut diacyminum cum aqua tepida, imo quandoque indiget confectionibus. [l] † [ ] & theriaca, & philonium habet iuuamentum maximum in hoc propter illud, quod in ipso est de stupefactione cum confortatione, & resolutione, & expulsione, & iuuatur ex pilulis, sicut illis, quę sunt de opopanaco, & ex pilulis stomachicis, & troch. stellę valent vehementer ad singultũ, & medicinæ valentes in curatione singultus facti a materia frigida [m] [& sicca,] aut proxima ei, sunt ruta, & nitrum potata cum vino, & similiter aqua apij, & acetum squilliticum, & [n] [basilicum] aquæ, & asarum, & neriden; & maiorana, & alaniuden; ita quòd olfactus sedat singultum; & aristol. & anisum; & daucus, & zingiber, & enula exsiccata, & succus eupatorii, et folium & acorus, & abrotanum singulariter, & composite; & fiant ex eis [o] [electuaria.] Ipsa. n. sunt [p] [conuenientiora ori stomachi] & magis adherentia ei, quã ea, quę bibuntur, & descẽdũt ad fundum stomachi subito, & castoreum habet proprietatem mirabilem in ipso. [q] † [ ] & ex eis, quæ maximum affe-runt iuuamẽtum ei, quũ ex ea ĩ potu sumitur, est decoctio abrotani, & calamẽthi montani, & masticis, assumptis ęquis partibus, & elixatis in aqua, et bibatur cum vino [r] [decocto cũ masticis et cinnamomi, et squillę. [s] [℥.] iij. in kisto aceti. et detur in potu ex eo paulatim aliquibus diebus. Et iterum [t] † [ ] nitrum cum aqua mellis, & iterum confectio de galanga cum melle, et sumatur in potu mane et uespere quantitas nucis. Et iterum medicamẽ huius compositionis, Costi, et aloes, squinanthi, sisimbrij sicci, calamenthi fluuialis, mẽtæ, rutę, seminis apij, thuris, assari, omnium an. ℥. ij. opij, rosf. siccarum, amborũ an. ℥. s. et iam laudantur cappares conditi cum aceto in hoc, et quãdoq; adiuuat has medicinas administratio medicinarum sternutare facientium. Quòd si fuerit [u] † [ ] ex frigore puro, tunc medicinæ prędictæ conferunt ei, sumendo ex eis in potu cũ aceto, et aqua, et liniendo ex eis collum, et gulã, et locum qui est super furculam, et qui est sub ossib. pectoris, aut liniatur collum, et locus, qui est super furculam cum oleo antiquo, aut oleo cucum. asinini, et similiter sunt oĩa olea calida sola iuuatiua, et proprie oleum chamęmillinũ, aut oleum in quo decoquuntur castoreum, et cyminum, et aniuden, et sumantur castorei, et costi amborũ an. ℥. s. [x] [petroselinũ, et mastix,] aut

a B. ita ut faciat rigorem.
b B. eradicãdo.
c † B. adhęrẽtes
d † B. illud qđ est inter.
e B. adhærenti.
f B. uomere.
g B. sit adhærẽs
h B. nocumentum mordicationis.
i — B.
K B. Alia litera: peaidiorum.
l † B. magis valde.
m — B.
n B. calamẽthũ.
o B. Ioch.
p B. magis sunt pmanentia sup stomachum.
q † B & quandoq; datur in potu ex eo ℥. s. in tertia sacraiati aceti & duabus tertiis sacraiati aquæ. Alia litera.
r B. & etiam decoquatur.
s B. vnc.
t † B. ad humidum frigidum.
u † B. Alia litera. frigiditas.
x B. petroselini ℥. j. detur in potu cum aqua sisimbrii, aut cũ decoctione calamenthi, & anisi, & masticis.

aut sumatur cortex exterior rubeus phistici cum radice squinanthi,& decoquatur in aqua & bibatur ex decoctione amborum. Et dixerunt quidam, quòd cortices [y] [alcala] quando exsiccantur, & bibitur ex eis pondus aurei j. cum aqua. fœniculi & seminis rutæ sunt iuuatiuæ valde. & ego non existimo. quòd conferant [z] [stomacho.] Quòd si fiat vehemens & antiquatur, non est excusatio quin ponantur ventosæ super stomachum sine incisione,& cō sequantur eas medicinæ rubificantes. Illi autem, qui fit ex ventositate retenta super os stomachi, aut in ipso, aut in meri, cōfert administratio balnei, & receptio aliquantuli thuris contriti in a [eo deinde fiat, vt currat aqua calida] super ipsum paulatim. Et enula exsiccata est vltima in hoc. Quòd si humor fuerit mordicatiuus, generatus illic, aut effusus ad ipsum, præcipiatur patienti ipsum ut euomat, si potest cum eis, quæ uomitum educunt huiusmodi, aut soluatur vēter cū eis, quæ sunt sicut hiera cum syrupo acetoso,& sicut cum syrupo de absinthio. Et quandoque sufficit potare acetū; aquam,& sorbere butyrum: aut sorbere oleum amygdalinum, cum aqua calida:& [b] [occupari somno] & prolongari ipsum quantum possibile est. Et similiter aqua hordei affert ei iuuamentum maximum,& vehemēs, & propriè cum aqua granatorum dulcium,& muzorum declinantium ad dulcedinem. Et aqua [c] [aceto sę] est ex eis, quę conferunt etiam cum mundificatione,& confortatione simul. Et si causa est d † [ ] accidentalis, tunc cura in ipso est [e] [euacuatio] ad sumendum in potu lac recenter mulctum,& aquam tepidam cum aliquo, quod sit sicut oleum amygd.& oleum de cucurbita, deinde aquam hordei, & aquam cucurbitæ,& aquam citrulorum, & mucillagines frigidas. Et similiter inunctio ex eis exterius,& similiter inunctio iūcturarum. Et [f] [uti incisiuis] & similibus. In facto autem post vomitum, si sentit æger reliquias humoris mordicatiui,& sit cū eo parum nauseæ, sternutet sternutationibus frequentibus: post quam dantur ei ea, quæ lubricum faciunt illum humorem, sicut rob de prunis,& tamarindi,& propriè quū tu fueris præcipiens ei g [recipere] etiam tamarindos. Et si non sentit illud, imò sentit extensionem, fac emplastrum ori stomachi cum emplastris temperatis,& fac eum sorbere sorbitiones leues, in quibus non est h [mundificatio] imò in quibus est i [confortatio] sicut medulla tritici,& sedatio aliqua, sicut oleum amygdalinum,& odoramentum aliquod, sicut k † [ ] pulli. l † [ ] In facto autē ab apostematibus hepatis,& aliorum, oportet vt curetur apostema, & fiat phlebotomia si necessaria est phlebotomia,& temperetur stomachus in ipso cū eis, quę sunt sicut aqua granatorū,& aqua hordei,& aqua endiuię,& ēplastra.

y B. altalha.
z B. frigido.
a B. aqua deinde deglutiat aquam calidam.
b B. festinare ad somnum.
c B. duorum granatorū Alia litera ribes.
d † B. siccitas;
e B. festinatio.
f B. administratio balnei in tina.
g B. comedere.
h B. nauseatio.
i B. Alia litera, conglutinatio.
k † B. ius.
l † B. confortatio sicut coriandrum.

A N N O T A T I O N E S.

Curatio, si a materia fiat singultus, procurata euacuatione succedet. at si forte ex compressione, vel maligna quapiam qualitate, de qua antea dictum est, alia tentanda erunt præsidia singulas causas oppugnantia. Vide quod curationis est reliquum, ex Gal. 8. de comp. med. per loca. ex Tralliano lib. 7. & Paulo lib. 2.

cap. 3.
cap. 15. cap. 57

De dispositionibus accidentalibus mirach & hypochondriorum. *Cap.* 22.

QVandoque accidit in istis partibus a [tremor] propter materias existentes in eis. Et quandoque sunt malæ,& peruenit nocumētum earum ad cerebrum, & faciunt accidere in ipso melancholiam, sicut diximus, & epilepsiam mirachialem. Et quandoque est de hoc tremore, qui fit prope os stomachi: aut in ipsomet b [propter tremorem] cordis, Et quandoque c [facit accidere inflationem inseparabilē & grauitatem,& fit,] proxima significatio illi, & quandoque significant apostemata intrinseca. quòd si sentitur attractio mirach & hypochondriorum ad superiora, tunc quandoque significat vomitum.& in febribus acutis significat sodam, quæ commouetur; aut d [sanguinem capite fluentem.] aut vomitum secundū quòd distinguemus eum in suo loco: aut permutationem materiei & apostematis. e † [ ] & quando est eorum attractio ad inferiora, & partes suminis significat permutationem ad inferiora,& solutionem ventris, quam cōfirmat punctio. Et tensio hypochondriorum ad superiora, est ex eis, quę multiplicātur in febribus pestilentialibus,& quandoque est propter siccitatem sequentem calorem aut frigus.& quandoque est etiam propter apostemata f † [ ] quamuis sit in inferioribus etiam. In illis autem, qui sunt in superioribus, est tensio eorum ad superiora cum g [anhelitu & mirach] simul,& hæc inflatio in ęgritudinib. acutis est mala, cui associatur ictericia hepatica. & quandoque accidunt istis membris, scilicet hypochondrijs,& mirach dolores mordicatiui, & dolores extensiui propter ægritudines hepatis,& ægritudines splenis,& apostemata lacerti & in febribus,& in crisibus. h [Inquit Bucatis] oganesibur in capitulo dolorum hepatis, si destruitur uirtus appetitiua, Draco enim quando debilitatur in venando hœdos,& arietes,& similia. & non ualet deferre eos ad gruntam suam, venatur aues,& proprie auem, quæ dicitur taptilus,& comedit hepar earum, & excitatur tunc appetitus eius, & redit virtus: eius.

a B. iectigatio.
b B.& similatur tremori.
c B. ei inflatio inseparabilis & grauitas quare erit.
d B fluxum sanguinis narium.
e † B. ad superiora.
f † B. intrinseca
g B exsiccatiōe & coarctatione.
Alia litera: h —— B.

A N N O T A T I O N E S.

De uarijs hypochōdriorum affectibus, tensione, tremore & doloribus, obiter meminit. aget autē particulatim alibi.

FEN QVARTADECIMA.

De hepate, & dispositionibus eius.

TRACTATVS PRIMVS.

De uniuersalibus dispositionibus hepatis.

De anatomia hepatis. *Cap.* 1.

HEpar est membrum, quod a [generat sanguinem] quàmuis mesaraicę conuertāt quando-

a B: complet generatiōné sanguinis. Alia litera, complet essentiam sanguinis.

quandoque chylum ad sanguinem conuersione aliqua, propter illud, quod est in eis de virtute hepatis. Et sanguis quidem secundum ueritatem est cibus conuersus ad similitudinem hepatis, qđ est caro rubea quasi ipsa sit sanguis uerus cōgelatus. Et est uacuum a uillis neruorū, in quo nascuntur uenæ, quæ sunt radices earum, quæ procedunt, ex eo dispartitę in ipso sicut villi. Et sicut tu sciuisti in anatomia venarum quietarum,[b] [sunt sugentes] a stomacho & intestinis mediantibus ramis portę [c] [nominatę mesaraicę] ex concauitate. Et decoquit [d] [illic sanguinem, & mittit illum corpori mediante vena concaua orta ex gibbositate eius. & mãdat aquositatem ad renes ex via gibbositatis. Et mittit spumam cholericam ad fel ex via concauitatis [e] † [

]

etiam, & [f] [concauatum est illud de eo,] quod est a parte stomachi, vt eius coapatio super gibbositatem stomachi bona sit. & [g] [attractū] est illud, quod de eo est a parte diaphragmatis, vt non coarctetur [h] [diaphragma suo cum laborioso motu: imò sit quasi tangens ipsum, prope punctum; Et est coniunctum propè uenam magnam ortam ex eo, & uti bene comprehendant super ipsum costæ curuę. Et ipsum quidem tegit panniculus neruosus generatus ex neruo paruo ueniente ad ipsum, ut faciat ipsum acquirere sensum aliquem quemadmodum diximus in capitulo pulmonis, & huiusmodi sensus manifestus est in latere concauo, & ut liget ipsum cum alijs uisceribus et uenit ad ipsum uena pulsatilis parua, dispartita in ipso, & affert ei spiritum, & seruat caliditatem eius innatam, & temperat ipsum cū pulsu. Et factum est, ut penetret hæc vena ad concauitatem, quoniam gibbositas ipsa euentatur motu diaphragmatis. & sanguini quidem non est creatum in hepate spatium amplum, imò ramosum dispartitum, ut si comprehensio eius totius super chylum uehementior, & passio dispartiti chyli ex eo, magis completa, & uelocior sit. & illud, quod de uenis est a parte hepatis, subtiliores habet tunicas, ut uelocius perueniat per eas impressio carnis ad chylum. Et panniculus quidem eius, qui comprehendit hepar, ligat ipsum cum [i] [uisceribus tegentibus] intestina, & stomachum, quę diximus, & ligat ipsum cum diaphragmate ligatione maxime forti, & ligat ipsum cum costis dorsi, & ligant ipsum alia subtilia parua. Et continuat inter ipsum, & inter cor uena [k] [continuãs] inter ea ambo, quam sciuisti, descendens de corde ad ipsum, aut descendens ex ipso ad cor secundum ambas intētiones, & hæc quidem uena sapienter ligata est etiam cum hepate, cum pãniculo duro, spisso, & est penetrans super ipsum, & subtilius latus eius est illud, quod est a parte intrinseca,[l] † [

] quoniam tangit membra subtilia. [m] † [ ] & hepar quidem hominis maius est hepate omnis animalis appropinquantis ei in quãtitate, & dicitur quòd oē aīal plus comedēs, & debilioris cordis, ē habens maius hepar & cōtinuat inter ipsū, et īter stomachum, neruus, sed est subtilis, & nō sunt communicantia nisi propter rem maximam ex apostematibus hepatis. & primum, quod oritur ex hepate. sunt duę uenæ, quarum una est in latere concauo, & plurimum iuuamenti eius est in attractione cibi ad hepar & nominatur porta, & altera est in latere gibboso, & iuuamentum eius est applicatio nutrimenti ad membra ex hepate, & nominatur concaua, & ostendimus iam anatomiam ipsarum in libro j. & hepar quidem habet additamenta cōprehendentia stomachum, & adhærentia ei, sicut est comprehensio eius, quod comprehenditur digitis, & maius additamentorum eius est additamentum appropriatum nomine additamēti, & positum est super ipsum fel, & posita est [n] [extensio] eius additamenti ad inferiora, & omnia additamenta eius sunt iiij. aut v. & scias quòd non est corpus hepati in hominibus omnibus [o] [comprimens costas] dorsi, & fortiter innixum eis, quamuis sit in plurimis eorum sic, & est eius communitas ad ipsum propter illud. s. communitas hepatis ad costas dorsi. & diaphragmatis. & caro quidem hepatis sēsum non habet, sed illud, quod de ea sequitur panniculum, sentit: propterea quòd aduenit ei parumper de parte panniculi neruosi. & propter hoc diuersificatur hæc communitas, & iudicium eius in hominibus. & tu iam sciuisti, quòd generatio sanguinis fit in hepate, & in ipso fit separatio cholerę, & melancholię, & aquositatis. & quandoque destruitur res in unaquaque earum, & quandoque destruitur in generatione sanguinis, & non destruitur in separatione, & quando destruitur in separatione, destruitur etiam in sanguine bono. & quandoque accidit destructio in, separatione, non propter hepar, imò propter membra attrahentia ex eo illud, quod separatur. & in hepate, quidem forti sunt. iiii. uirtutes naturales: cuius plurimum digestiuæ est in carne eius & plurimum aliarum uirtutem est cum uillis eius, & non est longinquum quin sint in mesaraicis omnes istæ virtutes, licèt quidam postremorum aduersentur primis, & dicant. errauit ille qui posuit in mesaraicis attractiuam, & retentiuam. ipsæ enim sunt uiæ, per quas attrahitur & non est possibile ut sit in eis attractio, & afferunt ad hoc rationes similes rationibus debilibus, quę sunt ei in omni re, & dicit. Si mesaraicę haberent uirtutem attractiuam haberent & digestiuam, sed non habent uirtutem digestiuam quomodo enim habent virtutem digestiuam, quum non moretur in eis cibus tempore quo patiatur? Et dicit etiam. Si haberent uirtutem attractiuam, quum hepar etiam eam habeat, communicarent in substantia propter conuenientiam uirtutū. & iste quidem debilis considerationis non sciuit, quòd uirtus attractiua quum est in meatu, ex quo attrahitur, est illud magis adiuuans, sicut quum expulsiua est in meatu, ex quo expellitur, sicut est in intestinis, est, illud magis adiuuãs, & oblitus est quòd attractiua est in meri, & est meatus. & non sciuit, quòd non est multum malum ut sit in meatibus quibusdam uirtus attractiua, & non sit digestio, de qua sit curandum, quum non sit necessaria in eis digestio, imò attractio. & oblitus

b B. Alia litera ipsum sugit.
c B. Alia litera. nominatis mesaraicis.
d B. ipsum.
e † B. supra portam & mittit superfluitatē uel residentiā melãcholicã ad splenem ex uia concauitatis.
f B. concauum eius est illud.
g B. gibbosum.
h B. diaphragmati locus motus eius.
i B. panniculo tegente. Alia litera. & panniculus quidem qui cōprehendit hepar ligatur cum panniculo tegēte intestina, & stomachū, quæ diximus & ligatur ēt cum diaphragmate ligatione maxima forti & ligatur ipse cum costis dorsi etiã ligamentis aliis subtilib paruis, & continuat.
k B. aduenien s.
l † B. inuenitur magis in tutela &
m † B. mollia.
n B. sectio.
o B. adhærens costis.

tus est quòd chylus quandoque conuertitur in mesaraicis conuersione aliqua. Quare ergo negauit, quòd sit causa in hoc, virtus digestiua in mesaraicis? & quòd sit illic uirtus retentiua retinens quantitate aliqua, quamuis non prolongetur? & oblitus est, quòd species uillorum operationum notarum sunt diuersæ. & elongauit, quòd sit in illo, in quo festinat penetratio, digestio aliqua, & illud nō est elongandū. Medici nanque dicunt quòd in ore ipso est digestio aliqua, & non negant quin in [p] [orbo] sit uirtus expulsiua, & digestio, & est membrū quod uelociter euacuatur ab eo, quod cōprehendit, et oblitus est, quòd possibile est, ut diuersificetur substantia membrorum, et conueniant in attractione unius rei: quamuis sit uadens in uia una ad membra omnia. et oblitus est, quòd attractio fit ad hepar, et plurimum eius fit cum uillis uenarum, & sunt homogenei cum substantia mesaraicarū, non longinqui ab ea. O quantum errauit iste homo in hoc iudicio. Illud autem, quod Gal. dixit, significat quòd attractio prima fortis est in ipso, vbi est initium motus, de quo curatur. Et eius intentio fuit, vt [q] [separet illum,] qui est contentus curatione mesaraicarum sine hepate. Et significatio ad illud, est sermo eius, quum dicit. qui incedit in hac ægritudine ad curandas mesaraicas, & dimittit curationem hepatis, est sicut ille qui vadit ad hoc, ut faciat emplastrum pedibus mollificatis propter nocumentum accidens nuchæ, quæ est in dorso, & dimittit curationem principij, & radicis, quæ est nucha. Hic est ergo sermo Gal. coniunctus huic sermoni. Et tu quidem scis quòd pedes non sunt vacui a virtutibus. s. naturali, & motiua, & sensibili, quas nucha habet, & non est differentia inter uirtutem eorum, & virtutem nuchæ, nisi quia uirtus sensibilis, & motiua, unius eorum, est prima, & alterius, est secunda, & similiter est dispositio mesaraicarum. Ipsæ nanque nō sunt uacuæ a virtute, quamuis sit earum principiū hepar. & quomodo quum ipsæ sint instrumētum [r] † [ ] & instrumentum naturale attrahit ex longinquo, non secundum semitā motus localis, sicut in lacerto, quoniam secundum plurimum non euacuatur a virtute currente in ipso, & obuiante in ipso, & obuiante patienti, & ita quòd ferrum patiatur a magnete, & quandoque attrahitur cum eo ferrū aliud. Et similiter [f] [tangens] inter ferrum, & magnetem, apud plurimos eorum, qui verificauerunt.

[p] B. intestino ieiuno.
[q] B. prohibeatur curator.
[r] † B. aliquod.
[f] B. aer.

ANNOTATIONES.

De iecinoris anatome habes ex Galeno plura 4. de usu part. Hic quod ad anatomen pertinet, de iecinoris partibus controuersia est. Auic. quod & Gal. 6. de administr. anatom. ipsum ex quinque lobis constructum esse ait. Deprehenditur tamen id in plerisque hominibus solidum, nullisque lobis diuulsum, quāuis in brutis discissum sit. De eiusdem usu longe difficilior est rixa. Hic Author ait iecur sanguificationis eē mēbrū: quod & Gal. Contra Aris. sicut principium, & fontem uirium omnium in corde statuit. ita idem cor sanguinis fontem esse existimat. Pete Gal. 6. de plac. Hipp. & plat. & 1. eiusdem Vide & philosophū 3. de part. animal. & Auer. 2. Coll. & Auic. 13. de animalibus. Pro solutione quæstionis, multis placet, sanguinem, & si in iecinore primum ortum ducit, in corde tamen ipso perfici & elaborari. Est & quæstio de uenarum principio. quum Arist. cor uenarum fontem existimet, Gal. iecur. de qua re alibi diximus.

Cap. 13. & 14. cap. 11.
Cap. 3. & deinceps. Cap. 8. & deinceps. Cap. 4. cap. 9. cap. 18.

De modis ex quibus significantur dispositiones hepatis. Cap. 2.

QVandoque significantur dispositiones hepatis per obuiationem tactus, sicut significantur apostemata ipsius quandoque: Et quandoque etiam significantur per dolores, qui sunt ei proprij. Et significantur per operationes factas ex eo. & significantur per communitates membrorum proximorū ipsi, sicut, stomachi, & diaphragmatis, & intestinorum, & renum, & fellis. Et significantur per communitates membrorum, quę sunt longinquiora illis ab eo, sicut partium capitis, & sicut splenis. Et quandoque significantur per dispositiones [a] [communitatis totius corporis] sicut calorem, & formam, & tactum. Et quandoque significantur per ea, quæ oriuntur in partibus eius, ex pilis, & quæ oriuntur [b] [in] ipso. sicut per uenas, & ex forma membrorum aliorum. Et ex eis, quę generantur in ipso, & procedūt ab eo. Et propter cōuenientia, & diuersificantia, & ex [c] [causis] & consuetudinibus, & quæ continuantur cum eis.

[a] B. communes toti corpori.
[b] B. ex.
[c] B. ætatibus.

Distinctio modorum harum significationum. Cap. 3.

SImilitudo quidem accepta ex tactu, est caliditas tactus partium eius, quoniam ipsa significat complexionem calidam, & frigiditas eius significat complexionem frigidam: [a] [& lenitas eius significat humidam complexionem hepatis:] & durities significat duritiem eius; aut apostema durum in ipso, & ipsius inflatio significat eius tumorem, aut apostema in ipso & lunatio, quæ sentitur ex inflatione eius. significat quod est in ipso hepate, & ipsius elongatio existens secundum aliam formam, quòd est in alio ab hepate, & quòd est in lacerto ventris. Similitudo autem accepta ex doloribus est, sicut si fuerit extensiuus cum grauitate, tūc illic erit oppilatio, aut apostema: Et si fuerit sine grauitate, tunc illic erit uentositas. Et si fuerit grauitas sine punctura. tunc materia erit in corpore hepatis, siue fuerit apostema, siue oppilatio. Et si fuerint cum punctura, tunc erit apud panniculum uelantem ipsum. Verùm significationes assumptæ ex operationibus factis ab eo, sunt propter digestionem, & attractionem, & expulsionem sanguinis ad corpus, & aquositatis ad renes, & choleræ ad fel, & melancholiæ ad splenem, & sicut dispositio [b] [tussis.] Quumque destruitur aliquid horum, & non fit propter membrum communicans hepati, tunc est ex hepate. Significationes autem acceptę ex communitatibus, sunt sicut sitis: nā [c] [si est] ex stomacho, multoties significat dispositiones hepatis, et sicut singultus etiā, et sicut appetitus etiam, et digestio, et sicut malitia anhe-

[a] —— B.
[b] B. sitis.
[c] B. quāuis sit.

anhelitus: quamuis enim sit propter pulmonē & diaphragma, tamen quandoque fit propter hepar, & sicut species egestionis, & species urinæ significant dispōnes hepatis, quas scies, & sicut dispositiones sodæ, & ægritudinum capitis. Et dispositiones ægritudinum splenis significant ipsas, & sicut ex dispōnibus linguę in [d] [tactu] eius, & asperitate ipsius, & colore eius, & colore labiorum [e] [significantur ipsę.] Et iā quidē currunt inter cor & hepar diuersitas, & [f] [conuenientia,] & uictoria in qualitatibus suis, quas diximus in capitulo [g] [anatomię] cordis. Verùm significationes propter dispositiones [h] [communitatis] sunt sicut significatio coloris super hepar, ita ut si sit rubeus albus, tunc significat sanitatem eius, aut sit citrinus, significat caliditatem eius, aut plūbinus frigiditatem eius, aut brunus significat frigiditatem, & siccitatem eius, & sicut est significatio icteritiæ super ipsum. Et etiam sicut significatio pinguedinis carnosæ, significans humiditatem & caliditatem ipsius, aut pinguedinis cum adipe significans humiditatem & frigiditatem eius, & sicut macies, significat siccitatem eius. Et sicut communitas caliditatis in corpore, significat, si non fuerit auehementia caliditatis cordis, caliditatem eius. Et cognoscuntur cum ea significationes caliditatis eius prædictæ. Significationes autem ex formis mēbrorum aliquorum, sunt, sicut significationes ex magnitudine uenarum, & amplitudine earum, significantes magnitudinem hepatis, & amplitudinem uiarum eius, & ex breuitate digitorum, & longitudine eorum etiam, significatur paruitas, & magnitudo eius. Sed significationes ex pilis ortis super ipsum sunt, sicut significationes eorum in mēbris alijs, quas iam diximus. Significationes verò ex eis, quæ oriūtur [i] [in] ipso, & sunt venę, sunt quoniam si ipsæ sunt grossę, magnæ, manifestę, tunc complexio [k] [principalis] est calida, & si sunt subtiles, occultæ, tunc complexio [l] [principalis] est frigida: Verùm eius caliditas, & frigiditas, lenitas & durities quandoque sunt propter cōplexionem [m] [principalem,] & quandoque sunt propter complexionem accidentalem. Significationes aūt ex eis, quę in ipso generātur, sunt sicut si in ipso generatur cholera, significat caliditatem eius & melancholia caliditatē eius vehementem aut siccitatem eius, & frigiditatem, secundū quòd scitur in loco suo, & generatio sanguinis boni est significatio sanitatis eius.[n] † [Et ille,] cuius sanguis est cholericus, aut melancholicus, aut [o] [mollis] declaratur in eo, quod spargitur ex eo ad corpus: aut aquosus non recipiens continuationem cum corpore, sicut est in hydropisi carnosa, est infirmum, secundum quòd significat ipsum dispositio eius, quod spargitur ab ipso. Conuenientia verò, & diuersificantia sciuntur ex hoc, quod conuenientia sunt similia complexioni naturali, contraria complexioni accidentali. Ex ætate verò & consuetudine, & quæ currunt in eis, significationes cognoscuntur in [p] [qualitatibus.]

d B. lenitate.
e B. significatur super ipsas.
f B. contra operantia.
g B. complexionū, Alia litera dicemus in capitulo cōplexionum hepatis.
h B. communes
i B. ex
k B. radicalis.
m B. radicalem.
n † B. illud a quo spargitur sanguis bonus cum assimilatione corporis bona est sanum, & illud.
o B. mollificatinus.
p B. uniuersalibus.

ANNOTATIONES.

Ex iisdem fontibus petendæ de iecinoris statu sunt notę, ex quibus & aliarum partium, de quibus fusius lib. art. med. Gal. Author noster plura hic capita, generatim refert, quę & singula diligentissimè explicat. quæ tu omnia ad Gal. regulam paruo negocio retuleris.

De contraoperantia cordis ad hepar in qualitatibus. Cap. 4.

Scias, quòd caliditas cordis uincit [a] [caliditatem] hepatis magnificè, & humiditas eius non vincit siccitatem ipsius, & siccitas eius, quādoque vincit humiditatem hepatis parum per: & caliditas hepatis uincit frigiditatem cordis debiliter, & humiditas eius uincit siccitatē ipsius: [b] † [ ] & eius frigiditas [c] [parum] vincit caliditatem eius, & ipsius siccitas semper vincit humiditatem eius. & frigus cordis vincit caliditatem hepatis plus, quàm uincat siccitas illius humiditatem hepatis. & caliditas cordis, uincit humiditatem hepatis, plusquam uincat siccitas ipsius humiditatem eius. & vincit frigiditas eius etiam caliditatem illius aliquo modo victoriæ.

a B. Alia litera, frigiditatem.
b † B. debiliter
c B. minus.

ANNOTATIONES.

Pulchrè mutuam cordis & iecinoris inter se potestatē docet. de qua re & Gal. lib. art. med. Sed dubitatio est, quo modo a iecinoris caliditate cordis frigiditatem remitti dicat, quum quoduis cor iecinore multò sit calidius. nempe quod fons caloris est, & uitæ. Satisfaciunt, incalescere ex iecinoris calore cordis spiritus. quippe calidū hepar calidiorē sanguinem, & spiritus cordi impartitur. calidi uerò ij cordis corpus magis calfaciunt. atque ita per accidens iecur calfacere cor potest, quod tamen per se multò est iecinore frigidius. cap. 41.

De signis complexionum hepatis naturalium, & primo calidę. Cap. 5.

Complexionis calidæ naturalis signa sunt amplitudo venarum, & ipsarum manifestatio. Et calefactio [a] [pulmonis] & corporis, si non resistit ei cor. Caliditas enim cordis vincit frigiditatem hepatis fortiter, & multitudo generationis choleræ in ætate iuuentutis, & melancholiæ in fine eius, & multitudo pilorū in [b] [ossibus pectoris:] Et fortitudo appetitus cibi, & potus.

b B. sanguinis
b B. serfib.

ANNOTATIONES.

Habes hæc omnia quæ ab hoc capite ad duodecimum vsque, ex Gal. lib. art. med. quæ tu vide. Vide & Paulum lib. 1. cap. 37. ad 34. cap. 67

De signis complexionis frigidæ naturalis. Cap. 6.

Signa eius sunt contraria illis signis, & frigiditas cordis vincit caliditatem hepatis minus quàm vincat caliditas eius illius frigiditatem. Et quoniam sanguis habentis hanc complexionem est subtilis, & aquosus, & uirtus eius

eius est debilis, tunc multoties accidunt in ipso febres.

De signis complexionis siccæ naturalis.
Cap. 7.

a †B. & siccitas totius corporis. b B. Alia litera. pilorum. c B. succurrit siccitati hepatis succursu de quo sit curandum.

Signa eius sunt paucitas sanguinis,[a] † [ ] & grossitudo [b] [eius,] & vacuitas uenarum, & siccitas totius corporis, & spissitudo pilorum,& crispitudo ipsorum. Et cor sua humiditate non [c] [consequitur siccitatem hepatis,ita quòd aliquid ualeat] imo non uincit eam omnino. Verũ siccitas hepatis uincit humiditatem cordis ualde. Et caliditas cordis uincit humiditatem hepatis in ultimo.

De signis complexionis humidæ naturalis.
Cap. 8.

a B. temperat.

Signa eius sunt contraria illis signis. Et cordis siccitas quandoque [a] [consequitur] humiditatem hepatis parum valde. Verum humiditas ipsius vincit siccitatem cordis fortiter.

De signis complexionis calidæ & siccæ naturalis.
Cap. 9.

a B. serasif. b B. cũ repletione & duritie. c B. caliditas corporis, & durities eius.

Signa eius sunt,sanguis grossus. Et multitudo pilorum apud [a] [ossa pectoris. & amplitudo venarum [b] [sequens repletionem & durities.] & multitudo generationis choleræ, & melancholiæ in fine iuuentutis. Et [c] [siccitas corporis] si non diuersificauerit ipsam cor.

De signis complexionis calidæ,& humidæ naturalis.
Cap. 10.

a B. exuberãtia. b B. serasif.

Significant ipsam [a] [caliditas] sanguinis,& bonitas essentiæ eius.Et amplitudo venarum valida cum leuitate. Et quòd color est rubeus sine citrinitate. Et pili plurimi in [b] [pectoris ossibus,minus tamen eis,qui sunt in calida & sicca, & neque sunt in spissitudine eorum & crispitudine.& teneritas corporis,propter caliditatem & humiditatem ipsius. Et quum caliditas est dominans,remanet corpus sanum, & si humiditas est magis dominans, festinant ad ipsum ægritudines putrefactionis.

a B. Alia litera. Signa cõplexionis frigidæ naturalis sunt sanguis subtilis aquosus & frigiditas corporis, & humiditas eius,& priuatio pilorum in mirach,& multitudo generationis phlegmatis. Alia litera.

a [*De signis complexionis frigidæ & humidæ naturalis.*
Cap. 11.

Significant ipsam sanguis aquosus, & phlegmaticus, & paucitas pilorum apud ossa pectoris. Et,strictura venarum, venæ non repletæ,mollities,paucitas generationis choleræ, & melancholiæ in fine iuuentutis, & humiditas corporis si non contra operetur cor.

De signis complexionis frigidæ,& siccæ naturalis.
Cap. 12.

Significant ipsam paucitas sanguinis, & paucitas caliditatis sanguinis & corporis,& cõstrictio uenarum, & occultatio earum, & carũ durities.Et paucitas pilorum in mirach,& siccitas totius corporis.

De ægritudinibus accidentibus hepati.
Cap. 13.

a B. ægritudines. b B. spleni.

Hepati accidunt egritudines complexionis in proprietate suæ substantiæ, & ægritudines complexionis & apostemata,& vesicæ,& proprie apud panniculum,& rumpuntur apud spatium, & reliqua quarum singularum dicemus capitula. Et quandoque tolerat rupturam plurimum quam reliqua membra,& non timetur ex ea mors festina,nisi associetur ei eruptio sanguinis ex uena magna. Et quandoque accidunt hepati [a] [apostemata] per communitatẽ, & proprie in stomacho,& splene,& felle, & renibus,& diaphragmate,& pulmone,& mesaraicis,& intestinis & propriè superiorib. Sed stomacho,& [b] [diaphragmati,] felli & mesaraicis, & intestinis cõmunicant in primis venæ, quæ sunt a parte concauitatis hepatis, deinde peruenit nocumentum eorum ad hepar,& quandoque confirmatur. diaphragma vero, & pulmo, & renes communicant in primis venis gibbositatis,deinde peruenit ad hepar, & quandoque confirmatur. Et plurima communicatio,quę est, non est nisi propter stomachum, propter causam,cum qua corrumpitur digestio, & expellitur cibus indigestus, nisi sit causa alia. Et ægritudinum quidem gibbositatis,materierum expulsio secundum plurimum fit cum prouocatione vrinæ, & fluxu sanguinis ex naribus,& sudore, sed in egritudinibus concauitatis est illud cum solutione ventris,& vomitu cholerico,& sanguineo,sudore etiam in pluribus horis.

ANNOTATIONES.

Accidere iecinori omne morbi genus potest, & intemperies,& mala compositio,& solutio continui, siue id per essentiam, siue per consensum,primario uel secundario,quæ in sequentibus patebunt.

De signis malitiæ complexionis calidæ.
Cap. 14.

a † B. Alia litera. & carnis. b B. costis. c B. sicut. d B similia. & quũ incipit fluxus lotiuus.

Malitię complexionis calidæ signa sunt,sitis vehemens, & non absciniditur cum aquę potu,& paucitas appetitus cibi,& inflammatio,& citrinitas vrinæ,& tinctura eius,& velocitas pulsus,& frequẽtia eius & febres, & adustio sanguinis: [a] † [ ] & lędi a calefacientibus. & sequitur ipsam liquefactio incipiens ab humoribus,deinde a carne hepatis,& sequitur eã rasura intestinorum.et quandoq; desiccatur cũ ea natura absq; dolore [b] [lateribus:]aut grauitate,et multiplicatur cũ ea vomitus citrinus, et rubeus,et viridis ut succus porri. et est cũ ea egestio cholerica plurimum,et proprie si fuerit illic cum complexione materia, et si nõ fuerit minoratur sanguis, et exasperatur lingua, et extenuatur corpus.et quandoq; significatur illud ex ætate,et consuetudine,et arte, et regimine,et illa,quę media est, generat choleram,et superflua generat melancholiã,et ægritudines eius [c] [sũt ex] mania,et melancholia,et [d] [similib.et quando peruenit solutio ventris ad syncopim]cum casu appetitus, tunc plurimum eius est propter de-

debilitatem hepatis, factam a complexione calida. Et in plurimo ipsius est egestio sicca, adusta nisi ad hoc perueniat, ut adurat sanguinem, & humores, & carnositatem hepatis, & solutione uentris eam educat. Et quando incipit adurat sanguinem, est egestio sicut fæx. Et quando est in hepate adustio, aut apostema, aut dubellati, deinde egreditur cũ egestione aliquid [e] [nocens] grossum, tunc illud est carnositas hepatis iam putrefacta. Et non est omnis res nigra egrediens [f] [fæx. Et quandoque rectificatur ablutũ, & virulentum materiale:] deinde ingrossatur, & fit nigrum, grossum fœtidum, sicut fit in febribus pestilentialibus. Et quandoque egreditur post virulentum sanguis, deinde [g] [nigrũ] subtile.

e B. nigrum.
f B. mala & qñ que egeritur lotiuum, & virulẽtum aquosũ.
g B. Alia litera. melancholia.

ANNOTATIONES.

De intemperierum iecinoris notis pulchre & Trall. li. 8. & Paul. lib. 3. Vnum author hic notat, quum de calidæ intemperiei signis agit, quod paulo uidetur difficilius. nempe quando in iecinore adustio uel tuberculum uel apostema est, deinde per aluum quidpiam excernitur fœtidum et crassum, illud indicium esse substantiæ eius corruptæ, quæ excernitur. Quomodo autem fieri potest, ut a iecinore ad intestina crassa iecinoris substantia per angustissimas venas, quales ex ipso iecinore ad intestina erunt, deferantur? Cæterum, etsi angustissimæ eæ uenæ sunt, quo pacto tamen fæx sanguinis, atra, sipsa bilis ad intestina ex iecinore egeritur, ita & corruptam eius substantiam, ex corrosione in substantiam atræ bili crassitudine & colore non dissimilem conuersam educi rationi consentaneum est. Cætera quæ sequentibus capitibus scribit, pete ex Tralliano & Paulo. Vide & Gal. 5. de loc. aff. & 8. de comp. med. per loc.

cap 3. cap. 46.
cap. 7. cap 6.

De signis malitiæ complexionis frigidæ. *Cap.* 15.

SIgna eius sunt, albedo labiorum, & linguæ. & paucitas sanguinis, & difficultas cursus eius, & multitudo phlegmatis, & paucitas sitis, & corruptio coloris, & [a] [liquefactio materiei,] quandoque denigratur declinans ad viriditatem, & quandoque fit citrinus ad colorem phistici declinans. Et etiam albedo [b] [coloris, & phlegmatis proprietas, & grossitudo propter congelationem,] & tepiditas pulsus. & uehementia famis. Fames enim non fit [c] [nisi] ex stomacho tantum: Et paruitas digestionis bonæ, & quando frigus consequitur finem, priuatur appetitus. Et egestio quandoque est sicca, sine odore, & quandoque est humida, propter debilitatem attractiuę. & est decliuis ad albedinem, parui fœtoris. & quandoque subtiliatur cum ea egestio, & humectatur, verum non perseuerat ita continue, & non multiplicatur cum eo fluxus uentris, quamuis [d] [sit eius inceptio & euẽtus elongatus.] & in fine eius egreditur quoddam simile [e] [fœci sanguinis putrefacti,] non sicut [f] [sanguinis liquefacti.] & quandoque sequuntur complexionem frigidam post spatiũ quoddam, febres, propterea, quia sanguis subtilis, qui est in ipsa, recipit putrefactionem, quæ accidit est, & sunt febres prauæ, quas dicam in capitulo febrium, & quandoque est in initio earum, virulentus, subtilis, deinde ingrossatur, & denigratur. & quandoque est fluxus uentris similis lauaturæ carnis recentis, & illud cum appetitu in principio, significat frigus. & si accidat post illud casus appetitus, tunc est propter corruptionem humorum, aut propter causam aliam febris, & similium. & plurimum significationis eius, est, super debilitatem a frigore, & in fine eius redit appetitus, & fit superfluus secundum plurimum, & [g] [spasmatur] cum eo mirach. & quandoque significant ipsam ætas, & consuetudo, & cibus, & causæ prçteritę, sicut potus aquæ frigidæ in ieiunio, aut post balneũ, aut coitum, quoniam hepar inflammatum fugit ex aqua tunc uelociter plurimum. & si est illic materia, sentitur acetositas in ore, & humiditas in egestione. & quandoque est ad nigredinem, & uiriditatem tendens, & non ad citrinitem, & rubedinem.

a B. claritatis eius &.
b B. vrinæ, & phlegmaticitas eius, & grossitudo eius propter causam congelationis.
c B. vere.
d B. separatio & ei' egressio ꝓlongetur.
e B. sãguini putrefacto.
f B. Alia litera. sanguini lique- facto.
g B. corrugatur.

De signis malæ complexionis siccæ. *Cap.* 16.

SIgna eius sunt siccitas oris, & linguæ, et sitis, et durities pulsus, et subtilitas urinæ, et quandoque denigratur color. et si fuerit illic melancholia, aut cholera, scies significationes earum facile per ea, quæ sciuisti in primis.

De signis malitiæ complexionis humidę. *Cap.* 17.

SIgnificant ipsam, inflatio faciei, et oculorũ, et mollities carnis hypochondriorum, et paruitas sitis, nisi sit caliditas [a] [consumens] humiditatem, et humiditas linguæ, et albedo coloris, et quãdoque est cum ea citrinitas pauca. Quum autem vehemens sit frigus, et dominatur humiditas, est decliuis ad viriditatẽ, et quandoque debilitatur corpus propter mollitiem humiditatis.

a B. faciés ebullire.

Sermo uniuersalis de curis ægritudinum hepatis. *Cap.* 18.

IN hepate necessaria est conseruatio sanitatis cum similibus, et expulsio ęgritudinis cum contrario. et in regimine apostematum, et vlcerum, et nocumentorum quantitatis, et in oppilationum apertione, et reliquorum, ea, quæ sunt necessaria in reliquis membris. et melior quidem horarum ad sumendum in potu medicinas ægritudinum hepatis, et proprie propter oppilationẽ hepatis, et similia, est hora, in qua existimatur, quod illud quod penetrat ex stomacho ad hepar, et comprehenditur in ipso, iam est digestum, et separatum quod separari oportuit, et inter ipsum, et inter comestionem tempus interuenit conueniens. et in consuetudine hominum est hora, quæ est inter surrectionẽ a somno, et inter balneationem. et oportet etiam in hepate, ut tu nõ euacues medicinas aperitiuas, et resolutiuas, et [a] [quibus contrahitur] versus ęgritudines hepatis materiales, et oppilatiuas, et apostemosas, ex stypticis confortantibus, nisi existimes siccitatem superfluam. et nõ oportet vt ad summum perueniatur in infrigidatione hepatis, quantum possibile est, et perducat ad hydropisim: neque ĩ calefactione eius

a B. quæ dirigantur.

& perducat ad arefationem. Et propter hoc oportet ut scias quantitatem complexionis naturalis hepatis, quod curas, ita, ut quum reduxeris ipsum ad eam, stes. Et scias, quod cum tu erras in hepate, peruenit error tuus ad venas: deinde ad corpus. & ex errore quidem est, ut prouoces vrinam, ubi necessarium est te soluere ventrem, & est, vt sit materia in concauitate. Et soluas ventrem, quum te oporteat prouocare vrinam, & est, ut sit materia in gibbositate. & oportet quidem, ut medicinę hepaticæ optime terantur, & oportet ut sint subtilis substantiæ, quatenus ad ipsum perueniant, siue sint calidę siue sint frigidæ, siue stypticæ. Et subtiliantium quidem proprietas est, ut acuant sanguinem, licet sint aperitiua, quare oportet ut attendas illud, & sicut aqua radicum est ex summa aperitiuarum eius. Et subtiliantia eius generant quandoque humores diuersos, b † [ ] non proportionales, quare oportet ut quum frequentas eius potum, duobus aut tribus dieb. conuenienter cum aliquo lenias naturam. Verum vrinæ prouocationem aqua ipsa de radicibus operatur. Et omnes quidem endiuię species, & proprie amara, quæ ad c [rubedinem] declinat, conferunt læsionib hepatis, calefactis quidem cum syrupo acetoso, & infrigidatis cũ melle. Et hepar adib. iuuatiuum est cum sua proprietate, & carnes limaciarum similiter.

b † B. in hepate

c B. caliditatem

ANNOTATIONES.

Iecur sanguinis officina est, ut Gal. putat, quamuis Arist. primarium sanguinis gignendi munus cordi ascribat. de qua re antea. Sanguine uniuersum corpus alitur. proptereaq́, quanti momenti sit, curentur ne recte an perperam iecinoris affectus, ex hoc constat, quando totius corporis salus, perniciesve ex eo dependet. Quamobrem post communes a morbo sumptas indicationes, quæ contrariorum semper sunt plura hic notanda proponit, memoriæ commendanda. quæ ferè habes ex. Gal. 8 de comp. med. per loca. Vide & pro hoc capite Gal. 6. de tu. ualet. & 11. meth.

Cap. 6. cap. 3 Cap. 13. & 15.

De causis nociuis hepatis. Cap. 19.

SCias quod intromittere cibum super cibũ, & error ordinis eius, sunt ex rebus magis nociuis hepati, & potare aquam frigidam subito in ieiunio, & post balneum & coitũ, & exercitium quandoque producit ad frigidationem vehementem hepatis. a [Et quandoque accidit hepati inflammato ab ipsa, suctio velox, & multa ex ea.] Et quandoque perducit ad hydropisim. Et oportet in huiusmodi dispositione vt permisceas eam cum vino & non infrigides eã uehementer, & non traijcias eam impetuose deglutiendo, imo sugendo paulatim. Et viscosa quidem omnia nocent hepati ex parte, qua faciant possidere oppilationem. & frumentum est ex summa eorum, in quib. est uiscositas b † [ ] cum comparatione ad illud, quod est post hepar ex membris, quum digeritur in hepate. & non est omne frumentum ita, imo glutinosum. & vinum dulce facit accidere in hepate oppilationem, & ipsum abstergit illam, quæ est in pectore. & causa in illo est, ꝙ vinum dulce attrahitur ad hepar non gradatim, propterea quod hepar diligit ipsum ex hoc quod est dulce, & propter suam penetrationẽ ex hoc quod est c [potus,] quare non moratur in ipso quantitate, qua separetur fœx ab eo, secundum moram aliarum rerum grossarũ, imo superuenit hepati in grossitudine sua, & inuenit uias ad ipsum paratas, quoniam uiæ, quæ sunt inter stomachum, & hepar sunt amplæ secundum comparationem ad illud, quod uenit ad ipsum ex venis sparsis in hepate. Amplius quum comprehenditur in hepate, non moratur quantitate, qua separetur, & digeratur: imo expellitur subtile in uenas strictas illic uelocitate suæ penetrationis, & dimittit sedimen propter constrictionem uiæ. In pulmone vero res est e contrario, quoniam superuenit ei vinum dulce, quum iam colatum est, aut ex uia meatuum meri, secundum semitam resudationis, ex meatibus strictis ad amplos, aut ex uia concaua, quum iam dimittit fœcem, & vadit adhuc quum iam sit colatum, & transit in meatibus strictis ad amplos, quare colatur uice altera. & similiter reliquæ dispositiones non inueniuntur ei cum comparatione ad pulmonem.

a B. propter attractionem hepatis inflãmati: secundũ suctionem velocẽ plurimam ex ea.

b † B. comparationead hepar, & non est in eo hoc.

c B. vitium

ANNOTATIONES.

Non ingestio sola cibi, ante prioris alimenti descensum. non frigidæ solum potio, uel crassorum aut dulcium ciborũ assumptio iecur offendit, quorum hic author meminit, sed et acria omnia, & quæcunque demum intemperatiora sunt. præsertim tamen in uictus ratione superiora illa offendunt, ac potissimum frigidæ aquæ in ieiunio potus iecinori aduersatur, quod hæc sui frigiditate innatum hepatis calorem extinguit (unde hydrops sequitur, quod notat) & sui humiditate relaxat. admonitũ autem a medicis est omnibus, qđ & sequenti capite fusius, iecinori apta esse astringentia, quia id uiscus laxum est. Verum præterquam quod frigidæ potio refrigerat humectatq́, eadem quoque dum diuturniorem moram trahit, incrassat & obstruit, ex qua postmodũ obstructione concluso, & minime difflante calore, feruidiori intemperie iecur afficitur, ut in bilem conuertat omnia, fiuntque præterea etiam putredines, ad quas alia sequi uitia necesse est. Ita uero. viscida, dulcia & crassa, quæ sunt, quia obstruunt, lædunt, quare, quamuis vina dulcia naturæ maximè familiaria sint, quia tamen ab iecinore extra uentriculum attrahuntur celerius quam in uentre ipso concocta sint, sui crassitudine obstruunt, quod & Gal. 3. de rat. uict. in ac. asserit.

Com. 2.

De rebus conuenientibus hepati. Cap. 20.

EX medicinis quidem, conferunt ei omnia, in quibus est amaritudo, qua aperiatur, aut uirtus alia, qua aperiatur cum stypticitate, qua confortetur. & odoramento conueniente substantiæ spiritus, & prohibente putrefactionem, sicut cinnamomum, & summitates squinãthi, & myrrha, & similia. & ea, in quibus sunt ablutio, & abstersio, & mundificatio uirus mali, quũ non a [consequuntur in mollificatione summam consecutionis mellis] & ea, in quib. sunt maturatio, & lenificatio, et propriè cũ stypticitate et confortatione, sicut crocus. et quæ sunt cũ hoc suauia, sicut passæ. et velocis penetrationis, sicut vinum odoriferum pluribus hepatibus, in quib. nõ est caliditas uehemens, et quãdo medicina aggregat ad proprietates prædictas, sua-

a B. ulti[illegible] in mollificatione ultimitate a[illegible]

b B. rectius & cõ uenientius est ut sit amica hepati dilecta ab eo.

suauitatem, tunc b [fortasse est amica hepatis, diligens ipsum,] sicut passę, & ficus; & auellanę, & est vltimi iuuamenti. Et si est non recipiens putrefactionem, & corruptionem, tunc est magis ultimæ consecutionis in iuuando. Et altaraxacon quidem, & endiuia hortulana, & campestris conueniunt ei valde. Et confert c [frigida] ægritudini calidæ in hepate cũ proprietate sua, & qualitate contraria simul, quãuis qdã dicant, quòd illa, quæ est uehementer amara, est calida & confert aperiendo oppilationẽ propter suã amaritudinem, & confortando propter suam stypticitatem. Et confert ægritudini frigidę, cũ sua proprietate, & cum eo, quod est in ipsa de apertione, & confortatione. Et quando superfluit frigus in hepate, permisce quamlibet illarum duarum cum melle, aut cum aqua mellis, quoniam resistit mel infrigidationi eius, si timetur ex ea, & adiuuat ipsam ad reliquas operationes suas. Et quando exsiccantur ambæ, & sumuntur in potu cum melle & aqua sua, & decoquuntur cum melle, conferunt ualde, & aperiunt, & educunt humorem frigidum cum urina. & ex cibis quidem conuenientibus hepati sunt illi, quorum chymus bonus est. Et dulcia conueniunt hepati quare impinguatur eis, & magnificatur, & confortatur. Verum velocia sunt ad hoc ut faciant euenire oppilationem, propterea, quod hepar attrahit ea d [laboriose] associans ea humoribus alijs. Et propter hoc oportet, ut deuitet dulcia ille, qui habet apostema in hepate suo, quoniam ipsa conuertuntur velociter ad choleram, & faciunt accidere oppilationes. Et nocibiliora dulcia sunt, quę sunt ex eis grossa, propterea quia faciũt accidere oppilationem, & quę ex eis sunt calida, propter cõuersionem suam ad choleram. Et phistici quidem iuuatiui sunt propter suam aromaticitatem, & stypticitatem, & cõfortationem, & mũdificationem viarum cibi, uerum sunt uehementis calefactionis. Et auellanæ sunt conuenientes omnibus hepatibus, quoniam ipsæ nõ sunt uehementis caliditatis, & sunt aperitiuæ, & chymus earũ est bonus. Et hepar adib, & carnes limaciarum conuenientes sunt hepati cum proprietate, quę est in eis.

Alia litera. c —— B.

d B. impetuosè.

ANNOTATIONES.

Neque plane amara vel astringentia iecinori conferunt sed subamara & subastringentia, ut Gal. 8. de comp. med. per loca. amara nempe mediocriter, crassitudinem humorũ extenuant, incidunt & abstergunt, & repurgant. astringentia uero mediocriter uiscus ipsum corroborant. alioqui & quæ amarissima, laxam substantiam nimis dissoluunt, præter quam, quod naturæ inimica sunt, sicuti dulcia amica, unde & abhorret ea iecur & corpus totum. Ita & quæ nimiũ astringunt, eadem incrassant & obstructiones pariunt. Commendat ergo merito serim, quæ et modice incidit, attenuat, abstergitq́;, & mediocriter item astringit. laudatur eadem & a Gal. 8. de comp. med. per loca, & a Paulo lib. 3. & ab alijs demum omnib. conuenitq́; hæc tam in calido, quam in frigido affectu proprietate sua, ut hic author ait, non manifestis qualitatibus, caliditate aut frigiditate, alioqui enim neque frigidiori hæc intemperiei confert, quum excellenter calida non sit, neque calidiori, quia neque insigniter frigida. Quare & in sequenti capite utriusque & syluestris & domestici intybi temperamentum inclinare ait ad frigidũ, & inesse illis caliditatem, non quidem quæ calfacere apta sit, sed quæ aperiendo, sit efficax.

Cap. 8.

cap. 8. cap. 46.

De cura malitiæ complexionis calidæ in hepate.
Cap. 21.

Oportet ut sit subtiliatio in a [regimine] eius, & non perueniat ad ultimum. & ut caueatur in ea mollificatio uehemẽs, cum humectatiuis, aquosis. et caueatur in ea euentus oppilationis cum infrigidantibus grossis. & oportet ut caueatur in ea stupefactio ultima, imo oportet ut infrigidantia ipsum, aggregent ad infrigidationem, absterssionem, & apertionem, & penetrationem cibi, et stypticitatem confortantem non plurimam, & in aqua hordei sunt omnes istę proprietates, et endiuia quidem campestris, & hortulana ultima est in hac intentione. Complexio nanque ambarum decliuis est ad frigus non ualde superfluum. & est in ea b [caliditas] aperitiua, & non calefactiua, & stypticitas ęqualis confortans, imo peruenitur ex iuuamento ambarum, ut non noceant hepati frigido, & ponuntur ambæ in medicinis, c † [ ] sicut diximus in medicinis singularibus, & in areolis medicinarum hepaticarum. & quandoque comeduntur elixatę, & propriè cum coriandro humido, & sicco, & comeduntur cum aceto. & amirberberis habet proprietatem maximam etiam, & tamarindi etiam. & quum sentitur oppilatio in hepate, conuenit ut adiungatur illis ambobus, apium, quoniam aperit oppilationes ex quacunque duarum partium sint, & est ex eis, d [quorum penetratio est uelox, et similiter calefactio.] & ex eis, quæ conferunt ad illud, est, ut sumantur succi endiuiæ, & succi alkekengi & succi solatri omnium an. unc. ij. & succi coriandri humidi, & succi fœniculi omnium an. unc j. & s. admisceatur drac. s. croci, & sumatur in potu. & quandoque sumitur in potu oleum rosaceum bonum, & oleum de pomis cum aqua frigida, & temperat e [complexionem] hepatis. & ex eis, quæ conferunt hepati, quod habet malitiam complexionis calidę, est, ut sumatur ex f [alefrigius] aur. ij. cum zuccaro tabarzet, & aqua frigida, & etiam ut in potu sumatur succus cucurbitæ assatę, & aqua granatorum, & g [lac] uaccinum sine butyro, & aqua pomorum, & pirorum, & h [altharichi] & succus ros. recentium et quando non est febris, confert aqua i [lactucę] cum syrupo acetoso, omni die bibatur cum pondere iij. drac. myrobal. citrinorum, et pondere drach. j. de lacca abluta, et s. drach. seminis apii. Et quando k [separatio fit ex eo] duabus hebdomadis, bibatur lac camelarum fœtarum, incipiendo ab una libra vsque ad duas, et l [coquantur] in ipso medicinę diureticę, aperitiuę, facientes penetrare, sicut aliquid ex succo eupatorij, et ex semine endiuiæ, et semen cuscutę. Et quandoque sunt necessaria ea, quæ sunt sicut summitates squinanthi. Et quandoque est necessarium sumere in potu stupefacientia, et confectiones opiatas, et recipientes hyusquiamum, et philonium. Et ego abhorreo illud m [quum inuenitur ab eo iter. et vinum forte quandoque excusat ipsum, si bi-

a B. Alia litera. infrigidatione.

b B. Alia litera. amaritudo.

c † B. eius.

d B. velocitant penetrationem eorum & similiter syrupus acetosus.

e B. calidicatem

f B. alasfius.

g B. machid.

h B. aitarfir.

i B. casci.

k B. expeditus compleueris illud.

l B. ponantur.

m B. & non reperitur in eo iter. Et inueni forti quandoq. sufficit ei, ut bibat aquam frigidam.

si bibatur aqua frigida] valde in ieiunio,& cōferunt ei troch.de spodio,& troch. hemberberis frigidi,& troch.de camphora,& ex trochiscis conferentibus eis,est trochiscus huiusmodi. Recipe foliorum u [salicis]& foliorum nenupharis amborum ana.ℨ.x.rosſ.rubearum absque capitibus suis ℨ.xij.camphorę pondus ℨ.ij. &.s.& o [mellis rubei]& laccę ablutæ cum alfeniati,sicut est ablutio aloes amborum ana.ℨ.vij. p [gariophyllorum.] ℨ. viij.croci ℨ. iij. q [aristolochiæ.] ℨ.v.luti. r [alkabrusim] masti.capilli veneris omnium,ana. ℨ.iij. conficiantur cum aqua solatri,& endiuiæ,& fiant inde trochisci: & sit vnusquisq; aure.j.& sumatur ex eis s [omnis]trochiscus cum aqua solatri,& quandoque conferunt ad illud emplastra facta secundum hunc modum,sumatur portulaca & teratur,& ponatur super ipsum oleum rosaceum & infrigidetur,& fiat cum ea emplastrum. Aut sumatur amborum sandalorū ana.j.ℨ. t [gariophyl.] violarum siccarū,amborū an.† ℨ.s.& rosſ. vnc. j.s.& croci abluti vnc.s.& absinthij vnc. quarta pars,camphorę pondus ℨ.ij.adiungantur cerato facto cum oleo de u [salicibus ,] & liniatur super aliquid latum: & propriè folia cucurbitę,& folia acetosę,& folia siclę, & fiat cum eo emplastrum, & quandoq; emplastrum fit cum succis herbarum frigidarum,sicut succo cucurbitæ & cucumeris,& reliquis, quæ diximus in cap.eorum, quę bibuntur: & ponuntur in ipso x [hordeum,] aut sauich lentium,& effunditur super ipsum oleum rosſ. & fit cum eo emplastrum: & quādoque ponitur in ipso aliquid de ligno sandali,& y [gariophyl.] & camphora,& non elongatur quin ponatur in ipso aliquid ex odoriferis, & aquis fructuum odoriferorum,& quandoque roratur aliquid super ipsum de z [meuisus.] Cibi verò,quib.cibantur, sint sicut aqua hordei,& decoctio olerū prędictorum,& ipsamet olera decocta,& endiuia decocta cum coriandro humido,& lactuca, & sicla decocta,& a [passę acetosę,] & aqua lactis acetosi,& carnes limaciarum,et ex fructib.alzarur,et cydonia, & pira, & non multum sumatur ex illis ut non superflue addant in stypticitate,et generetur oppilatio etiam, & poma, et granata muza,et expressio vuæ acetosæ, et frangatur stypticitas eorum cum eis, in quib.est lenificatio,et mora alsemi,et ribes cum zuccaro, et acetum prępаratum cum aqua granatorū,et grana granatorum ante cibum, et post cibum melones,qui b † [ ] sunt superfluæ dulcedinis,et pręcipuè illi,qui c [nominantur raKi,et Palestini,et Indi, et non oportet quidem vt de istis medicinis sumantur illæ freqūeter,in quibus est cum infrigidatione stypticitas,] propter illud, quod in ipsis est de ui faciēdi accidere oppilationem,et non est malum sumere melones duros,paruę dulcedinis,et vuas,in quib. est durities carnis,et paruitas dulcedinis, et illas,quæ sunt muzæ ex vuis proprie,et conferūt ei cibaria facta de mes,et de cucurbitis,et de spinachijs,et lentib.cum aceto condita,et sine aceto,et quidam homines sunt, qui cōcednnt passas:sed oportet,ut sint decliues ad acetositatē: et auellanas,quoniam non est in eis calefactio plurima,et sunt aperitiuæ oppilationū, et sunt

u B. kales.
o B. sandalorū rubeorum.
p B. fausel.
q B. reubarbari.
r B. alchubrusi.
s B. omni die unus.
t B. fausel.
† B.unc.s.
u B. kalef.
x B. sauich hordei.
y B. fausel.
z B. misusen.
a B. alraib acetosum.
b † B. Alia litera. non.
c B. sciuntur ex genere zachi,& alfalestini, & indi, & qđ est ex illis medicinis, in quib.est cum frigiditate stypticitas,& oportet, ut non frequētetur comestio ipsarum pp illud qđ est in eis ex euētu oppilationum. Alia litera.& alfalestini,& indi & oportet,ꝙ nō frequentetur comestio.illarum medicinarum ī quib.est cū stypticitate frigiditas.

boni nutrimenti: oportet ergo ut misceantur cum eis,in quibus est infrigidatio aliqua, d [et stypticitas, et ex carnibus piscium paruorū decoctorum e [isfidebegi:aut cum aceto, et almosos, et congelata facta ex carnibus subtilibus, s. carnibus hœdi,et auium leuis digestionis,sicut est caro f [perdicum,et turturum] non superflue pinguium g [cum pomis pręparata .] et conferunt eis uentres auium aquę,et h [alguarascen cum aqua rosſ.et gallinæ cum aceto conditę] et similiter paruę aues cum i [aceto] præparatæ,et nocent eis hepar,et splen,et cor,et carnes grossę,sicut carnes hircorum, et arietum, et animalium neruosorum,et duræ carnis, sed caro uaccarum iuuencularum pręparata k [ut ea, quæ congelantur,] confert habenti fortem stomachum,et illum,qui digerit. Et oportet ut uitent oua cocta,donec fuerint dura, et assata,et uitent pinguia superflue, et nocet ei uinum ualde,nisi ipsum sit necessarium propter consuetudinem,aut propter debilitatem digestionis,tunc oportet ut sumant in potu parum subtile, l † [ ] quòd sit decliue ad albedinem.

d —— B.
e B. asfidbagi.
f B. coturnicū, & aluers,i.colūborum.
g B.& alfacht.
h B. anseres,& gallinæ pręparatæ cum aceto sis.
i B. acetosis.
k B. pręparata in gelatina.
l † B. Alia litera. aquosum.

ANNOTATIONES.

Habes præsidiorum calidæ,frigidæ,humidæ,& siccæ iecinoris intemperiei sylua ex Gal. ... *de comp.med.per loca, & Tral.lib.* ... *& Paulo lib.3.Ex ijs uerò etiam compositarum intemperierum curationem colliges.de qua re hic et in sequentibus capitibus particulatim agitur.*

Ca.8. ca.3.& 4 cap.46.

De regimine malitiæ complexionis frigidæ. Cap. 22.

EX eis,quę conferunt istis, est potare syrupū de absinthio,cum syrupo acetoso de melle. Et quandoque confert habenti frigidum hepar,ut dormiat in nocte super troch. de absinthio,et semina calefacientia nota sunt uehemētis iuuamenti, et similiter iuuatur cum administratione lactis camelarum arabicarum, non aliarum,cum pondere ℨ.v.usque ad x.zuccari. a † [ ] Hoc.n.temperat complexionem,et educit humores frigidos soluendo uentrem et prouocando urinam, et aperiendo oppilationes,et fortius illo est,ut dormiat super diacurcuma:aut dialacca, et athanasiam, et administrentur in b [syncopi] diacostum,et zingiber conditum cum aqua apij,et troc.de costo,et de lacca dicti in antidotario, et bibantur in ieiunio eupatorij,& assari ℨ.ij.et bibatur desuper vinum,et ex decoctionib.decoctio costi,et absinthij dicti in antidotario bibatur cū oleo amygdalino dulci, pondere ℨ. ij. et olei de phisticis pondere ℨ.ij.Et fortius illo est, ut bibatur cum oleo de neriden,et oleo amigdalino amaro, et oleo de kerua,et ēt cum decoctione huiusmodi Recipe seminis fœniculi,apij,anisi,masticis pondus ℨ.ij.et corticum radicis apij, et corticū radicum fœniculi amborum an.ℨ.x.et herbę eupatorij,et absinthij romani an.aur.v.et laccę,et calami aromatici,et costi dulcis, et amari, et c [aristol.] omnium an.ℨ.iij.et superiorum squināthi, ℨ.iiij. decoquātur in iiij.li.aquæ usq; quo redeat ad medietatē,et bibantur ex ea omni die

a † B.alhafer.
b B. vesperæ uel in sero.
c B.reubarbari

vnc. iiij. cum oleo phisticino quantitate ʒ.j. & s.& olei amygdalini dulcis, quantitate drachm. ij. Et quandoque confert eis si adhibeantur epithemata calida, & emplastra sicut stomachicon & emplastrum [d] [calcadis,] & emplastrum de meliloto, cum emplastro facto ex eis, quæ sunt sicut costus, & mirrha & spica, & neriden romana, & acorus & fœnugræcum, & similia. Emplastrum bonum ad illud. Recipe vsneæ berberis, mastic. meliloti, spicę, radicis lilij cœlestis, rosarum, partes ęquales, dissoluantur in oleo masticino, decoquendo fiat ex eis emplastrum mane & sero, & sit tepidum, & iterum emplastrum bonum. Recipet summitatum squinanthi: granorum alben, & mastic. & cordumeni, & amomi omnium ana. darchimet iij. aloes, & herbæ eupatorij, & absinthij, & superiorũ eius, omnium an. darkimet vj. spicæ aromaticæ, & cassiæ amborum an. darkimet ij. ireos [e] [uenarum] sampsuci] amborum an. darkimet ij. ammoniaci durkimet xxiiij. gummi albotim, & thuris amborum darkimet xij. [f] [gummi.] lib. j. & s. olei de alcanna quantum oportet ad conficiendum.] Et iterum emplastrũ. Recipe amomi vnc. j. carpobalsami, & bdellij, cordumeni [g] † [ ] thuris & croci, omnium an. vnc. j. & s & spicæ. [h] [semię,] vnc. ij. gummi albotim vnc. vj. soluantur thus & bdellium in uino: & dissoluatur crocus in ipso, & liquefiat gummi albotim in neriden, & terantur medicinę siccæ, & misceantur cum oleo de neriden, & vino, & proijciatur super ea parum de cera, & administra emplastrum. Et sumantur etiam cydonia & farina hordei, & cera, & medulla vitulorum, & oleum rosatum, & absinthiũ, & [i] [amomum, & galia, & crocus, & assarum, & mastix, & † gluten alimbat, & neriden. & sumatur ex eis] secundum quantitatem necessitatis, & fiat ex eis emplastrum. De cibis autem sumant męduilam panis calidi [k] [contritam] in uino, & contritam in [l] [andacoca,] & carnes leues, quę sunt ex carnibus auium paruarũ, & alcanabir, & alduragi, & perdicum & ventres anserum, & propriè omnia illa assata, & frixa, & cum seminibus condita, & caules decoctos in aqua trib. decoctionibus, conditos cum seminibus calefacientibus, & cinnamomo, & pipere, & cymino & similibus: & incidatur super ipso ruta. Et sorbitiones factas ex eis, quę sunt sicut fœnugręcum & medullę calidę, & quandoque ponitur in cibis endiuia, & proprie illa, quę est uehemẽtis amaritudinis. Et sunt quidam, qui dicunt ꝙ milium vehementer coctum confert eis, & illud apud me est prauum. Fructus autem, & simillia, quibus in secundis utuntur mensis, sunt sicut castaneæ, & pasæ pingues, & phistici propriè, & quidam sunt qui dicunt, quòd oportet vt abstineant a phisticis, & amygdalis, propter grauitatem amborum super stomachum, sed non oportet ut attendantur verba eorũ in phisticinis [m] [& amygdal.] Et ex eis, quæ conferũt eis, est caro limaciarum proprie preparata cũ seminibus, & oportet ut deuitent genera lactis, & pisces, & fructus humidos recentes, & carnes grosas.

d B. slarius.

e B. foliorũ maioranæ.

f B. ceræ.

g † B. ulchanæ myrrhæ.

h B. seim.

i B. alchana, & spica, & zafarã, & assarũ, & yreos, & gariophyllus. & ammoniacum, & mastix, & gluten alimbat & mensura caliditatis & frigiditatis eorum fit.

† terebinthina.

k B. infusam.

l B. alchandicó.

m ——B.

De regimine malæ complexionis siccę. *Cap.* 23.

Regimen eius est, cum humectatiuis prædictis ex cibis, & olerib. & epithematibus, & emplastris, et potionibus, et fiat declinatio cum eis ad æqualitatem, aut calidum, aut frigidum secundum qualitatem necessitatis, et cum hoc non oportet, vt superfluitas sit in humectatione ita, ut non perueniatur ad [a] [malitiam formæ, et mollitiem,] et hydropisim carnosam.

a B. cachexiá & mollificatioué seu inflatioué.

De regimine malitię complexionis humidę. *Cap.* 24.

Regatur cum exercitio, et minoratione cibi, et acceptione eius, in quo sit subtiliatio et exsiccatio, et proprie eius, in quo cum exuccatione est exsiccatio; et minoret potationẽ aquę, et deuitet lac, et nõ perueniatur in exsiccatione ad vltimũ, et perducat ad arefactionem.

De regimine malitię complexionis calidæ, et siccę. *Cap.* 25.

Vtatur habens eam cibis frigidis, et humidis, et herbis frigidis, et humidis, et propriè endiuia, et deuitet ea, in quib. est frigus, et [a] [siccitas] vehemens, et ex eis, quæ conferunt ei ualde, est lac asininum, de quo bibat debilis usque ad vij. sextaria, quum aliquantulo zucchari tabarzet, et non plurimo, et fortis usque ad x. sextaria, et utatur emplastris, et epithematib. frigidis, et humectantibus, et cum hoc toto, nõ oportet ut perueniatur ad ultimum in humectatione, et perueniat ad summum, cum ea mollificatio, et oportet ut deuitet rizi, et cyminum et [b] [condimenta,] et phisticos plurimos, sed parum ex phisticis quandoq; non nocet propter proportionalitates, et deuitet, carnes grossas, et membra grossa bonarum carnium, sicut hepar, et splen.

a B. stypticitas

b B. aromata solida.

De regimine malitię complexionis calidę et humidę. *Cap.* 26.

Administrẽtur infrigidantia, in quib. est stypticitas et exuccatio aliqua ex cibis, et medicinis, et si fuerint materię, administrentur et ea, quæ subtilient, quamuis non insit eis exuccatio, sicut est aqua casei, et zucchari tabarzet. Aut sumatur ex succo solatri, et alkekengi quãtitas quinquaginta [a] [gusneti] usq; ad lx. cum duob. aureis aloes ad fortem, et minus illo ad debilem. Aut medietas aur. de hiera cum duobus sextariis de casia fistu. dissoluta in sacraiati aquæ solatri, aut aquæ endiuię. Aut casiæ fistu. sola in aqua endiuiæ, aut aqua fœniculi, aut aqua solatri.

a B. pondera.

De regimine malitię complexionis & frigidę et siccę. *Cap.* 27.

Regatur cum emplastris calidis, et pinguibus lenibus, cum emplastris confectis, et alijs, et administrentur confectiones calidæ sicut dialacca, et diacurcuma. et confectio [a] [de lacca,] et homorusia, et athanasia, et [b] [Kokium] et de confectione [c] [Kenderucòn] quantitas ciceris, aut fabę cum aqua de radicibus, in qua cadunt [d] [olera] humectatiua., et administretur uinum

a B. cabd alm luch.

b B. chnsi.

c B. can fendas dicun.

d B. oleo

num subtile forte. Et quum fuerit illic constrictio naturæ, administra pilulas modi huius. Recipe serapini: ammoniaci, opopanacis partes æquales, seminis apij, & anisi amborum an. medietatem: & quartam partis, fiant ex eis pilulę; aut sufficiat serapinum [e] † [ ] cum vino eorum secundum necessitatem, & sit pondus eius vnius, aut duorum [f] [aur. aut] omnium, quum sunt omnes medicinæ administratæ. & dosis eius sit in debili j. aur. & forti ij. aur. Et oportet, vt tu obserues, vt non adueniat ultimus finis in mollificatione.

e † B. aut serapinum.

f B. pondus.

De regimine malitiæ complexionis frigidæ & humidæ. Cap. 28.

ADministra ex cibis, & medicinis ea, in quibus sunt caliditas, & stypticitas, & subtiliatio, & exsiccatio, & si est illic materia euacua eam cum eis, quæ sunt sicut aqua de radicibus fortibus, & sicut alkekengi, & sicut hiera Archigenis, euacuatione subtili, & subtilia regimen, & calefac ipsum, & sit cibus eius ex carnib. leuibus cum seminibus, & vinum sit forte, subtile, purum, parum, & administra confectiones magnas, secundum q̄ faciunt eas necessarias hora, & dispositio, & administra emplastra resolutiua exterius.

De paruitate hepatis. Cap. 29.

MInoratur hepar in quibusdam hominib. & est quandoque sicut ren paruus, & sequitur eius paruitatem, quòd quum homo assumit, qđ necessarium est ei de cibo, non capit ipsū hepar, & mittit ipsi stomachus illud, a quo constringitur, & facit illud accidere oppilationem, aut dolorem grauatiuum, & extensiuum: Aut læditur virtus hepatis in operationib. suis, propter coarctationem uirtutis eius operātis, sub virtute patientis superueniētis ei, quare destruūtur dispositiones attractionis, & digestionis, & retētionis, & separationis, & expulsionis. Et quandoq; comitatur [a] [sanguinolenta ventris egestio] & fluxus vētris, quoniam de chylo non attrahitur ad hepar illud, q̄ colatum est.

a B. diarrhæ.

De signis. Cap. 30.

QVandoque significant ipsam, ut sit euentus ab ipsa in hepate oppilationis, [a] [vt ventositas plurima;] & grauat ipsum cib. temperatæ quantitatis, & debilitatur corpus, propterea quia indiget cibo plurimo, & assiduatur debilitas digestionis, & multiplicatur euentus oppilationis, & apostematum, & certificat illud breuitas digitorū in creatione, & iam fuit homo cuius corpus non [b] [lædebatur a cibo in aliquo,] non ascendebat ad ipsum aliquid, de quo esset curandum, quare existimauit Galen. quòd ipse erat [c] [fastiditus propter] paruitatē hepatis & constrictionem uiarum eius. Rexit ergo ipsum regimine similis suis.

a B. & uentositatis plurimæ.

b B. accipiebat aliquid ex cibo

c B. patiens paruitatem.

De regimine ipsorum. Cap. 31.

REgimen ipsorum, preparatio cum cib. paruæ quantitatis, & plurimi nutrimenti, uelocis penetrationis, & ut asumātur separatim in uicibus, & administrentur medicinę solutiuę, & diureticæ, mundificatiuę hepatis, & subtiliatiuæ, & aperitiuæ.

ANNOTATIONES.

Quibus iecur minus est, quam oporteat: si a natura id fuerit certe nullo curationis genere maius reddi posse uidetur, fortasse aūt si ex morbo, ueluti atrophia (nisi confirmatus affectus sit) quamuis difficile admodum, restitui in naturalem amplitudinem posset. Hic author de naturali paruitate uerba facit, Gal. æmulatus lib. art. med. quæ curationem certe non habet, auxilium tamen admittit, ut in naturali hoc corporis uitio sanitas etiam conseruetur. nempe, quum tale iecur ob angustiam aptissimum sit, ut obstructiones experiatur: ea huic conferent, quæ tenuia sunt, quæve obstructionib. aduersantur, pauca. s. alimenta, & tenuia, & abstergentia, ob multitudinem, crassitudinem, & uiscitatem, a quib. obstructiones fiunt. Inter huius affectus signa breuitatem digitorum ponit, de qua re & li. 1. a nullo, uno forte excepto Rasi, animaduersum iudicium. contra quod tamen Auerrhoem pugnare dicebamus. cap. 73.

TRACTATVS II.

De debilitate hepatis, et oppilatione eius, & doloribus, & inflatione eius.

De debilitare hepatis. Cap. 1.

INquit Gal. hepaticus est ille in operationib. hepatis, cuius est debilitas absque re manifesta ex apostemate, aut dubellati. Verùm debilitas hepatis in ueritate sequitur ęgritudines hepatis, & illud aut est, propter malitiam complexionis singularis, sine materia, [a] † [ ] cuius principium est ex hepate in ipso, aut ex membris alijs, quæ sunt inter ipsum, & inter ipsa uicina, sicut est fel, quādo fit, ut non trahat choleram, aut splen quando fit, ut non trahat melancholiam, aut renes, aut uesica, [b] † [ ] aut matrix [c] † [ ] propter vehementiam retētionis menstruorum, & corrumpitur propter ipsam sanguis hepatis. aut stomachus quum non mandat ad ipsum chylū bonæ digestionis, [d] † [ ] aut illum, qui de eo corruptus est, aut propter intestina quum læduntur, & quando multiplicatur in eis humor uiscosus, & accidit inter ea & īter fel oppilatio, [e] [&] non separatur cholera [f] [ab hepate,] & remanēt plena, quare non recipiunt illud, quod [g] [vadit ad ea] ex sanguine, & hoc multoties accidit in cholica, aut propter communitatem membrorum pectoris, aut ex corpore toto, sicut fit in febribus, & quandoque est, non propter malitiā complexionis solam, imò propter apostema sāguineum, aut erysipilam, aut duritiem, aut cancrum, aut [h] [undimiam, aut propter ulcus, et scissuram, aut propter putrefactionem accidentem hepati, & debilitas hepatis totalis, aggregat debilitatem omnium uirtutum eius, et quandoque non est debilitas uniuersalis, imò est secundum aliquam quatuor uirtutum, & pluri

a † B. aut eum materia

b † B. cum fuerint non attrahentes aquositatem.

c † B. propter uehementiā fluxus sanguinis menstrui quare infrigidatur hepar, aut.

d † B. immo est mandans chylū debilis digestionis.

e B. quare.

f B. a felle

g B. sequestratur ad ipsū.

h B. trebeum l.

mum quidem debilitatur attractiua,& digestiua ex frigore: i † [ ] & debilitatur retentiua ex humiditate,& expulsiua ex siccitate.

i † B. & humiditate.

ANNOTATIONES.

Actiones, si rem diligenter perpenderis, etsi ex Galeni sententia a simplicibus partibus fiunt, ratione temperamenti: rectè tamen non fiunt absque compositarum partium sanitate, recta. s. compositione in formatione, magnitudine, numero, situ: itemque non absque communi simplicium & compositis partibus natura, ipsa partium continuitate. Quare, quum debilitas iecinoris nihil sit, quam eius impotentia ad actiones quas obire consueuit, attractionem, retentionē, coctionem, expulsionem: sequetur imbecillitas hæc omne morborum genus, rectéq; propterea ab hoc authore non in solā intemperiem, sed & in tumores, obstructiones & ulcera refertur, quamuis Galenus 5. de loc. aff. in intemperies, uel cum materia, uel sine materia, & in tumores dumtaxat rem detulerit.

Cap. 7.

De signis. Cap. 2.

Color est ex rebus, quæ significant secundū plurimum dispositionem hepatis. Hepaticus enim secundum plurimum est decliuis ad citrinitatem,& albedinem: & quandoque declinat ad viriditatem,& fuscitatem, sicut diximus in significationibus complexionum,& illius quidem hepar, cuius colorem uides secundum finem sanitatis, ægritudinem non habet. Et medicus quidem expertus cognoscit hepaticum,& stomachicū omnem, per colorem suū, non egens cū eo significatione alia: a [aut pauca.] & non est b [ad illud] nomen significans illum proportionale, proprium,& egestio,& vrina similes aquæ carnis, significant secūdum plurimum quòd hepar non est fortiter laborans in generando sanguinem, quare non separat materiā eius a chylo, neque colat ipsum ab aquositate, & hæc secundum plurimum est significatio debilitatis hepatis, & iste fluxus vētris lauatiuus in fine suo permutatur ad speciē aliam,& fit in habente complexionem calidā, virulentus, deinde fit sicut fæx,& sicut sanguis adustus, & multiplicatur ante ipsum solutio ventris cum cholera pura, & in habente frigidam complexionem fit sicut sanguis c [congelatus,] & perueniunt ambo d] simul] ad educēdas res diuersarum qualitatum, & substantiarum,& propriè in habente frigidam complexionem,& est, sicut accidit propter debilitatē digestionis stomachi,& plurimos eorum, qui debilitatem habent in suo hepate, comitatur,& proprie quum penetrat cibus, dolor leuis extēsus usque ad costas. e † [ ] Complexiones autem significant ex radicibus prædictis in cognitione malitiæ complexionis hepatis,& calida ponit humores f [expansos.]& frigida ponit humores grossos, tardi motus. & sicca ponit eos paucos grossos.& humida ponit eos aquosos,& illam quæ fit propter fel, quandoque significat color ictericus, & quandoque est cum ea egestio alba, quando est oppilatio inter fel & intestina. Facta uero communitate splenis, significatur per ægritudines splenis,& per colorem, in quo vincit nigredo. Stomachica vero significatur g significationes nocumentorum stomachi, & malitiam digestionis,& illa, quæ est per intestina significatur per puncturam,& uentositates, & rugitus,& per cholericam,& quæ sunt similia illis,& illa, quæ est per renes & uesicā, significatur per alterationem dispositionis urinæ ab eo, quod oportet secundum naturam, et declinationem formę ad g [malitiam habitudinis,] et hydropisim, et illam, quæ fit propter mēbra pectoris, significat malitia anhelitus, et tussis sicca, et quandoque inuenit habens eam in suspēsorijs grauitatem, aut tensionem. Signa autem apostematum, et duritiei, et ulceris, et scissuræ, et reliquorum dicam omnia in suo loco, quare oportet redire ad illa. Significatio vero debilitatis uirtutis digestiuæ est, quòd cibus penetrans ad membra est indigestus, aut paruæ digestionis, aut corruptę digestionis, conuersus ad qualitatem malā. quare multoties inflatur propter ipsum facies, et oculi, et est sanguis, qui currit per phlebotomiam, declinans ad aquositatem, et phlegmaticitatem, nisi sit ex debilitate retentiuæ, et non retineatur tempore, quo digeratur, et deterior specierum est, ut nō digeratur, deinde ut digeratur parum, deinde ut digeratur male. Dixerunt quidam duas primas sequitur fluxus uentris diuersarum partium, et tertiam fluxus uentris, sicut sanguis grossus, et hæc uerba sunt absque comprehensione, et ablutiuus quidem fluxus ventris significat debilitatem digestionis cum digestione pauca, et albus purus significat, quod attractiua est debilis valde, et digestiua h † [ ] penitus, pręcipue quum egreditur sicut intrauit, et si egrediuntur res diuersę, significat quòd corrupta est digestio, et vrina in hac intentione est magis significatiua digestiuæ, et egestio attractiuæ. i [Plurimum autem significationum debilitatis attractiuæ, est egestio,] et lenitas eius, et albedo ipsius, et quando est cum hoc in urina tinctura, significat quòd nocumētum est in attractiua tantum, et proprie quādo non est in stomacho nocumentum, et certificat debilitatem attractiuæ k [debilitas] corporis. Verū significationes debilitatis retentiuæ, sunt significationes debilitatis digestiuæ, propter defectum retentiuæ, ita ut perueniat ad membra nutrimentum illaudabilis digestionis, et secundum illam l [speciem.] uerūm est illud a digestiua plus, et a retentiua minus, et illud, quod est proprium retentiuæ, est quòd m [ab hepate festin at remotio expulsiuę, ita ut minoretur] separatio superfluitatum triū, et minoretur vrina, et minoretur cū hoc eius tinctura,& tinctura egestionis, et minoretur necessitas surgendi, non expellatur melancholia ad splenem, et minoretur appetitus cibi propter illud. et aggregetur in colore n [mollities] cum citrinitate, et nigredine permistis cum albedine, et multoties perducit ad hydropisim, et quandoque perducit ad cholicam phlegmaticam.

a B. simili huic.
b B. huic colori
c B. putrefactus.
d —— B.
e † B. mēdosas.
f B. adustos.
g B. cacexiam.
h † nō digerit.
i B. significationes aūt debilitatis attractiuæ est multitudo egestionis
k B. macies.
l B. uiam.
m B. hepar festinat ab eo remotionē repletionis sensatæ cum grauitate pauca post penetrationem cibi: sed signa debilitatis expulsiuæ sunt, qm̄ minoratur.
n B. inflatio.

ANNOTATIONES.

Iecur officina est sanguinis, propterea q; quia sāguine totū nutritur corpus, si rubicūdus color in cute effloruerit, uel flauus,

cap.5.cap.7.

flauus, ater, pallidus, liuidus, iecinoris, imbecilli uel temperati causæ patefiunt, ut testatur Gal. 1. de loc. aff. & 5. nisi forte illæso iecore, uel splen laborauerit, uel mesaræum, uel partes iecinori circumstantes. quod, quum quandoque eueniat, præsertim tamen cutis color sanguinem, & subiectum succum significat, nisi retrocesserit, quod Gal. & 1. aph. et commentario lib. de humorib. Hipp. 3. & alibi testatur. Neque uerò cutis dumtaxat color, sed & eorum, quæ per aluum excernuntur, & per vrinas, colores de iecinoris affectu significant, neque id solus color, sed etiam consistentia patefacit. hæc uero omnia diligenter author noster persequitur.

com.2.
com.25.

De cura debilitatis hepatis. *Cap. 3.*

SI cognoueris causam in debilitate hepatis, vtrum sit propter complexionem aut egritudinem officialem, aut alia, per signa predicta ad ea, tunc curabis totum cum cura predicta in ipsis. Et plurimum quidem debilitatis hepatis est propter frigus aliquod, aut humiditatẽ, aut siccitatem, aut propter materias malas retẽtas in ipso, & propter hoc est plurimum curæ eius cum calefactione subtili, cum apertione, & maturatione, & lenificatione permista cum stypticitate confortãte, & prohibente putrefactionem, & plurimum illius fit cum medicinis aromaticis, in quibus sunt apertio, & maturatio [a] † [ ] sicut crocus est, & quandoque conferunt etiam res muzę, in quib. est parum stypticitatis. Ipsæ enim sua acetositate confortant, & incidunt, & dulcedine abstergunt, [b] † [ ] sicut grana granatorum muzorum. Deinde considera partem caliditatis, & frigiditatis, secundum quod exquirit cõplexio, & [c] [cognosce cum ea] illud, quod calefacit, aut infrigidat, & de hoc genere sunt passæ cum suis interioribus, post bonitatem masticationis, & quum aliquid te uocat ad resoluendum, tunc non euacues ipsum a stypticitate, siue sit in apostematibus, siue in oppilationibus, aut alijs, nisi sit illic complexio sicca ualde, & quandoque indigemus propter retentionem materiei in ipso phlebotomia, & solutione uentris, & mensura secundum materiam: si est frigida, uiscosa, sit sicut agaricum, & si est ad subtilitatem decliuis, & caliditatem, † [d] [aut] est illic oppilatio, sit sicut succus eupatorij, & absinthium, cum quib. sint admista ea, quæ adiuuant, & quandoque non retinetur solutio uentris, & [e] [egestio sanguinolenta, & incipit] medicus adhibere medicinas stypticas, & prouenit ex eis nocumentum maximum: imò oportet in huiusmodi ut administres aperitiua, confortatiua, cum stypticis equalibus, & cum apertione [f] [pura,] & propriè aromatica, & propriè decocta in uino odorifero, in quo est stypticitas, & ex medicinis communibus speciebus debilitatis hepatis, & operantib. cum proprietate sua, est hepar adib exsiccatum, & contritum, de quo sumatur cochlearium j. cum uino, & quum curas hepar cum curis necessarijs, oportet ut tu peruenias tunc ad lac camelarum arabicarum. Et de medicinis bonis ad debilitatẽ hepatis est hoc medicamẽ. Rec. laccę ablutæ, [g] [aristolochię, aloes,] omnium an. drac. iij. succi eupatorij sem. fęnic. sem. atriplicis, oĩum an. drac. v. absinthij rom. drac. vj. sem. endiuiæ [h] [seminis anethi amborũ an.] drac. x. [i] † [ ] seminis apij drac. iiij. fiant ex eis troch. aut suffuf. & ex medicinis laudabi lib. prælatis alijs est hoc medicamen. Re. passarum enucleatarum aur. xxv. croci. aure j. & in alia scriptura medietatem aurei calami aromatici aur. ij. bdellij Iudaici aur. ij. & s. cinnamomi aur. i. casiæ medietatem aurei, spicę aromat. aure iii. squinãthi aur. ii. & s. myrrhę aur. iiij. gummi albotin aur. iiii. darsisahan aure ii. mellis aur. xvj. uinum quantum sufficit, & quandoq; ponũtur in ipso opiũ & semen hyusquiami [illegible], & existimat Gal. ꝙ hoc medicamen cõpositum est ex medicinis conuenientib. cũ suis proprietatib. hepati. Ex eis n. sunt, quæ stypticitatem afferunt temperatam cũm maturatione, & ex eis sunt, quę exsiccant, & mundificant virus malum. Et ex eis sunt, quę rectificant cõplexionem malam. Et ex eis sũt, quæ sunt contrariæ putrefactioni, & plures earum sunt species aromaticę, sicut cinnamomum, & casia: ipsa. n. ambo sunt cõtraria putrefactioni, & rectificãt complexionẽ, & expellunt causã corrũpentẽ: & mundificant virus malum, & expellunt ipsum, & resistunt medicinis mortiferis, et veneno, licet sit cinnamomũ fortius casia: et istæ duę medicinę sunt fortiores omnib. medicinis aromaticis alijs; sicut spica, et aliis in hoc capitulo: sed aldarsisahan, et crocus aggregãt ad stypticitatẽ maturationem, [k] † [ ] et rectificationem putrefactionis. Verùm passarũ pondus quãdoque ponitur minus multum propter dulcedinem suam, et ut sit magis conueniens, et est ex medicinis amicis hepati [l] [cõmunib.] ei; et hęc amicitia est melior proprietatum medicinæ iuuatiuæ: et in ipsa est ẽt maturatio et æquatio humorum, et non est velox ad corruptionem, et vinũ est ex medicinis conuenientib. dum non est aliquid, quod prohibeat ex eis, quorum rememoratio preterijt, et in ipso est contrarietas putrefactioni. Et in melle quidẽ est illud, quod scis. Et bdellium est lenitiuum, maturatiuum, resolutiuũ. Et similiter † glutẽ albotin, et in ipso est apertio, & abstersio. Et illud, in quo ponuntur opium, et semen hyusquiami al. est ẽt vehementis iuuamenti: quũ debilitas hepatis est associata caliditati alicui. Et propter hoc fit philonium cõiter iuuans habentes debilitatem hepatis secundum descriptionem suã. Et ex medicinis iuuatiuis, in quib. non est calefactio vehemẽs est, vt sumantur [m] [neriden] partes iij. et absinthij romani partes ij. et terantur, et cõiungantur cũ melle, et sumantur ex eo in potu. Et ex vaporationib. est, vt medicinæ aromaticę notæ cõiungantur, et decoquãtur in vino odorifero stiptico: et sint iã mistæ cum eis tortellæ, et ponatur in eo oleũ de neriden, et similia, et sumãtur cũ lana, et fiat vaporatio. Et emplastrum dictum in antidotario; et in ipso sunt agresta, et prępUtia vitium, et rosę, et oĩa, quæ dicta sunt in capitulo de debilitate stomachi ex emplastris, et [n] [medicinis.] Et emplastra composita ex cyperis, et mastice, et spica, et thure, et galla, et muscho, et nucib. cupressi, et superioribus squinanthi, et seminibus notis cõmistis cum [o] [meisis] et similibus. Et emplastrum quod sequitur ipsum: & em-

a † B. & stypticitas.
b † B. & aperiũt
c B. approximatum ea.
† B. aliquã &.
e B. diarrhea & fe... inat. Alia litera. & quandoq; difficilis seu argumẽtatur solutio uentris & diarrhea, & festi t.
f B. cõuenienti.
g B. reubarbari.

h —— B.
i † B. sem. cuscutæ drac. viij.
k † B & lenificationem.
l B. proportionatis.
† terebinthina.
m B. nardin.
n B. uaporationib. Alia litera. succis in modũ vaporationis administratis uel liniments.
o B. meisuson.

& emplastrum, quod est ex aloe, & mastice, & quando est hepatis debilitas propter caliditatē (& est ex eis, quæ fiunt parum. p [infra illud, qđ in ipsa dominatur)] oportet ut præcipiatur eis comedere cydonia, & mala Sceni, & pira Sceni, & granata muza, & acetosa, si non fuerit oppilatio plurima, & aqua endiuiæ, & aqua solatri. Et præcipiatur recipere ius q [alesfidabegi] colatum a pinguedine sua factum cum coriandro. Et si non fuerit caliditas uehemens, aromatizetur cum cinnamomo, & spica, & mastice. & cōueniunt eis r [almosium] plena coriandro humido cum pauca menta. & si non fuerit caliditas uehemens, ponantur in eis s [semina prædicta.] Et quum uides impressionem debilitatis in hepate peruenientem ad digestiuam, conforta cum eis, in quibus est stypticitas cum mensura, & aromaticitas, & sit in eis maturatio, sicut sunt medicinę in quibus ponuntur spica, & t [folium, et nux muschata, & coriandrum,] et mastix, et calamus aromaticus, & cyperi, & similia, & si fuerit perueniens uersus retentiuam, adde in confortatione & stypticitate, et minue de calefactione. Aut u [conforta] huiusmodi medicinas cum medicinis oppositis ei cum infrigidatione, sicut sunt balaustię, & rosæ, & hypoquistidos. Et si fuerit debilitas in attractiua, conforta cum eis, in quibus est stypticitas, x [& minora ualde ea,] in quibus est de stypticitate, mensura, quæ conseruet uirtutem hepatis, sed y [est in] eis aromaticitas, & calefactio. Et stude in hoc ut cures cum emplastris, & epithematibus, et unctionibus, quoniam ipsa uehementius sunt conuenientia in hoc loco. Et stude etiam in oppilationum apertione. Et si fuerit debilitas in expulsiua, conforta ipsam, & calefac renes, & calefac uiscera cum eis, quæ scis in capitulo suo, & aperi poros. Et scias quod quandoque fit omnis debilitas ex omni malitia complexionis. z [Et] quando est necessitas ut infrigidetur ita, ut digerat, & ita, ut attrahat: ergo considera malitiam complexionis dominantis, antequam consideres debilitatē. Verùm plurimum cuius causa cadit defectus in digestione, est ex frigore, & similiter in attractiua. Et cōuenientiores cibi sunt illi, in quibus nō est grossitudo, & viscositas, sicut carnes leues, & frumentum non glutinosum, & aqua hordei, calefactis secūdum dispositionem suā, & infrigidatis cum melle. Et uitelli ouorum sorbilium, & quæ sunt similia illis, & ex a [albe ret] iuuantibus eos est, romaniati cum passis, quum aromatizatur cum cinnamomo & pipere, & passa b † [ ] conferunt eis, ita quòd prohibent solutionem uentris similem aquę carnis.

p B. Alia litera. & quæ nō dominatur in ipsa
q B.alfichbegi.
r B.almosusat.
s B.species prædictæ.
t B. Alia litera. ponitur & fœniculus & nux muschata, & thus. Alia litera matis, & nux moschata, & thus.
u B.aggrega.
x B. minor ualde imo cū eis.
y B.fit.
z B.quare.
a B.albagiat.
b † B.pingues.

ANNOTATIONES.

Cap.6. *Curandi scopus in iecinoris imbecilitate est iuxta intēperiei contrarietatem, ait Galenus 8. de comp.med.per loc. Adde tu iuxta morbi cuiusq;, non intemperierum dumtaxat, sed morborum in compositione, & solutione continui contrarietatem. hoc enim frequenter repetimus, quod uidemus nonnullos in uerbis tantum Gal. immoratos perpetuo imbecillitatem, uel huius, uel alterius particulæ existimare, in sola esse intemperie. Multiplex uero hic præsidiorum genus pluribus explicat diligentissimus author noster. Tu pete & Gal.8. de comp.med.per loca. & Paulum lib. 3. & Trallianum lib. 8.*

cap.6.& 7. cap.46 cap. 4.

De oppilationibus hepatis. Cap. 4.

Oppilationes hepatis accidunt in a [carne] hepatis propter grossitudinem sāguinis, qui nutrit ipsum, & propter debilitatem expulsiuæ: aut vehementiā attractiuæ. Et quandoque accidunt in uenis, quæ sunt b [ab ipso, aut propter constrictionem earum propter creationē earum, aut propter accidens ex c [constrictione,] & similibus, aut propter earum inuolutionem in creatione sua, aut propter illud, quod currit in eis. & plurimum, quod est huius generis, est in ramis portæ, quoniam materia oppilationis peruenit ad eos prius d [per illud quod] colatur ab ipsa ad orificia uenarum ramificatarum ex uena ascendente, & iam dimisit fœcem illic. & propter hoc plurimum oppilationum non fit nisi in latere concauo. & quandoque peruenit ad hoc ut faciat accidere oppilationes in gibboso; & quando multiplicatur, & prolōgatur tempus eius in hepate, peruenit ad putrefactiones facientes accidere febres, & apostemata perducentia ad hydropisim, & ad generationem uentositatis, facientis accidere dolores prauos; & oppilationes quidem sunt ex matribus ægritudinum hepatis. & materia, quæ generat oppilationem: aut est humor oppilans propter suam grossitudinē: aut propter uiscositatem suam: aut propter multitudinem suam. aut repletionem factam ex eo: aut est apostema: aut uentositas: aut qualitas e [constrictiua.] Quod autem dicitur de ortu carnis, aut pororum, aut permanentia alicuius rei absque humore grosso, est longinquum, & parum, & rarum valde. & illud ideo, quoniam orificia uenarum sunt neruosa, super quorū similia nihil oritur, & sunt plura: tunc si oritur, non communicat omnibus secundum cōparationem unam. Sed efficiēs oppilationem est debilitas digestionis, & separationis, & debilitas expulsionis propter malitiam complexionis calidæ, & frigidę; aut alia generata in ipso, aut uenientia ad ipsum f † [ ] sicut comesta, grossa ex carnibus: & ex auibus propriè: & ex appetitibus corruptis, sicut carbonib. & gypso, et g [alusneti] & fungis, & quibusdam generibus pirorum, & sicut zatur, & quę sunt illis similia. Et radix in eis est grossities. Quandoq; enim sunt frigida, subtilia tenuia, & non faciunt accidere oppilationem, et quandoque sunt calida grossa, & propter h † [ ] grossitudinem suam faciunt incurrere oppilationes, & iam diximus in eis, quę pręterierunt, quòd res quandoque sunt grosse per cōparationem ad hepar, non grossæ per comparationem ad ea, quę sunt post ipsum, quum digeruntur in hepate, sicut triticum glutinosum, & multoties i [cōfortat naturam] ad expellendum materias oppilationum, aut adiuuat ipsam curatio, & egrediuntur, aut in egestione, si fuerit oppilatio in latere concauo, aut in urina si fuerit oppilatio in latere gibboso, & apparent humores k [permisti] grossi.

a B. uacuitate carnosa.
b B.in:
c B.stypticatione.
d B.deinde.
e B.styptica.
f † B. Alia litera.de foris sicut aer & alia, sed passum quod ē materia oppilationis est.
g B.alasnan.
h † B. Alia litera. caliditatē &.
i B. confortatur natura.
k B.diuersi.

ANNO-

ANNOTATIONES.

Obstructione frequenter iecur corripitur, tum ob uasorum eius angustiam, tum ob succos, qui ad ipsum & crassi, & incocti continue perferuntur. Fit uerò hæc interdum in ipsa iecinoris substantia uel caua uel gibba, eius. s. poris superfluo uel crassiori humore oppletis, quamuis quidam id suspiciant, interdum uero & in uenis ad ipsum a uena porta pertingentibus. Huius causa eadem, quæ in cæteris omnib. materiæ crassitudo, uisciditas, & multitudo est: siue in iecinore genitæ, siue a uentriculo, cerebro, liene, aut aliunde aduectæ. Etsi enim nonnunquam mediocriter se habente materia, quæ illuc perfertur, solum vitium in naturali uenarũ angustia est, proxima tamen, & (ut ita dixerim) contentiua huius obstructionis causa, materia est: quæ licet mediocris sit, collata tamen iecinori, uel crassior, uel copiosior est, uel viscidior. Quod uerò talis materia gignatur, plures causæ sunt & internæ & externæ. Internæ, ut iecinoris uel frigiditas, cuius ratione crassa remanent, quæ in iecur perueniunt, uel etiam immodicus calor, a quo exhausta & dissipata tenuiori materia, crassiores partes supersunt. quandoque etiam siccitas, dum nimis agit, crassiorem materiam ipsam reddit. Externæ uero causæ, & alimenta sunt crassiora, viscidiora, plura, astringentia nimis, sicciora, calidiora, frigidiora, peruersa uiuendi ratio, cuius causa cruda in iecur alimenta trahuntur. Fieri etiam obstructio in iecinore potest ex inflammatione. de qua postea, uel ex adnata carne, de qua hic meminit, sed hac rarò. Adde & ex arctioris uel indumenti, uel uinculi, uel alterius rei cuiuspiam cõpressione. Addunt alij, & ex flatibus, sed uere flatus, quum humorib. multò sint tenuiores, non obstruũt: nisi hac forte ratione, quod dum ipsi uberiores hanc partem extendunt, coniunctos illi meatus comprimunt, & astringunt.

De signis. *Cap.* 5.

[a] [Signa oppilationis sunt] vt non attrahat hepar chylum, quoniam non inuenit meatum; aut quoniam virtuti attractiuæ proculdubio associatur nocumentum. Et comitantur illud duæ res: vna earum est ex eo, quod expellitur, & altera ex eo, quod retinetur, & illa, quæ est ex eo, quod expellitur, est, vt sit egestio subtilis, chylosa, plurima, subtilis quidem, quoniam aquositas [b] [cholerica] non inuenit viam ad hepar. sed chylosa, quoniam hepatis operatio nõ præualet in ipso ita, ut cõuertat ipsum a sua chylositate ad sanguinem. multa uero quoniam illi, cuius proprietas est vt in egestione expellatur fæx, iam additum est illud, cuius proprietas est ut penetret ad hepar, & conuertatur plurimum eius in sanguinem, & separetur plurimum eius factum aquositas, & separetur pars eius facta cholera, & pars eius facta melancholia. & hoc totũ additur ad illud, cuius proprietas est, vt egrediatur factum egestio, quare multiplicatur [c] [eius nocumentum.] Illud autem, quod sequitur ex eo, quód retinetur in ipso, est grauitas sensibilis in partibus hepatis, & illud ideo, quoniam illud, quod expulsum est ad hepar, quum in ipso cõprehenditur, [d] [raro expellitur ad egestionem secundo, & neque expellitur ab ipso ad aliud: tunc ipsum multiplicatur & repletur ex eo, qd' penetrat in ipso a penetratione, & grauatur, & quanto magis quũ est illic apostema, est grauitas in parte apostematis tantum, & non est plurima oppilatio ualde.] Verũ dolor est vehemẽtior [e] [eo, qui est in oppilatione pura, cum qua non est causa alia faciens dolorem plurimum.] quod si est, est res parua, & non est febris. Et apostema quidem significationes apostematis significant, & quæ egrediũtur ex parte vrinæ, & egestionis, & aliarum, quæ sunt de illis, quæ dicuntur in cap. apostematis. Et oppilationem quidem habens est pauci sanguinis, & corrupti coloris. Et quum illic est vẽtositas, significat ipsam cum grauitate extensio mutabilis. Illam autem, quæ est secundum semitam constrictionis significat antecessio causarum stypticitatem facientium, sicut potus aquarum constipantium ualde, & significat ipsam siccitas manifesta in corpore. Et quandoque sequitur oppilationem difficultas in anhelitu etiam, propter communitatem membrorum anhelitus cum hepate.

a B. summa signorum oppilationis est.
b B. & res, quæ colatur, vel colatura.
c B. Alia litera. ipsa de necessitate.
d B. raro expellitur ab eo ad aliud, & etiã ad egestionẽ secundo, aut si nõ expellitur ad aliud oĩno. tunc multiplicatur, & repletur ex eo id, in quo fit penetratio versus rẽ oppilantem prohibentem a penetratiõe, & grauatur, & quõ magis, cum non expellitur. Et grauitas est in apãte et, sed cũ est illic apostema est grauitas in parte apãtis solum, & nõ est vehemens valde. Alia lrã. quum cõprehẽditur in ipso antequã expellatur ab eo ad aliud, & ad egestionẽ secundũ, aut si nõ expellitur oĩno, tunc ipsũ multiplicatur, & replet ex eo quod penetrat ad clausuram, seu oppilationem prohibentem a penetratione, & grauatur, & q̃to magis, quũ non expellitur. & grauitas est in apãte etiam, sed quũ est illic apã est grauitas in parte apãtis tm̃, & non est vehemens valde. Alia litera. ad egestionẽ secundo, & cũ nõ expellatur ab ipso ad aliud, tũc ipsum multiplicatur, & repletur ex eo illud, in quo fit penetratio. ita ut efficiatur oppilatum prohibens penetrationẽ. Et similiter quũ est illic apã est grauitas in parte apostematis tm̃, & non est plurima, neque vehemens valde.
e B. ea, & in oppilatione pura, cum qua nõ est causa alia, non est dolor plurimus.

Cap. 8.
commen. 52.
cap. 4.
cap. 8.

ANNOTATIONES.

Iecoris obstructionem sequitur dextri lateris distentio, & grauitas, & mediocris dolor 2. de loc. aff. & 7. aph. quæ eadem fere & in inflammatione eiusdem sunt uisceris, sed & dolor maior, & febris, inflammationes comitatur. Præterea uero obstructionem sequitur, & deiectorum liquidorum, & tenuium copia: nempe quæ ex alimentis ferri ad iecur consueuerant, intercluso itinere, per intestina excunt. Adde &, quod urinæ, ut testatur Actuarius 1. de causis urinarum, paucæ spectantur. Adde item sanguinis in corporibus penuriam, & prauum eorundem colorem. ac postremò, ut ait author, etiam difficultas respirandi ob consensũ thoracis cum iecinore sequi solet, quod et Gal. 2. de loc. aff. ob ipsius videlicet diaphragmatis compresionem.

De cura oppilationum hepatis. *Cap.* 6.

Medicinæ, quæ necessariæ sunt in curatione oppilationis accidentis in hepate ab humoribus, sunt medicinæ abstersiuæ, & illæ, in quibus est solutio uentris temperata, & prouocatio vrinæ secundum necessitatem. Quumque oppilatio est in latere concauo, administra ea, quæ uentrem soluant. Et si oppilatio est in latere gibboso, administra ea, quæ sunt diuretica, & melius quidem est, ut tu præmittas eis illa, quæ incidunt, & aperiunt, & abstergunt. Et quando antiquatur oppilatio, indiget phlebotomia basilicæ, & solutiuo. Hora autem sumendi in potu, & quod oportet considerari post potum, sicut aqua de radicibus, & similia, iam dicta est in canone uniuersali, & istæ medicinæ abstersiuæ, quandoque sumuntur in potu in aqua radicum endiuiæ, [a] † [

]& sccha, & chamæmillæ, & alhachoden, & squinanthi, & cuscutæ, & fumiterræ, aut in uino: aut decoctione seminum, aut decoctione absinthij. Et si non videtur in vrina sedimen manifestum, & signum decoctionis, non oportet vt in potu dentur fortia. Quumque causa est apostema, aut uentositas, oportet vt curetur causa cum eis, quæ dicemus in suo cap. Et confert in huiusmodi sumere in potu lac camelarum, & succedere ei cum solutione uentris facta cum aquis olerũ, et casia fist. & similibus, & diureticis subtilibus, in

a † B. & aqua eius, aut in eo, sicut est lac camelarũ arabicarũ nutritarũ; sicut ex fœniculo, & endiuia, & sceha & chamæmilla & alhachuan. Alia litera. in radicib. endiuiæ, & aqua eius.

in quibus non sint ebullitio, & caliditas cum eis, quæ dicentur in suo cap. & quum causa est constrictio in creatione, aut corruptio situs in venis, adhibe regimen eius, qui habet paruum hepar: & si est propter b [constipationem accidentem ex siccitate] regatur cum lenitiuis, maturatiuis ex lacte, & alijs de illis, quæ dicentur in capitulo suo de humectatione hepatis, & medicinarum quidem aperitiuarum, aliæ sunt frigidæ, & aliæ sunt proximæ æqualitati, & aliæ sunt calidę, quæ sunt necessariæ in chronicis. Frigidæ verò sunt sicut endiuia hortulana, & campestris, & taraxacon, & aqua plantaginis cũ folijs & radicibus suis, & omnia, quæ prouocãt cum infrigidatione: & cuscute est aperitiuum c [valde, & non est potandum in calida, &] reubar. & similiter absinthium etiam; nam licet sit in eo caliditas quędam, non est tamen malum vti ipso in oppilatione associata caliditati, & frigiditati simul, d [sicut oportet ut ipsum administretur, aut decoctio eius] & propriè e † [ ] in aqua endiuiæ & radicis eius, & eupatorij, & amygdalarum amararum. Ipsa.n. omnia proxima sunt. Et proximi istis sunt succus fœniculi humidi, & succus f [absinthij] cũ syrupo acetoso g [fortium seminum.] Et si necessaria est h [plurima] caliditas, cum melle, & aqua eius, & syrupo acetoso mellino. Æqualitati autem vicinæ sunt sicut lupini. Ipsi nanque sunt medicina melior, qua petitur apertio hepatis absque calefactione, aut infrigidatione, & chamępithyos est eis proxima, sed est calidior eis parumper, & si potetur ex ea cum aqua endiuię, temperat, & acetum squilliticum, & oxymel squilliticum, & asparagi, & radix lilij est huiusmodi generis, & lacca etiam, & ista quidem potantur secundum necessitatem, aut sicut cum aqua endiuiæ, aut aqua cuscutę, si fuerit, complexio habens caliditatem: aut cum uino, & aqua seminũ, & aqua lupinorum i [calida,] & decoctione absinthij, & similibus, & syrupis acetosis secundum ordines suos, & aceto de alliis, & aceto de aniuden, & de capparibus. k [ ] Illæ autem quę sunt ad caliditatem decliues, sunt diuretica fortia, sicut assarum, & cassia, & l [petroselinum,] & aristol. ro. & rubea, & ireos, & phystici, & agaricum, & epithymũ, & squilla, & polium, & centaurea minor, & succus eius, & gentiana, & syrupus acetosus de melle, & squilliticus, qui fit cum rubea & similib. & ficus infusę in oleo amygdalino. Et ex medicinis compositis fortibus, sunt trochisci plures, quorum descriptiones dictæ sunt in antidotario, sicut troch. de lacca, & de absinthio, & troch. de scolopendria, & dialacca, & diacurcuma, & homorusia, & athanasia, & theriaca de iiij. & m [iocrugene,] & araiton. & confectio de gentiana, & cõfectio de reubarbaro cum scãmo. & sine scammonea, & confectio faracusten, & cõfectio de aniuden nigro, et cõfectio diapipereon, & diacalamenthum proprie, & philonium, & diamuschatum amarum, & confectio, quam dicam in antidotario facta ex muscho, et suffuf, et pilulæ, quas dicam in loco suo, illic in duritie hepatis et splenis. Confectio fortis in apertione oppilationum hepatis, et splenis. Rec. ammoniaci vnc. i. masticis, thuris, amborũ an. carmet. v. costi, eupatorii, amborum an. carmet iiii. piperis, et longi piperis, amborũ an. carmet vj folij carmet viij. spicæ aromaticæ, et stercoris leporis amborum an. carmet vij. conficiantur cum melle dispumato, et fit dosis eius cochlearium i. cũ vino, in quo infusæ sunt aliquæ medicinæ facientes deoppilationem, aut cum aqua de radicibus. Et ex eis, quæ sunt faciliora illa, est, ut sumãtur spicæ romanæ partes iij et absinthii pars i. & terantur, et conficiantur cum melle, et dentur. Et iterum agaricum cum succo eupatorii iuuatiuum est valde. Et ex illis est, ut in potu detur radix n [rubeæ] cum syrupo acetoso. Decoctio conferens ad oppilationes hepatis, et splenis. Rec. squillę, et capilli ueneris, amygdalarũ amararũ, fœnugræci, extremitatis absinthii partes æquales, decoquantur, et sumatur decoctio eorum cum melle. Confectio ualens ad oppilationem hepatis propinqui temporis. Recipe piperis, vnc. i. et s. spicę aromaticæ carmet iij. aut. vi. secundum diuersitatem scripturarum, fœnugręci, costi, assati, an. carmet vi. mellis, lib. i. et s. conficiatur cum eo, et fit dosis eius cochlearium i cum aliquibus syrupis conuenientibus ad hanc rem, et ex syrupis est syrupus acetosus de zuccaro cum seminibus, et fortior illo est mellinus cum seminibus, et squilliticus, et aqua mellis, in qua fortiter decoctę sunt species aromaticæ, in quibus est stypticitas. Et decoctio lupinorum amarorum, in qua ponitur succus eupatorii. Et decoctio in qua ponuntur radices capparis et radices apii, et radices fœniculi, et squinanthum et lacca, et rubea, et fœnugræcum, et decoctio eupatorii, et syrupus de absinthio, et infusio eius, et infusio facta ex aloe, et aniso, et amygdalis amaris. Solutiua autẽ cõuenientia ad hoc capitulum, ubi oportet ut solutio ventris fiat, non oportet ut administrentur ex eis fortia, nisi quum vehemens est necessitas: imò oportet ut sint leuia, quoniam materia est in eo, quod proximum est medicinæ, et quoniam membro, si uirtuosum est sufficit qdlibet adiutorium ad expellendum, et medicinæ bonę ad hanc rem sunt hiera picra, et polypodium, et agaricum, et absinthium detur in potu hiera picra forti vsque ad aur. i. et s. debili vsque ad aur. Et est cum oleo de kerua conueniẽtior, et fortior, et melior. Et suffuf de turbit cũ polio dictus in antidotario, iuuatiuus ex eis valde. Ipse enim aperit, et soluit uentrem simul. Et quum necessaria sunt solutiua fortia, non est excusatio, quin dentur ea, quę sunt pilulę stomachicę, et pilulę de serapino Et quãdoq; sunt necessaria ea, quę sunt sicut o [theodoricõ et logodion.] Emplastra uerò, sicut emplastrum factum ex polio, et farina lupinorum, et seminibus diureticis, et sicut emplastrum factum ex p † [ ] fœnugræco, et ammoniaco, et absinthio, et chamędryos, et mastice, et croco cum oleo de nereiden, et cera. Eius autem regimen cum cibo est, quoniam oportet ut alienet omne grossum ex carnibus, et pane azymo, et pane facto ex simila uiscosa, glutinosa, et uinum grossum et dulce, et rizi, et milium, et pedes, et capita, et frixa q [siccata et assata siccata,] imò ea, quæ sunt sicca r [de-

b B. stypticitatẽ & siccitatem.

c B. bonum. Et nõ est vehemẽs seu exuberãs in calore, & similiter.

d B. & oportet vt dormiat sup ipsum aut supra decoctionẽ ei9.

e † B. in aqua cuscute &.

f B. apij.

g B. forti cum seminibus.

h B. maior.

i —— B.

k † B. & aceto cepe alzir.

l B. fetrasalion.

m B. saganes.

n B. peoniæ.

o B. mithridat9.

p † B. assa fœtida. Alia litera. & sit assa fœtida.

q B. fanich siccũ. Alia litera. exsiccantia, & fuich exsiccantia. Alia litera. exsiccãtia, & assata exsiccantia.

r B. elixata. s B. alchabiffe, & alfaludegi, & alchathahif. t B. attrahat. Alia litera. alteret.

r [decocta] sunt conueniētiora ei, & dactyli, & dulcia, & omnia propriè, in quibus sunt viscositas, & grossitudo, sicut s [alanascati & albahitati & alfeluden & alcahif]. Et deuitet omnia quæ diximus esse de illis, quæ generant oppilationem: & oportet ut non succedat cibo eius balneum, & t [resoluat] ipsum natura loco eius, quod ab ipsa resoluitur, & ipse non est digestus. Et similiter oportet, vt non vtatur super ipsum motu, neque exercitio, & neque bibat super ipsum plurimum. Et elonget inter comestionem, & potum, & propriè potum uini. Ipsum enim intromittit cibum non digestum ad hepar. Et oportet ut sit massa panis eius plurimi fermenti, & salem habet u [quantum sufficit, & parum plus.] Et hordeum, & alcandaros, & cicer, & triticum leuis ponderis, & fabe x [& omnia bona] sunt ei. Et non est malum tribuere vinum antiquum, subtile, purum. Et oportet ut admisceantur in cibis suis, porri, & similia, Et asparagi iuuatiui sunt ei, & cappares.

u B. & fit panis bene coctus. x B. Alia litera: omnes bonæ.

ANNOTATIONES.

Si ex materię multitudine, iecoris obstructio dependeat, euacuantibus tollenda. si ex humorum vsciditate, abstergentibus, si ex crassitudine; attenuantibus. A iecinoris cō cauo venę plures in ventrem atque intestina disperguntur, à conuexo autem crassior ea vena emergit, quam cauam vocant. Quamobrem, ubi crassiores iecinoris humores attenuaris, vbi viscidos absterseris, educendi ij erunt, si affectio quidem in concauo hepatis est, per aluum, quòd ea pars intestinis contigua est, si in conuexo, per vrinas: tracta videlicet materia per venam cauam ad emulgentes, ac deinceps per renes ad vesicam. quare & Galen. 13. meth. & sæpe alibi in iecoris inflammatione concaua affecta parte aluum subducit; affecta gibba urinas ciet, quod & author noster hic obseruat, & alibi affirmat. Vnum hic Auic. aduertit, quod ambiguum videtur. nempe, quum morbus protrahitur, missione ait sanguinis esse opus. At cur initio potius venam non secat? Sanè ęmulatur hic Paulum lib. 3. qui, si morbus in vetustatem abierit, etiam venæ sectionem, & purgationem esse ait adhibendam. Ait autem vel mittendum sanguinem, vel purgandum, quòd si quispiam pręter sanguinem humor redundet, sanguinis missione non educitur: sin etiam sanguis exuberet, purgatione non euacuatur. Existimarim tamen obstructionis initio si eam ex sanguinis copia esse cognoueris, statim à venę sectione auspicandum. Quod reliquum est de iecinoris obstructione, pete Gal. 13. meth. Trallianum lib. 8. & Rasin 9. ad Almans. & Gal. lib. art. med.

Cap. 46.

Cap. 15. cap. 2. cap. 95.

De inflatione, & ventositate in hepate. Cap. 7.

Qvandoque aggregantur in partibus hepatis, & sub partibus panniculorum eius vapores: Quum ergo retinentur, & inspissantur & conuertuntur in uentositates inflatiuas, & non inueniunt meatum: aut propter suā multitudinem. aut propter oppilationem in hepate, tunc illud est inflatio in hepate. & quandoq; a [est] cum ea extensio plurima, & non est in ipsa grauitas plurima, sicut est in apostemate. & oppilatione, neq; febris sicut est ī apostemate. Et accidit aut propter debilitatē uirtutis digestiuæ, aut quoniam materiæ cibalis, aut humorosæ proprietas est, vt commoueat uentositatem. & quandoque est hæc uentositas retenta sub hepate, sicut retinetur sub splene, & mouet eam compressio b [sub hypochōdrijs:] & illud quod plurimum significat supra uentositatem, ex tensio incipiens, deinde additur, & in ipsa est permutatio quędam & non sequitur eam alteratio dispositionis in forma, & colore egredientis a consueta. Et quandoque sedat compressio inflationem, & resoluit eam & c [consumit] materiam eius.

a B. sentitur.

b B. & facit accidere rugitum.

c B. spargit uel separat.

De cura uentositatis & inflationis in hepate. Cap. 8.

APproximat cura eius, curę oppilationum, & est cum medicinis subtiliatiuis, resolutiuis, prædictis in ipsa, & confectionibus prædictis, & conferunt ei balneum in ieiunio, & uinum purum in ieiunio, & paucitas potus aquę frigidæ, & uaporationes cum panno calefacto, & cum a [alefeniati] resolutiuis. Et emplastra facta cum mastice, & squinantho, & spica & grano de ben. & emplastra facta ex eis quæ sunt sicut oleum de nereiden, & mastix cū seminibus. & si uaporatio mouerit, tunc oportebit vt consideres latus communicationis; nam si extenditur dolor ad partes intestinorū tunc solue uentrem prius, & deinde resolue uentositatem, & si extenditur ad diaphragma, & ossa pectoris, & ad dorsum, administra diuretica etiam, deinde resoluentia uentositatem.

a B. Alia litera. medicinis.

ANNOTATIONES.

Eadem flatuum est causa in iecinore, quæ in cæteris, materiæ frigiditas, visciditasque, & imbecillus calor. quare & ijsdem discutientibus, calfacientibusque præsidijs ab sumuntur, quibus in cæteris partibus discuti solent.

De dolore hepatis. Cap. 9.

HEpati quādoque accidit dolor, aut ex malitia complexionis diuersæ in parte panniculi sui, aut ex vetositate extensiua aut ex oppilationibus: aut ex apostematibus calidis, aut duris. & frigida phlegmatica raro faciunt accidere dolorem. & quandoque fit propter motum humorū in crisibus. & cognoscitur pars eius ex significationibus notis in pronosticis. & quandoque fit ex debilitate, & non tolerat illud, qđ uenit ad ipsum ex cibo, & læditur eo a [propterea quia abhorret] ipsum. & quandoque contingit in motibus materierum creticis, ut accidant grauitas, & dolor in partibus hepatis. & dolor vehemens valde, non fit nisi ex apostemate calido, b † [ ] aut ex ventositate, quapropter quum non est febris, & dolor vehemens, tunc causa eius est ventositas & propter hoc quum febris superuenit ei, soluit ipsum: quemadmodū dixit Hipp. & Hipp. quidem dixit in libro, qui dicitur ei pertinere, quem dicunt quidam inuentum fuisse in eius sepulchro; quòd quando accidit dolor hepatis cum pruritu vehementi in c [camaduati,] & posteriore parte capitis, & pollice pedis, & apparet in collo bothor similis fabę, moritur æger

a B. Alia litera. panniculus inuoluens.

b † B. Alia litera uehementer.

c B. chamadua.

d B. Aliã litera. uehemens tum distillatione pp nocumentum.
e B. aquositas maligna cũ nõ expellitur in vrina, penetrat.
f B. amaritudo.

æger in quinto ante ortum solis: & illi, cui accidit hoc, accidit difficultas d [propter oppilationem cum destillatione : quoniam est] in lacerto. Dico ego quod causa eius est, quoniã e [est aquositas maligna, quæ expellitur in urina, penetrans] aliquo modorum penetrationis in extremitates, & facit accidere f [caliditas] & bauracitas ipsius pruritum vehementẽ.

De signis. *Cap.* 10.

Iam sciuisti signum cuiusque rei, ex eis, quæ dicta sunt in capitulo suo.

ANNOTATIONES.

com. 5.

De dolorum causis alibi fusius dictum est. eædem causæ & intemperies, & solutio continui dolorem in iecinore pariunt, quæ in aliis partibus. Est autem iecoris dolor, qui in eius substantia sentitur, non acutus, aut vehemens, sed grauatiuus potius, aut tensiuus pro materię. s. uel humorosæ, vel flatuosæ præsentia. At si ad tunicam ipsum ambientem constiterit, tunc, quod notat Gal. 6. aph. & alibi, acutior fiet dolor ob nerui portionem, quæ ex sexto ferè neruorum cerebri coniugio ad eius tunicã disseminatur. Quamobrem, quia, ut dictum est, huius uisceris dolor ex iisdẽ causis proficiscitur. a quibus cæteræ partes dolent, repetenda procuratione singula sunt, quæ de imtẽperieb. & omni morborum genere hactenus fuere explicata.

De cura. *Cap.* 11.

a B. chusi.
b B. decem rebus.
c B. chuiachaf medico.

IAm etiam diximus omnem rem in capitulo suo. Verùm homines iam dixerunt ad dolores hepatis medicinas, dicentes ipsum iuuari ex eis absolute. Et plurimum iuuamenti earũ est in specie debilitatis eius. Et nos quidem referemus quasdam earum & eas, in quibus est fiducia secundum quòd diximus eas. Dixerunt magis iuuatiuæ ex illis sunt, troch. de reubarbaro cũ descriptionib. diuersis, & cõfectio & reubarbaro, & diacurcuma, & cõfectio de ruta solutiua, & cõfectio cordumeni, & confectio Cęsaris, & Athanasia minor, & maior, & tamirij, & a [cocaie, & confectio Asclepiadis, & troch. de b [cymino] & confectio. Gal. proportionata c [ad illud.] Dixerunt, & ex eis, quæ conferunt ei, sunt. ii. unc. succi foliorum pini recentiũ cũ syrupo acetoso. Aut decoctio eorum cũ reubarbari pondere. drach. s, & croci tertię drach. j. cum aliquantulo seminis apij, & fœniculi Et etiam sumantur rosarum drach. iiii. & spicæ & masticis, amborum an. drach. iii. succi eupatorij, & succi absinthii, & laccę, & reubarbari, croci, superiorum squinanthi, rubeæ tinctorum, assari, seminum trium & xyloaloes crudi omnium. an. drach. j. xylobals. drach. s. Et quum est illic dolor cum solutione uentris, narrauerunt hoc medicamen. Recipe fęcum uini decocti, laccæ, spicæ, reubarbari, omnium an. aure. j. scorię ferri pondus. drach. vij. bibatur super duas unc. aquę coriandri. Et oportet vt in omnibus illis deuitet cibos grossos, & carnes, & sit contentus leuibus, subtilibus ex auibus, & aliis sicut sciuisti. & propriè quum est illic caliditas. & ex emplastris: emplastrum de cordumeni, & emplastrum de euphorbio, & emplastrum de meliloto : & emplastra proportionalia.

TRACTATVS III.

De apostematibus hepatis, & solutione continuitatis eius.

Sermo uniuersalis de apostematibus hepatis, & quæ sequuntur ipsum. *Cap.* 1.

a † B. aut phlegmaticũ, aut durum cancerosũ aut non.
b B. paruitas. hepatis.
c B. per hoc q opp. iat.
d B cum hoc

APostematum in partibus hepatis accidentium, quædam sunt, quæ accidunt in ipso hepate, & alia sunt, quæ accidunt in lacertis positis super ipsum, & alia sunt, quæ accidunt in mesaraicis. Et eorum, quæ fiunt in ipso hepate, alia sunt, quæ accidunt in partibus eius superioribus, & ad latus eius gibbosum, & alia sunt, quę accidunt in partibus eius interioribus, & ad latus concauum, & alia sunt, quæ accidunt in velaminibus eius, & panniculo eius, & in uenis ipsius, & hęc diuisio est secundum minus. Et quandoque communicat apostema speciebus partium eius- Amplius apostema ipsum non euacuatur, quin sit phlegmonides: dubellati, aut non dubellati : aut cholericum a † [ ] cancerosum, aut inflatiuum ventosum. Et causæ illius sunt complexio calida cum febribus destruentibus, aut sine febribus, aut complexio frigida prohibẽs digestionem, & expulsionem : aut debilitas in stomacho, aut oppilatio congregans humores, deinde facit eos penetrare in partes hepatis penetratione non naturali. Et b [cholera] etiam & similia, sunt ex causis huius oppilationis, & cum est oppilatio ad latus fellis, facit sanguinem feruentem, & imbibitur in partibus hepatis imbibitione nõ naturali, propter multitudinem choleræ, & ad summum maxima choleræ multitudo est ex causis apostematis calidi hepatis. Et quandoque est ex nocumentis cum communitate stomachi, & corrumpit digestionem. Et cibi quidem calefaciẽtes, & grossi, & illi, qui non digeruntur, valde adiuuantes sunt ad faciendum accidere apostemata in hepate, Et similiter quum hepar est vehementis attractionis, & attrahit vltra quam oporteat, & sequitur ipsam ex eo, cuius est expelli res magnas, & præparatur apostema. et quandoque accidit propter percussionem, aut torsionem. & omne apostema in hepate creticum, si est ex latere gibboso, est eius crisis cum sudore, aut prouocatione, aut fluxu sanguinis et si est in latere concauo, facit crisim cum sudore, aut uomitu, aut solutione uentris. et apostema quidem, quod est in in gibbositate, deterius est apostemate quod est apud concauitatem. et omne apostema accidens in hepate calidum, uel frigidum c [facit oppilationem, et] non relinquit corpori nisi sanguinem aquosũ et cũ hoc debilitatur hepar in separando aquositatem. et d [quum] retinetur plurimum aquositatis in mesaraicis. et istæ sunt causæ hydropisis carnosę, et asclitis. et quando permutatur apostema calidum ex hepate ad splenem est bonum.

num. Et quando permutatur ex splene ad hepar, est malum.

ANNOTATIONES.

Tumores, qui ad iecur sunt, alij interni, alij externi. interni vel ipsius iecoris substantiæ, aut tunicæ, siue caua, siue gibba affecta pars fuerit, vel venarum mesaraei, uel uenæ cauæ. extrinsecus uerò musculi dextri hypochondrij inflammantur. Fiuntque tumores hi omnes ex omni humorum genere, præsertim uerò interni ex sanguine, quum is locus sanguinis officina sit. fiunt etiam ex bile & flaua & atra, & non id solùm sed etiam ex pituita. Horum omniũ eædem sunt causæ, quæ cæterarum fluxionum, tum externæ tum internæ, de quibus, sæpius est actum. Quod ad iecoris inflammationem pertinet, quia hæc modo ad conuexũ modo ad concauum illius firmatur. dubitatur, utra deterior inflammatio sit, quæ ad gibbum, an quæ ad cauum cõstiterit? Auicennas hic deteriorem esse ait, quæ conuexæ est partis, quod & Gal. 2. in 6. uulg. morb. At contra afferunt quidam locum ex Gal. 5. de loc. aff. in quo deteriorem ab eo statui aiunt inflammationem concauæ, quàm gibbæ. Cæterùm uerè, id. Gal. non asserit. sed sicuti ex phlegmone, quæ in concauo sit, inappetẽtiam, nauseam, biliosum, uomitum, sitim ingentem, magis induci, ita ècontrario maiorem inter spirandum dolorem, & tussim, & doloris ad iugulum usque protensionem excitari ex altera affirmat. Constat autem, sicuti, quæ uitalem facultatem oppugnãt, maiorem metum incutiunt ob maiorem dignitatem & earum partium nobilitatem, ita & affectis, quæ ad nutritionem sunt, particulis, maximum de uita discrimen impendere, præceps tamẽ magis affectus est prior, quã posterior, ut rectè, & a Gal. et ab Auic. peiorẽ esse conuexæ partis inflammationem sit constitutum. Tu quod reliquum est, de tumoribus, qui ad iecur constant. pete Gal. 5. de loc. aff.

com. 15. — cap. 7. — cap. 5.

De signis uniuersalib. apostematum hepatis communium. Cap. 2.

SIgna quidem communia sunt, quòd inuenit æger grauedinem sub hypochõdrijs inseparabilem, & inuenit illic dolorem vehementem quandoque, non sicut in oppilationibus. Ipsa enim [a] [accidunt a dolore forti.] Et alteratur cum eo forma, non sicut in inflatione, in qua non alteratur: Et est cum eo attractio furculæ ad inferiora in pluribus horis, non semper & non fit hæc quidem attractio nisi propter tensionem [b] [concauitatis] & suspensoriorum. & non accidit [c] [ægritudinibus hepatis calidis, & alijs pulsatio, quoniam arteriæ dispertitę sunt in panniculo eius. Et [d] [neque est grauitas in eis, nisi quantitas inseparabilis.] Et quandoque communicant costę dorsi dolori bus hepatis & apostematibus eius, superioribus, [e] [ascendentibus:] quamuis non sint semper communicantes. Et habentes quidem apostemata hepatis propriè calida, & magna, non possunt dormire super latus dextrum. Et grauat eos dormire etiam super latus sinistrum, propter tensionem apostematis ad inferiora: imò plurima inclinatio eorum est ad dormiẽdum resupinè. & si apostema est in latere gibboso, inuenitur grauitas illic, & sentitur tensio apud suspensoria, & cadit tactus illis super apostema manifestius, & propriè [f] [in debili.] & accidit tussis sicca, & contrictio anhelitus, & propriè quando anhelat cum fortitudine, propter communitatem diaphragmatis, & pulmonis ad ipsum in nocumento. Et minoratur vrina. & quandoque retinetur omnino, quum apostema est magnum, propter illud, quod accidit de oppilatione ĩ latere gibboso, & de debilitate expulsiuæ. Et grauitas in ipso maior est ea, quę est in facto apud con cauitatem: quoniam latus concauum sustentatur super stomachum. Et est grauitas in ipso [g] [plus,] & attractio furculæ ad inferiora a dextro minus, & propriè in illo cuius hepar creatum est non vehementer adhęrẽs, & obuians costis. Verùm attractio furculę ad inferiora, & communitas furculæ in dolore ad hepar, sunt in continuatione hepatis cum costis manifestiores, & maiores. & singultus minoratur in gibbo so, & multiplicatur in concauo, propter elongationem gibbositatis ab ore stomachi. Quum autem apostema est in cõcauitate & latere inferiore, est grauitas minor propter suam sustentationem super stomachum. & non sunt tussis. & constrictio anhelitus de quibus sit curandum, & non cadit sub tactu casus, de quo sit curandum. Verum dolor est vehemens propter compressionem factam illic, & proprie quum attrahitur mirach. Et quum apostemata hepatis sunt magna, declinat natura ad resupinationem [h] [etiam, & ad dormitionem. Quòd si superfluat, leditur a resupinatione etiam. & apostemata lateris concaui [i] [communicant mesaraicis] plurimum. Et prorsus quum apostema est ad latus concauum, stomachus est vehementioris communitatis, & apparent singultus & nausea, & [k] [tussis] si apostema est calidum. Et existimauerunt quidã quòd communitas inter utraque, est propter neruum subtilem continuantem inter hepar & inter os stomachi. quapropter non accidit singultus, nisi quum est apostema magnum comprimens os stomachi. & uidetur. Gal. quòd causa in illo est illud, qđ effunditur ad stomachũ in ore suo ex apostemate calido, & ex humore acuto. & ad summum singultus apud omnes non apparet, nisi dum apostema est magnum, quoniam spatiũ longinquum est inter hepar, & os stomachi, & si est illic neruus, in quo ipsa duo cõmunicãt, & cõtinuat inter ea, est subtilis valde. & ad sũmum dum non est apostema magnum, nõ fit inter stomachum & hepar communitas secundum plurimum. & illud de apostematibus hepatis, quod factum est circa panniculos, & uenas, est uehemẽtioris doloris, & paucioris feb. si est calidum. Si autem apostema est in utrisque lateribus simul, apparent signa, quæ sunt vtrorumque laterum simul. Et quãdoque communicat latus lateri vsque ad terminum non plurimum & quandoque perducunt omnes species apostematum hepatis calidorum, & frigidorum ad hydropisim, Et scias, quòd, quum apostemati hepatis associatur uentris solutio, est mortale.

a B. euacuantur a dolore forti. Alia litera. non euacuãtur a dolore forti. Alia litera. ipse. n. faciunt accidere dolorem non fortem.

b B. uenæ concauæ.

c B. apostematibus.

d B. non penetiant in ipsũ nisi secundũ quãtitatem non sensibilem. Alia litera non penetrant in ipsum nisi quantitate non sensibili.

e B. Alia litera. & exterioribus

f B. macro.

g B. Alia litera. minor.

h B. & a dormitione sup latus.

i B. associatur apostemati mesaraicarum.

k B. sitis.

ANNOTATIONES.

De signis inflammationum iecinoris fusius Gal. 5. de loc. aff. pulchrè et Trallianus lib. 8. et Paulus lib. 3. sed doctissimè Aretæus 1. de acutis morb.

Cap. 7. Cap. 1. cap. 46. Cap. 7.

De

De differentia inter apostemata hepatis, & apostemata lacertorum positorum super ipsum mirach. Cap. 3.

a † B. ex parte situs &.
b †B. & ex parte accidentium sed ex parte situs.

Cognoscitur differentia inter vtrunque [a] † [ ] ex parte figuræ; [b] [ ] quoniam apostema lacerti apparet semper, & apostema hepatis quãdoque non apparet, & propriè in concauitate, & in pingui, nisi sit res magna, aut grauis. Et lacerti quidem situs, aut est in latitudine, aut est in longitudine, aut [c] [transuerse capiens in lacerto.] Et iam quidem significauimus ipsum in anatomia. In figura verò, quoniam figura eius, quod apparet de apostemate hepatis, est lunaris, secundum situm hepatis, quę sentitur cũ separatione abscissionis eius communis. Lacertosum autem est simile stylo, cuius una extremitatum est grossa, & altera est subtilis, & est quasi cauda muris, & [d] [similiter] non sentitur cum separatione abscissionis eius communis, imò vides ipsum subtiliari in longitudine sua paulatim, imò non forsitan contingit vt comprehendatur ex eo, nisi [e] † [ ] parum in profundo [f] † [ ] quum est in lacerto profundo transuerso. Et est similius apostematibus hepatis. Ex parte autem accidentium propriorum, & communium, quoniam ex accidentibus proprijs & communibus, quæ accidunt apostematibus, quę sunt in hepate, nõ est aliquid in apostematibus lacertorũ, de quo sit curandum. Et quum uides almirach declinare ad [g] [tenebrositatem,] & siccitatem, tunc existima quòd apostema est hepaticum.

c B unum lacertorum.
d B. propter illud.
e † B. aliquid.
f † B. longum.
g B. macilentiã.

ANNOTATIONES.

cap. 7. cap. 1.

Eadem ferè & Gal. 5. de loc. aff. & Alex. lib. 8.

De apostemate calido. Cap. 4.

Causę eius sunt, ex summa causarum apostematis, in quo est caliditas. Eius verò signa, sunt signa prædicta apostematum [a] [communium,] & [b] † [ ] quæ sunt in quibusdam partibus, & est illic feb. acuta, quũ est apostema in carnositate, & fit vehemens sitis. & minoratur appetitus. & accidunt singultus, & nausea, & cholericus uomitus in primis, deinde ut flos ęris, post niger. Et accidit frigus extremitatum. Et nigredo linguæ, & syncopis, et totum illud propriè, quũ apostema est in cõcauitate. & est malitia anhelitus, & dolor extensus ad dorsum, & furculam, & mordicatio, & propriè quum est apostema in gibbositate. & quando est in concauitate: tunc non [c] [addit nisi] in re anhelitus: [d] [quoniam quando] attrahitur aer plurimus valde, [e] † [ ] extendit diaphragma, & coarctat ipsum, & constringit attractionem aeris, & quandoque accidit tussis. & accidunt linguæ quocunque modo, sit, citrinitas, & rubedo vehemẽtes: deinde declinat ad nigredinem: deinde alteratur color cutis totius, propriè quum apostema est in gibbositate. & quandoque est uirtus fortis, & propriè uirtus stomachi, & apostema est in concauitate, retinetur natura. & si virtus in corpore, & stomacho est debilis. soluitur. Inquit Hipp. egestio [f] [conturbata] nigra in principio ęgritudinis acutę, significat quòd in hepate est apostema calidum magnum, [g] [hoc est &] pulsus fit undosus magnus, frequens, uelox. Et apostema quidem calidum, aut resoluitur, & destruuntur accidentia eius, aut collectionem facit, & sunt cum eo signa dubellati, & dicam ea: aut induratur, & permutatur etiã ad signa apostematis duri, & destruuntur signa apostematis calidi. & plurimũ quidẽ causæ pmutationis eius ad duritiẽ, est superfluitas in infrigidatione, & constipatione, & administratione grossorum in apostemate. [h] † [ ] Et differentia inter ipsum, & pleuresim est, quoniam tussim nõ sequitur sputũ, & quòd dolor est in dextro grauatiuus, & color linguæ, & color corporis alterantur cum eo & pulsus non fit serrinus ualde, & capitur manu, si est in gibbositate, & significat ipsũ labor anhelitus magni, & attractio aeris plurima, si est in concauitate, propterea quia apostema comprimit diaphragma, & extendit ipsum & quandoque commouetur tunc tussis. & crisis quidem apostematum hepatis calidorum in gibbositate factorum, & apostematum calidorum factorum in lacertis, fit cum fluxu sanguinis narium, & propriè ex dextra; aut cum sudore; aut urina laudabilibus. & factorum in concauitate, fit cum sudore. aut fluxu uentris cholerico, aut vomitu.

a B. communia.
b †B. eorum.
c B. imprimit.
d B. nisi quum.
e † B. propterea & apostema.
f B. spissa seu fecalis.
g B. & tunc Alia litera.
h † B. calido.

ANNOTATIONES.

cap. 3.

Docet quibus notis calidos iecinoris tumores a frigidis distinguas. De qua re uide lo. superioribus capitibus annotata. Unum notat in huius capitis calce, de horum affectuum euentu per crisim. de qua re Gal. 3. de crisib. Verùm & si potissimum inflammationes, quæ conuexum iecoris occupant, per urinas quàm per secessum ob communicantiam cum caua uena facilius expurgantur, per aluum autem, quæ concauum apprehenderant ob connexionem cum intestinis, sæpenumero tamen, quæ concauum occupant, per urinas & sudores, & quæ conuexum, per aluum solent expurgari: quod a peritissimis est medicis non semel obseruatum, quod ob materiæ uel grauitatem, uel tenuitatem euenire crediderim.

De almesire in hepate. Cap. 5.

Grauitas in [a] [merisire] in hepate est timor & inflammatio, & mordicatio, & denigratio linguæ, & tinctura coloris [b] † [ ] uehementiores plurimum. & est color decliuis ad citrinitatem, & est paroxysmus uehementię febris tertianæ. & eius quidem iuuamentum a frigidis humidis est uehementius. & pulsus est durior, & similior serrino quàm undoso puro, & minor, & uehementioris frequentię, & uelocitatis.

a B. mesere.
b † B. uinæ.

De phlegmone in hepate. Cap. 6.

Significant ipsum signa apostematis calidi, & diuersificant ipsum ea, quæ proportionaui mus ad mesire in proprietatibus, & rubedo faciei, & exuberatio venarum.

De

De apostematibus frigidis in hepate. *Cap.* 7.

IN istis apostematibus est grauitas plus, et nõ est sitis, neque febris, neque nigredo linguę. et sentitur cũ eis in stomacho similitudo spasmi. et significant ipsa ętas, et regimen, et complexio, et color secundum quod sciuisti.

ANNOTATIONES.

Cap. 7. cap. 1. cap. 46.

Habes & horum tumorum notas tum ex Gal. 5. de loc. aff. tum ex Trall. lib. 8. & Paulo lib. 3. Sed repete & quæ de cæterorum tumorum signis.

De apostematibus phlegmaticis. *Cap.* 8.

SIgnificant ipsa inflatio cutis. et plumbeitas coloris. et quod non sentitur cum duritie. et uehementia lenitatis pulsus, cum reliquis signis apostematis frigidi.

ANNOTATIONES.

cap. 4.

Negat Gal. in 4. de præsag. ex pulsibus in thoracis & iecoris tumoribus fieri unquam mollem pulsum, propterea quòd ijs partibus pituitosum œdema non innascitur. nempe quum & thorax compactior sit, quam ut eam fluxionẽ admittat, & iecur non compactius modo, sed etiam innata facultate pituitam alterare sit potens. Non ergo rectè hic de pituitoso iecoris tumore agi uidetur. Fortaße, etsi iecur pituitosas fluxiones suscipere, & ex ijs intumescere non minus aptum est, quam partes aliæ, ob innatam tamen alterandi uim nõ diutius eius generis permanent, sed uel coquuntur, uel indurescunt.

De apostemate duro & cancro. *Cap.* 9.

SAepe accidit ab apostemate antecedente ipsum, et quandoque accidit incipiendo, et quandoque accidit a percussione et [a] [incipit tendere] ad duritiem. et significat ipsum tactus in eo, qui suscipit tactum partium hepatis eius et si non inciperet hydropisis peruenire ad habentem ipsum, appareret ad tactum, manifestũ ualde, nam almirac extenuatur cum eo, & debilitatur, & attestatur apostema lunare absque dolore. Verum quandoque læditur apud initium receptionis cibi, & alleuiatur apud famem, & est uia ad hydropisim. Et quandoque significãt ipsum uehementia grauitatis ualde sine febre, Et extenuatio corporis. Et casus appetitus. Et tenebrositas coloris. Et quod minoratur urina. Et quandoque succedit accidentibus apostematis calidi, quum remouentur, & non remanent nisi grauitas. Et si additur propter illud difficultas anhelitus, significat quod apostema calidũ induratur. Et difficultas quidem anhelitus, & grauitas sine febre, communicant in apostemate duro & oppilatione. & differũt per reliqua, quæ dicta sunt. Et sequitur ipsum hydropisis, & proprie hyposarcæ propter debilitatem [b] [separationis materici aquosę ex sãguine ad resudationem subtilem eius] quare currit aquositas cum sanguine in membra, & [c] [accidunt febris & ebullitio.] et spissum aquositatis quandoque peruenit etiam ad spatium uentris, secũdum quòd dicemus in capitulo [d] † [ ] ascites, quare moriuntur secundum plurimum, [e] [propter resolutionem] naturæ, propter oppilationem uiarum ad hepar, quapropter dissoluunt eorum uirtutes. & isti quidem non curantur nisi in principio, tunc enim quandoque confert cura, sed quum prolongatur ægritudo, non confert curatio. & si fuerit durum, cancerosum, & fuerit illic [f] [retentio, tunc dolor erit uehemens &] accidit nocumẽtum in colore, & in appetitu, & reliquis plus, & quandoque accidunt singultus, & nausea sine febre, & non sentitur dolor, & erit in uia [g] [securitatis] membri. & scias quod hepar velociter oppilatur, & cõuertitur in lapideitatem, & proprie quum administrantur superfluè ingrossantia & constipantia in apostemate calido.

a B. Alia litera. festinat;

b B. nisi resudationis subtilis ex eo.

c B. carnosa hydropisis, & inflatio.

d † B. hydropisis & fit;

e B. cũ solutione.

f B. sensatio doloris vehementis. Alia litera. sensatio doloris vehementior.

g B. in via mortificationis.

ANNOTATIONES

Cap. 7. cap. 16. Cap. 6.

De iecinoris scirrho habes ex Gal. 5. de loc. aff. & Aetio lib. 10. Vide & Gal. 13. meth.

De dubellati. *Cap.* 10.

PLurimum fit post apostema calidum. Quũ enim incipit fieri collectio, fit dubellati, & quum incipit collectionem facere, vehemẽtiora fiunt febres & dolores, & accidentia imprimis deinde accidunt tremores diuersi, & læditur a resupinatione, ne dum a dormitione sup latus. Quum ergo facta est collectio, lenitur cõpressio, & sedantur accidentia. Quumque aperitur accidunt [a] [horripilatio] & lubricatio uirus, & saniei, & rerum, quæ sunt sicut fęx, & inuenit per illud leuitatem, & resolutionem ex grauitate sensata. et ipsius eruptio aut fit ad partem intestinorum, & egreditur cum egestione, aut ad partem renum, & egreditur cum urina, aut ad spatium, quod est in concauitate vẽtris, & inuenit alleuiationem, & detumitionem, & nõ attestatur euacuatio in egestione aut urina. et dubellati quidem quãdoque est profundum in carne hepatis, & quandoque tendens ad manifestum ipsius & non profundum, & sanies diuersificatur in ea. Fit enim in ea [b] [ea, quæ submersa est] nigra, & in non [c] [submersa] tendit ad albedinem.

a B. rigor.

b B. eo quod ẽ profundum.

c B. profundo.

ANNOTATIONES

Vbi facta iam inflammatio est, neque imminui ulla potest ratione. in putridam saniem abit, quę postea innati caloris ui in pus uertitur, atque hæc puris collectio abscessus nuncupatur. Author noster dubellati uocat. Quum abscessus fit, & putrida ea sanies in pus conuertitur, dolores fiũt, quod notat Hipp. 2. aph. intenduntur symptomata & febres. Vide fusius Aetium lib. 10.

Aphor. 47. Cap. 4.

De apostemate mesaraicæ. *Cap.* 11.

COmmunicant in signis suis apostemati hepatis. Verum febris in illo, quod calidum est, est debilis, non existens in uehemẽtia febris apostematis hepatici, et est grauitas cum extensione profundior ad ventrem, et stomachum, et quandoque est tensio maior quam grauitas. Quũ ergo non inuenis signa oppilationis hepatis,

tis,nec signa apostematum hepatis,'et inuenis [a] [chyl um] subtilem [b] † [ ] propter debilitatem digestionis in stomacho, et [c] [significationem eius,] et sunt illic tensio,et febris, [d] [lenis,] scias ꝙ in mesaraica est apostema calidũ. Sed inter apostema durum et oppilationes mesaraicæ est differentia difficilis,nisi cum existimatione longa: [e] [nam] si egreditur aliquid saniosum post dies aliquot,tunc scias ꝙ est ab apostemate. et hæc sanies discernitur a sanie facta a suo simili in hepate in hoc, quod illa tendit ad rubedinem,et sanguineitatem [f] † [ ] saniosam et citrinitatem.

a B. egestionẽ chylosam.
b † B non.
c B.& non sunt signa.
d B.occulta tũc.
e B. quòd.
f † B.& ista ad saniositatem.

ANNOTATIONES.

Mesaræum,sicuti non raro obstructiones experitur,ita & tumoribus uarijs corripitur. Meminit de mesaræi inflãmatione Gal. 5. de loc.aff.

Cap. 5.

De cura apostematis calidi,& sanguinei. Cap. 12.

PRimum,quod tibi necessarium est,est ut cõsideres dispositionem repletionis,& dispositionem uirtutis,& ætatis,& horæ,& aliorum quæ tu scis,& quæras ex eis licentiam in phlebotomia. ergo phlebotoma si est possibile tibi,ex basilica,& si non,ex nigra,& si non,ex cephalica. Et si uirtus est fortis,extrahe, quod necessarium est de sanguine in vice vna,& si non,partire & segrega in uices plurimas. Et scias quod quando non phlebotomas,& dimittis materiã in hepate, & administras styptica,& apocrustica,proculdubio induratur apostema. Et si tu administras resolutiua, non est dubium quin cõmoueatur dolor,& apostema. Phlebotoma ergo in primis, & non hæsites in hoc quum non est prohibitor fortis, & extrahe sanguinem abundantem. Et scias quod tu indiges in initio eius eo,cuius simile est in canone de repercussione,& infrigidatione. Verum tibi inest tunc, ut attendas latus duritici. O quam velociter [a] [respondet] duritiei,& propter hoc oportet quòd sint permista cum subtiliatiuis,& aperitiuis. Et epithematum quidem frigidorum administratio superflua,quãdoque perducit ad duritiem. Et quandoque sufficit eis introitus balnei. Et quandoque aperitur ad renes. Et scias quòd plures medicinarum, in quibus est stypticitas aliqua,& frigus: & similiter ciborum,qui sunt huiusmodi,sicut granata, & poma, & pira, nocent ex alia parte. Et illud, quoniam ipsi constipant meatum,qui est ad fel,quare non attrahit choleram,& est illud additio in apostemate, & malitia plurima. Et ex constipatione cum hoc quod ipsa est necessaria in principio ægritudinis,& in fine eius & apud [b] [responsionem] resolutionis ad conseruandam virtutem timentur duæ malitiæ,lapideitas, & retentio choleræ in hepate. Quapropter indiges etiam ut [c] [incipias a regimine] resolutionis materiei in hac ægritudine,plusquam sit tua [d] [inceptio] in reliquis apostematibus,timendo lapideitatem,& duritiem,& expellendo illud,quod forsitan resudat ex viru malo, a cuius resudatione nõ euacuantur apostemata calida. Verum resolutio & apertio quandoque mollificant virtutem & approximant mortem,sicut narrauit Galen. de dispositione medici curantis apostemata hepatis cum mollificatiuis,quibus curantur reliqua apostemata,sicut est emplastrum factũ ex oleo, & tritico,& aqua,& cibabat illum alcandarusi: & oportebat ut cibaretur eis, in quibus est abstersio sine uiscositate,& grossitie, & ut miscerentur cum resolutiuis, medicinæ, in quibus sunt stypticitas,& cõfortatio,& aromaticitas, sicut cyperi, & calamus aromaticus, & absinthium,& ut administraretur de istis quantitas, quæ conseruaret [e] [sanitatem] & non superflueret,& essent in initio sui repercussio cum fortitudine,& in medio ipsius compositio, & in fine eius resolutio cum stypticis huius generis,& si esset necesse vt confortaretur resolutio & [f] [festinaret quiddam & in ipso est, quod est in ipso. Ille ergo] non recepit ex Gal. & indicauit ei Gale. in ęgroto,quando conuenerunt ad eum,quod iste æger morietur cum dissolutione virtutis,& sudore viscoso; pauco apparente super ipsum,mortuus est ergo infirmus, & fuit secundum ꝙ existimauit Gal. [g] [Non] ergo necessarium,ut cum hac resolutione singulari [h] [incipiatur] in hora [i] [responsionis] repercussionis,et [k] [ ] oportet ut euacuetur a stypticitate & [l] [apertione] in dispositione [m] [responsionis] resolutionis puræ. Et consideratio omnium istorum est ex subtilibus reb. Et scias, quòd sicut hoc membrum uelociter conuertitur in lapideitatem, similiter uelociter suscipit resolutionem. et quandoque sunt resolutio, & apertio causæ ad eruptionem. et quando administras resolutionem, non administres eam ex genere eorum,quæ mordicant, et commoueãt apostema. et aqua quidem [n] [hordei] quamuis abstergat sine mordicatione, tamen est dulcis, et dulce facit incurrere oppilationes, propter illud ergo in aqua [o] † [ ] est sufficientia abundans,quoniam abstergit sine mordicatione,et non facit accidere oppilationẽ. Amplius possibile est,ut confortentur eius apertio,et abstersio cum eis,quæ admiscentur ei, si necessarium est ut addatur ipsius uirtus. et mordicatio quidem,et stypticitas plus nociuæ sunt concauitati,quam gibbositati,quoniam ipsæ [p] [festinant] cum uirtute sua, et faciunt accidere oppilationes in initio uiarum, et in gibbositatem sunt fractæ uirtutis,et obuiant extremis orificijs. Amplius oportet ut cognoscas latus ęgrum,et caue ne prouoces urinam ægritudine existente in concauitate, aut soluas uentrem, ægritudine existente in gibbositate, et facias materiam in utriusque dispositionibus [q] [simul inobedientem,] imò oportet ut tu euacues ex propinquioribus locis. euacua ergo ex apostemate, quod est in concauitate ex latere solutionis uentris, et illud, quod est in gibbositate ex prouocationis latere. et caue ne dimittas naturam remanere restrictam. in hoc enim est nocumentum magnum, et in ipso est [r] [error.] et non etiam dimittas eam solutam superfluè, et cadat uirtus, et [s] [hæsitet] natura: imò super est tibi, ut resoluas constrictam cum æqualitate, et constringas solutam cum æqualitate. Medicinę autem conuenientes apostematibus hepatis, et in initio rei, quando illic est caliditas superflua, sunt aqua endiuiæ,

a B. efficitur durum. Alia litera, obedit.
b B. exigentiã.
c B. festines ad regimen.
d B. festinatio.
e B. virtutem.
f B. festinatio téporis eius est necessaria. Et ille.
g —— B.
h B. acceleretur
i B. opportuna
k † B. non:
l B. confortatione.
m B. opportuna
n B. mellis.
o † B. hordei
p B. penetrãt velociter.
q B. magis profundam.
r B. periculum
s B. debilitetur

uiæ, & aqua solatri cum syrupo acetoso zuccarino, & aqua hordei, & aqua uirgæ pastoris, & aqua arnoglossæ, & alkekengi, & aqua coriandri humidi, & aqua cucurbitæ, & aqua cucumeris, & aqua cuscutæ. Et oportet vt admisceatur eis aliquid horum, quę sunt sicut absinthium, & calamus aromaticus, & troch. huiusmodi. Recipe carnis amiberberis drach. x. rosarum, spodij, amborum ana drach. v. medullę seminis citruli, & medullæ seminis cucurbitæ, & seminis portulacę, & seminis endiuiæ omnium ana drach. iij. seminis fœniculi pondus drach. j. [t] † [ ] sumatur ex eis in potu pondus ij. aur. [u] [ ] Et si necessarium est addere confortantia hepar, ponantur in eis lacca, & reubar. Et si fuerit illic tussis, ponantur in læsis succus liquiritiæ, & aliquid de dragacātho, & tereniabin. Medicinæ quæ sunt fortiores, & conuenientiores ei, qui non habet ex caliditate quantitatem peruenientem in vltimo, sunt aqua fœniculi, & buglossæ, & squinanthum, & apium montanum, & alubleb, & totum illud cum syrupo acetoso. Ista enim & consimilia conferūt in illo, quod est in [x] [tunica prima] quum incipit in maturatione peruenire parum. Et troch. de rosis etiam, & proprie in eo, quod sequitur concauitatem. Et multoties quidem est causa apostematis, & initium eius, saltus & percussio. Et ex eis, quæ prohibent ipsum accidere post illa duo, & post phlebotomiam, est ut in potu sumatur ex rubea & [y] reub. alfani] oī die drach. j. & fiat hoc tribus diebus. Et postquam scis, ꝙ apostema est in latere concauo, tunc primum est ut administres aquam alubleb permistam cum eis, quæ necesse est illi admisceri ex infrigidatiuis prędictis. Et aqua siclæ [z] [in omnibus] quæ maturant, & repercutiunt, & leniunt naturam. & confert quum apparet maturatio, [a] [opopanacum] cum aqua fœniculi, & aqua solatri, & aqua alubleb, & ut tu ponas in cibo aliquid de semine cartami, & simile sui de vrtica, & polypodio. & quando declinat administra fortia, sicut aloes & agaricum, & turbith, & ꝗdam administrant myrob. citrinos. Ego uero abhorreo eos propter illud, quod in eis est de virtute stypticitatis, & timeo quod educatur subtile, & vertatur in lapideitatem grossum. & quandoque administrantur in huiusmodi hora, ea, quæ sunt sicut semen cartami, & sicut vrtica & polypodium in cibo, & epithymum sine timore. & quandoque addemus ad ea, quæ sunt sicut elleborus secundum necessitatē. Clystere autem in principio, & ubi accidit ut sit natura constricta, fiat ex eis, quæ sunt sicut succus foliorum siclę cum melle, & sale, & baurach, aut cum zuccaro rub. et apud declinationem fiat fortior, & ponatur in ipso polypodium, & centaurea, & hyssopus, & origanum. & quandoque ponitur in ipso coloquintida. Quum autē est in latere gibbositatis, oportet ut incipias in ipso cum diureticis frigidis, deinde cum temperatis. & quando apparet maturatio, administra fortia [b] [acuta] & non est necessaria hæc posterioratio nisi propter timorem lapideitatis. Medicinæ autem istæ sunt sicut rubea, & petroselinum, & assarum, squināthum, & tro. [c] [amirberis descripti] & tro. de eupatorio fortes, & reliqua diuretica fortia prædicta in areolis expulsionis, & in capitulo prouocationis. Emplastra verò oportet vt non administrentur frigida, sicut super apostemata alia, imo tepida. & illa quidem, a quibus oportet incipere, quum existimas quod apostema est habens initium, sunt sicut succi frigidi styptici, sicut succus portulacę, & cucurbitę et semperuiuę, et aqua ros. et sandali, et camphora. Emplastra facta ex præputijs vitium, et ros. siccis, et [d] [a triplicibus.] et non oportet vt [e] [sint] huiusmodi [f] † [ ] quum uerificatur quòd apostema iam est. Meliora [g] [nanque] emplastra sunt illa, quæ sūt facta ex cydonijs cum medicinis alijs. De illis est vt terantur cydonia cum farina hordei, et aqua ros. et fiat ex eis emplastrum. Aut cydonia decocta cum aceto, et aqua, donec discocta sint, et misceantur cum sandalis, et ponatur super ea aliquantulum olei ros. et administrentur. et ex illis est, ut decoquantur cydonia cum vino odorifero, in quo sit stypticitas, et addatur eis virga pastoris & confortentur cum eis, quæ sunt sicut parum spicæ, & absinthium, & ciperi, & [h] [præparētur] cum eis, quæ sunt sicut sauich hordei, & administrentur. & quandoque ponitur cum eis oleum de cydonijs, aut oleum masticinum, aut oleum de alcanna. & de aquis, aqua myrti, & aqua de folijs malorum, & aqua cydoniorum, & similia. et quandoque fit emplastrū ex cydonijs decoctis cum decoctione absinthij. et quum uoluntas est, vt eleuetur ad gradum resolutionis, ponatur in ipso mastix, et chamæmilla, et melilotum, et farina hordei et fœnugræcum cum rebus, in quibus sit [i] [stypticitas,] et semen lini, et oleum. [k] [scilicet eius] et oleum physticinum, et oleum chamæmillinum, et fœnugræcum. et ex emplastris laudatis est emplastrū [l] [de tenulis] et emplastrū filagrius, et emplastrū de meliloto, et emplastrū [m] [caritiū] et emplastra, quæ dicemus in antidotario. Descriptio emplastri ad inflāmationē. Recipe [n] [bussri] et succi rubi amborum an. partē j. croci, mastichis, amborū an. partem s. olei ros. partes iiij. ceræ quantum necesse est. Et in fine eius administra emplastra aperitiua, resolutiua, permista cum stypticis, propter conseruationē uirtutis, sicut sunt emplastra facta ex ireos & assaro, & alusnęe, & polio, & origano, et secha, & semine [o] [apij,] & bdellio, et similibus. et quandoque adduntur in eis confortantia. et emplastra facta ex myrto, et rubea tinctorum, et granis lauri, et croco, et myrrha. et mastice, et cera, et oleo sambacino, et oleo de lilio. Descriptio emplastri resoluentis apostemata hepatis [p] [proportionatum ad cabos] laudabile expertum. Recipe storacis, et ceræ amborum an. darkimet. x. et masticis, et croci, et amomi omnium an. darkimet, ij. olei de arbore masticis et olei ros. amborum an. darkimet. ii. uini cotylas. ii. et s. liquefiant cera, et oleum, et misceantur cum eis omnia. Aliud iuuatiuum valde. Recipe lilii. amomi folii omnium an. pondus darkimet. i. storacis, ceræ amborum ana darkimet. [q] † [ ]. i. olei de arbore masticis quātum necesse est. Aliud bonum. Recipe aloes unc. iii. masticis. unc. i. chamæmillę, et me-

[t] † B. & fiant trochisci, &.
[u] † B. Et si necessaria est additio extinctionis ponatur in eis parum camphoræ.
[x] B. gradu primo.
[y] B. rauendscenj.
[z] B. & omnia.
[a] B. cassia fistula.
[b] B. bona.
[c] B. amirberis maiores.
[d] B. sauich.
[e] B. iteretur.
[f] † B. imò.
[g] B. tunc.
[h] B. ispissentur.
[i] B. ponticitas.
[k] B. Alia litera. de anetho.
[l] B. bilibus.
[m] B. carithum.
[n] B. besser.
[o] B. caulis.
[p] B. appropriatum Cabus.
[q] † B. x. thuris croci assari omnium darchami.

meliloti amborum ana vnc.iiij.croci rubeæ,et calami aro.assari,omnium ana vnc,ij. ceræ, et ammoniaci amborum ana vnc.vj. olei de lilio quantum sufficit. Aliud resolutiuum, confortatiuum. Recipe croci vnc.ij.bdellii vnc. vij. et sordis [r] [vrceoli] vnc.iiij. [s] †] et amomi, et spicæ romanę,et carpobalsami omnium ana vnc.vj.olei de lilio quantum sufficit, permisceantur, et administrentur. Quod si cum apostemate fuerit solutio ventris debilitans,quam solicitudo exigit retineri tunc oportet ut in potu sumantur trochisci almirberis, et troch. de reubar. [t] [muschati.] Cibus autem melior est kisch hordei. Infrigidat enim et abstergit,et non facit acquirere oppilationes,et festinat eius penetratio. [u] [In candarusio autem et frumento fortiori eo necessario est aliquid de grossitudine, et compreßione apostematis.] et si non est excusatio a pane,sit panis, qui non est ex simila,neque ex tritico grosso,et iam sit in [x] [furno] panis factus. Et oportet ut [y] [intendatur cum cibo] ultimo. et ex oleribus lactuca,et atriplices, et ex fructibus granata dulcia, ei in cuius stomacho non conuertuntur dulcia [z] † [ ] et oportet ut deuitet dulcia, quantum potest.

r B vasorū apiū
s † B. masticis vnc. iij. storacis, & picis,ex ceræ ammoniaci ana vnc. viij.
t B. cōstrictiui.
u B. Et aqua cādarusij, & forti⁹ eo est frumētū, sed ipsum necessario ingrossat, & coarctat apa. Alia litera. Candarusiū asit & frumentū fortius eo necessario ingrossat, & comprimit apostema.
x B. tanur
y B attendatur ad cibum
z † B. in cholericam.

A N N O T A T I O N E S.

Cap. 11. & deinceps.
Cap. 3.
cap. 2. cap 4. cap. 6. cap. 8.

Habes fere omnia ex Gal. 1 .meth. ex Aetio lib. 10. Itemq; ex Tralliano lib. 8. & Paulo li. . Sunt tamen hic quædam annotanda. Author noster animaduersa multitudine, uiribus, ętate, & cæteris, secandam ait uenam, quod & Gal. & Trall. & Paulus, & Aretęus quoque .de acut. morb. & Celsus lib. 4. Quæritur autem, an ex pede potius mittendus sit sanguis, an ex brachio. Authores, quos iam adduximus, ex cubito euacuant, quod & Auicen. At quum grauium, facilior tractio sit deorsum quam sursum, animaduersa grauitate, existimarit quis secandam potius pedis uenam, præsertim morbi initio, quo ad longinqua retrahenda materia est. Adde, quod sicut in pleuritide uenā ex coniuge pede secat hic author, eadem ratione & in iecinoris inflammatione agendum uidetur. Breuibus ad hæc. conueniunt omnes fere, ut cubiti secetur uena, tum quod ut Gal. in lib. de curandi rat. per sangu. miß. superiores partes uena in brachio secta adiuuari debent, inferiores uero secto pede. tū quod certum est ob uenæ cauæ exortum, a qua brachij uenæ fluunt, multo facilius secto brachio euacuari iecur, quam pede. At si primo tamen inflammationis initio secare pedem quis uelit, habebit id præsidij genus summæ reuulsionis rationem, pręsertimque si totum corpus plethoricum sit, tentari id posse uidetur summo ægroti commodo, non omißa tamen deinceps brachij sectione, quæ deriuantis, simulque reuellentis auxilij uim est habitura. Sed aliud Auic. scribit, quod animaduersione dignum est, ijs uerbis. Et aqua quidem hordei quamuis abstergat &c. Quia abstergentibus utendum docuit absque mordicatione, excipit tamen aquam hordei, quod hanc dulcem esse ait, quamuis abstergat. dulcia uero constat iecinoris parere obstructiones, de qua re supra. Admirari quispiam poterit quid aquam ex hordeo excipiat quum ea tamen neque dulcis sit, neque obstruat, qua potius in aperiendis obstructionib. passim utimur, cui abstergendi uis inest non imbecilla. Verum sicuti uerè aqua ex hordeo improbari in hoc affectu non potest, ita cum aliis mendum in codice esse suspicamur, legendumq; loco aquæ hordei aquæ mellis, nempe hydromel dam nat & Galenus, atque hoc dulce quum sit, facile iecinori aduersabitur.

De cura erysipilę. Cap. 13.

CVra erysipilæ proxima est curæ phlegmonis. Verum oportet, ut sint uentris solutio, & urinæ prouocatio sublimiores,& cum eis. q̄ sunt decliuiora ad frigiditatem. Et ponantur medicinæ super ipsam, infrigidatæ cum niue, & non cessanter renouetur illud, donec æger inueniat submersionem frigoris. Et fiant emplastra ex nenuphare,& aqua alkekēgi, & aqua cydoniorum,& sandalorum,& camphora, & similibus. Et non administres in ea calfacientia quantum possibile est.

A N N O T A T I O N E S.

cap. 8.

Erysipelas, ut ait Gal. 13. meth. maiori opus habet refrigerio, quam euacuatione, contra inflammatio maiori euacuatione quam refrigeratione, propterea, quum hic antea in inflammatione frigidiora medicamenta sit ueritus, hic tamen etiam niue perfrigerata admouet. Sed & hic cauendum, ne materia nimis incraßetur, atque in scirrhum abeat. quare refrigerationis terminus esto, quod ait Auic. ut ęger inueniat submersionem frigoris, ut. s. communicatam frigiditatem internis partibus sentiat.

De cura aldubellati. Cap. 14.

OPortet ut administrentur in principio aldubellati, & quum incipit apostema calidum, de quo existimatur, quod ad collectionē perueniat, repercussiua, quæ sunt ex emplastris cum æqualitate,& epithematib. Et in potu dentur aqua hordei,& syrupus acetosus. Et si dispositio necessariam faciat phlebotomiā, phlebotoma ex basilica, aut uentosa partē [a] [uentris, q̄ sequitur hepar.] Et quandoque indiges solutione uentris. Quum ergo, non est excusatio quādo collectio fiat, tunc necessarium est, ut administres maturationē,& suppurationē,& necessariū est, vt adiuuētur cū incisione, et subtiliatione cū necessariū sit humorib. grossis existentibus in huiusmodi apostematibus, quib. mēbrū iam imbibitum est. Et necessaria est lenificatio, ut faciat humorem præparatum ad resoluendū. Quū ergo apparet maturatio, & non [b] [sup puratur, altera ipsum ab illis, & utere suppuratiuis] fortibus, potando [c] [aut] emplastrando, deinde adiuua naturam ad expellendum materiam Et si indiges adiutorio, & [d] [oppositione ad partem declinationis] & oportuerit ut uentrem soluas, aut urinā prouoces, facies. Et non prouoces cum re forti,& calida, & faciat incurrere ægrum nocumentum in uesica. Conseruatio enim uesicę in hac ægritudine, & quū erupit pus ad ipsam per seipsum, aut cum medicina diuretica, necessaria est. Quumque erūpit pus, aut expellitur, & necessaria est ablutio residui puris, tunc fiat cum eis, quæ sunt sicut aqua mellis,& [e] [rubea.] Deinde si indiges incarnatione ulceris, tunc si uirtus tolerat uētris solutionem, est in ipsa adiutorium plurimum [f] † [ ] quum non est superflua. Et uentris quidem solutio necessaria est pp duas res,

a B. dorsi qua vicinatur hepati.
b B. rūpitur adiuua ad hoc cū aperitiuis.
c B. &
d B. consideratione lateris ad quod declinat.
e B. similia.
f † B. ad consolidationē cū

una

Vna earum ante eruptionem, ut minoretur materia, et alleuietur super naturam, et secunda post eruptionem, aut prope eruptionem, et cõplementum maturationis, quum scitur quòd materia ad partem intestinorum est decliuior, et ꝙ dubellati est in latere cõcauo, et ex illis quidem, quib. uenter soluitur ante eruptionem, secundum semitam adiutorii naturæ, g [et alleuiationis] sunt tereniabin, et xiracost, et cassia fistula, et zuccarum rubeum, et huiusmodi in aquis allubleb, et endiuię bibita, et fortius illis, h † [ ] est decoctio seminum, et radicum, in qua decoctum est eupatorium, et in qua soluta sunt tereniabin, et xiracost, et casia fistula et similia, et quandoque ponuntur in ipso aloes, et absinthium, et ex clysteribus, clysteria lenia nota. Solutiua autem, quæ sunt post maturationem, et iuuant ad maturãdum etiam, et ad eruptionem, sunt ut sumãtur in potu in decoctione radicũ et eupatorii olei de tribulis ℥.iiii. sambacini pondus ℥.ii. coniũgatur cum vnc.s. zuccari, et vnc.s. casię fistulæ. Si autem materia fuerit uersus gibbositatẽ, nõ oportebit ut administrentur solutiua nisi secũdum uiam adiutorii, et alleuiationis in principio, et ante maturationem. i [Post] maturationem uerò oportet, ut administrentur diuretica prædicta secundum ordinem suum, s. quotiescunque est maturatio in ultimo, administrentur fortia. Medicinę uerò ebibitę adiuuãtes ad maturationem, sunt sicut lac asininum cum zuccaro rub. aut zuccaro alhasir: et sicut aqua de radicibus, cum passis, et ficubus, et capillo ueneris, et fenugræco cum oleo amygdalino dulci, aut amaro, aut oleo de fœnugræco, aut oleo de tribulis, et si uolueris fortius illo, ponantur in ipso dactyli. Et sumant in potu in ieiunio decoctionẽ psyllii, et syrupum de hyssopo confortatum. Et cibentur melle colato a spuma sua cum decoctione sua, et ficubus, et k [aqua mellis] in aqua hordei. Aut sumãtur de taraxacon sicca pondus ℥.i. et l † [ ] lactis asinini vnc.iii. cum zuccaro, et utatur medicinis, in quibus sunt apertio, et subtiliatio, et etiam confortatio, sicut sunt absinthium, et crocus, et spica, et radix alhasce, et radix rubeæ, et mastix, et utraque spica ex grana m [alfagdi] et succus eupatorii, et radices centaureæ: & ex oleis oleum de nereidẽ, & oleum de arbore masticis, & oleum de lilio. Emplastra verò adiuuantia sunt sicut emplastra, in quibus ponuntur farina, & melilotum, et chamæmilla, & radix lilij, & calamentum, & radix n [euisci, & ficus, & oleum, & frumẽtum, & cepe assatum, & oleum de ben.] Si autẽ necessaria sunt fortiora illis, administretur emplastrum ex farina hordei, & baurach, & fimo columbino, & calamento, & glutine albotin, & picis, & o [mannis] & simili. Et oportet quando sentit maturationem, ut dormiat super hepar suum, & assiduet balneationem cum aqua calida. Et quandoque est necessarium ut exercitetur, & ambulet, si possibile est ei illud. Quòd si erumpitur, tunc oportet ut sumat super ipsam ea, quæ abluunt ipsum, & mundificant p † [sicut aqua mellis] calida, deinde cõsequantur ea, quę mundificant ipsum ex parte decli-

g B. tunc leuia ex illis.
h † B. parũper.
i B. Apud.
k B. Alia litera. & melle.
l † B. & ex semine maru drac.j. s. & farina fœnugræci. drac.j. bibatur cum.
m B. alfach.
n B. althææ, & ficus & passulę, & fermentũ, & cępe assatum, & oleum seminis
o B. puluere thuris.
p B. Alia litera. cũ aqua hordei.

nationis, aut cum solutione uentris, aut cum prouocatione urinæ, si indiget eis: aut admisceatur aliquid illorum cũ aqua mellis. Et non oportet, ut dentur ei in potu diuretica ualde, & lædant meatus urinæ. Quòd si accidat ut ulceret, aut lędat pus meatus vrinæ, aut vesicę, tunc rectius est ut nutriatur cibis, in quibus est abstersio absque mordificatione, imò cum cõglutinatione aliqua, sicut est aqua mellis decocta cum ęqualitate, cum qua permixtum est parum amyli, & ouum, & oleum ros. et sicut sunt maluæ cum candarusio. Et ad ultimum oportet, vt regatur regimine vlcerum membrorum interiorum: et secundum quòd oportet, vt res currat in vlceribus renum. Quum ergo mundificatur vltimè, oportet vt in potu sumat in matutinis aquam hordei, et syrupum acetosum: Quumque pręterierint horæ aliquæ, sumatur thuris, et sanguinis draconis amborũ an. aur. j. et seminis endiuiæ, et seminis apii, et masticis omnium an. aur. i. et sumat ea in potu in syrupo acetoso, aut q [gileui] aut aqua mellis. Et post illud confortetur cum cibo, et curetur ulcus eius cum eis, quæ sunt sicut ea, quę dicemus in cura ulcerum renum. Et quum accidit, ut materia effundatur ad spatium ventris, tũc necessarium est, vt incidatur cutis apud inguina, et discooperiatur lacertus adeo, donec appareat siphac interius nominatum r [birabatõ.] Deinde fiat in ipso foramen, et ponatur in ipso cannula, per quam currat pus: deinde s † [ ] cum emplastris. De cibis uerò, oportet vt administretur in principio subtiliatio cibi; et sit contentus kisch hordei, et syrupo acetoso. Deinde post illud administrentur cibi aperitiui, quos diximus, et uitelli ouorum sorbilium, et sorbitiones lenificantes. Quum ergo erumpitur et mundificatur, necessaria sunt ea, quę cõfortant, sicut aqua carnis; et carnes arietinę, et hœdinæ, et auium tenerarum, et earum iura cum aceto condita t [sine] seminibus, et uitelli ouorum sorbilium, et similia, et parum vini. Et utatur odoramentis confortatiuis.

q B. iuleb.
r B. bariterun.
s † B. curetur
t B. cum.

ANNOTATIONES.

Vbi nullo ingenio imminui, curarique iecinoris inflammatio potuit, sed abscessum fieri necesse est, tunc etiam ulcera curatu non facilia ob retẽtam diutius saniem acrem, putridamque sequi necesse est. Quare, quid agendum sit, docet. Monet autem ut per initia quidem auertatur quantũ fieri potest suppuratio, auertentibus, imminuentibus, & discutientibus materiam. At quando id effici non potest, tum conandum saltem, ut materia, quam putrescere est necesse, citissime in pus uertatur, & pus ipsum celerrime expurgetur, quod & Aetius lib. 10. Expurgari ex iecinore materia, ut Galeno 13. meth. dictum est, & per intestina, et per uesicam potest. Cauendum tamen hic, quantum licet, si modo per urinas ducenda sanies est, ne uesica ulceretur: quod fiet si ab acrib. & calidioribus abstinueris. Præsidiorum syluam hic recenset, tu uide & Aetium loco cit.

Cap. 4. cap. 15.

De cura apostematum frigidorum. Cap. 15.

Oportet, ut administrentur in eis subtiliatiua, abstersiua, et appropinquat cura corũ

curæ oppilationũ,& curæ adubellet, quæ præparatę sunt ad maturationem,& tu quidẽ iam sciuisti medicinas maturatiuas,et diureticas.& aperitiuas,& subtiliatiuas, & oportet, ut sit in eis uirtus styptica cõfortans aromatica,& mittuntur in eis de oleis,oleum de Kerua,& oleũ de iensemino,et oleum sambacinum in emplastris,quæ ad ea assumuntur,& meliora emplastra ipsorum sunt emplastrum [a] [fuludriatio] & emplastrum philargius,& emplastrũ stomachicon,& emplastrum de seminibus, & cõfert diacurcuma,et dialacca,et similia,et phistici q; dem maximi iuuamenti sunt in eis, & trochisci de spica. Et ex syrupis syrupus de seminibus cum chamedryos, & polio iam decoctis in eo, & ex eis,quæ in ipsis iuuant, & propriè in illo, quod indurationi proximum est,& conferunt etiam doloribus renum,& splenis, est medicamen factum cum squilla secundum hunc modum Recipe squillę assatę,lilij cœlestis,assari,[b] [dauci,] seminis apij,anisi,spicę aromaticę,casiæ c † [ ] castorei,calamenti montani,cymini,calamenti fluuialis,[d] [acori,]pyrethri lõgi,[e] [nucis mus[ ]amomi,[f] [opij]euphorbij,seminis althęę,stęchados,polij,siseleos,seminis rutæ,seminis fœniculi, corticum radicum capparis,aristol.ro. cinnamomi grossi,zingiberis,baccarum lauri, [g] † [ ] seminis hyusquiami alb. costi, ammeos,seminis carui [h] † [ ] omnium an.partem vnam conficiantur cum melle dispumato & administrentur. Medicamen factum cum allijs campestribus, efficit operationem prędicti eandem. Recipe alliorum gentianæ albæ,eupatorii,costi,aristo.keisim,siseleos,piperis longi, omnium an.darkimet.iii. seminis apii,assari, meu,phu,[i] [nucis muscatæ,]ammeos,aniuden nigræ,omnium an.darkimet.xv. [k] † [ ] castorei [l] [aquę ros.] omnium ana darkimet.xii. soluantur ista cum vino, & reliqua terantur, & misceantur ita, vt fiant res vna, deinde coniungantur cum mellę despumato.

a B.fuladiginsi.
b B meu & phu
c † B.lígneę.
d B ciperi & radicis affodili
e B. pastinacæ syluestris.
f —— B.
g † B.opii.
h † B.albi.
i B. pastinacæ montanæ.
k B. foliorũ rutæ siccæ,& calamenti mõtani, & calamenti fluuialis,& origani syluestris omniũ ana darchimet x.
l B. bazard id ẽ galbani & mirrhæ.

ANNOTATIONES.

Tumores, qui ex pituitosa materia fiunt, facile in scirrhum abeunt, quòd pituita uiscida est, et quę incrassari paruo negocio solet. Propterea, in tumore pituitoso iecoris (& si tali tumore Gal. & thoracem & iecur affici negat) attenuantibus & abstergentibus utitur: & curationem eam proponit, quam in obstructione explicauit.

De cura apostematum durorum. Cap. 16.

NOn euadit aliquis ex apostemate duro, quiescente,confirmato. Et illi,qui sanantur ex eo,sunt,qui curantur in initio sui, & canon quidem curationis eorum,est post purgationem corporis ex humiditatibus grossis cũ medicinis compositis ex speciebus, in quibus sunt lenificatio ęqualis,& resolutio, & subtiliatio,& calefactio temperata,& apertio oppilationum dominantior quam lenificatio,& cõfortatio,& stypticitas,& aromaticitas cum quantitate,qua indigent,[a] [infra quod adiuuãt duæ intentiones aliæ.] Et in plurib.harum medicinarum [b] [quæ iuuant duas intentiones] dominantur amaritudo & stypticitas parua, & istę medicinę administrantur in potu, & administrãtur in emplastris,& administrantur in embrochis,& oportet ut lenias naturam,si fuerit [c] [temperata] cum rebus lenibus,& clysterib. proprie, & illud quidem efficiunt grana pini maioris,& semen lini,& gluten albotim, cum hoc,quòd ipsa conferunt apostemati, & non oportet ut sis audax ad soluendum ventrem cum reb.vehementis caliditatis,& faciant lęsionem,& addãt in nocumento,& oportet, vt sit eius somnus super latus dextrum.illud.n.est ex eis,quę ualde conferunt ad resolutionem eius. Medicinæ verò singulares valẽtes ad illud sunt grana pini,& medullæ,& adipes temperatæ, & ad caliditatem decliues. Et in farina fœnugræci est lenificatio quædam cum maturatione,& costus est vehementis iuuaminis. nam quũ ex eo sumitur in potu ʒ.s.vsque ad aur.cum [d] [tilæ] misto,aut cum vino,confert manifestè. Et quandoque confert ei sumere in potu oleum de nereiden,aut oleum de balsamo, aut oleum costinum cum aqua, in qua decocta sunt ruta, & anethum:& dosis olei de nereiden sit quantitas ʒ.iii. administretur illud hebdomada vna, & confert maximè. Et ex eis,quæ conferunt ad illud, [e] † [ ] sunt semina agni casti pondus ʒ.i. in quibusdã syrupis,& eupatorii pondus ʒ.i. cum aqua apii aut fœniculi,aut endiuiæ. Aut arnoglossę siccę põdus aur.i. Et decoctio lupinorum,in qua positum est de spica aromatica usque ad. ʒ. s. aut de pipere minus hoc,& amygdalæ amaræ in uino,& radix arboris sanguinis draconis iuuatiua est etiam,& cortex arboris aldemest, & baccę lauri. Et radix [f] [amygdali,& radix phu.]& cicer nigrum & polium,& chamædryos, & porri, & ex medicinis compositis conferentib. ad illud,sunt trochisci de bdellio,quorum confectio. Recipe rosarum tritarum ʒ.x. spicę aromaticę ʒ.ii. [g] † [ ] myrrhæ ʒ.i.costi ʒ.i.& s. masticis ʒ.i.amygdalarum amararum ʒ.i. & s. bdellii ʒ. iii. terantur medicinæ, & dissoluatur bdellium cum uino, et cõficiantur cum eo medicinę,& fiant inde trochisci: et potio eorum sit trium ʒ.cum aqua mellis,aut cum apozemate de seminibus,et si fuerit caliditas, cum aqua allubleb, et endiuiæ. Et ex istis est medicamen Asclepiadis factum cum felle ursi, ipsum nãq; expertum est cõferre per ilud,quod in ipso est de speciebus medicinarum ualentium ad illud secundum conditiones suas, quas diximus, et descriptio quidem eius. Recipe chamæpityos, prassii,seminis apii montani,gentianæ, seminis agni casti,fellis vrsi,synapis,seminis cucum scolopendriæ,radicum opoponacis [h] [amilorum lacuen] rubeæ tinctorum,seminis cauliũ [i] [aristol.] piperis,spicæ indæ,costi,seminis apii hortulani,seminis erucæ, & herbæ iudaicæ,polii,opii,eupatorii, granorum [k]] iuniperi] partes equales,conficiantur cum melle. Et dosis eius pondus auellanæ cum [l] [uino.] Et ex eis, quæ conferunt ad illud, sunt diacurcuma, et athanasia, et theriaca diatessaron, et [m] [lo-

a B. ea infra illud quod impedit duas intẽtiones ultimas,
b —— B.
c B.stricta.
d B.talha.
e † B.est succus sceha, recentis quũ administratur aliquib.diebus. Et ex eis quæ iuuant ad illud.
f B. rubeæ tinctorum & radix aluf
g † B.croci ʒ.i.
h B.& duuatim albayra.
i B.reubarbari.
k B.harar.
l B. syrupo de melle.

m B. saranea.

& m [socrugene] conferunt ad illud, & ex compositis leuibus in hoc, est medicamen altaraxacon, dictum in capitulo aldubellati: & medicinæ quas diximus in capitulo apostematum frigidorum absolutè. Et quũ administraueris omni die trochiscos almirberis per hebdomadam vnam, qui bibantur in aqua, & incipiatur a. ʒ. j. & s. usque ad ʒ. ij. & s. erit n [ultimum. [Et o [vt] aggregetur aliquid p] huiusmodi administrãdo cardos & alsabrem gradatim † ex ʒ. iij. & s.] vsque ad ʒ. j. Et stude in hoc ne faciat illud cadere ipsum in q [erectione,] & aperi oppilationem. Et ex potibus, qui bibuntur, est apozema costi, & ramorum eupatorij, & fœnugræci & passarum iiij. vnc. cum vnc. olei amygdalini, aut olei de nucibus recentibus. Aut apozema, quod recipit gentianam, absinthium, melilotũ, passas, ficus. aut apozema r [aristol.] absinthij: rutæ, florum squinanthi, & passularum, & fœnugræci, & apozema lupinorum, & costi, & absinthij cum oleo de Kerua. Et ex emplastris bonis ad illud est, ut emplastrum fiat cum amomo humido, aut sicco, decocto cum vino pontico. Aut ex spica cum oleo de phisticis, cum prassio s [&] ex prassio cum anetho decocto. Aut emplastrum factum ex farina fœnugrǽci, & ficubus, & ruta, & meliloto, & nitro. Aut sumantur ammoniaci ʒ. cẽtum bdellij ʒ. xxv. croci ʒ. xii. terantur omnia, & cõficiantur cum cerato facto ex cera & oleo de alcanna, secundum ꝙ videtur. Aut emplastrum factum ex farina fœnugrǽci & stercore caprino, & cordumeni, & calamento, & t [caulibus] & usneæ, & ruta. Et illi quidem, cuius causa est percussio, & iam incipit apostemari, & indurari, conuenientius ex emplastris est emplastrum u [rof. cũ sabren.] Et ex medicinis & regimine bonis quum administraueris potiones, & emplastra, est ut ponantur super membrum uentosę calefactæ sine incisione: imò superponantur loco sanguisugę, deinde administra medicinas, quæ sunt fortiores in subtiliatione, & resolutione, & fac adhærere loco ea, quæ sunt sicut nitrum, & sulphur citrinum v. diebus, aut hebdomada vna: deinde administra epithemata cum synapi in omnibus x. diebus, postea fac uomere ægrum cum raphano. Quod si x [obediens] fuerit apostema, administra elleborum album. Et quãdo fit apostema cancer, minoratur spes in eo: nam si confert aliquid, tunc medicamen Asclepiadis, quod est in antidotario absque felle ursi. Cibi autem sint illi, quorum digestio est uelox, sicut uitelli ouorum sorbilium, & sicut Kisch hordei. Et cibus eius, qui habet oppilationes in hepate suo, & parum uini, quod est subtile, est bonum ualde, & abstineat a carne.

n B. Alia litera. iuuatiuum.
o B. si.
p B. ex aqua, administra trochiscos allasf, & trochisci alsebram gradatim ex tertia. drach. j. & s. Alia litera. administra trochiscos paruos, & trochisci alsebram.
† B. ex tertia ʒ. j. & s.
q B. fluxum vẽtris.
r B. reubarbari.
s B. aut.
t B. Alia litera. sulphure.
u B. almodasefram, vel almurdasefram.
x B. inobediẽs.

ANNOTATIONES.

Vbi confirmatus est iecoris scirrhus, testatur Galenus 2. ad Glauc. neque curasse se, neque curatum ab alio uidisse: sanatum tamen fuisse suscepta morbi initio curatione. cuius rei causam habes 5. de loc. aff. nempe ꝙ illi aqua inter cutem succedat, de qua re & Paulus lib. 3. De huius affectus curatione, quod reliquum est, pete ex Trallia. lib. 8. & Paulo lib. 3. itemq́; ex Gal. 8. de comp. med. per loca.

Cap. 5. cap. 6. cap. 46. cap. 2. cap. 46. cap. 8.

De cura apostematum almirach lacerti. Cap. 17.

Est proxima curationi apostematum hepatis ex parte medicinarum: nisi quia audacia ad repercutiendam materiam in primis, & ad resoluendum eam secundo, est fortior. Et non timetur ex eis ex stypticitate & resolutione, ꝙ timetur ex apostemate hepatis.

ANNOTATIONES.

Sicuti hic affectus externus est, ita internis multo facilius curatur: solet tamen & hic quandoq; diutius protrahi, quòd ubi incrassata tumoris materia in his est, ob solidiorem horum musculorum substantiam non facile attenuantium uis intro adigitur, ac si forte fortuna pus euaserit, locum non habet, per quem commodè exeat, nisi ferro uiam inueneris. unde & non raro internas quoque partes retenta sanies corrumpit. Id tamen in his commodius est, quam in internis tumoribus, quod repellere & discutere ualentioribus præsidijs potes, ubi opus fuerit: si tamen & illud in his atque illis aduerteris, ne uel frigidioribus materia in scirrhum conuertatur: uel dissoluentibus, tenuiori portione educta, crassior remaneat.

De cura apostematum mesaraicæ. Cap. 18.

Est similis curationi apostematum concauitatis hepatis.

De percussione, & obuiatione, & casu super hepar. Cap. 19.

Quoniam quandoq; accidit obuiatio, aut casus, aut a [nocumentum] super hepar, tunc necesse est, ut tu succurras. ut non accidat ex eis fluxus sanguinis aut apostema magnum. Quòd si accidat apostema, curetur cũ eis, quę diximus de cura apostematis, quod succedit percussioni, & quandoque accidit ex eis ut additamentum maius de additamentis hepatis remoueatur a loco suo, & propriè si fuerit magnum: & accidit dolor sub b [hypochondrijs dextris] post percussionem, aut saltum, aut casum, et rectificat istud commotio, & excussio cum præparatione pectoris illius, qui habet illud, & erectione illius, quare sedatur dolor subito cum reditione additamẽti ad locum suũ. In aliis autem oportet ut incipiatur, & fiat phlebotomia, & si fuerit caliditas uehemens, tunc potetur, et liniatur cum infrigidatiuis apocrusticis. Si autem sanguis eius egrediatur, tũc ponantur cum eis styptica, & si non fuerit caliditas uehemens, neque cursus sanguinis, aut iam fuerit sedatum illud, quod inde erat, tunc tua intentio non erit nisi, ut resoluas sanguinem mortuum, & si non fuerit possibile ut resoluas sanguinem, aut pertransiuit terminum, tunc administra resoluentia. Et non est aliquid simile epithemati cum mumia, & oleo c [arazaki.] & conferunt omnibus illis medicinę prædictę in capitulo apostematum euenientium ab obuiatione. Medicamen conferens ad illud in principio, quum est caliditas, & inflammatio, aut timetur cursus sanguinis. Recipe reubarbari, balaustiarum, sanguinis draconis, aluminis iameni, partes æquales: & dosis

a B. percussio.
b B. hypochondrio dextro.
c B. alrazachi.

dosis eius sit aur. j. cum aqua cydoniorum. Quòd si non fuerit illic caliditas plurima, et uo lueris administrare medicinas, in quibus sit repercussio cum resolutione aliqua, et [d] [confortatione,] tunc confert ad illud hoc compositum. Recipe Karabæ ʒ.x. rosi. ru. ʒ.v. meliloti ʒ. x. acaciæ ʒ.iiij. spicæ indæ, croci, amborum ana. ʒ.vi. masticis, corticis [e] [capparis] amborū an. ʒ.iiii. luti armeni ʒ.vii. nucis cupressi ʒ.viii. cōficiantur cum aqua arnoglossæ, et fiāt inde trochisci, quorum unusquiq; sit unius aur. Medicamen bonum. Recipe [f] [aquę neilon] ʒ.x. laccæ ablutæ ʒ.vii et [g] [reu. seni,] ʒ.iiii. croci ʒ.iii. et s. hasce ʒ.iiii. ciceris nigri ʒ.vii. myrrhę ʒ.v. luti armeni ʒ.x. cōficiantur cum oleo de lilio, in quo posita sit mumia, et fiant inde trochisci, et sumantur in potu, et dosis sit usque ad ʒ. iii. et [h] [reu. alseni] et lutum sigillatum, quum miscentur cum aliquantulo de granis myrti, sunt res magis iuuatiuæ ad hoc in eis, quæ ego sum expertus. In fine autem rei, et quum non cauetur ab inflammatione, et apostematione, oportet ut in potu sumatur de hoc trochisco. Recipe reu. seni, laccam, et zingiber, fiant ex eis trochisci, et quandoque ponitur cum eis aliquid arsenici citrini, quoniam ipsum est mirabilis uirtutis in repercussione, et resolutione sanguinis, sumatur in potu ex hoc, et liniatur super ipsum huiusmodi epithema. Recipe xyloaloes, et crocum, et baccas lauri, et bdellium, et calamum aromaticum, et masticem, et cerā, et oleum [i] [arazaki, et almeisus] fiat emplastrum ponatur.

d B conglutinatione. e B. thuris. f B. ex machilū. g B. rauédsceni. h B. reubarbarū. i B. alrazaki, & almeisusan.

A N N O T A T I O N E S.

Meminit Hipp. 6. uulgarium morborum de quodā cui apex hepatis complicatus erat, cui etiam post concussionē dolorem sedatum testatur. Fortasse eundem affectum hic author intelligit, quum ait, [Et quandoq; accidit ex eis, ut additamentum &c.] Sed unum ad capitis ferè calcem scribit, de quo quis admiretur, dum trochiscos parat, in quibus arsenicum citrinum admiscet, quę quidem res tum Galeno aduersari uidetur, qui 4. meth. in internis affectibus uitari ea præcipit, quę naturæ familiaria non sunt, & abstinere a materia minerali omni etiam arte parata iubet. ac præterea arsenicum lethale uenenum esse constat. Verùm fortasse retunditur huius uis ex aliorum miscela, ut alibi quoque dicebamus. præsertim uerò, ꝙ modicam eius portionem poni innuit. Etsi autem a minerali materia antiqui abstinuere, cæpit tamen postea (qui nostra tempestate inualuit) usus & hęc quoq; exhibendi. Vnde & hodie, & pręcipitato & antimonio multos uti nouimus.

Propè finem. cap. 7.

De scissura, & incisione in hepate *Cap.* 20.

EXistimauit Hipp. quòd moritur ille, cuius disrumpitur hepar, et [a] [accidit separatio communis ex eo] corpori ipsius et uenis eius. In illo autem, quod est minus hoc, quandoque est spes, et quandoque accidit illic urina sanguinis, et solutio uentris cū eo secundum duo latera hepatis.

a B. intelligit p illud solutionē cōtinui magnā communem.

De cura. *Cap.* 21.

CVra illius est cum medicinis stypticis, et glutinatiuis secundum ꝙ scis, et secundū quòd dictum est in capitulo sputi sanguinis, et quandoq; confert ei dare in potu pondus ʒ. ii. de rosis cum aqua frigida, aut dare ei in potu balaustias, aut facere emplastrum ex eis.

A N N O T A T I O N E S.

Vesica discissa, aut cerebro aut corde, aut septo, aut aliquo ex tenuioribus intestinis, aut uentriculo, aut iecore, lethale eße Hipp. 6. aph. pronunciauit. Idem & 1. de morbis affirmat. quod & Celsus lib. 5. Quod tamen aliqui confosso iecinore etiam persanati fuerint, uidimus nos. & intellexiße seipsum Galenum testatur eo 6. aph. Author autem noster, ubi paruum sit uulnus, quandoq; salutis adeße spem affirmat. Quare & eius curationem aggreditur.

Aphor. 18. cap. 16.

TRACTATVS IIII.

De humiditatibus, quibus accidit causa hepatis, ut expellantur egrediendo, et coarctentur [a] [occultando,]

a B. quiescendo

De speciebus expulsionum rerum in hepate. *Cap.* 1.

QVandoque diuersificantur expulsiones in substantia eius, qđ expellitur: & quandoque diuersificatur causa eius, propter quod expellitur. Substātia verò eius, quod expellitur, quandoque est res [b] [chymosa,] & quandoque est aquosa, & quandoque est ablutiua, [c] † [ ] & quandoque est cholerica, & quandoque est uirulenta: [d] † [ ] & quandoque est nigra subtilis, & nigra sicut fæx, & nigra melancholica; & quandoque est fœtida, & quandoque non est fœtida; & quādoque est sanguis purus, & quandoque expellitur similis ei ex via stomachi cum uomitu, & significat ipsum priuatio doloris, & quandoque est res grossa nigra, quæ est substantia carnis [e] [stomachi.] Causa autem eius, propter quod expellitur, quandoque est apostema, quod rumpitur. Aut oppilatio, quę [f] [aperitur, & expellitur, Aut scissura.] Aut ulcus, Aut corrosio, Aut debilitas retentiuæ; quare non retinet illud, quod in ipso comprehenditur. Aut debilitas attractiuę, quare nō attrahit. Aut digestiuæ, & non digerit illud, qđ comprehenditur in ipso, & [g] [quandoque] nō recipit ipsum corpus, & expellit ipsum, aut [h] [fortitudine] expulsiuæ; aut malitia complexionis calidæ liquefactiuæ; aut frigidæ debilitantis ex causis infrigidantibus, & ex eis sunt euacuationes plurimæ. Aut est propter repletionem, [i] † [ ] quam necesse est naturam expellere, & quandoque est repletio secundum corpus totum, & quandoq; est in ipso hepate, quādo bona est generatio sanguinis, sed moratur in ipso sanguis, & non penetrat ad uenas pp cōstrictionem earum, aut propter debilitatem attractiuę in [K] [ipso,] aut propter oppilationes, aut apostemata, quæ diximus, & quandoq; est causa repletionis, qua expellitur, dimissio exercitij, aut additio in cibo, aut incisio mēbri, secundū ꝙ diximus in lib. uniuersali. Aut retentio cursus cōsueti hęmorrhoidarum, aut menstruorum,

b B chylosa. c † B. uel ficus lotura carnis. d † B. & quandoq; est saniosa. e B. hepatis. f B. est aperta, & facta est expulsio, aut ruptio, aut scissio, accidens in corpore eius, aut uenis eius, & causa eius est incisio, aut pcussio, aut obuatio. g B. quum non digeritur. h B. fortitudo. i † B. & superfluitatem. K B. ipsis.

ſtruorum, aut aliorum. Et quandoque cauſa eſt mordicatio,& acuitas materiei, cogens naturam ad expellendum,licèt uirtutes nondum fecerint in ea operationem ſuam, quam facerent ſi non eſſet hoc nocumentum. & quãdoque aſſociatur illud,quod inuenit in uia, & fit ei laborioſum,et [l] [inobediens .] quandoque fit huiuſmodi in criſibus,& quandoque cauſa non eſt in ipſo hepate,imò in meſaraica. et quamuis non ſint poſſibiles in meſaraica omnes modi iſti cauſarum,eſt tamen poſſibile ut ſint ex parte apoſtematum,& oppilationum: [m] [nam ſi fuerit in ea primum poſſibile eſt] ut hepar attrahat,& meſaraica nõ attrahat [n] [quare accidit ex ea] res,de qua curatur [o] [quãuis] attractio dignior [p] [ſit] hepati,nõ meſaraicæ, & non eſt attractio meſaraicæ ſolius,at tractio de qua curetur & multoties quidem eſt ſolutio ventris hepatica.quoniam corpus non recipit nutrimẽtum,et reddit propter oppilationẽ aut propter aliud.et omnes ſpecies harum expulſionum nituntur in veritate,aut ad debilitatẽ,aut ad fortitudinem.Sũt ergo ea , quæ fit ex ſciſſura,[q] † [ ] et ulceroſa,et pertinens ad malitiam complexionis, et debilitatem uirtutis,de genere debilitationis, et apertio oppilationum,et eruptio aldubellati , et expulſio ſuperfluitatum,de genere fortitudinis. Virtus enim dum non confortatur, non [r] [poteſt aperire aldubellati, et ſuperfluitas ſanguinis corrupti, propter multitudinem aggregationis , et paucitas ſuctionis ex eo., et ſuperfluitas] ſanguinis plurimi,et alia.et quando egreditur ſanguis fœtidus , non oportet, ut exiſtimetur , quòd illic ſit debilitas:quãdoque enim fœtet propter longitudinẽ moræ,deinde expellitur, et eſt quaſi fæx nigra: [quũque ſuper fluit,expellit] ipſum natura,ſicut [t] [oſtẽdimus etiã in uenis.] Verùm illũ,qui expellitur a uirtute,ſequitur leuitas,eſt cum eo ſanitas diſpoſitionũ, et quando nõ eſt fœtens in omni diſpoſitione [u] [mala.] tunc niger eſt dignior ut non ſit in [x] † [ ] diſpoſitione [y] [mala.] et ſimiliter quãdoque eſt in expulſionibus colorum diuerſorum leuitas,et errat,qui retinet hos colores diuerſos in omni diſpoſitione. et uehementior error eius eſt, qui retinet eos cum oppilatiuis conſtipatiuis,et ſcias quòd nõ elõgatur, quin uirtus debilitetur, et nõ ſeparet ſuperfluitates, et non expellat repletionem : deinde accidat ei ut confortetur uirtus,aut perueniat de præparatione materierum [z] † [ ] et apertione opppilationum,[a] † [ ] cum quo facilis fiat expulſio inobedientis, & expellantur ſuperfluitates.Et cauſa quidem in ſolutione uentris chyloſa, quæ eſt cauſa hepatis, & eorum , quæ ſequuntur ipſum,aut eſt propter debilitatem attractiuę, quæ eſt in hepate , aut propter oppilationes,& apoſtemata,quæ ſunt in concauitate eius,aut meſaraica,ita,vt non attrahat,& non alteret omnino . Et ego dicam iudicium harum oppilationum in capitulo inteſtinorũ . Et eſt ex eis,quę cum dimittuntur, areſaciunt, & deijciunt uirtutem.& quando retinentur,inflant in ſuperioribus,& nocent eis,& conſtringunt anhelitum.Materierum uerò chyloſarum multitudo eſt,quod ipſæ ſunt augmentatiores

l B. anguſtioſũ.

m B. Alia litera quamuis primum ſit lõginquum poſsibile eſt tamen. Alia litera. quamuis ſit lõginquum, aut non ſit poſſibile Alia litera. & ſi fuerit , ptranſit, & non eſt poſsibile.

n B; & accidat.

o B. quoniam

p B eſt.

q † B. uel eruptione.

r B.expellit pus dubellati, neq; ſuperfluitatem, ſanguinis corrupti,pp multitudinem aggregationis,& paucitatem ſuctionis ex eo,neque ſuperfluitatem.

s B.Alia litera . quum ſupfluit, & expulerit.

t B. etiam ferei in ulceribus . Alia litera . & fœtet in uenis.

u B. malus,

x† B. omni.

y B. malus.

uirtute attractiua,quæ eſt in hepate, quare remanet maior pars earum non attracta . Et quandoque eſt cau ſa in hoc uehementia appetitus ſtomachi,& ſuperfluitas eius. Et cauſa in ſolutiõe vẽtris lauatiua,eſt debilitas uirtutis alteratiuæ, et ſeparatiuæ q̃ eſt in hepate,aut augmẽtũ patientis ſuper agentem [b] [&] debilitatio retentiuæ.Et eſt tunc [c] [ſimilis ſolutioni vẽtris lauatiuæ hepatis debilis,& cauſa eius eſt vomitus:& cholerica paſſio ab] eo,quod nõ tolerat ſtomachus debilis,& expellitur ante complementum operationis propter debilitatem retentiuæ.Quũ ergo non eſt propter debilitatẽ retentiuę,tunc eſt propter debilitatem alteratiuę. Et utræque debilitates ſequuntur omnẽ complexionem.Sed plurimum debilitatis retẽtiuę eſt propter caliditatem [d] [tantum:aut propter frigiditatem tantum in utriſque diſpoſitionibus:nam ablutiua conuertitur ad illud , quod eſt plus ſanguineum propter uehemẽtiã conſecutionis corporis,]deinde ad illud,quod eſt turbidum.& eius quidem. quæ facta eſt a caliditate,eſt ſignum aliud,& factæ a frigiditate, eſt ſignum aliud,quæ ego dicam.& cauſa in ſolutione uentris cholerica.eſt multitudo cholerae,& fortitudo expulſiuę. & cauſa in uirulenta eſt aduſtio ſanguinis & humorum. & liquefactio eorum,& quandoque perducit ad aduſtionem corporis ipſius hepatis,& [e] [quod ipſum educit] poſt humores diuerſos, & quandoque fit uirulenta propter reſudationem apoſtematis,aut dubellati . & ſæpe fit reſudatio ex hepate,& fit uẽtris ſolutio periodica.& cauſa in facta , quę eſt ſimilis fæci,aut eſt eruptio dubellati:Aut oppilationis apertio.Aut corroſio,& vlcera putrida. Aut aduſtio ſanguinis & alteratio [f] † [ ] in partibus hepatis propter paruitatem penetrationis,cum caliditate hepatis,& eorum,quæ ſequuntur ipſum . Aut alteratio eius in uenis, quum eſt uehementis caliditatis , & corrumpit ipſum . & non fugit ex eo corpus,quare ingroſſatur,& fit ſicut fæx fœtida, uehementis fœtoris,& in ipſo eſt [g] [additio ebullitionis, & liquefactionis,& amaritudinis propter dominium cholerę .] & quãdo corrumpitur hac corruptione, expellit ipſum natura fortis,& ſignificat corruptionem complexionis in membris . [h] [Et eſt proculdubio continens debiles & extenuatos .] Et differt a melancholica per colorem,& ſubſtantiam , & fœtorem:nam ipſa eſt minor illa in nigredine [i] [per colorem & ſubſtantiam.]& fœtor ipſius uehemens eſt,cuius ſimilis non eſt melancholiæ.Aut frigus inſpiſſans ſanguinem, & cõgelans ipſum . Aut debilitas hepatis , propter quàm perducit ex lauatiua ad ſanguineam, & ad fæculentam, & non eſt ſubito niſi raro. Et plurimum quum fit ſubito,eſt a complexione calida adurente.Frigida enim facit ipſum [k] [rẽ non digeſtam.]& calida adurens conturbat ipſum,ſicut fæx: ſed propter egreſſionem ipſius carnis hepatis, eſt aduſtus groſſus [l] † [

] & cauſa in ſanguine puro eſt uirtus fortis non faciens neceſſarium,ut remoueatur ſuperfluitas a ſanguine,tẽpore,in quo alteretur [m] [&] expellat ipſam,et quandoque fit pro-

b B.aut.

c B. proportio fluxus lotiui ex hepate debili , proportio uomitus & cholericæ paſſionis ex.

d B. & humiditatem. Et plurimum debilitatis alteratiuę uel immutatiuæ eſt propter frigiditatem,& non affirmet ſentẽtiã, ꝙ lotiu⁹ ſit pp caliditatem ſolũ, aut propter frigiditatem ſolum. Et in utriſque diſpoſitionibus quidem lotiuus conuertitur ad illud , quod eſt plus ſanguineum ,propter uehementiam retroceſſionis ex corpore .

e B. egreſſionẽ eius.

f † B. eius.

g B. ſpumoſitas propter ebullitionem & liquefactionem & colericitatem per dominium caliditatis. Alia litera . ſpumoſitas ebulliti & liquefactio,&cholericitas propter dominium caliditatis.

h B. Et ſunt habentes ipſam proculdubio debiles & extenuati .

i B. & ſpiſſior ea in ſubſtãtia.

k † B. fluidum non digeſtum .

l † B. Et cauſa in fœtore eſt putrefactio accidẽs propter corroſionem, & vlcerationem aut propter multitudinẽ retẽtionis, & aduſtionis.

m B. deinde,

propter solutionẽ continuitatis. Inquit Hipp. ille cuius hepar repletur aqua, deinde rumpitur illud ad panniculum uentris, tunc quum repletur venter eius [n] † [ ] moritur. Et scias quod plurimum potus vini passi recentis, facit eadem in solutionem uentris hepaticam. Et quum retentio solutionis conturbat, & eius solutio facit acquirere tranquillitatem, est mortale. Et scias, quod quum longę ægritudini senis succedit fluxus uentris [o], [est timorosum. Et quum] eius fluxus retinetur cum nocumento, tunc eius fluxus est hepaticus, & eius corpus non recipit nutrimentum propter exsiccationem viarum.

n † B. aqua.

o B. & ipse est extenuatus, &c.

ANNOTATIONES.

De excrementorum alui differentijs ob iecinoris & circunstantium illi partium affectus, copiose agit Galenus 5. de loc. aff. & 3. de sympt. caus. & 8. de comparatione medic. per loca.

Cap. 7. Cap. 3. cap. 6.

De signis. Cap. 2.

Differentia quidem inter solutionem ventris hepaticam, & eam, quæ fit ab intestinis, est quoniam humores mali egredientes, & sanguis ex intestinis sunt cum rasura dolorosa, & pungitiua, & paulatim secundum cõtinuationem, & hepatica fit sine dolore, & est plurima, & non est semper cõtinua in omni hora, & quandoq; distinguit inter vtrasq;, permixtio cum egestione, & separatio ab ea, & postpositio ab ea. In hepatica enim venit post egestionem parum permistionis. Differentia verò inter solutionem uentris hepaticam, & stomachicam, est quoniam hepatica egreditur chylosa, ęqualis, in qua iam stomachus efficit, quod ei inerat, & remansit impressio hepatis in ipsa, & si esset stomachica, [a] [ostenderetur ex ea, quod cũ solutione egreditur,] indigestum, & grauaret super stomachum, & esset cum ea nocumentũ stomachi plurimum. Et quandoque egreditur aliquid indigestum non propter stomachum solummodo, immo propter communitatem hepatis etiam ad stomachum; uerum pertinet ad stomachum, quoniam nocumentum est in operatione eius, & differẽtia inter solutionem ventris chylosam [b] [sanguineam,] quæ est, ex hepate, & illam, quæ est ex mesaraica, est: quoniã cum illa quæ est ex mesaraica, non sunt signa debilitatis hepatis [c] † [ ] in vrina, & in alijs. Sed differentia inter virus factum ex vlcere aut resudatione apostematis, & factum ex partibus alijs, est quoniam ante primum est febris, & hoc aliud incipit sine febre: quod si febricitat post illud, tunc est illud propter causam aliam. Et cum [d] [virus, quod] diximus esse ex mesaraica, & ex apostematibus in ipsa est fluxus ventris chylosus purus absque signis debilitatis in ipso hepate ex apostemate aut dolore [e] [resoluente] colorem, & est febris, quæ ipsum comitatur, debilis, & ad ultimum virus hepaticum est decliue ad albedinem, & rubedinem, ac si ipsum sit [f] [sordes, aut pus, & sanguis,] & mesaraicæ decliuius ad albedinem, & citrinitatem, quasi sit uirus vlceris. Verum differentia inter [g] [solutionem uentris,] quæ est ab ulceribus, & corrosionem, & dubellet, & inter illam, quæ est a uirtute, est: quoniam cum illa, quæ est a uirtute, reperitur lenitas, & egrediuntur cum ea colores diuersi, extranei, & nõ sunt cum ea signa apostematum. Et quandoq; sunt ante ipsam, oppilationes. Et quocunq; modo fit, non antecedunt eam febris, & arefactio, neque antecedit eam solutio uentris lauatiua, aut sanguinea, subtilis, aut virulenta. Et [h] [illa, quæ est causa apostematum, retinet sanguinem, & corrumpit ipsum, & non sunt ibi dubellet. Signum vero eius] est ut sit illic apostema, & non sit illic signum collectionis: & sit primo subtilis, virulenta, resudatiua, deinde ingrossetur in fine rei. Et illam, quæ fit propter debilitatem hepatis incipiens ex lauatiua, & peruenit ad fęculentam, antecedit illud, & raro fit subito. Quod si fit subito, cum alteratione coloris, & casu uirtutis [i] † [ ] tunc ipsa etiam est a debilitate. Et quum causa est cõplexio, significant ipsam signa eius. Et fæculenta, cuius causa est caliditas, similatur sanguini adusto, & antecedunt eam liquefactio humorum & membrorum, & fluxus uentris virulentus, & sitis, & paucitas appetitus, & uehementia rubedinis aquæ. Et quandoque sunt cum ea febris, & est eius egestio, sicut egestio febris pestilentiæ in uehementia fœtoris, & grossitudine, & tinctura coloris: deinde egreditur ĩ fine eius sanguis niger. Et illa, cuius causa est frigiditas, est similis sanguini putrefacto in seipso, non sicut caro liquefacta, & neque est multa vehementia fœtoris, immo fœtor eius minor est fœtore calidę, & est minoris [k] [nigredinis] quã calida, & minoris coloris, & quandoque est sanguis, subtilis, niger, quasi sit sanguis, [l] † [ ] aliquo modo [m] [fæculentus] congelatus, & est incessus eius lauatiuus plus, & sit is in principio sui parua, & appetitus cibi est plurimus: deinde in fine sui perducit propter sui putredinem, ad febres, & deijcit virtutem etiam, & perducit ad hydropisim, & ad vltimum est longitudo cum extensione dispositionis. Et significatur illud, quod associatur complexionali ex humiditate, & siccitate, per dispositionem eius, quod egreditur in substantia sui, & per sitim, & in illa, quæ fit aldubellati, quandoque est pus grossum, & sanguis fœculentus, & humores plurimi, sicut fit in oppilationibus. Verùm signa aldubellati, & maturationis eius, & eruptionis ipsius sunt sicut iam sciuisti & cognouisti ante, & quandoque currit in aldubellati, & apostemosa in principio sui virus subtile; deinde quum erumpitur, egreditur sanies, & quandoque currit cum ea sanguis, & illa quidem, quæ fit ab vlcere, aut corrosione, est cum dolore in partibus hepatis, & cũ paucitate eius quod egreditur, & [n] [remanet.] & antecessione, facientium necessario vlcera, & corrosionem, & illa, in qua est illud, quod egreditur ex ea ipsa caro hepatis, est nigra, grossa, & associatur ei debilitas [o] [circa mortem, et quandoque moritur.] Et illam, quæ fit propter repletionem, & a retentione cursus, aut incisione membri, aut dimissione exercitij, aut similibus, significat quod est causa eius, & fit subito

a B. flueret sicut fluit aliqd.

b —— B.

c † B. in colore.

d B. est virulentus quem.

e B. permutãte.

f B. resudatio a pure, & sanguine.

g B. spissam vel inter fæculentã.

h B. illius, quæ est pp causã apostematum retinentiũ sanguinem, & corrumpẽtium ipsum, & nõ sũt ibi dubellati, signum.

i † B. Alia litera. appetitiuæ.

k B. frequẽtia.

l † B. turbulentus.

m B. non.

n B. fœtore.

o B. propinqua morti, & nocumẽta prædicta.

bito cum multitudine, & abscissione ueloci, & paroxysmo. Et in omni, cuius res protenditur in fluxu ventris longo, siue sit fœculentus, siue virulentus, aut alius ab hoc, ut cum fluxu egrediatur nigrum, parum habetur spes: & fortasse conferunt ei medicinæ fortes; stypticę p † [ ] parum glutinatiuæ: uerum earum ultima consecutio non perducit ad sanitatem. Huius vero capituli curationem postponemus vsque ad capitulum solutionis uentris.

p † B. & nutritiuæ.

ANNOTATIONES.

cap. 1. cap. 6.

Habes & de hac re ex Gal. multa 6. de loc. aff. & 8. de comp. med. per loca. nusquam tamen uel a Gal. uel ab aliis tanto ordine, & compendio explicata hæc uidimus, ut ab Auicenna.

De cachexia. *Cap. 3.*

QVando corrumpitur dispositio hepatis, a [communicat] super ipsum debilitas, accidit in primis dispositio antecedens hydropisim, & nominatur cachexia, & appropriatur nomine corruptionis complexionis. In primis itaque permutatur color corporis, & faciei ad albedinem, & citrinitatem, & apparet inflatio in palpebris, & facie, & extremitate manuum, & pedum, & quandoque expargitur in totum corpus ita, ut fiat sicut massa, & consequitur ipsam corruptio digestionis, & quandoque appetitus fit fortis, & est natura in sui retentione, & b [resolutione] secundum ordines. Et similiter est dispositio c [syncopis eius quandoque, & uigiliarum, & elongationis eius alius.] Et minoratur cum ea urina, & sudor, & multiplicatur uentositas, & fortis fit inflatio in mirach; & quandoque inflantur testiculi, & quum accidit ei ulcus, fit difficilis eius consolidatio propter corruptionem complexionis. Et quandoque accidit in d [commissuris] & gingiuis caliditas, & pruritus propter vaporem corruptum ascendentem, & fit corpus e [debile,] mollificatum. Et quandoque accidit f [cachexia] propter aggregationem aquæ in pulmone. Et fit forma patientis eam, similis formæ hydropisis.

a B. dominatur.
b B. eius solutione non.
c B. somni, & vehementis somno tiæ quandoque. & vigiliarum, & prolongationis eam vice alia. Alia litera. somni, & euentus eius cũ vehemẽ quandoque, vigiliarum, & elongationis eum vice alia.
d radice gingiuarum.
e B. pigrum.
f B. dispositio si[…] cachexiæ.

ANNOTATIONES.

Malum corporis habitum nostri uocant, quod græci καχεξίαν, futurę hydropis initium, & symptoma, si quis recte aduertit, multiplex, in sensilibus affectib. & actionib. pluribus: ex iecinoris & innati caloris imbecillitate proueniens: unde neque alimenta concoquuntur, neque nutritur corpus: unde & alia omnis generis symptomata sequi solent, quæ hic author fusius prosequitur. Vide Aetium lib. 10. cap. 19.

De hydropisi. *Cap. 4.*

HYdropisis est ęgritudo materialis, cuius causa est materia a [exuberans] frigida ingrediens membra, & b [consequuntur] per eam aut membra manifesta omnia, aut loca vacua partium, in quibus sunt regimen nutrimenti, & humores. Et diuisiones eius sunt tres. s. hyposarca, in qua causa est materia c † [ ] phlegmatica d [penetrans] cum sangui ne in mēbra. Et ascites, in qua causa est materia aquosa effusa in spatium uentris inferioris, & quę sequuntur ipsum. Et tympanites, in qua causa est materia ventosa sparsa in illas partes. Et hydropisis quidem habet causas, & iudicia communia: & omnis hydropisis habet causam & iudicium e [commune.] Et non quidem accidit hydropisis absque ægritudine hepatis propria: aut propter communitatem, f † [ ] licet quandoque ęgrotet hepar, & non accidat hydropisis. Et causæ hydropisis omnino, aut sunt proprie hepaticæ, aut sunt cum communitate, & causarum propriarum dignior, & cōmunior est debilitas digestionis hepaticæ; & ipsa est quasi causa coniuncta. Causę uero antecedentes sunt omnes ægritudines hepatis, complexionales, & instrumentales, sicut paruitas, & oppilationes, & apostemata calida, frigida, & mollia, & dura oppilantia orificium venæ g [ascendentis] & durities siphac cōtinentis. h † [ ] Et complexionales sunt inflammantes, & faciunt hydropisim plus illis i † [ ] cum gradatione resolutiōis innati caloris, aut extinctionis eius subito. Intelligo autem per resolutionem huiusmodi illud quod sciunt medici, qđ calori innato accidit resolutio paulatim aut extinctio, siue sit ex calido, siue ex frigido: sicut potu aquæ frigidæ in ieiunio, & post balneum, & exercitium, & coitum, & humectāte superfluo, & exsiccante post liquefactionem. Et euacuationes superfluæ per sudorem, & urinam, & solutionem uentris, & rasuram, & mēstrua, & hæmorrhoides. Et nocibilior euacuationum est euacuatio sanguinis. De ægritudinibus uero officialibus dictum est in capitulo cuiusque earum, qualiter perducit ad hydropisim. Causæ autem hydropisis cum communitate ad ipsum, aut sunt per communitatem cum corpore toto, ita ut calefiat k [sanguis] eius valde, aut infrigidetur valde propter aliquam causarum. Aut est propter frigus stomachi, & malitiam complexionis eius: & proprie quum succedit l [fluxui ventris sanguinolento.] Aut est propter mesaraicam. Aut propter communitatem splenis, propter magnitudinem suam propter apostemata in ipso dura, aut lenia, m † [ ] calida, aut multitudinem euacuationis melancholię. & perducit superfluitas eius, n [per illud, quod accrescit de uirtute melancholiæ motæ ad debilitatem hepatis] & infrigidationē eius, & applicationem nocumenti eius ad ipsum: sicut peruenit ad cerebrū, & o [uariatur.] Et magnitudo splenis perducit ad hydropisim, & ad debilitatem hepatis, propter duas causas: una earum est multitudo eius, quod extrahit de hepate, & remouęt uirtutem eius, & altera est cum debilitate uirtutis hepatis secundum semitam, qua ei contrarius est: & quod prohibet ipsum generare sanguinem bonum. Et quādoque est per communitatem renum, & propter frigiditatem renum, aut propter caliditatem eorum proprie, aut propter oppilationem in eis, & duritiem, quare non attrahunt aquositatem, quamuis p [renes] ægritudinem non habeant.

a extranea.
b tumefescunt.

c † B. aquosa.
d B. sparsa.
e B. proprium.
f † B. eius.
g B. alhaleb.
h † B. ipsum.
i † B. Alia litera. mediante siccitate, aut infrigidantes, & omnes faciunt illud.
k B. Alia litera, corpus.
l B diariæ.
m † B. aut.
n B per illud quod expãditur de virtute melancholiæ motæ ad hepar.
o B. fit guesgues.
p B. hepar.

habeant. Et quandoque fit propter intestina, & ęgritudines eorũ, & propriè [q] [orbi] propterea quia est ei propinquum, & propter uesicam, & matricem, aut pulmonem, aut diaphragma, & non est omne, quod accidit propter communitatem renum, propter complexionem eorũ, imò quandoque est propter oppilationes eorum, & apostemata ipsorum; quare non attrahunt. Et similiter est dispositio in eis, quæ accidunt propter communitatem intestinorum. Non enim omnia sunt propter alterationem dispositionis intestinorum in qualitatibus tantum, imò quandoque sunt propter dolores intestinorum ex punctura, & rasura, & colica uehementis doloris, & alijs, quare debilitatur hepar propter illa. Et similiter, illud quod fit propter communitatem matricis, non est in qualitate eius tantum, imò propter dolores eius. & retentionem menstruorum in ea, & quandoq; fit propter cõmunitatem sphincteris propter retentionem sanguinis hæmorrhoidarum: similiter in membris alijs prædictis, & plurimũ quidem communicant membra fæcis cum cõcauitate: & membra prouocationis, & anhelitus cum gibbositate. Verum plurimæ communicationes perducentes ad hydropisim, sunt communicationes cum renibus & [r] [orbo,] & splene, & mesaraica, & stomacho. Quidam autem dixerunt, quòd quandoque accidit hydropisis propter apostemata accidentia in locis uacuis, propriè [s] [inguineis] propter malitiam cõplexionis eorum lædentem hepar, & nocentẽ ei. aut sanguinem melancholicum, qui multoties coarctatur in eis; & generat oppilationes in eis, quę uicina sunt illis, perueniendo ad ea, & [t] [egestionem sanguinolentam] & est primũ perducens ad hydropisim post tolerantiam doloris confirmati in partib. illorũ, qui forsitan non resoluitur per medicamen, & euacuationem, & hic est sermo non bonus. Et deterior quidem hydropisis est illa, quæ est cum ægritudine acuta, & sunt homines quidam, quibus uidetur, ꝙ hyposarca est deterior alijs, quoniam corruptio in ipsa communicat hepati, & omnibus uenis corporis, & carni, ita, ut destruatur plurimum digestionis tertiæ, & ex eis sunt, quibus uidetur quòd ipsa sit leuior alijs ita, ut sit leuior tympanite Verum dignius est, ut sit ascites malignior illis omnib. deinde [u] † [ ] hyposarcha sit aliqua, quæ est leuior omnibus: & sit ex ea alia, quę est ualde mala, & illud secũdum considerationem causarum facientiũ cadere in ipsam. Et in manifesta quidem dispositione, & in plurimo, quod quidem experimentum facit esse necessariũ, oportet ut sint [x] † [ ] species hyposarcę leuiores, & non oportet necessario, ut [y] [de eis sit deterior] secundum ꝙ est in illis reliquis. Et homo de quo uehementius timetur, quũ aduenit ei hydropisis, est ille cuius complexio naturalis est calida & sicca. Non. n. ęgrotat per contrarium suæ cõplexionis, nisi propter rem magnam. Hydropisis autem eueniens propter duritiem splenis, magis salua est, quam adueniens propter duritiem hepatis, immo est, in qua speratur curatio. Et quandoque dominatur materia hydropisis adeo, donec faciat accidere dispnęam, & con strictionem anhelitus, & [z] [solutionem uẽtris,] & illud significat propinquitatem mortis in tribus diebus. Et quandoque alteratur anhelitus [a] [propter compressionem officialem,] & hæc est magis salua, & quandoque accidunt eis propè mortem vlcera oris, & gingiuarum, propter malitiam vaporum, & in fine eius accidũt vlcera in corpore, propter malitiam complexionis sanguinis, & dicitur quod quando descendit ex hydropico, quod est sicut [b] [caro,] pronunciat mortem eius, & si alicui accidit hydropisis habenti melancholiam, resoluitur melancholia, propterea quia hydropisis humectat eã.

Et scias ꝙ fluxus uentris in hydropisi, mortalis est, & oportet quidem, ut habẽs hydropisim sciat illud, quod de ipso primum inflatur, s. an sit [c] [femur] aut pedes, aut dorsum, & partes renum, & alchatin, & ex intestinis, et oportet ut sit natura in lenitate, & siccitate cognita. Natura enim sicca melior est, quã quum ipsa est lenis: & proprie in incipiente ex alchatin, & renibus, & cum incipiente quidem ex alchatin multiplicatur lenitas naturæ, propter reuersionem humiditatum cibi ex eo ad intestina, & siccitas in incipiente ex anteriori est plus, & oportet, ut cognoscas dispositionem locorum sicut [d] [umbilici, & uentris, & femoris etiam] an sit tabefacta, aut carnosa. Carnosa enim significat fortitudinem, & tolerantiam solutionis uentris, & considera etiam an [e] [femur] communicet in inflatione, aut non communicet, & quando communicat [f] † [ ] timetur resudatio & resudatio [g] [quidem putrefacit, & liquefacit] & facit cadere in ulcera maligna, difficilia ad sanandum.

q B. ieiuni.

r B intestino ieiuno.

s B. inferiorib[9] Alia litera. frigidis.

t B. diarrhæam. Alia litera illorum, seu alchatin, i. lũborum.

u † B. ex.

x † B. Alia litera. plurimæ. Alia litera. communiter.

y B. sit hepar debile in eis. Alia litera. hepar.

z B. tussim.

a B. Alia litera. cũ coarctatione non cum madefactione. Alia litera. propter coarctationem instrumenti.

b B. aqua carnis. Alia litera. carbo.

c B. pecten.

d B. partiũ vmbilici, & pectinis.

e B. oseum.

f † B. oseum.

g B. est laboriosa ægritudo faciens ægrũ diu pati.

ANNOTATIONES.

Vbi iecur uehementer perfrixerit, hydrops contrahitur: in quo nonnunquam spiritus copia cum humidi momento intra peritonæum & intestina colligitur, & fit tympanias, quam etiam hydropem siccam Hipp. nuncupat 4. aph. Aliquando contra, humorum abundantia cum modico spiritu in ijsdem regionibus, intra peritonæum. s. & intestina colligitur, seruaturque ueluti in utre, & ascites appellatur. Nonnunquam in tota corporis mole frigidior pituitosiorq; sanguis continetur, partim a iecore descendens, partim ex tota carne corporis ueluti in aquam resoluta emanans, & hydrops leucophlegmatias, hyposarcidios, uel anasarca uocatur ita ut tres hydropis in uniuersum sint species, quod & ex Galeno legere est tum 5. de loc. affec. tum 3. Comm. in lib. Hipp. de humoribus, tum 4. de rat. uict. in ac. & alibi. itemque ex Tralliano lib. 9. & Paulo lib. 3. Cæterum aduersus horum sententiam Hipp. 4. de rat. uict. in ac. duas tantum hydropis species esse ait, hyposarcidion, & eã quæ ex flatu. Aretæus uerò 1. de diuturn. morb. leucophlegmatiã ab anasarca distinguit, quoniã si ex alba pituita crassa, & frigida est affectus, leucophlegmatian, sin in humorem sanguineum, aquosum, tenuem carnes liquatæ fuerint, hydropem anasarcam ait generari. Ita ut præter superiorum sententiam alij duas tantum, alij etiam quatuor hydropis species esse arbitrentur. Verum. Et si fortasse leucophlegmatiã distinguere antiqui consueuerant ab anasarca, quod Aretæus facit, monet tamen Galenus 4. de rat. uict. i acutis errare eos, qui uel duas, uel quatuor hydropis species putant. Et uere, quum tot magni uiri in eo conueniant, ut ad tres species omne hydropis genus referatur, non

Aphor. 11.

Com. 84. cap. 5. comm. 24. cap. 1. Text. 111.

cap. 1.

com. 111.

non plures aut pauciores; nobis cum ijs in eadem sententia persistendum. Cæterum his omißis, quæritur quisnam affectus præter naturam sit hydrops. Author noster ægritudi- Cap.4. *nem esse ait materialem. At Gal. lib. de diff. sympt. inter symptomata recenset, quæ imbecillam sanguificationem sequuntur. Verum, si quis propius rem spectet, hydrops symptoma est, actio uidelicet iecoris, & concoctricis facultatis læsa, intemperiem iecinoris sequens. Potest tamen etiam dici morbus, quod tumor in ea est præter naturam, actiones offendens, si non alias, mouendi saltem promptitudinem lædens, & dolores quandoque ob partium distentionem concitans. Qua uero intemperie, & cuius partis uitio hic affectus fiat, quamuis & hac de re fuerit controuersia: Constat tamen eum non iecoris solum, sed & aliarum partium, & lienis, & uteri uitia sequi. quod fusius & Paulus loco cita-* Cap.4. *to & Gal. 6. de loc. aff. aduersus Erasistratum notat. In uniuersum qui a frigida intemperie procreatur. Quanquam enim quandoque etiam calores immoderatos sequitur, ut* Cap.1. *6. de loc. aff. legere est, coniuncta tamen eius causa innati est caloris imbecillitas, & refrigeratio. Sed alia hic quæstio est, quum tres sint hydropis species, quæ nam earum curatu sit difficilior. Quidam anasarcæ id ascripserunt, quod Auicennas hic notat, quum ait. [Et quidam quibus uidetur quod hyposarca est deterior alijs &c.] a quibus etiam dissentit. Alij ascitem præferūt, quod author noster. Alij tym-* cap.21. *paniam quod Auer. 3. Coll. Profecto, in anasarca non iecoris tantum, sed uenarum, & carnium quoque totius corporis peruersa intemperies est, ut propterea poßit quis hanc maligniorem putare, quā uel tympaniam, uel ascitem. Sed quamuis res ita se habeat, & pluribus corporis partib. uitium in anasarca communicet, quam in ascite: minor tamē (nostra sententia) in eadem hyposarca intemperies est, & minor morbus: quippe quod in ea uniuersum corpus pituitoso sanguine redundat, qui, etsi perfectißime concoctus non est, suscepit tamen coctionis initium contra quam in ascite, in hac enim non pituitosus, sed tenuißimus, & aquosus est sanguis, a coctionis fine, quæ incraßatio est, longe distans. Vt propterea eorum opinio nobis minime satisfaciat, qui anasarcam a maiori frigiditate fieri putant, quam ascitem, contra Auicennæ sententiam. De tympanite uero, quod Auerrhoes difficilius curari eam asserat, putamus nos, non esse id ab Auerrhoe absolute prolatum, sed quoniam non minus a calore, quam a frigore procreari hanc Auerrhoes putat, proptereaque laborare ait medicos, ut causam eius internoscant, an sit, uidelicet a frigida, an a calida causa, id circo ob causam cognitu difficilem. curatu hæc difficilior est, quam uel hyposarca, uel ascites. Fortasse uero, quum flatus non nisi calidis curentur, quia tympanitem ex calore etiamnum gigni arbitratur, propterea indicationum curatricum gratia, quæ contrariæ sunt (flatus enim calido remedio, causa uero tympanitis eo in casu, frigida exigit) difficiliorem curatu hanc Auer. existimauit.*

De causis proprijs asclitis. *Cap.* 5.

CAusa coniuncta in ipsa est, quòd superfluitas aquosa non egreditur ex parte sui exitus, quare reuertitur necessario, & fluit ad aliū locum, quam ad illum in quo comprehendi, & constringi solet necessario. Aut secundum semitam resudationis, aut separatione a [ventositatis, quàm resoluit coarctatio, aut] propter multitudinem materiei. Aut propter uehementiam expulsionis, quam expellit natura necessitate uincente in vijs, quas habent superfluitates ad spatium uentris, & ad concauitatem uētris, in qua sunt intestina. Et plurimum stationis eius non est, nisi inter zirbum & inter siphac intrinsecum, b [non propter resolutionem zirbi, immo non nisi corrosione] zirbi. Et tu iam sciuisti, quod expulsio naturalis quandoq; c [penetrat apertionem] in ossibus, nedum ab alijs, aut secundum semitam scissuræ aliquorū meatuum qui præparati sunt cibo ad hepar: quare d [attrahitur] aquositas ad eos e [antequā] ad hepar. Aut secundum semitam, quā dixerunt quidam antiquorum sublimium, & sequuti sunt eam quidam antiquorum posteriorum scilicet, quod illa reuersio est ex orificijs uenarum, quæ perueniunt ad f [sumen in utrisque lateribus.] Et sumitur ex eis cibus g [ex] orificijs, quæ sunt uenientia ad ipsum & egreditur ex eis vrina, quoniam infantes dum sunt in uentre mingunt h [ex sumine;] & orti antequam ligentur mingunt etiam ex i [sumine.] Quumque prohibetur, ex illo latere tendit ad uesicam. Quum ergo necessitatem faciunt oppilationes, & resistētia uirtutum expulsiuarum ex partib aliis, k [expellitur] aquositas in illis uenis, donec perueniat ad orificia earum. Quumque non inuenit meatum ad l [sumen] dilatantur ad uentrem, et aperiuntur, & fiunt ualde latiores secundum comparationem ad creationem suam primā, & coarctantur meatus, qui sunt apud gibbositatem. Ipsi enim sunt stricti, & augmentatur strictura eorum, plusquā illorum, qui sunt apud concauitatem, & non elongatur quin sit euacuatio aquositatis ex uentre, adueniens ex istis partib. & medicina quidē inuenit uiā p eas ad hepar: deinde ad intestina. Et causa quidē huius causæ coniūctę, aut est in uirtute separatiua, aut in materia separata, aut in uijs. Causa itaq;, quę est in uirtute separatiua est, quoniam separatio est cōis inter virtutem expulsiuam in hepate, & virtutem attractiuam in renibus: quum ergo debilitātur ambæ, aut vna earū: aut fuerit in vijs oppilatio, & propriè quum est in renib. apostema durum, & non separatur aquositas, & non recipit eam corpus, & non tolerant eam viæ, tunc necessario est unus modorum casuum hydropisis asclitis, & propter hoc quandoque accidit hydropisis propter debilitatem, & ægritudinem in m [hepate] solum. Causa autem, quæ est in separato, est, ut sit aquositas plurima valde, ultra quam uirtus separare possit, aut sit nō bene digesta. Et aquositas quidem fit plurima ualde, propter potum aquæ frigidę plurimæ, & n [similiter] propter uehementiam sitis dominantis propter complexionem in hepate: facientem sitim: aut propter causam aliam facientē sitim: aut propter oppilationem, cum qua non attrahitur ad hepar aliquid, de quo sit curandum, quare assidua fit sitis super multitudinem potus: aut quoniam aqua non confert siti, aut quia calida est, non frigida. aut quia in ipsa est qualitas faciēs sitim ex salsedine, aut bauracitate, aut alijs. Pars autem alia est, quoniam o [propterea quòd] non equatur dispositio digestionis cibi humidi, recipiunt corpus p [&] hepar partem cibi humidi, & redit pars eius, & implet uias, & quandoque perducit ad causam hydropisis asclitis predictę, si dominatur aquositas; aut tympanitis, si dominatur uentositas, & illud in digestione secunda. Causa autem quæ

a B. vaporum quos permutat & conuertit coarctatio i. aquā.
b B. & non pertransit zirbum, nisi propter corrosionem.
c B. facit penetrare pus in.
d B. Alia litera. resudat.
e B. non.
f B. umbilicum in embrione.
g B. &.
h B. ab vmbilic. suo.
i B. ex vmbilico suo.
k B. penetrat.
l B. vmbilicum
m B. Alia litera. renibus.
n B. hoc.
o B. quum.
p B. aut.

quæ est in vijs, est ut sint illic apostemata, & oppilationes prohibentia aquositatem ab [q] [inceptione] uię suę, & penetratiōe in parte sua: imò prohibet, & conuertit eam ad partem aliam, quàm ad viam suam. Et quando expellit natura ex hydropico aquositatem hydropisis per seipsam, significat euasionē. Et in pluribus horis quum [r] [catarrhum patitur] hydropicus, redit inflatio in spatio trium dierum. Et secundum plurimum fit illud ex ventositate. Inquit Hippoc. ab illo, qui habet phlegma plurimum: īter diaphragma, & stomachū faciēs ei dolorē: tunc quum ipsum vadit in venis vsque ad uesicam, resoluitur ægritudo. Inquit Gal. melius est vt præcipitetur phlegma ad [s][femur] nō ad partem vesicæ. Quomodo enim resudabit ad eam, quum sit phlegma, & nō sit aquositas subtilis? & dico ego non elongatur quin resoluatur, & subtilietur, Et non elongatur quin sit expulsio eius secundum electionem naturæ ad partem aliquā pp necessitatem suam, aut sit in partes alias propter causam [t] [agentem,] sicut expellitur pus, quod est in pectore, ad concauā & ad vesicam. Hæc autem penetratio non est mirabilior penetratione puris in ossibus pectoris. & illud quod quidam dixerunt, quòd forsitan intellexit per phlegma, aquositatem, etiā est longinquum. & non est necessarium. & quādoque accidit vt infletur venter sicut in hydropisi, in eo, qui habet vlcera intestinorum deinde perforentur, & non moueatur vsquequo moriatur, & [u] † [ ] egestio effunditur ad ventrem eius, & magnificatur iste: sed hoc, secundum me, quamuis dicatur, est sicut longinquum. Mors enim magis antecedit, quàm illud, & propriè quum est eruptio ex superioribus.

q B. incessione.

r B. perforatur.

s B. pectinem.

t B. mediātem, seu prohibentē.

u † B. illud est quoniam.

ANNOTATIONES.

Ascitis coniunctam causam esse ait, aquosi humoris retentionem: quod & Gal. & Paulus citatis locis. Quia verò vt diximus, serosi huius humoris sedes in hoc hydropis genere locus est inter peritonæum & intestina, docet author noster quonam modo recipi is in eum locum possit, quē tu uide. Hærent tamen aliqui ex recentioribus, atque id maxime fieri putant, exeso, aperto, rupto. fissóve uase aliquo, in quo humores contineri solent, temereque hallicinari eos arbitrantur, qui per angustos cæcosque poros serosum humorem transferri in capacitatem abdominis putant. quum alioqui hac ratione ascites, omnes ęquè inuaderet, & distribuendis humoribus uideretur natura inutiliter uias, ductusque tam multos destinasse. Adde, quod ijs, quos ipsi ex vrina dies uiginti suppressa extinctos norunt, aquæ nihil deprehensum est, per cæcos illos ductus in abdominis spatium refluxisse, quoniam integra, nec pertusa his erant sanguinis serique conceptacula. Cæterum, quòd serosus humor per angustos illos abdominis meatus penetrare non tāto negocio possit, testari Hipp. pôt, qui 7. aph. de reposita inter septum transuersum & ventriculum pituita meminit. testantur alij omnes, quibus conuenit. humores pleuritim concitantes, per durissimæ illius membranæ costas succingentis poros adigi. quare mirandum non erit, ut idē in ascite usu uenire & Auicennas & cæteri affirment. Non tamen cur idcirco ascite corripi omnes oporteat. uidemus, neque quòd inutiliter uias multas distribuendis humoribus natura destinarit. Sequitur enim hic affectus non rectè se habentis, sed errantis naturæ uim, delegaturque hæc modo in hanc, modo in illam sedem pro naturæ impetu, pro partis huius uel illius imbecillitate, quæ alioqui æqualis in omnibus nō est. Quare neque id mirum fuit, quod in dissecto cadauere, cui suppressa tot dies urina fuerat, inuentus serosus ille humor in hac sede non fuerit, quum non uno, & eodem modo, aut idem in omnibus natura agat.

De causis proprijs hyposarchæ. Cap. 6.

CAusa antecedēs in ea est corruptio in digestione tertia, decliui ad cruditatem, & aquositatem, & phlegmaticitatem, & sanguinē non adhæret corpori adhærentia naturali, propter sui [a] [frigiditatem & indigestionem.] & quandoque est antecedens in hoc [b] [digestio secunda. aut digestio prima] aut corruptio eius quod [c] [sumitur] aut phlegmaticitas [d] † [ ] Et quum debilitantur digestiua, & retentiua, & separatiua in hepate ipso. [e] † [ ] aut per communitatem, quamuis non sint apostemata aut oppilationes prohibentia penetrationem cibi, & [f] [sicut multitudo frigiditatis] venarum corporis, & ægritudines [g] † [ ] accidentes & oppilationes existentes in [h] [eo] ex comestione viscosorum & luti, & similium. & quandoque est propter stationem in frigore aeris frigidi, in quo iam fortem efficit impressionem. & quandoque accidit causa caliditatis liquefaciētis corpus, & humores, quum ergo accidit oppilatio, nō potest cum eo penetrare humor uirulentus, liquefactus in partes renum, quare dispartitur in corpore, & plurimum huius fit subito. & fluxus quidem uentris quandoque est valde iuuatiuus in hyposarcha. & natura quandoque studet ut expellat superfluitatem aquosam in uiis naturalibus, & nō naturalibus. Sed quandoque [i] [fit pigra] ab illa expulsione Aut fortasse [k] [uincit] penetratio eius non naturalis in modis prædictis dominium expulsionis naturalis super eam. & fortasse non recipiunt eam meatus. Et fortasse expulsiua expellit eam ad partem hepatis: quoniam eius aquositas est ex genere eius, quod expellitur ad hepar. Quum ergo non recipit eam hepar, & quæ sequuntur ipsum, propter debilitatem, aut propter multitudinem materiei, aut quoniam corpus non recipit propter oppilationes, aut alia hæsitat inter duas expulsiones. Inquit Hippoc. cuius hepar repletur aqua, deinde erumpit aqua illa ad panniculum [l] [intrinsecum,] impletur venter eius, & moritur. Inquit Gale. intellexit per illud uesicas plurimas, quæ accidūt super manifestam partem hepatis, & congregant aquam, quum erumpuntur & sunt multę colligitur aqua in spatio hepatis, & parum penetrat in zirbū, nisi propter corrosionem zirbi ex illa parte. & dixit. hæc aqua est sicut aqua hydropici. [m] † [ ] qui non moritur: imò egreditur aqua eius, & viuificatur [n] [aut incidendo aut medicando.] & similiter non elongatur in hoc quin [o] [rarum sit, aut elongatur quòd reuiuiscat:] & ego existimo quod moritur, quoniam hęc aqua est deterior

a B. malitiam.

b B. corruptio digestionis secūdæ. Alia litera. corruptio digestionis secūdæ; aut corruptio digestionis primæ.

c B. comeditur.

d † B. eius.

e † B. & fortis fuerit attractiua in mēbris, & debilitatur digestiua in eis est huiusmodi hydropisis. Et plurimū eius est propter frigiditatē hepatis ꝓpriā.

f B. est plurimū propter frigiditatem.

g B. eis.

h B. eis.

i B. deficit.

k B. antecedit.

l B. ventris.

m † B. Et quandoque efficitur hydropicus.

n B. cū natura; aut medicatione.

o B. ꝙ viuat.

rior in substantia sua, quare corrumpitur in spatio,& interficit vapore suo: quoniā hepatis eius tunica continens ipsum:iam corrupta est.

ANNOTATIONES.

Aphor.30. *Et fluxus quidem uentris quandoque est valde iuuatiuus in hyposarca &c. Ex Hipp. desumptum hoc est 7. aph. quum ait. Ei qui leucophlegmatia detinetur, si fortis uentris fluxus superuenerit, a morbo liberatur. Limitat tamen sententiam hanc Hippocrates 2. lib. de morbis, quum de pituita alba uerba faciat. atque id euenire asserit, si uenter turbatus fuerit in morbi initio. Aliud scribit adnotandum, ijs uerbis. Inquit Hippoc. cuius hepar, &c.* Aphor.55. *Aphorismum Hipp. citat ex lib. 7. Quibus hepar aqua plenum in omentum eruperit, ijs uenter aqua repletur, & moriuntur. Quam sententiam perpendens Galen. dubitat perpetuo ne uera sit. author tamen noster Hippocrati planè subscribit.*

De causis tympanitis. Cap. 7.

PLurimum causarum tympanitis est corruptio digestionis primæ propter uirtutem, aut propter materiam. Ipsa enim, quum non valde digeritur, quum iam in eam egerit caliditas debilis operationem aliquam, non fortem, abhorret eam corpus,& a [fugit ab ea,] & primum ad quod conuertitur, est vapor, & ventositas. & quandoque sunt istæ materiæ contentæ in partibus stomachi,& intestinorum b [recipientes resolutionem debilem, quę resolutio fit] in ventositatem & propriè quum stomachus est frigidus,& humidus, c [quoniam non digerit,] ad digestionem hepatis, d [dein de sit in hepate caliditas aliqua præparata vt digerat aliquid nondum præparatum ad suam digestionem.] Et quandoque est illud propter caliditatem vehementem extraneam in stomacho,& hepate, incipiendo ad cibos humidos, & humiditates corporis, antequam dominetur super eos digestio, quæ prouenit a caliditate innata,& efficit in eis operationem non naturalem. & resoluit eos in uentositatem ante digestionem. Est ergo causa tympanitis debilitas digestionis primæ, & debilitas caloris: aut propter vehementiam caliditatis dominantis, quę non dimittit tempore digestionis, aut propter cibos. Et quandoque accidit in febribus pestilentialibus,& in pluribus finibus ęgritudinum acutarum inflatio uentris, quasi tympanites, ex quo auditur sonitus tympani, si percutiatur manu,& est signum malum valde.

a B. expedit ipsam.

b B. quandoque efficientes punctionem, vel dolorem continuū, quando caliditas naturalis nō fortis faciens in eis resolutionē debilē permutat eas. Alia litera. quandoque efficiūt punctionem continuam, quando caliditas non dominans faciens in eis resolutioné debilem

c B. Alia litera. quare non pręparat. Alia lra. ———

d B. deinde est in hepate caliditas, quæ vult digerere rem non pręparatam vel nō dispositā ad huc ad digestionem suam. Alia litera. præparata digerere rem non dispositā adhuc ad digestionē suam.

ANNOTATIONES.

Quod tympania non ex frigiditate solum, sed etiam ex calidiori causa proueniat, quod hic author testatur, animaduertit & Auerr. 3. Coll. de qua re antea admonuimus.

De signis communibus. Cap. 8.

OMnes species hydropisis sequitur corruptio coloris. Et est color in splenetico decliuis ad viriditatem,& nigredinem. Et in omnibus accidit inflatio pedum propter debilitatem caliditatis innatæ,& propter humiditatem sanguinis,& eius vaporem,& inflatio amborū oculorum, & inflatio extremitatum aliarum. Et omnes illæ non euacuantur ex siti clamosa & constrictione anhelitus, & plurimum earū est, cum paucitate appetitus cibi propter vehementiam appetitus aquę, nisi accidat quæcunque illarum sit, a frigiditate hepatis, & propriè a potu aquæ frigidę in non sua hora. Et in omnibus illis,& propriè in asciti, deinde hyposarca, minoratur vrina, & in pluribus dispositionibus rubet propter paucitatem suam, quare aggregatur in ea tinctura, quę sparsa est in [hepate] & etiam pp paucitatē separationis sanguinis & cholerę rubeæ ab urina, Nō ergo oportet, ut iudicetur pp tincturā aquæ, & rubedinē etiam, caliditas hydropisis, & accidunt eis plurimum febres tepidæ,& multoties accidūt eis bothor, quæ eruptæ emittunt a se aquam citrinam, et multiplicatur b [egestio sanguinolēta] in hyposarca, & tympanite. Et quum est initium hydropisis ex apostemate in hepate, astringitur natura,& apostemantur pedes, & est tussis sine sputo,& accidunt apostemata in latere dextro,& sinistro, quę occultantur, deinde apparent, & plurimum illius fit in asciti. Et si incipiat in amoobus iliis,& alchatin, incipit apostema ex pedibus: deinde accidit c [fluxus vētris sanguinolentus longus, qui] non resoluitur,& neque egreditur cum eo aqua. & hydropisis, cuius causa est calida, est cum signis caliditatis,& ex inflammatione & siti, & citrinitate coloris,& amaritudine oris:& vehementia siccitatis in corpore,& casu appetitus cibi: uomitu citrino, & viridi, & fortis fit adustio vrinę in fine eius propter vehementiam choleræ, & si est ex genere eius, in quo multiplicatur liquefactio,& expulsio ad duas vias naturales, significant ipsam multitudo citrinitatis,& signa liquefactionis,& antecessio egestionis, & vrinæ lauatiuę,& uirulentæ,& incipit ex partibus iliorum,& alchatin. Et similiter omnis hydropisis facta ab ęgritudinibus acutis d † [ ] & hydropisis cuius causa est apostema durum, cognoscitur per e [signa eius,& fluxum uentris sanguinolētum, qui sequitur eam] & paucitatem appetitus cibi:& illa cuius causa est apostema calidū, incipit ex parte hepatis, & constringitur cum ea natura,& sunt reliqua signa, quæ sunt apostematis calidi. Et spleneticam quidem significant color ad viriditatem decliuis; & ægritudo antecedens in splene,& quādoque non cadit cum ea appetitus. et similiter quum est ex renibus, non cadit appetitus in hora f [eo casu, quo] cadit in hepatica, & antecedunt eam ęgritudo renum,& apostemata corū, et ulcera ipsorum.

a B. plurima.

b B. diarrhæa.

c B. diarrhæa lōga quæ. Alia litera. diarthæa lōga cum qua resoluitur, aut euacuatur aqua.

d † B. Et hydropisis cuius causa est frigida, ē contraria huic. Et quandoque vehemēs fit cum ea appetit⁹ cibi valde sicut in frigiditate stomachi postea quū superfluit complexio cadit.

e B. phegma ei⁹, & fluxū ventris diarium.

f B. & in quātitate.

De signis ascitis. Cap. 9.

CVm asciti est grauitas sensibilis in uentre. Et quum percutitur uenter, nō est sonitus ei: sed quando commouetur, ex eo auditur sonitus aquæ commotæ. Et similiter quando permutatur habens eam ex latere ad latus. Tactus eius est tactus utris pleni: non utris, in quo est inflatio. et non fiunt cū ea mēbra a [grauia,] et non

a B. pinguia.

et non est magnitudo membrorum eorum, sicut in hyposarca, imò arefiunt: et est semper super cutem corporis b[tensio] cutis humidę extensæ. et quandoque cum ea est apostema virgę: et accidit c[paucitas urinę.] et est pulsus habentis eam paruus, frequens, decliuis ad duritiem, cum aliquanta tensione, propter tensionem uelaminum. et quandoque declinat in fine eius ad lenitatem, propter multitudinem humiditatis. et quando est hydropisis asclites eueniēs subito, post lapidem exeūtem, absque causis manifestis in hepate, tunc scias. quòd una duarum uiarum d[duorum testiculorum] iam disrupta est.

b B. splendor.

c B. inflatio testiculorum.

d B. pororū viridum.

De signis hyposarcæ. *Cap.* 10.

QVum ipsa est, apparet cum ea inflatio in corpore toto sicut accidit corpori mortui. Et impinguātur membra in ipsa. et propriè facies est decliuis ad pinguedinem, non ad arefactionem. et quum premūt digiti in omni loco corporis eius, a[comprimitur.] et non est in uentre eius de inflatione, & commotione, aut inflatione & exitu b[suminis, & uentris, illud, quod] est in uentre asclitis & tympanitis. et secundum plurimum sequuntur eam c[fluxus uentris sanguinolentus,] & lenitas naturę tendens ad albedinem & quandoque pulsus eius est undosus, latus, lenis & iam dictum est, quòd quando est in facie hominis, aut manu eius sinistra, mollities, & accidit ei in principio huius accidentis, pruritus in naso. moritur in secundo die, aut in tertio.

a B. fit compressio profunda.

b B. vmbilici & tensione in modum timpani, quæ.

c B. diaria.

De signis tympanitis. *Cap.* 11.

EGreditur in ea a[sumen] plurimo exitu, & neque est illic de grauitate illud, quod est in asciti: sed quandoque est in ipsa de tensione, quod non est in asciti: imò quandoque est, quasi sit corda tensa. Et non est in ipsa pinguedo mēbrorum, sicut est in hyposarcha. imò incipiunt membra tendere ad arefactionem. Et quū uenter percutitur manu, auditur ex eo sonitus utris, in quo est inflatio, non utris pleni aqua. & est appetens eructuationem semper, & melioratur ea. & exitu uentositatis. Et eius pulsus est longior pulsu aliorum hydropicorum, & non est debilis, quum nō lædatur uirtus cum qualitate sua: b[& non minoretur attractione] asclitis, & est secundum plurimum uelox, & frequens, decliuis ad duritiem, & tensionem, & nō est inflatio pedum sicut est in alijs.

a B. vmbilicus.

b B. aut grauitate repletionis. Alia litera. aut grauitate debilitante, quę est in asciti.

ANNOTATIONES.

Repetenda pro hoc & sequentibus, loca sunt in superioribus annotata. Vide præsertim Aetium lib. 10. Hipp. & Gal. 2. prognost. Vide & Aretæum 1. de diu. morb.

cap. 20. Text. 2. & 3. cap. 16.

De cura cachexiæ. *Cap.* 12.

COnsidera, an sint in corporibus eorum humores diuersi, cholerici, & educantur solutione uentris cum hiera picra, Ipsa enim educit superfluitates absque humiditatibus innatis

Et si scieris qđ humores eorū sunt viscosi grossi solues cū hiera diacoloquintidos, & quandoque a[ponuntur] in ea aloes, & coloquintida & polypodium, & agaricus cum scammonea, & pondera in illis erunt secundum quantitatem, quam existimaueris de subtilitate humorū & grossitie eorum, & uirtute corporis, & debilitate ipsius. & quandoque indigent eis: quæ sunt sicut elleborus niger, si non ualent alia in mundificando, & educēdo superfluitates uiscosas. Et cum hoc toto oportet, ut subtile studiū sit in soluendo eos, & separes in eis illud, quod in potu sumunt, & quoties imaginaris, quod materia aggregetur, non permittas ipsam figi, sed itera euacuationem, & cum hoc oportet vt tu consideres stomachos eorum, ne lædantur à solutiuis, & ponas eorum solutiua aromatica sicut xyloaloes crudum, & similia. Si autem uirtus fuerit fortis, non multiplices cogitationem in hoc: sed b[fac perueniendo ad finem] sufficientem, & ad summum oportet, ut sit regimē prohibens generationem superfluitatis, & illud quidem cum euacuationibus subtilibus, frequētibus, & deuitent phlebotomiam, quantum possibile est, & si fuerit necessaria propter repletionem sanguinis, aude super eam cum c[mensura,] & partire in diebus tribus aut quattuor. & quum plus est necessaria phlebotomia, est quando causa est ex retētione sanguinis hęmorrhoidarum, aut menstruorum, & melius, quidē est, vt euacuatio fiat in primis cum eis, quæ mū dissecant sanguinem, sicut hiera, & similibus, deinde si nondum sufficit: extrahe sanguinem paucum. Et in plurib. dispositionibus, quas habent, necesse est ut euacues cum eis, quę educunt humores solutione uentris, & aperiunt oppilationes, deinde cum eis, quę prouocant, & aperiūt oppilationes, & clysteria subtiliantia, & resoluētia humiditatē, solutione educētia eas. cōferūt in ea valde. Quū ergo euacuātur, tūc illud, quo melius curantur, est exercitiū tēperatū, & minoratio potus aquæ. & balneatio cū aquis de baurach & sulphuris, & aluminosis: d[qđ si desunt, tūc fiat cū aqua maris.] Balnea autem dulcia nocent eis, nisi utantur eis siccis, & sudent in aere eorum calido, & ut utantur uomitu ante cibū, est enim bonum regimen eis. & oportet vt sit in principio rei cum raphano infuso in syrupo acetoso, & in fine eius cum elleboro. & ut permutentur ad exsiccationem, quantum possibile est, & ad apertionem. & utantur in emplastris ipsorum, & potibus eorum, medicinis exsiccatiuis, aperitiuis, subtiliatiuis, aromaticis: sicut spica, & casia, & cinnamono, & medicinis e[lubricantibus] sicut absinthio, & Keisim, & eupatorio, et semine urticæ & camepityos, & aristol. ro. & succo cucu. asinini et foliis mezereon et f[gensit] & alkekengi cum proprietate sua, et ponatur in emplastris ipsorum sulphur, et succus cucu. asinini, et radix mezereon, et folia eius, et nitrum, et cinis lilii, et spuma maris, et ista et similia horum, conueniunt fricationi eorum in balneo, et conferunt eis g[tymbra, et alcandaricon, et uinum odoriferum paucum, et syrupus de lilio.] et ex eis, quæ conferunt eis ualde, sunt syrupus de absinthio in ieiunio, h † [ ] mi-

a B. Alia litera. confert.

b B. Alia litera. euacua quantitatem.

c B. Alia litera. timore.

d B. Alia litera. & q sedeant apud mare.

e B. subtiliantibus.

f B. gianfir.

g B. mina, & alcadicon, & vinū odoriferū subtile paucū, & syrupus meisulen.

h † B Et de confectionibus pręcipuè post mundificationē, sicut theriaca, &.

i B. Kalklanzi cum feminibus. kalklengi maturi.

k B. existimatur quòd fiat.

l B. spica & cassia lignea.

m B. almesusan.

mithridatum,& diacurcuma, [l] [& dialacca & alkekengi,& diaspermaton.] Et quandoque sumunt in potu de lactibus, lac camelarum,& vrinæ earum, & propriè in corporibus solidis, fortibus,& propriè quando antiquatur cachexia,& [k] [fortasse fit] hydropisis. Et quandoque sumuntur in potu, vnc.ij. de vrina camelarum cum serapino, cuius plurimum sit usq; ad aur. s. Et similiter de vrinis caprarum, & quandoque rectius est, vt commisceãtur cum eis mirobalani citrini, si materię fuerint subtiles cholericæ, & conferunt eis ex uaporationibus, uaporatio stomachi & hepatis cum [l] [galia & casia,] & similibus, & iterum fac emplastrum ex eis, cum [m] [lilio] & similibus,& assiduè fricare ventrem cũ eis, quæ sunt sicut baurach, & sulphur cum oleis calidis notis, & confert eis ex emplastris emplastrum de tortellis cum cydonijs, & si inobediat, liniatur ex stercore uaccino,& stercore caprino. Cibus autem habentium cachexiam, sit ex eis, in quibus est suauitas, & confortatio naturæ, sicut alduragi, & alcubugi, & sint iura eorum aziberagi odorificata ualde cũ eis, quę sunt sicut gariophylli,& cinnamomum,& zingiber, & mastix etiam, & similiter almofusat, & ex fructibus granata dulcia, & de cydonijs parum non nocet, & oportet ut misceantur etiam cum cibis ea, quæ sunt sicut synapis, & porrum,& allia: & quæ currũt cursu eorum absque multiplicatione plurima.

ANNOTATIONES.

In cachexia dubitatur an secanda sit uena. Profecto quum in hac innatus calor imbecillus sit, abstinendum prorsus uidetur. Paulus tamen li. 3. auxilium esse ait, nisi quid impediat, in sanguinis detractione, quæ particulatim ac per uices ad tertium quartumve diem producatur.

Cap. 47

De cura asclitis. Cap. 13.

CAnon communis in curis eorum est exsiccatio,& extractio superfluitatum,& si nõ cum alio, saltem cum statione in sole, ubi non est ventositas, & calefiendo ad ignem accensũ ex lignis exsiccatis. Et comedere cum mensura. Et dimittere aquam. Et aperire poros. Et prouocatio frequens. Et solutione ventris educere aquositatem [a] [subtilem] cum facilitate,& frequenter. Et expectatio super sitim, & regimen ipsius,& prohibitio a visione aquæ, nedum a potu ipsius, quantum possibile est. et si non est excusatio, quin ipsa potetur, bibatur post cibum [b] [aliquantulo spatio,] & permista cum vino, aut alijs. & minoratio cibi, & subtiliatio eius valde, est melior cura. & exercitium, quod diximus in capitulo hyposarchæ. & conseruatio virtutis,& confortatio ipsius cum bene redolentibus, aromaticis, & olfactionibus suauibus, & odoribus ciborum confortantium, & confortatio ipsorum cum vino aromatico. & non est multitudo potus [c] [vini] in ea laudabilis. & ex eis, quæ conferunt eis, est vomitus,& propriè ante cibum,& etiam post cibum de tertio in tertium, aut de quarto in quartum, aut de quinto in quintum. Ipse enim iuuat eos

a —— B.

Alia litera. b —— B.

c B. squiuzibin.

valde. & sternutatio cum medicinis,& insufflationes, & alia conferunt eis [d] [ex illis, quæ deponunt aquositatem,& extrahunt] eam ad vias euacuatiuas. Phlebotomiam uero oportet, ut deuitet omnis hydropisim habens, quãtum potest, nisi illi qui patiuntur hydropisim ex retentione sanguinis: phlebotomia enim prohibet membris eorum nutrimentum, quum ipsa sint pauci nutrimenti, & cum hoc infrigidat hepar ipsorum. Phlebotomia igitur est nociua in quampluribus dispositionibus, & si fuerit illic apostema, [e] [perueniatur ad ipsam] in principio rei. Quumque hydropicus conqueritur de latere sinistro multarum arteriarum, tunc non est eius querimonia propter tensionem, quę fit in ipso, nam ambo latera communicãt in hoc, imo illud est propter sanguinem. Phlebotometur ergo in primis, deinde curetur cura hydropisis. Et si fuerit apostema durum, tunc non speretur in sanatione hydropisis asclitis, quæ sequitur ipsum, nam & si aqua euacuetur qualibet euacuatione, redit tamen & replet. & scias quod euacuatio cum medicinis, laudabilior est, quam quæ fit sectione, et resudatione, et fit [f] [difficile succurrere eis.] et oportet vt fiat euacuatio hora, qua non est febris, [g] [quãuis enim] regimen exsiccet hydropisim, tamen apostema ipsam redire facit. et oportet ut in ipsa minorentur trochisci styptici, quamuis sint confortatiui, sicut est trochiscus de almirberis, et propriè quum constricta est natura. et oportet ut fiat exsiccatio in hydropisi frigida cum omni calido, subtiliatiuo, aperitiuo. In hydropisi autem calida secundum modum alium, de quo singulariter sermonem faciam. et scias quod oleum de physticis, et amygdalinum iuuatiua sunt in omnibus speciebus hydropisis. Medicinę autem singulares conuenientes huic speciei hydropisis, et quum est frigida, sunt sicut decoctio andachocæ vehemẽtis decoctionis, de qua bibãtur omni die vnc. ii. Aut decoquatur squillæ lib. i. in iiii. kist vini in vase mundo, donec cõsumatur tertia uini, et bibatur omni die ex eo quantitas cochlearij magni: deinde addatur super illud, donec perueniatur ad quinque cochlearia: deinde minuatur donec redeat ad unum. Et iterum detur in potu omni die de succo calamenti. unc. i. et dixerunt quidam, quòd oportet ut sumantur cãtharides, et auferantur capita et alæ earum, deinde resoluantur corpora in aqua mellis, et ingrediatur æger balneum, et sumat illud in potu, aut comedat cum eo panem, et hoc apud me est error maximus. et plus quod [h] [expertum est debere sumi] ex eis in potu, est kerates. i. in potu aquarum expressarum notarum. et dicitur. quòd quando mundificatur corpus [i] [potando] omni die ex theriaca [k] [quantitatem] ciceris cum decoctione calamenti. xxi. die, est contentus comestione vna leui, quòd confert. et existimauerunt quidam quòd sumere in potu stercus caprinum cum melle. iuuamentum est eis. Aut vrinam ouium, aut vrinam asinorũ cũ spica, et melle. Aut aristol. rot pondus. ʒ. iii. in vino. et iam laudauerunt eis quidã omni die, aut omnibus duobus diebus sumere quantitatem fabæ ex alumine

d B. Alia litera. per hoc, quod attrahũt aquositates & mouent.

e B. occupetur in eo.

f B difficilis cõsolidatio earũ.

g B. Alia litera. Et licet.

h B. audem' dare.

i B. & potatur.

k B. quantitas.

humido [l] † [ ] in aqua . Et ex medicinis iuuatinis sunt [m] [alkekengi,& diacurcuma,p-pric.Et spes est ad omnem hydropisim in dia-curcuma,& confectione alburbatus proprie,et electuarium asus] & medicinę de squilla, & syrupo squillitico,& theriaca . Et scias quod theriaca,& diacurcuma , & alkekengi conferunt valde in fine hydropisis frigidæ . Et ex medicinis mirabilis iuuamenti,sunt trochisci de sabrã & [n] [daruch.] Aliud,Recipe sabram, myrobal. citrinorum partes ęquales,& dosis eius gradatim sit ex danich.j.& s.ad quantitatem drach.j. bibatur in omnibus iiij.diebus semel.Et in eo, quod est inter eos,bibantur trochisci almirberis. Et quandoque componuntur medicamina ex reubarbaro & costo,& baccis lauri,& fœnugræco,& lupinis,& enula,& gentiana , & gumma amygdali,& galbano, & sunt medicamenta iuuatiua. Regimen autem euacuans aquositatem est,cum solutiuis ebibitis [o] † [ ] & clysteribus proprie.Ipsa enim propinquiora sũt aquę, & leuiora super natura & remotiora a [p] [liquefactione] & cum specibus balneationum [q] [cum thermis & cum rgimine calefaciente.] Et cum aquis , in quibus decocta sunt subtiliatiua,sicut fœniculus,& chamæmilla, & squinanthum. Et speciebus nctionum,& emplastrorum,& vaporationum. Et ingreditur in summa illius , ut sumantr in potu lac caprinum,& lac camelarum fœtarũ.& de hoc quidē congenere,vrina, & lac carmelarum fœtarum conuenientia sunt asciliti, uum sumuntur hebdomada.i. cũ trochiscide aloe,in primis drach. s.ex eis,cum s.drac.fodii,vsquequo perueniatur ad drach.i.Et pot [r] [istam euacuationem , euacua mezerion um drach.i.Kekengi] dein de itera trochisc, de aloe hebdomada.i. & nõ cesses facere ho & fortasse sanabitur. [s] [Extenuati] vero nn sumant in potu ex trochiscis de aloe in pricipio,nisi quantitatem vnius danich . et desiptio quidem trochiscorum de aloe est in atidotario. In solutiuis autem non oportet vtit illud,quod nocet hepati . & si aliqua necectas facit huiusmodi necessarium esse,oporet ut rectificetur. & oportet ut non sit subitomò secundam vices . Nam illud,quod subio est,mortale est,& [t] [paruum] nocumentum [u] [debilitat] hepar. & aloes solum est malum valde hepati , quare oportet vt elongetur ab hepate,nisi propter necessitatem,aut cum ingenio rectificationis . & oportet vt solutiua sequatur ieiunium , quare non comedat solutus postea die & nocte,si possibile est, & vt sequantur postea,quæ confortant & [x] [constipant]pa rumper,sicut sunt trochisci almirberis,& sicut aquæ fructuum,in quibus est suauitas,& stypticitas,ita,vt confortent hepar,& proprie postea, quę sunt sicut sunt euphorbium & mezerion , & [y] [aqua ammoniaci] & similia . Deinde administrentur rectificantia complexionem,sicut theriaca,& diacurcuma in frigida , & aqua endiuię in calida.& illi quidem , quæ est vehemētis caliditatis,non conuenit lac camelarum. fœtarum. et incipiatur in lacte camelarum in primis a xl.drach.& addantur in omni die drach. x.et [z] [deuita] quum fuerit caliditas,vt non solutione educas choleram,quoniam ipsa resistit aquositati aliquo modo . et quoniã necesse est, vt aquositas solutione ventris educatur, tũc duplicatur solutio ventris,& accidit virtuti nocumentum,imo necessarium est , vt extinguatur cholera.& solue aquositatē,nisi cholera sit trãsgrediens terminum in multitudine,et sis tunc contentus eis,quæ sunt sicut myrobalani.Est.n. bonum solutiuum in huiusmodi dispositione, sicut serapinum est bonum solutiuum in dispositione frigida.& omnis superfluitas euacuationis in quantitate,et in tempore,est mala, & est in [a] [calida] rectior.& [b] [solutiuis]bonis est ius alcanabir,& ius gallorum decrepitorũ , & proprie cum polypodio,& anetho,& similibus. & quum euacuaueris vicibus x. per aliquot dies , cum aliquo euacuatiuorum subtilium & cum lacte camelarum,& aqua casei , & reliquis , & minuta fuerit aqua, & alleuiatum fuerit apostema,tunc rectius erit,vt super ventrem cauteria fiant,vt non recipiat aquam post illud , & fiant cauteria post abstinentiam,& dimissionem solutionis ventris duobus diebus, aut trib. & sint sex cauteria,s.tria in longitudine, incipiendo a [c] [cassu vsque ad femur,] et tria in latitudine ventris,et expectet post ipsa secundum famem et sitim.et rectius quidem est,ut in potu sumãt inter duas solutiones ventris,aliquid de aperiētibus oppilationes, sicut trochiscos de amygd. amaris. Lac autem camelarum,et caprarum, et proprie arabicarum,et proprie [d] [quum impinguantur in] potu detur,cum eis,quę solutione ventris educunt aquositatē,et subtiliant, et prouocant,sicut seeha,et abrotanũ,et [e] [cardamomo] et alia.et calefactis cum eis,quæ conueniãt cum hoc,hepati,sicut cuscute,et endiuia,et alia. et nõ respicias ad illud, qđ dicitur ipso ex hoc, ꝙ decipiunt sophistici, quod dicitur,ꝙ natura lactis est cõtraria hydropisi,imo scias ꝙ est medicamen iuuatiuum propter illud , qđ in ipso est de abstersione, [f] † [ ] et est cõueniens pp illud,qđ in ipso est de proprietate sua: Quandoque enim est medicina [g] [lubricatiua] contraria ei, quod quæritur de cura qualitatis, sed est cõueniēs cũ proprietate sua, aut pp [h] [ægritudines] sicut euacuatio, et similia,sicut ponitur endiuia in curationibus hepatis,quod habet ægritudines frigidas.et sicut fit euacuatio [i] [et tenditur ad scãmoneã]in ęgritudinibus cholericis , imo scias,ꝙ hoc lac uehementis iuuamenti est , nã si homo assidue ipso vteretur loco aquæ et cibi, sanaretur p ipsum , et illud quidem iã expertum fuit in quibusdã, qui peruenerũt ad terras Arabum , et perduxit eos necessitas ad illud,et sanati sunt, et lac quidem camelarum quandoque administratur solũ, et quandoq; administratur mistum cũ aliis medicinis in quibusdã,quarũ est intentio regiminis nõ calefacientis valde,sicut myrobalanis cum semine endiuiæ,et semine cuscutæ, et sale naphtico,et in quibusdã earũ est intentio regiminis calefacientis,subtiliãtis,sicut serapino,et [k] [granis] eius. et in quibusdam earum est intentio [l] [superfluitatis solutionis]uentris,sicut [m] [costo]et similibus.et quãdoque admiscētur urinæ camelarũ.et quandoque sunt cõtenti co

loco

l † B.dissoluto Alia litera. anethi humidi.
m B.alkalkalangi, & dialacca proprie in asclite & in omni hydropisi,& diacurcuma & cõfectio ab urbatus, & electuarium alsulen.i. de lilio cælesti. Alia litera. alkakalengi & dialacet proprie & in ea est spes ad omnem hydropisim,& diacurcuma; & confectio aburbatus, & electuarium susen.i. de liliis cælestib. & ex radicibus ipsorum.
n B. compositio ipsorum.
o † B. & suppositoriis.
p B. principalibus.
q B. cũ prouocatione sudoris facta cũ tanur, uel furnis calidis.
r B. hebdomadã, quum euacuatur aqua cũ pondere drach. ij. Kalkalangi.
s B. debiles.
t B. minus.
u B. est debilitare.
x B.stypticant.
y B. ammoniacum.
z B.oportet.
a B. Alia litera. calido.
b B. lenitiuis.
c B. pectore usque ad pectinē.
d B.nutricarum
e B.chachali.
f † B.cum facilitate.
g B. solutiua.
h B.rem alima.
i B cum scammonea.
k B.pilulis.
l B. prohibere solutionem.
m B.carãchelachara.

loco cibi,& potus. Et quandoque additur ei cibus alius. Et in utrisque dispositionibus, oportet vt tu verifices in re eius, an corpus sugat ex eo & non soluat, aut soluat parum, aut soluat plus pondere suo secundum mensuram colera bilem, aut superfluat, & soluat vltra tolerantiã, aut caseetur in stomacho, & in vijs, aut perducat ad infrigidationem, aut fluxu ventris educat humorem grossum phlegmaticum, aut humorem adustum propter putrefactionem suã, si eam receperit. Et scias quòd melior hora sumendi ipsum in potu, est ver, vsque ad initium æstatis. Et ex regimine bono in dãdo ipsum in potu est illud, quod experti fuimus multoties, & contulit, & est, ut bibatur lac camelarum fœtarum, secundum vacuitatem ventris, & abstinentiam diei, & noctis ante ipsum. Et non [n] [sumatur] in eis nisi parum valde. Et si possibilis est abstinentia eorum. s. diei & noctis, fiat. Et necessaria quidem est abstinentia noctis, quæ est ante ipsum, deinde bibatur ex eo, quod mulctum est in hora, & statim, quantitas vnc. ij. aut iij. & melius quidem est vt sumantur vnc. ij. ex eo cum vnc. ij. vrinæ camelarum. & abhorreãt aquam aliquibus diebus; & consideret vsq; ad dies iiij. & inueniet, quod egreditur cum prouocatione, proximum ei, quod bibit. Et post illud soluetur vẽter cum eo, quod bibitur ex eo, & fortasse non soluetur venter cum eo, nisi fex parumper. & non soluitur per ipsum, nisi quia corpus iam repletum est ex eo, quod si soluatur uenter eius, vltra quã bibit, abstineat ab eo vna die, aut misceatur cum eo illud, quod cõstipat. Et si non soluit, tunc oportet ut timeat ex potu eius caseationem, & dimittat ipsum. & similiter si soluit [o] [vltra] illud, quod bibitur, & tũc quidem oportet, ut bibat aliquid, quod deponat illud, quod est in ore stomachi ex eo, & ut inter ipsum admixtum cum opopanaco, & similibus, imo conueniens est ut in omnibus tribus diebus sumat de pilulis de [p] [opopanaco,] & similibus, cum quantitate pauca, quæ extrahat illud, quod fortasse caseatur ex reliquijs eius, aut generatur ex eo, & proprie quum eructuat acetose, & inuenit grauedinem. & ex regimine cõferente in huiusmodi dispositione, est clystere in hora. & oportet etiam in huiusmodi dispositione, ut dimittat sumere in potu lac vno die, aut duobus, & vacet ad vaporationes, & emplastra, quibus emplastretur venter, & soluunt. Quod si potus lactis non facit accidere aliquid ex hoc, & egreditur omni die res nõ superfluè, imo perueniens ad quantitatem duorum uasorum paruorum [q] [sicut aqua,] sit cõtentus eo, siue sit solum aut cum [r] [opopanaco] & pilulis solutiuis de [s] [opopanaco] & aliis. & si superfluerit solutio ventris, [t] [solue] ab eo lac vno die aut duobus diebus, deinde gradatim procede in faciendo ipsum potare, & da ei in potu ex eo, lac [u] [animalis iam nutriti] ex stypticis, & permisce cum eo hora, qua emulgetur scoriæ ferri albasceri contritæ, & ablutæ cũ uino, & acetoso assatæ secundum quantitatem drach. xx. & [x] [hypoquistidos] amborum ana. drach. v. seminis apij drach. iij. [y] [baccar pondus origani & opij & rutæ.] Et dimitte in ipso hora una, deinde coletur, & bibatur. Deinde

n B. comedatur.
o B. infra.
p B. serapino.
q B. verbi gratia.
r B. serapino.
s B. serapino.
t B. abscinde.
u B. lac cameli iam nutritæ.
x B. carathulchard, & tarathit.
y B. bachat ex origano, & apio & rutæ.

gradatim perueniatur ad purum, postea ad per mixtum cum eo, quod soluit ventrem, si necessarium fuerit illud. De diureticis uero conferentibus non oportet, ut vnum solum adhibeatur, imo fiat permutatio de quibusdam ad quædam, sicut sunt petroselinum, & ammeos, & calamentum, & assarum & fœniculum & semen apij & siler, & [z] [radix] aniudem, & chamępiteos, & acorus, & [a] [spica] & daucus, & phu, & meu, & asparagus, & semen eius, & radix pastinacæ campestris, & kekengi. & oportet ut optime fiat eorum tritura, ita vt velociter perueniant ad partes gibbositatis. et quum administras diuretica fortia, oportet ut administres postea aliquid de iuribus pinguibus, sicut est ius gallinæ pinguis. In emplastris uero regula est, vt non multiplicentur in eis ea, quæ exsiccantur & resoluunt cum stypticitate forti, [b] [stantia loco eius, quod exsiccatur & resoluitur] nisi res modica eorum, secundum quantitatem, quæ conseruet [c] [sanitatem] si illa necessaria sunt, sicut sunt spica, et thus, et cyperi cum quãtitate pauca valde, illud enim conseruat virtutem mirach, et illud, quod in ipso est etiam, et facit ipsum susceptibile. Medicinas autem singulares, quæ emplastrantur, et emplastra composita iuuatiua in hac ęgritudine, iam plurima diximus in antidotario. Et ea, quæ diximus hic sunt experta, et iuuatiua, stercus vaccinum; et stercus caprinum, et stercus vaccarum pascentium herbam non [d] [minimam.] Descriptio emplastri ex eis. Sumatur ex hoc stercore vaccino aliquid, et bulliat cum aqua et sale, deinde puluerizetur super ipsum sulphur contritum, et ponatur super ventrem. et iterum stercus caprinum cum vrina infantium. et iterum stercus columbinum et baccæ lauri, et ireos. et ex fortibus in hoc capitulo est stercus caprinum, et stercus vaccinum, in quo ponitur aliquid ex elleboro, et alscebran, et congregantur cum vrina camelarum, et fit ex eis emplastrum. et ex compositis bonis est ut misceantur [e] [alguadahi] contritæ, et dimittantur super ventrem hydropici cum dispositione sua, postquam contritæ sunt cum ostracis suis, & expectetur super eas vsquequo exsiccentur per seipsas. Et ex emplastris bonis est, ut fiat emplastrum ex gumma pini et nitro et enula et minuto thure cum adipe vaccarum: Et emplastrum conueniens hydropisi, decoquantur ficus carnosæ cum aqua et misceantur cum eis mezerion pars una, nitri part. ij. chamępityos pars j. et s. Aliud forte valde. Recipe gummi pini, et cerę, et hyssopi humidæ, et picis, et gũmi albotim, ana darkimet iij. [f] [meha et est storacis] et masticis, et aloes, et croci, et cimarum absinthii, et ammoniaci, omnium ana. darkimet. i. castorei sulphuris et amomi, et ostracorum piscis nominati [g] [ana darkimet. s. stercoris columbini, et [h] [ostracorum babilonicorum] et spumæ maris omnium ana darkimet iii. lilii cœlestis darkimet iiii. baurach rubei darkimet i. per misceantur cum oleo de chamęmilla. et quando est in hepate apostema, confert emplastrum factum ex herba spicæ et croco et granis alben, et mastice, et meliloto, et præputiis uitis, et chamæmilla, et oleis aromaticis. et ex empla-

z B. reliquę species.
a B. duę species spicæ.
b B. oppilante poros illos, per quos fit expiratio, & eorum egressio, & resolutio.
c B. virtutem.
d B. Alia litera. viridem.
e B. aludha.
f B. & meha seu miha, & est astaach.
g B. besafa omnium. Alia litera. sefa omnium darchami. i.
h B. i alsurtij. babeli.

stris confectis emplastrum huiusmodi. Recipe marchasitæ, sulphuris citrini, nitri [i] [baurach] ammoniaci omnium an. partem j. cymini partes duas, & duas tertias partis, coniungantur cũ cera, & glutino albotin, & vino, & ponatur super ventrem. Et emplastrum de castoreo, & emplastrum de absinthio, & emplastrum de ireos nostrum, & emplastrum de euphorbio, & emplastrum de coloquinthida, & emplastrum factum ex salice, & emplastrum de baccis lauri, & emplastrum diaspermaton, & emplastrum colophidis. Et ex eis, quę puluerizantur, sunt nitrum, & sal assata, quæ puluerizentur super uentrem, & proprie post k † [ ] oleum cucumeris asinini, & oleum de nereidē. Et quandoque administrantur super eos medicinæ rubificantes. Et quandoque percutiuntur membra extrema cum virgis subtilibus. Et illud quidem illaudabile est apud me. Et quandoque suspenduntur super [l] [anchas] eorum, & quæ sequuntur eas vesicæ, in quibus sufflatum est, sed ego non cognosco in eis plurimum bonũ. De incisione verò mirach scias, quod parum proficit nisi in corpore valde forti quum potens est [m] [hoc modo] tolerare exercitium tēperatum, & sitim, & minorationem cibi. Et oportet ut non audeat fieri dum possibilis est cura alia. Et rectius quidem est vt non fiat in uice vna subito, & euacuentur spiritus subito, & cadat uirtus, imo paulatim, & ut ipsa non perueniat ad multam debilitatem. Modus autem incisionis ad extrahendum aquam, est iste. Præcipit autem Affrius, vt erigat se æger æqualiter si potest, aut sedeat æquali situ, & comprimāt seruientes latera eius, & expellant ea ad inferiora suminis, deinde administretur incisio, & si nō est potens ad illud, nō incidas ipsum. & si uis ipsum incidere, oportet ut [n] [mēsures īferiora suminis] quātitate triũ digitorũ cōiūctorũ, deinincide, si fuerit initiũ hydropisis ab intestinis. Et si fuerit ex latere hepatis, fiat incisio a latere sinistro [o] [suminis.] Et si causa fuerit a splene, pone ipsam a latere dextro [p] [suminis,] & subleua ipsam, vt non scindatur siphac [q] [deinde] excorietur mirach a siphac parumper ad inferiora loci scissionis mirach. Deinde perforetur siphac ita vt sit foramen [r] [mirach inferius foramine siphac,] quatenus quũ egreditur canna, cooperiatur illud, & retineatur aqua propter diuersitatem duorum foraminum, deinde intromitte in ipsam cannulam æream. Quumq; acceperis aquam cum mensura, fac iacere ipsũ resupinum. Et oportet vt consideres pulsum, & quum inceperit debilitari parumper, retine aquam. Quumque aquam extraxeris [s] [in fine extractionis, &] remanserit aliquid, tunc iam sufficiet vt laborent in ipsam medicinę solutiuæ. Et quandoque fiunt post incisionem, cauteria, quæ diximus. & quādoque fiunt in stomacho, & hepate, & splene, & in inferioribus [t] [suminis,] cauteria minuta. & quandoque subtiliantur quidam, & faciũt currere aquositatem ad † saphan, & incidunt ex † saphan paulatim, & est regimen iuuatiuum, & illud cum sternutatione, & cum omni, quod [u] [.trahit] aquositatem ad inferiora, & oportet tunc vt caueatur, ne p̄ueniat ex eo ruptura, & ut fiat illud cum eo, in

i —— B.
k † B. oleũ calidum, sicut.
l B. partes alchatim.
m B. post ipsũ.
n B. incidas inferiora umbilici.
o B. vmbilici.
p B. vmbilici.
q B. imò.
r B. siphac inferi⁹ foramine mirach.
s B. Alia litera. tardando extractionē cũ mensura qua.
t B. vmbilici.
† oscheum.
† oscheo.
u B. facit descēdere.

quo non est nocumentum aliud, & quādoque pungimus inflaturam testiculorum cum acubus multis, vt aqua habeat resudationes plurimas: & fortasse succedunt incisioni dolor, & pũctura: quare oportet vt administretur infusio olei anethini, & olei chamæmillini, & oleorũ lenitiuorum super puncturam. & super locum incisionis ponantur emplastra facta cum fęnu græco, & semine althee, & similibus. & quandoque sufficiunt aqua calida, & oleum effusa sup locum incisionis, quumque sedatur punctura, dimitte ea. De euacuationibus autem eorum particularibus cum medicinis afferam capitula. & has quidem medicinas solutiuas aquositatis, iam numerauimus in tabulis. et fortes earum sunt, sicut lac lacticiniorum. & arbores eorum. et melius, quo malitia eorum frangitur, est acetum, & poma, & cydonia, & semina granatorũ, & proprie acetum, in quo condita sunt cydonia, aut in quo sunt dimissa aliquibus diebus, aut super quod roratus est succus eorum, & ex eis, quibus conficiuntur lacticinia, sicut lac alscebram & similia, et sunt rob. [x] † [ ] & syrupus acetosus est melius illo, s. quum soluitur in vnc. eius danich ex eis, quæ sunt scebram, et proprie [y] [arbor, ex qua fit theriaca, et extremitates algaiati] et euphorbium. [z] † [ ] medicamen, de quo in potu sumitur pondus drach. j. in vitello oui sorbilis, quod multoties confert in fortibus, cum timore maximo [a] [Recipe galbanum] et æs vstũ et [b] [scoriam] æris, et proprie confectum cum medulla panis, et factum ad modum pilularũ. et herba, quæ nominatur mendaria, & succus cucumeris asinini. et uinum, in quo effusa est pulpa coloquintidæ. et ex summa lacticiniorũ, mezerion est fortis in hoc capitulo. et eius rectificatio est, ut infundatur in aceto. et quandoque fit ex huiusmodi syrupus acetosus. et de ammoniaco quandoque sumitur in potu usque ad drac. ij. cum aqua mellis. et ex eis, quę æqualitati vicinæ sunt, sunt serapinum et ireos, et semen urticæ excorticatum ex cortice suo confectum cum melle, & aqua foliorum raphani. Illa verò, quæ sunt salubriora, & debiliora, sunt aquæ cardamomi. s. li. cũ zucca. alhasir, et aqua alkekengi, et aqua solatri, et syrupus acetosus de mezereon. et lac camelarum fœtarum præparatur, et aqua lactis p̄parata cũ virtute ireos, et [c] [scoria] æris, et almezereon, et similib. Descriptio aquæ lactis. Ponatur sup [d] [ij.] lib. eius drach. j. salis gemmæ, et drac. v. turbith trita bulliant cum [e] [subtilitate,] et accipiatur spuma eius, et coletur. et in inceptione sumatur in potu ex ea tertia pars lib. deinde addatur paulatim vsque ad lib. j. Ipsa enim expellit aquam sine calefactiōe. et aqua casei melior est, quæ accipitur ex lacte camelarum. et melior et [f] [laudabilior] ex calefactis est illa, quę accepta est ex lacte caprino, et lacte asinino, et ex medicinis [h] [resistentibus] ad illud, et conferentibus hydropisi calidæ, est, ut infundatur medietas cydonij in aceto tribus diebus, deinde teratur cum pondere sui de mezerion recēti uehemēter [h] † [ ] ita, ut misceantur, et proijciatur super ea medietas ponderis aceti de zucca ro, et decoquatur donec redeat in essentiam mellis,

x † B. vuæ conficiantur cũ eo, & fiant pilulæ.
y B. Alia litera. cerotũ adhærēs glutinosum, vel factum ex colla quod nominatur alhausegi. & puto, q arbor illa noietur, vel q sit species tithimali qđ noīnatur alhaie. Alia litera. planta ex qua fit theriaca alcharaui & alfussahi & existimo q sit alhaya.
z † B. est.
a —— B.
b B. tubal.
c B. squamma.
d B. unam.
e B. facilitate.
f B. frigidior & melior.
g B. quæ associantur.
h † B. cōtrito.

mellis,& misceantur omnia. Et quandoque appropinquant huic pilulæ factę de semine mezereon cum zuccaro alhasir. Et sunt ex eis, in quibus non est timor in calida etiam,& ex confectionibus est [i] [alkekengi,] & cōfectio nostra de scoria ferri, & almezerion in antidotario, & confectio quorundam. Rec. endiuiæ,& seminis [k] [apij] an. drac.x. & succi altaraxacon sicci pondus drac.xx.& succi almirberis drac.xv. laccæ ablutæ, reubar. de Sceni amborum an. drac. v. succi absinthij. drac.vij. succi cucum. asinini, & pulpę coloquintidę ana. drac.v. agarici. drac. vij. conficiantur cum iuleb,& sumatur in potu cum aqua de oleribus. Et hoc est medicamen bonum, quod quidam priorum antiquorum dixerunt,& sequuti sunt eos quidam posteriorum,& est securius latus quam [l] [alKeKengi,] & in ipso sunt confortatio, & solutio uentris fortis. Et ex compositis potibus est syrupus noster de ireos. Et syrupus huiusmodi. Reci. æris usti aur. j. & teratur valde,& puluerizetur,& fimi columbini aur. j. & tertiam ramorum rutæ, & aliquantulum salis panis, bibatur illud cum vino, & ex pilulis pilulæ fulurinus & earum confectio. Rec. [m] [scoriæ] æris, & foliorū almezerion,& seminis anisi, omnium ana partem vnam,& fiant ex eis pilulę,& sumant ex eis in potu debilis drac. j. & fortis aure. j. & etiam pilulę escchechię,& pilulæ biberem,& pilulæ de quinque,& pilulæ de serapino,& pilulæ de mezerion,& sunt vltimæ in asciti, sicut pilulæ de reubarb. sunt vltimæ in hyposarca, & pilulæ de bdellio,& pilulæ de scebram,& pilulæ, quas diximus in antidotario. Et pilulæ huiusmodi. Recipe lactis alsebram,& succi absinthij,& spicæ, & turbit omnium an. danic. i. agarici, & rosarum, amborum an. drac. j. informentur pilulæ cum aqua solatri, & bibantur. Pilulæ bonę, Recipe cortic. æris, chamæpytheos, anisi partes æquales, informentur pilulæ, & recipiantur ab eis cum drac. j. & [n] [fiat subleuatio.] Et iterū ex trochiscis, trochisci de reubar. [o] [plurimum] solutiui.& [p] [meliores] cum seminibus, & trochisci de mezerion descriptionis alterius notæ De balneis uerò illa, quæ sūt humida, eis sūt horrenda:& illa, quæ eis sunt meliora, sunt sicca [q] † [ ] sicut [r] [clibanus] calefactus [s] [postquam tolerauerit] infirmus ut ingrediatur ipsum, & proprie habens hyposarcam. Quumque ingreditur, dimittat caput suum extra ad aerem, ut perueniat frigus ad partes cordis,& pulmonis,& infrigidet cor eius. et non magnificetur sitis eius, & resoluatur corpus eius in sudore exuberante iuuatiuo. Et si fuerint humida cum aquis [t] † [ ] thermarū nitrosis, sulphureis, & aluminosis notis exsiccatiuis, iuuabitur cum eis valde in statu ægritudinis, & proprie habens hyposarcam, & iterando ingrediatur in ea in die vicibus aliquibus, et si non cadit uirtus eius, & possibile est eis, ut stet in eis per longitudinē diei, faciat. Et huius quidem generis est aqua maris tepida, & calefacta. Verum submersio in frigida [u] † [ ] in fine rei, uehementer est cōueniens, & de bonitatib. aquarum thermarum [x] [& statio] regiminis anhelitus frigidi, cuius similis deficit i balneis. Quod si aquæ thermarum non sunt præsentes, tunc [y] [resoluātur] aquę dulces cū eis, quę administrātur ex eis ex medicinis, & decoquantur in eis ea, quę sunt sicut baurach, & sulphur,& alusnē & synapis,& calx, et species aliæ notæ [z] [quas vis. In omnib. enim nō sit malum.] Et oportet quidem, ut istæ aquę obuient uentri habenti asclitem,& tympanitem,& hyposarcā toti corpori. Hydropisis autem calida, quę est sequens apostema calidum, aut sequens complexionem calidam sine apostemate [a] † [ ] propter debilitatem uirtutis [b] [stomachi,] et non significat hanc speciem hydropisis proculdubio rubedo aquæ quandoque [c] [est propter cor suum] imò innititur in ea secundum reliquas significationes: deinde curatur. Et oportet, ut deuitēt isti duo simul medicinas calidas omnino, quoniam addunt in causam, et addunt in ægritudine. imò est in eis timor magnus. Et nō oportet, vt attendatur illud, quod dicitur, quod hydropisis non sanatur nisi cum medicinis calidis. Multoties enim significat illud, quod testificatur, et experti sumus vt curemus nos, et qui fuerunt ante nos apostema curatione sua, et complexionem calidam cum infrigidatione. Et ego quidem vidi mulierem, quam hydropisis attriuit, et magnificata est super eam, et [d] [morata est secundum prolixitatem temporis] tam maximam, quòd eius relatio est incredibilis, et sanata est, et pręparauit seipsam, et appetitum suū hoc regimine, et cum hoc etiam oportet, ut attendas latus aquositatis aggregatę. Nam si tu consideraueris tantum latus febris, erit timorosum, et si consideraueris latus aquositatis tantum, erit error. Oportet ergo ut tu coniungas inter duo regimina cum facilitate, et intende tantum in eis, quæ ęquant et resistunt uincenti. Et scias quòd quando tu studes in sanando hydropisim, et apostema, et febres stantia sunt, non est tibi possibile. Et regimen in huiusmodi est, ut administres aquam solatri, et aquam alKeKengi, et aquam apij, et aquam [e] [cordumeni] et aquam taraxacon, et est endiuia amara. Et oportet, vt misceatur cum istis aliquid de lacca, et croco, et reubar. cum myrob. citrinis. Et ut administres etiam apud necessitatem illud, quod posuimus in ordine præterito de solutiuis de mezereon, et alijs. Et oportet, ut attendas, quod dixit Gal. in cura hydropici calidam hydropisim habentis, et descripsimus illud suis dictionib. Inquit Gal. illud, quo [f] [præparaui] senem amicū meū in hydropisi asciticum cum caliditate, et uirtute debili, fuit hoc. Cibaui illum carne hœdi assati, et carne alcubugi [g] [et alKabin] et attaiugi, et similibus ex auibus, et pane [h] [Kisch et infrigidatis, et almosus, et halhulen] et lentibus cum aceto, [i] [facto ex eis cibario citrino, et concessi illud ei] propter conseruationem uirtutis, et non concessi ei, vt vteretur iure omnino, nisi in die, quo in potu medicinam ei tribuere uolui. In illo enim die permisi ut uteretur ipse zirebegi ante medicinam, et post ipsam, et non multiplicata fuit sitis ipsius. Et præcepi ei, ut comederet ista cum aceto mediæ fortitudinis, et solui ipsum hac decoctione. Recipe myrob. citrinorum drac. vij. fumiterrę drach. iiij. her-

i B. alkalkalangi.
k B. cuscutę.
l B. alkalkalangi.
m B. tubal.
n B. ascendatur.
o B. magni.
p B. trochisci.
q † B. Et meliora ex siccis sūt.
r B. tanur.
s B. cū quantitate qua possit tolerare.
t † B. calidis.
u † B. pura.
x B. est in quibus est possibilitas.
y B. præparētur
z B. secundū canones ipsarum antequā confirmetur ægritudo ita quod nō iuuant medicinæ Alia litera. antequā ægritudo perueniat ad desperationem.
a † B. est.
b B. immutatiuæ.
c B. enim est tinctura eius propter paucitatē suam.
d B ipsa mulier comedit quantitatem malorū granatorum.
e B. Alchacali.
f B. rexi.
g —— B.
h B. & pane althischar & alcharis & almosus & halam,
i B. Alia litera. & adesia safra & multiplicaui ei illa cibaria.

bæ absinthij drac.ij. herbæ eupatorij drac.ij. endiuię recentis [k] [baccati] spicę aromaticæ, drac. ij. seminis endiuię drac.ij. rosarum drac.ij. decoquantur in trib. lib. aquę, donec redeat ad ij. libr. & spargatur in ipsa pondus drac.x. zuccari, & bibatur, et iterum cũ istis pilulis. Rec. lac scebram, & zuccari quantũ ipsum. congelaui ipsum, & dedi ipsas ante cibum suum, & quandoque coagulaui ipsum cum [l] [lacte] ficuũ, & dedi ex eo duo cicera, aut tria, & dedi ei in potu post illud rob de agresta, & [m] [acedula.] & feci emplastrum hepati ipsius cum frigidis, & cum granis condes, & mezereon infuso in aceto, et ex epithematib. super uentrem, est illud, quod recipit lutum armenum, [n] [& aquam] & farinã hordei, & milij, & stercus uaccinum, & fimum caprinum, & cinerem quercus, & uitis, & [o] [in vtrisq; laterib.] baurach, & sulfur, & omnia sint cum aceto. Et [p] [quum] hepati eius faciebã emplastra, quę recipiunt sandalos, & quandoque ponebam emplastrum de sandalis super hepar, & resolutiuum super [q] [sumen] & uentrem, & quandoq; solui eum etiã cum syrupo ros. post quam infudi in ipso mezerion & [r] [myrrham, aut] dissolui in ipso lac alscebram, & concessi ei de fructib. ficus siccas, & amygdalas, & zuccarũ, & præcepi ei tolerare sitim, & quãdo superfluit in ipso permiscui [s] [iuleb] & dedi ei in potu, et quandoq; contriui folia almezerion, & permiscui cum melle ficuum, & dedi ex eis ipsi ante comestionem, & post eam, & ad ultimũ non dimisi eum die uno absq; expulsione. Hæc sunt uerba eius. Cibus autem habentium hydropisim, oportet ut sit paucus, & semel in die, & si possibile est eis, ut abstineant a pane tritici, propter suam uiscositatem, & suam oppilationem, faciant, & sint contenti pane hordei cum seminibus, & si necessarius fuerit, oportet ut sit panis de furno [t] [ischarien] coctus, & siccatus, ut non sit azymus & [u] † [ ] sit ex frumento. [x] † [ ] Et sunt quidam homines, qui in eo ponunt farinam ciceris, & sit eorum unctuositas ex tali, quale est oleum omphacinum, & ex cibis eorum est [y] [oleum de seminibus, & almufeniati,] quoniam est conueniens eis, & ius gallinæ est iuuatiuũ eis. Ipsum enim aggregat ad prouocationem, & rectificationẽ hepatis. Et cib. quem faciunt Christiani ex oliuis & [z] [nucib.] & alijs. Et oportet ut sint iura eorum aqua ciceris, & ius alcanabir, & galli uetusti, & gallinę, & proprie cum herba [a] [almeuduneti.] & sint carnes, quas sumũt, carnes auiũ leues sicut alduragi & alcubugi, & [b] [ascet fez, & alfuidet & alcanabir, & carnes alcaca & carnes alkasel] & hędorum & paruorum piscium [c] [subtiliantium & acutorum & incisiuorum.] et [d] [caro uiperę est eis bona] ualde, sed ipsa quãdoque superfluit in siti, et eorum olera sint sicut apium, et sicla, et herba iudaica, et endiuia, aut fumus terrę, et parum de [e] [sumach] et porri, et ruta, et folia carui, et calamentum, et allia, et capparis, et synapis, et grana omnia nocent eis, proprie patientibus tympanitem. Medullæ autem phistici, et auellanæ, et amygdalę. [f] † [ ] et quandoque conceduntur eis in hora [g] [furtiua] dactyli, et uuæ passæ, et de

k B. bacha.
l B. carne.
m B. ribes.
n B. cum aceto & aqua.
o B. aliquoties.
p B. etiam.
q B. vmbilicũ.
r B. alia vice.
s B. acetum cũ aqua.
t B. dicto tanur chischar.
u † B. non. Alia litera. vt nõ generetur in fugo super ipsum, seu ut non putrescat, & sit ex frumento.
x † B. viscoso.
y B. est acetum cũ oleo permixtum cum speciebus aromaticis.
z B. Alia litera pastinacis.
a B. almandans.
b B. alsafanin & alfuachat, & alcanabir, & carnes alcatha, & carnes gazelarũ
c B. cũ seminib. subtiliantibus, & acutis incisiuis.
d B. Alia litera. sal viperæ ẽ eis bonum.
e B. sarmach.
f † B. amaræ sũt bonę.
g B. Alia litera. hyemali.

fructibus recentibus non conceduntur eis omnino, nisi granata dulcia. Vino autem non appropinquet calidam habens hydropisim. Verum habens hydropisim frigidam, oportet ut non bibat ex eo nisi subtile, antiquum, parum. non quum est ieiunus, neque super cibum, immo post horam, & quum fit descensio cibi a stomacho. Clysteria uerò, et suppositoria sint ita. Clysteria enim sint facta ex aquis extrahentib. aquositatem cum eis, quæ sunt sicut [h] [syrupus acetosus] et similia. Collyrium bene extrahens aquam. Rec. seminis urticę [i] [v.] numero granorum [k] [almeudunati] xxx. numero, agarici Kirat.vij. corticum æris darkimet.xxx. misceantur cum medulla panis, et administretur collyrium, et sumant ex eo vi. Kirat, aut vij. De diureticis autem sciendum est, quòd omnia diuretica conferunt eis, et ex eis, quæ sunt illis bona, est medicamen prouocans urinam, quod recipit urticæ Kirat.vij. ellebori nigri tantundem, alkekengi darkimet.i. spicæ Indicę drac.ij. permisceantur, et sumantur, cuius potio sit.i. aur. cum syrupo alefeniati. Aliud prouocans urinã. Rec. xylobal. spicę, casię, cymini, radicis lilij, hypericon, florum squinãthi, amygdalarum [l] [basir, & azabriæ, amomi, & semerion] et est species apij [m] [campestris, et petroselinũ m] et est semen apij montani, calami aromatici, piperis, alKeKengi, siseleos, et est aniuden romanum, omnium an drac.ij. misceantur omnia, et dosis eius sit aur. duo.

h B. Alia litera. serapinum, & yreos.
i B. quinquaginta.
k B. almandana.
l B. costi, & pastinacæ syluestris, & amomi & semurbium.
m B. syluestris, & satrasilium.

De cura hydropisis hyposarcæ. Cap. 14.

RAdices vniuersales [a] † [ ] iuuantes in curatione hydropisis hyposarcę [b] [sunt istæ,] et cum hoc iam diximus in cap. hydropisis asclitis conditiones conuenientes ad curationes hyposarcæ. Et in ea quidem quandoque accidit necessitas phlebotomiæ, si fuerint causa retentio sanguinis mẽstrui, aut hæmorrhoidarum, et fuerint illic significationes repletionis. In phlebotomia enim tunc erit ablatio pręfocationis extinguentis, et phlebotomia quidẽ uehemẽtius est proportionalis hyposarcę, quã asciti, et lenitas naturæ in eis est conueniens, & quando est cum hyposarca febris. non [c] [timetur] solutio uentris, et euacuatio cum phlebotomia, neque medicinę dum non remouentur, et trochisci de scebram, et potatio eorum secundum, quòd narrauimus in cap. asclitis, vehementius sunt conuenientes hyposarcæ, quam reliquis speciebus hydropisis, ualde. Nõ ergo oportet, vt retentio fiat, immo oportet vt soluatur semper, et si non cum alio, saltem cũ medicina temperata, et confert uomitus, et cõfert gargarismus mundificans cerebrum, et cõfert solutio uentris, et quæ melior est, est illa, quæ est cum pilulis de reub. et hydropisi quidem, et proprie hyporsarcæ idem exercitium, incipiens primum resupinando, deinde innitẽdo super dorsum animalis, postea ambulando paulatim super terram lenem, arenosam, et associetur ei, qui abstergat sudorem, ut non oppilet resudatio prima a secunda, et perueniant post exercitium, ad calefactionẽ, proprie solis, quoniã ipse est fortis [d] [stypticitatis,] et quãdo vehementius

a † B. sunt. b — B.
c B. conuenit.
d B. profundationis.

hementius fit calidus sol, caueatur caput vt nō adueniat ei ægritudo cerebralis, & discooperiantur reliqua membra omnia, & sit lectus eorum arena, si inuenitur, & cum pulueribus prædictis. Quumque prouocatur ab eo sudor, abstergatur, & vngatur cum eis, quę sunt sicut oleum cucumer. asinini, & similia. Et caueatur flatus ventorum frigidorum, & oportet ut bibat dialacca, & diacurcuma, & [e] [alkekengi] ēt, & administrenrur diuretica prædicta, & solutiua, in quibus est subtiliatio & exsiccatio, & ex eis sunt trochisci de eupatorio cum iunipero, & aqua radicum. & in syrupo acetoso cum seminibus [f] [quum sit caliditas medicinarum singularium in asciti conueniens] in omnib. istis, ita quòd serapinum, & costus, & almezerion, & euphorbium, & decoctio [g] [iuniperi] iuuatiua est valde, si decoquantur sola secundum quantitatem, quòd ex ea rubeat aqua: deinde sumatur pondus drac. iij. de iunipero, & bibatur de illa aqua desuper, & sumantur in potu etiam ammeos, & sal altabarzet, & cyminum. In illa autem quæ fit a causa calida, oportet ut [h] [phlebotomia fiat, ut egrediatur virus malū, & prouocetur. Si autem sudor procedat, rectificat] complexionem hepatis, per hoc quod reducit hepar ab inflammatione ad complexionem naturalem, & cibatio hyposarcæ calidæ & frigidæ, & toleratio sitis eius, est sicut in asciti frigida, & calida ipsa.

e alkakengi. alkakalang.

f B. Alia litera. si fuerit caliditas. Et medicinæ singulares in asciti sunt conuenientes.

g B. abel.

h B. intēdas ad egressionem uirus mali & prouoces. Et cum mundificaueritis uenas rectifica.

De cura hydropisis tympanitis. *Cap.* 15.

CAnon in curatione eius est, ut euacuetur humor humidus, si ipsa est propter retentionem eius. [a] † [

]

vt confortetur stomachus si fuerit causa ipsius debilitas. Et temperetur hepar cum epithematibus & alijs, ita ut non superfluat eius euaporatio, & phlebotomia quidem non ingreditur in hoc cap. nisi raro: imò melius est, ut soluatur natura cum facilitate, & oportet vt nō adsit multiplicatio solutiuorum, & oportet ut administrentur diuretica, sed non sit superfluitas in eis. Superfluitas enim in eis perducit ad generationem vaporum plurimorum. Deinde administrentur facientia eructuationem, & soluentia ventositates, & fricetur uenter eius cum [b] [allijs] multoties, & vaporetur cū milio, & furfure, si confert ei, & similiter pilulæ ebibitę, & suppositoria, & quandoque necessarium est ponere ventosas [c] [euacuatiuas] super ventrem eius multoties, & oportet vt alienent grana, & olera, & lac, & fructus recentes. Et si fuarit hydropisis tympanites ex malitia complexionis calidæ, oportebit ut in potu dentur, quæ sunt sicut aqua fœniculi, & meliloti, & apij, & chamæmillæ, & tribulorum, & si fuerit hydropisis tympanites ex malitia complexionis frigidæ, oportebit ut in potu dentur cyminum, & anisum, & castoreum, & ammeos, & masticentur cyminum, & thus semper, & confert ei confectio de acoro cum nigella dicta in antidotario, & iterum ammeos, & [d] [iuniperus,] & cyminum & sal taberzet. Suppositorium. Rec. cyminum, & baurach, & folia rutæ, & fiat ex eis collyrium, & ex clysteribus, oleum rutaceum ipsum solum, aut cū [e] [baurach, est resolutiuum ventositatum.]

a † B. causa inflationis & quādoque indiget euacuatione aquositatis & apertione, seu incisione etiam sicut in asciti & quod. Alia litera. & quandoq; indiget euacuatione aquositatis & prouocatiōe urinæ etiā sicut in asciti &.

b B. in die.

c B. sine scarificatione.

d B. abel.

e B seminibus resoluentib. uentositates.

ANNOTATIONES.

Pro horum omnium affectuum curatione, de quibus author copiosissime, petе Gal. 9, de comp. med. per loca. Paulū lib. 3. Trallianum lib. 9. Vide & Celsum lib. 3.

cap. 3. cap 48. cap. 2. cap. 22.

De doloribus hypochondriorum. *Cap.* 16.

IN hypochondrijs eueniunt dolores mordicatiui, & extensiui, uentosi, & alij. Et quandoque fiunt propter causam hepatis, & multoties fiunt causa diaphragmatis, et quandoque fiunt causa splenis, et quandoque fiunt causa apostematis in mēbris carnosis, quæ accidūt in costis, et non est timor in eis, et quandoque accidit illud in febribus, et multoties [a] [currit] in crisib. si autem non fuerit dolor, aut fuerit dolor paruus ad superiora tendens et humor decliuis ad partes capitis, cadet crisis illic. et si fuerit cum dolore, et punctura decliuis ad [b] [sumen] et ad inguina, aut ad dorsum et alchatim, tunc fit crisis cum solutione uētris aut prouocatione vrinę, et quandoque tenduntur hypochondria, et mirach uentris, propter siccitatem sequētem malitiam complexionis, aut apostemata intrinseca, et tensio quidem hypochondriorum multiplicatur in febribus pestilentialibus.

a B. est propter motum.

b B. umbilicum

FEN QVINTADECIMA.

De felle, et splene, et dispositionibus eorum.

TRACTATVS PRIMVS.

De anatomia fellis, et splenis, et icteritia.

De anatomia fellis. *Cap.* I.

FEl est cystis, pendens ab hepate ad partem stomachi, ex tunica vna neruosa, et habet orificium ad hepar, et in ipso est meatus attrahens humorem subtilem conuenientem ei, et choleram citrinam, et continuatur meatus iste cū ipso hepate, et uenis, in quibus generatur sanguis. Et sūt ei illic rami plurimi [a] [neruosi] quāuis sit introitus [b] [perpendicularis] eius ex concauitate, et habet orificium, et meatum ad partem stomachi, et intestinorum, in quibus mandat ad partes eorum superfluitatem choleræ, secundum quod diximus in lib. j. Et huiusmodi quidem meatus [c] [continuatur ramus] cum duodeno, et quandoque continuatur res parua ex eo cum fundo stomachi, et quandoque accidit res e contrario, et peruenit maior continuitas cum vase grosso ad fundum stomachi, et minor ad duodenum, et in pluribus hominibus est meatus unus continuus cum duodeno. Introitus uero cannulę sugentis choleram [d] † [ ] proximus est introitui cannulæ uesicæ in uesica, et de consuetudine quidem medicorū antiquorū fuit nominare fel cystim minorem,

a B. profundi.

b B. Alia litera. colli.

c B continuantur plures rami.

d † B. in felle.

norem, sicut de consuetudine eorum fuit nominare vesicam, cystim maiorem. De iuuamentis verò in creando [e] [choleram] est mundificatio hepatis a superfluitatib. spumosis, & iterum calefactio eius, sicut accensio ignis sub uase, & subtiliatio sanguinis, & resolutio superfluitatũ etiam, cum motione egestionis & mundificatione intestinorum. & [f] [coarctatione] eius, qđ mollificatur de lacerto in circuitu eius, & non fuit creata in pluribus fellibus via ad stomachum, ut lauarentur humiditates cum cholera, sicut lauantur humiditates intestinorum, nisi quia stomachus læditur per illas, & patitur nauseam, & corrumpitur digestio in ipso per illud, quod miscetur cibo de humore [g] [illo.] Et adueniunt ei ex vena pulsatili, & neruo, qui cõtinuatur cum hepate, duo rami valde parui. Et fel quidem, sicut uesica, vnam habet tunicam, compositam ex speciebus villorum trib. & quãdo non attrahit fel choleram, aut attrahit, sed non complerè, eueniũt ab ea nocumenta. Cholera enim quum retinetur supra fel, facit possidere apostemata hepatis, & icteritiam, & quãdoque putrefit, & facit accidere febres malas, Et quando currit ad membra urinæ cum superfluitate, ulcerat. Et quando currit ad membrum aliquod, accidunt erysipila & formica, & quando spargitur in corpore toto quieta [h] [absque ebullitione] accidit icteritia. Et quando currit a felle ad intestina cum superfluitate, facit incurrere solutionem uentris cholericam, & rasuram.

e B. fel.

f B. coadunatione.

g B. malo.

h B. Alia litera. non furiosa.

ANNOTATIONES.

cap.4. *Habes uesicæ felleæ historiam ex Gal. 4. de usu part. Huius, canaliculi sunt quo, alter ad iecur tendens, per quẽ bilem in se uesicula allicit: alter ad duodenum intestinum fertur accelerandæ & excitandæ excretionis per aluũ gratia. Huius qui ad intestinum fertur, quandoquè duæ sunt propagines: altera ad intestina ipsa: altera ad uentriculi fundum porrigitur, de qua Gal. lib. art. med. & alibi.* cap.74. *Quamuis uerò negent anatomici recentiores meatum hunc posteriorem a se uisum, uidere tamen alij. Quanquam item Gal. 3. fac. nat. eadem uia bilem trahi ad uesicam, & eadem pelli ad intestina asserit:* cap.13. *uere tamen, non per eundem plane meatum suscipitur bilis a iecinore & demittitur ad intestina: idem tamen utriusque actionis instrumentum est trahendæ bilis, & distribuendæ. Vnum hic de usu bilis author noster scribit, quod quibusdam non placet: nempe bilis usum esse calefactionem hepatis, sicuti (utar enim eius uerbis) accensio est sub uase. Negant ij bilem ad roborandam cõcoctricem uim facere. Verum non discernimus quidem nos, an bilis coctricem facultatem adiuuet, uel non; nullus tamẽ ex bile calescere iecur & sanguinẽ negarit. ita ut hunc calfaciendi usum ea procul omnio dubio prẽstet, siue sit siue non sit ea caliditas obeundæ coctioni utilis. Aliud scribit de uesicæ huius felleæ substantia, quod falsum uidetur. nempe unica eam tunica constare asserit, sicut & uesicam urinariam: id quod & lib. 1. doctr. 5.* cap.1. *Contra tamen & res ipsa, & idem plane author in 19. huius libri sen, duas habere tunicas testatur. Sed & hanc quæstionem libro 1. dissoluimus, ut hic idem repetere opus non sit.*

De anatomia splenis. Cap. 2.

SPlen omnino est euacuatorium fecis sanguinis, & adustionis eius, & sunt melancholia naturalis, & accidentalis, & inest ei proprietas quædam, & uirtus eius resistendi cordi ex [a] [latere] & hepati, & felli ex latere. Quumque trahit turbiditatem sanguinis, digerit ipsam, & quando acescit, aut fit pontica, & fit conueniens ad commouendum os stomachi, & preparandũ ipsum, & temperandum caliditatem eius, mandat eam ad ipsum in vena magna, et quando debilitatur splen a mundificatione hepatis, & quæ sequuntur ipsum ex melancholia, accidũt in corpore ægritudines melancholicæ, scilicet ex cancro, & varicibus, & elephantia, & impetigine, & lentiginibus nigris, & morphea nigra, immo melancholia, & lepra, & reliquis, & quãdo debilitatur ab educendo illud, quod oportet exire de melancholia ab ipso, oportet ut fiat magnus, & magnificetur, & apostemetur, & ut non sit ei, quod generatur de melancholia, locus in ipso, & ut retineatur illud, quod commouet os stomachi. Et quando mandat eam cum superfluitate, fortis fit fames, & si fuerit acetosa, & [b] [non fuerit superflua,] tunc facit vomitum, & facit nauseam, & quandoque facit accidere in intestinis excoriationem melancholicam, mortiferam, & quum ingrossatur splen, arescit corpus, & aresit hepar: & est magis nocens hepati, & quandoque aduritur melancholia in splene, declinans ad acetositatem temperatam, & quandoque effunditur [c] [plurimum abhominabilis ad stomachum, &] facit accidere vomitum melancholicum. Et quãdoque est ei periodus, & accidit ex ea subuersio stomachi. Quumque multiplicatur euacuatio melancholię, & non est illic febris, tunc est propter debilitatem retentiuę, & aut fortitudinem expulsiuæ, & quando multiplicatur eius retentio, est tunc e contrario, & splen quidem est membrum longum, linguosum, coniunctũ cum stomacho a sinistro suo usque retro, & vbi est dorsum, attrahens melancholiam cum collo continuato cum concauitate hepatis, vbi continuatur collum fellis, & expellit ipsam cum collo orto ex interiore eius, et eius concauitas sequitur stomachum, & gibbositas ipsius sequitur costas, & eius suspensio cum costis non est cum ligamentis pluribus fortibus: immo cum paucis villosis uigoratis cum panniculis costarum, & ab hoc latere continuatur cum venis quietis, & pulsatiuis, et latus eius concauum superficiale [d] [venit super] hepar, et stomachum, quamuis sit [e] [æquidistans] inferiori parti hepatis, cadens apud inferius stomachi, et continuat inter ipsum, et inter stomachum vena incarnata cum vnoquoque eorum, et in ipso est suspensio etiam, et sustentat ipsum a siphac, constans ex duabus tunicis cum ramis, qui ex ipso separantur in eo pluribus numero, paruæ quantitatis, intrantib. splenem et zirbum. Et in splene quidem sunt uenæ pulsatiles, et non pulsatiles plurimæ, in quib. sanguis digeritur, et assimilatur substantiæ ipsius, deinde expellitur superfluitas ipsius. et corpus eius est rarũ, ut facile recipiat superfluitates [f] † [ ] melancholicas, quæ ipsum ingrediuntur, et tegit ipsum panniculus ortus ex siphac, et communicat diaphragmati causa illius, quamuis sit panniculus diaphragmatis etiam ex siphac.

a B. parte inferiori.

b B. Alia litera. & nõ superflues

c B. plurima quumque peruenit ad stomachum.

d B. declinat ad

e B. oppositum Alia litera. transuersalis.

f † B. grossas.

ANNO-

ANNOTATIONES.

Cap 15.& 16, Cap.4.Cap.7. *De lienis anatome pete Galenum 4. de uſu par. & 5. Vide & Ariſt. 3.de part.animal. De huius uiſceris uſu dubitatio eſt. Ariſt. & ſi ipſum quodammodo non eſſe neceſſarium putat: exiſtimat tamen attrahendi a uentriculo excrementi & concoquendi eius gratia eſſe procreatū, quod* cap. 19. *& Gal.quamuis Eraſiſtratus,ut 4.de uſu part. legere eſt, nullius rei gratia fabricatum lienem crediderit. At non uidetur admittere Gal. quod dictum eſt.quamuis enim lien a ventre craſſum illud excrementum trahat:non tamen cōcoquendi gratia,ut eo corpus poſt modum nutriatur, attrahi putat. Verùm,& ſi pro aliarum partium nutritione fex ea ſanguinis a liene attrahitur:trahitur tamen eius ipſius ſplenis nutriendi gratia,& concoquitur.*

De icteritia citrina,& nigra. *Cap. 3.*

ICteritia eſt alteratio coloris corporis fœda, ad citrinitatem tendens, aut nigredinem pp curſum humoris citrini,aut nigri ad cutem,& quæ ſequuntur ipſam ſine putrefactione, quę ſi ei aſſociaretur, faceret accidere tertianam in citrina,& quartanam in nigra. Et cauſa citrinæ ſecundum plurimum eſt ex parte hepatis, & ex parte fellis. Et cauſa nigræ eſt ex ſplene; & quandoque accidit vt ſit ex hepate. Et quandoque accidit vt ſit cauſa citrinæ, & nigrę ſimul ipſa complexio cōmunis corpori. Loquamur ergo prius de icteritia citrina: & dicamus, quod icteritia citrina aut fit propter multitudinem generationis cholerę citrinę,aut propter prohibitionem euacuationis eius. Et multitudo eius,quod generatur ex ea,aut eſt propter membrum generans ipſam,aut propter materiam a qua generatur,aut propter cauſas extraneas. Et membrum quidem generans ipſam in natura, a B.& eſt hepar. Nam quum ipſum valde calefit propter cauſas calefacientes, [a] [ſcilicet aut] propter apoſtemata in hepate, & in meatu cholerę,aut propter oppilationem retinentem cho- b B.tunc. leram a felle, aut propter caliditatem complexionis choleræ, [&] calefit complexio hepatis valde,& facit choleram ſecundum quòd ſciuiſti in loco ſuo. Generans verò ipſam non in natura,eſt totum corpus. Nam quum ipſum ſuperflue calefit, conuertitur quod in ipſo eſt ex ſanguine,ad choleram. Et materia ſunt cibi,& quum ſunt ex genere eorum, a quibus generatur cholera,aut propter caliditatem ipſorū,aut propter velocitatem conuerſionis eorum ad c† B. Alia litera. ſicut lac. caliditatem [c] † [ ] in ſtomacho calido,non euacuantur a generatione cholerę plurimæ. Cauſæ autem extraneæ ſunt,ſicut caliditas extrinſeca dominans ſuper ipsū, & ſparſa in eo propter cauſam, quæ eſt,ſicut morſus d B. perniciosæ gererati aut ſerpentis,aut pcuſſio veſpæ [d] [groſſæ] aut punctura pediculi vulturis. Et quandoque e B. alnemer Alia litera. faciunt eam medicinæ ebibitæ ſicut fel [e] [leopardi,] & viperæ,quum ſunt taliter quòd [f] f —— B. [non] interficiunt,& venenum ſecundum plurimum apparet ſubito. Et in icteritia quidem, g† B. ſe quæ fit propter multitudinem choleræ,quādoque fit eius ſparſio ex g † [ ] ipſa propter vehementiam uictoriæ eius ſuper ſanguinem, & quandoque eſt ſecundum ſemitam expulſionis naturæ,& eſt icteritia cretica. Et hæc multitudo accidit quandoque vt generetur ſubito, & quandoque generatur paulatim,& in diebus aliquibus,quando illud,quod generatur, nō reſoluitur,aut propter ſpiſſitudinē cutis,aut propter groſſitiem materiei. Et propter has duas cauſas fit icteritia,quum commouentur venti ſeptentrionales,& in h [æſtate] frigida & quū h B.hieme. retinetur ſudor conſuetus. Et multitudo generationis choleræ quandoque eſt in hepate, & quandoque eſt in corpore toto,ſecundū quòd ſciuiſti,& eſt propter apoſtemata calida vbicūque ſint,propter illud,quod alteratur de complexione ad caliditatē, quare multiplicatio fit generationis choleræ. Accidit ergo icteritia a vicinitate apoſtematum calidorum,propterea quia alterant complexionem, quamuis quandoque accidat illud etiam ſecundum ſemitam oppilationis,& prohibitionem euacuationis: Et frigida ſunt digniora ad generandum choleram nigram:hæc ergo eſt illa,quæ facta eſt pp multitudinem. Factæ autem propter priuationem euacuationis, aut eſt priuatio ab hepate, aut a felle,aut ab inteſtinis,& membris alijs. Et quando non euacuatur ab hepate,aut eſt cauſa in agente,aut in inſtrumento, et cauſa quę eſt in agente, eſt debilitas virtutis ſeparatiuæ, aut debilitas virtutis expulſiuę, & cauſa,quæ eſt in inſtrumento,eſt oppilatio meatus,aut eius, qđ eſt inter hepar,& meatum, & huius quidem generis eſt illa, quæ generatur ab apoſtematibus hepatis calidis,& duris,et huius generis eſt icteritia, quæ eſt cum frigore [proptet debilitatē i B. debilitante hepar. hepatis,] quare conſtipantur eius meatus,et illa,quæ ex coarctatione etiam,& reliquis cauſis oppilationis, & ſcias quòd quādo peruenit oppilatio retinens choleram in hepate, in quocūque locorum ſit hepatis, & fellis,oportet vt ex ea fiat hepar calidius quā eſt,& generetur cholera plus etiam,quam ea, quæ generatur in diſpoſitione ſanitatis. Facta autem cauſa fellis,aut eſt propter debilitatem eius ab attrahendo ex hepate,& præcipuè quum eſt cum debilitate hepatis a ſeparatione,& expulſione,aut propter vehementiam virtutis attractionis, & implet ipſum valde vice vna & [k] [non capit ipſam pro- K B. ipſum non capit aliud ab ea quæ pter illud,quod] ipſum repleuit,& extendit ipſum,deinde cadit virtus eius,& non trahit. aut propter caſum oppilationis in meatu eius ad inteſtina. Et quandoque fit illa oppilatio propterea quòd vehementer [l] [retinetur] in he- l B.coarctatur pate illud, quod ad ipſum concurrit de cholera ſubito, propter multitudinem generationis, aut vehementiam expulſionis hepatis, aut attractionis fellis, quare cooperitur orificium meatus ex eo,quod retinetur,et cum hoc,quoniā uirtus [m] [alia] debilitatur. Et quandoque fit m B propter nocumentum. propter reliquas cauſa oppilationis,& illa,quę eſt in colica,fit,propterea quod humor viſcoſus glutinat faciem meatus,quare cholera non effunditur ad inteſtina. & hæc eſt illa, cuius cauſa eſt colica. Eſt enim icteritia quædam, quæ fit cum colica, & non eſt eius cauſa colica, imò ſunt ambæ ſimul communicantes in cauſa vna, & eſt oppilatio [n] [præterita, quæ peruenit] ad meatum fellis, ante- n B. quæ antecessit. quam accideret colica, & prohibuit choleram effundi ad inteſtina, & abluere ea, poſt

quàm

quàm ergo hæc fuit prohibita, ad hoc vt effunderetur ad intestina, nō fuerunt abluta, & multiplicatæ fuerunt in eis humiditates, & cōmouerunt colicam, & accidit vt cholera rediret ad corpus; quare commouit icteritiam. Et in omni quidē oppilatione in meatu hepatis ad fel, aut in meatu fellis ad intestina, quæ est ex incarnatione aut poro nō speratur sanitas. Facta autem ab intestinis est illud, quod quidam existimant, quòd quandoque accidit ut aggregetur in intestinis, & proprie colon, choleræ plurimum, quæ iam effusa fuit ad ea, & non egreditur ab eis propter causam o [resoluentē,] quare non inuenit cholera, quæ in felle, locum, in quem euacuetur: quamuis meatus sit apertus, & hoc valde parum fit, & quasi longinquum: quoniam cholera quando multiplicatur, & p [colligitur] in intestino, extrahit seipsam, & alia, nisi accidat sensui vt destruatur, aut expulsiuæ ut cadat. Icteritia autem nigra splenetica ipsa in modis suæ generationis est secundū icteritiam q [cholericam,] inquantum eius generatio est propter oppilationem vtrorunq; meatuum, & inquantum eius generatio est propter debilitatem quarundam virtutum, & fortitudinem quarundam earum. Verùm icteritia nigra hepatica quandoq; est propter vehementiā caliditatis hepatis, quæ adurit sanguinē, ducendo ipsum ad nigredinem: & facit multiplicare melancholiam in corpore. Quod si ipsa r [iuuerit] ex splene & meatu s [aliquid, completur] res, & quādoque est propter vehementiam frigiditatis eius, quare propter ipsam cōturbatur sanguis, & nigrescit, & quandoque est illud frigus cum siccitate, & quandoque est cum humiditate. Et quandoque est propter apostemata frigida dura. Icteritia verò nigra, quæ est causa corporis totius, aut est propter uehementiā caliditatis corporis totius, & adurit sanguinem faciendo nigrum: aut propter vehemētiam frigiditatis, & congelat ipsum, & denigrat eum, & omnis icteritia citrina aut nigra, quæ est propter corpus totum, est causa venarum procedētium in toto corpore, & est corruptio conuersionis sanguinis ad ipsum secundum comparationem corruptionis cōuersionis sanguinis ad materiam hydropisis hyposarcę factæ, quāuis non sit illic corruptio apparens in hepate, imò sit in venis tantum, & tibi quidem possibile est vt diuidas, & scias, quòd icteritia nigra quandoque fit propter multitudinem; Et quādoque fit propter retentionem; & secundum quod dictum est in citrina, & quandoq; aggregantur vtræque icteritię simul, aut quia choleræ t † [ ] & ei ꝙ ipsi commiscetur ex sanguine accidit adustio, & fit u [nigra] & componuntur ambo humores; aut quia in vtrisq; lateribus simul est nocumentum, s. latere hepatis & choleræ, & latere splenis, & iā existimauerunt quidam, ꝙ cholera accidit subito, & melancholia non accidit subito; & fuit eorum intentio ad hoc, quòd causa generationis choleræ est fortior causa generationis melancholię, & melancholia generatur paulatim, & res non est ita, quamuis sit plurimum secundum quòd ipsi dixerunt. Et quandoque accidit etiam icteritia nigra, vt sit crisis ægritudinum

o B. prohibentē
p B. peruenit.
q B. felleam.
r B. adiuuatur.
s B. aliquo adiutorio.
t † B. Alia litera sparsæ.
u B. melācholia

splenis, & quę similantur eis, quum non x [reminiscitur] natura tendens ad partem y [excussionis propter causam nocitiuam.] Et plurimis quidem habentium icteritiam citrinam, accidit constrictio naturarum eorum, propter retentionem excitatoris mordicatiui, quem tu sciuisti, & in illo, qui habet icteritiam z [frigidam] & non curatur, neque resoluitur eius materia, est timor, & pluribus eorum associatur mors subita. a [Reliquæ autē species sunt icteritię hepaticæ] quę est ab apostemate: & est illa, quam dixit Hippo. & dixit. Quum hepar est in icterico durum, tunc illud est significatio mala. Et Hippoc. quidem iam dixit in quibusdam, quæ ad ipsum referuntur, quòd b [icteritiæ est species mala in vrina patientis quum est similitudo herbi, & est cum ea profundatio in ventre & febris & tremor] debilis, & est debilitas in locutione c [ex liquefactione] & ista interficit vsque ad xiiij. diem.

x B declinat.
y B. mundificationis propter causam prohibentem.
z —— B.
a B. peior species icteritię est hepatica.
b B. ex icteritia est species mala quum erit in urina habentis ipsam simile, ꝓbo, & est cū copunctio in corpore & febris, & horripilatio.
c B. ex gingiuis. Alia litera. periodica. Alia litera. ex uertigine.

ANNOTATIONES.

De arquato affectu quærat quispiam, an symptoma sit, an morbus. an morbosam, uel etiam salubrē causam sequatur. an iecinoris, uel aliarum quoque partium sit affectio. Breuibus ergo, certum est, quum tota cutis, atque ipsi quoque oculi colore, uel luteo, vel pallido, uel atro præter naturam infecta sit: symptoma hoc in uisilibus corporis esse affectibus. quod quidem symptoma ut Gal. lib. de diff. sympt. immediate uel segregatricis, uel alteratricis uitium sequitur. segrrgatricis, quæ biliosum humorem a sanguine non secernit, alteratricis quæ biliosum sanguinem gignit. Dici tamen hic morbus solet, ut etiam alij affectus plures, animaduersa causa, a qua tot symptomatum fit concursus, non ꝙ color sit morbus. Sequi uerò hic affectus quandoque uincētis morbi, quandoque etiam naturæ uim solet. morbum sequitur, quum ex obstructione, ex intemperie uel alio quouis morbi genere fit: naturæ autem uim, ueluti in crisib. quum morbosam materiam natura ualidior ad cutim transfert. habet tamen semper coniunctam morbosam causam. Huius subiectum proximum cutis est, locus tamen affectus nō unus, quamuis aliqui iecinoris semper uitium sequi ipsum existimarint. Sed, ut doctissime Aretæus 1. de diut. morb. curat. neque uitio iecinoris tantummodo prouenit, ut nonnulli medicorum existimant: sed & uentriculus, & lien, et renes, & laxum intestinum causa sunt. Tu pro huius affectus notitia adi Aretæum. & Paulum lib. 3. & Gal. 5. de loc. aff. & Celsum lib. 3.

cap. 4.
cap. 15.
cap. 50. Cap. 7.
cap. 25.

Dr signis causarum icteritiæ citrinæ. Cap. 4.

SCias quòd in pluribus icteritijs, citrina & nigra, tingitur vrina, & a [quāto vrina est plus citrina, est acutior,] & magis significatiua sanitatis hepatis, & uirtutis eius. Facta autem malitia complexionis calidæ in hepate, signa sunt signa nota, siue sint signa illa cum signis apostematum calidorum, aut non, sicut quum non albescit cum ea egestio ea albedine, quam hēt in oppilatiua; imò quandoq; tingitur plus, & non sentitur grauitas, quæ sentitur in oppilatiua, & minoratur appetitus, & multiplicatur sitis; Et exsiccatur corpus. Et rubescit urina. Et raro fit subito, & si fuerit causa b [uehementiæ caliditatis ęgritudinis cholera] in felle, & inflammatio eius in ea, tūc signa eius erunt assiduatio citri-

a B. Alia litera. quotiescunque urina est plus tincta est laudabilior.
b B. eius uehementia acuitatis choleræ.

citrinitatis coloris corporis. & nigredo faciei solius.& albificatio linguę.& arefactio,& constrictio naturę propterea quòd [c] [cholera] vehemẽter exsiccat fęcem.& albedo urinę & subtilitas eius in [d] [dispositionibus] propter retẽtionem cholerę in corpore absque expulsione. deinde vehementia citrinitatis eius; deinde nigredinis,& grossities eius.& uehementia fœtoris odoris eius in fine. Verùm facta a malitia complexionis calidę in toto corpore est, ut sit totum corpus calidi tactus,& in ipso sit pruritus, & sit appetitus paruus cũ acceptione grossi,& dulcis:& sit egestio proxima consuetæ,tẽdens ad lenitatem,& similiter urina,& vt venę sentiantur calidæ valdè,alterati coloris: & nõ sit cum albedine egestionis, & grauitate partiũ hepatis,& fellis,sicut est in dispositione oppilatiuæ:imò multoties est egestio tincta,& corpus lene. & non appropriatur hepar aliquo signorum eius singulari ei: & non fit subito,sicut est quędam species oppilatiuæ. Quòd si fuerit propter apostema calidum,aut durum,scies signa eius ex eis,quæ dicta sunt. Ex oppilatiuæ autẽ signis inseparabilibus, sunt albificatio egestionis in pluribus horis,aut paucitas citrinitatis eius, & vehementia citrinitatis vrinę in colore suo, & grauedo in mirach in latere dextro, & dolor & inflatio apud cibũ,& pruritus in corpore toto, & lenitas somni super latus sinistrum. Verùm [e] [ex cholera] eius non albificatur cum ea egestio subito, vehementi dealbatione:albificatur ergo egestio in primis,deinde accidit icteritia; & cum hepatica non albificatur egestio,nisi gradatim: fel enim transmittit illud,quod in ea est de cholera paulatim vsque quo [f] [erumpat] & similiter albificatur [g] [egestio] paulatim vsquequo compleatur albificatio eius,& iam appareat icteritia, & quando cadit oppilatio in meatu, qui est in felle ad intestina,& non est in operationibus hepatis nocumentum præteritum,neque in hora nisi postquam læditur eo ex retentione cholerę in ipso, & non inuenit viam [h] [quum fel sit] plenum; tunc est amaritudo oris vehementior, & sitis fortis,& [i] [cholerica]quidem plurimum commouet colicam,aut associatur ei secundũ modum,quem innuimus, & illam ex oppilatiua, cuius causa est frigus,aut constipatio,significãt [k] [dicta pręterita.] Et ex summa earum est dispositio corporis totius.Si autem causa eius est humor grossus,significat ipsam regimen præcedens. Quòd si eius causa fuerit nascentia rei alicuius,aut incarnatio,significabit ipsam assiduatio icteritiæ,& assiduatio signorum oppilationis,& paruitas iuuamenti administrationis aperitiuorum ex clysteribus,& alijs, & illa, in qua causa est debilitas virtutis expulsiuæ hepatis,aut discretiuæ, non est tinctura vrinę vehemens valde,sicut est in oppilatiua in dispositione,qua sunt virtus discretiua & expulsiua fortes,& non albificatur egestio puræ,& non sentitur grauitas;quæ est ex oppilatione,& inuenitur in reliquis operationibus hepatis debilitas.Et quandoque associantur ei [l] [egestio sanguinolenta] & signa debilitatis. Et illa, in qua est causa debilitas uirtutum fellis, est cum nausea vehementi,& amaritudine,absque grauitate,& est generatio eius paulatim,& tinctura in egestione est inter albedinem & citrinitatẽ,sed est in vrina fortis valde [m] [icteritia,] quum non est illic debilitas virtutum hepatis expulsiuarum . Quidam autem existimauerunt,quòd in illa,quę est ex felle,cum rectificatione hepatis,urina est secundum colorem suum,et dispositiones suas naturales, et hoc est impossibile. hepar nãque sanum expellit cholerã in primis ad fel:quòd si non fecerit, tunc ad urinam , et prohibet ipsam penetrare in sanguinem quantum potest . Verùm quando multiplicatur remanentia vrinæ albę cum icteritia, aut parum tincta est,est deterius,et magis timẽdum,quòd cadat habens eam in hydropisim, quoniam significat quod oppilatio est ex frigore. Venenosam autem significat morsus,si est ab animali . Sed si est a ueneno , significant ipsam præterita sanitas,et bonitas humorum,et aduentus ipsius subito,absque alteratione egestionis ad albedinem. Eius verò,quæ cretica est,signa sunt , quoniam ipsa fit in ægritudinibus acutis,habẽtibus crises per eam, et sunt cum ea signa alia crisis,sicut nausea,et subuersio stomachi, et uomitus cholericus,et vehementia uigiliarum,et sitis,et paruitas appetitus cibi , et amaritudo oris et paruitas anhelitus , et siccitas naturę . Et creticam quidem significat crisis tantum , sed bonitas , et malitia uerificantur cum significationibus [n] [significantibus uicinantibus,] quẽadmodum de eis dicemus in capitulo suo . Et pulsus quidem in icteritia citrina in pluribus dispositionibus est paruus,propter debilitatem virtutis,sed non est uehemens,quoniã [o] [cholera] est leuis [p] [calida.] Sed est durus propter vehementiam siccitatis, et nõ est propter illud velox,quoniam uirtus non est cum illa fortitudine propter malitiam complexionis . Et cum icteritia quidem citrina multoties egreditur sudor citrinus.

c B. Alia litera, caliditas.
d B principis,
e B. cum fellea
f B finiatur.
g B. Alia litera, vrina.
h B. ad fel.
i B. fellea.
k B. dispositiones præteritę.
l B. diarrhæa.
m B. icteritialis. Alia litera.
n P. quę eis associantur.
o B. Alia litera. caliditas ẽ leuis
p B Alia litera. acuta.

De signis causarum icteritiæ nigræ. Cap. 5.

Factam quidem a splene solum,significat q̃ non est citrina.deinde fit nigra. Citrina.n. non fit a splene omnino . licèt nigra fiat quãdoque ab hepate. Verùm nigra splenetica vehementioris est nigredinis , [a] [et separant eam] signa duritiei splenis,et magnitudo eius, et dolores eius, qui sunt in sinistro latere, et quòd quandoque sunt egestio, et urina in ea nigræ. Et quandoque egreditur in egestione fex nigra et hoc est signum forte. Et quandoque saluatur urina,quum non est in hepate nocumentum, si non uenit ad ipsum nocumentum aduentu superfluo.Est enim tunc salus eius,significatio quòd icteritia est splenetica.Et in hac icteritia mirach quandoque est extensum cum dolore, et grauedine . Et secundum plurimum natura est constricta,et quandoque non est , Et est digestio mala,et est cum ea malitia animę, et tristitia,et [b] [uarietas] sine causa. Et quandoque egreditur cum ea sudor niger , Et factam propter oppilationem in meatibus,significant grauitas vehemens,et difficultas dormiendi super latus sinistrum, Et cum facta propter apostema calidum et durum,sunt signa eius,et cum facta pro-

a B. associãtur ei
b B. guesgues.

propter debilitatem, non est grauitas. Quòd si fuerit debilitas hepatis etiam, significât ipsam signa eius. Et factam ex apostemate significant, quòd nocumenta prima apparent in hepate, & splen est saluus non læsus, nisi cũ eo nocumenta fuerint hepatis facientia melancholiam. Et non est nigredo [c] † [ ] pura, sicut in splenetica: & significat ipsam nocumentum in vrina. Et si fuerit corruptio ex latere caliditatis, & siccitatis, erit nigredo ad citrinitatem decliuis. Et si fuerit ex latere caliditatis & humiditatis, erit illic citrinitas, cum rubedine, sicut [d] [citrinitas] quædam. Et si fuerit ex latere frigiditatis & siccitatis, & frigus erit dominans, erit ad uiriditatem: aut siccitas dominans, erit ad nigredinem. Et si fuerit ex latere frigiditatis & humiditatis, frigiditate & humiditate vincente, erit ad citrinitatem quandã & phisticitatem, & si fuerit frigiditas vincens, erit ad viriditatem. Spleneticæ vero [e] [colorator] vnus est.

c † B uehemẽs.

d B. rufedo.

e B. color.

De cura icteritię citrinæ. *Cap.* 6.

SCias, quòd intentio in curatione icteritię ad duas res tendit; quarum vna est vt remoueatur icteritia ipsa, cum eo quòd resoluit ipsam acutè, & ab oculo cum medicinis notis, lauatiuis, & cum collyrijs oculi, & cum medicinis solutione educentibus materiam facientem icteritiam. Et secũda vertitur ad causam, & abscindit eam; & est aut rectificatio complexionis, aut confortatio virtutis, aut regimẽ apostematis: aut apertio oppilationis. Aut euacuatio per phlebotomiam basilicę, aut saluatellæ, aut venarum, quæ sunt sub lingua ex eo, quod narrauerunt quidam. & si non fuerit illud, tunc cũ ventosatione supra locum hepatis sub spatula dextra, aut sub eo in spatio, quod est sub costis. Aut euacuatio, quæ est cum solutione ventris euacuante materiam [a] † [ ] & euacuatio cum vomitu. nam ipse est iuuatiuus in omni icteritia. Verùm in curatione nocumẽti veneni, abscissio causę est melius, quod oportet præmittere, quare oportet vt cum ea occupatio fiat primo. Et icteritiæ quidem cuius causa est complexio calida in hepate aut in corpore, aut in felle propter aliquam causarũ, præter ebibita & comesta, & quæ sunt ex ambobus, cura est, si est illic repletio sãguinea, & cholerica, cum euacuatione amborum in principio rei, sanguinis quidem per phlebotomiam, sicut ex basilica, sed choleræ per solutionem ventris cum eis, quæ sunt sicut myrob. & fumusterræ, & sicut cum scammo. in lacte acetoso [b] [coagulato,] & ad ultimum cum soluentibus choleram, aut speciebus aquę casei factis fortibus cum myrob. & scammonea, & similibus. Descriptio aquæ casei bona. Recipe lactis caprini lib. ij. & carthami quantum manu capi potest, teratur, & dissoluatur digitis in lacte hora vna, deinde coletur, & dimittatur, vt lac coaguletur in nocte, deinde coletur a caseitate sua, & accipiatur aquositas eius, & proijciatur super ipsam aliquid mellis aut zuccari, aut salis indi pondus ʒ. ij. Et si uis ipsam facere fortem, pone in ea scammoneæ danic. i. bibatur ex ea secũdũ mensuram, quæ toleratur tribus diebus. Et ex eis, quæ coniungunt mundificationem icteritiæ cum eductione materiæ per solutionẽ ventris, est vt sumantur aquæ foliorũ raphani vnc. j. cassiæ fistulæ ʒ. ix. & seminis atriplicis ʒ. j. & aloes danic. j. & croci danic. i. hoc est rectius ei, quæ est cum apostemate calido in hepate, aut in meatibus, & febricitat etiam. Et sit cib. sicut aqua hordei, & olera, & secundum quod sciuisti in capitulo apostematum hepatis, quoniam non est in prolongatione sermonis utilitas. Quumque apparet maturatio, [c] [experire ea,] in quibus est scammonea, & aloes, & similia, postquam fregeris cum eis, quę sunt sicut aqua cuscutæ, & endiuię, & reliquorum ex illis, quę sciuisti. Et ad summum, dum non remouetur apostema & [d] † [ ] rectificatur dispositio, non habeas spem in curatione ipsius icteritiæ. Sed si febris non est, & virtus sit fortis, [e] [et illud est significatio apostematum] deinde est inflammatio, tunc tibi inest administrare almosusat, & [f] [cibos infrigidatos de piscibus et cibos infrigidatos de carne uaccina, et] hœdina, et aquas fructuum, et succos eorum, et propriè aquam granatorum in ieiunio, et acetosum de carne vaccina, et acetosum de piscibus, et succos olerum frigidorum, plurima nanque istorum quamuis sint ex cibis, tamen inest eis proprietas fortiorum medicinarum huius capituli in rectificãdo complexionem, et ex curis huius dispositionis est illud, quod recipit succi foliorum raphani, et succi mori partes ęquales, bibatur ex eo pondus ʒ. xxx. nam in ipso intenditur etiam intentio ipsius icteritiæ. Et similiter si fuerit inflammatio in felle, et confert istis lac asininum decoctum cum pauco aceto, et sumatur in potu. aut succus absinthij cũ aqua frigida. Et quandoque confert ut cibetur infirmus pane azymo, et sale trito, et endiuia plurima vj. diebus. Hoc enim lauat fel, et remouet putrefactionem eius, et ingrossat illud, quod est in ea, et istis quidem non conceditur ut bibant vinum, nisi plurime commistum, et ut nõ perueniant nisi ad illud, quod est leue ex carnib. et ad ius carnis auis, et omnis, qui habet icteritiam ex causa calida, oportet ut deuitet uigilias, et iram et motum plurimum, et balneum. Et quandoque caliditas est in toto corpore, [g] [et infrigidas hepar, uesicam, et infrigidas venas. Et proprie quando administras balneationem cum aquis [h] [frigidis et] tepidis, in quib. decoctæ sunt medicinæ frigidę humidæ. Aqua verò frigida actu, et illa, in qua virtutes medicinarum constipantium, prohibent resolutionẽ icteritiæ, et [i] [iam] administrantur in curatione hepatis, et fellis calidorum, emplastra super ea, et quandoque dantur in potu trochisci, de quibus sunt trochisci compositi ex semine citruli & semine endiuiæ, & semine lactucę, & semine cucurbitæ, & sandalis, & spodio, & ros. ru. assumptis æqualib. partibus, proijciantur super oẽs ʒ. ij. ex eis kirat. i. camphoræ, & fiant inde trochisci & bibantur, & [k] [ego quidem iam expertus sum iuuamẽtum eorum, & fac emplastrũ hepati in eo, quod est in circuitu eius] cum succis infrigidatis super niuem, & duob. sandalis, et cãphora, ita ut sentiatur infrigidatio interius.

a † B. Alia litera. quamuis non euacuetur materia.

b ——B.

c B. aude super ea.

d † B. non.

e B. illud est illic significatio, quod nõ sit apostema

f B. & charis al baehar & charis alsemech & caris de carne.

g B. infrigidatur hepar & fel, tunc infrigidatur uenæ. Alia litera. infrigida hepar & uesicã & infrigida uenas.

h ——B.

i B. quandoque

k B. iam expertum est iuuamẽtum emplastrationis hepati & eorum quæ ut. cinantur.

rius. Ipsum enim remouet icteritiam, & albificat vrinam in diebus aliquibus. Si autem causa fuerit debilitas in hepate, & felle, curetur cum regimine prædicto in debilitate hepatis. Nam cura ipsius fellis, est illa cura etiam. Ad regimẽ autem apostematis iam inuimus hoc, & compleuimus sermonem in capitulo hepatis. In oppilatiua verò illud, quod communicat omni oppilationi, est cura oppilationis prædictæ in capitulo hepatis, ex phlebotomia, & prouocatione, si fuerit oppilatio in gibbositate, & ex solutione uẽtris, si fuerit in concauitate secundum necessitatem. Et alienent a se omne, quod constipat, & exsiccat, quamuis sit calidum, quoniam constipat meatus, & oppilationem efficit fortem, & ex eis, quę rectiora sunt, est vt prę mittas lenificationem eius, & humectationẽ, deinde sequaris eam cum apertione. Et sit lenificatiuum quandoque calidum & humidũ, & quandoque frigidum & humidũ, quemadmodum dispositio facit ipsum necessarium, & quum aperis in fine, aut incipiendo, tunc ex eis, quæ recta sunt, est vt sequaris illud soluendo, secundum quòd tolerat ipsam, & secundũ quòd pręteriit de solutione ventris, & scias, quòd quando tu incipis cum solutione uentris, & non efficit impressionẽ, tunc tibi inest vti fortibus l [uomitibus,] deinde solutiuo forti, & oportet vt des in potu vice vna secundum fortitudinem. Et si fuerit oppilatio ex nascentia rei alicuius, non existimo quòd sit ei medicina. Quidam autem dixerunt ei medicamen, & dixerunt: sume succi portulacæ, & succi foliorum raphani: m † [ ] & aquæ foliorum acetosæ. n [omnium secundũ existimationem,] & fac bullire omnia simul, & colentur, & ponantur quantum illud de succo acetosæ cum aliquantulo † herbi contriti. & dixerunt, in potu detur ex eo aliquid, cum semine raphani, & semine melonis excorticatis, & commistis cum quarta amborũ costi, et myrrhæ. Et si fuerit oppilatio ex siccitate, & o [contractione.] & illud est eis, p [quod significat corpus,] tunc administrabis lenificantia ex q [subtiliantibus] choleram sicut mucillagines. & sicut sebesten, & similia cum oleo amygdalino. Quòd si oppilatio fuerit ex apostemate calido, tunc cura eius erit cura ipsius. Quum ergo maturatur, sis audax ad dandum in potu diuretica, sicut anisum, & fœniculum sine timore: similiter ad euacuandam solutione uentris choleram, & si fuerit apostema durũ, tunc res in ipso erit difficilis: oportebit enim, vt curetur apostema durum. Et vsquequo fiet illud, oportebit, ut intendatur intentio icteritiæ ipsius cum eis, quę dicemus. Et medicinæ quidẽ singulares r [solutiuę] s † [ ] in hoc capitulo prædictæ sunt in capitulo oppilationis hepatis. Et ex aperitiuis bonis proprijs huius capituli, sunt squilla, & assarum, & t [anisum, & agaricus] & ea, in quibus sunt cũ apertione intentiones, aliæ. u [Aut] sumantur granorum pineę maioris x [:drach. xxx.] & passularum enucleatarum. drach. v. & sulphuris citrini aur. s. & epithymi, & seminis apii montani, & ciceris ni. & thuris albi, omnium an. 3. ii. terantur, & cribellentur, & sumatur ex ea sũ

l B. aperitiuis.

m B. crudi.
n B. omnia ista sumantur cõtrita.

† orobi.

o B. exsiccatione. Alia litera. arefactione.
p B. quæ significat dispositio corporis.
q B. eis, quæ soluunt.

r —— B.
s † B. quæ administrantur.

t B. trochisci facti ex amygdalis amaris, & absinthio, & assaro, & aniso, & agarico.
u B. sunt, vt.
x B. drach. iij.

ma eorum: drach. i. & s. cum aqua fœniculi, & administretur diebus aliquibus, similiter est enim sanatiuũ, & nos iam experti sumus ipsũ multoties. Et y [asimar] est ex melioribus medicinis icteritiæ, & z [debilior] ista est, in qua est oppilatio in meatibus choleræ. Sed clysteria & solutiua sunt conuenientiora in eis. et assumuntur solutiua ex eis, quæ sunt sicut epithymum & polypodiũ, ponantur in eis istę medicinæ. Descriptio bona ad illud Recipe. a [granorum pini. drach. iiii. agarici. drach: iij.] & succi eupatorij. drach. iij. informentur ex eis pilulæ, & bibatur ex eis. drach. i. & iteretur multoties, & quando chronica fit icteritia oppilatiua, tunc necessarium est sumere diacurcuma, & theriacam, aut similia ex eis, quæ aperiuntur cum fortitudine, & similiter dialacca. Et quando est cum oppilatione febris, tunc atriplices sunt boni valde: quoniam sunt aperitiui & extinctiui. Et similiter radix lactucę b [de aqua] de qua sumatur pondus. drach. ii. cum melle. Et similiter aqua cuscutæ, & endiuiæ c [& myrrha] cum rotulis casie fistulæ, cum oleo amygdalino amaro & dulci. Curationes autem icteritiæ in quibus attenditur intentio ægritudinis ipsius, & resolutionis eius, licèt in eis sint apertio oppilationum, & reliqua iuuamenta, aliæ sunt potiones, & alię sunt ablutiones, & aliæ sunt d [sternutationes, & plurimũ iuuamentum earum est in oculo, & facie, & aliæ sunt, quæ sunt regimen commune, sicut est administratio e † [

]

tinæ cum aquis fortibus. & quãdo incipit mingere, mingat in tina, quoniam est cura eius. & quando egreditur ex balneo, cooperiatur, ut nõ adueniat ei frigus omnino, & dormiat coopertus. ea verò, quæ sunt præter balneum ex illis, quę administrantur vsu medicinæ, sunt, quæ extrahunt ex cute icteritiam. & medicinę, quæ extrahunt illud, quandoque extrahunt ipsum aut cum solutione uentris, f † [ ] aut cum sudore, & melius est vt sit super exercitium, & laborem, et sitim, et propriè quãdo est faciens sudare potus, et similiter post balneum. et illi, qui suę icteritiæ curationem uult, cum resolutione nocent frigus, et septentrio, nisi velit per ea resistere medicinæ calidę, et g [aggregare] eam: sicut sumit in potu piper, deinde post illud sedeat in aqua frigida. et dicitur quòd patientes icteritiam iuuantur per cõsiderationem in rebus citrinis. Illud enim mouet naturam ad expellendum materiam citrinam totam ad cutem, quare adiuuatur adiutorium curationis in ea. ego verò non sum ex illis, qui negem huiusmodi curationes, sicut sũt plures eorum, qui philosophantur ad eas. et ex medicinis bibitis h [cognitis] est vt in potu sumat stans in tina. unc. ii. succi raphani cum drach. s. baurac, et unc. i. [uini,] Nam ipsa nõ morãtur quin extrahant ex ea citrinitatem. et iterum sumatur manipulus asparagi, et pugillus ciceris, et decoquantur in uase vitreato cũ. v. kist aquæ, de qua in potu sumatur mixta cũ uino, si non est feb. & si est feb. potetur sola. deinde

y B. alsangiar.
z B. difficilior

a B. Alia litera. Recipe ex pilulis de aloe quartam. drac. j. agarici tertias duas drach j.
Alia litera. Recipe granorũ pineæ. drac. 4. agarici duas tertias drach. j.

b B. Alia litera. asini. Alia litera. amaræ.
c B. amaræ.

d B. caputpurgia.
e † B. baluei frequens, q̃m radix curationis ẽ super & ipsam, & super id quod currit cursu ei⁹ ex administratione.

f † B. aut prouocatione.

g B. remittere.

h B. Alia litera. facientibus sudare.

inde sedeat in tina aquæ, in qua decoctus est capillus veneris, & egredietur ex eo [k] [cholera.] & iterum floris nitri pondus drach ii. cum vino antiquo dimittatur in nocte sub cęlo; & sumatur in potu, & de balneatione fiat illud, quòd dictum est. Aut sumantur in potu squilla assata cum vi. partibus salis adusti, & dosis sit ii. aur in ieiunio. Aut sumatur in potu [l] [leporis] marini pond. ii. drach. puluerizati super ouũ sorbile, & sorbeatur. Aut corticis granatorum : drach iiij. arsenici pondus. drach. ij. sumatur ex eis simul quantum tolerat pollex, & sumatur in potu cum tribus unc. lactis asinini. Aut pondus. i. drach. & quod est supra, fœnugræci. & sumatur in potu cum aqua & melle, & sedeat in tina aquæ frigidæ: aut sumatur capillus veneris tritus, & accipiãtur ex eo. drach. iiii. cũ aqua, in qua decoctum est anisum. Aut succus acetosæ cum aliquantulo uini, aut stercoris canis comedentis ossa alba non nigra, pondus drach. iiij. cum aqua mellis. Aut foliorum siclę exsiccatę [m] † [ ] drach. iiij. cum vino permisto, fiat illud tribus diebus: aut ciceris nigri. lib. i. capilli veneris manipulus. i. decoquantur in aqua, donec consumatur tertia, & sumatur ex ea in potu, unc. j. Aut succi raphani. unc. ij. uini unc. j. Aut ciceris nigri lib. j. carpobalsami, thuris, seminis fœniculi, omnium an. pugillus j. decoquatur in vj. [n] [ascenit] aquæ donec consumatur tertia, & sumantur in potu ex ea unc. ij. Et si non fuerit febris, potentur cum vino. Aut cinnamomi quantitas, quam tolerant tres digiti cũ vino; & melle medietatis secundum mensurã unc. j & s. aut cum aqua & vino. Aut semina almahaleb excorticata ex corticibus suis, de quibus in potu sumatur pondus. ij. drach. Aut rubeæ tinctorum drach. j. in ouo sorbili. Aut sumantur limaturæ corni ceruini kirat. xviii. et sumãtur in potu cum syrupo [o] [begursericõ.] Aut sumantur grana pineæ, & ammeos, & staphisagria, & sumat in potu æger ex eis. Aut piperis, & stercoris canis albi comedentis ossa cochlearium. j. cum vino. Aut impleatur coloquinthida eiecto ex ea quod intra est, uino & aqua, & bibatur. Aut detur in potu de felle vrsi in uino. Aut sumatur cornu ceru. drach. j. & tertia, & sulphuris pondus [p] [. drach. ij. & bibatur illud, & bibatur post illud, vinũ. Aut sumatur & proprie in oppilatiua rheubar. hypericon, capilli veneris [q] [olibani] rubeę tinctorum partes æquales, & dosis. drach. j. Et medicinæ quidem singulares quę ingrediuntur in hoc capitulo, & sunt aperitiuæ etiam, sunt absinthium, anisum, asarum, acorus. rubea tinctorum. gentiana: xylobal. agaricus, cõdisi, nux cupressi, costus, vtraque aristol. Et ex eis, quæ dicuntur, & sunt leuia, est vt sumatur in potu cerebrum alcubugi uino puro. Aut sumantur uitelli duorum ouorum † [ ] & conquassentur in [s] [medio assaeruati] uini, & bibantur. Et ex eis, quæ laudantur vehementer. est, vt sumantur in potu de lumbricis terrenis ex siccatis, quoniam ipsi mundificant statim. & similiter fel vrsi. & ex eis, quæ experta sunt etiam, est vt dentur in potu radices acetosę, & stet in sole, & ambulet post illud hora vna. donec calefiat, & sitiat: deinde sumat decoctionẽ capilli veneris, & rubeæ tinctorum, & mentę. Et similiter si bibatur post balneum. Et ex diureticis proprijs ei est, vt sumatur nucis cupressi pondus. drach. ij. cum pondere. drach. ij. casię ligneæ, & bibatur cũ uino antiquo: deinde [t] [sedeat in tina, in qua decoctus sit capillus ueneris, aut anisum post illud, hora una donec calefiat:] quoniam minget icteritiam totam. Et quandoque iuuantur cum carne eritij propter fortitudinem suæ prouocationis, & mundificationis, & conueni ẽtiæ suæ ad hepar. [u] † [ ] Et aqua cuscutæ quando bibitur ex ea sacraiati. i. cum semine apij, & zuccaro altabarzet est iuuatiua. Et ex solutiuis proprijs eis est, vt perforetur coloquintida, & expellatur illud, quod est in ea, & impleatur uino, & bulliat super prunas. & coletur, & bibatur. Et ex eis, quæ nos probauimus, est, ut sumatur aloes. drach. media & scammoneæ danic. i, & salis naphtici, drach. i. quarta, & rubeæ tinctorum, & agarici amborum an. drach. s. fiant ex eis pilulæ, & bibantur cum aqua de seminibus [x] [medicinarum] quas diximus. & nos iam diximus clysteria in antidotario ad hoc capitulum. Et ex [y] [sternutatorijs] sunt succi, quibus [z] [sternutatur] sicut succus cucumeris asinini, & succus foliorum nasturtii, et succus prassii, & succus ciclaminis, sicut est; aut conteritur ciclamen & infunditur in lacte mulieris in nocte: deinde exprimitur in mane, & tepefit, & distillatur. Aut succus radicis [a] [alfarsasa] exprimitur & bullitur cũ sambacino bullitione leui, & in ipso sit harum galiæ, & fiat cum eo [b] [sternutatio] aut succus radicis raphani contriti cum foliis suis. et ex succis, qui non sunt caliditatis magnæ, est succus siclæ, & ex succis frigidis est succus semperuiuę, aut succus [c] [alasius] fluuialis, & acetum quandoque sugitur naribus, et retinetur hora una infirmus in pila balnei, quoniam est bona curatio, et similiter si ĩfundatur in eo nigella die et nocte deinde coletur, et fiat caputpurgium, et odoret ex ea sola et permixta. Et ex eis, quę sũt præter succos, est ut sumatur staphisagrię quarta drach. i. et teratur, et dissoluatur cum aqua coriandri, et olei amygdalini an. drach. x. et fiat cum ea caputpurgium ipso existente in tina aut pila aquæ in balneo. et quandoque misceantur cum ea aliquid [d] [hordei] sicci et aliquid aceti uini. In oculo uerò ipso assiduetur ipsius ablutio cũ aqua ros. et aqua coriandri, et aqua niuis. Ablutiones uerò habentibus icteritiam sunt aquæ, in quibus decoquũtur capillus ueneris et secha, et maiorana, et polium et chamæmilla, et [e] [alaniuden] propriè, et tribuli, et anethum est radix in eis. Et quandoque ponitur propter calidam icteritiam in ei sacetositas citri, quoniam est uehementis abstersionis cum sua incisione in omni tinctura, et quandoque assumantur ex istis rebus emplastra, et assumuntur ex eis olea, quibus fit inunctio, sicut oleũ alhacuen, et oleum chamęmelinum, et oleum anethinum, et iterum oleum [f] [congelati uuæ] et oleum de lilio. In icteritia uero critica oportet, ut cum [g] [exiuit infirmus, intendat cum ea intentione] ipsius ægritudinis

k B. citrinitas.
l B. caulis.
m † B. drac. vj. cum aqua mellis, aut stercus ouium cum decoctione aut calamenti exsiccati.
n B. achsat.
o B. farsaricum.
p B. duorũ danich.
q B. condisi &.
r †B. Alia litera crudorum.
s B. media scutella uini, seu in media libra.

t B. currat habens ipsam cũ uestibus tinctis Alia litera. currat habẽs ipsam cursu uehementi uel cum forti conatu ad currendum.
u †B. & est cib.
x B. & medicinis.
y B. caputpurgijs.
z B. fit caputpurgium.
a B. rathbaue fasfasa.
b B. caputpurgium.
c B. alasfius.
d B. origani.
e B. alachauan.
f B. achid alhaneb.
g B. cum consumitur ægritudo intẽdatur in ea intentio.

tudinis

tudinis cũ lauatiuis,& diureticis mũdificatiuis.& fortaſſe non indiget ſolutione vẽtris, & fortaſſe ſufficit balneũ ſolũ. Quòd ſi videris in vrinis eorum.& egeſtionibus paucitatẽ tincturæ, ſcias quòd materia in eis eſt groſſa, quare conforta illud,cũ quo medicas ex lauatiuis notis h † [ ] & ſimilibus. Venenoſæ autem cura eſt theriaca,& mithridatum, propterea quia reſiſtit veneno:deinde bibat aquam malorum acetoſorum, & aquam granatorum,& ſuccum endiuiæ,& portulacæ,& mucillaginẽ pſyllij,& almirberis, & omnia in quibus eſt infrigidatio cum virtute theriacæ. Et in ipſa quidem iam expertum fuit in principio quum accidit, & propriè quum venenum eſt ebibitum,& bibatur lac aſſiduè cũ oleo amygdalino. Regimen autem ipſorum cum cibis iam docui ipſum in complexione calida abſque debilitate manifeſta, & ſine oppilatione. Oppilatiuam uerò & debilitatiuam cognoſces per ea, quæ dicta ſunt in cap.hepatis, & cibus quidem ictericorum eſt ille,qui i [alleuiat, & ſubtiliat.] & in quo eſt apertio. Et ius piſcium confert eis,propriè cum eis, quæ prouocant, & ſubtiliant de illis.quę dicemus in fine capitulorum.

h † B.& prouocantib. ſudoré.

i B. leuis & ſubtilis.

De cura icteritiæ, nigræ, & aggregationis utriuſque icteritiæ, Cap. 7.

IN illa quidem,quæ ſplenetica eſt, conſidera an ſit illic expletio ſanguinea plurima:quare phlebotoma baſilicam ſiniſtram. & ſaluatellã poſt eam:deinde occupa te cum ſplene,& rectificatione oppilationum eius,& apoſtematum ipſius & debilitate eius. Et ſi fuerit illic cauſa multitudo melancholiæ propter illud, quod generat ipſam ex a [uirtutibus] & cibis, ſecũdum quòd dictum eſt,oportet etiam euacuare eam cum eis,quę ipſam euacuant. Ex illis decoctio ſcolopendriæ cum elleboro dicta in antidotario,& euacuetur ex ea multoties. & decoctio epithymi ſecundum hunc modum. Recipe,myrobal.nigri & keb.omnium an.drach.x. fumiterræ,ſcolopendrię,polypodii, & florum b [ſquinanthi] omnium an.drach. v. radicũ apii,& fœniculi,amborum ana pugillum.i.ellebori nigri põdus. drac.ij. decoquãtur in tribus lib.aquæ,donec remaneat quarta, & proiiciatur ſuper ea epithymi.drach v.& bulliat ebullitione leui. deinde coletur,& cõponantur cũ ea hierę picræ c [drach. xxx.] et ſimiliter pilulę factę de myrobal.nigris,& epithymo,& ſale indo,& agarico,& corticibus radicis capparis.& quãdo fit euacuatio,detur in potu lac camelarum,& ſi non reperitur d † [ ] aqua caſei facta cum ſyrupo acetoſo de ſeminibus, & e [ſpodio & polio.Et medicinę ſubtiles, quæ ſunt ex] ſcolopendria & radice capparis & ſimilibus.Et aqua,in qua decoquuntur folia tamariſci.& radices, & aqua foliorum capparis & aqua foliorum raphani, & ſyrupus acet. & ſimiliter aqua ſolatri,& aqua apii,ſi fuerit caliditas,& ſyrupus acet. in quo decocta ſunt ſcolopendria.& folia capparis,& fructus tamariſci,& polium. Et ſi fuerit in ſplene apoſtema calidum,oportebit vt non ſuperfluitas ſit in calefacientibus.Et ſi in ipſo ſunt oppilationes,tunc aperitiua fortia prędicta in capitulo hepatis, iuuatiua ſunt etiam. Et ego dicam in capitulo oppilationis ſplenis medicinas,quæ ei propriæ ſunt Et ſi eſt cauſa debilitas attractionis ſplenis tunc de illis.quę neceſſaria ſunt eſt vt tu ponas ſuper ipſum uentoſas ſine inciſione. & ut adminiſtretur exercitium,& emplaſtra confortãtia ſplenem,ſicut illud.quod fit ex abſinthii, & cordumeni,& florũ ſquinanthi,& alhaſce,centaureę et radicũ capparis oĩum an.par. i. & ex roſ.partibus.ii.et ex bdellii parte.i.et s.et ex ammoniaci partibus vii.et decima partis. fiat ex eo emplaſtrum.et quando abluitur,fiat cum aceto puro forti,in quo bulliant anethum,et baurac.& ſal,& ruta, & calamenthum,et ſi fuerit in cauſa icteritiæ nigræ caliditas hepatis, curetur hepar cum f [ſubtiliatiuis.] & ſi fuerit frigiditas,curetur cum theriaca maiore proprie, & cum medicinis notis,et ſi fuerit cauſa in ea corpus totum fac in primis illud, quod conuenit hepati,vt patiantur ab eo venę:deinde corpori. Ipſam autem icteritiam cura cum eis quibus curas ipſam icteritiã citrinam,& cum eis, quæ de illis fortia ſunt. Et quãdo aggregãtur ambæ icteritię ſimul,& eſt repletio,et indiges phlebotomia, phlebotoma tunc ambas manus g [et euacua] inter eas ambas diebus aliquib. Et aggrega inter duo regimenta.et da in potu inter ea ambo decoctionem abſinthii, et epithymi, et aggrega aquas foliorum raphani et tamariſci,et ſalicis,omnium an.unc.i.et s. aquæ ſolatri.unc.iii.aquę foliorum capparis.unc.ii.aggrega et fac bullire omnia cum drach. x. caſiæ fiſtulæ et proijce ſuper ea pondus h [.drach xxx.] hieræ picræ,et pondus.ii.danich croci,et pondus iii kirat ſcammoniæ aſſatæ in i [cępa,] et expecta duobus diebus, et poſt illud bibatur aqua caſei,et ſyrupus acetoſus. Cibi autẽ in omnibus illis,ſunt cibi,leues, noti, et piſces alradradri.et k [ex pullis impinguatis,] et ex oleribus endiuia,et apium,et cõdita propriè.et capparis cum aceto.

a B. Alia litera. ex aere.

b B. capparorũ.

c B. duę tertiæ drach. j.

d † B. detur.

e B. Alia litera. ſquinãtho & polio,& medicinis ſpleneticis, & Alia litera. et medicinę ſpleneticæ quæ ſunt ex.

f B. extinctiuis.

g B. ſimul aut fiat interuallum

h B. duarũ tertiarum unius drachmæ.

i B. citonio.

k B. ius pullorũ pinguium.

ANNOTATIONES.

Pro regij morbi curatione,ſiue bilioſus, ſiue ater humor cutem infecerit,pete Gal. & Paulum & Aetium locis antea indicatis. Vide & Celſum lib. 3. & Raſim 9. ad Almanſ. Quæſtio hic eſt, an ſecanda ſit uena. Paucis,quum affectus ex inflammatione eſt uel iecinoris uel lienis, vel ex immoderato totius corporis calore, commodum id præſidium uidetur. At in cęteris,quum ſola bilis redundet, non uidetur tutum auxilium. Quare neque de uenæ ſectione Gale. neque 9. de comp. med. per loca, neque 5. de loc.affec. meminit.

Cap. 25.

Cap 7.

TRACTATVS II.

De reliquis diſpoſitionibus ſplenis.

Sermo uniuerſalis de ægritudinibus ſplenis. Cap. 1.

SPleni accidunt omnes ſpecies ægritudinũ prędictarum. ſcilicet de ęgritudinibus complexionis, et compoſitionis,ſicut oppilationes,

tiones, & solutio continuitatis, & similia, & apostemata cum speciebus suis. Et scias quòd quando splē impinguatur, extenuatur corpus: quoniam [a] [in primis destruitur] uirtus hepatis vehementer cum contrarietate, quare minoratur generatio sanguinis, & cum hoc ipse attrahit de sanguine illius infirmi rem plurimam propter magnitudinem sui. Et penitus extenuatio splenis significat bonitatem humorum, & pinguedo eius malitiam humorum, & quandoque conuertuntur ægritudines splenis ad febres commistas, sicut ipsę quandoque generantur ab illis ægritudinibus. Ipsę enim generantur multoties ex tertiana non pura, & ex febribus pestilentialibus, & febribus commistis, & plurimæ quidem ægritudines splenis sunt autumnales. Et color habentis eas, est decliuis ad citrinitatem, & nigredinem. Et quandoque perueniunt ęgritudines splenis ad stomachum, et fortasse addunt in appetitu eius, et quandoq; destruunt appetitū ipsius. & quādo que cogunt ipsum, quum propinqua est digestio, ad euomēdum rem acetosam. ex qua ebullit terra, [b] [absque nocumento, & absque dolore.] Et urina sanguinea bona est in fine ægritudinum splenis, & similiter grossa, in qua est fex [c] [& uiscositas, quę est in ipsa, est similis uiscositati sanguinis,] & quandoque resoluitur per eam febris ex [d] [febribus ęgritudinum,] splenis, quare resoluitur per eam splen.

a B. debilitatur.
b B. post nocumentum & post dolorem.
c B. vniformis, & in qua est viscositas sanguinis similis sanguisugæ. Alia litera. vel hypostasis cohærens vel coadunata.
d B. ægritudinibus.

ANNOTATIONES.

Cap. 10. Cap. vltim.

Splen omne ferè morbi genus experitur, quod testatur & Trallianus lib. 8. estq; morbis maxime obnoxium sicuti & caput, Hippocratis testimonio lib. .de morbis, quū ægrotet & ab ijs, quæ a natura insunt, quando plura quam opportunum est accesserint, quum ægrotet item ab alijs humoribus, quod sanè ob eius cauitatem euenit. De hoc, ait Auic. quum lien pinguis fit, corpus extenuari. hoc ipsum & Hipp. scribit lib. de loc. in hom. Ex ijsdem, ait & splen florescit, & corpus contabescit. quod & Gal. .nat. facult. nempe id ob iecoris cum liene consensum accidit, ut hic author scribit. Notandum quum ait, [Et quandoq: prouenīūt &c.] quod ex atræ bilis ad uentriculum affluxu immoderata appetentia fiat, & quod eadem appetentiam deyciat, dictum alibi est. Quod uero duo hæc contraria ex eodem proueniant, fortasse ita se habet. ex acida melancholia naturali, appetētia augetur, ex eadem corrupta corrumpitur.

De signis complexionum splenis. *Cap.* 2.

CAlidam significāt sitis, & inflammatio in sinistro, & corruptio uirtutis eius, quæ attrahit melancholiam. Frigidam verò significant debilitas attractionis eius, & casus appetitus, & [a] [iteratio fastidiosæ satietatis] & multitudo rugitus & eructuationis. Et significant siccam durities, & [b] [debilitas] corporis, & grossitudo sanguinis & vehementia nigredinis coloris. Et humidam significant lenitas lateris sinistri, & mollities corporis, & nigredo trahens ad albedinem plumbeam.

a B. Alia litera. turbulentia con iunctio oculi.
b B. macies.

De cura. *Cap.* 3.

ESt proxima curationibus hepatis, & indiget vt sint medicinæ fortiores & penetrabiliores, & ingenietur eorum penetratio cum eis, quæ penetrare faciunt, & cum eis, quæ obseruant virtutem super eas, vsqueque perficiant operationes suas. Et scias quod differentia inter curationes splenicas, & hepaticas, est in fortitudine, & debilitate, & labore, & [a] [alleuiatione] hepar enim est dignius [b] [ut alleuie tur] cum eo. Et non fit superfluitas in [c] [confortando] illud, quo curatur. Et non afferātur super ipsum medicinæ acutæ nimis, sicut acetum forte, nisi in necessitate. Et splen e contrario illius eget ut adiuuentur medicinæ eius cū eo, quod conseruat virtutem earum, & cum eo, quod penetrare facit. Et spleni quidem sūt medicinæ, quæ sunt propriè ei: sicut cortices radicis capparis, & sicut scolopendria, & ammoniacum & allium syluestre, & quandoque necessarium faciunt ægritudines splenis, ut phlebotometur basilica maior, & phlebotometur saphena: imò phlebotomentur vtręque, guidegi.

a B. facilitate.
b B. faciliter pcedatur.
c B. fortificādo.

ANNOTATIONES

Cap. 5. cap. 15. cap. 17.

In morborum lienis curatione fortiora quàm in iecinore præsidia admitti fatetur & Gal. tum alibi, tum 2. ad Glauc. Est sane pars hæc ignobilior, humores crassiores amplectens, & ad quam serius perferuntur medicamenta, vt propterea liberalius quæ ualidiora sunt, offerri illi possint. Quare sicut in iecinoris affectibus ea permiscenda medicamentis sunt, quæ substantiam iecoris tueantur, ut Gal. ait 13. meth. ita & in liene eadem adiuuanda, ut penetrent, & suum robur seruent. habet etiam splen, sicuti & iecur, propria medicamēta adnotante eodem Gal. 13. meth. nempe, quale absinthium est iecori, tale lieni capparis cortex. quale iecinori eupatorium, tale lien asplenon.

De apostematibus splenis calidis, & frigidis, & duris, & [quorum durities est in fieri apostema.] *Cap.* 4.

a B. de duritie ipsius, quæ non est apostema.
b B. euentus.
c B. Alia litera apparitio.

SCias quòd minorantur in splene [b] [acciden tia] apostematum calidorum. & [c] [fixio] ipsorum simul: imò quando accidunt spleni apostemata calida, festinant ad duritiem: quoniam sanguis, qui peruenit ad eum, ut nutriatur ipso, est sanguis [d] [spissus quum ponitur] in apostemate, quare induratur. Plura ergo apostemata splenis sunt dura, mollia uero sunt in quibusdam horis. & plurimum quod accidit in ipso de apostemate calido, est sanguineū, & cholericum accidit in ipso raro [e] [& durum] est in inferiore parte splenis propter grauitatem materiei. et figurę eius sunt quatuor, rotūda, & lata, & lōga grossa, & longa subtilis. Phlegmaticum uerò accidit raro. et spleneticus quidem est, qui habet duritiem in splene suo: aut propter grossitudinem suę substantiæ, quamuis nō perueniat ad finem, quam peruenit apostema, aut propter apostema durum in ipso, et primum quidem est leuius. Inquit Hipp. si spleneticus inuenit dolorem interiorem, est magis saluum et illud, quoniam in ipso [f] [speratur] adhuc sensus. et dixit quando accidit ei fluxus uentris cum sanguine, est melius scilicet, quia speratur cum ipso resolutio materiei splenis eius. Si autem perseuerauerit, adueniet

d B. grossus ingrediēs seu congregatus.
e B. sicut plurimum eius quod accidit in eo ex frigido, est durum, &.
f B. est.

niet ei g [lubricitas hydropica]& morietur. Et causa in eo est dominium frigiditatis super cõplexionem,& dixit, illi, qui catarrhum habet, non accidit splen;& in hoc est consideratio,& fortasse multitudo catarrhi est significatio humiditatis complexionis eius h [ut sit illud in proximo futuro,]Et in libro Hipp. ille, qui habet dolorem in splene suo, & currit ex eo sanguis rubeus,& apparent in corpore ipsius ulcera alba non lædentia, moritur in die ij. & i [si non] cadit appetitus eius.Et quandoque terminantur apostemata splenis fluxu sanguinis narium etiam,& proprie ex latere sinistro,& apostematibus apud aures difficilis suppurationis, & apertionis, propter grossitiem materiei. Et laudabilior vrina eorum,est grossa,sanguinea. Et urina,in qua est fæx k [viscosa,] quandoq; significat sanitatem splenis, & destructionem eius. Et dixerunt quidam,quum fuerit in urina sicut suspensio sanguinis, & febricitans habuerit splenem, extenuatur uel destruitur splẽ eius. Et quandoque contingit in quibusdam hominibus,ut magnitudo splenis generetur, & remaneant secundum illud tempore longo, & sint secundum salutem dispositionum suarum apparentium l [spatio prolixo,] quamuis quandoque accidant ex magnitudine eius nocumenta plurima etiam, secundum materiam efficientem, & secundum uirtutem splenis. Et scias, ꝙ splen quandoque apostematur post apostema hepatis secundum semitam per mutationis:& illud est melius,quam ut permutetur apostema splenis ad hepar.

g B. hydropisis Alia litera. lubricitas intestinorum, & hydropisis.

h B.& est illud proximum rationi. Alia litera.& illud est significatio certa

i B.primo. Alia litera. non

k B. coadunata uel hypostasis coadunata.

l B. tempore uitæ suæ.

ANNOTATIONES.

Lien rara constat substantia, proptereaq; omni excrementorum generi excipiendo optissimus. Quare tumores et ex sanguine,& ex alijs humoribus,tam calidos,quam frigidos solet experiri,præsertim tamen frigidos, & eos qui a craßo humore fiant.ueluti melancholicos,scirrhososq;. Rarò autem biliosi tumores in hoc fiunt, quòd delegatur antea bilis ad uesicam felleam ex iecinore.ac prçterea,si forte ad lienem eadem perferatur, tenuiores partes ob laxam huius uisceris substantiam effluunt,craßæ uerò remanent, quæ atræ potius,quam flauæ bilis naturam retinent. Frequentissimè autem scirrhis corripitur lien,quod & Galen. 13.meth.atque qui ita affecti sunt,splenetici uocari solent. Quare,sicut in cæteris scirrhis, quamdiu doloris in his est sensus,tamdiu de salute spes erit,ut author ex Hippocratis sententia profert, quoniam sensus adhuc superstitis indicium est. At ubi non amplius dolent:tum uel difficulter, uel nunquam certe curabitur,ut 2.ad Glauc.legere est. De spleniticis,unum Auic.ex Hipp. notat,ꝙ,quibus alui fluxio cum sanguine fit:sanitatis signum est, & resolutionis materiç illius,quæ morbum fecerat; quod sanè scribi uidetur 6. aph.quum ait senex, Lienosis difficultas intestinorum superueniens,bonum.Sed neque id absolutè pronunciandum. alioqui enim sibi ipsi aduersaretur Hipp. qui in eodem lib. Lienosos a difficultate intestinorum aqua inter cutem excipi & mori asserat. Limitat ergo posteriorem sententiam idem senex de longa alui fluxione: tunc enim hydrops sequitur,non si parua. Tu uide etiam Gal.eo 6. aph.

cap.16.

cap.4.

Aphor. 48.

Aphor. 45.

Aphor. 43

De signis. *Cap.* 5.

COmmunicant apostemata splenis omnia in grauedine, & in magnitudine,& dolore extenso vsque ad diaphragma ex latere sinistro,& quandoque ascendit vsque ad furculã, & ad humerum sinistrum per communitatem furculæ.Et quãdoque facit anhelitum duplum existentem secũdum formam anhelitus fletus infantis,quoniam apostema impedit diaphragma ad hoc,ut uadat in motu anhelitus: quare stat subito propter læsionem, deinde redit: & dum non est apostema magnum,non comprimit diaphragma. Nam communicatio splenis ad diaphragma a † [ ] minor est communicatione b [eius ad stomachum etiam. Sensus .n. sentit splenis inflationem,& corpus c [alleuiatur.] Et quandoq; accidit ex apostematibus splenis,& proprie quãdo sunt in inferiore parte eius, ut subtilietur sanguis, quoniam splen uehementer mundificat d [sanguinẽ a fçce sua.] Et accidit ut e [rubeant] pedes,& genua ipsius, & illud,quoniã stomachi os communicat inferiori parti splenis, quoniam ex ipso ascendit uena expellens humorem melancholicum;quum ergo caliditas naturalis f uincit,] peruenit ad extremitates g [proximas.] Et h † [ ] accidit extremitati nasi eius & aurium ipsius,ut i [resplendeãt,] propter illud, quod accidit ex k [apostematç sanguini,& malitiam passionis eius.& paucitatem] etiam. Et ista membra uehementis sunt passionis,ab infrigidatiuis. Et apostema quidẽ differt ab inflatione per priuationem grauitatis;& quòd apostema dolorem facit l [incessus] & inflationem quandoque sedat m [& remouet eam,& differt per euentum rugitus] & cructuationem.Et communicant apostemata eius calida cum accidentibus prædictis, & cum inflatione,& siti, & febre. Verùm eius, quod est cholericum est inflammatio uehementior, & sitis fortior, & grauedo eius minor, & est dolor ad inflammationem decliuior,quam ad tẽsionem,& color est ad rubedinem tendens.Cũ apostematibus uero duris, maligna fit anima, & commouetur tristitia, & n [uarietas] in quibusdam horis. Commixtio uero sensus fortis non accidit,nisi apud o [plurimum uictoriæ] quoniam materia melancholica mota est non ad partem capitis,quamuis iam accidat ex parte alia,& est per communitatem splenis ad diaphragma,deinde diaphragmatis ad cerebrum. Et quandoque denigratur lingua ex duritie splenis, & sentitur durities eius absq; rugitu, quum premitur,nisi aggregetur ei inflatio. & non est cum ea febris inseparabilis, imò quandoque est p † [ ] secundum ordinem, & quandoque multiplicantur cũ ea ulcera cruriũ,& corroduntur dentes,& gingiuæ, pp grossitudinẽ sanguinis,qui descendit in ulcera crurium & corruptionẽ uaporis, qui descẽdit in omnes partes gingiuarum,& dentium, & quãdoque est in ulcerib.crurium crisis illius. Plurib.nanque eorum. qui splenem habent, quũ accidũt exercitia laboriosa,attrahitur inde materia ad crura,& euadit,& egrediũtur cũ ea bothor,quç nominantur q [anitham.] Et multoties est urina splenetici,sicut sani,sed cum exer

a † B.est minor ualde cõmunicatione hepatis ad diaphragma&.

b B.stomachi.

c B.extenuatur.

d B. grossitiem sanguinis & fæcem eius.

e B.calefiant.

f B.fugit.

g B.fortes

h † B.quandoq.

i B.infrigidẽtur

K B. subtilitate sanguinis & uelocitate passionis in eis & paucitate eius.

l B.tactus.

m B.cõpressio, & remouet dolorẽ eius,& causat rugitum.

n B. guesgues

o B.multitudinem dominii ipsius.

p † B.non.

q B grana albothin Alia litera bothor.

r B, quæ nõ erat. Et si in ea esset causa vniuersalis perseueraret etiam in hora quietis.

citat seipsum, resoluitur melancholia eius ad vrinam, & facit ipsum habere nigredinẽ r [nõ existentem:& si essent causa in ea renes, perseuerarent saltem in hora exitus eius.] Et phlebotomia plurima apostemat splenem. Et autumnus est eius inimicus, & quando fuerit durities post apostema calidum, antecedent accidẽtia calidi:deinde acquirentur accidentia duritiei. Et multoties quidem confortatur splen subito per se ipsum, aut per illud, quod confortat ipsum, & prȩualet super totum illud, quod est in ipso de materia mala, & solutione educit eã fæculentam, sicut fæx oliuarum, & significat quòd est ex splene, & non ex hepate, s [euacuatio] hepatis ab ęgritudine. et quòd splen tolerat ipsam, & detumitio eius propter illud, qđ accidit ei ex hoc. Cum apostematibus autẽ frigidis phlegmaticis, sunt signa apostematum cũ lenitate tactus, & cum albedine coloris, in quo est parum nigredinis, & splenetici quiddem uehementiorem cibi appetitum habent, quã alii. Sed uomitus difficilis fit in eis ualde, & sunt naturę eorum strictæ secundum plurimum, & indigent in vomitu, & in solutione ventris medicinis t † [ ]

s B. euasio.

t † B. fortibus valde.

ANNOTATIONES.

Cap.1. Cap.49. Ca.10. Text.38.

Quum splen multa accidentia cum hepate communia habeat, ait Gal.6.loc.aff.differre inter se nulla re uidetur, præterquam quòd quædam magis, quędam minus alterutri euenire solent. propterea ex ijs, quæ de iecinore dicta sunt, etiam lienis affectuum notæ ferè habebuntur. Particulatim tamen de inflammati lienis indicijs. uide Paulum lib. 3. Trallianum lib. 8. Vnum Auicennas scribit, ijs uerbis. Et quandoque accidit ex apostematibus &c. quod ex Hippocrate desumptum est. Ait senex. 6. de uulg. morb. sect. 2. Quibus lien est decliuis, pedes & manus, & genua calida, nasus & aures frigidæ semper: num propter hoc ꝙ tenuis sanguis? num & natura talem isti habent? pro qua re uide Gale. in eius loci Commentarijs. Aliud scribit, quum ait, [Et quandoque denigratur lingua ex duritie splenis &c.] pro qua re facit Hippocratis sententia in lib. de affectionibus. Quicunque, ait splenem habent magnũ, qui quidem fuerint biliosi, hi mali coloris fiunt, & malis ulcerib. scatent, & ex ore graue olent. Item & 2. prognost. Gingiuę ait, uitiatæ & ora graueolentia ijs sunt, quibus splenes magni. Cui astipulatur & Paulus lib. 3. Videtur ergo ex priori Hippocratis loco, limitanda Auicennæ sententia, ut nõ semper quidem splenicis crurum ulcera eueniant, sed quandoque: ijs, uidelicet, qui natura biliosi. quamuis interea rationi non repugnet, lienosis omnib. id accidere, ob corruptorum humorum copiam, quos scatere in his ob male expurgatum sanguinem necesse est. Aliud scribit, [Et phlebotomia plurima apostemat splenem] quod ambiguum alicui uidebitur. nempe qua ratione ex multa sanguinis detractione lienis inflammationes fieri possunt: quum sanguinis missio inflammationum materiam imminuat? Existimant aliqui, accidere id ex uberiori sanguinis exitu, ꝙ tenuiori sanguinis parte exeunte crassæ & melancholicæ remaneant. putarim tamen id ob immodicam quoque corporis refrigerationem fieri, & hydrops plerunque succedit.

Cap.49.

De curatione apostematum splenis calidorum ualde. Cap. 6.

APproximant curationes eorum, curationibus suorum similium in hepate, præter ꝙ necessitas sit a [illarum & obseruantia] ad latus stypticitatis, sed cum cautela b [calefactionis] uehementis, ut non festinet materia ad grossitiem, & duritiem, & communicat in hoc hepar etiam, ambo enim præparata sunt ut permutentur ex apostematibus calidis ad duritiẽ. Verùm oportet ut misceantur cum eis medicinæ, in quibus sit incisio aliqua cum caliditate ęquali, & stypticitas, & uirtus frigiditatis, sicut c [alumen. [Et scias, quòd acetum multum ingreditur in curis d † [eorum.]

a B. omniũ illorũ, & obseruantiæ. Alia litera. illius obseruantiæ. Alia litera.

b B. extinctionis.

c B. Alia litera. alsebet.

d † B. ęgritudinũ splenis omnibus Et oportet vt administrentur oẽs medicinę in curis ipsius cum eo.

Et oportet ut incipiatur in primis a phlebotomia basilicæ, deinde dantur in potu succi, & aquæ prædictę in ægritudine hepatis. Et illa, quę appropriantur spleni plurimum, sunt aqua foliorum e] salicis,]& aqua foliorum algarab, & aqua portulacæ, & aqua capilli ueneris humidi. Et ex eis, quæ conferunt in ipso, est ut detur in potu pondus ʒ. i. de semine portulacæ cum aceto. Inest enim ei proprietas in resoluendo apostemata, & duritiem eius, & ut de arnoglossa exsiccata pulueris omni die sumatur quantitas cochlearii unius, & cibus sit ille, quem diximus in capitulo hepatis. Et f [zersicati] inest proprietas iuuatiua, & proprie quando frangitur cum zuccaro siccitas eius, & cum tereniabin.

e B. kalef, & aqua tamarisci.

f B. zersechie.

ANNOTATIONES.

Si affectus iecinoris, & lienis ijdem ferè sunt, ut Gale. ait 6. de loc. affe. similis ergo curatio erit, quod idem 13. meth. testatur, & Paulus lib. 3. fortioribus tamen lien eget, quòd crasso succo nutriatur. In huius uisceris affectibus author noster acetum maximè probat, quod & Galenus 9. de comp. med. per loca, & alibi, ob dissecandi uim. Auerro. tamen 7. Coll. & ob id acetum commendat, quod huius uisceris alimentum temperamento aceti maxime simile est. existimat enim is acetum secundo ordine frigidum, & primo siccum, 5. Coll.

Cap.1. Cap.16. ca.49. Cap.2. Cap.31.

De curationibus a † [ ] splenis. Cap. 7.

a † B. duritiei.

b B quantitas.

QVum scis, quòd causa in illo est b [oppilatio] ex sanguine plurimo melancholico, oportet ut phlebotomes basilicam, & saluatellam; & dimittas saluatellam constringi per seipsam, quum constringitur ante casum uirtutis, & quãdoque necessarium est tibi ut phlebotomes † guidegi sinistrum. Et quandoq; indiges ut consequaris eam cum euacuatione, per ea, quæ educunt melancholiam, de quibus dictum est, in capitulo icteritiæ nigræ, & oportet ut non obliuiscaris canonis prędicti in curatione duritierum, de lenificatione c [ultima imò resolutione,] ut non reuertatur in duritiem lapidis humor. Quod si expeditus fueris ab hoc, aut non indigueris eo, erit tibi necessarium ut administres medicinas abstersiuas, incisiuas, in quibus nõ est multitudo caliditatis. Et fortasse inuenies has intentiones in medicinis singularib. & fortasse indigebis compositis, & medicinæ singulares, quę faciunt illud, sunt medicinæ, in quibus inuenis amaritudinem, & stypticitatẽ, aut caliditatem temperatam & stypticitatem, & quãdoque inuenis medicinas singu-

† iugularem venam.

c B. quæ cõiungitur omni resolutioni, vt non conuertatur in lapidẽ humor. Alia litera. quæ cõsequitur omnem resolutionem.

singulares facientes illud cum proprietatibus, quæ sunt in eis. Quòd si inuenis medicinam, in qua sit amaritudo tantum, tunc permisce eam cum aliquantulo [d] [aluminis & aceti. Alumē enim frangit sua uirtute subtilitatem eius.] Et cauterium dictum in ęgritudine splenis, super, vena, quæ est in interiore parte brachij sinistri fiat. Et si non fuerit manifestæ dispositionis, tunc cum eo, quod innuimus. Et quandoque sufficit regimē subtiliatiuum in sanatione sple nis. Et quandoque accidit vt conferat in ipso regimen impinguans corpus, quum non facit accidere oppilationem, & non fuerit ingrossans sanguinem. & si fuerit ita, [e] [sed non possumus ipsum rectificare.] Regimen nanq; impinguatiuum est ex eis, quæ humectant sanguinem, & rectificant ipsum, & temperant ipsum cum fractione melancholiæ. Et quandoq; peruenit durities splenis ad hoc, vt non sufficiat in curatione eius adiutorium cum eis, quæ bibuntur absque eis, cum quibus fit ei emplastrū. Et omne lac, præter lac camelarum, est malum spleni. Et medicinarum singularium, quæ administrantur ad hanc causam, melior est cortex radicis capparie: ipse enim multoties educit urinam, & egestionem sanguineam [f] [malam;] & sanat propriè quando bibitur cum syrupo acetoso de seminibus, trahente ad acetositatem. Et non est ipse solus, imò sicut centaurea, & succus eius & proprie minor, & radix lilij, & flos salis, & acorus confecta cū melle omni die cochlearium vnum. & grana [g] [alcafid] & [h] [myrtus] & chamæpityos, & chamædryos & grana alcadra cum syrupo acetoso, & pressium præcipue cum aqua ferrariorum, quā dicam. Et squilla est bona, & vltima: & melius est oxymel eius, & scolopendria cum succo tamarisci, & nasturtium, & nigella, & agaricus solus cum syrupo acetoso aut centaurea. Et dosis cuiuslibet illorum sit ab vno aur. vsque ad ʒ. [i] [i.] Et epithymi pondus ʒ. v. in vnc. i. syrupi acetosi, usqua ad ʒ. ii. istud enim quum iteratur solutione uentris, educit illud, quod est in splene; & detumere eum facit. Et ammoniacum, & lupini, præcipue decoctio eorum cum syrupo acetoso, & decoctio [k] † [ ] cum aqua dulci, & bibatur cum syrupo acetoso, aut cum aqua decoctionis polii, & acetosa [l] [nutrita cum aceto] cum syrupo acetoso, & succus spinarum recentium, & anethum siccū sumatur ex eo omni die pondus ʒ. ii. & consequatur urina cameli, & succi eupatorii pondus ʒ. ii. cum aqua decoctionis absinthii. Et iuuamētum cum lacte camelino, & urinis eorū est uehemēs ualde, & assumat inde fortis, & debilis, omnis secundum se. Et melius est illud cuius camela iam pascuit algarab, & secha, & apium, & fœniculum. Et quando apparet ex potatione eius digestio apostematis, & apparet in fæce eua cuatio melancholiæ, perueni post illud cū confortatione. Aut sume albothin infusum in aceto vii. diebus; deinde accipiet ex illo albothin omni die tria cochlearia, & sorbeat ex illo aceto super ipsum. Et sumat in potu seminis raphani pondus ʒ. i. & s. cum aceto forti, aut decoctione foliorum nucum recentium decoctorum cum aceto squillæ. Aut aqua foliorum

d B. Alia litera: anehi, quoniā anehū iuuat cū virtute eius subtiliatiua. Alia litera. aluminis, & aceto. Alumen. n. iuuat cū virtute eius.

e B. hepar uerò sit forte super rectificationē ei⁹. Alia litera. sed hepar sit forte super rectificationem.

f B. fæculentā.

g B. alfachd.

h B. Alia litera. ammoniacum.

i B. ij.

k † B. alsuila.

l B. syluestris dissoluta.

capparis cum syrupo acetoso aut de [m] [nereiden cum aceto] squillitico. Et ex eis, quæ currunt cursu eorum, in quibus est proprietas, est pondus ʒ. ii. seminis portulacę cum aceto. Aut coralli [n] [decocti] ualde pondus aur. i. cum aliquo syruporum spleneticorum. Aut [o] [emplastrum] de cucurbita tenera. Aut ipsa cucurbita teratur post exsiccationem, & bibatur ex ea ʒ. ii. pondus cum syrupo acetoso. Et iterū semen cannæ, & semē cuscutæ, & folia salicis propter suam amaritudinem & stypticitatem, & semen acetosæ, & semen atriplicis, & fructus tamarisci, & folia eius, & pulmonis uulpis, aut hepatis ipsius pondus [p] † [ ] ʒ. ii. exsiccati. Aut accipe uespertilionem, & decolla ipsum, & exsicca ipsum, & contere eum, & accipe ex eo, quod tolerāt tres digiti. Aut accipe vii. uespertiliones pingues, & decolla eos, & [q] [infunde] eos, & exsicca eos, & pone ipsos in uase uitreato submersos cum aceto forti, et lutato & dimitte in [r] [furno clauso.] Quum ergo decocti sunt, depone uas extractum ex eo, usquequo infrigidetur, deinde extrahe eos, & dissolue digitis in aceto, & sumatur ex eo in potu omni die pondus ʒ. ii. & hæc est curatio experta Et conueniens quidem est, ut huiusmodi medicinæ singulares dictæ prius, & posterius, bibantur cum syrupo et aceto. et ut fiāt ex eis emplastra confortantia cum aceto. Medicinę uerò compositæ, quę bibūtur, sunt, sicut scolopendria, et spodium, ex quibus bibatur pondus ʒ. ii. cū syrupo acetoso. Et trochisci de capparibus, et trochi. [s] [alselemenusch] cum syru. acetoso, et troch. de reu. facti cum corticibus radicis capparis, & bibiti in aceto uehementis acetositatis, & illud, quum non fuerit inflatio. Et trochisci de rubea. Et theriaca diatessaron est optima ualde, quum non fuerit feb. Aut sume nasturtii partem i. & nigellę partem. s. conficiantur cum melle despumato, et sit dos. ʒ. iii. cum aceto commisto; aut suffuf ex aristol. et mirobal. Kebu. de quo sumatur cochlearium i. cū urina cameli et cum urina caprarum. Et cortici cum capparis ʒ. iiii. Et aristol. longæ pondus ʒ. ii. seminis [t] [alselemenusch] & piperis, amborum an. ʒ. vi. fiant ex eis troch. Et ex eis, quæ cōferunt est illud, quod Recipit capilli ueneris, & corticum radicis capparis, & seminis portul. et seminis rutę, et seminis [u] [alselemenusch] et hyssopi omnium an. partes æquales, et dosis sit ʒ. iii. in syrupo acetoso. Aut sumantur radices capparis, et assæ, et semen napi, et hyssopi. terantur omnia, et infundantur in aceto die et nocte, et decoquantur in aqua plurima, donec ad paucam redeat, et misceatur cum ea syrupus acetosus fortis de seminibus, et bibatur. Aut in potu sumant de aceto, in quo decocta fuerunt [x] [sauina] et nux cupressi decoctione uehemēti, donec remaneat parum, et bibatur ex eo illud, quod potest, et fiat emplastrum cum fęce ipsius. Aut lac camelarum secundum conditiones suas in potu sumatur cum aqua foliorum algarab. Et iterum sumantur rubeæ ʒ. xii. et cortices radicum capparis, et aristol. longæ, et ireos, omnium an. ʒ. ii. conterantur ualde, et con-

m B. nardin. i. spica Romana cum syrupo acetoso.

n B. contriti.

o B. rasura.

p † B. drac. ij. in syrupo acetoso aut ex splene asini syluestris, aut splenis equi, aut pulli equi ex quocunque illorum fuerit.

q B. mundifica.

r B. Alia litera. tanur calido.

s B. alfengiech est.

t B. alfengiech est.

u B. alfengiech est.

x B. abel.

& conficiantur cum oxymelle acetoso,& fiant inde trochi.sitq; dos.aur.j.cum aqua absinthij, & corticum radicis capparorum decoctorum simul. Aut sumantur foliorum [y] [rāni recentium] & corticum radicis capparis, & fructus tamarisci,& scolopendriæ,& squillæ assatæ, & piperis albi,partes æquales. informentur ex eis trochisci,& sit dos.pondus ij. aur. cum syrupo acetoso. Aut sumatur splen asini sylvestris, & splen pulli equini,ambo exsiccati, & contriti, & bibatur ex eis aur.j.perueniendo vsque ad ʒ. ij.cum vino permisto. Et dicitur, quod quum istę medicinæ in potu dantur porcellis aliquibus diebus, non reperitur in eis splen. Sumantur epithymum, & cortices radicum capparis [z] [mediatim.] conficiantur cum melle,& bibatur ex eo circiter aur.v. Aut sumantur cortices radicum capparis, & scolopendria, & fructus tamarisci,& cortex [a] [salicis] & rubea,& ireos & assarum,& acorus.decoquantur cum aceto forti:deinde coletur,& fiat ex eo syrupus acetosus mellinus, & bibatur; in cuius dosi sit pondus ʒ.j.ammoniaci,est enim mirabile, & si spleneticus conqueritur de solutione ventris, in qua non est sanguis,& cum qua non est pūctura,sumat suffuf de granis granatorum trib.diebus,aut iiij. omni die ʒ.iij.aut iiij.& faciat vt cibus eius sit medietas eius, quo consueuit uti; [b] [nam solutio eius est splenetica;&] causa in eo est,quoniam corpus non recipit sanguinē. Et scias, quòd res calidæ valde non sunt multū conuenientes spleni,propterea quòd indurāt, & exsiccant, & prohibent a resolutione. Et quando fuerit in vrinali caliditas, tunc melius erit etiam, ut in potu sumantur trochisci almirberis, & similia.Medicamen conferens duritiei [c] † [ ] accidenti in splene.Recipe radicis opopanacis,& [d] † [ ] radicis capparis & speciei volubilis nominatæ alboronium, & medullę squillæ assatæ & granorum alben.& alliorum sylvestrium omnium an.partem j. misceantur omnia,& sumantur ex eo darkimet.i.in mane cum syrupo acetoso,aut aceto permixto.Aliud. Recipe medullæ alben darkimet iij.alliorum sylvestrium darkimet vj.corticis radicum capparis darkimet iij.costi darkimet ij.[e] [storacis] darkimet vj.polij darkimet iij. radicis plantæ nominatæ cotoli,& est species illa, quæ nominatur [f] [asactaiat] darkimet ij.& existimo quòd hoc est species [g] [afactaiet,] & est planta habens folia similia myrto,& in medio sui habet annulū similem oculo,& similatur semperuiuæ maiori, & granorum uolubilis maioris numero xxv.ammoniaci darkimet iiij. [h] [bezahard] darkimet j. [i] † [ ] radicis eius,darkimet iii.cordumeni darkimet i.& s. [k] [seminis arboris mariem darkimet j.& s.] granorum squillę & est alhonsol,assorum,darkimet xvj misceantur simul & administrentur in syrupo acet. & sit dosis darkimet j.& s. & secundum plurimū darkimet ii. Trochisci alij facientes illā operationem Recipe seminis lilii darkimet iiii.piperis albi,& spicæ syræ,& ammoniaci omniū an. ʒ ii.informentur trochisci, & administrentur sicut illi,qui sunt ante eos. Trochisci alii cōferētes splenecticis.Recipe ammoniaci & fructus alhausigi omnium an.darkimet viij.cortices radicis cappa.& fructus tamarisci,& piperis albi, & scordeon,& squillæ mūdatæ,assatæ, omniū an.darkimet ii.conficiantur cum aqua,et fiant inde troch.quorum unusquisque sit darkimet vnius,et dosis sit.i.eorum cū syrupo mel.Aliud Recipe medul.squillæ assatæ lib. ii.radicis alfesire,& est radix uitis albæ lib. viij. piperis alb. & petroselini, & pastinacæ sylvestris, et farinæ † herbi,& granorum pineæ omnium an. vnc. viij.lilij cęlestis,et radicis opopan. amborū an. vnc.iii.conficiantur. Et quum administratur aliquid eorum, tunc melius est ut dimittat aquam,aut minoret potum eius,vt sit medicina [l] [saluata in concauo.] et non trahatur ad gibbositatem hepatis propter adiutoriū aquę plurimum. In administrationem autem [m] [ciborum] melius est, ut administretur ante eos balneatio longa secundum ieiunium, & sit statio in tina. Et quando egreditur æger ex ea, sumat incisiua [n] [subtiliatiua] facientia sitim sicut pisces salitos,& carnem salitam & sinapim,et saphane, et sumat in potu uinum mixtum cum aqua marina. Et subtiliet regimen suum,et faciat illud trib.dieb.et in quarto exercitetur,donec sudet,et frequens fiat anhelitus eius,et emplastretur,et hoc fiat,si res fuerit fortis,et si fuerit debilior hac,cōtentus sit eo,quod est leuius hoc.Emplastrorum vero forma est, quoniam quandoq; fiunt ex illis simplicib.quæ diximus. Et quum emplastrum fit ex ammoniaco ipso, et stercore ouium cum aceto,est emplastrū forte. Et stercus ouium adustum et cinis [o] [asinarum] est emplastrum bonum, quando conficitur cum aceto,et fit emplastrum cū eo,et similiter [p] [ex radice] uitis albæ cum aceto.[q] † [ ]

Et quando accipitur stercus uaccarum pascentium et exsiccatur in primis, deinde decoquitur cum aceto,est ex eo emplastrum bonum.Et quandoq; pulverizatur super sulphur citrinū. Et emplastratio cum flore salis est mirabilis. Et ex illis est [r] † [ ] granorum alben cum aceto.Et iterum alharmet cum semine suo decoquatur in aceto donec dissoluatur,et fiat ex eo emplastrum, et ex eis, quæ sunt propinqua ęqualitati est sicla decocta cum aceto,et radices altheæ decoctæ in aceto. Et ex compositis est maran basilicon,et marā.Gal. et maran alusfkilcus,et emplastrum aureum, et emplastrum de aloe Gal.et maran factum de radice capparis infusa in aceto horis tot,donec lenificetur,deinde desiccetur,et teratur bene,et fiat ex ea marā cum cera et oleo de alcāna. Aut sumatur nigredo uasis de ęre,et fiat ex ea,et farina hordei, et aceto et syrupo acetoso emplastrum,quoniam est ultimum iuuamentum. Aut administretur emplastrum de sinapi quoniam est forte.Aliud resoluens duritiem. Recipe ammoniaci,et ceræ gummæ pini,omnium an.darkimet iij.glutinis albotin,et bdellij et [bezahard] omnium an.darkimet vj.thuris,myrrhæ,olei [t] [sycionij] omnium an.darKimet iij.infunde [u] [liquida] in aceto, et permisce ea, et utere eis. Aliud. Recipe fœnugræci,et farinæ herbi, amborum an.vnc. ij. gummi albotin, et ammoniaci amborum

borum

y B. rubi recentis.
z B. partes æquales.
a B. Kalef.
b B. Alia litera. quod si fuerit solutio ventris eius splenetica.
c † B. chronicæ.
d † B. ammoniaci.
e B. astrusiua.
f B. sachragie.
g B. alsachragiat
h B. bazard.
i † B. seminis arboris mariē, vel seminis bachurmariem darchmet.i. aur.
K — B.
† erui.
l B. saluans, vel conseruans virtutem.
m B. emplastrorum.
n B. acuta.
o B. alatum.
p B. emplastrū
q † B. aut sulphure cū aceto autfolijstithimali cū aceto & ta cum aceto.
r † B. fæx olei
s B. bazard.
t B. cucumeris asinini.
u B. dissolubilia

x B.alfachd.

borum an.vnc.v.radices cappa. & granorum [x] alfangdi] & radicis allij ſilueſtris,& rubeæ,omnium an.darkimet ij. ceræ lib. ij. infundantur in aceto, & miſceantur in oleo antiquo & adminiſtrentur. Aut farina fænugręci, & ſinapis & nitrum. Aut ficus coctæ in aceto,quibus ſuperponatur ſexta pars ammoniaci. Aut ſumatur mel faui & liniatur ſuper [y] † [ ] ipſum ſynapis, & emplaſtretur ex eo ſplen,& dimittatur dum tolerat. Aut ſumantur ex ficubus.x.pingues,& infundantur in aceto horis tribus,deinde coquantur,& diſſoluantur, & colentur,& ſumatur pondus earum de ſinapi,& radice capparis coniunctis,& miſceantur omnia. Et quandoq; ponunt cum eis ammoniacum , & mezereon ſecundum quantitatem neceſſitatis, & faciunt ex eis omnib. epithema,& emplaſtrum, Et fænugræcū , & cordumeni,& calx,& baurach cū aceto,& ammoniacum,& [z] [zarur] & myrrha & thus ęqualiter cum aceto forti, liniantur ſuper ventrem , & ponantur ſuper ipſum & dimittatur quouſq; cadat per ipſam. Et ex eis quę experta ſunt,et eligit ipſum Alkindus, eſt,vt ſumatur ruta,& cortices radicis capparis, & abſinthium,et calamentum,et origanum,et decoquantur cum aceto et exprimantur, et ponantur ſuper fruſta filtri,et fiat cum eis emplaſtrū, et renouetur quotieſcunque infrigidatur xxj. vice in ieiunio. Et ex emplaſtris bonis ualde,eſt vt ſunantur farinæ glandium lib.ij. & reſoluātur ſuper prunas , & proijcias ſuper ipſas lib.j. calcis,et miſceantur et fiat ex eis emplaſtrum . Aut ſumatur baurach,et calx,et pyrethrum, et ſinapis, aggregentur omnia cum Kitran , et liniatur,et non conueniunt cum febre. Aut ſumantur pyrethi.vnc.v. et ſinapis ʒ.xv. et de granis almezerion.vnc.iij.et cordumeni vnc.iij.et nucis aromaticæ vnc.j.et piperis vnc.iiij.aggregentur cum aceto ſquillitico, et fiat ex eis emplaſtrum ſpleni tribus horis poſtquam locus ablutus fuerit cum aceto et nitro , et chronico quidem fit epithema ex ammoniaci et amygdalarum amararum an.partibus x. et ex foliorum rutæ partibus v.fiat ex eis epithema cum aceto. Aut ſtercus caprarum, et ſinapis recens confecta cum quibuſdam ſuccis iuuatiuis, et pauco aceto. Et ex embrochis eſt aqua,in qua decocta ſunt lupini,et ruta,et piper. Et ex emplaſtris vehementis uirtutis eſt , vt ſumantur ellebori nigri vnc.iij.et ellebori al. vn. iiij. et ammoniaci vnc.iij.et nitri vnc.iij.et ſcammoneæ vnc. ij.piperis grana. xxx. præparetur ruta cum glutino albotin taliter ut toleret permiſtionem cum iſtis,ſicut maran , et liniatur ſuper locum poſt calefactionem eius,cum fricatione,et hoc eſt ēt ſolutiuum. Et quando non conferunt medicinę,oportet ut ponantur uentoſę, et ſcarificantia ſuper ipſum. Et quandoque oportet,quum dominatur humor melancholicus,et ſanguis , ut phlebotometur alguidegi ſiniſtra , et fiant cauteria ſuper v.loca ſplenis aut vj.deinde non permittantur ſanari. Quod ſi non tolerat ignē, adminiſtrentur cauteria ex medicinis , ſicut emplaſtrum de ficubus et ſinapi , et ſicut emplaſtra de gumma rutę ſylueſtris,et alia. Et ſi dominatur caliditas, et non tolerat infirmus emplaſtra fortia,vaporetur ſplen eius cum vaporatione aceti ex lapide [a] [crudo. Aut ſumat in potu] in ieiunio & ponatur ſuper ſplenem ipſius fruſtū filtri infuſum in aceto calefacto,& propriè,in quo decocta eſt ruta. Et melius illo eſt, vt ingrediatur ęger ieiunus balneum,quum tolerauerit illud, et reſupinetur in eo,et nō ceſſet ponere ſuper ſplenem fruſtum filtri infuſum in aceto,uice vna poſt aliam,dum tolerat,et iteretur ſuper ipſum diebus aliquibus,quoniam eſt curatio fortis. Et ex eis, quæ approximant huic,& conueniunt calido,eſt vt ſumatur ex ſemine endiuię, et ſemine portulacæ, et cucurbita ſicca et ſemine [b] [agni caſti,] at in potu ſumantur ex illis aur.ij. [c] † [ ] cum ſyrupo acetoſo,et iteratio fiat ſuper illud. Cibi vero ſint illi, qui ſunt leues,et pingues ex iuribus factis ex eis,quæ ſunt leuia, et ſubtilia , et calefacientia cum æqualitate, et capparis cū aceto,et grana alcadra cum aceto condita,et reliqua quę ſciuiſti in locis alijs. Et oportet ut adminiſtrentur cum illis ſubtiliatiua, ſicut ſinapis,et quæ ſunt illis ſimilia. Et potus eorum ſit aqua ferrariorum,et omne,in quo extinguitur ferrum ignitum multoties.

y † B. fruſtum carnę magnum ad quantitatem apoſtematis & puluerizetur ſuper.

z B. ſordities alueī apum.

a B. molendini. Aut iaceat ſupine.

b B. alfelengiemeſch.

c † B. uehementis acetoſitatis, deinde curetur poſt illud cum curatione filtri infuſi in aceto. Et plurimis patientib. ſplenem cum caliditate datur in potu aqua endiuiæ.

ANNOTATIONES.

Si lienis obſtructio ex plurimo melancholico ſit ſanguine, ſecandam ait baſilicam & ſaluatellam. Quandoque uerò etiam iugularem ſiniſtram in obſtructione lienis ex frigida materia. Dubitarit ergo quiſpiam, qua ratione iugularem ſecet in lienis affectibus, & qua ratione in affectu frigido. Sanè uenæ ſectionem & Paulus lib. 3. in affectib. lienis ex ſiniſtro cubito, & manu extrema faciendam affirmat. & Trallianus quoque lib. 8. copioſam ex ſiniſtro brachio ſanguinis miſſionem in lienis duritie probat: at de iugulari nihil. Meminit tamen Aetius lib. 10. de uenæ illius ſectione, quæ retro ſiniſtram auriculam ſita eſt, ex Archigenis relatu. & ex profluente inde ſanguine ſplenem illiniri ait, & magnum commodum perſentiri. Cæterū, quidquid de hac re alij ſcripſerint, fortaſſe iugularium ſectio eo caſu conuenit, ubi poſt alias ſectiones cerebro ater humor communicet. Probat autem hanc Auicen. in frigida materia, ueritus forte ne in calidiori, ob repetitam ſanguinis miſſionem, tenuiori ea reddita caloris ui, ad cerebrum concitetur, & furorem faciat.

Cap.49. cap.10. cap.11.

2 *Et oportet ut non obliuiſcaris &c.] Idē docet Gal. 2. ad Glauc. ne in duris generatim tumoribus, ijs quæ admodū diſcutiant vtamur, utq; cum ijs emollientia cōmiſceantur. quoniam. ſ. diſcuſſorijs fortioribus affectio incurabilis reddi ſolet. particulatim uerò id in liene agendum eſſe iubet Gal. 9. de comp. med. per loca, ex quo loco multa in hunc ſunt deſcripta. Quod ſupereſt pro hoc & ſequentibus capitibus pete Galenum 9. de comp. med. per loca, loco iam citato. Paulum lib. 3. Trallianum libro 8. & Aetium lib. 10.*

cap. 4. cap.2. cap. 2. Cap.49. cap.10. cap. 11.

De cura apoſtematum phlegmaticorum ſplenis. Cap. 8.

Cura eius eſt illa, quæ temperata eſt ex cura duri, cum euacuatione phlegmatis, et melancholię. Phlegma enim eius melancholicū,

est:& emplastra accepta ex meliloto,& anetho, calamo aromatico,& ruta sicca,& alijs.

De oppilatione splenis. Cap. 9.

QVandoque fit ex ventositate, & quandoque fit ex apostemate, & fit ab humoribus, secundum quod sciuisti, & cum ventosa quidem est extensio vehemens cum leuitate,& apostemosa est cum signis apostematis, & oppilationes aliæ sunt cum grauedine, & non associantur eis signa apostematis.

De curationibus. Cap. 10.

SVnt illæ eædem,quæ sunt fortes ex curationibus oppilationum hepatis, & iam innuimus ad eas illic etiam.

De uentositate,& inflatione in splene. Cap. 11.

INflatio in splene est,vt sentiãtur in ipso tensio,& durities, & eminentia, & comprimitur tendens ad rugitum & eructuationem, absque grauitate apostematum.

De cura. Cap. 12.

SCias,quòd medicinę conuenientes duritiei splenis, proximæ sunt in virtute curationi inflationis, nam ipsa etiam indiget aperitiuis, abstersiuis,resolutiuis cum virtute styptica forti, plusquàm sit virtus resolutionis, quoniam materia est ventosa leuis. Et hoc est diuersum ab eo,quod est in apostematibus. Et cum hoc, sunt ei medicinæ,quæ ipsi sunt magis similes, & in ipsam magis operantes, & magis conuenientes ei,sicut agnus castus,& cyminum,& ruta,& semen rutæ,& ammeos,& quę sunt illis similia, & confert illi iuuamentum maximũ positio ventosarũ ignitarũ super splenẽ, & oportet ut famem toleret,& non sumat cibum [a] [subito,]imò distinguat quantitate parua ualde. Et non bibat aquam inquantum potest,imo bibat uinum antiquum,subtile,amarum, [b] [parum.]Et non dormiat super ipsum,donec alleuietur uenter eius. Et quando repletio ventris eius commouet super eum dolorem noctẽ uel die,comprimat ipsum faciendo compressionẽ post compressionem, & ingeniũ faciat ad egestionem, & dormiat. Quòd si illud non confert,fomentet ipsum. Et quum scieueris, quòd materia est melancholica, plurima, & inflat multitudine sua, euacuabis, & ex bibitis nanque sunt trochisci modi huius. Recipe [c] [ellebori] albi ʒ.xxx.qui teratur, & cribelletur,& cõficiatur cum aceto uini forti,acuto, & fiant ex eo trochi. subtiles,parui,& ponantur ut panis in furno, aut patella usquequo exsiccentur, & non adurantur, & sumantur [d] [trochi ʒ. xxx. in initio antequam ut panis in furno ponantur, & terantur,] & commisceantur cum eis granorum [e] [alfangdi]& fructus tamarisci an. ʒ.v.& scolopendriæ ʒ.vij.& informentur ex eis troch.& sit dosis eorum ʒ.iij.cum syrupo acetoso de zuccaro. Et conferunt etiam troch. de agnocasto. Aut sumantur [f] [carmisck] granorum almaru an.ʒ.x.seminis endiuię,& seminis portulacæ amborum ana.ʒ.v. informentur trochisci; & sit dosis ʒ.iij.cum syrupo acetoso, & quandoque oportet ut in potu tribuatur ex agnocasto,& ammeos,& corticibus radicis capparis,& ruta sicca,& acoro aur.j. cum uino antiquo,aut decoctione medicinarum conferentium ei. Inunctiones autem & emplastra ex oleis sunt,sicut,quæ fiunt ex oleo de absinthio,et oleo de nereiden, & oleo costino. Et ex † maran est,maran factum ex sulphure,et alumine, & nitro, et pice et [g] [ammoniaco.] Emplastra verò sunt sicut emplastra dicta in capitulis præteritis,sicut emplastrum de ficubus cum aceto, et cum ruta et nitro,et semine agnicasti, et meliloto, et chamæmilla. Embrochæ autem sunt sicut acetum, in quo decoctę sunt illæ medicinę, propriè secundum quod diximus ex administratione eius cum frustis philtri,et proprie acetum, in quo decocta sunt capparis recens, et sulphur,et fructus tamarisci,et scolopẽdria, et [h] [semen]agni casti,et nux cupressi, et ruta,et si uoluerit,vt sit cum fortitudine, et ut non sit febris,ponantur in eo ammoniacum, et bdellium,et similia. Et iterum calamentum et ruta, et [i] [alusnem] et baurac decocta in aceto cum aliquantulo aluminis,et cibus in illa sit similis ei,qui dictus est in alijs.

[a] B. una uice.
[b] B. parum. Alia litera. muzum parum
[c] B. nasturtii.
[d] B. ex eis trochiscus pondere ʒ. xxx. sicut panis & teratur
[e] B. alfachd.
[f] B. carmazech.
† ceratis.
[g] B. opopanaco.
[h] B. folia.
[i] B. alasahe.

De dolore splenis. Cap. 13.

AVt fit propter uentositatem, et inflationem,aut propter apostema magnum,aut propter solutionem continuitatis,aut propter malitiam complexionis,et tu quidem iam sciuisti signa eorum,et curam cuiusque speciei ipsorum,et quum dolori non associatur sensus, nisi in parte splenis,apud latus, tunc est uentositas retenta inter pãniculum, et siphac,et si natura fuerit sicca, resoluatur, et administretur balneum,et non fiat phlebotomia, quamuis indicet eam communitas medicorum,nisi apud necessitatem paucam.

FEN SEXTADECIMA.

De dispositionibus † sicteri, et intestinorum. Et est quinque tractatuum.

† sphincteris.

TRACTATVS PRIMVS.

De anatomia eorum,et solutione uentris.

De anatomia. Cap. 1.

CReator sublimis, propter præmissionem suæ benignæ ordinationis in homine, et antecessionem suæ scientiæ in commodis eius creauit intestina eius, quę sunt instrumẽta expulsionis superfluitatum siccarum, pluriũ numerorum,et inuolutionum,et reuolutionum, ut sit cibo descendenti ex stomacho mora cõueniens in illis inuolutionibus,et reuolutionibus, nam si creasset loco intestinorum intestinum unũ,aut breuis quantitatis,separaretur cibus uelociter a uentre, et esset necessarium homini hora omni sumere cibum, secundum con-

continuationem,& sequeretur illud continuatio egerendi,& surgendi ad necessaria, & esset ex uno eorum in praeoccupatione [a] [laboriosa a negocio suo,in necessitatibus uitae suae, & ex secundo in nocumento [b] [plurimo, & esset donatus malitia,] & similis bestijs.Creator igitur summus intestinorum numerum multiplicauit,& ipsorum plurima prolongauit propter hoc iuuamentum, & multiplicauit eorum reuolutiones propter illud, & propter iuuamentum aliud,& est quòd uenae cõtinuatae inter hepar,& inter instrumentum digestionis cibi nõ trahunt,nisi quod subtile est ex cibo cũ suis orificijs penetrantib.in tunicas stomachi, imò in tunicas intestinorum, & non trahunt nisi qđ tangunt. Eius uerò quod ab eis occultatur, & submergitur in profundo [c] [intestini] elongati a tactu orificiorum uenarum, attractio aut est impossibilis,aut difficilis, quare subtiliatus est creator in multiplicando inuolutiones, ut illud,quod continetur occultum in parte intestini, redeat [d] [contingens] in parte altera, & sit possibile ordini alij uenarum sugere purum eius, quod euasit [e] [aciem primam.] Et numerus quidem intestinorum est sex, primum eorum est nominatum duodenum.deinde illud, quod nominatur ieiunum, post intestinum lõgum,quod nominatur subtile, & inuolutum. deinde intestinum,quod nominatur monoculum,deinde intestinum, quod nominatur colon, deinde intestinum, quod nominatur rectum,& est [f] [extale.] Et ista omnia ligata sunt cum dorso, cum ligamentis stringentibus ea, secũdum necessitatem situum ipsorum,& creauit superiora ex eis subtilis substantiae, quoniã necessitas,quae in eis est digestionis,& penetrationis uirtutis hepatis ad ipsa,plus est quam necessitas in intestinis inferioribus. Et quoniam illud,quod ipsa continent,subtile est. & non timetur,ut [g] [pungat] substantiam intestini propter suam penetrationem in ipso, et suam incessionem per ipsum. & non [h] [scalpit] ipsũ. Et inferiora incipiẽtia a monoculo sunt grossa,spissa,pinguia, [i] [intrinsecus,ut sint resistentia faeci,quę non induratur, & resoluitur,nisi propter multitudinem illic,& similiter nõ putrefit,nisi quum incipit putrefieri] in eis. Et super superiora quidẽ non est pinguedo. Veruntamen non uacua fuerunt in creatione sua a glutinatione superficiei suę intrinsecę cum humiditate uiscosa, mucosa quę est in eis loco pinguedinis,& intestinum duodenũ continuatum est fundo stomachi:& habet orificium sequens stomachum,& nominatur portanarius. Et hoc omnino est oppositum † meri:nã sicut meri non est nisi ad attrahendum ad stomachũ [k] † [ ] superius;similiter illud non est nisi ad expellendum a stomacho subtus,& est strictius quam meri, & non fuit necessarium in creatione ipsius, vt dilataretur sicut dilatatum est meri,propter duas res,quarum vna est,quoniam res,quae penetrat in meri est grossior, & durior,& maioris quantitatis,& illud,quod penetrat in hoc intestino est leuius,& planius, & subtilioris quantitatis propter digestionẽ suã in stomacho,& commistionẽ [l] [spumae] aquosae secum.& secũda est,quòd penetranti in meri; non attribuitur ex uirtutibus naturalib.nisi uirtus vna,quamuis voluntas adiuuet ipsam ex parte vna,& est attractiua. Adiuuat ergo aperiẽdo uiam,& dilatando ipsam, penetrans autem in intestino primo patitur a duabus uirtutib. quarum una est expulsiua,quę est in stomacho, & altera attractiua,quae est in intestino,& adiuuat eam fex,quae [m] [prouenit,propter summã] cibi,& fit facilis propter illud expulsio eius, in uia temperatae amplitudinis,& [n] [propter hãc rem,diuersificatur a meri,& illud est quoniam meri,] est sicut pars stomachi,similis ei in forma compositionis suae ex tunicis, haec autem [o] † [ ] est sicut res extranea adhaerens ei,diuersa in substantia tunicarũ suarum a duab.tunicis stomachi;quum [p] † [ ] indigeat attractione forti,cuius simili non indiget intestinũ, propter illud ergo uincens super duas tunicas intestini,est uillus uadẽs in latitudine. Verùm in intestino recto iam apparent uilli multum longi,quoniam est ex intestinis maioris operationis,indigens ad attrahẽdum illud,quod est supra ipsum,vt adiuuetur eis super bonitatem expressionis,& expulsionis,& egressionis,nam paucos habens est inobediens ad expellendũ, & exprimendum, & propter illud creatũ fuit amplum,magnae concauitatis,& createę sunt in intestino duae tunicae, propter conseruationẽ in hoc,ut non [q] [imbibant ipsum] corruptio & putrefactio, ad quae duo intestinum praeparatum est, apud quodlibet nocumentum consequens ipsum uelociter,& propter diuersitatem duarum operationum, in duabus tunicis, & creauit hanc cannam rectae creationis,extensam ex stomacho ad inferiora,ut sit initium expulsionis praeparatum. Penetratio enim fęcis in extẽso recto,uelocior est ea,quę est in [r] [vndoso & sopito.]Et fuit haec creatio in ipso, iterum iuuatiua intentione alia, & est, quoniam quum ipsum [s] [sedet,] rectum dimittit ad extra & sinistra sua locum reliquis membris circundantibus stomachum,& duobus laterib.sicut portioni hepatis a dextra, & sicut spleni a sinistra,& reliquis intestinis;& dictum est duodenum,quoniam lõgitudo eius est huius quãtitatis xij.digitorum habentis ipsum,& eius qdem amplitudo,est amplitudo orificij eius,qđ nominatur portanarius,& pars intestini subtilis,quod sequitur duodenum, nominatur ieiunum. Et in hac quidem parte est initiũ inuolutionis,& circuitionis,& [t] [repletionis,] & quasi sint ei uiae plurimae,& nominatur hoc intestinum ieiunũ,quoniã ipsum inuenitur secundũ plurimum inanitum,& uacuũ;& causa in hoc est connexio duarum rerum, quarum una est, quoniã illud,quod attrahitur ad ipsũ de multitudine chyli,uelociter separatur ab eo,portio nanq; eius attrahitur ad hepar, quoniã plures uenarum mesaraicarum cõtinuatae sunt huic intestino,quoniam hoc intestinum est propinquius hepati,quã alia intestina. Et nõ est in aliquo intestinorum de ramis mesaraicę,quantũ est in eo,& post ipsum in duodeno,& hoc intestinũ cõstringitur,& detumescit,& minoratur in aegritudine ualde, & portio alia abluitur ab eo ad illud,ꝙ est sub eo de intestinis.quoniam

a B. occupante.
b B. & labore & esset in eo appetitus continuus. Alia litera. & labore & esset donatus malitiae.
c B. cibi.
d B. contangẽs.
e B. ordinẽ primum.
f B. farm, uel fargi.
g B. scindat.
h excoriat.
i B. Alia litera. extrinsecus ut sint resistentia faeci cuius plurimum non induratur neque inspissatur nisi illic. Et similiter nõ putrefit, quũ incipit putrefieri nisi.
† gulę.
k † B. ex.
l B. humiditatis
m B. peruenit cum summa.
n B. ista canna diuersificatur a meri in hoc ꝙ meri.
o † B. canna.
p † B. stomach'
q B. adhęreat ei
r B. tortuoso aut adhaerente uel apodiato super latus.
s B. incedit uel situatur.
t B. tortuositatis

cholera citrina uenit ex felle ad hoc intestinū, & est pura, non ꝑmista: quare est fortitudo ablutionis vehementer commouens uirtutem expulsiuam cum mordicatione,[u] † [ ] propterea quòd lauat, [x] [&] adiuuat ad expellendum ad inferiora,[y] [per hoc, quod commouet expulsiuam. Adiuuat ergo] ad expellendum ad duas partes simul. s. ad hepar, & ad inferiora. Accidit ergo propter has dispositiones, vt remaneat hęc pars intestini uacua, & nominatur ꝑp illud ieiunum. Et continuatur cū ieiuno ex intestinis, intestinum lōgum inuolutum, reuolutum, habens reuolutionem vnam post aliam & iuuamentum in inuolutione sua: Et causa reuolutionum in ipso, est illud, quod innuimus in [z] [capitulis] præcedentibus, & est ut sit cibi in ipso mora, & cum mora continuatio orificiorum uenarum sugentium post cōtinuationem. Et hoc intestinum est postremum intestinorum superiorum, quæ nominantur gracilia: & digestio in eis est plusquam in intestinis inferioribus, quæ nominantur grossa. Summa enim operationum intestinorum inferiorū, est preparatio fæcis ad exeundum: quamuis etiam non euacuetur a digestione, sicut non euacuantur a uenis hepatis uenientib. ad ea, propter suctionem, & attractionem, & continuatur cum inferiori gracili, intestinum nominatum monoculum, & nominatur ita, quoniam est intestinum, quod non habet nisi unum orificium, & est sicut cystis, ex quo recipit illud, ꝙ ad ipsum uenit desuper. & ex ipso iterum educit & expellit illud, quod expellit, & situs eius est ad posteriora parum; & eius declinatio est ad dextram. Et creatū quidem fuit propter iuuamenta, de quib. est, vt fæci sit locus, in quo cōprehendatur, & non cogat surgere omni hora, & in omni hora, qua peruenit ad intestina inferiora parum stercoris [a] † [ ] sit concauitas, in qua aggregetur cum sua totalitate: deinde expellatur ab ea cum facilitate, quum completur fæx, & de eis est, quoniam hoc intestinum est initium [b] [reliquarum conuersionum] cibi ad fæculentiam, & [c] [preparationis suctionis futuræ accidentis] ei ex mesaraica, licet nō sit in illo illa suctio[d] [quum est motus descendens, & depositus;] imò non completur nisi quum [e] [euadit] ab hepate, & appropinquatur ei [f] [cum uicinitate digestionis] post digestionem stomachi, quæ fuit cum quiete, & vicinitate [g] [in ipso aggregato, & comprehenso in re una, in qua remansit tempore longo, quū esset] quietus & aggregatus. Fit ergo proportio eius ad intestina grossa, proportio stomachi ad gracilia & propter hoc est necessarium, ut approximet hepati, ut cōpleatur ex hepate, & fiat complementum digestionis, & conuertatur residuum eius, quod non [h] [digeritur,] & non est conueniens suctioni hepatis, ad melius, ad quod possibile est ipsum conuerti, quū iam fuerit inobediens in stomacho, & non aduenerit ei complementum digestionis ꝑp multitudinem materię, & præcessionem [i] [separationis, aduenientē ei, quod est magis] obediens, propterea quòd illud, quod est magis obediēs, submersit illud qđ est inobediēs, & modo iam denudatū est illud, qđ est inobediens. Quum er-

u † B. quare.
x —— B.
y B. & propterea, ꝙ cōmouet uel excitat expulsionem adiuuat.
z a. distinctionibus.
a † B. imò.
b B. in quo cōpletur conuersio.
c B. in eo fit ꝑparatio cibi ad suctionem futurā accidentem.
d B. dū ipse cōmouetur, & permutatur, & separatur. Alia lra. qm̄ nō est in illo suctio illa dū ipse commouetur. Alia litera. quū non insit ei pręparatio ad illam suctionem, dū ipse cōmouetur, & permutatur, & separatur.
e B. Alia litera. suscipit.
f B. vt ueniant ei ex eo cū vicinitate digestio.
g B. & est aggregatus cōprehensus in re una, in qua remanet tēpore longo, & est.

go aduenit ei uirtus actiua, inuenit ipsum præparatum, & denudatum, nisi a superfluitate, de cuius uirtute est ut cōuertatur in fæcem, & est repertum in utrisq; dispositionibus simul, sed [k] fuit in stomacho cum submersore alio, & in [colon, est submersum hoc solum. Et est illud quod ei permiscetur dignius, ut propriè patiatur, & non uacuatus est stomachus] a passione quadam, & digestione & preparatione [l] [propter] complementum passionis, & digestionis, quum [m] [euacuatur ad impressionem agentis. Et intestinum quidem monoculum est intestinum, in quo cōpletur digestio eius, quod fuit inobediens in stomacho, & superfluit a [n] [digestione portio, & parum] submergit ipsum, & separat inter ipsum & inter uirtutem agentem in [o] [chymo] humido, & fiat taliter, ut parum uirtutis rectificet ipsum, quum inuenitur stans, & morans in ipso tanta quantitate, qua [p] [discernatur] eius digestio, deinde separatur ab eo ad intestinum, ex quo fugit [q] [stomachus illud, quod preparatum est.] Quidam autē dixerunt, quòd intestinum creatum est monoculū, ut moretur in ipso [r] [chymus ad mundificandum hepar] ex eo, quod remāsit in ipso de substantia cibi integre, & putauerunt quòd mesaraicæ non ueniunt nisi ad monoculum, & isti quidem experimentatores errauerunt in hoc, & neq; sunt iuuamenta eius, nisi illa quę declarauimus, & huic quidē intestino, sufficit orificiū unum, quum non sit situs eius situs stomachi secūdum longitudinem corporis, & ex utilitatibus [s] [eius secundū quòd est monoculū,] est quòd ipsum est aggregatiuū superfluitatū, quæ si uenirent omnes ad reliquum intestinorum, timeretur aduentus colicę, & quando aggregantur in eo, a uia diuertuntur. Et possibile est ut earum aggregatio expellatur a natura in summa una. Aggregatum. n. uelocius expellitur quam dispertitum. Et ex iuuamentis eius est, ꝙ ipse est locus eius, quod generatur in intestinis. s. uermium, & serpentum. nam raro euacuatur ex eis corpus, & in generatione ipsorum est iuuamentum etiam, quum sint pauci numero, & paucę quātitatis, & hoc intestinum est dignius alijs intestinis, ut descendat in rupturam inguinis, quoniam non est ligatum, neque strictum cum eo quod aduenit ei de mesaraica. Non. n. aduenit ex mesaraica res, quæ habeat magnitudinem. [t] † [ ] & continuatur cum monoculo ab inferiori parte eius intestinū nominatum colō, & est intestinum grossum, spissum, quumque elongatur a monoculo, declinat ad partem dextram, declinatione conueniente ꝑp propinquitatem hepatis, deinde ad partem sinistram descendens. Quumque opponitur latere sinistro, declinat ad dextram, & ad posteriora descēdens etiam. & illic continuatur recto, & quū pertransit splenē, coarctatur. quapꝑ in eo, qui hēt apostema splenis, prohibetur exitus uentositatis, dum nō cōprimitur super ipsum, & iuuamētum in hoc intestino, est aggregatio fæcis, & expressio eius, & gradatio eius ad expellēdum post [u] [subtilē perseruationē fæcis,] ex cibo si fuerint in eo, & in hoc quidē intestino accidit colica secūdū plurimū eius, & ex ea deriuatur nomē eius, & intestinū rectū, est poste

mum

Alia litera. vt ei bo adueniat cū vicinitate dum est aggregatus comprehensus re vna remanēs in ea tempore longo digestio post digestionē stomachi, quæ fuit cum vicinitate cibo aggregato, & quiescēte in eo.
h B. Alia litera. fuit digestum.
i B. passionis, vel digestionis eius quod fuit.
k B. monoculo est ipsum submergēs solū. Et illud quod ei ꝑmiscebatur fuit dignius, ut pateretur propriè. Et non euacuatur quidem in stomacho.
l B. ad.
m B. relinquitur impressione.
n B. digesto obedientis, & pau cum est illud quod.
o B. chylo.
p B. cōpleatur.
q B. Alia litera. fieri, vel anus. Alia litera cum quo coniungitur fieri. Alia litera. ex quo fugit hepar.
r B. chylus, & mūdificetur ab hepate.
s B. monoculi.
t † B. secūdum quod dicitur.
u B. cōplementū residui eius. Alia litera. mūdificationem superfluitatis, seu fæcis.

mũ inteſtinorũ, & cõtinuatur cũ inferiori parte colon: deinde deſcendit ex eo ſecundum rectitudinem, & continuatur cum ficteri, ſubſtentatum ſuper dorſum alchati, ampliatum, fortaſſe ſimile ſtomacho, & propria eius inferius, & iuuamentum huius inteſtini, eſt expulſio fęcis ad exteriora, & creator quidem, cuius eſſentia ſublimis eſt, creauit ei quattuor lacertos, ſicut ſciuiſti. & hoc inteſtinum non fuit creatum rectum, niſi vt ſit expulſio fæcis ab eo facilior, & lacerti quidem adiuuantes ipſum ad expellendum, non ſunt in ipſo, immo ſunt illi, qui ſunt ſuper mirach. & ſunt viij. lacerti. Sit itaque hęc quantitas ſufficiens de anatomia inteſtinorũ, & relatiõne iuuamentorum eorum, & nõ mouetur aliquid horum membrorum, quæ ſunt via cibi per lacertos, niſi duo extrema. ſ. caput & eſt meri, & guttur, & inferius, & eſt ficteris, & adueniunt inteſtinis omnibus venæ, & arterię, & nerui, plures neruis hepatis propterea quia indigent ſenſu plurimo.

ANNOTATIONES.

Cap. 17. & 18. Cap. 9. Cap. 6.

De inteſtinorum conſtructione, atque uſu, habes ex Gal. 4. de uſu part. De numero item 6. de anat. adminiſtr. Repetit & hic author 13. de natura animal. At dubitatio hic excitatur, ijs uerbis, [Penetrans autem in inteſtino primo patitur a duabus uirtutibus.] Alimenta ait a uentriculo ad inteſtina labi duarum facultatum ui, uentriculi expultrice, & inteſtinorum attractrice. Ex quo patet Auicennam inteſtinis attractoriam uim aſcribere, quod & in 13. de animalibus. (Cap. 6.) *Cuius tamen contrarium ex Galeno colligitur 4. de uſu part.* (Cap. 17.) *ubi unum tantum tranſuerſarum fibrarum genus inteſtinis eſſe additum aſſerit, quod ijs una expellendi uis inſit, quamuis idem inteſtino recto rectas fibras ineſſe ad tutelam affirmet. At non 3. fac. nat.* (Cap. 9.) *particula corporis omni quatuor naturales facultates ineſſe ſtatuit? Nonne & 4. aphor.* (Aphor 1.) *& alibi, læuitatem inteſtinorum retentricis eorum imbecillitatem ſequi teſtatur? Verum quod inteſtina attrahendi, & retinendi, & coquendi, & expellendi uim habeant, certum eſt. id enim commune partib. eſſe omnibus in lib. fac. nat. Gal. probauit. particulatimq;, quod duodeno inteſtino, quod cum uentriculo coniunctum eſt attrahendi ea uis inſit, quæ natura eſt omnibus particulis inſita, nulli dubium eſt, quando hæc ali oportet, & nutritioni quattuor priores illæ facultates famulantur. At ſicuti hæc pręter expultricem, quam cum cæteris partibus communem habent, & aliam maiorem pellendi uim obtinuere, quam per tranſuerſos uillos explent, ita ambigitur, an etiã attractricem uim particularem habeant, & inſignem. Certum uerò eſt naturam ſicuti nihil fruſtra aut temere agit: ita in ijs, quæ ſingulis ſunt actionibus opportuna, nihil omnino prætermiſiſſe. Quare, quum inteſtinis præter tranſuerſas fibras, quarum miniſterio pellendi uis roboratur, longas non conſtruxerit, firmiſſimum id indicium eſt non ineſſe inteſtinis trahendi potentiam, inſignem uidelicet, & particularem, id quod Gal. ſenſiſſe putamus: ineſſe tamen communem attractoriam, quæ & cæteris ineſt, & quæ fortaſſe etiam ob meſaræi ac iecinoris attractoriam uim paulo quam in cæteris ualidior ſit, non eſt rationi diſſentaneum, id quod Auicennam putaſſe credendum eſt. Ita uero & retentricem eadem potentiam obtinere, quæ a natura communis eſt, nulli eſt dubium. Adiuuatur tamen & hæc circumuolutionum & plexuum multiformium ui, ut magis & diutius contineant, quum tamen obliquis fibris careant. neque enim, niſi alimenta continerent, alerentur ipſa, aut alimenta ad meſaræum uel iecur nutriendum ſeruarent, ſed ſeorſum cruda laberentur, ut in inteſtinorum læuitate accidit.*

De ſolutione uentris omnium modorum, & cauſis uſque ad lubricitatem omnium inteſtinorum, et cholerica paſſione, et [a] [ſanguinolenta egeſtione,] et fluxus ſanguinis ex uentre, et expulſionib. rerum ex hepate, et ſplene, et cerebro, & ex corpore, & tenaſmone. Cap. 2.

a B. diarrhæa.

SCias, quòd omnis fluxus ventris, aut eſt ex cibarijs, & cibis, & aere continente, aut ex mẽbris, & nos quidem loquemur primum de facto ex membris. Et factus ex membris, aut eſt ex ſtomacho, aut ex meſaraica, aut ex hepate, aut ex ſplene, aut ex capite, aut ex inteſtinis, aut ex toto corpore, & omnes illi communicant in cauſis. Nam aut ſequitur illud malitiam cõplexionis [b] [propter debilitatem retentiuę, aut digeſtiuę, aut expulſiuæ,] aut cõfortatur expulſiua, & totũ illud aut eſt propter malitiam complexionis ſingularis, aut propter malitiam cõplexionis cum materia cõfirmata in [c] [inteſtinis, aut propter conturbationem ſubſtantiæ eius;] aut ægritudinem officialem, aut ulcus, aut rupturam. & de facto ab hepate iam nos expediuimus, & diximus de eo, qui fit propter complexiones eius, & apoſtemata ipſius, & oppilationes eius, & alia, & ſimiliter diximus illũ, qui eſt ex meſaraica. Factus autem a cerebro eſt ille, qui fit propter catarrhum deſcendentem ab eo ad ſtomachum, & ad inteſtina, & corrumpit cibum, & facit ipſum deſcendere, & deſcendit ipſemet cum eo, propter ſuam lubricitatem, & expulſionem expulſiuę. Factus autem a ſtomacho, non eſt totus indigeſtus: [d] † [ ]& cauſa illius eſt debilitas virtutis retentiuæ: quare non ſuſtinet [e] [delationem cibi niſi uſque ad tempus, in quo iam digeritur, &] non digeritur, deinde non poteſt gradare miſſionem eius, & egreſſio eius, & illud eſt propter debilitatem exiſtentẽ propter malitiam complexionis frigidæ ſecundum plurimum. Et eſt propter malitiam complexionis calidę & humidę, & ſiccę. Et errauit, qui exiſtimauit, quòd ſit illud propter phlegma, non aliud, & propter complexionem frigidam, & humidam, quamuis hoc ſit ſuperans, & hoc eſt ducẽs ſua longitudine ad hydropiſim. & eſt in ſumma difficilis curationis, quum cõfirmatur. & multoties eſt cauſa in ipſo remanentia uirtutis medicinarum ſolutiuarum adhærentis ſuperficiei inteſtinorum, & ſtomachi, & orificijs venarum ſtomachi, & inteſtinorum. Et hic quandoque obſeruat periodos, et multoties adducit ad abraſionem malam & ulcera, & quandoque fit iſte ſtomachicus propter debilitatem digeſtionis, quare corrumpitur, & appetit expelli, & quandoque fit propter lubricitatem in ſtomacho factam propter humiditates, quare non dimittit ipſum figi ea quantitate, qua digeratur, et non eſt hoc in ueritate egrediens ex eo, quod diximus. Sed nos appropriauimus ipſum cum [f] [allatione] in diſtinguendo, ad excitandum. et hoc plurimum, quoniam illud perducit ad hydropiſim. Et Hippoc. quidem laudauit in ipſo eructuationem

b B. debilitantẽ retentiuam, aut digeſtiuam, aut expulſiuam.

c B. uel imbibita in membris uel adhærẽte ſuperficiei ſubſtantię inteſtinorũ uel ſtomachi, uel aliquorum eorum. Alia litera. cum materia imbibita in inteſtinis, aut adhærente faciei uel ſuperficiei ipſorum. Alia litera mẽbris aut adhærente ſubſtantiæ ipſorum.

d † B. imo eſt digeſtus digeſtione aliqua. Alia litera. imo aliquando eſt digeſtus digeſtione aliqua, & aliquando eſt non digeſtus.

e B. onus cibi, niſi ad tempus aliquod, in quo quandoque digeritur, & quandoque.

f B. voluntate. Alia litera. reiteratione.

tionem acetosam, quoniam significat [g] [paucā caliditatem faciētem] vaporem quendam, licet non sit [h] [completus, postquam fuit mundificatus.] Et quoniā acetositas quandoque incidit [i] [vt corium a corticibus,] & pręparat stomachum & facit acquirere retentionem, tunc laudauit per illum inquantum est significatio, & inquantum est causa. Et quandoque fit huiusmodi lubricitas ex ulceribus in [k] [ipso,] aut in eo, quod ipsi vicinatur: [l] † [ ] quare communicat ei stomachus in dolore, aut propter [m] [inceptionem vlcerum,] & illud in stomacho parum est. Et quandoque [n] [fluxus ventris stomachicus est catharrus in stomacho] propter illud, quod ipse comprehendit ex humoribus malis effusus ad ipsum ex corpore; quare corrumpunt cibum, quamuis sit bonæ substantiæ, & fit necessarium ei expellere ipsum vomitu, & deponere ipsum, & si fuerit pars superior fortior, non expellet ipsum, & non educet vomitu, imò cū solutione vētris. Et quandoque non fit solutio illorum humorum, propterea q̄ ipsi corrumpant cibum, & cogant stomachum ad expellendum ipsum, immo est in ipso uirtus, quam abhorret stomachus. quare expellit ipsum, & quod est cum ipso. Aut est in ipsomet virtus solutiua, aut lubricatiua, aut incisiua, abrasiua: sicut facit multitudo effusionis [o] [cholericæ materiei] ad os stomachi, & fit illud causa fluxus ventris stomachici, & quandoq; fit propter ventositatem, & inflationem, quæ oriuntur, & corrumpitur digestio, & accidit illud, quod diximus, & quandoq; fit lubricitas non propter [p] [aliud, nisi propter illud, quod] comeditur ex debilitate retētiuæ: aut permisto corrumpente, imò [q] [in commesto prius,] non propter qualitatem suam, [r] † [ ] imò propter quantitatem. Ipsum.n. quando multiplicatur, vincit virtutem retentiuam, & egreditur sicut intrauit. Et quandoque fit propterea quòd corrumpitur, aut propter multitudinē sui, aut pp suam paruitatem, sicut sciuisti, aut propter malitiam sui ordinis: deinde [s] [propter artificium.] Et quandoq; est solutio ventris stomachica pp dolores existentes in stomacho, aut in eo, quod ei vicinatur, quare accidit debilitas virtutis retentiuæ in ipso, & dolores illi in ipso fiunt a ventositate, & ab apostematib. & a malitia complexionis diuersę, & totum illud est in ipso, aut venit ad ipsum ex eo, quod ipsi vicinatur. In facto autem ab intestinis, dicamus in primis illum, qui fit ex intestinis v. superioribus. & dicamus quòd fluxus factus ex eis, aut est cum excoriatione, aut est sine excoriatione, & excoriatio est dolor abrasionis ex superficie intestinorum intrinseca. & illud abradens, aut est materia cholerica, aut sanguinea acuta, aut virulēta, aut saniosa, aut fœculenta, & procedit ab ipsis intestinis, aut ab eis, quæ supra ipsa, & peruenit ad intestina. & hepaticus est huius generis: & iam præterijt sermo noster in ipso subtiliter pertractatus. [t] † [ ] apostemosus sanior est quam hepaticus [u] [& ille, qui est] ex debilitate [x] [est] susceptibilior curationis, & excoriatio, & solutio ventris splenetica, & fellina & hepatica, [y] † [ ] & illa, quæ est ab vlceribus in stomacho & meri, omnia sunt propter illud, a quo procedit materia ad intestina. Sed noster sermo non est nunc de illo, immo in illo, quod est ab ipsis intestinis. & illud aut est propter apostema in intestinis, aut propter mordicationem cholericam: aut sanguinem effusum ex hepate uehementis caliditatis, aut [z] [processionem] venę in superioribus, aut inferioribus, aut propter medicinam solutiuā vulnerantem intestina, sicut pulpa coloquintidæ, aut ex [a] [cholera] & vlceribus cum putrefactione, & corrosione, aut vlcerib. sine putrefactione, & corrosione, aut vlceribus mundis, aut vlceribus sordidis, & ipsa aut sunt in intestinis grossis, & sūt magis salua, aut in intestinis gracilibus, & sunt prauiora, & propriè cadentia in ieiuno. Videtur enim quòd non sanetur vlcus eius, nedum quod a ruptura sua propter multitudinem venarum eius, & magnitudinem earum, & subtilitatem corporis eius, & cursum choleræ puræ ad ipsū ex felle præter cōmistionem, & quoniam maxima est malitia nocumēti eius, propterea quod proximū est membro regali, quod est hepar: nam non est ex intestinis aliquod propinquius ei quam ieiunum, & medicina etiam non stat super ipsum, imò lubricando recedit ab eo. Et vlcera quidem fiunt ex excoriatione fecis, & ex acuitate choleræ, aut salsedine humoris: aut vehementia fixionis [b] [viscositatis.] quę quum eradicatur, vulnerat, aut propter eruptionem apostematum & reliquas euacuationes diuersas nocentes [c] [per suū exitum.] & quęcunque excoriatio melancholica est, eueniens secundum semitam inceptionis, est mortalis: quoniam significat cancrum putrefactum, & illa, quæ est in fine febrium, est mortalis valde, quamuis non fiat adhuc [d] † [ ] solutio melancholica, & propriè illa, quæ ebullit super terram, & habet odorem acetosum, [e] [&] quamuis sit virtus [f] [fortis adhuc, &] quamuis sit in sanitate etiam, [g] [tamen] habens hanc speciem melancholicam non sanatur. Quum autem non est ei hæc proprietas, & non ebullit, neque habet odorem acetosum, tunc est superfluitas melancholica, quā expellit natura, & speratur cum ea sanitas quādoq; & vlcus quidē quādoq; generatur successione apostematis, & fit a re [h] [inobediente, aut abrasione] aut cibo duro excoriante suo incessu, & quandoq; fit ab humorib. qui solutione educti fuerunt, deinde vlcerauerunt, & terminus quidem temporis generationis vlceris a fluxu cholerico, est duæ hebdomadę. & a baurachio, est mensis. & a melācholico, est quadragesimus dies vsque ad plurimum illius, & multoties quidem perforantur intestina habentis ulcera, & moritur secundū plurimum. & quandoque sunt quidam fortes: & [i] [laborant] aliquo tempore, & aggregatur fæx in uentre eorū, & sunt quasi hydropici, deinde moriuntur. Secundū plurimū vero, quum vlcus ad hoc peruenit, ut egrediatur de substantia intestinorum aliquid quantitatem habens, perducit ad putrefactionem, & ad casum virtutis cum communitate stomachi, & ad mortem. Quomodo enim non? quum perforentur, & proprie intestina superiora. Et iam dixerunt quidā, quòd perfo-

rata

g B. uiuificationem caliditatis facientis euaporare.
h B. cōpleta vel non pfecta postquam fuit mortificata.
i B. & incoriat.
k B. stomacho.
l † B. ex intestinis.
m B. fluida vlcera. Alia litera. impressionem ulcerum.
n B. est causa fluxus stomachici. & lubricatiui stomachus.
o B. melancholia.
p B. rem aliam ab ea quæ comeditur. s. ex.
q B. rem comestam &.
r † B. Alia litera tantum.
s B. partes cibi se consequuntur.
t † B. hepaticus
u —— B.
x B. &
y † B. & oppilatiua.
z B. apertionem
a B. altola.
b B. cum sua uiscositate.
c B. suo incessu.
d † B. excoriatio imò fuerit adhuc. Alia litera. quamuis nō noceat.
e —— B.
f B. Alia litera. remanēs adhuc imò.
g B. quoniam.
h B. excoriante uel excoriante & abradente in principio, sicut medicina solutiua, aut cibo uiscoso adhærēte postea separatur excoriando uel excorticando abradendo.
i B. remanent.

rata sunt quædam intestina inferiora; deinde perforata sunt almirach, & venter propter apostema accidens in eis, in directo foraminis, & communicans illi putrefactioni,& nocumento,& perforatus est uenter etiam illic, & egrediebatur stercus ex eo, & uixit homo, & hoc quamuis sit in summa possibilium, est tamē de possibilib. longinquis,& longinquius eo est, ut uiuat;& fæx effundatur ad spatium uentris. Dixerunt quidā, quando accidit ut perforētur intestinum & uenter in directo ieiuni, non sedatur [k] [dolor,] & non figitur aliquid in stomacho,& arefit habens illud,& [l] [aperitur] uenter eius,& moritur, & species excoriationis sunt, sanguinea [m] [&] uirulenta,& saniosa,[n] † [ ] & curathia, & muscosa,[o] † [ ] & corticalis. Et [p] [saniosa] est salua & succurritur ei,& multoties fit ex ægritudinib. acutis,& febrib. adurentibus,& tertianis,& multoties est eis crisis. Et saniosa quū incipit primitiuè,aut est causa eius eruptio dubellati, & apostematum in uisceribus, quam expellit natura ad intestina & est magis incolumis. Et ista pars non uere [q] [stomachica,& multoties nocet stomacho,] & facit accidere in ipso corruptionē in fine rei, & multoties sequitur ipsam fluxus uentris saniosus, non retinetur, & est plurimū illius pus saniosum,& quandoq; admiscetur ei sanguis. Quod si illud non est causa eius,& non est in membris interioribus apostema maturū, quod erumpatur, tunc fit ex parte cancri putrefacti in intestinis,& nō est sanitas propter multitudinem eius,quod [r] [coniungitur,]& paruitatem eius, quod inuenitur de quiete propter difficultatem ægritudinis in seipsa. Virulenta autem aut est a liquefactione,aut a resudatione apostematis existentis in uia maturationis, & plurimum ipsius non est [s] [cum stomachica.] Sanguinea autem alia est eueniens subito, & alia est eueniens paulatim,& primæ quidem causa est apertio uenarum,& [t] [secundæ] resolutio singularis,& quum non associatur ei dolor aliquis, tunc non [u] [fit ex apostematibus, immò ex rebus] alijs, & proprie quum associantur cū illo signa alia,& quandoque fit ex intestinis ēt sine dolore,quūm est secundum semitam apertionis orificiorum uenarum eorum sine causa alia, & est incolumior. Et quum fuerit hyems sicca, septentrionalis, deinde successerit et uer pluuiosum,meridionale,& æstas pluuiosa,multiplicabitur fluxus sanguinis ex uentre, et similiter,quando hyems est austrina,& uer boreale, paucæ pluuię, et proprie in corporibus humidis & corporibus mulierum,& quando uenit æstas post uer boreale, & hiemem austrinam, multiplicantur solutio uentris,& excoriatio,& est causa eorum multitudo catarrhorum, & quandoque multiplicatur fluxus sanguinis per uentrem in regionibus meridionalibus, & cū exufflationibus austrinorum, & multitudine pluuię, propterea quia mouēt materias,& mollificant poros,& proprie post catarrhos salsos. Fluxus autem sanguinis per uētrem,qui est post solutionem cholericam,et excoriationem chollericam,& est cum dolore,est malus,& proprie quando præcedit alcurathi, deinde uenit sanguis purus,illud enim significat,quod [x] [est su

[k] B. fames.
[l] B. inflatur.
[m] —B.
[n] † B & cholerica.
[o] † B & spumosa.
[p] B. cholerica.
[q] B. Alia litera. Intestinalis, & multoties perducit ad intestinalem.
[r] B. cōtrariatur & est uehemen tis malitiæ.
[s] B. intestinalis
[t] —B.
[u] B est ex intestinis imo ex uisceribus.
[x] B. ægritudo profundatur in.

per] corpus intestinorum. Alcurathi uerò est ab aliqua abrasione [y] [tunicæ] intestinorum. Sed mucosa est propter humiditatem grossam, et quandoque accidit fluxus uentris mucosus in febribus compositis et [z] [species] febrium, quam dicam in suo capitulo & in febribus pestilentialib. et plurimum [a] [quidem sit] in pestilentialibus, [b] [&] est spumosus. Corticalis autem quandoque fit ab ulceribus stomachi,& egreditur cum solutione uentris, sed non est illic excoriatio,et quando est cum excoriatione, est ab ipsis tunicis intestinorum, & significatur,quod sit de grossis semper, propter grossitudinem,& in pluribus per [c] [maiorem,] & ꝙ sit de subtilibus,per contrarium,& cortices isti egrediuntur apud eleuationem ad ascellam, & est plurimum exitus eorum, quum fit clystere lotiuum. Inquit Hippoc. solutio uentris [d] [grossa] melancholica non sanatur. Dixit Hippoc. quum est euacuatio similis aquæ,deinde fit similis vnguento, est mala, et quum accidit post hydropisim solutio uentris,& proprie [e] [eueniens] ab apostemate hepatis, est mala & [f] [est egestio sanguinolenta,] tunc solutione educitur [g] [ ] aquositas,& non abscinditur. Inquit,omnis fluxus uentris post ægritudinem subito, est malus significans mortem propinquam. Inquit,& quandoque fit cum hydropisi [h] [egestio sanguinolenta,] quę non abscinditur,& neque sanatur, quoniam non solutione educitur aquositas, immo solutione educitur illud,quod debilitat corpus,& quandoque perducunt excoriatio, & ulceratio intestinorum ad hydropisim, & si aliquis habet cum [i] [punctura] spasmum,& uomitum, & singultum & conturbationem rationis, significat mortem. & in lib. Hipp. qui habet dysenteriam,& apparet post aurem eius sinistram res nigra, similis herbo,& accidit cum hoc sitis uehemens, moritur in xx.& non tardatur,et non euadit. [k] † [

] Illa autem, quę fit ab intestinis absque excoriatione, [l] † [ ] & absque causa eorum,quę sunt super ea,communicat lubricitati stomachicæ in causis. Sed,quæ facta est [m] [a corporib. vlcerum in eis,plus quam ea, quæ est in stomacho,imò quasi non est nisi in eis. Si autē fuerint eradicabiles,] & materia faciens eas nō cessauerit currere,perducit illum ad excoriationem sanguinem proculdubio, & ad fluxū sanguinis per uentrem fortem, & communicabit ei in causa [n] [communicantia] virtutis medicinæ solutiuæ ad orificia venarum, quæ sūt in eis,& superficiei eorum, & facit solutionē; Et illa,quæ fit a debilitate intestinorum & stomachi,nominatur materia uentris,& plurimū causæ in hoc,est debilitas, & vlcera,[o] [& corpora eorum.] Et quandoque accidit vt congeletur aliquid huius sanguinis effusi in vētrem, & significant illud,frigus extremitatum subito & festine,& inflatio ventris, & casus pulsus, & peruentio ad syncopim. De ea autem, quæ est ab intestino recto,& est intestinum sextum,alia est, quæ est cum dolore et nominatur zahir,et est dolor extensiuus, et abrasiuus in intestino

[y] B. Alia litera. superficiei.
[z] B. in specie.
[a] B. eius qd est.
[b] ——B.
[c] B. magnitudinem.
[d] B. antiqua.
[e] B. hydropisim aquosam accidētem. Alia litera. hydropisim accidentem.
[f] B. Alia litera. Et pseuerat fluxus euacuatur non aquositas Alia litera. solutio uentris diarrhæa.
[g] † B. non.
[h] B. diarrhæa.
[i] B dolore uentris pungitiuo.
[k] † B. & scias, ꝙ febris difficilis est significatio sup magnitudinem apacis: Et casus uirtutis appetitiuæ significat mortificationē uirtutis, quæ est in ore stomachi, & fluxus melācholicus in ulcere intestinorū totū illud est malum.
[l] † B. & sanguine.
[m] B. ex fluidis, ulceribus in eis est plusquā ea, quæ est ī stomacho imò nō est, nisi in eis, si aūt fuerit alcholaia i. ex ulcere simili alcolæ oris.
[n] B. adhærētia.
[o] B. fluida. Alia litera. nociua uel dolorosa.

stino recto,& alia est,quæ est sine dolore,& causa alzahir,aut est apostema calidum,ex quo currit aliquid:aut apostema durum, p † [ ]aut mollificatio lacerti,quare egreditur cũ eo anus; aut tensio,q [ex qua accidit]spasmus, quare prohibetur lacertus retentiuus in parte ani,ab operatione sua,aut superfluitas salsa,aut baurachia:aut chymus grossus,aut cholera ingrediens: aut frigus adueniens membro, aut longitudo sessionis super durum,aut grossitudo eius,quod egreditur de fęce, & durities eius,r † [ ] aut hemorrhois,aut fistula,aut ragadia,aut s [rugitus,aut corrosio aut grauitas sensata.]Et plurimum quidem fit ex humido mucoso, & post quam fuerit mucosus, fit curathius,deinde pũcta sanguinis. Et quandoque egreditur cum zahir aliquid,quod est sicut t [caro,]secundum ꝙ dixerunt quidam,sed Gal.elongauit illud.Et zahir quidem plurimum accidit habentib.phlegma putridum,nam putrefactio eius relinquit vestigia in intestino recto apud incessionem suam omni hora. Amplius est viscosum,adhærens,nociuum,& quandoq; cogitat æger,quod in ano suo sit sal puluerizatus propter bauracitatem eius,& zahir facilius est illud,quod nõ succedit dysenteriæ:aut u † [ ] generatur a dysenteria. & quandoque accidit ut spasmetur anus,& rectum,aut tendatur,quare accidit lacerto, ut non retineat illud, quod uenit ad eum, sicut accidit ei, vt spasmetur,& nõ potest facere descendere,quod supra ipsum est ad eum. Illa autem, quę fit ab ano,sine dolore, est sanguis,non aliud, & plurimum eius est secundum semitam, qua natura expellit superfluitates ex corpore. Et x [coadiuuant ipsum]in corpore causæ superfluitatum ciborum,& retẽtio cursus:aut incisio membri, aut dimissio exercitij,aut reliqua,quæ dicuntur in locis suis,& iste non oportet ut retineatur, nisi timeatur casus pulsus,& uirtutis. Istæ ergo sunt species cursus intestinalis,intestinorum sex.Factus autem a toto corpore; aut est secundum semitam crisis, aut fortitudinem uirtutis expulsiuæ,aut secundum semitam casus uirtutis retentiuę,sicut accidit timẽti,y [quod statim superueniat,] & habenti phthisim in fine uitæ suæ.Aut secundum semitam liquefactionis,& incipit subtilis,deinde fit turbida,& fit fortis fames,& cadit uirtus, z † [ ]& accidunt febres, et quandoque accidunt nausea,et difficultas vrinæ,et ventositas,et rugitus,et tenebrositas coloris,et frigus extremitatum,et exsiccatio linguæ. Aut secundum semitam conuersionis humorum ad corruptionem propter febres malas,et uenena nocentia. Aut secundum semitã expulsionis repletionis uehementis,propter illud, quod scis ex dimissione euacuationis, aut retentione cursus consueti:aut abscissione mẽbri,aut dimissione exercitij: aut paucitate resolutiõis ex corpore,& reliquis,quę sciuisti. Aut propter compositionem nauseatiuæ satietatis plurimæ in uicibus pluribus, a [&] redit secũdum semitam ægritudinis acutę,& est de summa cholericę passionis, aut secundum semitam prohibitionis nutrimenti propter oppilationes in uenis,et alijs.Cholerica autem passio

p † B. aut ventositas.
q B.accidens,& thuzez, vel.
r † B. aut humor acutus.
s B.vlcera & corrosiones aut fæx retenta.
t B. lapis.
u † B.quod nõ. Alia litera. & non.
x B. Alia litera. associantur ei.
y B.valde ex timore forti statim superuenienti.
z †B. Alia litera & appetitus.
a B. aut.

est motus materierum corruptarum, non digestarum,ad separationem, ex uia intestini, redeuntium ad ipsum a corpore secundum acuitatem,& laborem expulsiuę,cibi nanque quum non digeruntur b [valde,] conuertuntur in humores non conuenientes corpori, & mouetur natura ad expellendum eos a corpore, quum c [grauent super ipsum,]ex partibus cum speciebus uomitus cholerici, & aquosi, & ęruginosi quandoq;,& specieb.fluxus uentris,& illa cholerica passio,cuius causa est corruptio cibi, incolumior est ea,cuius est frequentia corruptionis post corruptionem, & cholerica quidem passio mala incipit in primis, cum lenitate:deinde accidunt dolor,& punctura in ventre, & in intestinis, & dilatatur et ascendit ad stomachum propter multitudinem eius,quod nocet ei ex humoribus acutis, uenientibus ad ipsum, et secundum plurimum sunt fluxus ventris, & vomitus simul. d [Quum ergo expelluntur, mũdificantur] humores corporis propter illud, quod scis ex causis. Incipit ergo cum fluxu ventris cholerico,deinde aquoso,puro,fœtido,deinde quandoque perducit ad fluxum uentris, qui est sicut lotura carnis recentis, habentem odorem pinguedinis,et ad curathium, deinde perducit ad mollificationem pulsus, & spasmum, et sudorem frigidum, et ad mortem, et in habentibus quidem cholericam passionem multiplicatur sitis,et quoties bibunt aquam, calefit in stomacho eorum, et euomunt eam, et tolerare sitim cõfert eis, et multoties accidit eis destructio pulsus,secundum semitam compressionis & lęsionis propter causam accidentiũ, sequentium malignorum. Quum ergo quiescunt accidentia,redit pulsus, et ille, qui consuetus est incurrere cholericam passionem,nõ habet ex ea timorem,sicut ille,qui non assuetus est ea: et est in infantibus plus, et cholericę quidem passiones plurimum non accidunt nisi in ęstate, et autumno, propter debilitatem digestionis in vtrisque, et minoratur hyeme, et uere, et quandoque multiplicatur euentus cholericæ passionis ex potu aquę frigidæ in ieiunio,sequente e [cibum grossum,præcipuè in comestione granorum pineæ.] et chrysomila, et melones sunt ex eis,quæ commouent cholericam passionem, et multoties quidem restringitur cholerica passio,et declinat materia subito ad membra vrinæ,et accidit ardor urinę. Fluxus autem uentris eueniens propter prohibitionem penetrationis cibi f † [ ] est oppilatiuus, g [et] ille, qui nominatur fluxus uẽtris factus cum periodis.Et illud est quoniam uenæ oppilatæ replentur in tempore noto,vsquequo h [euacuentur,] deinde euacuantur redeundo,et in eo,qui est inter vtraque, dispositio est sicut sana, et plurimum, quod est inter paroxysmos, est xx. dies, et quandoque antecedit, aut tardatur propter illud, quod scitur de causis. Factum aut propter cibum iam semel diximus in i [stomacho.] Veruntamen non est malum si iteremus illud,et addamus k [velociter.] Dicamus itaque, quòd factus ex cibis, aut est propter eorum paruitatem, quare corrumpuntur in stomacho ignito, sicut sciuisti, l [et] non reci pit eos natura. m †

b B.bene.
c B. Alia litera. coadunentur uel conuertatur super ipsos.
d B. Alia litera. & quũ expelluntur insequitur.
e B. Alia litera. cibo grosso præcipue in comestione sequente immediate post ieiunium. Alia litera. præcipue in comestione fungorum & granorum pineorum.
f † B.&.
g B.Est.
h B.tolerant.
i B.stomachico.
k B.declaratione.
l B. quare.

m † [ ]aut propter grauitatem eorum etiam, quare descendunt: aut propter eorum mordicationem, sicut cepæ, aut propter uirtutem venenosam, sicut in fungis: aut propter uelocitatem conuersionis ad corruptionem, sicut lac; aut propter vehementiam subtilitatis eorum, quare resudant, & non retinentur apud portanarium: aut propter ipsorum humiditatem, & eorum viscositatem, quare lubricantur, aut propter multitudinem motus super eos: aut propter multitudinem potus aquæ post ipsos: quare n [subito deponit eos] & lubricare eos facit, aut propter multitudinem eius, quod reperitur de humoribus lubricantibus, sicut phlegmate, & abstergentibus, sicut cholera, aut quia est cibus o [conturbatus,] & est ille, qui est plurimæ quantitatis, & pauci nutrimenti, sicut sunt olera, aut propter ordinem necessario facientem lubrificationem sicut præmissio cibi lenis, facilis digestionis, lubricitantis, & postremitas cibi styptici compressiui. aut post remitas eius, qui est velocis conuersionis, quare corrumpitur, & corrumpit, quod sub eo est, & vocat naturam ad expellendum. Factus autem propter aerem circundantem est, quoniam aer continens calidus resoluit, quare p [exsiccat.] Et frigus aggregat, quare cōstringit, & auster, & multitudo pluuiarum, & regiones meridionales, soluunt uentrem. & quandoq; est ventositas causa fluxus vētris per id, qđ corrūpit de digestione, & mouet de cibo. Inquit Hipp. † altheca accidit diarrhea plurima, per altheca intelligit illos, qui nō possunt proferre the, & causa in hoc est, quòd humiditas dominatur super membra ipsorū neruosa, & super stomachos eorum, cum communitate cerebrorū eorum: aut propter cerebrū, & aliud, & isti etiam oportet, vt soluantur cum facilitate. Inquit Hipp. qui est in pueritia lenis naturæ, aut duræ, est apud senectutem e contrario; sed, qui est lenis naturę semper in adolescētia, non cōuenit ei in senectute assiduatio eius. & omnis fluxus ventris, qui fit post ægritudinē vehementem, accidens subito, est significatio mortis. quoniam significat corruptionem subitam. Differentia inter illum, qui ex illo lubrificatiuus est, & inter stomachi lubricitatem, significat digestio pauca, quæ est in cibo: quum ergo descendit a stomacho, non moratur in intestinis, imò procedit ad exitum. Si verò causa eius est vlcus, significant ipsum excoriatio, & illud, quod egreditur de significationibus vlcerum. Et si est phlegma viscosum, significat ipsū etiam phlegma, quod egreditur cum eo, & uentositas, & rugitus q [in ventre, cum quo sentitur lubricitas rei grauantis. & in vlceribus] per dolorem sub loco stomachi quod si fuerit lubricitas non ab vlceribus, neque a phlegmate, imò propter malitiam complexionis, significabit illud priuatio exitus signorum ulcerum, & phlegmatis. Et singultus, quum accidit habentibus fluxum ventris, & proprie habentibus zahir, est significatio mala, significans siccitatem facientem arefactionem. Et quum cibatur habens ventrem r [debilem, & non additur] pulsus eius, tunc non cures eum, & habens uentrem moritur paulatim cum casu pulsus eius, & fit vermiculosus, aut formicans, & est cum hoc viuus, & intelligit; deinde destruitur pulsus eius ipso viuo, deinde moritur, & scias quòd ille, qui egerit species diuersas, scilicet cholerici, & spumosi & [s species pingues] & non debilitatur, non oportet, vt ipsum constringas, & perducas ipsum per illud ad ægritudines difficiles, & t [ægrtudines malas fraudulentas.]

m † B. & expellit eos, aut propter quantitatē, vel multitudinē eorū quare facit tensionē, & nauseatiuā satietatē quare non recipiunt digestionem & corrumpuntur.

n B. causat nauseatiuam satietatem.

o B. mēdax non verus.

p B. Alia litera. soluit.

† balbis.

q B. & in phlegmate sentitur cū lubricitate res grauans. Et in vlceratiuo.

r B. debilis, & non redit. Alia litera, & est debilis, & non redit.

s B. turpis seu extranei. Alia litera. species malas.

t B. apostemata mala pniciosa.

ANNOTATIONES.

Sicuti non una est eorum, quę excernuntur per aluum, species; ita neque una causa, neque unus primario affectus locus, neque una nuncupatio. Author noster ita copiose, & apposite huius uitij species, causas, affecta loca sub oculos ponit, ut nihil forte sit, quod desideret quispiam. Habes tu de hac re multa 5. de aff. loc. & 6. & 3. de sympt. caus. & ex Hippocrate plura in aphorismis. & ex Tralliano lib. 8.

Cap. 7. Cap. 2. Cap. 2. Cap. 5. 6. & deinceps.

De signis. Cap. 3.

Dicitur quòd quando fuerit vrina in febribus cholericis alba cum incolumitate signorum in fixione rationis, & defectu soda, & similium, tunc caue excoriationem intestinorum. Amplius differentia inter cerebralem, & stomachicum est, quoniam stomachicus ordinem non habet, neque horas per seipsum, in quibus crescat, imò est secundum regimen, nā si digestiua est debilis, egreditur sine digestione. a † [ ] Et si sunt retentiua & expulsiua simul debilis, egreditur velociter, & non egreditur plurimum subito: immo frequētatur b [eleuatio] paulatim, & plurimum eius est ex frigore, & si est debilitas in non digestiua, egreditur, quod egreditur non priuatum digestione tota, imò egreditur, habens digestionem quandam secūdum tempus moræ in stomacho, & cum illo, qui est a lubricitate humorali, egrediuntur humiditates, & cum illo quidem qui fit a lubricitate vlcerosa, aut bothoria, sunt signa ulcerum stomachi ex vomitu corticali, & bothor in ore, & dolore. Et Hipp. quidē iam dixit illis qui intestinorum lubricitatem habent, vomitus est malus. & hoc iudicium occultam habet causam. Cerebralis autem plurimum est post somnum longum, & est conseruans paroxysmos, & cum eo sunt signa catarrhorum, & corruptionis c † [ ] cerebri. Et in lib. algarab. Quum apparet in lubricitate intestinorum super costas d [aliquid] simile ciceri, & prouocatur vrina, & multiplicatur, moritur eger in ipsa hora. Hepatici vero signa iam diximus in cap. ægritudinum hepatis. & similiter eius, qui fit ex mesaraica. Plurimum autem splenetici est melancholicum, & iam diximus in cap. suo. e [In feculento autem] iam diximus, quid in illo sit de signis malis & saluis, & distinximus ipsum ab hepatico. & f [illud per id, quod scitum est quòd est] apud dolores eius, & dispositione ipsius egredientes a natura in cap. ægritudinū splenis, & in hoc ipso, & quum dictæ sunt expulsiones hepaticę. Intestinalem autem, qui sanguineus est, & qui non est sanguineus, significat

a † B. Alia lr̃a. Et si retētiua est debilis, egreditur velociter.

b B. assellatio.

c † B. complexionis.

d B. bothor album.

e B. & dee qđ est sicut fœculētum. Et.

f B. significauimus, ꝙ ipsum est.

sicat dolor intestinorum,& punctura,& diuersificatur ab hepatico per illud,quod scis ex hoc, quod ille est plus, & habet paroxysmos, & vices,& omnis paroxysmus est deterior illo, qui est ante ipsum,& [g] [manifestior, & eius nocumentum in superioribus corporis]est vehemẽtius:& signa corruptionis hepatis cum eo sunt magis apparentia, & scias quòd dispositio doloris, & puncturę, & † alcurathi est maius, ad quod redit. [h] [Scias ergo, quum inuenitur,] quod est ex intestinis proculdubio, licet cum eius priuatione quandoque sit etiam ex intestinis,& excoriationem & fluxum sanguinis [i][puri]ab intestinis significat etiam dolor, & punctura,& quandoq; est fluxus sanguinis ab apertione venarum,& est cum eo excoriatio,quum exulceratio fit, quandoque est exulceratio in primis: & deinde sequitur ipsum fluxus sanguinis,& significat, quòd ipse est intestinalis alcurathi,& abrasio,& quandoque est vlcus [k] [eradicabile] adhuc, quare non apparet alcurathi nisi post horam, sed est lubricitas dolorosa in loco noto:& est quãtitas eius,quod egreditur, pauca,& continuata,& longi temporis, & exitus corticum in fluxu sine excoriatione,significat ꝙ est in stomacho, [l] [scilicet]in eo, quod sequitur ipsum,& significat ipsum dolor stomachi & illud quod scitur in suo cap. & scias, ꝙ alcurathi, & excoriatio sunt duæ significationes vltimæ ad significanda ulcera, & quando sunt cum hoc fœtidi odoris, significat corrosionem,& si sunt cum illo fœtore melancholicæ,timetur ꝙ sit cancer,& scitur locus vlceris!, aut læsionis [m] [per exitum sanguinis ex eis, et] ex loco doloris,utrum sit supra [n] [sumen.] aut sub eo & ex [o] [eó,quod est supra dolorem:]nã dolor gracilium est vehemens, communicans membris superioribus.Et ex corticibus, an sint subtiles,aut grossi;quoniam grossi semper sunt a grossis,& subtiles secũdum plurimum a subtilibus, & magni sunt secundum plurimum ex grossis,& parui sunt ex gracilibus.Et ex permistione,quoniam uehemens permistio cum eo, quod egreditur, significat quòd vlcus est in superioribus,& separatum ab eo, significat quòd ipsum est in inferioribus.Et multoties fit in illo,qui est in inferioribus,& in ano,ut sanguis eius egrediatur ante egestionem, & ex tempore, quod est inter dolorem, & ascellationem, quoniam si est tempus prolixum, tunc est in gracilibus.Et ex dispositione eius,quod ipsi asciatur ex egestione: quoniam si est chylosum, aut simile aquæ carnis,tunc est in gracilibus,& ex fœtore, quoniam illud, quod descendit ex gracilibus est magis fetidum,& ex dolore quoniam dolor eorum est uehementior, & ex sanguine,qui quandoque egreditur;quoniam est in gracilibus lauatiuus, non permissus cum ipso stercore, & scias quod quando ægritudo est vlcus, & est chronica, & illi, quod egreditur est quantitas, [p] [amplius] non est dolor sensatus,tunc vlcus est plurime sordis,& differentia quidem inter vlcus sordidum, & corrosiuum est,quoniam corrosiuum est uehementis doloris, & quod egreditur ex eo est uehementioris fœtoris, & est decliue ad nigredinem, & minus,& ex sordido est uirulentum,aquosum, & est decliue ad albedinem, & est grauis odoris, & quando egreditur post alcurathi sanguis plurimus, significat quòd vlcus profundatur, & ægritudo fit fortis,& finitur illud, quod est super faciem intestinorum, & peruenit ad partem intestinorum,& multoties fiunt post apostemata,quæ præterierunt,vlcera, & significantur per dolores eorum, & reliqua, quę dicta sunt de signis, secundum quod ipsa sunt apostemata.& multoties quidem fiunt vlcera propter causas alias ex his, quæ diximus. Quod si excoriatio est propter apertionem venarum, præcedit eam euacuatio sanguinis puri, cui est permistio quadam, & quandoque est cum ea dolor,et quandoque non est cum ea dolor, & quandoque sunt cum ea periodi:sicut fit etiam in ea, quæ non accidit ex intestinis, & antecedunt eam signa repletionis, & si fuerit ab hæmorrhoidibus, et rebus cancerosis in superioribus intestinis, putrida erit,et cum ea erit sanguis niger, et fiet paulatim, continua secũdum repletionẽ corporis. et eius euacuationẽ, et si fuerit ab humorib. salsis,et baurachijs,aut grossis, uiscosis, significabit eam euacuatio earum præcedens,et euentus uentositatis, et rugitus, et priuatio tincturæ in egestione,et illud,quod sentitur de re eradicata ex loco, et erit dolor, quasi inseparabilis,qui non permutatur ad horam,et sentitur cum ea quasi grauedo,et admiscetur alcurathi phlegma, et si fuerit a cholera excoriatio eius,significabunt eam euacuatio ipsius pręcedens,et permistio alcurathi si fuerit [q] [aut egestionem tincturæ corruptionis eius.] Et similiter melancholiam malam, et saluam significant præcessio illius ordinis melancholiæ,et permistio ad illud, quod egreditur, acetosa in odore,et bulliẽs super terram,aut fœculenta nigra,non acetosa in odore neque bulliẽs super terram, et est cum ea conturbatio uehemens, et quandoque perducit ad syncopim.Et scias quod si causa dysenteriæ est stans adhuc, et egreditur cum alcurathi,verbi gratia cholera, aut melancholia, aut sanguis calidus, aut phlegma putridum,aut vitreum,aut stercus sicum,tunc ægritudo est in via additionis, propter inseparabilitatem causę.Quod si abscinditur illud, et remaneant alcurathi, et abrasio [r] †]] et similia,tunc causa iã abscissa est,& remansit causatum,et impressio proueniens ab ea: quare oportet ut tu intendas ipsum solum cum curatione,et signum fluxus [s] [stomachi] sanguinei [t] [est,quòd facit sequi]excoriationem dolorosam,aut fluxum frequentem:deinde destruitur cum eo appetitus, et subuertitur anima,et perducit ad abrasionẽ, et alcurathi, et intersicit multoties. Factus autem subito,sine dolore plurimo, et asque nocumento sequente ipsum in appetitu, et alijs, est saluus.Et si est a grossitudine fæcis, significabit ipsum dispositio fæcis, et eius euentus cum incisione fæcis super ipsum, et sedatio doloris, quum lenitas adest naturæ. & multoties egreditur succus separatus a fæce, quum ingrossatur,& alleuiatur [u] [propter causam,] quæ exsiccat ipsam,& existimatur quòd sit fluxus, quare retinetur,& in ipso est mors. & signum illius est,vt non sit aliquid eius,quum lenitas est naturæ

g B. Alia litera: magis fœtid⁹ & eius nocumẽtũ in corporib. grossis, aut pinguib. Alia litera. & eius nocumentũ in crassis corporibus.

† dolor abrasiuus.

h B. medicus. Et scit apud inuentionem eius.

i B. proprij.

k B. alcolaia.

l B. &.

m B. principiũ egressionis sanguinis.

n B. vmbilicũ.

o B. vehementia doloris.

p † B. desi: de.

q B. aut egestio vehementis tincturæ.

r † B. sanguinis.

s B. intestinalis.

t B. mali est, ꝙ ipse sequitur.

u B. Alia litera causa.

x B. fæx sicca. y B. est quod. z B. post.

ræ, & separatio fæcis & vt antecedat fæx: deinde egreditur post illud x [fæcis parum.] Sed diuisio illa, quę est ante ipsum y [, &] plurimum ipsius egreditur z [ante] fæcêm, quæ excoriat. Differentiam autem, quæ est inter illũ, qui lubricatiuus est, & inter lubricitatem stomachi, significat digestio parua existẽs in cibo, & quã do descendit a stomacho, non moratur in intestinis, imò a [procedit] ad exitum. Si aũt causa eius sint ulcera, significat ipsum excoriatio cum eo, quod egreditur de significationibus vlcerum, & si est illic phlegma uiscosum, significant ipsum etiam phlegma, quod egreditur cum eo, & uentositas, & rugitus. & in phlegmatico sentitur b [lubricitas rei grauantis.] Et in ulceroso sentitur dolor sub loco stomachi. Et si est lubricitas non ab ulceribus, neque a phlegmate, imò propter malitiam complexionis, significat illud priuatio exitus signorum ulcerũ, & phlegmatis. c [Oppilatiuum] autem, & liquefactiuum significant d [cursus] in seipsis & denudatio e [significationum necessario faciẽtiũ] fluxum super ea, & inflammatio corporis, & caliditas eius, & comitantia febris minutæ, & diuersitas coloris, & essentiæ, & fœtor odoris. Qui ergo est ex liquefactione, f† [ ] est virulentus, aquosus. Et qui est ex liquefactione adipis, est uirulentus grossus, sicut in ulceribus cum pinguedine, & colore diuerso, deinde sit eius essentia adipis absque diuersitate in substantia sua, g [neque in essentia sua.] Et similiter est dispositio liquefactionis carnis rubeæ, nisi quia priuatur pinguedine, & est postremum eius fęculenti coloris. Factum uerò a superfluitate, & repletione, quam natura expellit ex corpore, propter illud, quod dictum est de causis h [attrahentibus superfluitates, & repletionem,] significant causæ, & quandoque significant ipsum, quod euacuatum est, sanguis purus, mundus, cum multitudine, sine dolore, & non facit sequi mollificationem, & debilitatem, & habet paroxysmos. Alzahir autem diuisiones, significat illud, quod egreditur ex eo, quod uidetur, & causæ repertę ex frigore adueniente, aut ex sessione super durum, aut ex hæmorrhoidibus, & ragadijs, & alijs, & quod præcessit, ex fluxu, & excoriatione, aut non præcessit. Et i [sicut errant quidam in ipso si fuerit] illic fæx retenta lædẽs, & dolorem faciẽs, & mittens succum, k [existimantes] quod est cursus zahir. similiter errant quum quandoque egreditur curathi, sicut phlegma, & existimant quòd sit zahir phlegmaticum; non oportet ergo, ut decipiaris in hoc: imò oportet, ut attendas causam ex omni parte, secundum quod sciuisti, & differentia inter ulcera eius, & ulcera intestinorum, quę sunt super ipsum, est quoniam in illo, quod fluit ex recto, est paruus fœtor, aut non est in eo fœtor. & quando accidit habentibus ulcera intestinorum, & habentibus fluxum sanguinis, ut coaguletur sanguis in uentre eorum, scias signa, quæ diximus in capitulo l† [ ] huius ægritudinis, ex inflatione uentris, & frigore extremitatum subito, & ex casu uirtutis, & pulsus. Quum ergo accidit illud, tunc scias m† [ ] quòd quum egestio nigra facta ab adustione, tendit ad uiriditatem,

a B. festinat.

b B. cũ lubricitate res grauãs.

c B. Alia litera. saniosum. d B. sanitas intestinorum. e B. ipsorum a significationib' facientibus. f B. humorum.

g B. & non est aquosa.

h B. euentus superfluitatis, & repletionis.

i B. ex eis, ĩ quibus fit error in ipso est, ut sit. k B. & existimetur.

l † B. causarũ.

m † B. ꝙ sanguini accidit illud. Et scias.

runc iam natura incipit succurrere: quare fit viridis, deinde citrina, post stat. Et scias quod quandoque egeruntur res n [plures numero, & existimant quidam, quod sit curathi propter apostema, & ulcera intestinorum, & illud] non est, nisi cum punctura; illud ergo non est o [curathi,] immo superfluitates humoris. Et scias, quòd si quis habet fluxum uentris, & stringitur, & ipse remanet secundum dispositionem suam, & non aduenit ei fortitudo sua, tunc causa in hoc est, quod corpus eius non recipit cibum. Et scias quod in illo, qui ascellat in die plusquam in nocte, immo accidit ei, ut ascellet, quoties sumpserit appetitus eius in die, causa est debilitas stomachi eius. Et quum in nocte est plus, tunc causa est debilitas hepatis, & quod remittit cibum. Et scias, quod multoties succedit ascellationi, per hoc, quod ipsa extrahit subtile, & dimittit spissum, colica uehemens.

n B. mucillaginosę vel res glãdosæ, quare existimatur, ꝙ sit abrasio humiditatis mucosæ stagnantis intestina, & illa. o B. abrasio.

ANNOTATIONES.

Quomodo in alui fluxionib. affectum locum dignoscas, particulatim, prosequitur, quod ante ipsum nullus forte absoluit. Quæritur autem, quia de intestinorum ulceratione agitur, & eam ad solam humorum acredinem referre uidetur, an ex multitudine sola, puta ex copiosiori sanguine gigni dysenteria, & intestina exulcerari possint. Certe, quod sanguis sola multitudine ulcerare possit, confirmari ex Galeno uidetur 5. de usu part. ubi intestinis sensum inditum esse ait, ne lædantur, uel malitia, uel multitudine humorum, proptereaque, aiunt quidã, quo pacto fluentis fluuij impetu arbores ruunt, ita & intestina sola posse multitudine absque acrimonia abradi. Cæterùm, quod ulcerat, non quia multum sit, ulcerat, sed quia acre, & nimium abstergens, & multitudo ruptionis quidem, sed non abrasionis causa esse uidetur. Quamobrem, fatemur nos ex multitudine lædi intestina, sed non abradi a sanguine sola multitudine peccante. ulcerari tamen possunt ab eodem putrescente & acri facto, uel in bilis naturam conuerso. Neque uerò par exemplum est de fluuij ripis & intestinis. quum solida substantia constent intestina, non friabili, neque in intestinis humorum fluxio cum tanto esse impetu possit, ut abradat. Cap. 10.

De cura fluxus uentris absolute. Cap. 4.

DIco in primis, quòd oportet, vt iuuent se medici cum eo, quod dicitur in capitulo superfluitatis fluxus ventris, ex medicinis ebibitis, & legant illud capitulum cum hoc capitulo. Amplius dico quòd fluxus ventris prohibetur, inquantum est fluxus, cum stypticitatem facientibus, & ingrossantibus materias, et faciẽtibus glutinationem. Et quandoque necessaria sunt narcotica, & iterum quandoque curatur fluxus ventris cum diureticis, & sudorem facientibus, & dilatantibus poros, & vomitum facientibus: omnia nanque hæc mouent materiam ad contrariam partẽ fluxus ventris. Quod si misceatur fluxui ventris caliditas, ponantur cum eis infrigidantia, aut eligantur ex eis infrigidantia, a [in quibus sit stypticitas.] Et administrentur dilatantia poros, & sudorem facientia corpori exterius. Si autẽ ei admisceatur frigus, ponantur cum eis calefacientia, & eligantur ex eis

a B. Alia litera.

b —B.

eis calefacientia,[b] [in quibus sit stypticitas.] Et tunc sunt plurimum necessaria calefacientia, quum digestiua est debilis,& quum est oppilatio ex hum.visc.& iuuant se cum eo,quod dicitur in capit.debilitatis digestionis. Et tunc plurimum sunt necessaria infrigidantia, quum reste debitu tenailis. Et caliditas quandoque adiuuant ad retinendam naturam,per hoc quod facit penetrare cibū velociter,& per hoc,quòd prouocationem facit,& facit sudare. Et quandoque facit vinum purum c † [ ] antiquum hoc. Quandoque enim ille, qui habet fluxum ventris bibit d [vasa terrea plena] huiusmodi vino, scilicet vnum post aliud, ita vt sit semper quasi ebrius,& retinetur natura eius Et scias quòd dormire est ex rebus magis iuuatiuis ei, qui habet fluxum ventris. Et quando fuerit cum fluxu uentris tussis,dimittat illud, in quo est acetositas uehemens, & stypticitas, & sit contentus eis, in quibus non est illud ex cibarijs & cibis:ergo eligat frigida, & facientia glutinationem. &e [illud in eo,quod est durū.] & in eo est confortatio corporis eius,qui cibatur eo,sicut sunt alsauich: & nocet eis omne, quod liquidū est ex sorbitionibus, & iuribus. Et scias quòd alrobub dulcia multoties nocēt, commouendo sitim. Et ex retinentibus fluxum uentris,sunt balneū, & fricatio per hoc,quòd dilatant poros. Et multoties attrahitur materia ad exteriora corporis,ex unctionibus,& fricationibus,& ex eis sunt olea calida ,sicut oleum anethinum, & similia. et ex retinentibus fluxū uentris,est positio uentosarum super uētrem; iam enim expertum est,quòd uentosæ positæ super uentrem eorum, qui habent fluxum ventris,& excoriationem quum dimittuntur quatuor horis,restringunt. et nos iam experti sumus illud. Et ex retinentibus fluxum uentris sunt emplastra superposita stomacho,& intestinis,facta ex calefacientibus stypticis, & ex infrigidantibus stypticis secūdum necessitatē. Et ex retinentibus fluxum uentris,quum causa eius est humor effusus ad stomachum & intestina,& faciens descendere cibum, & soluens ipsum & euacuans eum & cuius euacuationi adhæret,ut sequantur eum humores,est f † [ ] quoniam quum g [finitur illud, & euacuatur] alleuiatus est modus regiminis. Quumque administras medicinas, tunc incipe cum singularibus,si uerò non ualent,tunc tende ad composita. Et restrictiuæ quidem,aut sunt exsiccatiuæ,desiccatiuæ,aut constipatiuæ, aut infrigidatiuæ,inspissatiuæ, aut glutinatiuæ oppilantes poros,ex quibus emanant. Et medicinæ singulares frigidæ absolutè, aut secundum uirtutem retentiuam,sunt sicut balaustiæ,& gallæ, & acacia,& rosæ,& gūmi arabicum,& lutum sigillatum,& lutum armenum,& h [hypoquistidos] et spodium,& propriè assatum,& propriè conditum cum camphora, & fructus tamarisci i † [ ] & grana granatorum,& sumach,& almirberis, & reubar. & semen acetosæ, & semen k [portul. & coriandrum,& semen arnoglossæ,& succus barbæ hircinę,& semen rosæ bonum,& fructus mori immaturi l † [ ] ad excoriationem, &

c† B.forte.

d B.cyathos plenos.

e B similiter omne illud, cuius substātia est dura.

f †B.fluxus uētris.

g B.est eradicatus ille,q est euacuatus.

h B tarathith.

i †B alhauleich .i.rubi.

k B.psyllij assatum.

l † B.proprie.

succi styptici exsiccati,& ipsorum rob. Et succi m † [ ] portulacæ bibatur. unc.j.& confert. Et lac acetosum decoctum,in quo butyrum penitus non est. Et medicinę quidem singulares,calidæ & siccæ sunt, sicut cyminum assatum,& ammeos,& anisum assatum,& cortices thuris,& myrrha,& storax sicca & aldarsisahan,& sicut ladanum ipsum, de quo in potu detur pondus. drach. n [ii.] cum decoctio, & caseus uetus assatus,qui accipiatur sicut est. aut decoquatur in succo styptico:sed facit sitī, Et melius regimen ipsius est, vt abluatur cum aqua o [&] sale aliquoties, aut decoquatur bene,ut egrediatur sal eius,deinde exsiccetur. Tūc enim drach.j.eius restringit, & est fortior omni re. Et ad pueros quidem quandoque p [excorticatur] nux,excorticata,& teritur,et datur cum zuccaro frixo,& aqua frigida quantitas auellanæ unius. Et atramenta,& coagula constrictiua sunt. Et de coagulo quidem hædi quandoque datur in potu infanti pondus quartæ drach.j.in aqua frigida, & magno supra illud usque ad pondus drach.j. Et etiam ex coagulo leporis:nam ipsum retinet ventrem statim. Et oportet,vt incipiat,qui ad potandum dat coagula,a danich.i.si uerò non confert, addat ex eo usque ad illud,quod non pertranseat in pondere drach.i.& caseus quidem uetus, cuius regimen præteritum est,quum ex eo datur in potu.drach.i.est minoris nocumenti, & fortioris operationis quam coagula. Et iam existimauerunt quidam, quòd quando fructum ex q [alrob] aduritur,donec denigretur. deinde datur in potu ex eo pondus drach.s.tunc stringit uētrē. Et quidam amicus meus ex medicis iā dixit mihi illud uerum esse experimentum. Et stercus canis comedentis ossa solum, quum in potu ex eo datur pondus drach.i. & s.cum decoctio retinet fortiter,& propriè siccum acceptū in r [aqua.] et ex eis, quæ non pertinent ad unam duarum extremitatum est venter struthii exsiccatus, & dosis sit drach.iii.exsiccetur, & limetur cum lima, & detur in potu ex eo quātitas hæc illi,qui habet diarrhœam in rob myrti,aut rob de cydoniis secundum declinationē complexionis. Et iterum lac caprinum decoctū donec ingrossetur,aut decoctum cum lapidibus fluuialibus ignitis bis & ter in ipsum projectis,& quandoque ponitur in ipso parum rizi frixi. Et iterum uitellus oui elixati in aceto, Et ex compositis declinantibus ad frigus sunt trochisci de spodio s [muschati] & trochisci t † [ ] nominati calidicon & trochisci de luto sigillato,& trohisci de balaustiis,& trochisci alfeluzaharagi, & trochisci de u [hypoquistidos] & trochisci de croco, & trochisci de opio,& trochisci de papauere x [muschati] et pilulę de opio,& pilulæ de mandragora, & suffuf de granis granatorum,& pilulæ de sandaracha, & ad fluxum superfluum pōdus unc. ij.ostracorum adustorum. Et luti armeni mediatim,et species assatorum cum luto sigillato y † [ ] et non oportet ut sit superfluitas in assatione eorum, z [& liquefiat] eorum virtus. imò oportet vt igniatur uas et eleuetur super ignem & dimittatur a [super ipsum,]

m †B.feminis.

n B.j.

o B.Alia litera: ex.

p B.assatur.

q B.mesha.

r B. mense Iunij.

s B. constrictiui

t †B alhauleich

u B.arathith.

x B. cōstrictiui.

y † B. Et absque luto sigillato.

z B.ne remoueatur.

a B ab igne.

ipsum,] & moueatur donec assentur. Et ex cōpositis declinantibus ad calorem, siue paruus sit, aut magnus, sunt trochisci alefeniati, & electuarium alcanzi, & electuaria, quæ dicam in antidotario, & electuarium de seminibus stypticis, & trochi. de [b] [trocudes] & troch. de Karabe. & iterum sumatur gallarum non perforatarum uiridium, & corticum granatorum, & sumach, & piperis omnium ana drach. s. terantur & conficiantur cum albumine oui, & concaue tur granatum, & proiiciatur in ipso, & oppiletur eius foramen cum pulpa, & ponatur super prunas. Et ex illis est, vt sumatur tritici farina, & misceatur cum aliquantulo de ammeos, & fructu tamarisci, & nasturtio, & dissoluatur cū oleo omphacino, & conficiatur, & fiat panis, et exsiccetur in furno, deinde sumatur ex eo contrito, pōdus drac. x. & bibatur ī aqua frigida, & pauco uino. Et huius quidem generis ex eis, q-bus curantur pueri, quum accidit eis fluxus vētris, tempore natiuitatis dentium ipsorum, est illud, quod Rec. papaueris, & granorum myrti, thuris masculi, cyperi, omnium ana drac. s. terātur bene, & dissoluantur in lacte eius, cuius lac sugat, & detur in potu. Et huius quidem generis est medicamen bonū expertū, qđ Rec. granorum passularū exsiccatorum, & bene tritorum, donec fiāt sicut puluis, & Rec. ossiū adustorū, & medullæ glandium, & coaguli, & coriandri assati & sumat, xylocaracte spinæ, & seminis apii, & cymini infusi in aceto, & panis azymi sicci, & thuris & ammeos partes æquales, terantur valde, & cribelletur illud, & ponatur de coagulo minus quam de aliis, aut sit medietas partis, deinde sumatur ex eo omni hora nabac una, ita vt sit quantitas, q̄ sumitur in die ex eo ʒ. xx. Et si fuerit de coagulo minus quā pars. i. [c] [tunc minuatur ex] illo, & si fuerit coagulum plus, tunc restringit naturā in die uno. Et huius quidem generis est ut sumantur cyperi, & spica, & balaustiæ, & minutū thus, & aliquantulum gallarum s. quantitas mediæ partis, decoquatur in aqua, deinde coletur illa aqua, & pulucrizetur super eam de galia muscata, & xyloal. crudo bono aliquid, secundum quod exigit dispositio, & bibatur. Et huius generis est illud Rec. zingiberis, atramenti [d] [alasckefati] sumach partes equales, sumatur ex eo in suffuf pondus ʒ. ii. usque ad ii. aur. Et huius generis & propinquius ad æqualitatē est, ut sumatur capillus veneris, et spica aromatica, & semē [e] [auellanę bedeoard] & radix arboris pini, & fiant ex eis trochisci. Et scias quod necessitas spodij. est ad constringendum sanguinem. Et necessitas seminum est ad constringendum fluxum [f] [stomachicū.] Et necessitas psyllii, aut arnoglossæ assatę, est ad puncturam. Et si non, [g] [ipsum fluxum remouent syrupi,] & proprie, quorum assatio iterata est. Et cibus sit, quē diximus. Et ouum quidem elixatum iuuatiuum est in fluxu uentris facto ab [h] [attractione] intestinorum, & non est conueniens hepatico, & stomachico, imo quādoque nocet. In narcoticis uero est timor, licet quandoq; accidat ut sint necessariæ: nam ipsa quandoq; cōferunt, inquantum ingrossant materiam, & in quantum faciunt dormire, & [i] [prolongāt] necessitatem surgendi ad sellam propter [k] [sensum] mordicationis. Et quocūque mō sit, non oportet ut administrentur, quandiu ab eis excusatio esse potest. Quod si necessaria fuerit eorū administratio, non exhibeantur ei, cuius infrigidatur corpus, et debilitatur uirtus, et apparet illud in pulsu. Si uero necessariū fuerit, misceātur cū eis, quę sunt sicut castoreum, et crocus, et similia. Et iā testati sumus nos vidisse, qui supposuit sibi collyrium ex opio, et mortuus fuit. et quum possibile est vt administretur in collyrio, nō administretur in potu. et quādo possibile est, ut administretur in emplastris, nō administretur suppositū, et factū collyriū, et ex emplastris stupefacientib. est, ut sumat opij, et seminis hyusquiami [l] [albi] amborū ana partē i. et [m] [cuppularū glādiū] et balaustij, et acaciæ et thuris, et myrrhæ oīum an. partes v. aggregētur cū succo hyusquiami, aut succo corticū papaueris, aut decoctione eorū, et liniatur cū eo. est. n. bonū. Narcoticū potādū fortis stypticitatis. Recipe coaguli leporis pondus danich. ij. et opij tantundē et gallarū [n] [ʒ. vij.] et thuris ʒ. s. fiāt ex eis trochisci, et sit potio eorū medietas aur. i. et iterū gallarum immaturarū pars i. thuris, opii, amborū an. pars s. et dosis sit usque ad ʒ. i. et iterū sem. hyusquiami, et opii, et papaueris et spodii, et balaustiarū, et thuris, partes æquales, et dosis sit usq; ad ʒ. i. et iterū opiū, sandaraca, et minutū thus, myrrha, crocus, dētur in potu ex eo duæ pilulę sicut cicer. et cōueniētius illo, est illud, quod Rec. castorei, opii, storacis liquidę, seminis hyusqami, myrrhæ, croci, assari, thuris, ammeos, partes æquales, conficiātur cū melle despumato, et sit dosis sicut nabac. et iterū merdasengi quarta ʒ. i. coaguli ʒ. s. ossis adusti, gallarum an. ʒ. i. opii danich unum. et iterum acacię et gallarū, et opii, gūmi oīum an. pars i. fiant ex eis trochisci. et iterū narcoticū ad bibēdū, constringens in duob. dieb. Rec. ammeos et seminis apii, et corticū granati acetosi, et gallarū et [o] [sauinæ] partes ęquales oīum, opii partē s. terātur oīa sicut alcohol, et sit dosis eius ex ʒ. i. usque ad aur. i. in mane, et tantumdē in sero. et puero ex uno danich usque ad duos danich. et ex medicinis fluxus uentris, quæ conueniunt ei, qui cū fluxu hēt tussim, sunt sicut myrtus, et mastix, et gūmi arabicū, et thus, et psyllium assatum, et spodium, et castaneæ, et nux, et auellanæ assatę. et oīno oportet ut detur illud, in quo non est acetositas, et ponticitas uehemens, imo oppilatio, et [p] [confortatio.] Quod si non fuerit excusatio, dentur pontica, deinde consequenter exhibeantur electuaria lenificantia pectus. et multa quidem ex electuariis factis ex papauere, et dragacātho, et gūmi, et xylocaractis, et fructu myrti, et amyli assati, et mucillagine rerū, q̄ prius assātur, deinde ingenietur in extrahēdo earum mucillaginē, quę coniungit inter utrasque res. In cibis uero eorū oportet ut non sit mordicatio: neq; salsedo plurima, neque acetositas nociua, et moueat uirtutē expulsiuā. et hoc est sicut illud, quod de lacte decocto cum lapidib. ignitis diximus, et proprie illud, in quo extinguitur ferrum aliquoties. et [q] [melius] illo est lac acetosum ablato butyro cum rizi, aut milio assatis, et experiatur summa eius, quod digeritur. Quū ergo non digeritur aliqđ, sumatur acceptio minor

b B. croco.

c B. aut minus.

d B. alasachfe.

e B. althil lenis, & medullæ, seu radicis althil, & bedauard.

f B. intestinalē.

g B. tunc remouent ipsum fluxum fauich.

h B. excoriatione.

i B. destruunt.

k B. sedationē. Alia litera. causa retentionis.

l —— B.

m B. gictin albalut.

n —— B.

o B. abel.

p B. conglutinatio.

q B. frigidius.

nor eo. Et de lactibus decoctis fortius confortans est lac vaccinum. Et quod ex eis conueniẽtius est calefactis, est lac caprinum, cum hoc, ꝙ ipsum est magis stypticum. Et lac acetosum est melius calefactis, quàm non acetosum. Et sicut medulla similaginea assata, infrigidata, exsiccata. Et sicut panis, cuius farina confecta est cum aceto, facta panis [r] [valde:] & est calefactis vltimus. Et sicut lẽs decocta in duabus aquis, effusis [f] [super eam,] deinde decoquatur in tertia, donec inspissetur, & acescat, aut non acescat, & sicut [t] [illud, quod sit] acetosa. Acetosa autem sunt sicut illud, quod fit ex sumach, & granis granatorum & tortellis, [u] [in] coriandro, & quandoque ponitur in eo rizi. Et fabæ decoctę cum aceto, sunt bonæ eis. Et ex cibis eorum, quæ comeduntur, & sunt in seipsis curatio bona, est ut sumatur ex sauich hordei pugilli. ij. & seminis papaueris pugillus. i. & corticum papaueris pugillus. i. decoquantur valdè, & colẽtur, & sumantur. Et si acetosa fiant cum sauich malorum acetosorum, aut granis granatorum, aut sumach, erit conueniens. Et sit eorum sal salgẽma, & teratur, deinde [x] [perfricetur bene,] deinde admisceantur ei grana granatorum, & coriandrum, & sumach. Et si non est caliditas uehemens, permisceatur cum eo caseus uetus, assatus tritus. Et oportet vt non sumant in potu, nisi frigidum, qualecunque sit. Frigidum enim constringit & sufficit, & tepidum resoluit, & [y] [fit] necessarium plus nisi in cholerica passione, secundum quod conditionatum est, & in oppilatiuo & in aposiemoso. Et carnes, in quibus datur eis licentia, sunt carnes altacingi, & alcubugi, & aldaragi, & aues paruæ, & alcanabir et caro leporis, & [z] [alcata, & alsesem, & alfuahet, & caro alcoriæ] propriè. Et rectius est ut sint assatæ, cum seminibus conditę aut acetosæ, & etiam uitellus oui elixati in aceto, & almufusat facta ex eis, cum eis, quę sunt sicut grana granatorum, & passæ [a] [magnorum] interiorum, & coriandrum, & cum eis, quæ sunt sicut sumach, & quæ eis sunt similia ex fructu rubi, & capreolis vitis, & folijs acetosæ, & folijs arnoglossæ & caulis iteratæ decoctiõis. & pisces parui decocti cum aceto. et ex eis, quæ currunt cursu [b] [seminum,] est flos phystici, & flos zarur, & coriandrum, & grana myrti. & quãdo non digerunt carnem, fiant eis contritiones ex carne [c] [pullorum] & alcubugi & similium, & decoquantur fortiter, & misceatur cum eis rizi, & milij parum, deinde colentur, & reducantur super ignem, donec appropinquent coagulationi, deinde fiãt acetosæ cum sumach aut granis granatorum, & similibus. & [d] [alcordumech] iuuatiuum est eis, quum non corrumpitur digestio ualde. & oportet ut non saliatur nisi parum, & ut [e] [currat ex eo in mane] humiditas plurima. et pedes uehementis iuuamenti sunt, quum decoquuntur in rizi albato. & uitent fructus omnino, quamuis sint styptici, nisi quum stomachus refugit ex cibis, sed castaneę non nocent eis; & similiter [f] [alcusbu.] et si cibus subtilis corrumpatur in stomachis eorum, cibentur cibis, in quibus sit grossitudo, sicut sunt pedes cum robub stypticis, & sicut sorbitiones fortes factę ex rizi & milio. et quandoque iuuantur

r B. bonus.

f B. ab ea.

t B. cibaria.

u B. cum.

x B. assetur assatione bona.

y B. facit.

z B. alcatha & alfasauin & alsuachat & caro seudeui.

a B plurimorũ.

b B. aromatizãtium.

c B. Alia litera. alduragi.

d B. alchiardanach Alia litera. Et alchiardanagi. Alia litera.

e B fluat cũ pũctionibus ex eo

f B. alcasb.

quidam cum [g] [cibo infrigidato] facto ex ventribus & similibus. et [h] [acetoso] facto ex bonis partibus uaccæ, comedant acetosum solum cum micis, & sumant cum eo si appetunt aliqd ex eis bonis, secundum quantitatem virtutis digestionis. & non sunt uentres conuenientes ultime omnibus speciebus ascellationis. et ex sorbitionibus laudatis eis est ut sumatur papauer, & assetur plurimum, deinde fiat ex eo & ex rizi, & milio sorbitio, & si uolunt, fiat acetosa cũ sumach, & granis granatorum, & similib. Aut fiat sorbitio ex tortellis siccis, & rizi, & adipe renum caprarum. Aut infundatur sumach in aqua pluuiali die & nocte, & bulliat leuiter, deinde coletur vehemẽter, postea ponatur in ea [i] [coriandrum,] & dimittatur, vsquequo infundatur deinde coquatur, postea fiat dissolutio in ea manib. deinde coletur, & proijciatur fæx: deinde sine cessatione moueatur super ignem cum ligno, donec redeat ad similitudinem cibi, deinde condiatur cum sale pauco, & sit pinguedo eius adeps hœdi, aut amygdalę assatę cõtritæ, & parum olei, et non multiplicentur in ipsa sal, et pinguedo. et ita sit, siue cibus sit calidus, siue frigidus. et ex eorum pinguedinibus, est oleum omphacinum. et oportet ut sit aqua eorum, aqua pluuialis: in ipsa enim est stypticitas. et existimo, ꝙ multitudo iuuamenti illius, est propter velocitatem suæ [k] [attractionis] ad hepar et velocitatem resolutionis eius, quare nõ relinquit in chylo humiditatem. et interdicatur eis uinum, si autem non fuerit excusatio, et fuerit virtus requirẽs ipsum, ut ipso reuiuiscat, tunc sit nigrum, styptici saporis, parum. et rectius quidem est, ut non comedat cibos plurimarum specierum, neque multoties, imo oportet ut sint contenti cibo paucę quantitatis, et sit uice vna, et ut premittant super cibum, illud, quod est magis stypticum. Aut sugant ante ipsũ aliquid de cydoniis, & granatis acetosis, et non bibant super illum aquam. et si expectauerint, vt non bibant omnino, erit cura per se, et propriè quum non mouentur [l] [ad eam.] et oportet ut premantur eorum extrema superiora, ut attrahatur nutrimentum ad ea, et ut emplastrẽtur stomachi eorum, cum medicinis stypticis, retentiuis, frigidis, et calidis, et permistis secundum quod exigit dispositio. et oportet ut ponantur in eis spica, et mastix, et myrrha, et tortellæ. et almeisus est plurimi iuuamenti quum ponitur in medicinis. Epithema bonum, quo linitur illud, quod est inter stomachũ et hepar, quando communicat in fluxu. Bulliãtur drac. x. absinthij cum uino, et coletur, et ponatur super locum cum panno, deinde sumantur rosarum, et balaustiarum, et myrti siccæ, et acaciæ, et enfistides, et gallarum partes æquales, et misceantur cum aqua myrti, et inspissentur absinthium prædictum, et emplastrentur cum eo. et scias quod theriaca est conferens valde omni fluxui ventris, [m] [in quo intenditur, et deijcit] virtutem, et cuius causa non est apostema, neq; cum eo est febris uehemens, et consilium, quod dandum est illi qui non [n] [permutatur ex loco suo,] et iam retenta est eius ascellatio, quam habuit, sed corpus eius non recipit nutrimentum, est ut comedat [o] [paruarum auium, et al-

g B. charis.

h B. a l...

i B. darhe...

k B. penetrationis.

l B. Alia litera. omnino.

m B. liborio ... uel lassante, & deijciente.

n B. alleuiatur a debilitate sua

o B. aues paruas & ariuahed. i. co lũbinos uolare incipientes, & pectora ipso... absque extremi tatib. eorum ... suolis tardę de scensionis ... tella cocta. B facta charmanę gi... & post allata.

almimehit pectora absque extremitatibus eorum magis tardis ad descendendum in patella coctorum.] & similiter illi, cuius appetitus est ad comedendum, & debilitatur eius digestio, dentur istę res. & caro rubea, frixa cum oleo puluerizato desuper cinnamomo, & p [infundatur] illud etiam in syrupo de cydoniis, & malis.

p B.confert.

ANNOTATIONES.

Ubi alui fluxio sistenda est, sumpta ex affectu indicatione, astringentibus eget & incrassantibus materiam, ut hic ait. nonnunquam tamen causæ ratione habita, etiam ijs quæ aluum magis subducunt, curari solet. de qua re lib. 1. Fen 4. Unde & Hipp. 6. uulg. morb. Sect. 1. fluxum fluxu uomitum docet uomitu curari. Cæterum, sicut prior curandi ratio per se est, ita posterior per accidens, in quo genere & sudorum est prouocatio, & uini potio, quæ scilicet causam educunt, non morbum directe oppugnant. Et sanè uinum, quamuis per se fluxiones insigniter adiuuet, per accidens tamen dum materiã magis attenuat, & sudores uel copiosas vrinas citat, fluxionẽ alui reuocat. Unde & Paulus lib. 3. in læuitate intestinorum uinum offert calidius, & antiquius, at ipsum non certè in læuitate omni, sed in pituitosa, quod & ab authore nostro intelligi hoc in loco arbitrandum est.

text.9.

cap.40.

Aphor.15.

2 *Et scias quod dormire, &c. Quum uoles, ait Hippocrates 4. aphor. elleborum magis ducere, moue corpus. quum uero sistere somnum inducito, nec moueto. Quare senem hic author æmulatur. Dubitarit tamen aliquis quomodo, quum per somnum & caloris & spirituum & humorum simul reuocatio ad interna fiat, sedari possit alui fluxio. Certe, quum suopte impetu materia ad intestina feratur, trahenda hæc ad exteriora esset, nempe sicuti per sõnum interna calescunt, ita per uigilias externa. calorem uerò sequuntur & spirituum & humorum concursus. Sane Gal. Hippocratis sententiam explicans, idcirco per somnum sedari fluxiones ait, quod per id tempus uires animales quiescunt, tum quæ per sensus, tum etiam quæ per musculos, in motibus voluntarijs. Quamobrem, & si per somnum interna uiscera calescunt magis, & cum calore etiam spiritus & humores intro redeunt, fit tamen ille reditus sensim, & citra omnem corporis turbationem. Contra uero, per uigilias, excitatis a sensibus obiectis spiritibus, dum intro forasq; concursant, concitari etiã humores necesse est, ut propterea uigiliæ fluxionẽ adiuuẽt, & somnus eandem remoretur. Subdit plura alia ad fluxionis alui curationem, pro quibus pete Gal. 9. de comp. med. per loca.*

cap.5.

TRACTATVS II.

De curationibus specierum solutionum uentris diuersarum, prędictarum post a [cessationem a cura uniuersali.]

a B. complemẽtum curæ uniuersalis.

De cura fluxus hepatici. *Cap.* I.

IAm sciuisti causas fluxus hepatici, et sciuisti curationem cuiusque causę, oportet ergo vt redeas ad illud, et cures malitiam complexionis eius, et apostema ipsius, et debilitatem, et oppilationem, & repletionem eius, secundũ unumquodque cum eo, quod dicitur in capitulo suo. Nam quum tu feceris illud, tunc iam curasti, & illud quod cadit in hoc capitulo de errore est, ut dentur illi, qui habet fluxum hepaticum oppilatiuum, medicinæ constipatiuę, addentes in oppilatione, confortantes eam, ut constringant naturam, & perducit illud ad errorem maximum. & multoties quidem linit insipiens hepar in hac ascellatione cum inspissantibus sanguinem, & extinguentib. hepar c [per hoc quod] sunt frigida, & in hoc est mors, & c [successio] putrefactionis. Imò oportet, quum scieris, quod causa in ipso est oppilatio in hepate, & mesaraica, ut intendas cum apertione & iam laudatæ fuerunt passę pingues in hoc capitulo, ita ut quidam existimauerint, quod ipsæ sanant fluxum lotiuum difficilem. Et nos quidem iam experti sumus illud, quod fuit res non longinqua ab eo, quod dixerunt, & in inceptione ascellationis hepaticæ d [primum,] est, ut non approximent pani, quoniam hepar non recipit ipsum, immo rectius est, ut sit contentus aqua sauich in die bis aut ter. Quod si tolerat in fine sua permistionem milij cum eo, decoquendo, deinde colando, ipsum faciet, & si tolerat ut comedat decoctum non colatum, faciat, & in decoctione sit sacraiati. i. de sauich cum xx. sacraiati aquę. & decoquatur usq; quo ingrossetur. Quumque in e uase] non fuerit uarietas, non erit malum uti adipe gallinæ, et quãdo est ascellatio sãguinea hepatica, sicut f [phthisis,] tunc non oportet ut retineatur de subtus quid, ut non retineatur aliquid nocitiuum, & accidat per illud nocumentum, imò g [denudetur regimen & cura] desuper.

d B. melius.

e B. urina.

f B aliquod fluens uehemẽter Alia litera.

g B rectifica uel bonifica regimẽ & curam.

ANNOTATIONES.

Quum in superioribus de iecinoris affectibus ageret, egit & de fluxione, quam hepaticam uocant, de eius causis & de curatione, ad quem locum eundum est. Particulatim tamen, & hic quædam notat summe obseruanda, præsertim uero quum ait. [Et in inceptione ascellationis &c.] In hepaticæ fluxionis initio panem interdicit. Paulus tamẽ lib. 3. panem ex aqua exhibet. Quærat ergo aliquis qua ratione a pane uelit abstinendum. Paucis optimus quiuis, uel exquisitissime paratus panis, non uidetur obstructione aliqua uacare, ut Galenus primo, de alimen. fac. notatum reliquit, proptereaq;, quum fluxionis principio, ipsam statim sistere tutum non sit, id quod & Trallianus affirmat lib. 8. ideo & ea, quæ obstruunt, non probantur. intelligit autem nostra sententia de pane, non quidem diluto, qualem Paulus exhibet, sed de pane omnis artificij experte. Ait præterea. Quumq; [in uase non fuerit uarietas &c.] His uerbis, ubi in trulla egestionis uarietas non fuerit, non esse ait malũ, adipe uti gallinaceo. Non satis patet, an in cibis gallinaceũ uelit adipẽ poni, an fortaße per clysteres infundi. Videtur tamẽ de oblatione cũ cibis intelligendũ, quũ nihil de clysteribus meminerit. Cur ergo si excrementorum uarietas non deest, hunc adipem consulit? Sanè, sicuti adeps omnis suapte natura fluxiones lenit, ita, si forte fortuna in corruptorum humorum cumulum incidat, corrumpi aptissimum est, præsertim uero acre euadit, & in bilem facillime uertitur. hac ergo fortaße ratione, quum adeps in uniformibus excrementis mitiget, in uarijs obest. De hac re alij iudicent. neque enim nobis hoc plane satisfacit.

cap 46.

cap.5.

cap.5.

De cura fluxus stomachici, & intestinalis absq; excoriatione, & primo de lubricatiuo. *Cap.* 2.

IAm sciuisti, qualiter curatur lubricitas stomachi cum speciebus suis. Et cura lubricitatis intestinorum proxima est illi, & proportionalis ei. Et cum hoc nos afferemus potiones & & emplastra, & canones, digniora istis locis. Et canones ad eos, in quibus non sunt vlcerosi, sunt, ut permisceas styptica fortis stypticitatis cum medicinis calefactiuis, dando eas in potu, & ponendo in emplastris. Et ut utantur medicinis, quæ adiuuant naturam, & confortant spiritum, sicut theriaca magna, & homorusia, & athanasia. Et oportet ut administres [a] [narcotica,] quoniam ipsa sunt fortis iuuamenti in hac ægritudine. Et si significant significationes multitudinum phlegmatis, labora in euacuando ipsum. Et si non ualent medicinę propinquę [b] [fortes, & fortes, fortitudine temperata,] tunc fortasse indiges eis, quæ sunt sicut elleborus. Verum euacuatio materiei huius ægritudinis cum vomitu, est difficilis, & mala. Et raro euacuat uomitus phlegma descendens ad intestina. Et non oportet ut bibant aquam inquantum possibile est. Amplius si bibunt eam, non conceditur ut bibant eam calidam omnino. Et vinum quidem vetus subtile, purum, parum, cōfert eis. et illud, quod diuersificatur ab illo, nocet eis. et si diligunt ut [c] [in secundis mensis comedant, comedant in eis ea,] quę sunt sicut sauic algobere, aut sauich alcaso & sauich [d] [de siliquis] & sauich de granis granatorum, & sauich de nabac. Coriandrum verò est fortis impressionis in retinendo cibum in stomacho. Et ex compositis bonis ad eos est illud, quod Recipit seminis arnoglossæ, & anisi, amborum an. drach. j. & corticis granatorū, & sanguinis draconis, amborum ana drach s. & est potio una. et oportet vt bibatur in vino pontico, et si fuerit illic febris, tunc cum aqua pluuia. et ex compositis conferentibus eis, est electuarium de gallis, & electuarium de thure, & electuarium de siliquis, & de emplastris conferunt eis, sicut emplastrum de semine lini cum dactylis, & cōfortatur cum eis, quæ sunt sicut succi cydoniorum, & [e] [aluminis humidi] & [f] [hypoquistidos] & acacię, et balaustiarum, & masticis, & rosarum, & [g] [rubi, & myrthi] partes æquales. & quandoque fiunt ex istis medicinis maran cū cera & oleo [h] [ ] sicut emplastrum Abrucalis, et emplastrum rubus, & emplastrum de fausel, quū fuerit caliditas. Facti autem propter vlcera intestinorum, cura est, cura vlcerum et multitudo administrationis exsiccantium stypticorum ex [i] [medicinis] frigidis, sicut est illud quod fit de agresta, & sumachia, & curetur cura dysenteriæ, quam dicemus. et quum causa cholerica illic est illa, quę effunditur. & vlcerat tunc melius est vt ipsa euacuetur in ęstate cum vomitu, et non euacues eam ex uia ulcerum. et quando causa eius est phlegma, necessarium est tibi, ut euacues phlegma per clysterem [k] † [ ] dictum in capitulo suo, et [l] [exsicces] cibum, et calefacias ipsum, et ponas ipsum ex assatis et [m] [alcalage] factis ex carnibus leuibus, et minora potum aquæ. Deinde si indiges fortiori illo, [n] † [ ] tunc utere aut albo ad stomachum, aut nigro ad intestina inferiora, et est [o] [etiam ex eis, quæ uacuant linita.]

a B. diuretica.

b B fortitudini, & virtus est fortis æqualiter.

c B. permutentur cibaria fiat talis mutatio cum eis.

d B. Alia litera. xylocaractæ, vel carnub.

e B. Alia litera. anethi. Alia litera. alcasb.

f B alharathit.

g B. alhaulegi.

h † B. Alia lra. masltichino, & oleo de cydonijs, & oleo rosarū, &.

i B. cibis.

k † B. phlegmatis.

l B. alleuies.

m B. frixis.

n † B. sicut elleboro.

o B. & cū eo qđ euacuat permutans complexionem, & calefaciens.

ANNOTATIONES.

Agit de lienteria altera, quæ intestinorum fit uitio. concurrit que hæc cum cæliaco affectu, sola mali magnitudine differens, nempe quum in cęliaco morbo non statim egerantur, quæ assumpta sunt neque prorsus in cocta. Vnde & præcedere cæliaca affectio lienteriam solet. Pro hac uide Aetium lib. 9. & Paulum lib. 3. Sanè intestinalis lieteriæ speciem unam solam enumerare Paulus uidetur, leuem. s. intestinorum exulcerationem. Exactius Auic. & de ulcerosa, & de ea quæ sine ulcere est, meminit. atque hæc nimiæ præsertim intestinorum humectationi ob pituitam retentricem uim offendentem, succedit. fere enim, sicuti retentrix, siccitate roboratur, ita & humiditate uitiatur, quamuis & ex alijs intemperiebus, ueluti frigiditate uel caliditate nimia, idem uitium sequi non negemus. Agit ergo de utrisque his affectibus hic author. quæ tamen tractatio, quamuis duob. capitibus absolui uideatur, est uno capite, sententia nostra, continuata serie tradita, ut propterea mendum in codice sit. Quum enim in huius capitis initio eius curationem aggrediatur, quæ sine ulcere est, & prope calcem de ulcerosa uerba faciat, inscribitur tamen sequens caput de ulcerosa, atque id perperam quidem, quum primis illius capitis uerbis medicamenta describat ad lubricitatem humidam. interpositum ergo inter hoc & alterum caput proximum putamus, quicquid de ulcerosa scribitur, quum ait. [Facti autem propter ulcera intestinorum &c.] reponendaq; ea uerba uidentur uel ad calcem sequentis capitis, uel potius, qđ nos credimus, ad huius initium, ut primo de ulcerata lienteria agat, postea de ea quæ sine ulcere est, quę quidē res quāuis pauci momenti sit, aduertenda tamen a nobis fuit, ut norint studiosi non defuisse, describtorum iniuria in hoc libro, errores.

Cap. 37. Ca. 40

a [*De cura ulcerosi.* *Cap.* 3.]

MEdicamen bonum ad lubricitatem humidam et est sicut cibus. Recipe [b] [passas] nigras, quæ coquantur, et terantur cum suis interioribus, et misceantur cum eis cortices granatorum alborum, et piper album, et oleum omphacinum, et comedatur cum pane. et oportet, ut commisceantur cum eo, quod in ipso administratur de stypticis frigidis, mastix, et thus, et si tolerat, piper. et quum chronica fit solutio vētris, lubricatiua, et contingit ut virtus cadat, tunc necessarium est in hoc ut incipias cum æquatione cōplexionis, et calefactione eius. et facias ægrū vti exercitio, quod ipse toleret. Aut facias ipsum ingredi balneum, et premas cum pressione [c] [subtili,] et frica, quod de corpore eius apparet, deinde da ei paulatim ad sorbendū iacenti, non sedenti, imo coxa eius [d] [superiore, et toto,] quod supra ipsam est [e] [in præparatione aliquid] de aqua carnis fortis, cum qua mixta sint vinum stypticum [f] [subtile] et fort ellę siccę. et si tolerauerit virtus, et complexio eius, ut consequenter, adhibeas aliquid penetrare faciens, sicut diapipereon et diacalamenthum, fac illud ita, vt faciat ipsum penetrare, nam quum feceris illud, attrahet hepar aliquid illius cibi, et cōfortabitur eo.

Alia litera. a — B. & continuatur hoc capitulū cū præcedenti.

b B. Alia litera. oliuas.

c B. leui.

d B. exillēte altiori ad id.

e B. Et cibetur i hoc situ aliquo.

f — B.

Re-

g B. vel qui nõ est lubricatiuus. h B. cura plurima ipsarum.

Reliquarum autem specierum fluxus stomachi, qui g [est infra lubricitatem plurimam] cura h [nota est &] appropinquat curationi lubricatiui. In illa ergo, cuius causa est cholera rub. plurima effusa ad stomachum, & intestina, oportet ut temperes membrum, in quo generatur cholera, & a quo procedit, s. hepar, & fel per illud, quod sciuisti in capitulo suo. Et euacues superfluitatem cholericam, si fuerit plurima. Et rectius illo est, cum vomitu, si possibile est & leue, aut cum fluxu uentris, si non fuerit in uirtute debilitas & non timetur ut accidant ulcera, aut quòd sint facta. Et post illud i [incipe in primis] cum infrigidantibus & stypticitatem facientibus prædictam. Et multoties quidem sanat hanc læsionem, sumere in potu myrobal. citrinos. Ipsi enim educunt choleram, & faciũt succedere virtutem infrigidatiuam facientem stypticitatem; & ex eis, quæ conferunt eis, est administratio lactis acetosi, & propriè cum spodio. Et similiter k [cum] aqua sauich hordei, & si fuerit causa eius phlegma curetur cũ eis, quæ educunt phlegma ex ebibitis, & clysteribus, si fuerit plurimum valde: deinde curetur cum eo, quod cõstipat, & calefacit calefactione temperata. Et ex eis, quę conueniunt ad illud, est electuarium de granis granatorum, quod est cũ cymino, & electuarium Alcanzi & trochisci de speciebus. Et si phlegma est vitreum, non excusatio est eorum, quæ sunt, sicut trochisci askiladis, & suffuf facti ex aniuden, & ammeos, & cymino in aceto posito, & assato, & semine lini torrefacto, & galia, & balaustijs, & carui; & myrrha, & thure cum spodio secundum quòd tibi bene visum fuerit de mensuratione testimonij. Et si fuerit illic phlegma & cholera simul (& significant illa exitus eius, quod egreditur, & reliqua signa) iuuabuntur si sumpserint myrobal. citrinorum partem j. & nasturtij partem s. cum quibus misceantur l [zuccari] & granorum myrti & sumach, & carmesich, omnium ana sextam partis illius. Et si fuerit causa melancholia effusa ad ipsum, nos faciemus ei capitulum singulare, quod appropriatur ei cum capitulis fluxus melancholici, & proportionabimus ipsum ad splenem. Sed ei, qui est secundum cibaria & cibos, singulare etiam faciemus capitulum, & si non fuerit nisi debilitas fortis, & malitia complexionis, cõsiderabis malitiam complexionis per signa sua. Et plurimũ quidem malitiæ complexionis intestinorum, est communicans malitiæ complexionis stomachi, & signa eius sũt signa illius. Quod si debilitas fuerit in digestiua sola, & fuerit frigus, iuuantur cum electuario Alcanzi, & iuuantur cum electuario nostro, quod est secundum modum hunc. Recipe xyloaloes crudi, & cymini in aceto infusi, & assati, ammeos, carui, m † [ ], zingiberis assati & cardamomi, interiorum passularum tritorum, partes æquales. & fiant ex eis suffuf, et dos. sit vsque ad drach. iij. Et si fuerit illic ventositas plurima, ponamus in eo semen n [alscesbram,] et semen rutæ. Et iterum compositum quorundam plurimæ vtilitatis in hoc capitulo. Recipe zingiberis seminis fœniculi, et anisi, et piperis longi, et cardamomi omniũ ana drach. iij. et seminis ammeos et apij amborum ana drac. iiij. et casiæ et calami aromatici, et cyperi, et xyloaloes crudi, omniũ ana drach. iij. et s. galię drach. v. et croci drach. iiij. et gariophyl. o † [ ] et blattæ bizantię, et nucis muschatę omnium ana drac. iii. et sextam, granorum myrti drach. xx. informentur ex eo trochisci, et sit dosis eorum secundum mensuram testificati. Et iuuant in ea trochisci almarmacur proprie si fuerit virtus expulsiua debilis etiam. et iuuant in ea emplastra prædicta calefactiua. et si fuerit cum debilitate expulsiuæ, permisce ea cũ absinthio. Quod si fuerit corruptio digestionis propter calorẽ, administrabis medicinas infrigidatiuas, et sit in eis stypticitas aliqua, et ingrossa cibum, et faceum ex genere frigidorum grossorum, de quibus diximus in capitulo malitiæ digestionis. et oportet ꝙ adiuueris cum eis, quæ diximus in eodem capitulo. Quod si fuerit debilitas in retentiua propter frigus aut calorem, administrabis styptica prędicta ĩ initio capituli calida aut frigida. et si fuerit expulsiua etiam debilis, administrabis suffuf de scoria ferri cum nuce muscata in syrupo de menta, et administrabis emplastra secundum necessitatem.

i B. succurre.

k—B.

l B. Alia litera galie.

m B. ... & mirrhe.

n B. alsahesefrã.

o † B. Alia lit. & balaustiarum.

De cura fluxus cholerici. *Cap.* 4.

IAm diximus ipsam in capitulo stomachi, et est pendens in fine rei cum curationibus dispositionum hepatis, et fellis, et stomachi, generantium choleram, et oportet ut quæratur illic.

De cura fluxus melancholici, & est spleneticus fluxus, in quo non est excoriatio. *Cap.* 5.

OPortet ut intendas in ipso curam splenis, et causam eius cognoscas, et apponas per illud, quod necessarium est in eo. Et si fuerit illic multitudo melancholiæ, et exuberantia a [uirtutis,] euacuabis cum decoctione epithymi, et similibus. et si fuerit grossa sicut fœx, et non fuerit ab apostemate, imo propter grossitudinẽ melancholię ipsius tunc administrabis in ipsa hoc solutiuum, si fuerit uirtus fortis. Recipe salis gemmæ partem i. spinæ ægyptiacæ partes iii. et ellebori nigri partes ii. decoquãtur itaque spina et elleborus in aqua fortiter, et dissoluatur in ipsa sal et coletur. b † [ ] et hęc est via c [fluxus eius et purgationis eius ab eo, quod fluit ex eo.] et si necessaria fuerit phlebotomia, phlebotoma, et conforta hepar, et cõforta os stomachi. et si causa fuerit in fluxu stomachico melãcholia propter illud, quod effunditur ad stomachum ex humoribus melancholicis, pone super splenem ventosas d [retẽtiuas, retento in eis illo, quod ab eis comprehẽditur] ad stomachũ, et intestina. et postea rege cũ eo, quod est subtile, confortatiuum, sicut est hoc compositum, quod est nostrum. Recipe granorum granatorum drach. x been rubei torrefacti drach. i. e [et seminis alscebram drach. i. zedoar drac. i. et Karabe drach. i. et sem. rutæ ℥. i.] rizi ℥. i. fiat ex eo suffuf et sit dosis eius ℥. iii. et iterum sumantur grana granatorum, et passæ nigræ, terãtur cum aceto et aqua, et f [exprimatur

a B. Alia litera. eius.

b † B. & bibat.

c B. solutionis ventris eius ad mũdificationem eius cũ eo quod soluit.

d B. retinentes illud quod fluit ex eo.

e B. zarumbed torrefactæ d. ac. j. Karabæ d. ac. j. seminis rutæ, seminis alsahesefram drach. j.

f B. fiat expressio ab eo.

tur desuper] & coletur, & proijciatur desuper salis parum & origani, & intingatur cum eo. Si autem necessaria fuerint fortiora hoc, sumatur thuris, cyperi, & nucis cupressi, & galiæ, omnium ana drach. s. & tortellarum drach. j. bibatur cum vino antiquo puro.

De cura fluxus sanguinis absque excoriatione. Cap. 6.

IAm sciuisti, quod hic fit ex corpore, & fit ex a† [ ] stomacho, & intestinis superioribus, & inferioribus, & fit ex fi̇cteri & nouisti signa eorum. Et qui ex eo est virulentus, & & feculentus, & lotiuus, cura ipsum ex parte hepatis, & rectificatione complexionis eius, & aptione oppilationis ipsius. Et regimen antecedēs in curatione illius, est consideratio dispositionis b † [ ] in repletione, & consideratio causarum facientium c† [ ] necessario. Quum ergo nō est propter ipsum dolor, & existimas ꝙ est ex corpore, aut hepate, & non cadit propter ipsum virtus, non retineas ipsum. Et si timetur, quod cursus eius, quandoque facit accidere excoriationem, aut facit accidere debilitatem, fiat phlebotomia, & extrahatur ex contrario motus partis eius, deinde administrentur medicinæ stypticæ restringentes sanguinem. Et in illo, qui accidit ex ruptura in uenis intestinorum, quandoque perducit ad excoriationem festine. Oportet ergo, vt conuertas studium ad retinendum eum, & inclinandum ad contrarium partis, si fuerit illic repletio vehemens, & plurima. Et scias quod potata constrictiua conuenientiora sunt ei, qui est ex intestinis superioribus, & quę sequuntur ea, & quę sunt super ea. Et clysteria sunt conuenientiora ei, qui est ex intestinis inferiorib. Et in eo, qui est inter illa, rectius est ut aggregentur vtræque curationes. Et omnes medicinæ stypticæ, frigidæ, & facientes glutinationem, prædictæ in eis, quæ preterita sunt, stringunt sanguinem, præcipue quando in eis ponuntur alumen, & hæmatites, d [uel semen cannabis] tritum, sicut puluis, & sanguinis draconis, & Karabe & corallus, & margaritæ, quũ bibuntur, & fiunt ex eis clysteria. Et quandoque indiges narcoticis, & quandoque est tibi necessarium, vt confortes ea cum illis, in quibus cum stypticitate est e [fortitudo.] Et troch. de balaustijs in summa eorum, quæ bibuntur, est virtus fortis, & troch. de sem. acetosis, & troch. f [de sem. cānabis, per illud,] quod scire fecimus, & succus arnoglossę, & succus psyllij, & succus barbæ hircinæ in his capitulis iuuamentum conferunt, & propriè quum ponuntur in eis medicinæ singulares prædictæ, & troch. dicti in primis. Et iterum sumantur malorum, & cydoniorum, & rosarum siccarum, omniũ ana lib. s. decoquantur in quinque lib. aquæ, donec remaneat lib. j. & s. g † [ ] & proijciatur super eam tantundem olei rosacei & coquatur in vase duplici, donec consumatur aqua, & remaneat oleum, & oleum illud administretur in eis, quæ bibũtur. Clysteria vero restrictiua sunt ex eis succis, & ex aquis, in quibus decoquuntur styptica nota. Et pulucrizetur super ex eis, quę coquuntur in eis, & ponantur in ipsis pinguedines ex adipe renum caprarum, & ex oleo ros. bono vltimo, & dicemus ea in antidotario, & dicemus ea etiam in capitulo excoriationis, & eligemus ex eis salua temperata, in quibus non sunt medicinæ acutę, h † [ ] & afferemus quædam hic. Clystere bonum ex eis quæ exposuimus. Recipe corticum granatorum & arnoglossæ & i [siliquarum] spinæ, & sauich alnabac, & sauich rizi, omnium ana drach. viij. & sumantur de gallis immaturis. ij. et balaustiarum, et ros. omnium an. drach. iiij. effundatur super ea aquæ hemina una k [cum parua aquæ.] Et si fuerit aqua illa, aqua virgæ pastoris, erit valde bona, deinde decoquatur cum facilitate, donec remaneat ferè tertia eius, et coletur. Et sumatur aluminis drac. s. et sanguinis draconis, et acaciæ, et hæmatitis l [uel seminis cannabis] et balaustiarum, et succi barbę hircinę, et gummi m [et bdellij] assati, et cerusę plumbi, et ostracorum adustorum, et luti rubei, et armeni omnium ana drach. j. et olei ros. drach. vij. et interioris adipis caprarũ drac. vj. Et qui uult, ponat in ipso opij pondus danich vsque ad danich et s. et clysterizetur cum eo. Et quum est intentio in clysteri retentio sāguinis, non est necesse, ut ingrossetur cum facientibus glutinationem ex rizi, et milio, et similibus. Et quum est n [in ipso regimen] excoriationis, aut regimen amborum, similiter necessarium est illud. Et o [studebimus, ut hæc duo non faciant ingredi in clysteribus ventositatē. et ex suffuf] fortibus. in hoc capitulo est, ut sumātur acacię, et gũmi arabici, et seminis hyusquiami albi, et luti armeni, et Karabe, et gallarum immaturarum, omnium partes æquales, contere ea, et aggrega ipsa cum medicamine decocto calido, et fac ex eis similitudines glandium. In eo uerò, qui est ex sicteri, sufficit ut administres has medicinas. sumatur merdasengi, et balaustię, et cerusa plumbi, et ostraca assata, et administrentur super locum post ablutionem, et mundificationem. Quum ergo feceris hoc, et p [remanet super] te ęgritudo, et non retinetur, non inuenis excusationem, quin liges ambas manus ab ascella, stringendo vehementer, et frica extremitates eorum vehementer, et sedeat æger in aqua frigida ęstate, et in aere frigido in hyeme, et da ei ad potādum aquā frigidam, et effunde super eius sorbitiones succos frigidos, et infrigidatos, et syrupos constrictiuos, sicut rob de agresta, et rob de ribes, et similia infrigidata cum niue.

a † B. hepate & ex.
b † B. corporis.
c † B. eam.
d —— B.
e B. Alia litera. virtus abstersiua uel fortitudo ab stersionis. Alia litera. confortatio. Alia litera. in quibus est virt⁹ stypticitatis.
f B. hęmatitis cum eo.
g † B. deinde coletur.
h † B. & trochisci acuti.
i B. xylocaracta.
k B. parua.
l —— B.
m —— B.
n B. intentio retentionis.
o B. oportet, vt studeat ne ingrediatur in clysteri ventositas. Et ex suppositorij.
p B augmentatur apud.

ANNOTATIONES.

Sanguinolentæ per aluum excretionis differentias, in vniuersum, quatuor scribit Galenus 3. de sympt. caus. quatuor diuersis succedentes affectibus. de quibus etiam author noster antea tract. primo copiosè. Addit tamen hic sanguinis excretionem, quæ ex intestinorum ruptura fit nonnunquam. Cap. 1.

De cura excoriationis intestinorum, et ulcerum. Cap. 7.

OPortet, ut non sit error in excoriatione intestinorum. Fortasse enim non est illa, q̃ in-

indigeat eo, in quo est virtus vehemens, & est in administratione eius in ipsa pernities. Et est in ipsa infrigidatio uehemens, & dare melones Indos, & lactucam, & portulacam a [est] sufficiens in cura. Quumque administras clysteria, in quibus ponuntur medicinæ cauterizatiuæ, est pnitiosum. Et oportet ut cures sicut sciuisti illud, quod est in intestinis superiorib. cum ebibitis: & quod est in inferioribus cum clysteribus, & quod est in medio, cum utrisque curis: deinde primum quod oportet te considerare, est dispositio causæ facientis excoriationem, & ulcera intestinorum, an est adhuc in effusione, & an causa eius antecedens sit ex ruptura, aut repletione, aut apostemate b [remanente; aut est retentum, aut abscissum & destructũ,] & remãsit vestigiũ eius ex excoriatione & ulcere. Et nos quidem iam dedimus signa in hoc. Si ergo causa adhuc effunditur, c [præpara in abscindendo ipsam & constringendo] ipsam cum eo, quod iam sciuisti in loco suo. Et si fuerit necessaria euacuatio propter malitiam humoris, fac eam cum timore, & cautela. Et stude ut sit solutiuum non vehementer nociuum uestigio, & vlceri, imò sit sicut myrobal. d [Et] rectifica ipsum cum eo, quod miscetur ei ex eis, quæ sunt sicut e † [ ] dragagan. & quę sunt similia illi. Quod si tibi possibile est. ut prohibeas ipsum a cibo duobus diebus, vt fiat corpus aurarum eius, quod effunditur ab eo. fac, & quum volueris ipsum cibare, ciba cum lacte decocto cũ lapidibus, & decoque secundũ quòd preterijt in capitulo suo, & iste cibus est secundum semitam medicinæ, Cibus uerò ipse apud necessitatem, & apparitionem debilitatis, est ille cuius quantitas minoratur, & confortatio multiplicatur ipsius, sicut hepar gallinæ pinguis, & parũ panis de simila, & decliuis ad azymitatem, & f [testiculi gallorum,] & oua, quæ ascendunt a sorbilib. & descendunt ab assatis fortibus, & quandoque iuuatur valde ex piscib. assatis, calidis, & g [pedib. decoctis in lacte dulci. Et rizi torrefactum est bonum ei valde, quũ fugit ipsũ. Et oportet vt conserues virtutem eius etiam cum rob fructuum & h [cibis dictis in capitulo primo.] Et sit sal eius sal gemma. & sit torrefactus, & non oportet vt bibat vinũ nisi quã do non i [multiplicatur] caliditas; tunc enim bibat ex eo parum, quod sit nigrum stypticum, & aqua eius sit aqua frigida. & non est conueniens ut in primis incipiat k [a] medicinis, puris l [singularibus] cum qualitatibus suis stypticis, & asperis. m † [ ] Et quando dolor fit fortior, indiges necessario facientibus glutinationem, vt fiat sicut n [maran] & liniatur super faciẽ infirmi. & omnes medicinæ infrigidatiuæ, facientes stypticitatẽ, pmistæ cũ glutinatiuis sunt iuuatiuæ, nisi accidat corrosio: fortasse enim tunc indigebis abstersiuis, & cauterizatiuis permistis cũ eis, quæ o [leuia sunt] sine mordicatione. et oportet vt detur in potu habenti excoriationẽ illud. qđ in potu est ex seminibus, & alijs in aqua frigida, & non in aqua calida. Et reubarbaro quidem inest proprietas mirabilis in vlceribus intestinorũ, & in fluxu algaras, & propriè quãdo datur in potu in eo, qđ est sicut aqua arnoglossę

a B.
b B. remanens aut resecata abscisa iam destructa.
c B. tunc regimẽ est in abscindendo ipsam & resecando.
d B. Alia litera. aut.
e † B. Alia litera. myrabolani &.
f B. capones seu galli castrati.
g B. Alia litera. decocti in lacte rizi torrefacti sunt boni eis ualde, quum fugũt uel comedunt eos.
h B. cibi prædicti in capitulo primo conferũt eis.
i B. est
k B. cum.
l B. nocentibus.
m † B. & excoriantibus.
n B. uelamen regens.
o B. exsiccant.

cum pauco vino antiquo. Et glandes assatæ, p [siliquæ] virtutem habent fortem coniunctæ, & separatę. Et semen rosæ est mirabile valde, & nos iam experti sumus illud, quod dixerunt quidam, quòd quando q † [ ] dantur ex r [eo] in potu drach. iiii. cum aqua frigida remouetur ab eo. Lutum autem sigillatũ est iuuatiuum valde omni excoriationi: ita quòd corrosioni, de quo in potu datur post mũdificationem corrosionis, & sorditiei, cum clysteri aliquo ex clysteribus, quæ diximus. et similiter quum clystere fit cum luto sigillato in succo arnoglossæ, & s [stella seminis] etiam & succo portulacę. & ex eis, quę etiam conferunt ad illud, est succus mori, quod non maturetur. & similiter t [succus] herbæ caudæ equinæ, & succus herbæ tinctorum citrinæ u † [ ] bibitus & clysterizatur. & dixerunt quidam in medicinis huius capituli, pedem x [alhacoham] & existimo quòd sit pes corui, & dicitur quòd Hippo. quum dixit pes y [alchacoham] intellexerit folia ficus. et hoc non est ex eis quæ conueniũt in hoc capitulo. et potare coagulum leporis. & caseum abla to sale eius ab eo, secundum quod diximus in capitulo primo; est vehementer iuuans eos, z [& quòd est ultimum] in corrosione. & quum a ccidit excoriatio propter medicinam ebibitam, tunc ex rebus iuuatiuis est. ut fiat clystere cum butyro, et sanguine draconis, scilicet ponantur in drach. xxx. butyri ex drac. j. sanguinis draconis vsque ad. drach. iij. & ex compositis valẽtibus ad eos, sunt trochisci de suffuf frigidi prędicti. et ex eis, quę illis bona sunt, est a [panis quum puluerizatur super vinum.] et detur in potu ex eo, et bibatur post ipsum aqua frigida. et ex eis; quæ conferunt, est ut sumantur cineris b [ostracorum fluuialiũ] partes iiii. et gallarum partes ii. piperis pars i. terantur, et cribellentur, et pulverizetur ex eo pondus drach. i. super cibum, et bibatur cum aqua frigida. et philonium est eis iuuatiuum etiam, quum bibunt ipsum cum aqua frigida. Suppositoria verò, et clysteria conuenientia ad hoc. sunt sicut clysteriã et suppositoria conuenientia ad fluxũ sanguinis absolute, additis in eis in principio faciẽtib. glutinationẽ, stypticis. et in fine eius. si perducit ad corrosionem, mũdificatiuis, et cauterizatiuis. et usquequo c [dissoluatur] illud, quod est super intestina, & remaneãt manifesta, nõ oportet ut pertrãseat glutinationem facientia, et styptica. et dixerũt quidam, quod oportet, ne acatia mittatur in clysteri, quum non est in ægritudine sanguis, et non est hoc aliquid: deinde quum mundificatur ulcus incipiatur cum exsiccatiuis. stypticis, glutinatiuis, et pinguibus, deinde in fine eius, si perducit ad corrosionem, cum mundificatiuis, et cauterizatiuis. et sunt quidam homines, qui permiscent rem modicam de d [calidicon] in quibusdam succis. e [et clysteria salua] conferunt ei iuuamentum maximum. Verùm quum non ducit necessitas ad illud, quod est acutum, et ad illud, quod est acetosum, tunc melius est ut non administrẽtur. et oportet ut permutatio fiat primũ ad acetosa, deinde ad f [calida.] et quando exigit necessitas et corrosio, tunc

p B. carnub.
q † B. in principio dysenteriæ.
r B. Alia litera gummi arab. ci
s B lutũ samus. Alia litera. stella samus.
t B. bibat herbã uel succum.
u † B. & succus foliorum arboris rosæ.
x B. pes alhachach.
y B. pes alhachach.
z B licet ultimẽ tur.
a B. est quũ pul uerizantur sup panem.
b B. aludha.
c B. remoueatur
d B. Alia litera. calchidicon.
e B. & clysterib. saluis &.
f B. acuta.

tunc non cures,& g [ficum calidicon administres] necessitatem tuam in eo. Et quandoque rectum est, vt incipias cum aliquot narcoticorum: deinde administra clysteria acuta h] nisi] quum non tolerat ipsa infirmus. Et de istis acutis,& illis, quæ fiunt ex arsenico, timetur denudatio cutis post cutem, donec perforentur intestina. Et propter hoc oportet, vt sit i [inceptio] in administrando ea, quum scis, quòd vlcus iam corruptum est, & non tardatur vsque ad horam, in qua timetur, quòd accidat foramen propter dilatationem vlcerum,& profunditatem eorum.& scias quòd adeps caprarum bonum est super totum illud, quod aggregatur ad clysteria ex glutinatiuis, est enim succurrens,& sedans mordicationem, & k [portat] super locum ægritudinis velociter,& hoc etiam non est necessarium nisi in principio ægritudinis. Et quum peruenit ad saniem, indiges mūdificatiuis: deinde illis, quæ sunt fortiora. Et indiges l [si in duritiem lapidis conuertatur, pinguibus,& glutinatiuis,& separantibus] inter medicinam & ægritudinem. Et quum scieris quod vlcera sunt sordida, tunc mundifica ea cū eis, quę sūt sicut aqua mellis,& fortior illa est aqua salis,& aqua, in qua condiuntur oliuæ salitę,& decoctio piscium salitorum. Et necessariū est tibi in sanie, vt administres ea, quæ sunt sicut trochisci de arsenico proculdubio. quum pertransierit ęgritudo nouitatem,& nō prohibuerit ab eis prohibitor. Et scias clysteria pinguia, glutinatiua, sedant dolorem eius, qui habet ulcus in intestinis suis corrosiuum, sed nō sanant. m [et non cures in corrosione nisi de] medicinis conferentibus corrosioni, & sunt mundificatiua, abstersiua cum exsiccatione,& stypticitate, & ea, ex quibus fiunt trochisci. Et non oportet vt multiplicentur super ea glutinatiua,& pinguia,& separent inter ea, & inter corrosionem. Et valentia corrosioni quādoque lædunt,& dolorem faciunt, sed non respiciatur ad illud, Et scias quòd quando tu mūdificas cum clysteribus acutis, oportet vt facias sequi ea incarnatiua, assumpta ex stypticis, & glutinatiuis,& illud, quum scieris, quòd caro sana apparet. Et quando aggregantur febris, & debilitas,& corrosio,& fuerit caliditas. & non potest æger vti eis, quæ sunt sicut trochisci de arsenico solis, oportet vt dissoluantur in aquis fructuum stypticorum frigidorum, sicut agresta & sumach,& ribes,& granata,& rosa,& quę sunt illis similia: deinde exsiccentur, & n [multiplicetur [super eos illud,& administretur.& quandoque non est excusatio, quin misceantur hyusquiamum album, & opium cum eis: aut premittantur narcotica super ea, aut detur infirmo cibus o † [ ] laudabilis. & maior summa horum troch. est a media. drach. vsque ad drach. ii. Et quandoque est rectius, vt ponas in aquis eius infrigidantia styptica, & de eis sunt lentes, & p [cupulę] glandium, & illud adiuuat in hoc, vt accidat cortex.& ex eis, quæ fortem faciunt dolorem eius,& iuuamentum simul, est vt clysterizentur cum troch. de arsenico in aqua salsa, quum vehemens est grossitudo q [materiei.] & quandoque sufficit febricitantibus,& debilibus,& illis, quorum sensus fortis est,& nō tolerant acuta clysteria, hoc regimen. Incipiant,& clysterizentur cum aqua mellis: deinde post quattuor horas cum aqua salis: deinde detur eis in potu lutū cum aceto misto cum aqua: sanat enim eos. & ex regimine in capitulo clysteriorum est, ut clysterē fiat paulatim per uices, & quum dolor fit fortior, tunc succurre cum oleo ros. & clysteriza cum eo. Clysteria uero. quæ ad ministrantur in retētione sanguinis,& prohibitione fluxus eius, sūt alia,& sunt proxima clysteribus prohibitionis fluxus uentris. et quandoque fiunt eis troch. quia administrantur in r [eo per se,] & nos quidem dicamus nunc clysteria,& collyria, & troch. qui ingrediuntur in clysteribus. Ex clysteribus itaque leuibus in hoc, & in fluxus uentris calido est, vt fiat clystere cum aqua arnoglossę sola: aut cum aliquibus troch. quos dicā. et fiat clystere cum pane similagineo, azymo, trito in succo.& ex clysteribus leuibus est, ut sumantur aqua hordei,& oleum amygdalinū,& vitellus oui,& aqua rizi decocti cū adipe renum caprarū annualiū & colētur & s [proijciātur in luto sigillato.]& similiter decoctio rizi assati, decocti cū adipe caprarū,& quandoq; ponuntur cū eo ī ipso cortices granatorū & gallę. & similiter clystere aquæ sauich, et luti sigillati. et iterū clystere iuuatiuū. quū est caliditas uehemēs, succus rasurę cucurbitę, et portulacę et arnoglossę, et succus uirgę pastoris, et grana myrti, et lētes, a quibus aqua bis eiecta est. Aggrega hos succos, et cōmitte cū eis oleū ros. et cerusā et lutū armenum, et acaciā, et tutiā, et si indigueris opio, pone in eis secundum necessitatem, et dispositionem. Descriptio clysteris conuenientis excorticationi etiam. Recip. cortices amygdalarū et cortices t [phystici et] granatorū, et gallas, et sumach, et folia senticis. et radicem u [alientum] elixentur itaque cum vino, donec inspissentur, deinde colentur, et terantur aliqui trochisci clysteriorum, et ponantur in eo cū oleo myrtino. Collyriorū autē ad excoriationē, medicinarum matres sūt myrrha, et thus, et trocus, et sandaraca, et alumen, et storax, et castoreū, quū adest opiū, et lycion, et charta cōbusta, et sanguis drac. cornu ceruinū adustū, et chimolea, et luta, quę currunt cum ea, et climia, et merdasengi, et quę sunt similia illis. et quādoq; necessaria sunt attramenta, et x [arsenica.] Collyrium ad excoriationē, et tenasmonē, Myrrha, et crocus, et thus, et opium cōficiātur cū albumine oui. Aliud. sandaraca, storax, myrrha crocus, opiū, conficiantur cum aqua arnoglossæ, y † [ ] et quandoque fit ex huiusmodi medicinis † marā cum oleo ros.& cerusa, et administrantur super pānū et frustū cotti, et ponitur in ano, secūdū quòd ponitur in ipso tenta, z † [ ] ita ut æquetur illud, et a [mundificetur.] Troch. autem clysteriorum excorticationis sunt sicut troch. de arsenicis ad corrosionem, et troch. stellę. et oportet vt seruētur in vinatia uuæ, vt cōseruetur in eis uirtus, et trochisci de charta cōbusta. Descriptio troch. chartæ combustę ℥. x. arsenicorum adustorū, et corticum æris, et aluminis iameni et gallarū, et calcis. quæ non est tincta, omniū an. drac. xii. fiant ex eis trochisci cum succo arno-

g B. etiam cum calidicon & administra.

h —— B.

i B. festinatio.

k B. congelatur.

l B. ut alienes pinguia & glutinatiua & separātia.

m B. sed uere sanant illa quæ remouent corrosionem cum.

n B. reiteretur.

o † B. paucus.

p B. giefr.

q B. saniei.

r B. aquis eorū.

s B. proijciatur in eo lutum sigillatum.

t —— B.

u B. alienbut.

x B. uiride æris.

y † B Aliud opium castoreū gummi licium conficiatur cum succo arnoglossę † ceratum.

z † B. & quum imponitur in eo inuoluatur tenta uel suppositorium.

a B. remaneat.

noglossę, quorum unusquisque ponderet drac. iiij. & paruo ex eis administretur pondus drac. j. & magno troch. i. integer. Troch. alius. Rec. sumach & capita granatorum, & [b] [succutum] & balaustiarum, & grana agrestæ, & calcanthum, & colcotar, & [c] [æris] adusti, & antimonij omnium an. partem i. floris ęris partem s. fiāt ex eis troch. Troch. fortis. Rec. calcē, & alkali, & acaciam, & gallas, & arsenicum, & terantur cū aceto aliquib. diebus, & informentur troch. Et ex fortitudine eius quandoque sufficit, vt clysterizetur cum aqua arnoglossæ. Emplastra autem, & epithemata iuuatiua in hoc sunt emplastra prędicta in capitulo curationis fluxus ventris absolutè. Et iā expertum est epithema de troch. stellæ cum aqua myrti & contulit ei valde. Et quando non cessat dolor tunc sedeat infirmus in tina, in cuius aqua decocta sunt styptica nota cum aliquantulo anethi & fœnu. & altheæ. Et si fortior fiat sitis, & angustia in excoriatione cholerica, administra lac acetosum decoctū [d] [in] a qua sauich hordei, quæ vtraque infrigidata sint. Quod si dolor adeo fiat fortis, donec appropinquet syncopis, non erit excusatio narcoticorum. Et ante illud clysteriza cum adipe vaccino, cum aqua sauich hordei absque [e] [expulsione.] Et fortasse sedabitur dolor, & abscindetur ægritudo propter illud, quod accidit de ęquatione humidorū, & si non sedatur, cura cum eo, quod scis. Et si vis, clysteriza in huiusmodi hora cum hoc clysteri. sumatur aquę kisch hordei, & rizi, & adeps renum caprarū, & oleum rof. & gummi arabicum, & cerusa, & vitellum oui, conquassentur omnia in loco vno, & si uis pone in eo opium, & administra. & si fuerit excoriatio phlegmatica, tunc necessarium erit vt incipias in curatione eius cum eo, quod incidit & educit ipsum, & facit quiescere ab eo, & cibetur cum huiusmodi, donec sint cibi eius etiam pisces saliti, & synapis cum sicla & almuri, & alcauguamich. Et sint tincturæ e' ius ex eis, quę sunt sicut grana granatorum cū [f] [oleo] cum seminibus & synapi, & quæ incidunt. Et quandoque multiplicatur cibatio ex [g] [albusir] assato, quum iam sumpserit aliquid ex medicinis, quæ ad caliditatem decliues sunt, sicut alcanzi, & [h] [cardamomum] iuuatur cum eo. Et dixerunt quidam quod quidam habens vlcera intestinorum, iuuatus est cum [i] [electuario] quod omni die sumebat in potu cum [k] [uino,] deinde cibabatur [l] [albusir] assato, fecit illud aliquibus diebus [m] † [ ] & videtur ꝙ sit illud huius generis. Et iam dixerunt quod quidam homo fuit curans dysenteriam antecedentem, cura mortificante, aut sanante in die uno. Cibabat hominem pane cum cepe acuto, & minorabat potum eius in illo die, & clysterizabat eum in mane cum aqua salis acuta, deinde consequebatur illud cum clysteri medicinę fortis ex clysteribus incarnatiuis, & si tolerabat dolorem eius, cum quo curabatur, sanabatur, & si non, moriebatur. Et erant clysteria eorum ex huiusmodi clysteri. Recipe sampsuci, cymini carmeni, salis, foliorum ademest humidorum, [n] † [ ] meliloti, omnium an. unc. i. & olei kist. ii. decoquantur in oleo donec consumatur tertia, & coletur, & administretur illud oleum clysterizādo. Et iterum confert eis clystere cum decoctione rizi. & quandoque ponuntur in ea pisces saliti. Ceratum dictum ī hac specie ægritudinis. Recipe carnis dactylorum pondus lib. ij. & s. masticis vnc. j. [o] [& s.] & [p] [anethi] humidi vnc. [q] [vj.] & aloes vnc. j. & cerę vnc. x. & [r] [olei rutacei] & olei rof. quantum sufficit, & quandoque ponitur in ipso semen nasturtij, propriè quando sentitur [s] † [ ] phlegma uitreum. Excoriationi autem melancholicæ post regimen melancholiæ, & splenis, secundum quod diximus in loco ante hunc, & post rectificationem regiminis, confert suffuf de luto, & conferunt ei clysteria de rizi, & sint in eis species aromaticæ, & semina calida, lenia, & [t] [semina] styptica. Et ponantur in eis oleum rof. & vitellus oui, & eorum cibi sint, a quibus bonus generatur sanguis. Et quum fuerit ulcus malignum, non erit excusatio quin fiat clystere cum aqua salis gemmæ, deinde sequaris ipsum, si indiges eo, cum illo quod tam ualde mundificat donec appareat caro munda, deinde cura cum clysterib. incarnatiuis. & clysteria lenia ad hoc sunt sicut clystere, ī quo ponūtur spinę ægyptiacę partes iiij. ellebori nigri partes ij. decoquantur cū aqua, & sale gemma. Quod si illud nō confert, tunc administrentur troch. de arsenico. Excoriatio autem, quæ fit ex fæce, curatur cum eo, quod lenit naturam, & sint in eo lenitas, & unctuositas, & glutinatio, & lubricitas, & præmittatur ante cibum sicut vitellus oui sorbilis, & sicut ius galli decrepiti, & sicut iura & [u] [alesfidabegi] facta ex pullis [x] [facilib.] impinguatis. & administrentur clysteria lenitiua ex succis glutinatiuis, lubricatiuis simul cū oleo rof. & uitello oui, & similibus. & quandoque confert, quum prolongatur hæc excoriatio, ut sumantur semen lini, & psyllij semen, & semen altheæ, accipiatur mucillago eorum, & detur in potu ante cibum. Ipsa enim aggregat ad lubricitatem sedationem doloris, & glutinationem. et sumere pruna ante cibum, quandoque remouet hoc accidens. Excoriationi uero factæ successione potus medicinę conferunt medicinę [y] [singulares glutinatiuæ] prædictæ. et cōferunt ei dragagāthum assatum, de quo bibantur in lacte acetoso drach. iii. et s. et quod est supra. et confert ei ualde, ut fiat clystere cum butyro uaccino recenti bono, et quandoque ponitur in ipso aliquid de sanguine dracon. et quandoque confert ius uentrium [z] † [ ] in aliqua excoriatione cholerica, et non est medicina [a] [omnium.]

b B. suffertun. c B. plumbi. d B. & e B. prætermissione. f B. passulis. g B. albesser. h B. trium piperon. i B. glausir. k B. gumma rute. l B. albesser. m † B. & sanatus est. n † B. anethi ru

o B. Alia litera. p B. aluminis. q B. vij. r B. & uini. s † B. frigus &. t B. infrigidantia. u B. alsidbegi. x B. teneris. y B. frigidæ. z † B. uaccarum. a B. completa.

ANNOTATIONES.

De dysenteria propriè nuncupata agit, pro qua uide Paulum lib. 3. Trallianum lib. 8. Galenum 9. de comp. med. per loca. Hic primum animaduertendum est: Author noster, auferendæ causæ idest materiæ gratia, quæ dysenteriam parit, purgationem suadet. eam uero ijs faciendam ait, quæ ulceri non obsint. commendatque huius rei gratia myrobolanos. Dubitarit ergo quispiam, primum an in dysenteria opportuna alui solutio sit. itemque an myrobolani in eo casu conueniant, Certe, quod nullo pacto purgatione utendum sit, communi Auicennæ præcepto statuendum uidetur, qui

Cap. 42. Cap. 4. Cap. 7.

qui lib. 1. Fen. 4. uentris solutionem super eiusdem solutionẽ timorosam esse docuit. Quod uero etiam si purgandum sit, myrobalani euitandi essent, eo probari uidetur, quod exaspe rant. Sed breuibus, & purgatio educendæ causæ gratia cõ uenit, & proprie mirobalani in eum usum commodissime ue niunt. Et si enim (quod & supra diximus) fluxus alui, ut fluxus est, non solutionem, sed astrictionem postulat, habita tamen causæ ratione, si modo ea acrium est humorum re dundantia, purgare licet, cum timore tamen, ut hic ait, & præmeditatione. Quare, etsi timore non uacat, tentari tamẽ potest in hoc casu auferendæ morbificæ causæ gratia. præsertim cum myrobalanis, qui, etsi seorsum mordicant, admi sti tamen dragacantho non mordicant, sed præterquam quod prauam & morbosam materiam educunt, etiam sui siccita te & astrictione ulcerationi maxime sunt opportuni. Hoc pacto & Gal. quum corna 7. de simpl. med. fac. damnet, ut cap. de cornis. nimis acerba, quæ mollem carnem nimis astringant, eadem tamen lib. 11. ad dysentericos & corna & rhu ouis permi- cap. de ouis. sta concedit. Sed aliud scribit author noster, ijs uerbis. [Quod si tibi possibile est, ut prohibeas &c.] de quo rursum licet dubitare. nempe ieiunium probat per biduũ, si modo queat abstinere. At Gal. 2. de rat. uict. in ac. ex inedia repleri ua- cóm. 45. rijs & acribus excrementis uentrem testatur, nempe ob cõ ceptam in calore innato acrimoniam. Sane, etsi & ob inediam naturalis caliditas acrior redditur, & acriores corporis humores euadunt, eadem tamen etiam corpus siccat & aluum sistit. quod confirmat Hipp. 2. de diæta. semel, ait, in die cibum capere, attenuat, & siccat, & aluum sistit. propterea quod per animæ caliditatem humiditas ex uentre & carne consumitur. Quamobrem, fatemur acriores in uentre humores reddi, at ij tamen in ipso uentriculo ob alimentorum penuriam fortasse retinentur, neque permittuntur, ut exeant, proptereaq; inedia in hoc casu ulceratis intestinis confert, dum acres humores ab ijs ad alias partes auertit. Aliud proponit Auic. quod difficile est, quum ait, Et quandoque iuuantur ualde ex piscibus assatis, &c. Cõ mendat assata ad dysentericos. At contra Galen. .de rat. com. 102. uict. in acut. ambusta bilem parere, & sui acrimonia uentrẽ mordere testatur, ut propterea fluxiones a toto corpore cau sæ fiant. Profecto est hic locus paulo difficilior, neque ab ul lo antea (quod uiderim) animaduersus, quam a Francisco Modegnano Laudensi, insigni nostri temporis medico & philosopho. ex quo uulgatus medicorum usus damnari uidetur, qui promiscuè non assata solum omnia dysentericis offerunt, sed rhabarbarum quoque torrefactum, & id genus alia, quæ omnia ignis ui euadere longe acriora certum est. Verum paucis, pro Auicenna, qui assatos pisces exhibet, di cendum uidetur. Etsi pisces ex assatione paulo acriorem, aut potius sicciorem naturam concipiunt, adeo tamen ab eorum humiditate & frigiditate ignis acrimonia obtundi tur, ut nihil de intestinorum morsu uerendum sit. Quin, quũ suapte natura molliendæ alui non paruam uim habeant, ob pinguem quendam ijs innatum humorem, effluit ex assatione, quod pinguis inerat, ut ipsi sicciori substantia comparata, sui mollitie ulcerationi conferant, non obsint. At de cæteris torrefactis & calidis natura carnibus, alia est ratio, eæ enim quum solidiori substantia constent, ubi ignis acrimoniam admiserint, eam pertinacius seruant, exercẽtq; præsertim, si eæ, quum solidiores sint, etiam pinguiores fuerint, quales suillæ de quibus sermo est Hippocrati & Gale no loco antea citato. At obijciet rursum aliquis Auicennam statim & oryzam torrefactam consulere, quam, quia solidiori substantia constat, certum est, pertinacius ignis acrimoniam esse seruaturam. Sed etsi torrefiat oryza, ipsa ta men postmodum in aqua elixatur, ut aquæ ui acrem omnẽ facultatem deponat. Ita uero & de torrefacto rhabarbaro, quo medici utuntur, sentiendum uidetur. Quamuis enim ip sum præter innatam acrimoniam, maiorem etiam acredinẽ ex igne suscipiat, euadit tamen siccius, & ulceri curando aptius, ipsa uero acrimonia eiusdem torrefacti maceratione in aqua uel plantaginis uel oxalidis a peritis obtunditur, ut iuuet, neque obsit. Cęterum ambiget rursum quispiam, quid sit, cur author noster, dum de assatis piscibus agit, eos potius frigidos, quam calidos non proponat, ut concepta ex ca lore acrimonia, quantacunque illa sit, antea euanescat? Sed quanquam cum calore maior esse acrimonia solet, quam cũ frigore, proptereaq; dysentericis frigida potius actu omnia, quam calida conueniunt, inest tamen piscibus aliud pe culiare, cuius gratia, non dysentericis solum, sed omnibus assati frigidi prohibentur, strangulare enim hi sæpe solent, unde & ab Auicenna lib. 4. Fen 6. tract. 2. inter uenena cap. 10. recensentur.

De cura fluxus uentris facti propter cibos. Cap. 8.

CVra nota ad istos est, ut [a] † [ ] a† B. Alia litera non.
prohibeatur descensio eius dum non acci
dit cholerica, fortis, superflua, sed si fuerit ex b B. minoretur ille.
multitudine cibi, [b] [fiat illud,] & administre-
tur fames post illud. et quando descenderit, su-
mat aliquod ex robub stypticis. Et si acciderit
debilitas, sumat alcanzi, aut suffuf. de granatis.
Et si sentitur debilitas in stomacho, cum eo, quod
accidit de multiplicatione (& significat illud
id, quod accidit de rugitu, & [c] [uentositate] su c B. inflatione
mat balaustiarum & thuris, & ammeos partes
æquales, & conficiantur cum [d] [passis tritis, cũ d B. zibib tritis cum suis arilis.
suis interioribus] & comedat ex eo omni ma
ne quantitatem nucis. Et iterum sumat medica
men de acoro & [e] [alcamerzech] dictum in an e B. alchermazech vel alchermazegi.
tidotario. In facto autem ex corruptione cibo-
rum in seipsis, aut in [f] [eo,] aut qualitatibus ma f B. hora ipsorum.
lis in eis, aut uelocitate [g] [administrationis e- g B. Alia litera. accelerationis.
ius] in eis, oportet ut sumat post eos cibos bo
ni chymi [h] † [ ] & h † B. styptici.
curetur impressio remanens ex calore & frigo
re cum eo, quod scis ex electuarijs [i] † [i † B. stypticis.
] frigidis aut calidis. Et si fuerit causa
uiscositas eorum, & lubricitas ipsorum, [k] † [k † B. aliena ipsa &
] conuerte eos ad illud, in quo
cum lenitate est stypticitas. Frigus autem corũ
& caliditas ipsorum sunt secundum quod eis
conuenit. Et si causa fuerit præmissio lubrican-
tis, præmittat stypticum, et si causa fuerit po-
stremitas eius uelociter fit digestio [l] [apud regi l B. permutet regimen &
men tunc] sumat spodium [m] [& aliquid de] m B. cũ aliquibus.
robub, ut rectificetur stomachus ab impressio
ne eius, cuius alteratio nocuit ipsum. Nam se-
cundum plurimum accidit calefactio: [n] † [n † B. eius.
] & si faciat accidere raro frigi-
ditatem propter acetositatem cibi, in quibusdã
dispositionib. huiusmodi regimen, sumat spo-
dium cum alcanzi. Et si causa fuerit paucitas
cibi, aut subtilitas substantiæ eius, cibetur post
ipsum carnibus grossis mosusat, & conditis cũ
stypticis, & cum aceto præparatis, & piscibus sa-
litis [o] † [ ] & similibus. o † B. præparatis cum aceto & origano.
[p] † [ ] Quod si timeatur debilitas dige- p † B. quantitate moderata.
stionis cum hoc, cum seminibus condiantur.

ANNOTATIONES.

De diarrhea ex cruditatibus agit atque hæc, ut 3. de cap. 1. sympt. caus. legere est, fit, quum uentriculus uel uitioso ali mento,

mento, vel multitudine grauatur. Quamobrem, quum duplex in primis uerbis lectio habeatur, antiqua, quæ legit, [Cura nota ad istos, est ut prohibeatur descensio eius] altera Bellunensis, negatiue. [Cura nota ad istos, est ut non prohibeatur &c.] probanda posterior uidetur, non prior. Cap. 5. *emulatur enim Gal. 8. meth. ubi in diarrhœa ex cruditate, si aluus laxa fuerit, minus ait esse noxium, sin astringitur esse grauem. propterea prohibenda non est descensio, neque sistenda aluus, [dum non accidit cholerica passio fortis. superflua] nisi uidelicet fluxio immoderatior euaserit cum uirium lapsu, aut in choleram morbum defecerit.*

De cura fluxus cerebralis. Cap. 9.

OPortet, vt habens eum omnino non dormiat super collum. Et quando excitatur a somno, est ei necessarium vt vtatur vomitu, quatenus egrediatur humor [a] [grossus] effusus ad stomachum ex capite, faciens fluxum, & vt administretur illud, quod diximus in capitulo catarrhi, de rasione capitis, & fricatione eius, cũ rebus asperis, & ex vaporationibus capitis, & administratione rubificantium, & cauterizantium super ipsum, & ex confortatione eius et rectificatione cõplexionis eius Et quandoque necessarium est cauterium, & nõ oportet ut administretur retentio eius a stomacho cũ medicinis stypticis, & magnificetur timor: imò oportet vt extrahatur illud, quod de eo aggregatur superius, per vomitũ, & illud, quod descendit, ex via intestinorum, & si non cum alio saltem cum clysteribus, & restringatur illud, quod de eo descendit ad ventrem, non cũ illo, quod constipat: quare [b] [sedeat] materia in ventre: imò cum eo, quod est simile illi, quo retinetur ex pectore; ex eis, quę diximus in suo capitulo, & cum eo, quod docuimus te in capitulo curæ catarrhi, ex abscissione causarum facientium catarrhum, & rectificatione earum.

a B. Alia litera.

b B. retineatur.

ANNOTATIONES.

Vbi ex catarrho alui fluxio cepit, curatio a catarrho inchoanda est. Iubet propterea ne dormientes supra collum cubent, hoc est, ne vel supino corpore, uel depresso capite decumbant. cuius rei ratio est, non quòd facilius ex malo eo decubitu humores in uentrem fluant, contra enim potius, quum recto capite & recto corpore stamus, facilius a capite ad uentriculum sui grauitate illabi uidentur, sed, ut arbitramur, ne in caput maior uaporum & humorũ copia influat, & catarrhus maior excitetur. Addit uerò excitandum a somno esse uomitum. qua in re cubitatio est. nempe uomitum lib. de sect. uenæ aduersus Erasistr. caput replere asserit Gal. quo fit, ut uomitione diarrhœæ causa souleatur potius quàm auferatur. Verum, esto quòd uomitus frequentior & uiolentior caput repleat, idem tamen dupli ci ratione in diarrhœa ex cruditate opportunus uidetur: altera, quòd dum pituitam e uentriculo educit, fluxus causam simul excernit: altera quòd reuellendi, & coibendæ fluxionis uim habet. At obijcies, ubi pituita ex cerebro effluens diarrhœæ causa est, uomitum non iuuare, quum pituita uomitione reijci non nisi difficulter possit. Sed actũ de hac re alibi est. Quod autem ad hunc locum pertinet, dicimus pituitam, quæ in uentre est, non esse uomitione, sed purganti medicamento reddendam. At si in uentriculo est, commodissime educitur.

De cura fluxus oppilatiui. Cap. 10.

FLuxus oppilatiui plurimum fit cum periodis, siue sit a corpore toto: aut fiat ab oppilatione in hepate: aut inter hepar, & intestina. De errore igitur est, vt cadat additio in oppilatione per styptica, imò oportet ut iuuetur, quod expellitur ab oppilatione, cum euacuatione. Quumque euacuantur viæ ab eo.[a] [misceantur] medicinæ aperitiuæ [b] [oppilationum,] vt aperiant eas. Et quandoque necessarium est in aperiendo oppilationes, solutiuum fortiter attrahens materias grossas generantes oppilationem, & clysteria fortis apertionis, & attractionis. Et vomitus est ex rebus magis iuuatiuis ad illud: quando cadit [c] [ex obuiatione ipsius,] quemadmodum testatur Hipp. & rectius quidem est habenti hanc ægritudinem vt comedat cibum suum in pluribus uicibus non in vice vna,[d] [imò in omni hora] quantitatẽ, quæ pertinet ei de cibo suo: deinde oportet vt partiatur; deinde oportet vt consequi facias cibum suum illud, quod adiuuat ad penetrandum cum velocitate, & aperiat oppilationem cibo. & melius [e] [illo toto] apud Galenum est diacalamentum, & detur de eo ante cibum vsque ad aureum vnum. Et quũ digeritur cibus, detur etiam de eo quantitas drach. s. Et vinum vetus, forte, subtile, paucum, est bonum valde, quũ administratur post cibum. & theriaca res est magis iuuatiua ad illud, & quando rectificatur digestio cibi, balneetur. Fricatio autem oportet vt non ab ipso separetur ante cibum ipsum & post ipsum. Et quando debilitatur,[f] † [[illegible]] indiget fricatione vehementi cum panno aspero dorsi, & ventris. & quandoque necessarium est, vt liniatur corpus eius pice, & medicinis rubificantibus. Oppilationũ verò apertionem iam sciuisti, & oportet vt nõ [g] [soluatur æger iste a fricatione.] nam quum tu curaueris eum & aperieris oppilationes, & [h] [resolueris] humores oppilatiuos, penetrabit cibus ad corpus eius, & non accidet diarrhœa post illud, & confortabitur corpus eius.

a B. pertrãseant.
b B. ad oppilationes.
c B. sponte sua.
d B. & comedat qualibet vice.
e B. illis omnibus.
f † B. corpus.
g B. prohibeat te macredo iafic mi ab hoc.
h B. euacueris.

ANNOTATIONES.

Si ex obstructione uel iecoris uel mesaræi, aluus fluat, de qua re supra egit, primus curationis scopus obstructionis est ablatio. Fit hæc materiæ obstructionẽ facientis attenuatione, abstersiõe, & euacuatione. At unde nã inchoãda curatio est? attenuandum est, & abstergendum, an euacuãdum est prius? Satis facit Gal. 8. meth. & 11. quibus sanè locis docet, si ante multitudinis imminutionem apertioni studeas, fore, ut non solùm nihil proficias, sed maiorem affectum reddas. Quare iure author noster adiuuandum ait ab oppilatione cum euacuatione. Cap. 4. Cap. 10.

De cura fluxus liquefactiui. Cap. 11.

IN eis, quę sũt sicut hectica, & phthisis, & quę hac uia incedunt, non speratur ut curetur, nisi sicut speratur in curatione causę eius. In eo autem, qui est infra illud, curetur corpus cũ infrigidatiuis humectãtibus, & acribus, & embrochis secundum illud. Et extinguatur cum eis, quæ sunt, sicut trochisci de spodio, & trochi-

chiſci de camphora,& cum epithematibus , & emplaſtris infrigidatis ſuper cor,& pectus , & hepar . Et ſint cibi eius ex carnibus leuibus, [a] [hulumet,& infrigidatis,& muſuſat,& caro piſcium & ſucabegi] cũ aceto,& panis ſimilagineus bene confectus , & fermentatus . Et panis quum aſſatur.[b] [Et] quandoque fit ex eo ſorbitio permixta cum gummi [c] † [ ] Et ſimiliter cibus, [d] [qui fit de acetoſa] & ſimilibus . Et non retineatur expulſio vice vna , imò retineatur gradatim cum huiuſmodi curationibus, & cum trochiſcis de ſpodio reſtrictiuis propriè,& cum troch.ſecundum hunc modũ. Reci. lutum armenum,& ſpodiũ,& caſtaneas, & ſemen acetoſæ excorticatum , & almirberis,& roſis,& gummi aſſatum,& cancros aduſtos:terantur omnia , & cõficiantur cum aqua cydoniorum.

a B. preparatis in ſapore, vel cibario dicto helã, & p̃paratis in cibario dicto moſus , & caro piſcium præparata in cibario dicto ſechbagi.

b——B.

c † B.& amidi.

d B. Alia litera. qui fit de acetoſis.

A N N O T A T I O N E S.

Colliquatiui fluxus intemperiem calidiorem ſequuntur.ut 10.meth.legere eſt,veluti in phthiſi,hectica febre, & peſtiferis febribus, quæ noſtra tempeſtate ſæpe uagantur,uidere licet. In his exſiccantia uſu ueniunt, non humectantia,ſumpta & ex putredine,& ex fluore indicatione Auic. tamen hoc loco generatim frigidis & humidis curandum corpus admonet,ut caliditatem oppugnet,cui ſiccitas perpetuo ſuccedit .

Cap.vlt.

De cura fluxus facti a ſpiſſitudine cutis .
Cap. 12.

IAm innuimus ad [ſigna] eius,vbi docuimus regimen attractionis materiarum repletionalium ad exteriora corporis.Et melius quidẽ eſt,vt extrahantur humores per phlebotomiam & fluxum ventris pertinentem,a quo iam expediti ſumus , & adminiſtrentur balnea cum aquis aperitiuis , & ſunt illa , in quibus decocta ſunt aperitiua , & cum lauatiuis:aperitiuis , & mundificatiuis.Et multoties utantur tinis ictericiæ.[b] [Et] fuerit ſpiſſitudo vehemens, [c] † [ ] adminiſtretur fricatio cum pannis lineis aſperis,& cum villis,donec rubeat cutis : deinde effundatur ſuper eam aqua calida , & aquæ, in quibus eſt uirtus aperitiua, eorum, quæ diximus .

a B. curam.

b B Alia litera. quum.

c † B. &.

A N N O T A T I O N E S.

Scripſit de hac re Gal.8.meth. nec non 3. de tuenda ualet.

Cap.10.Cap.4.

De cura cholericæ paſſionis . Cap. 13.

CHolerica paſſio habet regimen in principio,quum mouetur,& regimen in medio ſui motus , & regimen apud commotionem ſuam malam & inobedientiam ſuam malitioſam, & motionem accidentium ſuorum timoroſorum. Quum apparent ſigna cholericę paſſionis,& incipit eructuatio alterari a diſpoſitione ſua,& ſentitur in ſtomacho grauitas , & in inteſtinis punctura,& [a] [quando eſt cum ea nauſea,] tunc oportet,vt non ſumat ſuper illud aliquid omnino,neque poſt illud,niſi cum timetur caſus virtutis,tũc enim rege cum eo,quod dicemus.Primum igitur. quod oportet fieri, eſt vt,expulſio fiat per vomitum,ſi fuerit cibus adhuc proximus ſuperioribus,& ſi non fuerit ita,conſequenter adhibeatur aliquid,quod ipſum deponat ex eis,quæ leniunt naturam & [b] [ſit illud,quod facit vomitum,lenificatiuum] cum menſura,quę extrahat illam [c] [quantitatem præter quòd extrahat illam ſuperfluitatẽ] ſuper illud , aut rem extraneam ab ea.& oportet ut expellant cum eo , in quo non ſunt duę malitiæ,mollificatio ſtomachi,& debilitas virtutum eius , ſicut in oleo ſiſamino , & oleo de oliuis,& aqua calida,neque cum illo,in quo eſt [d] [glutinatio,] quum ipſi indigeant contrario [e] [glutinationis] ſicut aqua mellis, & ſyrupus acetoſus dulcis cum aqua calida , [f] non] propter neceſſitatem:imò cum eo, quod eſt ſicut aqua calida ſola, aut cum pauco baurach:aut cũ ſale naphtico;aut aqua calida cum cymino pauco,& ſimiliter ſi uomuerint p ſeipſos, & acciderit eis ſubuerſio nõ obediens,& nocet eis per illud etiam,tunc illic oportet ut curetur. Hipp. enim dixit,quòd uomitus quandoque prohibetur uomitu,& fluxus quandoque prohibetur fluxu,& uomitus phibetur fluxu , et fluxus prohibetur uomitu , & eorum fluxus , oportet fiat cũ ſuppoſitorio leni ex tereniabin & zuccaro, & ſale:aut clyſteri leui ex aqua ſiclæ quantitate lx.drach.& baurach pauci ſuper eã, quantitate aur. i.& zuccari rubei.quantitate ʒ.x. & olei roſati,et ſiſamini quantitate.drach.vii. aut cũ aliquo, quod bibatur, ſicut cyminũ,ipſum enim eſt iuuatiuum in hoc ualde. Quum ergo ſciueris , quod materię in corpore cholericæ ſunt commouentes eam (nam ipſæ quandoque sũt de adiuuantibus ad hoc , ut accidat cholerica paſſio,) & non eſt timor totus ex cibo,non inuenis excuſationem quin infrigides ſtomachũ tunc exterius cum eo,quod infrigidat,& ſi nõ cum alia,ſaltem cum niue,poſt adiutorium eius ad uomitum,ſi declinat ad illud cum menſura tolerabili, & in illa infrigidatione eſt ſedatio ſitis.ſi fuerit. Quum ergo ſuperabundat uomitus,ex eis,quæ retinent ipſum,eſt infrigidatio ſtomachi cum huiuſmodi, & ponere uentoſas ſuper uentrem abſque inciſione,& ſi fuerit frigidum,infrigidans ex ſuccis fructuũ , erit etiam magis iuuatiuum.& ſi miſceantur cũ eo ſandali,& camphora,& roſæ , & liniatur cũ eis almirach erit iuuatiuum.& quandoque neceſſarium eſt ſtringere extremitates , & ſi non fuerit caliditas fortis, curetur cum medicamine de luto [g] [aneſiburni] dicto in antidotario. Amplius oportet vt conſideres illud,quod egreditur,dum enim perſeuerat exeundo chylus,& aliquid homogeneum ei, & cibus , non conceditur eius retentio omnino aliquo modorum. In ipſo .n.eſt timor magnus. Quũque alteratur ab illo,alteratione fortaſſe [h] [fœda.] neceſſaria eſt eius retentio.& [i] [ſimilite]quum illud qđ egreditur , eſt res curathia uiſcoſa,aut cholerica,aut alia ex eis,quę debilitant corpus & imprimunt in pulſu,& faciunt eum frequẽtem [k] † [ ] ſecundum æqualitatem & [l] [deſcẽdentem.] & faciunt apparere in corpore ſicut extenuationem,& in mirach, ſicut ſpaſmum

a B. Alia litera. quãq. eſt cum ea nauſea quare.

b B. ſint vomitiua & lenificãtia.

c B. ſuperfluitatem abſq; q̃ extrahat ſuperfluẽ. Alia litera. abſq; q̃ extrahat ſuperfluitatem aliã ſuper illam.

d B. Alia litera nutricatio. Alia litera. virtus nauſeatiua.

e B. nutricationis. Alia litera. nauſeationis.

f B. niſi.

g B. alniſaburi

h B. mala, vel ſuperflua, vel nocente.

i B. illud.

k † B. non.

l B. profundum.

mum. Et fortasse accidunt sicut sitis, & febris, & significāt quòd solutio uentris permutatur ad sanitatem. Et oportet vt adiuuetur in retentione eius cum robub stypticis. Et quandoque condiuntur cum eo, quod est sicut menta. & si euomerint ea, reiterētur super eos, & dentur eis paulatim, & non oportet vt cessetur a dando in potu medicinas m [restrictiuas,] & robub styptica n [secūdum uirtutem] corū, imò oportet vt iterentur super eos, & fiat permutatio de una medicina ad aliam, & sint omnes o [stomachicæ,] & aqua ros. calefacta confortat stomachos eorum & p [calefacit, & prohibet ex] ęgritudinibus eorum. & ista robub oportet vt non sint acetositatis talis, quæ mordicet stomachum etiam, & sint adiuuantia ad materiam: imò si est cum eis aliquid ex hoc, frangatur cum re, quæ non sit de genere eius, quod soluit, aut vomere faciat: acetosa quidem q [cōuenientia sunt] in excorationem. Et similiter ea, quę sunt uehemētis frigiditatis ex eis, quę bibuntur actu, & quandoque non conueniunt eis r [per hoc, quod percutiunt stomachum.] Et plurimi, quibus ista conueniunt, sunt illi, qui sunt cholerici: quare oportet ut experiatur dispositio, qua recipiunt ea. Et syrupus factus de menta cum aqua granatorum expressorum cūm pulpa sua, cum aliquātulo mentę est bonus eis, prohibens vomitum eorum & similiter aqua granatorum acetosorum. Et quandoque ponitur in ipso aliquid de luto aromatizato, quod comeditur, & quum plurimi eorū bibunt aquam calidam fortiter, expāditur virtus eius ad uenas, & redeunt materiæ expansæ, ad uenas. Et oportet ut uaces etiam ad uaporationes, & unctiones ex oleis, in quibus sunt cōfortatio, & stypticitas, & calefactio subtilis sub hypochondria: sicut oleo de nereiden, & de lilio, narcissino, & oleum ros. etiam, & oleum, in quo bullita est mastix, est inunctio bona eis propriè, cuius cholerica passio est a cibis grossis. Iuncturæ verò & lacerti inungātur cum eis, quæ sunt sicut oleum ros. aromatizatum, & sicut oleum viol. cum cera pauca. Et in hyeme cum oleo de nereiden cum cera pauca. et emplastrentur stomachi eorum cum emplastris stypticis infrigidatiuis vehementis stypticitatis, & sit in eis aromaticitas ex eis, quæ sciuisti, et quum necessarium facit timor, ut prohibeas cholericam passionem, & non euacuata sunt omnia, quæ oportuit euacuari de cibo corrupto, & humore malo: s [deinde commouet,] tunc oportet vt t [cibes] eum adhuc cum cibis frangentibus ipsum: deinde euacues cum post aliquot dies cum eo quod soluit ipsum. Quū ergo senserit, quòd causa tota non est ex cibo, sed est illic u [sicut fortitudo frigoris] stomachi, preparabis in retinendo vomitum eorum postquām uomitu expulerit quantitatem, quā oportuit expelli, cum syrupo de menta permisto cum miua pauca, aut cum uirtute xyloaloes, & fac ut sint emplastra eorum decliuiora ad calefactionem, & fac ut illi super quod dormiunt ex cibo, permista sit virtus pullorum columbarum. Et sint cum eis species x † [ ] secundum quantitatem, quam existimas, & panis infusus in y [passo] etiam. Quum

m B. stypticitas

n B. propter causam vomitus.

o B. Alia litera. pigentes.

p B. confert.

q B. faciunt cadere.

r B. Alia litera. quib. est stomachus vacuus.

s B. cōmouente vel furioso.

t B. temperes.

u B. Alia litera. coadiutoriū ex frigore.

x † B. aromaticæ.

y B. vino.

quę feceris habentibus hoc accidens ex potatione, & emplastratione illud, quod diximus. tūc necessarium erit vt ingenium inuenias in faciendo eos dormire super lectos stratos z [pannis, cū canticis somniferis et cantilenis, & cunis, & pressione] leui, secundum quam dormiant super eam, & cum eis, quę diximus in faciendo dormire illos, super quos dominantur uigilię. & oportet ut sit locus eorum locus, in quo nō sit lumen plurimum, neque frigus. Frigus nanque expellit humores eorum ad interiora, & necessitas ad trahendum eos ad exteriora est necessaria. Quòd si pulsus incipit minorari: & uideris aliquid de impressione spasmi, & singultus, incipies, & dabis eis in potu aliquid de uino dulci odorifero, in quo est stypticitas, cum aqua cydoniorū. & tortellis, aut medullam panis similaginei calidi, quantum possibile est. et si necessarium est quod sit fortius illo, accipiatur caro plurima ex carne molli, & tenera, quę sit ex carne auium, & arietum, & incidatur, & ponatur sicut est in vase, & decoquatur quousque emittat aquositatem suam, & forsitan ad se redire eam faciet: deinde exprimatur fortiter, post decoquatur illud, quod expressū est ex ea, paulatim & fiat acetosum cum aliquo fructuū infrigidantium, & meliores eis sunt granata, & cydonia Et sunt ex hominibus, qui ponunt cum eo aliquid occultum ex uino, et sorbent: & si digitis soluatur in eo panis paucus, non erit in eo malum; deinde dormiant super illud. et non est malum eis vti vua pensili, de qua tempus accepit, quum appetunt eam et sumere ex ea parum, masticando grana eius bene. Quod si non retineatur in stomachis eorum aliquid de hoc, et alijs. et declinant ad uomendū tunc pone super inferiora ventrium eorū ventosas magnas apud vmbilicum sine incisione. Quod si non steterint super ipsum, tunc super illud, quod est inter vtrasque spatulas decliues ad inferiora. & si possibile fuerit, vt sic dormiat erit rectum, & si fuerit a [magis decliue ipsum] ad inferiora, liga quòd est sub ascellis, & adiutoria eius, et fac eum dormire, si possibile est, et quum excitat ipsum dolor ventosarum, aut initita, tunc reitera ea ambo super ipsum, et nō alteres ea ambo, vsquequo sis securus, vt incipiat cibus discedere a vomitu. aut sedatur motu, descensionis in fluxu uentris, tunc enim solue quodcunque fuerit amborum paulatim. Si autem non recipiat aliquid, immo fluxu uentris educat ipsum, tunc aggrega in cibatione eius inter styptica, et inter ea, in quibus est stupefactio aliqua, sicut amylum assatum, quod ponatur in decoctione b † [ ] papaueris et ponatur super ipsum galia, c † [ ] et non ponas in ipsa dulcedinem. Dulcedo enim quandoque fit causa ad abhorrendum et lenitatis, et fluxus, et solutionis naturæ. Quum ergo dederis ei huiusmodi, fac ipsum dormire de super. Quod si fuerit illic vomitus, consequenter adhibeas ei cochlearium i. de syrupo mentæ, aut rob eius. et si fuerit fluxus uentris, premitte super ipsum suctionem a quę cydoniorum stypticorum alzarur. et pirorum alsceni, et malorum alsceni muzorum, et algobeira. Sitis autem eorum frāgitur cum eis,

quæ

z B cū ingenijs facientibus dormire, & cum canticis, vel cantilenis & alaragiha, & cōpressione.

a B. ipsa declinatio.

b B. corticum.

c † B. muschata

quæ ſunt ſicut ſauich hordei, aut ſauich malorum cum aqua granatorum. Et oportet, vt nõ ſeparentur ab eis odores confortatiui, & [d][reſtaurentur] ſuper eos, & omne quod mouet in eis ſubuerſionem animæ, permutetur ad aliud. Et quandoque abhorrent quidam eorum odorem panis, & quandoque delectantur eo quidam eorum. Et quandoque abhorrent quidam eorum odorem iuris, & quandoque delectantur eo quidam eorum. Et ſimiliter vinum & ſimiliter ſuffumigationes. Fructuũ autem odorem plures eorum recipiũt. Et oportet, vt non cibentur aliquo, dum non verificatur eorum fames. Quòd ſi famem patiantur ante mũdificationem, non cibentur. imò mittantur in balneum, & fundatur ſuper capita eorum aqua tepida, & exeant, & non morentur. Si autẽ appareat ſpaſmus, adminiſtra ſuper iuncturas cerata lenia, calida, profundantia, ſitque in hyeme cum oleo de nereiden & de lilio, & in æſtate cum oleo roſ. & viol. Et ſimiliter proijce ſuper eum pannum infuſum in oleis humectantibus lenitiuis, & in oleo de oliuis, Et oportet vt intentio ſit in mãdibulis, & inceſſanter [e][cũ mento, & lacerto mouente genas] inferiores ad ſuperiora cum ceratis. Et iterum quũ quieſcit [f][inflãmatio] cholericæ paſſionis, & dormiunt, & excitantur, da eis in potu aliquid de robub, & fac eos ingredi balneum cum facilitate, & non multiplicent moram in eo: imò quantitate, qua fumant de humiditate balnei: deinde extrahe eos & [g][cooperi ipſos,] & ciba eos cibo pauco leui, boni chymi, & [h][calefac] eos & non dimittas eos plurimum bibere [i][valde,] & ſeparent inter aquam & uinum [k][ſi ſumpſerint] ſtyptica ſuper cibum. Et præpara poſt illud in confortando ſtomachos eorum cum eis quæ ſunt ſicut troch. de roſ. parui & magni & ſicut geleniabin, & ſpodium, & cum eis quæ ſunt ſicut Alcanzi. Et multoties quidem fit balneum cauſa ſparſionis humorum, & materiei cholericæ paſſionis, & euentus confractionis in membris.

d B. experiãtur

e B mollificetur locus cõiunctionis mãdibulæ ſuperioris cũ inferiori, & lacerti mouentes.

f B. uehemẽtia.

g B. approxima eis aromatica.

h B. fac quieſcere.

i B aquæ.

k B. aut comedant.

ANNOTATIONES.

De choleræ morbi curatione plura ſcribit Trallianus lib. 7. plura & Celſus lib. . & Paulus lib. . & doctiſſimus Aretæus . de curat. acut. morb. Sicuti uerò, ut Trallianus ait, hic morbus acutè internoſci, & celerrime curari poſtulat ob immodicam quæ ipſum ſequitur, virium diſſolutionem, ita in hac eorum, quæ eijciuntur, ſuppreſſionem, malam eſſe teſtatur Aretæus. proptereaq; & Auic. & cæteri, initio, euacuandis prauis humorib. inſiſtunt, ventriculi os tum ſuperius, tum inferius, tum etiã inteſtina moleſtantibus, putat enim Celſus affici in hoc morbo, non ventriculum dumtaxat, ſed etiam inteſtina, quamuis Gal. . de ſympt. cauſ. ipſum inter ventriculi vitia reponat, non ob id tamen negans ſimul affecta inteſtina eſſe, vt, quæ pyloro annectantur. Iure ergo & vomitum, & alui ſolutionem hic parat, euacuandæ materiæ gratia, quæ affectum facit, licet affectus ipſe aſtrictionem poſtulet. At verò, quum non una cauſa choleræ ſit, ſed plures, quas hic & ſupra, quum de fluxionibus generatim ageret, & hic, innuit, & Alex. planè docet, quumque inter has cauſas & inanitio & uentriculi imbecillitas ab Alexandro referatur, dubitare meritò quis poſſet, an in cholera ex inanitione & uentriculi imbecillitate, uel uomitoria uel purgantia conueniant. Ergo, quamuis procatarcticæ huius morbi cauſa & uacuatio & ventriculi imbecillitas fuerit, proxima tamen, & affectum continens cauſa humorum eſt prauitas, uentriculum uel inteſtina vrgens: vt etiam in his, ſi non prægreſſæ, continentis tamen cauſæ gratia, euacuatio ſit opportuna, quam nihilominus ſequi ſtatim debent roborantia. ita vt non perperam ab authore noſtro atque alijs in cholera generatim euacuatio proponatur.

cap. 16 & 18.

cap. 11. cap 39.

cap. 4.

cap. 2.

De regimine fluxus medicinalis. Cap. 14.

AD hoc iam ſingulare fecimus capitulum, vbi diximus medicinas ſolutiuas, & vomitiuas, & earum adminiſtrationem. Sed cum hoc nos dicemus breuiter, quòd in principio ſui oportet, vt curetur cum lactibus & oleis, & propriè quum ingeniatur in lactibus, vt ſint ſtyptica, & in oleis ut ſit in eis aliquid ex hoc. Hoc enim temperat cauſam [a][ſanguinis.] Et quandoque ſufficiunt in principio lac, & oleum, & aqua calida, & quandoque eſt ſanatio in potando iſta vna vice poſt aliam. Et bibatur aqua calida, & propriè quum adhæret ex ſubſtantia medicinæ aliquid ſtomacho, & inteſtinis. Ipſa enim [b][tranſmittit] eius audaciam: deinde [c][conſequaris illud cum clyſteri confortate tẽperatè, & cibo ſimiliter.]

a B. agentem mordicationem

b B. remouet.

c B. quum ſequitur ad illud clyſtere glutinatiuum temperãs eam, & cibus ſimiliter eſt iuuatiuus.

ANNOTATIONES.

Egit & de hac re & li. 1. Fen 4. Egit & Paulum li. 7. cap. 7. cap. 7.

De cura fluxus cretici. Cap. 15.

NOn oportet vt retineatur fluxus creticus, quum non perducit ad timorem. Quod ſi ſuperfluat, curetur cum propinquo illi, quo curatur cholerica paſſio: veruntamẽ non oportet vt cibetur aqua carnis, ſi fuerit ægritudo acuta valde: imò cibetur eo in quo eſt infrigidatio, & ingroſſatio, ſicut eſt ſorbitio facta ex ſauich hordei, & ſauich malorum. Et ſi tolerat carnem cibetur cum eis, quæ ſunt ſicut piſces recentes, decocti cum granis granatorum, aut cum aqua eorum conditi cum ſeminibus ſtypticis, & quæ ſunt ex coriandro in aceto poſito, & exiccato, & ſimilibus ei.

ANNOTATIONES.

Quæ indicantur, & indicata ſunt integrè, neque mouere, neque nouare aliquid, ſiue medicamentis, ſiue aliter irritando, ſed ſinere oportet. 1. aph. tum vero integrè indicatur præter cætera, quæ ad exactam criſim opportuna ſunt, de quibus Gal. in com. aphoriſmi iam citati, quum neque plus neque minus educitur quam oporteat. Quòd ſi ſuperfluat excretio, neque eam æger toleret, ſiue, ut ait Gal. lib. de humorib. Com. 1, cruda ſint, vel fœtida, cohibenda fluxio non erit: erit tamen temperanda: habita ſemper de uiribus animaduerſione.

Aphor. 20.

com. 1.

De tenaſmone. Cap. 16.

PRincipium, quod te oportet ſcire de diſpoſitione tenaſmon eſt, an eſt tenaſmon verum,

rum, aut tenasmon mendosum. Et tenasmon quidem mendosum est, vt sit in ano fæx sicca retenta, & quandoque exprimitur ex ea aliquid. Et quādoque abradit intestinum propter laborem, qui prouenit ex motu eius: quandoque enim est illud, & existimatur quòd illic sit tenasmon. Si ergo est aliquid ex illo, oportet vt cures ipsum cum clysteribus lenibus, & cum collyrijs mordicatiuis. quòd si non agunt clysteria lenia, acue ea cum lenitate, & humiditate sua aliqua acuitate, vt extrahatur [a] [graue] ex eis, deinde si indiges in reliqua humiditate, & lenitate pura. sis contentus eis. Et quandoque indigebis, ut in potu des pilulas de bdellio, aut gūmi albotim, si fuerit illic grossitudo materiei. Et si fuerit caliditas, indigebis eis, quę sūt sicut cassia fistula, & syrupus viol. & similia, & pilulis factis ex medulla cassię fistulæ cum succo liquiritiæ, & dragacantho. Si autem fuerit tenasmon purum, tunc si fuerit causa eius frigus adueniens ano, curabis ipsum vaporationibus, [b]] & cum clysteribus] calidis, & cum furfure, cum quo vaporabuntur anus, & coxæ. & pecten, & emunctoria, Et sedeat super milium & salem, calefacta ambo in panno. Aut vaporetur cum spongia, & aqua calefacta, & cum spōgia sicca calefacta. Et inungatur cum cerato, ex quibusdam oleis calidis, & stypticis, & calefiat locus eius. Et [c] [permisce eum] cum vino calefacto, & oleo omphacino: aut præcipe ei, ut ingrediatur balneum calidum, & sedeat super terram calidam. Et scias quòd frigus nocet tenasmon in pluribus horis, & propter illud est calefactio subtilis conferens ei in pluribus dispositionib. Et similiter sunt plures spēs tenasmon, quibus confert vaporatio: sicut nocet eis infrigidatio. Et pluribus speciebus eius nocet [d] [assumptio medicinarum, quę] generant chymum grossum, & viscosum. Et si fuerit causa eius durities rei, super quam sedit homo, mollificetur cum cerato ex oleo anethino aut chamæmillino cum bdellio, & cera, aut cum oleo calido, in quo ponas spongiam, & appropinques loco. Et si fuerit causa eius apostema calidum, stude in retinendo illud, quod currit ad apostema in via venarum aut ex via fluxus, & rege apostema, & tempera humorem calidum. Et oportet, vt curetur in initio sui cum phlebotomia, si necessarium fuerit, & cum minoratione cibi multa: imò fac eum ieiunare si possibile est ei illud, duobus diebus. Et vt administres super eum in principio aquas & embrochas, quę declinant ad frigus aliquod cum mollificatione & prohibitione eius, quod effunditur ad ipsum. Et ex eis, quæ conferunt ad ipsū est filtrum infusum in aqua myrti, & rosę cum alcāna pauca. Et fiat clystere ēt in primis cū eis, quæ sūt, sicut aqua hordei, aqua solatri, & aqua rosarum, & olei rosi. & albumen oui. Et si causa fuerit fluxus, retinebis ipsum sicut scis: deinde embrochabis, & emplastrabis cum mollificatiuis ex chamæmilia, & anetho commistis cum eis, quæ scis ex stypticis: deinde administrabis maturatiua, [e] † [quamuis sint] omnia illa in locis præteritis. Et quandoque cōfert clystere cum oleo dulci decocto cum aliquo ex stypticis. et quū

a Alia litera. fæx dura.

b B. cum pānis.

c B. liniatur.

d B. administratio ciborū qui.

e † B. Et si fuerit illic collectio administrabis aperitiua post digestionē & iam sciuisti.

tu cibas, melius quo cibas est lac recenter mulctum, decoctum, quoniam retinet fluxum desuper, & lenit locum. Et ex medicinis bonis, quum uis maturationem, & resolutionem, & sedationem doloris, est emplastrum de fœnugræco & maluis, & emplastrum de meliloto, & emplastrū de caulibus decoctis. Quòd si necessarium fuerit fortius, ponatur cum eo parū cepæ assatæ, & parum bdellij. et ex † maran expertis, quum apostema est inflammatum dolorosum, est vt sumantur plumbi adusti & lauati, & cerusæ plumbi [f] [præparatę cum opopanaco,] & merdasengi conditi, partes æquales, & conficiātur cum vitello oui, & oleo ros. et nos probauimus ipsum, & inuenimus in fine vltimum. et si vis, distilla super ipsum aquam solatri, aut aquam coriandri. et si vis, adde in ipso climiam. et quandoque confert eis [g] [climia] sola cum vitello oui, & oleo ros. Quòd si causa tenasmon fuerit apostema durum, curabis ipsum cum eo, quod scis de curatione apostematum durorū, et ex eis, quæ experta sunt in hoc est vt sumantur bdellium, & crocus et alcanna, [h] [& sinapis] & alkeiri citrina sicca, & cerusa plumbi: deinde aggregētur illa omnia cū [i] [eo, quod tegit adipem] gallinę, & anatis, et medulla cruris vaccarum, et propriè vituli vaccarum, permistis cum vitello oui, et oleo ros. et oleo alkeiri, et fiat ex eis marā. Si autem fuerit cā eius humor putrefactus, imbibitus illic, ex phlegmate aut cholera, aut fuerit phlegma uiscosū, curabis ipsū cū ablutione. et illa, quæ melior est, est quę fit cum eis, quæ sunt sicut aqua oliuarum salitarum, cum qua fiat clystere mēsura medię lib. sumpta ex ea, donec egrediatur illud, qnod est illic; aut fiat clystere ex succo foliorum sicłæ cum virtute uiolarum, et turbith: deinde cura ipsum cum sedantibus dolores ex collyrijs tenasmon, et quandoque facit necessarium phlegma potare pilulas fœtidas. et si fuerit causa residuum eius, quod descendit in hora, tunc si illic fuerit fluxus, retinebis ipsum. Quumque retinueris, considerabis: nam si ęger tolerauerit. et non fuerit spes, quòd fluxus redeat. clysterizabis quàm leuiter poteris: aut supPones collyrium ex violis cum pauco sale, si materia fuerit cholerica, et ex medulla cassiæ fistulæ, coagulata cum pauco baurach, & turbith si fuerit materia phlegmatica. et si non audes illud, [k] [redi ad illud,] quod mollificat, & [l] [attrahit,] & et sedat dolorem ex embrochis, et collyriis. et qn̄do difficile fit tenasmon, et nō est illic materia egrediens, et non est nisi eleuatio ad scellam frequens, cuius quandoque est causa apostema durum, et quādoque est frigus inseparabile, tunc assidua vaporationem eius cum lana infusa oleo calefacto sicut oleo ros. et oleo myrtino, et uiol. et chāæmillino, et pauco uino, et infunde cum illo oleo anum, et pectinem, et testiculos. Qd̄ si non sedetur, tunc clysteriza ipsum cum oleo sisamino tepido, et retineat ipsum per horas aliquas, quoniam sanat eum. et hoc quidem regimen antiqui dixerūt, et fecerunt ipsum quidam posteriorum, et nos iam experti sumus ipsum, et est vehementis iuuamenti. Si autem fuerit ab ulceribus, et corrosione, considera et tunc si est natura sicca, non dimittas

† ceratis.

f B. factæ cū putrefactione.

g B. chimolea.

h —— B.

i B. unctuositate adipis.

K B. expelle cū eo.

l B. stupefacit.

dimittas ſiccitatem eius: imò ſtude in leniendo ipſam cum æquali lubricitate, vt præcipitetur egeſtio. ſiccitas enim egeſtionis in huiuſmodi ægritudine eſt mala valde, & oportet vt non cibentur amaris neque ſalſis valde, neque acutis, neque acetoſis valde: omnia enim illa faciunt egeſtionem mordicatiuam, & doloroſã, aut excoriatiua m. Etad vltimum oportet ut cures ipſum curatione corroſionis inteſtinorum, & [m] [chole] ipſorum, confidens in collyriis. Et ſi non indigueris mundificatione, incipies, & clyſterizabis ipſum ex aqua mellis, & pauco ſale commiſto ei. Et [n] † [ ] ſit clyſtere eius [o] [cum] hoc clyſtere, [p] [ita vt non ſit fex] in inteſtinis. aut fac collyrium ex melle, & baurach, & adminiſtra ipſum: deinde laborã in curatione vlcerũ. Et ſi fuerit ab hemorrhoidibus, & fiſtulis, & ragadijs, curabis cauſam cum eo, quod dicemus in capitulo ſuo.

m B alchole.
n † B. ſi.
o B. ſicut.
p B. non facit aliquid, i. non nocet Alia lra. non moratur.

De collyrijs, quæ ſupponuntur ad tenaſmon. Cap. 17.

COllyriorum autem, quæ ad tenaſmon ſupponuntur, melius eſt, quod ex eis eſt magis ſtypticum. Et ex eis eſt collyrium Alex. notum, & ex eis eſt collyrium de ſandaraca, & collyria plurima ex eis, in quibus eſt narcoticitas, quæ iam diximus in curatione vlcerũ. Deſcriptio collyrij ad tenaſmon. Recipe opium, caſtoreum, & thus, & crocum; fiat ex eis collyrium, & ſupponatur. Et iterum gallæ immaturæ, ceruſa plumbi, thus, ſanguis draconis. opium. Emplaſtra verò ſunt emplaſtra facta ex vitello oui, & medulla ſimilaginei panis & chamæmilla, aut aqua eius expreſſa ex ea, quæ humida eſt, & anetho ſicco, & althea, & mucillagine ſeminis lini, & ſimilibus. et ex bonis, quibus fit emplaſtrum ano eius, ſunt porri [a] [de ſceni] decocti elixati cum butyro vaccino, & oleo roſ. & pauca cera colata Suffumigationes autem ſunt ſuffumigationes notę ad eos, quibus vtantur quũ dolor ſit fortior, ita ut ſedeat ſuper ſedem perforatam, ſuper quam ęquetur anus: aut ponatur ſubtus traiectorium, per quod fiat ſuffumigatio. Ex illis itaque eſt, vt fiat ſuffumigatio ex [b] [ſulphure] & nucleis oliuarum, & ſtercore cameli. et ſi fiat ſuffumigatio cum plurimo ſulphure, ſubito iuuatur eo. Aquę uero, in quibus ſedet quidam, vt ſedetur dolor, ſunt ſicut aquæ, in quib. decoquuntur maluæ, & anethũ, & chamemilla, et althea. [c] [et quidem] vt retineatur illud, quod currit, ſunt aquæ, in quibus decoquuntur ſtyptica. et oportet vt aggregetur inter aquas ſecundum neceſſitatem. Quod ſi anus egrediatur, lauetur, & mundetur, & reducatur, & ſedeat ille, cuius eſt, in aquis ſtypticis valde, aut fiat emplaſtrum poſt reductionem, & reuerſionem cum ſtypticis [d] [confortatiuis] cõtritis & aggregatis cum quibuſdam ſuccis ſtypticis.

a B. ſcemi.
b B. cappare vel radice capparorum.
c B. & meliloтum. Sed.
d a. fortibus.

ANNOTATIONES.

Teneſmus ſicuti ex uarijs cauſis rectum inteſtinum affligentibus prouenit, ita & uariis modis curatur. Hanc rẽ author noſter fuſius proſequitur. Tu uide & Alex. lib. 8. Paulum lib. 3. et Celſum lib. 4.

Cap. 19. Ca. 41. Cap. 18.

TRACTACVS III.

De inceptione ſermonis de doloribus inteſtinorum.

De punctione. Cap. 1.

CAuſæ punctionis aut ſunt uentoſitas coarctata, aut ſuperfluitas acuta, mordicatiua, aut baurachia ſalſa mordicatiua, aut [a] [humor uiſcoſus, qui] non expellitur. aut ulcus [b] [apoſtematis,] aut ſerpentes, & aſcarides. et ex punctione eſt, quæ eſt ſecundum ſemitam criſis, et eſt ex ſignis eius. et omnis punctio uehemens eſt ſimilis colicę, et cura eius eſt cura colicę, niſi cholericę: nã ſi ipſa curatur illa cura, eſt in ea timor magnus, imò punctio: quæ non eſt cum fluxu, quũ fortior fit, eſt colica aut iliaca. et quando peruenit punctio ad cuzez, et uomitum, et ſingultum, et deſtructionem rationis, ſignificat mortem.

a B. groſſa viſcoſa uel hæréſ quæ.
b B. & apoſtema.

ANNOTATIONES.

Punctorium dolorem membranoſæ partis ſymptoma eſſe teſtatur Gal. 2. de loc. aff. membranaſæ autem inteſtina ſunt, ut talis prorſus eorum ſit dolor. Sequitur hic, ut Gal. 12. meth. & Paulus lib. 3. ſicuti & in cæteris partibus uel intemperiem, ut frigus calorem immodicum, uel ſolutionem continui; ut tenſionem & mordicationem. nempe quæ mordicant, erodunt. quodammodo, & ſubſtantiam diuellunt, de qua re Gal. 1. de ſympt. cauſ.

cap. 5. cap. 7. & 8. cap 43. cap. 6.

De ſignis. Cap. 2.

VEntoſa quidem fit cum rugitu, et inflatione, et extenſione, ſine grauitate, et quiete cum exitu uentoſitatis. Factam uerò ab humore cholerico, ſignificant [a] [grauitas] cum uehementia mordicationis inflammatæ, et ſitis, et exitus eius in egeſtione, et eſt ſimilis colicæ. et ſi curetur cura eius, erit timor maximus. Signa autem factę ab humore baurachio, ſunt mordicatio cum grauitate, addente, et egreſſio phlegmatis ingeſtione. et ſigna factæ ab humore groſſo, uiſcoſo, ſunt grauitas, adhęrentia doloris in uno loco. et exitus huius generis in egeſtione, et ſigna factę ab ulceribus ſunt ſigna excoriationis nota. et ſigna factę ab apoſtemate ſunt ſigna apoſtematis dicta in cap. colicę. et ſigna factę a uermibus ſunt ſigna vermium dicta in capitulo uermium.

a B. ſuper ipſa paucitas grauitatis.

ANNOTATIONES.

Pulchrè ſingulas punctorij inteſtinorum doloris cauſas inuicem diſtinguit. Vnum tamen ſcribit, quod dubitationem facit. quandoquidem punctionis ex bilioſo humore ſigna afferens, grauitatem adeſſe ait cum uehementia mordicationis. At propriè grauitas non bilem, ſed potius pituitam ſequitur, uel ſanguinem, uel inflammationem; debile autem quòd grauitatem faciat, impropriè dictum uidetur, quum ſuapte natura leuis ſit humor non grauis. Verùm probè author grauitatem dolori adiungit qui ex bile: licèt enim ſi

bilem

bilem reliquis humoribus conferas, grauis non sit, neque grauitas quæpiam sentiatur, collata tamen flatib. de quib. primo loco dixit, grauitatem quandam coniunctam habet, quam non habent flatus. Adde quod grauitas multitudinem statim indicat, quam adeße forte necesse est, ut in intestinis mordicatio, et punctio illa sentiatur, quum alioqui ad ea semper naturæ instituto feratur bilis, stimuli & excernendarum fæcum gratia, neq; tamen, quia non immodica eius copia est, punctorius dolor sensum afficiat. quamuis interea non negarim absque multa bilis copia, sola uehementiori acrimonia concitari dolores posse.

De cura. *Cap.* 3.

a B. propter materiam eius quę successiue effunditur.

Oportet, in omni punctione materiali a [nocente sua materia,] ut vomat habens eam: deinde soluatur. Sed punctio, quæ est ex ventositate, curetur prius cum regimine conueniente, & alienatione eius, ex quo generatur ventositas, & minoratione comestionis, & paucitate potus aquę sup cibū, & paucitate motus sup cibū. Deinde si fuerit ventositas inseparabilis, tunc oportebit, ut cu rentur intestina cum clysteri euacuante humorem, b [ex quo ipsa euaporat] & administretur in eo adeps gallinæ, & oleum ros. & cera. Aut cum eo, quod bibitur, si fuerit ægritudo superius, sicut c [& dactylum] & hiera in aqua de seminibus, & similiter diacydoniten. Deinde sumat ea, quæ sūt sicut theriaca, & d [socrugene] & similia, & sicut semina resolutiua ventositatum. Descriptio clysteris. de coquantur polypodij, centaureæ, cymini, anethi, rutæ siccæ, fœnugræci, seminis apij e † [ ] in aqua decoctione bona, deinde sumatur ex ea pondus c. 3. & ponantur f [vel] dissoluātur in ea g [opopanacis] bdellij amborum an. drac. s. aut minus, aut plus secundum necessitatem, & distilletur super ea olei de nereiden drac. x. aut olei rutæ h † [ ]& mellis ℥. x. Puluis Rec. cymini, baccarum lauri, rutæ, & ammeos omnium an. drac. s. & penidij lapidosi. ℥. v. fiat ex eis puluis, & est dosis i. & iterum sumatur centaureæ grossę pondus aurei i. cum decocto. Et ex eis, quę sunt mirabilis iuuamenti apud experimentatores, est i [calcaneus] porci aduratur, & sumat ipsum in potu habens punctionem vētosam. Aut dētur in potu de granis lauri siccis solis duo cochlearia. Et ex eis, quæ conferunt ei, & phlegmaticæ est illud, qđ Rec. granorū alben & carpobalsami. amborū an. ℥. j. bibatur in aqua calida ī mane & sero, & ex emplastris cōib. vtrisq; sūt auellanę assatæ, cum corticib. suis, cum quib. k † [ ]emplastretur locus l [semper.] & similiter vaporationes cū eis, quę sunt sicut anethum, & ruta, & sampsucus sicca, & emplastratio vmbilici, vel suminis cum granis lauri contritis & confectis cū vino, aut cum aqua rutæ, & reseruata tota nocte, iuuatiua est ualde, & cibus ventosę & phlegmaticæ fit ex eis, quæ sunt sicut ius alcanebir, & gallorū decrepitorum, æquatū cū anetho plurimo & spēb. vel pipere & seminib. & sit contentus iure, & fit panis, panis salitus bene confectus, & alkiskar rectior est ei, & vinum sit vetus subtile, & oportet ut utantur exercitio subtili ante cibum, & eri eius assatus secundum quod dicitur, confert punctionib. m [ambabus simul.] Factæ autem ex phlegmate viscoso n [cognoscitur cura, ex cura] ventosæ, nisi quia oportet, vt intentio sit in mundificādo plus, aut de subtus, aut desuper, & ex eis, quæ conferunt illis in ipsa, si nō fuerit fluxus, est puluis amomi o [sumptus per se sequēte potu.] & confert ei sumere in potu nasturtium p [cum oleo] & troc. alefeniati. In facta autem ex phlegmate salso, oportet ut incipiatur ab euacuatione eius cum clysteribus, quę recipiunt turbith polypodium, in quib. sit æquatio q † [ ]cum eis, quæ sunt sicut aqua sebesten, & viol. & ut euacuetur etiam cum eis, quæ sunt sicut hiera picra, & dyacidoniten. Deinde administrētur cibi boni chymi, impinguati pinguedine bona: sicut pinguedo facta ex carnib. arietum r † [ ] & gallinæ, & pullorum pinguium, & minoretur cibus cum bonificatione eius, & bibat uinum subtile paucum. Et ex eis, quæ conferunt in omni punctione frigida, est sumere in potu aquam mellis cum granis s [arasceid] & aniso, & acoro, granis lauri. & aristol. & folijs lauri, & centaurea, & xylobal. & singulariter & composite. In facta autem a cholera, oportet vt cōsideretur, ꝙ si fuerit illic uirtus fortis, & materia plurima, euacuetur cum eis, quæ sunt sicut decoctio myrobal. cytri. et sicut aqua granatorū, & parum scammoneę, aut absque scammonea; imò sola. & sequatur eam aqua calida, & cum eis, quę sunt sicut decoctio tamarindorum, & cassiæ fist. & siracost. et quæ sunt similia illis; deinde equetur materia cum eis, quę sunt sicut semen psyllij cum oleo ros. et aqua granatorum, et succus cucumeris cum oleo ros. et emplastretur uenter cum emplastris frigidis, et sint in eis solatrum, et superiora vitis et oportet ut misceātur cum eis etiam sicut absinthiū, et cibi sint illi, qui fiunt de lentib. et de sumach, et de spinachijs, et de berberis, et similes illis. Et oportet ut caueatur ab errore cadente in ea, et existimatur, ꝙ sit colica, et curatur cura eius, et moritur infirmus. Verūtamen nos redibimus ad cognitionem integram eius, quo oportet, vt curetur hæc pars punctionis, quum loquemur de speciebus colicę. t [Existimo] ergo complementum eius sermonis in eo illic. Factæ autem ab vlceribus cura est ulcerum, et iā diximus eam. Sed factæ ab apostemate cura est cura apostematum. Verum factę a vermibus cura est cura vermium.

b B. euaporantem in eis.
c B. alseriaran & electuarium de dactylis.
d B. saganea.
e † B. partes æquales.
f B. &.
g B. serapini.
h † B. drac. x.
i B. chiab.
k † B. calefactis uel actu calidis
l —— B.
m B. omnibus.
n B. appropinquatur cura eius curæ.
o —— B.
p B. cū passulis.
q † B. aliqua.
r † B. lactantiū uel agnorum lactantium.
s B. alrasad.
t B. cholericæ. Expectetur.

ANNOTATIONES.

Unum hic scribit animaduersione dignum. In omni punctione materiali, quæ sui materia offendat, uomendum eße, postea soluendum. Cur uomendum, absolutè iubet? Certe seruandus naturæ impetus est, et eo dirigenda materia, quo repit per loca conferentia. ac propterea si forte uomitū natura tentet, uel si ēt in uentriculo materia sit, præponendus profectò uomitus uidetur. nō tamen si natura subductionem paret, uel si materia non in uentriculo, sed in intestinis præsertim inferiorib. fuerit. Sane si in inferioribus intestinis materia sit, non est per uomitum educenda. neque etiam si in superioribus quidem sit, natura tamen uomitionem non tentet, uomitus probandus uidetur. At si nausea cum dolore simul infestet, quod sæpissimè in his intestinorum doloribus

loribus accidit, tunc a uomitu inchoandum erit, deinde & aluus pharmacis subducenda. Existimarim ergo Auicennam non plane in punctione omni uomitum consuluisse, quod quidam reuellendi gratia præcipi existimant, sed ordinem solum adnotasse, quo obeunda utraque hæc, et uomitus, et purgatio, ubi utraq; agenda fuerint. alioqui .n. reuulsione opus non est, ubi materia ad intestina irruat, sed permittenda, ut per ignobiles uias et proprias feratur. nisi fortasse, ut in alui fluxionib. de quib. supra actum est, cohibendæ fluxionis immodicæ gratia id fiat, quod tamen non nisi transacto initio obiri debet, quum in doloribus alioqui intestinorum nihil morandum sit, quin sedentur.

De rugitu, & egressione uentositatis absque uoluntate. *Cap.* 4.

RVgitus generatur ex multitudine ventositatis, & generant ipsum cibi inflatiui; aut malitia digestionis propter aliquam causarum in malitia digestionis, quæ est in membris, aut est in cibis. Et plurimum quidem est in membris, & non fit nisi propter frigiditatẽ, aut propter casum virtutis, sicut in fine phthisis. Et plurimum quidem fit cum lenitate naturæ, & simulatione necessitatis egestionis. Et quandoq; fit in intestinis superioribus subtilibus & est sonitus eius acutus, & fit in grossis, & est sonitus eius grauior, & quando permiscetur ei humiditas, est decliuis ad gurgulationem, & quandoque rugitus est signum crisis,[a] † [ ] & quandoque accidit propter communitatem splenis. Et quandoq; rugitus accidit multoties patiẽtib.[b] [in mirach propter constrictionem,] propterea ꝙ intestina eorum infrigidantur, & quandoque fit quũ in hepate est debilitas. Exitus autem ventositatis absque voluntate, quandoq; fit propter mollificationem recti, & quandoque fit propter mollificationem ieiuni, [& quandoq; fit propter vtrasque mollificationes,] & distinguitur inter utrasque per illud, quod videtur de paucitate sensus ani, aut frigiditate eius.

a †B & est pronosticatio fluxus uentris.
b B. mirachialẽ passionem propter oppilationes multas.

Alia litera.
c——B.

De cura. *Cap.* 5.

REgatur cum alienatione ciborũ inflatiuorum, plurimorum, cum tolerantia famis, & confortatione digestionis cum eis, quæ iam sciuisti, & resolutione uentositatis cum medicinis, quas dicemus in capitulo colicæ ventosę. Et ex eis, quæ bona sunt in hoc in pluribus horis, est diacyminum, & iterum diapipereon, & iterum acorus conditus, & si fuerit cũ fluxu, tũc alcauzi, & iterum sumatur cymini, & ammeos, & Keisim, & carui, oĩum an. pars j. anisi partes ij. & fiãt ex eis suffuf cũ penidijs lapidosis, põdere ʒ.v. & curetur exitus vẽtositatis absq; voluntate curatione paralysis ani: aut assũptione theriacæ, & olei[a] [alkekengi] & inungatur illud, quod est supra vmbilicum, cũ oleo costino, & similibus, si fuerit propter ieiunum.

a B. alkelkelanegi.

ANNOTATIONES.

Flatus intestina frequentissime occupant, uarios strepitus excitantes, de quibus lege Gal. 3. de sympt. caus. cap. 2. *Habent uerò easdem causas, quas in cæteris partibus, de quib. copiose in superioribus.*

De colica & retentione fæcis. *Cap.* 6.

COlica est ęgritudo intestinalis dolorosa, cũ qua difficilis fit exitus eius, quod egreditur per naturam, & colica quidem secundum veritatem est nomen eius, in quo est causa in intestinis grossis[a] [.s.] colon, & quę sequuntur ipsum, & est dolor, qui multiplicatur in eis, ꝓpter frigus eorum, & propter spissitudinem ipsorum, & propter frigus eorum multiplicatur super ea adeps. Quòd si est in intestinis gracilibus, tunc nomen proprium ei secundũ scientiam veram est ileos. Verum quandoque[b] [est] ileos in quibusdã locis colica, propterea quia vehementer est ei similis, & causæ colicę, aut cadunt propriè in colon, aut cadunt in alijs, & perueniunt ad ipsum secundum semitam communitatis. Et causę eius, quæ cadũt in ipso propriè, aut sunt malitia complexionis singularis calida, aut frigida, aut sicca, & calida quidẽ operatur[c] [exsiccatione sua, & constrictione sua reducente nutrimentum ad hepar, & expellente illud ad ipsum.] & frigida congelatione sua, aut faciendo accidere malitiam complexionis nociuam. & plurimum eius est in terris frigidis & quum flat septentrio, & frigus quidẽ quandoque facit illud, propterea quod restringit lacertos uentris, & peruenit calefactio eius ad concauitatem, & exsiccat fæcem, & stringit lacertum ani, & expellit fæces, & quod cum eis est ad superiora, & sicca operatur propter priuationem eius, quod lubricat fæcem, & inuentionem eius, quod exsiccat eam, & exsiccat ipsam. Malitia autem complexionis humidę singularis non semper est causa colicæ, nisi accidat ex ea accidens, quod sit causa colicæ, frigida aut humida materialis; aut[d] † [ ] malitia complexionis cum materia: aut[e] † [ ] materia calida, quę inflammat, et mordicat, et separat continuitatẽ, et pertransit terminum punctionis, perueniẽs ad terminũ colicę; aut frigida,[f] [redit ad] malitiam cõplexionis diuersæ frigidę.[g] [Quod autem] accidit de separatione continuitatis[h] [subito, quamuis sit illud cũ essentia colicę, tamẽ] quandoq; facit ipsum accidere frigus propter hoc, quod generatur ab ipso ventositas in corpore intestinorum, hora post horam, & quandoque est humor faciens hunc dolorem, aut illum, qui propinquus est ei, melancholia, et quãdoque est eius cuẽtus cum paroxysmis, et apud comestionem cibi. Et quandoque sedat ipsum vomitus rei acetosæ, melancholicę, licet sit huiusmodi vomitus in huiusmodi dolore sc̃dm plurimũ phlegmaticus, et generat ipsũ frigus membrorum, aut malitia digestionis, et cibi, et fructus, et olera. Aut est causa colicæ propriè, oppilatio prohibens egestionem, et humores, et ventositates a penetratione, et ipsi expelluntur, et accidunt dolor, et extensio maxima. Et plurimum huius oppilationis, quum non est apostema, accidit postquam repletur monoculum; deinde peruenit ad colon. Et hæc oppilatio, aut est ex apostemate in intestino, et plurimum eius est calidum. Aut ex humore phlegmatico, viscoso, implente spatium eius, et oppilat ipsum, et est illa, quæ fit secundum plurimum,

a——B.
b B. nominatur.
c B. propter uehementiã exsiccationis eius, & propter uehementiam cõuersionis uel directionis cibi ad hepar & expulsionis eius ad ipsum.
d †B. sunt sicut
e † B. cum.
f B. facit dolorẽ propter.
g B. aut cũ eo quod.
h B. cũ transitu eius quãuis fuerit illa nõ pura uel non uera colica &.
Alia litera. cum contractione ipsius quãuis fuerit illa non pura.

mum: & est illa, quæ iuuatur febre. Aut ex ventositate accidente: aut propter torsionem con torquentem i †[ ]propter ventositatem torquentem k [& incisionem] ligamenti: aut rupturam l [aut attritionem: aut] expulsionem intestinorum ad partes inguinum, & testiculorum, aut rupturam supra illud, aut propter uermes, m † [ ]comprimentes. Aut propter fęcem siccam, & hæc fæx sicca est, quoniã ipsa est fæx ciborum siccorum; aut quia remanet tempore longo, & siccatur, & est cã remanentiæ eius, debilitas expulsiuæ in intestinis, & multoties est hæc remanentia propter potum rei narcoticæ stupefacientis virtutes operantes in fæce, & cum hoc n [possibile est etiam, vt debilitetur virtus expulsiua,] quę est in lacertis ventris, sicut accidit ei, qui multiplicat coitũ. Aut propter destructionẽ sensus intestini, aut paruitatem effusionis choleræ expellentis, lauantis. Aut quoniam mesaraica exsuccat ex ea humiditatem plurimam. Aut propter prouocationem sudoris superflui; aut exercitia facientia sudare. Aut propter vehementiam raritatis corporis propter complexionem, quæ est in ipso: quare o [obedit attractioni] aeris cõtinentis calidi, & propter hoc est balneatio cũ aqua calida ex eis, quæ retinent naturã. Aut propter aerem, ex calefactione cuius consequitur, ut attrahat humiditates, & si fuerit absq; raritate. Aut propter p [raritatem fistulosam.] Et quãdo quę fit propter artem faciẽtem necessarium tactum caliditatis, sicut vitrearia, & ferraria, & fusoria. Aut propter complexionem in ventre ipso calidam valde, exsiccantem caliditate sua: aut est causa in illa caliditate in paucis dispositionib. multitudo choleræ acutę effusæ ad ventrem adurentis fęcem, quum inuenit eam præparatam propter paruitatem suam: aut propter siccitatem substantię suæ: & hoc est secundum minus: sed secundum plurimum ipsa soluit naturam, & quum accidit hęc colica q [in principio,] nocet intestino, & dolorem facit uehemẽtem, intolerabilem. Et quandoq; est causa illius caliditatis vehementia frigoris aeris exterioris, quare coarctat caliditatem interius, & cum hoc prouocat vrinam, & constringit anum, quare impellit fecem ad superiora, aut propter complexionem siccam in intestinis, & ventre; quare exsiccatur fæx, aut propter tenasmon r [apostematis] recti: quare s [exsiccatur] fęx. Et existimauerunt quidam, quòd quandoq; lapidescit illud, quod retentum est in intestinis, & egreditur lapis. Illa autem, quæ est per communitatem, est sicut si accidat in hepate, aut in vesica, aut in renibus, aut in splene, apostema, & cõmunicet ei intestinum per hoc, quod coarctat illud apostema de substantia eius, & constipat ipsum, & oppilat illud. & sicut si communicet renibus in doloribus lapidis, & debilitetur operatio eius in expulsione humorum, quare retinentur in ipso, & accidit colica p cõitatẽ lapidis, q̃uis dolor lapidis fit ex eis q̃ similãtur dolori colicæ, & occultatur nisi illi, qui puisionẽ habet. Et nos dicemus differentiam inter vtrasque cum signis. Et quandoque accidunt colica, & ileos secundum semitam accidentis ęgritudinum pestilentialium, aduenientium, &

i † B. intestina. k B. aut disruptionem. l B. & herniam &.
m † B. congregatis.
n B. congelatis etiam, aut propter debilitatẽ uirtutis exprimentis.
o B. præparatur ad attractionẽ.
p B. resolutionem creticam. Alia litera. resolutionem fistulæ. Alia litera. resolutionem fistulosam.
q B. quę est secundum minus uel raro.
r B. & apostema s B. retinetur.

perueniunt de regione ad regionem, & de homine ad hominem, & iam retulit illud quidã medicus de antiquis; & dixit, quòd perueniebat quidam eorum ad epilepsiam, & erat epilepsia mortalis: & quidam ad t [resolutionem] intestini colon, & mollificationem eius cum incolumitate sensus eius, & sperabatur cum huiusmodi, euasio, & erat plurimum eius ileos, & lędebatur colon secundum semitam permutationis similis crisi. Inquit, & quidam medici curabant eos cura mirabili, ipsi nanque cibabant eos lactuca, & endiuia, & carnibus pisciũ grossis: & carne u [omni habenti] vngulam x † [ ]in pedibus, & omnibus illis infrigidatis, & aqua frigida, & acetosis, & sanabant eos cum hoc ita, quòd sanabant omnes y [taliter ne caderent] in epilepsiam, & paralysim prædictam, & sanabant quosdã eorum, in quibus erat inceptio epilepsiæ, & quandoque accidit colica habentibus tetanum, quare deficiunt in expellendo fęcem, & humorem ab intestinis & superioribus, sicut ipsi deficiunt in retinendo, quod est in inferioribus, & quandoq; est frigus complexionum eorum causa colicæ, & plurimum quidem accidit colica a phlegmate grosso, deinde a ventositate forti facta, & penetrante in tunicis intestinorum, & villis eorum; & propter separationem continuitatis eorum. Ventositas enim spargitur in stomacho propter amplitudinem stomachi, & propter caliditatem stomachi, & proprinquitatem mẽbrorum calidorum ad ipsum, & spargitur z [in] intestinis superioribus propter gracilitatẽ intestinorum superiorum, & retinetur in intestinis alijs, propter contrarium illius ex frigore eorum, & constrictione ipsorum, & multitudine reuolutionis in ipsis, & spissitudine tunicarum eorum, & colica ventosa quãuis a [sit] ex materia, quæ fit materia ventositatis, tamen non comparatur illi materiei, quoniam materia sola non oppilat viam b [secundum] quod egreditur, neque facit dolorem per se; immo per illud, quod accidit ab ea, & phlegma facit dolorem per se, & oppilat per se, reliquæ autem diuisiones minus illis. Et ex eis, quę præparant intestina ad colicã, & propriè ventosam, est vinum plurimæ commixtionis, & olera, & propriè cucurbita, & fructus recentes, & propriè vua, & potus aquæ super eos: et motus super eos, & coitus, & retentio ventositatis volentis egredi, & aduentus frigoris vehementis ad intestinum, et infrigidantis ipsum, et inspissantis illud, et ex eis, quę pręparant intestina c [inferiora,] est comestio ouorum assorum, et pirorũ, et cydoniorum stypticorum, et passæ, et sauich, et milij, et rizi, et quæ sunt similia illis, et iterum retentio egestionis uolentis egredi quandoq; facit cadere in ipsam, et coitus plurimus, et proprie super cibum grossum, et d [ex materia omnis colicæ] ex humore grosso: aut ex fæcib. e † [ ]impletur monoculũ prius secundum plurimum, f † [ ] deinde peruenit ad alia. Et dum non euacuatur materia, quæ est in monoculo, non accidit cõplemẽtum sanitatis, et quandoque est colica ueniens desuper, et quotiescunque fit clystere, aut euaporatio g [retinetur,] materia ĩ monoculo, quare

t B. dislocationem.
u B. carẽtis uel non habentis. x † B. duram.
y B. qui non ceciderant.
z B. ex.
a B. non sit euacuata. b B. ei.
c B. ad fæcalem
d B. omnis colica. e † B. est quoniam. f † B. ex materia sua.
g B. descendit.

quare duplicatur dolor. Et febris quidem est iuuatiua in omnibus doloribus colicę, cuius causa est uentositas grossa, aut phlegma, aut malitia cōplexionis frigidę, & est ex reb. velocius sanantibus uentosam, & colica quidem multoties permutatur ad paralysim, & h [sanatur] per eam, & illud quando expellitur materia subtilis ad extremitates, & i [coarctantur] ex ea lacerti, & quandoq; similiter k [sanantur] per dolores iuncturarum, & quandoq; permutatur ad dolorē dorsi phlegmatica, aut sanguinea, ad quam confert phlebotomia, propterea ꝙ maturant caliditas dolorosa, & medicinę l [iliacę] materias crudas. & quādo permutatur ad varietatem melācholicam, & melancholiā, & epilepsiam, est malum. Et quandoq; perducit ad hydropisim per illud, quod corrumpit de complexione hepatis. Et quando inuenit colica dolores articulorum, & similia, nō apparent ili dolores trib. de causis: quoniam dolor fortior impeditur a debiliore, & quoniā materiæ sunt cōuersæ ad latus doloris m [fortis], & quoniam dolor, & fames, & uigiliæ resoluunt superfluitates. & quando prolongatur retētio fęcis, inflatur uenter, & interficit, & quando fortia fiunt membra colicę, & non recipiunt superfluitates, tunc multoties n [redeunt superfluitates, & infrigidant] caput. & multoties accidit colica post solutiones, quib. o [expellitur] grossum. Et multoties subleuat curatio colicę p [singultum punctionis.]

h B. creticatur.
i B. imbibūt eā.
k B. creticatur.
l B. colicæ.
m B. intestinalis.
n B. ascendunt superfluitates & infirmatur.
o B. postponitur
p B & punctionis subleuat singultum, uel facit accidere singultum.

ANNOTATIONES.

Egit de colico dolore & Gal. 6. de loc. aff. & 12. meth. Aetius lib. 9. Trallianus lib. 10. toto. Paulus lib. 3. & Celsus lib. 4. Sed rem hanc adeo copiose, docte, distincte Auicennas noster absoluit, ut nihil, iudicio nostro, sit, quod præterea desideret quispiam. longo interuallo Græcos et cęteros omnes superat. ut mirari de ijs liceat, qui peruerso quodam animo, ne dicam maledico atque impio Arabes insectantur, quorum libros nunquam legerunt, et solos Græcos extollunt, admiranturq́, quasi nostri, atq; Arabes nihil pręter Græcorum scripta, ad bonarum literarū augmentum contulerint. Sed hæc obiter. Dolor colicus symptoma est, habetque morbum, a quo dependet, cæteris dolorib. cōmunem solutionem continui, & intemperiem. procreantur duo hæc ab internis & externis causis, de quibus iam sæpius dictum est. suntq́, in intestino ipso crassiori, quod colon nuncupant, a quo & huius affectus desumptum est nomen, sed quandoque etiam in alijs præter colum partibus est morbus, ijs tamen colon consentit. quæ omnia satis hic explicata habes.

cap. 2. cap. 7. cap. 21. & deinceps. cap. 43. cap. 14.

De signis colicæ absolutæ. Cap. 7.

ACcidentia quidem colicæ veræ, cuius non declaratur confirmatio, sunt, quoniā minoratur illud, quod egreditur de fæce, & expellitur paroxysmus egestionis, & minoratur appetitus, imò remouetur omnino, & abhorret habens eam vnctuosa, & dulcia: a [& nō] declinat declinatiōe parua ad acetosa, aut acuta, aut salsa, & est decliuis ad subuersionē, & nauseā, & proprie quum recipit vnctuosum, & olfacit odorem vnctuosi, & dulcis, & debilitatur digestio eius valde, & inuenit omni hora punctionem, & declinat ad potandum aquā b [plurimam,] & inuenit dolorem in crurib. suis, & in dorso suo: deinde fiunt cū ea fortia accidētia, & fit ipsa fortis, & retinetur natura; & forsitan non egreditur, nec ēt ventositas penitus, & quādoque retinetur etiam eructuatio; & fit fortis punctio, & fit quasi perforetur uenter eius terebello, aut quasi sit absconsa in intestinis eius acus, stans, & quoties mouetur, dolet, & fit fortis sitis, & non satiatur habens eam, licet bibat plurimum, quoniam, quod bibitur, non penetrat ad hepar, propter oppilationes accidentes in orificijs mesaraicarum, quę sequuntur ventrem, & quandoque multiplicatur in quibusdam eorum c [tremor] absque causa. Et si ingenietur in extrahendo aliquid de ventre habētis colicam, egrediuntur humiditates, & squibalę, sicut stercora ouiū, vel sicut stercora caprarū, magnę, & paruæ, & res natans in aquam, & frequens fit vomitus cholericus, & phlegmaticus, & d [appropinquat] secundum plurimū e [ab humores phlegmatico deinde cholerico,] deinde quandoq; euomit rem porralem, & ut ærugo ęris, & quandoque euomit rem de genere melancholiæ incensam. Humores. n. quandoque corrumpuntur, & aduruntur ex dolore, & vigilijs, & medicinis calidis. Et uomitus quidē non fit frequens, nisi propter communitatem stomachi ad intestina, & propter multitudinē materiei, & penuriam uiæ ad inferiora, & quoniam uia cholerę ad intestina secundum plurimum constringitur, quare expellitur ad superiora, & propter hoc rubet urina in ipsa, f [& quoniam maior pars cholerae conuertitur] ad renes, quum non inuenit uiam ad fel g [substētatum] propter illud, quoniam dolor rubificat aquam, & quoniam renes communicant in dolore. & propter illud retinetur urina ēt quandoque. Et quandoque est urina in principio eius secundum colorem aquæ ciceris, & aquæ casei. Et quādoque associatur ei tremor cordis maximus, & indiget pectus eius retentione cū manu. Et quandoque peruenit res ad sudorem frigidum, & syncopim.

a B. sed. Alia litera. & non declinat nisi.
b B declinatio e plurima.
c B. horripilatio seu rigor.
d B. incipit.
e B. phlegmatici deinde cholericus.
f B. propter conuersionem cholerae.
g B. plenum.

ANNOTATIONES.

Egit de huius affectus signis Galen. 2. de loc. aff. & 6. & Paulus lib. 3. Aetius libro nono, Trallianus lib. 10. quos tu uide.

cap. 5. cap. 2. cap. 19. & 30. cap. 1.

De signis saluis colicæ. Cap. 8.

MAgis incolumis colica est illa, in qua retentio nō est uehemēs, & est dolor mutabilis. Et quandoque alleuiatur plurimum, quamuis redeat post eam. Et inuenit habens eam propter exitum uentositatis, et egestionis, et administrationem clysteriorum, quietem, sicut eius contraria est prauior uel difficilior colico.

De signis malis in colica. Cap. 9.

FOrtitudo doloris, et quod uomitus consequitur uomitum, & sudor frigidus, & frigus extremitatum propter vehemētiam doloris

tis vētris, & declinationē sanguinis & spiritus ad ipsum. Et quando peruenit ap singultū, quorum vnus sequitur alium, & ad turbationem rationis, & spasmum, & retentionem eius, quod egreditur, & non egreditur saltem cum ingenio, est mortalis. Et in extraneis signis est, quū apparet in eo, qui habet dolorem uentris, uestigium, a † [ ] & bothor nigrum, sicut faba, & ulceratur, & remanet usque ad diem secundum aut plus, quoniā moritur. Et huic quidem homini aduenit subeth, & multitudo somni in principio ægritudinis suæ. Et bonitas anhelitus, b [est bona significatio ad euadendum,] quomodo ergo erit eius malitia?

a † r. in supercilio.

b B. tunc parū significat super euasionem. Alia litera. non est bona significatio super euasionem.

ANNOTATIONES.

Habes de præcordiorum flatib. prognostica ex Hipp. 2 prognost. Itemque lib. de Coacis prænotionib. et 6. aph. Facit & ad hunc locum aphorismus decimus libri septimi, quamuis de ileo uerba fiant, nempe quod ileos a colica affectione solo fere affecto loco differat.

Tex. 24. & 25. Aphor. 26.

De differentia, quæ est inter colicam & lapidem renum. Cap. 10.

Qvandoque accidunt in lapide renū accidentia colicæ prædicta, quoniā colon ipsum communicat renib. quare accidit ei dolor, qui est ei proprius. & accidunt ei accidentia sua, quæ a [pertinent] illi dolori. Verum differentia inter eas quandoque est ex dispositione doloris, & ex parte b [vicinantium propriorum,] & ex parte eius, quod conuenit, & eius, quod non conuenit, & ex parte eius, quod egreditur, & ex parte vltimitatis accidentium, & ex parte causarum & significationum antecedentium. Dispositio autem doloris diuersificatur in eis quantitate, & loco, & tempore, & motu. Quantitate vero, quoniam ille, qui est lapidis, est paruus, quasi sit acus, & colicus est magnus. Loco autem, quoniam colicus incipit ab inferiore parte dextri lateris, & tendit ad superiorē sinistri Et quando cōfirmatur, dilatatur in dextra & in sinistra. & secundum quosdam non incipit colica a sinistra: sed illud non est uerū, & nos iam experti sumus contrarium illius, & est ad anteriora, & uersus pectinē decliuior, quam sit ad posteriora. Et renalis incipit a superioribus, & descendit paulatim usque ad locū, ubi confirmatur: & est decliuior ad posteriora. Tempore verò, quoniam renalis fit fortis in hora uacuitatis, & colicus alleuiatur in ea, & fit fortis quum sumitur aliquid. Et colicus incipit subito, & in tēpore breui; & lapidosus paulatim, & fortis fit in fine suo. & si est renalis, fit prius dolor in dorso, et difficultas in urina. deinde signa, in quibus communicatur colica, & in colico sunt illa signa: deinde dolor. Motu autem, quoniā colicus ad partes mouetur plures; & renalis figitur. & ex parte autem uicinantium c [propriorum,] quoniā tremor multiplicatur in renibus ambobus, & nō pertinent colico. Differentia autem accepta ex eo, quod cōuenit, & non conuenit, est quoniam clysteria, & exitus uentositatis, & fęcis alleuiant dolorē colicæ, & non alleuiant dolorem renum alleuiatione, de qua sit curandum in pluribus dispositionibus. Et lapidem frangentes medicinæ alleuiant dolorem renum, & non alleuiant dolorem colicę. Ex parte aūt eius, quod egreditur, est, quoniam cum renali fortasse non est retentio rei, quæ quando egreditur, est sicut stercus, & squibalæ, & sicut stercus vaccinum, et natat, & quandoque non est retentio omnino: & rugitus, et similia: et colicus non euacuatur ex his. Ex parte autem ultimę consecutionis accidentium est, quoniam dolor crurium, et dorsi, & tremor in renali est plus; d [et] casus appetitus et uomitus e [consequutiuus] phlegmaticus, et paruitas digestionis, et uehementia doloris, et perductio ad syncopim, et sudor frigidus et iuuamentum cum uomitu in renali sunt minus. Ex parte autem causarum, et significationum antecedentium est, quoniam frequentia nauseatiuę satietatis, et assumptio ciborum malorum, et vicissitudo punctionis, et rugitus, et retentio fęcis sunt præcedentes in colica, et vrina arenosa, et f † [ ] filosa est præcedēs renali, et g [non] est in renali urinali subtilis, deinde h [filosa] grossa, deinde arenosa.

a B. similantur.

b B. eorum quæ associantur proprie.

c B. proprie.

d B. sed.

e B. cholericus &.

f † B. humorosa.

g B. primo uel prius.

h B. humorosa

ANNOTATIONES.

Difficile est admodum colicum dolorem a renali affectu internoscere, docet tamē id Gal. 2. de loc. aff. ex quo author noster, Est tamen hoc in loco aperta & difficilis contradictio. Docens hic author, quomodo a colica affectione quoad tempus exacerbationis doloris differat, ait in renali increscere dolorem in ieiunio, in colico autem post assumptum cibum. At contra Hipp. 6. uulg. morb. sect. 1. In renem, ait dolor grauis, quum cibo impleantur. quæ sententia ex toto Auicennæ uidetur aduersari. Sane difficillima hæc est quæstio. A mulatur tamē author noster Rasim 23. Cont. trac. 3. Fortasse aūt, etsi dolor renum perpetuo uehementior est post cibum, quam in ieiunio, quod Hipp. ait, respectu tamē colici, ubi in utroque affectu ieiunus sit æger, maior est in renali dolor, quam in colico. Aut fortasse, quū assumpta quauis cibi mensura, etiam modica, colicus dolor intendatur, renalis tamen non nisi ex repletione increscit.

Cap. 5. & 6.

Tex. 6.

Cap. 1.

De signis distinctionis colicæ, & primo de signis phlegmaticæ. Cap. 11.

Qvandoque significant colicam phlegmaticam antecessio causarum generatiuarū phlegmatis ex satietate nauseatiua. et ex speciebus ciborū, et ætas, et regio, et hora, et reliqua, quæ sciuisti. et significāt ipsam exitus phlegmatis in fæce ante colicam, et cum ea, quum fit clystere et frigiditas inferiorum, et grauitas sensata, et uehementia retentionis multa: quare non egreditur aliquid de fæce, aut humore, aut uentositate. Si autem egreditur, est res inflata sicut stercus uaccinum, sicut egreditur in uentosa a [et leuior, et fit dolor prolixus, imò in spatio longo, et non oportet ut decipiatur aliquis per id, quod forte fit de siti, et inflammatione, et rubedine aquæ, et existimet quod ægritudo sit calida. Illud nanque commune est omnibus.

a B. sed in uentosa.

De signis colicæ uentosæ. Cap. 12.

Antecessio causarum suarum notarum ex multitudine potus aquæ frigidę, et potus vini

vini commisti, & olera inflatiua, & fructus, & quod affuit cibus non digestus, & rugitus, & retentio fęcum in intestinis, & extensio, & a [volutatio] vehemens quasi perforentur intestina terebello, & quasi occultetur in intestino acus: & hoc quandoque fit in phlegmatica, quũ retinetur uentositas aut generat ipsam, sed est in ventosa fortius, & non sentitur in ea grauitas vehemens. & in uentosa quidem præcedunt quandoq; rugitus plurimi: & uẽtositates quandoque quiescunt, & non rugit tunc, & nõ egreditur, & fortasse non accidit, ut rugiat nisi quũ fit vaporatio, & compressio, & quandoq; figitur dolor, & non permutatur, & quandoq; cognoscitur inflatio cum manu, & secũdum plurimum iuuatur compressione, & quandoq; iuuat uaporatio eius, & quandoq; non iuuat, & illud quum fuerit materia faciens ventositatẽ b [sicca:] tunc quoties inuenerit caliditatem, & calefactionem, faciet uentositatem. & quando que significat ipsam c [grossitudo fæcis] vaccinæ, quæ natat super aquam, propter multitudinem eius, qđ in ipsa est de ventositate. & quandoque est venter cum ea lenis, & quandoq; est fluxus. & egrediuntur humores, & nõ iuuatur eo propter retentionem ventositatis grossæ in tunicis, & illa, in qua est permutatio doloris, est incolumior. & illa, in qua est inflatio vẽtris sicut tympani, est mala.

> a B. scissio uel dissolutio uel disruptio.
> b B. firma uel stabilis.
> c B. significant ipsam fæx similis f. ci.

De signis eius, quæ fit ex fæce. Cap. 13.

Signa eius, quæ fit ex fęce, sunt antecessio rerum, quæ sunt retentio fęcis ante euentum doloris cũ a [tensione:] & est illic grauitas valde vehemens. Et sentitur quasi intestinum scindatur a seipso. Et quando b [fit tenasmon,] non egreditur aliquid, sed quandoque egreditur res viscosa c [grossa.] Verùm illam, quæ fit ex fæce cholerica significat tinctura fęcis, & multitudo eius, quod egreditur de cholera, & adustio, & inflammatio, & mordicatio, & d [aduentus quietis] cũ fluxu choleræ, & exsiccatio linguæ, & fęculentam factã a raritate corporis significat præcessio paruitatis fæcis, & e [siccitas] corporis, & uelocitas lędendi ex calore, & frigore extrinseco. Et fęculentam a caliditate uentris, & siccitate eius, inuentio inflammationis f† [ ] & siccitas almirach, & g [tenebrositas eius.] & siccitas egestionis, & eius nigredo ad rubedinem quandam decliuis. Et feculentam quidem factam a resolutione aeris, & exercitio, & sudore, & reliquis significat pręmissio paruitatis fęcis factæ a resolutione, cum concursu causarum prędictarum, & signa factę ex retentione choleræ effusæ ad intestinum, sunt grauitas, & inflatio ventris, & albedo coloris egestionis, & difficultas egressionis eius cum dolore h [et tensione] fæcis, et compressione facta ex ea tantum, et quandoque i [vicinatur] ei icteritia. Et signa retentionis factæ frigidæ propter frigus hepatis, aut alius, est ut non sit k [igneitas] et sit color decliuis ad viriditatem, et signa factæ ex melancholia l [acetosa, sunt eructuatio] et nigredo egestionis, et inflatio vẽtris cum paruitate doloris.

> a B. tempore.
> b B. Alia litera anus exprimitur sicut fit in tenasmone.
> c B. quare ingrossatur. Alia litera. quare accidit error.
> d B. nocumẽtũ preteritum.
> e B. Alia litera. lenitas uel mollities.
> f† B. in mirach
> g B. fętor egestionis.
> h B. extensiuo. Alia litera. cum tensione & dolore a fęce. Alia litera. & dolore pp tẽsionem factam a fæce.
> i B. associatur.
> k B. fætor.
> l B. sunt acetositas eructuationis.

De signis colicæ apostemosæ. Cap. 14.

Signa autem factæ ab apostemate calido, sunt dolor tẽsiuus, fixus, in loco uno, cum grauitate, et pulsatione, et inflammatione; et febris acuta, et sitis uehemens, et rubedo in colore, & inflatio in oculo, et retentio urinæ, et est signũ forte, et lædi cum fluxu, et quandoque est iste dolor cum lenitate naturæ. Et quandoque perducit ad frigus extremitatum cum calore vehementi in uentre, et quandoque rubet id, quod ei opponitur de uentre, et si fuerit apostema cholericum, erunt tensio, et pulsatio, et grauitas minus, et febris, et inflammatio, et mordicatio uehementius. Signa autem factæ ex apostemate frigido, plegmatico (et est parum) sunt, vt sit dolor continuus a† [ ] apparens in loco vno, et propriè quum descendit aliquid ex eis, quæ descendunt ex ventre. Et inuenitur cum manu inflatio cum lenitate, et est forma eius forma b [mollium.] Et iã præmissum est, quod fecit illud ex assumptione generũ lactis, et piscium, et carnium grossarum, et fructuũ, et olerum frigidorum, et humidorum, et est sperma frigidum subtile, est enim signum conueniens ad hoc, et egestio est phlegmatica.

> a† B. paucus.
> b B. almethie. lin.

De signis factæ ex torsione, & ruptura. Cap. 15.

Et signa factæ ex torsione, sunt euẽtus eius subito, post motum laboriosum, aut saltũ vehementem, aut casum, aut percussionem, aut a [calcationem,] aut luctationem: aut tolerantiam ponderis; aut rupturam, aut uentositas uehemens, et est dolor eius, similis non incipiẽs, deinde addens paulatim. et significat ruptura illam quæ fit ex ruptura.

> a B. cursum.

De signis reliquarum specierum colicæ leuis, a frigore & calore: aut debilitate sensus, aut uermibus. Cap. 16.

Et signa factæ a frigore intestinorum sunt, paruitas sitis, et a [apparitio] egestionis, et eius inflatio, & sensibilitas frigoris in intestinis, et leuitas doloris. Et quandoque est sperma cum ea frigidum. Et signa factæ ex cholera citrina, sunt causæ antecedentes, et ætas, et regio, et forma, et tẽpus, et alia eorum, quę inuenit de mordicatione uehementi, et inflammatione, et adustione, et nocumento a clysterib. acutis, et nocumento ab eo, quod solutione educit, et descendere facit choleram. et noceri tamẽ, et iuuari a temperatis infrigidantib. et euacuatione cholerę: si non fuerit materia imbibita, et cõmotio b [raro.] Et quandoque associatur ei febris, et fortasse non associatur ei, et non est febris eius sicut febris apostemosæ in magnitudine accidentium. et quandoque associatur ei dolor in pectine, quasi punctura cultelli, et non est ventositas. et signa factæ ex debilitate expulsiuæ sunt, ut iam antecesserit eam lenitas naturæ, et necessitas surgendi ad sellam frequenter, sed paullulum. Et antecessio causarum eius ex eis, quæ debilitant vel destruunt uirtutem ex calore et frigore, c† [ ] aut d [assumptione.] Et multoties accidit uentri, et

> a B. Alia litera supernatio.
> b B. de tertio tertium.
> c† B. aduen te.
> d B. comestione.

ut sit lenis aut temperatus, aut sit quantitas egestionis, & qualitas eius secundum cursum naturalem, sed est necessarium ad hoc, ut egrediatur fæx, uti instrumento, aut suppositorio, & quandoque est illud propter fistulam, & signa eius, quæ est ex debilitate sensus, sunt, ut illud, quod sumitur faciens declinare egestionem cũ qualitate ad mordicationem, non percipiatur in ascellatione; & hoc est sicut porrum, & cepe, & caseus, & fœnugrecum, & iterum ut suppositoriorum acutorum non sentiatur nocumentum, quum supponuntur. Et uenter inflatur ex eis, quæ sumuntur, & retinentur, & non dolet dolore, de quo sit curandum, & quandoque accidit, ut sit illic fistula corrumpens sensum, & signa facte ex uermibus sunt signa uermium, & antecessio exitus eorum.

TRACTATVS IIII.

De cura colicæ, & locutione in ileos, & reb. particularibus ægritudinum intestinorum, & dispositionum eorum.

De canonibus curationis colicæ. *Cap.* 1.

OPortet, vt colicæ regimen non prætermittatur, nam quum apparent signa inceptionis eius, oportet ut interdicatur repletio & a [incipiatur] mundificatio eius, quod est secundum ipsam. Et si fuerit post cibum, quem comedit, expellat ipsum uomitu statim, & euomat cum eo, quod b [retinetur] de humorib. donec mundificetur, & uomitus quidem quandoque c [incidit] materiam colicæ humidam, & cholericam. Quod si superfluat, retineatur cum retinentib. uomitum. & ex eis, quæ bona sunt, & experta in hoc, est ut ponatur in syrupo de menta facto ex aqua granatorum, aliquid de cymino, & sumach. Et ex eis, in quibus non est conuenientia, est, ut festinatio sit in dando in potu solutiuum desuper. d [ipsum. n. est fortasse vehementis uirtutis] & humores, & squibalæ sunt plures. Quumq; cõuertitur ad eos humor desuper, fortasse non inuenit penetrationem, & perducit regimen ad timorem maximum, & illud, quod in primis necessarium est, est ut incipiat, & sorbeat lenientia lubricatiua, sicut ius galli uetusti, quod narrabo in eis, quæ sunt post, & iam narrauimus illud in areolis medicinarum singularium. Deinde administretur clystere lenitiuum. Quòd si fuerit illic febris, permutetur aqua galli, & loco eius sit aqua hordei, ut incipiant humores, & squibalæ desubtus descendere paulatim. Quumque sentitur, quod squibalę, & humores grossi ualde iam egrediũtur, & oportet ut in potu detur aliquid desup, fiat, & si possibile est, ut mundificatio fiat desuper cum uomitu frequenti, fiat. Et non sit uehementia necessitatis dandi in potu desuper, nisi quando sunt principium materiei stomachus, & intestina superiora, & scitur quòd stomachus est debilis, & humorum multitudo, & inuenitur repletio supra umbilicum, & grauitas illic: omnia n. ista exigunt, ut fiat fluxus desup, & similiter si accidat colica post excoriationẽ, tunc cura facta desuper est melior: & e [in hac

a B. acceleretur.
b B. oportet.
c B. abscindit.
d B. quoniã fortasse est oppilatio fortis.
e B. ista species.

specie] colicę est illa, cuius principium est ex stomacho, & superioribus: f † [ ] si fuerit materia confirmata, deinde ipsa mandat ad intestinum læsum materiam post materiam, & quoties peruenit ad ipsum g [accidit,] dolor, tunc necessaria erit mundificatio incipiens. Quũ ergo bibitur solutiuũ, aut extrahit eam, & sanat ex ea: aut deponit ipsam ad inferiora ad locum vnum. mundificet ergo ipsam clystere unum, aut minor numerus eo, qui necessarius est ante illud, & quando non oportet dare in potu medicinam desuper, propter necessitatem manifestam, tũc non oportet ut in potu sumatur desuper omnino aliquid, & sit contentus clysteri. & illud, quoniam secundum plurimũ causa colicæ est humor grossus uiscosus h [egrediens] integrè per euacuantia. Quumque bibitur medicina desuper, euacuat non ab unoquoque duorum, scilicet stomacho, & intestinis tantum, imò ex alijs locis, a quib. euacuatio omnino non est necessaria, & illud facit acquirere debilitatem proculdubio. Quum ergo hoc fit, deinde sit necesse mundificare intestinum, exigens clysteria plurima, & euacuationes frequẽtes, & debilitatur uirtus ualde, tunc i [oportet] ut sit contentus quantum possibile est, clysteribus, & eis, quę currunt cursu eorum, ipsa enim dum inueniunt in intestinis humorem, non attrahunt ex locis alijs, & non euacuant ex reliquis membris plurimum, & si iteretur clystere multoties secundum k [necessitatem] humoris generatiui doloris, non erit tantum timoris in ipso, quantum est, quum fit euacuatio desuper per medicinas attrahentes ex corpore toto, & quum clystere non educit aliquid, & materia non maturatur, tunc l [abbreuietur] & non clysterizetur, & proprie cum clysteribus acutis: hora nanque eorum est post maturationẽ: quamuis ex clysteribus acutis m [timeatur cordi] & cerebro, & multoties quidem fit clystere, & nõ soluit, immo facit sodam: n † [ ] quare oportet tunc ut adiuuetur desuper, & quandoque est solutio desuper, & oppilatio desubtus, quare necessarium est ut o [restringatur] quod est superius cum stypticis, ita ut fiat p [retentum] unum: deinde euacuetur, & oportet, ut leniatur clystere, quum fuerit illic febris, & multiplicetur eius q [humiditas,] ut frangat salsedinẽ salis, de quo fortasse necessarium est usq; ad drach. ij. & s. Et quum clystere non facit descendere aliquid, tunc detur in potu hiera picra cum r [uino,] aut sicca, & similiter post s [assumptionem eorum, quæ sunt sicut alkisch, & dactilicõ.] & non oportet vt confortetur hiera eorum cum agarico, quoniam est profundans, stans in uiscerib. & oportet ut non fiat clystere, dum in stomacho est aliquid, & attrahatur crudum ad inferiora. Et oportet ut non continuẽtur clysteria, imò interueniat inter ea spatium. Et cholericæ quidem colicæ t [paroxysmus vincitur] cum pilulis aureis. Et quandoque accidit, ut medicinæ attrahentes ex corpore, attrahãt ad intestina humores malos alios, et quandoque attrahunt humores, u [puros;] quare aggregantur excoriatio, et colica simul: et hoc est ex nocumentis mortalibus. Et, quod deterius in potu sumitur in colica de solu-

f † B. &.
g B. redit.
h B. adhærẽs adhærẽtia qua nõ egreditur. Alia litera. adhærẽs qui nõ egreditur.
i B. melius est.
K B. Alia litera uiscositatem.
l B. expecta.
m B. Alia litera fiat attractio ex corde.
n † B. & cõmotionem.
o B. inspissetur uel ingrossetur.
p B. genus.
q B. oleum.
r B. melle fermentata.
s B. assumat alferiaran, & electuarium de dactylis.
t B. succurritur uel occurritur.
u B. excoriãtes.

solutiuis, est, ut sit magnæ quantitatis, ex qua fugiat sumens & non remaneat in stomacho; imò pilulas de hiera, & omne quod est minoris quantitatis, & magis aromatici odoris, est melius sumere in potu. Et oportet ut intentio in capite sit uehemens valde, ita ut nõ recipiat vapores eius, quod retinetur in ventre, & vapores medicinarum acutarum, quas administrare necesse est in pluribus horis in ægritudinib. colicis. Quandoque enim perducit illud ad varietatem, & commistionem rationis, & est cauendum in colica, & ex eis, quorum causa generatur nocumentum, est, vt non sit possibile medico, ut sciat formam dispositionis ægri: quare non potest tunc scire, quod necessarium est in curatione, & hæc intentio completur cũ aromaticis frigidis, & cum oleis frigidis, & reliquis, & quæ innuimus in infrigidatione cõplexionis capitis, & quandoque accidit, ut sit necessitas calefaciendi intestina, compar necessitati infrigidationis hepatis: quare custodiatur illud cum emplastris infrigidantibus hepar, & similibus, & custodiatur pars hepatis ab emplastris ventris, & inunctionibus eius calidis, & similiter dispositio cordis, & conuenientior infrigidatio eius est cum succis frigidis cum camphora, & sandalis. & oportet tunc, vt ponatur [x] [in partibus] intestinorum, & [y] [partibus] cordis & hepatis aliquid, quod distinguat, ex panno aut fermento aut similibus, prohibens ne currat quod proprium est vni eorum ad aliud. Et sitis multiplicatur in eis: non oportet ut bibatur nisi parum, aut toleretur. Quumq; illud fuerit permistum cum iuleb, erit magis iuuatiuum siti, propterea quòd corpus diligit rem dulcem, & facit ipsam penetrare.

x B. inter partes.
y B. inter partes.

ANNOTATIONES.

Coliai dolores, ut ex superioribus patet, repletionem præsertim sequuntur. Iure ergo statim ut hic ait, uitanda in his repletio est. Celsus autem lib. 4. non repletionem solum non probat, sed non nisi sedato dolore uel cibum, uel potũ exhibendum esse ait, id quod nostra tempestate periculo non uacaret, quo et imbecilliora corpora et intemperantiora sunt. Paulus per initia tantum cibi abstinentiã probat, & profecto certum est affectionem ipsam inediam desiderare. Solet in colicis affectib. plerumque uomitus concitari: quo casu ipsum adiuuari præstat, nisi forte excesserit, ut Auic. notat, purgandusq; omni ingenio uenter. Dubitare autem licet, an affectus huius initio purgatorium medicamẽtum offerendum sit, an expectanda coctio. Sane selet hic affectus uires insigniter prosternere, & ubi paululum etiam temporis affligit, febres concitare, quæ tantum quandoque negocium faciunt, ut ægri non raro, sedato dolore, a febrib. postmodum necentur. quo fit, ut rationi non uideatur repugnare, si pharmacum his exhibeatur. At contra, Paulus li. 3. tunc purgationem probat, quum pituita fuerit attenuata. Auicennas item non esse ait festinandum ad soluentia medicamenta per os propinanda. Cæterum, paucis. ut nos quidem sentimus, ubi crassior materia in uentre fuerit, quæ dolorem facit, attenuanda antea est: post, medicamentum offerendum. festinandũ tamen in ipsa attenuatione est, ut secunda saltem uel altera die, si fieri possit, eductioni paretur. Interea uerò subducenda clysterib. est aluus, & educendæ intestinorum fæces, nempe quum hoc & dolori imminuendo efficax præsidium sit, & assumendo medicamento uia exstruat. Non prætereundum autem, quin ipso et morbi initio purgatorium exhibeas materiæ educendæ aptum uel calidæ uel frigidæ, uel tenui uel crassæ. Vidimus etenim interdum ipsi, qui hæc scribimus, id, cunctantib. medicis, & coctionem expectantib. in colico dolore, euenisse, ut, dum calidis fomentis & potionibus, & clysterib. ægrum solicitarẽt, febris interea calfacto iecore tanta superuenerit, quã non euaserit. Contra etiam, id obseruauimus, post iniectos leniẽtes clysteres, post leuem uomitionem, exhibito pharmaco ægrum statim esse persanatum. Quamobrem, quod Paulus post attenuatam pituitam pharmacum exhibeat, non obstat nobis. attenuari quæ in uentre pituita est, non magno negocio solet. ac præterea, quanquam forte nõ ad summum tenuitatis redacta est: tamen medicamentis non reluctabitur, quin educi possit. sunt. n. ex medicamentis & talia, quæ excernendis crassis humorib. sunt apta. Et si ergo Paulus pituitæ attenuationem expectat, non tamen summam tenuitatem expectat. Quòd uerò Auic. initio purgationem non probet, id ante alia præsidia omnia intelligitur. paranda enim antea clysteribus est uia, & uomitu materia imminuẽda, atque etiam oxymelite attenuanda. quæ tamen prima die, uel altera agenda sunt omnia. Veretur ergo purgationẽ Auic. nisi prius & intestinorum fęces, et humorum portio uel per clysterem, uel alio quopiam ingenio imminutæ fuerint. Sed dubitabit hic quispiam, an in colicis affectib. secanda quandoque sit uena. Soluit Paulus lib. 3. si intestinum inflammatio exerceat, secandam uenam esse in cubito, sin urinæ difficultas distorqueat, secandam in talo. Author noster de hac re nihil certè hoc loco, non is tamen ubi de colica apostemosa, quam uocant, uerba fient, uenæ sectionem prætermittet. Cætera de colici affectus curatione generatim, pete ex Paulo loco citato, & Gal. 12. meth. itemq; ex Tralliano lib. 12. & Rasi 9. ad Almans.

cap. 43.
cap. 45.
cap. 7. & 8.

De cura colicæ frigidę. Cap. 2.

COlicę autem frigidæ regimen secundum semitam canonis est, ut non [a] [incipiatur] in ea a stupefactione. [b] [Incipientes] enim sedare dolorem cum narcoticis componunt rẽ maximi erroris. Administratio enim narcoticorum non est curatio vera in aliquo, & illud ideo, quoniam curatio uera est incisio causæ: & stupefactio est confortatio causæ, & destruitur sensus per eam. & illud ideo, quoniam si causa est humor grossus, fit fortior, & [c] [deterior,] aut ipsa complexio frigida fit frigidior, aut ventositas spissa fit spissior, aut [d] [oppilatio inspissans corpus intestini, &] non resoluitur ex eo, quod in ipso retentum est, & fit uehementius inspissans, et dolor redit post diem vnum, aut duos, aut tres fortior, quam fuit: quare non oportet, ut in ea elaboretur, quantum possibile est, et dum inuenitur ab ea excusatio, et deuitatio, immo elaboretur in elõgando causam, incidendo eam et resoluendo eam, et dilatando poros in quibus retinentur sua viscositate, et quod plus facit hæc, sunt medicinæ subtiliatiuę non uehementis calefactionis. uehemens namque calefactio, quum [e] [intestinis] subito accidit, non est securitas [f], [quod sit illud quod ipsa commouet de ventositate additum super illud, quod ipsa resoluit de materia,] immo oportet vt sit quantitas eius, quantitas quæ faciat in uentositate resolutionem fortem, et in materia humida subtiliationem, et maturationem, nõ resolutionem fortem.

a B. festinetur
b B. festinante
c B. frigidior.
d B. uehementi spissitudis. corporis intestin unde.
e B. Alia litera materiæ.
f B. quin illu quod cõmoue tur, & excita de uẽtositate, quod resolu & euapora ex materia, priusquã illu quod resoluit de uentositate

fortem, & propter hoc quandoque sufficit abstinere a cibo, & potu diebus aliquibus. Et [g] [similiter euaporatio] quandoque commouet dolorem uehementem. Quare necessarium est tunc aut dimittere euaporationem, aut multiplicare, & iterare ipsam, ut resoluat illud quod primo commouit de uentositate, deinde [h] [administrentur] clysteria euacuantia [i] [illud quod oportet. Oportet enim] ut si fæx sit retenta, ut non incipiatur nisi cum eo in quo est lubricatio fæcis, propter mucillagines, quæ sunt in ipso, & oleis, et medicinis, quæ sunt ad fæces. & sunt illæ, quæ conueniunt curationi colicæ factę ex fece pura, hæc, quando est ventosa: deinde post illud redeatur ad clysteria euacuantia phlegma, si fuerit phlegmatica: aut resoluentia ventositatem, & euacuantia ipsam, si fuerit uentosa, & oportet, vt scias, quòd quandoque euacuatur totum, quod est ex humoribus, & remanet res parua, quæ est illud, quod associatur parti doloris, & est faciens dolorē: oportet ergo ne dicatur, quòd curatio non est iuuatiua, imò euacuetur illud etiam cum clysteribus. Et quandoque est illud ventositas sola, quam significant significationes ventositatis. Quare oportet vt administretur [k] † [ ] quod confortatiuum est membri, & resolutiuum ventositatis cum calefactione subtili, & fortasse sufficit tunc bibere confectionem fortem calidam, sicut theriacam, & similia, & quādoque sufficit ponere uentosas cum igne sup locum doloris, & quandoque sufficit semina potare resolutiua uentositatis, & quandoque sufficit bibere uinum calefactū, & quandoque sufficiunt emplastra resolutiua, & fortiora eis sunt rubificantia facta ex sinapi. ipsa.n. quandoque resoluunt, & quandoque attrahunt materiam ad lacertos uentris. Et aqua thermarum in dolore vehementi, quando cum ea fit balneatio, iuuat ualde, & aqua de sale ammoniaco est mirabilis in hoc absolutè, & si non aliter, saltē bibita, si toleratur eius potatio. Et similiter tina facta ex aqua, in qua decoctæ sunt medicinę resolutiuæ, subtiliatiuæ. Et quandoque sufficit fricatio uentris subtilis, cum fricatione forti [l] [aliorum.] Et quandoque commouet dolorē potus aquæ frigidæ: est enim nocibilior res in hac ægritudine cum pauca intentione in sedatione sitis, & [m] [passum] durum [n] [parum] est melius ea, & calidum est magis sedatiuum doloris, & nocibilior res istis est frigus, & aer frigidus, quemadmodum res magis iuuatiua eis est [o] † [ ] aer calidus, & aqua calida, & si causa fuerit frigus intestinorum & fuerit mirach gracile, festinabit habenti ipsum colica omni hora. Quare oportet ut calefiat uenter eius semper, & expellatur ab eo frigus cum eis, quę cooperiunt ex pellib. & stringantur super eū ex eis, & vnctiones ex oleis calidis & embrochæ, † [ ] quas dicemus, sunt in ea iuuatiuę & quandoque necessariæ sunt vaporationes, & quandoq; necessariū est, ut ponantur in oleis calidis castoreum & euphorbium, & omnis colicæ frigidæ, cuius causa est illud, quod diximus de [q] [iteratione] rei ad locum læsum, quare accidit tunc dolor. cura est euacuatio subtilis, separata, frequens, nisi

g B. propter illud fomentatio
h B. quum administras.
i B. tunc oportet.
k† B. clystere.
l B. crurium.
m B. uinum.
n B. parum.
o† B. calore.
p† B. Alia litera. calidæ.
q B. effusione, seu deportatione.

sciatur quod illic sit materia plurima; tunc.n. euacuatio facienda est. In ea aūt, quę est secundum semitam [r] [attractionis] & generationis, cōueniens est, vt in potu detur, quum paroxysmus est doloris, & in nocte uehemētiæ eius, aliquid sicut pilu. de aloe, & pilul. de hiera & pilulæ cōpositæ de pulpa coloquinthidæ, & scāmonea, & serapino & aloe. Sumatur in potu ex quibuscunq; earum fuerit ex aur. s. vsque ad ii. tertias aur. Ista enim, quum assiduantur aliquib. diebus, & rectificatur cibus, sanant.

r B. effusionis.

ANNOTATIONES.

Aemulatur Galen. 12. meth. Sed uide & Paulum li. 3. cap. 7 & 8. *Trallianum lib. 10. Rasim. 9. ad Almans. Aetium libr. 9.* cap. 43 cap. 9. & deinceps. *Quibus locis ea sparsim reperire est, quæ hic & sequentibus capitibus collegit.*

De canonibus proprijs colicæ uentosæ, quæ est ex eis, quæ sunt inter colicam frigidam. Cap. 3.

Oportet, ut administrentur clysteria, & suppositoria, & emplastra quę dicemus, & interdicatur cibus omnino, & si non plus, saltem duobus diebus, vel tribus. Et dormiat, quātum possibile est ei, & studeat in eradicatione materiei uentositatis, cū clysteribus [a] [resolutiuis,] & in calefactione membri [b] [cum eis,] & deforis secundum modum, quem diximus ante. Si autem non [c] [inuenis,] quòd illic sit humor; tunc calefac quod vis, & vapora quod vis, & stude etiam in positione ventosarum cum igne, absque incisione. Quumque natura fuerit obediens, tunc iuuetur fricando suauiter locū doloris; & inungendo cum eis, quæ sunt sicut oleum sambacinum, & oleum de nereiden, & oleum alben calefacta, & vaporando cum milio, & sale calefacto, secundum quantitatem, quam uides conuenientiorem, & experire figuram dormiendi, s. resupinationem, & dormiendi super ventrem, quæ earum sit conuenietior & magis expellens ventositatem, & ex eis quæ bibita conferunt, est ut in potu detur carui, & semen rutę in aquis de seminibus, aut in uino antiquo, aut in aqua mellis, aut cum penidiis. Et quandoq; datur in potu philonium in hac hora, & euadere facit.

a B. abstersiuis.
b B. intrinsecè.
c B. timetur.

De compositione solutiuorum eius, qui habent frigidam colicam ex uentositate, aut materia phlegmatica, de quibus fiunt clysteria. Cap. 4.

Compositio clysteris educentis phlegma & fæcem. Recipe tribulorum, polypodii, fœnugręci, cartami, sebesten partes æquales, turbith pondus ℥.ij. & pulpæ coloquinthidæ sanæ non contritæ aur. s. ficus. x. numero, seminis lini, seminis apij, anisi, centaureæ minoris, granorum Kerua [a] [tritorum,] & uiolarum omnium, an. ℥.v. & rutę. M. i. foliorum caulium. M. i. decoquātur in aqua plurima suauiter, donec redeat ad paucam, & confricentur manib. & colentur, & sumantur ex ea circiter ℥.c. & dissoluantur in ea cassiæ fistulæ ℥.vij. & zuccari rubei ℥.vij. serapini, bdellij, amborum, an. ℥.i. baurach aur. i. olei sisamini. ℥. [b] [v.] & clysterizetur

a B. contusorū.
b B. xv.

tur cum ea, & quandoque ponitur in ea aliqd de felle tauri, & clystere educens phlegma. [c] † [ ] sumatur commistio illius clysteris, & ponatur in ea de pulpa coloquinthidæ plusquam illud: & sumatur granorum alkerua. ℥.v. [d] [& aqua volubilis exprimatur] & effundatur super illud, [e] [quod colatur ab eo] clystere primum, & ponatur in ipso loco cassię fistulæ, & zuccari, pōdus ℥.xv. mellis, & sit oleū eius oleum cartami, & ponatur in ipso tantum de opopanaco, quantum est serapinum. s. pondus ℥.j. & administretur, & quandoq; ponitur in ea oleum de kerua. Et multoties quidē sunt contenti decoctione seminum, & hasce, & origani, & hyssopi, & cymini, & petrosel. & sem. rutæ, & polypodii, & centaureę, & calamenthi, & aniuden: deinde addatur in ea succus cucumeris asinini [f] [proprie] ℥.s. & fiat clystere cū ea, aut decoquantur cum ea cucumeris asinini radices, & aliquid de pulpa coloquinthidæ, & dissoluatur i ea serapini, & opopanacis, & bdellij omnium an. pondus ℥.j. & fiat cum ea clystere, & multoties quidem decoquuntur istę medicinæ in oleo; [g] [& cum illo oleo calido] fit clystere, & multoties quidem fit clystere cū syrupis acetosis, incisiuis. Compositio syrupi acetosi, cum quo clysterizantur habentes colicam. Recipe aceti kist. i. & mellis kist. i. pulpæ coloquinthidæ aur. iij. & piperis vnc. j. zingiberis vnc. ij. & seminis rutæ [h] [syluestris] & amomi, & keisim, & anisi, & epithymi omniū ana. aur. iiij. [i] † [ ] & polypodij vnc. j. [k] [terantur] illa omnia, & decoquantur in aceto & melle donec medientur. [l] † [ ] & quandoque ponuntur in ipso aniuden & [m] [polypodium etiam:] sed nos non innuimus ad huiusmodi regimen. [n] [Suppositorium] clysteris doloris sedatiui quorundam antiquorū bonum. Recipe aloes, & castorei, & storacis, & glutinis alimbat, omniū an. vnc. j. succi buchormariem recentis, [o] [& corticis] vnc. j. & s. reseruetur, & administretur, quum necessitas est, ex eo quantitas fabæ, & ponatur in quibusdā clysteribus, & quandoque [p] [ponuntur in quibusdam theca adipum, & olea,] clysterizatur cū eis [q] [in quibusdam theca adipum, & olea.] Et clysterizatur cum clysteri forti, quū fæx est inobediens cum phlegmatibus uehementis viscositatis ultima in uirtute, & inobedientia. Quare oportet ut fiat clystere cum aqua [r] [alusnen] humidæ, de qua sumatur lib. s. cum vnc. j. [s] [& s. aceti] & ℥.v. baurach. Et fortius hoc est, vt sumantur grana alscebram, & folia almezerion, [t] [cordumeni] excorticatū, et buchormariē, et artanita, et cortices coloquinthidæ, et eius pulpa, et cucumer asininus et turbith, et polypodium. et coquantur omnia in aqua secundum descriptionem, quę est in suo simili, et proijciantur super eorum decoctionem oleum de Kerua, et mel, et fel uaccinum, et clysterizetur cum ea, et ponantur istæ medicinæ in oleo calido, et fiat clystere cum eis, et quū clystere fit ex oleo cucumeris asinini, quandoque extrahitur phlegma uiscosum, quum mora fit super clystere horis aliquibus, et similiter oleū de raphano et [u] [alkekengi.] et quandoq; est necessarium, quum uehementia est doloris, ut ponantur in his clysteribus, assa, et ammoniacū, et fimus colombinus [x] † [ ] cum eis, quæ calefaciunt membrum, et euphorbium in quibusdā horis: et fit clystere quandoq; cum kitran conquassato in aqua mellis [y] [plurimarum specierū,] et sedatur dolor. Et succus buchormarien est mirabilis valde, et quādoq; necessaria sunt scāmonea, et euphorbium, et alia. Et laudauerunt quidā medicamē nominatum [z] [diamuschum, dicētes,] ꝙ quum ponitur in clysteri, fit eo iuuamentum, et quandoq; fit clystere ex pondere ℥. ij. castorei cum oleo, et iterum sumatur picis quantitas trium ℥. super quā fundatur uini, et olei rutacei, et butyri, omnium ana sacraiati. i. et administrentur, et quādoq; ponuntur in clysterib. fortibus folia fici et cortex arboris eius.

c † B. uiscosum.
d B. fiat emulsio uel expressio ipsorum in aqua lebleb.
e B. a quo colatur.
f B. prope uel circa.
g B. aut in oleo calido & cū eis
h B. hortulanæ.
i † B. cymini carmeni, aur. i. sem. anethi aur. ij.
k B. cōtūdantur
l † B. deinde coletur, & fiat clystere cum eo.
m B. Alia litera amylum.
n B. Descriptio.
o B. unc. ij. opij
p B. ponitur in quibusdā oleis & pinguedinib. dissolutis.
q —— B.
r B. alasran.
s B. olei silamini
t B. carmedane.
u B. oleum alkelkelangi.
x † B. propria
y B. plurimorū alefiniati.
z B. daneb alfar .i. medicamen caudæ muris.

De compositione medicinarum bibitarum soluētium phlegma, de pilulis fortis iuuamenti. Cap. 5.

De illis sunt pilulæ [a] [quæ recipiunt] alscebrā cum serapino, et iterum pilulæ de serapino cum secacul, et pilulæ de serapino cum harmel, et iterum sumātur turbith, et aloes succotrensis. et pulpæ coloquinthidę partes æquales, et scammoneæ tertia partis, et conficiantur cum melle dispumato, et informentur ex eis pilulæ. Pilulæ bone ad phlegma. Recipe pulpæ coloquinthidæ danich. j. et turbith. ℥. j. et succi cucumeris asini. danich. s. et castorei danich. i. zingiberis danic. j. [b] [et serapini,] pondus ij. tertiarum ℥. j. Et si fiant fortes cum scammonea erit bonum. Reliqua autē solutiua sunt, sicut [c] [alikisin et dactilicon et alischisui,] et picra cōfortata cum pulpa coloquinthidæ, et fit cum ea toleum de kerua, et sicut diacydoniten, et quādo permiscetur fæx, et phlegma simul, et si fuerit fæx plurima [d] [et multa] non obediens, requirit necessitas administrationē solutiuorum fortium, de quib. sunt pilulæ huiusmodi. Recipe euphorb. et granorum almezereon [e] † [ ] et scāmoneę partes æquales, et sit dosis earum ℥. j. Solutiuum aliud forte. Rec. cafitium j. fimi columbini, et M. i. anethi, et [f] [penidem, et danich] aquæ, et decoquantur usq; ad medietatem et detur in potu ex ea unc, [g] [j.] et est vehemen tis fortitudinis, et uehementis timoris, et omnium lacticiniorum lac resoluit colicā sicut [h] [alkigati] et sicut alscebrā et similia, et nominantur grana eius grana [i] [lumborum,] et sicut species lacticiniorum, super quam [k] [sint auores] muris similis maioranæ magnorum foliorum, et cum ea curatur punctura scorpionum, et habet lac plurimum, et iam diximus ea in medicinis singularibus.

a —— B.
b B. Alia litera hieræ picræ.
c B electuarium elefchof & electuarium de dactylis & feriaran
d B. squibalosa.
e † B mundatorum.
f B. durach. i. & uas paruum.
g B. ii.
h B. alhaya.
i B. aldarath.
k n. auriculæ.

De suppositorijs fortibus, educentibus fæcem plurimam cum phlegmate uiscoso. Cap. 6.

De eis est, ut quæratur sal petrosus, et supponatur ex eo glans. j. Et oportet ut sit longitudo eius vi. digitorum, et ex eis est glans magne facta ex stercore muris, et fiat tenta ex rephano, et [a] [sit] cum melle, et supponatur. Aut glans ex melle permisto cum pulpa coloquinthidę, et glans ex cucumere asinino, et pulpa coloquin. et felle uaccino, et nitro, et melle. Aut

a B. liniatur.

pulpa

b B. eum penidijs lapidosi. & is & iterũ pulpa coloquinthidæ.

pulpa coloquin.[b] † [illegible] & sarcocolla, cum penidiis. Et iterum mellis, & tereniabin, & pulpæ coloquin. & salis naphtici partes æquales. Et iterum res communis phlegmaticæ, & ei quę fit ex fæce, & ventosę. Recipe pulpæ coloquin. castorei, amborum an. quantũ est nucleus oliuæ, & Kitran cochlearia ij. administretur cum aliquãtulo mellis, & succo buchor marien: & est forte valde, quod necessarium est quum nihil ualet, & multoties quidem necessarium est, quum nihil ualet, administrare, scammoneam, & semen vrticę, imò euphorbium.

De compositione clysteriorum ad uentositatem. Cap. 7.

a † B. siccæ.
b † B. & fasera & acori, &.
c † B. & calamẽthi decoctione uehemẽti in succo.
d † B. mellis.
e † B. & oleo chamæmillino.

CLystere bonum. Recipe alhasce, hyssopi, rutę[a] † [siccæ] origani,[b] † [ebulli] seminis rutæ, seminis agni casti, granorũ alkerua tritorum, chamæmillæ, tribulorum, centaureæ, anethi, seminum trium, & auindẽn, & petroselini partes æquales, decoquantur in succo ruta[c] † [ ] plurimo, donec redeat ad parum: deinde sumantur olei pars i. & succi decocti partes ij. decoquantur, donec remaneat oleum solum, deinde sumatur ex eo quantitas clysteris i. & ponantur in ipso prædicta cum adipe anatis & caprarum, & aliquantulo opopanacis & serapini: & fiat cum eo clystere, & si accipiatur succus ipse, & dissoluatur in ipso gummę prędictæ cum adipibus suis, & ponatur in ipso pondus ℨ. x.[d] † [mellis] fiat cum eo clystere, erit iuuatiuum. Et intromissio castorei, & assæ in clysteribus eorum, est iuuatiua ualde. Et quandoque fit clystere ex pondere ℨ. xx. olei, in quo dissolutum est pondus ℨ. x. storacis liquidæ, & est iuuatiuum, & quandoq; fit clystere ex baurach plurimè resoluto in succo rutę. Et fit summa eius ultima usq; ad ℨ. x. & fa lis usque ad ℨ. xv. Et quandoque clysterizantur cum oleo rutaceo, & oleo de nereidon,[e] † [chamæmillino] & oleo raphanino, & oleo de kerua.

De compositione suppositoriorum ad uentosam. Cap. 8.

a B. semine ruthæ.

COnteratur ruta cum aqua mellis, donec fiat sicut illud, de quo fiat linimentum, & ponatur cum ea quantum est ipsius medietas de cymino, & quantũ est quarta pars eius de nitro, & sumatur ex ea glãs, cuius longitudo sit v. digitorum, & iterum suppositorium, q̃ fit ex[a] [oleo rutaceo] cũ castoreo, cum melle, & felle vaccino, & baurach de vnoquoq; quorum sit. s. aur. et iterum serapinum, et bdelliũ, et baurach, et coloquinthida, et althæa, fiat ex eis glans.

De clysteriis & suppositoriis habentium frigus intestinorum absque materia. Cap. 9.

a B. calamenti.

CLysteria verò eius, qui habet colicam ex cõplexione frigida sine materia, et suppositoria eius, sunt sicut clysteria habẽtium colicam ventosam et suppositoria eorum, et quandoq; iuuat eos alkitran solum, quum fit clystere cũ eo pondere ℨ. ij. in oleo, et similiter iuuat eos fimus columbinus solus, quum ex eo fit clystere in succo[a] [chamęmillę] et oleo de Kerua.

De tina, & balneis, & embrochis. Cap. 10.

a † B. Alia litera. apostematis.
b B. alkiardanegi.
c B. stricturam.

TIna vehementis iuuamenti est in dolorib. colicę et proprie quum est plena aqua, in qua decoctæ sunt medicinæ colicę. Ipsa n. sua caliditate acquisita ab igne, et uirtute sua acquisita p medicinis resoluit causam,[a] † [illegible] et humiditate sua cum caliditate mollificat mẽbrum. quare alleuiat carminationem causę facientis dolorem, et mollificat lacertum ani. Et illud est ex eis, quę iuuant ad expulsionem retẽti: veruntamen tina facit accidere angustiam, et syncopim propter hoc, quòd mollificat de virtute. Quare oportet ut vtatur ea debilis secũdũ cautelam, et sit ei proxime, quum ea utitur, ea, quę confortant virtutem de odorib. fructuum et aromatum, et[b] [alcardeneki] et panis calidus, et ea quę delectant eum in quib. quiescat, et studeat, vt non cooperiat aqua pectus eius. et cor ipsius. Et aquę quidem thermarũ vehementer conferunt colicę frigidæ, quum sedent in eis: sicut melius est eis, vt non approximent aq̃s dulcibus. Quũque aliquod vasorum impletur aquis thermarum, aut aquis, in quib. decoctæ sunt medicinæ colicæ, et in fundo eius separantur foramina plurima, quę forsitan non sentiũtur propter suam[c] [debilitatem,] et resupinatur eger, et eleuatur vas ab eo vsque ad quantitatem staturę, et dimittatur ita, vt distillẽt ex eo super ventrem ipsius stillæ frequentes, est valde vehementis iuuamenti.

Sermo de qualitate clysteriorum, & instrumento eorum. Cap. 11.

a B. concauitas.
b B. intermediãs
c B. & fiat inter medians inter partes eius diuersas.
d B. in orificio partis.
e B orificiũ partis minoris aptum.
f B. utranq. partẽ cannę obtura
g B. ligamento.
h B. Alia litera. medicina.
i † B. hoc.
K B. cõmouetur
l B. retrocedit vẽtositas & egreditur ex parte, qua non ingreditur clyst[illegible], quare remanet clystere remanẽtia, uel mora bona, q̃m uentositas est illa per quã fit retrocessus ad exteriora

MElinr quidem cannę clysteris figura, quã antiqui dixerunt, est ut sit[a] [circulatio] cannę eius diuisa per tertiam et duas tertias, et sit positum inter vtranque[b] [velamen] de corpore, de quo facta est canna, et sit consolidatũ cum canna consolidatione vehementi,[c] [sit ergo velamen eius duarum partium diuersarũ.] Et sit uter decenter aptatus in[d] [parte,] quę duarum partium maior est, et sit[e] [in parte minore apertus.] Et quando vter decenter aptatus est super[f] [totam cannã, stringatur] caput partis minoris cum[g] [consolidatione] forti, vt non ingrediatur[h] [ipsam aer,] et sit ei sub vtrẽ in loco, qui nõ ingreditur anum, meatus, per quem egrediatur ventositas. Quum. n. administratur i † [ ] clystere, et[K] [exprimitur] cum fortitudine ventositas,[l] [egreditur enema, et sistitur enema bene, uentositas. n. est, per quam redit ad exitum] et facit necessitatẽ surgendi ad sellam cum velocitate. Amplius oportet ut consideres, si dolor est decliuis ad partẽ dorsi, clysteriza ęgro resupino, et hoc est melius ei, cui colica est cum communitate renũ. Et si est decliuis ad anteriora clysteriza eo iacẽte super ventrem. Et omnino clystere quod fit iacenti super uentrẽ magis, facit peruenire enema ad inuolutiones intestinorum, et quãdoq; fit clystere alicui iacenti super sinistrum, Et eleuatur quãdoq; ancha cum puluinari, et sub leuatur pes dexter ponendo ipsum super pectus, et deponitur sinister in plano, quum ergo clysterizatus est, redeat super dorsum suũ. Et similiter

liter omnis qui clysterizatur. Et ex hominibus est aliquis, qui non indiget hoc. Et ex hominib. est, cui rectius est, vt intromittat annularem in anum suum multoties, qui iam sit inunctus cū cerato, donec dilatetur, & decenter aptet in eo cannam, & de hominib. est, qui non indiget hoc. Quum ergo uis clysterizare, fac quod tibi videtur ex hoc; deinde inunge cannam, & anū cum cerato, & impelle ipsam in eo m [taliter, vt nō complete retineatur] ab intestinis, imò n † [ ] non pertranseat intestinum rectum: quumque ita accidit o [deinde intromitte enema,] quum ergo æquatur canna in loco suo, effunde enema in vtrem, deinde exprime ipsum vtrisq; manibus tuis expressione bona continua, quæ non sit cum labore, nam multoties impellitur enema in huiusmodi, vsque ad longinquum, ultra locū necessitatis, & rectius quidem est p † [ ] huiusmodi. & quum sit impulsio enematis ad superiora, est ut q [tendātur] capilli capitis, & effundatur aqua frigida super faciem, & adiuuetur ad attrahēdum enema ad inferiora. Et scias, quòd quando enema administratur, & non descendit, non est excusatio, quin administrentur suppositoria, ut deponant ipsum cum ęgritudine, & cum hoc nō oportet, ut sit impulsio enematis cum illa facilitate, & non consequatur enema locum necessitatis. Quumq; r [impellis enema] & declināt ad egrediendum, non prohibeas ab hoc, imò reitera ipsum statim, sicut est, & oportet ne æger clysterizetur, donec sternutat, aut tussit. Et scias quòd enematis æqualis quantitatis iuuamentum, non cōsequitur intestina superiora. Et quando est plurimum, multiplicatur nocumentum eius, & timetur ex nocumento ipsius. Et spissum adhæret, & efficit nocumentum plurimum, & subtile non confert, & est in iudicio paucitatis.

m B. impulsione non inueniēte prohibitionē
n † B. cum hoc
o B non ingreditur clystere.
p † B. in.
q B. trahantur.
r B. enema stimulat, & facit angustiam.

De cura facta ab apostemate frigido. Cap. 12.

IN facta quidem ab apostemate frigido, & est parum ualde, ex curationib. bonis est, ut sumantur olei laurini, & olei de oliuis, & adipis anseris, partes æquales est enim mirabile. Et cōferunt ei emplastra facta ex abrotano, & anetho, & a [pyrethro] & meliloto, & reliquis medicinis, quib. curantur apostemata frigida ex eis quæ sciuisti in omni loco, & ex eis quæ conferunt ei valde, est emplastrum de abrotano, factum cum bitumine iudaico.

a B. squinātho.

De regimine dandi in potu oleum de Kerua in curatione colicæ, frigidæ, eis qui a [*non*] *consueuerunt.* Cap. 13.

a—B.

OLeum de Kerua est ex rebus magis iuuatiuis eis, quum mensuratur secundum necessitatem, in hora sua, & cum seminib. ipsum .n, non datur in potu, nisi postquam mundificatum est corpus cum eis, quæ sunt sicut pilulę de serapino, aut aliæ, & datur in potu in die primo, pondus ij. aur. in die secundo additur medietas aurei, & similiter additur in omni die aur. medius, usq; ad septimum, deinde nō malum est, ut b [dimittatur paulatim,] donec iam peruentum sit ad ij. aur. & est ei, vt stet apud vij. Et quoties effunditur super c [semina,] misceatur cum eis vehementer cum instrumento miscendi, & est necessarium in omni die potationis eius, vt tardetur cib. per spatium, quod est inter sex horas vsque circiter x. horas, & vsquequo non sentiatur in eructuatione odor eius, deinde cibetur super ipsum cum alesfidabegi, & si appetit acetositatem, tunc cum zehirbeget, & potus eius sit aqua mellis, & oportet, vt cōseruet dētes suos post potum eius, ita vt fricet eos cum sale assato, deinde sequatur ipsum oleum ros. purum, cum quo fricentur. Quumq; d [ab administratione eius euacuatio fit,] bibatur post ipsum hiera picra cōsfortata cum pulpa coloquin. & similib. aut non confortata, si non est illud necessarium & hiera quidem picra expellit nocumentum eius a capite, & oculo.

b B. alia litera. descendat paūl per parumper.
c B. alia litera aquā seminu
d B expeditus fueris ab administratione eius

Modus medicinarum conferentium habentibus colicam frigidam secundum semitam digestionis et a [*maturationis*] *& proprietatis, non secundum semitam euacuationis.* Cap. 14.

a B. rectificationis.

ISte medicinæ sunt potationes, & emplastra, et uaporationes, et unctiones, & b [melius eorum,] quę bibuntur, est allium, allio enim inest proprietas bona in sedando dolores colicę frigidæ, cum hoc quòd non inest ei uis faciēdi sitim, sicut cæpæ. Et quandoque sumit ex eo colicus, quum sentit initium colicę, & dimittit cibum omnino, & ultimat se in exercitio, & nō comedit aliquid, imò c [dormit, postquam bibit de uino puro, et reiterat,] & sanatur, & ex ebibitis sedantib. dolores, est ut in potu dentur absinthii, & cymini partes æquales. Aut detur in potu herba opopanacis sola, aut cum cymino. Aut sumātur anisi, et piperis, et castorei partes æquales, de quib. in potu detur ℥. j. & .s. Aut detur in potu sagzenca, diacyminum, & theriaca, si nō fuerit in hoc prohibitorium præsens. Et castoreo in colica inest operatio mirabilis. Et ex eis, quæ experta sunt, est, ut in potu dentur radices lilij ℥. iiij. in aqua decoctionis prassij, aut in aqua casei, & lilij ipsius hæc quātitas. Et iterum dentur in potu, nasturtij ℥. v. in aqua penidij petrosi: & vnc. i. olei sisamini, et iterum corticis, algarab. ℥. iiii. zingiberis ℥. iii. & nucis, & dactylorum, amborum ana ℥. vi. cum aquæ dulcis Kist. i. terantur medicinę & decoquātur in aqua, donec remaneat tertia, et fiat motus eius cum ramis rutę, et dentur in potu omni die vnc. ii. Et sumantur etiam cortices algarab, et radices eius, et rami rutæ, et zingiberis, et decoquantur in aqua, quę sit quadrupla eorum, donec remaneat tertia, et detur in potu ex ea omni die pondus vnc. ii. fiat illud tribus dieb. & dimittatur tribus diebus, & oportet, quando in potu datur aqua mellis, ut sit vehementis decoctionis, debilis enim decoctionis facit possidere inflationem, & illud cui inest operatio prouenies a proprietate sua, est ius alhudub, et corpus eius, & iterum lūbrici terreni exsiccati, sūt iuuatiui, secundum quod dicitur, in doloribus colicæ. Stercus autem adib, quod fit ex ossibus, quæ comedit (et eius signum est ut sit album, in quo color alius non permiscetur, & propriè illud

b B. ingenia alia. & ex eis.
c B. firmatur & expectat super potum uini puri & confert.

illud quod eijcit super spinas) est res magis iuuatiua: & datur in potu in vino, aut in aqua mellis, aut lambitur in melle lambitionib. postquam cum eo cōficitur secundum descriptionem: aut fit aromaticum cū sale & pipere, aut cum aliqua specierum, & si inuenitur in stercore eius os, sicut est, est mirabile etiam. Et dicitur quòd eius suspensio est iuuatiua, nedum potus eius, & precipiunt, vt suspēdatur in pelle a [leopardi] aut cerui, aut lana arietis, quā cepit adib, & euasit ab eo. Et Gal. quidem testatur iuuamētum eius suspensi: & si non in alio, saltem in argento. Et dictum est, ꝙ corpus intestini adib, quum exsiccatur, & teritur, est magis ultimum in iuuamento, quàm stercus eius: & illud quidē non est longinquum, & ex eis, quæ currūt hoc cursu, sunt scorpiones assati: ipsi nanq; uehementer valent colicæ. Et oportet, vt experiatur illud super colicam veram, ita ut non sit experimētum eius super colicam mendosam. Et est vltimum ad lapidem renum per se, & in colica per accidens, & ex eis, quæ laudantur in doloribus colicæ, & vehemētia doloris, est ut in potu detur cornu cerui adustum, & dicunt, quòd sedat dolorem, statim.

a (lo memet.

De emplastris colicæ frigidæ. Cap. 15.

EMplastra verò alia sunt emplastra in quibus est solutio aliqua, sicut emplastrum factum ex pulpa coloquinthidæ, cū medulla cartami, & emplastrum factum ex felle uaccino, & pulpa coloquinthidæ, & similibus, & alia sunt emplastra, quibus non intenditur solutio, sicut emplastratio ex sem. vrticæ cum medulla cartami. Et emplastratio ex seminibus, & herbis prædictis, quę ponuntur in clysterib. et fiunt eis emplastra, ex granis lauri, solummodo. Descriptio emplastri. Recipe ceræ carmet viij. glutinis albi carmet vj. turbith carmet iii. staphisagriæ carmet i &.s. pyrethi, sampsuci, baccarum lauri, semi. vrticæ, lupinorum siccorum, pulpę coloquinthidæ omnium an. carmet i. & s. scāmoneæ vnc. i. & carmet iii. fellis a [uaccini,] quantum sufficit. b † [ ] fiat ex eis linimentum spissum, & iterum ellebori, sem. urticę, absinthii, omnium an. pars i. fellis tauri, cerę amborum an. pars. s. adipis anseris partes iii. liniatur ab umbilico usque ad radicem uirgæ. & si ponatur in ipso c [meudeneti,] est melius, & quandoque additur in ipso cortex ęris.

a B. tauri.
b † B. olei lauini quantū sufficit.
c B. maudana.

De uaporationibus colicæ frigidæ. Cap. 16.

VAporationes quidem sunt, sicut miliū, aut panicū assatum, aut factum ex seminib. & herbis prædictis in cap. clysteriorum, contritis, calefactis, cōfectis, aut infusis in oleo calefacto. Ex unctionibus uerò est oleum cucum. asinini, & ex eis est oleum sinapis. Et ex eis est quodcunque oleum uis ex oleis calidis, postquam in ipso ponuntur castoreum, & euphorbium secundum necessitatem.

De cura colicæ cholericæ. Cap. 17.

HAec secundum ueritatem oportet, ut nuneretur de capitulo punctionis: uerū nos procedimus secundum consuetudinem in ipsa, & quoniam ex summa dolorū huius intestini, & quandoq; quidem erratur in curatione eius maxime, & administrantur subtiliatiua & calefactiua. Et leuior hac est, in qua est humor effusus in spatio intestini, & non a [est cum illa sparsione nota.] Quare sufficit in curatione eius æquatio complexionis, & humorum, & administratio ciborum frigidorū humectatiuorum, aut prunorum perforatorum cum acu, infusorum in iuleb, de quibus sumantur xx numero, & similiter soluitur materia cū eis, quæ sunt, sicut infusio prunorū cum chrysomilis, & sicut cum aqua granatorum, & sicut cum tereniabin, & siracost, & sicut cum pauca scammonea cum iuleb, & sicut cum uiolis, & syrupo eius; & troch. ipsius, & rob eius, & quandoque sufficit laborare in ipsa, ut sumatur b [expressio cartami cum lacte fici.] Aut sumatur oleū de aqua ante cibum, aut sumatur sicla decocta cum oleo & almuri, & quandoque requirit necessitas, vt administretur clystere ex aqua volubilis cū baurac, & uiolis c [conditis] oleo uiobila. aut aqua hordei cum oleo uiol. & baurach. d [potus aūt necessarius, est ut in ea sit illud,] qđ est sicut hiera picra. ipsa enim est medicina magis iuuatiua ei, & scammonea cum pilulis de aloe, & ex clysteribus clystere modi huius. Rec. tribulorum ℥. xxx. & foliorum siclę M. i. & uiolarum ℥. vii. & fœnugreci, & cartami, & radices fœniculi; & granorum mellonis contritorum, omnium an. ℥. v. & sebesten. xxx. numero, & tereniabin pondus ℥. xxx. cassię fistulæ ℥. x. decoquantur omnia secundum quòd conuenit in simili eius, & colentur e † [ ] super eam almuri ℥. xii. & zuccari rubei ℥. xii. & aloes aur. i. & baurach aur. i. & administretur. Et cōuenit in hoc capitulo etiā, dare in potu stercus adib, & ponere ipsum in f [stupefacientib. & clysteribus in hoc loco, quoniam ualet ad sedandū dolorem, &] quandoq; sedat acuitatem materiæ facientis dolorem, & rectificat ipsam.

a B. cū illa imbibitione totali.
b B. Alia litera. emulsio cartami cum ficubus.
c B. alia litera. & almuri &.
d B. sed humor imbibitus indiget in eo.
e † B. & ponatur
f B. clysterib. & narcotica sunt conuenietia in hoc loco, qm̄ ipsa cū sedatione doloris.

De cura colicæ factæ ex retentione choleræ. Cap. 18.

CVra eius est, ut aperias uias cholerę cū eis, quæ scis de illis, aliquid, quæ innuimus in capitulo icteritiæ: deinde administrare, in quib. est a [lenificatio] & penetratio sicut medullam cartami cum ficubus, et sicut b [confectiones colicorum,] & quandoque sufficit in ea præmissio siclæ elixatæ, & conditæ cū oleo aquę, et almuri, et sinapis super cibum.

a B. abstersio.
b B. confectio galangę.

De cura colicæ apostemosæ calidæ, & frigidæ. Cap. 19.

IN facta quidem ab apostemate, a † [ ] oportet ut euacuetur sanguis per phlebotomiam basilicæ, si etas, et dispositio, & uirtus, et reliqua necessaria consentiunt in ea aut faciūt eam necessariam. Et si fuerit apostema uehemētis magnitudinis, et peruenit ad hoc ut cōmunicēt ei renes, et retineatur urina, oportebit ut fiat phlebotomia ex saphena, et post basilicam, et incipiatur in curatione eius in primis, ab acceptis frigidis humidis, sicut aqua citrulorum, et mucillagine psyllii, et quæ sunt similia illis, pręter

a B. calido.

preter cucurbitam: inest eni m ei proprietas mala in ęgritudinibus intestinorum. Et ex illis est, vt sumatur sem. psyllij ʒ. iiij. & olei rosa. boni vnc. j. & conquassentur cum vnc. ij. aquæ, & bibantur, vt leniatur natura. Aut aqua granatorũ duorum: aut aquę foliorum altheę: & aqua endiuię & aqua solatri. Et quandoque ponuntur in huiusmodi siracost, & casia fistula, & bibuntur. Et quũ necessaria sunt in huiusmodi dispositione clysteria, clysterizetur ex aqua hordei cum aliquãtulo casię fistulæ, & siracost. Et si in aqua hordei decoctæ fuerint sebesten & uiolę erit magis conueniens. Et si permisceatur cum aqua hordei, aqua solatri, & alkekengi, erit vehementius conueniens. Et nos diligimus ad eã enemata cum lacte asinino, in quo dissoluta est casia fistula: & est oleum eius oleum amygdalinum, & oleum sisaminum. Et quãdoque inuenis materiam cholericam & acuitatem plurimam, quare indiges tũc ut soluas cum eis, quę sunt sicut scammonea, & aloes secundum singularitatem: deinde perueni ad infrigidandũ, & humectandum: & cura sit secundũ apostema ut sit illud magis conferens, & magis iuuans. Et quando pertransit hæc infirmitas hunc locũ, & apparet lenitas pauca: tũc necessarium est vt ponas in clysteribus aquã hordei, folia altheę, & semẽ lini, & aliquid de [b] [rubea, & fœnugræcum] & chamæmillã, & anethum, & caules: aut succos eorum, aut olea eorũ: & pone in ea triplicatum succi vuæ, & casiæ fistulæ. Et similiter pone in eo, quod bibit ad soluendum zuccar. rub. & pone cibum eorum aquam ciceris decoctam cum [c] [hordeo excoriato:] & detur eis ẽt in potu aqua fœniculi. Emplastra verò secundum horam sint ex ipsis, ex quib. fiunt clysteria secũdum illam horam. Incipe igitur in primis cum emplastris infrigidantibus, & sit in eis lenificatio quædam, sicut [d] [est aqua violarum] & sicut semen lini; deinde declina ad lenificatiua plus, sicut est chamæmilla, & [e] [humectãtia] composita ex eis, quæ sunt, sicut oleum rosatũ, cum oleo chamæmillino, & mastice, & adipib. Quum ergo subleuatur, paulatim ponantur in eis gumma albotin, & fœnugręcum, & pix. Ex curationibus verò bonis factæ ab apostemate frigido, & est parũ valde, est ut sumatur olei laurini, pars j. olei de oliuis pars j. & adipis anseris, ęqualiter pars j. est enim mirabile. Et [f] [consequẽter adhibe] ei emplastra facta ex abrotano, & anetho, & squinantho, & meliloto, & reliquis medicinis, quibus curãtur apostemata frigida de illis, quæ sciuisti in omni loco. Et ex eis quæ ualde conferunt ipsi, est emplastrum de abrotano factum cum asphalto.

b B. uirtute fœnugræci.

c B. Alia litera. aqua hordei excorticati.

d B. sunt uiolæ.

e r. unguenta.

f B. iuuant.

De cura colicæ melancholicæ. *Cap.* 20.

OPortet, ut euacues melancholiam cũ eis, quę sunt sicut decoctio epithymi, & pilulæ de lazulo, & similia: deinde sequere cũ pilulis de alscebran, & serapino, & si necessaria sunt clysteria, ponantur in eis polypodiũ, & epithymum & stœcados, & ponatur in clysteribus, & suppositorijs lapis lazuli contritus sicut puluis, aut lapis armenus. Et quandoq; ponitur in eis clystere corticis radicis mori, & emplastretur uenter eius, & euaporetur cum eis, quæ sunt sicut grana nigellæ, & alharmel, & origanum, & chamæmilla decocta in aceto.

De cura colicæ factæ ex fæce. *Cap.* 21.

IN facta quidem propter cibos, si possibile est ut euomat residuum eorum in stomacho, faciat, & declinetur cum cibo ad lubricatiua frigida, & calida aut temperata secundum necessitatem. Et lubricantia [a] [frigida] sunt, sicut iura pinguia, & propriè ius galli decrepiti, qui [b] [in sequatur] donec cadat, & non remaneat in eo fortitudo, deinde decolletur, & incidatur, & frangantur super ipsum ossa eius, & decoquãtur in aqua plurima ualde cum sale, & anetho, & polypodio, quousque dissoluatur in aqua, & remaneat aqua fortis, & sorbeat illud. Et quãdoque ponitur in ipso oleum de cartamo, & sicut ius de spinachijs, cum pullis pinguibus, & sicut ius de prunis, & alia & hæc lubricãtia, aut educunt eam, aut leniunt ipsam, & currunt inter ipsam & corpus intestinorum, & separant inter ea, & preparant fęcem ad lubricitatem. Quum ergo bibitur solutiuum, aut administratur clystere, alleuiatur exitus fęcis ex eo. Et administrentur clysteria [c] † [ ] prędicta in colica. Et clystere ex succo siclæ, & uiolarum contritarum, & almuri & [d] † [ ] sisamino, & baurach secundũ quod docui ipsum. Et clystere ita factũ, Recipe siclæ M. i. & furfuris pugillum i. & ficus. x. numero, aquæ lib. vij. & ponatur in ipso altheæ albę aliquid, & decoquãtur donec redeat ad lib. i. et coletur & proiiciãtur super ipsam zuccari rubei ʒ. x. et baurach aur. i. et almuri vnc. s. & [e] † [ ] sisamini vnc. s. & clysterizetur cum ea. Et iteretur clystere ipsũ, donec egrediantur omnes squibalę, & clystere fiat sicut hoc clystere. Recipe tribulorum, et polypodii, et anethi, et cartami contriti omnium an. ʒ. x. et pruna x. numero, et ficus x. numero, et uiol. M. i. et turbith pondus ʒ. ii. et seminis lini, et seminis apii amborum an. ʒ. iii. et tereniabin, et tamarindorum amborũ an. ʒ. xxx. et siracost, et casiæ fistulæ amborum an. ʒ. xii. et ramorum siclæ, et ramorum caulium, amborum an M. i. decoquantur sicut conuenit, et ponãtur super decoctionem eorum colatam muri et zuccari rubei, amborum an. drach. xv. et baurach aur. i. et olei sisamini aur. x. et fiat clystere cum ea. Quòd si res fuerit vehemens, et cum huiusmodi clysterib. non iuuatur, administrentur clysteria fortia prædicta in capitulo colicæ phlegmaticæ narrata: quoniam ipsa sunt conferẽtia phlegmaticæ, factæ [f] [ex] fæce plurima, et ex eis est clystere de alusnem. Ea autẽ, quæ bibuntur, sunt, sicut [g] [dactylicõ et seriezen, et aloscusin] et diacydoniten. et ista quidẽ non administrantur, nisi postquam non inueniuntur cõposita prædicta [h] † [ ] colicæ cholericæ [i] † [ ] plurimi iuuamenti, et ex eis, quæ sunt inter uirtutes duas, est ut sumatur zuccari rubei et penidii resoluta in tanto oleo sisamino quantum ipsa sunt, et bibantur. Et similiter decoctio ficuum cum sebesten, quæ bibatur cũ triplicato. Quod si non conferunt ipsa, neque, quę diximus de electuarijs prędictis, tunc non est

Alia litera. a — B.

b B. fatigetur currendo.

c † B. leuia.

d † B. oleo.

e † B. olei.

f B. cum.

g B. electuar. de dactylis, electuariũ se[…] rã & electuar. alascof.

h † B. in capitulo.

i † B. forie.

est excusatio pilularum,& k [syruporum] fortium in capitulo colicæ phlegmaticæ, narratæ ad hoc,quòd ipsa sunt vehementis iuuamenti, ad retentionem vehementem phlegmatis, & fæcis plurimæ,& ex bonis, & fortibus in hoc, est vt decoquantur, l [oleum] sebesten & casia fistula, sicut facit illud necessarium dispositio, & coletur m [super aquositatem suam] & ponatur in ea hieræ picræ pondus ℥.ij,cum pondere ℥.vij.olei de Kerua,& iterum sumatur hieræ picræ pondus n [℥.ii.cum pondere ℥. vii. olei de kerua,& bibatur in decoctione anethi.] Et iterum ille,qui vtitur multa comestione piscium frigidorum,& ouorum elixatorum, o [&] superfluè vtitur eis, recipiat vt suffuf rem plurimam salis:& bibat super ipsum aquæ p † [ ] quantitatem,quam potest, deinde exercitetur,& commoueatur labore aliquo,& fortasse soluet eum. Quod si causa fuerit vehemẽtia raritatis corporis,& sudor,aut caliditas vẽtris, q † [ ] oportebit vt administrentur curationes faciles prædictæ in capitulo colicæ . r † [ ] Et est necessarium illis, & eis,qui sunt ante eos,vt sumant ante cibum lubricãtia, sicut pruna,& sicla condita cum oleo dulci, & almuri & siracost,& ouis sorbilibus, & vua & ficubus,& chrysomilis:& sumat almuri in ieiunio:aut oliuas aquæ in ieiunio.Et multiplicentur in cibo suo pinguia,& sorbeant ante cibum decoctiones caulium decoctorũ in carne agni pinguis,aut gallinæ pinguis. Et si raritas fuerit in corpore superflua, inspissa ipsum cum oleo ros.& myrtino in vnguẽto,& in cerato positis. Et minora a balneatione, cum administratione reliqui regiminis prędicti, & ponatur balneatio eius cum aqua frigida.Et si fuerit causa multitudo prouocationis urinæ,extrahe fæcẽ cum eis,quæ scis: deinde multiplicetur in accipiendo ea,quæ sunt sicut dactyli, & passæ dulces, & humidæ, & penidii: & omnia, quæ minorant vrinam,& leniunt naturam.

k B. potionum.
l B. &.
m B. aquositas eius.
n a. aur. i. cum aliquãtulo olei de kerua.
o —— B.
p † a. calidę.
q † a. aut sicci-tas.
r † B. cholericæ

De cura colicæ frigidæ factæ ex debilitate expulsiuæ. *Cap.* 22.

IN hoc modo conferunt administratio confortantium,& theriaca,& mithridatum, & theodoricon,& sagzenea & diamarte,& administretur in solutione eius,q̃ est sicut hiera picra cum aqua specierum, & oleo de kerua. & oportet vt sit cib.eius,de cibis bonis, sicut sunt alesfidabegi, & alzirebegi cum carnib.lenibus laudabilibus.

De cura colicæ factæ ex debilitate sensus,et eius ablatione. *Cap.* 23.

HVic generi confert sumere ea,quæ sunt sicut logodion,& sicut a [alkikadic,] & theriaca,& mithridatum.Et ex b [syrupis] sicut alcadicon,& almesusen,& uinum purum, & ex oleis bibendo & clysterizando, oleum c [alkekengi,] & oleum alkerua:& oleũ de costo propriè,& alkitrã in oleo,et pix in oleo,secundum quòd sciuisti in locis præteritis.

a B. anacardina & alkandicon.
b B. potibus.
c a. alkelkelãgi

De cura colicæ factæ ex torsione. *Cap.* 24.

MElior cura eius est,ut sedeat in loco a [occulto] et fricetur uenter eius cum tactu subtili, æquali preparante intestina eius ad locum, & similiter inungatur dorsum eius, & stringantur crura eius fortiter ualde.

a B. accommo-dato.

De cura colicæ factæ a uermibus. *Cap.* 25.

OPortet ut scias illud ex sermone nostro in vermibus,& curationibus eorum. Quòd si fuerit super vmbilicum,tunc administretur ea,quę bibuntur:& si fuerit apud vmbilicum, & sub eo,tunc fiant clysteria dicta illic.

De cura colicæ factæ ex ruptura. *Cap.* 26.

a † [ ]

REgatur colica in seipsa, si non remouetur per rectificationẽ rupturæ b [deinde præparetur.] c [Narcotica,] Iam diximus in libro vniuersali qualitatem necessitatis alienationis narcoticorum.Quòd si fortis fiat necessitas,& non sit eorum excusatio, tunc conuenientius eorum,est philonium,& cõfectiones; quas ego dicam in antidotario,& omne narcoticum, in quo recipitur castoreum Et ex eis sunt trochisci astare,quorum descriptio.Reci. croci,storacis liquidę,zingiber, piperis lõgi,seminis hyusquiami albi,omnium an.℥.i. opii,castorei,amborum an.℥.quartam,fiant ex eis pilul.paruę,& sit dosis earum ex duab.tertiis ℥.vsq; ad ℥.i.Medicamen bonum.Rec.radicis pœoniæ, & croci,cordumeni,cyperi,omnium an.vnc.ii.foliorum mentæ siccæ, costi,myrrhæ,piperis longi,amomi,spica indæ,omniũ an.vnc.iii.seminis apii, d [corticis] aniuden,zingiberis,casiæ, carpobalsami,omniũ an.vnc. iiii. opii,seminis hyusquiami, corticis mandragoræ omniũ an. vnc.i.mellis quantũ sufficit,administretur post sex menses.Et iterum administrentur quędam clysteria nota,tẽperata,& ponatur in eis castorei ℥.s.& opii quantitas fabæ,et minus.Et quandoq; ponitur opium e [solum] in oleis clysteris,ad colicam. Et quandoq; ponuntur cũ hoc serapinum, et asa et oleum balsami,et aliquid muschi Et quandoque fit tenta f † [ ] ex opio,et castoreo dissolutis in oleo de seminib. et submergitur in g [oleo licinium] et mittitur in anum,et ponitur ei fimbria fili, et dimittitur extra,et infunditur omni hora,et renouatur supra ipsum medicina.

a † B. Cura colicæ ex ruptura & rectificatio rupturæ deinde.
b —— B.
c B. De regimine narcoticorũ Capitulum.
d —— B.
e a. & similia.
f † a. liuita.
g a. eis.

De cibatione colicorum. *Cap.* 27.

QVod omnes habentes colicam cibo indigeant lubrificatiuo,lenitiuo, est res, in qua non est dubitatio.Sed & quòd confortatiuo aliquo egeant,est res,quæ est apud debilitatem apparentem, pp uehementiam doloris, et multitudinem euacuationis. Et confortantia quidem sunt,aquę carnis decoctę fortiter,et vitellus oui sorbilis,et medulla panis dissoluta in iure,et uino.Quod aũt dimissio cibi penitus sit iuuatiua colicæ phlegmaticæ,et uẽtosæ,et aliis, est res currens cursu canonis.Et quandoque necessarium est,ut ponantur turbith,et scammonea in iure eorum,et in pane ipsorum.Et oportet ut sit panis eorum a [Kiskarien] fermentatus non azymus. b † [ ] Et conferunt plurib.eorum,aut nõ nocent,ficus, et passæ,et c [algemien] et musa d [humida, et oĩa illa,quæ] sunt dulcia,et melon uehementis maturitatis.Amplius cibi apostemosæ,et cholericæ

a a. furfuraceus
b † B. Et sit spógiosus uel mollis non densus uel purus.
c B. algiemis.
d B. & dactyli recentes omnia ista, quum.

ricę sunt lubricatiua frigida, sicut aqua hordei & ius de lentibus, & alesfidabegi, & ius de spinachijs, si non timetur inflatio spinachiorum: & e† [ ] quod fit de prunis, & similia. Ius autem galli decrepiti, & alcanabir f† [ ] est commune ei, quę fit ex fæce, & frigidæ cum speciebus suis. Et non datur licentia in carne galli decrepiti. In carne autē g [alcamburati] quidam licentiam non dant propter illud, quod timent de h † [ ] carne i [cuius] extracta est virtus in elixatione k [de superfluitate.] Et quidā sicut Rufus, & Gal. in libris suis, & proprie in lib. de theriaca, dicunt quod caro eius iuuatiua est, l [& si non aliter, saltem bibita] & caro alhudub similiter. Et acceptio almuri anabati ante cibum, septem sorbitionib. est iuuatiua in omni, in qua non est caliditas maxima. Et similiter sorbitia iuuant eos. Amplius, quod proprium est colicæ frigidæ, est assumere almuri, & allia in cibario eorum, & condire cibaria eorum cum porris, & sale, & condire cum speciebus, quæ sunt cinnamomū, & zingiber, & origanum, & cyminum, & vrtica, & cartamus. Et oportet vt sumantur alesfidabegi cum spuma synapis: & sit sal eorum ex m [cinnamomo] cū seminib. commisto cum cartamo, & nigella, & cymino, & aniso. Et alienent omnia olera, nisi rutam, & siclam. Et in menta est inflatio etiam. Et ex potibus eorum, est vinum odoriferū purum, & syrupus de mella cum speciebus.

e † B. ferculum
f † B. & alfrach
g B. & alcanabir
h B. retentione, quia ex
i B ipsius.
k —— B.
l B. etiam assata
m B. sale gēma.

De his, quæ nocent colicis. Cap. 28.

Res, quæ colicis nocent, aliæ sunt cibi: & aliæ sunt operationes: cibi verò sunt omne grossū, & viscosum ex carne syluestri, ita quòd leporum, & gazellarum, & vaccarum: & a [aliazir: & pisces parui &] proprie siue sint recentes siue saliti: & omne frixum ex carnib. & omne assatum quocunq; modo sit; & omnes ventres animalium, imò omnia corpora carnium nisi illa, quę excepimus ante. Et nocēt eis b [simila, &.] azymus: & nocent eis c [alsucabegi, & almidragari, & alkikatri: & albeathia, & alhuzunha] minoris est nocumēti. Et similiter d [alhasceuenneKet omnes nociuæ sunt & alscebebit & genera lactis,] & caseus antiquus, & recens; & omne, in quo est inflatio ex cibis. Et olera omnia, præter illud, quod diximus de his, quæ sunt sicut sicla, & ruta e † [ ] & menta nocet eis cum inflatione sua. Et similiter eruca, & f [altaraxacon] nocet eis etiam, & sicut oliuæ, & omnes fructus, nisi chrysomilla, & pruna cholericæ, & calidę, & factæ ex fęce g [calidę tantum] & non alij. Et melon dulcis ante cibum in dispositione sanitatis est non nociuus plurimis colicorum. Cucurbita autem proprie & h [cucumer, & alconde, & cydonia, & oua caulium, & oua naporum & canabit] & pira & poma & proprie acetosa, & styptica & zarur i [& nabata & algobeira & lentes] recētes, & mora sceni, & almirberis, & sumach, & agrestā, & ribes & quæ fiunt ex eis: & quę sunt similia illis, colico non est via vtendi illis. Et similiter, nocent eis nuces, & amygdalę humidæ valde, & fabæ humidę. Et de granatis dulcia sunt minoris nocumenti, quæ acetosa. Actiones vero quas ipsum oportet uitare, sunt, sicut retentio uentositatis, & retentio egestionis. & somnus super egestionem in ventre, & proprie siccam, imò oportet ut commoueat seipsum apud omnem k [diem] ad euacuandum. Et scias quòd retentio ventositatis multoties facit accidere colicam, propterea quòd subleuat eam, & exprimit ipsam, ita vt aggregetur res una, & quòd facit accidere debilitatem in intestinis. Et quandoq; illud perducit ad hydropisim. Et quandoque generat tenebrositatem visus, et uertiginē, et epilepsiam, et quandoque retinetur in iūcturis, et facit accidere spasmum, et motus super cibū est malus ei, et potus aquæ frigidæ, et l [uinum plurimum] super cibum.

a B. algiazor & pisces magni.
b B. cibi ex simila & panis.
c B. alsechbegi, & almedire, & alkischie & albheib & allauzime & alchatayf Alia litera. & lauzime & al chataif sunt.
d B. alchascheuna negiat oēs nocent & alsatir & alzalabia & lacticinia.
e † B. Alia litera ad frigidam.
f B. tarcon.
g B. propter caliditatem.
h B. alcheta id est cucumer longus & alchayar .i. cucumer cōis & alcheted .i. & cucumer rotundus & citonia & albū caulium & album raparum & alcanabit.
i B. algobera & condisi. Alia litera & nabach, & algobera & apiū recens.
k B. somnum.
l B. potus plurimus.

De ileos, & est simul colicæ, quum accidit in gracilibus. Cap. 29.

Ileos accidit ex omnibus causis, ex quib. accidit colica, et oportet ut reditio fiat cū causis suis, et accidentibus suis, et cura, curatione ad illud, quod dictum est in capitulo colicæ, et quādoq; accidit propter potationem uenenorum facientium ileos. Et quādoque accidit propter vehementiam uirtutis intestinorum retētiuę, quare comprehendit illud, quod est in eis, et retinet ipsum, et ex eis, quibus differt ab eo colica in iudicijs suis, est quòd multoties fit a malitia complexionis singularis, plusquā fiat ab ea colica. Et plurimum eius est, ex complexione frigida, et proprie quum accidit ut stomachus sit calidus valde; tūc enim obtorquet intestinum, et oppilat uentositatem, et phlegma, et quandoq; est causa potus aquæ frigidæ, non secundū necessitatem eius; a [nam dolor ventosus, qui ex eo est, est] cum casu oppilationis, plusquam sit dolor eius cum incisione tunicarum: imò est totum nocumentum eius ex illo, et hoc diuersificatur ab eo, quod est in colica, et apostemosus plus multiplicatur in eo, quam colica, et est malus. b † [ ] et multiplicatur in eo, qui est ex ruptura, et fęce, uehementia doloris valde, et multoties permutatur colica ad ileos, et hæc est res, quasi facta secundum maiorem partem, et c [quum plus] occidit ileos, occidit in vii. et ipse quidem uadit de quibusdam ad quosdam permutatione, quæ fit in aere pestilētioso, et de terra ad terram, permutatione ægritudinum uenientium. Inquit Hipp. quum accidit in colica, a qua Deus tueatur nos, uomitus, et singultus, cōmistio rationis, et spasmus, tunc totum illud est significatio mala. Hęc nanque accidentia accidunt cum communitate stomachi, et cōitate cerebri. Inquit Hip. quum accidit ex destillatione urinæ ileos, moritur ille, cuius est, in vii. nisi accidat febris et currat cum ea sudor plurimus. Sed Gal. ignorauit causā in hoc, et ille, qui ex eo phlegmaticus est, et uentosus, iuuatur cum febre etiam, et quando fortis fit frequentia uomitus maligni et alcuzez, et singultus, est mortalis, et bonitas urinæ in hac ęgritudine non est plurime significationis secundum bonitatem, qualiter ergo malitia eius? et deterior ileos est ille, in quo expellitur stercus ad superiora, et nominatur fœtidus. Deinde ille, in quo est sudor fœtidus, habens fœtorem stercoris. Deinde ille, in quo est anheli-

a B. & uentosus qui ex eo est.
b † B. ualde.
c B. plurimum illum quem.

tus

tus fœtidus; deinde ille, in quo est eructuatio fœtida, deinde ille, in quo est interior uentositas fœtida.

De signis. Cap. 30.

SIgna ileos sunt, ut sit dolor supra umbilicũ, & non egrediatur aliquid omnino desubtus: & non fiat iuuamentum magnum cum clysteri, quemadmodum dixit Hippoc. Et quandoque expellitur fæx ad superiora, & euomitur fex, & uermes, & ascarides, & fœtet os eius, & ipsius eructuatio, imo quãdoque fœtet totum corpus, & hæc significatio non diuersificatur, & retentio exitus fœcis est inseparabilis ab hac ęgritudine. Magnitudo autem dispositionis vomitus stercoris inseparabilis, nõ magnificatur, nisi quum est timor. Sed motus vomitus, & subuersio hic, sunt plusquam in colica, quoniam hoc est in intestino propinquiore stomacho, quam ipsa. Et similiter accidentia tristitiæ & angustiæ, & tremor cordis, & syncopis, & vigilię, & frigus extremitatum. Ista enim in ileos sunt plus, quam sint in colica. Et est [a] [fœx] in phlegmatico, & in eo, qui factus est ex fœce fortior, quam sit in colica: quoniam [b] [ ] est in membro vehementioris altitudinis, & maioris corporis, & minoris quietis super corpus. Et quandoque apparet in ipso inflatio oculi, plusquam in colica. Amplius signa distinctionum eius [c] [similia sunt signis distinctionum colicę,] sicut signa distinctionum colicæ sunt, cum signis ileos ex loco doloris, & motu eius, & paucitate iuuamenti eius cum clysterib. Verum factum ex venenis significant accidentia significationum aliarum ante eius fortitudinẽ; nam ille, cuius causa est venenum, quandoque perducit ad debilitatem, & mollificationem, & tremorem cordis in principio, quum accidit antequam fortis fiat & magnificetur dolor eius. Et significat ipsam vt non cognoscatur [d] [propter causam aliam manifestam. Et factum ex apostemate intestinorum sequitur durities fœcis, & velocitas in egestione,] & non erit illic febris neque casus virtutis vehemens.

a B. Alia litera. grauitas.
b † B. ipse.
c — B.
d B. causa alia manifesta. Et factum ex uirtute intestinorũ retẽtiua significant ipsum uehemẽtiam duritiei fęcis & uelocitas vomitus fęcis.

ANNOTATIONES.

cap. 13. *Iliacum dolorem Diocles Carystius χορδάψον nominauit, annotante Celso lib. 4. quo nomine & Gal. & posteriores quoque vsi sunt. latini uolulum appellant, & symptoma est, tum ad tactricem facultatem pertinens (deprauatur nempe hic sensus, ut in cæteris doloribus) tum ad expultricem, quandoquidem uel ea non pelluntur quæ pellenda sunt, uel non per conuenientem regionem pelluntur. Affectus locus intestina sunt gracilia. morbus in multiplici est genere, sicuti symptoma non vnum erat, intemperies. s. uel solutio continui, a quibus dolor, & obstructio, a qua excernendorum est retentio. De hac, retentione inquam, quæstio est, a qua nam causa in iliaco dolore procreetur. Gale.* com. 44. *6. aph. duas causas agnoscit, tumorem, seu ea sit inflammatio, uel scirrhus, vel quid aliud, uel abscessus, & aridiora stercora. unde ijs non consentit qui ex crassis & viscidis humoribus fieri hanc existimarent. At contra author noster hoc in loco ad eas generatim causas refert, a quibus & colicus affectus gignitur, inter quas non eæ duæ tantum sunt a Gal. cognitæ, sed & humores uiscidi & crassi & alia plura reposita sunt. Cæterum quod non ab inflammatione solũ, vel a durioribus fæcibus, sed etiam viscidis & crassis humoribus obstructio in tenuiori intestino possit procreari, dubium non est. At Gal. non a uiscīditate sola uel crassitudine humorum fieri hunc affectum admittit. admittit tamen ex multitudine simul cum crassitie & lentore id fieri, ut 6. de loc. aff. apertius explicat, nempe, quod a sola uiscīditate & crassitudine absque multitudine tanta in intestinis obstructio fiat, probabile non est. non is tamen negaret etiam ex astrictione, compressione, angustiaue, itemq; a venenata quapiam assumpta re, vel lapsu intestini in scrotum, & ab alijs quoque causis id uitium sequi, de quibus Aetius lib. 9.* cap. 2.

cap. 28.

Inquit Hipp. &c.] Ait Hipp. 7. aph. Ab ileo uomitus, singultus, desipientia, vel conuulsio, malum. Inter hæc tamẽ non omnis uomitus malus est. uerum, quamuis ipsum exitiale in uolulo esse asserat, nihil tamen obstare uidetur si uenter uel ciborum copia, uel corruptela grauetur, quin vomitus in hoc sicuti in colico affectu auxilietur. At exitiale præsertim est, si stercora euomantur: licet neque cum hoc uomitu omnes intereant. Vidimus enim interdum nos, eo qui stercora euomuerint, & ob duriores fæces, & ob intestini lapsum in scrotum, esse persanatos. Subdit Auic. Inquit Hipp. quum accidit ex distillatione &c.] Affert aph. 44. sextæ sectionis, ubi ait senex. Quibus ex stillicidio urinę ileos superuenerit, in septem diebus pereunt, nisi febre superueniente satis urina fluxerit. Hunc locum dum perscrutatur Gal. tandem melius esse ait fateri, ignorare se quæ in hoc aphorismo Hipp. dixerit, nisi forte de affectu ex crudorum & frigidorum humorum multitudine intelligendum sit. Affert ergo Auic. Gal. sententiam, in qua afferenda, non ut quidam putant, Galenum inscitiæ accusat; sed eius sententiam tantum describit. Exponit uero hic præterea aphorismum, non de frigidorum tantum humorum copia: sed ẽt si affectus ex flatibus fuerit In quo sanè loco notandum, quod uulgatus aphorismorum codex, solutionem habet per urinas: Auic. uerò solutionem per sudores plurimos legisse uidetur. quæ lectio, & si non aquè probabilis est, vt altera, quòd tamen materia quæ in uesica urinaria continetur, per sudores expurgetur, non uidetur naturæ consilio aduersari, quæ uarias sibi uias parat. Aphor. 10.

De cura. Cap. 31.

CVra ileos appropinquat curis colicæ, verũ est fortior, & illud, quod bibitur, magis iuuatiuum est in eo. Et est necessarium etiam clystere in ipso: nam quum bibitur desuper, & consequẽter adhibetur clystere ab inferioribus, est adiutorium bonum bibito. Et æquale est, siue præmittatur siue postponatur secundum necessitatem, sed quodcũque eorum pręmittatur, oportet ut ponatur [a] [aliud debilius. Et multoties sedat dolorem eius, sorbitio aquæ calidę [b] [aut applicatio] eius ad ipsum cũ propinquitate, resoluendo illud, quod nocet in eo. Et quibusdam uidetur, quod rectius est ut æquetur intestinum in primis cum positione [c] [inflationis eius] cum facilitate, deinde clysterizetur, ita ut perueniat enema ad locum longinquum, applicatione facili. Et phlebotomia hic est magis necessaria: nam si fuerit apostema, non erit eius excusatio, & si fuerit dolor fortis, ex quo timeatur apostema, oportebit [d] [incipere] cum ea. et ex hoc quãdoque accidit [e] separatio malorum humorũ in corpore propter retentionem eorũ [e] [a dolore,] ita ut [f] [fęteat] corpus. Et quãdo [g] [separãtur] humores mali in corpore,

a B. Alia litera. alterum eorum
b B. propter aduentum.
c B. follis, uel instrumentu insufflantis.
d B. præseruari ab ipso.
e B. ab expulsione uel a loco expulsionis.
f B. Alia litera. tendatur.
g B. spargũtur.

pore, et difficilis fit exitus eorum cum fluxu vẽtris. [h] [et] est phlebotomia ex necessarijs. et fricatio extremitatum etiam est ex eis, quæ prohibent materiam facientem dolorem, [i] † [ ] separando eam a profundo, et forsitan est ad ministratio lubricatiuorum declinantiũ ad caliditatem, et mucilaginum calidarum cũ oleo de kerua, iuuatiua in plurimis ileos, nisi in cholerico et apostemoso vehemẽtis caliditatis, et similiter decoctio anethi cum sale, et oleo decoctis cum eo. et similiter inunctio corporis, cum oleo calefacto, et curetur ille, qui phlegmaticus est cum eis, quę dicta sunt in colica ex ebibitis, et cum eis, quæ sunt sicut pilulæ de picra. et omnia illa cum oleo de kerua, et clysteribus æqualibus, trahentibus ad inferiora. et uentosus curatur cum eis, quæ sunt, sicut illa, quæ dicta sunt illic, ex ebibitis conferentibus ad ventositatem, et clysteribus vt ponatur clystere adiutorium ei, quod bibitur, et cum ventosis pluribus positis in superioribus ventris. et quandoque necessarium est ut [k] [incidat illud, quod est coram dolore. et quandoque] trahitur materia ad mirach. et complexionalis purus curatur cũ eis, quæ scis de permutatione complexionis, et euacuatione humoris secundum ꝙ dictum est in capitulo colicæ materialis, et apostemosus calidus cum eis, quæ sunt sicut ea, quæ descripsimus in colica et apostemosus frigidus curatur cum eis, quę sunt sicut illa, quæ dicta sunt in colica. et conuenientius illorum est, potus olei de kerua in aqua de radicibus, et aqua de radicibus, [l] [et aqua cassiæ sistulę,] et reliquæ curationes notæ. et iterum [m] † [ ] anethi, et baccarum lauri, et seminis lini, et fœnugræci, et sem. althęę: sem. maru omnium an. aur. j. radicum trium omnium an. aur. vij. et ficus v. et sebesten x. decoquantur: et dentur in potu cum oleo de kerua; et amygdalarum amararũ: et cholericus curatur cum eis: [n] [quæ dicta sunt in colica: sicut illa: quibus curantur reliqua, quę residua sunt] de colica. Et ille, qui fit ex torsione, curatur cum eis, quę dicta sunt in colica. Et qui fit ex ruptura, [o] [etiam curatur cum positione exsiccatiui ad expellendum illud, qđ est] in ruptura, & oppilatione eius. Et ille, qui est ex [p] [oppilatione forti] intestinorum, curatur cum lubrificatiuis pinguibus, & iuribus gallinarum pinguium, & pullorum & arietum, quorum iura pinguia sumantur alessedabegi, & ziribagi, & proprie quando ponuntur in eis anethum, & radices porri nabati, & oleum amygdalinum. Et administretur post illud clystere humidum lene subtilis caliditatis. Et factus, ex fęce curatur in primis cum clysteri leui, deinde gradatim peruenitur ad forte, & succedit illi potus solutiuorum propriorum fęci, ut deponatur illud, quod remansit. Et in uenenosi curatione incipiatur a uomitu, sicut cum aqua calida, & oleo sisamino. Et quandoque est necessarium, ut ponatur in eo, quod [q] [in potu datur:] virtus turbith, aut sem. raphani. Et post illud detur in potu theriaca magna, & albezar, & quæ sunt similia illis, & ponatur potus aquæ zuccari, & cibus ipsius iura pinguia: Et quum continuatur super eos vomitus: & non recipiunt cibum: sumant in potu medicamen prę dictum in huiusmodi dispositione colicę: et quandoque [r] [retinet in eis, & stare facit cibum in uentribus eorum: ut sumant panem infusum] in aqua calida feruente, & eius: qui accidit ex cibis pōticis: & stypticis, & viscosis cura propinqua est curæ sui relatiui ex colica, nisi quia magis iuuantur in eo sunt ea, quæ bibuntur, & sorbentur.

h B. tunc.

i † B. cũ profundatione sua.

k B. scarificetur locus, qui vicinatur dolori, quãdoque enim.

l B. aut cũ cassia fistula.

m † B. ex duab. spicis.

n B. quib. curatur simile eius.

o B. curatur cũ situatione proportionata reducendo vel reponendo illud quod est expulsum.

p B. vehemẽtia virtutis.

q B. vomere facit.

r B. retinetur vomitus ipsorum, & retinetur cibus in vẽtribus eorum, si tribuatur vel sumatur panis infusus.

A N N O T A T I O N E S.

Voluuli notas pulchre Hipp. describit 3. uulgar. morb sect. 2. de muliere apud Tisamenum decumbente. Sed uide & Gal. 6. aph. & 7. aph. 3. de sympt. cau. & Aetium lib. 9. & præterea Celsum lib. 4.

Text. 6. Comm. 44. Aphor. 10. Cap. 3. cap. 8. cap. 13.

De tarditate ascellationis, & velocitate eius.
Cap. 32.

Illud pendet, aut a cibo; vt sit stypticus: aut pōticus grossus: aut viscosus: aut sit lenis, viscosus, [a] [solutiuus;] aut ex virtute. Nam si virtus expulsiua fuerit fortis, expellet: & si fuerit debilis, non expellet. Et si virtus lacertorum uentris fuerit fortis mundificabit: & si non est fortis, non mundificat: & retinet. & virtus sensibilis intestinorum, si est fortis indicat ascellationẽ; & si non est fortis non indicat. & virtus complexionis: nam frigida & calida ambæ retinẽt: & tu cognoscis regimen secundum cognitionem tuam causæ.

a B. fluidus.

A N N O T A T I O N E S.

Pro uoluuli curatione pete Aetium lib. 9. Paulum lib. 3. Rasim 9. ad Almans. Vide & Celsum lib. 4.

cap. 28. cap. 44. cap. 14.

De multitudine stercoris, & paucitate eius.
Cap. 33.

Ista duo pendent ex cibo qualitatiuè, & quantitatiuè: & ex dispositione eius, quod expellitur ad hepar, cibi nanque plurimi humidi, super quem bibitur, egestio plurima est: & eius cōtrarij, egestio pauca: & quando [a] [cholera] magnifice expellitur ad hepar, minoratur egestio; & quando non expellitur, multiplicatur: & tu cognoscis ex eis, quæ præterita sunt, resistentiã [b] [duarum specierum eius, secundum tuam cognitionem causæ.]

a B. subtile eius

b B. vel curationem amborum superfluentium secundũ contrarietatem causæ tibi cognitam

A N N O T A T I O N E S.

De causis citæ aut tardæ, multæ aut paucæ deiectionis, de quibus in his duobus capitibus agitur, scribit & Gal. 3. de sympt. caus. sed & in superioribus actum de eadem re meminimus.

cap. 2.

TRACTATVS QVINTVS.

De uermibus. Cap. 1.

Qvum [a] [euadit] materia, & vestitur complexione, [b] [necessaria est rectificatio, q̃ tolerant figuræ, & formæ, et non prohibetur eius præparatio in complemento] naturali, quæ

a B. aderit

b B. aliqua, tribuitur ei magis conueniens qđ ipsa pōt tolerare ex figuris. & formis, & non prohibetur eius præparatio a perfectione.

quæ pertinet ei ex factore potente, et propter hoc creati sunt vermes, et muscæ, et quæ cursu eorum currunt ex materijs putridis et humidis, & quoniam illæ materiæ, c [quum rectificatur illud, quod tolerant ut suscipiant de forma, est animal uermiculare, aut muscale, nam] illud melius est quam ut ipsę remaneant secundum putrefactionem puram. Et est cum hoc ꝙ ipsa d [saliunt] super putrefactiones separatas in mundo, & cibantur eis propter e [communitatem,] & assumunt eas ab habitationib. hominum, & ab aere continente eos. Et vermes quidem ventris sunt huius generis. Et non est eorũ generatio ex omni humore, ipsi enim non generantur a cholera rub. neque nigra, quoniam vna earum est vehementis caliditatis, quare nõ generatur ex ea vermis humidus, imo est cõtraria complexioni eius, & altera est frigida & sica longinqua a proportionalitate f [animalis, sanguini] vero custodia est attributa, & membra uehementer indigent eo, & est proportionalis carni hominis, & ossibus eius, non vermi, & non est etiam ex ei, quæ effunduntur ad intestina, & remanent in eis, & generatur ex eis uermis. Neque etiam forma vermis, & color eius significat, quod ipse sit ex materia sanguinea, imo materia vermium est phlegma, quando calesit, & putrefit, & multiplicatur in intestinis, & remanet in eis. Et tu quidẽ scis g [res] multitudinis generationis phlegmatis, s. ex satietate nauseatiua, & comestis, & debilitate digestionis propter quamcunque causam fuerit, & ex complexione membrorum frigida. Et ex cibis, quę generant ipsum, sunt cibi lenes viscosi, sicut triticum, & faseoli, & fabę, & ex receptione pulueris farinę, & comestione carnis crudę, & lactis, & olerũ, & fructuum humidorum, h † [ ] & ablutione cum aqua calida post cibum, & similiter balneatio post comestionem, & coitus post repletionem. i † [ ] species vermium sunt quattuor.

e B. magis conueniens quod possunt suscipere ex formis e forma uermicularis, aut forma muscæ. &.

d B. possident. Alia litera. dominantur.

e B. proportionem uel similitudinem.

f B. uitę.

g B. causas.

h † B. & rerum mellitarum.

i † B. &

ANNOTATIONES.

De uermium generatione actum alibi a nobis fuit, nunc tamen, quod ad hunc locum facit, duplex de uermibus quæstio est, de effectrice eorum causa, & de materia ex qua fiant. De effectrice ait Auic. ex factore potente .i. datore formarum, seu ideis ipsos fieri. At Arist. ideas passim refutat. & Auer. 12. metaph. in Auic. inuehitur. De materia uero ait hoc loco author, ex materijs putridis uermes procreari, quod oẽs passim affirmant. At contra sentire Arist. uidetur 3. de gener. animal. qui nihil ait gigni putrescens, sed concoctum. Cæterum, quod ad has quæstiones facit, breuiter. De ideis non est hic tractandi locus, pertinet qꝫ ad diuinum Philosophum. Satis tamen id constat (quamuis Arist. & eum sequuti plures nobilissimi philosophi aliter senserint) & Syrianum & alios multos nostra tempestate ideas approbare. At de materia uermium dictum alibi quoque est, non quidem ex putrida materia aut hos aut aliud quidpiam animal gigni, sed ex eo quod in putrescente ea materia concoctum est, ita enim Arist. ipse explicat. 3. de partib. animal. citato. Cætera de triplici lumbricorum genere pete ex Arist. 5. de hist. animal. i ide & Gal. 3. aph. & Paulum lib. 4.

Comm. 18.

Cap. 11.

cap. 19. Comm. 26. cap. 57.

a [Cap. 2.]

L † Ongi b [& lati] & rotundi, & lati, & sũt ascarides, & parui. Et nõ diuersificatur eorũ generatio, nisi secũdũ diuersitatem illius, ex quo generantur, & diuersitatem illius, in quo generantur. Diuersitas autem eius, ex quo generantur, est, quoniam quidam eorũ generantur ab humiditate, super quã non dominantur diuisio, & separatio ex parte attractionis hepatis, & ex parte uehementiæ putrefactionis. Et quidam generantur ab humiditate, quam separauit, & minorauit, & paruã fecit attractio hepatis continua, & putrefactio, & multitudo c [cõturbationis] fæcis. Et quum generãtur, adiuuat ad hoc, vt ipsi remaneant parui, ꝙ fæx extrahit eos antequã magnificentur pp uicinitatẽ eorũ ad exitum d [strictum. Et quidã] generantur ab humiditate inter duas humiditates media. Et illi, qui fiunt ex humiditate inter duas humiditates media. Et illi, qui fiunt ex humiditate, in intestinis superiorib. sunt pp humiditatem dictã secũdo, & qui sunt in monoculo & ĩtestino colõ, sunt propter humiditatẽ dictã tertio, & lõgi sunt propter primã, & quandoq; perueniunt ad summã, quæ est ultra cubitum. Et rotundi, et lati sunt propter tertiam, quamuis generentur ẽt in intestinis superioribus, & proprie grossi, et maximi eorum. Et fortasse non generantur nisi in colon, et monoculo, deinde sparguntur ex latere ad stomachum, et ex latere ad anum, et parui sunt propter secundã. Et isti lati, et rotũdi sunt, quasi generẽtur ex ipsis uiscositatib. fixis in superficie intestini, quas cõprehendit pãniculus mucosus, uelans eas, quasi ipsi generentur ex eo, et in ipso putrefiãt, et de eis, minus nociui sunt parui, quoniã sunt apti ad expellendũ cũ fœce forti spissa. uerũ ipsi si magnificãtur, et accidat eis ut remaneant spatio aliquantulo, et magnificantur in eo, tunc sunt deteriores oĩb. quoniam ipsi sunt ex deteriori materia, deinde longi, nã ipsi nõ sunt in malitia latorũ, quoniã materia eorũ. s. latorũ est uehementioris putrefactionis. et lati, et parui plurimi exitus sunt ex ano propter uicinitatẽ ani, et debilitatẽ, quare non possunt figi in intestino fixione longorũ. et sicut lõgi sunt vehemẽtioris fixionis, sic parui sunt uehemẽtioris expulsionis. et si cũ habẽtib. uermes adest febris, accidentia sunt fortia, et maligna, quoniã febris consumit cibum eorum, quare mouentur ad quærẽdum ipsum, et figuntur in intestinis, et quoniam febris nocet eis in substantia ipsorum, et affligit eos. et quoniã febris addit in natura eorũ putrefactionẽ, et acuitatẽ; et afflictionẽ. et quoniam cholera, quum effunditur ad eos in febres, lędit eos. Qua ergo inuoluuntur in intestinis, et mordicãt eũ, nocent uehementer. et iam retulerũt quidam, quòd uiderũt eos perforasse uentrem, et exiuisse ex eo, et illud apud me maximũ est. et e [propter hoc] eleuantur ex eis vapores mali ad cerebrum, et nocent ei, et quandoq; est retentio eorum in intestinis. et quod ipsi faciunt accidere f [putrefactionem] causa febris, et non est eorũ dispositio in hoc, quod per ipsos sit iuuamẽtũ in mundificatione intestinorũ, iuuamentum, quod

a —— B. Et continuatur textus.

b B. magni.

† Longi & lati & rotundi, & ascarides & parui. Ita doctissimus manardus legendũ putat.

c B. penetrationis.

d B. Alia litera. breuem.

e B. Alia litera, similiter.

f B. de putrefactione.

quod fit per vermes,& similia eorum,in mundificatione putrefactionis mundi, quoniam in intestinis est mundatorium expulsiuum ex natura, Et quoniam proportio eius,quod genera tur ex istis [g] [putrefactionibus in intestinis superfluentibus] ab expulsione natura, maior est proporti one [h] [vermium] & similium ad aerē mundi,& terram eius. Et quoniam ex istis generantur nocumenta alia, [i] [quorum operatio nes sunt ex proportione eorum indigentium cibo] & ex contrarietate motus eorum. Et ex hoc quod faciunt accidere colicam,& ex contrarietate qualitatis, super quam figitur cōplexio corporis,& alijs. Et quandoque generātur propter vermes,& serpentes,epilepsia, & colica.Et quandoque generatur fames canina,pro pterea quia vehementer rapiunt cibum.Et quā doque generant bolismum,& casum [k] [virtutis oris] stomachi, propter eleuationem suam ad ipsum,& [l] [quia infrigidant] ipsum, [m] † [ ]

g B.ad putrefactionem in intestinis supfluentem.
h B.muscarum.
i B.ex hoc ꝙ rapiunt de cibo necessario corpori Alia litera & qm̄ proportio uermium ad putrefactionē ī intestinis & ad totū corpus hominis est maior proportione.
k B. appetitus ex ore.
l B. fętore ipsorum peruenientem ad.
m† B. Alia litera & qualitatē ipsorum causantem abhominationem in stomacho.

Et quandoque sequitur vtrasque dispositiones tremor cordis maximus,& plurimum generātur in ętate infantiæ, & pubertatis, & in fine adolescentiæ. Et ascarides secundum plurimum generantur in eis, qui separantur ab ætate infantiæ. Sed rotūdorum plurimum est in infantibus,deinde in adolescentibus, & minoratur in senibus,quum tamen illud totum fit. Et ipsi quidem generantur in autumno plurimum, quam in reliquis temporibus, propter præmissionem assumptionis fructuum,& similium,& putrefactionem,& ipsi commouentur in sero, & plurimum in hora somni,& labor quidem, & exercitium vehemens quandoque solutione educit vermes.& quum egrediūtur uermes habentium febres acutas viui,non sunt uehementis malitiæ,nam significant sanitatem virtutis, & potentiam expulsionis, & propriè post declinationem,& si egrediuntur mortui,sunt signū malum, et ad summum eorum exitus in febribus cum egestione,non est significatio bona, & proprie ante declinationem,verum [n] [in dispositione febris] est melior. Verùm eorum exitus non in dispositione febrium,quando cū eis est sanguis est malus, & indicat nocumentum in corpore,& in intestinis,sed eorum exitus cum uomitu significat humores malos ī stomacho.

n B. eorum exitus cum vita.

ANNOTATIONES.

Com. 26.
Cap 37.
Epist.1.
Epist.1.

Difficilis hic est locus. Videtur Auic.quatuor lumbricorum genera constituere.Gal. tamen 3.aph.& Paulus li. 4.& Aetius lib.9.tres horum species ponunt. Hipp. uero & Celsus duas tantum,in his etiam ipsi discrepantes.Verum de hac re Manardus scripsit lib.3.epist. & 4. quem tu uide.Eruditissime enim hunc locum castigat,ut nobis satis sit monstrasse locum.

De signis. *Cap.* 3.

Signa quidem communia,sunt,cursus saliuę, & humiditas labiorum in nocte, & eorum exsiccatio in die, propterea, ꝙ caliditas expanditur in die,& coarctatur in nocte,quum ergo spargitur caliditas,attrahitur humiditas cū ea: quare uermes incurrunt famem,& attrahunt a stomacho,quare exsiccatur superficies cōtinua ei ex superficie oris & labij. et adiuuat cum ad exsiccandum labium aer exterior, quare laborat infirmus in humectando labium suum cū lingua sua,& quandoque accidit habentib. uermes rixa,& horribilitas locutionis, & quasi ipse sit in forma irati malorum morum, & quandoque perducunt ad alienationem propter illud,quod eleuatur de vaporibus malis, & accidunt eis accidentia karabitus,nisi ꝙ non colligunt pilos,& non patiuntur sodam,& non patiuntur tinnitum auris,& accidit eis stridor dētium,& proprie in nocte,et sunt in pluribus horis, quasi masticent aliquid, & quasi appetant extrahere linguam.et accidunt eis saltus in somno,& tremor,& clamor in ipso,& agitatio formæ,& ira aduersus illum,qui euigilat eos,& accidunt eis super cibum nausea,& tristitia,& intersecatur vox eorum, & debilitatur pulsus ipsorum, & apud commotionem, est quasi prostratus,& est eorum egestio,ut plurimum [a] [dura.] Casus autem appetitus,& eius vehementia est, secundum quod diximus in cap. causarum et quandoq; accidit eis sitis, cū qua non satiantur,& similiter quandoq; accidūt eis ęgritudines,quas diximus illic,& quādo fortes fiunt dolor,& ægritudo,cadunt, aut spasmātur,aut torquētur,ac si essent epileptici,& quādoq; accidit eis in huiusmodi hora,vt euomant eos, & diuersificantur colores eorum, & color oculorū ipsorum,et quandoque remouetur color facierum eorum,& oculorum ipsorum, & quando que redit, & quandoque inflantur, aut tumescunt,aut tendūtur ventres eorum, sicut hydropicorum, et quasi [b] [non sunt ventres eorum nisi hydropicorum.] et quandoque apostemantur testiculi eorum,et emittunt sudorem frigidum cum fœtore vehementi. De signis autem distinctionis eorum,quædam sunt communis distinctionis,et est exitus illius speciei, [c] [ex egressione.i.ano,] deinde longos significant cōmotio oris stomachi, et mordicatio ipsius cū punctione eius,quod ipsum,et difficultas transglutiendi, et casus appetitus secundum plurimum,et [d] [nocumētum ex cibo,et lubricitas.] et quandoque nocent pulmoni & cordi,pp vicinitatem suam,& quandoque accidunt tussis sicca,& tremor cordis, & diuersitas pulsus, & sunt somnus, et exsiccatio non secundum ordinem,et est pigritia,et accidunt pruritus,et intuitus,et palpitatio,et apertio oculi,imo declinat ad clausionem oculi,et accidit oculis eorū vt rubeant quandoque, deinde alia vice obfuscentur. et quandoque tenduntur ventres eorum,et fiunt sicut hydropici.et quandoque accidit eis fluxus uentris. Cum latis autem,et rotundis appetitus secundum plurimum multiplicatur,quoniam secundum plurimum elongantur a stomacho,quare non nocent in eo,et rapiunt cibum,et mouentur in tempore famis motu nocente [e] † [ ] debilitante virtutē et mollificante,incidente in eo, quod sequitur vmbilicum. Paruos autem significat pruritus ani, & inseparabilitas commotionis apud ipsum.et quandoque adeo fit fortis, donec accidit syncopis,et inuenit habens eos,quum aggregantur in intestino suo,grauitatē sub hypocōdrijs

a B.liquida.
b B. uenter eorum fit durus.
c B. quæ egreditur.
d B. abhominatio cibi & singultus.
e † B.mordicante.

drijs suis,& dorso, Et ex eis, quæ cõferunt istis omnibus est, ut sorbeant aliquid aceti in tempore somni.

ANNOTATIONES.

Cap. 57. & 58. ca. 39.40.& 41.

Lumbricorum infestantium notas habes ex Paulo lib. 4. habes item ex Aetio lib. 9. Sed pete & Manardum locis in superiori capite ostensis.

De cura. *Cap.* 4.

INtentio, quæ attenditur in curationibus vermium, est, ut prohibeantur a materia generante eos, ex comestis prædictis, & ut mundificetur phlegma aggregatum in intestinis, ex quo generantur, & ut interficiantur cum medicinis, quæ sunt venena in comparatione, [a] † [ ] & sunt amari saporis, de quibus quędam sunt calidæ, & quædam frigidæ, quas dicemus, & medicinæ, quæ operantur cum proprietate, deinde fluxu ventris educantur post interfectionem, quum nõ expellit eos natura per se. Non enim oportet vt prolongetur eorum statio in vẽtre post mortem, & [b] [exsiccationem,] & inferat uapor eorum nocumentum veneno sum. Et medicinę quidem calidæ ad gradũ peruenientes tertium, sunt conuenientiores in regimine eorũ hora omni, nisi illic sit febris aut apostema, amari enim calidi complexio cõtraria est eis cum caliditate, & est contraria cum qualitate, illis, quæ ipsi magis diligunt scilicet unctuosum & dulce. Et inuenitur ex ebibitis, & enematibus, quæ aggregant [c] [proprietates tres.] Suppositoria vero melius est, ut ipsa extrahant, quam ut ipsa interficiant, nisi [d] [quod in] recto est ex paruis uermibus. Quãdoque enim fit ex genere vnctuosi dulcis, ut trahatur ad ipsa vermis, propterea quia diligunt ea, & egrediuntur cum eis [e] [quæ] extrahuntur, & melius quidem curantur cum ebibitis hora vacuitatis uẽtris. Et quum mittuntur venena interficientia eos in lacte, & in [f] [fauum mellis,] & similibus, sunt ipsi ad sumendum ex eo diligentes magis, & est illud magis interficiens eos. Et quandoque sumit ĩ potu habẽs vermes, sicut lac duob. dieb. deinde potat in die tertio in lacte medicinam interficientem eos. Et quandoque sugit ante eam [g] [fauum mellis.] Quumque inuenit odorem eius, peruenit ad sugendum illud, qđ [h] [deponitur ad ipsum,] & quando tu administras [i] [medicinas uenenosas interficiẽtes,] tũc melius est ut linias stomachum cum stypticis, & proprie, in quibus est uirtus interfectiua vermium, sicut sumach, & [k] [hypoquistidos] & acacia dissoluta in uino. Et similiter capparis, & anethum in uino. et si non tolerant stypticitatem horum, tunc lutum sigillatum in uino. et bibuntur medicinæ facientes ad uermes, tunc oportebit ut stringantur nares uehemẽter, & [l] † [ ] multiplicetur extractio anhelitus, et intromissio eius, quantum possibile est, nam rectius est ut non permisceatur cum anhelitu aliquid de odore earum. et de curatione continua cum curatione uermium, est rectificatio appetitus, quum cadit. et quandoque inuenitur in emplastris. et eis, quæ bibuntur, quod aggregat ad confortationem appetitus, & interfectionem, & extractionem eorum, sicut aloes cũ absinthio, ebibitis pilulis factis ex eis, & [m] [epithemate] facto ex eis, et similiter [n] † [ ] cum robub acetosis. et quandoque aggregatur cum uermibus fluxus uentris, quare necessariũ est vt interficiantur tantum: motus nanque [o] † [ ] extrahit eos. Et quandoque dispositio exigit ut interficiantur cum stypticis amaris, ut aggregentur mors eorum, & retentio naturę, scilicet quando aggregãtur vermes, & fluxus uentris, & timetur casus [p] [appetitus.] Et [q] [emplastrentur] cum emplastris stypticis, in quibus est interfectio aliqua uermium: [r] [& nõ deiiciunt uirtutem,] deinde [s] † [ ] ipsi egrediantur post illud: aut per expulsionem naturæ: aut per medicinam: aut suppositoria, & quã doque sunt cum eis apostemata in uisceribus, & est necessarium regimẽ subtile. et medicinæ, quæ interficiunt ascarides, fortiores sunt eis, quæ interficiunt longos. & illæ, quæ interficiũt ascarides, & rotundos, interficiunt etiam longos, & causa in hoc est, quòd ascarides sunt remotiores ab eis, quæ bibũtur, & sunt magis submersi in humiditatibus [t] [cõuenientibus eis,] & quandoque sunt in cysti. Et quoniam ipsi generati sunt a materia grossa, & grossiore & spissiore, & propinquiore ad complexionem calidam, & magis simili ei, quod est uenenum: quare nõ patitur a suo simili, dum non superfluat.

a † B. ad eos.
b B. putrefactionẽ uel fætorem
c B. tria iuuamenta.
d B. illis qui sũt in intestino.
e B. quum.
f B carne super prunas assatas.
g B. carnem sup prunas assatam
h B. descendit ad ipsum.
i B. clysteria uenenosa interficientia eos.
k B. tarathic.
l † B. non.
m B. liniméto.
n † B. aloes.
o † B. naturæ.
p B. Alia litera. uirtutis.
q B. proprie.
r B. ut non cadat uirtus.
s † B. uc.
t B. continentibus eo.

ANNOTATIONES.

De lumbricorum eductione, seu uinorum seu enectorũ, deq; ijs quæ tum procreationi eorum obsistũt, tum uitæ, ac de medicamentis demum omni lumbricorum speciei aduersis, lege Paulum lib. 4. & Aetiũ lib. 9. & Gal. 14. meth.

Cap. 57. & 58. ca. 39.40.& 41. cap. ult.

De medicinis calidis interficientibus uermes, & propriè lõgos. *Cap.* 5.

SIngulares, quidem sunt sicut prassium, & cordumeni: de quibus sumatur aur. i. & secha, et lupini amari, et cassia, et calamẽthum, et succus eius, et grana aldeemest, et costus amarus, et epithymum, et cartamum, et menta. et cambil et cyminum et camæpityos, et centaurea, et pulegium, & allium propriè. Et quandoque interficit ascarides semen fœniculi, & myrtus, & origanum, et faufel, et absinthium, et semẽ caulium, et cortices algarab, et radix enulę exsiccata, de qua bibantur. unc. iii. et cyminum assatũ, abrotanum, et anisum et semen apii, et nasturtium forte est in capitulo suo, et nigella; et semen atriplicis solutione educit eos cum mortificatione. et similiter uolubilis, et polypodiũ. Et melius, quo educitur fluxu uentris post mortificationẽ, est aloes. Et quando homo bibit de oleo potionem, et superfluit quantitatem, quæ possibilis est in bibendo ipsum, interficit eos, et extrahit ipsos, et propriè oleum omphacinum, et ipsum interficit latos etiam, et interficit propter suam amaritudinẽ & [a] [extrahit] propter uiscositatem sui. Quod si non fuerit possibile bibere ipsum uice una, bibat ipsum utendo potu post potũ, sumẽdo ex eo cochlearia duo et similiter grana nil interficiunt serpentes,

a B. lubricat.

pentes, extrahendo eos, & quandoque conferũt in latis. De compositis vero, quę interficiunt eos. sunt, quæ sunt sicut theriaca magna. Et illæ, quæ aggregant interfectionem, & extractionẽ, sunt sicut hiera picra. Et sicut si sumatur scecha, & absinthium, amborum an. drach. i. & tertia pulpę coloquinthidæ[b] [drach. i. & quarta] & salis Indi danich j. & sumatur in potu. Et quandoque interficit eos potare cyminum, & nitrũ mediatim, & [c] [fœnugręci] pondus duorum aur. & iterum nitri, piperis, cordumeni partes æquales, & dosis eius sit vsque ad drach. j. & s. & iterum piper, & grana lauri, cyminum indum, mastix, conficiantur cum melle, & sit dosis eius in mane cochlearium. i. & in hora dormiendi tantũdem aut enulæ, & scecha, & piperis, & [d] [siracsi] partes æquales sumãtur in potu ex j. 3. & s. usque ad drach. iij. Et pilulæ de absinthio educunt longos, lati autem indigent fortiori hoc.

b B. põdus quartæ drach. j.
c B. ex omnib.
d B. sirachs.

De medicinis, quæ magis propriæ sunt ascaridum. Cap. 6.

SVnt kitran administratum in clysteribus, & epithematibus, & [a] [alsiraos, & medulla eius & alsirai] & coitus amarus, & cortex radicis mori, & succus eius, & cãbil, & pulpa coloquinthidæ, & aloes, & [b] [alsimar] mirabile est ĩ latis, & cortex albelengi ex arboribus, & existimo ꝙ est species [c] [sidere & alzadarachat.] Et ex eis, quæ extrahunt, vermes sine nocumento, est, ut bibantur drac. iii. succi enulæ recentis, est enim mirabile ualde. Et antiqui quidem dixerũt, ꝙ [d] [ireos] extrahit ascarides. Et ex medicinis mirabilibus in omnibus speciebus uermium sunt pili animalis nominati [e] [alcasim. Et alcalcadis est ex eis, quæ interficiunt eos cum iuuamento, si fuerit illic fluxus uentris, & iam diximus ad eos in antidotario decoctionem eius, & centaureæ. Et iterum bibat lac mulctum tribus diebus in mane, & cęnet super ipsum alesfidabegi, deinde sumatur [f] [vj. aur. abrungi & iij. drach siracsi & iij.] cambil, & terantur & soluantur in aceto acetoso, aut in syrupo acetoso, & masticetur aliquid de [g] [fauo mellis, ut egrediantur] uermes, deinde bibatur ex eo quantitas quam necessariam faciunt existimatio, & experimentum. Medicinæ autem frigidę, & paucę caliditatis sunt, sicut semen coriandri, quum bibitur tribus diebus cum rob, & semen apii, est enim forte ualde interficiens omnem vermem, & sumat cum syrupo acetoso, aut lacte acetoso, aut bibatur decoctio eius, & fausel, & folia persici & succus [h] [eorum, & spina ægyptiaca,] & sunt absque plurima caliditate. Et rubus, & decoctio corticis arboris granati acetosi, & muzi decoquantur in aqua nocte tota, deinde coletur, et bibatur, et similiter aqua, in qua decoquitur radix eius. Et succus arnoglossę conuenit ei, qui habet uermes, et fluxum ventris simul, aut arnoglossa sicca. Et iterum sumach dissolutum in aqua est mirabile, & hypoquistidos, el lutum sigillatum cum uino, sunt etiam mirabilia, et magra mirabilis est etiam, et semẽ portulacæ, quũ ex eo multum sumitur, interficit eos, et similiter endiuia amara [i] [et lactuca amara] et apiũ aceto conditum. et dicitur quod melon interficit eos, et solutione educit ipsos, et tribuli propinqui sunt istis medicinis, et consequitur ex virtute harũ, quod ipsę trahunt latos etiam, s. illa, quę sunt sicut semen [k] [salic.] et succus persici, et coriandrum, et endiuia amara et polium et reliqua, et ista aut bibuntur cum lacte absque butyro, aut cum aqua calida, aut syr. acetoso.

a B. albrẽch uel berengi & medulla eius & alsirachs.
b B. alsangiar.
c B. seder & azadaracht.
d B. alarbian.
e B. harimun.
f B. vij. aur. brẽgi Kebuli, uel brench kebuli, & sirachs. 3. iij. & cambil 3. iiij
g B. carne assata super prunas ut delectentur.
h B. Alia litera. spinæ ægyptiacę.
i B. Alia litera.
k B. alkalesf.

De regimine uermium paruorum. Cap. 7.

QVandoque interficiunt eos suppositio salis, et clysterizatio cum aqua calida, et eradicãt materiam eorum. et fortius hoc est clystere, in quo recipiuntur cẽtaurea, carthamum, hyssopus, rubea, et pulpa coloquinthidę, quod administretur calidum. et fortius illo est suppositorium de alnitran, et clystere cum eo, et proprie cum oleo de chrysomilis amaro: aut medulla persicorum amara, et sint iam decoctę in ipso medicinæ interficientes: et quandoque clysterizatur etiam cum kitran. et ex eis, quib. fit suppositorium sunt arthanita, et buchormarien, et cortices radicis [a] [scecha.] et eis, quę colligunt hos paruos, est vt mittatur in anum caro pinguis salita, et sit iam super eã ligata fimbria fili. Ipsi nanque aggregantur super eã, propterea quia diligunt eam, deinde extrahatur post expectationem horæ vnius super eam quãtum possibile est, extrahatur, et iteretur vsquequo mundificetur.

a B. Alia litera. alengi.

De clysteribus [a] [acutis interficientibus] uermes. Cap. 8.

a B eorum qui habent.

CLysterizentur cum decoctionibus medicinarum prędictarum ad eos, et quãdoque ponuntur in eis solutiua, sicut pulpa coloquinthidæ, et turbith, et aloes, et cucum. asininus secundum uirtutem, et horam, et est conueniens vt administretur in clysteribus eorum alkitrã, nam confert iuuamentum maximum, et custodiatur tunc anus, ne proueniat ad tenasmon, et stomachus vt non debilitetur cum potibus, et emplastris facientibus ad stomachum, et iã sciuisti omnia illa, et quandoque confert clystere cum aquis salsis, et aquis salitis cum nitro, et similibus, et proprie cum Kitran. et quandoq; ponuntur in clysterib. eorum, succus foliorum persici: et decoctio radicum mori, et corticum granatorum, et proprie quum fuerit caliditas.

De emplastris habentium uermes. Cap. 9.

EMplastra etiam assumuntur ex medicinis similibus istis, et confortantur cum eis, quę sunt sicut pulpa coloquinthidæ, et fel vaccinũ, et succus cucumeris asinini: et cum eis, quę sunt sicut Kitran, et aloes. et quandoque fit emplastrum cum aloe, et absinthio, aut cum aloe, et rob cydoniorum, et rob malorum, et interficit, et [a] [rumpit] appetitum, et quando aggregantur omnia est rectius. emplastrum bonum. teratur nigella cum aqua coloquinthidę humidę: aut decoctione pulpę eius, et liniatur super uentrem, et [b] [sumen:] et dicitur, quod medulla cerui, quando emplastretur cum ea umbilicus, confert ad illud: et si-

a B. excitat.
b B. umbilicum.

Et similiter olea medicinarum prædictarum, quum eis linitur, iuuant, & oleum chamæmillinum, & absinthium proprie.

De cibatione eorum. *Cap.* 10.

CIbus quidem qui necessarius est eis secundum oppositionem causæ, oportet ut sit calidus & siccus, in quo non sit uiscositas, & sit in eo abstersio a [ex eis, quę abstergunt eos & attrahunt] ipsos. Et ingrediuntur in cibis eorũ aqua ciceris, & folia caulis, & carnes colũbarũ etiam sunt iuuatiuæ eis, & potus aquę salsæ cõfert eis omnibus. Et quum sunt fluxus uentris, & caliditas, cibamus cum sorbitionib. acetosis cum sumach factis, quoniam est interficiens restrictiuum, & similiter aqua granatorum acetosorum. Et quando debilitat fluxus uentris; necessaria sunt, quæ nutriunt cũ fortitudine. Qđ si non digerantur, ponãtur ex genere sorbitionum, & aquarum carnium. Hora autẽ, & ordo sunt, quoniam oportet, vt ipsi nõ egeant cibo b† [ ] & mordicent stomachum, & fortasse faciunt cadere uirtutem appetitiuã, imo cibentur ante motũ eorum in hora quietis, & ut separetur cibus eorum, & cibẽtur cibo pauco. Et quum c [alleuiatur] fluxus, administrentur super uẽtrem emplastra styptica ex eis, quæ scis, uerum in habentibus paruos uermes, melius est ut eorum cibi sint ex genere illorũ, qui sunt boni chymi, & uelocis digestionis, nã uirtus eorum secundum semitam oppositionis non peruenit ad eos omnino. Et quum sũt boni chymi omnino, minoratur chymus corruptus, qui est materia eorum.

a B. aliqua quæ abstergat eos & extrahat.
b† B. quare excitentur.
c B. timetur.

De cura casus, & a [proiectionis] super uentrem. *Cap.* 11.

REctius in omnibus illis est, ut extrahatur sãguis si possibile est, & detur in potu post illud, thuris & sanguinis draconis, & luti armeni, Karabe omnium an. drach. j. cum triplicato subtili. et si fuerit sputum sanguinis aut fluxus eius per anum, aut uomitus ipsius. ponatur in ipsa Kirat. i. opij. et post hoc oportet ut tu cõsideres illud, quod diximus ĩ capitulo de b [prostrationibus] in libro, qui est post istum.

a B. confusionis
b B. contusionibus.

ANNOTATIONES.

Si quis in uentrem collabatur, non statim mittendus est sanguis, nisi lapsus grauior fuerit, tunc uero secari uenam auertendæ fluxionis gratia licebit. Quod si disrumpi uas in uentre aliquod contingat, ut sanguis uel euomatur, uel per aluum excernatur, tunc ijs utendum quæ de sanguinis uomitu scripta antea sunt, astringentibus, & stupefacientibus etiam, si oporteat. deinceps uero curatio ijs perficienda, quæ lib. 4. Fen 4. tract. 2.

FEN XVII.

De ægritudinibus ani. & est tractatus unus.

Sermo uniuersalis, de ægritudinibus ani. *Cap.* 1.

SCias quod egritudines ani, sunt difficiles ad sanandum, propter ea, quę aggregantur in eo, quoniam est callis, & quia est inuersum, penetrans ab inferiori usque superius, & quia est vehementis sensus, & quia est positus in inferiori. Quia ergo est callis, peruenit ad eum fex in omnĩ hora, & mouet ipsum, & addit in dolore eius, & a [diminuit] eum a quiete, cum qua completur receptio iuuamenti medicinarum, & b [non potest natura facere rectificationem.] & quia est inuersus, difficilis fit adhærentia medicinarum ad ipsum. & quoniam est vehementis sensus, multiplicatur dolor eius, & multitudo doloris attrahit. Et quoniam est positus in inferiori, facilis fit descensus superfluitatum ad ipsum, & proprie quum obedit ad receptionẽ earum, debilitas, quæ est cum eo, ex nocumento, quod est in ipso c [ex hæmorrhoidibus.

a B. priuat.
b B. cũ qua facit rectificationem.
c —— B.

ANNOTATIONES.

Anus quoque multa, tædijq́; plena mala recipit, ait Celsus lib. 6. Eius uitia cur sanatu difficilia sint, pulchre hic author notat. de qua re pete Gal. 9. de comp. med. per loca.

cap. 18.
cap. 6.

De hæmorrhoidibus. *Cap.* 2.

SCias quod multoties existimat aliquis quod habeat hæmorrhoidas, & non habet nisi ulcera in recto, & in eis, quę sunt supra ipsum, oportet ergo ut consideretur illud. et hæmorrhoides quidem diuiduntur per species diuisionis famosę in uerrucales, & sunt deteriores earum, & in uueas, & in morales. et uerrucales sunt similes uerrucis paruis. et uuæ sunt latæ, rotundæ, purpurei coloris, aut ad purpureitatẽ decliues. et morales sunt molles, sanguineę, & sunt de hæmorrhoidibus hæmorrhoides, quę sunt quasi uesicæ. et diuiduntur hẽmorrhoides diuisione alia, in exterius natas, & profundas, & sunt deteriores earum, & proprie illę, quę, tẽdunt ad partem uirgæ, quandoque enim stringunt urinam cum apostematione et natæ exterius apparentes sunt unę trium. De profundis autem, quędam sunt sanguineę, & quędam sũt non sanguineæ, & diuiduntur hæmorrhoides etiam in apertas fluentes, & currit quandoque res plurima propter apertionem uenarum plurimarum, & in surdas cęcas, de quibus nil currit, et plurimũ quidem generantur hẽmorrhoides ex melancholia, et sanguine melãcholico, et parum generantur a phlegmate, & quum generantur ab eo, generantur quasi ipsæ sint uesicę uentrium piscium, et uerruculas sunt propinquiores ad hoc ut fiant a † [ ] melancholia, et morales ad sangu. et uuę inter istas et illas. et non est possibile, ut accidant hæmorrhoides nisi aperiantur orificia uenarum in ano, secundum quod dixit Galenus & propter hoc multiplicantur cum uento austrino, et in regione austrina, et non oportet quod in hẽmorrhoidibus apertis, currentibus, sanguinis fluxus retineatur, donec perueniat ad debilitatem, et mollificationem genuũ, et comprehensionem b [syncopis,] et uideatur sanguis non niger: et melius est vt c [extrahatur] paulatim, et non subito, et quum in mulieribus declinat sanguis hẽmorrhoidarum ad matricem, et egreditur in mẽstruis, iuuãtur eo.

a † B. ex pura.
b B. casacan.
c B. fluat.

Et oportet, vt fiat etiam illud arte, & prouocentur menstrua earum. Et plurimis quidem habētibus hæmorrhoidas, adest color proprius eis, & est citrinitas declinans ad viriditatem. Et multoties accidit habentibus hæmorrhoidas fluxus sanguinis narium, & remouentur hæmorrhoides.

ANNOTATIONES.

De hæmorrhoidibus habes libellum Hippocrati ascriptum, ubi harum et causas, & signa, & curationem docet. Earum differentias duas tantum Græci notant, quod aliæ cæcæ, aliæ apertæ sint. Ita Aetius lib. 14. & Paulus lib. 3. Addit tamen author noster & alias, Rasim æmulatus 24. Cont. tr. . Affectus hic, & si frequenter præter naturam est, aliquando tamen purgatio est, non morbus, ut Celsus ait lib. 6. Quo fit, ut in quibusdam parum tutò supprimantur, in iis qui sanguinis profluuio imbecilliores non fiunt, q̄d & Celsus & Hipp. asserit 6. aph. A diuturnis, ait senex, sanato hæmorrhoidibus, si una non seruatur, periculum est aquam intercutem, uel tabem aduenire. Cuius rei rationē reddit Gal. eo in loco. Est tamen illic controuersia (quamuis hoc ad curationem attineat) quum Galen. ita legat, ut nos attulimus, ut & Philotæus, & uulgati codices. nempe, [si una non seruatur &c.] At Aetius non ita. Sed, dicere Hipp. ait, si non adseruetur, periculum esse & aquæ inter cutem, & tabis. ac per (seruari) non id intelligere, ut una aperta retineatur hæmorrhois. sed ut post hæmorrhoidum omnium extirpationem, & uenæ sectio, & conueniens diæta opportuno semper tempore seruetur. alioquin non sanatio ea esset, quum sanari, perfectè sit liberari. Cæterum quidquid de hac resentiendum sit; utrumque nobis probari posse uidetur, & utraque lectio admittenda. Quamuis autem Græci codices, quotquot uidimus, ita legant, ut Gal. legit Hipp. tamen in libello de hæmorrhoidibus, de harum ustione agens, urendas omnes, & extirpandas omnes affirmare uidetur.

cap. 5. cap. 59. cap. 1.

cap. 18.

Aphor. 12.

De cura. *Cap.* 3.

Oportet, ut inceptione rectificetur corpus, & euacuetur sanguis malus ita, ut phlebotometur saphena, & vena, quæ est a posteriori parte calcanei, & vena [a] [almabit] est fortior utrisq; carū. Et uentosatio eius, q̄d est inter [b] [utrasque spatulas,] confert ad eas, & ad humores melancholicos. Et curetur hepar, aut splen si oportuerit [c] [propter societatem eius, quod generatur ex] eo de sanguine malo. Amplius, si non fuerit dolor, neque apostema, neque inflatio, nō erit tunc plurima necessitas curationis earum, nam earum curatio quandoque perducit ad fistulam, & ad rhagadias. Amplius studiū impendatur in lenificatione naturę, ut non noceat durities fœcis ano, & magnificetur labor. Et melius est, ut sit illud cum solutiuis, & lenitiuis, quę sunt ex medicinis, ex quibus iuuamentum affertur hæmorrhoidibus, sicut pilulę de bdellio, & pilulæ de alfeluzaragi, & pilulæ [d] [amalei] & pilulæ, quas dicam, & oportet ut studium impendatur in aperiendo surdas, & faciendo ut currat sanguis ex eis, quantum possibile est, vsque quo debilitet, & egrediatur sanguis rubeus, clarus, in quo non sit nigredo. Q̄d si non sufficit, sit regimen eius cum incisione hæmorrhoidarum, & delectione earum, incidēdo, aut exsiccando eas, aut adurendo ipsas cum eis quæ faciunt illud. Et scias, quod in sanguine, qui currit ab hæmorrhoidibus, & ex ano, est securitas ab herpete esthiomeno, & mania, & melancholia, & epilepsia melancholica, & erysipila, & ab illis, quæ sunt sicut [e] [milium,] & cācro, & excoriatione, & scabie & [f] [glabrie] & lepra, & pleuresi, & peripneumonia, & phrenesi. Et quando retinetur sanguis ex eis consuetus, timetur aliqua harum ægritudinum, & timetur hydropisis propter illud, quod accidit in hepate de apostemate malo, & duro, & corruptione complexionis, & timetur phthisis, & dolores pulmonis propter expulsionem sanguinis mali ad ipsum. Et quando cursus facit accidere syncopim, sumatur sauich hordei cū spodio, & luto, [g] † [ ] [h] & detur in potu [ex calido] paulatim. Et medicinæ quidem quę ad hęmorrhoidas conueniunt, alię sunt aperiētes eas: aliæ consolidantes, & aliæ sunt constringētes sanguinem, & aliæ sunt incidentes [i] [eū,] & aliæ sunt sedatiuæ doloris. et sunt, aut quę bibuntur, aut suppositoria, aut epithemata, & emplastra: & linimenta, aut pulueres, aut suffumigationes, aut aquæ, in quibus sedetur, aut restrictiua. et omnia illa: aut sunt singularia, aut composita. Et scias quod pilularum de bdellio iuuamentum in hæmorrhoidibus habentibus periodos, apparens est eis, & non sunt multi iuuamēti in eis, quæ sunt fixæ, nō habētes periodos. et quando aggregantur rhagadię, & apostema, curetur ī primis apostema, deinde hæmorrhoides. Et oleū de chrysomilis, in quo resolutū est bdellium, valet ad hæmorroidas, & rhagadias.

a B. almabad.
b B. duas anchas
c B. Alia litera. illud propter re & ficationē eius quod generatur ab eo.
d B. aldadi.

e B. miliaris.
f B. morphea uel impetigine
g † B. armeno.
h —— B.
i B. eis.

ANNOTATIONES.

De curatione hæmorrhoidum pete & Aetium lib. 14. & Paulum lib. 3. & Celsum lib. 6. Gal. quoque in li. de curandi rat. per sangu. miss. de uenæ sectione in hæmorrhoidib. pulchre scribit, ac quomodo quandoque in cruribus, quandoque in brachio secare uenam expediat.

cap. 6. cap. 59. cap. 18. cap. 15.

De regimine incisionis hæmorrhoidarum, & adustionis earum. *Cap.* 4.

Casus hemorrhoidarum quandoque fit cū incisione, & quandoque fit cum medicinis acutis. Quum ergo sunt hæmorrhoides plures numero, non oportet ut incidantur omnes simul, imo oportet ut audiatur præceptū Hippocratis, et dimittatur una ex eis, deinde curentur, imo rectius est, ut curentur incidendo unā post unam, si toleratur illud, et in fine rei dimittatur una, ex qua currat sanguis corruptus, cuius exitus ex ea consuetus est in natura. et illud incisum si fuerit apparens, erit eius regimen facilius, et si fuerit profundum, erit regimen ipsius difficilis: [a] [nam] rectius est ut ligetur radix eius cum filo setæ, aut lino, aut pilo forti, et dimittatur, tunc si ceciderit per illud, bonum erit, & si non, experiātur super illud medicinę [b] [incisiuæ,] et si nō, incidatur. profunda uerò indiget vt extrahatur, deinde incidatur. Extractio quidē quandoque fit cum instrumento, sicut [c] [sit ventosatio] cum igne, et quocunque modo fit, ponatur super anum, donec egrediatur. deinde retineatur cum instrumento extractionis,

a B. & ita apparente.
b B. facientes eas cadere.
c B. uentosa.

Et

Et si timetur velocitas reditionis, dimittatur vētosa vna hora, donec d [apostemetur] locus. & non redeat. Et quandoque ligatur velociter cum filo ligatione apostemante, & remanet hęmorrhois exterius. Et quandoque fit cum medicinis extrahentibus, sicut vt sumatur succus centaureæ, & anethi humidi, & staphisagria, & conficiantur illa omnia cum melle, & liniatur cum eis anus, & supponantur e [in melle.] Ipsa enim commouent egestionem, & perducūt ad hoc, vt appareat anus, & faciant ipsum exire f [Et] administretur nitrum, & fel tauri, aut administrentur piper, & nitrum: aut aggregetur ad illud, quod est ex illis, succus buchormarien, aut staphisagriæ. & ex bonis est phlebotomia basilicæ, ante incisionem, & ligationem. Et quum voluerit abscindere, retineat illud, quod abscindit ex eo, quod apparet. aut quod factū est apparens cū instrumēto extrahēdi. & trahat ipsū, ad seipsū, deinde īcidat illud ex radice ipsius cū acutiore re, & penetrabiliore re. et non oportet, vt pertranseat radicē eius, & incidat aliquid ex eo, quod est infra ipsum, & perducat ad nocumenta, & apostemata g [magna Et quandoq; pducit ad malitiā & difficultatē.] Et mittatur sanguis fluere vsquequo timeatur debilitas, deinde retineatur sanguis cum restrictiuis; quæ dicemus. Et si non fluat sanguis, h †. [ ] multiplicetur phlebotomia ex basilica. Quod si toleretur vt sanguis educatur cum aperitiuis prædictis, & fluat sanguis ex eis, erit rectum: i [&] si non timeatur casus virtutis ex dolore k [in eo] sufficit in hoc, quod est sicut succus cepæ. & si voluerit l [vt audeat,] liget paruam ex radice sua, & magnam ex medietate sua, aut secundum diuisionem aliā, & succurrat vt non apostemetur, & doleat, & illud est. vt desuper ponatur cæpe elixatum: aut porrum decoctum confectum cum butyro. Et sedeat ille, qui curatur, in aquis stypticis decoctis in m [cucuma] in aceto, & aqua, in qua decoctæ sunt gallæ, & cortices granatorum. Deinde curetur. cum his, quæ faciunt nasci carnē ex maran, vt non apostemetur. Et intentio in ligatione est pręparatio ad penetrandum virtutem medicinarum, faciētium cadere hæmorrhoidalium in ea. Et quum vides anum apostemari, & dolorem incurrere vehementem ex huiusmodi curis, tunc necessarium est vt suffumiges cum bdellio, & adipe gibbi cameli, & emplastris prædictis: aut emplastres cum pane n [adarmache,] & vitello oui & pauco o [oleo.] & encatisma in p [passo arhadiu] est mirabilis iuuamenti, & sedat dolorem incisionis. & similia Et encatisma in aquis, in quibus decocta sunt lenificatiua, & embrocha cum eis, & sunt aquę, in quibus decoctæ sunt semen lini, & althea, & semen eius, & q [porrorum] & illis similia. Et ex eis, quæ propria sunt apostematibus ani. [super hæmorrhoidas,] sunt cerusæ plumbi unc. iij. suculus. unc. j. lithargyrii. unc. ij. masticis drach. iii. aggregentur cū succo hyusquiami. Et oportet vt leniatur natura, & non dimittatur fex indurari in ano et curetur retentio vrinæ, si acciderit lenificando apostema, quamuis oporteat, vt prohibeatur s [introitus uacuitatis] die & nocte, & propriè, post fluxum sanguinis fortem. Quum autem nōn t [peruenitur ad hoc,] vt fiat incisio hæmorrhoidarum cū instrumento, aut ligatione, imò cum medicina, puluerizetur super eā medicina acuta, quoniam ipsa corrodet eam. & mundificabit ipsā, & apparebit caro sana. Si autē doleat, sedeat in aquis stypticis, & curetur ante illud cum butyro plurimo posito super eam, deinde curetur cum eis, quæ sunt sicut maran de cerusa & lithargyrio, & marā facto ex eis, & ex aquis solatri, & alkekengi, & coriandri, et quandoque u [non resoluitur dolor absque administratione medicinæ acutę in vice vna: quare oportet vt administretur medicamen acutum: quòd si dolor sanetur, curetur curatione præcedenti, deinde reiteretur. et non sit medicamen acutum, nisi cum exsiccatione, quoniam est leuius] & in fine rei denigratur, et cadit et medicamen quidem acutum est, diachbardich & x [alcaldicon,] et quæ sunt similia illis. et quando denigratur, elixetur caulis cū oleo, et ponatur desuper, et sedabitur dolor: deinde iteretur, donec cadat. Si autem super moralem, & eas, quæ ipsi sunt similes, puluerizentur atramenta, exsiccabunt eas, et deijcient eas, et quandoque inciduntur etiam, et phlebotomia, et fluxus uentris necessaria sunt in eis, et puluerizationes, et suffumigationes, et epithemata y [fiunt] in eis.

d B. tumefiat.
e B. in panno.
f B. Aut.
g B. & dolores magnos. Et quādoq; pducit ad difficultatē urinæ & retentionem egestionis.
h † B. plurimus.
i —— B.
k B. et quādoq;
l B. incidere cū ligamento.
m B. cumcum.
n B. hauart.
o B. opio.
p B. uel sessio in uibo aldadi.
q B. caulis.
r B. ex hæmorrhoidibus.
s B. ab introitu loci, ubi fæces egeruntur.
t B. uulc.
u B. Alia literā. prohibet dolor administrationē medicinæ acutę in una uice, quare oportet ut reiteretur medicamē acutum pluribus uicib. cum leuitate, qm̄ est facilius uel tolerabilius. Alia litera, & necessarium est administrare medicamen acutum, q̄ si dolor intendatur, curetur curatione præcedenti, deinde reiteretur.
x B. alfelfediū.
y B. magis operantur.

ANNOTATIONES.

De hæmorrhoidum sectione & vstione, vide præsertim libellum Hippocratis de hęmorrhoidibus. Vide & Celsum lib. 7. & Paulum lib. 6. & Hippocratem 4. de rat. uict. in ac.

Cap. 30. cap 79 Tex. 12. & prope finem.

De regimine apertionis hæmorrhoidarum a [*surdarum*] *& prouocatione sanguinis earum.* Cap. 5.

a B. cęcarum.

OPortet in primis vt leniantur cum balneationibus, et fiat iuuamentum ad apertionem earum cum phlebotomia saphenę, et uenæ almabit, et unctionibus ex eis, quę sunt sicut oleum de b [persicis, et de medulla chrysomilorū, et de amygdalis amaris, et cortex pinguedinis] gibbi cameli, et medulla cerui, et bdellium, et alia singulariter. et compositè: deinde administretur super eas succus cæpæ fortis. et quandoque ponitur in eis succus buchormarien, et quandoque ponitur cum hoc aliquid de lacticiniis, et de staphisagria, et stercore columbino, quoniam ipsum aperit proculdubio. et quandoque conficitur c [asphaltum, et galbanum, et] quæ ingrediuntur in hoc. d [†] et similiter folia rutę et oleum alachoen [ipsum] prouocat sanguinem et amplificat poros. et medicamen de myrobalanis cum seminibus subtiliatiuis, cum iuuamento suo in hæmorrhoidibus prouocat sanguinem. s. sanguinē hęmorrhoidarum propter illud, quod ī eo est de seminibus subtiliatiuis. et ex eis, quæ prouocant sanguinem f [ ] est, vt sumatur pulpa coloquinthidæ. drach. iij. et amygdalarū amararum drach. iiij. fiant ex eis lycinia longa, et retineantur in ano, et permutentur omni hora, et sint quinque lycinia in quinque horis, Quamque dolor fit fortior, ponatur in ano lycinium

b B. medulla uel nucleo persicorum & de medulla chysomilorum amara & pinguedo.
c B. cū felle bouis, & galbanū est ex eis.
d † B. capitulo.
e B. Alia litera. & comestio ipsius alachoen.
f † B. retentum.

lycini um ex oleo rosato, & phlebotometur sa phena, et quandoque [g] [aperit eas ex obuiatione sui ipsius .]

Sermo de medicinis hæmorrhoidalibus, suffumigationibus & puluerizationibus. *Cap.* 6.

RECtius est vt leniatur ante puluerizationes fortes cum sarcocolla dissoluta in aqua . Et si tolerauerit dolorem ; liniatur intus anus cum psilotro balnei [a] † [ ] & toleret parum, deinde abluatur cũ uino styptico. deinde puluerizetur puluis super hæmorrhoidas. s. cortices æris [b] [usti soli,] & cum plũbo adusto. Et iterum [c] [ærugo ęris] & cantharides, & sal ammoniacus, puluerizentur super eas, & [d] [sumatur illud] cuius præterijt relatio ex butyro & similibus. Et fortius istis est, ut sint confecta cum urina infantis, & hoc currit cursu medicaminis acuti. Quæ autem sunt conuenientiora illo, & leuiora , sunt sicut cinis nucis cupressi lauatus cum uino, & cinis corticis oui, & cinis ossium dactylorum, & lupini sicci amari adusti, & similiter ossa dactylorum adusta. Et ex eis, quæ currunt cursu proprietatum, est, ut sumatur caput piscis saliti , & exsiccetur approximando igni , & misceatur cum tanto casei ueteris, quantum ipsum est, & puluerizetur super circulum. Et similiter cinis caudę piscis saliti. Et nigella est ex pulueribus bonis mirabilis iuuamenti , et de eis sunt suffumigationes, & eorum fortior est anacardus solus , aut cum reliquis medicinis , & cum arsenico propriè. Et arsenicum solum, & sulphur, [e] [& lacca solæ;] reliquæ autem medicinæ sunt , sicut radix aniuden, & radix oleandri , & alinstirgat , & radix lilii, & radix capparis [f] † [ ] & radix coloquinthidæ & radix alhamel , & uenæ tinctorum. & semen porri, & sinapis, & stercus cameli, & alkali & [g] fimus columbinus] & alusmen, & galbanum, & sarcocolla: administrentur istæ medicinæ singulariter & aggregatim & ponatur aliquid de anacardo, & conficiantur cum oleo de [h] [iasim] & fiant inde troch. & seruentur, vt fiat cum eis suffumigatio. et ex eis, quæ conferunt in eis sunt alusnem, & galbanum, & sarcocolla. Et stercus cameli est iuuatiuum. Et quandoque sufficit suffumigatio facta cum tamarisco multoties continue Suffumigatio composita. Recipe. radicis capparis & radicis apii [i] [quæ est exterior] & foliorum oleandri, & radicis spinę, [k] [quæ est exterior] & mharut , & radicis lilij , & anacardi omnium partes æquales, & fiãt ex eis auellanę cum oleo sambacino, & administrentur suffumigando . Et dixerunt quidam quòd suffumigatio cum folijs myrti iuuatiua est valde, & similiter [l] [cutis nigra excoriata] cum sale ammoniaco . Et hęc suffumigatio quandoque fit cum traiectorio ingeniosè posito in ano, ab extremitate, & suffumigatur in ipso , & quandoque fit cum vase pertorato, super quem sedetur. Et [m] [quod conuenientius est ad ipsum calefaciendum, est stercus] cameli .

De liquidis, quæ ponuntur super eas, & quibus embrrochantur. *Cap.* 7.

DE eis sunt fortes acutæ, sicut aquę, in quibus decoquuntur calx uiua, & alkali , & arsenicum, & [a] [allia,] deinde conficiantur cũ eis calx, & alkali. Et aquæ aluminosæ bibitæ, & in ablutione administratę sunt ex eis. quæ retinent cursum earum, Epithema. sumatur [b] [frumentum humidum, quod] scindatur in quatuor partes, & ponatur in uase, & fundatur super ipsum vrinę cameli pascentis & propriè [c] [arabati, &] submergendo ipsum , & ponatur in sole æstiuo, & restauretur cum vrina , quoties minuitur: est enim vehemētis iuuamenti , & deijcit eas proculdubio et quandoque fit linimentum cum myrrha aliquoties : nam ipsa corrodit hæmorrhoidas. [d] † [ ]

Et in aqua siliquæ humidę submergatur lana , ponatur super hæmorrhoidas , quoniam per eam destruuntur omnino . et si fiat fricatio cũ ea semper, faciet illud sicut fit in uerrucis, & similiter cucumer capparis humidus . et unctiones, butyrum vetus, & oleum de nucleis chrysomilorũ, & oleũ de nucleis persicorũ, & pinguedo gibbi cameli , & oleum [e] [alcabiti] & oleũ de alcanna . [f] [et licinia & suppositoria] submergatur cotrum in melle, & puluerizetur super ipsum nigella adusta, & administretur . et quandoque fit licinium adustum factum ex vtroque arsenico et similibus. et possibile quidem est ut ex medicinis pulueriz abilibus administrentur licinia cum melle. et ex eis , quæ sunt mirabilia, sed sunt difficilia & acuta , est ut incidatur radix dragonteæ in frustra parua & infundatur in uino nocte & die, deinde retineatur quantum possibile est, et quidam existimauerunt de nenuphare , quòd quando fit ex eo tenta, confert, & existimo, quòd sedat dolorem, & de eis, quę bibũtur, sunt pilulę de bdellio secundum descriptionem notã, & illæ, quæ sunt cũ cucurbita & illę, quę sunt cum [g] [guada.] et ex ei s sunt pilulæ adediæ. et earum descriptio est hęc, myrobalanorũ & belliricorũ & scremblegi & emblicorum partes ęquales, & [h] [dedru ęgyptiaci] partes v. dissoluantur cũ oleo de chrysomilis, donec submergantur, & conficiantur cum melle, & sit earum dosis ex ii. drach. vsque ad aur. iii. et pilulę de sandaraca, et descriptio earum est hęc. sandaracę, corticis ouorum [i] [fumiterrę] seminis porri partes æquales, salis ãmoniaci pars. s. scoriæ ferri partes. iiij. fiant ex eis pilulę sicut nabac & dosis earum sit in mane. vi. pilularum usque ad vii. pilulas, et commouet coitum . et iterum . Recipe, [k] [ambo- myrob. nigrorum , & belliricorum] an. drach, x. cucurb. adustę. drach. vii. Karabe drach. iij. [l] [acori] drach. ii. bdellii drach. xx. infundantur in aqua porri, et fiant ex eis pilulę, et administrentur. et ex eis, quæ experta sũt est illud, quod Recipit [m] [scorię] ferri, et seminis porri, et seminis ammeos omniũ ana. drach. i. fructus capparis sicci drach. iii . dosis eius sit pugillus cum aqua porri. [n] † [ ] et iterum sumantur myrob. nigri frixi cum butyro vaccino cum aqua porri, et oleo de nucibus [o] † [ ] et tryphera [p] [de ferrugine] ferri, et iterũ scoriæ ferri cribellati tritæ drach. iii . cum drach. ij. nasturtij albi, detur in potu ex eo in ieiunio in

g B. aperiuntur ex seipsis.
a † B. & aloe pauco.
b B. contriti solius.
c B. arsenicum
d B. succuratur cum eo.
e B. solum.
f † B. & radix apij.
g B. stercus cameli.
h B. iasmin.
i — B.
k B. alhagi.
l B. cũ cute nigra alsalach.
m B. conueniẽtior pruna uel ignis ad ipsum est pruna uel ignis factus ex stercore.

a B. reiteretur illud.
b B. coloquinthida humida. &
c B. arabici.
d † B. & destruit eas omnino.
e B. alkeiri.
f B. in lycinijs & suppositorijs.
g B. alhuda.
h B. dadi bassiri.
i B. lythargi.
k B. & embilicorum.
l B. uitrioli.
m B. squamma.
n † B. & iterum sumatur myrobalanorum nigrorum frixorũ cum butyro vaccino, & seminis feniculi omniũ ana partes æquales nasturtii, partes duas portio uel dosis ex eo est cochleariũ j. omni die cũ uino.
o † B. tryphera minori
p B. scoriæ.

q B.& pondere r B.

in drach.j.aquę porri q [pondus] drach.ii.olei de nucibus r [& oleum de nucibus etiam.] Et iterum sumatur aristol.longa ,& pyrethrũ , & tribuli,& amygd.amarę,& ammeos,& proijciatur desuper pugillus farinę hordei, & conficiantur cum aqua porri, & oleo de chrysomilis. Et iterum sumantur, s [sauinæ mundatæ recentis] drach.x.& infundatur in aqua porri aliquibus diebus,& exsiccetur in vmbra,& teratur,& addantur ei seminis alhermel , & aniuden carmeni,& nasturtii albi,& fœnugręci,& ammeos oĩum an.drac.viii.feruean nasturtiũ & alharmel cũ oleo t [de nucib.] & oleo de chrysomilis,& terantur reliqua remanentia,& aggregẽtur oĩa ĩ vase uitreato, aut scutella uitrea, & potio sit ex vno aur.vsque ad ii.aur.Et ex eis,quæ electa sunt,& experta, est vt in potu sumatur galbani sicci pondus. drach.ii.cũ aqua : nam ipsum remouet eas,Et si in potu sumatur tribus vicibus non redibunt. Et serapinum , & storax sunt ex summa bibitorum, quæ bibũtur ad hæmorrhoidas,& si natura est lenis,confert suffuf my ob.cum seminibus, & ipsum prouocat sanguinem,& ex illis , quæ conferunt eis , est assiduatio comestionis u [amygdalarum amararum] cum melle;tryphera autem cum scoria stringit sanguinem, & confert hæmorrhoidibus.

s B.abel noui mundati.

t B.Alia litera. amygdalarum.

u B.radicis alsuf.

De sedantibus dolorem hæmorrhoidarum. Cap. 8.

SVmantur serapini , & bdellii subalbidi , an drach.ii.storacis drach.i.opii drach. s. olei de nucleis chrysomilorum drach.i.& s.dissoluantur gummę in eo,& ponatur desuper pondus drach.s.de castoreo , & iterum nenupharis exsiccati pars . i.altheę pars.s.& iterum meliloti,lentium excorticatarum , amborum an. pars.i.coniungantur cum vitello oui , & oleo rosaceo . Et iterum folia altheæ,& melilotum cõfecta cum vitello oui, & oleo rosaceo a † [ ] quando ponuntur super diachilon cum oleo rof.& aliquantulo croci, & opii . & rob , sunt iuuatiua,et adeps anatis est vehementis,iuuamenti.Et iterũ cancer Pluuialis,hyssopus humida , adeps renũ caprarum,cera alba. Et iterum propriè quum apostematur,cõuenit vt sumantur chamemilla melilotum, & parũ croci,& terãtur & cõficiãtur cũ mucillagine seminis lini , & triplicato . Et addatur ad hoc cauterium illud , quod dicemus in cap.ficteris. Ipsum enim confert , & sedat dolores incisionis , & ligationis, & apostematis.

a † B.&

A N N O T A T I O N E S.

In sedando hæmorrhoidarum dolore styrace vtitur. de qua tamen re dubitare quis possit , quòd hic, ut legere est. 8.de simpl.med.fac.menses potum uel admotum prolicit. quæ autem menses cient , multum calfacere ait Gal. 5.de simpl.med.fac. At anodyna moderate calefaciunt.Sed dubitatio nulla est. neque enim styracem solum admouet , sed opium admiscet,& alia, quibus calefaciendi uis extinguitur,& ipse,dum emollit,etiam tensionem imminuit,& dolorem mitigat.

Cap.de styrace.

Cap.21.

De restrictiuis cursus hæmorrhoidarum . Cap. 9.

DE illis sunt ea, quæ restringunt cursum incisionis , & sunt fortiora , & a [meliora quàm] vt sint cauterizantia. Et de illis sunt ea,quæ retinent cursum b [eruptionis.] Et illa quæ retinent sanguinem incisionis, sunt atramenta , et iterum quæ sunt sicut puluerizatio ex aloe , & thure & sãguine draconis,& balaustiis,& sief memithe,& similibus,puluerizetur & ligetur ligatura forti.Et iterum pili leporis, aut tela aranea cum albumine oui,& inuoluatur puluere Galeni, & ligetur vsquequo sigilletur.Et quæ ex eis fortia sunt, sunt sicut alcolcotar cum acacia,& gallis:deinde ligetur fortiter Quod si nihil confert, c [coquatur] cum cotto submerso in oleo calido feruente, & retinebitur sanguis : deinde puluerizentur desuper restrictiua,& in hoc est timor spasmi.Ea vero, quæ sũt infra illa,sunt styptica nota,& aquę,in quibus decoquuntur styptica. Aut vinum stypticum, in quo decoquuntur cortices. d † [ ] & gallæ,Et ex eis,quæ bibuntur ad illud,est tryphera minor, in qua posita est scoria ferri infusa in aceto hebdomada una,a qua coletur acetum & e [fricetur] ipsa in sartagine f [ita ut bibat ipsum,] deinde teratur sicut puluis subtilissimus.

a B. melius est.

b B.apertionis.

c B. cauterizetur.

d † B. granatorum.

e B. frixetur.

f B.frixione assante.

A N N O T A T I O N E S.

Habes horum medicamentorum copiam ex locis in superioribus annotatis.Sed uide & Gal.5.meth.ubi de sanguinis uenarum fluxione sistenda agit. & lib.de cur. rat. per sangu.miß.

Cap.3. & 4. Cap. ultim.

De cibatione habentium hæmorrhoidas. Cap. 10.

OPortet vt alienent a se omne grossum ex carnibus & rebus a [lenibus.] & omne adurens sanguinem ex b [attagueil] & seminibus,nisi secundum quantitatem iuuamenti,& oportet vt comedant ea , quorum digestio est velox.Et fiat cibus eorum bonus ex carnibus,& vitellis ouorum,& alesfidabegi pinguibus,& c [aludebenet & cirabeiet] & aqua ciceris, & si saminum dulce eis confert . Et nux inda cum penidiis confert eis. Quòd si fuerit illic solutio,& cursus superfluus sanguinis cõfert cib. factus ex rizo,& d † [ ]granatis cum passis.Et eorum olea,sint oleum de e [Kerua,] & oleum de nuce indica,& oleum amygdalinum & oleum de nucleis chrysomilorum , & pinguedo gibbi cameli,& adipes laudabiles,& f [cõfectio] ex uitellis ouorum,& ex porris,& pauco cępe,& penidii , & ficus sunt meliores eis quàm dactyli.

a B. Alia litera. lacticiniolis. Alia litera. res densas.

b B. altuabel.

c B. alguidabat & zirbagiat.

d † B cibus factus ex.

e B.nucibus.

f B. alhagie.

A N N O T A T I O N E S.

Paulus lib. 3.in hæmorrhoidibus supra modum fluentibus cibos pauci sanguinis,& minime excrementitios, exsiccantes,& astringentes exhibet, at in obcæcatis contrarium uictum laudat,& potissimum loliginum, sepiarum , multipedarum,torpedinis, sclachiorumque esum commendat. At hic contra crassos cibos penitus interdicit ijs , qui hæmorrhoidum uitio affliguntur. Videtur solui. Paulus in

Cap.59.

obcæcatis

obcæcatis non tantum crassos, sed etiam acris quidpiam ob tinentes cibos offert, nempe & loligines, & alia id genus, quæ præterquàm quòd crassa substantia sunt, nitrosum etiam quidpiam tenent, cuius ui aluum exstimulant. Vtitur uerò crassis simul & nitrosis, ut ea atrum sanguinem accumulent, qui ad hæmorroidas delatus acri illa qualitate irritet, incidat, & aperiat. At Auicen. his crassos cibos interdicit præseruandi gratia, ne ater humor gignatur copiosior, qui ad hæmorrhoidas naturæ consuetudine mitti solet. atque propterea auertendi huius uitij scopum Auic. inspexit.

De apostematibus calidis in fitteri & erysipila a† [ ]

Cap. 11.

a † B. in eo incipientibus & factis post dolores hæmorrhoidarum & incisione earum.

b B. Apostemata ficteris accidunt secundum minus incipientia & secūdum plurimum fiūt successione ragadiarū & pruritus & successione oppilationū orificiorum.

c B. Alia litera. nocumēti & doloris & fortitudinis.

d B. exituræ.

e B. sedat dolorem sola.

f B. partes quinque amyli, octo cerusę ℥.ij ceræ nouæ unc. iii. butyri unc. ii. pinguedis anatis unc. i.

g——B.

h B. Alia litera unc. s.

i B. assatorum.

k B. Alia litera aut.

l B. assatione uehementi.

m † B. & althęa

n † B. contusi.

o B. Alia litera. saniem.

b [DE illis sunt incipientia & facta post dolores] hæmorrhoidarum & successione c [curationum] hemorrhoidarum cum incisione, & medicinarum acutarum et quum apostemata collectionem faciunt, & fiunt d [ulcera,] timetur superea, quòd fiant fistulæ: propter hoc ergo ante maturationem aperiuntur. Et oportet vt administretur phlebotomia in principio horum apostematum: quandoque enim e [sedatur dolor solum,] & administretur super eam maran de cerusa; aut liniantur cum albumine oui trito, cum oleo ros. in mortario plumbi, aut stanni, donec in ipso denigretur. Aut sumatur merdasengi f [drach. v. hæmatitis, cerusæ pondus drach. ii. myrrhæ unc. iii. sumach unc. ii. pulpæ coloquinthidæ unc. i.] olei sisami. quantum sufficit g aut ponatur cū eis aliquid de triplicato & vino. et adeps anatis est vehementis iuuamenti. et similiter panis coctus cum aqua, quum fit ex eo emplastrum cū uitellis, & oleo ros. Aut panis mundi. lib. i. croci unc. i. opii. h [unc. i.] administrentur in rob. et similiter emplastrum factum de kekengi, est bonum valde, Et similiter emplastrum factum de vitellis ouorum i [sorbilium,] qui terātur in uino styptico: deinde misceantur cum cera, & oleo ros. Et quando pertranseunt initium, & nō sunt ab incisione, administretur sup eas diachilon conquassatū cū oleo ros. k [&] parū emplastri basilicon cum uitellis oui sorbilis. Et iterum cępæ, & porri elixati cum chamęmilla, aut maran caruse cum ammoniaco. et si fortis fiat dolor, tunc folia hyusquiami uiridis exprimantur, et sumatur ex aqua earum aliquid, & misceatur cum aqua etiam: deinde infundatur in ea panis, & adiungatur ei uitelli oui nō coagulati l [cum aliquo pars. i.] & oleum ros. & fiat ex eo maran, et iterum quandoque confert uaporatio ęqualis, & sessio in aquis. in quibus decocta sunt ea, quæ sedant dolorem, sicut semen lini, m † [ ] & semen altheæ & maluæ, & additur sup ea mucillago frumenti n † [ ] cocti cum aqua vsquequo fiat sicut puls, & oportet redeamus ad capitulum tenasmon. In eo nanque est cura bona ad hoc capitulum. et quum sunt ista apostemata propinqui termini in ano ex genere eorum, quæ aggregāt o [materiam,] tunc cito perge ad perforandū ante maturationem, ut nō extendatur materia ad profundum, & fiat fistula. & iam narratur hoc regimen ab Hippocrate.

ANNOTATIONES.

Quandoque anus phlegmone corripitur, quod & ob causas præsertim quas hic author refert, & ob duram quoque & multam accidit equitationem. In his, ubi ad pus tendunt, unum Auic. præcipit, animaduersione dignum. nempe quia de futura ob suppurationem fistula metus est; secandam esse inflammationem ante maturationem. At contra Gal. tum alibi, tum 13. meth. cauendum docet, ne phlegmonem seces, etiam si pus notabile se ostenderit, nisi uideris coqui amplius non poße. Ceterū, paucis. alia de ani inflammatione est ratio. Ex hac discrimen fistulæ imminet, qui morbus postmodum aut nunquam, aut certe difficillime curatur. Attendendum autem illi, quod maioris momenti est: propterea expectari coctio non debet, absoluta uidelicet, & perfecta ut in cęteris partibus: sed secandum: non quidem quòd ante inchoatam coctionē secare liceat; irritata nempe inflammatio magis excresceret; sed ubi cœperit, atque, ut ait Celsus, ubi pus apparuerit, incidendum erit, ne anus ipse suppuret. Proponit deinceps uenæ sectionem in harum inflammationum initio, quod præsidij genus & inflammationis incrementum auertere, & sedare dolorem potest. de hac tamen Paulus non meminit, fortasse ut commune inflammationibus præsidium subintelligens.

Cap. 4.

De rhagadijs ani. *Cap.* 12.

RHagadiæ in ano quandoq; fiunt propter siccitatem, & caliditatem accidentes ei: quare finditur à fæcè sicca, & a qualibet causa. a [& quandoque fiunt propter uehementiam doloris.] Et quandoq; fiunt propter apostema calidum. Et quandoque fiunt propter grossitudinem fęcis uehementem, & siccitatem ipsius: & fiunt propter hæmorrhoidas, quę findūtur: & fiunt propter fortitudinem expulsionis sanguinis ad orificia venarum ani.

a B. Alia litera. ——

De cura rhagadiarum. *Cap.* 13.

QVædam medicinæ rhagadiarum sunt incarnatiuæ a [lubrificatiuæ,] & quædā sunt lenitiuæ, b [& quædam humectatiuæ] quædam curatiuæ apostematis: & quædam sunt incedentes incessu proprietatis: aut propinquæ eis. Incarnatiuæ aūt stypticæ exsiccatiuæ sunt, sicut gallæ non c [pertussatæ,] quæ bene in aqua decoquuntur, & pauco uino pontico, & administretur ex eis epithema. Et fortius illo est, ut sumatur d [uzifur] & balaustia, & cerusa, & merdasengi & plumbum adustum, & scoria argēti, & climia: & administrentur cum oleo ros. & cera pauca. Et iterum maran de cerusa notum: aut cerusa, & stannum adustum, & oleum ros. & albugo oui, e [aut] scoria plumbi, & semen rosæ. Et terantur & administrentur in maran, & sicca, & adhærentia. Et iterum alcannę sumatur pars. i. & ceræ albę partes. iij. dissoluatur cera cum oleo ros. & misceantur, et similiter alKeiri exsiccata. et ex eis, quæ currunt cursu proprietatum, sunt cinis f [ostracorum, & polypodium] æquali mensura, et foliorum oliuę mediętas unius, et cum eis liniatur. et ex medicinis iuuatiuis etiam est illa, quę Recipit. g [lithargyrii] et cerusę, et fricationis plumbi, & olei hyusquiami albi, et cerę partes æquales, olei rosacei quantum sufficit. et iterum adeps anatis, et thus,

a B. Alia litera. compositę. Alia litera. exsiccatiuę. b B. humectantes.

c B. perforatæ

d B. zangiefer

e B. &

f B. ostracorum & amyli. Alia litera. lanæ & amyli. g B. Alia litera. cornu cerui.

h † B. & cerusa plumbi & stannum adustum ablutum.

& thus,& medulla ossium cerui, & semen rosæ,& tutia & climia ablura h † [ ] & opium,& hyssopus humida,& succus endiuiæ, & succus solatri, & oleum rosa.& ceræ parum;fiat ex eis ceratum.Et in hoc quidem cum rectificatione uulneris est prohibitio apostematis,& rectificatio eius, & expulsio doloris.Et ex eis,in quibus sedetur est aqua curcumæ,in qua feruent solatrum, & lentes,& rosæ, & hordeum excorticatum. Et quando non est pruritus,confert i [philoniū] cum oleo myrtino.Et ex eis,quę sunt fortis k [aggregationis] est ut sumatur olei sisamini, & thuris puri l † [ ] & aluminis rotundi omnium ana pondus.drach.ij. & croci, & myrrhę amborum an.drach.i.glutinis alimbat,& ceræ,amborum ana.drach.xxij.aggregētur cum uino,& oleo ros.Et ex medicinis huius capituli, sunt medicinę conferentes cum æquatione,& lenificatione facta cū adipib.& m [iurib.pinguib.]& succis,& oleis,et glutinationē facientia,sicut amylum,et puluis molēdini, & dragacāthum,& similia. Et aggregetur ad illas curatio rhagadiarum. De illa est hæc descriptio.Recipe.hyssopum humidā, medullam uituli,amylum ablutum,adipem anatis aut gallinæ,& oleum rosi.Et ex illa est.vt sumatur medulla cruris vaccini,& n [asinini] & amylum & liniatur o † [ ] & iterum maran.p [Recipe bdellii.gibbi] cameli,& q † [ ] farinæ hordei partes æquales r † [ ] medullę cruris cerui,& s [adipis] cerui,omnium ana unc.i.mumiæ. unc.s.olei sisamini.unc.ii. amyli t [amygdalarum] dragacanthi omnium an. u [drach.] i. et aggregentur cum oleo sisamino. Et olea iuuatiua rhagadiis,in quib.non est caliditas plurima x [& apostema sine hęmorrhoidibus,] sunt y † [ ] oleum alkeiri,& oleum de lilio,& oleum de nucleis chrysomilorum, & oleum de nucleis persicorum,& dissoluatur in eis bdellium. et confert eis suffumigatio cū bdellio confecto cum adipe. Apostemosas autem,z [quandoque aufert] & confert eis chymolea cum oleo myrtino,& sessio in stypticis, & oleo omphacino. Et iterum decoquantur gallę cum uino, & fiat ex eis emplastrum. In rhagadiis autem hęmorrhosaicis est necessarium ut super eas administretur maran,& administrentur ea.quę bibuntur.et administrentur pilulæ de bdellio cum serapino, quę bibantur in nocte a [aut] in die. et quando currit ex ragadiis aliquid,sumatur cottum et submergatur in aqua,b [anethi] et exsiccetur, et abstergatur cum eo anus, et deuitentur styptica exsiccantia egestionem.

i B. chimolea.
k B. iuuamenti.
l † & hematitis
m B. pinguedinibus & mucillaginibus.
n B. Alia litera. fermentum.
o † B. cum eis.
p B. de bdellio & gibbis.
q † B. iterum medulla cruris & fermentum.
r † B. & iterum medulla.
s B. pinguedinis
t — B.
u B. uncia.
x B. immo siccitas.
y † B. sicut.
z B. iam sciuisti eas.
a B. &.
b B. aluminis.

De cibatione habentium rhagadias. Cap. 14.

Oportet,ut ipsi deuitent acetosa, et styptica exsiccantia naturam.et sint cibi eorum alesfidabegi,et ea ,quę fiunt ex a † [ ] maluis,et pinguendo gibbi cameli,et adeps gallinæ, et anatis, et b [confert eis conditum in alesfidabegi] et uitelli ouorum sorbilium, et propriè ante alios cibos,et c [confectio] de uitellis ouorum,et de porris, et cepæ cum butyro vaccino non uehementis d [fortitudinis,] & nux indica, et e [auellanæ ,]et penidii conferunt eis.et uia cibationis eorum, est via cibationis habentium hæmorrhoidas.

a † B. spinachiis & molochia vel
b B. conferunt eis caules cōditi in iure carniū pinguium.
c B. fritalea.
d B.coagulationis.
e B amygdalæ Alia litera. amygdalæ cum penidiis.

ANNOTATIONES.

Ani fissuræ,quæ rhagades dicuntur.ulcuscula talia prope sphincteri sunt,qualia in labris, spectantur sæpenumero. His uerò ubi senescunt,etiam callosa labia redduntur ut Aetius lib. 14.De hoc affectu uide Gal. 5. meth.& 6.de comp.med.per loca.Paulum lib. 3.& Celsum lib.6.

cap. 3. cap. ult. cap. 6. cap. 59. cap. 14.

De mollificatione ani. Cap. 15.

Quandoque fit ex complexione paralytica:aut frigore infra illam. et complexio quidem paralytica, quandoque est ex humiditate subtili imbibita secundum plurimum, et quandoque ex humiditate,quę decliuis ad caliditatem,et est eius caliditas causa imbibitionis eius,et cognoscitur illa caliditas per tactum,et quandoque fit propter a [hæmorrhoidas] et ligationem hæmorrhoidę, aut incisionē eius quum lacerto aduenit nocumentum commune:et quandoque fit propter casum super dorsum:aut percussionem nocentem,b [quoniam stringit neruos,aut rūpit eos, et hoc fit subito, et non est ei curatio. Complexionalis verò accidit paulatim,et recipit curationem.et accidit ex mollificatione ani exitus fęcis inuoluntariè et quandoque est illic tensio ad exteriora similis mollificationi,propter illud quod sequitur ipsam de exitu fæcis inuoluntariè. et multoties sequitur colica,propter illud,quod aduenit c [neruo] constrictiuo de tensione, et scitur per tactum duritie.et quandoque est mollificatio cum sensu. et quādoque est cum destructione sensus, et illa, quæ est cum sensu,est incolumior.

a B. fistulas.
b B. principis neruorum, aut rumpētem eos.
c B. lacerto.

De cura. Cap. 16.

Si fuerit causa eius frigus uehemens cum materia,aut absque materia,sedeat in aquis curcumę,in quibus sunt cocta sauina, et costus, et nux cupressi,et spica, et aliquid a † [ ] de squinantho.et si indiget fortiore illo, clysterizetur cum medicina nominata euphorbiū, et administrentur super ipsum ea, quæ sunt sicut oleum costinum,et alia,et si fuerit materia b [faciens humiditatem,] in qua sit caliditas aliqua (quod scitur per tactum) fac sedere ipsum in aquis stypticis fortibus ad frigus,et per misce cum eis calefactiua etiam. c † [ ] et si illic existimauerit tensionem esse, tunc administra mollificantia,lenificantia ex oleis, et adipibus,et aliis et in fine illius, oportet vt administres d [styptica et mouentia] in quibus est subtiliatio,et resolutio ad excitandam uirtutem, et euacuandam materiam, sicut aqua salsa,et aqua salita,et coloquinthida.et attende ea,quæ dicuntur in capitulo : quod est post istud,et est de egressione ani.

a † B. de mora &.
b B. mollificās humiditas.
c † B. Alia litera. styptica.
d B. mordicātia & commouentia.

ANNOTATIONES.

Pulchre & copiose de sedis palalysi agit, de qua re pauca quædam Gal. 1. de loc.aff.

cap. 6.

De

De egressione ani. Cap. 17.

a B. inuersantia ipsum.

b B. ut curetur cum eo quo curatur.

QVandoque fit propter vehemētiam mollificationis lacerti constringentis anū, educentis ipsum ad superiora, & quandoque fit propter apostemata [a] [dominantia.] Et curatio quidem redeuntis facilior est curatione apostemosi, qui nō redit. & cura vniuscuiusq; nota est, Et rectius quidem est, ut [b] [non curetur vnus curatione, qua curatur alius,] & reducatur, & stringatur. Quòd si non reducatur, administrentur mollificantia. Et oportet vt dicamus, medicinas constringentes anum, constipantes ipsum: nam plurimum necessaria sūt ea, quæ sunt huiusmodi, nam, quū administrantur, & reducitur anus post eas, si fuerit reducibilis, & restrīgitur, iuuat: Ex eis itaq; sunt aquę, in quibus sedetur, & quibus fit embrocha, & in quibus decoctæ sunt medicinæ stypticę. Et cōuenientior illarum est, vt sit [c] †[ ] aqua, & uinum stypticum. Et de illis est vt sumantur rosæ, & lentes, & solatrum, & sumach, & decoquantur in aqua, & administrentur. Et ista iuuant etiam, quum illic est apostema. et ex eis sunt puluercs, de quibus, quum non est caliditas vehemens, est, vt sumantur corticum arboris albotin. drach. viii. nucis cupressi pondus. drach. ij. cerusæ. drach. i. madefiat [d] [anus] cū uino styptico, & abluatur cum eo & [e] [assiduetur illud] super ipsum. & iterum minuti thuris, & merdasengi, amborum an. drach. viii. nucis cupressi, siccæ, & cerusse plumbi assumptæ per fricationem plumbi eiusdem super aliud, cum uino styptico, amborum an. drach. ii. & [f] †[ ] iterum scorię plumbi, & sumach an. drach. iiii. myrrhæ. drach, j. sem. ros. drach. iiii. Et iterum [g] [cum melle &] oleo ros. [h] [crudo sumatur sumach, &] alumen, & gallæ, & antimonium, & cerussa plumbi, & puluerizentur super ipsum, & reducatur, si reducibilis est, & stringatur. Quod si anus non reducitur, & non redit propter apostema magnum tunc melius est, ut regatur apostema & mollificetur [i] † [ ] per sessionem in aqua calida, in qua decocta sunt sedantia dolorem. & mollificantia apostema de eis, quę iam dicta sunt in capitulo suo, & inungatur post illud cū oleo anethino, & oleo chamęmillino, nam si lenitur, & redit, tunc curetur cum eis, quæ dicta sunt, et ex eis, quę conferunt in hac hora, sunt sedantia dolorem prędicta, & propriè [k] [alnenufat] prędictum, in quo sunt lentes.

c †B. illa.

d B. illud quod egreditur.

e B. pulucrizetur hoc.

f † B. pulucrizetur &.

g B. etiam abluatur & inungatur cum.

h B. puro & bono & sumatur.

i †B. alia litera illud qđ eminet

K B. nenuphæ.

ANNOTATIONES.

cap 59 Cap. 7. cap. 6. cap. 18.

Egit & de ani procidentia appellata Paulus lib. 3. & Aetius lib. 14. Sed pulchre Hipp. libello de fistulis. Vide & Gal. 9. de com. med. per loca, & Celsum lib. 6.

De fistulis in ano. Cap. 18.

a B. ab exituris.

QVandoque generantur istę fistulę [a] [ex vulneribus] in ano, & corpore eius. & quandoque generantur ab hęmorrhoidibus corrosiuis, & de fistulis ani quędam non sunt penetrantes, & sunt incolumiores. & quædam sunt penetrantes & sunt deteriores: et illę, quæ sunt propinquæ [b] [concauitati] & introitui, sunt incolumiores. quoniam si [c] [premantur] non aduenit lacerto toti nocumentum, imò parti eius, & in reliquo est eius operatio ex retentione. Elongatę autem quum [d] [premūtur,] & quum est curatio, inciditur lacertus retentiuus totus, aut plurimum eius, et destruitur tota retentio, et perducit ad egressionem stercoris inuoluntariè. Et quandoque sunt continuę cum venis, et neruis, & est in eis timor. Et scitur differentia inter penetrantes, et non penetrantes per intromissionem tentę in fistulam, et digiti in ano, quo sentitur vltimus status casus tentæ: quare sciuntur penetrantes, & non penetrantes. Et penetrantes quandoque significat exitus stercoris ex eis, et scitur etiam an [e] [expressio] adueniat lacerto toti, aut parti eius, [f] [regimen,] quod quidam primorum antiquorum dixerunt, et imitati sunt ipsum quidam posteriorum. Et illud est, vt intromittatur digitus in ano, et tenta in fistula, et pręcipiatur infirmo vt stringat anum, et trahat ipsum ad superiora, et sentitur illud, quod constringitur, et illud, quod egreditur de lacerto, et quanta sit latitudo eius, quæ est in longitudine corporis et quantum sit inter extremitatem tentę et [g] [est secundum latitudinem eius] in longitudine corporis, an sit parum, aut plurimū. Et penetrantes quandoque habent orificium vnum. Et quandoque habent orificia plurima.

b B. alia litera. althaharizi.

c B. incidantur.

d B incidunt.

e B. incisio.

f B. cū reginine.

g B. inter superius latitudinis eius quæ est.

De curatione. Cap. 19.

EX non penetrantibus quidem, si non fuerit nocumentum cursus plurimi, et fœtor superfluus. non erit malum dimittere eas, et si fuerint nocentes. experiatur super eas collyriū algarab, et quæ procedunt cursu eius ex medicinis fistularū, et si rectificauerit eas, aut minorauerit corruptionem earum, erit bene. Et si non, administretur medicamen acutum, vt cōsumāt, quod apparet de fistula, et est caro mortua et appareat caro sana, et [a] [quandoque] succurritur dolori cum butyro, [b] [cui supponitur oleum ros.] deinde incarnatur uulnus cum medicinis, et cum maran incarnatiuis, et propriè maran [c] [arasil.] ipsum enim sanat ipsum. Quòd si fuerit ēt fistula, non curetur cū eis adhuc, quę īcidūt cū [d] [caliditate sua et siccitate sua, sed cū subtilitate] et in spatio. Et ex eis, quæ ipsas incarnant, est maran nigrum. Penetrantium autē curatio, est [e] [comprehensio] et consideretur in [f] [comprehensione] illud, quod diximus. Et ex bona [g] [comprehensione] eius est, ut [h] [cōprimatur] cum pilis [i] [formatis vt licinium, quod sit subtile: aut cum seta formata, ut licinium, cum quo] stringatur, et dimittatur. Et quando perducit ad dolorem uehementem, et timetur quòd accidat spasmus, aut aliud accidens malum, auferatur ab ea filū, et curetur cum eis, quę sedant: deinde iteretur constrictio cum eo.

a —— B.

b B. superposito & oleo rosato

c B. alrasul.

d B. adustione, & festinatione, sed cum facilitate.

e B. incisio.

f B. incisione.

g B. incisione.

h B. incidatur.

i B. tortis subtilibus, aut cū seta torta cū quibus.

ANNOTATIONES.

Plurima de hoc affectu & eius curatione Hipp. libello de

Cap. 77. & 78. cap. 11. cap. 4. *de fistulis, multa & Paulus lib. 6. Multa & Celsus lib. 7. & Aetius lib. 14.*

De pruritu in ano. *Cap.* 20.

QVandoque fit propter uermes paruos generatos in eo. Et quandodue fit propter humores salsos, et cholericos mordicantes ipsum: & quandoque fit propter vlcera saniosa in ipso.

De curatione. *Cap.* 21.

FActus quidem a uermibus, curatur curatione vermium, & factus ab ulceribus, curetur curatione ulcerum; sed facti ab humoribus retentis in eo, si fuerint veniẽtes desuper, curatio est rectificatio cibi, & euacuatio humorum. Et si fuerint retenti illic, est euacuatio cum collyriis scitis narratis in eis, quæ mundificant intestinũ rectum ex humore phlegmatico, et cholerico. Et iam dictum est in capitulo tenasmon, & curatur cum suppositorijs temperatis, & cũ suppositorijs stupefacientibus. Et [a] [rob] cum aceto vini iuuatiuum est valde. Et similiter vẽtosæ super alhosos.

a B. audio uel finitio.

Vlcera ani. *Cap.* 22.

CVrentur cum exsiccatiuis fortibus, prædictis in capitulo excoriationis, [a] [quamuis] sit dolor vehemens ualde [b] [in sensu] loci doloris. Et conferunt eis almaran nigrum, & almaran de viridi æris, et ponatur totum in lana super caput tentæ.

a B. & si. b B. stupefac sẽ sum.

ANNOTATIONES.

cap. 15. cap. 10. *Quæ ulcerato ano medicamenta conuenian t, habes ex Gal. 5. meth. Vide & Aetium lib. 14.*

FEN XVIII.

De dispositionibus renum, cuius sunt duo tractatus.

TRACTATVS PRIMVS.

De vniuersalibus iudicijs renum, & de lapidibus eorum.

De anatomia renum. *Cap.* 1.

CReati sunt renes ad hoc, ut sint instrumentum mundans sanguinem ex aquositate superflua, [a] [qua indiget propter necessitatem facientem eam necessariam.] Et illa quidem necessitas destruitur, quum digestus est sanguis. & preparatus, ut penetret in corpus, Et tu iam sciuisti ista. Et propterea quòd hæc aquositas valde plurima fuit, fuit necessarium ut crearetur membrum mundificans ipsam. & attrahens [b] † [ ] ad se: aut membrum magnum: aut duo membra paria, & si esset magnum, vnum coarctaret, & comprimeret. Loco igitur unius creata sunt duo. Et in [c] [mundificatione] eorũ est iuuamentum, quod notum est in creatione membrorum parium, & duarum diuisionum, & diuisionum plurium vna, scilicet vt quum nocumentum acciderit vni eorum, stet secundum cum parte operationis: aut cum plurimo eius. et subtiliatum est ad [d] [multiplicãdum] substantiam eorum, & ad faciendam eam solidam propter iuuamenta, quorum unum est, vt [e] [occurrant multo cum paruo spatio.] & secundum est, ut sint prohibiti ab [f] [attrahendo nisi subtile exuccãdo ipsum.] Et tertium est, vt sint fortis substantiæ, non uelociter patientes ab eo, a quo implentur omni hora ex aquositate acuta, cui associantur humores acuti in pluribus horis. Quia igitur creati sũt ita [g] [alleuiatur penetratio] in meatibus eorum. Et [h] [dilatatus] est locus eorum propter illud, quod positum est illic de visceribus. Et positus est rẽ dexter supra sinistrum, ut sit locus eius situi hepatis propinquior, & magis trahẽs ab ipso, quã tum possibile est, ita ut fortasse tangat ipsum, imò tangat additamentum: quod sequitur ipsum. & positus est sinister descendens, quoniã compressio fit in latere sinistro a splene, & ut illud, quod attrahitur ex aquositate, non attrahatur [i] [ex foramine, quod habet,] imò attrahatur ad propinquius in primis & ad longinquius secundo. et ipsi quidẽ [k] [sunt] cũ duobus [l] [additamentis in concauitate ipsorum; & in gibbositate eorum.] & posita est in interiore parte cuiusque eorum concauitas, a qua attrahitur ad ipsum aquositas ex superiore, quod aduenit ei, & in ipsa uadit deinde trahitur ab ipsa ex interiore parte eius ad uesicam in [m] [latere, quod separatur ab eo] paulatim, postquam mundificat ren illud, quod associatur illi aquositati de superfluitate sanguinis purificatione meliore, & magis ultima, quę possibilis est: quare nutritur ab eo, quod de ipso purificatum est, & expellit superfluitatem. Aquositas enim non peruenit ad renes existens in ultimo clarificationis, & separationis: imò peruenit ad eos [n] [existente sanguineitate secunda in ipsa, quæ est] quasi ipsa sit lauatura carnis ab lutione ultima, & [o] [similiter] quando debilitantur renes, non purificatur, quare egreditur aquositas associata sibi sanguineitate. et similiter quũ hepar est debile, & non discernit aquositatem a sanguineitate, separatione, qua oportet, & quantitate, qua oportet, & regimine, quo oportet, tunc penetrat cum aquositate sanguineitas, plus quàm necesse sit penetrare, [p] [propterea quòd] superfluit illud, quod associatur ei de sanguineitate mensuram, quo indigent renes in nutrimento sui. & est illud; quod egreditur ex illo in urina lotiuum etiam, simile loturæ, quæ egreditur. quum renes debiles sunt in nutriendo se. et renibus quidem aduenit neruus paruus, ex quo creantur panniculi eorũ, & aduenit eis uena ex latere hepatis, et aduenit eis arteria, quantitatem habens ex arteria, quæ aduenit hepati.

a B. quæ erat necessaria ei propter necessitatẽ quam declaramus.
b † B. eam.
c B. dualitate.
d B. condensandum.
e B. succurratur cum soliditate paruitati quantitatis.
f B. attractione rei non subtilis exuccando ipsã Alia litera. ab attractione rei non subtilis & ab exuccatione ipsius.
g B. facilitatur penetratio subtilis.
h B. Alia litera, tortuosus.
i B. inter diuisiones æquales Alia litera. non sit indifferens uel ambiguum inter diuisiones æquales.
k —— B.
l B. cornib. uel extremitatib. cũ concauo ipsorũ, & gibbositate ipsorum uicinãtur ossi ipsius dorsi. Alia litera. Et ipsi ambo opponuntur cũ concauitate ipsorum & gibbositate ipsorum partibus vicinãtibus ossi ipsius dorsi.
m B. poris uritidibus, a quibus separatur.
n B. remanente sanguineitate in ipsa.
o B. ꝑpter hoc
p B. quare.

ANNOTATIONES.

Habes de renum anatome & usu ex Arist. 1. de hist. anim. & 3. de part. an. Itemque ex Gal. libello de renum affect. dign. & curat. & 5. de usu part. Sane de renum usu uidentur cap. 18. cap. 9. cap. 1. cap. 5 6. & deinceps.

dentur summi inter se uiri discrepare. (omitto enim Erasistrati & Asclepiadis sententiam, qui nullum ferè usum renibus ascribebant, annotante Gal. 1. de fac. nat. Gal. locis citatis, expurgandi præsertim sanguinis gratia factos renes existimat, quod hic author. At Arist. 3. de part. animal. ijs uti naturam, ait, ad continendas uenas, & ad humorem superuacuum excernendum abuti: ita ut per accidens illum a renibus præstari usum existimet, quem primaria ratione proficisci Gal. putat. Subscribunt tamen in hac re Gal. omnes, cui & nos libenter assentimur. Sed alia controuersia est. Scribit Arist. quod & Gal. citatis locis, & author noster, quum duo sint renes dextrum elatiorem esse, & humiliorem alterum, cuius situs causam suis rationibus fulciunt. Id antiqui senserunt ferè omnes, & Rufus quoque lib. de partib. homin. sensit. Diligentiores tamen nostra tempestate dissectores, quum id in brutis ita se habeat, in hominibus tamen secus esse animaduertunt.

Cap. 13. & 16

Cap. 9.

Cap. 12.

De ægritudinibus renum. Cap. 2.

Accidunt eis ægritudines complexionis, & accidunt eis ægritudines compositionis in paruitate quantitatis, & magnitudine eius, & ex oppilatione: de cuius summa est lapis. Et ægritudines solutionis continuitatis, sicut ulcera, & corrosio, & abscissio venarum, & earũ apertio, & totum illud accidit aut in ipsis, aut in meatibus, qui sunt inter eos, & inter alia, & illud parum fit, Quòd si accidat in illis meatibus oppilatio ex sanguine, aut humore, aut lapide, communicat ren in curatione. Et quando multiplicantur ægritudines in renib. debilitatur hepar adeo, donec pueniat res ad hydropisim, siue renes sint calidi, siue frigidi. Quũq; uides habentem dolores in renibus mingere vrinã viscosam, & glutinosam, tunc scias, quòd illud addit in doloribus eorum propter illud, quod attrahunt de materiis malis, & generat quandoque lapidem, & resoluuntur eorum ęgritudines per vrinam grossam residentem, & multoties quidem facit incurrere strictura lũbaris dolorem, & caliditatem in renibus.

ANNOTATIONES.

Renibus omne morbi genus accidit, & intemperies, & mala compositio, & solutio continui, ut hic ait. Ex diutinis verò uel multis horum morbis iecur imbecillum reddi solet, atque æger ad hydropem deduci, quod & Auic. testatur, ob impeditum eorum usum, quum enim ijs expurgandi a sero sanguinis insit munus, si calidiores forte fortuna sint, trahunt quidem serum, sed cum eo etiam sanguinẽ, adeo copiose, ut iecoris calore imbecilli reddito hydrops fiat. sin uerò frigidiores, non trahunt, neque expurgatur sanguis, ut iecoris uis & calor ab ea feri copia obruatur. Tu pro renum morbis pete Gal. 6. de loc. aff.

cap 3. & 2.

De signis, quibus significantur dispositiones renum. Cap. 3.

Significatur ex vrina in quantitate, & subtilitate sua, & colore suo: † [ ]& ex eo, quod admiscetur ei, & ex dispositione sitis, & ex dispositione desiderii coitus, & ex dispositione dorsi, & doloribus eius: & ex dispositione crurium, & ex ipso dolore, & ex tactu, & ex eo, quod conuenit, et quod non cõuenit.

a† B. Alia litera. & hora sua. b B. in qua est spuma plurima & fortis tunc. Alia litera. in qua est spuma plurima si per ipsam tunc.

Et ægritudinib. quidem renum associatur paucitas urinę. et distinguit hepatis ęgritudines, & quæ eis similantur, quod appetitus non omnino prostratus est, & ille, qui mingit vrinam, b [propter quam multoties surgit ad mingendum,] in renibus eius est ę gritudo. & similiter est in illo; qui habet sedimen carnosum. & capillosum, & c [herbinum.

]

c† B. orobi... digestum quoniam digestio est ante renes. verum tamẽ digestio, quum uehemens ualde, & cũ ea permistio ex rebus aliis, arbitrare quod ægritudo est in uesica, & si fuerit digestio infra illam minor, uel minor illa, tunc est in renibus, & si non uides digestionem, tunc iudica φ principium ægritudinis est in hepate, quoniam digestio quidé fit, propter causam superiorũ, & si non esset sanitas eorum, non fieret digestio, & si nõ esset nocumentũ in eis, non esset defectus digestionis. com. 5.

ANNOTATIONES.

Fontes ponit, a quibus renum uitia & status petantur. Unum tamen notat, de quo ambigere quis possit, ex ueneris appetentia uel inappetentia renum status indicia de sumi. At quid renibus cum ueneris appetitu? Res tamen ita uidetur se habere. prope renes seminalia sunt uasa, quæ & ob renum caliditatem incalescunt & copiosius uel acrius semen uel copiosiores spiritus attrahunt, unde in uenerem stimulantur. Quærat rursum hic aliquis, quomodo ex dispositione crurũ nosci uelit renum status. Sed satisfacere huic ex Gal. est. 1. in 6. de uulg. morbis.

De signis caliditatis renum. Cap. 4.

Significatur caliditas renum ex a [incisione] urinæ sicut sua rubedine, & sua citrinitate: deinde ex priuatione pinguedinis totius corporis, & ex caliditate tactus, & ex veloci accessu apostematum, b [maxime] calidorum. c † [ ] & multo desiderio coeundi, & siti nimia.

a B. tinctura. b —— B. c † B. & sicut diabetes calidus.

ANNOTATIONES.

Quia renes percolandæ urinæ a sanguine instrumenta sunt, propterea & ex urinis eorum status licebit inuestigare. Quare, & ubi calidiores hi fuerint, quia ob calorẽ auidius & uberius sero immistum sanguinem trahunt, facta ob eandem caliditatem eorum segregante imbecilla, serum coloratius ad vesicam cõfluat necesse est: idem renes, si calidiores sint, ait author, pinguedine totum corpus priuari. Quidam id propterea euenire existimant, quòd ob calitatem pinguedo absumatur. Sed quàmuis sanguinis serum per renes expurgetur, ad ipsos tamen sanguis, quo totum nutritur corpus, non aduenit, ut illic totius sanguinis adipem absumi oporteat. Existimarim ergo ob immodicam attractionem sanguinis simul cum sero parcius corpus ali, & cũ tabescere, sicuti in diabete quandoque euenit. Unde etiam tabem ad nephritidem sequi testatur Hipp. de internis affectionibus.

De cura. Cap. 5.

Cura eorum est exhibitio lactis asinæ in potu, & caprarum nutritarum in domo; a [& herbę cõuenientes frigidæ, & detur etiam lac,] de quo extractum est butyrum nisi timeatur uitium lapidis, qui si timeatur, b [aqua cicerũ detur, & omne ius & glutinum, & quę cognita sunt. et quando clysterizatur cum aqua frigidą &

a B. cum herbis frigidis, & exhibitio lactis uaccini. b B. Alia litera. exhibeatur aqua lactis de quo extractum est butyrũ, quoniã ipsa est uehementis extinctionis renum. & similiter omnes succi & mucilagines quas sciuisti Et quũ clysterizabis cũ eis erit melius. Et quandoque clysterizatur cũ aqua frigida & oleo seminũ cucumeris longi & erit bonum.

c B. oleis. d B fit frequēs, & nō conuenit prohibitio.

et oleo sem alkekengi, erit bonum,] et similiter emplastra facta ex illis, et unctiones ex [e] [unguentis] frigidis, et camphora est vtilis ualde in cura caliditatis renum: et scias quod sitis in hac complexione [d] [succedit, quæ non sedatur ex potu] aquæ frigidæ.

ANNOTATIONES.

Vtitur ad renum refrigerium cāphora. Videtur tamen hæc, quum facile inflammetur. inter ea reponenda, quæ calfaciant. Sed de hac re alibi, placitum profecto Arabum est quod refrigeret, quamuis id non satis forte rationi respondeat.

De signis frigiditatis renum. *Cap. 6.*

a † B. desiderij. b B. dorsi, & est dorsū eius sicut dorsum senis.

SIgnificatur frigiditas renum ex discoloratione urinæ, & totius corporis, & paucitate, [a] † [ ] coitus. & ex debilitate [b] [renū similitudinem habentium cum renibus senū.] Et his quidem superueniunt ægritudines frigidæ, & nocentur a frigidis.

De cura. *Cap. 7.*

a B. oleis calidis, & adipib. calidis, & butyro vaccino & oleo sisamino, & oleo nucum. b † B. & cum aqua. c B. brodio capitū arietū, & columborū, & alijs, & q̄ vngatur ab extra cū adipe, vel pino, & adipe aldabha, & oleo laurino, & oleo nucū, & fisticorū, & oleo costino. d B. Alia litera. quam medietas cuiusque exigit pro clysteri. e B. illud i quo contrito permiscentium ipsum est plurima. f B. forte valde. g B. est oleū hab alchadara. i. oleum grani vi i dis & oleum.

IVuamentum illius est clystere ex [a] [unguētis calidis adipum: & butyri uaccini: & olei sisamini: & olei bauciæ,] & alKekengi, & amygdalarum amararum, & cartami [b] † [ ] & fœnugræci: & anethi; & [c] [adipis dab, & olei laurini, & olei auellanarum, & physticorum, & olei costini] propriè. Et quandoque permiscentur aquæ eorum cum oleo, secundum quātitatem [d] [sufficientem ad clystere faciendum.] Et sumantur iterum emplastra medicinarum calidarum, summa quarum est aggregata. Et cyminum est iuuatiuum ualde in cura frigiditatis renum, & propriè [e] [cum medicinis mistū. super quas dominium habet.] & clystere cum oleo costino est [f] [laudabile:] & sequens est illud [g] [in uirtute alhabræ: & alcadra: &] physticii. & adeps caudæ arietum, quando fit clystere cum eo, est ultimum in calefaciendo renes, & confortando.

De extenuatione & [a] [uetustatione] renum. *Cap. 8.*

a B. arefactione b B. arefactio. c B. pinguedo ipsorum, imò. d B. ipsorum. e B. euacuationem.

QVandoque accidit renibus extenuatio, & [b] [uetustatio,] quæ dicitur debul, & diminuitur [c] [eius substantia: &] quandoque nō remanet pinguedo [d] [super] propter malam complexionem, & nimium coitum, & [e] [purgationem.]

De signis. *Cap. 9.*

a † B. appetitus. b B dorsi. c B. lenis. d B. extenuatio.

SIgna sunt casus [a] † [ ] coitus; & albedo urinæ; & frequenter urinare & debilitas [b] [iliorum:] & dolor [c] [extensiuus] in illo; & quandoque erit cum illo [d] [grauitas] corporis.

De cura. *Cap. 10.*

a — B. b B. sicut medullas amygdalarū, & nucis indæ, & auellanarū & fisticorū.

IVuamentum eorum est comedere medullas [a] [nucum] cum zuccaro: [b] [& nuces indas & auellanas cum phisticis:] & papauer; & cicera, & fabæ, & fasoli conferunt: & [c] † [ ] adeps gallinarum, & anserum & renum hœdorum, [d] [& panis] calidus. Et misceantur cum istis [e] [medicinis diuretica, & species confortatiuæ si sint medicinæ effusæ ad renes: species. n. virtutem mouent.] Et quandoque miscentur cum illis, sicut [f] [lalec. i. res, quę masticatur diu: & res viscosæ & quæ habent saporem de sen,] ut confortetur substantia carnis: Et [g] [iuuatur cum cibis, in quibus sit lac vaccinum admistū: & lac decoctum] cum sua tertia aut quarta de tereniabin. Et [h] [quandoque accipiuntur renes, & decoquuntur, & proijcitur puluis specierum, donec bene preparētur: & res, quæ impinguari faciunt, & confortant, sunt species, & tanguebil. iuuant etiam eos clysteria, quæ facta sūt ex carnibus arietum,] cum oleis bonum odorē habentibus [i] [specierum.] Et olea medullarū, quæ dicta sunt: & [k] [vnguēta] caudæ arietum propriè. Et si [l] [fiant] renes pingues, erit [m] [maximum iuuamentum.] & similiter, quę sunt ei similia. Clystere bonum. Capita agnorum pinguium ponantur in olla cum aquæ Kist. j. & s. & claudatur cum luto forti: & ponatur in furno spatio xxiiij. horarum quousque separetur caro ab ossib. per se, & misceatur cum eo butyrum, & zambac, & parum succi porrorum, & quum [n] [decoquitur cum illo corallus,] & ascek. i. tribulus, & mugat, & fœnugręcum, & semen papaueris [o] [ipsius, quod melius est, valet plus:] & quum necessarium fuerit plus calefacere, ponatur in eo oleum alkerua, & oleum costi: & si æquale volueris facere, ponatur oleum cartami. Et iterum si fiat clystere cum lacte recēter mulcto, [p] † [ ] confert ualde: et si est necessaria calefactio ad ignem parum, fiat. Nos iam dicemus in antidotario clysteria alia & electuaria [q] [medicinarum valentia ad hoc.]

c † B. pinguedines sicut. d B. vel caprarū & panis impinguatus vel vnctuosus. e B. medicinæ diureticæ & species aromaticæ cōfortatiuæ, vt sint diuretica p ducentia vel facientia peruenire ad renes, & spēs aromaticæ commouēāt virtutem. f B. alhach. i. lacha, & illud in quo est viscositas vnctuosa. g B. iuuat potus lactis vaccini & lactis decocti. h B. qn̄ conterūtur vel minutim inciduntur renes & coquūtur, & aromatizantur, & ponitur sup eos, qd̄ impinguat, & confortat ex seminib⁹, & spēb. aromaticis erit iuuatiuū, & iuuant eos clysteria facta ex carnibus agnorum vel arietum, & columbinorum & capitū castratorum. i B. aromaticū. k B. adipes. l B. ponatur in eo. Alia litera. ponatur in eo pinguedo renū pinguium. m B. iuuatiuū. n B. decoquantur cum illo columbini. o B. contritum, & virtus, seu aliquid cepe est melius. p † B calido sicut mulgetur. q B ex medullis

De debilitate renum. *Cap. 11.*

a B. Alia litera. deterior ea est illa, quæ est. b B. relaxationem. c B diureticorum.

DEbilitas renum fit causa complexionis alicuius: cuius deterior est illa, quę confirmata est: et [a] [fit quandoque] propter extenuationem: Et quandoque fit propter dilatationē meatuum, et eorum apertionem, et [b] [mollificationem:] quam eorum acquisiuit essentia. Et est debilitas propria eis ambobus: et est illa, causa cuius deficiunt in colanda aquositate ab eo, quod ei associatur vsque ad renes. et quādoque sunt venæ incolumes: et quandoque non sunt, et causa illius est sicut multitudo coitus: et sicut multitudo [c] [stupefacientium: et multitudo vrinæ, et statio in equis, et ipsorum equitatio absque gradatione, et consuetudine: et propter [d] † [ ] laborem aduenientem renib. et propter percussionem. Et huius quidem generis est [e] [ascellatio] plurima, et [f] [incessio,] precipuè pedibus.

d † B. omnem. e B. statio. f B. itineratio

De signis. *Cap. 12.*

ILlam, quę est causa complexionis, significāt signa complexionis. et, quæ est causa extenuationis, significant signa extenuationis. et

a B. relaxationē.
b † B. retentis.
c B. supernatet.
d B. sequestratur.
e B. B. vrina.

cum illa, quę est propter dilatationem meatuũ, & a [mollitiem] carnis eorum, non est dolor nisi quandoque: & minoratur cũ ea appetitus cibi, & est vrina ante digestionem, & aduētum ad venas, secundum plurimum aquosa. Quum autem cibus peruenit ad venas, tunc secundum plurimum fit exitus sanguinis & humiditatum grossarum cum vrina. Et est plurimum vrinæ eius sicut lotura carnis b † [ ] grossæ, quoniã ipse nutritur cum eo quòd currit ad ipsum: & non discernitur grossum a subtili. Et accidit multoties, vt subsideat sanguineitas, & c [appareat] res similis spumæ maris. & illud est, quando venæ sunt incolumes. Quum ergo venæ nō sunt incolumes non d [discernitur] aliquid, imò remanet e † [ ] cum dispositione sua pp debilitatem digestionis. Et comitantur quidem debilitatem renum quocunque modo fit, & extenuationē eorum, paucitas urinæ, & defectus in coitu, & debilitas uisus, & dolor capitis.

De cura. Cap. 13.

a B. solidãdi vel inspissandi.
b B. Solidatio.
c B. viscosis.
d B. alcasb & zafur.
e B. & almesussat, & alcharissat.
f B. de cibibo, vel vua passa acetosa.
g B. casb.
h B. casb.
i B. iuuantia.

Curatio eius quæ est ex cōplexione, est cura complexionis in pmutatione sui, & euacuatione materiei, si est. Et eius, quæ est causa extenuationis, cura est, cura extenuationis. Et in ea, quæ est causa dilatationis, & est debilitas uera, oportet vt intentio sit prohibendi causas dilatationis, & a [conglutinandi,] & confortandi. Et prohibitio quidem causarum dilatationis, ē dimissio motus, & coitus, & odire balneationē plurimam, & declinare ad quietē, & tranquillitatem, & abhorrere diuretica. b [Conglutinatio] uero fit cũ glutinatiuis, & stypticis, c [& frigidis.] Ex cibis quidē sicut sauic & d [dactylis siccis & zarois] & cydonijs, & cibo facto ex granatis cũ interiorib. passularum, & cũ adipe caprarum. e [Et eis, quę fuguntur ex cōgelatis] factis ex eis, quę sunt sicut granatorũ, & succi acetosi, & muzi: & acetum bonum cũ coriandro: & ea, quæ similia sunt eis. Et ex potibus, vinũ f [passum ponticum:] Et ex medicinis vero sunt, sicut succi styptici permisti cũ bolo armeno, & gũmi, & emplastra facta ex sauic, & g [casab] & cydonijs, & rosis, & eis, quę currunt cursu eorum, & unguentis pdictis ad debilitatem hepatis, & stomachi. Confortantia aũt sunt & cibi, et clysteria, et confectiones impinguatiuæ dictę in capitulo extenuationis, et oportet ut addantur in eis styptica: et ponantur in clysterib. prędictis sicut h [dactyli sicci] et cydonia, et administrentur in eis lac camelinũ, et ouinũ: nam ipsa confortant renes, et aggregant eos, et consolidant ēt. Et lacti quidē ouino nō est compar in ægritudinibus renum propter debilitatem, et propriè quando miscetur cum eo, quod est sicut bolus armenus. Et comedere renes cum reliquis cibis; et permiscere cum eis i [prohibentia] est multi iunamenti.

ANNOTATIONES.

Renum actio, ut antea diximus, sanguinis est expurgatio, & seri ab eo secretio. Ubi id nō agant, vel quia imbecilliter aut corrupte (copiosius. s.) attrahant, vel attractum non expurgent, debilitati dicuntur, quòd debiliter eorum munus obeunt. ita, ut symptoma hic affectus sit, actio. s. læsa, sequens uaria morbi genera, & varias morborum causas, quas hic singulas prosequitur, Aemulatus Aetium lib. 11. Vide & Paulum lib. 3. & Gal. 3. de sympt. caus. & 6. de loc. aff. nec non Hipp. 4. aph.

Cap. 2. Cap. 49. cap. 2. cap. 3. Aphor. 78.

De uentositate renum. Cap. 14.

Generatur in renibus ventositas grossa, extēdens eos, et significant quod est uētositas dolor, et tensio, absque grauedine, et non sunt signa lapidis, et fit in eis mutatio quædam, quę minoratur quum est uacuitas, et secundum digestionem bonam.

De cura. Cap. 15.

a B. alfachdi.
b B. chamamilla.

Oportet vt abstineat a cibis īflatiuis, et bibat diuretica resoluentia uentositates, sicut semina et semē rutæ, et a [fagdi,] in aqua mellis: aut in iuleb secũdũ dispositionē, et emplastretur cũ eis, quæ sunt sicut cyminũ et b [calamētũ] et anethũ, et ruta sicca, et vaporetur cũ eis. et inũgatur cum costino, et sambacino, et similibus.

De dolore renum & cura. Cap. 16.

a .† B. aut ulcere.
b † B. antecedētibus.
c B. scias, q pilulæ de seminibus sunt ex eis a quibus nō est excusatio.
d B. facit delcedere.
e B. Alia litera mollificationē.

Fit ex apostemate: aut uentositate: aut lapide: aut debilitate: a [ ] et quandoque sequuntur dolores eorum, debilitas digestionis, et casus appetitus, et nausea, et tu quidem iam sciuisti signa diuisionum prædictarum, et curationes earum. Quumque dolor fit uehemens, tunc superest tibi uti eis, quæ sunt sicut philonium, et troc. stellæ, et ea, quæ tramite isto procedunt tandiu, donec sedetur dolor: deinde curetur cum yreos. et tinæ uehementer conferunt ei, quando decoquuntur in eis medicinę lenitiuæ, et doloris sedatiuæ secundum qđ diximus in capitulis. b † [ ] et c [oportet ut incipiat in administratione seminũ, quũ non inuenit excusationem ab eis,] in curatione renum et uesicæ, præcipuè habentium ulcera, uerum uti seminibus cum dolore, timorosum est propter illud, quod d [accidit, et descendit] et studium in abstinendo iterũ a narcoticis, est magis necessariũ, sit ergo cōtētus aqua tepida, et sedatione absq; longitudine in administratione perducente ad e] stuporē] et attractionē.

ANNOTATIONES.

Doloris renum causæ sunt & intemperies, & solutio cōtinui, sicuti in cæteris. Hic author non causas doloris curat, sed dolorem ipsum sedare docet, ubi tantum is urgeat, ut curationem ad sese trahat.

TRACTATUS SECUNDUS.

De apostematibus renum, et solutione continuitatis.

De apostematibus calidis in renibus, & dubellati. Cap. 1.

Apostemata calida in renibus diuersificantur in materia quadã. n. eorum fiunt ex sanguine

sanguine grosso, & quędam eorum fiunt ex sanguine subtili cholerico. Et diuersificantur causa suorum locorum, fiunt enim quædam ipsorum in corpore renis, & quædam accidunt ad latus cōcauitatis, & quædam ipsorum ad latus panniculi velantis eos. Et iterum quædam corū tendunt ad partem meatus emunctorij, [a] † [ ] & quædam ipsorum declinant ad partem dorsi, & quædā ad partes meatus, qui est ad superiora. Et iterum quandoque sunt in unoquoque duorum renum, & quandoque sunt in rene vno. Et rursus quandoque faciunt collectionem, & quandoque non faciunt collectionem: Et quum collectionem faciunt, aut rumpuntur, quandoque rumpuntur ad partem uesicæ (& est melius omnibus) aut ad intestina, expulsione facta a natura ab eis ad intestina, [b] † [ ] sicut expellit materiam pleuresis in ossa lateris ad illud, quod apparet de corpore. Et quandoque fit secundum semitam reditionis ad hepar, deinde ad mesaraicā, deinde ad intestina. Et expulsio, quæ fit ad intestina, qualitercunque fit, est mala ualde, aut expellit ad spatium concauitatis, & loca uacua, & indiget [c] [perforatione] educente illud. Aut nō rumpuntur, & remanent in eis, & hæc etiā curantur cum apertione. Et omnia quidem renū apostemata uelocia sunt ad hoc, ut in lapidem conuertantur. & quomodo non? quū ipsa sint causa lapidis? & quum apostema calidum est in rene, & illud non fit uacuum a febre, deinde accidat commistio rationis, tunc illud est [d] [causa] communitatis uelaminis, [e] [magnitudinis] apostematis, & est mortale, & proprie quando [f] [accidit significatio mala; nā illud est propter communitatem malam. Quod si accidat significatio bona,] tunc expectatur ruptura ad salutem. & fortasse egreditur in huiusmodi de pinguedine renis aliquid. Et fortasse egreditur sicut pilus rubeus in longitudine unius palmi & plus. & causæ quidem apostematis renum, sunt repletio in toto corpore: aut in membris communicantibus eis, aut propter quantitatem sanguinis aut qualitatem eius, aut excoriationem lapidis; [g] † [ ] aut retentionem urinæ apud renes extendentē & alia. [h] [repletio nanque hæc] apostemat renes. Et apostematibus quidem calidis in renib. uelociter aduenit induratio, & tunc apparent signa indurationis. Et facit quandoque incurrere apostemata [i] [strictura lūbaris in medio.]

a † B. & quędā ad partem intestinorum.

b † B. Alia lra. quibus occurrunt.

c B. apertione cum ferro.

d B. ꝓpter causam.

e B. propter magnitudinem.

f B. associantur ei significationes malæ. Qđ si associantur ei significationes bonæ.

g † B. & dolorē vel nocumentū percussionis.

h B. huiusmodi nanque.

i B. cingere vel stringere dorsū in medio cū alhemianat, i. cū cingulo, in quo occultum sit, & absconsum aurū vel argētum monetatum.

ANNOTATIONES.

De renum inflammatione agit & Aetius ex Rufo lib. 11. & Paulus lib. 3. Peracuta est affectio, vt Aretæus ait 2. de curat. acut. morb. nempe quod simul inflammantur et uenæ a iecore in renes discurrentes: cum illis autem & iecur. Adde & quod urinæ suppressio inflammationi aduenit, uehementiam inflammationis augens. Copiosè huius affectus notas, causas, & curationem docent iam citati authores. Absoluit author noster, nihil intactum relinquēs.

Cap. 16. ca 45. Cap. 8.

De signis. *Cap.* 2.

Signum apostematis calidi in renibus, est febris inseparabilis, quę habet remissiones, & commotiones inordinatas, quasi sint principia quartanæ. Et pulsus non habet minorationem in inceptione paroxysmorum eius, quam habet in inceptione reliquarum febrium. & est febris eius cū frigore extremitatum, proprie manuum, & pedum, & fit illic horripilatio commiscens inflammationem. et sensibilitas extensionis, & grauitatis apud partem renis semper. et nocumentum ab omni diuretico, [a] † [ ] acuto, salso, & acetoso: [b] [aut] inflatiuo secūdum materiam. & dolor, qui commouetur, & sedatur, & propriè si fuerit aldubellati. & dolor, qui magis quietus est, est quum fit apostema in corpore renis, quum autem est apud panniculum & apud suspensorium magnificatur dolor, & fit fortis, & prohibet erectionem, & tussim, & sternutationem, & [c] [debilitatem præparationis eius, in quo non est confirmatum sup locum suum.] & quando resupinatur, est dolor leuior quam sit, quum iacet super uentrem, propterea quia suspendit renem. [d] [& est eius pręparatio leuior ipsi.] et quandoque fit fortis febris huius ægritudinis propter magnitudinem apostematis, & perducit ad commistionem sensus propter communitatem velaminis, & ad vomitum choleræ, propter cōmunitatem stomachi ad hepar. & quandoque [e] [continuatur dolor facici, & oculi, & retinetur venter,] propterea quod coarctat materiam in intestinis. Vrina verò est alba, deinde fit citrina ignea, non ꝑmista, deinde fit rubea. & quando aqua perseuerat alba, indicat duritiem futuram, aut conuersionem aldubellati. & ad vltimum, quando urina in hac ægritudine est alba, viscosa, & perseuerat secundum hoc, est significatio mala. & quādo [f] [rubet aqua, & residet in ea sedimen laudabile,] tunc obedit apostema digestioni absque conuersione ad rem aliam. & quando pertransit apostema [g] [maturationē in primis diebus,] & remanet vrina clara, tenuis, tunc apostema est in uia faciendi collectionem, aut in uia indurationis. & scitur quod apostema est in corpore renis, aut prope panniculum, secundum quod diximus in eis, quæ præterierunt. & scitur quod apostema est in rene dextro, aut sinistro: quoniā iacere super latus eius facilius est, quā iacere super oppositum sibi, propter suspensionem suam. & iterum, quia si protenditur dolor ad partes hepatis, tunc apostema est in dextro, & si extenditur ad partem vesicæ, tunc apostema est in sinistro: & si sunt signa omnia simul, tunc apostema est in ambobus simul. Quumque apostema fit aldubellati, magnificatur grauitas valde, & sentitur grauitas, quasi sphæra grauata in ventre, & accidit inflatio in locis vacuis: & accidentia fiunt fortia, & sentitur punctura uehemens in uentre. [h] † [ ] Quumque apostema est in sinistro, tunc sentitur [i] [super] inguina duo, & magnificatur dolor in lacerto dorsi in [k] [toto illo.] & quando maturatur, alleuiatur febris & augmentatur horripilatio, & ingrossatur urina, & multiplicatur in ea sedimen bonum. & quando rumpitur apostema, remouentur febris & rigor omnino. & si sanies est alba, lenis, non fœtida, & egreditur cū urina, tunc adeo bonum est, quod melius esse

a † B. amaro.
b B. &.

c B. difficilis fit situatio eius, in qua apā non firmatur, uel non accommodatur super locū suū vel super situm accōmodatum facientem quiescere, & sedare dolorem

d —— B.

e B. peruenit dolor ad faciē, & ad oculos, & retinet ventrem.

f B. incipit aq̄ residere residentia laudabili.

g B. dies primos.

h † Sed in apāte dextri sentit punctura in latere dextro apđ hepar.

i B. supra. Alia litera. supra duos testiculos.

k B. quolibet illorum.

se non potest. Et similiter si est sanguis & pus album. & id, quod est diuersum ab hoc, est deterius secundum diuersitatem sui.

ANNOTATIONES.

Repetenda hic sunt loca superiori capite citata. Quod ad hunc locum facit, duplex controuersia est. Paulus inter inflammationis renum indicia febriculam ponit. Aetius li. 11. uehementem febrem adesse testatur. Item Paulus coniunctum esse ait dolorem cum grauitate, cui & Auic. assentitur, & Gal. 6. de loc. aff. Aetius pulsatilem dolorem esse ait. Sed sedantur hæc. De febre author noster neque unum neque alterum explicat, sed febrem tantum inseparabilem, & inordinatam adesse asserit. Fortasse autem leuis est circa initia inflammationis, & in non insigni phlegmone. at transacto principio, atque, ut ait Aetius, inflammatione in peius proficiscente, & in grauiori inflammatione, febres etiā uehementes sunt. De dolore autem, certum est, renum, si eorum corrupta substantia est, dolorem grauem esse, sicut & cæterorum uiscerum, Galeni testimonio. potest tamen simul etiam pulsatorius esse dolor, si inflammatio magna sit. nempe ex tumoris magnitudine, arteriæ: quæ ad renes: comprimuntur: & pulsatio sentitur: una tamen etiam grauitas adest.

Cap. 16.
Cap. 2.

De cura. *Cap.* 3.

INitiū curationis est abscissio causę per phlebotomiam ex basilica, si sanguis est vincens. Et quandoque est tibi necessarium ut cōequaris id, faciendo phlebotomiam ex curuatura poplitis, & si non apparet vena illa, tunc fiat ex saphena. Et per solutionem uentris etiam, si sunt cum sanguine illic humores acuti, calidi, cum clysteribus lenibus, factis de mucillaginib. quātum possibile est, & illud, quod melius soluit, est aqua casei, & casia fistula. Et in aqua quidem casei, est declinatio materiei ad intestina, & ablutio & abstersio, & infrigidatio, & maturatio, & rectificatio in ulceribus. Et in casia fist. est solutio & maturatio cum facilitate. Et aqua zuccari, & mellis plurimæ commistionis est huius ordinis. Et si est possibile vt humor temperetur, deinde solutione educatur post, est melius. Et oportet ne solutio sit laboriosa [a] † [ ] fortis, & magnificetur nocumentum propter humorem plurimum effusum ad intestina vicina renibus. Et aqua quidem hordei est ex eis quibus est adherendum in ea. Et oportet, ut nullo modo [b] [dimittas,] & non des in potu semina, & pilulas, quæ ex eis fiunt, & proprie corpore non mundificato, humores enim effunduntur tunc ad renes, [c] [donec verificetur maturatio, non prouoces.] Et propter illud oportet vt prohibeas potum aquæ quantum possibile est, scilicet in hora simili huic horæ, [d] † [ ] quamuis [e] † [ ] sit conueniens secundum aliquem modum curatio [f] [ad mundificandum,] nam etsi aqua sit conueniens, propterea quia infrigidat, & humectat apostemata calida, ueruntamen quum est taliter quod [g] [impellit prouocationem, & coarctat versus eos ea, quæ sunt effusa ad latus huius partis apostematis, & ad contrariū uiæ suo motu, tunc] nocumentum est supra eius iuuamentum, causa qualitatis suę. Et cum hoc associantur cum ea ipsi humores ad renes, quorum descensus ad eos fit facilis [h] [per conuenientiā] aquæ. Quod si necessaria fuerit, tunc oportet ut in potu detur aqua dulcis frigida, [i] [quæ sugendo per cottum, uel per aliud sumatur.] Et oportet ne ita sit frigida, ut prohibeat maturationē. Et abstineat a carne, & dulcibus. Aqua uero calida nocet eis. Et similiter omne calidum actu, quod fortis est caliditatis. Et penitus aqua plurima non euacuatur, quin laborare faciat renes suo incessu, & motu. Et non est ulceribus, & apostematibus aliquid congruum sicut quies. Et balnea quidem non conueniunt eis, nisi post declinationem apostematum calidorum. Et oportet ut administretur in primis ex eis, quę bibuntur & ex epithematibus, & clysteribus, & alijs illud, quod est [k] [iuuatiuum.] deinde administretur ei de eis, quę sunt abstersiua mollificantia, & maturantia aliquid, secundum magnitudinem apostematis, & eius paruitatem. Deinde administrentur abstersiua, & mollificatiua, & oportet ut [l] [administrentur] de abstersiuis, & mollificatiuis ea, in quibus non existat mordicatio, si vero necessaria sunt fortiora mordicationem habentia, propter magnitudinem apostematis, tunc rectius est ut in eis vincat, quod mordicationem non habet. Et similiter, si est illic humor [m] [uiscosus,] euacuetur. Et oportet ut frangatur cum cibis, qui sunt de genere sorbitionem, conuenientibus renibus, & apostematibus, ueruntamen sint de summa eorum, quæ mordicationem non habent, quoniam ipsi eis nutriuntur. & oportet ut cognoscatur dispositio humorum in subtilitate, grossitudine sua, & in substantia sua, an sint de genere corrupti: aut sani: aut humoris alterius: & in sua sūma, an sit multus, aut paucus: ita ut opponatur illi cum qualitate medicinę, aut cum quantitate eius. & quum potes curare cum eo, quod est minoris acuitatis, non intendas ad aliud, quod sit acutius. Quumque apostema integre maturatur, cuius cognitio est in vrina, tunc in potu dētur diuretica, sicut semina, & pilulæ eorum in aqua hordei, & similibus: & ante illud non dētur in potu diuretica, & proprie quando humores corporis sunt mali. & quandoque facit accidere, sumere in potu illa, grauitatem: sed non cures inde quoniam potare illa ipsa, [n] [remouet illud.] & prima quidem, quibus fit curatio in rectificatione apostematis, & in solutione humoris mali sunt clysteria: & non potiones: clysteria enim sunt magis peruenientia ad ista cum fixione virtutis suæ: & cū hoc ipsa nō faciunt descendere aliquid desuper, sicut descēdere faciunt ea, quæ bibūtur. & proprie solutiua; & oportet ut sit clystere lene prædictum in capitulo colicæ, ut sit clystere facile, non coarctans, neque horribile, & faciat læsionem & noceat. & casia fist. quidem est res congrua in curationibus renum: nam quum ipsa ponitur in clysteribus, & eis, quæ bibuntur euacuat sine labore, & [o] [associat.] & quum scis, quòd corpus est mundum, & apostema est paruum, tunc fortasse sufficit tibi dare in potu aquam mellis, aut aquam zuccari plurimę commistionis. nam abstersio ambarum, & earum incisio, & subtiliatio fortasse resoluet ipsum sine mordicatione. & res

a † B. neque.
b B. prouoces.
c B. ita ut quū uerificatur maturatio tunc ꝓuoces. Alia litera. quousq; uerificatur maturatio, tunc enim prouoca.
d † B. quousque mundificetur.
e † B. ipsius aquæ exhibitio.
f ——B.
g B. multiplicat prouocationē, & coarctat cum substantia eius, quod effūditur ad latus apātis substantiā apatis nocet ꝓpter causam motus eius.

h B. cū incessu. Alia litera. ut ex associatione.
i B. sugendo ipsam paulatim.
k B. prohibens. Alia litera. repercussiuum.
l B. eligantur.
m B. acutus. Alia litera. mordicatiuus non euacuatus, tunc oportet ut frangatur cum cibis.
n B. adiuuat remouendo.
o B. maturat apostema.

p B. extinctiuis.
q B. quādoque.

et res iuuatiuæ in principio, sunt aqua hordei cum oleo rosaut oleo aliquo:& succus salicis & succi frigidi:& emplastra cum [p] [subtiliatiuis] & sumere in potu mucillaginem psyllij. & [q] [fortasse]datur in potu lac.At si est inflammatio, oportet ut sit lac secundum quòd narrauimus,& post illud tunc administra clysteria ex althea,& maluis, & semine lini cum aliquo frigidorum,& oleo ros. Et oportet vt administres emplastra ex farina hordei,& sint cum ea violę,& fabæ.Et in fine dimitte frigida,& adde fœnugræ. & chamæmillam,& similia,& sit oleum sisami & oleum de cartamo. Et emplastretur de foris cum eo, quod est maturatiuū, & vehementioris calefactionis,& ex illo est, vt [r] [emplastrentur] cum panno lineo infuso in oleis calefactis,& illis, in quibus est uirtus anethi,& altheæ. Et sumantur emplastra ex farina tritici,& aqua mellis decocti,& ex folijs fœnugræci,& caulis,& radice lilij,& anetho,& altea & chamęmilla, [s] [quæ appropriata sunt cum lenitiuis.] Et fortasse necessarium est a causa doloris,vt ponatur in eis aliquid de papauere: & cortices mandragorę sunt conuenientes ad illud,& illud,quod fit ex apostemate propter lapidem, oportet ut regatur regimine illius loci cum eo,quod dicemus. [t] [Et non est nisi regimen] doloris quum commouetur,& propriè apud vesicam,propter magnitudinem lapidis in ea,aut excoriationis asperitatem: [u] [& quandoque sedatur]cum balneo & tina. Quumque superfluit & mollificat, redit dolor vehemens post horam. Et embrochæ factę ex chamæmilla,& meliloto,& althea & ex furfure, sunt iuuatiuę valde.Et si est illic retentio aliqua naturæ,tunc illud,quod rectius est,est extractio fęcis cum collyrio,aut clystere nō magno,quod coarctet,aut dolorem faciat,imò [x] [magis diligo,vt collyrium in lenificatione naturæ sit lenitatis plurime,& sedet dolorem.] Et non est uia ad administrandum solutiuum, quoniam dolorem facit,& nocet per id,quod descendere facit desuper. Clystere autem, quum in eo ponuntur adipes,& vnctuosa, & [y] [confortatur eius mollificatio, & confortatur eius prouocatio,] facit cum solutione lenificationem, & frangit dolorem.Et ex emplastris fortibus in maturando aldubellati accidente in renib.sunt ficus elixatæ cum aqua mellis.& si necessarium est,ut confortetur cum mezerion & ireos,fiat, & ex potionibus expertis est illud,quod recipit seminis lini pondus duor. aur. amyli aure.j. & est duæ dosis.Et quando completur maturatio tunc administrentur diuretica, quæ bibantur, & ex quibus fiat clystere,& ex emplastris quidē est emplastrum factum ex chamæpitys, & polio, [z] [& prassio,] & petroselino,& [a] [squinātho,& spica, & oportet ut [b] [tu assiduè utaris in dispositione doloris, & sedatione suspenso rii eius sedatiui,] quę diximus multoties, & quandoque est clystere extrahens fæces, sedans dolorem, per hoc quòd facit descendere illud, quod comprimebat,propterea quòd lenit, & si non facit illud,necessarium est ut alleuietur, sicut cum phlebotomia, & uētosis positis cum facilitate inter chatim, & dorsum: deinde fiat scalpellatio,& uaporetur locus cum lana infusa in oleo calido,in quo decocta sint, sicut althea,& abrotanum,& chamęmilla, & [c] [necessarium est] ut emplastretur cum eis, quæ sunt sicut semen lini & similia,& quandoque necessarium est tibi ut confortes emplastrum cum eis,quæ sunt,sicut polium,& olibanum, & herbus,et cera,et oleum de lilio,et quandoque est tibi necessarium,ut ponas medicamen penetratiuum ita,ut ponas vētosas,et scalpelles leuiter, deinde uapores cum vaporatione prædicta, et fortasse necessarium est tibi ut tribuas in potu semina diuretica frigida cum paucis calidorū subtilium,et aliquo narcoticorum, sicut anisū cum herbo,et opio et sicut philonium: ipsum enim est melius medicamen in huiusmodi loco.Cura autem propriè aldubellati, quum scieris quòd necessarium est,ut collectionem faciat, est quoniam oportet ut tu adiuues cum maturatiuis,quæ diximus; et addas in eis uirtutem cum eis,quę sunt sicut gluten albotim, et urtica,et absinthium, et ireos, et farina herbi, et quandoque ponuntur in eis ea, quæ sunt sicut radix uitis albæ,et mezerion,et fimus colūbinus, et quandoque sufficit in ea decoctio ficuum cum melle,et oportet ut utaris in clysteribus,et in potibus,eis,quæ maturant cum fortitudine,et administres uaporationes prędictas confortatas cum eis, quibus oportet eas confortari, et multoties quidem est causa tarditatis maturationis malitia complexionis calidæ inflammatæ. Quumque ęquatur maturatio, et illud fit cum eis,quę sunt sicut genera lactis ebibita,et clysterizata, [d] [et reditur ad maturationem faciendam super res frigidas natura,et calidis] super accidens, sicut est aqua calida, in qua fiat encatisma,tunc si non rumpitur,administra rupturam facientia,et clysteria acuta usquequo peruenias ad illud,in quo ponūtur elleborus, et [e] [sicidis] et alia,et illud,quod exterius [f] [est,] rege cum uaporationib.et emplastris deforis,et adhibe diuretica fortia, sicut est acorus, et semen agni casti, [g] [et eis quidem utrisq; est proprietas] in hoc, [h] † [

]

prouocant.n.cum uirtute laboriosa:deinde administra ea,quæ incarnant de medicinis præparatis ad ulcera renum,et ego dicam ea.

r B. fomētetur.

s B. pmistis vel fricatis cū oleo sisamino, & tibi inest, ut tu ponas in istis emplastris violas, & adipes lenificantes.

t B. Regimen autem.

u B. quandoq; est possibile.

x B. collyrium est magis dilectum. Et in lenificatione naturæ est alleuiatio plurima,& sedatio doloris.

y B. virtutes mollificatiuæ, & virtutes infrigidatiuæ.

z —— B.

a B. summitate squinanthi.

b B. attendas dispositionem doloris,& sedes in quietudinē quę fit ex eo cū sedatiuis.

c —— B.

d B. Alia litera. & sicut maturatio cū rebus frigidis natura, & calidis.

e B excamer asininus.

f B. apparet.

g B. habentia proprietatem.

h † B. & de rūpentibus bonis est cinnamomū & nasturtiū, & quū rumpitur administra illud quod prouocat cū fortitudine, vt mūdificetur.

ANNOTATIONES.

Curationem a uenæ sectione orditur. quod & Paulus li. 3. Aetius hanc non proponit, nisi uehementiori facto dolore,& afflictis maiori acumine renibus. In qua autem parte uena secanda sit, uidetur controuersia. Aetius ex cubito mittendum sanguinem dicit. Gal. 13. meth. laborantibus renib. uesica, utero, pudendis, uenas crurum, quæ circa poplitem uel malleolum sunt. Author noster primo, cubiti uenam proponit, postea vero etiam quæ crurum. Soluit deinceps Auicennas uentrem, si alii humores acres, & calidi affluant, leni clystere, sero, & casia, quòd hæc abstergant concoquant, & molliter soluant; in quo ordine etiam hydromel ponit. At Aetius & aquam mulsam in principio non laudat, nisi concocta inflammatione; neque etiam purgatorium medicamentum admittit. Idem præterea Aetius in principio sorbitionibus tenuibus, & aquæ calidæ potu nutriendum ait. At Auicennas aquam calidam his Cap. 45.

obesse testatur.ita ut multiplex quæstio sit. Consulere tamen probè omnes uidentur. Atque,quòd initio non statim venam secet Aetius,secet autem Paulus, non vacat ratione. Aetius experitur antea quid clysteres præsidij afferant. quibus non iuuantibus,ipso tamen initio inualescente morbo sanguinem mittit. Paulus quoque clysteres uenæ sectioni postponit, quòd & author noster facit: atque a summo præsidio,sanguinis.s.missione,orditur,quia morbi huius generis magni sunt.parum autem omnino referre uidetur, ut ab uno vel altero curatio inchoetur.Tu tamen uide Trallianum lib.8.ubi de secanda uena pulchre distinguit. Quòd verò Aetius cubitum secet,Gal.inferiores uenas: non aiscrepant alter ab altero.Gal. reuellendi gratia ab inferioribus uenis sanguinem mittit: Aetius euacuandi uel deriuandi potius gratia.quæ tamen duo probè initio renum inflammationis conueniunt.vt prius.s. ex cruribus uel ex saphena,ut hic ait,post uero ex cubito mittatur sanguis. In ea tamen inflammatione,quæ insignis non sit,sufficere fortasse poterit eductio,quæ ex cubito;id quod ab ijs animaduersum est,qui de alijs sectionibus non meminere. Sed de alui quoq; solutione per clysteres molles, uel casiæ uel seri potum,non est,ut aduersari Aetio Auicennam quis putet: quum Aetius de purgatorio medicamento uerba faciat, a quo & Auicennas abstinendum iubet: casia uerò uel serũ inter lenientia,non inter purgantia locum habent. De aqua mulsa,non hæc ab Auicenna solum:sed etiam a Tralliano maxime probatur lib. 8. Limitat tamen Trallianus ac si materia multa ac uitiosa in toto sit corpore, mulsam admittit incidendi & extenuandi gratia absque rosione. at si materia exigua & acris potius sit ac feruens, uitari iubet urinam cientia omnia,etiam si non rodant,& mulsam quoque ipsam.utiturque potius aqua tepida copiosiore. Aemulatur ergo Trallianum hic author,cuius certe sententia nobis arridet,quamuis Aetius secus sentiat. At uero,quod Aetius calidam aquam probet,hic improbet. non uidetur controuersia, si ab Aetio calidam aquam non tamen calidiorem exhiberi intellexerimus.nempe quæ talis est,miti illa caliditate & familiari dolores maxime temperat,& affectas partes relaxat improbari autem ab authore nostro calidiorem, & quæ modestiam excesserit. unde obesse ait & calidam aquam,& omne calidum actu, quod fortis est caliditatis ad ultimum. His fortasse solui propositæ quæstiones possunt Cætera pete ex citatis antea locis.

De apostemate phlegmatico in rene. *Cap.* 4.

IPsum prouenit a causis facientibus prouenire phlegma.

De signis. *Cap.* 5.

SVnt grauitas,& tensio,& minoratio in operationibus renum:& non est illic inflammatio et quandoque est cum eo [a] [mollities] in facie,et oculis,et in reliquo corpore, et est sperma ualde humidum,frigidum,tenue,cum defectu signorum,quæ sunt propria duro.

a B.tumefactio.

De cura. *Cap.* 6.

ESt cum emplastris calefacientibus, et cũ diureticis et mundificatiuis,et oportet, ut ponatur in ea fiducia plurima in lauro, et folijs eius et oleo ipsius,et in ruta, et [a] [in huiusmodi,et administrentur clysteria.]

a B huiusmodi administrentur & in clysterib⁹, & emplastris & potionibus.

De apostemate duro in renibus. *Cap.* 7.

QVandoque est incipiens, & plurimum eius est post [a] [ægritudinem acutam, cuius quidem causa est incipiens,& plurimũ eius est materia melancholica currens] ad eum, aut est lapideitas ex apostemate calido propter frigus,quod conuertit ipsum in lapidem,aut calorem ingrossantem ipsum,quæ ambo sunt causa in hoc, ne proueniat maturatio. Maturatio enim est sequens caliditatem tendentem ad æqualitatem.

a B. apostema calidum.Et causa eius est multitudo materiæ melancholicæ currentis.

De signis. *Cap.* 8.

SIgnificat quòd apostema durum est in renibus,grauitas vehemens,cum qua non est dolor,de quo sit curandum,nisi in facto post apostema calidum.in ipso enim quandoque commouetur dolor. Et de signis duri est [a] [paucitas pyxidum, & stupor ambarum & stupor ancharum.] & quandoque stupescunt ambo crura, & veruntamen ipsa ambo non euacuantur a debilitate, & accidit in omnibus istis membris inferioribus arefactio, & extenuatio. Et urina est subtilis, pauca in quantitate, propterea, quia ipsi ambo parum aquositatis attrahũt propter debilitatem virtutis, & debilitatem expulsionis eorum amborum,& est priuata digestione tenuis,& causa in hoc est oppilatio. ipsa enim prohibet,quod turbidum est, penetrare, & plurimum eius,quod tenue est,imo oppilatio quandoque [b] [captiuat] vrinam;& debilitas prohibet uirtutem digerere.Et quandoque prouenit extra ea [c] [commotio.] Et multoties perducit ad hydropisim, ꝑpter oppilationem viæ aquositatis sanguinis & reditionẽ eius ad corpus. Et propter illud oportet in huiusmodi ægritudine, ut assiduè fiat eius prouocatio.

a B. subtiliatio vel extenuatio alhachuin.i.partiũ superiorum ancharũ,& stupor earum ambarum.

b B. retinet.

c B.tumefactio similis cacexiæ.

De cura. *Cap.* 9.

COnsidera radices,quę sunt in curationibus duritiei hepatis,& medicinas:nam illæ eædem sunt via curationis duritiei renum. Quod si necessaria est phlebotomia propter multitudinem sanguinis melancholici, fiat. Et confert ei quandoque potare semina, in quibus est lænificatio,& resolutio,sicut sem.almaru,& sem. lini,& semen altheæ,& fœnugræcum, & cartamum.de quibus fiant pulueres, [a] [qui sicci manibus in os proijciantur:] & misceantur cum eis diuretica secundum necessitatem,& non sit superfluitas in [b] [medicinis,] quamobrem retineatur grossum,& cõuertatur in lapidem,imò considera vrinam eius: & quoties ingrossatur, prouoca cum æqualitate: & quoties [c] [stat] matura. Et de signis maturitatis,est quòd multiplicatur vrina,& conferunt ei inunctiones,& vaporationes cum eis,quę sunt sicut oleum de costo, & oleum nardinum,& sambacinũ,& oleũ chamæmellinũ,& oleũ anethinũ,& oleũ laurinũ: & de emplastris sũt emplastra facta ex chamęmilla,& meliloto,& semine lini,& quãdoq; necessaria sunt ea,quæ sunt sicut bdelliũ, & ammoniacũ,& serapinũ, & adeps vrsi, & adeps leonis,& medulla vaccina,& ceruina,& alia,ꝗ͂ qb. fiant

a —B.

b B. diureticis.

c B. Alia litera. est subtilis.

fiant emplastra, & vnguenta, & administretur. Et quandoque necessarium est vt dissoluantur ea, quæ sunt sicut bdellium, & ammoniacum in decoctione diureticorum, & similiter chamæmilla, & tribuli, & melilotũ, & polypodium & detur ex eis in potu.

ANNOTATIONES.

Cap.45. *Habes de renum duritie ex Paulo lib.3.& signa,& curationem breuissimis uerbis.& ex Aetio lib.11. quos author noster æmulatur. Limitat tamen hic illorum sententiam.quum enim in hoc affectu nullum dolorem, sed solam grauitatem adesse illi asserant: hic tamen eum scirrhum excipit, qui inflammationes sequitur, quum in hoc interdum dolor excitetur, Cuius fortasse rei causa est, calida, quę præ*
Cap.17. *cessit, & reni infixa est, intemperies. Cætera pro huius affectus notitia, & curatione pete ex Aetio & Paulo.*

De ulceribus renum. Cap. 10.

CAusæ ulcerum sunt ipsæmet causæ reliquorum ulcerũ: & sunt causæ separationis continuitatis, deinde apertio. Et illud quandoque fit a scissura uenæ, & eruptione eius, & ipsius incisione propter causas notas,[a] † [ ] & fiunt propter aldubellati, quæ erumpitur, & fiunt propter lapidem, qui egreditur. Et quandoque fiunt propter humores cholericos,[b] † [ ] excoriantes: aut uiscosos excoriationem facientes per eradicationem suam, & ex adhærentia sua cum labore. Et vlcera quidem renum sunt minoris malitiæ, quam ulcera vesicæ, & quàm ulcera meatuum,[c] † [ ] inter vtrũque, & [d] [quàm dispositio vlcerum meatuum inter duo emunctoria.] Et causa in hoc est, quod vlcera membri neruosi difficilioris sunt sanationis, quàm vlcera mẽbri carnosi. Et plurimum quidem accidunt ulcera in meatibus, propter [e] [generationẽ] materiæ cholericæ excoriationẽ facientis: aut propter lapidem facientem accidere excoriationẽ. Et quandoq; fiunt ista vlcera corrosiua: & quãdoque non fiunt. Et multoties quidem proueniunt ex vlceribus renum fistulę, quę nullo modo sanantur; quamuis sint de illis, quæ cessant a cursu suo cum mundificatione corporis, & curant quum est eius repletio. Ex illa vero, quę est bonæ [f] [materiei,] non prouenit magnus timor, neque etiam timetur ex ea [g] [nisi] dilatatio & corrosio. Illa autem, quæ est malę [h] [materiei] facit accidere dilatationem, [i] † [ ] & perducit ad perditionem. Et ille cuius rẽ disrumpitur, moritur. Et multoties est [k] [aliquid ex capite] apostematis decliue ad exteriora, quare rumpitur ad exteriora.

a † B. in simili eius.
b † B. aut bauzachios.
c † B. existentium.
d B. dispositio vlcerũ meatuũ est inter duas dispositiones. Alia litera vlcera meatuũ inter poros vritides.
e B. præsentiã.
f B. saniei.
g —— B.
h B. saniei.
i † B. & corrosionem.
k B. caput.

De signis. Cap. 11.

SIgna ulcerum renum sunt, quod egrediũtur in vrina sanies, & partes capillares, & frusta rubea carnosa. Et in locis renum quandoque sentit habens ea dolorem: & quandoque antecedit ea mictus sanguinis, aut aldubellati renũ, aut dolor ex eradicatione lapidis. Et quandoq; significat ipsam percussio eueniens, aut casus. Cum apertione aũt non fit dolor, & significant ipsam assiduatio mictus sanguinis paulatim. Mictus enim sanguinis quum est ex eruptione aldubellari, aut fixura venæ desuper, possibile est vt sit assiduus duobus diebus, aut tribus: si autem illud [a] [fit plus,] tunc fit propter apertionem, aut propter vlcus in renibus, aut vesica: nã quum prolongatur, & est illic alteratio coloris, aut commistio uirus, tunc non est nisi vlcus in renibus, aut uesica: Et ille mictus sanguinis debilitat: quoniam, quamuis illud, quod de eo prouenit omni hora, sit parum, tamen frequẽtia perducit ad hoc, ut euacuetur summa plurima. Et differentia quidem inter ulcera renum, & uesicæ, est, quod vlcera renũ sunt cum [b] [facilitate urinæ,] & vlcera uesicę sunt, cum difficultate vrinæ, & cortices in ulceribus renum sunt rubei, & in vlceribus uesicæ sunt albi: aut magni grossi, si sunt in vesica ipsa: aut parui tenues, si sunt in meatibus. Et cognoscitur etiam differentia per locum doloris: nam locus doloris in eis diuersificatur [c] † [ ] ex vlceribus meatuum [d] † [ ] in medio: & in [e] [meatu nerui post collectionem. & quandoq; associatur dolor in vlcerib. vesicę, cui est commotio omni hora sicut parturientis, & significatur quandoq; differentia quęsita, [f] † [ ] ex hoc ꝙ dolor in ulceribus vesicæ est difficilior, quoniam membrum est neruosum fortis sensus: & mictus sanguinis frequẽs, quamuis sit de significationibus vtriusq; rei, est tamen in vesica minoris quantitatis, & minoris permistionis cum vrina, & quando mingunt patientes ulcera renum, & vesicæ, sanguinem post mictum saniei, tunc significatur inde corrosio, & significatur quandoque difficultas ulcerum in renibus, et malignitas eorũ per paucitatem receptionis [g] [rectificationis,] & multitudinem & longitudinem temporis, & multitudinem fæcis, et colorem malum uiridem in eo, quod mingitur, & uehementiam fœtoris.

a B. prolõgatur.
b B. mictũ inuoluntario.
c † B. dolor.n. ex vlcerib. renũ est in superiori, & ĩ parte posteriori, & ille q est ex vlcere vesicę est inferius in parte anteriori. Et quum est.
d † B est.
e B. vlcerib virgæ dolor ẽ post oĩa, & qñq; e difficilis fit dolor in vlceribus meatuũ, & est ei.
f † B. cũ fortitudine doloris.
g B. Alia litera. curæ.

De cura. Cap. 12.

PRimum, quod necessarium est intendendũ in curatione ulcerum renum, et uesicæ, est ęquatio humoris, et declinatio eorum ab amaritudine, & bauracitate ad dulcedinem, ut non faciat venire uulnus post vulnus: et dimissio omnis acuti, et amari, & salsi, & acetosi, et minoratio potus aquæ, ut minoretur necessitas mingendi, et minoretur motus renum ab eo, quod prouenit ad eos, et eorum rasio per illud. Canõ enim curationis ulcerũ est quies, et ex eis, quæ æquant humores, est phlebotomia, si est necessaria: et solutio subtilis, et tenuis sine labore penitus, et sine solutione humorum acutorum subito in uice una. Huiusmodi enim [a] [expellit a corpore expulsionem subtilem] cum declinatione ad partem, [b] [quę est alia a parte] renũ, et dum non administras solutiuum cholerę est melius, [c] [usque ad] necessitatem, et melius quidem est ut ęques materiam, et educas illam post illud, propriè uomitu: Vomitus nanque est melius, quo renum ulcera curantur,

aa B. expellatur a corpore expulsione subtili. Alia litera.
b —— B.
c B. nisi propter

propterea quòd mundificat, & euacuat, & propter hoc quòd attrahit humores a contrario partis renum, & quandoque est vsus vomitus frequens sufficiens ad illud, excusans ab alio. Et melius quidem est, vt prouocet prius cum seminibus, deinde permuteris ad vomitum. Et oportet vt vomitus fiat super cibum cum eo, quod facilem efficiat, sicut melon, & eius semen, & proprie semen eius cum vino dulci: & cum eo, quod fit sicut syrupus acetosus cum aqua calida. Et oportet vt non fiat commotio vehemens cum labore. Et ex eis quidem, quæ humores tẽperant, est sumere [d] [aquam melonis Romani & vuam] & alKeKengi, & papauer. Et de radicibus, quas te oportet considerare, est, vt quum dolor sit fortis, curetur dolor prius, deinde vlcus. Et quum vlcus est recens, & [e] [quoties] rũpitur apostema, est eius curatio facilior. Et fortasse sufficiũt pilulę de amylo cum syrupo violato. Quum autem chronicum fit, res fit difficilis: & oportet, vt properes in mundificando, in leui quidem cum diureticis leuibus, sicut est semen alKeKengi, & altheę, vsque ad acceptionem fœniculi, & in malo quidem, & maligno, cum eis, quæ sunt sicut capillus veneris; [f] [licèt sit temperatus] & ireos [g] † [ ] & farina herbi. Et est necessarium, vt aggreges inter potationem, & emplastrationem, quum ęgritudo est maligna; & fortasse conferunt in ea hyssopus, & ruta, & similia. Si aũt mundificetur; tunc sis occupatus in sigillatione, vt nõ eueniat corrosio. Et oportet, vt quieti adhereãt, & non laborent, quantum eis possibile est; imò oportet vt sint contenti de exercitio, fricatione extremitatum, & [h] [pro euacuatione, quam facit exercitium, vaporatione] sicca, ita vt non cõcedas eis incessionem, & alia, & proprie quũ assueti fuerint exercitio; deinde quum sanantur, gradatim exercitio vtantur leui, vsquequo redeant ad consuetudinem in motu suo. In cura verò ipsius vlceris; oportet vt in primis dimittatur coitus. Coitus nanque nociuus est illis valde [i] [propter multitudinem motus exercitij,] & sufficiat fricatio, quoniam ipsa est iuuatiua, & attractiua sanguinis ad corpus. Ipsorum verò regimen cum medicinis, oportet ut sit cum exsiccatiuis, abstersiuis, sine mordicatione. Quod si ulcus non fuerit cum illa malitia, sufficiat illud, quod est temperatum in abstersione, & exsiccatione. Et si est malignum, est necessarium illud, quod fortius mundificat, & lauat, & quod est uehementioris exsiccationis, vt prohibeat sordes, & post illud, quod est vehemẽtioris stypticitatis, & prohibitionis, ut prohibeat effusionem humorum malorum. Et quum mundificatur, & exsiccatur, & auertuntur ab eo materiæ, est sanatio. Et oportet ut cõmisceas cum medicinis ulcerum omnib. glutinationem facientia, sicut sunt amylum, & dragacanthum, & frigidæ gummæ, nam glutinatio est ex eis quę ponunt ulcera munita ab excoriatione eorum, quę transeunt super ea. Et quę de eis, est unctuosa sicut lacca, facit cãrnẽ membri. [k] [Et illud quidem, ex quo ipsum nutritur spissum & annexum præparationi ad sigillandum.] Et oportet iterum ut misceantur cum eis diuretica, & medicinæ subtilitatiuæ, ut

d B. angurias magnas dulces & cucumeres lõgos armatos.

e B & in hora qua. Alia litera. aut i hora qua

f B. cum aqua litate ipsius.

g † B. & prassiũ

h B. Alia litera. Et illud qđ euacuatur exercitio euacuetur cum fomentatione.

i B. Et nõ multiplicetur mot⁹ & exercitium.

k B. Et p illud ex quo nutritur fiat spissum cõnexum præparatum consolidationi.

faciant peruenire ad ipsa medicinas rectificantes, & sigillantes, licet ipsæ in se ipsis noceant, & commoueant. Et quandoque necessarium est ut misceantur cum eis narcotica ex [l] [herbis, sicut hyusquiamum album, & mandrago. & opium, & hyusquiamum nigrum,] & illud propter sedationem doloris, & exsiccationem, & repercussionem. Quumque scis quod in ulceribus est sordes, tunc da in potu abstersiuum, in quo est fortitudo prouocationis, sicut aqua zuccari, & aqua mellis cum quibusdam seminibus, donec prouocet, & lauet, deinde consequẽter adhibe exsiccatiua. [m] Et medicinæ ebibitæ] quibus curatur, quod non est malignum ualde de ulceribus renum, sunt sicut semen altheę, & semen almaru, & radices eorum cum aqua mellis, & semen alKeKengi, et aquę uuæ uulpis, et proprie montanę, & iterum semen cucumeris, et bolum armenum cum iuleb, et capillus ueneris cum aqua mellis. Et radici liquiritiæ inest exsiccatio, et mundificatio, et maturatio, et glutinatio, et iterum seminis lini, et dragacanthi an pars j. [n] [et polypodii] partes ii. cum aqua mellis, et iterum grana pini, et semen citruli sumantur, de quibus puluis factus quantum palma plena est, sumatur, et iterum de semine papaueris torrefacti, et contriti sumantur ʒ.i. et s. cum aqua, in qua bullita sint squinanthum, et radix liquiritiæ, et fortius eis, quę diximus, est petroselinum, ant daucum cum uino odorifero, et [o] [inuoluatur bolo armeno,] et iuuatur sumendo in potu, bdellii dissoluti cum gumma albotim, et terræ sigillatę partes ęquales, et sit dosis perueniẽs ad aur. i. in uino dulci. Et iterum farina herbi est fortis mundificationis, et exsiccationis [p] [sola.] Quumque cum ea aggregantur ea, quæ sunt sicut terra sigillata, et acacia, & succus barbę hircinę, completur iuuamẽtum eius, et ireos etiam est forte, cum quo fiat hęc operatio, et similia. Composita autem sunt sicut illud, quod fit ex seminibus cucum. excorticati [q] [granis xxx.] et ex granis pini xii. et ex granis amygdalæ v. numero, et ex croco, [r] [qđ sit æquale ponderi eorum,] et bibatur in ieiunio, et si caliditas est uehemẽs, loco granorum pini ponantur grana [s] [citruli.] et iterum de granis. [t] † [ ] xx. grana, et de granis cucumeris. [u] † [ ] xl. grana [x] [polypodii ʒ. i.s.] bibatur cum lib. i. et s. aquæ, in qua bullitæ sint, spicæ celticæ, et sem. apii amborum an. ʒ. viii. usquequo redierit ad quartam, et iterũ terræ sigillatę, et sanguinis drac. et [y] [castorei,] et sem. melonis et sem. apii et sem. cucum. [z] † [ ] sem. cucurbitæ, et succi liquiritiæ, et laccæ, et [a] [aristol. et amygdalæ] pini magnæ, et papaueris, et sem. hyusquiami albi partes æquales, in potu dentur, secũdum q̃ exigit illud, quod est præsens cum rob. et iterum de granis pini magnæ xxx. numero, amygdalę excorticatę grana. xx. dactylorum carnosorum [b] [granã xv. fructus capparis] aur. iiii. croci aure. i. sexta, conficiantur cum rob, et administrẽtur. Quũq; dolor sit fortior, oportet vt a curatione vlceris separatio fiat, et curetur cũ huiusmodi medicamine. Reci. sem. hyusquiami albi ʒ. i. sextã, opiũ Kira. i. seminis citruli, seminis lactucę, amborũ ãna. ʒ, i. sem. portulacæ ʒ. i. ipsum enim sedat dolorem

l B. papauere & hyusquiamo & mandragora et opio & alfi charan.

m B. Alia litera ex medicinis ebibitis.

n B. amyli.

o B. pauco boli armeni.

p B. simul.

q B. gran. xxxv.

r B. Alia litera. quantitate qua ista tingantur.

s B. cucumeris.

t † B. pini.

u † B. longi.

x B. amyli ʒ. ii. & s.

y B. thuris & amyli.

z † B. longi.

a B. rheubarbari & medullæ.

b B num. xv. dactyli dragacanthi aureis iiii. succi liquiritiæ.

lorem in dispositione, & quando dolor est par uus, sedat ipsum potus lactis loco aquę, & pota re syrupum viol. & de fortibus sunt diacalamēthum, & troc. alkekengi: & tro. asclepiadis, & tro. Dioscoridis, & suffuf c [regis, & aristol. & regimen] alKeKengi montani, & suffuf chamędrios est fortis valde, & multoties conferunt clysteria dysenterica secundum semitam vicinitatis, & quādoque administras emplastra huius generis ponēdo super dorsum, & apud stricturā medij, & loca vacua, sicut illud, quod fit de farina hebri decocta cum vino, & melle, & iterum, quod fit de rosis siccis & lentib. & melle, & granis myrti, & emplastretur cum eo: & hoc quidem prohibet d [putrefactionem dilatatam.] Et de vnctionib. sunt, sicut oleum de alcanna, & oleum arboris masticis, & oleum de cydonijs, cum quib. quādoque miscetur, quod est sicut storax, & quandoque est necessarium illud, quod est sicut adipes anatis ad lenificandū. Fistulæ vero curationem non habent nisi exsiccationem, & prohibitionem corruptionis. Exsiccatio quidem fit, cum assiduatione mundificationis corporis, & cautela a repletione secundum qualitatem, & quantitatem, & hoc quidē sufficit in curatione eius, quę non est maligna. maligna vero oportet vt curetur cum hoc, & cum eis, quę sunt fortiora eo, sicut sunt emplastra, & potationes prohibentia putrefactionē: sicut sunt styptica nota cum abstersione, cum quibus non est mordicatio de mundificatione. Cibus e † [ ] oportet ut sit cibus boni chymi ex carnibus auium, quas scis, & de pisci bus f [aradrachi] & olerib. boni chymi, frigidis, sicut sunt atriplices, & g [bliti.] Et dum vlcera permanent mala, oportet vt dētur assata, h † [ ] & sicut vitelli ouorum sorbilium, & gradatim perueniatur ad gallinam pinguem, & ad tri. Et genera lactis conferunt eis, quando ea digeruntur. quod ergo est sicut lac asininū, & lac equinum etiam, & lac camelinum, confert eis; quoniam lac rectificat materias vlcerum, & lauat ea, & glutinat ea cum sua i [retentione,] & quod est, sicut lac vaccinum, & ouinum aggregat ad illud additionem in confortatione membri, & cibatione eius. Veruntamē lac asininum, & caprinum iuuatiuum est ex parte rectificationis complexionis, & ablutionis, & ex parte proprietatis est magis iuuatiuū quam illa duo, & propriè k [quod est] nutriti in domo. l [Et fortasse est conueniens vlceribus, in quibus scitur dispositio eius.] & oportet ut misceatur cum lacte eorum, & cibis ipsorum, quos ipsi sumunt, aliquid ex medicinis rectificantibus ulcera, sicut est dragacanthū, sumptis in potu his generibus lactis post mundificationem, & amylum, & gummi. Et exsiccatiua etiam, & aliquid de diureticis, & seminibus m [facientibus glutinationem,] & quando bibit lac, non comedatur post ipsum aliquid, donec descendat, & si eius tardatur descensio, misceatur cum eo aliquid n [salitum,] & quandoque ponuntur in eo sal, & mel. Et lac conueniens est ei loco aquæ, & cibi similis. & quum o [deficit] pus, est iuuatiuum lac p [cameli,] per hoc quod sigillat, & glutinationem facit, & confortat. Et est ei vt bibat genera lactis, quum sitis adest. Olera autem, et fructus, quæ ei conueniunt, sunt melones, et citruli, pira, et zārur, et granata dulcia, et cydonia Et q [de siccis, qui bus in secundis vtendum est mēlis, sunt] amygdalę, et propriè torrefactæ, et phystici, et auellanę, & grana pini propriè, et alcasb. Et dimittant ficus siccas, quoniam malę sunt ad ulcera, abstergentes ea et scalpellantes ipsa, et excitantes ea, et in ipsis est lacticinium occultum, et oportet ut deuitet omne acetosum fortis acetositatis et omne acutum, et omne salsum, et omne, quod est uehementis dulcedinis.

c B Alia litera. de lacca & reubarbarum & semen.

d B. profundationem & dilatationem.

e] B. autem.

f B. altradradi.

g B. olus iamenum.

h] B. & meliora eis sunt carnes uolatilium, & paruarū auiū montanarum assatarum.

i B. casitate.

k B. animalis.

l B cū eis quæ conueniunt ulceribus, quorū dispositiones cognoscuntur.

m B. notis.

n B. salis.

o B. minoratur

p B. ouinum.

q B pira. Et cibi sicci ad quos fit permutatio sunt ficus.

ANNOTATIONES.

Sequuntur renum ulcera & abscessus, & acrium, erodentiumq́, humorum uim, & cæteras demum causas quib. aliarum partium ulcera succedunt, externas & internas; potissimum autem eas, quas hic author recenset. Vnum hic notandum subit. Renum ulcera minus ait, quam uesicæ ulcera mala esse. Dubitarit aliquis ulcera esse curatu difficiliora, quum renes humidiores uesica sint. humorem autem, ulcerum curationi obsistere certum est. Sed, etsi ad renes serum continue affluit; habet tamen id abstergendi, & exsiccandi uim, ut propterea ab eo humore ulceris curatio minus tardetur. Sed adde, quod hi carnosa constant substantia, quæ longè curatu est facilior, quā membranosa, ex qua uesica. præterea etiam calidiores hi sunt, quam uesica, quę idcirco, exāguis quum sit, ob innati caloris imbecillitatem minus concoquit, et minus facile sanari potest. De huius affectus signis pulchre sanè & copiose Auicennas. tu tamen uide & Hipp. 4. aph. & Gal. 6. de aff. loc. Pro curatione adi Paulum lib. 3.

Aphorism. 75. 76. 78. cap. 2. cap. 45.

De scabie renum & meatuum. Cap. 13.

DE genere vlcerum corū, est scabies, et causę eius secundum plurimum sunt bothor, quę apparent super eos ex humoribus cholericis, et baurachijs: deinde ulcerantur.

De signis. Cap. 14.

SVnt cum signis vlcerum in exitu eius, quod egreditur cum commotione et pruritu in loco renum, cui admiscetur punctura. Et quandoque magnificatur cum ea dolor, et illud, quod egreditur de ea, quæ fit in meatibus, panniculosum est.

De cura. Cap. 15.

COnfert ei phlebotomia basilicæ, si est corpus totum plenum, et maius iuuamen ei in omni dispositione est phlebotomia a [basilicæ,] et ventosatio b [loci] renum, et administratio mundificationis, et corporis semper, et propriè cum vomitu, et c [confectiones ex auellanis similes de seminibus cum boli armeni, et succi liquiritiæ, ęquis partibus.] Et cibus sit, qui bene digeritur, & est boni chymi; sicut uitelli ouorū, et quæ infrigidant et humectant, sicut pulli cum atriplicibus, et d [spinachijs,] et e [blitis.]

a B. saphenæ.

b B. sub loco.

c B. pilulæ factę ex seminib. cū bolo armeno & succo liquiritię

d —— B.

e] B. olus iamenū & cucurbita & spinachia & fructus humidi & propriè granata dulcia, & olera humida. Et cura scabiei meatuū est sicut curā scabiei renū & curam scabiei uesicæ, quare in eis ambabus simul considera.

ANNO-

ANNOTATIONES.

Vlcus intelligit renum superficiem occupans, qui sanè affectus a superiori, loco dumtaxat & magnitudine differt. curatur propterea iisdem præsidijs, quibus & superiora ulcera.

De lapide renum. *Cap. 16.*

COmmunicant renes, & vesica in causa generationis lapidis, & illud est, quoniam lapidis generatio non compleretur nisi ex materia patiente, & uirtute agente. Materia uerò est humiditas uiscosa, grossa, phlegmatis, aut sanici, aut sanguinis aggregati in apostemate, [a] † [ ]& hoc est raro. uirtus uerò agēs est caliditas egressa ab æqualitate, & materia quidem duas habet causas, quarum una est materia materię, & secunda est retentor materiæ. Materia uerò materiæ sunt cibi grossi ex generibus lactis, & propriè spissis, & caseus, & propriè humidus, & carnes grossæ, [b] [&] carnes auium palustrium, & magni corporis, & caro camelina, & vaccina, & hircina, & quę de syluestribus [c] [ingrossant. Et pisces grossi, & cibi de patellis omnes. Et panis uiscosus & crudus, & azymus, & tri. & [d] [sorbitiones ex simila & adarmacha uiscosa, & confectio de melle uiscosa, & fructus acetosi] & difficilis digestionis, & illi, qui generant hum. uiscosum, sicut mala immatura, & sicut caro citri, & pirorum. Et ex aquis turbidæ [e] [propriè non conuenientes] diuersę. & uina nigra, grossa, & propriè quādo digestio est debilis. propter debilitatem uirtutis digestiuæ, aut propter multitudinē eius, quòd sumitur, & destruit uirtutē, aut propter malitiam ordinis, & exercitij super repletionē, & quandoque est materia sanies ulcerum in eis, aut in alijs. Retentor autem materiei est debilitas expulsiuę in renib. propter complexionem, aut apostema calidum, & erysipilam, & ulcera in renibus, & retinentur in eis superfluitates [f] [residentes] omnis aquositatis, quę prouenit ad eos. Aut vehementia caliditatis in eis, [g] [& retinet] superfluitates, & facit eas lapides, antequam expellantur, & attrahit eas ad eos, ante digestionem integram a superioribus corporibus. Et hæc caliditas, aut est inseparabilis, aut accidens propter laborem, aut acceptionem calefacientis, aut propter oppilationem superfluitatum aggregatarum, aut frigus constringens, aut apostemata oppilantia, [h] † [ ] & hoc est plurimum [i] [et] frigida & dura, [k] [& communitas,] membrorum propinquorū sicut intestinorum, & aliorum. [l] [Et quando cōprimuntur renes, tūc accidit in eis oppilatio.] Et istæ res omnes, etiam inueniuntur in uesica causa lapidis, quamuis differant utrique lapides: est. n. ille, qui in renib. est lenior parumper, et minor, et magis decliuis ad rubedinem, et ille, qui est in uesica, est durior, et maior valde, et magis decliuis ad [m] [nigredinem] et ad cinereitatem, et ad albedinem, licet [n] † [ ] generetur in ea lapis, qui minutatim frangitur, et iterum [o] [si est] lapis renū [p] [et] generatur secundum plurimum, et nō adhuc mingitur, [q] [tūc] est sedimen vrinæ retentū cū ea, et [r] [si est vesicæ (et discernitur] secundū plurimum post separationem vrinæ) [s] [tunc est fęx sanguinis, deinde associatur ei, & diuersificatur ab eo.] Et ille, cui plurimū aduenit lapis renum, est pinguis, et ille, cui plurimum aduenit lapis uesicę, est extenuatus, et senibus plurimum aduenit lapis renum, quam lapis uesicę, et infantium, et corū, qui illos sequuntur, est e conuerso, et plurimū huius fit inter infantiam, et pubertatis initiū, et illud ideo, quoniam uirtus expulsiua in infantib. et adolescentib. est fortis, quare expellit a superiorib. membris ad illa, quę sunt inferius. In senib. uerò virtutes renum ipsorum debilitantur ualde. Et iterum, quoniam infantium, et adolescētium subtiliores sunt humores, et propter hoc penetrant in renibus eorum, et senum humores sunt grossiores, quare non penetrant in renibus eorum. Et quod plurimum generatur lapis in infantibus, est propter [t] [appetitū] eorum, et motum ipsorum super repletionē, et quia potant lac, et propter constrictionē meatus vesicæ eorum, et in senibus propter debilitatem digestionis ipsorum. Et propter hoc iudicauit Hippoc. quòd ipse in senibus non sanatur. Et omnis vrina, in qua est humor plurimus, est dignior vt ex ea generetur lapis, et est illa, ex qua quum, [u] [descendit] generatur sal, et est eius sal plurimus. Sal autem generatur ab aquositate, in qua est terrestreitas plurima, quā adussit caliditas. Et vrina quidem infantiū pluris est salis, quam vrina senum, non quoniam terrestreitas eius sit plurima, immo quoniam caliditas in eis est plus, et terreitas eius in adustione est [x] [profundior.] Et propter hoc vrinæ eorum sunt turbidę, propter multitudinē permistionis ipsorum, et propter raritatem corporum eorum, quare soluitur ab eis plurimum aquositatis cum resolutione occulta, et dignior puerorum ut in eo generetur lapis, est ille, qui est siccæ naturæ secundum plurimum, et calidi stomachi. Et non exsiccatur secūdum plurimum natura nisi propter attractionē humiditatum ad ipsius hepar, deinde membra vrinæ ipsius, et quando est illic caliditas, est causa efficiens præsens. Et ad ultimum siccitas naturæ facit vrinam grossiorem, et plurimam, et in illo, in quo est sedimen arenosum, [y] † [ ] non aggregatur lapis, quoniam materia non est [z] [coarctata, et neque aduenit ei iterū causa plurima, et si ipsa esset plurima,] esset primum, quod generaretur ab ea lapis magnus durus, nisi esset [a] † [ ] plurima, sed [b] [esset] mollis suscipiens comminutionē, et si non, [c] [non multiplicaretur] eius separatio in vrina. Et quum forma sit hæc, scias quòd materia [d] [non est] neque propter causam in seipsa, neque propter uehementiam caliditatis [e] [eius, quod in lapidem conuertitur, non suscipientem] comminutionem, et significat fortitudinem expulsiuæ, et huiusmodi iudicium plurimum non est necessarium, et scias quòd parum accidit puellis, et mulieribus [f] † [ ] lapis in vesica, quoniam meatus vesicæ earum est ad exteriora breuior, et latior, et paucorum anfractuum, et in breui de facilitate expulsionis est, quod non est in longo. Et de habentibus lapidem sunt, quibus fiunt paroxysmi

a † B. Alia litera. & dubellati.

b B. sicut.

c B. grossa est.

d B. grana chisch & albeth, & cibaria de simila, & hauari viscosis, & dulcia viscosa, & fructus crudi.

e B. aquæ non famosę, uel non vsitatę.

f B. & residētię.

g B. quæ cōuertu in arenam.

h † B. calida.

i B. aut.

k B. aut communitate.

l B. quum cōprimunt renes, & faciunt accidere in eis oppilationem.

m B. puluerulētiam vel fuscenem.

n † B. quādoq;.

o B. quoniam.

p —— B.

q B. vrina, &.

r B. lapis vesicæ coagulatur, vel induratur.

s B. & est fæx vrinæ, quæ non associatur ei, sed postponitur ab ea Alia litera. post separationē vrinæ, sicut pars fæcalis sanguinis, quę non associatur ei, sed postponitur.

t B. ingluuiem.

u B. diminuitur.

x B. vehementior.

y † B. in vrina.

z B. retenta. Et existimo etiam ꝙ non sit multa vel magna, qm̄ si esset multa vel magna dignius.

a † B. ꝙ esset.

b —— B.

c B. Alia litera. ē pp illud quo multiplicatur.

d —— B.

e B est materia quæ cōuertatur in lapidem lapidatione, quæ nō recipit. Alia litera. tunc scias, ꝙ materia nō est, nisi pp seipsam, & non pp caliditaté vehementé; ab illa. n. conuerteretur in lapidē lapidatione, quæ non reciperet.

f † B. propria.

roxyſmi generandi lapidem, & mingendi eũ. Et quando aggregatur, & g [fortaſſe] egreditur cum vrina, aduenit eis ſicut in colica, Et ſpatium in hoc eſt diuerſum inter menſem, & vſque ad anum. Et ille, qui conſueuit tolerare lapidem magnum, alleuiatur per alios dolores veſicę, & ſignificat illud, quod membrum non h † [ ] ſuſcipiens apoſtemationem velociter i † [ ] non apoſtematur per huiuſmodi. neque per dolorem clamoſũ, quum tolerat dolorem lapidis cum magno lapide, k [tunc] vnuſquiſque amborum ſi ſingulare fiat, apoſtemat. Et ſcias, quòd lapis renum, & veſicæ eſt ex eis, quæ l [hereditantur.]

g B. exiſtimatur quòd.
h † B. eſt.
i † B. quum.
k B. &.
l B. Alia litera. apoſtemat ipſa. Alia litera. accidunt pp ſtricturam ſuper renes a cingulo, ĩ quo aurum & argentũ monetatũ eſt occultum.

A N N O T A T I O N E S.

Habes de renum lapilli cauſis, ſignis, curatione, integrum & pulchrum certè libellum Galeno aſcriptum de renum affectuum dignotione, & curatione, habes etiam ex Hippocrate 6. uulg. morb. ſect. 1. & Paulo lib. 3. Eſt autẽ multiplex de hoc affectu quæſtio. primo, an lapis in renib. morbus, uel morbi cauſa. ſecundo, quę nam effectrix eius ſit cauſa. tertiò quis generationis locus. Sanè, quod ad has quæſtiones facit. Alij lapidem aiunt in ueſica, uel renib. morbum eſſe in numero, nempe quid additum præter naturam. Alij ſymptoma, retentum uidelicet præter naturam. Alij non morbum, aut ſymptoma, ſed morbi cauſam: nempe lapis obſtructionis cauſa eſt, atque id, quod actiones immediatè lædit, ipſa eſt obſtructio. Aſtruunt uerò hi omnes uarijs Galeni authoritatibus ſuam ſinguli ſententiam. Sed paucis. Dicere lapidem eſſe morbum, eſt morbum ſubſtantiam aſſerere, quod perquam abſurdum eſt. at lapidis additio, ut quid numero redundans, morbus dici poteſt. unde & author libri de renum affect. dignot. non lapidem ſed lithiaſim, quaſi dixeris lapidoſitatem, hunc affectum uocat. hæc immediate actiones lædit, atque ablata hac, ſtatim integræ actiones redeunt. Eundem affectum ſymptoma aſſerere, uanum fortaſſe eſt, & ridiculum. retinetur certe quid præter naturam: at ea præter naturam retineri dicuntur, quæ ſecundum naturam rectè ſe habente animali excerni ſolent. in ſano tamen animali non ſolum excerni, ſed neque ẽt gigni calculi ſolent. Adde ꝙ non facile explices, quomodo tot ſymptomatum concurſus, quæ lithiaſim ſequuntur, ab hoc ſymptomate dependeat. Rectius ergo, cauſam morbi lapidem in renib. aut in ueſica dixeris. nempe hæc obſtruit, diſtendit, et ſoluit continuum. obſtructio uerò et ſolutio continui immediate actiones lædunt. Eſt uero etiam de cauſa lapilli effectrice diſcordia. quum enim lapidum concretio in externis rebus, modo quidem a calore fit, modo a frigore: alij a ſola caliditate, alij etiam a frigiditate eundem in renibus gigni autumant. Author tamen libelli de renum aff. dignot. negat ex frigiditate condenſari lapillum in nobis poſſe, quum fieri nõ poſſit, ut uino corpori tantum frigoris accedat, quo concreſcere lapis ualeat. Quæ ſanè res, & ſi fortaſſe ita ſe habet, ut in uiuentium renibus uel ueſica, partib. alioqui, uel eorum ſubſtantia ut renes, uel aliorum viſcerum calidorum uicinia calidis, ut ueſica: non conſtanti tamen, & ſatis firma ratione probari uidetur. quod enim in uiuente etiam animali ex frigore lapilli concreſcant, indicio ſunt tophi in articulis quotidie geniti, ſed de hac re ſatis. Alia de lapilli generationis loco quæſtio exoritur, quum alij in ipſa renum ſubſtantia, alij in concauitate gigni aſſerant. Verum, quod in carne atque ipſa renum ſubſtantia calculi gignantur, res ipſa patefacit. Videre id ſæpe numero in corporum licet diſſectione. teſtatur amicus noſter Daneſus Daneſius uir ſanè diligentiſſimus & eruditiſſimus, conſpectos a ſe hominis cuiuſdam renes totos ferè calculis plenos, mole, ſi renibus comparaſſes, longe ipſorum renum ſubſtantiam ſuperantibus. At quod in ipſis tamen etiam renum ſinibus concreſcant, ex diſſectione itidem deprehenditur, atque id fateri etiam Gal. uidetur lib. de renum aff. dignoſc. Imò noſtra quidem ſententia, ſicuti non raro in renum carne calculi fiunt: ita qui excernuntur per urinas, in ſinu ipſo genitos eſſe putandum eſt, non in ipſorum renum corpore. qua enim ui, qui in rene ipſo concreuere, extra ſolidum id corpus per urinas exeant, non uidetur apertum ſatis: quamuis non ignorem alios alia huius rei gratia commentari.

Text. 5. Cap. 45.

De ſignis. Cap. 17.

Signorum autem lapidis, qui eſt in renibus, primum eſt vrina, & eſt quòd vrina in primis eſt groſſa. deinde incipit conuerti ad tenuitatem, & attenuatur propter retentionem turbidi, a † [ ] tunc exiſtima eius generationem, quamuis quãdoque mingatur in principio rei tenuis. Et b [generatio] eius in principio rei groſſa eſt magis ſignificatiua ſanitatis uirtutis, & dilatationis meatuum. Et quandoque eſt cum eo ſedimen plurimum ſimile ſedimini, quòd eſt in ægritudinibus hepatis infirmi. Et quanto plus eſt vrina vehementius clara, & magis aſſidue clara, & paucioris ſedi minis, ſignificat quòd lapis eſt durior. et dicitur quòd quando ſani, & propriè ſenes mingunt c [nigrum] cum dolore, aut abſque dolore, indicat quod lapis completur in veſica, & confirmatur ſignificatio in omnibus illis, ſi uides arenam reſidentem. Et eſt arena illa tendens ad rubedinem, & citrinitatem. Et d [confortat illud] ſi inuenitur grauitas in chatin, & dolor e [& ſi] quaſi retineatur aliquid, quum mouetur ſuper eum, ſentitur f [in eo, quod ſequitur alchatin,] ſignificat magis fortitudinẽ virtutis, & amplitudinem meatuum. Et vehementior dolor, qui fit propter lapidem renum, quum in primis generatur, eſt quia conſtringit. g [Et propterea quia innititur quum mouetur, & incedit in meatibus, & propriè in meatu veſicæ facit dolorem, quum mouetur ab eo.] In diſpoſitione verò congelationis eius, & quietis eius, & quietis patientis ipſum; quũ non eſt repletio vehemens, coarctans, commouens lapidem, inuenitur h[retentio grauitatis] tantum. Et repletio cibi facit ipſum vehementius excitare dolores, & propriè quando deſcẽdit cibus ad inteſtina i † [ ] & pertranſit ea; quum autem euacuantur, & expelluntur ſuperfluitates ex inteſtinis, dolores ſunt quietiores. Signa verò motus lapidis, ſunt k [grauitas] doloris, & eius vehementia, & deſcenſio eius ex alchatin vſque ad inguina, & l † [ad] emunctoria, & tunc, iam peruenit lapis ad meatum m [ueſicę,] & quum ſedatur ille dolor, tunc iam peruenit in veſica.

a † B in renib⁹.
b B. eſſentia.
c B. vrinã nigrã
d B. fortificatur illa.
e — B.
f B. ſentit quod vicinatur alchatin & ipſum.
g B. locum. Et apud motũ, & ĩ ceſſionẽ in meatib. & proprie ĩ meatibus verſus veſicã, & qũ fit dolor apud id, quod mouetur ſuper eos. Alia litera. qui deſcẽdit. eſt p id qđ extendit, & lædit apud motum ſuũ, & tranſitũ in meatib. & propriè ĩ meatib. ad veſicã quare fit dolor, quũ mouetur ſuper eo.
h B Alia litera. ſenſatio.
i † B vicina ei.
k B. pmutatio.
l † B. poros vrinales tranſeuntes ſuper.
m B. prope veſicam

A N N O T A T I O N E S.

Pulchre admodum lapilli in renib. notas deſcribit author libri de renum affect. dign. & Trall. lib. 9. Paulus quoque lib. 3. & Aetius lib. 11. eadem de re.

Cap 3 & 4.
Cap 4.

De curatione. Cap. 18.

Dicamus hic curationes, quæ ſunt lapidis renum propriæ, & communes ei cum lapide

pide vesicę: deinde faciamus ad lapidem uesicæ capitulum singulare & curationes singulares proprias. Intētiones quidē. quas medici in curatione lapidis intendunt, sunt abscissio materiei eius, & prohibitio generationis ipsius cũ abscissione causæ & rectificatio eius. Deinde [a] [mundificatio,] & comminutio ipsius, & fractio eius, & [b] [compressio] ipsius & eradicatio eius ex suo suspensorio cum medicinis, quę illud efficiũt. Deinde eius extractio, & [c] [subtiliatio] in ipso, & ordine eius. Et illud completur cum medicinis prouocatiuis, aut cum adiuuātibus de foris. Deinde est regimen sedans illud, quod sequitur inde de doloribus, & rectificatio eius quod accidit in eis de ulceribus. Et sũt quidam, qui laborant extrahere ipsum per incisionem ilij, & per dorsum, sed est magnus timor in eo, & operatio eius, qui rationem non habet. Materiei autem abscissio præparatur in primis cum euacuatione eius per solutionem ventris, aut per vomitum: deinde abstinendo a cibis grossis, & aquis turbidis, ęquando quod comeditur, & confortando stomachum, & faciendo, ut digestio sit bona. Et cum exercitio temperato in tempore vacuitatis, & fricatione eius, [d] [quod in medio stringitur,] & leniendo naturam, vt declinent humores grossi ad latus fæcis, & non fiat ex [e] [declinatione fæcis] coarctatio renum.[f] † [ ] Et ex eis, quę conferunt ad hæc, est assiduatio prouocationis cum eis, quæ lauant uesicam de seminibus diureticis, & de illis, quæ bona sunt apud illud, est aqua ciceris: & [g] [aqua carnis:] & aqua foliorum raphani, & raphanus ipse, propriè minutus humidus. Et quum superuenit ei spatium dierum, administretur diureticũ forte. In pueris vero prohibet generationem lapidis, sumere in potu vinum album subtile permistum, & iuuatur a clysteribus lenibus temperatis per illud, quod educunt de fęce, & leniunt naturā, & [h] [quandoque ponuntur in eis de medicinis clysteris, & perducunt virtutem propriè.] & ex prohibitiuis generationis eius, est vomitus post cibum & multus vsus eius: Ipse enim expellit superfluitates grossas per viam contrariā viæ, cuius motus est ad renes, & facit latus renum mundum, & vacuum. & balneum, & [i] [renes fortasse perueniunt] ad lubricitatem eius, & quandoque extrahunt materias ad illud, qđ de corpore apparet, & auertunt eas a renibus. Et quando multus vsus est eorum, mollificant virtutem renum. & similiter si administrentur in hora, in qua non sunt necessarię lenificatio, & sedatio doloris. Faciunt enim renes susceptibiles materierum effusarũ ad eos, propter mollificationem ipsorum, & dormire super dorsũ est ex eis, quæ lapidi conferunt. Medicinæ vero comminuentes, cum sunt secundum plurimũ medicinæ amaræ, quę non sunt valde vehemētis caliditatis, & addant in causam, & omne, cuius incisio est vehementior, & cuius caliditas est minor, est melius, & oportet ut illę, quæ sunt lapidis vesicæ, sint uehementius calidæ, quam illę, quę sunt lapidis renum, & est hoc genus medicinarum aliud, quarum operatio nō proportionatur ad calidum & frigidum, imò non faciunt illud, quod efficiunt, nisi cum proprietate, & medicinarum comminuentium quædam sunt, quæ non sunt cum illa superfluitate in virtute, & natura earum est ad comminuendum lapidem paruum. Et illarum, quæ non sunt cum vehementia, quędam sunt, quæ sunt uehementis virtutis secundum lapidem renum, sed sunt paruæ virtutis secundum lapidem vesicę, aut non habent uirtutem ad illum, sicut lapis iudaicus. Et quædam earũ sunt, quæ sunt fortes secundum lapidem renum, & operantur in lapidem vesicæ. Et quædam sunt fortes vehementes in vtrisque lapidibus simul: sicut auis, quæ nominatur altragulidos, & sicut cinis scorpionum. & quum componuntur ex medicinis ad lapidem medicinæ, oportet ut adiungantur eis species medicinarum, quæ eas adiuuent ad operandum, quod efficiunt, de quibus sunt medicinæ fortis prouocationis, [k] [& extrahunt in urina grossa, illud, quod eradicatur de lapide & comminuitur. Et de illis sunt medicinæ, in quibus est [l] [altera perficiāt integritatem] suæ operationis. & istę medicinę sunt non uelocis penetrationis propter pinguedinem in eis, & uiscositatem: & sunt cum hoc facientes digestionem, sicut gumma [m] [fœniculi,] & de illis, sunt medicinę velocis penetrationis, & mũdificationis, sicut piper, & [n] [allia.] & medicinæ confortantes membrum apud diuersitatem impressionum in eo, & motum super ipsum, & sunt medicinæ albezereati sicut spica & casia [o] † [ ] & aliæ, & de illis sũt medicinæ, in quib. est stypticitas subtilis: sicut sunt robub fructuum, ut conferuent [p] [membrum.] & quandoque miscentur cum istis medicinis medicinæ sedantes dolores cum proprietate, aut stupefactione [q] [sua cum prouocatione.] Quumque componimus medicinam secundum hanc formam, operatur uirtus naturalis in ea: quare utitur eis, quæ ad lapidem sunt apud lapidem [r] † [ ] postquam usa fuerint [s] [illis] ad hoc ut peruenirent illæ, quæ sunt ad lapidē ad locum lapidis, & tunc utitur [t] [liquefactiuis & lenitiuis] illic, ut permaneat medicina lapidis, & facit ipsam morari, ut operationem suā efficiat [u] † [ ] [[x] per hoc quod dominatur ei virtus administratiua, quum] iam ante illud vsa fuerit illis facientibus penetrare, [y] [quę festinare fecerunt illis ad lapidem, facientib. ad lapidem, & quum utitur comminuentibus, & comprimentibus, et faciunt operationem suā, euanescunt medicinę morari facientes, & prouocatiuæ, & penetratiuę. Quum autem extenditur] dolor, administra stupefacientia secundum, quod regula cognita in compositione medicinarum, & quandoque [z] [est necessārium ut in medicina singulari una, sint] plures harum proprietatum. Nunc quidem numeremus medicinas comminuentes lapidem & extrahentes ipsum.

a — B.

b B. commotio.

c B. subtilis operatio.

d B. & prohibitione constrictionis medij dorsi.

e B. fæce.

f † B. & constrictio.

g B. aries.

h B. p illud qđ ponitur ĩ eis de medicinis lapidis, quare peruenit uel perducitur virtus earũ ex proximo seu velociter.

i B. tina fortasse perducunt.

k B. quæ extrahant vrinā grossam, vt extrahatur.

l B. tepefactio motus aliarum medicinarũ, & mora, ut perficiatur cũ mora ipsarum integritas.

m B. polypodii. Alia litera. pini.

n B alia.

o † B. lignea.

p B. virtutem membri.

q — B.

r † B. & dimittit vel relinquit prouocantia, & directiua ad membrum, quum iā applicauerit se cũ medicinis lapidis apud lapidem.

s B. prouocatiuis.

t B. permanētibus, & his quæ faciunt morari.

u † B. & nō moneant ipsas penetrātia, & prouocantia a loco quo indigēt, vt stent in eo tempore, vt faciant operationē suā.

x B cũ eo quod dimisit virt' operatiua, vel pp illud qđ dimisit virtus operatiua, &.

y B. vt festinaret medicinas lapidis versus lapidem antequam paterentur a natura passiōe debilitante virtutē, cum qua operationem faciunt ĩ lapide, & quū usa fuerit medicinis cōminuentib. lapidem, & commouentib' & fecerit operationem earũ, dimittit medicinas permanentes, & morari facientes, & festinare, & accelerare facit prouocantia, & penetrantia. Quū autē fortificatur.

z B. aggregantur in vna medicina singulari.

ANNOTATIONES.

Habes huius item affectus curationem ex authore de renum aff. dignosc. & curat. Tralliano lib. 6. Paulo libr. 3. Aetio

Aetio lib. 11. fusissime. Pulcherrime uerò & breuissime Hipp. 1. in 6. uulg. morb.

De medicinis comminuentibus lapidem. *Cap. 19.*

ET sunt sicut costi radix, & radix rubi, & bdelliũ & radix [a] [sule &] corticis radicum aldemest, & cicer nigrum, & propriè aqua eius, & semen altheæ, & fructus alkarasiæ, & gummi alzarur, & in alzarur est uirtus in hoc, & [b] [tribuli & rad. eorum sunt boni] ad illud, & radix [c] [alhascæ,] & squilla, & acetum eius, & oxymel ipsius, & apium montanum & calamẽthum, & absinthium. & cassia & radix [d] [citruli] campestris, & xylobals. & carpobals. & opobal. & [e] [radix eius est fortis] ualde, & semen maluæ campestris, & cardus, & aqua radicis eius, & scolopendria, & capillus veneris, de quo sumatur pondus drach. ij. in aqua raphani, & apium, & radix [f] [athel & semen can nabis] & virga pastoris & propriè roman. & cyminum campestre. & radix pentaphylon, & aqua eius & chamæpityos & polium, & radix asparagi, & semen cyperi egyptiaci, & corticis radicum lauri, & semen raphani & scordeon, & extremitates uitis albæ & ruta agrestis. Et iterum. baurac armeni, de quo sumatur pondus aure. v. & conficiatur cum melle & potetur in aqua raphani tribus diebus, & iterum sotire au re. j. cum aqua tepida. Et dixerunt quidã, quòd si sumantur septuaginta grana piperis, & optime terantur, & fiant ex eis vii. trochisci, & detur in potu omni die troch. vnus, [g] [descendet lapis.] & in physticis est uirtus, aqua comminui tur lapis renum. Et de fortibus secundum lapidem renum, sunt lapis iudaicus, & pulegium, & chamæpityos. Et de fortibus absolutè sunt cinis scorpionum, & oleum, in quo ponuntur scorpiones stans sub sole, linitum iniectum per siringam in lapide uesicę. Cineris autem scorpionum regimen melius est. vt linias uas simile vrinali spissum luto sapientiæ, deinde ponas in ipso scorpiones, & dimittantur in furno calido nocte vna [h] [ad] minus, ita ut non perueniant ad summum in adustione, & in mane remoueantur. Et vitrum est melius quam testa exsiccans, & accipiens. virtutem. Et cinis leporis decollati secundum hunc modum est fortis, de quo sumatur in potu pondus. drach. ii. Et [i] [aqua eius] sunt vehementis iuuamenti & resolutionis, [k] [& quę de eo ex more sumuntur, sunt caput] & extrema ipsius exsiccata in sole in vase æneo. Et iterum lumbrici terrestres exsiccati. Et iterum vitrum attritione factum, vt atomi, qui in solis apparent radio. Et iterum cinis uitri, & illud melius fit, si igniatur super cochlearium ferreum, & tritum cribelletur, dein de ponatur super aquam [l] [fabarum] & ostendetur in ea quod de eo calcinatur, & iterum reliquum [m] † [ ] donec pulverizetur totum, deinde teratur puluis sicut atomi, qui sunt in radio solis, & datur de eo in potu aur. i. in xij. aur. aquæ calidæ, & illud melius est, quod est de uitro albo, claro. Et de illis, quę valde fortia sunt, est vnus lapidũ, qui in spongia inueniuntur. Et iterum sanguis hirci exsiccatus, & ille melior est, qui sumitur

a B. alrathbe.

b B. pulegiũ & radix eius est bonum. Alia litera. radix eius est bona Alia litera. & radices eorum sunt bonæ

c B. alcannę.

d B. Alia litera. maluæ.

e B. Alia litera. oleum balsami & existimo quod sit forte.

f B. alhil & semen folij.

g B. minget lapidem.

h B. aut.

i B. ex eis quæ.

k B. est alierha est quo caput eius sit acceptũ.

l B. Alia litera. alkali.

m † B. inflammetur.

in hac hora, in qua coloratur vua. Quęre ergo ollam nouam, & [n] [ablue eam] aqua, ita vt remoueatur, quod de ea est de natura [o] [terreitatis] & salsedinis, & si fuerit lapidea erit melior, deinde decolla hircũ, qui habeat quatuor annos super illam ollam, & dimitte primum sanguinem eius & vltimum currere & assume mediũ tãtũ, deinde dimitte donec coaguletur, deinde incide ipsum in frusta parua, de quib. facies troch. quos ponas super rete, aut pannũ mundum, & sparge eos ad solẽ sub diuo; post orale defendens eos a puluere, & dimitte eos tandiu, donec eorum exsiccatio uehemens fiat in loco, ad quem ros nullo modo pertingat: & conserua trochis. & quum uolueris da eos in potu cochlearium unum in uino [p] [aceti,] in hora quietis doloris, aut in aqua apii montani & uidebis rem mirabilem. Et de eis, quæ fortia sunt, est cinis [q] † [ ] ouorum gallinę, post quam euacuata sunt a pullis. Et de eis, quę sunt uehementis fortitudinis, & meliora omnium, est auis, quæ græcè nominatur traguiidos, & auis est de genere paruarum, minor omnibus auibus, excepta aue regia, & color corporis eius est inter uiridem & cineritium, & citrinum, & super alas eius sunt pennę aureæ, & super caudam ipsius sunt alba puncta, & plurimũ apparitionis eius est in hyeme, & apud piscinas & apud parietes, & ipsius uolatui apud parietes non est fixio, imò uolat parum & cantat, et garrit semper, et mouet caudam. et ipsa comedatur cruda. sicut est, quod melius est, & comeditur elixata, et assata, et salitur, et reseruatur ut caro salita. et quandoque aduritur sicut est, in furno, qui non sit cum illa caliditate. s. cum quantitate, qua [r] † [ ] dominetur ei adustio, et destruatur uirtus, et fit in uitreato uase, et secũdum modum, qui dictus est ad scorpiones, et alia, et quandoque aduritur in olla lapidea, aut [s] [butinai] et stringitur caput eius, et quum pertransit terminum [t] [rei] tendens ad adustionem, tunc retine. et quãdoque [u] [pulverizatur] illud, quod de ea salitum est, et assatum ipsius cum pipere, [x] † [ ] et similibus, et abibatur tritum eius [y] [a pulverizatione, aut adustione cum uino claro], cum melle: [z] [aut cum aqua mellis,] aut cum chandicon. et similiter unaquęque harum medicinarum. et existimant quidam quòd hęc auis sit auis spinæ, sed hæc est auis, quæ nominatur francigine safuriõ, de qua non scio an sit illa, aut alia, et existimãt quod quãdo exsiccatur, et bibitur, paulatim extrahit lapidem ex omni loco. et dixerunt quidam quòd lapis ipsę extrahit lapidem. et iterũ fimus columbinus, et fimus galli, et existimant Hunain et Alkindus, quòd quando sumitur [a] † [ ] de eo pondus. drach. ii. et origani pondus drach. s. et quantum ipsum est zuccari tabarzet, extrahit omnem lapidem. et quando ponuntur cum eo piper, et sal, et proprie in decoctione pulegii, et iterum scarabei exsiccati. et existimant quidam quòd suffumigatio eius, quod est sub uirga, cum spina eritii, facit mingere lapidem. et hoc est de illis, quę ego non uerifico. Medicinæ uerò, quę cum istis permiscentur pharmaciis ad penetrandum, sunt, sicut piper, & calamenthum, & cinnamomum, & iste

n B. bulliat in ea.

o B. cinereitatis

p B. dulci.

q † B. corticum.

r † B. non.

s B. burnia.

t B. assationis.

u B. aromatizatur.

x † B. folio indo.

y B. quod est salitum aut adustum cum uino puro aut.

z ——— B.

a † B. in potu in corpore magno Alia litera. in corpore paruo.

& istæ cum hoc sunt iuuatiuæ in capitulo motionis lapidis Medicinæ autem, quæ cum istis commiscentur ut prouocent cum uirtute, & extrahant superfluitates grossas, sunt sicut semina cognita, & ꝓprie b[fœnugr.] & sicut daucũ, & meu, & phu, & assarũ, & acorus, & ammeos, & keisim, & siseleos, et semen agnicasti, & squināthum, & cordumeni, Et fortasse quidā homines dicunt bonum esse vti cantharidibus. Et istæ quidem medicinæ cum vehementia prouocationis suæ non sunt priuatæ impressione in lapide.c † [ ] Medicinæ uero doloris sedatiuæ sunt, sicut semen lini, & mucilago eius, & sicut nuces, & auellanæ: d † [ ] & semen altheæ, & habent ordinem etiam ad medicinas lapidis, & conuenientiam ad corpus renum, & ex narcoticis est illud, quod scimus. Medicinæ autem confortatiuæ, sunt sicut behen; et e [aristolochia.] & lilium siccum, et semen agnicasti, et iterum sunt rosa, et balaustiæ, & squinanthum & sandali. Medicinę vero cōpositæ ad lapidem sunt, sicut mithridatũ: ipsũ nanq; fortis operationis est in lapide renum, & sicut sagzenea, & sicut confectio de scorpionibus cognita ad renes, & vesicam. Et iterum medicamen factum cum sanguine hirci, quod nominatur manus dei propter suam nobilitatem. Et medicamen thesaurizatum dictum, factum cum oleo balsami, quod est mirabile, Et sicut medicamen forte, quod experti sumus, recipiens cineris vitri, & cineris scorpionum, & cineris radicum caulium nabati, & cineris leporis, & lapidis spongiæ, & sanguinis hirci exsiccati contriti, & cineris corticum oui, de quo pullus egressus est, & lapidis iudaici, & gũmi nucis, & acori partes æquales, & petroselini, dauci, pulegii, gummi arabici. & seminis altheæ, & piperis omnium an. partem. i. & s. cum melle conficiatur, f † [ ] cuius dosis sit vsque ad aure. ii. & supra, cum aqua tribulorum decoctorum cum ciceribus nigris. Et hoc etiam conueniens est ei, qui in vesica est, g † [ ] extrahens ipsum similem luto albo. Et iterum ex eis, quę sunt fortia aggregata, est illud, quod recipit sem. melonis & uitri adusti & h [culbum] partes æquales. sumatur cum aqua ciceris. Et iterum fimi columbini, & fimi gallin. detur aliquid cum aqua raphani, aut cum uino. aut cum aqua calida, est. n. aggregatiuũ, et de illis, q̄ sunt aggregatiua, est, ut sumatur condisi pōdus drac. i. fimi columbini. drac. j. scarabei. drach. i. duodecima, terantur & dentur cum vino. Et iterum lapis spongiæ, scolopendriæ, capilli veneris, seminis altheę petroselini, æqualiter, & sit dosis quantum necesse est ī aqua apii, aut aqua radic. aut aqua tribulorũ, aut aqua raphani. et iterum de eis, quæ sunt aggregatiua est illud, quod Recipit granorũ fructus balsami, calamenthi campestris sicci, lapidis spongiæ, sem maluæ, & albedarungi sicci partes ęquales terantur, & dentur ex eo omni die cochlearium unum cum uino permisto, quasi drach. iiii. & de illis, quæ propriora sunt ei, qui est in renibus, est illud, quod Recipit. i [meisus] sumirion. amborum ana pondus. drach. ii. piperis. drach. iiii. cuius dosis sit secundum quantitatem, quæ existimatur cum oxymelle squillitico. Et iterum rutę campestris maluæ campestris, radic. apii partes æquales, de quibus sumatur quātitas duorum cochleariorum, quæ coquatur in uino. & coletur, et bibatur uinum, & iterum radix pentaphylon cum k [oxymelle squillitico, [aut aqua meliis. Et iterum sem. raphani & l [culbũ] æqualiter m † [ ] sumatur in potu una vice post aliam, & iterum granorum almhaleb excorticatorum tritorum aure ii. croci aure. i. n [aristol aure. s.] conficiantur cum melle, cuius dosis sit. drach. iiii. & iterum cordumeni pondus ii. ʒ. o [cum tertia sui] cortic. radic. lauri. p † [ ] & iterum semen alharmel, et bdellium sumantur, de quibus fiant pilulæ, et sumatur de eis omni die pondus. drac. i. cũ aqua calida, et cũ aqua foliorũ raphani aut enulæ humidæ aut cũ aqua oliuarũ. Medicamē vltimũ sedans dolorem, et extrahens lapidem, Rec. sumiriō, et est apium campestre, et dicitur apium persicũ, unc. i. cyperi ægyptiaci, spicę aromaticæ, sem. papaueris albi, cinnamomi, casiæ, piperis albi, sem. bauciæ, acori oīum ana unc. i. et s. lapidis iudaici lapidis delati de regiōe Macedoniæ an. unc. s. cōficiātur cũ melles de quo sumatur ad magnitudinē auellanæ cum vino. Medicamen conferens generationi lapidis, Recipe. q [sem. citruli] pulegii sem. altheæ omnium ana drach. i. sem. cucu hortulani, seminis melonis, dragacanthi omnium ana drac s. misceantur omnia, et sumantur, sitque dosis eius pōdus. drach. ii. cum uino subtili permisto. Aliud. Recipe, lapidis inuenti in spōgia, radicis tribuli, sem baucię, oīum ana. drac. ii. sem. cucumeris hortulani, seminis melōis, sem. altheæ, amyli oīum an. pondus drach. ii. seminis fœniculi, anisi, polij omnium an. drach. iii. et quādoque dantur eis in potu aquæ, in quibus decoquantur medicinæ lapidis r † [ ] sicut aquæ, in quibus decoquuntur chamæpityos, et polium, et calamenthum, et siseleos, et radix tribuli, et fructus eius, et scolopendria, et radix maluæ, et capillus ueneris, et uirga pasto. et ra. s [tamarisci:] et radix eupatorij, et semen altheæ, et t [fumorion et saguas:] et pulegium, et alia u [ex] diureticis. Et quando administratur in diebus sanitatis, prohibet generationem lapidis etiam. Et ex decoctionib. quib. iuuamentũ cōfertur lapidi renum, quum eorum administratio assiduatur in horis paroxysmi, est ut decoquantur folia maluæ campestris, et ponantur in decoctione eius butyrum, et mel, de qua sumatur in potu res plurima x [frangit] enim lapidem, et prouocat vrinam et lenit iter eius, et extrahit eum cum facilitate. Et Rufus quidem dixit quòd plurima balneatio in thermis suphureis frangit lapidem. Et hoc fortasse facit peruenire ad hoc, quod quædam aquę calidę, quæ quan

doque

c B. apij montani. Alia litera, montana.

c † B. medicinæ verò, quæ ꝑmiscentur ad tardandũ paulatine sunt sicut gũmæ. Et quādoque sunt in seipsis operantes in lapidem, sicut gumma albesfargi, i. polypodij, & gumma nucis. Alia lr̄a. gummi ratinegi.

d † B. & grana pini maiora. Alia litera & mucilago eius, & sicut grana pini maiora & auellanæ.

e B. zarumbet.

f † B. & reseruetur.

g † B. Et iterũ cinis radicũ caulium nabathi, & cinis ouorũ, de quibus sunt egressi pulli, & rasuræ vel fricaturæ lapidis iudaici masculi & fœminæ aggregentur, & detur in potu ex eo quātitate vnius cochlearij in vino, aut aqua tribulorum, & est etiam cōueniēs ad lapidem vesicæ.

h B. calc. i. almes indi seu milium solis.

i B. misusen.

k B. syrupo acetoso mellino.

l B. alchat.

m † B. datur ex eo, sicut auellana cum oleo iasmino. & iterum medicamen expertũ sem. melonis, sem. altheæ; & cartami, & croci, & alchait .i. melsindum.

n B. Alia litera. reubarbari aureus i.

o — B.

p † B. quantum ipsum.

q B. sameriona.

r † B. ipsum cōminuentes.

s B. alchit.

t B. samariuma & insera.

u B. cum.

x B. lubricat.

doque vlcerant cutem, quando ponuntur in eis medicinę lapidis, & submergitur in eis pānus, dum sunt calidæ, & ponitur super locum lapidis, resoluit ipsum. Et ego iam expertus sū res huius generis: In regimine autē y [in pręparatione] lapidis ad hoc vt z [eleuetur] & patiatur a medicinis cum facilitate lubricitatis, & exitus, oportet ut administrentur olea mollificantia, inungendo cum fricatione. Et similiter emplastra, & embrochationes, & cerata mollificantia, & balnea, & tinæ cum quantitate, quę non mollificent virtutem superfluè, & debilitetur expulsiua, & quandoque currit propter illud ad membrum additio materiei. Et tunc bibitur medicamen ad eradicationem lapidis, vt fiat facilis super ipsum eradicatio, & extractio. Et oportet vt misceantur cum mollificantibus confortantia, secundum canonem motū & proprie quum non est confortantibus plurima contrarietas ad intentionem, quæ est in resolutione, & illa sunt sicut oleum de lilio, & oleum de spica, & oleum de alcanna, & corpora eorum etiam: Et oleum alkeiri aggregat intentiones plurimas: deinde stringantur mediū & a [alchatim,] & pecten, vt dilatentur meatus desuper, aut fricentur cum manu, deinde detur in potu medicamen communitiuum, & si fuerit sumptum in potu, tūc consequenter adhibentur diuretica. Et non est malum, vt bibatur etiam, quod est sicut casia fistula, cum oleo amygdalino, & cum succo viscoso, qui fit de succis diureticis, in quibus sunt viscositas, & lubricitas cum oleo amygdalino. Et ex eis, quæ conferunt post mollificationem, aut quum excusatio est a mollificatione propter illud, quod scis b [de lapide suspenso moto,] sunt vaporationes cum spongia, & similibus sibi, infusa in aqua & oleo, & cum panno, aut furfure: Aut emplastra calefacta & c [viscosa, aut] cum oleis calidis calefactiuis, sicut oleo rutino aut cum oleo & castoreo, Et est necessarium vt conseruetur calefactio emplastrorum. Quòd si necessaria sunt fortiora illis, ponantur ventosę uacuæ d [super] lapidem, & e [sit earum positio dolorosa] vt attrahat ipsum: deinde deponatur ab illo loco ad illum, qui est sub eo ad inferiora. & suspendantur ibi. Et similiter secūdum gradationem descendant a loco renum secundum obliquationem f [munctoriorum] ad inferiora. Quumque descendit ad vesicam, sedatur dolor. Et quādoque exercitium & motus, & equitatio super animal g [inquiete incedens] sufficiunt. Et similiter descensus per gradus, & propriè postquàm administratæ fuerint inunctiones. Quumque descendit ex vesica ad meatum virgæ, tūc fortasse facit dolorē, & tunc oportet vt regatur regimine illius loci cum eis, quæ dicemus. Regimen autem doloris, quando comouetur, & propriè apud virgā propter magnitudinem lapidis, aut propter dē tes in ipso. & fracturam rasicationis, & asperitatem excoriantem, quandoque possibile est vt sit cum balneo & tina. Quum autem superfluunt, h [& mollificant,] redit dolor vehemēs post horam. Et embrochę de chamæmilla & meliloto, & althea, & furfure bonę sunt, & iunatiuæ. Et si fuerit constrictio aliqua naturæ, tunc de rectioribus rebus est, extrahere fæcē cum suppositorio, aut cum clysteri non magno, quod coarctet, & dolorem faciat, imò suppositorium anabilius est mihi. Et in lenificatione naturæ est alleuiatio plurima, & sedatio doloris. Et non est semita ad administrandum catharticum, ipsum enim lædit, & nocet per illud, quod descendere facit desuper. Clystere autem quum in eo ponuntur adipes, & unctuosa, & virtutes mollificantes, & uirtutes diureticæ, facit cum solutione uentris lenitatem, & frangit dolorem, & adiuuat ad extractionem lapidis. Et quandoque dolor fortis sedatur, quando curatur cum eis, quę diximus, deinde quum curatur lapis, multiplicatur. Quare rectius est vt abstineatur a medicinis fortiter mouentibus & administrentur clysteria leuia, lenificantia & inunctiones, quæ comprimendo & & fricando fiunt, & cerataria mollificantia, lubrificantia. & i † [ ] de illis hac hora, est administratio uomitus, & illud est de eis quæ minorant materias comprimentes lapidem, sed fortasse nocet per illud, quòd attrahit lapidem ad superiora. Et si fuerit dolor de illis quæ non k [remouentur] prorsus tunc necessarium erit dare in potu illud, quod stuporem facit. & l [iterum philonium, & etiam mithridatum mandragoratum,] et theriaca; quæ nō est antiqua, imò ad nouitatem decliuis, & in qua est uirtus opii remanens; ipsa.n.plurib. cōfert modis. Cōfert nāq; ex parte theriacitatis, et ex parte prouocationis, & cōminuit lapidē, & ex parte stupefactionis doloris, & quādoq; iuuat in m [diebus uentositatem in renibus coarctantem] etiam lapidem. et cognoscitur per signa uentositatis renum, aut n [uentositatem in intestinis comprimentem] ipsum. & cognoscitur per signa sua quare oportet tunc ut intendatur ad ea, quę frangunt uentositatē, sicut ruta, & semen eius, & semen apii, et anisū & ammeos, & carui, et nigella dando in potu in eis, quæ sunt sicut aqua mellis, aut emplastrando, aut faciendo ex eis ceratum cum oleo aliquo, et utendo eo in clysteri. et si fuerit lapis propter apostema calidum, curetur curatione apostematis renum in primis. et sufficient ea, quę scis de embrochis, et emplastris, et ceratariis in eo modico aceto, donec penetrent, et similiter fiat clystere cum istis succis, et cum oleo ros. cum eis, et si indigent phlebotomia, fiat, et si fuerit propter apostema durum, tunc adhibeantur ea, quæ sunt sicut mucillagines calidę, ut mucillago seminis lini, et fœnugræci, et altheę, et se. almaru permistæ cum eis, quę infrigidant, et similiter chamæmilla, et melilotum, et tribuli, et anethum. et ista administrantur bibita, et administrantur clysterizata. et administrantur epithemata. et quando administrantur epithemata, oportet ut ponantur in eis, quæ sunt sicut gumma pini, et serapinum, et ammoniacum, et storax, et castoreum, et sicut myrrha. et iterum olea calida cum confortantibus aliquib. et de unguentis, unguentū diaquilon et unguentum de adipibus et alia, et quum uideris o [inflationem,] prouocabis tunc. Cibi autem lapidem patientium sunt illi, qui contrarii sunt cibis nocentibus eis, et carnes

y B. præparationis.
z B. eradicetur.
a B. hypochondria.
b B. quod lapis est suspensus motus.
c B. vnctiones.
d B. infra.
e B. locum doloris.
f B. duorum potū viridum.
g B. quod saltādo vel trottādo incedit. Alia litera.
h B.
i † B. quūque.
k B. tepescunt.
l B. iterum philonium, & medicina mandragorata. Alia litera. melius est philonium, & etiam medicinę mandragoratæ.
m B. dolore vētositas in renibus coarctans
n B. vētositas in intestinis comprimens.
o B digestionē.



p B. & colubini dissoluti.

carnes auium assatæ habentium colorem cineritium, & auium in domibus habitantium,[p] [dissolutę] cum decoctione, non nocent eis, & similiter, quæ de carnibus sunt subtilia. Et cancri assati caro confert eis. Et oportet ut in cibis eorum ponãtur capita cardi, & asparagi, & propriè campestris, [q] [cum] aqua ciceris [r] † [ ] & oleo cartami.

q B. &.
r † B. cum oleo.

FEN XIX.

De dispositionibus uesicæ, & urinæ, duos comprehendens tractatus.

TRACTATVS PRIMVS.

De dispositionibus uesicæ.

De anatomia uesicæ. Cap. 1.

QVemadmodum Deus excelsus creauit fæci vasa aggregatiua comprehendẽtia totũ usquequo aggregatur, deinde expellit totum simul, per quod fit excusatio ab ascellatione cõtinua hora post horã sicut sciuisti, similiter præparauit excelsus, & creauit eis, quod de superfluitate aquositatis attrahitur digne excuti & expelli, capacitatem & sacculum cõprehẽdentem totalitatem eius, aut plurimum eius, donec surgat ad extrahendam ipsam semel, & non sit necessarium expellere ipsam continuè sicut accidit patientibus distillationem urinæ, & capacitas illa est uesica. Et creata est neruosa ex neruis ligamenti, vt sit vehementioris fortitudinis, & sit cum fortitudine susceptibilis extensionis, [a] [planæ, substẽtatę,] ut impleatur aquositate. Quumq; repletur, euacuatur, quod in ea est, cum uoluntate, ad quam perducit necessitas, & in collo eius est carnositas [b] [retenta] uicina lacerto. Et ipsa quidem [c] † [ ] duas habet tunicas, quarum interior in profundo est dupla extrinsecę quoniam ipsa obuiat aquositati acutæ. Et subtiliatus est creator sapiẽter in attrahẽdo aquositatem ad eam, & in extrahendo aquositatem ab ipsa: quare peruenire fecit ad ipsam [d] [duo emunctoria, quæ sunt renum.] Et quum ad ipsam peruenerunt, separauit vesicæ duos annulos, quos facit incedere inter duas tunicas, incipientes in primis penetrare in tunicam primam. perforantes incessum habentem quantitatem inter duas tunicas, deinde submergũtur in tunica interiore dirumpentes vtranque carum ad concauitatem uesicæ, [e] † [ ] ita vt quando repletur aquositate, & [f] [sustentatur, cooperiat tunica aliam] tunicam exteriorem expulsa ad ipsam ab interiori parte, & a [g] [profundo] taliter, vt existimetur quasi tunica vna, & non sit in eis penetratio. & propter illud non redit aquositas, & vrina, quũ figitur vesica ad posteriora, & ad [h] [duo emũctoria,] Deinde creauit ei Deus, cuius virtus est sublimis, collum expellens aquositatem ad virgam, anfractuosum plures habens anfractus, propter quos non mundificatur ab aquositate integrè expulsa, propriè in masculis. in eis nanque tres habet anfractus. & in mulieribus habet anfractum vnum propter propinquitatem vesicarum earum cum matricibus ipsarũ. Et [i] [illius colli, eius quædam pars munita est, eo quod circundat] ipsum sicut suffocatoriũ & expressorium, ita vt prohibeat exitum aquositatis ab ea, nisi cum voluntate mollificante illum lacertum adiutum lacertis ventris secundum quòd sciuisti in loco suo: nisi illi lacerto adueniat nocumentum, aut [k] [superflua necessitas.] Et continuatur vnicuique laterum eius neruus quantitatem habens, & venæ quietæ, pulsatiles, & multiplicati sunt nerui eius, vt ipsa sentiat illud, cui innititur, & ad quod extẽditur. [l] † [

a B. dilatabilis fortis substãtię.
b B. cum qua fit sensatio.
c † B. Alia lit. habet tunicam vna contextam ex specieb. villorum trib. nisi in loco vbi pori vritides ingrediũtur eam, qm̃ illic corpus.
d B. duos poros vritides ex renibus.
e † B. & effunditur in ea superfluitas aquosa.
f B. fuerit repleta cõpletæ, tunc cooperiat tunica interior.
g B. Alia litera. concauo.
h B duos poros vritides.
i B. principium colli munitũ & cum lacerto circundante.
k B. lacerto ventris.
l † B. Alia litera. plurimum.

ANNOTATIONES.

Habes de vesicæ anatome ex Gal. 8. de usu par. et 6. de anatom. administr. Esset autem hoc in loco controuersia de uesicæ tunicis, quas author hoc in loco duas facit, alibi aũt unam tantum: id quod & Gal. Sed admonuimus de hac re & lib. 1. & alibi.

cap. 16. cap. 13.

De ægritudinibus uesicæ, & cura eius. Cap. 2

ACcidunt iterum in vesica ægritudines cõplexionis cum materia, & absque materia, & apostemata, & oppilatio [a] [de cuius summa] est lapis. et inueniuntur in ea ægritudines quantitatis in paruitate, & magnitudine. Et accidunt ei ęgritudines situs [b] [in augmento] & dislocatione Et accidunt ei ægritudines solutionis singularis per apertionem, & incisionẽ, & vlcera. Et quandoque communicant vesicæ membra regalia, & nobilia, sicut cerebrum, ipsum enim fit dolorosum cum ea, & aduenit ei vertigo, et quandoque peruenit ad sirsen causa cõmunitatis egritudinum vesicę calidarũ, et sicut hepati iterum, multoties enim accidit hydropisis propter frigus uesicę, Et ægritudines quidem vesicę multiplicantur in hyeme. et curantur iterum sicut curantur illę, quæ sũt renum, et cum medicinis fortioribus, et magis remanentibus, et sunt potiones, et iniectiones, et vnctiones, et emplastra, quibus emplastrentur duo emũctoria, et sub umbilico, et in [c] [duabus commissuris singularibus:] et dolores vesicę multiplicãtur in aeribus, et in regionibus, et ventis septentrionalibus, et in temporibus frigidis.

a B. & ex eis.
b B. ex eminentia.
c B. Alia litera. cõmissuris situatis inter anum, & testiculos. Alia litera. commissura singulari.

De ijs, quæ calefaciunt uesicam. Cap. 3.

DIuretica calida omnia calefaciũt uesicam, et vnctiones, et iniectiones ex oleis calidis, et gummis calidis. sicut oleum costinum, et nardinum, et de ben, et uaporationes, et emplastra ex medicinis prædictis in capitulo renum calidis, de quibus fiat emplastrum ubi scis.

De ijs, quæ infrigidant uesicam. Cap. 4.

INfrigidant eam potus [a] [succi portulacę, et citru.] et cucur. et potus spodii [b] † [ ] cum aqua frigida. et ex epithematibus sandali. et camphora, et sausel cum lacte acetoso, de

a B. lactis vel emulsionis seminum portulacæ.
b B. cãphorati.

de quo butyrum est extractum, & similiter mucillagines & succi frigidi, & olea frigida sicut ole. de sem. cucurbitæ, & oleum rosa. bonum, & ole. de papauere, & ole. de sem. lactucæ cum camphora, & similibus, & iniectiones propriè, & lac asini iuuatiuum est valde.

De lapide uesicæ & signis eius. *Cap.* 5.

OPortet ut tu consideres illud, quod diximus de lapide renum, deinde permuteris ad considerandum hoc capitulum. Et tu quidem iam sciuisti illic differentiam inter lapidē vesicæ, & lapidem renum, in qualitate, & quantitate ex capitulo lapidis renum. Differūt enim vtrique lapides: at ille, qui est in renibus, est lenior parum, & minor, & magis trahens ad rubedinem. & ille, qui est in uesica, est durior, maior valde, & magis decliuis ad soliditatem, & cineritatem, & albedinem, licèt generetur in ea lapis, qui comminuitur, & [a] [ille quidem, qui est in vesica discernitur] secundum plurimum post separationem vrinæ. Et ille, cui plurimum aduenit lapis vesicæ, est extenuatus: & in renib: est e conuerso. Et infantibus quidem, & qui eos sequuntur, aduenit lapis in vesica. Et dicam hic quòd vrina in lapide vesicę est decliuis ad albedinem, & sedimen non est rubeum, [b] † [ ] ad albedinem tendens, aut cineritatē, & quandoque est vrina grossa, oleagineæ fæcis, & secundum plurimum est subtilis, & propriè in principio. Et non est dolor lapidis vesicę, sicut dolor lapidis renum, quoniam ille, qui est vesicæ, tenetur in spatio, [c] † [ ] nisi quum lapis retinet vrinam, quoniam eius dolor vehemens fit, & quando ipse cadit in meatu. Et asperitas in lapide vesicæ plurima est, quoniā est in spatio, in quo possibile est, vt stet supereum illud, quod [d] [ipse retinet,] & propter hoc est maior, quoniam eius locus latior est. Et accidit quandoq; vt sint in vesica vna duo lapides, & plures illis, excoriantes, & multiplicatur [e] [confractio arenæ] ex eis. Et est quandoque cum arenositate fæx furfurea propter abrasionem [f] † [ ] eius a lapide [g] [abstergente.] Et in lapide quidē vesicę est assiduatio pruritus, & doloris in virga, & in radice eius, & in pectine communicatione virgę ad vesicam, & habens eum multiplicat [h] [cōtractionem] virgæ suę, propriè quum est puer, & assidua fit ei erectio. Et quandoque perducit illud ad exitum ani, & ad retentionem egestionum, & difficultatem vrinæ, cum hoc ꝙ illud, quod egreditur, egreditur cum fortitudine propter compressionem [i] [suam a stricto, & ab impellente] post ipsum. Et quandoque mingit in fine eius vrinam, [k] [quam vult.] Et quoties euacuatur ex vrina, quam mingit, desiderat mingere statim, & agens illud est lapis [l] [expellens expulsionem vrinæ aggregatæ. Et multoties mingitur sanguis propter rascationem lapidis, propriè quando est asper, magnus, & [m] [multoties pungit.] Quum ergo resupinatur lapidosus, & eleuantur anchæ eius, & cōcutitur, remouetur lapis a meatu. Et quando tunc fit cōpressio super pectinem, eijcitur vrina, & hæc est significatio fortis super lapidem. Et quādoque alleuiat illud incuruatio lapidosi super genua sua, & [n] [commotio] membrorum suorum ad inuicem. Et quandoque alleuiatur per intromissionem digiti in anum, & remotionem lapidis secundum huiusmodi præparationem. Et quandoque alleuiatur illud per figuras alias cōpressionis, & expressionis; & resupinationis, & incuruationis, quas experimentum inuenit. Quum ergo non confert illud, administretur alchatatir, [o] [& extrahitur & expellitur vrina &] est significatio fortis. Et similiter si difficilis fiat eius intromissio, tunc melius est, ut non laboretur cum conamine. & quandoque significat alchatatir per illud, quod [p] [associatur ei materia,] ex qua generatur lapis. et lapis quidē paruus, magis retinet vrinam, quàm magnus, quoniam figitur in meatu: magnus vero remouetur a meatu velociter, & scias, quod lapis uesicæ multiplicatur in regionibus septentrionalibus, & propriè in infantibus.

a B. lapis quidē vesicæ sequestratur vel coagulatur;

b † B. sed est. &

c † B. non coarctans; neque coarctatus.

d B. quod ipsū exasperat.

e B. cōminutio arenosa.

f † B. superficiei.

g B. aspero.

h B. cōfricationem.

i B. eius a stricto, & ab exprimente grauāte.

k B. sine uoluntate.

l B expulsus expulsione quaexpellitur vrina aggregata.

m B. Alia litera. coarctatur. Alia litera. retinetur. Et quū resupinatur. Alia litera. propriè qui pūgit.

n B. aggregatio

o B. vt expellatur lapis, quūq; est ibi aliqd o.. uiās alchatatir, & expellitur, & eijcitur vrina, tunc.

p B. associat ei materiam.

ANNOTATIONES.

Scripsit de hac re Gal. 1. de loc. aff. plura etiam habes ex Tralliano lib. 9. Paulo lib. 3. & 6. Est unum hic annotatione dignum. Ait Auic. infantes et pueros calculis laborare, quod & Hipp. 3. aph. Gal. in eius loci commentario calculum proprium esse ait morbum puerorum, atque id in duplicem causam refert, tum intempestiuam edacitatem, ob quam crudos gigni humores necesse est, qui delati postea cū urinis ad uesicam lapidum sunt materia: tum ad caloris uehementiam. Quam sanè sententiam confirmat, & 3. in 6. uulg. morb. id affirmat. & Paulus lib. 3. Materiem dicens suppeditari, & crasso & terreo humore, effectricem uerò causam, igneam esse renum & vesicæ caliditatem. At contra Trallianus lib. 9. uesicæ calculos pueris accidere magis ait, non a tanta tamē caliditate, sed a materia potius crassiore, & ad gignendos calculos, promptaq; ab insita caliditate cōcrescendos idonea. Ita ut Trallianus in crassitudinem quidem materiæ huius affectus causam referat, effectricem tamen causam, insitam, non autem igneam uel immodicam caliditatem putet. Sane Gal. etsi & 2. aph. & 6. uulg. morb. effectricem lapilli causam calorem multum existimat, non tamen igneum, ut Paulus. quum certe in pueris igneus non sit. sed mitis. Quare a Galen. non discrepat Trallianus, discrepabit tamen is a Paulo, si modo per igneā Paulus immodicam caliditatem intelligat.

Cap. 1. cap. 7. cap 45. cap. 60. Aphor. 26.

com. 15.

cap. 45.

cap. 7.

De curationibus lapidis uesicæ. *Cap.* 6.

LApis vesicæ indiget medicinis fortioribus, quoniam ipsa est frigidior, & quia est longinquior, & quoniam lapis eius est vehementius confirmatus ex uehemētia coagulationis, & medicinę eius sunt medicinæ fortes, prædictę in curatione lapidis renum. & eis quidem conferunt sagzenea, & mithridatum, [a] † [ ] quum lapis est paruus, aut lenis, [b] [& similiter] athanasia, & conferunt ei scolopendriæ pōdus vnc. j. & mahaleb excorticatæ. vnc. s. Syrupus iuuatiuus eis. Recipe [c] [milij solis] triti ℥.xv. capilli ueneris. [d] [℥.] vij. [e] †] petroselini ℥.iiij. ficus albas vij. numero, decoquantur cum iiij. li. aquę donec remaneat lib. j. & bibatur post exitum de balneo, cuius dosis sit lib. s. et oportet ut tinæ, quæ in ea administrantur sint fortiores, & ponatur in eis

a † B. &.

b —— B.

c B. chalc.

d B. vnc.

e † B. scolopendriæ. drac. 8. tribulorū. drac. x. dauci.

cum medicinis notis medicinæ, quæ sunt sicut fol. agnicasti,& capillus veneris, & folium,& f [assuesir] & rosa eius,& aliquid habens stypticitatem, vt non superfluat mollificatio. Et ponantur in eorum vnctionibus galbanum, & pix, & ammoniacum, & euphorbium. Et melius eorum est emplastrum de bdellio & mecha.& melius eorum oleorum est oleum de scorpionibus, emplastratum,& distillatum, aut iniectũ, cum quo misceatur aliquid confortatiuum. Et medicinę quidem emplastrorum eorum sunt radix scolopendriæ,& radix g [asech,] & polium,& h [cannabis] & althea, & capillus veneris: & ponantur in eis illa, quæ sunt sicut folia virgæ pastoris,& auis prædicta in capitulo lapidis renum;& quæ diximus cum ea de ordinib. eius valde conferunt ei. Et de eis, quæ sunt propria illis in curis ipsorum, est vt utantur medicinis lapidis in iniectione,& iuuantur eis vehementer. Et quando vrinæ sit difficultas, & retinetur causa lapidis vesicæ, & non est semita ad scindendum propter aliquid, quod prohibet, aut propter timorem, tunc de hominibus est aliquis qui ingeniatur, & in eo, quod est inter anum,& testiculos, scissuram efficit paruam, & ponit in ea cannulam, ut egrediatur, i † [ ] qui cognoscit anatomiam vesicæ, & cognoscit locum colli eius, cui continuãtur vasa spermatis,& cognoscit locum arteriæ, & locum carnosum vesicę,& caueat illud, quod oportet ipsum cauere, quare non accidit nocumentum in generatione, aut fluxus sanguinis, aut fistula, quæ non consolidatur: & oportet vt vaporet intestina,& vesicam ante illud resupinus.

f B. alsuasera.
g B. althil.
h B. folium.
i † B. ex ea vrina, & remoueatur mors, quis vita sit nõ tranquilla, & quum non prosperant medicinæ,& volueris scindere oportet, ut eligas scissioni illum.

De regimine quod in ipso præcipitur. Cap. 7.

EST ut præparetur sedes, & sedeat æger super eam,& sit præsens minister, & intromittat manus suas sub genibus eius, deinde præparetur ad scindendum,& oportet ut a [ante teneat lapidem,] & faciat ipsum peruenire in locum, [qui sciditur,]& illud faciat intromittendo digitum medium in ano virorum & virginũ, & mulierum corruptarum in orificio matricis donec inueniat lapidem, & comprimat manu alia de super c [faciendo vt descẽdat lapis] ex mirach & d [sumine] donec descendat lapis ad locum propinquum ori vesicę,& studeat, ut expellatur lapis taliter, vt remoueatur a commissura quantitate e [vnius pili.]& caue ne scindas super commissura, quoniam est malum, commissura enim secundum veritatẽ est locus mortalis,& oportet vt non cadat in expulsione abbreuiatio, vel defectus, quoniam euenit tunc scissura lata, quę non sanatur. Quumque expellis,& vides scissuram non penetrantem, tunc p̃fora, si tua operatio huius quantitatis] non perducit ad dolorem vehementem, & torsionem colli,& casum virtutis,] & destructionem motus,& sermonis,& f [confractionem] palpebrarum,& oculi, si autem perduxerit ad illud, tunc nõ perfores ipsum, nam si ipsum perforaueris, morietur illico. Amplius fac super ipsum scissuram tendentem ad transuersum parumper, cum ingenio bono, quòd non contingat neruum, studẽdo vt cadat scissura in collo uesicæ, nam si ceciderit in corpore vesicę non consolidabitur omnino, & stude quantum potes, vt scissio minoretur: nã si lapis fuerit paruus, fortasse expelletur cum expressione. Magnus verò indiget scissione ampla, & fortasse indiget extrahente quod ipsum extrahat. Et quandoque est lapis magnus ualde: quare non est possibile vt scindatur propter magnitudinem suam, quare oportet tunc vt comprehendatur cum tenalijs,& rumpatur paulatim:& assumatur, quod frangitur, & non remaneat in vesica aliquid omnino, nam si remanserit, & magnificabitur & fiet magnus. Et multoties accidit, vt perueniat lapis ad collum vesicæ, & quod sequitur virgam,& tunc oportet ut sine cessatione inungatur pecten,& fiat compressio super ipsum,& sit tecum adiutor, ita ut quando figitur lapis in loco, scindas subtus eum,& extrahatur. Et fortasse erit rectius, vt ligetur post ipsum ad anteriora cum filo ita vt non redeat. Et si penetrat ad locum propinquum capiti virgæ non oportet ut laboretur ad extrahendum eum ex ipso. Illud enim facit fortasse accidere vulnus, quod non consolidabitur, imo oportebit vt equetur, aut stringatur, quod est post ipsum, & scindatur subtus caput virgæ, vt egrediatur. Quum ergo feceris in lapide omnia, quæ dicta sunt in capitulo de illo,& extraxeris ipsum, fortasse accidet ex compressione ventris cum fortitudine, & ex dolore scissionis, apostema; & est res timorosa. Et ex eis, quæ non permittunt euenire illud, est vt iam clysterizes egrum,& extrahas fœcẽ eius, deinde des ei in potu post illud aliquid leniens naturam: et non cibes eum nisi re parua,& lenificante. Si autem indiguerit phlebotomia: vt g [alleuietur ex minoratione] fac, quod si volueris vt vehementius h [alleuietur,] & apparent signa apostematis, & dolor sit vehemẽs valde, tunc oportet vt sedeat æger in tina, aut pelui aquę, in qua decocta sunt lenificantia, sicut molochia,& semen lini,& althea,& furfur, & cum illa aqua sit commistum oleum plurimum, & conquassatum cum ea, & sit illa aqua tepida. Quumque extraxeris eum de tina, inunges i [partes virgę] cum oleis lenificantibus, sicut est oleum chamemillinum, & anethinum, & pones super vulnus butyrum tepidum, et funde in ipsum. Et pone super ipsum cottum infusum in oleo ros.& pauco aceto, deinde administra medicinas consolidatiuas: si autem magnificatur apostema, assidue fac eum sedere in tina predicta, in decoctione fœnugręci, et seminis lini: et si dolor fiat fortior, fac eum sedere in die secundo: et in die tertio in aqua et oleo tepidis. Ille autem, quem scissura, et vulnus non ita dolere faciunt, ut inde k [curet,] soluitur in tertio die. et oportet ut assiduet calefactionem uesicę cum oleo de ruta: quum enim calefit, est rectioris dispositionis, et minoris doloris, et minoris vrinę. et urina quidem lędit valde perforatos: et propter illud oportet ut sumant in potu aquam paulatim: & quoties mingunt, oportet vt sit minister conseruans manu sua locum ligamenti, et comprimat eum, vt non infundat vrina locum scissum.

a B. Alia litera. antecedat sensatio lapidis.
b B. qué scindere oportet.
c B. Alia litera. descendendo.
d B. vmbilico.
e B. Alia litera, grani hordei.
f B. mollificationem.
g B. præsentetur.
h B. præsentetur.
i B. membrum.
k B. sit curans dum.

Am-

Amplius non potest esse, quin aut non currat de sanguine quantitas, quæ necessaria est. & est illic timor apostematis, & corruptionis membri, [i] † [ ] quum alteratur color eius ad corruptionem a rubedine, aut ut currat, & superfluat, & timeatur fluxus sanguinis. Et primum quidem oportet vt curetur secundum ꝙ vides signum prædictũ, imo incidatur uel scalpelletur illico ut currat sanguis, & ut ponatur desuper emplastrum ex aceto, & sale in panno lini, tandiu, donec prohibeat corruptionem. In secundo autem, quod est, ut timeatur fluxus sanguinis, est rectius ut sedeat in aquis stypticis cognitis, & ponatur super locum thus, & atramentum trita: & supra ipsa cottum, & supra illa cottum aliud [m] [magis] madefactum aceto, & aqua, & si scieris quod uena magna, aut arteria incisa sit, [n] [adde] in curatione eius cum constrictione. Et si sanguis inobediẽs est, & nõ cessat; & non sanatur, tum fac eũ sedere in aceto forti. Et fortasse indiges ut phlebotomes cũ ut attrahatur sanguis Et fortasse necessarium est tibi, ut ponas super pectinem & inguina narcotica. & ex eis, quæ accidunt ex scissura & cursu sanguinis, est ut currat frustum sanguinis ad uesicam, & coaguletur super orificiũ eius, quare fit difficultas urinæ, & tunc necessarium est, ut intromittatur [o] [digitus] in foramine, & auferatur nocumentum ab orificio vesicæ, & collo eius, & extrahatur; [p] [aut] curetur locus cum aceto & aqua, donec resoluatur, [q] [claudens congelatum] & extrahatur, & ex eis, quæ accidunt ex illo, est abscissio generationis: Signa autem mala, quæ quum accidunt, expectat medicus mortẽ, sunt ut si fortis fiat dolor sub umbilico, et infrigidentur extrema, & acuatur febris, & accidant rigor, & casus virtutis. [r] † [ ] Amplius quum additur uehementia doloris loci perforati, & accidit singultus, & mouetur uenter motu extraneo; tunc iã appropinquat mors. Signa autem ægri bona, sunt salus rationis, & sanitas appetitus, & ut sit color, & forma sani ualde.

i † B. & ꝓpriè.
m B. magnum.
n B. rege.
o B. Alia litera. instrumentum.
p B. &.
q B. sanguis cõgelatus.
r † B. Alia lrã. & appetitus.

ANNOTATIONES.

De curatione lithiasis per medicamenta repete, quæ supra de renum calculis fusissime antea docuit. Vide et Tralianum lib. 9. & Paulum lib. 3. De ea uero, quæ per manus, adi Paulum lib. 6. & Celsum lib. 7.

cap. 7. cap. 45. cap. 60. cap. 26.

De apostematibus calidis in uesica. Cap. 8.

ACcidit, quamuis nõ plurimum, apostema calidum in vesica ex materia sanguinea & cholerica, aut composita; & est ægritudo mala. & multoties accidit illud, & propriè in infantibus, causa lapidis & dolorositate eius, & quia ipse [a] [conquassant] vesicam.

a B. scalpellat, vel excoriat.

De signis. Cap. 5.

SIgnificant quòd apostema est in vesica calidum, febris, & retentio vrinę, aut difficultas eius, aut distillatio ipsius. & retentio quidem est, quum iacent, & non possunt eijcere aliquid de ea, nisi stantes. & quandoque est retẽtio stercoris, & inflatio pectinis, & ilij cum dolore pũgitiuo, & pulsatione, et quandoque apparet rubedo exterius, et significant ipsam ex tranquillitate infirmi, quam inuenit ex uaporatione. Et de accidentibus, quæ cum ipso accidunt, sunt sitis vehemens, et uomitus cholerę puræ, et asthma et frigus extremitatum, [a] [et fortasse nõ calefaciunt,] et alienatio, et nigredo linguæ, et no ceri ab omni acuto diuretico, et propriè quum sunt humores corporis calidi. Significant ergo ipsum ętas, et causæ præteritę, et præsentes de illis, quas scis. et deterius est illud, cum quo cõtinuatur caliditas febris acutæ: et uehemens fit retentio vrinę, et stercoris, et fortis fit dolor, et in urina non est digestio, [b] [est enim] mortale. et hoc plus est cũ fit aldubellati. Quum aũt apparet in urina fæx subsidens, [c] † [ ] lenis, tunc est maioris spei. Cum dubellati uero apparet de horripilationibus diuersis, et febre per mistis illud, quod diximus in aldubellati renum. Et similiter significat maturitatem eius lenitas, et [d] [sunt de accidentibus digestionis urina] et sedimen eius. Et significat eius eruptionem urina habens admistum pus. Si autem signa maturitatis non apparuerint [e] † [ ] non rumpetur [f] [ante hebdomadam.] Et plurimæ exituræ vesicæ fiunt uersus collum eius, et quandoque declinant ad partes alias, et quandoque aperiuntur ad partem uesicæ interiorem, et quandoque aperiuntur ad partem aliam.

a B. non existimatur, ꝙ calefiant.
b B. & est.
c † B. Alia litera. alba.
d B. sedatio accidentium & digestio vrinæ.
e † B. Alia litera. &.
f B. moritur in hebdomada.

De curationibus apostematum uesicę. Cap. 10.

OPortet in primis, vt ex basilica sinistra fiat phlebotomia secundum virtutem: est. n. prima curationum eius, et melior earum. Et festina si illic fuerit caliditas ualde uehemens, ad emplastra apocrustica spatio breui, et nõ superfluas in eis, neque prolongeris: illud namque nociuum est, et indurat apostema velociter. imo si inceperis a mollificatiuis, quum non fuerit aliquid, quod ab illo prohibeat ex sensu uehementi, erit melius, quoniam membrum est neruosum. Et propter hoc vehemens fit tranquillitas ægri ex uaporationibus [a] [repercussiuis spatio breui] factis, [b] [uaporationibus] cũ spongijs, et lana infusis in aqua, in qua, decocta sunt lenitiua resolutiua, et vesicis, in quib. sufflatum est, plenis aqua calida, et oleis lenitiuis subtiliatiuis, et propinquis eis, quæ iam sciuisti in cap. curationis renum. Et cum hoc te subtilia, vt inijcias, si tolerat, per syringam in primis, quod sit sicut mucillago psyllij in lacte asinæ, aut aqua hordei in lacte asinę, quoniam est magis salua. et post illud lac asinæ, et adeps. et post illud casiam fistulam in lacte mulieris, secundum ordinem, quem scis secundum horas apostematis. et quandoque confert clysterizatio facta cum eis secundum suos ordines. et de emplastris bonis post principium inceptionis, est illud, quod fit cum pane ex simila, et sisamo excorticato cũ lacte, et oleo uiol. et oleo chamæmellino et similibus. et iterum [c] [napi boni sunt, et iterum sula] elixata emplastrata, et uaporata. Quod si hebdomadam pertranseat, et approximet status, tunc adhibeantur farina fabarum, et se-

a ——B.
b ——B.
c B. rapæ elixatæ sũt bonæ valde. & iterũ alrathbe, i. fasfasa.

d B. Alia litera. quum declinat fiat phlebotomia.

men lini,& chamæmilla cum triplicato. Et d [si militer descendit per phlebotomiam] saphenę & dilata te in administratione resoluentium, quæ sint ex emplastris, & unguentis prædictis in cap. renum. Et quandoque eges emplastro ex hyssopo,& castoreo,& cera,& proprie post narcotica. Et scias ꝙ assiduatio sessionis eorum in tina, est valde iuuatiua, ita ꝙ quãdo aduenit eis urina, tunc rectius est vt mingant in ea. Et aquæ tinarum meliores sunt illę, in quibus est mollificatio de illis, quæ iã sciuisti multoties. Et quãdoque ponuntur in eis aldarsisahan,& cyperi, & cordumeni,& spica,& amomum,& squinãthum cum fœnugrę. & semine lini, & sedant dolorem & apostema. Et istæ aquæ mollificatiuæ, quas multoties sciuisti, sunt sicut decoctio seminis lini,& fœnugræci. Et iterum aqua, in qua decoquuntur e [napi,& alhasce,] & caules. & curatio quidem aldubellati eius, est proxima curationi aldubellati renum, imo necessarium est vt sint medicinæ eius fortiores, & quidam laudauerunt papauer al.pondus 3.ij.& s. quod detur in potu in decoctione spicæ,& squinanthi,& proprie quando sunt difficultates urinæ, & dolor:& quum vehemens fit dolor, & timetur mors, non est excusatio a narcoticis linitis & suppositis. f [Epithemata] uerò, sint sicut epithema factum ex hyusquiamo albo,& mandragora,& papauere confectis cum oleo, aut sumatur quarta drach. j. opij, & dissoluatur in oleo uiol. cum pauco croco,& imbibatur pannus,& supponatur in ano, fortasse enim inueniet per illud tranquillitatem, et dormiet loco eius. et quandoq; administratur de eo aliquid in syringa si tolerat. et epithema de opio exterius factũ est fortis stupefactionis. Potiones verò, et reliqua curatio sunt curatio sirsen et birsen.

e B. rapæ & al hascech.

f B. linimenta.

ANNOTATIONES.

Morborum qui circa uesicam oboriuntur, grauissimus, & maxime mortalis inflammatio est, ut Aetius testatur, lib. 11. & ante ipsum Hipp. 2. prognost. Huius notas & curationem Aetius loco citato & Paulus lib. 3. tradunt. Atque, quum in curatione utrique conueniant tundendam statim esse venam, quod & Hipp. 6. aph. Difficultatem, scribens, urinæ vena secta iuuat non explicant tamen uel Paulus uel Aetius, quæ secanda, & qua parte secanda. Hipp. interiores ait venas incidendas, At quid tamen per interiores intelligendum sit, maximè ambiguum est. nempe, si brachij venas intellexerit, repugnare id ait Galenus Hippocrati, qui in partibus quæ supra hepar sunt, ex manibus sanguinem mittit, in inferioribus autem ex ijs quæ in poplite & malleolo. At si inferiores uenas hoc est quæ crurum sunt, intelligat, inepte dici putat, quum & exterior & interior in cruribus uena ab uno fonte emergant. Gal. ergo 12. meth. & lib. de cur. rat. per sangu. miss. mittendum ait sanguinem uesicæ inflammationibus ex poplite & malleolo. At Auic. curationem ex iecorariæ sinistri cubiti sectione exorditur; deinceps uerò & de saphenæ sectione meminit. ita ut multiplex hic ambiguitas sit. Licebit tamen fortasse horum authorum sententiam ita conciliare. Inflammationis initio certum est reuulsione esse opus, id superiorum venarum sectio obit, non inferiorum, ipso etiam Galeno passim affirmante, trahendum sursum ab infernis, & contra. iure ergo cubiti uena secatur, ut Auic. ait. cui assentiri Paulus & Aetius uidentur, venæ sectionem absolute proferentes, quæ. s. generatim in affectibus omnibus usu venit: & quæ maxime omnium sanguinem imminuit: atque hæc cubiti est uena. At transacto initio, ubi constiterit iam materia, nondum tamen inhæserit, atque uesicæ impacta fuerit; tum deriuatio erit opportuna: fietq; hæc sectione malleoli uel tali. Probe ergo hi quidem cubitum secant. Gal. uero crura. Quare & Galeni aduersus Hippocratem accusatio cessat. quandoquidem si Hipp. internas uenas secari iubet, nõ crurum (neque enim ignoraße ipsum crurum venas ab uno fonte demanare dicendum est) sed cubiti uenas reuulsionis grátia, intelligitur. Verum alia hic rursum dubitatio ob Auicennæ uerba exoritur. Qua enim obsecro ratione tũdendam, ait, sinistri cubiti uenam, non dextri potius, qui sanguinis sedi proximus quum sit, potest inflammationem magis auertere? Non ignoramus afferri hic ab alijs alia de hac re, neque tamen satisfaciunt ea nobis, neque, quamuis alio qui non sine summa animaduersione scriptum hoc ab authore nostro certum habeamus, eius tamen cõsilij ratio fuit a nobis hactenus explorata.

cap. 26. tex. 71. cap. 45.

Aphor. 36.

cap. 11 cap. 18.

De apostemate duro uesicæ. *Cap.* 11.

APostema, durum in vesica, accidit a causis similibus causis apostematis duri in renibus: et plurimum eius fit successione calidi, et successione percussionis, aut casus, et quandoque fit successione scissurę.

De signis. *Cap.* 12.

SIgna cum eo fit difficultas vrinæ et egestionis simul, aut accidunt ex ea accidentia duritiei renum ex a [retentione fecis] et stupefactionis in cruribus, et agitatione diuersa, et debilitate, et peruentione ad hydropisim, quãuis sit b [super ventrem ex duritie] renum, et inter ea quidem discernitur per locum, in quo accidit grauitas, et illud, cui accidit causa in primis.

a B. sensatione grauitatis.

b B. Alia litera. infra nocumentum duritiei. Alia litera. minus perducés quam durities.

De cura. *Cap.* 13.

CVrationes sunt eædem, quę sunt duritiei renum, ex inunctione facta cum oleis calidis, et vaporatione cum eis, et dare in potu aquas, in quibus decocta sunt semina diuretica cum melle, et casia fist. et administratio tinarum secundum illum modum, et secundũ gradationes illic prędictas, et ex eis, quę propria sunt, et ut administrentur illa olea et gummæ cum syringa, scilicet eiectorio vrinę si possibile est.

De ulceribus uesicæ. *Cap.* 14.

QVandoque fiunt a causis vlcerum notis, quas iam narrauimus in cap. ulcerum a [pectinis,] ex excoriatione lapidis aut excoriatione humoris cholerici, et quandoque fiunt propter apostema, b † [ ] aut bothor, quæ ulcerantur. et in eo, cui assiduè fit urina acuta, succedunt uulnera, et ulcera, et sunt difficiliora plurimum quam ulcera renum, quoniam sunt ulcera membri neruosi. et ille, cuius vesica disrumpitur, moritur secundum plurimum. Quod si scindatur, non incarnatur nisi cadat in parte partis carnosę.

a B. renum, & plurimum accidunt ulcera uesicæ.

b † B. eruptum,

De

De signis. Cap. 15.

IAm diximus in cap. vlcerum renum differẽtiam inter duo vlcera, & diximus quòd vlcera vesicæ faciunt difficultatem vrinę, & retinẽt eam, & quod dolor eorum est in loco pectinis, & ilij, & quòd egrediuntur cum eis cortices albi, aut grossi, magni, si sunt in vesica, aut tenues parui, si sunt in meatibus. & alia, quæ oportet te scire illic. & signa, a [quæ sunt in eo, imò totum, sicut illud, quod dictum est] in cap. renũ. Et signum commune in vlceribus renum, & vesicę, est mictus sanguinis & saniei paulatim, & non subito, deinde distinguuntur per ea, qui bus differunt. Et signa quidem apertionis & scissionis, & corrosionis, & similium, una sunt in ambobus simul.

a B in quo est corrosio, sicut illa, quæ dicta sunt.

De curatione. Cap. 16.

OPortet vt ipsi deuitent cibaria acuta, & salsa, & acetosa, & uehementis dulcedinis cõuertibilia ad choleram, & sumant cibos, a [delectabiles sibi bonos,] & illos, qui faciunt glutinationem. Et exercitium quidem nocet eis, propterea quia b [acuit,] & inflammat, si autem nõ facit illud, tunc est iuuatiuum propterea quod confortat membrũ, experiatur ergo paulatim, & considera in canonibus dictis in cap. vlcerũ c† [ ] & permuta plurimum eorum ad hunc locum, & d [propter illud] considera in eo, quod scripsimus de potu generum lactis, quoniam ipsa sunt secũdum conditiones prædictas iuuatiua vlcerum meatuum urinæ, præcipuè lac equarum. Et scias quod præseruatio in curatione earum, est ut administretur in primis mundificatio cum aqua mellis, & zuccari decocta cum diureticis ebibita, aut iniecta, deinde consequenter adhibeantur reliquæ medicinę. Et si e [illud, quod mingitur est fuscum, oportet ut iniiciatur illud, qđ subtiliatur] a cinere arboris fici, aut cinere arboris quercus, aut cinere arboris secha, donec mundificetur vltimè. Medicinæ uerò, quæ ad ipsam bibuntur sunt sicut f [alesfius] cum oleo rof. & sicut lac asinæ & capræ & g [iumentorum,] potetur secundum assiduationem dierum, cum quantitate digestionis, cuius plurimũ sit quantitas iij. unc. Et iam quidem h [pręparatur de infrigidãtibus stypticis trochiscorũ de papaue.] & troc. alkekengi pondus aur. j. cum aqua frigida. Et de vnguentis bonis, quib. i [comprimendo] fit inunctio, est, vt sumatur storacis liquidę pondus drac. & pinguedinis anseris ex trib. usque ad iiij. & ceræ albæ pondus ij. sextariorum, & cum eo fiat emplastrum, & unguentum iuuatiuum. & propriè quum est corrosio est illud, quod recipit dactylos, & passas, & gallas, & acaciam & alumen, et k [hypoquistidos.] Et quandoque ponuntur cum eis hyssopus, et storax, et quandoque administratur ante illud unguẽtum in eo, in quo non est corrosio, cera, adeps anatis, et ole. rof. Et administrentur exsiccatiua potando et iniiciendo, et quandoque administrantur de istis eisdem clysteria, et administrãtur ęgro super genua recuruo. et quum non conferunt ea, quę bibuntur, et proprie in eo, quod est propinquius meatui, et cum quo est corrosio, tunc curationes eius sunt iniectiones cum incarnatiuis dissolutis in lacte mulieris, de quorum summa sunt troch. de l [chartis] et troc. andrulis, cum aliquanto merdasengi et cerusæ, et amyli, et calcis ablutæ. Descriptio competens ei. Recipe terræ sigillatę, chimoleæ, cornu ceruini valde adusti partes æquales m [sem. cãnabis] tertiam partis istius, opij n [sextã] partis, et vnguenti de cerusa partes iij. sarcocollæ partem s. myrrhę, thuris amborum an. ij. tertias partis, aggregentur omnia cum aliquanto oleo rof. et cera, et administrentur in siringa, et quandoque additur in ea aristol. rot. pars j. Et leuius illo est, illud quod fit ex sarcocolla, et amylo, et cerusa, quod cum lacte iniiciatur. Si autem confortetur plumbo adusto, et thure, tunc est fortius. Troc. expertus. Recipe enifistides, terram sigil. karabe, corallũ, amylum, sem. citru. sem. altheæ, sem. melonis excorticatum, sem. apij, daucum, petroselinum, o † [ ] troc. alkekengi. Medicamen p [aliud.] Rec. sem. cucum. sem. melonis, sem. cucurb. excor. omnium an. drac. v. amyli drac. iiij. succi liquiritię drac. viij. sem. portulacæ drac. iij. et s. et amygdalarum dulcium excort. auellanarũ assatarũ ambarum an. ℥. iiij. granorum pini ℥. iij. et s. sem. apij, dauci sem. ęrucę, granorum mahaleb excort. omnium an. ℥. iij. dragacã. gũmi amygdalæ, sem. hyusquiami al. opii an. ℥. iii. ciceris. ni. ℥. x. croci ℥. v. conficiantur cum rob. et informentur troch. ℥. ii. et bibatur cum aqua raphani, et aqua apij, et aqua ciceris nigri, et propriè post mundificationem ulceris, et oportet ut minoretur potus aquę, et quando dolor fit uehemẽtior, iniiciatur in ea collyrium al. quod est ad oculos, cum lacte mulieris. Et iterum semen papaueris, et opium, et adeps gallinæ, clysterizentur aut supponantur, aut iniiciantur.

a B. insipidos chymi boni.
b B. Alia litera. facit descẽdere.
c † B. renum.
d B. similiter.
e B. fuerit saniés, q̃ mingitur plurima, oportet ut iniiciatur aqua, quæ colla ta fuerit.
f B. alasfius.
g B. equarum vel camelarum
h B. Alia litera. scivisti styptica frigida, & trochiscos papaueris. Alia litera. de pastã fit aial stypticis frigidis.
i —— B.
k B. tharachie.
l B. carthas vel de carathis.
m B. lapidis ęmatithes, & aluminis omnium ana.
n B. mediã partem sextæ.
o † B. &.
p B. bonum.

ANNOTATIONES.

Vlceratur uesica iisdem causis, quibus & aliæ partes. Eius ulceratæ notas paucis Hipp. scribit 4. aph. Si sanguinem, ait, aut pus minxerit, ac squamula., & grauis odor adsit, uesicæ ulcerationem significat. Fusius de hac re Paulus lib. 3. & Gal. 6. de loc. aff. & Aetius lib. 11. ex quib. etiam disce quod curationis est reliquum.

Aphor. 81.
Cap. 45. Cap. 1. Cap. 29.

De scabie uesicæ. Cap. 17.

SCitur scabies vesicę ex vstione urinæ, et fœtore eius, et dolore uehemẽti cum pruritu, et sedimine furfureo, et quandoque currunt secundum assiduationem humiditates. Et quãdoque currit sanguis.

De cura. Cap. 18.

OPortet, vt administrentur abstersiua, mundificatiua, quũ sunt de exsiccatiuis absque mordicatione, et sint illa penitus fortiora, quã ea, quę sunt in reliquis vlcerib. et administrẽtur medicinæ scabiei renũ iniectæ in eã, et bibitæ, bibantur ẽt glutinantia infrigidantia, sicut mucillago psyllii, et sem. cydoniorum cum oleo a [rof.] et cõferunt cibi b [dulcis] chymi uiscosi, sicut

a B. amygdalarum.
b B. insipidi. Alia litera. delectabiles.

c B.pedes,& iura pinguia.

sicut sunt[c] [pedes, & res pingues]cum oleo amygdalino,& aqua hordei,& frumentum coctum cum carne auium,& grana lactis,sicut lac asin.& capri.& ouinum,& uaccinũ,& assiduatio mundificationis corporis.

ANNOTATIONES.

Aphor.77. Cap.3. cap 22 Cap.7.

Vesicæ scabies leuis est eiusdem ulceratio,seu superficiaria excoriatio.Huius signa Hipp.4. aph. paucis perstringit. Quibus,ait,cum urina craßa furfurea quædam simul exeunt,his uesica scabie laborat.pete Gal. .de loc.aff. præsertim uerò uide Aetium lib. 11. & lib.6. qui & signa & curationem docent.

De congelatione sanguinis in uesica. *Cap.* 19.

a B.approximatio,vel propinquitas.

SIgnificant ipsam, quod accidit angustia, & a [resistentia seu tolerãtia] syncopis,& frigus extremitatum,& paruitas anhelitus, & pulsus cum frequentia,& sudor frigidus,& nausea,& quandoque est cum ea rigor cum antecessione mictus sanguinis,aut percussionis, aut casus super uesicam.

De cura. *Cap.* 20.

a B. Alia litera. est conueniens.
b B.assæ fętidę.
c B. propriè in aqua ligni.
d B tribulorũ.
e B. ruta.

CVra illius est cura lapidis,& quandoq; sufficiens labor est in ipsa potare syrupum acetosum,& ut euomat cũ eo a [calido,] & propriè squillitico, & propriè cum aliquantulo cineris ligni fici, aut in quo decocta sunt incisiua,& medicinæ lapidis.Et quandoque injiciũtur in uesica coagulum leporis,& medicinę ad lapidem,& fit ut sedeat in tina. in qua decoctę sunt herbę,quæ sunt ad lapidem,& de illis,quę laudantur ad ipsam,est sumere in potu de carpobal.pondus drac.ij.aut tantundem ligni pęoniæ, aut granorum pœoniæ, & propriè cum aqua ligni eius,aut tantundem blattę bizantiæ, aut aure j.de cordumeni cum aqua calida, aut cum aceto uini, & oleo omphacino, & oxymel acetosum squilliticum a me magis diligitur quam acetum. In aceto.n.est incisio, & mel resoluit,& abstergit. Et iterum sauinæ,& b [hascæ]& ammoniaci, & rubeę tinctorum partes sumantur æquales, & fiant ex eis pilulæ similes auellanis,de quib.iiij.pilulæ in potu sumantur cum aqua de radicib.& injiciantur in iniectorijs,aut agaricum,aut siseleos,aut duo aure.asse aut aristol. long. & de habentibus proprietatẽ sunt,hepar asini,& fel testudinis, & coagulum leporis,& c [proprium in ipsa est lignum] uitis, & abrotanum in hoc est iuuatiuum, & lac ficus exsiccatum quum eo injicitur aliquid paruum,& administratur de eo embrocha ponderis drac. Et de exsiccato iterum cum aliqua de aquis & similiter embrocha ex pondere aurei coaguli leporis. Aquæ uerò,in quibus potãtur medicinę istę,sunt sicut aqua ciceris ni.& aqua d [alhascæ,] & aqua cineris ligni fici,& aqua cineris ligni uitis,& ligni abrotani, & decoctio abrotani cum e [uino.]

ANNOTATIONES.

cap.27.

Est & hic uesicæ acutus morbus, ut ait Aetius lib.11. ex erupta uena sanguis partim foras mittitur, partim intus condensatur. at si in uentrem sanguis præter naturam effunditur,putrescat necesse est.ut 6.aph.legere est.propterea, & sæua plura symptomata succedunt,quæ & hic, et Aetius. Pro curatione pete Aetium.

Aphor. 20.

De dislocatione uesicæ,& mollificatione eius. *Cap.* 21.

a B. Scitur.
b B. scitur.

a[ACcidit] dislocatio eius ex remotione ipsius a loco suo,& b [accidit] mollificatio eius propter exitum urinæ absque uoluntate, & dislocatio quidem fit causa humiditatis, & causa uentositatis, & causa percussionis super dorsum,aut propter casum,& mollificatio fit propter causas mollificationis notas, & sequitur mollificationem, & dislocationem quandoque difficultas urinę,& quãdoq; inuoluntaria emissio vrinę, secundum illud, quod accidit lacerto de tensione,& dilatatione.

De cura eius. *Cap.* 22.

a B. cũ reditione & strictura.
b B. subtilium.
c B. Alia litera materiam.
d B. aliedulegi [?]
e B epilepticis aut paralyticis. Alia litera, epileptice, & paralytice.
f B. chuchi uel chusi.
g B. decoctio.
h B. alia litera ruta.
i B. pectine [?]

FActæ quidem a percussione,& casu,curatio est difficilis,& fit a [propter reditionem, & constricturam]cum medicinis calefacientibus exsiccatiuis,quas dicemus.Factæ autem a cõplexione paralytica, confert euacuatio materierũ phlegmaticarum, b [subtilis] & prohibitio ab eo,quod generat eas.& regimen habẽtium paralysim in eo, quod comeditur, & bibitur, & motu, & alijs, & confert ei vomitus,si fit cum elleboro albo.Quod si vrina egrediatur absque voluntate,oportet ut administres stypticitatem vehementius facientia, & non mollificent plurimum,imò aggregent inter resolutionem, & constrictionem, & secũdum comparationem curationum paralysis,& sumat omne,quod ingrossat c [aquositatem] & impinguat eam, & generat sanguinem laudabilem,& calidũ,grossum sicut d [alseludem.Sed si urina est cum dispositione sua, aut ad difficultatem decliuis, tunc audacia ad mollificantia cum quantitate aliqua,cum resolutione bona,& incisione vltima,est audacia necessaria,& de potibus conferentibus omnibus speciebus eius, e [quę sunt ex dislocatiua & paralytica]sũt,theriaca,& mithridatum,& sagzenea, & homorusia,& diacurcuma,& f [cochiũ]& iterum flos alachoen, & cyperi,& thus simul,et singulariter, et almahaleb. et iterum g [succus] seminis rutę humidæ,aut flos eius decoctus in h [uino,]et iterum agnuscastus, et semen eius, et opopanacum, et cyminum, et quandoque cõfert,et propriè ei, cum qua est difficultas, vt bibat ex corticib melonis sicci pugillum vnum cum zuccaro,et de eis,quę currunt cursu eius, et quæ proportionatur ad proprietates,sunt testiculi leporis sicci, qui cum vino odorifero bibantur: aut guttur galli aduratur, et detur in potu in ieiunio in aqua tepida. Medicinæ autem,quę injiciuntur,sunt sicut oleum de ruta,et oleum costinũ, et oleum laurinum,et oleum nardinum, et oleum sambucinum,et oleum cucu.asi.et oleum de pino,cum quibus permista sint ea,quæ sunt sicut castoreum, et sicut assa, et galbanum, et opopanacum. Et ista iterum conueniunt si sunt inuncta super i [emunctoria] et mirach, et pro-

k B. tafafix.
l ——B.
m B.macis.
n B.cum.

& proprie oleum [k] [tefifie] permiſtum cum ſeminibus [l] [ſubtilibus]odoriferis. Emplaſtra vero ſint ex medicinis calidis, & in quib. eſt ſtypticitas aliqua, ſicut cyperi, cinnamomum, bdellium, ſpica & [m] [mirtus] cum chamæmilla, & ſecha, & mel. Et quãdoque curatur etiam cum clyſteribus calefacientibus, factis ex centaurea, & coloquinthida, & alkerua, & alijs [n] [ex]oleis calidis prædictis, & natatio in aqua calida maris, & balneatio in aquis thermarum, ſunt iuuatiuæ valde ad illud.

ANNOTATIONES.

Veſica nonnunquam etiam ex proprio ſitu diſijcitur, ſiue ab externa cauſa, ut ictu & caſu: ſeu ab interna. reſolutis. ſ. eius ligamentis uel ob humorem nimium, uel ob frigiditatem. Si ex ictu id uitium acciderit, difficile omnino curabitur, ut etiam affirmat hic author. minori autem negocio, ſi ex paralyſi euenerit. Pro curatione petenda erunt, quæ alibi de paralyſi generatim ſcripſit.

De doloribus ueſicæ. Cap. 23.

FIunt ex cauſa malitiæ complexionis diuerſę, & ex lapide, & vlceribus, & ex ſcabie, & apoſtematibus, & vẽtoſitate & iam ſciuiſti omne cap. & curationẽ eius. & multoties fit ex ſignificatione criſis expectatę cum vrina, & dolores quidem veſicæ multiplicantur, quum ſufflat ſeptentrio, quum in veſica eſt dolor, & dicitur quod quando apparet in habẽte. ipſum ſub aſcella eius ſiniſtra apoſtema, ſicut cydonium, & accidit illud in die vij. moritur in xv. die, & proprie ſi accidit ei profundus ſomnus.

De debilitate ueſicæ. Cap. 25.

a †B. & mollificationis & diſlocationis. Et ſigna omnia ſunt manifeſta. Et curationes eius ſunt notæ. Et quum debilitatur ueſica.
b B. nõ tolerat urinã plurimã, & deſiderat.
c B ordinata copioſa.

DEbilitas veſicę quandoque accidit etiam ex parte complexionis, cuius plurimũ eſt frigus, & ex parte apoſtematis duri, [a] † [ ] [b] [non tolerans vrinam plurimam & deſiderans]euacuare eam, & quandoque debilitatur lacertus eius in adiuuãdo ad euacuandum, ſoluendo ſe ipſum, & eſt ex aggregatione duarum rerum diſtillatio non [c] [dilatata.]

De uentoſitate in ueſica. Cap. 25.

a B. Alia litera. aut multitudo humiditatis.

QVandoque eſt retenta, & quandoque eſt permutabilis, & cauſa in hoc, ſunt cibi, inflatiui: [a] [& plurimum eius eſt humiditas]in veſica, cum debilitate caliditatis.

De ſignis. Cap. 26.

SIgnum ventoſitatis, eſt tenſio ſine grauitate, & propriè quum permutatur.

De cura. Cap. 27.

MAgis iuuatiua curationum eius poſt abſtinentiam ab inflatiuis, & a malitia digeſtionis, eſt vt bibat oleum de Kerua cum aqua radicum, & liniat pectinem cum oleis aromaticis reſoluentib. & gummi calidis, & emplaſtretur cum ruta, & [a] [chamæmilla,]& anetho, cũ re forti de caſtoreo. & aſſa, aut muſco, & inijciantur iſta olea cum aliquantulo caſtorei in virgam, aut inijciatur in ipſam ſuccus rutæ cũ muſco, aut oleum de ben cum muſco, & gallia in oleo ſambucino. Et recordare eius, quod dictum eſt in cap. renum, qđ renes & veſica quando ſunt doloroſi, ęgri non appropinquent pilulis de ſeminibus, & augmentetur in renib. & veſica dolor [b] [cum attractione,] neque ſtupefacientia, imò aqua tepida per quantitatẽ, qua non attrahat, neque ſtupefaciat aliquid.

a B.calamentho.
b ——B.

TRACTATVS II.

De nocumentis, quę accidunt vrinæ.

De qualitate exitus urinę naturalis. Cap. 1.

VEſica expellit urinam, quoniam conſtringit ſuper eam ex omnibus lateribus, & comprimit eam, & dilatat lacertum ſuũ, quod eſt ſuper ipſius orificium, & [a] [comprimit lacertum] myrach.

a B. cũ cõpreſſione uel expreſſione lacerti.

ANNOTATIONES.

Veſica excipiendi è corpore, reddendiq; extra corpus potionis excrementi primarium inſtrumentum eſt: habet tamen ea & alijs particulis opus, & abdominis ipſius muſculis, & muſculo ad eius ceruicem poſito, quem uerò ſingulæ hæ partes uſum præſtent, & quomodo lotium excernatur paucis hic, pluribus uerò Gal. 5. de uſu part. cap. 16.

De nocumentis urinæ. Cap. 3.

ISta ſunt ardor vrinæ, & difficultas vrinæ, & retentio eius, & inuolũtaria ipſius emiſſio, de cuius ſumma ſunt multitudo eius, [a] † [ ] & ipſius diſtillatio & diabetes. [b] † [ ]

a B, & paucitas eius.
b †B. ẽ de ſumma multitudinis eius.
Alia litera. mictus ſanguinis, & ſaniei.

ANNOTATIONES.

Offenditur & ueſicæ actio multipliciter, ut cæteræ, imminuitur, aufertur & deprauatur. Hinc iſchuria, dyſuria, ſtranguria, diabetes, & alia de quibus proxime agitur.

De ardore urinæ. Cap. 3.

CAuſæ ardoris vrinæ ſunt, aut acuitas vrinæ, & eius bauracitas propter cauſam complexionalem, aut cauſa defectus eius, quod præparatum eſt ad temperandam ipſam, & eſt humiditas præparata in carnibus glandoſis, quæ ſunt illic ipſa enim currit ſuper meatũ, & glutinoſum eum facit, & permiſcetur urinæ etiã, & æquat eam, quum ergo finitur, deficit loco glutinatio, & vrinę [a] [euacuatio]& æquatio, quare accidit ardor, & ex illis, quę [b] [adiuuant ipſũ,]eſt multitudo coitus. Iſtæ. n. humiditates quandoque egrediuntur cum coitu, & per vicinitatem ſpermatis exitu plurimo, & iterum ęgritudines eliquantes corpus, aut vlcera, quæ ſunt in meatib. vrinæ, propinqua virgæ, & ſcabies, [c] [quæ aduſtionem facit.]et ſignum quidẽ prioris, eſt acuitas urinæ, & ut non ſit ſanies, & ſi-

a B. uiſcoſitas.
b B. ſaniunt eã.
c B. quate fit ardor.

d B. Alia litera ... ictus.

& signum secundi, sanguinis [a] [generatio] & saniei, & multoties perducit primum ad secundum, secundum quod sciuisti in eis quæ præterita sunt: primum igitur est sicut antecedens secundi, sicut fluxus uentris cholericus, est quasi antecedens ulcerum intestinorum.

ANNOTATIONES.

Ardorem urinæ uocant, ubi in meiendo incendium in uesicæ ceruice uel in cole persentiscitur. estq; propterea hic affectus deprauata mingendi actio, nempe qui cum dolore fit. cum hoc uitio frequenter urinæ stillicidium concurrit, quamuis & hoc ipsum alias causas sequatur præter acrimoniam. Quod ad hunc affectum pertinet, quamuis nunquam non a mordaci & acri fiat materia siue biliosa, siue pituitosa, & salsa, siue alterius differentiæ, fieri tamen etiã potest ut urina secundum naturam se habente quæ alioqui mordicare uesicam non solet, mordicatio sentiatur ob eius humoris defectum, qui ex glandosis partibus effluit, quamuis enim Galenus 14. de usu part. eam humoris istius actionem putet, ut & in uenerem excitet delectetq;, & ipsum urinarium meatum aspergat reddendæ facilius urinæ gratia, & nullum præterea usum ipsi præstet: putat tamen Auic. eo serum quoque ipsum temperari, ne inter exeundũ offendat. Solueturq; propterea ex hoc quæstio, cur lotium quod acre est etiam secundum naturam se habens, non tamen inter exeundum mordicet. fortasse enim id uiscidi humoris gratia euenit.

Cap. 11.

De curationibus. Cap. 4.

SI est cum sanguine, & sanie, tunc eius cura est cura vlcerum vesicæ, & partiũ eius, & illud iam dictum est. Descriptio competẽs ad illud: fiant troch. secundum hunc modum, sumatur seminis melonis, citru. granorum cucum. omnium an. pondus drac. xx. thuris, gũmi, sanguinis drac. omnium an. drac. x. opij. [a] [drac. iij.] seminis apij drac. j. dentur in potu cum [b] [aqua] de papauere. sitq; dosis drac. ij. postquam de eis facti fuerint troch. Et si non fuerint vlcera, neque sanies, tunc melior cura eius erit [c] [exuberatio vrinæ, consequenter extrahẽdo superfluitates] cum solutione subtili secundum quod sciuisti in capitulo ægritudinis [d] [renum:] & vomitus, & cibi humectantes infrigidantes, ex cibarijs, & olerib. & fructib. & deuitatio omnis saliti, & acuti, & vehementis dulcedinis, & dimissio laboris, & coitus. & de eis, quę conferũt est potus mucillaginum & iniectio carũ, sicut est mucillago seminis almaru, & mucillago psyllij, & mucillago seminis cydoniorũ, & aliquid de papauere, & semina diuretica frigida, & detur in potu totum illud cũ aqua frigida. & administretur Kisch hordei, & aqua eius iterum, & oua sorbilia, & cib. factus ex cucurbita & cib. factus ex mes, aut cum eis, quæ sunt sicut oleum amygdalinum, aut cum pilulis, & gallina pingui. Et si causa in eo est exsiccatio accidens glandulis, tunc cura eius est humectatio [e] † [ ] eius, & dimissio eius quod exsiccat ex coitu. Et de iniectionibus vsitatis in hoc, est mucillago seminis almaru, & mucillago psyllij, & mucillago seminis cydoniorum, & gummi, & cerusa, & albugo oui recentis, & lac mulieris, & injiciatur in eam, & de expertis est.

a B. tertiã vnius drach.

b B. syrupo.

c B. diuertere vrinam cũ euacuatione superfluitatum facta. Alia litera. est dulce facere vrinã cum euacuatione, uel remittere acuitatem vrinæ cum euacuatione superfluitatum. Alia litera. contẽperare vrinam cum euacuatione superfluitatum.

d B. vesicæ.

e † B. corporis.

Recip. lapidis hæmatitis drac. vj. lactis mulieris fœmellam lactantis vnc. j. tere terenda & simul misce, & per foramen virgæ per syringam mitte, & quandoque sufficit in assiduatione iniectionis lactis lac asini. & [f] [muliebre nõ currẽs] & lac caprinum. [g] † [ ] Et quandoque sufficit iniectio albuminis oui solum, aut cum aliquo. [h] [diureticorum] & cũ oleo ros. & quãdoque ponuntur in eo stupefacientia: nã si dolor est vehemens, & proprie quum mingitur sanies, tunc non est excusatio, quin ponatur in eo, quod injicitur, aliquid de stupefacientib. & secundum descriptiones prędictas in cap. vlcerum. Descriptio bona. Recip. cortices papaueris, & amylum, & succum liquiritiæ, & sumatur ex eis, quod injiciatur. & si indigeat confortatione, ponatur in eo aliquid opij, & seminis hyusquiami albi.

f B. mulieris la... ctãtis puellam.

g † B. Et quan... doque ponitur in eo aliquid ex mucillaginibus frigidis, & aliquid fiet albi.

h B. ex prædictis.

ANNOTATIONES.

Si urinæ & eorum quæ cum urina exeunt, acrimonia, doloris est causa, mitiganda erit acrimonia. aut alio auertẽda materia, ne in sentientem hanc particulam feratur. sin humoris ex glandosis partib. inopia, tali dietæ & medicamentorum ratione utendum erit, quæ humectet. pulchre et breuiter hæc singula hic author docet. Tu uide & Paulum lib. 3. ubi de stillicidio urinæ agit, nec non Aetium lib. 11.

Cap. 45. cap. 19.

De paucitate urinæ. Cap. 5.

FIt propter paucitatem potus: aut multitudinem [a] [raritatis:] aut multitudinem fluxus ventris: aut propter debilitatem renum in attrahendo, aut hepatis in discernendo, & mittendo aquositatem, sicut fit in cachexia & hydropisi. [b] † [ ]

a B. Alia litera resolutionis.

b † B. Et scias ... φ acetosa noc... eis, & coitus ... dit in ægritu... ne ipsorum.

De difficultate urinæ, & eius retentione. Cap. 6.

DIfficultas vrinæ, aut fit propter causam in vesica ipsa ex debilitate, & sequitur complexionem malam, & proprie frigidam, sicut accidit in multitudine flatus septentrionis, aut apostema: aut alia, quare non [a] [pertransit] apud expulsionem eius dominium super vrinam vt extrahat eam exprimendo, secũdum quod se habet res naturalis. Et fortasse est causa in ea frigus, aut calor de foris, aut percussio, aut retentio vrinæ plurimæ: aut fit propter causam in meatu, qui est collum vesicæ, & [b] [caput] virgæ, aut fit propter causam in uirtute, aut propter causam in instrumento, quod est lacertus: aut propter causam membri mittentis, aut propter causam in vrina. Et causa quidem in meatu, aut est [c] [primitiua,] [d] † [ ] aut per communitatem. [e] [Primitiua autem] est oppilatio in ipsomet, aut per communitatem. & oppilatio in ipso, aut est causa apostematis calidi, aut duri in ipso, aut rei grossæ sicut humiditatis, aut [f] [rei inuiscatæ, &] saniei. Et multoties quidem fit saniei causa oppilationis, aut lapis, aut ventositas repugnans, aut uerruca, aut incarnatio ulceris, aut propter constrictionem ex frigore, aut

a B. bonifica...

b B. meatu...

c B. principali...

d † B. & per ...

e B. prima ... & principalis...

f B. sanguinis ... uiscati uel con... gelati.

aut propter constrictionem ex calore uehemēti, sicut accidit in febribus adurentibus, & in ęgritudinibus liquefactionis, & quandoque fit causa vlceris, & quandoque fit causa tensionis, quæ accidit ei, vehementis oppilationis, g [aut sanici. Et multoties fit tensio causa oppilationis,] sicut accidit ex difficultate vrinæ, & retētione eius illi, qui superfluit in retinendo vrinam: h [nam figitur in] vesica, & cooperitur meatus. Et retentio quidem fit in nocte propter somnum, & in die propter occupationem, & ille, in quo fit oppilatio secundum communitatem, est sicut si sit in intestino, & matrice, & in i [fumine] apostema calidum, aut durum; aut sunt in eo fæx sicca, aut phlegma plurimum extensiuum, aut ventositas repugnans, aut extendens, aut apostema in ano incipiens, aut causa tenasmon, aut incisio hemorrhoidarum, aut fistularum, aut dolor hæmorrhoidæ, aut ragadiæ dolorosę, aut sicut si sit in partibus inferioribus dorsi apostema, aut torsio. & sicut si accidat testiculo eleuari ad mirach; quare comprimat meatuum, & attrahat ipsum ad superiora, & constringat ipsum, & difficilem faciat exitum urinę. & dolorē faciat, & egrediatur paulatim. Et quandoq; est causa urinæ difficultatē faciens, & retinēs, dolor propter ulcera in meatu sine oppilatione, & sine apostemate, quare quoties vult mingere, dolet, quare non exprimit mictor vesicam suam cum lacerto uentris, fugiens a dolore, & propriè quando est cum hoc in lacerto debilitas, aut spasmus, & quę sūt his similia. Et quum studet in se ipso, mingit vrinam suam naturalem in quantitate, & qualitate, & sedatur dolor. Et similiter k [quū uincitur dolor. Et quandoque habens; hoc est cum difficultate urinæ, patiens distillationem eius, quasi quum egreditur paulatim, alleuiatur dolor, & toleratur. Causa autem in virtute, aut est in virtute sensibili, aut motiua, aut in naturali. Et facta causa virtutis sensibilis est, ut sit ingressum sensum vesicæ, aut lacerti eius nocumentum; quare non suscipiat ab expulsiua expulsionem fortem, aut expulsionem omnino: aut sit ingressum principium hoc nocumentum, sicut quòd accidit in Karabito, & lethargia de obliuione, & paruitate sensus. Et facta causa uirtutis] motiuę est, vt non sit lacerto ut soluat se ipsum, & moueatur a sua constrictione, ad dilatationem suam, existens auarus a sua dilatatione: & ut sit lacertus uentris non obediens uirtuti suę ad hoc ut l [premat] in uesica propter debilitatem uirtutis; aut propter dispositionē in eo de tensione & similibus, & facta, causa virtutis naturalis, est sicut si debilitetur uirtus expulsiua propter malitiam complexionis diuersæ calidæ: & est secundum minus, & frigidę & est secundum plurimum: m [&] cum materia sicut est calida cum acuitate urinę, & frigida cum humectantibus, mollificantibus, aut extendentibus. Et quandoque est causa huius debilitatis n [accidens] electio naturæ in retinendo, quare debilitatur uirtus expulsiua. Facta autem propter causam in lacerto, aut est nocumentū complexionale, aut apostema, aut nocumentū nerui ex spasmo, aut mollificatione, & destructione virtutis motus propter percussionem, aut casum, aut alia, aut in ipso, aut in principio eius ex ramis nerui: aut nucha, aut cerebro. Causa uero membri mittentis facta, est ut sit in renibus apostema calidum, aut durum, aut lapis, aut debilitas attractionis eorum desuper: aut debilitas expulsionis ipsorum ad inferiora; aut sit hepar impotens o [lenificandi materiam, & mittendi] eam ad dispositiones hydropicas. Et hæc quidem diuisio exponetur tibi, si posuerimus ipsam cap. singulare, aut posuerimus ipsam de genere paucitatis urinę. Facta autē causa urinæ, est ut sit p [calor] faciens dolorem, & expertum quidem est in pluribus hominib. & dictum est; qui habet difficultatem urinæ & aduenit post ipsam tenasmon, moritur in vij. nisi accidat febris, & prouocationem plurimam faciat. Et scias, quod quandoque accidit post ardorem urinæ, & remotionem eius, exsiccatio in glandula, super quam lubricat urina, & perducit ad difficultatem urinæ, & retentionem eius, quia oportet vt administretur humectatio, ut non accidat illud.

g—B.

h B. quare uehementer repletur.

i B. umbilico.

k B. Alia litera quū fit cōpressio. Alia litera. quādo comprimitur.

l B. exprimat quod est.

m B. aut.

n B. accidentis.

o B. ad sequestrandum aquositatē & mittat.

p B. calida uel acuta.

ANNOTATIONES.

Scripsere de dysuria Græci, Paulus lib. 3. Aetius li. 11. & Trallianus lib. 9. Quos tamen quanto interuallo hic superet, facile uidere est. Hic re in methodum quandam redacta, quod sæpissime facit, adeo diligenter in hoc & trib. sequentibus capitibus, causas, signa, & curationem huius affectus prosequitur, ut nihil quod ad eius notitiam facit, propositum hunc ordinem subterfugiat. Tu Vide Galenum 1. de loc. aff. & 6. & 7. aph.

Cap. 45. Cap. 19. & 20. Cap. 6.

Cap 1. cap. 3. Com. 48

De signis. *Cap.* 7.

Signa quidem eius cuius causa est frigus cōplexionis, est albedo vrinæ cum grossitudine aut tenuitate, & multitudo necessitatis surgendi ad mingendum ante illud, & multitudo balneationis, & sensibilitas frigoris, & uacuitas a reliquis signis. Signum verò eius cuius causa est caliditas, est acuitas urinę, & inflāmatio, quæ sensu percipiuntur. Et si causa est constrictio a frigore, significat iuuamentum proueniens ex mollificatione. Et si est a liquefactione, & feb. adurentibus, significat ipsam iuuamētum humectatiōis. & iterum de signis eius est, quòd parum non egreditur, & multum est facilioris exitus, propterea quòd humectat madefaciendo meatum, & dilatando ipsum. Signa autem eius, quæ est causa apostematis in uesica, aut membris uicinis, aut exiturę, iam sciuisti in illis, quę prǽterierunt, & nos determinauimus unicuique eorum cap. stans per se. Amplius de differentia inter difficultatem factam ab apostemate, & factam ab aliis, est quòd apostemosa accidit paulatim, nō subito, nisi sit res magna ualde. & scitur quòd illa, quę fit ab oppilatione apud uesicam propter ęgritudinem in ea, aut coarctationem eius cum a [appodiatione] uesicę, & eius inflatione, & tensione eius. & illa, quæ est causa membri mittentis, est ut non sit in uesica b [appodiatio] & inflatio, & omnes species oppilationis, quę accidunt in uesica ex ipsa, aut ex coarctatione, sunt cum dolore. Et cognoscitur apostema oppilans per illud,

a B. plenitudine

b B repletio.

lud,quod sciuisti. Et cognoscitur res oppilans absque apostemate per syringam,& illud,quod ipsa extrahit de sanguine,aut humore, aut per illud,quod stat in facie eius, & non dimittat ipsam c [incedere]ex uerruca , aut lapide,aut incarnatione.Et lapis quidem scitur per signa eius, & propterea quòd syringa tangit rem duram ualde . Et sanguis quidem,aut humor cognoscitur iterum per vrinam præteritam . Et sanguis ipse quandoque cognoscitur per signa congelationis sanguinis in vesica, & ex citrinitate coloris,& paruitate pulsus,& anhelitus, & frequentia amborum,& sudore frigido, & febre,& rigore,& nausea;& est malum,a quo parum fit euasio . Et humor quidem grossus cognoscitur iterum ex d [grauitate sensata ,] si est ei summa,de qua sit curandum,& si egreditur in urina humor grossus crudus.Illius autē, quæ est a frigore constringente, aut e [calore] solidum faciente,causæ f [propinquæ] & antecedentes sunt significationes, Et signum eius , quæ fit ex ventositate, est tensio sine grauitate , & quandoque est cum permutatione,& quandoque est retenta in vesica.Et signum eius,quæ fit ex debilitate sensus,est vt non sentiat mordicationem urinæ.Et signum eius,quæ fit ex debilitate expulsiuæ,est vt compressio educat vrinā cum facilitate.Et signum mollificationis lacerti est debilitas prouocationis absque g [clysteribus,] & ut sentiat quòd res intrinseca nō est obediens h [membro ,] & compressio educit eam. Et signum spasmi lacerti,est vt parum,qđ egreditur,egrediatur i [cum compressione.] & factam propter debilitatem renum,significat illud,quod preteriit de signis eius,& similiter factam causam lapidis , & apostematis ipsius . Et ad ultimum si grauitas, & dolor sunt ex parte renum,tunc ægritudo est illic . Et si sunt signa apostematis,tunc in ipsa est apostema. Et si est illic grauitas uehemens valde, tunc illic est urina retenta,& si est minor illa , tunc illic est humiditas k [pura] cum apostemate,aut absque apostemate.si autem non est grauitas sed dolor extensiuus , tunc est ventositas in renibus: & quandoque est uenter lenis, & non sunt signa oppilationis renum & vesicę,& l [debilitas] vesicæ,& aliorum inuenta , tunc causa est debilitas attractionis renum. m †[ ] & signum factæ causa doloris accidentis ex vlcere,aut acuitate urinę,est, quod tolerantia doloris educit urinam;& sedat dolorem,& similiter , n †[ ] o [quare ipsa fient vlcera,& erit] cum signis vlcerum.Et signa factæ ab exsiccatione humorositatis in membris glādosis,sunt antecessio causarum eius prædictarum, & quod humectatio facit effluere urinam.

c B. penetrare.
d B. sedimine sensato.
e B. Alia litera. frigore.
f B.primitiuæ.
g B. impetuoso exitu urinæ.
h B.expressioni
i B. exitu impetuoso.
k B.oppilans.
l B.debilitatis.
m †B a. t expulsiuæ hepatis,& factam ex debilitate attractionis renum,& expulsiuę significat dispositiōes hydropicę. Alia litera. aut expulsiue hepatis & significat super eam dispositiones hydropicę.
n † B. expulsio urinæ cū conamine & tolerantia doloris.
o B & est ulcerosa vel facta ab ulceribus.

De cura nocumenti urinæ. *Cap.* 8.

SI causa est humor,aut sanies, tunc oportet , ut curetur cum aperitiuis,& diureticis fortib.quæ sciuisti;si non timetur,quod res sit maior,quam ut a [cadat]in ea diureticum,deinde quum administratur faciat descendere b [saniem] aliam ad vesicam,& augmentet dolorē, et tensionem et non extrahat aliquid . Et aqua raphani fortem habet impressionē in hoc cap. & tantum ualet quòd oportet ut ipsa c † [ ] sit condimentum cibi. Et similiter aqua ciceris nig. Diuretica uerò sunt sicut petroselinum, et ammoniacum d † [ ] & myrrha & rubea & amomum & costus,& siseleos & acorus,et e [anisum] et semen eius,et totum illud in aqua raphani decocti, aut aqua ciceris nigri,aut in aqua alhasech,aut in succo apii, & fœniculi propriè campestris. Et oxymel squilliticum est iuuatiuum ualde,& theriaca, et mithridatum sunt uehementis iuuamenti, & diacurcuma et homorusia,& f [diakebid] regum.Infantib.aūt dentur illa lactantib.eos , aut dentur ista in lacte matrum . Confectio diuretici fortis . Recipe sauinæ,assari, amomi,ammeos,petrosel.sem.apii,rubeę tincturę, amygdalę amaræ,spicæ,omnium an. ʒ. xx. seminis melonis ʒ. x.corporum cātharidarum abscissis capitib & alis ʒ.i.resoluatur ammoniacum cum triplicato subtili,et fiant ex eis pilulę, ut auellanæ ; de quib.sumantur usque ad ʒ.iii.Et iterum medicamen de sauina et assa prędictum in cap.cōgelationis sanguinis in vesica bibitum,et iniectū. Et quādoque componuntur medicinæ,in quibus ponūtur castoreum, et euphorbium,et zinziber,et piper longum,et oleū balsami, et quandoque ponuntur in eis opium et semen hyusquiami albi causa doloris , et tu uidebis eas in antidotario.Et omnes medicinæ,quę conferūt ad lapidem,conferunt ad hoc, et ad plures species similiter a calore et frigore, postquam nō fuerit sanguis aut ulcus,et sunt sicut cinis scorpionum,et lapis spongię,et cinis uitri.Et de illis,quæ proprietatem quandam habent secundum quod dicitur,est uesica danulę exsiccata , de qua ʒ.iii.in uino odorifero bibantur, et iterum cancri g [marini] adusti pondus ʒ. ii. bibatur,et proprie a pueris.Et iam diximus medicinas alias in curatione eius, cuius causa est frigus uesicæ, et oportet ut legantur iterū in hoc loco.facta autem causa congelationis h [eius, quòd inuiscatum est in uesica,] curetur cum eo,quòd dictum est in capitulo congelationis i [eius,quòd inuiscatum est] in vesica.Et quandoque administrentur emplastra ex istis medicinis cum aqua raphani, et quandoque linitur cum theriaca,et mastice, et homorusia , et diacurcuma,et diakebid regum,et quandoque necessariæ sunt embrochæ fortes acceptæ ex eis , quæ sunt sicut k [synapis] et pulegium cum fimo columbino , et iterum ex baurach,et pyrethro,et synapi.Emplastrum expertum bonum. Recipe baccarum lauri et l [aluminis] amomi, meliloti farinę ciceris nig.chamæmillę omniū an. ʒ.x.dauci,sem.raphani, sem. apii hortulani, et montani omnium an. ʒ. vii.fiat ex eis emplastrum cū oleo balsami,aut cum oleo lilii,conficiantur cum aqua caulis m [armeni.] Confectio unguēti boni.Recipe serapini,bdellii,opopanacis,acori partes equales,de quib.fiat vnguetum cum adipe anatis,et cera citrina,et oleo de lilio.Et de iniectionib.est iniectio facta ex galbano,storace,opopanaco,et pipere; et quandoque

quę

a B. iuuet.
b B.materiam.
c †B.comedatur cum pane cum quam.
d †B.& dauci.
e B.anethum.
f B. diachebed.
g B.fluuialis.
h B. sanguinis coagulati
i B.sanguinis.
k B.harmel.
l B. Alia litera. anethi.
m B. Alia litera. nabathi.

que ponitur in ea assa. Et si causa fuerit lapis, curetur lapis ubicunque fuerit. Et si causa fuerit verruca, aut caro orta, aut incarnatio, tunc curatio erit cum tinis mollificantibus, & oleis mollificatiuis scitis in capitulo uesicæ. Et abstinentia ab acetosis, & stypticis: & fortasse proderit, & fortasse non proderit. Et si causa fuerit apostema, curetur apostema, & mollificetur, & liniatur, & administretur [n] [theriaca] in balneo aquæ, & lenientia, ex quib. fiat emplastrum: & iniecta, & supposita in ano: & minoret potum aquę, & dimittat [o] [styptica.] & prohibeatur cibus saltem duobus diebus. Et quũ lenitas est apostematis, iam descendit urina cum cõpressione, & expressione post multitudinẽ mollificationis & lenificationis. & caules, et althea, et cępæ, & porri decocti elixatione, iuuantes sunt in hoc capitulo plurimum, quum fit cum eis emplastrum, & phlebotomia basilicę est de illis, quæ magis necesse est præmittere, deinde ex saphena: quandoque enim prouocatur cum ea urina, & quum causa fuerit frigus & stypticitas, curetur curatione malitiæ cõplexionis frigidæ: & si fuerit calor, curetur cum oleis temperatis, et frigidis, in quibus est lenificatio, & mollificatio: sicut oleum uiol. & oleum de cucurb. permistum cũ oleo anethino, & chamæmillino, & si fuerit illic siccitas, etiam administrentur tinæ, & olea mollificantia & cibi humectantes et regimen conualescentium, & balneum. Et si causa fuerit paralysis, curetur cura eius. Quòd si causa fuerit spasmus lacerti, curetur curatione spasmi prædicti in capitulo suo. Et si causa fuerit complexio frigida, curetur cũ oleis calidis: & confectionib. calidis, quæ sciuisti, & de illis, quæ conferunt ad illud, & ad paralysim, est ut sumatur fimi columbini syluestris pondus ℥.i. & bibatur cum urina pueri, et prouocat urinam. & stercus muris pondere aure.i. in aqua decoctionis anethi, et quandoque iniicitur cum mumia, aut pondus ℥.i. [p] [uetris arachamathi] cum eadem mensura salis indi cum aqua calida, et cõfert ei potus [q] [balsami cum aqua calida, et tertia ℥. i. assæ in lacte asinæ, et hoc etiam confert ei, quæ est ex humore grosso. Facta autem a calore curatur cum seminib. frigidis: et semen lactucæ bibitur cum uino permisto, et aqua granati acetosi. Sed si fuerit a casu, aut percussione iam apostema faciente, aut non apostemante, [r] [aut remouet] aliquid, tũc curatio est phlebotomia in primis & [s] [mollificantia temperata,] & tinę, et studere in hoc ut mingat. Quod si minxerit sangu. plurimũ, tunc retinebis eum cum troc. de karabe, qui artificio se fiunt cum [t] [oleis] nuc. Et si timeatur quòd accidat [u] [aliquid, quod inuiscetur,] tunc cura ipsum cum cura [x] [eius, qđ est inuiscatũ, congelatum Quod si illud, quod est inuiscatum] fecerit oppilationem, tunc curetur oppilatio facta ex [y] [inuiscatione.] et iam dictum est illud. Qđ si causa fuerit uentositas, curetur cura uentosi tatis uesicæ. Facta uero causa doloris prohibentis curatur cum administratione stupefacientium, [z] [et iniectione, deinde cum [a] [descẽsione] urinæ; et post illud administretur cura ulceris, aut cura ęquationis urinæ acutę cum cibis, et herbis prędictis, et quandoque iniiciuntur

n B. faciẽtia sudare.

o B. diuretica.

p B. stomachi altachame.

q B. olei nardini.

r B. imo remouente.

s B. vnctiones temperatę.

t B. gumma.

u B. sanguinis coagulatio.

x B. sanguinis coagulati: Qđ si sanguis coagulatus.

y B. sãguine coagulato.

z B. in.

a B. studio egressionis.

glutinationem facientia separantia inter acuitatem vrinæ, et [b] [nocumentum eius in meatu sensibili.] In facta autem propter debilitatem sensus, curatur principium, si fuerit ægritudo præcedens a principio, aut ipse lacertus, et vesica cum medicinis habentibus virtutem albezahar, quæ sunt theriaca, et mithridatũ, et unctiones, et iniectiones conuenientes [c] [ulceribus,] sicut oleum [d] [sambucinum] et oleũ de lilio, et oleum narciscinum, et oleum de croco, et oleum de balsamo propriè. Et administrentur emplastra ex folijs arborum, fructuum, et olerũ dilectorum spiritui animali, sicut folia malorum, et menta, et ruta, et admisceantur cũ eis medicinæ expergefacientes valde, sicut semen alharmel, et semen rutæ montanę, deinde emplastretur cum eis pecten. Et si fuerit propter debilitatem expulsiuæ, altera complexionẽ dominantem, et ægritudinem debilitantem cũ eo quod scis, et cura, et illius quidem plurimum est ex frigore, et eius curatio est cum eo, in quo est calefactio, et stypticitas, & propriè, quod dictum est in debilitate sensus. Et si causa fuerit longitudo retentionis, tunc eius cura iterũ est cum tinis mollificantib. lenientibus, factis ex semine lini, et fœnugræco, et cartamo, et [e] [sula] et emplastris factis ex istis. Deinde utere eis, quę sunt vehementis prouocationis: et syringa, et oleum balsami, et quæ sunt ei comparia sunt maximi iuuamenti hic. In facta autem causa renum, et hepatis, et intestinorum, et dorsi, oportet vt intendatur intentio illorum membrorũ tunc si curatio valet in eis, bene est, et si non, non valebit. Et cum hoc necessarium est administrare mollificantia ex tinis, et emplastris, et iniectionib. et necessaria est administratio diureticorum, nisi timeatur ꝙ ipsa faciant descẽdere materiam plurimam, et scias quòd lac est res magis conueniens eis, quum non est feb. et omni hora in qua dandę sunt pilulæ similes auelanis de seminib. et non est feb. tunc consilium meum est, vt cum lacte in potu sumantur.

b B. inter supsiciẽ meatus sensibilem.

c B. spiritibus.

d B. iasminum.

e B. alrathbe.

De rememoratione rerum facientium mingere, conferentium in pluribus dispositionibus.
Cap. 9.

Dixerunt quidam, quòd quando fimus columbinus cũ mumia iniicitur, facit mingere, et iterum illud, quod dictum est in cap. curationis oppilationis grossę, et quod dictum est in curatione eius, quę est ex frigore, et dixerũt quidam, et est de illis, quæ iam experti sumus, et profuit, fiat suppositorium de sale tabarzet, et supponatur in ano, prouocabit enim urinã, et soluet uentrem, et dixerunt, si intromittatur in caput uirgę pediculus, aut sumatur [a] [alcodri,] quod cadit de lecto, et forsitan est illud, quod nominatur fisessis, et aligil, et immittatur in caput uirgę, prouocatur urina, et similiter si liniantur super eam allia, aut cepæ, prouocatur, et ponatur in capite uirgæ [b] [coopertura ex croco.] et quando non est apostema, sed est oppilatio qualitercunque fit, confert iniectio olei, in quo sub sole morante positi fuerũt scorpiones albi, qui nõ sunt mali ualde, cum syringa argenti. [c] [Aut adiuuetur cum insufflatione

a B. alcarad.

b B. filum vel villus croci.

c B. Alia litera. De siringis, & administratiõe earũ in faciẽdo mingere, & de iniectionibus. Cap. 1. Quũ nõ conferunt medicinæ. &cæt.

ne facta per cathetir, & ipsius administratio [d] [inungendo]& in iniectione. Et quando non conferunt medicine non est excusatio ingenij alterius,& administrationis alcatatir, & instrumenti,quo mingitur. Et caue nè administres ea,quum apostema est in vesica aut in coarctante eam proximè.Intromissio nanq; eorũ apostemat,& addit in dolore. Et syringarũ melior est illa, quæ est ex lenioribus corporib.& magis susceptibilibus flexionis,& iam inueniũtur [e] [similiter quædam animalia marina,] & quędam coria animalium syluestrium,quũ aliquo modo preparantur,deinde [f] [sumatur ex eis aliquid] & conglutinatur glutine casei, & quandoque fit ex plumbo,& stãno,& est bonũ etiam,& si est vehementis lenitatis fiat forte cũ pauca re proiecta super ipsum ex massacuima, & marchasita, aut cum multitudine liquefactionis, & fusionis, & proiectionis sanguinis hirci super ipsum. Hircinus enim sanguis est fortis in his cap.& cum hoc stringit plumbũ, & tunc oportet vt sit caput eius durum, rotundum,& fiant in ipso foramina plura numero, ita vt quum retinet aliquod eorum aliquid arenę,aut sãguinis, aut humoris grossi,sit ei,quod inijcitur de medicina, aut prouocatur de vrina,penetratio alia:& non egeat extractione, & intromissione frequenti;& aliquando fit ex argento, & reliquis corporibus. Et quandoque præparatur totum illud ad clysterizandum aliquid illi.Et quandoque præparatur ad extrahẽdum aliquid cum eo. Et super os illius,quod præparatur ad hoc,vt cum eo clysterizatio fiat, super [g] † [ ] extremitatem apertam solutam,ligatur aliquid, quod est sicut vagina parua,aut vesica confricata firma, & funditur in id medicamen,deinde impellitur secundum quòd impellitur enema:& est possibile vt fiat sicut fit clystere electũ,quod diximus in cap.colicæ.Et si præparatur ad hoc vt per ipsum educatur vrina,tunc necesse est vt currat cursu attrahentium propter causam [h] [conuersionis causa casus vacuitatis.] Et illud est quoniam impletur re aliqua,deinde extrahitur illa res ab eo cum fortitudine, quare extrahitur post ipsam vrina prouocata,aut aliud. Aut ingeniose statuitur in eo,aut supra ipsum,aliquid exprimẽs de aere quantitatẽ aliquam.Quum ergo extrahitur,& aeri non est introitus,oportet necessario vt extrahatur vrina prouocata,aut aliud:& illud.quod implet illam vacuitatem intrinsecã aut est lana ordinatorũ filorum [i] [extenso] medio totius cum filis,ita vt quũ impellitur a duabus extremitatibus suis in spatium & concauitem impulsione leui, deinde extrahitur filum, egrediatur lana.& sequatur ipsam illud, quod sequitur,aut [k] [est perpendicularis penetrãs in eo,& suspensiones comprehendentia super ipsam cum manica,qua remoueatur.] Harũ verò medicinarum administratio melior est, ut sedeat ęger super extremitatem caudę suę, & comprimat anum substentatum retro, & eleuet genua sua parum vsque supra inguina,cum apertione inter ea,pręcedente balneatione eius cum tinis mollificantib.& ipsius emplastratione cum vnguentis, & emplastris mollificantibus:deinde intromittatur syringa tanta quantitate,quæ sit in mensura longitudinis virgę,& melius quidem est [l] † [ ] illud, quo educitur vrina omnis hominis secundum [m] [virgam] eius & eius amplitudinem, & ipsius strícturam.Et tu iam præcessisti,& linisti [n] † [ ] cum ceratis, & proprie quum sunt ex oleis proportionalibus intentioni;quum ergo [o] [peruenit] in ipsa quantitas sicut [p] [medietas virgæ,pręparetur ęqualis,] sicut stans cũ declinatione ad [q] [sumẽ: deinde subtilietur in expulsione] syringæ in meatu vesicę quantitate vnius nodi,aut duorum nodorũ,& illic peruenit ad vacuitatem vesicæ, & sedatur cum ea dolor,aut minoratur,aut sentitur quòd eius penetratio iam peruenit ad mouendũ aliquid,& ad vltimũ est penetratio sensata:deinde redeat virga ad partem inferiorem ad suam dispositionem primam in præparatione sua,aut vehementius inferius. Quum igitur feceris illud,extrahe aliquid si vis. & impelle aliquid per clystere si vis impellere illud,& ad vltimum oportet vt studeas,ne excoriationem faciat,& sit secundum tarditatem, & facilitatem, non cum dolore.

d B. Alia litera est in faciendo mingere.

e B. ad hoc pelles quorundam animalium marinorum.

f B. fit ex eis instrumentum.

g † B. illius.

h B. Alia litera. impossibilitatis casus vacui.

i B. ligato.

k B. fit colũna seu aliquid perpendiculariter penetrãs in ea, aut aliquid ĩ ea penetrãs ita accommodate, & adæquate, q̃ nihil mediet iter ea, & sup illud applicetur manicus,seu res sibi cõtinuata cũ qua manib. fiat apprehensio, & cum qua moueatur.

l † B. vt sit.

m B. longitudinem virgæ.

n † B. siringam.

o B. ęquatur.

p B. quãtitas eius eleuetur uel præparetur virga eleuatione ęquali.

q B. partes vmbilici, deinde ingenietur cũ facilitate in impulsione.

De distillatione urinæ. Cap. 10.

AVt fit propter causam in vrina, aut propter causam in instrumentis urinæ [a] † [ ] aut in corpore ipsius vesicæ: aut propter causam in principiis, & causa quidẽ in vrina,aut est acuitas,aut multitudo eius. Et fit acuitas, quę est causa distillationis eius, aut propter illud,quod diximus in cap.difficultatis vrinæ, ex hoc quòd fit eius missio dolorosa propter acuitatem in ea fortem, & aggregationem eius,& grauitatem ipsius,intolerabilẽ: quare fit ei dispositio inter retẽtionem, & missionẽ,quæ est distillatio: aut quoniã omne paruum eius propter [b] [nocumẽtum suum] cum sua attractione exquirit expulsionem,quare expellit ipsum expulsiua,quamuis fiat absque uoluntate.& [c] † [ ] propter cibos,& medicinas,& laborem, & coitum, & alia: aut propter complexionem membrorum [d] [vicinorum,sicut hepatis,& venarum eius, & renes quidem complexionem habent puram,]aut cũ materia saniei,aut absq; sanie: aut in toto corpore est superfluitas acuta, quare expellit eã natura. Multitudo vero,quæ est causa distillationis eius, fit propter ipsius grauitatem: & quia ipsa comprimit lacertum ad apertionẽ paruã, quamuis voluntas non vocet ad illud. Aut est causa propria in lacerto [e] † [ ] sicut est mollificatio [f] [superflua] cum stupore, & destructione sensus,sicut accidit etiam ano. Aut propter apostema,aut propter malitiam complexionis,& debilitatem incipientem in eo, aut procedẽtem ad ipsum in principio suo,cuius plurimum est a frigore:& propter illud eius, qui [g] [congelatur] vrinæ eius distillatio multiplicatur. & quando accidit ei debilitas, debilitatur eius cõstructio super meatum.& cum hoc debilitatur solutio sui ipsius,& proprie quum communicat ei lacertus uentris in debilitate.Facta autem causa uesicę; aut est debilitas in ipsa ex malitia com-

a † B. aut lacertis eius.

b B. vehementiã nocumenti.

c † B. est acuitas eius, aut.

d B. quæ sunt eius principia, sicut hepar, & venæ eius, & renes propter eorum complexionem simplicẽ.

e † B. & in principio eius.

f B. singularis aut.

g B. vehemẽter infrigidetur.

complexionis frigidæ,& est illud,quod est plurimum,& illud est sicut diximus in eo,qui h [congelatur] & distillat vrina eius. Et illa cōplexio, & hæc debilitas generant distillationē vrinæ duobus modis,quorum vnus est propterea, quòd debilitatur ei retentiua, quare non valet retinere omne parum comprehensum donec aggregetur plurimum; quare permittitur ab ea vt currat,licèt non adsit voluntas. Et secundus est, propterea quòd debilitatur ei expulsiua,quare non exprimit vrinam nisi parū, & ex distillatione permista difficultati.Et quādoque fit hæc debilitas in se ipsa: & quandoque fit propter communitatem membrorum, quæ sunt supra eam,causa apostematum,& aldubellet,& apertionis in renibus, & quæ sunt super eos,quibus communicat vesica, & læditur per id,quod currit ad eam. Et quandoque est vlcus in vesica,& scabies:quare nō valet retinere vrinam propter dolorem.Et quandoque fit distillatio propter oppilationem meatus vesicæ ex apostemate in ipso,aut in matrice, & intestino i [duro] aut lapide, aut oppilatione alia Et quum non est oppilatio completa:possibile est naturæ vt ingenietur, & extrahat vrinam paulatim.Et quandoque fit causa doloris vesicæ propter vlcera in ea,secundum quòd diximus in capitulo difficultatis vrinę.De distillatione igitur vrinæ est,cum qua est difficultas & de ea est, cum qua non est difficultas, & de difficultate vrinæ,est cum qua est ardor, & dolor,& de ea est,cū qua non est illud.Et uidetur, quòd fiat plurimum distillationis vrinę propter causas inuoluntarii exitus, & propter causas difficultatis,& propter causas ardoris.

h B. infrigidatur vehementer

i B.& dorso.

ANNOTATIONES.

Existimant aliqui urinæ stillicidium, de quo hic agitur & Græci stranguriam uocant, idem cum ardore urinæ esse. Verùm, quum ardor sæpe in stillicidio fit, non tamen semper, neque in ardore urina semper guttatim emingitur, quamuis nonnunquam ob doloris uehementiam id accidat, cū ante quidem natura ut lotium excernat, sed eadem ob humorum acredinem, a qua nimis offenditur rursum se se contrahente. Huius affectus causas, signa & curationem pulchre author noster & hoc & duobus sequentibus capitibus prosequitur. tu pete Gal. 1. de loc. aff. & 9. & 7. aph. Vide Paulum lib. 3. Aetium lib. 11. & Trallianum lib. 6.

cap. 1. cap. 3. Aph. 48. cap. 41. cap. 19. & 20. cap 6.

De signis. *Cap.* 11.

APostematum quidem,& oppilationis, & causarum materialium,& dolorum,& aliorum plurium a [corporum] & diuisionū iam sciuisti signa,& sciuisti signum complexionis calidæ ex colore vrinę, & inflammatione loci,& antecessione causarum.Et signum complexionis frigidę ex colore vrinę, & inuentione frigoris,& antecessione causarum. Et signa communia iterum nota sunt, & non oportet vt prolongem sermonem in eis.

a B. capitulorū.

De curatione. *Cap.* 12.

IAm sciuisti iterum curationem omnis capituli in se singularem a [puram.] Verum hæc

a B. Alia litera propriam.

ægritudo plurimum accidit causa frigoris, & causa paralysis: & plurimum curationis eius, est curatio calefaciens,constrigens.Et omnis, qui deficit in tolerantia vrinæ,iuuatur a medicinis desiderium coeundi facientibus. Et de medicinis ebibitis facientibus ad illud, sunt theriaca,& mithridatum,& hiera Galieni.& anacardinum,& tryphera maior,& electuarum de thure,& tryphera minor cōfortata cum anacardino,aut sagzenea,commistis cum ea aliquibus stypticitatem facientibus b † [ ] sicut sunt grana myrti & c [cuppulæ] glandium,& quę sunt illis similia. Et iterum nasturtium iuuatiuū est,& administratio alliorum est iuuatiua:prouocat.n.vrinam abscissam, & reducūt eam ad illud,quod necessarium est.Et de expertis sunt pilulæ alhasce cum pyrethro.Et de eis, quæ experti sumus, est vt sumatur myrob. Kebulorum torrefactorum pars vna,& been albi pars s.& calamenthi sicci,& granorum myrti, & sandaracæ & myrrhę, & olibani:& cyperi, & macis,omnium an.iii.partis.j.& gariophyllorum pars s.enulę d [adustæ]& granorum almahaleb partes duæ, & conficiantur cum melle emblicorum,& reseruetur,& bibatur.Confectio fortis:myrobal.nigr. & kebulorum,& gallię omnium an.pondus.drach.v.myrrhæ,& castorei amborum an.drach.j.&.s. Karabe,& cyperi amborum an pondus.drach.ij.& s.olibani,& granorum almahaleb amborum an. drach.x.conficiatur totum cum melle,& sumatur ex eo secundum assiduationem pondus.aurei j.Et iterum cymini,centaureæ, & origani omnium an.pondus.drach ij cum aqua calida.Et iterum granorum myrti,& glandium,& corticis thuris,& cymini carmeni omnium ā.pars. j.& dosis est drach.iij.cum vino antiquo,Et iterum myrobalanorum Kebul bellir.& emblicorum torrefactorum omnium an.drach.vij.corticis thuris drach.v.granorum myrti.drach.x. e [inuoluatur] quoties exsiccatur aqua,in qua extinctum est ferrum ignitum multoties, deinde conficiatur cum rob myrti.Confectio alia.Recip. granorum myrti partem vnam, laudani quartam partis.j. f [fructus heyrō] partes duas, conficiantur cū eo,& fit dosis eius aure.vij.Aut foliorū myrti, et foliorū alcannę et g [dactylorū] et thuris.et balaustię,et glādiū oīum æqualiter,bibatur quantū necesse est cū uino. Et iterum confectio iuuatiua et conueniens mictui in lecto.Recipe vniuscuiusque myroba.Kebul. et bellirico,et emblicorum an.drach x.glandiū infusarum in aceto die et nocte,torrefactarū, h [solum] et sandaracæ,et cyperi,thuris masculi,enulę siccæ,storacis siccæ,et coralli omniū. an.drach.v.myrrhæ drach. iij.conficiantur cū melle.Et iterum medicamen forte. Recipe castorei,et myrrhę,et alhasce, et cuppularum glādium,et pyrethri omnium an. partes æquales, conficiantur cum aqua myrti humidę,et sit dosis drach.i. i [ad mansionem.] Aut bibat thuris et olei de alcanna amborum an.drach. 1. et de curationibus leuibus ē ut bibat de semine k [portulacę] pondus aurei.i.et farina glandiū iuuatiua est, et propriè quando infunduntur glādes ī aceto squillitico die et nocte,deīde frigūtur super testam,et bibitur ex ea.et vltimū,q sumitur,

b † B. & confortantibus.
c B. giefo.
d B. exficcatæ.
e B. madefiat.
f B. dactyli heirun.
g B. Alia litera myrrhæ.
h B. de per se Alia litera.post
i B. apud horā somni.
K B alchachule i. cardamomi.

l † B. & iterum ficus madefactę cum oleo.

sumitur, est pondus. drach. x. [l] † [ ] & iterum cyperi, & thuris partes æquales, de quo bibatur omni mane in ieiunio aure. i. Et iterum nigellę & sem. rutæ. partes ęquales, & sit dosis usque ad drach. [m] [ii.] Et enula est competens medicina. Et oleum de kerua iterum bibitum, & inunctum. Et confert ei mellis assumptio secundum assiduationem. Et ad senes quidem est medicamen iuuatiuum, quod recipit castoreũ, & opium & semen hyusquiami albi, & semen rutæ: bibatur ex eo aure. i. cum unc. uini. Et quãdo supponitur mumia dissoluta in sambaco in ano, & distillatur in uirgam. facit tolerare urinam. Et similiter comestio ficuum cum oleo.

m B. Alia sa. ij.

De inuoluntario exitu urinæ. Cap. 13.

Est ut egrediatur absque uoluntate. Et plurimum eius fit propter superfluitatem frigoris, & mollificationẽ lacerti, & debilitatem accidentem ei & uesicæ, sicut accidit [a] † [ ] in renibus, & fortitudinem uirtutis attractiuę. & quandoque fit propter caliditatem plurimam attrahẽtem ad uesicam resudationem a corpore. Et de causis eius, est remotio spõdylium, quare accidit nocumentum in lacerto, & non potest constringere eam. Et quandoque est inuoluntaria egressio vrinę non propter causam in uesica, & lacerto, & vrina, imò propter [b] [stercoris] coarctationem comprimentem omni hora, & exprimit: quare egreditur vrina, sicut aduenit prægnantibus, & illis in quorum uentribus est fex plurima, & habentibus apostemata magna in membris supra uesicam, non ergo indiges post illud, quod [c] [dictum] est, vt cognoscas signa, & scire ea facile fit ex eis, quæ præterierunt.

a † B. in fine ægritudinum. Et quandoq; fit propter multiplicationẽ diu retentorũ, ex eis est vinũ subtile, & propriè apud dilatationẽ meatuum.

b —— B.

c B. declaratum

ANNOTATIONES.

Est & in diabete inuoluntaria mictio, differt tamen ab eo affectus, de quo hic agitur. Est hic ex uesicæ potissimum resolutione, siue ob frigus, siue ob aliud quodpiam uitium neruorum ad eandem tendentium, quum in diabete affecti sint renes, unde & diabeti cõiuncta est sitis, & alia, quæ in hoc affectu non sunt. Vide Gal. 6. de loc. aff. Aetium lib. 11. & Paulum lib. 3.

C. p. 4. ca. 24 & 25. cap. 45.

De cura. Cap. 14.

Illi, qui est ex caliditate, & est raro, conferũt medicinæ infrigidantes stypticæ. Et de illis est [a] [puluis, qui siccus in ore manu sumitur huiusmodi.] Recipe coriandri, sicci, rosarum rubearum amborum ana drach. v spodii. drac. x. seminis lactucę, & seminis portulacæ, amborum ana drach. xv. boli armeni drach. v. [b] † [ ] camphoræ. drach. s. gummi põdus. drach. ii. conficiantur cum aqua granati acetosi. Et iterum Karabe, & boli armeni, & myrobalani nigri, medullæ glandiũ et lentiũ excorticatarũ, omnium ana pondus. drach. ii. coriandri torrefacti, in aceto positi. drach. i. et dosis [c] [ipsius sicci] drach. iii. & curatur cura diabetis. Et abscinditur sitis per illud, quod tenetur in ore ex masal, & sumach. & nucleo tamarindi, & granis granati. Frigido autem curationes prædictę in cap. distillationis, & iterum cyperi, & acori, enulę, siccæ, medullæ glandium, omnium ana drach. ii. myrrhæ, drach. iij. & est puluis, [d] [qui sumitur siccus.] & diacyminum est valde iuuatiuum, proprie quando eius species valde terũtur. Et diacyminum iterum cõfert ad illud epithematum, Et ad vltimum est iuuatiuum ei, quod est in membris urinæ, ex frigore uehementi. Et ex eis quæ conferunt est sumere in potu. drach iiii. thuris: retinẽt enim inuoluntariam urinæ emissionem. Aut pondus. drac. ii. mahaleb. Et olea calida disruptis in eis muscho, & assa, & castoreo, & euphorbio, & similibus. Confectio clysteris boni. Recipe [e] [alhasce. lib. i. cyperi pondus drach. [f] [xx.] mahaleb pondus. drach. x. decoquãtur in quatuor lib. aquæ cum facilitate postquam infusa sunt die & nocte: quumque ex aqua remanserit quãtitas lib. i. coletur, & fundatur super eam quantum est ipsius medietas olei sisamini, & decoquatur, & administretur oleum in clysteri. Aut sumatur aquæ pars. i. & olei [g] † [ ] de ben & auellanarum & phistycorum & [h] [alhasce & alkadra] & almahaleb partes æquales, quemadmodum existimatio facit illud necessarium, & disrumpatur in eis uirtus muschi, & clysterizetur cum eis, & oleum de ben est forte ualde.

a B. suffuf istius descriptionis.

b † B. balaustię drach. i.

c B. suffuf eius.

d —— B.

e B. hasech, id est tribulorum.

f B. x.

g † B. laurini &:

h B. granorum viridium.

De mictu in lecto. Cap. 15.

Causa eius est mollificatio lacerti, & quandoque adiuuat eam acuitas vrinæ, & pueros quidem adiuuat ad illud profunditas in somno. Quum ergo mouetur, expellunt eam natura, & occulta voluntas similis uoluntati animę ante ipsorum euigilationem. Quum ergo fortes fiunt, & [a] [confortantur, alleuiantur somno, & confortatur lacertus mollificatus, &] non mingunt.

a B. fuerit adulti, seu augmentati alleuiat sõnus & membrũ mollificatũ augmẽtatum fuerit, tunc.

De cura. Cap. 16.

Cura eorum est cura eius, qui habet mollificationem vesicæ, & distillationem vrinæ, & inuoluntariam ipsius emissionem, & proprie medicamen de myrob. cum enula. & storace. Et de vnguẽtis oleum de bẽ est ultimũ. Et cum hoc oportet, ut dormiant & alleuietur cibus, ut alleuietur eorum somnus, & non bibant aquam plurimam, & commoueant seipsos ad mingendum. Et fortasse est aliquis eorum, qui imaginatur quasi vocet eum uirtus expulsiua, et sensibilis ad mingendum, dum ipse dormit, quoniam conueniens est locus ad hoc ut in eo mingatur, & consuescit illud: quòd si locus ille fuerit inuentus, [a] [curetur,] cursu latrinę & cursu cloacæ & tecturę tegentis, [b] [deinde] elaboret adeo, donec alteret ipsum, et fabricet in ipso oratorium & habitationes alias, & figetur illud in imaginatione sua: quumque desiderat peruenire ad illum locum, deinde rememoratur in imaginatione sua, quòd est alteratus

a B. curritur

b —— B.

c B. abstinet seu auara fit virtus voluntaria ab illa liberalitate in urinatione facili non sensata. d B. Alia litera, expulsione.

ratus ab eo, quod fuit in ipso, tunc [c] [abstergit virtus voluntaria eius illud spatium occultum non famosum.] & accidit ei in somnis vt stet statione aliqua cum [d] [inobedientia] virtutis expulsiuæ: quare non moratur quin excitetur. Et de illis quidem, quæ experta sunt ad illos, est id, quod recipit glandium, thuris, myrrhæ omnium partes æquales, quæ omnia decoquãtur cum vino quantitatis unc. iij. vsquequo recedat. vnc. j. & coletur, & potetur cum pondere drach j. olei myrtini. Et existimauerunt quidã quòd quando exsiccantur renes leporis, & sumitur de eis pars j. & sem. anethi pars j. & pyrethri, & sem. apii. amborum an. pars. s. & est dosis eorum pondus. drach. ii. & s. in vnc. i. aquæ frigidæ est valde iuuatiuum ad illud. Et cõfert ei cerebrum leporis [e] [nutritum] cum vino. Et conferunt ei troch. facti ex massa, in qua posita est virtus fimi columbi, cum aqua frigida: sunt enim vltimi: [f] [Aut ex vino in ieiunio quũ est infrigidatum.] Et quandoque conferunt ei clysteria cum medicinis retinentibus vrinam, & iniectio earum in vesica.

e B. Alia litera. sylvestris.

f B. myrrha cũ vino super ieiunium, & est sanitas.

De diabete. Cap. 17.

Est vt egrediatur aqua sicut bibitur in tempore breui. Et proportio quidem huius ægritudinis ad ebibita, & ad membra sua, est proportio lubricitatis stomachi, & intestinorum ad comesta. & sunt ei in græco alia nomina, quàm diabetes, dicitur quandoque dipsacos, & cadumis, & nominatur arabice circuitus, & [a] [rota molendini,] & lubricitas renum. Et dixerunt quidam, hoc accidens accidit subito, quoniam est res naturalis non cum volũtate facta, & lubricitas intestinorum paulatim, quoniam illic est sensus, & voluntas, & iste sermo est non conueniens, & habens quidem [b] [ægritudinem meatuum & transitus] sitit: quare bibit, & non satiatur, imò mingit, sicut bibit, non valens retinere penitus. Et causa quidem diabetis est dispositio renum: aut propter debilitatem accidentem, & dilatationem, & apertionem orificiorum meatus: quare non adunatur tanta hora, qua figatur aquositas in renibus. et quandoque fit illud ex frigore dominante [c] [corpori aut renibus.] Et quandoque facit illud potus aquæ frigidæ; aut obsessio vehemẽs frigoris in totum penetrantis, aut propter vehementiam attractiuæ propter virtutem calidam innaturalem cum materia, aut absque materia, & est illud, quod est plurimum, quare renes attrahunt ab hepate vltra quàm illud, quod tolerat: quare expellunt illud, deinde attrahunt ab hepate, & hepar ab eis quæ sunt ante ipsum; non ergo cessat illic attractio continua aquositatis, & expulsio, & tu scis, quòd quando expellitur illud, quod currit. quãdoque perducit ad liquefactionem & ad ethicam propter multitudinem attractionis humiditatis ex corpore, & quia prohibetur ab eo, quod oportet ipsũ recipere de superfluitate humiditatis per potum aquę. Et tu quidem scis, & cognoscis signa eorum, quę dicta sunt, & lecta vsque ad hãc horam.

a B. aldulab.

b B. eam ægritudinem.

c B. Alia litera. sup corpus, aut super hepar.

ANNOTATIONES.

Affectus quem diabetem vocant, symptoma esse in excretis & retentis testatur Gal. lib. de. diff sympt. Sequitur verò id symptoma aliud, offensam. s. renum actionem, hæc verò morbo succedit. Ambigat autem hic quispiam, primum quidem, quæ nam renum actio offendatur. secundo an et uesicæ offensio dici possit. Sanè Gal. 6. de aff. loc. attrahendi & retinendi uim in diabete oblędi ait, quod & Paulus lib. 3. Idem tamen primo de crisibus, & retentricis & alteratricis uitium esse affirmat. Quod ad secundum attinet, idem Gal. & iam citatis locis, & passim alibi, renum hoc malum esse asserit. Videtur tamen id inter uesicæ affectus numerandum, quum urinæ contentio & expulsio huius sint particulæ actiones. Huic rei astipulari Aui. uidetur, qui in superioribus, quum de renum affectibus ageret, de hoc nihil. Verùm sunt in diabete læsæ naturales renum actiones omnes, & attractrix deprauata, quum magis attrahant quàm opportunum sit, & retentrix, quum statim quod attractum est, dimittant. unde & actio expellendi huic contraria augetur, uidetur etiam oblæsa alteratrix, quum ob paucam ad renes moram talis ferè potio reddatur, qualis est hausta. propriè tamen alteratrix hæc renum facultas læsa non est, si probè aduertas, quum non alterentur quæ epota sunt, quia non continentur, alteranda alioqui si per debitum tempus seruarentur. id quod in causa fuisse arbitramur, cur Gal. 6. de loc. aff. de alteratrice non meminerit. Adde quòd uis hæc potiones alterandi, non renum sed ipsius est iecoris, ita vt non satis propriè lædi renum alteratio dici uideatur in diabete, quamuis, ut iam dicebamus, immutata fere ea excernantur, quæ epota sunt. Et si verò, quod in secunda dubitatione dicebatur, excernendæ urinæ actio uesicæ est, non tamen frequentior hæc mictio eius uitium sequitur, sed renum. imò uesica suo probè munere fungitur, quum materiæ copia aggrauata, ex naturali instituto id quod grauat, excernat. Vitium verò in renibus est ipsis, ut diximus. Quamuis etiam Auic. dum de renum affectibus ageret, nihil de hoc meminerit: fatetur tamen hic eius causam affectum esse renum. seruauitque is de diabete ad hunc locum tractationem, quod de urinæ excretionibus hic agitur. Quod superest de huius affectus natura & curatione, de qua in sequenti capite, adi Aetium lib. 11. Trallianum lib. 9. Paulus lib. , Gal. 6. de loc. aff. & Actuarium 1. de caus. urinarum.

Cap. vlt.

cap 2. cap 45. cap. 12.

cap. 2.

cap 1, cap 8. cap 45. cap. 2. cap 4.

De cura. Cap. 18.

Diabetes quidem quum accidit, plurimum accidit ex caliditate ignea, quapropter plurimum curationis eius est infrigidatio, & humectatio cum fructibus, & oleribus & robub frigidis de illis, quæ non prouocant: sicut sunt lactuca, & papauer, & quiescere in aere frigido humido, & sedere in tina aquę frigidæ tamdiu, donec [a] [fortasse congeletur,] & sedetur sitis eius, & infrigidentur renes, & fortes fiant lacerti eorum. Et confert in ea odorare camphoram & nenufar, & similia de redolentibus frigidis. et de illis, quæ valent ad hoc, est dormire, & occupatio a siti [b] † [ ] est regimen antecedens, quare oportet ut [c] [occupetur, saltem] sumendo in potu superfluitatem aquę, Et melius, illo est, vt sumat in potu aquam frigidam valde, deinde euomat eam, & iteretur istud in eo. Et oportet, ut conuertatur aquositas a renibus cum uomitu, & sudore forti. Et stupefactio partis alchatim,

a B. vehemẽter infrigidetur.

b † B. Et regimen sitis.

c B. intendatur.

chatim, est ex eis, quę conferunt per dormitationem virtutis ab inobedientia [d] [aquæ] & defectu eius ab attractione iterum. Et de illis, quæ oportet ipsum deuitare, est labor dorsi, & assumptio diureticorum. Et lenificatio quidē naturæ confert eis, & si non cum aliis, saltem cum clysteribus temperatis, plures nanque eorum existnnt siccæ naturę. Et quandoque indigent phlebotomia in principiis ęgritudinis. Et de ebibitis iuuatiuis est lac, de quo extrahitur butyrum, acetosum, infrigidatum, & de ipso melius est illud, quod ęst magis spissum, & propriè, quod est ex lacte ouino. Et aqua cucurbitæ assatæ, & succus [e] [citru.] cum psyl. & aqua granati acetosi, & aqua mori, & aqua prunorū, & similia horum. Et sint potus huius generis, & [f] [eorum fractio cum] aqua quantum possibile est. Et rob mentę confert eis valde, & aqua ros. imò succi ros. [g] [unc. i. confert eis sedans sitim eorum, & dosis sit quantitas cotylę unius lactis.] Et iterū aqua distillata ex lacte vaccino subtracto butyro, aut lacte ouino acetoso extracto buty. [h] † [ ]

Et de illis quæ nos experti sumus ad eos est, vt [i] [sumatur alfoca ex farina hordei, & quoties conturbatur, hoc est magis frigidum, quare] bibatur infrigidatum. Et de medicinis expertis sunt troc. de balaustiis secundum hunc modū Recip. acaciæ pondus. drach. ii. rosa. drach. iii. [k] [boli ar. drach. iii.] gummi. drach. i. dragacanthi. drach. s. bibatur cum mucillagine psyllii, & aqua frigida, & cum aqua cucur. Et iterum troch. de spodio cum aqua cucum. [l] [aut citru. aut [cum aqua grana. Et iterum sumatur spodii, & terræ sigillatę, & cancro. fluuialium adustorum, ablutorum, omnium an. pars. i. & lactucę tertia partis. i. & seminis papaue. & seminis lactucæ amborum an. pars j. & s. aggregentur cum mucillagine psyllij, & informentur inde troch. & dosis eius sit sicut uides. Et de emplastris, illa, quæ fiunt ex medicinis, in quibus est infrigidatio & constrictio. Descriptio emplastri. Recipe [m] [atriplices] & capreolos uitis [n] [si inueniatur, & de oleo] malorum & cydo. & zarur aliquid aggregetur ad illa. Et similiter [o] [sula] & ribes, & agresta, & virga past. & cortic. granatorum, permisceantur omnia permistione emplastri, & administrentur. Et de epithematibus, illud, quod Recip. aca. drach. iiii. thuris. drach. ii. succi barbæ hircinę, & laudani & ramik. omnium an. drach. ii. gallarum. drac. i. terantur, & conficiantur cum aqua myrti humidę, & liniatur cum eo. Et de clysteribus fortibus in hac ægritudine, est clystere bonum factū cum lacte, de quo extractum est butyrum, & cum succis frigidis stypticis prædictis ī emplastris. Et quandoque fit enema cum [p] [clysteribus lenibus, sicut quæ fiunt ex fœnugræco,] & oleo de cucurbita, & oleo amygdalino. Cibi autem eorum sunt illi, qui non sunt velocis cōuersionis propter suam subtilitatem ad cholerā, aut propter suam subtilitatem & paucitatē, ita quòd fiant vapor, & resoluantur, & exsiccēt egestionem. Et eius quidem exsiccatio quandoque fit per conuersionem aquositatis ab intestinis ad renes, imò si est subtilis, resoluitur aquositas eius ita quòd non aggregatur ex eo plurimum vrinæ. & est associatus lenitati naturæ; quare est bonus Nam melior res dispositionis ciborum, quos sumere præcipiuntur, est vt sint tales, quatenus comitetur eos lenitas naturę, & confractio sitis. Et de illis, quæ ipsis cōferunt, sunt sorbitiones de candarusi, & aqua Kisch hordei, & almususat & alullemech. Et quandoque ponitur cum eis, quod [q] [permutet [constrictionem. [r] [quam ipsi faciunt naturæ] & [s] [alesfidabegi plurima, & pinguedinis carnium] animalium, & gallina pinguis. et de pedibus, pedes vaccini, & pisces recentes cum [t] [aceto pręparati] si securitas adest de eorum siti, et lac ouinum decoctum cum aqua, donec aqua consumatur, & aliquid de lacte, omnia illa conferunt eis, et oportet ut a fructibus custodiantur, in quibus est infrigidatio, & stypticitas cum prouocatione, sicut sunt cydonia. Factum autem a frigiditate, qui cum hoc non euacuatur a siti, & cuius præsentia non accidit nobis, retulit quidam sapientum antiquorum, & dixerunt, oportet vt sit subtilitas ad sedandam sitim eius: deinde soluatur cum clysteribus aliquoties, postea soluatur cum pilulis de aloe. xi. numero, quarum unaquæque sit sicut cicer, deinde dimitte eum tribus diebus, & iteretur regimen: deinde fac eum uomere super cibum cum raphano, & quæ sunt eis, similia: deinde calefiat corpus eius cum uentosis, et ponantur super ipsum euaporationes, et suffumigationes, et propriè extremitates eius. et quandoque necesse est tibi vt utaris super ipsum medicinis rubificātib. deinde quiescat aliquib. diebus, deinde exercitetur cum equitatione æquali, et temperata fricatione, et propriè in extremitatibus eius, et in fine eius præcipiatur uti balneo calido, et bibat uinum odoriferum.

De multitudine urinæ. *Cap.* 19.

MVltitudo urinæ est secundum modos, de quibus est ille, qui fit secundum semitam diabetis, et non istius, cum quo est sitis tantum, imò illius, cum quo est sitis, quę non satiatur, et egreditur aqua sicut bibitur, et de illis est cum quo est sitis, et non sunt dispositiones diabetis, et eius uirtus, et de illis est, cum quo non est sitis de qua sit curandum, et si est ardor et acuitas eius, tunc causa in ipsò est acuitas urinę aut ulcera sicut sciuisti, [a] † [ ] si nō fuerint [b] † [ ] illic causæ inuoluntariæ emissionis urinæ [c] [frigidæ.] [d] [Frigus enim] prouocat multoties, propterea quòd constringit, et propterea quòd calefacit uentrem. et illius quidē urina minoratur, cuius egestio multiplicatur, & subtiliatur. & illius, cuius siccatur egestio, multiplicatur urina. et iā cognouisti ea, q̄ cōtinuantur in hoc cū illis, quæ pręterierūt, et iam quidem pręteriit curatio omnium illorū, et dicam hic iterum curationes eius, quæ est ex frigore. Dico ergo ꝙ oēs medicinę, quę sunt ad coitum, calefacientes, iuuatiuę sunt ei, qui habet multitudinem urinæ ex frigore, et sorbere oua sorbilia in ieiunio iuuatiuum est, et sumere genera lactis cocta, et ex eis, quę ipsis conferunt iterum est decoctio granorum myrti, et

d B. urinæ.

e B. cucumeris.

f B. Alia litera. bibātur ista absque.

g B. ī hora eius conferūt eis, & sedant sitim eorū, & dosis eius est quātitas duarum cotylarum,

h † B. confert eis, & sedat sitim eorum, & ex eis quæ iuuant eos est, ꝙ dicitur ē, vt infundantur tria oua in aceto die ac nocte, deinde sorbeantur.

i B. fiat focha ex farina hordei, & aqua lactis acetosi, de quo extractū est butyrū collata post inspissationem lactis acetosi reiteretur factio focha multoties ex eo, & coletur deinde administretur focha ex farina hordei, & quoties reiteratur hoc est magis frigidum, &.

k —— B.

l —— B.

m B. fauich.

n B. Alia litera. & si reperiūtur ex floribus.

o B. rosæ recentes.

p B. lacte recenter mulcto.

q B. prohibet

r —— B.

s B alasfidbegi at plurimæ pinguedinis cū carnibus.

t B. acetosis pręparati, aut non præparati cum acetosis.

a † B. & b † B. tunc sunt. Alia litera.

c —— B.

d B. & frigus

ti,& pirorum siccorum,& dactylorum e † [ ] omni die vnc.ij.in ieiunio. Et myrrha est de medicinis bonis: & similiter almahaleb: & similiter cyperi,& thus, & similiter galanga,& similiter scoria ferri, & coriandrum. Descriptio medicaminis. Recipe casto. f † [ ] & myrrhæ, & hasce,& cupularum glandium, & pyrethri omnium an. partes æquales. fiant ex eis pilulæ cum aqua myrti humidæ, g [de quo sumatur ad mensuram.] ℥.j Clystere ad illud bonum,& confortat renes. Recipe succum h [alhasce] decoctum donec fiat fortis,& i [vitellum oui] & adipem renis caprini: tollantur,& resoluantur omnia ista equaliter,& aggregentur, & sumatur de lacte recenter mulcto,& butyri, & adipis gibbi cameli,& olei k [alcabet alcadra] partes equales, quorum summa sit similis ei, quam sumpsisti in primis, & conquassentur adinuicem,& fiat cum eis clystere.

e † B. bñ maturorum dulciũ.

f † B. costi.

g B. & potus eius apud somnum fit.

h B. tribulorũ.

i B. medullã arietũ, & testiculos eorum.

k B. ab alcadra.

ANNOTATIONES.

De frequenti mictu, non de copioso agit. nempe quando de pauca urina uerba antea fecit; & de multa simul docuit. Præsertim de illo hic affectu scribit, qui ex frigiditate prouenit, hoc est, qui resolutionem uesicæ sequitur: quamuis resolutio nõ a solo frigore, sed alijs pluribus causis pendeat, de qua re alibi est actum.

De mictu sanguinis, & saniei, & urina simili loturæ carnis & capillorum, & de urinis extraneis, quæ sunt similes illis. Cap. 20.

Sanguis quidem purus, qui mingitur, aut est sanguis procedens ex membris, quę sunt supra renes,& vesicã, sicut est hepar, aut ex corpore toto propter repletionem a [multam] superfluam; quare separatur continuitas venarũ secundum species tres notas, aut dimissionem consuetudinis, aut abscissionem membri,& reliqua, quæ sciuisti, aut secundum modum crisis,& mundificationem superfluitatum, aut obuiationem percussiuam,& saltum,& casum, & percussionem b [exprimentem] sanguinem, & similiter omne, quod currit cursu eorum,& hoc secundum minus. aut est in partibus membrorum vrinæ propter incisionem venæ, aut apertionem eius, aut ipsius scissionem per percussionem, aut casum, aut ventositatem, aut frigus scindens cum c [detectione,] aut propter corrosionem, & quãdoque est generatio illius a tetano,& spasmo fortibus. Et quandoque est species vrinæ sanguineæ, propterea quòd liquefit carnositas rediẽs in sanguinem, aut propter vehementiam tenuitatis sanguinis in corpore. Hoc.n. quum accidit, cum fortitudine renes attrahunt sanguinem plurimum, & sunt primo duæ intentiones in facilitate cursus sanguinis, quoniam currit cursu superfluitatis,& quoniã non est ei d [essentia, quare currit;] & secũdo. est intentio vna,& quum renes attrahunt cum fortitudine, expellunt illud ad vesicam. Mictus verò sanguinis similis loturæ carnis fit, aut propter debilitatem digestionis,& discretionẽ in renibus, aut propter debilitatem earum in hepate. Mictus vero sanguinis permisti cũ humorib. grossis, fit plurimum propter debilitatem renum. Et similiter mictus rei similis capillis, nam fortasse est causa eius debilitas digestionis renum, & fortasse est causa eius debilitas digestionis venarum. Et quandoq; est longa ualde, quasi duobus palmis. Et quandoque est ad albedinem decliuis,& quandoq; ad rubedinem, et non prolongatur nisi causa suæ generationis in inuolutionibus venarum renum, aut aliorum. Et ex cibis grossis, et generib. lactis,& granis sicut fabis,& similibus,& non est in eius mictu de timore secundum quod terretur cor per exitum eius, et facit timere. Mictus autẽ puris, et mictus sanguinis permisti puri quandoq; fit propter eruptionem aldubellet in membris superioribus, pulmonis, et pectoris, et hepatis, quemadmodũ sciuisti totum in loco suo, aut propter apostema eruptum in membris vrinę; aut propter vlcera in eis habentia pruritũ, aut non habentia pruritũ. Vrinæ verò grossæ minguntur, aut causa mundificationis, et crisis, et expulsionis, quam sequitur alleuiatio. Et quandoq; fiunt propter multitudinem humorum grossorum, propter debilitatẽ digestionis. Vrinę verò pingues, facilis exitus, significant liquefactionem adipis. Et oportet vt redeamus in capitulo distinctionis ad sermonem nostrum in vrina. Inquit Hipp. quum mingitur sanguis sine dolore, et est paucus, in horis quibusdã non est malum in eo. Quum autem perseuerat, tunc fortasse accidet febris, et mictus puris.

a B. puram.

b B. commouẽtem.

c B. inspissatione.

d B. spissitudo propter quã fit inobediens cursui.

ANNOTATIONES.

Plures hic affectus simul amplectitur. præsertim uerò de sanguinis mictu. de quo sane & Hipp. aph. & Gal. 6. de loc. aff. & Aretæus 2. de acut. morb. & 2. de diuturnis. Aetius quoque lib. 11. plura de huius tum signis tum curatione scribit. de qua re & Paulus lib. 3. longè uerò fusius hic rem prosequitur.

Aph. 75. & 78. cap. 3. cap 9. cap. 3. cap. 2. 3. cap. 45.

De signis. Cap. 21.

Mictum sanguinis puri, qui est propter repletionem, et causas compares ei, significant causæ suæ, et signa causarum eius de illis, quæ sciuisti. Et ille, qui est propter apertionem venarum, fit sine dolore, et est mundus, syncerus. Verùm sanguinis apertionis fit paulatim, et sãguinis eruptionis & fissionis fit plurimus, et a † [ ] in vesica quidem apertio, et eruptio, cum qua currat sanguis plurimus b [et] fit in renibus. Vesicæ enim aduenit aquositas colata, sanguinem uero nutrimenti recipit ex uenis paruis, in quibus uenit ad eam nutrimentum tantum, quare non est in ea sanguis exuberans, et ad renes quidem uenit sanguis plurimus cum aquositate, colatur ergo apud eos aquositas, et adueniunt ei uenæ magnę, ex quibus membra alia nutrimentum sumunt, quare est sanguis illorum plus, quam ille, quo indigẽt, quare est plurimus. Et venæ eorum sunt non c [minutę,] et neque sunt boni situs ęqualis. Venæ vero uesicæ sunt conseruatæ, non expositę scissioni, et eruptioni cum situ suo. Et sanguis quidem ulcerum est cum dolore quodam. Et si est cor-

a † B. non est.

b B. sicut.

c B. nõ sint fortes.

corrosio, est paulatim, ad nigredinem decliuis: & quandoque est cum eo fœtor: & fit plurimũ eius post ęgritudines: & multoties sunt cũ eo cortices, & sanies, & pus, & [d] [resoluit illud] exitus sanguinis puri, & sicut sciuisti ex signis vlcerum, & signis eius, quod egreditur ex eis. Significant verò liquefactiuum liquefactio: & quòd illud, quod mingitur de sanguine, est tenue sicut [e] [adustum, ac si ipsum sit abrasio libri.] Illum autem, qui est propter tenuitatem sanguinis corporis, significat illud, quod egreditur ex phlebotomia existens valde tenue: & non associatur aliud signum. Locus autem saniei, & [f] [doloris] cognoscitur [g] [etiam] per dolorem si fuerit dolor: & cognoscitur per signa ægritudinum in quibuscunque membris existant, sicut per signa apostematis, aut aldubellati, aut vlceris, aut repletionis, & cognoscitur ex via commistionis: nam quanto magis est altior, tanto est vehementioris permistionis: [h] † [ ] & quanto plus est inferior, tanto est vehementioris separationis illo. Et illum quidem, qui fit propter causas vicinas virgę, antecedit vrina, & elongatus a virga postponitur ab vrina, aut permiscetur ei vehementer. Similis autem loturę carnis, est significatiuus debilitatis renum aut hepatis. Illa quidem, quæ est ex renibus, est vehementioris albedinis, & ad grossitudinem declinãs: & hepatica est magis trahens ad rubedinem, & subtilior & similior sanguini: & [i] [significent apostema illius, & saniei vrina, & signa apostematis nota] secundum membrum vnũquodque, & comitantia febris. Et ille, qui est purulentus egrediens ab apostemate, est plurimus subito, & nõ perducit ad excoriationem, & vlcerationem, & nocumentum: & ille, qui est ex ulcerib. est paucus, & [k] [separatur] & quandoque corrumpit incessum suum [l] [cum sanie & pure.] & cum illa, quæ de istis expulsionibus est cretica, est alleuiatio, & fortitudo, & est subito. Et illa, quæ fit causa repletionis, aut causa dimissionis exercitij, aut abscissionis membri, quandoq; habet periodos.

d B. intermediat vel interponitur ad illud.
e B. adurens, & sicut resudãs ex chubab i. ex carne incisa, quæ assatur super pruna.
f B. sanguinis.
g —— B.
h B cum vrina.
i B. significatur super apostemosum ex hac, & ex vrina saniei cum signis apostematis notis.
k B. cũ interuallo.
l B. & facit i eo saniem.

De curatione. *Cap.* 22.

FActi quidem a repletione, & quę cum ea dicũtur, iam sciuisti curationes in principiis vniuersalibus, & quę sunt postea. De facto vero ab vlceribus iam sciuisti, quòd curatio eius est curatio vlcerum, & corrosionis. Et iã ostendi tibi omnia illa in loco suo. Et cura debilitatis digestionis in renibus, & hepate, & liquefactionis, & tenuitatis humorum, totum est ex illis, quæ sciuisti. Et scias quòd cretici, & eius qui est secundum semitam expulsionis, non est retentio necessaria. Quum ergo indiges phlebotomia, tunc magis confert saphenæ quam basilicę. Et subtilia cibum post phlebotomiam. Et non approximes stypticis, sicut est cibus factus cum sumach, nisi postquã vrina significat mundificationem. Styptica.n. congelant, [a] [quod inuiscatum est,] & constringit, quare quandoq; reuertitur aquositas ad posteriora, & in eo est timor, & similiter acetosa. Mictus autem capillorum indiget vt in ipso administrentur subtiliatiua, incisiua, ex diureticis, & medicinis ad lapidem: & vt sit cibus humectans humectatione [b] [abundanti.] & curatio, quam nunc oportet me dicere, est curatio mictus sanguinis, qui est causa separationis continuitatis in venis. Et curationes quidẽ communes inter illum, qui est causa vesicæ, & renum, sunt infrigidatio, & constrictio cum medicinis, quarũ plures diximus in capitulo fluxus sanguinis menstrui, cũ [c] [stupefacientibus,] vt faciãt penetrare medicinas, & vt tu antecedas cum attractione sanguinis ad [d] [posteriora] cum ventosis, & phlebotomia subtili pauca ex basilica, & acceptione ciborum ingrossantium sanguinem, & infrigidantium ipsum, & quiete, & tranquillitate, & constrictione membrorum extremorum, & oportet vt dimittat coitum omnino. Et oportet vt administres tinas, in quib. decocta sunt styptica, & ex lentibus excorticatis, & ex corticibus granatorum, & cydoniis, & piris, & gallis, & virga pastoris, & similibus. Et de medicinis fortibus in retentione eius sunt [e] [alhascc] & serratura ligni alnabach, & radix centaureę maioris, & grana pœoniæ. Et de epithematibus [f] [radices raphani & siliquæ nabatiæ, & siliquæ] spinæ, & sumach, & radix pruni syluestris, & corticis granatorum, de quibus fiat epithema, cũ aqua ribes, aut agreste, & succi ros. Et semperuiua sola est epithema bonum, & proprie radix eius cum dragacantho, & aliquo succorum stypticorum. Et ex linimentis in dorso, et pectine sunt myrrha, & atramentum, & gallę, & chartę combustę, & acacia. Et de illis, quę bibuntur, est troch. qui recip. balaustiarum, & sanguinis draconis amborum an. ʒ. i. Et de fortibus, & quæ necessaria sunt in mictu sanguinis ex uesica facto, est troch. huiusmodi. Recip. aluminis iameni, & balaustiarum, & sanguinis draconis omnium an. ʒ. i. dragacanthi ʒ. ii. & gummi, ʒ. s. detur in potu in vino pontico [g] [dulci:] & succo portulacę, & quod est sub illo, et magis incolume est illud, quod recipit dragacanthi, et seminis papaueris, et terræ sigillatę, & succi barbę hircinę, et gummi prunorum nigri, & Karabe, omnium partes æquales, et dosis eius sit a duabus ʒ. vsque ad iij. Et iterum radicis semperuiuæ, et Karabe amborum an. pars j. [h] [folij] pars s. aluminis iameni sexta partis unius, boli arm. pars j. et s. et dosis eius est usque ad aureum medium in quibusdam succis stypticis. et quãdoque ponuntur in eis stupefaciẽtia, sicut est hæc descriptio. Reci. croci, et granorum alharmel, et granorum maluæ syluestris, et opij omnium an. ʒ. ij. amygdalas mundatas iii et s. numero, de quo sumatur ad [i] [nucis] magnitudinem. Et iterum corticis radicis mãdragoræ assati, et anisi assati, et granorum [k] [pini] assatorum, omnium an. ʒ. iij. papaueris nigri ʒ. xii. conficiãtur cum uino, de quo sumatur pondus ʒ. ij. Et iterum suffuf cornu ceruini adusti, et dragacãthi partes sumantur ęquales, et fiat suffuf cum rob myrti. Et iterum medicamẽ, quod antiqui laudauerunt, est, seminis [l] [almugath] mundati gra. xxx. gra. pini xii. numero, amygdalæ amaræ excorticatæ vij. numero, seminis maluæ ʒ. iii. sit dosis eius ʒ. i. in ieiunio. Illud uerò quod vesicæ propriũ est, est ut ponãtur medicinę, quę cibi-

a B sanguinem congelatum.
b B. naturali.
c B. diureticis.
d B. cõtrarium.
e B. hasech, id est triboli.
f B. radix rubeę & charnub nabathi, & charnub. Alia litera.
g —— B. Alia litera. non dulci.
h B. hęmatites.
i B grani pineæ maioris.
k B. Alia litera, vel seminum apii.
l B. Alia litera. sem. cucumeris longi.

ebibuntur fortiores,& diuretica in ea fortiora iterum. Et de illis, quibus iuuamentum fit iterum,est.vt emplastretur cum spongia infusa in aceto,quę ponatur in omnibus lateribus eius , & in duobus emunctorijs,& aliis. Et ut administrentur medicinæ in ea iniectæ cum succis, sicut est succus arnoglossę,& succus [m] [albatat,] & succus portu.& de medicinis,trochisc. [n] [anethi] prædictus,& troch.de stupefacientibus prædictis,& cornu cerui adustum , & Karabe, & [o] [seminis cannabis] & gummi, & gallæ, & succus barbæ hircinæ,& balaustię,& aliquantulum [p] [anethi,] & plumbum adustum ablutum:& virtus de stupefaciētibus opiatis,& quæ cum hyusquiamo sunt confecta, & de regimine retentionis cursus sanguinis vesicæ,est positio ventosarum super ilia,& anchas,& pectinē: illud enim retinet sanguinem. Deinde adhibeatur regimen eius,quòd [q] [inuiscatur] secundū quod dictum est , & de cibis est panis tritus in lacte,& ex quo butyrum est extractum.& cibus conditus cum granatis,& cibus factus cum sumach. Et si virtus fuerit debilis , confortetur cum iure stypticorum confortato cum carne contrita,& cibetur cum alesfidabegi, & ex cubegi,& perdicib.masculis,& turturibus, cū aceto conditis,& cum aqua agrestæ, & granorum granatorum,& lacte decocto,& similibus illis. Et si nō fuerit excusatio a uino propter casum virtutis,aut vehementiam desiderij,tunc detur ponticum grossum nigrum. Quumque sanatur ille,qui mingit sanguinem aut saniem,tunc bibat illud,quod est permistum , vt abstergat, & prouocet & non retineatur vrina omnino, & redeat ægritudo.

m B.albath bat.
n B. aluminis.
o B.hæmatites.
p B.aluminis.
q B.est sanguis coagulatus.

FEN VIGESIMA.

De dispositionibus generationis masculorum quæ est duorum tractatuum.

TRACTATVS PRIMVS.

De membris uirilibus & coitu.

De anatomia testiculorum, & uasorum spermatis. Cap. I.

SVblimis deus creauit duos testiculos, sicut sciuisti,qui sunt membra principalia,in quibus generatur sperma ex humiditate delata ad eos in venis,quę est quasi superfluitas cibi quarti in corpore toto. Et est sanguis magis digestus,& magis subtilis. Cōmouetur enim in eis per spiritum:& in meatibus,qui veniūt ad duo oua de venis pulsatilibus, & quietis plurimum ramificatis ex uena pulsatili,& vena quieta,quę sunt duæ radices , ramificatione plurimorum anfractuum,& inuolutionum, [a] [quæ tandiu ramificantur,donec incisio tua , quam in vna illarum duarum facis,fit similis incisioni tuę, quam facis] in pluribus venis propter multitudinem orificiorum,quæ apparent: deinde effunditur ab eis in vasis spermatis,quæ dicemus ad virgam , & proiicitur in commistone cum muliere,quæ est coitus naturalis, ad matricem, cui obuiat matricis orificium cum apertione, & attractione ultima,quum cōueniunt [b] [duo pares] simul , & testiculi quidem duo creati sunt , & est substantia oui ex membro glandoso , albę carnis, quæ est res magis similis carni māmillæ,& assimilat sanguinē, qui effunditur in ipso cū colore suo,quare albificatur,& propriè propter illud,quod commouetur in ipso de aereitate,& propter spiritum,& meatus quidem,in quo veniunt venæ ad testiculos, est ex siphac maiore, quod est super [c] [femur .] Sed panniculi,qui tegit arterias,& venas venientes ad testiculos,origo,est ex siphac maiore , sicut sciuisti in loco suo, & [d] [similiter] continuatur etiam cum panniculo nuchæ, & descendit super illud,quod descendit de venis, & suspensorijs in partibus inguinum ad duos testiculos quare generatur ex eo [e] [meatus]penetrans;& panniculi tegentis illud, quod penetrat in barbaki inguinis generatio est ex eo. Et tu iam sciuisti in anatomia venarum, quòd ad ouum sinistrum venit vena alia ab illa,quę venit ad dextrum cum nutrimento,& quòd illa,quæ venit ad dextrum effundit ad ipsum sanguinē magis digestum,& magis mundificatum ab aquositate. Et ouum quidem dextrum in pluribus hominibus,est fortius quam sinistrū , nisi in illo, qui est in iudicio [f] [lassitudinis .] Vasa autem spermatis incipiunt,sicut barbaKi, existente in vnoquoque ouo barbaKi vno,quasi ipse sit separatus ex eo , non ab ipso generatus, licèt sit contingens adhęrens. Et dilatatur vnumquodque eorum prope ouum dilatatione,quę habet quantitatem sensatam, deinde incipit constringi,quamuis [g] [ramificentur] propriè in mulieribus vice altera apud [h] [statum] suum,& ista vasa ascendunt in primis, deinde declinant ad collum vesicę sub meatu vrinæ. Virga verò est membrum instrumentale,generatum ex membris singularibus ligamentalibus , & neruosis, & venosis,& carnosis. Et principium originis eius est corpus ortum ex [i] [carne] pectinis,ligamentale,plurimę concauitatis,latę,quamuis sit generatum in pluribus coopertum , & ideo quòd ipsum repletur ventositate fit erectio. Et currunt sub hoc corpore arteriæ plures, dilatatæ supra hoc,quod conuenit quantitati huius membri. Et adueniunt ei nerui ex spondylibus caudę,licèt nō plurimum sint submersi in substantia eius,& ipsi non sunt nisi nerui , quorū substantia est ligamentalis,priuati sensu, & nerui,ex quib.erigitur apud Gal. alii sunt a neruis mollificatiuis,ex quib. mollificatur. Et tu quidē iam sciuisti lacertos proprios uirgæ in cap. lacertorum , & in uirga sunt meatus tres, s.meatus vrinæ,& meatus spermatis,& meatus alguadi. Et scias quòd uirgæ aduenit uirtus erectionis,& uentositas a corde,& aduenit ei sensus ex cerebro,& nucha,& aduenit ei sāguis ęqualis , & desiderium ex hepate. Et desiderium naturale quandoq; fit ei [k] [causa] renum , & apud me principium eius est ex corde.

a B.& ramorū, ita ut sit incisio tua in una illarum venarū, similis incisioni factæ.
b B. Alia litera duę expulsiōes
c B. pectinem.
d B. Alia litera. illud.
e B. barbachi.
f B.alhaser.i.in iudicio illorum quorum pars sinistra ē fortior, & agilior.
g B. dilatetur.
h B. finem.
i B. Alia litera esse.
k B propter cōmunitatem.

ANNOTATIONES.

Habes de testium , & genitalium partium fabrica ex Gal.plura lib. 14.de usu par. Quod ad usum attinet, Aemulatur primis statim uerbis Gal. qui testes principalia esse

Cap. 10. & deinceps.

cap. 15. cap. 4. *seminis generandi membra passim tenet, præsertimque lib. 1. de semine aduersus id quod Arist. 1. de generat. anima. scripserat, de qua re & alibi diximus. Sustinet tamen Auerroes Arist. sententiam, tum eo 1. de generat. animal. tum* cap. 10. *2. Coll. At, quamuis & Galeni & medicorum rationes improbandæ omnino non sint: certum nempe est, testes semini generando conferre, atque id pluribus a Gale. dißertum est: licebit tamen (ni fallimur) Arist. quoq; tueri, cuius rationes spernendæ non sunt. Si certè seminis (ut alia prætercam) gratia testes necessarij sunt, cur non animalia omnia testes habent? Atqui respondebit quispiam id quod Iosephus Parpallionus Nouariensis multæ uir eruditionis solet interdum respõdere, habere animalia omnia semen excernentia, uel testes, vel quid proportione testib. respõdens. id quod sanè ire fortasse inficias philosophus non poßet. Videtur tamen res ita se habere, si modo animalia aliqua sine testibus semen emittentiá reperire est, id quod Gal. non nẽgat, non esse testes seminis gratia necessarios: quamuis, in quib. testes sunt, id fateri oporteat: quod quidẽ doctissimus Auerroes intellexisse uidetur, dicens semini, ut semen est, nõ eße opus testibus: sed tantum, ut ipsum ab animali emanat, quod habet testes. ita quidem, ut in animalib. testes habentibus seminis gratia ipsi necessarij sint, nõ autem in omnib. planè semen habentibus adeße illos oporteat. Nõ ergo prorsum friuola philosophi ratio uidetur. At verò de materia, ex qua semen fiat, & de loco, ex quo ea subministretur rursum controuersia est. Ait Auic. gigni semen ex humiditatè quæ quasi superfluitas est quædam cibi quarti in toto corpore: ita ut ex sanguine concoctionem adepto in uenis, & ex uniuerso corpore profluente semen fiat. At contra Arist.* cap. 19. *1. de gener. animal. & si semen excrementum eße ultimi alimenti confitetur; non tamen a toto corpore manare assentitur. quin proposita ex professo hac in primo de generat. animal. quæstione, sententiam eam infringit. Plato quoque in* cap. 17. *Timæo non ex toto quidem corpore, sed ex capite fluere semen existimat. cui assentiri. Hipp. uidetur, tum lib. de aere,* cap. 8. *aquis, & loc. & lib. de genitura, quibus locis fœcunditatẽ adimi existimat sectis tum uenis tum arterijs, quæ secundũ aures sunt: tum alibi, Venerem dicens in capitis affectibus conferre, qui a pituita. Cæterum, quidquid de horum scriptorum authoritatibus, sentiendũ sit, (de qua sanè re Fernelius uir doctissimus pulchre admodum dißerit lib. physiologiæ 7.) Et si semen a toto corpore, hoc est minimis quibusque particulis profluere fortaße non potest: probabile tamen est ex omni corporis regione manare: quum ex sanguine fiat, qui undecunque & ex supernis, & ex infernis corporis partibus aduocari ad testes potest: siue attractrice quadam testium ui allectum, seu etiam spirituum confluxum sequens. Vide Auicennam 15. de natura animal. &* cap. 1. *quæ in sequentib. quum de causis seminis agit.*

2 *Et scias quòd uirga, &c. Dubitare hic licet, qua nam ui, & quo nam appetitu coles intumescat, & ad Venerem* cap. 5. cap. 4. *paretur: naturaline, an animali an uitali: Gal. 6. de loc. aff. animal ad coitum naturali facultate promoueri ait, quod & 2. de placit. Hipp. & Plat. affirmat, concupiscentiæ initium in iecore statuens. At contra, quum naturalis appeti-* Text. 81. cap. 1. *tus Aristotelis sententia 1. phys. sine sensu sit, hic uerò summam uoluptatem coniunctam habeat, quę cum sensu est, eodem teste 1. de partib. animal. non uidetur naturalis appetentia hæc, sed animalis, & ad uoluntariam facultatem pertinẽs: quum sensuum, imaginationis, & motionis ad hãc actiones confluant: quarum initium Gal. in cerebro statuit. Imò, quum operatio hæc non nisi spirituũ ui & copia obeatur, qui per arterias ad testes ipsos feruntur: non ad animalem solum, sed etiam ad uitalem uim uidetur referenda. Cæterum. Nostra quidem sententia, neque planè naturalis, neque animalis Veneris appetentia est: sed ex utraque permista actio. neque ipse coeundi actus ab animali dumtaxat, & naturali: sed etiam a uitali facultate adiuuatur. Videmus animalia non sola seminis uel acrimonia, uel multitudine: sed ipsa etiam imaginatione, ad Venerem stimulari. Concurrit ad ipsum coitum non neruorum solum & uenarum, sed etiam arteriarum actio. erigitur nempe ex spiritibus per arterias effusis, Galeno teste & 6. de loc. aff. & li. de motib. obsc. & manif. Quare probè author noster uim erectionis, & spiritus a corde proficisci ait: a cerebro sensus: & sanguinem, hoc est materiam ex qua seminis & appetentiæ initium est, ex iecore.*

De causis erectionis. Cap. 2.

Erectio accidit [a] [quandoque] propter tensionem [b] [cannę concauæ,] & quæ sequũtur [c] [eam dilatatæ, & prolongatæ] propter illud, quod effunditur ad ipsam de vẽtositate forti, quam defert spiritus desideratiuus, spissus, cum quo incedit sanguis plurimus, & spiritus grossus, & propter illud accidit quum somnus est, ex calefactione arteriarum, quæ sunt in mẽbris spermatis, & attractione ventositatis, & spiritus, & sanguinis ad ipsam, ut erigatur. Et de illis, quę adiuuant ad hanc erectionem, est omne, in quo est humiditas extranea præparata ad hoc, ut conuertatur in uentositatem: [d] [& est non facile: non enim potest] digestio prima conuertere eam in uentositatem, & finire illud, quod ex ea [e] [resoluit] in uentositatem [f] † [ ] resolutione veloci, imò figitur vsque ad digestionem tertiam, illic enim inflatur. & vsus coitus confortat hoc mẽbrum, & facit ipsum lacertosum, & ingrossat ipsum, & dimissio eius liquefacit, & arefacit. Operatio nanq; quemadmodum dixit Hip. ingrossat, & operationis eius dimissio, liquefacit, & causa quidem desiderij, & motus eius, aut est meditatiua aut est propter multitudinem ventositatis in sanguine, ex quo generatur sperma, & ex quo nutritur instrumentum virgæ, quare inflatur, & erigitur, & fit propter illud, ꝙ mouetur ex desiderio propter pręparationem membri ad illud; [g] † [ ] quoniam tensio facit accidere mordicationem, & iterum quum cõgregatur sperma in membris coitus, & multiplicatur [h] [inquisitio separationis eius] mouentur materiæ in ipsis, & quandoque fit erectio propter mordicationem materię [i] [stantis] in glandulis, positis in duobus laterib. orificijs vesicæ, aut materiei tenuis subtilis uenientis ad eam ex renibus, sicut fit propter motum spermatis ipsius, quum acuitur, & multiplicatur & mordicat. [k] † [ ]

a —— B.
b B. nerui concaui
c B. latitudinaliter, & longitudinaliter.
d B. præparatione non facili, & non.
e B. conuertit.
f † B. & resoluere ipsam.
g † B. &.
h B. inquirit separationem ex ipsis &.
i B Alia litera: incedentis.
k † B. & tensionem facit.

De causis spermatis. Cap. 3.

Sperma est superfluitas digestionis quartæ, quę fit quum dispartitur cibus in membris, resudando a uenis, tertia digestione iam expleta, & est de summa humiditatis proximę coagulationi, ex qua nutriuntur membra [a] [dura] vt pote venæ, & arterię, & similia illis. Et quandoque reperitur de ea plurimum [b] [retẽtum] in venis, ad quod iam præcessit digestio quarta, & remansit ut nutriantur ipso venę, aut per-

a B. radicalis.
b B. sparsum.

peruenit ad membra homogenea, & nutriũtur ea præter quòd necessaria sit magna alteratio illius: & ꝑpter ilud prouenit sperma ex eo. [c] † [ ] Et apud Gal. quidem, & medicos, masculo & fœninę simul sunt duo semina, de quibus ambobus dicitur nomen spermatis, nõ communitate nominis tantum, sed vniuocè. & in vnoquoque diorum seminum est virtus formandi, & [d] [informandi] simul. Verum semen masculinum est fortius in virtute, a qua est inceptio formationis iussu dei. Et semen fœmininum est plurimum in virtute, a qua est principium [e] [informationis.] Et sperma quidem masculi expellitur [f] [prope matricem etiam:] quare deglutit ipsum os matricis attractione vehementi. Et sperma quidẽ mulieris expellitur [g] [intra matricem eius in] vasis & venis ad locũ conceptionis. Sapientium verò [h] [medicorum] quum intentio comprehenditur, [i] est [comprehensio] quòd in spermate masculi est principiũ [k] [informationis] in re propria. [l] † [ ] Virtus enim formatiua in spermate masculi intendit in formando ad similitudinẽ eius, a quo separatum est, nisi sit aliquid, quod impediat, & prohibeat. Et virtus in formatiua in spermate mulieris intendit in recipiendo formam, ad hoc quod recipiat eam secundum similitudinem eius, a quo separatum est. Et nomen quidem spermatis quum de eis duobus dicitur, est per communiatatem nominis, vt componatur intentio aggregans rem distinctam in intentione. Nam in intentione, qua nominatur expulsio viri spermatica, non nominatur expulsio fęminæ spermatica. & verè quidem. Nam sperma viri est calidum, digestum, spissum. Et sperma fœminę est genus sanguinis menstrui, digestũ parumper, & conuersum parum: & non elongatur a [m] [virtute sanguinea] elongatione spermatis viri. Et propter hoc assimilauerũt ipsum philosophi antecedentes menstruo. Et dixerũt quòd sperma masculi, quando permiscetur, operatur cum uirtute: & non est [n] [alicui parti] eius plurimus introitus in [o] [rectificãdo particularitatem] corporis infantis. illud enim est spermatis mulieris & sanguinis menstrui. Imo plurimum studii sui est in [p] [particularitate] spiritus infantis: & non est nisi sicut coagulum agens in lacte. Sperma autem mulieris est fundamentum [q] [particularitatis] corporis infantis. Et vnumquodque amborum exuberare facit, quod generat sanguinem calidum & humidum. [r] † [ ] Cognitio verò certitudinis vnius harum duarum intentionum pertinet ad scientiam naturalem, & non nocet medico ignorantia eius. Et nos quidem iam exposuimus dispositionem in ea in libris nostris radicalibus. Et Hip. quidem dixit in suis intentionibus, quòd plurimum materiei spermatis est ex cerebro, & quod descendit ex duabus venis, quæ sunt post ambas aures. Et propter hoc abscindit phlebotomia ambarum generationem et facit incurrere sterilitatem. Et est sanguis [s] [eius lenis] & continuatæ sunt nuchę, vt non elongentur a cerebro, & quæ ei similantur spatio longo, quare alteraretur complexio illius sanguinis, & conuertetur, imo perueniunt ad nucham, deinde ad renes, postea ad uenas, quæ veniunt ad testiculos. & Gale. quidem non sciuit an faciat incurrere incisio harum duarum venarum sterilitatem an non. Mihi verò videtur quòd non oportet vt sit sperma ex cerebro solo, quamuis eius fermentum ex cerebro sit. & est verum quòd dixit Hippo. de esse duarum venarum: imò oportet vt sit ei ex omni membro principali fons, & vt sit ex membris alijs resudatio etiam ad istas radices. Et propter illud est assimilatio; & propter hoc generatur ex membro diminuto membrum diminutum licet illud [t] † [ ] fiat, dum venæ nõ [u] [ultimum finem sequuntur, & non procedit] appetitus vltimus cum digestione completa. & sperma quandoque expellit ventositas permista ei: & necesse est vt præcedat exitus eius exitum illius.

c † B. ad ipsos.
d B. virtus recipiẽdi formam.
e B. Alia litera. recipiendi formam.
f B. Alia litera. in concauitate matricis. Alia litera. prope os matricis.
g B. ab interiori matricis ex. Alia litera. ab exteriori parte matricis ex.
h B. philosophorum.
i B. conclusio.
k B. recipiendi formam.
l † B. ipsius.
m B. sanguineitate.
n B. corpulẽtię.
o B. generando corpulentiam.
p B. corpulẽtia.
q B. corpulẽtiæ.
r † B. & spirituosum.
s B. earum lacteus.
t † B. non.
u B. sunt adhuc venę dilatatę cũ pubertate, & nõ excitatur.

A N N O T A T I O N E S.

De semine an ex toto corpore decidatur, supra actum est. Ita uerò, utrum fœminarum semen effectricem uim obtineat, de qua re author ijs verbis. Et apud Gal. quidem &c. libro primo a nobis ostensa sunt loca controuersiæ. quum medici quidem id asserant, philosophus verò neget. Sicuti uerò ex Auicennæ uerbis posterior rixa conciliari potest, ut fateamur sanè agendi uim etiam fęminarum semini inesse, sed illam imbecillem, & quæ si uirili comparetur, pro nihilo haberi possit. Ita, & de priori sententiam suam promit, doctè profectò, ut solet omnia, ijs uerbis. Mihi vero uidetur quòd non oportet &c. ubi ex omni membro principe, non ex uno tantum, aut ex singulis minimis particulis prodire existimat. quam sententiam sequuti nostra tempestate sunt viri multi clarissimi. Tu uide Fernelium lib. 7. physiologiæ.

De signis complexionis calidæ membrorum spermaticorum. Cap. 4.

SIgna complexionis calidæ sunt apparitio venarum in virga, & pelle testiculorũ, & grossitudo eius, & asperitas ipsius, & velocitas ortus pilorum super pectinem, & quæ sequuntur ipsum, & asperitas, & multitudo, & spissitudo ipsorum, & velocitas [a] † [consecutionis.] et, qui vult cognoscere complexionem sui spermatis, rectificet regimen, deinde attendat colorem sui spermatis. Signa complexionis frigidæ, sunt contraria illis signis. Signa complexionis humidæ sunt subtilitas spermatis, & multitudo eius, & debilitas erectionis. Signa complexionis siccæ, sunt contraria illis signis, & quandoque egreditur sperma in ipsa filosum.

a B. ala'arach .i. velocitas euẽtus ad hoc, ꝙ possit coire, seu velocitas pubertatis.

A N N O T A T I O N E S.

Desumpta hæc sunt; quæ de testium temperatura hic et sequentibus aliquot capitibus scribuntur, ex Gal. lib. art. med. Sed uide & Aetium lib. 4.

Cap. 45. & deinceps.
Cap. 93.

De signis complexionis calidæ & siccæ. Cap. 5.

SVnt [a] [dominiũ spissitudinis substãtię sp̄matis,] & [assiduatio desiderij apud quãlibet

a B. spissitudo.
b B. antecessio desiderii coitus, & eius expulsio apud quẽlibet amplexum, uel coitum.

potentiam,] & quod impregnat plurimum, & efficit masculum, & est desiderium uehemens, & uelox, & eius erectio est fortis: ueruntamen abscinditur a coitu iterum uelociter. quod si superfluat caliditas & siccitas, erit parum aquæ & parum descensionis cum velocitate erectionis. Pili uerò, qui sunt super pectinē, & anchas, & qui sunt inter eas, sunt in calida & sicca plures, spissi.

De signis complexionis calidæ & humidæ. Cap. 6.

Est pluris spermatis, quam calida & sicca, sed est pauciorum pilorum, & minus impregnans, & uehementioris fortitudinis super coitum plurimum, & non est pluris desiderij, & erectionis: & læditur a dimissione coitus superflua: & est piurimæ pollutionis, & uelocis [a] [executionis.]

a B. pubertatis. Alia litera. descensionis.

De signis complexionis frigidę & humidæ. Cap. 7.

Svnt lenitas pectinis, & tarditas desiderij coitus, & tenuitas spermatis, & paucitas impręgnationis, & tarditas ortus pilorum, & paucitas eorum.

De signis complexionis frigidæ & siccæ eorum. Cap. 8.

Svnt grossitudo spermatis, & paucitas eius, & est diuersa a calida & humida in modis omnibus.

De signis complexionum innaturalium. Cap. 9.

Svnt a [ut accidant signa, quæ sunt naturaliū] dum non fuerint prius: & significat earum distinctionem sensus.

a B accidentia signa, quæ accidunt naturę.

De iuuamenris coitus. Cap. 10.

Coitus bonus est ille, qui fit in hora, quam superfluitatum sequitur euacuatio: & alleuiat corpus, & pręparat corpus ad [a] [augmentum, sicut quum de cibo postremo sumitur aliquid, quasi delegatum] mouetur natura, ut restauret motu forti, quē sequitur impressio fortis, & adiuuat eam illud, quod [b] [est in huiusmodi de consecutione.] Et quandoque sequitur ipsum expulsio cogitationis dominantis: & acquisitio audaciæ: & edomatio irę supfluę, & acquisitio grauitatis. Et ipse quidem confert melancholiæ, & pluribus ægritudinibus choleræ nigrę propterea quòd [c] [dilatat,] & propterea quòd expellit fumum spermatis aggregatū a parte cerebri, & cordis, & confert doloribus renum repletorum, & ęgritudinibus phlegmatis omnibus, propriè in eo, cuius caliditas innata est fortis, quam non [d] [destruit] exitus spermatis: & propter hoc requirit appetitus cibum. & quandoque abscindit materias apostematum accidentium in partibus inguinum, & testiculorum, & omnem, cui aduenit apud dimissionem coitus, et constrictionem, [e] [coitus] tenebrositas visus, et vertigo, et grauitas capitis, et dolores emunctoriorum, et ancharum, et apostemata eorum, qui temperatus est, sanat. Et plurimorum, quorum complexio requirit coitū, quum ipsum dimittunt, infrigidatur corpus, et [f] [reliquæ] dispositiones: et cadit appetitus cibi, ita ut ipsum etiam non recipiat: et expellat eum uomitu. Et omnem, in cuius corpore est vapor fumosus, [g] † [ ] coitus alleuiat ab ipso, et confert ei et remouetur ab eo, quod timet de nocumento coarctationis vaporis fumosi. Et quandoque accidit viro ex dimissione coitus, et abundantia spermatis, et frigore eius, et conuersione ipsius ad uenenositatem, ut mittat sperma ad cor, et cerebrum uaporem malum uenenosum, sicut accidit mulieribus ex coarctatione [h] † [ ] matricis, et minores dispositiones illius nocumenti, et antequam spargatur, [i] † [ ] venenositas, sunt grauitas corporis, et frigiditas eius, et difficultas motuum.

a B. Alia litera. magnificationē & ingross[illegible]ionem, quoniam quū sumitur de cibo meliori aliquid quasi violenter raptum.
b B. fit in hoc de attractione membrorum & successiua suctione eorum.
c B. lætificat.
d B. diminuit.
e B. spermatis.
f † B. malignæ fiunt.
g † B. plurimus.
h † B. spermatis præfocatio.
i † B. vel augmentetur.

A N N O T A T I O N E S.

Veneris nullus Epicureorum sententia, usus salubris erat annotante Gal. lib. art. med. quos tamen falli constat. Huius commoda pulchre & copiosè describit Aetius lib. 3. ex Rufo, & Paulus lib. 1. Sed uide & Hippocratem ac Gal. 6. de uulg. morb. sect. quinta.

Cap. 86. Cap. 8. cap. 35. Tex. 23. & 26.

De nocumento coitus, & dispositionibus eius, & malitia figurarum. Cap. 11.

Coitus euacuat de substantia cibi [a] [postremi:] quare debilitatem affert, cuius similē aliæ non afferunt euacuationes; et euacuat de substantia spiritus rem pluriman, propter delectationem, et propter illud, quiplus delectantur, plus sunt cadentes in debilitatem. Et coitus quidem velociter facit peruenire illum, qui plurimum eo vtitur ad infrigidationem sui corporis, [b] [causa sui,] et resolutionem caliditatis innatæ, et mortificationem virtutis, et præparat ipsum in primis ad caliditatem fumosam, [c] † [ ] adeo donec multiplicentur super ipsum pili: deinde succedunt ei infrigidatio completa, et debilitas sensuum visus, et auditus: et accidunt cruribus eius tepor, et dolor; quare non forsitan sustinet onus sui corporis. Et quādoque similatur dispositio eius epilepsię occultæ propter illud: et quandoque superat [d] [in ipso nigredo, deinde citrinitas; et] accidūt ei periodi a debilitate: et uidetur ei, quod fit incessus formicarum in membris suis incipiens a capite suo vsque ad finem dorsi. et accidit ei tinnitus. et multoties accidunt ei feb. acutæ aduenientes. [e] † [ ] et quandoque aduenuint ei tremor, et debilitas [f] [neruorū,] et vigiliæ, et prominentia oculorum ad exteriora etiam, sicut accidit in separatione animę a corpore, et accidit ei caluitiū [g] [et epilepsia,] et dolor dorsi, et renum, et uesicæ. Dorsum uerò ignescit prius, quare attrahit materiam [x] [dolor] ad ipsum, et restringitur eorum natura. et quandoque facit incurrere colicam, et facit accidere eis fœtorem, et fœtet eorum os, et carnes gingiuarum, et in illis, in quorum corpore sunt

a B. Alia litera. melioris.
b B. & exsiccationem eius.
c † B. extraneā.
d B. Alia litera. sup ipsum cholera, deinde melancholia, & accidit ei vertigo a debilitate.
e B. cum quib' moriuntur.
f B. Alia litera. visus.
g B. & ægritudines frigidæ.
h B. doloris.

sunt humores mali, cholerici, mouetur post coitum horripilatio. Et in cuius corpore sunt humores putridi, procedit post coitū ex eo odor fœtidus. Et ei, qui est debilis digestionis, accidit post coitum rugitus. Et de hominibus est, qui est passus complexionem malā, & dimissio coitus contristat plurimum, & grauat corpus eius & caput ipsius, & rixatur, & multiplicatur pollutio ipsius: & si est ei obediens, debilitatur stomachus eius, & desiccatur. Et de hominibus dignior alienatione coitus ē ille, cui aduenit post ipsum tremor, aut frigus, aut constrictio anhelitus occulta, & pulsus cordis, & profunditas oculorum, & destructio appetitus cibi: & cuius pectus est infirmum, aut debile, aut est debilis stomachi. Dimissio enim coitus est conuenientior res ei, qui habet stomachum debilem. Et deuitent ipsum de mulieribus illæ, quæ abortum patiuntur. & in coitu quidem sunt figuræ malæ, sicut si ascendat mulier super virum. Figura enim in coitu illa est mala, ex qua timetur ramex, & īflatio & vlcera virgæ, & vesicæ, propter laborem eiectionis spermatis: & dubitatur si currat aliquid in virgam ex parte mulieris: & scias, quod retentio spermatis [i] [in coitu] est mala ualde. & quandoque perducit ad [k] [cōtritionem] unius duorum ouorum, & oportet ne coitus fiat necessitate fœcis, aut mingendi mota: neque cum exercitio, & motu: aut post passionem animalem fortem. & coitus quidem cū infantibus est fædus apud multitudinem gentium, & prohibitus in lege: & est ex parte nocibilior, & ex parte minus nociuus, & ex parte q̄dem, quia natura indiget in ipso motu plurimo ut educat sperma, est nocibilior, sed ex parte alia, quoniam sperma non expellitur cum eo expulsione plurima, sicut fit in mulieribus, est minoris nocumenti. & [l] [comitatur ipsum de iudicio præsentię minus quam uulua.]

i B. & prætermissio eius. K B. occultationem. Alia litera. ad ascensionem ad superiora.

l B. in iudicio eius ad᷑ coitus absque vulua. Alia litera. Vicinatur ei ī iudicio coitus facti nō in vulua.

ANNOTATIONES.

Si semen ex laudabili sanguine profluit, imminui profecto sanguinem ex multa Venere necesse est, & animal detracta alimonia imbecillum reddi, præsertim quod cū sanguine etiam spiritus vberius dissoluuntur. unde & refrigerari corpus, & rarius reddi, & siccius, & imbecillius accidit, quod ait Paulus lib. 1. & sensus labefactantur, præsertim uisus. de qua re Arist. 4. problem. sect. Plura de hac re Aetius lib. 3. Tu uide Arist. sect. probl. 4. & Galen. 1. in 3. uulg. morb. & 1. de semine.

Cap. 37. Probl. 3. & 4. Cap. 8. com. 2. & 4. cap. 13. & 14.

De horis coitus. Cap. 12.

Oportet, ne coitus fiat super repletiōe: [a] [prohibet] enim digestionem, & facit cadere in ægritudines, quas efficit motus super repletionem: [b] † [ ] & debilitat. & si accidat alicui illud, tunc oportet ut moueatur post ipsum paulatim ut descēdat cibus in stomacho, & non natet, deinde dormiat. [c] [& oportet quantum possibile est, ne] coeat aliquis, quum adest uacuitas iterum, hoc enim est nocibilius & onerosius naturę, & magis [d] [pernecans] calorem innatum, & magis attrahens liquefactionē, & ethicam, & arefactionem, imo oportet ut fiat quum cibus descēdit a stomacho, & completur digestio prima, & secunda, & [e] [mediatur] dispositio in dispositione tertia: & hoc diuersificatur in hominibus; non ergo audiendus est sermo eius, qui dicit, oportet ut fiat illud post complementum digestionis [f] [tertię] ex omni modo. Illa enim hora est hora vacuitatis [g] [quum corpus incipit in sparsione,] & in omnibus membris sunt reliquię cibi in via digestionis. Nam de hominibus est, qui est in huiusmodi dispositione in principijs noctis: quare fit illa conuenientior horarum coitus ei ex [h] [generibus] prędictis: & ex parte alia, & est quod somnus longus succedit ei, & accrescit cum eo virtus, & figitur aqua in matrice propter somnum mulieris. & oportet, ne coitus fiat nisi a desiderio sano, qđ non excitat aspectus, aut intuitus, aut pruritus, aut ardor, sed cōmouet ipsum multitudo spermatis ex repletione, & adiuuat totum illud sanitas uirtutis. & oportet ut uitetur coitus post sacietatem nauseatiuam, & post euacuationes fortes ex uomitu, & fluxu uentris, & cholerica passione, & diarrhœa facta subito, & motus corporeos, & animales, & apud motum vrinæ, & stercoris, & phlebotomiam. Diarrhœam verò antiquam quandoque alleuiat sua exsiccatione, & trahendo materias ad partem aliam a parte intestinorum. & oportet ut deuitetur in tempore, & regione calidis, & deuitet ipsum uir corpore suo iam calefacto: aut infrigidato, licet post calefactionem sit incolumior, quam post infrigidationem, & similiter post humiditatem melior, quam post siccitatem, & melior horarum [i] [æqualium] est hora, [k] [quam determinauimus: &] quādo utitur eo in ipsa post [l] [spatium, in quo non abhorret coitum,] inuenit leuitatem, & alleuiatur anhelitus, et bonus fit sensus.

a B. Alia litera. debilitat.

b † B. casu velociori, & difficiliori vel fortiori.

c B. quantū potest. Et non.

d B. minuens.

e B. media est.

f ——B.

g B. imo in hora, quum corp' incipit fugere.

h B. istis modis

i B. Alia litera. corporibus temperatis.

K B. quæ iā est experta, quòd.

l B. tempus dimissionis coit'.

ANNOTATIONES.

Tempus ad uenerem opportunum est. ait Gal. lib. art. med. quum omnium in rerum circunstantium exquisita mediocritate corpus fuerit constitutum, neque supra modum plenum, neque uacuum, aut in calore, frigore, siccitate, humiditate excesserit. Addit Paulus lib. 1. Quum concubiturus es, nimiam satietatem, cruditatem, & lassitudinem carues, itemque ne uomitus aut purgatio præcesserit. Addit plura alia, quæ tu lege. Vide & Hipp. ac Gal. 5. in sexta vulg. morb. & Hipp. lib. de sterilib. itemque Celsum lib. 1.

cap. 35. cap. 35. Text. 28. cap. 1.

De spermate generante, & non generante. Cap. 13.

Sperma ebrii, et decrepiti, et infantis, et multi coitus non generat: et sperma habentis mēbra [d] [debilia] raro generat sanum, et quum prolongatur virga valde, prolongatur spatium motus spermatis, quare uenit ad matricem calore eius innato iam fracto, non ergo generat secundum plurimum.

a B. læsa.

ANNOTATIONES.

Cur ebriorum semen infœcundum magna ex parte sit, docet Arist. 3. probl. sect. nempe in superfluam horum humiditatem refert, quæ semen humidius reddit, & uim adimit procreandi. De hac re & Gal. 11. de usu par.

problem. 4. cap. 10.

De signis eius, qui coiuit. Cap. 14.

VRina eius est habens filos, & ramos permistos adinuicem.

De diminutione coitus. Cap. 15.

CAusa aut est in virga ipsa, aut in membris spermatis, aut in membris principalibus, & quę sequuntur ea, aut in membro medio inter principalia & membra coitus, aut causa mēbrorum vicinorū propria eis, aut propter paucitatem inflationis in inferiorib. corporis, aut paucitatem eius in corpore toto. Facta autem causa uirgæ ipsius, est propter malitiam cōplexionis in ipsa, & mollificationem superfluam. Sed facta causa testiculorum, & vasorum spermatis, aut est propter malitiam cōplexionis a † [ ] singularis superfluè, aut cum siccitate, & est deterior, aut est dominans siccitas sola. Et quandoque est propter paruitatem motus spermatis, & defectum eius a mordicatione excitante, ita ut quandoque fit in quibusdam sperma plurimum, & quum coeunt, non descendit propter congelationem suam. & b [coeunt cū hoc parum] quoniam uasa spermatis c [non] calefiunt in eis, d † [ ] quare e [non] calefit sperma f [neque] subtiliatur. Facta autem causa membrorum principalium, aut est ex parte cordis, quare abscinditur materia spiritus, & uentositatis g [incendentis] aut ex parte hepatis quare absciditur materia spermatis: aut ex parte cerebri, quare absciditur materia virtutis sensibilis: aut ex parte renum, & frigore ipsorum h † [ ] & ægritudinibus eorum notis, & complexionibus eorum, aut ex parte stomachi propter malitiam digestionis, & totum illud aut est causa debilitatis principij, aut causa oppilationum meatuū inter membra coitus. Et multoties quidem est debilitas facta causa cerebri sequens casum, aut percussionem. Causa vero, quæ est secundum inferiora, est ut sit aut caliditas, aut frigiditas valde, aut siccitas complexionis & priuetur in eis inflatio. Et inflatio quidem est bonus adiutor ita, ut in illo, in cuius uentre multiplicatur inflatio absque superfluitate dolorosa, erigatur. Et habentes choleram nigram sunt plurimę erectionis propter multitudinem inflationis ipsorum. Causa autem in uicinantibus est, sicut illud, quod accidit ei, cuius hemorrhoides inciduntur, & habentibus anum dolorosum, nocet enim illud neruis communibus inter anum, & lacertos eius, & uirgam. Et ex eis, quæ debilitant coitum, & uirtutem eius sunt res meditatiuę, sicut horribilitas coeundi, aut uerecundia eius, aut antecessio intellectus ad cor. i [debilitat enim coitum, & facit deficere] & propriè quum illud aliqua hora casu accidit, tunc quoties euenit reiteratio, assimilatur illud in mente. Et fit causa in illo quandoque dimissio coitus, & ꝙ anima obliuiscitur eius, & constrictio membrorum ab eo, & paucitas præparationis naturæ in generatione spermatis, sicut non est sollicita in generando lac in mammilla remouētis filium a lacte. Et scias quod erectionis cā est ventositas procedens a spermate, aut non a spermate. Et frigus, & calor simul sunt contraria ventositati; nam frigus eius prohibet generationem: & calor resoluit materiam eius: & nō est, quod ipsam generet, sicut humiditas temperata, & caliditas, k [quam ipsa nutrit,] & de illis, quæ adiuuant in hoc, est equitare equos secundum intentionem eius, qui consueuit, & cuius renes, & l [vesica sunt humidi, aut cum hoc frigidi.] Illi verò, qui renum complexionem m † [ ] calidam habet, & non vsus est ea etiam cum æqualitate, est nociua, & facit incurrere sterilitatem.

a † B. Alia lsa. frigidę.
b B. polluuntur cum hoc in nocte.
c —— B.
d † B. in nocte.
e —— B.
f B. &.
g B. faciētis exigere.
h † B. & extenuatione ipsorum.
i B. ꝙ fit debilis in coitu, & deficit.
k B. quæ fit secundum ipsius quantitatem.
l B. que eis vicinātur sunt humida, aut cum hoc sūt frigida.
m † B. sicca, &.

ANNOTATIONES.

Veneris impotentiam Paulus lib. 3. ad duas refert causas, resolutionem & seminis inopiam. Gal. 6. de loc. aff. de hac re quædam. Hic multo copiosius & hoc & sequenti capite id prosequitur.

Cap. 58. Cap. vlt.

De signis. Cap. 16.

FActa autem propter mollificationem uirgæ aut frigus complexionis nerui, cognoscitur ex hoc, ꝙ non fit erectio. Et non contrahitur in aqua frigida. Et quandoque est sperma exuberans facilis egressionis. Et quandoque descendit sine erectione. Et quandoque est cum ea extenuatio corporis, & debilitas eius, & nō est in desiderio diminutio. Facta verò causa testiculorum, & membrorum spermatis, si fuerit difficultas eius propter frigus eorū significat a † [ ] exitus spermatis b † [ ] & frigus tactus. Quod si fuerit propter siccitatem eorum, & paucitatem spermatis, tunc sperma erit paucum, difficilis descensionis, & plurimum eius est cum extenuatione corporis, & paucitate carnis, & sanguinis. Et est humectatio ex eis, quę conferunt ei: scilicet ex balneationibus, & cibis. In facta aūt causa membrorum præpositorum supra membra coitus, sicut ex hepate, & renibus, minoratur appetitus, imò non est digestio, neque appetitus, neque generatio sanguinis secundum quòd oportet. Et si fuerit ex corde, minorabitur erectio: & quandoque erit descensio sine erectione, & erit pulsus debilis, lenis, & caliditas corporis diminuta. Et si fuerit ex cerebro, minorabitur sensus motus spermatis, et non erit commotio c [confricatiua: sperma enim est ex eis, quæ excitant] et significabunt ipsam dispositiones sensus: et oculi propriè quando est post percussionem, aut casum aduenientem cerebro. et d [omni cordi, et cerebro in debilitate sua] sunt signa iam præterita, et renibus in ægritudinibus suis sunt signa, cognoscantur ergo inde. Factę verò propter paruitatem inflationis in inferioribus signa sunt, quoniam vides virtutes membrorum saluas, et uides debilitatem in erectione tantum, cum virtute cordis e † [ ] et renum, et desiderio, et aqua. et quando administrantur inflatiua, iuuatur eis. Factæ verò causa paruitatis motus spermatis, et paruitatis mordicationis eius, signum est quod egreditur apud coitum res plurima cōgelata: et plurimum illius sequitur cōplexionem frigidam, et quandoque contingit vt sit sperma plurimū, sed

a † B. difficultas.
b † B. nō expansitate.
c B. requirens coitum cum eo quod excitat.
d B. cuilibet eius hepar, & cor & cerebrum est debile.
e † B. Alia litera. & hepatis.

ſed ſit quietum congelatum, ſecundum quòd diximus,& pinguis quidem magis defectus eſt a coitu, quam extenuatus, & ei qui vult coitus multitudinem,conuenit ut minoret ſudorem, & balneationem facientem ſudare, & dimittat phlebotomiam quantum poteſt,& utatur inũctione pedum cum oleis calidis.Illud enim cõfortat renes,& uaſa ſpermatis.

Curationes. *Cap.* 17.

QVum ergo cognoueris, quod cauſa eſt in membris principalibus, tũc neceſſarium eſt ut intẽdas in curatione eorum.& ſi cauſa eſt frigus eorum,quod eſt plurimum,tunc non eſt aliquid,quod ſit ſicut mithridatum, quoniam eſt fortius medicamen ad illud,& in omni defectu a coitu propter frigus in quocunque mẽbro ſit,aut propter debilitatem [a] [& propter hepar] dentur,quæ ſunt ſicut medicamen de curcuma, & homoruſia, & ſagzenea, & ſi eſt propter malitiam digeſtionis ſtomachi, conforta ſtomachum, & ſi cauſa eſt in renibus, cura renes in primis cum cura,quæ eſt eorum, cuius plurimum eſt cum calefactione, nã calefactio dorſi, & renum iuuatiua eſt in erectione. Quũ ergo feceris illud,cura cum reſidua curatione, & odoribus bonis, & caputpurgia odorifera, humectatiua,conferunt cordi, & cerebro etiã, & cordi medicamen de muſcho & theriaca,& mithridatum, & ſi fuerit cauſa paucitas inflationis in inferioribus,tunc ſi fuerit cauſa eius [b] † [ ]frigus,quod eſt cum eis,adminiſtra fricationem ſubtilem, & unctiones, quas dicam,& adminiſtra cinnamomum plurimum, & adminiſtra grana in cibis, ſicut fabas,& phaſeolos, & cicer,& cæpas cum ſale, in quo aliquid cadit altit.Et ſi cauſa fuerit in [c] [ea paucitas inflationis ualde,]adminiſtra infrigidationem & æquationem cum [d] [potibus, & decoctionibus]& epithematibus,& cibis,& ſumantur ea, in quibus eſt infrigidatio & inflatio,ſicut pira, & mora ſcemia,& fabæ, & [e] [ſerum.]& ſi cauſa fueris debilitas corporis,confortetur corpus cum cibis confortantib. ſicut ſunt aleſfidabegi, & ea, quæ præparata ſunt in patellis,& aſſata,& [f] [ea,quæ præparata ſunt in uaſis cum cooperturis,& frumentum coctum ut puls[& oua ſorbilia,& [g] [napi]& lac,& butyrum,& panis ſimilæ,& medullæ fructuum, ſicut medulla amygdalæ & nucis,& medulla nucis indicæ,& phyſticorum, & [h] [auellanarũ, & alcadra,]& quæ ſunt ſimilia iſtis,[i] [& tanguebil ex]ſeminib.& permiſta cum cæpe,& menta,et porris, & fœnugræco, & andacocha,& eruca, & ſimiliter confortetur corpus cum balneationibus neceſſarijs,& inunctionib.confortantib. ut eſt oleum de lilio,& oleum de bẽ,& ſi neceſſaria eſt ſuperflua calefactio,ponãtur in eis muſchus,& caſtoreum,& alia.Quod ſi cauſa fuerit frigus membrorum ſpermatis,curetur cũ medicinis calefacientib.quas dicemus & cum unctionib.[k] [abſtergendo factis] calefacientibus. & ſi fuerit cauſa cum hoc ſiccitas,adiuuetur cũ humectantib.calidis,ex illis,quæ comeduntur. & ſi cauſa fuerit calor membrorũ ſpermatis cũ ſuperfluitate, confert omne infrigidatiuũ, humectatiuum cum æqualitate, ſicut [l] [ſerum vaccinum]& lac,in quo decocta eſt portulaca, & ſi fuerit ſiccitas,tunc humectatio æqualis cũ balneationibus,& uitellis ouorum ſorbilium, & lacte dulci decocto, & quandoque ponitur in ipſo quinta eius de tereniabin. & cibis præparatis ut aleſfidabegi, & humectatione cum oleis frigidis vſque ad oleum de lactucis, & cucurbita, & ſi cauſa fuerit ſiccitas, humectetur corpus cum cibis,& generibus lactis, & balneationibus,& uino ſubtili,& ſorbitionibus leuibus ex granis [m] [& aqua cucurbitæ &] ocymo. & ſi fuerit cauſa frigus neruorum uirgæ,& eorum mollificatio, curetur cum cura, quæ eſt mollificationis,& frigoris,ſicut quæ dicta ſunt in ca. veſicę. & oportet ut deuitetur coitus poſt euacuationes,& laborem & [n] [ligationem vulnerum.] Illud.n. debilitat [o] [& coitus frequens plurimus.] quòd ſi illud accidat ei,retineatur [p] [liniendo.] Multitudo nanque coitus quandoque abſcindit coitum. & vt deuitet ſacietatem nauſeatiuam.quòd ſi accidat. alleuietur cibus, & fiat vt digeſtio bona ſit, & confortetur ſtomachus.& oportet vt minoretur potus aquę,multitudo.n.potus aquæ eſt res nocibilior, & deuitet omne reſolutiuum ventoſitatis, exſiccatum calore ſuo,ſicut ruta. & ſampſucus & harmel [q] †[ ]& almarmacora,& cyminum,& ſemẽ agni caſti,et omne exſiccatiuum cum frigiditate,ſicut lentes,& xylocaractę,& milium, & acetoſa,& ſtyptica propter exſiccationem ſuam,& omne infrigidatiuum uehementis infrigidationis, ſicut narcotica, & ſicut camphora, & pſyllium,& nenufar & roſæ, [r] [quum licet in ſemine papaueris ſit parum ſtupefactionis, tamen eius pinguedo,et quòd ipſum commouet ventoſitatem ſuccurrit ei] & additur ſuper ipſum. Et oportet vt deuitetur coitus menſtruatæ,et coitus vetulæ,& ægrę,& coitus illius,quę [s] [nondum peruenit ad ætatem,in qua eſt mulier,et coitus illius, quæ non nuper coiuit] & coitus virginis. Totum enim illud debilitat [t] [virtutem membrorũ coitus proprie.]Et oportet vt referantur ei [u] [propoſita] coeuntium,et libri [x] [narrati] de diſpoſitione coitus, et figuris ipſius, et cogitet in eis cum dimiſſione coitus omnino, etiam vſquequo confortetur, & approximet iſtis deficiens a coitu propter dimiſſionem et [y] [afflictionem] animæ, et oportet quidem vt iſti gradatim perueniant ad eum et vtantur vnctionibus,et fricationibus,quas dicemus, et coram ipſis fiat rememoratio cauſarum coitus, et referantur, quæ continuantur eis,et reſpiciant ad coitum animalium. Regiminis verò appropriati nomini coitus plurimum eſt tendens ad calefactionem,et humectationem,et [z] [inflationem] & calefactionẽ dorſi,et renum cum eis,quæ illud efficiunt ex euaporationibus,et in vnctionibus,ſicut oleum de ben, et oleum de granis cotti [a] [inunctum abſtergendo.]Ea vero,quæ ſumuntur appropriata nomine,quòd ipſa valentia ſunt ad coitum, ſunt medicinæ conferentes frigori [b] [virgæ] inunctę, et bibitæ: & medicinæ, in quibus eſt inflatio in digeſtione ſecunda, et tertia. et earum inflatio eſt cum humiditate extranea, cum qua inflant.et medicinę, quæ agunt cum proprie-

a B. Alia litera. in hepate.
b † B. vehemẽs.
c B. paucitate inflationis calor.
d B. tinis & vnctionibus.
e B. lac nouiter mulctũ,& almaſer,i. lac coagulatum dulce.
f B. alchiebabat & alherays.
g B. rapæ.
h B. pinearũ,& granorum viridium.
i B. aromatizata cum ſpeciebus,&.
k B. vel linimẽtis.

l B. almaſer, ỳ lac coagulatũ.
m B. vel nucleis,& cum lætitia,& tranquillitate, vel.
n B. apertionẽ exiturarũ,& motus animales.
o B. coitum, vt & alienet coitũ frequentem plurimum.
p B. tempore aliquo.
q † B. Alia litera. & piper.
r B. & ſemen papaueris quãuis ſit in eo parum ſtupefactiõis,tñ vnctuoſitate eius,& commotione ventoſitatis quam ipſum commouet valet in hoc.
ſ B non coierit iam longo tempore.
t B. Alia litera. cum fortitudine membra coitus cũ proprietate.
u B. hiſtoriæ.
x B. deſcribentes.
y B. continentiam.
z B. Alia litera. apertionem.
a B. calefactum.
b B. neruorum

proprietate,& cibis,ex quib. generatur sanguis calidus & humidus,abundans, & in eis cũ hoc sunt inflatio,& viscositas,& spissitudo,sicut cicer,& phaseoli,& cibi,quos dicã:& melior administratio eorum est, vt sit post balneum humidum,& inunctionem cũ oleo sambacino, & de lilio,& narcissino,aut similib.Et sorbeant oua sorbilia ante cibum, puluerizato desuper sale stinci,aut quę sunt sicut ipse. Quumq; comedit cibos ad coitum, bibat post illud vinum odoriferum parumper:deinde pergat ad lectũ suum,& abluat pedes suos aqua calida, & utatur vnctionibus,& [c] [abstersionibus cum inunctione.]& nos dicemus nunc has medicinas,& cibos, & procedemus etiam ad loca eorum in eis,quæ conueniunt diuisionibus debilitatiuis coitus.& scias quod plurimum [d] [sustentationis est propter]cibos, & ex eis prouenit exuberatio materiei,& uiuificatio virtutis, & oportet vt consideret ille, qui in coitu est cupidus, quum multum vtitur medicinis ad coitũ,corpus suum,quòd si videat febrem, & inflammationem,& repletionem, [e] [abbreuiet]& temperet naturam:deinde iteret ea, quę sunt ad coitum,& non oportet, ut ad summum perueniat in calefaciendo,& perducat ad desiccationem, & quum utitur medicinis & cibis ad coitum, tunc consequenter sumat [f] [vas terreum] plenum uino odorifero.

c B. linimentis facientibus erectionem.
d B. fundamẽti huius curationis est super.
e B. fiat phlebotomia.
f B. ciatum.

ANNOTATIONES.

Huius uitij curationem habes & ex Aetio lib. 11. & ex Paulo lib. 3. Fusissime Auic. hoc & sequentibus capitibus idem tractat.

cap. 35.
cap. 59.

De medicinis singularibus ad coitum. Cap. 18.

Semina quidẽ sunt, ut semen [a] [napi,]& caulis,& vrticæ,& lupini,& erucæ,[b][& alkerua] & bautię, & mentastrum hortulanum, quod est menta & semen asparagi,& semen raphani, & [c] [artetice,]& semen melonis,& semen apii, & petroselini,& [d] [cordumeni & alcacul,& macropiper,& semen eilbaguc,]& sisamum,et semen lini,& grana [e] [arasced] & grana de ben, & oleum eius,& grana [f] [alkikil & grana azelim,]& fœnugræcum,& proprie decoctum cũ melle:deinde exsiccatum.Grana uero sunt, sicut cicer,& fabæ,& phaseoli,& quæ sunt eis similia.Cortices autem,& herbæ, sunt sicut cinnamum,& cinnamomum,et macis,& [g] [alhasec,et tali fasar.]Medullæ uerò,sunt sicut grana pineę,& lingua auium grana uiridia, & grana alkilkil,& phystici,et auellanæ.Gummę autem, sunt sicut dragacanthum,& assa [h] † [ ] quoniam inflat valde,nam quum infrigidatus bibit de assa aure.i.cum vino,magnificatur eius iuuamentum. Radices verò,et ligna sunt,sicut radices aluf,et been, et zedoaria, et costus dulcis, et testiculus vulpis:nam ipse est fortis in erectione.et asparagi, et radix cardi,& cæpe,et proprie assatum,& squilla assata,& secacul,et zingiber, et proprie ambo condita,et galanga, et pyrethrum, et radix hascec,et assarum et buzeiden, et almugat, et hermodactyli,et [napi de barbaria,] ipsi.n.

a B. raparum.
b—— B.
c B. semen alrathbe,i. fasfasa.
d B. cordumeni & pipera.i.albũ & nigrum,& piper longũ, & semen heilbua, i. semen cardamomi minoris.
e B. alrased, id est nasturtij.
f B. alkalkal,& grana azelem.
g B. alhascech.i. tribuli,& thalis far.
h † B. est calida Alia litera. inũcta seu linita; & bibita.
i B. alhabe barbariæ proprie.

cõmouent,sicut caliditas [k] [rutæ,]in toto corpore,et cyperi et bibiti et uncti. Animalia autẽ sũt,sicut [l] [stellio,et lacertus]et stinchus,et proprie radix caudæ eius,et eius sumen,et renes ipsius,et sal ipsius.Sumatur [m] [lacertus]in diebus veris,et decolletur,et mundẽtur viscera eius, et impleatur sale, et suspendatur in vmbra,donec exsiccetur,quumque feceris illud , tunc accipe salem eius, et proijce corpus ipsius, et sufficiet tibi de sale eius res parua, minus quam de sale stinci,et [n] [albubere et almenbesigi et alkersigi. Et de animalibus aquæ,pisces parui, et fluuiales exsiccatæ cutis]et lac camelinum, de quo bibatur xx. diebus omni die quantitas, quę digeratur,et non grauet,et pisces parui fluuiales exsiccati,et sit dosis drac. vii.et oua piscium, et oua gallinæ proprie oua [o] [perdicis,]et oua colũbæ,et oua paruarum auium, et omnia cerebella,proprie [p] [pullorum,et paruarum auium]et anatis,et pullorum: et arietis cum sale, et de illis, quæ currunt cursu proprietatum, est ut sumatur ueretrum tauri,et exsiccetur, deinde teratur, et puluerizetur de eo res modica super oua sorbilia, et sorbeatur, et iterum res mirabilis de animalibus est.Sumatur coagulum filii cameli masculi, parui, exsiccatum, et sumatur de eo ante necessitatem xii. horis quantitas ciceris dissoluti in [q] [duabus tertijs.] lib. aquæ, et bibatur:quòd si lædit,abluatur cum aqua frigida.et iterum [r] [de melle decocto sumatur]aqua mellis absque speciebus,et [s] [bibatur cũ oleis,] et si est in ea parum croci,est bona. Aquæ uerò sunt sicut aqua ferrea, [t] † [ ] et uinum nouum: antiquum uerò subtiliat uaporem,et resoluit eum, et nocet. De fructibus verò,vua dulcis est bona ad coitum,et proprie, quæ recens est , quoniam replet sanguinem humiditate et uentositate cũ caliditate, et spissitudine cibi. Olera uerò, et quæ sunt eis similia est alhasec,et proprie aqua eius cum melle decocto,donec [u] [stet ut buccella.] Et iterum eruca,et proprie quum bibitur omni mane ex succo eius cum lib. uini [x] [puri:]deinde sit cibatio ex eis, quæ conueniunt , quoniam est præsentis iuuamenti. Medicinarum uero compositarum ebibitarum caput est mithridatum,et iterum diamuscum ei, quę est ex debilitate cordis. Et iterum tres aurei de electuario de seminibus cum unc.i. aquę erucæ humidę, et de eis est medicamẽ de stincho notum, et iterum semen erucæ campestris pondus drach. iii. cum butyro uaccino, et medicamen de hascec. Et medicamen [y] [almur dulcis.] et medicamen almehedi; et iterum sal stinchi, et semẽ erucæ tritum,et puluerizatum super uitellum oui, et iterum testiculus galli exsiccatus cum æquali mensura salis stinci, cuius dosis sit omni die drach. ii. et iterum semen erucę,et semen raphani,et semen melonis omnium an. pars i. bibatur cum lacte recenter mulcto.et iterum,sumãtur granorum pini, et seminis apii montani, et fellis [z] [masculi] cerui [a] † [ ]et glutinis alimbat partes æquales, commisceantur cum melle, et sumatur de eo aure.i. et iterum sumatur secacul, et seminis erucæ,& [b] [hermodactylorum.] & zingiber,& piperis

k B. vini.
l B. dab & alazel.
m B. alarel.
n B. algeri,& almermaigi,& alchusegi de his, quæ oriuntur in aqua, & pisces calidi.
o B. coturnicis.
p B. columbinorũ & passerum.
q B. Alia litera. tertia.
r B. Alia litera. ex melle fiat.
s B. cõtinuetur potus eius.
t B. mineralis, & aqua, in qua extinctũ est ferrum.
u B. fit spissum sicut loch.
x B. potentis.
y B. ex duobus tuderi.
z B. rasuræ virgæ.
a † B. exsiccatæ.
b B. alcuderias.

piperis longi omnium an. pondus drach. ii. linguæ auis, et cerebellorum c [paruarum auiū] et thuris, omnium an. drach. j. inuoluatur totū cum oleo de nuce indica, et conficiatur cum melle, et penidiis, et administretur. et ille quidem, in quo superfluit frigus, iuuatur valde sumendo in potu confectionem nasturtii cum pyrethro. et d † [ ] opopanacis pondus drach. iii. dissoluatur in drach. decoctionis sampsuci, et bibatur illud in tribus diebus. et iterum zingiber. partes iii. piperis longi pars i. conficiatur cum melle, et detur de eo aur. i. cū aqua calida. et iterum seminis asparagi, secacul, zingiber. omnium an. drach. v. tuderi rubei, et albi amborum an. pondus ℥. ii. been alb. et rub. amborum an. drach. iii. sem. sullę et sem. raphani, et sem. erucę, et sem. urticę omniū an drach. iii. squillę assatę, suminis stinci amborum ana. drach. iii. linguæ auis drach. ii. zuccari drach. xl. sitque dosis. drach. iiii. cum uino tribus diebus, et sit cibus, qui est ad coitum. et iterum medicamen de eis, quæ sunt nobis, forte. e † [ ] Recipe assæ & seminis erucæ, & f [alkilkilati,] & seminis bautiæ, & linguę auis, & cordumeni, omnium ana partem unam, & buzeiden, & piperis, amborum ana partes iii. muschi vi. partis vnius: inuoluatur cum oleo pineæ minoris, & conficiatur cum melle. Medicamen vehemētis virtutis. Recipe mellis anacardi, & mellis apum, & butyri vaccini partes equales, & ferueant, deinde bibatur de eo, quod bibitor tolerauit in vino, est .n. mirabile. Et de medicinis bonis, quæ non sunt vehementis caliditatis superfluè, est ut sumantur dactyli, & fœnugræcū, & decoquantur, donec decocta sint: deinde sumantur dactyli, & extrahantur ab eis ossa, deinde exsiccentur, & terantur, & conficiantur cū melle. Et sit dosis eius quantū est auellana, & bibatur post ipsum vinum. Et iterū infundantur s. lib. granorum viridium, & lib. i. dactylorum, quę utraque sit contrita in duabus lib. lactis ouini: deinde comedatur, quòd infusum est & bibatur post ipsum de lacte duobus diebus. Et de medicinis bonis est confectio de medullis. cuius descriptio est. Recipe amygdalarum g † [ ] excorticatarum, phisticorum, & neregil excorticatorum, contritorum, & amygdalarum pini, & granorum alkilkil & granarum azeliem, & granorum viridiū partes æquales, neremisch, & piperis longi, & zingiberis, omnium ana partes x. & plus parum: terantur omnia: & conficiantur cum penidiis, de quo sumatur omni die quantum est ouum unum.

c B. passerum. d † B. iterum. e † B. valde. f B. cardamomi g † B. & auellanarum.

De inunctionibus, a † [ ] *quæ* b [*abstergendo*] *fiunt ad anum, & pectinem, & testiculos & uirgam,* c [*& alugen, & quæ sequuntur ea.*] *Cap.* 19.

a † B. & iniectionibus; b —— B. c —— B.

PYrethri † drach. s. misceatur cum sambuco bono. Et quandoque miscetur cum eo euphorbium & muscus, et inungātur cum eo virga, et d [alugem,] et quæ sequuntur ea. Aut pyrethrum, et quantum est medietas eius de musco, sumantur, et dissoluatur aure, unus de eis ambobus simul cum unc. i. olei sambacini. Et iterum. sinapis cum oleo arazaki. et similiter semē vrticæ cum oleo arazaki. Et iterū assa cū oleo sambacino est inunctio fortis. Et iterum sem almezerion cum oleo calido, Et iterum baurach cum melle colato. Et fel laurinum cū melle colato, Et iterum medicamen bonum, sumatur de cępæ narcisi res parua cum oleo sambacino, et fricatio fiat cum eo. Aut grana nil, et pyrhetrum sumatur æqualiter cum oleo aliquo: Aut staphisagria cum oleo calido. Et iterum assa cum melle. Et iterum cyperi ipsi cum rob, et inungatur cum oleo. Aut sumantur centaurea, et pix, et ceratum cum oleo de lilio: et oleo de keiri, et eruca, et mastice, et cyperi, liniatur cum eo virga, et partes eius. Et omnia olea e † [ ] prædicta in capitulo de clysteribus sunt mirabilis iuuamenti, quum administrantur inuncta f [cum abstersione.] Et propriè oleum de granis cotti, et oleo g [de storace] propric, et adeps leonis est uehementis iuuamenti in hoc. Vnguentum Rufi h [forte valde.] Recipe. myrrhę, et sulphuris non extincti, et granorum cartami, omnium an. drach. ii. pyrethri, i [amyli. ii.] piperis nigri gr. xxx. k [cordumeni] grana xx. terantur cum drac. ii. cæpæ optimè, l † [ ] et si teratur vnum quodque per se, erit melius, deinde commisceantur cū cerato, et terantur donec fiant in spissitudine mellis, et inungatur cum eo alchatim et m [alugen.] et assa in virga erectionem facit, et stimulat. quod si timeatur caliditas eius vehemens, dissoluatur in oleo violato.

† Al. j. d B. alhagiau.

e † B. calida. f —— B. g B. cyperi. h —— B. i B. aiulusan. k B. charmedane. l † B. contritæ. Alia litera cępę squillæ cōtritione optima. m B. alhagian.

De suppositorijs. *Cap.* 20.

FIat suppositorium ex adipe anatis, et granis cotti, et pyrethro in oleo de nuce indica. Et dicitur. quòd si supponatur collyrium ex adipe asini est mirabile. Et iterum suppositorium ex vnguento picis, quod dictum est. Clysteria verò assumuntur ex iure capitum, et pullorum columbinorum cum vitellis ouorum, et testiculi arietum boni sunt, quando in clysteriis ponuntur. Et est eis iuuamentum in confortando cerebrum et corpus: a [et si ipsi assiduant, nates. et ea, quæ sunt sicut] oleum nucum, et sisaminum, butyrum vaccinum, et oleum de phisticis, et de auellanis, et oleum de nuce indica. et de almahaleb, et oleū de granis cotti est mirabile valde, et calefactis oleum de hascec, et oleum de papauere, oleum de granis cucurbitæ, et granis melonis, et similia illis. Clystere ad cos. sumatur b [unctuositatis] capitum, et pullorum columbarum decoctum cum mugat, et buzeiden, et secacul in furno in nocte, decoctione valde forti, pars una, et proiiciatur super eam lactis pars s. et butyri partis sexta, et olei de c [nera] et olei nucis indicę amborum ana tertia séptimę partis, et de adipe renū stinci, et lacerti etiam, quodcunque præsens est, et sint sicut semina condientia, et fiat cum eo clystere. Confectio clysteris. Recipe hascec recentis quintam partis unius, fœnugræci pugillum vnum, d † [ ] et semen bautię, et erucæ, et semen asparagi, et medullam spinalē hirci, et testiculos eius contritos, et cerebrum ipsius, et fundantur desuper duæ lib. aquæ, et duę lib.

a B. olea ipsorū seu vnctuositas ipsorum sit alalie, i. pinguedo caudæ castrati; &. Alia litera. olea ipsorū sint vnctuositas dissolutā ex cauda castratorum vel agnorum, &. b B. brodium. c B. mahaleb. d † B. & semen rapæ.

lib.lactis dulcis,& decoquantur donec ingrossetur, & fiat clystere ex vncijs quatuor eius cũ vnc.i.olei de botin,& e [separetur in trib.dieb. & fiat iniectio]post ascellationẽ.Clystere aliud. sumatur f [natis]& incidatur g † [ ] & ponatur in incisionib.eius põdus drac. s.castorei contriti,in quib.diuidatur cum mensura,& ponatur h [natis]sub regraui trib. dieb. deinde incidatur,& liquefiat cum eo,quod est in eo de castoreo, & sumatur pinguedo eius, i † [ ]& reseruetur,& sumatur de illa pinguedine sacraiati,& de butyro vaccino vnc. s.& de aqua porri media sacraiati, & de decoctione fœnugræci media sacraiati,& clysterizetur cum eo k † [ ] vsque ad tres horas noctis,deinde iteretur quum est hora dormiendi,& dormiat super ipsum, & fiat illud tribus diebus.Clystere forte. caput arietis, & tres,aut quatuor testiculorum eius,& frustum l [natis,] & cicer m † [ ]decoquãtur in furno: & sumantur aquæ eorum, & unctuositas ipsorum,etiam,post decoctionem uehementem,& ponatur etiam desuper oleum de nucibus, aut oleum de granis viridibus,aut aliquid de adipe stinci,& fiat clystere cum eo, & clysteria alia, quæ sunt scripta in antidotario.

e B. reiteretur trib' diebus super ieiunium. f B. aliæ. g † B. in partes latas subtiles. h B. alia. i † B. dissoluta. k † B. à vespertis. l B alaliæ. m † B.cõtusum.

De cibis puris. Cap. 21.

MEliores cibi sunt, qui fiunt ex carne hędi pinguis,masculi,& carne a [ouina,]& cicere,& cæpæ absque frixione carnis:frixio nanque prohibet confortationem carnis,& multitudinem nutrimẽti eius.Et b [almuamemet] & c † [ ]si non cum alio,saltem cum almuri, sunt bona,& similiter gallinæ, & pulli columbini impinguati,& propriè d [aliudebi] & oua sorbilia,proprie puluerizata cum cinnamomo,& pipere,& galãga,& sale stinci, & oua pisciũ,& caro pisciũ calida.Et si fuerit illic frigus,resiste cum zingibere & pipere, & macropipere,& cinnamomo,& similib.& cib.de e [napis,]& cib.de caulib.& cib.de bautijs,& propriè de bautiis,postquã bene decocta est caro eatũ, & de illis,quib.fit iuuamentum,sunt cerebella f [paruarum auium,]& butyrum g [& lac,]& similiter cib. h [qui fit de tritico cocto cum multa aqua vsquequo fiat sicut puls & aliudebi, & alkemimec,& rizi cum lacte,& caro cum lacte ouino, & conferunt in secundis mẽsis eorum asparagi[et eruca,et porri,et capita cardorum, et menta propriè: ipsa.n. confortat membra spermatis valde,et eius usus fortitudinem facit super sperma,quare forte fit desiderium,et andacocha i [et crocus]et fęnugręcum. Et de iudebi bonis est illud,quod est cũ croco et simila cum lacte,et aqua nucis indicę,et quidam dixerunt.ille,qui assiduat comestionem passerum, et bibit super eam lac loco aquæ, sine cessatione est erectus,et multi spermatis, k [et] frigatur cępa cum butyro donec rubea fiat, et dissoluatur in decoctiõe,et frangantur super eã oua. Calefacto autem conueniũt ea, quæ sunt,sicut lac l [acetosum]et lac,et pisces assati calidi, et melones,et m [citruli]et cucumeres et cucurbita,et fructus,et olera humida omnia, ita quod lactuca, et ita quod semen portulacæ addit in spermate eius,et albumen oui est eis plurimi iuuamenti etiam,multiplicans sperma,et cerebella animalium,et medullæ eorum,et cancri fluuiales,omnia ista conferunt eis.

a B. arietis castrati. b B. almugamat. c † B. facta acetosa. d B.algiudebat. e B. rapis. f B.passerum,& colomborum. g — B. h B. cib' dictus alhersice, & algiudabegi.,& cibus præparatus cũ cymino,& rizi,cũ lacte & caro cũ lacte,ouino, & cadit in oleribus eorum asparagus. i — B. k B. aut. l B. coagulatũ. m B. cucumer lõgus acuatus.

De cibis,in quib. est similitudo cum medicinis. Cap. 22.

DE illis est,vt sumatur lactis.lib.i.et proiiciatur desup tereniabin põdus drac.xl. a [cõsuetis lacte,] et decoquantur donec spissetur,et bibatur quantitas cadi vnius omni die, et est temperatum calefactis. Infrigidatis uerò est necessarium ut teratur eis pondus drac. x. cinnamomi vehementer,et misceatur cum lib.lactis, et conquassetur,et bibat ex eo cadum vnum in ieiunio,aut super cibum loco aquę, et non bibat super ipsum aquam, et propriè quum est eius cib.ex b [cimuzet]et adipe ouino.Et quandoque iuuatur eo ille,in quo sunt frigus et siccitas simul.Et de illis est,ut sumatur butyri vaccini,et lactis vaccini,et olei de physticis. c † [ ] decoquantur omnia donec remaneat tertia,et bibantur de eo in mane cochlearia duo cum aliquantulo vini,et iterum penidiorũ lib.i.succi cæpę.lib.i.lactis dulcis.lib.i.coquatur totum donec ingrossetur, et inspissetur,et sumatur de eo omni die in mane quantitas vnc.i.Et iterum sumatur cicer nigrũ magnum d [et teratur] et infundatur in aqua erucæ,donec intumescat parumper,deinde exsiccetur in vmbra, postea teratur cum penidiis,et conficiatur, et fit dosis quantitas nucis in mane, et quãtitas auellanæ ad e [mansionẽ,] et bibatur desuper cadus,et infundatur in aqua alhasce,et nutriatur in ipsa in sole cum cautela,incessanter imbibendo ipsum,quoties exsiccatur,deĩde f [excoquatur]et reseruetur. et fiat ex eo sorbitio cum lacte dulci et penidiis,et iterum sumantur tres lib.lactis dulcis.et proiiciatur in ipso s.lib.tereniabin, et lib.s. granorum viridium tritorum,et bulliant:deinde manibus confricentur bene, et coletur,et sumatur de eo s.lib et proiiciatur in eo s. g [lib.]galangæ, et bibatur de eo cum quantitate alistimbre dieb. aliquibus; est enim mirabile, et iterum sumatur aqua cępæ,et quantum est ipsa mellis,decoquatur donec remaneat mel: de quo bibatur cochlearium vnum.aut duo,quum vadit dormitum cum aqua calida. Et iterum sumatur farina,et misceatur cum aqua dulci,sicut sorbitio. Deinde exprimatur ab eo expressione aliqua, et decoquatur cum lacte h [plurimo, et] addatur lacti aqua nucis indicæ,et impinguetur adipe anatis,et fiat ex ea sicut illud,quod fit de frumento cocto,vt puls. Et iterum vitelli ouorum sorbilium sumantur,et puluerizentur desuper altit, et sal stinci, et sunt fortes,et proprie post balneationem: et fiat fricatio cum sambacino, et de lilio. Et iterum sumantur vitelli ouorũ, et conquassentur ad inuicem,et licet ut sint cũ albugine sua:deinde ponatur i † [[quantum est quarta eorum,de succo cępæ contritæ,et fiant sorbitiones,et sorbeantur cum aliquo de salibus, et seminibus prędictis,et iterum sumantur bautię,et cæpæ,et k [napi,]et in minutas reducantur partes, et decoquantur cum fabis, et ciceribus,et melle cum carne molli bona,et puluerizẽtur,et seminib.calidis,et iterum sumantur fabæ, et cicer, et phaseoli et infundãtur in aqua; deinde incidatur caro ouina sicut pręparatur l [ataugi]et fiat

a B. temperatis corporibus. b B'. thabahegiat. c † B.omnium anameluchuzi, idest vas paruũ. d — B. e B. apud horã somni. f B. Alia litera teratur. g B. Alia litera. vncia. h B. Alia litera nouiter mulso. i † B. super eos. k B. rape. l B. thabahegi.

fiat de eo sternendo ordo vnus, & de cæpis, & granis ordo alius, & puluerizetur super vnumquemque ordinem sal stinci, & parum altit, & parum cinnamomi, & gariophyllorum [m] [plurimum,] postea spargendo cerebella [n] [paruarũ auium] & columbarum fiat ordo alius, & fiat similiter, & sit ordo grossior ordo carnis [o] [permistę,] deinde effundatur desuper aqua bautię sola, aut aliquid aquę [p] [, quæ assumitur cum aqua eius.] [q] † [ ]

Et iterum sumantur cerebella xxx. paruarum auium, & [r] [projiciantur in sacraiati de nitro] vt decurrat aquositas eius, & fiat taliter quòd conficiatur, & projiciatur desuper quantum ipsa sunt, de adipe renum caprarum hora qua decollantur, & [s] [seminentur] cum pipere, & gariophy. & zingibere, & fiăt inde pilulę, vt auellanæ, & comedat de eis vnam post aliã in dispõne, qua vult coire. [t] [Confectio] bona, quæ ex nobis est, sumatur de cerebellis passerum, & columbarum xxx. numero & de uitellis ouorum passerum xx. numero, & vitelli ouorum gallinæ xij. & de aqua carnis ouinæ [u] [tritæ] bene decoctæ & expressæ [x] † [ ] & de aqua cæpæ expressę. unc. iii. & de aqua bautiæ vnc. v. & de sale, & de specieb. quæ cibis ad condiendum admiscentur, quantum necesse est, et de butyro pondus drac l. & [y] † [ ] sumat de ea, & comedat, & bibat de super [z] [quum masticata est,] vinũ forte [a] [odoriferum] ad dulcedinem decliue. Modus confectionis [b] [sissamorum] eis: sumatur pinearum mundatarum partes duæ, & seminis erucę, & seminis melonum an. pars. i. & [c] [bulliantur] cũ butyro, & projiciatur desuper parum piperis, & cinnamomi, deinde proiiciatur desuper de melle quantum sufficit, & fiăt inde [d] [sissami.] Aliter sumatur cicer, & infundatur ĩ aqua, aut in aqua erucę, aut in aqua alhasce donec infletur: deinde frigatur cum butyro vaccino leuiter, ita, vt non aduratur, et de granis pini minoris quantum est ipsum, & proiiciatur desuper mel & sumatur aqua, & conficiătur, & misceantur cum pauco mastice, & cinnamomo, & deponatur ab igne, & incidatur incisione [e] [sissamorum.] Aliud ingrossetur mel decoquendo, & sternantur desuper grana pini maioris, & semen bautiæ, et piper longum, & secacul, & cinnamomum, & semen erucæ, & fiat ex eis electuarium. quòd si horribile sit ei semen erucæ, & eruca, ponantur loco eius grana viridia, & parum muschi.

m— B. | n B. passerum. | o B. incisæ in partes. | p— B. | q † B. & coquatur in vase cooperto, uel suffocato, donec cõpletæ coquatur, & comedatur ex huiusmodi cibo | r B. dimittatur in sacraiati uitreo, i. in vase vitreo. | s B. puluerizentur. | t B. hagie. i. fritalea, seu ortocdea. | u— B. | x † B. scutella parua. | y B. fiat ex eis fritalea vel ortocdea. | z B. apud digestionem eius. | a B. calidum. | b— B. | c B. fricantur. | d B. confectio. | e B. qua incidũtur aliæ confectiones.

De potu dulci eorum. Cap. 23.

Potus dulces sunt illi, qui fiunt de passis veræ dulcedinis, & illi, in quibus est grossitudo aliqua, omnes conueniunt eis. Confectio potus ad eos conuenientis temporis. Sumatur eruca, & [a] [napi,] & ficus, & decoquantur cum aqua, & coletur aqua eorum, & sumatur infusio passularum decoctarum colata, et [b] [seruentur] omnia secundum æqualitatem, & augmentetur dulcedo eius cum penidiis, & fiat inde vinum, et dimittatur donec finem [c] † [ ] consequatur.

a B. rapæ. | b B. misceatur. | c † B. perfectionis.

Potus alius noster. Cap. 24.

Sumatur alhascee et eruca, et bautię et [a] [napi,] et decoquantur in aqua uehementer, et coletur aqua eorum et ponatur in unaquaque parte aquæ sexta pars penidiorum zuccari rubei, et quarta, et sexta ficuum, et medietas, et sexta partis passularum tarsi, bonę dulcedinis, et sexta septimæ nucis indicę contritæ, et fiat inde vinũ de passis donec ad finẽ [b] [ ] perueniat. Aliud nostrũ. sumatur succus uuæ, & ponatur in omni parte x. minarum, eius tertia mina de hac medicina. Seminis erucæ, et seminis bautię, et [c] [naporum] et buzeiden, et seminis aspa ragi et linguæ auis, et granorum alKilkil, et [d] [naporum barbarorum,] et vtriusque been omnium partes æquales, terantur, et ponantur in panno, et ligentur in eo molliter, et ponantur cum succo in uase, et moueantur omni hora. Potus alius, decoquãtur bautiæ, et ficus in aqua plura, et colentur, et decoquantur in aqua eorũ passę enucleatæ, et coletur, et proiiciantur desuper penidii, et dimittatur donec feruefcat, et aqua ferrea, et aqua in qua extinguitur ferrum, est confortatiua.

a B. rapæ. | b † B. perfectionis. | c B. raparum. | d B. lhabe barbarie, & semen erucæ.

De multitudine desiderij. Cap. 25.

Multitudo desiderii quando est cum fortitudine corporis, et sanguineitate, et sanitate complexionis, et adolescentia ætatis, et potentia super coitum absque successione debilitatis, non est necessarium, ut occupatio sit in regimine eius, et tractione ipsius. Fractio nanque eius atterit complexionem, et destruit uirtutẽ [a] † [ ] propter uehementiam sui nocumenti, et scias quod generatio spermatis cõfortat corpus et cor, et paruitas generationis eius corrumpit colorem, et debilitat memoriam et intellectum, quod si adueniat ei raritas corporis, et facilitas odoris, [b] [et vtătur exercitio præparationis,] et balneentur si eis possibile est, cum aqua frigida confert eis, et non oportet, ut frangatur de desiderio aliquid, nisi de illo, qui est propter superfluitatem repletionis ex caliditate, et humiditate, temperatur n. cum euacuatione. In illa autem, cuius causa est, aut acuitas spermatis. aut eius multitudo cum debilitate corporis, propter fortitudinem uasorum spermatis, et quia attrahunt materiam spermatis ad se, quamuis sit in corpore indigẽtia virtutis, sicut accidit ut creentur quædam membra fortiora aliis, [c] † [ ] succedit ei inde leuitas, aut propter pruritum eius, et bothor in vasis spermatis et sicut accidit mulieribus pruritus in ore matricis, quare non quiescit in eis desiderium coitus, et propter [d] [fortitudinem] inflammationis, & propter hoc quandoque accidit cum rugitu, qui non facit dolorem, [e] [coarctatio] uehemens, et fit fortis erectio habentium melancholiam, et virorum quidem desiderium forte fit in regionibus, et aeribus, et temporibus frigidis, propterea quod aggregatur illud, ex uirtutibus eorũ. Et dispositio mulierum est e contrario, propterea quod spargitur illud de uirtutibus earum congelatis, et de illis, earum sunt, quæ sunt frigidæ ualde. et dormire super dorsum est de facientibus erectionem.

a † B. nisi fit. | b B. administretur exercitium. alastadad. | c † B. quare. | d B. multitudinem. | e B. erectio.

ANNO-

ANNOTATIONES.

Prob.26. & 29.

Immodicam Veneris appetentiam ad seminis redundantiam, uel uitium, acredinem. s. & coniunctos flatus refert. Adde tu & cogitationes. Vnum ad capitis huius calcem notat, de qua re & Arist. 4. problem. sect. quod per calidas constitutiones, regiones, & tempora, fœminæ ueneris sit appetentiores quam mares. id quod calori uel aucto uel imminuto deferri solet.

De signis. *Cap. 26.*

Signum sanitatis corporis, & signum repletionis non sunt tibi occulta, & signum acuitatis spermatis est, quod egreditur uelociter cum acuitate, & adustione, & facit accidere in vrina adustionem: & sequitur ipsum debilitas, & signum multitudinis spermatis solius est, ut nō sit in corpore de dispositionib. uirtutis, & multitudinis sanguinis aliquid, de quo sit curandū, & fortasse est cū ea debilitas. Veruntamen sperma multiplicatur, & pollutio fit frequens, & quod egreditur est plurimum, & debilitat corpus. Signū pruritus est ut coitus addat in desiderio, & quandoq; est desiderium plurimum, a † [ ] & sequitur coitum dolor. Et signum inflationis est vehementia erectionis, & antecessio acceptionis inflatiuorum, & complexio b † [ ] melancholica.

a † B. Alia lra. & nō est aqua.

b † B. inflatiua sicut.

De curis. *Cap. 27.*

Illius, quæ est a repletione calida, curatio est phlebotomia & alleuiatio cibi, & assumptio infrigidantium, & illius, quæ est a repletione humida, curatio est, a [quod repellit eam] ex calidis exsiccantibus sperma, cū medicinis ad coitum, ut perueniant medicinæ ad vasa, & illius, quæ est ex acuitate spermatis, curatio est æquatio humorum, & ipsorum infrigidatio per acceptionem eorum, quæ sunt sicut lactuca, & portulaca, & semen earum, & endiuia, & cucurbita, & cucumeres, & fructus, & coriandrum humidum, & emplastratio cum eis, quæ sunt sicut nenuphar, & b [muschum,] & cerata facta ex oleis frigidis, & cum succo cannæ humidæ, & camphora bibita & linita, & administratio laminę plumbi super dorsum, & potus aquæ frigidæ, & dormire super stratum lineum, & quæ similantur ei, & cibus de lentibus & portulaca. c † [ ] & illius, quæ est ex multitudine generationis spermatis, curatio etiam est infrigidatio uasorum spermatis cum infrigidatiuis, quæ diximus. Et illius, quæ est ex fortitudine pruritus & bothor, curatio est phlebomia, & eductio materiei calidæ solutione uentris, & æquatio complexionis, & epithemata in frigidantia prædicta, & fortasse indiget narcoticis, & epithemata cum eis, quæ sunt sicut hyusquia. al. & folia hyusquia. ni. & infusio in aqua frigida ualde. & illius, quæ est ex inflatiuis, curatio sunt infrigidantia, quum est caliditas uehemens, donec extinguatur caliditas, & inflatiua, & exsiccatiua cum fortitudine, & resolutiua uentositatum, si est cum frigiditate uehementi, et euacuatio cholerę nigrę eorū, si sunt melancholici.

a B quum dicemus.

b B. althaleb.

c † B. Et illi eius fortis est digestiua cib⁹ ex ventrib⁹ præparatis cum aceto.

ANNOTATIONES.

Vbi ex acredine seminis Veneris aucta appetentia fuerit, lactucis, portulaca, & eius semine, endiuia, & alijs frigidis it obuiam: præsidio ex ipsa profectò rei natura desumpto. At contrarium sensisse in superioribus uidetur, quum de cibis, et potib. ageret ad coitum opportunis. ubi & lac coagulatum, & pisces, et olera humida, et lactucam et portulacæ semina ipsum augere semen testatur. Sed controuersia nulla est. In temperato homine possunt & olera et lactuca & portulaca semen augere. at calidiori, et cui acrius semen insit, opportuna eadem sunt & calori & acredini & ipsi Veneris petulantiæ reprimendæ, opportuna.

De exsiccatiuis frigidis spermatis. *Cap. 28.*

Lentes, & aqua earum, & propriè decoctarū cum semine cannabis, licet semen cannabis sit calidum, & nenuphar, & coriandrum & semen portulacæ, & succus cannæ humidæ, & aqua lactis, de quo extractum est butyrum uehementis acetositatis, & farina glandium, & acetum, & semen cannabis, & semen lactucę. & fortasse abscindit sperma quando multum utitur aliquis eo. Et ex oleis a [oleū] minorat sperma, & emplastratio cum b [subtiliatiuis, & herba hyusquiami nigri] & hyusquiami albi, & reliqua, quæ ponuntur super testiculos, & anum, & similiter c [melones] cum cerusa abluta & d [plumbo adusto] & chymolea, & aceto, & iterum compositum infrigidatiuum, semen lactucæ, & semen hyusquiami albi, & semen endiuiæ, & psyllium non tritum, & coriandrū siccum, & nenuphar exsiccatum. terantur omnia nisi psyllium, & fiat ex eis suffuf, & de eis, quæ experti sunt experimentatores, est quod incessus nudis pedibus deijcit desiderium coitus.

a B. alzeit.

b B. cū musco aquæ, & herba alsucharan, i. cicuta.

c B. linimentū.

d B. merdasēgi.

De exsiccatiuis spermatis calidis. *Cap. 29.*

a [Allium torrefactū, & nō torrefactum,] & semen rutę, & semē agnicasti, & calamenthum, & euphorbium, & andacocha, & b [myrrha alb.] & cyminum, & de cōpositis diacyminū est exsiccatiuum spermatis valde, & si ille, qui sumit, est calefactus sumat, ipsum ī potu cum aceto. Compositum aliud, pinearū excorticatarum frixarū, & bdellij, amborum ana ℥. x. balaustiarum. & rosarum amborum ana. ℥. v. seminis rutę ℥. vij. seminis agnicasti ℥. v. terantur & cribellentur. & intentio in pineis c [ēt est reliquæ medicinę] & frigūtur, vt frāgatur de fortitudine carū, quam habēt super coitum. et iterum anethi pōdus ℥. iij. seminis lactucę, & sem. portulacę amborum an. ℥. iiij. bibatur cū aqua lentium, & iterum seminis rutę, & castorei, & seminis hyusquiami alb. omnium partes æquales, cuius dosis sit ℥. j. cum vino commisto, et iterum seminis rutę, anisi amborum ana drach. j. castorei, hyusquiami albi, amborum an. drac. ii. rosar. rub. et balaustiarū amborū an. ℥. iij. terantur et cribellētur, et sit dos. ℥. ii. cū aqua frigida, aut vino permisto. et iterum radicis lilij pōdus drac. ii. seminis rutę drac. iii. balaustiarū drac. v. sumatur de eo pondus drac. ii. d † [ ] cum oxymelle.

a B. Nigella torrefacta, & non torrefacta.

b B. maru albū.

c B. est ut perducant reliquas medicinas.

d † B. cū aqua lactis acetosi, de quo extractum est butyrum. Et iterū semen lactucæ. drach. ʒ. s. semen rutæ. drach. 2. s. bibatur ex eo pondus, drach. ij.

melle. Et iterum sem. lactucæ drach. iij. & s. sem. rutæ drach. j. balaustiarum pondus drach. ii. seminis agnicasti drach. i. & est dosis vna. Et iterum compositum calidum, radicis cannæ siccæ & ozimi montani, & myrrhę omnium an. drach. ij. euphorbij drach. s. semen rutę, & e [bauciæ] & agnicasti, & sampsuci, aggregentur omnia. & sit dosis eius pondus. drach. i. Et iterum radicis plantæ nominatæ testiculus canis, & seminis cannabis campestris amborum an. aure. viii. seminis agnicasti torrefacti aure. ii. seminis caulis aquæ aure. j. & sit dosis. quod bibitur de toto, aur. i. cum vino nigro styptico, quod iam f [permiscuit aqua.

e B. alhaza, id est zufare.

f B. laudauerunt ipsum antiqui. Alia litera. laudatū est ab antiquis.

De multitudine exuberationis spermatis, & humoris, qui a [est ante urinam, & qui egreditur post.]
Cap. 30.

a B. præcedit coitū, & humoris qui præcedit vrinam, vel qui egreditur post ipsam.

CAusa in hoc aut est in spermate, aut in uasis spermatis, aut in renibus, aut in lacertis conseruantibus ipsum, aut in principiis. Et causa, quę est in spermate, aut est multitudo eius propter paucitatem coitus, & multitudinē acceptionis generantium sperma, b † [quoniam] multiplicatur, & grauātur eo vasa spermatis, indigent motu expellente ipsum ex vasis cum c [applicatione sua] super ipsum, & perducit illud ad apertionem meatus, qui est expellens superfluitatem, aut propter suam tenuitatem, quare resudat, sicut resudat omne tenue, aut propter suam acuitatem. & mordicationem, quare mordicat, & est necessarium naturæ expellere ipsum. Et causa, quæ est in vasis spermatis, aut est debilitas retentiuæ propter malitiam complexionis, aut propter vehementiam virtutis expulsiuę, aut propter ægritudinem officialem ex spasmo, aut tetano quæ necessario facit motus extraneos, quare mouetur expulsiua propter illud & expellit sperma, sicut ipsa expellit nociuum aliquod, quemadmodum accidit vomitus, quum aliquid nocet stomacho, & apud d [alteratione] cibi. Et ad ultimum spasmus ipse e [est pressor] & expressor eiiciens. Et scias, quod spasmum membrorum spermatis, f [est solutiuus.] Et spasmus lacerti ani, est retentiuus, quoniam lacertus ani est creatus ad retinendum, & ille ad exprimendum. Aut est mollificatio in eis, quare non retinetur propter dilatationem accidentem in meatibus. Causa uero in lacerto conseruatio, est spasmus iterum, aut mollificatio. Sed causa in renibus est, quoniam quando que accidit adipi eorum liquefactio ex vehementia desiderii coitus, aut multitudine coitus, quare egre ditur ex coeuntibus post vrinā etiam ex ea res plurima g [pendens in panno,] & est mala destruens virtutem, & corpus, Causa autem in principiis, est sicut si multiplicetur cogitatio in coitu, & auditus suorum verborū aut accidat ei, qui desiderat in natura coitum similem illi, quare mouentur h † [ ] ad operationem suam aliquo modo motu debili, & emittit i [humorem ante urinā] aut forti, & descendit sperma. Et accidit quandoque mulieribus emissio k [humoris plurimi ante urinam,] propter mollificationem oris matricis, & debilitatem uasorum spermatis earum, etiam propter has causas pręd ictas.

b † B. quare eū.

c B. compressione eorum.

d B. abhominationem.

e B. exprimit.

f B. facit fluere.

g B. adhærens pāno. f. camisiæ.

h † B. membra spermatis.

i B. humiditatem saliualem.

k B. humiditatis saliualis.

ANNOTATIONES.

Pulchrè multi prodeuntis in coitu seminis causas prosequitur. Vnum notat ijs uerbis [Et scias quòd spasmus membrorum] pro qua re adi Gal. 14. de usu part. Cap. 10.

De signis. *Cap.* 31.

ILlam, in qua est causa spermatis multitudo, non sequuntur debilitas, & diminutio cū multitudine coitus, nisi sit corpus debile, & vasa spermatis fortia: tunc enim significat illud multitudo eius, quod egreditur, & eius æqualitas cum debilitate adueniente corpori ex eo, Et illam, quæ est propter tenuitatem eius, significat tenuitas spermatis cum pręsentia. Et illa, quę est propter acuitatem, & mordicationem eius, sentitur ipsa ingressione, & quādoque est cum ea ardor vrinæ, & est color eius ad citrinitatem decliuis, et significant ipsam causę præteritæ ex cibis & motibus. Et illius, quę est causa debilitatis in instrumentis, & in virtute sua retentiua, signum est quòd descendit sine erectione. Et similiter si est illic mollificatio, & cum illa, quæ ex spasmo est erectio. & similiter est illa, quę est a uehementia virtutis expulsiuę, amplius mollificationi & spasmo ad sunt signa.

De cura. *Cap.* 32.

MInoretur cibus, & fiat euacuatio, & admi nistrentur ea, quæ diximus de illis, quę exsiccant sperma, & minorant ipsum, & quæ diximus de illis, quę temperant a [adustionē] & iam diximus curam spasmi & mollificationis, & tu sciuisti eam. Aequatio autem tenuitatis eius, est cū eis. in quibus est stypticitas, & calefactio, permistis cum exsiccatiuis, & iam sciuisti ea. et ex cibis ingrossatiuis sūt, sicut b [pultes,] & triticum decoctum vt plus. Confortatio autem retentiuæ fit cum facientibus stypticitatē quæ tu iam sciuisti potando et liniendo. Virtutis vero expulsiuę sedatio, fit cum infrigidantibus, et stupefacientibus parumper. et mēta quidem est pharmacum nobile in ingrossando sperma, et confortando vasa eius, ad retinendum ipsum, et in libris quorundam sunt composita retinentia exuberationem: sed timeo ex plurimis eorum, quòd addant in spermate.

a B. acuitatem.

b B. albede, i. ferculum de rizo, sicut puls.

ANNOTATIONES.

Et menta quidem est pharmacum nobile &c.] Mentam probat pro cohibendo seminis exitu. Et sanè. quum astrictionis cuiusdam sit particeps, probanda uidetur. At quum hæc Dioscoridis testimonio lib. 3. ueneris stimulos faciat unde & lex Romanis erat, belli tempore mentam neque edito neque serito, uideretur perperam in hoc affectu commendari. Verùm dici fortaße poteſt. dum recens estur, ob excrementiam illam humiditatem uenerem stimulare, siccam tamen eandem cohibere. Cap. 33.

De

De multitudine pollutionis Cap. 33.

CAusæ eius sunt causæ exuberationis & motus spermatis, & quandoque non mouetur nisi apud somnum, & proprie quum dormit aliquis supra ceruicem, & secundum modum, quem iam peregimus causa eius. Et eius cura est illa cura. Et strincturæ laminæ plumbi super dorsum est impressio magna: verũ quandoque nocet renibus: quare oportet vt attendatur hoc in eo iterum, & similiter [a] † [ ] in lecto infrigidãtia, & dormire super folia salicis, & similia.

a † B. sternere.

De paucitate spermatis & exitu eius filoso. Cap. 34.

FIt propter causas, quæ contrarię sunt causis exuberationis, & multiplicatur in laborantibus, & exercitantibus. Et curatio eius est curatio paucitatis coitus, & cura exitus filosi, est illud, quod humectat.

ANNOTATIONES.

Quibus veluti capilli cum vrina commisti sunt, curationem esse ait illud quod humectat. Addit tamen Gal. (si modo hic per filosum exitum, veluti capillorum mictum intelligit) ut attenuent, & incidant 4. aph.

com.76.

De regimine eius, quem lędit coitus. [a] † [ ] Cap. 35.

a † B. Alia lra. & dimisio ei⁹.

OPortet vt huiusmodi homo perueniat ad confortandum stomachum suum, & ad hoc vt eius digestio bona fiat, cum eis, quæ bibuntur, & epithematibus, & emplastris prędictis in capitulo stomachi, vt contingat per id succursus debilitatis accidentis per id, quod euenit ex coitu propter necessitatem, & cum medicinis, quæ sunt ad cor vtiles. Et administrentur super membra coitus [b] [eius viri,] medicinæ infrigidantes, minorantes sperma de illis, quas dicemus. Et bibant infrigidantia contraria spermati, & administrentur in stratibus, & in vnctionibus ea, quæ faciunt habentibus priapismum, & dimittãt omnia, quæ generant sperma, & assiduent exercitium superiorum partiũ corporum suorum, sicut est percussio [c] [al tatab & sauliget] & eleuatio lapidis, & oportet vt gradatim perueniãt in minoratione coitus, & quando coeunt principio noctis, dimittant ipsum vno die, aut duobus diebus vsque ad horã somni noctis [d] [ante ipsũ,] aut post ipsũ, & rectificẽt cibũ in eo, qđ est inter illud, & dormiant post coitũ, deĩde gradatim perueniant ad dimittendum numerum dierum. quorum plurimum fit per occupationem in ludicris. Et de cibis eorum, qui succurrunt ipsorũ debilitatibus est panis bonus mundus infusus in vino bono.

b——B.

c B alrabtab, & salegian.

d B. futuræ.

De regimine eius, qui plurimo vtitur coitu, & nocetur eo, & debilitat ipsum, aut læditur uisus, & sensus eius, & caput, aut neruis accidit ei tremor. Cap. 36.

OPortet ut administrentur calefactio, & humectatio cum cibis bonis, quorum paucum nutrit plurimum, & cum balneationibus, & aromaticis, & regimine, & facere ut ipsi dormiant, & quiescant, & lętari in ludis, quæ lętificant, & lac quidem ouinum; & vaccinũ est vehementis iuuamẽti ad confortandum, & uiuificandum: quum sumitur de eo in ieiunio cum quantitate, qua digeratur, & dormiat super ipsum. Et oportet vt administrentur exercitium præparationis, & quando administrantur mithridatum, & dia muscum, cum superfluitate in humectatione viuificat. Quòd si appareat debilitas visus, tunc causa eius est cerebrum: quare oportet vt assiduet inunctionem capitis sui cum eis, quæ sunt sicut oleum uiol. & fiat caputpurgium cum eo: aut distilletur in aurem, & vtatur introitu aquę dulcis, & aperiat visum suum in ea. Si autem accidat tremor ex ea, tunc si materia fuerit plurima, humida, soluatur cũ eis, quæ sunt sicut pulpa colognthidæ, aut cucumere asinino, & centaurea: & post illud [a] [curetur uirga] cum vnguentis fortibus, in quibus sint muschum & ambra, & ben, cum oleo de costo, & nardino, & de lilio, & oleo de cyperis, & almahaleb, et oleo de sauina, & omni oleo calido, in quo est stypticitas. Et si non fuerit materia, curetur cum unguentis tremoris. Et quando accidit ei post ipsum tremor, sumat in potu opopanacũ in aqua sampsuci, [b] [& casię fistulæ] secundũ quantitatem, quam tolerat, & aqua sampsuci sit quantitas unc. i.

a B. curetur ner. ui.

b——B.

ANNOTATIONES.

Agit & Paulus de ijs qui immodice coierint, lib. 1. cap. 37. atque quum ex immoderata uenere corpus rarius, frigidius, siccius, & imbecillius euadat, admouenda ait, quæ densent, calfaciant, humectent, confirment que iubetque p roptereà ut calidis uestimentis operti conquiescant, & somno indulgeant. Fusius tamen hic & diligentius prosequitur.

De multitudine eiectionis absque desiderio, & de priapismo. Cap. 37.

CAusa propinqua multitudinis tensionis uirgę ut chorda, est multitudo uentositatis grossæ in partibus membrorum coitus. Aut enim est multitudo huius causæ [a] [uentosæ] in ipso uero concauo: Aut est superueniens eis ex arteriis, aut uasis spermatis, aut sunt duę res simul. Et materia quidem huius uentositatis est humiditas plurima, & efficiens ipsam est caliditas pauca, & hæc materia, aut est [b] [resudans] fixa in uasis spermatis, & in eo ubi generatur, aut non [c] [resudans,] qualitercunque igitur sit, [d] [si protenditur hæc uentositas] & uirtus eius: tunc aut est propter frigus eius, aut propter ipsius grossitudinem, & quandoque adiuuat materialem causam, & efficientem, [e] [& causas] instrumentales: verbi gratia, ut sit in cute uirgæ, & quę sequuntur ipsam, spissitudo prohibens resolutionem: aut dilatatio orificiorũ uenarum uenientium ad eam sicut accidit ei [f] [cuius coitus plurimus fit uehemens] & ei, qui dimittit coitum ad tempus, quare mouetur in ea sperma, & uentositas cum fortitudine, & quandoque peruenit ad priapismum, Et quan-

a B. uentositatis, uel inflatione.

b B. stabilis.

c B. stabilis. d B. fixio illius uentositatis.

e B. causæ.

f B. qui stringit medium dorsi, aut illa, uel anchas plurimum.

quandoque adiuuant omnia illa, causæ præcedentes. Aut ex cibis calidis acutis: aut inflatiuis sicut sũt cicer, & vua, & vitellus oui, & illa, quę aggregant vtranque rem sicut eruca, & illud, cui inest proprietas generandi sperma, sicut vinum nouum Aut ex dispositionibus, & figuris, sicut est multitudo dormitionis sup g [collum,] quare liquefiendo conuertitur sperma in ventositatem, aut strictura h [ancharum] cũ cingulis de corrigijs, aut instities quare dilatantur orificia venarum Priapismus verò est, si cõ fortetur aliqua harum causarum, & fortis fiat erectio, & remaneat, & tendatur virga vt chorda, quamuis non sit desiderium, & necessitas & post i [perfectionem] necessitatis, & quandoque incipit magnificari, & augmẽtari, aut prolongari, propter illud quòd effunditur ad ipsã de materijs pluribus, & plurimum causarum eius est k [amor,] & hoc nomen permutatur ad hanc ægritudinẽ ex forma l [formationis erectæ virgæ,] qua ludunt quidam, & hoc accidens quum non curatur, fortasse peruenit ad tetanum vasorum spermatis, & accidit apostema calidum cum eo, & interficit.

g B. ceruicem.
h B. lumborum dorum, seu illorum.
i B. Alia litera. complemẽtum.
k B. calor.
l B. hominis figurati habentis virgam erectã.

ANNOTATIONES.

Habes de hoc affectu & eius curatione ex Galeno 14. meth. 9. de comp. med. per loca. ex Paulo lib. 3. & Aetio lib. 11.

cap. 7. cap. 9. cap. 57. cap. 32.

De signis. Cap. 38.

TV stas super plurima signa; quæ numeraui mus cum tua reuersi one ad illud, quod accepisti usque ad a [hunc finem] ex principiis; & scias quòd si fuerit vẽtositas generata in istis in ipsa uirga, erit illic tremor virgæ antecedẽs plurimum, & si non fuerit ita, tunc causa in ipso est b [propter virgam, ad quam iam peruenit ex arteriis sanguis vasorum] spermatis.

a B. hanc cognitionem.
b B. in eo quod est ante virgam ad quam iã peruenit ex arteriis.

De cura. Cap. 39.

CVratio tensionis vt chordę a [assidua] est administratio eorũ, quę dicemus de prohibentibus inflationem de ebibitis & epithema tibus. Canon verò curationis priapismi, est euacuatio cum vomitu, & phlebotomia absque vẽtris solutione omnino, propterea quod timetur, quod ventris solutio descendere faciat materias desuper, & propter illud, quod oportet vt sit exercitium membrorum superiorum ludendo cum b [talub] et similibus, & dimittatur coitus, nisi propter necessitatẽ eius, ne eueniat nocumentum aliquod ex nocumentis dimissionis ipsius, deinde infrigidatio c [in aqua] & d † [[illegible]] in stratibus rosaceis, & de salicibus, & cũ epithematibus, & ceratariis fortis infrigidationis prædictis, & administretur lamina plumbi super pectinem, & ebibita infrigidantia, & nenuphar & camphora, & lactuca, e [& excusatio plurima est] & in eo qđ est inter illa, & post minorationem materiei vẽtositatis, oportet ut administretur, quod subtiliet sine calefactione vehementi, sicut sunt embrochæ chamæmillinę, & de agno casto, & administrentur tunc ea, quæ sunt sicut f [vinum]. & semen agni casti, & similia, postquam g [diuiditur materia. Et bibat tunc vinum album tenue. Et oportet vt dimittat coitum omnino, et cogitationem in eo, & cõsiderationẽ ad illud, quod mouet desideriũ; nisi ille, cui accidit priapismus propter dimissionem coitus omnino, secundum quod diximus, tunc enim cura eius est coitus, & nutriatur cum eis, quæ sunt sicut lentes, & quæ currunt cursu earum, & non multum vtatur acetosis, ipsa enim quandoque inflant.

a B. assidue.
b B. altabtab.
c B. Alia litera. habitationis.
d † B. quiescere.
e B. est iuuatiua plurimum.
f B. ruta.
g B. separatur.

De a [alacuoth.] Cap. 40.

b [ALacuoth] est ille, qui quum coit, eiicit stercus suum, quum spermatis fit descẽsio, & non regit anum suum, & super plures eorum dominatur desiderium valde, & multiplicatur in eis delectatio, & mollificantur valde propter resolutionem spirituum eorũ, & plurimi ipsorum sunt mollium corporum.

a B. alhadiuth.
b B. alhadiuth.

De regimine eius. Cap. 41.

OPortet, ut administrentur vnguenta, & emplastra styptica, confortãtia lacertos a [& semen agnicasti & similia, & fiat inunctio cum eis, quæ sunt] sicut oleum nardinum propriè, & oleum de cupresso, & oleum de sauina. Vnguentum bonum. b [Sumatur oleum de cydoniis, & oleum de alcanna, &] terantur Karabe & acacia, & lilium siccum, c † [ ] & fiat ex eis, & oleo de cydoniis, & alcanna vnguentũ, & administretur assidue super lacertũ ani, & fiant ex eis suppositoria retẽtiua, & proprie in tempore coitus, sicut si supponatur collyriũ ex remich, & gallis, & balaustiis, & thure. Et iterum supponatur collyrium ex oleis stypticis. At uerò, quod dicitur de bonitate ciborũ eorum, & regimine ciborum ipsorum, & subtilia tione eorum, est res, quæ non habet in hac intentione locum, nisi intelligatur de cibis stypticis, quibus cibantur, & similiter in clysteribus pinguibus infrigidantibus, quæ dicunt, non est utilitas apud me, imò oportet ut intendatur in eis, quæ diximus, & ut intendatur ad frangendum acuitatem d [stomachorum] eorum, et confortandum corda, & cerebra ipsorum.

a —— B.
b —— B.
c † B. & alchanna.
d B. spermatis. Alia litera. desiderii.

ANNOTATIONES.

De hoc affectu Græci ne uerbum quidem. Meminit tamen inter Arabes Rasis 24. Contr. tr. 1.

cap. 1.

De a [aluminati.] Cap. 42.

b [ALuminati,] secundum ueritatẽ, est egritudo accidens ei, qui consuescit ut sup eam iaceant homines, & habet desiderium plurimum. c † [ ] & est in ipso sperma plurimum, non motũ, & cor eius est debile, & eius erectio debilis in radice, aut debilitatur nũc, et fuit iam assuetus coitu, quare affectat ipsum, & nõ põt super ipsum, aut potest super ipsũ potẽtia d [meditatiua,] quare desiderat vt videat coitũ currentẽ inter duos, & propinquior est ille qui

a B. alabone, vel alabene.
b B. alabene.
c † B. meditatiuum.
d B. debili.

qui est cum eo; tunc enim mouetur desideriũ eius; quòd si emittat sperma quando cum eo aliquis coit, aut erigitur cum eo membrum suum; tunc potest perficere desiderium suum: est enim quædam secta eorum, quorum desiderium non erigitur, & mouetur, nisi quando cum eis coitur; & tunc aduenit eis delectatio emissionis spermatis, siue cum operatione illius, siue absq; effectu. Et secta eorum est quòd quando cum eis coitur, non emittunt sperma tunc: imò declinat ad hoc, vt coeant cum alijs, & sunt in veritate prostratę animæ, & malignę naturæ, & malæ consuetudinis, & complexionis muliebris. Et quandoque sunt membra eorum e [magis sustinentia] quàm membra virorum. Et scias quòd omnia, quę dicuntur pręter ista, vana sunt. Et stulti homines sũt, qui nolunt eos curare. Nam initium ęgritudinis eorũ medicatiuum est, non naturale. Si verò confert cura eis, tunc est illud, quod frangit desideriũ eorum ex tristitia, & fame, & vigilijs, et carcere, & percussione. Et dixerunt quidam quòd causa f [aluminati] est, quòd neruus sensibilitatis qui venit ad virgã, ramificatur in illis in duos ramos, quorum subtilis radici virgæ continuatur, & grossus declinat ad caput virgæ; quare indiget ille, qui tenuis est, fricatione vehementi, donec sentiat: quare g [spargitur super ipsum hominem] & tunc aduenit ei explementum libidinis; & hæc res est sicut illud, quod remotum est. Et prima est, super quam est innitendum, & auditum est ex quibusdam, quibus est scientiæ pars, et in arte maligna introitus, & verificata sunt verba omnium illorum super illud, quod dixerunt.

e B. meliora.

f B. alabene.

g B. fit erectio in homine.

De hermaphrodito. *Cap.* 43.

ILli, qui est hermaphroditus, non est membrum viri, neq; membrum mulieris. Et de illis est, qui habet vtrũque, sed vnum eorum est occultius, & debilius, & aliud est e contrario, & a [descendit sperma] ex vno eorum absq; alio. Et de illis est, in quo ambo sunt ęqualia. & peruenit ad me, quòd de illis est, qui agit & patitur, sed parum verificatur hoc. Et multoties curantur per incisionem membri occultioris, & regimen vulneris eius.

a B. egreditur vrina.

ANNOTATIONES.

Fabulosum fortaße crediderit aliquis quod de hermaphroditis uulgo traditur. egit tamen & de hac re Paulus lib. 6. ubi & eius curationem tradit.

cap. 69.

De excusatione medici in illis, quæ docet de delectatione, a † [ ] & coangustatione receptricis, & calefactione eius. *Cap.* 44.

a † B. & magnificatione virgę.

NOn est turpe medico, quũ loquitur de magnificatione uirgæ, & coangustatione receptricis, & delectatione mulieris. & illud ideò quoniam sunt ex causis, quib. peruenitur ad generationem. Multoties. n. est paruitas virgæ causa, vt non delectetur ea mulier, quoniam diuersa est ab ea, quæ assueta est, quare non emittit sperma, & quando non emittit sperma non fit filius, & quandoque est illud causa ut fugiat a suo pari, & quærat alium. Et similiter quando ipsa non est angusta, non conuenit ei suus par, & ipsa iterum non conuenit pari, & indiget vnusquisque eorum permutatione. Et similiter delectatio vocat ad emissionem spermatis festinam. Mulieres enim secundum plurimũ tardant in emittendo sperma, & remanent non complentes desiderium suum, quare nõ fit generatio. Et b [iterum ipsæ remanent secũdum desiderium suum, quare illæ, quæ ex ipsis non custodiuntur] mittunt in illa dispositione super seipsas, quem inueniunt, et propter hanc causam redeunt ad fricationem c † [ ] vt perficiant d [in eo quod est] inter eas, complementum voluptatis.

b B. ille quæ ex ipsis sunt, quæ non custodiuntur, & fidem nõ habent, vel non curant de pręcepti suæ fidei.

c † B. cum mulieribus.

d —— B.

De delectando uiros & mulieres. *Cap.* 45.

DE illis, quæ delectant eos utrosque simul, est saliua eius, qui sumit in ore suo altit, et saliua cubebæ, & mel emblicorum, & mel cũ quo conficitur scammonea, & zingibet, & piper cum melle. Et si utatur linimento propriè super medietatem postremam uirgæ, a † [ ] non est magnum iuuamentum in usu illius b [facit. n. delectationem,] in capite uirgæ solum.

a † B. quoniam

b B. liniment

De magnificantibus uirgam. *Cap.* 46.

MAgnificat ipsam fricatio cum adipib. & oleis calidis post pannum asperum, & effusionem generum lactis super ipsam, & propriè lactis ouini, deinde adhærentia picis super ipsam, ut attrahat sanguinem, & retineat viscositate sua, et coagulet sua pinguedine, & fiat assiduatio in istis in duabus extremitatib. diei, & scietur quidem qualiter fiat picis adhærentia in sermone nostro, qui est in fen, in qua est decoratio, quũ scietur impinguatio membrorum. Et de illis, quæ faciunt illud, sunt sanguisugę, quum exsiccantur, & linitur cum eis, & lumbrici terrestres, et allebleb, & est species uolubilis, quę habet lac, & aqua albedarungi, sumãtur sanguisugæ et ponantur in a [luto, in quo est aqua] earum, et dimittantur hebdomada una, et quod est supra, donec exsiccentur, et deinde terantur, & liniatur cum eis.

a B. cõcauita nucis indicæ qua est aqua lac.

De constringentibus uuluam. *Cap.* 47.

SVmantur xyloaloes, et cyperi, et enula, et gariophylli, et ramich, et parum muschi, et terantur omnia, et inuoluantur in lana infusa in a [meisus,] et supponantur, & iterum gallæ immaturę, superiora squinanthi, cribellentur cribro subtili, et supponantur cum panno infuso in uino vice vna post aliam. Facit enim illud redire uirginitatem constringẽdo, et iterum corticis pini contritorum partes quatuor, aluminis partes ii. cyperi pars i. decoquantur cum uino odorifero, et madefiat in ipso pannus lini, et supponantur, et oportet, ut conseruetur in uase, obstruso capite, et administretur de eo, una uice post aliam, est enim bonum ualde.

a B. mesuso

De calefacientibus receptricem. *Cap.* 48.

FErucant muſchus,& galia, & crocus in vino odorifero, in quo infundatur pannus lini,& imbibatur,& adminiſtretur: eſt enim re dolere faciens, & cordumeni [a] [eſt mirabilis valde] in hoc.

a B. Alia litera. & cinnamomũ, & cubebe & gariophylli ſunt mirabiles.

TRACTATVS II.

De diſpoſitionibus horum membrorum, ſcilicet de illis, quæ continuantur cum coitu.

De apoſtematibus teſticulorum calidis, & quæ de eis approximantur ano. *Cap.* 1.

APoſtema quandoque fit in ipſo teſticulo,& quandoq; fit in † oſeo.& illius, ꝙ fit in oſeo tactus poſſibilis eſt, & cognoſcitur diſpoſitio duritiei eius,& lenitatis eius, & color ipſius.Et in illo,quod fit in teſticulo,eſt illud difficile,& ſentitur illud ipſo exiſtente inter oſeum.Et quandoque eſt cum eo febris.Eſt enim membrum nobile continuatum cũ corde.Et multoties quidem cadit oſeum, deinde redit,& remanent ambo teſticuli ſuſpenſi:deinde naſcitur oſeum, & incarnatur, & creatur ibi cyſtis dura,non ſicut erat prius. Et multoties corroditur teſticulus,quare indiget ut caſtratio fiat neceſſario, vt non perambulet corroſio. Et multoties deletur apoſtema teſticuli per tuſſim accidentem:quare permutatur materia ad partem pectoris.

† oſcheo.

ANNOTATIONES.

De inflammationibus teſtium,ſcrotiq́ agit & Paulus lib. 3. Hic dignum animaduerſione eſt,quod poſtremis uerbis author noſter ſcribit,aboleri quandoque teſtium inflãmationẽ ſuperueniente tuſſi,de qua certe re admirari quiſpiam poſſet. Quid enim teſtibus cum thorace? Sanè aſtipulatur authori noſtro Hippocrates 4. uulg.morb.ita ſcribens.Tuſſient ſiccam tuſſim,qui teſtes affectos habent:& ex tuſſi uena ſecta,ad teſtem ſolutio fit:& inflammati tuſſiunt: & in febribus ex inguinum tumoribus inſuper tuſſiunt. Id ſenex paſſim alibi confirmat, præſertim uerò 2. uulg.morb.ſect. 1. in hunc modum. Neque tuſſes diuturnę, quoniam ubi teſtis intumuit,ceſſant:& teſtis tumor a tuſſi ceſſat,& alleuatur,quæ res commonefacit nos communionis pectorum,mammarum, geniture, uocis. His explicat propoſiti problematis cauſam. ob communionem accidere id ipſum aſſerens,de quo ambigitur,quod & Galenus 3. in 6. uulg.morb. At quæ tamen communio hæc ſit, nondum eſt explicatũ.Certè ꝙ materia thoracem affligẽs poſſit per urinas excerni,dictum a Gal.eſt in libris affectorũ locorum de qua re & a nobis diſſertũ eſt,quum de pleuritide ageretur. Videtur tamen præterea communio alia quædã inter has partes intercedere,cuius, quum experientia fidem faciat,ipſa tamen ratio nobis eſt obſcurior.

Cap. 54. — ad libri calcem. — com. 41.

De cura. *Cap.* 2.

OPortet,vt fiat phlebotomia,& ſoluatur natura,& proprie cum eis,quæ adminiſtrãtur deſubtus. Nam quum adminiſtrantur ſuppoſitoria, conferunt magnificè, & attrahitur materia ad anum. Et quandoque neceſſarium eſt vt poſt phlebotomiam venæ manus,ſecũdo fiat phlebotomia de ſaphena: & oportet vt attendatur latus doloris, & fiat phlebotomia ex latere eius. Et ſi fuerit in vtriſque teſticulis ſimul,accipiatur,quod neceſſe eſt accipere de ſanguine ex vtriſque manibus ſimul:& oportet,ut alleuietur cibus,& dimittat carnem,& quæ sũt ei ſimilia, & regatur regimine ſubtili; & adminiſtretur in primis ſuper membrum pãnus imbibitus in aceto,& aqua roſ.& mucillaginibus, & ſuccis frigidis in frigiditatis. Et quum incipit augmentari, adminiſtrentur huiuſmodi epithemata,& emplaſtra.Sumatur aqua ſolatri,& aqua cucurb.& aqua cannę humidæ,propriè,& aqua endiuiæ,& farina hordei,& fabarum,& aliquantulum croci,& oleum roſ.et iterum folia alkekengi,& farina hordei,et lentiũ. Et iterum folia cannę, & farina fabarum, & oleum roſ. Et de eis,quæ nos experti ſumus iterum,eſt vt ſumantur alKekengi,& farina hordei,et farina lentium,et farina fabarum, et violarum tritarum partes æquales: [a] [igniantur,] et emplaſtrentur cum eis.Et ſi fuerint caliditas et dolor ſuperflui,eſt neceſſarium,vt miſceantur cum repercuſſiuis ſicut ſunt folia hyuſquiami albi: et ſi fuerit in eo durities aliqua, aut pertranſierit terminũ principij manifeſtè,tunc oportebit,vt regatur cum eis,in quibus eſt maturatio, et propinquius maturantium ex gradu principii eſt farina fabarum,et chamęmilla, et althea,et mucillago ſeminis lini,et rob et iterum farina hordei cum aqua et melle.et iterũ folia caulis,cum farina hordei, et vitellis ouorum, et oleo roſ. Quum autem indiget reſolutione,et ſtat augmentum, tunc de expertis bonis ſunt paſſulæ enucleatæ,et cyminum,quæ terantur,et fiat ex eis emplaſtrum cum vino. Aut folia caulis,et fœnugręcum decocta, Aut farina fabarum,et paſſę pingues enucleatæ,et cymi num decoquatur totum in vino commiſto, et liniatur. Aut farina hordei cum ſtercore vaccino infuſa in aceto cum modico [b] [camphoræ,] et aliquãtulo aquæ ſolatri. Aut cinis [c] [pa pyri ſylueſtris] et althea ęqualiter conficiãtur cum aceto. Et cinis caulis cum albumine oui, aut vitello eius. Aut radix cucumeris agreſtis cum [d] [vino] mellis, cum farina radicis lilii trita ſicut vnguentum. Aut paſſularum mundatarum v. granorum viridium elixatorum i. et.s.cymi.i.caul.vii.glutinis pini iii. conficiãtur cum melle.Et iterum ad apoſtemata cum vlceribus,ſcoria argenti decoquatur cum oleo, donec fiat ei ſpiſſitudo,deinde ponantur ſuper eã cera,et gummi pini,et reponatur. Et iterum al Kalimbat,et ammoniacum ęqualiter,olei de lilio,butyri vaccini quantum ſufficit. Et iterum radix [e] [lactucę] cum ſauic. Et iterum fœnugrecum,et ſemen lini cum aqua [f] [cepę.]Et iterum fœx uini antiqui cum ſauic.Et iterum ea, quę diximus in capitulo [g] † [ ] frigidorum.Et iterum [h] † [ ] forte ad apoſtema,quod indiget maturatione, et ad † frigidũ,et vẽtoſitatem in teſticulo. Sumatur ciceris nigri,et ſtaphiſagriæ,amborum an.pars.i. ſcorpionis aduſti pars i.emplaſtretur cum eo.Et parum

a B. permiſceãtur.

b B. bdellij. Alia litera. cymini.

c B. oſſium dactylorum.

d B. ſyrupo.

e B. ozimi.ſ

f B. & melle.

g † B. apoſtematum.

h † B. medicamen.

† fumum.

rum infusionis olei sambacini in virga, est iuuatiuum ad illud, & ad frigidum proprie & suspensio rubeæ tincturæ super ipsum. Et quãdo apostema est dubellati, tunc de illo quòd bonum est, vt fiat apertio apud oseum: & non cõceditur vt aperiatur illud, quod sequitur anũ, quia quandoque fit fistula mala: imò oportet vt assiduetur positio farinæ rizi confectę cum aqua super ipsum, vt prohibeat apertionem eius: & in fine eius inijciatur in virga muschus cum oleo sambacino. & est vltimum, aut oleum sambacinum aliquoties, est enim cura sufficiens.

ANNOTATIONES.

In testium inflammationibus exorditur uel a purgatione, uel a uenæ sectione. secat autem primo loco cubitũ. At Paulus propriè conuenire ait, ut sanguis ex talo mittatur. Verè, quum morbus inferiores partes occupet, Galeni consilio, de qua re alibi dictum est, secandæ inferiores sunt uenæ, ubi deriuanda & euacuanda materia est, quod Paulus iubet. at reuellendi gratia, quum recens est morbus, secandus erit cubitus: quod ab Auicenna est præceptum. Cætera pete ex Paulo lib. 3. Vide Celsum lib. 7.

cap. 54. cap. 19.

De cura apostematis frigidi in testiculis. Cap. 3.

MVltoties accidunt in eis ista apostemata in dispositione cachexiæ, & hydropisis, quorum curationes sunt maturatiua prædicta in apostemate calido, de quibus sunt farina fabarum, & farina fœnugræci cum triplicato. Et Iterum. caulium. M. j ficus v. numero, decoquãtur in aqua donec dissoluantur, & fiat cum eis emplastrum. Et fortius illo est, vt sumantur farina ciceris, & farina fabarum, & cyminum, & adeps renum. & chamæmilla, & melilotum, & cera, & fiat ex eis vnguentum. Et iterum bdelliũ dissoluatur in rob, & administretur, & distilletur sambacinum in uirgam aliquoties, quoniã est mirabile. Et iterum sumantur mastix, & anzarut, & infundantur in uino, & in oleo sambacino, et liniantur super ouum. Et oleum de kerua efficax est in apostematibus testiculorũ, aut distilletur in uirga muschus cum oleo sambacino, quoniam est vltimum.

De cura apostematis duri in testiculis. Cap. 4.

SVmatur ficuum, et adipis anatis amborum ana pars i. foliorum oliuæ, et foliorum cupressi, et ammoniaci omnium ana pars s. aggregetur cum uino, et butyro vaccino. [a] [Et iterũ folia caulis cum farina hordei, et vitellis ouorũ et oleo.] Et iterũ colcotar, et hyssopi humidę, et cerę, et olei ros. et medullę cruris cerui, et foliorum rubi omnium partes æquales. fiat ex eis linimentum. Et iterum sumantur bdellium, et ammoniacum, et dissoluantur in triplicato, et aggregentur cum pauca farina fabarũ, et oleo. Et iterũ curatio bona experta ad illud, sumatur furfur, et indesinenter teratur, et cribelletur in cribro tenui, donec cribellatum sit, et resoluatur ammoniacum cum oxymelle, et cõficiatur cum eo, et inuiscetur loco, dum temperatum tenet calorẽ, et reiteretur super ipsum assidue, est enim conferens omni duritiei. Et iterum aliud conferens duritiei. sumantur chamæmilla, et fœnugræcum, et assa, et fabæ, et butyrum, et congelatum vuæ et [b] [dactyli] biscocti, et fiat cum eis emplastrum. Et iterum cineris ossium dactylorum adustorum partes ij. [c] † [ ] altheę pars i. terãtur, et permisceantur cum aceto, et fiat cum eis emplastrum.

a —— B.

b B. ficus.

c † B. seminis.

De [a] [acrai & arsacon.] Cap. 5.

a B. brachuna & arsatun.

HAec ęgritudo est [b] [frigida,] et est in mulieribus plus. [c] † [ ] et est [d] [titillatio virgæ] in uiris, et in [e] [ore matricis mulierum.] et tensio accidens in vasis spermatis, [f] [et mollificatio, et tetanus, et spasmus ipsorum;] et tunc inflatur uenter ægri cum sudore frigido.

b B. rara.

c † B. rara.

d B. saltus vel iectigatio seu pcussio in virga.

e B. matrice in muliere.

f B. pp apostema calidum in eis, a qua si nõ sanatur, perducit ad dislocationem vasorũ spmatis, & mollificationem eorum & tetanum & spasmum, & mortem.

De cura. Cap. 6.

QVando, hęc ęgritudo apparet, oportet, ut fiat phlebotomia et uentosatio, et mittãtur sanguisugę, deinde fiat ventris solutio, nõ semel subito, quare descendat aliquid ad membra infirma, sed paulatim cum facilitate, et illud fiat cum eis, quæ sunt sicut aqua volubilis cum casia fistula, et aqua siclæ, et aqua solatri cum cassia fist. et cum iure limaciarum, et cum iuribus olerũ frigidorum lenientium naturã, et sunt sicut illud, quòd fit de spinachiis, et de atriplicibus, et quæ sunt illis similia. Et fiat clysterizatio ex sebestẽ, et prunis, et althea et sicla, et siracost, et atriplicibus, et quæ sunt illis similia, et perueniatur ad vltimum in epithematibus frigidis, valde infrigidantibus super membra coitus, et super dorsum, sicut illud, quod fit de [a] [hiusquiamo nig.] et chymolea, et omnibus, quæ sciuisti in priapismo calido, in apostematibus testiculorum calidis. Et radix quidem nenupharis, et radix lilii sunt conuenientes ad hanc ægritudinem.

a B. sucharãti.

ANNOTATIONES.

De satyriasi agere uidetur, affectu a priapismo sola ferè palpitatione differente, si rectè perpenderis. de hoc & Paulus lib. 3. & Aetius lib. 11.

cap. 56. cap. 3

De doloribus testiculorum & uirgæ. Cap. 7.

FIt ex malitia complexionis diuersę, frigidæ et calidæ et ex ventositate, et ex apostemate, et ex percussione, et ex casu [a] [super ventrem.]

a —— B.

De signis. Cap. 8.

QVum est ex malitia complexionis, non est illic tensio vehemens, et cognitio complexionis est cum sensu, et est calidus inflammatus, et frigidus stupefactus, et non est plurimus. Et cum ventoso est tensio, [a] † [ ] et permutatio sine grauedine, et cum illis reliquis sunt causę eorum, et signa ipsorum.

a † B. Alia rara. vehemens

De curationibus. Cap. 9.

MAnifestæ sunt ex eis, quæ dicta sunt in calefactione testiculorum,& infrigidatione eorum, & curatione apostematum eorum, & resolutione ventositatis ipsorum. Et quando frigus est vehemens, tũc cura eius est oleum de Kerua,in quo dissolutum sit euphorbium, & si [a] [vehementior] sit inflãmatio,& adustio, tunc cura eius est cum succis infrigidantibus, in quibus positum sit aliquid [b] [thuris,]& opij. In facto autem a percussione,ant casu, oportet vt fiat phlebotomia,& [c] [assumatur membrũ] cum infrigidãtibus repercussiuis,absque stypticitate uehementi,quare dolorem faciant, imò sit cum eis virtus lenitiua,sicut sunt violæ, & nenuphar, & cucurbita,& similia; deinde post illud administrentur mucillago altheæ,& chamæmilla,& similia. & iterum gummi pini,& myrrha cum aqua frigida, & semen lini confectum cum aqua frigida,& butyrum, & gluten alimbat equaliter.

a B.vehemens.

b B.hyosquiami.

c B.succurratur membro.

De magnitudine testiculorum. Cap. 10.

ACcidit testiculis, vt magnificentur non secundum semitam apostemationis, sed secundum semitam impinguationis,& teneritudinis, sicut accidit mammillis.

De cura. Cap. 11.

CVrantur cum medicinis infrigidantibus, quibus curantur mammillæ virginum [a] [stantes,vt] non cadant,sicut est epithema cum [b] [hyosquiamo nigro] & hyosquiamo [c] [albo] & omne,quod debilitat virtutem nutritiuam, & fricatura plumbi confricati adinuicem cum aqua coriandri humidi, & confricatio cotis, & lapidis molendini.Et de illis,quæ conferunt ad illud,& separant ipsam,est ut assiduetur iniectio sambacini in uirgam.

a B.dispositarũ ad coitum.

b a.sucharan.

c —— B.

De eleuatione testiculi,& paruitate eius. Cap. 12.

QVandoque accidit testiculo, ut corrugetur,& minoretur propter dominiũ cõplexionis frigidæ,& debilitatem. Et quandoq; occultatur,& eleuatur ad mirach ventris,ita ut difficultas fiat vrinæ,& dolor fiat,quum mingitur,& accidit distillatio eius.

De cura. Cap. 13.

CVretur cum vnctionibus [a] † [ ] & emplastris calefacientibus confortantibus,& attractiuis, quę diximus in capitulo erectionis.& quando occultatur, & fugit, tunc cura est assiduatio balneationum,& tinarum continuarum.Et quandoq; est necessariũ; secundum qđ scripserunt antiqui, vt intromittant [b] [opium] in virgã,& suffletur donec corpus eius [c] [subtilietur,]& descendat testiculus.

a † a. Alia litera.cannulam.

b B.embubam, vel cannulam.

c a. fiat sicut venter.

De uaricibus osei,& duritie eius. Cap. 14.

QVandoque apparent super oseum,& quę sequuntur ipsum, varices inuolutæ plurimæ,in quibus quandoque coarctatur uentositas,& frequens fit titillatio super eas,& multoties generatur super eas apostema durum,quod est de genere apostematum frigidorum. Et plurimum quidẽ accidit in latere sinistro propter debilitatem ipsius, & quoniam habet uenam additam,ad quam effunduntur materiæ.

De cura. Cap. 15.

CVRA eius est cura apostematum durorum.

De mollificatione osei. Cap. 16.

QVandoque prolongatur oseum, & mollificatur prolõgando,& fit in eo res fœda.

De cura. Cap. 17.

OPortet ut eius embrochatio assiduetur cũ cum infrigidantibus, stypticitatem faciẽtibus,& emplastretur cum eis,& minoretur coitus. Et de medicis sunt, qdam,qui incidunt partem osei,& superfluitatem ipsius, & sunt residuum,ut æquetur eius quãtitas. Sed melius est, & magis conseruatur ut suatur in primis: deinde abscindatur superfluum.

ANNOTATIONES.

De laxato scroto intelligit,quem affectum græci rhacosin uocant. Huius curationẽ per manus docet Paulus li.6. cap 57.

De ramice,& ruptura. Cap. 18.

EGo postposui ramici,& rupturę capitulũ, in quo inuenientur in fine tractatuũ, qui sunt huius libri tertij.

De corrugatione testiculorum. Cap. 19.

FIt illud causa frigoris uehementis,aut casus virtutis accidentis in signis malis habentibus ægritudines acutas,& ego dicam ea illic.

De ulceribus testiculorum, & uirgæ in locis ani. Cap. 20.

QVum ulcera accidũt in istis locis,sunt mala ambulatiua, quoniam mẽbra ista sunt secundum formam,ad quorum partes festinat putrefactio,quoniam sunt protecta ab aere, & decliuia ad caliditatem & humiditatem, & approximant meatibus superfluitatum, & assimilantur quodammodo ulceribus uiscerum, & oris.Et eorum deteriora sunt illa, quæ fiunt in lacerto,qui est in radice uirgę,& in ano:& illud ideo,quoniã indigent exsiccatione forti,& sensus eorum cum hoc est vehemens.Et fortasse necessarium est abscindere uirgam ipsam, quum super ipsam putrefiunt vlcera,& perambulant.

De cura. Cap. 21.

VLcera, quæ sunt super caput uirgæ, indigent eis, quæ sunt uehementioris exsiccationis,

tionis,quàm sint ea, quibus indigent facta super præputium, & cutem etiam, quoniā caput virgæ est vehementioris siccitatis in complexione sua. Et ista vlcera,aut sunt recentia, aut sunt antiqua. Et de eis sunt,quæ sunt maligna. Et recentibus quidem non est res melior quā aloes, & assimilantur [a] [aloes plumbum ustum,] & clymia abluta cum vino,& tutia.Et approximāt illi margaritæ, & [b] [uenæ adustę sunt mirabiles] in hoc. Et cinis [c] [ouorum,] & tutia puluerizata & epithemata cum aqua frigida. Si autē sunt humidiora illis,& iam faciunt pus, indigent eis,quæ sunt fortiora, sicut æs vstum, & cortices arboris pini habentis grana parua adusti.Et si indigent generatiuis carnis, misceatur cum eis thus. Medicamen expertum ad ea,quæ indigent exsiccatione vehementi cum incarnatione. Recipe tutiæ,& aloes, & sarcocollę, & thuris,& [d] [sedenigi] & corticis [e] [mediani] algarab adusti,& aluminis iameni,& atramenti adusti, & gallarum, & balaustiarum,& acaciæ, oīum an.partes æquales,& floris æris partē j.& s.& capitum granatorum ēt acetosorum partē j.fiat ex eis vnguentū cum oleo ros.Descriptio alia,scoria ferri, [f] [plumbum vstū,] sanguis draconis,charta combusta,alumen combustum sumantur,& cū oleo ros.fiat ex eis emplastrū aut vnguentum: aut troc.Et si fuerint antiqua, ponantur in eis thus,& minutum eius,& aloes secundū partes ęquales. Quod si illic fuerit corrosio,tunc ex eis,quæ conferunt illi,est, vt sumātur cinis capillorum hominis, & aniuden, & lentes montanæ,& fiant ex eis puluis,& emplastrū. Et iterum fortius illo.sumātur de vnoquoque duorum arsenicorum vij. partes, & calcis non extinctę lapideæ xx.& acaciæ xij. partes,cōficiantur cum aceto, & succo alesfius humidi, & fiāt trochisci in vmbra,& administrētur. Et fortius illo est illud, quod recipit utrunque arsenicū,& acaciā [g] † [ ] & staphisagriā & cinerē [h] [anethi] & piper,de quib. fiant trochisci. Si aūt maligna fiant,& denigrentur,tūc melius est vt penitus abscindatur locus niger,& curetur cū vnguēto generatiuo,donec generetur.

a B. ei merdasengi.
b B. cucurbita adusta est mirabilis.
c B. Alia litera. aluminis, seu alumē adustum. Alia litera. anethi.
d B. sadanegi.
e ——— B.
f B. merdasēgi.
g † B. & viride æris.
h B. aluminis.

ANNOTATIONES.

Cap.8. cap.15. cap.59. *Agit de pudendorum ulceribus et Gal.9.de comp.med. per loc.Itemq; 5.meth.quē hic æmulatur.Vide & Paulum lib.3. Vtuntur nostra tempestate præcipitato, oleo ex sulphure,aqua erodente,et alijs minus quam arsenicū asperis.*

De ulceribus interioribus uirgæ. Cap. 22.

Curatio illius est curatio vlcerum vesicæ, & quandoque necessaria sunt ea,quę sunt sicut medicamen de chartis combustis & alumine adusto,& climia abluta post combustionem. Et de corticibus arboris pini minoris, [a] [sedēgi,] thure,de quibus fiant troch.& administrentur in iniectorio.

a B. sadanegi.

De [a] [fricatione] in uirga. Cap. 23.

Fit ex materia [b] [calida] effusa ad ipsam,& sudore acuto resudante ex partibus eius,quare facit [c] [ipsam fricari.]

a B. pruritu.
b B. acuta.
c B. pruritum.

De cura. Cap. 24.

Expellatur humor cum phlebotomia, & solutione ventris. Deinde sumatur acaciæ, & memithe amborum an.ʒ.j.salis ammoniaci, aloes an.sexta ʒ.j.croci xij. [a] † [ ] drach.j.et quantum sunt omnia vsnen, terātur omnia,et cribellentur,et cōficiantur cum oleo sambacino : est enim mirabile. Et quandoque sedatur, si leniatur desuper in balneo acetum, et oleum ros.Et sint in ipso nitrum, et alumen. Et si est [b] [frigida] ponatur in ipso aliquid de staphisagria. & quum egreditur ex balneo liniatur ex albumine oui cū melle,& si non confert aliquid,& iam facta fuerit phlebotomia, & euacuatio tunc fiat ventosatio ab interiore parte coxæ,& in proximo illius loci, aut mittātur super ipsam sanguisugę.

a † B. pars.
b B. peior.

De apostematibus uirgæ calidis. Cap. 25.

Curationes eorum, sunt proximæ curationibus apostematum testiculorum calidorum: sed sunt magis tolerantia styptica in principio rei. & de descriptionibus eorum sibi proprijs est hæc,cortices granatorum,& rosæ siccę & lentes decoquantur in aqua, & quum in decoctione dissoluuntur,terantur cum oleo ros. & administrentur. & iterum chimolea cum aqua solatri,& similiter bolum armenum,& lentes,& folia alKekengi.

De apostematibus uirgæ frigidis. Cap. 26.

Sermo de eis,est proximus sermoni de apostematibus testiculorum,& multiplicantur in dispositione cachexiæ,& hydropisis.& de illis, que experta sunt ad ea,est illud, quod recipit [a] [ossa] dactylorum partes duas, altheæ partem j.& conterantur cum aceto,& emplastretur cū eo.et medicamen assumptum ex furfure et ammoniaco prædictum in capitulo apostematis, [b] † [ ] in testiculis est medicamen magis conueniens locis illis, et in uirga,quando apostematur apostemate duro.

a B. farinæ ossium.
b † B. dati.

De cura rhagadiarum uirgæ. Cap. 27.

Curentur cura rhagadiarum ani. et de illis, quorum iuuamentum propinquum est, est vt sumātur chimolea,et tutia et alcanna contrita,et dragacanthum,et fiat ex eis, et ex cera, et uitellis ouorum [a] † [ ] unguentum.

a † B. & oleo rosato.

De dolore uirgæ. Cap. 28.

Accidit dolor virgæ ex causis diuersis. et multoties accidit a retentione vrinæ,quē clysteria leuia sanant, et vt sit contentus aqua hordei cum iulep.et non approximet feminibus. ut non descendant superfluitates. Deinde post clystere fiat vaporatio in circuitu pectinis, et uirgæ, tantæ quantitatis ut leniatur cutis, et fundatur desuper aqua tepida, et liniatur cum violis.

De

De uerrucis super uirgam. *Cap.* 29.

INcidantur, & ponatur desuper medicamen retinens sanguinem, & curentur cura reliquarum verrucarum.

De cura bothor, & similium moro, & carnis ortæ, & additæ super istas partes. *Cap.* 30.

SVmatur baurach adustum, & cinis ligni vitis terantur cum aqua bene, & ponantur super morum, & quę ei similantur, & quando nō valent, incidatur, & pulverizetur desuper [a] † [ ] atramentum, [b] [& arsenicum.] & si fuerit deterius illo, non erit excusatio quin cauterizetur.

a † B. viride æru.
b — B.

De [a] *[corrosione] uirgæ.* *Cap.* 31.

a B. incurvatione.

LEnificatur virga cum lenitiuis, ex oleis sicut sisamino, & oleo narcissino, & adipibus subtilibus notis, sicut adeps gallinæ, & anatis, & medullæ crurium uaccarum, & ceruorum, & cera, & resina in balneo & sine balneo, & clystere fiat ex hoc genere cum iniectionibus, & fiāt collyria, & ponatur desuper aliquid, & fiat [b] [vt] æquetur.

b a. donec.

FEN XXI.

De membris generationis in mulieribus tres continens tractatus.

TRACTATVS PRIMVS.

De radicibus, & principijs, & conceptione, & partu.

De anatomia matricis. *Cap.* 1.

DIco, quòd instrumētum generationis mulieris est matrix & est in radice creationis similis instrumento generationis, quod est in viris, & est uirga, & quę cum ea, sunt. Sed vnum eorum est [a] [complementum] procedens ad exteriora, & alterum est diminutum, retētum in interioribus, & est quasi conuersum instrumētum virorum. Est enim quasi oseum siphac matricis, & quasi virga collū matricis: & duo oua mulieribus sicut uiris. Verum ipsa in uiris sunt magna, apparentia exterius, elongata, ad rotunditatem tendentia. & in mulieribus sunt parua, rotunda, tendentia ad vehementiam cōpressionis latitudinalis intrinseca [b] [in vulua] posita a duobus lateribus eius, in omni latere [c] [profunditatis cuius] extitit vnum, distincta. quorū [d] [unumquodque appropriatum est panniculo,] quę ambo cystis una non aggregat, & panniculus cuiusque amborum est neruosus. Et sicut uiri habent uasa spermatis inter euum, & euacuatorium radicis virgę, similiter mulieres habent uasa spermatis inter duos testiculos, & inter id, quod expellit ad interiora matricis, verùm illa, quæ sunt uirorum, incipiunt ab ouo, & eleuantur ad superiora, & cadunt in foramina, ex quibus descendit [e] [coopertorium] oui, custodita, & protecta, deinde [f] [sparguntur] descendendo [g] † [ ] transuersa [h] [expansa,] habentia inuolutiones, [i] [& completur in eo, quod est inter ipsa] digestio spermatis, donec redeat, & [k] [expellatur] ad meatum, qui est in radice virgæ a duob. lateribus, & in proximo eius [l] [est] illud, quod [m] [expellit] ad ipsum etiam [n] [ ] extremitas colli vesicæ, & est longum in viris, & breue in mulieribus. In mulieribus verò [o] [extenditur, quod est inter duo oua] ad ambo ilia, sicut duo cornua arcuata incedentia [p] [ad duo emunctoria,] quorum duo extrema continuantur cum duobus inguinibus, & tenduntur ut chorda [q] [propter coitum ęquantia] collum matricis ad recipiendum, ita, q̄ trahāt ipsum ad duo latera, quare dilatatur, & aperitur, & deglutit sperma, & ipsa ambo sunt breuiora quàm [r] [duo iactores sibi similes] in uiro. Et diuersificantur in hoc, quòd uasa spermatis in mulieribus continuantur cum duobus ouis, & penetrant in duobus additamentis, quę sunt ut duo cornua, quoddā oriens ex unoquoque ouo, quod expellit sperma ad vas, & nominantur duo expulsoria spermatis, & non continuantur vasa spermatis in mulieribus cum duobus ouis, nisi quoniam membra spermatis in mulieribus propinqua sunt in lenitate duobus ouis, & non fuit necessarium indurare ea, & indurare panniculos amborum, quoniam ipsa sunt in cauea: [s] [quare] non indigent proiectione longinqua. In viris uerò non fuit bona continuatio eorum cum duobus ouis, & non permiscentur eis ambob. Nam si fieret illud, noceret eis ambobus, quum tenderentur, vt chorda propter duritiem amborum, imò positum est inter ambo medium, quod nominatur endros [t] [scilicet] expulsorium apud medicos ad interiora eius. Et intra matricem est [u] [extremitas rotunda] neruosa, in cuius medio [x] [est, quasi semita,] & super ipsam sunt additamenta plurima [y] [incidētia.] Et matrix quidem creata est habens venas plurimas, ramificatas ex venis, quas diximus, vt sit illic sustentatio embryonis, & sit superfluitatibus menstruis præcipitatio. Et ligatur matrix cum dorso ligamentis fortibus pluribus, & ad partem [z] [luminis] & uesicę & ossi lato, & eis quæ [a] [sequuntur] ipsam, sed sunt laxa. Et de ligamentis eius sunt quædam, quibus continuatur ex neruis, & venis prędictis, in anatomia neruorum & uenarum: Et facta est ex substantia neruosa, ut extendatur [b] [apud collectionem,] & ut congregetur ad quantitatem paruam apud partum. Et non completur eius concauitas nisi cum complemento augmenti, sicut mammillarum quantitas non cōpletur nisi, cum cōplemento, quoniam ante illud est uana, & non est necessaria, & propter illud matrix in puellis est minor [c] [uesicis plurimum.] Et habet in hominib. duas concauitates, & in alijs concauitates secundum numerum papillarum mammillarum. Et locus eius est post uesicā, & superfluit super eam desuper, sicut superfluit uesica super eam [d] † [ ] desubtus. et in anterioribus sunt intestina, ut sit ei a duobus lateribus sustentaculum, & stratus lenis, & sit in tutela. et non est intentio prima in hoc ueniens ad matricem ipsam, imò ad embryonem.

a B. egrediēs. Alia litera. cōpletæ.
b B. spatio cōtinente matricē.
c B. partis eius oppositæ gibbositati.
d B. vnicuique appropriatē panniculus.
e B. suspēsoriū.
f B. flectuntur.
g † B tortuosa.
h — B.
i B. Alia litera. in quibus completur.
k B. perueniat.
l — B.
m B. peruenit.
n † B. est.
o B extēduntur ex duob. oris.
p B. versus poros vritides.
q B. apud coitū vt coęquent.
r B. longitudo sibi similis. Alia litera. longitudo amborū similis.
s B. &.
t B. Alia litera. Et matrix quidē est membrū ad rotunditatē tēdens, neruosū quod extēditur & dilatatur, sicut corrigia, & super ipsā sunt additamēta plurima in modū annulorū. Et sperma mulieris peruenit ad expulsoriū, quod est apud medicos expellens sperma ad interiora matricis, & apud philosophos mulieris expellit semen suum extra testiculos apud foramē vrinę, & ex ipso impellitur ad interiora matricis.
t B. Alia litera. Et peruenit ad.
u B. circulatio in modū anuli.
x B. sunt sicut fimbrię, aut corrigiæ.
y — B.
z B. vmbilici.
a B. supra.
b B. plurimum apud cōprehensionem.
c B Alia litera. ea quæ ē in mulieribus, quæ genuerunt filios.
d † B. cum collo ipsius.

nem. Et ipsa quidem occupat, quod est inter propinquitatem vmbilici, vsque ad postremũ meatum vuluæ, & est eius collum. Et longitudo eius æqualis in mulieribus est inter sex digitos vsque ad .xj. digitos, & quod est inter illos. Et quandoque abbreuiatur, & prolongatur per vsum coitus, & dimissionem eius. Et quandoque assimilatur quantitas eius, figuræ, quantitatis eius, qui consuetus est eius concubitu, & appropinquat illi longitudo matricis ipsius & quãdoque tãgit intestina superiora. Et creata est matrix cum duabus tunicis, quarum intrinseca propinquior est ad hoc vt sit venosa, & asperitas eius [e] [similiter.] Et orificia harũ venarum, quæ [f] [figuntur] in matrice, nominantur foramina matricis. Et cum eis cõtinuãtur panniculi embryonis, & ex eis currit sãguis menstruus, & ex eis nutritur embryon. Et exterior harum duarũ propinquior est ad hoc, vt sit neruosa, & vnaquæque illarum tunicarum cõstringitur, & dilatatur cum præparatione suarum naturarũ. Et tunica quidem extrinseca pura est vna, & intrinseca est sicut diuisa in duas diuisiones, quasi [g] [distinctas, non sicut consolidatas, ita,] quod si excoriaretur tunica exterior [h] † [ ] earum duarum, excoriaretur quasi a duabus matricibus, quibus esset collum unum, non sicut a matrice vna. Et inueniuntur species villorum omnes in tunica intrinseca, & matrix præterea ingrossatur, & inspissatur, quasi in ipsa impinguetur: & illud est in hora mẽstruorum. Deinde quum purgatur, extenuatur, & exsiccatur. & ipsa iterum attenuatur cũ magnitudine embryonis. & eius dilatatio est secũdum dilatationẽ corporis embryonis, & quũ coitur cum muliere, expellitur matrix ad os matricis, quasi procedens desiderando attrahere sperma per sui naturam et quum dicitur matrix neruosa, non intelligitur, per illud, ꝙ eius creatio sit ex neruis cerebri; imò, quod creatio sit ex substantia simili neruis, alba, priuata sanguine, [i] [viscosa] extensiua. Et non adueniunt ei ex cerebro nisi nerui pauci, quibus sentit, & si esset vehementius neruosa, vehementius cõmunicaret cerebro: Et collum quidem matricis lacertosæ carnis, est quasi ipsum sit cartilaginosum, & quasi sit ruga super ruga, cui addit pinguedo duritiem, & cartilaginositatẽ, & imprægnatio iterum in hora imprægnationis. Et in eo est meatus oppositus ori matricis extrinseco, ex quo deglutit sperma, & expellit menstrua, & parit fœtum. Et fit in dispositione cõceptionis in summo constrictionis, quam fortasse non ingreditur extremitas acus. deinde dilatatur precepto dei excelsi, & egreditur ex ea fœtus. Meatui autem vrinæ in ea, est locus alius: & est propinquior ori matricis [k] [ab] eo quod sequitur supremum eius. Et de mulierib. est, cuius matricis collum redit ad sinistrum, & de eis est, cuius est ad dextrum. Et ante violationem puellæ virginis, sunt in [l] [ore] matricis panniculi cõtexti ex venis & ligamentis subtilib. valde, ortis ex omni [m] [membro] eius, quos destruxerit violator, & currit, quod in eis est de sanguine.

e B. Alia litera. est pp illud.
f B. penetrant.
g B. duo vicinãtia non sicut cõsolidata.
h † B. ab vna.
i B. lenis.
k B. ex.
l B. collo.
m B. parte.

ANNOTATIONES.

Cap. 3. 4. & deinceps. cap. 1.

De vteri anatome copiosè Gal. agit 14. de usu par. Itẽq. lib. de dissect. vuluæ. & Aetius lib. 16. Quod ad hunc locum facit, uidetur esse de uteri tunicis discordia. Ait hic ex duabus tunicis constare, ijs uerbis [Et creata est matrix ex duab. tunicis &c.] quod & Gal. lib. de dissect. uuluæ. At contra idem Gal. 14. de usu par. quum intestina omnia, & uentriculus duabus tunicis constent, quærit cur utero una satis fuerit. Cæterum tunica uteri propria una est. accedit tamen & altera ex peritonæo cæteris intestinis communis. unde & duæ dici possunt. similis quæstio de urinariæ et felleæ uesicæ substantia est. de qua alibi.

cap. 6. cap. vlt.

De generatione embryonis. Cap. 2.

QVum matrix colligitur super sperma, tũc prima dispositionum, quę aduenit illic, est spumositas spermatis, & est ex operatione virtutis formatiuæ. Et ueritas quidem dispositionis ipsius spumositatis est ex hoc, ꝙ virtus informatiua mouet illud, quod est in spermate ex spiritu animali naturali, & uitali ad mineram vniuscuiusque eorum, [a] [in qua figitur. Et creatur] illud membrum ex eo secundum modum, quem exposuimus, & declarauimus in libris principiorum, & propter illud reperitur exsufflatio tota impelli ad medium humiditatis, vt preparetur locus cordis: deinde fiunt a latere eius dextro, & a latere eius supremo duæ vesicæ, quasi ramificatæ ab eo, tangentes ipsum vsq; ad horam, deinde separantur ab eo, & discernuntur, & fit prima [b] [illud, ex quo creatur cor] & dextra [c] [illud, ex quo creatur hepar] & impletur alia sanguine ad albedinem decliui, & penetrat ad exteriorem partẽ humiditatis [d] [sparsæ post duas vesicas uentositas inundans eam, vt recipiat propter eam restaurationem ex matrice, & ex spiritu, et ex sanguine, & creatur vmbilicus, & quod primo creatur, tunc est panniculus.] Veruntamen vesicæ cordis, & hepatis, & cerebri creationem vmbilici precedunt: quãuis complementum horum trium postponatur a complemento substãtiæ umbilici. Et hoc quidem iam uerificauimus, & declarauimus diuersitatem in eo libro principiorum sciẽtiæ naturalis. Et quum sperma figitur, & spumat, & penetrat spuma ad profundum, [e] [scilicet vesicam cordis,] generatur panniculus, ex [f] [hoc quòd sperma muliebre mouet sperma masculinum] & est separatus. Deinde non suspenditur [g] [a] matrice, nisi cum foraminibus [h] † [ ] propter attractionem nutrimenti, & embryo quidem non nutritur [i] [cũ] hoc panniculo, nisi dum panniculus [k] [in eo est,] & nutrimenti parum est necessariũ. Quum autẽ induratur, tunc fit cibatio per illud, quod generatur in [l] [poris eius] ex meatibus manifestis uenosis. Deinde diuiditur post [m] [spatium] in panniculos. Et ueritas quidem est, quòd primum membrum quod creatur, est cor, quamuis de Hippoc. dicatur quòd dixerit, quòd primum, quod generatur, est cerebrum, & oculi, secundum quod testificatur illud dispositio pullorum oui. Cor uerò non est in primis quum creatur, in omni re apparens manifestum, & [n] [sequuntur capitula post, in quib.] dixit ꝙ rectius est, ut sit primũ, quod creatur, hepar, quoniam prima operatio corporis est [o] [nutrimentum] quasi sit res secundum appetitum eius, & [p] [desiderium ipsius.] Et sermo iste ostenditur

a B. vt figatur in ipsa, & creetur.
b B. locus pro corde.
c B. locus pro hepate.
d B. spermatice post ventositatẽ spirituosam per forantem eã, vt ex ipsa recipiat à matrice restaurationem spiritus, & sanguinis, & creatur vmbilicus, & est primum quod generatur manifeste.
e B. causando vesicã pro corde.
f B motu spermatis mulieris causato a spermate masculi. Alia litera. ex hoc ꝙ sperma mulieris mouet sperma masculinum.
g B. cum.
h † B. venarum.
i B. ex.
k B. est subtilis.
l B. Alia litera. panniculo.
m B. tempus.
n B. iam postea. insurgit fabulas qui.
o B. nutricatio.
p B. secundum quòd videtur ei esse conueniens.

esse

eſſe corruptus ex via experimenti, quoniam ſtudioſi in hac re non teſtificantur rem eſſe ſecundum quod exiſtimauit omnino, & ex ratiocinatione: & eſt quoniam ſi res eſt ſecundũ qđ ipſe exiſtimat, quod creatur in primis illud, cuius operatio in primis pręmittenda eſt [q] [quũ ab eo non fiat nutrimentum] tunc ſciat quod non nutritur membrum [r] [animalis,] in quo non eſt ſuſtentatio uitæ cum calore naturali. [s] † [ ] Quum ergo ita ſit, neceſſe eſt vt creetur membrum, a quo procedit calor naturalis, & ſpiritus uitalis ante creationem nutrientis ipſum. Et uirtus [t] † [ ] informatiua non indiget in diſpoſitione formationis nutrimento, dũ non accidit reſolutio ſenſibilis, ſenſibile faciens nocumentũ, quare ſit neceſſariũ reſtauratione eius, & ſit neceſſarius ſpiritus uitalis, & calor animalis, ut [u] [erigatur] eo. Quod ſi dixerit, quòd [x] [comprehenſio informatiuæ eſt] ex parte, tunc ſimiliter etiam virtus nutritiua aſſociata virtuti informatiuę generatiuæ eſt ex parte patris. Qualiter ergo [y] [erit, quod illa magis antecedat in modis ſuĩs, & hæc diſpoſitio alia ſit inuenta in embryone ſanguineo in ſiphac, & extenſio eius, in ſiphac, ſit extenſio aliqua. Et in hac diſpoſitione illa, quæ de ueſicis eſt ſanguinea, conuertitur ad ſanguineitatem, & conuertitur umbilicus ad formam umbilici ſenſibiliter, & recipiunt diſpoſitiones conuerſionem ſpermatis ad conceptionem, & quædã earum ad ſoliditatem, & illic membris principalibus iam apparet impreſſio ſenſibilis, & quãtitas ſenſibilis. Et quædam earum conuerſionũ ad hoc, vt compleatur creatio cordis, & membrorum primorum, & incipiunt ſeparari ab inuicem. Et inter ea ſunt, meatus ſupremi, & ſunt extremitates iam lineatę, ſed non ſeparantur integre & vaſa eius: deinde ad hoc, ut] fiant extremitates, & unicuique conuerſioni, aut duabus conuerſionibus ſimul, eſt [z] [ſpatium,] ſuper quod ſtatur, & non eſt illud de illis, quæ non diuerſificãtur in hoc, nam diuerſificatur in maſculis & mulieribus embryonum, & ſunt in mulieribus tardiores. Et non [a] [ſignificant experimentum & probatio in hoc, quoniam] inter ea ambo, in ueritate non eſt diuerſitas: [b] [Vnumquodque enim] eorum non iudicat niſi per illud, ſuper quod præterijt res ſecundum experientiam eius, & non eſt impoſſibile, quod ſit iſtud quod expertum eſt in fine, cadens ſecundum illud, quod ei diuerſificatur, in toto enim illo eſt, quod eſt plurimũ proculdubio, & plurimum eſt in eo, quod generatur plus. Et ſpatiũ quidem ſpumę eſt vj. dierum aut vij. & in his diebus format informatiua in embryone non [c] [petendo aliquid] ex matrice, & poſt illud [d] [appetit.] Et inceptio linearum [e] † [ ] & punctorum eſt tribus alijs diebus poſt illud, & ſunt nouem dies ex principio, & quandoq; fit antecesſio die uno, aut poſtponitur die uno, deinde poſt vj. dies alios, & ſunt xv. a conceptione penetrat ſanguineitas in toto, & fit [f] [illud unde creatur.] et quãdoque antecedit die uno aut duobus. Et duodecim diebus poſt illud fit humiditas caro, & iam diſcernuntur fruſta carnis, & diſcernuntur membra tria manifeſte, & iam ſeparantur [g] [alia] a contractu aliorum, & extenditur humiditas nuchæ, & quandoq; poſtponitur, aut antecedit duobus diebus aut trib. deinde poſt nouem dies ſeparatur caput ab humeris, & extremitates a [h] [lateribus] & vẽtre, ut diſcernat ſenſus in quibuſdam eorum, & cæletur in quibuſdam eorum, ita ut ſentiat poſt illud in iiij. diebus completis xl. diebus, & poſtponitur raro uſque ad xlv. dies, & minus in hoc eſt uſque ad xxxv. dies. Et dicitur in doctrinis primis, ꝙ quando poſt xl. dies ſcinditur [i] [abortiuum & ponitur] in aqua frigida, apparet res parua diſcretarum extremitatum. Et maſculus eſt velocior in illo toto, quam fœmina. Videtur enim quod ſit minus ſpatium formationis maſculorum xxx. dies, & minus parturitionis eſt medietas anni, & quod dicemus in proximo. Determinatio autẽ diſpoſitionis maſculi, & fœminæ in diſtinctione [k] [ſpatii,] eſt res, quam quædam pars medicorum iudicat audacter & ſtulte [l] [primum enim inuenit ſperma reſpirans reſpirare. & primum, quod agit informatiua, eſt, quod aggregat calorem innatum, deinde] exitus & meatus, deinde poſt illud incipit nutritiua operari, & apud quoſdam embryon iam reſpirat ex ore, [m] [deinde] reſpirat cum eo maiori reſpiratione quum completur in matrice; ſed non eſt ſuper illud ſignificatio. Et apud quoſdam quum ſuperuenit formationi embryonis duplum [n] † [ ] eius, in quo formatur, mouetur, & cum ſuperuenit motui duplum eius, in quo mouetur, naſcitur, ita ut ſit ſpatij, quod eſt a prima inceptione conceptionis uſque ad motum triplum. Et [o] lenitas accidit cum motu ſenſus.] Et dicitur, quod tempus æquale medium ad formationẽ eius eſt xxxv. dierum [p] [&] mouetur in lxx. diebus, & naſcitur ducentis & decem diebus, & illud eſt ſeptem mẽſes, & antecedit dieb. aliquot, & quandoque poſt ponitur, quoniam fortaſſe cadit in xxxv. diebus [q] [raritas,] [r] † [ ] & multiplicatur in duplatione. & quando eſt illud, quod eſt plus, eſt xlv. dierum, & mouetur in nonaginta diebus, & naſcitur in ducentis ſeptuaginta, et illud eſt ix. menſes, & quandoque cadit in hoc iterum diuerſitas in diebus, ſicut dictum eſt [s] † [ ] & natus in [t] [viij. menſibus quamuis ſit iam completus, tamen plurimum iudicium] eius eſt, ut non uiuat, ſecundum quod faciam te ſcire poſt, [u] [& ipſe quidem non iam integre completur, niſi ſecundum proportionem prędictam, & naſcitur apud complementum ſuum. Eſt enim ſpatium] xl. dierum, deinde 80. dierum deinde cc. & xl. dierum, [x] † [ ] et minoratur & additur ſecundum quod ſciuiſti, et dixerunt, nõ inuenitur in abortu maſculus completus ante xxx. dies, et fœmina, quę cõpleatur ante xl. dies, et dixerunt, quod natum in vij. menſe ingreditur uirtus [y] [pręparationis cum hoc quod ſuperueniunt] natiuitati eius vij. menſes, et natũ in [z] [ix. menſibus, et natum] poſt decem menſes. Et nos afferemus in ſpatijs imprægnationis et partus capitulum in tractatu, qui ſequitur hunc tractatũ. et ſcias, quod ſanguis menſtruus in pręgnante diuiditur in tres partes, ſ. partem quę conuertitur in nutrimentum, et partem, quę

q —— B.
r B. vitale.
ſ † B. & ſpiritu vitali.
t † B. quidem.
u B. ſubſtentetur.
x B. iſta nutritiua pcedit, quũ iam illa, ſ. virtus vitalis ſit magis præcedens ſcdm eſſe, & hoc eſt. Et diſpoſitio quidem alia apparens, ſeu exiſtẽs eſt, puncta ſanguinis ĩ ſiphac, & extenſio eorum in ſiphac extenſione aliqua, & in hac diſpoſitione ſũt veſicę aliquę ex eis ſanguineæ, quæ iam cõuertuntur ad ſanguineitatem, & vmbilicus conuerſus ẽ ad formã vmbilici cõuerſione ſenſibili. Tertia aũt diſpoſitionũ eſt, conuerſio ſpermatis ad ſanguinem congelatũ ſeu coagulatũ, & poſt ipſã, eſt cõuerſio ad carnem maſticatã, ſeu ad fruſtum carnis maſticatæ, & illis ſeu tunc membris principalib apparet ſeparatio ſenſata, & quantitas ſenſata, & poſt ſit eius cõuerſio vſque quo cõpleatur generatio cordis, & membrorum primorũ, & incipiunt ipſa ſeparari adinuicem, & inter ea ſunt meatus nori, ſeu mẽbra intermedia cõmunicantia nota, & ſunt extremitates iam lineatæ, ſed non ſunt a ſeipſis ſeparatæ ſeparatione integra. Deinde nõ ceſſat cõuerſio, aut trãſmutatio quo uſque.
z B. tempus.
a B. faciẽtes experimẽta, & probationes in hoc nõ iudicant, ꝙ.
b B. quoniam vnuſquiſque.
c B. ſugẽdo nutrimentum.
d B. ſugit.
e † B. rubearũ.
f B. Alia litera. ſanguis coagulatus.
g B. quædã eorum.
h B. coſtis.
i B. ab abortu pãniculus ſubtilis in quo fętus cõtinetur, & ponatur ille fętus expoliatus a pãniculo dicto.
k B. temporum
l B. dicũt enim ꝙ primum qđ embryo reſpirãs inuenit, ẽ reſpiratio, & primũ quod operatur virtus formatiua eſt locus in quo aggregatur caliditas innata ſeu naturalis deinde operatur.
m B. imò.
n † B. temporis.
o B. las quidẽ accidit cum motu embryonis.
p B. quare.
q —— B.
r † B. diuerſitas parua; ſeu additio, ſeu diminutio parua.
ſ † B. & hoc eſt res, in qua non eſt iudicium firmatum cum ratione demõſtratiua.
t B. octauo mẽſe ſi nõ eſt completus, tunc primum.
u B. Ille autem qui iã eſt cõpletus integrè ſcdm proportionem prædictã, & naſcitur apud cõplementũ ſuũ, tunc ſpatium eius eſt.
x † B. & octo menſes.
y B. & fortificatio poſtquã ſuperuenerit.
z B. nono poſt nouem menſes, & natum in decimo.

quæ eleuatur ad mammillas,& partem, quę est superfluitas stans usquequo ueniat hora,[a] † [ ] & expellatur. Amplius fœtus continetur tribus panniculis,s. secundina, quæ est panniculus comprehendens ipsum, in quo contexuntur uenę[b] [ex transuerso, cuius pulsatiles diuiduntur in duas uenas, & eius quietę in ue nam unam] & illo, qui nominatur biles, & est inuolutus,& effunditur ad ipsum urina fetus, & tertio,qui dicitur abgas,[c] [& est profundatio sudoris] & non est necessarium uas aliud superfluitati egestionis,quum sit illud,ex quo nu tritur subtile,in quo non est durities,neq; fex, & neque separatur nisi aquositas vrinę,aut sudor.Et de panniculis,qui ei est propinquior,est panniculus tertius,& est subtilior eorum,vt aggreget humiditatem resudantem ex embryone, & in retentione illius totius humiditatis est iuuamentum[d] † [

] ut non[e] [permutetur] super ipsum,& super matricem. Et similiter in elongatione eius, quod est inter[f] [umbilicum] & matricem, panniculus enim durus lædit cum suo tactu, sicut lęduntur propter tangentia ea, quę nascuntur super ulcera,quum nondum sint firma. Panniculus autem, qui sequitur hunc ad exteriora, est inuolutus, quoniam est similis inuolutionibus,ad quem quidem penetrat ex umbilico effusorium urinæ,& non ex uirga,quoniam uirgę meatus est constrictus,& continet ipsum lacertus[g] [præpositus,] qui soluitur cum uoluntate,& sunt usque ad finem eius anfractus,& hora[h] [huius vsus est hora partus & conuersionis.] hoc autem est amplum, directi introitus. Et[i] [posita fuit urinæ profundatio propria :] quoniam si obuiaret corpori,non toleraret eā corpus propter mordicationem & acuitatem suam,& illud in ea manifestum est. Et differentia quidem inter ipsam, & humiditatem sudoris,in odore,& rubedine coloris manifesta est. Et si obuiaret iterum secundinæ, fortasse corrumperet illud, super quod[k] [sustentaretur. Et venæ quidem secundinę habent] duas tunicas subtiles,& texuntur in eo,quod est inter eas venæ,& peruenit unumquodque genus earum ad duas venas,s. arteriam,& quietam.Venæ aūt quietæ quum ingrediuntur, abbreuiant spatiū ad hepar,quare fiunt uena una, ut sit salubrius, & penetrat ad gibbositatem hepatis,ut [euacuatio] non comprimat fel ex concauitate eius.Et in ueritate hæc uena non oritur nisi ex hepate, & descendit[m] [ad umbilicum secundina] & dispertitur illic,& fiunt duę uenæ, & egrediuntur & mouentur[n] [ex] secūdina ad orificia uenarum,quæ sunt in matrice. Et istis quidem venis accidunt duo,quorum unum est,quòd ipse sunt apud orificia,quæ ei obuiant,tenuiores:& sunt quasi sint extremitates ramorum, & iterū quoniam ipsæ[o] [non descendunt in primis nisi inde,] quoniam ipsæ assumunt sanguinem illic, quare existimatur, quòd illæ oriantur illinc. Quod si consideraueris amplitudinem foraminis, faciet te existimare, quòd radix sit ex hepate. et si consideraueris conuersionem ad sanguineitatem,faciet te existimare,quòd radix sit ex secundina. Verum cōsideratio prima est consideratio foraminis & meatus.Conuersiones uerò[p] [sunt sicut instrumenta superficierum comprehendentium] foramen.& similiter arteriæ aggregant ad[q] † [ ] arterias. et si acceperit principium ex secundina, inuenies eas penetrantes ex umbilico ad[r] [arterias magnas,quæ sunt super dorsum, sustentariæ super vesicam,ipsę enim sunt membra propinquiora,ad quæ possibile est,ut ipsæ ligentur illic, cum quibus sunt ligatæ panniculis laxis. Deinde sunt, penetrantes in arterias sempiternas,quę non aperiuntur] in animali vsque in finem uitæ. Hæc est ergo manifestatio sermonis medicorum. In ueritate uerò[s] † [

] sunt duo rami,quorum origo uera est ex[t] [arterijs,] & secundum considerationem prædictam, et dicunt medici, quod non conuenit eis ambabus, vt unirentur[u] [aut] extenderentur ad cor, propter, longitudinem spatij &[x] [intentionem separantium.] et propterea quòd appropinquat spatium[y] [ ] ambarum eis,quibus continuantur, non indiguerunt unitione.et dicūt.ꝙ'[z] [propterea quod arterię] & uenę penetrātes ex corde[a] [& pulmone] in illa hora non conferunt iuuamentum magnum in anhelitu, conuersum est earum iuuamentum ad nutrimentum, quare factus est vni earum ad aliam meatus, qui oppilatur apud partū.[b] [Pulmo enim non est nisi] rubeus in embryone, quoniam non respirat illic:imò[c] † [ ] nutritur sanguine rubeo subtili, & non albificat ipsum nisi permistio aereitatis,& dicunt medici,quod panniculus inuolutus creatur ex spermate mulieris, quod est parum & minus spermate viri,quare nō fuit possibile,vt esset[d] [amplius.] Factus est ergo longus,vt continuaretur fœtus cum inferiore parte matricis.&[e] [coarctatus est ab humiditatib. omnibus : quare non est excusatio, quin penetret ad sudorem] effusorium amplum. & hoc est ex dictis eorum[f] [non in suo loco.] & quū ad cor fœtus antecedit complexio masculina,[g] † [ ] fluit in omnia membra, &[h] [est] quum masculinitate sua assimilatur patri suo,& quandoque est causa masculinitatis præter complexionem patris sui: imo est[i] [uacuitas] matricis, aut ex complexione spermati accidente proprie, quapropter non oportet, ut cum ipse assimilatur patri in hoc quod est masculus,quod sit ei similis in reliquis mēbris;imo quandoque assimilatur matri,& assimilatio quidem indiuidualis sequitur figurā, & masculinitas non sequitur figuram, imo cō plexionem; & quandoque accidit cordi soli quasi complexio patris, quæ spargitur in membra, ex parte autem præparationis figuralis est receptio materiei in extremitatibus decliuis ad figuram matris,& quandoque est informatiua potens ad hoc,vt dominetur spermati, & figuret ipsum ex parte lineationis cum figura[k] [prima,] sed deficit ex parte complexionis ut faciat ipsum similem ei in complexione. Et dixerunt quidam sapientum, & non sunt elongati a iudicio possibilitatis, quod de causis assimilationis, est illud,quod exemplificatur, quum est dispositio conceptionis in mente mulieris,aut uiri ex forma humana exemplificatione firma. Causa autem in staturis, quandoque est

a † B. partus:
b B. pulsatiles peruenīētes ad duas venas, & uenę quietæ ipsarū peruenientes ad duas venas.
c B. seu anefes.
d † B. in substētādo vel in sublevando ipsum embryonem.
e B. grauet.
f B. cuté ipsius.
g B. sibi deputatus cōstringens & aperiens ipsū meatum.
h B. vtendi huiusmodi meatu & operandi lacerti ipsius est post horam partus.
i B. positū quidem fuit vrinæ colligens proprium.
k B. substērant venæ secūdinæ, & secūdina quidem habet.
l — B.
m B. ex vmbilico ad secundinam.
n B. in.
o B. rubificantur primo illic.
p B. cōplentur uel fiunt a superficie continente.
q † B. duas.
r B. arteriā magnā,quæ est super dorsum, quidem duæ arterię substērantur super vesicā, quā ipsa est mēbrū propinquius ad quod possibile est, ut ipse ligentur illic ad ligatæ cū pāniculis conseruantib. deinde penetrant in arteriā habētem motū continuum qui nunquā deficit.
s † B. ipsæ duæ venæ.
t B. arteria.
u B. ex.
x B. obuiationé impedientium.
y † B. transitus.
z B. arteria, &.
a B. ad pulmonem.
b B. & ꝙ pulmo nō est quidem.
c † B. quare.
d B. Alia litera amplior.
e B. strictus per cōparationē ad humiditates oēs quare non fuit excusatio quin sudori fiat sing lare.
f B. medicorū absque ratione.
g † B. tunc ipsa.
h B. ipse fœtus.
i B. dispositio.
k B. patris.

est diminutio, quæ est in ipsis propter materiã paruam in primis, aut propter paruitatem nutrimenti apud creationem: aut propter paruitatem matricis: quare non inuenit fœtus dilatationem in ea, sicut accidit fructib. qui ponuntur in formis [l] † [ ] quum sunt adhuc immaturi, quare non fit additio super eos. Et causa quidem in geminis est multitudo [m] [spermatis,] ita vt non spargatur ad duos uentres matricis sparsione replente [n] [totum] secũdum singularitatem, & quandoque accidit propter diuersitatem expulsionis duarum eiectionum, quando peruenit illi diuersitati, motus matricis in attractione: nam matrici apud attractionem accidunt motus sequentes sicut illi, qui deglutit buccellã post buccellam, & sicut respirat piscis emittendo respirationem: quoniam [o] [expelluntur ex eo ad profundum matricis impulsiones.] Et est vnaquęque impulsio cum attractione spermatis deforis [p] [ĩquisitio matricis ad aggregãdum] inter duo spermata. Et illud est res, quam sentit ille, qui ex coeuntibus sollicitus est. Et sciunt illud iterum ipsæmet, & illæ impulsiones, & attractiones singulares nõ sunt puræ, imò sunt [q] [tremulæ,] quasi vnaquæque earum sit composita ex motib. sed ipsę non complentur, nisi apud numerum [r] [titillationum:] imò sentitur post omnem summam [s] [titillationum] quies quędam. Deinde redit ĩ quiete simili ei, quę est inter eiectiones, quum virga eiecit sperma, & fit omnis vicissitudo secunda debilioris virtutis & minoris numerationis [t] [titillationum,] & fortasse sunt vices vltra tres aut quatuor, & propter illud multiplicatur delectatio ipsarum. Ipsę enim delectãtur ex motu spermatis, quod est in eis, & delectantur ex motu spermatis viri in ore matricis earum, descendendo ad ventrem matricis: imò delectantur propter ipsum motum, qui accidit matrici, & non verificatur sermo dicentis, quod earum delectatio, & complementum non stant, nisi secundum descensionem spermatis viri, [u] [ac si uir non emitteret sperma,] non delectarentur ipsę suiipsius spermatis emissione, & quod si vir emittit sperma, & matrici earum non accidant motus isti, & non quiescant ex eis, tunc ipsæ [x] † [ ] inueniunt delectationem [y] † [ ] a delectatione parua, cui similis est etiam viris ante motum spermatis ipsorum, similis [z] [fricationi] & commotioni, quæ fit in emissione [a] [humoris, qui non est sperma.] Neque sermo dicẽtis, quòd, quum sperma viri super matricem funditur extinguit eius caliditatem, & sedat ipsius inflammationem, sicut aqua frigida, quæ effunditur super aquam calidam bullientem. Hoc enim non fit nisi secundum modum, quẽ diximus, quum ipsæ emittunt sperma, & deglutiunt sperma uiri, quum descẽdit. In alia enim hora non fit [b] [virtus,] de qua sit curandum, & quandoque conuenit proiectio [c] [uirgæ eius effusioni clepsydromi,] quare permiscentur ambo, & sequuntur illam proiectiones similes illi vice vna post aliam, quare impregnatur mulier ex ventribus numero pluribus, quum vnaquęque permistio separata sit per seipsam. & quandoque sunt permistiones utrorũque sper-

l † B. seu in loco angusto.
m B. ponderis.
n B. quęlibet ipsorum ventriũ.
o B. ipsa etiam expellit sperma suum ad fundũ matricis cũ impulsionibus pluribus.
p B. cũ qua attractióe matrix desiderat aggregationem.
q B. cum motu iectigatiuo.
r B. iectigationum.
s B. iectigationum.
t B. iectigationum.
u B. quãdo non descendat sperma viri.
x † B. non.
y † B. aliam.
z B. tirillationi.
a B. alguadi.
b B. vehemẽtia delectationis.
c B. spermatis masculi cũ effusione spermatis mulieris.

matum simul: deinde abscinduntur, aut abscinditur vnum antecedens causa ventositatis aut [d] [titillationis,] aut alterius ei ex causis separantibus: quare distinguitur vnumquodque secundum singularitatem suam. Et quandoque est illud post texturam panniculi, & fit multitudo [e] † [ ] in re vna, & hoc est ex eis, quę non complentur, neque consequuntur vitam. & quandoque est ante illud: & quę currũt hoc cursu. [f] [Simile igitur] ꝙ fit paruę utilitatis, & vtile quidem nõ est, nisi illud, quod cadit in radice distinctum, & sperma virile [g] † [ ] est adhuc non exuberans, neque implens matricem, neq; perueniens ad partes iiij. donec continuetur cum eo sperma mulieris ex duob. additamentis, quæ sunt duo cornua similia ossibus dactylorum. Et quum permiscentur, fit ebullitio prędicta, & creatur vesica, & panniculus primus, & suspenditur sperma totum tũc, cum [h] [duob. additamentis, quæ sunt duo cornua] & inuenit illic, quod alit ipsum dum permanet sperma, vsquequo sumat ex sanguine mẽstruo [i] † [ ] ex foraminibus, [k] † [ ] cum quibus continuatur panniculus generatus. & secundum Gal. quidem iste panniculus est, sicut linimentum, quod creat sperma mulieris, quum ipsum effunditur illud, ubi effunditur ad ipsum sperma uiri, & si non permiscetur cũ eo tunc [l] † [ ] discernitur apud permistionem. Et [m] [mulier quidem, et mulier suscipiunt] sperma super sperma, & delectantur ambæ simul. Partus uerò non fit, nisi quum fœtui non sufficit, quod ei mittit secundina ex sanguine, & quod peruenit ad ipsum de attractione aeris, quum membra eius iam completa sunt. Mouetur ergo tunc apud septimum ad exeundum, quum in eo completur virtus. Et quum deficit, aduenit ei debilitas quædam, & non [n] [salit] ad ipsum cum ea uirtus vsq; ad nonũ. Quòd si egrediatur in octauo, egreditur, & est debilis [o] [& non exprimitur] a uirtute faciente nasci: imò ex causa alia [p] † [exprimente] lædente [q] † [ ] debili. & egressio quidem fętus non completur, nisi per scissionem pãniculorum humidorum, & effusionem humiditatum eorum, & facientium ipsum lubricari, & quandoque cõuertitur super caput suum in partu naturali, vt sit facilioris separationis. Partus verò sup pedes vtrosque est, propter debilitatem eius, qui nascitur. Non enim potest [r] [conuerti,] & est timorosum. Non enim [s] [vtile est] secũdum plurimum, & fœtus quidem ante motum suum ad exitum est sustentatus cum facie sua super pedes suos plantis manuum superpositis genibus suis, & naso ipsius inter ambo genua, et oculis super ea ambo, & colligit ea ambo ad anteriorem partem sui, et est [t] [positum] collũ eius & facies ipsius ad dorsum matris eius defendendo cor, & hęc quidem [u] [præparatio] cõuenientior est ad conuersionem faciendam, licèt quidam dixerunt quòd faciei [x] [mulieris præparatio] est secundum contrarium huius [y] [pręparationis,] & hoc non est nisi masculi: & adiuuant ad conuersionem grauitas superiorum fœtus, & magnitudo capitis eius propriè. Et quando separatur, aperitur matrix apertione tali,

d B. iectigationis.
e † B. embryonum.
f B. verisimile est.
g † B. solum.
h B. additamentis orificiorũ venarũ in pãniculo secundinæ.
i † B. p vmbilicum quantitaté sibi sufficienté.
k † B. venarum.
l † B. tamen.
m B. qñq; recipit mulier, & equa.
n B. redit.
o B. tũc nõ stimulatur ad egressionem.
p B. stimulante ad egressioné.
q † B. non.
r B. se conuerti.
s B. viuit.
t B. inclinatum. Alia litera quiescens super calcanea ipsius.
u B. situatio.
x B. fœtus fœminei situatio.
y B. situationis.

tali, cuius similem efficere non valet in [z] [suo simili.] & necessarium est vt separentur quædã iuncturę, & sustententur adiutorio dei excelsi [a] [post]illud, [b] [& propter illud redeũt]in proximo ad cõtinuationem naturalem, & est operatio illa de operationib. fortibus naturalib. & [c] [formatiua quidem appropriata est, vt continuet ad creationem, vt sit prępatata non cessans comprehendere] cum augmento fœtus, quæ non comprehenditur, & hoc est de secretis dei. Sit ergo deus exaltatus, qui est rex verax, laudabilis, & benedictus, & melior omnium factorum. Comprehẽsio igitur huius est, quod causa partus fœtus naturalis est, quod ipse indiget aere plurimo, & cibo plurimo [d] [& cũ] expergiscuntur uirtutes animę eius quęrentes latitudinem spatiositatis, & attractionem aeris copiosam, & cibum abundantem & [e] [fugiens] a strictura, & a penuria attractionis aeris copiosi, & paucitate cibi. Quum ergo nascitur, [f] [nondum comprehensi sunt in eo,] somnus & expergefactio, quum ergo [g] [adueniunt ei,] ridet post xl. dies.

z B. in alia hora.
a B. præparante ad.
b B. deinde reuertente eas.
c B. & virtuti formatiuæ appropriatur impressio, & virt⁹ cõtinua, vel prouenient ex creatore ad ea, quæ sunt præparatã nõ desinens adesse.
d B. quum.
e B. ad fugiendum.
f B. fœtus non apprehẽduntur ab eo.
g B. apprehenduntur ab eo.

ANNOTATIONES.

Quomodo ex proiecto in uterum semine fœtus concrescat, pulcherrime in libro de natura pueri scribitur, libro sanè aureo, & perquam eleganti: repetit author noster hoc loco, & 15. de natura animal. Agit de eadem re Arist. 2. de gen. ani. & 7. de hist. ani. & Galenus lib. de semine. Est tamen hic difficilis admodum controuersia de semine ex quo embryo. an id fœtus pars sit, aut non pars, sed solummodo principium. Sanè triplex de hac re opinio esse uidetur. Alij semen fœtus partem fieri plane negant. Alij planè asserunt. Alij partem quidem esse fœtus admittunt, sed partem formæ, nõ partem materiæ. Prioris sectæ author fuit Aris. 2. de gener. ani. ubi corpus ait genituræ dissolui, uersumq; in spiritum euanescere, quum naturam humidã, aquosamq; habeat. Alteram opinionem sectatur Gal. 1. de semine, ubi & Aristotelem insectatur. Postrema Auicennæ sententia est, qui semen uel calorem esse innatum, uel uerti in calorem naturalem in fœtu ipso existimat, ut illi Auerr. ascribit 2. de gen. anim. Videturq; id in libris de natura anim. scribi. quum hic id solum author noster asserat, ex semine membra fieri. Cæterum quidquid sentiendum de hac re sit. Refutat certe Auerrhoes posteriora utraq; placita, et Aristotelem tuetur. Disserit præterea incidenter Auicennas, quud nam primo loco nostri corporis membrum gignatur. de qua re multiplex opinio est, quũ Hipp. cerebrum: Aris. cor: Gal. iecur primo loco nasci existimet. Sed & de hac re alias. Tu quod reliquum in hoc capite est, pete ex Hipp. lib. de natura pueri, & ex lib. de anato. uiuorum, qui Galeno ascribitur. Sed hic alia rursum rixa innuitur, quæ inter magnos est uiros, quum ait [Et quum ad cor fœtus &c.] Nempe quæstio est, quib. nam de causis nati uel parentib. uel alijs similes sint. de qua sanè re Hipp. lib. de natura pueri. Arist. 4. de generat. anim. et 7. de hist. anim. et Auerrhoes ibidem. nec non et Gal. 2. de semine. Sed pulchre eadem de re Fernelius agit, 7. physiologiæ. Alia rursum qõ quum ait author, [Mouetur ergo tunc ad septimum ad exeundum.] Quæritur cur nam septimestris partus uiuat, octimestris intereat. De hac re habes duos Hippocrati ascriptos libellos, unum de septimestri, de octimestri fœtu alterum. Habes & ex Arist. 7. de hist. anim. & Auerrhoe de generat. animal. atque authore in sequentibus. Disserunt tamen eadem de re alia ratione Astrologi.

Cap 1. cap. 3. cap. 4. cap 3. cap. 16. & 17. cap. 3. cap. 6. cap. 5. cap. 12. cap. 4. cap. 4.

De ægritudinibus matricis. Cap. 3.

Accidunt matrici omnes ægritudines complexionales, & instrumentales, & communes, & accidunt ei ęgritudines impregnationis sicut ut non imprégnetur, aut ut imprégnetur, & abortum faciat, & ut impregnetur & non faciat abortum, immo fiat difficilis, & [a] [separetur] & moriatur in ea fœtus, & accidunt ei ægritudines menstruæ, ita ut non emittat menstrua: aut emittat menstrua pauca, aut non in hora sua aut mala, aut ut superfluant menstrua eius. & fiunt ei ægritudines propriæ & ægritudines per communitatem, ita ut communicẽt ipsi membra alia, [b] [uel & fiunt ei ægritudines propriæ & ęgritudines per proprietatem, ita ut non communicent ipsa mẽbris alijs.] & quandoque fiunt ab ea ægritudines membrorum aliorum per communitatem, ita ut communicent ei alia membra, sicut fit in præfocatione matricis. [c] [Nam] quum multiplicantur ægritudines in matrice, debilitatur hepar, & pręparatur ad hoc, ut generetur ex eo hydropisis.

a B. sit adhærẽs firmum. Alia litera. adhærens, & firmum; ita ut non egrędiatur fœtus ex matrice, quare moritur in ea, & necessarium est extrahere ipsũ violenter cũ instrumentis. Alia litera. imo separatur cũ difficultate, aut nõ separatur.
b —— B.
c B. Et.

De significationibus complexionum matricis.

De significatione caliditatis. Cap. 4.

Caliditatem matricis significant communitas corporis, & paucitas mẽstruorum, & significat ipsam color menstruorum, & propriè quum sumitur pannus lineus, & supponitur in nocte, deinde exsiccatur in umbra, & consideratur an sit rubeus, an citrinus, & significat caliditatem & choleram, aut sanguinem, aut sit niger, & albus, et significat contrarium illius. uerum niger cum fœtore putrido, significat caliditatem quandam, & qui est sine ipso, significat frigiditatem. Et quandoque significat caliditas ex doloribus in partibus hepatis, & [a] [uulneribus,] & ulceribus accidentibus in matrice, & exsiccatio labiorum mulieris, & multitudo pilorum, & tinctura aquæ secundum plurimum, & uelocitas pulsus.

a B. exituris.

De significatione frigiditatis. Cap. 5.

Retentio menstruorum, aut paucitas eorũ, aut subtilitas eorum, & ipsorum albedo, aut nigredo eorum uehemens, & prolongatio [a] [mundificationis,] & antecessio ciborũ grossorum, & frigidorum, & antecessio coitus plurimi, & stupor in superioribus matricis, & paucitas pilorum in pectine, & paruitas tincturæ aquæ & corruptio coloris eius.

a B. apparitionis eorum. Alia litera. temporis inter menstruationem, & menstruationẽ.

De signis humiditatis. Cap. 6.

Tenuitas menstrui, & multitudo cursus humiditatis, & abortus fœtus, quum magnificatur.

De signis siccitatis. Cap. 7.

Exsiccatio, & paucitas cursus.

ANNO-

ANNOTATIONES.

Petendæ uteri temperamentorum ſunt notæ ex iiſdem prorſus fontibus, a quibus & partium aliarum ſtatus dignoſcitur, ex actionibus affectibus corporis, excretis & retentis. Galenus particulatim de uteri temperiebus nihil ſcribit tamen pauca quædam Paulus lib. 3. & Aetius lib. 16.

Cap. 71. cap. 17. & 28.

De ſterilitate & difficultate imprægnationis.
Cap. 8.

Cauſa ſterilitatis, aut eſt in ſpermate uiri: aut in ſpermate mulieris: aut in membris matricis, aut in membris uirgę, & inſtrumentis ſpermatis: aut propter cauſam in principiis ſicut triſtitia, & timor,[a] [& tremor] & dolores capitis, & debilitas digeſtionis, & ſatietas nauſeatiua: aut propter errorem accidentem. Cauſa verò, quæ eſt in ſpermate, eſt ſicut malitia complexionis diuerſificantis virtutem generationis calidæ, aut frigidę, ſcilicet frigidæ ex frigore naturali aut frigore accidente b [lõgę retentionis ſparſo,] aut humiditas: aut ſiccitas. Et cauſa illius ſunt cibi non conuenientes, & acetoſa etiam. Ipſa enim ſunt in ſumma eorum, quæ infrigidant, & exſiccant. Et quandoque eſt cauſa, quæ eſt in ſpermate ſiccitas complexionis, non prohibens generationem, ſed quę facit ipſam difficilem, aut corrumpit illud, quod aduenit matrici de alimento infantis, & quandoque eſt cauſa in ſpermate, ut ſit ſperma uiri diuerſæ impreſſionis ei, quę eſt in ſperma te mulieris [c] [contrarium receptrici: aut communicantis ſuper unum duorum ordinum,] & non accidat inter ea ambo filius. Et ſi permutet unuſquiſque ſocium ſuum, non eſt dubiũ quin ſit ambobus filius. Et quandoque diuerſificantur duo ſpermata propter cauſam malitiæ complexionis in unoquoque eorum, quod cum alio non ęquatur, imò addit ei corruptionem.[d] [Nam] quum permutantur inuenit unumquodque amborum, quod æquat ipſum cum contrarietate, quare temperatur. Et de genere quidem ſpermatis, ex quo non fit generatio, eſt ſperma infantis, & patientis nauſeatiuã ſatietatem, & ebrij, & ſenis. Et ſperma eius, qui plurimum utitur coitu, & cuius corpus non eſt ſanum. Sperma. n. currit ex omnibus, membris, & eſt ex ſano ſanum, & ex infirmo infirmum ſecundum, quod dixit Hip. & iſtæ diſpoſitiones omnes inuentæ ſunt in utriſque ſpermatibus ſimul. Et dixerunt quidam, quòd de cauſis corruptionis ſpermatis uiri, eſt coire cũ illis, quę nondum ſunt magnæ, & hoc currit curſu proprietatum. Cauſa autẽ quę eſt in matrice, aut eſt malitia complexionis corrumpẽtis ſperma, cuius plurimum eſt frigus congelãs eam, ſicut accidit ex potu aquę frigidę mulieribus, per hoc quòd infrigidat, & ſimiliter uiris. & [e] [quandoque alterantur partes menſtrui, & ex eis, quæ conſtringunt ex poris menſtrui, quare non effunduntur menſtrua] ad fœtum. Et quandoque eſt cum materia. Et humiditates corrumpũt ſperma iterum, per commiſtionem ſuam cum eo: aut exſiccant, aut reſoluũt, aut humectant, lubricantes, quare debilitatur retentiua: & eſt plurimum: aut debilitantes uirtutem attrahentem ſperma, quare non attrahit ſperma cum fortitudine. aut propter conſtrictionem meatuum nutrimenti ex frigore, aut calore, aut ſiccitate. Et quandoque uincitur ex ſiccitate, ita ut ſimilentur coriis ſiccis, aut corrupens nutrimentum infantis, aut prohibens ipſum, f ab amplificatione propter adunationẽ g [oris] matricis uehementem, propter ſiccitatem, aut frigus, aut conſolidationem ulcerum, aut carnem additam h [ulceroſam, &] uerrucoſã: aut ſicut ſiccitas dominans ſecũdinæ, quare corrumpit meatus nutrimen. Aut accidit ſpermati in i [complexione] frigida & humida, quod accidit k [rori in terra rorata.] in complexione calida & ſicca, quod accidit l [in terra quando eſt madefactio, ſparſa;] aut propter abſciſſionẽ materiei, quę eſt ſanguis menſtruus, quum matrix deficit in attrahendo ipſum, & m [continuatione] eius: aut eſt propter declinationem in ea: aut propter conuerſionem, aut vehementiam adunationis oris matricis ante partum, propter oppilationem, aut propter duritiem, aut carnem additam verrucoſam, & non verrucoſam, aut conſolidationem vlcerum, & frigus conſtringens: & alia ex cauſis oppilationis, & ſiccitatem: quare non penetrat ad ipſum ſperma, aut debilitas adunationis poſt prę gnationem, quare non retinet ipſum: aut multitudo adipis lubrificantis. Et quandoque fit cum communitate corporis totius. Et quandoque eſt in matrice propriè, & zirbo, aut in matrice ſola. Et quando multiplicatur adeps ſuper zirbum, facit n † [ ] conſtrictionem ſuper ſperma, & educit ipſum expreſſione ſua, & operatio eius eſt huiuſmodi. Aut propter vehementiam extenuationis in corpore toto, aut in matrice. Aut nocumentum in matrice ex apoſtemate, & vlceribus, & hęmorrhoidibus, & additione carnea prohibente. Et quandoque eſt in ore eius res dura, ſicut o [virga prohibens introitum virgę, & ſpermatis: aut vlcera, quæ conſolidata ſunt, quare lenitur matrix, & conſtringũtur orificia uenarum emittentium p [ſperma:] aut aſperitas q [matricis.] Cauſa autem factæ in membris generationis, aut eſt debilitas vaſorum ſpermatis, aut corruptio accedẽs complexioni eorum, ſicut cui abſcinduntur venę auris poſterius, aut cuius perforatur veſica a lapide, quare communicat nocumentum membris generationis. Et quandoque abſciditur aliquid de r [numero eius] & facit incurrere debilitatem in ſ [membris] ſpermatis, & in uirtutibus eorum generatiuis ſpermatis, & eiicientibus ipſum. Et ſimiliter cuius t [abſcinduntur] teſticuli, aut emplaſtrãtur cum u [hyuſquiamo nig.] aut bibit ex camphora plurimum. Cauſa autem virgę facta, eſt ſicut ſi ſit breuis in creatione ſua, aut cauſa pinguedinis viri, quare aſſumit caro plurimum eius. x [ ] quare elongatur y [in matrice,] & non æquatur in ea uirga z [Et de eis eſt amplitudo oris matricis, & non æquatur in ea virga, aut ex eis ambobus ſimul,] aut propter tortuoſitatem eius aut propter abbreuiationẽ chordę; quare decli-

a B.

b B. Alia litera. et longa remanentia, & retentione. Alia litera. ex longa retentione faciẽte calidıtatem eua neſcere.

c B. Alia litera. diſpoſitio receptionis, aut cõi cante ſecũdum vnam duarum ſectarum.

d B. quare.

e B. per hoc, quod alterat partes ſanguinis menſtrui & per hoc quod cõſtringit foramina ſãguinis mẽſtrui, quare non effunditur ſanguis mẽſtruus.

f B. a peruentione.
g —— B.
h —— B.
i B. matrice.
k B. ſemini in terris humidis paludoſis.
l B. ſemini in terris in quibus eſt calx ſparſa, ſeu permiſta.
m B. applicatione.
n † B. compreſſionem, &.
o B. Alia litera. neruus.
p B. ſanguinem menſtruum.
q B. in matrice.
r B. ex neruis eorum.
ſ B. vaſis.
t B. contuſi fuerint. Alia litera. ligantur.
u B. ſucharau.
x † B. aut ex pinguedine ipſius mulieris.
y B. ab ore matricis.
z B. Alia litera. ——

declinat virga ab opposito: quare non eiicit sperma ad guttur oris matricis. Causam verò in principiis iam numerauimus: necessariũ est enim vt sint membra digestionis, & membra spirituum fortia, ita vt fiat conceptio. Error autem accidens est cum spermatis fit emissio ante complementum aut post complementum. a [Ante complementum verò cum sperma emittitur] est, vt sint mulier & vir diuersi in tempore coitus. b † [ ] quare non cessat vnus eorum antecedere cum emissione spermatis. Si ergo fuerit antecessio viri, dimittat eam, & non emittat sperma. Et si fuerit antecessio mulieris, emittet vir postquam emiserit, c † [ ] & expelletur in os matricis d [propter motus attractionis spermatis, quòd se aperit ei] apertione vna post aliam cum attractione e [vehementis sensus.] quod sentitur, quum f † [ ] ipsum emittitur. Et non fit illud quum ipsum emittitur, nisi aut propter attractionem aquæ viri cum eo, quod currit ex ea ex vasis spermatis eius intrinsecis in matrice, effusum ad interiora eius apud quosdam, aut propter attractionem, g [eius, quod tangit ipsum,] si verum est, quod dicunt quidam alii. s. quòd sperma eius, quamuis generetur intra ipsam, tamen effunditur ad exteriora oris matricis: deinde deglutit ipsum os matricis, h [vt fit] motus eius ad attrahendum sperma suiipsius deforis, i [quare recipit ipsum quum mouetur sperma eius] quare attrahit cum hoc sperma viri. Non enim appropriatur illud emissioni spermatis viri. Error vero accidens post complementum, est sicut motus laboriosus ex saltu, aut obuiatione, quæ fit cum casu, & velocitas eleuationis post emissionem spermatis, & similia illis post conceptionem, quare lubricatur: aut sicut timor accidẽs, aut aliquid ex reliquis causis abortus, quas dicemus in suo capitulo. Inquit Hip. non est vir omnino frigidior muliere. s. in complexione membrorum suorum principalium, & complexione sua prima, & complexione sui spermatis sani, nisi accidat ex complexione accidente. Et scias, quòd mulier, quę parit, & imprægnatur, minus infirma est, quàm sterilis: veruntamen est debilioris corporis, quam ipsa, & velocius fit anus. Sterilis verò est plurimum ægritudinum, & tardatur eius senectus, & est quasi iuuenis in plurimo suæ ætatis.

a B. Alia litera. apud emissionẽ verò spermatis.
b † B. & emissiõis spermatis.
c † B mulier.
d B. Alia litera. ex motibus, & attractionib. spermatis ad quod attrahẽdum os ipsum matricis se aperit.
e B vehementi
f † B. sperma.
g B. aquæ vel. spermatis sui ipsius.
h B. & fit.
i B. stimulãs ipsum apud motũ spermatis.

ANNOTATIONES.

De sterilitatis naturalis causis, siue id ob marium, siue ob mulierum vitium acciderit, scribit Hipp. 5. aph. Scribuntur & de ea, quæ naturalis non est, plura in lib. de natura muliebri, & lib. de sterilib. Agit Arist. 2. de generat. animal. Hic Auic. absoluere omnia videtur. Vnum tamen ad capitis calcem scribit, iis verbis, [Inquit Hippocrates, non est uir &c.] de quo etiam inter antiquos fuit controuersia. quum aliqui fœminas, alij mares calidiores putarent Hippocrates, (si modo is Hipprocatis est liber) 1. de morb. muliebribus calidiores fœminas putat. Arist. tamen. 4. de gener. animal. eos damnat, qui ita sentiunt, cui astipulatur author librorũ de diæta, libro 1. Author noster quàuis Hippocratis sententiam afferat, non tamen eam uel probat, uel improbat. Nobis alibi de hac re dictum est.

Aph. 62. & 63.
Cap. 5.
Cap. 1.

De signis sterilitatis. Cap. 9.

IN signis sterilitatis ex quocunque duorum spermatum sit, dicuntur res, quarum a [falsatio] non verificatur, neque in eis aliquid iudicatur, sicut est illud, quod dixerunt, quòd oportet vt experiatur duo spermata, & proiiciatur super aquam, & quodcũque illorum natat in aqua, tunc ex parte illius est defectus. Et dixerunt. fundantur duę vrinę super b [lactucam,] & ex illo est defectus, cuius vrina exsiccauerit eam. Et hoc dixerunt, vt sumãtur septem grana tritici, & septem grana hordei, & septem fabę, & ponantur in vase testeo, & mingat super ea vnus amborum, & dimittantur septem diebus, tunc si grana nascuntur non est sterilitas ex parte eius. Et dixerunt, quod est longinquius hoc iterum. Et melius est illud, quod dixerunt in experientia mulieris scilicet, quòd oportet, vt suffumigentur matrix mulieris in traiectorio cum suffumigatione aromatica, tunc si penetrat odor vsque ad os, & nares eius, causa non est ex ea, & si nõ penetrat, tunc illic sũt c [per oppilatio, & humores mali prohibentes ambulare] odorem suffumigationis, & aromaticitatis. Et dixerunt, supponatur allium, & consideret, an inueniat odorem, & saporem ipsius desuper. Et plurima significatio huius est ad sciẽdum, an sit in ea oppilatio, an nõ. Quod si est in ea oppilatio, tunc est signum sterilitatis: & si non est in ea d [sterilitas,] tunc non est longinquum, quin sterilitati sint causæ alię. & ad imprægnationem prohibentia alia. Et omnis mulier, quæ mundificatur, & remanet os matricis eius humidum, est lubricãs. Signa autem spermatis e [ex vasis suis] in complexione sua, sunt quoniam cognoscuntur sicut sciuisti, caliditas & frigiditas eius, & f [ipso] & sensibilitate mulieris cum suo tactu, & ex spissitudine & subtilitate eius, & ex dispositione pilorum pectinis, & ex colore eius, & odore ipsius, & ex velocitate pulsus, & tarditate ipsius, & ex tinctura vrinę, & paruitate tincturæ ipsius, & ex cõmunitate corporis. Humiditas verò, & siccitas cognoscuntur, paruitate cum grossitie, & multitudine cũ subtilitate. Et sperma quidem sanum. est album, viscosum, splendidum, super quod cadunt muscæ, & comedunt de eo. Et odor eius est odor florum palmę, & sambaci. Signa verò menstruæ & membrorum eius in complexione sua sunt, quoniã significatur sicut sciuisti: aut ex caliditate & frigiditate ex tactu, & ex colore g [menstruę, scilicet si est ad citrinitatem decliuis,] aut nigredinem, aut turbiditatem. h † [ ] Et ex dispositionibus pilorum pectinis, & significatur humiditas & siccitas ex multitudine cũ subtilitate, i [& paruitate cum grossitie.] Et ex essentia oculorum a postemosorum tenebrosorum. oculus enim significat super matricem apud Hippo. & ex paruitate cum grossitie. Et quæcunque mulier mundificatur, & non exsiccatur os matricis eius, imò est humidum, non imprægnatur. Pinguedo autem, & extenuatio, & adeps, & breuitas virgæ, & tortuositas eius, & bre-

a B. veritas.
b B. radicem lactucæ.
c B. aut eorum pentes.
d B. oppilatio.
e B. & membrorum eius.
f B. spermate eius.
g B. menstruorum si sint ad citrinitatẽ decliuis.
h † B. aut albedinem.
i — B.

& breuitas chordę, & conuersio matricis, & dispositio duarum emissionum spermatis, sunt res, quæ cognoscuntur experimento.[k] † [ ] Et uulua cum zirbo multi adipis est stricti introitus, longinqua, breuium cornuum, eminentium ventrium.[l] [Et mouetur] apud omnem motum, & lęditur quolibet odore. Et [m] [significat cursum matricis.] quoniam sentitur intra vuluam. Quòd si non fuerit os matricis oppositum, tunc est decliue. Et illa, cuius est matrix habens declinationem, & conuersionem, sentit dolorem apud coitũ.

k † B. & relatione patientis.

l B. & difficultat anhelitum.

m B. significatur declinatio matricis.

ANNOTATIONES.

Aphor. 59.

Habes de sterilitatis indicijs ex Hippocrate nonnulla 5. aph. si mulier, ait, non concipit, scire autem uelis si conceptura, sit pannis circum tectam inferne suffias, & si odor videatur per corpus ire ad nares & os, scito quòd ipsa non ex se ipsa sterilis est. Alia scribuntur etiam in lib. de morbis mulieor. itemque lib. de sterilibus, & ab Arist. 2. de gener. animal. Vide & Actium lib. 16.

cap. 5. cap. 7.

De regimine & cura. Cap. 10.

Regimen huius capituli diuiditur in duos modos; quorum vnus est ad impręgnationem, & subtiliationem in ea, & secundus est ad curationes causarũ prohibentium impręgnationem. Sterilis autem, & vir non generans ex creatione, & inconueniens suo socio in complexione: indigẽs permutari, & breuitas instrumenti, medicationem non habet. Et similiter eius, cuius orificia menstruæ oppilata sunt ex vlceribus [a] [quę consolidata sunt, quare lenificata est,] & eius cuius parem necesse est permutare, curatio non pendet ex medicina. Reliquæ verò ab illis regimen habẽt. Primi uero modi distinctio est, quod oportet vt eligatur conuenientior horarũ coitus, & iã diximus eã. & de eis eligatur conuenientior, vt sit in fine menstruæ, & in hora simili horę, in qua oportet vt in ea coitus fiat, propter illud, quod diximus, & oportet ut prolongetur dimissio coitus, tanta prolongatione, ne proueniat, vt corrumpat ea ambo spermata frigus. Si verò accidat illud, vtantur coitu secundum modum, qui est ad non impręgnãdum. Deinde dimittant ipsum tandiu, φ sciatur φ sperma bonũ iam aggregatũ sit, & cõsideretur de eis, vt sit illud in prima hora mundificationis eius: Et similiter in omni [b] [permutatione alia vice.] Amplius prolongent ludum, & propriè cum mulieribus, quarum complexiones non sunt malæ. Tãgat ergo uir eius mamillas cũ facilitate, & tangat pectinem eius, & obuiet ei non permiscendo se ei permistione vera. Quumque desiderat, & affectat, permisceatur ei fricando de ea, quod est inter [c] [anum eius desuper & vuluam.] Ille enim locus est locus delectationis eius. Consideret ergo in ea horam, in qua fortis fit in ipsa adhærentia, & incipiunt oculi eius mutari in rubedinem, & eius anhelitus eleuari, & verba eius balbutire: & tunc mittat illic sperma oppositum ori matricis, dilatando locum eius illic parumper, scilicet tanta quantitate, ne consequatur ipsum impressio aeris exterioris omnino. ipse enim in dispositione corrumpit ipsũ, & non est conueniens ad generationem. [d] [Et scias, quòd quando [e] † [ ] mittitur sperma in [f] [hora sua parum, imò est in præparatione sua inseparabile oppositi, fortasse tunc] perditur sperma: immo oportet vt recipiat os matricis cũ eiectione quadam, & non [g] [stringat in uirga exitum, imò] adhęreat ei hora, quum iam permiscetur post illud permistione, quæ est vehementioris [h] [perscrutationis,] donec videat, quòd [i] [nodi] oris matricis, & [k] [anhelitus] eius iam quiescũt ex toto, & post illud † [ ] parum ipsa iacente eleuatis coxis.[m] [& demerso dorso,] deinde surgat ab ea, & dimittat eam sic [n] [horula una cum strictis pedibus, & retẽto anhelitu,] Et si dormierit post illud, erit melius ad conceptionem, Et si [o] [fiat odoramentum super eam, quod naribus attrahatur, cum suffumigationibus conuenientibus huic rei,] est illud conuenientius, & suppositoria, & propriè de gummis, quæ non sunt uehementis caliditatis, sicut bdellium, & quæ sunt similia illi, supposita ante illud,[p] † [ ] & de illis, quę sunt mirabilia, est, ut sit mulier suffumigata sub matrice cum aromaticis calidis, & nõ odoret ea desuper: deinde sumat cannam longam, & ponat unã duarum extremitatum in [q] [aquã calidam,] & aliã in ore matricis, quantitate qua perueniet caliditas eius ad matricẽ, ad uentu tolerabili, & dormiat super illã [r] [præparationem:] aut sedeat usq; ad horam, qua põt super eam, deinde coeat. Modus verò alius est, quoniam, si causa est propter calorem [s] [humorum calidorum] euacua eos, & ęqua complexionem cum cibis, & potibus notis, & administra super matricem cerataria æqualis caliditatis ex succis, et mucilaginibus, & oleis frigidis. et si fuerit causa frigiditatis & humiditatis, curetur cum eis, quæ dicemus post, & est illa, quæ fit secundum plurimum. Et si fuerit causa ipsa remotio oris matricis, curetur cura remotionis cum uentosis prædictis in capitulo suo & phlebotomia saphenæ ex parte, qua oportet, secundum quod dictum est. Et si fuerit causa multitudo adipis, & administretur exercitium, & subtiliatio cibi, & dimittat balneationem humidam, nisi cum aquis thermarum, & utatur euacuatione cum phlebotomia, & clysteribus calidis, & exsiccatiuis calefacientibus, sicut est theriaca, & theodoricon, & oportet ut dimittat uinum subtile album, & utatur forti, rubeo, puro, pauco. et ex [t] [unctionibus] bonis ad eas est,[u] [mel album, & oleum de lilio.] [x] † [ ] & si causa fuerit uentositas prohibens a bonitate firmationis spermatis curetur cum eis, quæ sunt sicut diacyminum, & bibat anisum, & semen apii, & præcipue semẽ rutę in aqua radicis: & pessaria facta ex eis, & ex resoluentibus uentositatem, sunt sicut castoreum, & semen rutæ, & semen agnicasti, & si causa fuerit uehemẽtia siccitatis, administrẽtur super eam clysteria humectantia, & suppositoria de adipibus lenibus, & detur ĩ potu lac, & proprie lac caprinum, & alefidabegi [y] [humectantia,] & supponantur adipes lenientes. & si fuerit causa strictura oris matricis, oportet

a B. Alia litera. quare repleta sũt, & oppilata.

b B. corpore & muliere.

c B. labia eius desuper.

d B. Alia litera. Et scias, φ qñ nõ mittitur sperma ĩ spacio paruo, & virga non est adhærens parietib⁹ receptricis, vel secundũ aliam literã. nõ est adhærens orificio, seu ori receptricis, qñque perdit̃ sperma, imo oportet, ut ipsa inhæreat ori matricis cum eiectione quadam, & non reiteretur extractio, & intromissio virgæ, imo ipsa per horam ei adhæreat, quum iam ipsa fuerit apud illam permistionem, quę est vehementioris conatus, & diligẽtiæ, donec uideat φ os matricis sit apertũ, & dilatatio & constrictio eius iã quieuerit ex toto, & post illud extrahatur uirga ipsa muliere remanente cũ coxis suis ad se inuicem aliqualiter distantibus & duab. anchis eleuatione dorso suo inferius declinante.

e † B. non.

f B. concauitate parua imò est uirga adhærens lateri uuluæ qñque.

g B. stringatur vulua super uirgam deinde.

h B. introitus.

i B. apertio.

k B. dilatatio, & constrictio.

l † B. expectet.

m —— B.

n B. p aliquod tempus coadunando extremitates pedum suorum ad se inuicem & retinendo anhelitum.

o B. præcesserit administratio suffumigationũ sup ipsam huic rei conuenientium.

p † B. conferũt.

q B. in cinere calido.

r B. figuram.

s B. Alia litera. & humores calidos.

t B. Alia litera. pessarijs.

u B. almadi id est mel rubeum

x † & myrrha.

y B. pinguia.

ret ut administretur in ea semper radius de stā no,& ingrossetur gradatim, & inungatur cum unguentis lenificatiuis, & multum utatur balneo,& confert ei comestio caulium:& administrentur apium,& cyminum,& anisum,& similia.et plurimum quidem causarum prohibentium impregnationem receptibilem curationis est frigus & humiditas. et plurimum medicinarum facientium impregnare. z [est.ex parte quasi succurrendi]ei,& non est excusatio euacuationum humiditatis, a † [ ] cum hieris, & suppositoriis, & clysteriis,& ex eis, quę bibūtur, sunt confectiones calidæ,sicut mithridatū,& theriaca, & theodoricon & medicamē alkekengi,et de eis quæ bibūtur habentes proprietates,est vt in potu detur mulieri urina elephātis.est enim mirabilis in imprægnatione,& fiat illud quum proximus est coitus,& quum coitu, Et iterum bibat serraturam eboris, quoniā est præsentis iuuamenti,& semen siseleos est bonum,& expertum,& de eo quidem datur in potu pecudibus fœminis,ut multiplicetur generatio.Et de b [pessariis est illud quod] fit ex oleo balsami, & oleo de ben,& oleo de lilio,& pessaria de c [nata nigra.] Et iterum adeps anseris in lana, & ex ungulis aromaticis, & muscho,& spica,& cyperis,& d [anetho,& origano,& e [uenuca,]& hyssopo,& bdellio,& testiculis uulpis. Et darsi sahan est mirabilis,& nux cupressi,& baccæ lauri,& gallia,& amomum,& folium, & cordumeni, & ex omni calefactiuo styptico,& ꝓprie f † [ ]& suppositorio coagulorū, & proprie coaguli leporis cum g [oleo] post mundificationem,adiuuat ad imprægnandū, aut cum oleo violaceo, et similiter suppositio stercoris eius,& suppositio fellis gazel masculi secundum quod dicitur,& proprie si ponatur cum oleo aliquid de testiculis uulpis. h † [ ] Et similiter suppositio fimi eius,et suppositio fellis adib.et leporis, et leōis. pondere tertię.drach.j.Collyrium bonum:spica,et crocus,et mastix,et myrrha, et i [gallia] et castoreū cum oleo nardino.Et iterum sumātur myrrhę.drach.iiij.et ireos,et fimi k [adib.] amborum an. drach.ii.præparetur ex eis pessarium simile glandi, et supponatur, et iteretur in omnibus tribus diebus.Et iterum mel colatū et serapinum,et bdellium et oleum de lilio.Pessarium bonum croci,amomi,spicę, meliloti, omniū an.drach.iii.et media.& folii, et cordumeni,amborum an.unc.j.adipis anseris, et uitelli ouorum amborum an. unc.ii.olei nardini unc.s.supponatur post ablutionem in lana cœlesti tribus diebus,renouando omni die.Et iterum sumantur allia sicca,et humida,et effundatur super ipsa quantum ipsa sunt de oleo l [ros. aut] sisamino, et decoquantur donec in decoctione dissoluantur,et recedat aquositas ex eis: et supponatur cū lana:est enim mirabile bonū. Et quandoque indigetur ante vsum pessariorum clysteribus cum re aliqua, in qua si uirtus pulpę coloquintidę,quare educunt humiditates.aut supponatur in uulua sua, quod est sicut gumma m [arboris masticis,] & educet ex ea humiditates. Et ex suffumigationib. sunt troc. facti ex myrrha, & storace, & baccis lauri, &

z B.tendunt ad succurrendum.
a † B. si fuerit humiditas.
b B. vnctionib' est illa quæ.
c B. nasta. Alia litera. costo nigro.
d B. Alia litera alumine.
e B. cypero,& ammeos.
f † B. ad lubricitatem.
g B. butyro.
h † B. cum melle.
i B. muschus.
k B. leporis.
l B. Alia litera. ——
m B. alchanchar.

fiat ex eis suffumigatio omni die. Et iterū nux cupressi,& arsenicum rubeum,conficiantur cū storace liquida.& fiat suffumigatio cum eis in traiectorio post mundificationem, tribus diebus continuis. Et similiter myrrha, & storax liquida,& galbanū,& baccæ lauri, & nigella iterum,& bdellium,& hyssopus.

ANNOTATIONES.

Sterilitas,si a natura sit,incurabile uitium esse ait, Hippocrates lib.de sterilib. non tamen si accidentaria. Habes de huius curatione plura in lib.de morb.muliebr.& lib.de sterilib. Agit de eadem re & Paulus lib.3. cap 74.

De signis imprægnationis,& iudicijs eius. Cap. 11.

Significat ipsam illud,quod antecessit de cōuenientia duarum emissionum spermatis.et dispositio quasi tepor succedens coitui. & est caput uirgę quasi suctum, quum emittit sperma,& est quum egreditur ad siccitatem aliquā tulū decliue,& succedit ei uehemens adunatio oris matricis, ita ut nō ingrediatur ipsum stilus.Et similiter eius eleuatio ad superiora, & anteriora,& colligitur absque duritie ex uehementia siccitatis illius partis,& retinentur mēstrua,quare non mēstruatur usque ad tempus, aut mēstruatur paulatim, & accidit dolor paruus in eo, quod est inter umbilicum, & receptricem.Et quādoque fit difficultas urinę,et accidit ei,ut abhorreat coitum post illud.et odio habeat ipsum.Et quando quum ea coitur,non emittit sperma, et accidit ei apud coitū dolor sub umbilico,et nausea et pręgnans habens masculum uehementius odit coitum, quàm pręgnans habens fœminam: ipsa enim quādoque non abhorret coitum.Deinde illud,quod succedit ei de angustia,et pigritia, et grauitate corporis et malitia animę, et parua nausea,et eructuatione acetosa,et horripilatione, et dolore capitis:et uertigine,et tenebrositate oculorum et pulsu cordis:deinde commouentur appetitus mali post mensem,aut duos menses et citrinatur albedo oculorum earum. a † [ ] et quandoque profundantur oculi eius,et mollificantur palpebræ eius,et acuitur aspectus,et b [minorantur]eius pupillę,et ingrossatur eius albedo, et non citrinatur secūdum plurimum.et necessaria est alteratio coloris, et euentus impressionum egredientium a natura, quamuis sit in pręgnante ex masculo minus,et in pręgnante ex fœmina plus.et quādoque imprægnatio sedat dolores dorsi,et anchatum,propterea quòd calefacit ea matrix, et quum perit,redeunt. et quandoque c [alteratur corpus] eius ab eo,quod fuit: d [quare]dilatantur et citrinantur super ipsum venæ eius, uirides fiunt;et in pluribus dispositionibus accidit pręgnantibus, vt mollificentur earum e [corpora] in principio retentionis menstruorum,et augmento eius, quod de ipsis retinetur ultra illud,quo indiget embryon,propter paruitatem embryonis,et debilitatem eius a cibatione:deinde quum magnificatur embryon,cibatur illa superfluitate, f [quare fit conuersio,] et sedantur accidentia retentionis eius.et quū impre-

a † B. & fit viridis.
b B. clarificatur.
c B. Alia litera. alterantur mamillæ.
d B. &
e B. mammillæ
f B. & uiuificatur.

impregnatur puella, quæ nondum consecuta est xv. annos, timetur ei mors propter paruitatem matricis. Et similiter est dispositio illius, cui ex magnis aduenit febris acuta. interficit enim fœtū ex hoc quod facit possidere de malitia complexionis, quum ipse sit debilis, non tolerans illud: & ex hoc quòd nutrimentum eius corrumpitur ex parte complexionis eius: & ex hoc quòd, quum mater non nutritur, debilitatur [g] [nutrimentum] fœtus: & quum nutritur, debilitatur ipsa. Et similiter quum accidit in matrice eius apostema calidum. nam si est phlegmon, tunc quandoque speratur cum eo raro euasio fœtus, & matris, [h] [Essere verò est malum] valde. Et quandoque cognoscitur dispositio imprægnationis per experimenta. de quibus est, vt in potu dentur de [i] [aqua mellis] in hora dormiendi duæ vnc. cum tanto pondere aquæ pluuialis permista, & videat an punctionem sentiat, an non. [k] † [ ] Et causa quidem in illo est, retentio inflationis cum cōmunitate intestinorum, licet medici mirentur de hoc: & est expertum certum, nisi in cōsuetis potare illud. Et iterū laboret in ieiunio in die, & in sero inuoluatur pannus & suffumigetur a [l] [librello] & traiectorio cum suffumigio: si ergo egreditur fumus & odor ex ore, & naso, tunc ipsa non est prægnans. Et similiter experitur quum vacuitas est, supponendo allium, & dormiendo super ipsum, & considerando an inueniat saporem eius, & odorem ipsius in ore an non. Et ex eo, quod dicemus in capitulo signorum masculinitatis, & fœmineitatis de suppositione aristolochiæ cum melle, & intromissione. Et urina quidem prægnantis in principio pręgnationis est citrina, ad [m] [subalbedinē] decliuis, quasi sit cottum in eius medio sparsū. Et significat prægnationem, vrina [n] [puræ] substantiæ, super quam est quod est simile nubibus. & proprie quando in ea sunt sicut grana ascēdentia, & descendentia. In fine autem imprægnationis quandoque apparet in vrinalib. carū rubedo in loco, in quo apparuit in principio imprægnationis [o] [subalbedo.] & quando mouetur vrinale prægnantis, & conturbatur, tūc est in fine prægnationis: & quando non conturbatur, est in principio pręgnationis.

g—B.

h B. Alia litera. erysipila verò est mala.

i B. melle.

k † B. q̃ si sentit tūc punctionē, est prægnās.

l B. vase, seu instrumento suffumigationis.

m B. glaucedinem. Alia litera celestreitatē, vel plumbeitatem, vel fuscedinem. n B. clare.

o B. glaucedo.

ANNOTATIONES.

Satis manifestum est, ait Hipp. lib. de carnibus, harum rerum peritis, quòd mulier, quum in uentre concepit, statim horret, & calor, & dentium stridor consequitur, & conuulsio occupat tum articulos, tum totum corpus: et uterum segnities ac torpor. Et quæ puræ sunt, hoc perpetiuntur. Quæ uerò crassæ & mucosæ, hoc perpetiuntur, pleræq; ex his mulierib. non percipiunt, nec cognoscunt. Scribit item in lib. de superfœtatione. Prægnantem mulierem, si aliter non cognoscas, oculi tracti & cauiores fiāt, & candidū oculorum albedinis natura non habet, sed liuidius existit. Subiūgit et alia: et plura ēt in lib. de sterilib. scribit. Sed uide & 5. aph. & Arist. 7. de hist. anim. & Aetium lib. 16.

Aph. 41. 51. 61. Cap. 4. Cap. 8.

De causis masculinitatis. *Cap.* 12.

Causa masculinitatis est sperma uiri, & caliditas eius, & abundantia ipsius, & conuenientia coitus in hora mundificationis eius, & prouocatio spermatis ex dextro: quoniam est calidius, spissioris substantię, & sumitur ex rene dextro, qui est calidior, & altior, & propinquior hepati. Et similiter quando cadit in dextro matricis. Et similiter sperma mulieris in ꝓprietatib. suis, & in parte sua, & regio frigida, & tempus frigidū, & uentus septentrionalis adiuuant ad masculinitatem: & contrarium ad cōtrarium, & similiter ætas adolescentiæ, absque pueritia, & senectute, & dicunt quidam, quòd si currit a dextro viri, ad dextrum eius, masculinat. Et ex duobus sinistris, fœmininat, & si currit ex sinistro eius ad dextrum ipsius, erit fęmina masculina, & ex dextro eius ad sinistrum ipsius, erit masculus fœmininus. Et dixerunt quidam de illis, qui [a] [prudentes sunt] quòd prægnatio a die ablutionis est cum masculo vsque ad quintum, & est cum puella usque ad octauū, deinde est cum masculo usque ad xj. deinde est cum hermaphrodito. Et sanguis prægnantis cū masculo, calidior est plurimum, quam sanguis prægnantis cum fœmina.

a B. Alia litera. loquūtur absq; ratione.

ANNOTATIONES.

Pulchre de hac re ī libro de genitura, & de natura pueri agitur & a Gal. 2. de semine & 14. de usu part. Sed pulcherrimè Arist. 4. de generat. anim. & ibidem Auerroes id pertractant.

Cap. 5. Cap. 7. Cap. 1.

De signis masculinitatis & fœmineitatis. *Cap.* 13.

Prægnans habens masculinum, est melioris coloris, & pluris leuitatis, & agilitatis, & mundioris faciei, & sanioris appetitus, & quietiorum accidentium, & sentit grauedinem lateris dextri. Plurimum.n. generatur masculus ex spermate expulso ad dextrum [a] [duorum] lateris [b] † [ ] matricis: & non accidit illud, nisi, aut propter desiderium illius lateris ad recipiendum, aut quoniam expulsio est ex testiculo dextro, & quando mouetur fętus masculus, mouetur ex latere dextro. Plurimum n quum incipit mammilla augmentari et alteratur color, fit in ea, quæ habet masculum ex latere dextro, et proprie papilla dextra, et ad ipsam currit lac in primis, et ꝓuocatur in primis. Et est lac, quod mulgetur ex ubere eius, grossum, uiscosum, non tenue aquosum, ita quòd lac masculi distillatur super speculum, et consideratur ad ipsum in sole, et remanet quasi ipsum sit frustum argenti uiui, aut granum margaritæ, non currens, neq; [c] [prolongatur, et augmētatur papilla in habente masculū in rubedine, nō in nigredine uehementi, et fiunt uenæ [d] [papillarū] eius rubeæ [e] [ad nigredinē decliues.] et fit pulsus eius dexter uehementius plenus, et frequēs, et dixerunt quidā quòd quando mouetur a statione, mouet prius pedē dextrum, et est expertum, et quum erigitur, sustentatur super manū dextrā, et est oculus eius dexter leuioris et uelocioris motus, et masculus mouetur post tres menses, et fœmina post quattuor menses, et dixerunt quidā de ingenijs est in cognitione illius, ut sumatur aristolochiæ aur. i. et teratur, et conficiatur cum melle, et supponatur cū lana uiridi a mane usq; ad meridiem, et in ieiunio:

a—B. b † B. colli.

c B. protensum. Alia litera. depressum. d B. pedum. e B. non nigræ.

tunc si dulcescit saliua eius, est concipiens masculum: & si est amara, tunc est prægnans cum fœmina: & si non alteratur, tunc non est pregnans, & in hac causa, est consideratio, & indiget experimento, vel multa perscrutatione in sua scientia. Signa autem fœminæ, & quę pregnans est cum filia, sunt,[f] † [ ] multitudo vlcerum pedum, & proprie in [g] [coxis,] & multitudo apostematum eorum. Et quando que est pregnans cum masculo, sed non est masculus nisi debilis, & est [h] [mollificatarum uenarum. Signa autem fœminę fortia,] et enixæ masculum sunt, ꝙ consumitur eius partus in xxv. diebus vsque ad xxx. dies, nisi ipsa sit ęgra, & fœmina ex xxxv. usq; ad xl. & illud fit secundum plurimum.

f † B. contraria illis. Et ex eis quæ ucrificant est.
g B. tibiis.
h B lassus & sũt peiores dispositiones & deteriores significationes quam in pregnante cum fœmina forti.

ANNOTATIONES.

Habes & hæc in locis superiori capite annotatis. sed uide præterea Hipp. 5. aph. & Aetium lib. 16. quamuis cũ omnibus fermè notis, quas & Auicennas & alij attulere falli etiam sæpenumero contingat.

Apho. 37. & 42. Cap. 9.

De regimine masculinitatis. *Cap.* 14.

Oportet, vt calefiat mulier & vir cum aromaticis, & suffumigatione, & potu, & cibis, & potu mithridati, & cum suffumigationibus, & pessarijs prædictis, si eis indiget cum clysteribus [a] † [ ] & vnctionibus. Et nõ auscultetur ille, qui dicit, quòd oportet, vt mulier sit debilis spermatis, vt generetur ex ea masculus: imò oportet, vt sit spissi spermatis, & fortis, & [b] [puella,] huiusmodi enim sperma dignius est, vt suscipiat masculinitatem. Veruntamen non oportet, vt deficiat a spermate eius sperma masculi, imò oportet ut sit sperma masculi fortius in hoc capitulo eo, & oportet ut dimittat coitum ad tempus, & non recedat a coitu omnino, quare corrumpatur sperma, secundum quòd diximus, & vt non multum vtantur potu aquę, imò bibant de ea paulatim, & cibetur cibis fortibus calefacientibus, deinde experiatur vir sperma suum, & dum permanet tenue, scias quòd necessitas ad curationem remanens est, & quum ingrossatur sperma, expectet post illud diebus aliquot, & procedat secundũ regimen suum, donec confortetur sperma, & aggregetur secundum modum, quem innuimus. Deinde conueniat cum ea conuentu, quẽ innuimus, in loco aromatizato aromaticis calidis, sicut [c] [nere primo ex] muscho, & croco, & xyloaloe indo crudo, & deuitet camphorã, & sit in lætiore dispositione, & meliore anima, & delectabiliore domo, & cogitet de masculis, & appropriet meditationem suam in masculis fortibus habentibus audaciam, & opponant suos oculos formæ viri, de illis, qui sunt rectioris creationis, & gloriosæ formæ, & coeat.

a † B. calefacientibus.
b B. Alia litera. calidi.
c B. ned & Alia litera. ned primo.

ANNOTATIONES.

Si fæmellam, ait Hipp. 1. de diæta parere uelit, diæta ad aquam uergente utendum est. si uerò masculum, exercitijs ac uictu ad ignem tendente utetur. Et non solum uirũ hoc facere oportet, sed etiam mulierem. Vnum postremo loco scribit de imaginatione. pro qua re lege Galeni historiam lib. de theriaca ad Pisonem.

cap. 11.

De signis albanum facientis nasci musculos. *Cap.* 15.

Alhanun faciẽs masculos, est uir fortis corporis, æqualis carnis in duritie, et mollitie, multi spermatis, grossi, calidi, & est magnorum testiculorum, manifestarũ uenarum, fortis desiderii, quem non debilitat coitus, ex cuius dextro eiicitur sperma. Nam rustici etiam stringunt sinistrum testiculum tauri, ut effundatur ex dextro. Quumque adolescentis dexter prius inflatur testiculus, tunc ipse est masculinans, aut sinister, tunc ipse est fœminans. Et similiter ille, ad quem festinat pollutione, non a nocumento in spermate, est faciens masculos.

ANNOTATIONES.

Qui apti gignendis maribus sint, pulchrè docet. æmulaturq; Rasim 2. Cont. tr. 6. Quod de uinculo ad sinistrum testem iniecto meminit, legere est ex Arist. 4. de gener. animal. ex Leophanis sententia. sed & Hipp. lib. de superfætatione idem asserit. Videre autem ex Gal. est 4. in 6. uulg. morb. quomodo si dexter testiculus prius intumescat, ubi ex pueritia in adolescentiam itur, gignendis masculis aptũ corpus indicetur: intumescente uerò sinistro fœminis.

cap. 1.
cap. 1.
comm. 17.

De signis mulierum masculinizantium. *Cap.* 16.

De mulierib. masculinans est mulier æqualis coloris, & formæ, quę nõ est [a] [grauis] corpore neque mollis, & neque menstrua eius sunt subtilia [b] [cruda,] neque pauca, aquosa, [c] † [ ] adusta ualde, et cuius os matricis est uuluę oppositum, & cuius digestio bona est, & cuius uenæ sunt apparentes procedentes ad exteriora, & cuius sensus, & motus, secundum quod oportet, existunt, & non habet uentris solutionem assiduam, neque ipsius constrictionem assiduam, & oculi eius sunt decliues ad fuscedinem absque subalbedine, & est gaudentis naturæ, & lætæ animæ. Et puellę uiripotentes in primis, quum coeunt sunt uelocis impregnationis propter fortitudinem caliditatis earum, & paruitatem adipis matricis ipsarum, et humiditatum earum. Et illæ, quibus uelociter ueniunt menstrua, digniores sunt, ut masculos concipiant. Et spatium mundificationis illarum, quarum est breue, est vsq; ad xxij. dies, non usque ad xl.

a B. dura.
b B. nigra sanio sa.
c † B. neque pauca.

De causis geminorum, & impregnationis super impregnationem. *Cap.* 17.

Causa earum est multitudo spermatis, et diuisio ipsius in duo, & quod est supra, et eius casus in duos uentres. Et incolumitas quidem duorum filiorum, etiam geminorum, nõ est plurima. Et parum sunt inter geminos dies plurimi, ipsi enim secundum plurimum fiunt ex coitu vno. et parũ contingit, quòd ex coitu super pregnationem fiat conceptio. Nam si fit cõceptio, fit in mulieribus, quæ corpora [a] [tenera] habent, & sunt multorũ pilorum, & multi sangui-

a B. carnosa, & pinguia.

b B.illo.

sanguinis propter fortitudinem caliditatis earum. Et b [de illis] sunt, quæ fortasse uident sanguinem in impręgnatione, & nõ curant de eo propter uirtutem earum, & fortitudinem matricis ipsarum, & non abortiuntur cum menstruis, & cum apertione c [eius, quod emittitur in matrice.] & quandoque menstruantur super impręgnatione numero duarum menstruationum, & supra. Quòd si cadat impręgnatio super impręgnationem in non ualde forti, & in ea, quæ non concipit nisi propter apertionem oris matricis suæ, non propter fortitudinẽ suę matricis, timetur quòd sit filius primus iam debilitatus, quare corrumpitur secundus. & iterũ in fortibus timetur latus casus litigij, & compressionis inter duos filios. Et illud quidem plurimum perducit ad febrem, & inflationem faciei, & aduentum ægritudinum, ad hoc ut abortiatur unum eorum. & de signis quidem geminorum, & qui supra sunt, secundum quod dixerunt, & expertum est, est ut consideretur umbilicus nati primi continuus cum fœtu: tunc si non fuerit in ipso ruga, neque nodus, non erit post natum primum, filius: & si fuerit in ipso rugæ, tunc prægnatio erit secundum numerum rugarum.

c Alia litera. aliqua oris matricis.

ANNOTATIONES.

De gemini fœtus causa, deq́; superfœtatione fusius agitur 1. de diæta. Eadem de re scribit Arist. 4. de gener. animal. Multa & Rasis 22. Cont. tr. 6. Sed præterea liber Hippocratis extat de superfœtatione.

lib. 4. & 5. cap. 1.

De signis appropinquationis partus. Cap. 18.

QVum prægnans ingreditur in spatio propinquo tempori partus, & sentit grauitatem in inferioribus uentris sub umbilico, & in dorso & dólorem in inguine, & caliditatem in uentre, & inflationem in ore matricis uehementem, sensatam, & humectationem eius, tũc iam approximat. Quumque a [mollificatur eius cauda] & inflantur eius inguina, & fortior fit inflatio inguinis, tunc non est inter illud & inter partum nisi proximum.

a B.mollificantur eius anchæ.

ANNOTATIONES.

cap. 13.

Scribuntur instantis partus signa ab Aetio lib. 16. & ab Hippocrate 1. de morb. mulieb. plura.

De signis debilitatis embryonis. Cap. 19.

SIgnificant debilitatem eius ægritudines matris suæ, & euacuationes accidẽtes ei, & propriè continuatio prouocationis mẽstruorum pertranseuntium illud, quod fit secundum semitam raritatis, & paucitatis, & secundum semitam superfluitatis cibi, & similiter apparitio lactis etiam in primo mense, in quo concipit ipsum, & emulgetur, quum mammilla exprimitur. & significat ipsam, quòd non mouetur fœtus motu, de quo sit curandum, aut mouetur in non sua hora.

De signis debilitatis nati. Cap. 20.

QVum fœtus nascitur, & non inflatur umbilicus eius & non mouetur, & non ster

nutat a † [ ] usque ad tempus, tunc ipse est debilis, et non uiuet.

a † B & nõ soluitur uẽter eius

TRACTATVS II.

De impręgnatione & partu. Cap. 1.

TEmpora quidem creationis & motionis, & partus, iam diximus in anatomia, & eis, quę sunt post ipsam, & scias inde, quod mensis septimus est primus mẽsis, in quo parit ipsum, & est fœtus fortis creationis, & complexionis, cuius creatio a [uelox] fuit, & cuius motus festinauit, & cuius petitio ad exitum fuit b [uelox.] & multoties quidem moritur natus c [infra hoc spatium,] quoniam tolerat motus uehementes in debilitate creationis; huiusmodi natus nanque licet in radice sit fortis, tamen est proximi spatij cum creatione. Verum natus in 8. mense est, qui plurimum moritur de natis, & parum uiuit. Quod si aliquis uiuat de natis in viij. mensibus, tunc illud est parum ualde, & parum est quod uiuat natus d [perueniens] hoc tẽpore. & in quibusdam regionibus nõ uiuit natus viij. mensium omnino, quoniam non euacuatur eius dispositio, quin aut sit retardatus in creatione, & motione, & desiderium ad partum usque ad hãc horam. e [& significat] quod eius uirtus non est fortis in radice: f [aut adueniunt eis motus separationis] in principio tẽporis complementi, g † [ ] quamuis sit fortis in radice uirtus eius, sicut nati in vii. Quod si non fuerit ita, immo fuerit creatio eius, & motus ipsius, & uoluntas desiderans peruenire ad partum, h [& motus eius cõpleti ante illud, tunc huius fœtus iam conatur euadere a loco suo & conuertitur. sed quid ualet eius conuersio, cum qua non consequitur intentionem suam,] & remanet sic conuersus, usquequo redit ad ipsum uirtus sua, & facit ipsum deficere debilitas suæ uirtutis i [& accidit ei proculdubio quod accidit debili intento motibus euasionis, quum procedit absque directione scilicet lassitudo & defectus,] infirmatur ergo proculdubio, & debilitatur & resoluitur uirtus eius, & quando nascitur in huiusmodi dispositione, est iudicium eius iudicium nati infirmi debilis, & de iudiciis eius est, quod non speratur ei uita. Natus autem in nono, si completa fuerit eius creatio, & desiderauerit moueri in vii. & non fuerit ei possibile ut euadat, immo remaneat in matrice, & acciderit ei in viii. quod diximus, k [uiuet] in spatio mensis, ita redeunte ad ipsum uirtute, & equabitur a conuersione sua, usquequo redeat conuersus, & confirmetur: quumque nascitur, saluatur, & quum non fit ita, immo non desiderat nisi moueri in illa hora, tunc iudicium eius est iudicium omnis debilis l [omnino.] Et plurimum quidem nascitur in decimo ille, cui accidit ut desideret partum in nono, & non fuit ei præparatum. & accidit ei illud, quod accidit nato in viii. Et parum quidem accidit, ut sit m [assiduatio] separationis cadens in vii. deinde extendatur

a B. uelocior.
b B. uelocior.
c B. in hoc tempore.
d B. qui est fœmina.
e B. quare significatur.
f B. conatus autem exitus ad extra.
g † B. magis & plus debilitat ipsum, quam debilite: illũ cuius conatus ad exitum est in principio tẽporis cõplementi.
h B. iã fuerit cõpleta ante illũ & fuerit huiusmodi fętus iã desiderãs & exquirẽs separationẽ, & exitũ a loco suo & cõuertatur & eius cõuersio q̃ non sequitur intentionẽ suã faciat accidere laborẽ, & fatigationẽ. Alia litera & cõuertatur & deficiat debilitas uirtutis tũc eius cõuersio, q̃ nõ consequitur intentionẽ suã facit ei accidere laborem & fatigationem.
i B. tũc accidit ei proculdubio illa lassitudo & defectio quæ accidit debili desiderãti uel exquirẽti motũ euasionis ad locum optatũ qñ aduenit ei talis motus absque q[illegible] p[illegible]ueniat ue[illegible] applicet ad illum locum.
k B. tunc uiuificatur.
l B. in creatione.
m B. uoluntas.

n B. uiuificatio. o B. postponitur complementum uel perfectio uiuificationis seu uirtutis.

datur uita usque ad x. ita ut eueniat ei integra n [vita] in x. hoc enim rarum est. & cum hoc est significatio debilitatis virtutis, quum o [currit vicissitudo,] ex septimo vsque ad x.

ANNOTATIONES.

cap. 4. cap. 4.

Actum de hac re antea est. Tu uide Hipp. libello de septimestri & octimestri partu. Itemque Arist. & Auerrhoem 4. de gener. anim. & 7. de hist. animal. scripsit & Gal. libellum de septimestri partu.

De regimine uniuersali prægnantis. Cap. 2.

a B. sitacost.

OPortet vt assiduent lenificationem suarũ naturarum semper cum eis, quæ liniunt cum æqualitate, sicut sũt alesfidabegi pinguia, & sicut a [surafet] & similia, quum stringitur natura valde, & ut occupentur exercitijs temperatis, & deambulatione tenui absq; superfluo. superflua enim abortiri facit, & illud ideo, quoniam ipse replentur propter illud, quod accidit eis de retentione menstruorum. Quod si superfluitates in eis multiplicentur, oportet vt non assiduent balneum. Balneum nanque eis execrabile est, nisi apud propinquitatem, & nõ oportet vt inungantur capita earum, & fortasse accidet eis inde coryza, quare accidat tussis, & commoueatur fętus, & post abortus, & oportet vt deuitent motum superfluum, & saltum, & percussionem, & casum, & coitum proprie, & repletionem cibi, & iram, & nõ superueniat eis, quod faciat tristari, & timere, & elongentur ab eis omnes reliquę causę abortus, & proprie in mense primo, & vsque ad xx. dies, & proprie in hebdomada prima, & vsque ad tres dies a conceptione. illic enim est execrabile super eas, omne b [compressionem faciens.] Et consideretur illud, quod diximus de conseruatione embryonis, Et oportet ut cooperiatur illud, qđ est sub hypochondrijs earum, cum lana leui, & sint cibi earum panis mundus cum alesfidabegi, & alzerbeiet. & deuitent omne acutum, & amarum, sicut capparis c† [ ]& oliuæ immaturę, & omne prouocatiuum menstruorum: sicut sunt phaseoli, & cicer, & sisamum, & si desiderant cibũ in die cõceptionis, præcepit Hippoc. vt in potu sumant sauich in aqua; ipsum enim quamuis sit inflatiuum, est tamen velocis nutrimenti. Et vinum earum sit odoriferum, & subtile, antiquum. Et Hipp. quidem dixit, sumant in potu uinum nigrum, & videtur quòd voluerit intelligi per illud subtile, nigrum, & sit nigredo eius propter ipsius fortitudinem, non propter fęcem. Et sint in secundis mensis earum passę, & cydonia dulcia, & pyra, & excitantia appetitum, & mala muza, & granata muza. Medicinæ verò earum sint, sicut electuarium de margaritis, cuius descriptio. Rec. margaritarum non perforatarum, pyrethri, amborum ana drac. i. zingiberis, & masticis, amborum an. drach. iiij. zedoariæ, doronici, seminis apii d [capsiæ] cardamomi, nucis muscatæ, macis e [cinnami] omnium an. drach. ii. been albi, been rubei, piperis, & macropiperis omnium an. drac. iii. cinnamomi. drac. v. zuccari sulimeni quantum omnia, & plus: cuius dosis sit cochlearium vnum; ipsum enim rectificat dispositionem matricis earum, & dispositionem stomachorum earum. Et oportet, ut uehemens sit studium in stomachis earum, quare confortentur cum eis, quæ sunt sicut geleniabin cum xyloaloe, & mastice. & similibus, & electuaria facta cum zuccaro plurimo, cum speciebus aromaticis, f† [ ] in quibus non est multa g [caliditas,] & cum emplastris stypticis calefacientibus aromaticis.

b B. commouẽs subito. c †B. & lupini. d B. seitaragi. e B. cherse. f † B. Alia litera. subtilibus. g B. acuitas.

De regimine enixæ. Cap. 3.

OPortet quando parit, ut studium sit in prouocatione menstruorum eius, a † [ ]& rectificetur cib. & non permutetur cibus subito ad regimen grossum, quare faciat ipsam febrire, & debilitet uirtutem alteratiuam in hepate eius, et multiplicetur sitis eius, et fortasse fiat hydropica. Quod si induretur cum hoc hepar eius, non speratur ei sanatio. Et dieb. quidem partus sunt motus, & periodi, et principium eius est hora aduentus commotionis, & doloris, et quum ęgritudo pertransit xx. dies vsq; ad xxiiii. ęgritudine stante, aut b [recidiuante,] significat tarditatem c [consumptionis.] Et necessaria est euacuatio in die alio ab isto, qui est dies crisis, si non fuerit debilitas.

a † B. sufficientũ. Alia litera. retentorum. b B. redeunte. c B. Alia litera. finis.

ANNOTATIONES.

Hippocrates 1. de morb. muliebribus adeo purgationis retentionem in enixis metuit, ut mortem portendi putet, nisi uel sectione uenæ, uel citata aluo illi succurratur. cui sanè & quotidiana experientia astipulatur. probe ergo studium author noster adhibendum esse ait in mensium prouocatione.

De appetitu prægnantis. Cap. 4.

QVum cadit appetitus prægnantis, iuuatur dimissione pinguis vehementis pinguedinis, et dulcis vehementis dulcedinis, & administratione a [rei subtilis,] & moderamine in potu aquæ, et sit contenta uino odorifero, pauco, subtili: est enim iuuatiuum, rectificans appetitum, & illud, quod accidit de nausea, et uomitu plurimo, et de medicinis appetitui conferentibus est omne, in quo est stypticitas cum caliditate subtili, sicut uirga pastoris b [decocta cum vino et succo] eius, et c [aristolochia] ante cibum et post ipsum], de quo parum sumatur, et emplastra nota, confortantia stomachum, facta ex cydoniis, et dactylis d [albis,] siccis, et calamo aromatico, et spica cum vino odorifero antiquo. Et quandoque ponuntur in eis semẽ apii, et anisum, et fœniculum, et proprie si fuerint illic dolor, et inflatio. Quod si eius appetitus malus fiat superflue, stude in mundificando stomachum eius, cum eis, quæ sunt sicut aqua algeleniabin facti cum ros. persicis, deinde rectificetur cum acetosis, & rob de agresta. Et uinum eius factum cum aqua mellis, aut aqua zuccari, iuuamentum eis bonum est in illo, & conueniens embryoni. Et e [polypodiũ] quidem exsiccatũ conuenit appetentibus lutũ ex

a B. deambulationis leuis. b B. Alia litera. cum anetho bibatur decoctio. Alia litera. cum uino bibatur decoctio. c B. rauend. Alia litera. alrobub. d B. immaturis. e B. auxylum.

ex eis. Et quandoque iuuantur ex acutis, sicut sinapi,& similia:ipsum enim abscindit humorē malum,& excitat appetitum,& est ultimum in reducendo appetitum earum Quumque conuertitur appetitus earum ad caseum, assetur eis humidus super prunas, donec exsiccetur, quoniam ille est melior, quā siccus,acutus: primus enim est minoris superfluitatis,& secundus est magis [f] [disrumpens] appetitum. Ad ventositatem vero stomachi earum,& dolorem eius,ver bi gratia, administretur hoc electuarium. Rec. cymini carmeni infusi in aceto, & torrefacti post illud,& olibani,& origani persici, omniū ana partem unam, castorei partis vnius tertiā: sumatur de puluere eius sicco a medio aur.usq; ad aurei.Ad vomitum verò earum super cibū, oportet vt dentur post cibum ea,in quibus sunt aromaticitas,& ponticitas, & stypticitas, sicut cydonia assata, & propriè quum fixa sunt in eis frusta xyloaloes indi: & assiduetur compressio manuum, & pedum earum. administrentur super stomachum earum emplastra nota, & teneant in oribus suis grana granatorum cum folijs mentæ, & [g] [sorbeant] aliquid de miua,& bolum armenum est de eis,quæ sedant earum nauseam.

f B. excitans.

g B. lambant.

ANNOTATIONES.

Prægnantibus ob aggregata ex mensium suppressione uaria in corpore excrementa, & ad uentriculum delata, quandoque aboletur, quandoque etiam deprauatur ciborū appetentia. de qua re Gal. 5. aph. Curationem & aboliti et deprauati appetitus, quem cittam, seu picam uocant, tradit Paulus lib. 1. & Aetius lib. 16.

Aphor. 61. cap. 1. cap. 10.

De [a] [pulsu] cordis prægnantium. *Cap.* 5.

a B. casachan.

ILlud quidem plurimum accidit ei propter communitatem oris stomachi,& causa humoris in eo, [b] [quoniam] multoties alleuiat sorbere aquam calidam,& exercitium leue præcipitans illud,quod est in ore stomachi.

b 2. &.

ANNOTATIONES.

Affectus est ex eadem causa proueniens, a qua superior, ab humore scilicet uitioso ad uentriculum regurgitante. Meminit de huius curatione Paulus lib. 1. & oris uentriculi rosionem uocat.

cap. 1.

De regimine cursus menstruorum prægnantis. *Cap.* 6.

DEcoquantur styptica, in quibus non est aromaticitas in aqua, & ex ea administretur tina sicut sunt lentes, & cortices granatorum,& balaustiæ,& gallæ,& glandes,& similia. & quandoque fit ex gallis,& balaustiis,& corticib. granatorum,& ficubus siccis emplastrum, & ponitur super pectinem cum aceto.

ANNOTATIONES.

Si mulieri, ait Hipp. 5. aph. utero gerenti purgationes procedant, impossibile est fœtum esse sanum. Confirmatur idem et 1. de morbis muliebrib. Ad huius curationē Hipp. in libello de superfœtatione, stercus asini siccum & rubricā ac sepiæ testam, trita, simulq; linteo illigata apponit.

Aphor. 60.

De apostematione pedum prægnantium, & mollitie earum. *Cap.* 7.

EMplastrentur pedes earum cum foliis caulis, & liniantur cum uino misto cū aceto, & decoctione citri: aut [a] [cum decoctione chymoleæ] et quandoque sumitur emplastrum ex [b] [cannis cum aceto, et anetho] cum aceto.

a B. Alia litera. liniatur cū chymolea

b B. dactylis immaturis siccis cū aceto & alumine.

ANNOTATIONES.

Meminit de hac re et Paulus lib. 1. & Aetius lib. 16. cap. 1. cap. 11.

De abortu. *Cap.* 8.

CAusæ abortus, aut sunt primitiuæ ex percussione, aut casu, aut exercitio superfluo, aut saltu vehementi, et propriè ad posteriora, vel retro, ipse enim multoties facit descendere sperma cōceptum visibiliter: aut aliquid ex passionibus animalibus, sicut ira vehemens, aut timor, aut tristitia, & ex frigore aeris, et caliditate eius superfluis, et propter hoc genus abhorretur prægnanti prolongatio balnei ex hoc, quòd magnificatur anhelitus eius. Balneum enim, licet abortiri faciat per lubricitatem, facit tamen abortiri [a] [per egressionem fœtus ad aerem frigidum.] Et quandoque prouenit ex debilitate eius propter defectum, et mollificationem ipsius, [b] [causa resolutionis rei corporeæ,] et ex ægritudinibus, et [c] [askiu] et fame uehementi, et euacuatione humoris, aut sanguinis plurimi per medicinam, aut phlebotomiam, aut ex seipso, et ex fluxu sanguinis menstruorum plurimi. Et quanto magis filius est maior, est nocumentum cum phlebotomia in ipso plus, aut ex repletione vehementi, aut ex satietate nauseatiua plurima corrumpente nutrimentum fetus, et oppilante uiam ad eum: aut ex multitudine coitus mouente matricem, [d] † [ ] & propriè post septimum. Et multitudine balneationis, et ablutionis lubricante [e] † [ ] matricem, et faciente abortum, licèt balneum abortiri faciat causa mollificationis virtutis, et quia facit fetum egere [f] [eo, quod est frigidum,] secundum quod diximus. Isti ergo sunt ordines causarum. [g] † [ ] et quandoque fit a causis propter fœtum, sicut est mors eius propter aliquam causarum mortis eius: quare expellit eum natura, et proprie quando currit ex eo res uirulenta, quę mordicat matricem, et lædit eam, uel sicut est debilitas eius, quare non firmatur: aut propter panniculos, et inuolutiones, quibus continetur. Quū enim abrumpuntur, et mollificantur, et effunditur ex eis humiditas eorum, lædit matricem, et mouet eam expulsiua, et adiuuat iterum ad lubricitatem, aut propter causam matricis de amplitudine oris eius, et paruitate adunationis eius, aut ex humiditatibus in matrice, aut in orificiis venarum lubrificantibus, et grauantibus. Et quandoque fit propter reliquas species malitię complexionis in matrice ex calore, aut frigore, aut humiditate, aut siccitate,

a B. Alia litera. ppea q facit fetū indigere aere frigido.

b B. pp causam resolutionis & ex nocumentis corporeis.

c B. aschum.

d † B. ad exteriora.

e † B & mollificante.

f B. aere frigido.

g † B. primitiuarum.

te,& paucitate nutrimenti fetus,& quandoque fit ex uentositate in matrice,& ex apostemate, & [h] [quæ sunt similia,] aut duritie,aut cancro. Et quandoque fit ex ulcerib. in matrice,& plurimum abortus facti in mense secundo, & tertio fit ex uentositate,& humiditatib. super orificia uenarum quæ sunt matricis,quę nominantur foramina,ex quibus contexuntur, uenæ secundinę:quum ergo humectantur,mollificantur ipsę, & illud,quod ex eis texitur: quare fit abortus fetus ex quolibet motore,aut ex ventositate,aut grauedine, & quãdoque est causa malitia complexionis calidæ exsiccantis,aut frigidæ congelantis.& iterum ex eis, quæ abortiri faciunt in initio rei, est tenuitas spermatis in radice,quare non creatur ex eo panniculus primus nisi debilis, præparatus ad disrumpẽdum, cum hoc,quòd ipse attrahit sanguinem, & in sexto,& qui sunt post ipsum ex humiditatibus dispartitis in matrice, lubricantibus fetum, & dixerunt quidam, quòd fit plurimum illius ex uentositate,& ueritas est iste sermo.Post spatiũ uerò notum plurimum abortus non fit nisi ex debilitate matricis. [i] † [ ] Et dicitur, quòd illa, quę est uehementer extenuata,quum imprægnatur, abortitur antequã ingrossescat, quoniam corpus recipit de cibo ad sui rectificationem, & redditionem suę uirtutis, taliter quod non superfluit embryoni, quod ipsum nutriat quare debilitatur.Et in regionibus quidem ualde frigidis absque æqualitate, & temporibus frigidis ualde multiplicatur abortus,& similiter mors prægnantium,& [k] † [ ] in regionibus meridionalibus [l] † [ ] multiplicatur abortus, & similiter in aeribus meridionalibus, & minoratur in septentrionalibus, nisi sint frigidi, uehementer, lædentes embryonem, & quando præterijt hyems austrina, calida, & sequitur illam uer boreale frigidum,abortiuntur prægnantes,quæ parituræ sunt in uere,ex qualibet causa & pariunt debilem, & dolores quidem accidentes apud abortum, uehementiores sunt doloribus accidentibus apud partum, quoniam illæ sunt res non naturales.

h B. erysipila.
i † B. lędente.
k † B. similiter.
l † B. & temporibus meridionalibus.

A N N O T A T I O N E S.

Abortus causas tum externas tum internas methodo amplectitur. Pro hac re tu uide Hipp. 5. aph. & 3. aph. Item & 1. de morbis muliebribus copiose.

Aph. 27. 31. 34.
Aphor. 12.

De signis. *Cap.* 9.

SIgna quidem abortus ipsius sunt, quoniam incipit mammilla detumescere post soliditatem sanam. Soliditatem uerò ægram rectificat natura,perducens ad detumitionem sine timore abortus.& quæcunque duarum mammillarum detumescit a soliditate sana, tunc habens eam abortitur [a] [in die illo,& similiter ex pleuresi.Quum ergo] superfluit lactis prouocatio, & frequens fit adeo, donec detumescat mammilla,tunc indicat ꝙ fetus est debilis,& ꝙ pręparatur abortui.Et similiter multitudo dolorũ in matrice,& quando rubet facies [b] † [ ] in febre,& accidit rigor, aut grauatur caput,& dominatur lassitudo, & sentitur dolor in profundo oculi,significat ꝙ causę abortus sunt venientes,& ꝙ ipsę facient peruenire menstrua, deinde faciẽt abortiri,& similiter causæ,[c] † [ ] abortus,quando ueniunt,significant ipsum. Complexiones uerò,& ulcera, & apostemata,& humiditates p ea cognoscuntur, quę dicta sunt multoties. Factus autẽ causa ventositatis cognoscitur per signa uentositatis, & extensionis absque grauedine, & ex permutatione, & ex additione cum acceptione inflatiuorum, & causæ primitiuę iterum cognoscuntur [d] [quantitate sua.] Mortem uerò fętus significat motio rei [e] [delatę] in concauitate grauantis sicut lapis,qui mouetur de latere ad latus,& proprie quum iacet super latus suum,& infrigidatur sumen,quum ante illud esset calidum, & detumescit mammilla,& quandoq; currunt humiditates uirulentæ, foetidę,& significat illud, si iam acciderint prægnantibus ægritudines acutę, nocentes sua caliditate uehementer:nam si ex eis prohibetur nutrimẽtum,moritur foetus, & si non prohibetur, uehementior fit ægritudo, & fiunt alię ęgritudines prauæ. Et quandoque fit, quum moritur foetus, & ante illud, & est de indicantibus illud, ut demergatur oculus prægnantis ad profundũ, & fiat albedo oculi fusca.Et quandoque fit rigida auris eius,& extremitas nasi, cum rubedine labij, et dispositio eius est similis hydropisi hyposarchæ.

a B. fœtum ex duob[9] geminis qui est in illo latere. Et quum.
b † B. valde.
c † B. fortes.
d B. ex aductu suo ad extra.
e B. derelictæ, vel non ligatæ.

A N N O T A T I O N E S.

Plura de abortus signis ex Hippocrate colligere est, 1. de morb. muliebrib. Habes item 5. aph. Vide & Aetium lib. 16.

Aphor. 37. 38. & 53.
cap. 19.

De conseruatione embryonis, & cautela abortus. *Cap.* 10.

EMbryonis suspensio ex matrice,est sicut suspensio fructus ex arbore, & sicut maior timor, qui timetur super fructum quòd cadat, est aut quum incipit eius apparitio, aut quum ipsius existit complementum.[a] † [ ] similiter, quod vehementius timetur super embryonẽ,quod abortiuus fiat, est apud principium cõceptionis,& ante appropinquationem partus, quare oportet ut caueantur in his duabus horis causę abortus prædictæ, & pharmacum quidem solutiuum est de summa illarum causarum, quare oportet, ut caueatur eius dispositio ante mensem quartum,& post septimum,et in eo, quod est inter illa iterum, veruntamen in eo, quod est inter illa, est salubrius,& ad ipsum peruenitur,quum necessariũ est,& fortasse non erit excusatio in quibusdam harum horarum,quin soluatur,& mundificetur sanguis eius, vt non corrumpat embryonẽ propter malitiam complexionis:quare oportet vt fiat cum facilitate,& subtilitate. Et quandoque etiam menstrua ante conceptionem non sunt menstrua necessaria, et remanent in ea superfluitates menstruorum eius,indigentes mũdificatione,et tunc si non mundificantur,recipit

a † B. seu maturatio.

b B. cum ſubtilitate.
c B. & non ſupponant poſt os.
d B. eo quod mundificat.
e B. propter cauſam primitiuã tunc ſi eſt commonẽs complexionem etiam.

pit earum corruptionem embryon: oportet ergo vt mundificetur illud b [ſubtile] cum mũdificatiuis ſubtilibus non potando, ſed ſupponendo c [in primis ſuppoſitorium poſt collũ] matricis, imò ſupponantur in collo matricis; & non mundificetur cum d [eis illud, quod mundificatur] vice vna, imò vicib. pluribus. Et quum ſuper mulierem timetur, quòd abortiatur cauſa complexionis, & apoſtematum, & vlcerum, & ventoſitatis, & reliquorum; curetur totũ cum eis, quæ ſunt in ſuo capitulo, & quũ abortitur e [cauſa complexionis frigidæ, tunc ſi motor etiam eſt complexio.] temperetur; & ſi eſt aliud, & eſt de illis, quæ declinare faciunt ad matricem materiam calidã, ex qua timetur apoſtema, curetur cum apocruſticis, & prohibẽtib. apoſtema, & cũ eo, quod de ſolutione poſſibile eſt. Si autem non fuerit illud, imò non timetur ex eo, niſi vt conſequatur embryonem cauſa eius nocumentum, aut lęſio faciens ipſũ abortiri, aut interficiens ipſum, tũc oportet, ut curetur cum medicinis conſeruantibus embryonem, quas dicemus. Propter lubricitatem verò ab humiditatibus, quæ eſt plurima lubricitas, oportet in hora impręgnationis, ut adminiſtrentur clyſteria lenitiua, euacuantia ſtercus; deinde adminiſtrentur iniectiones, & prouocantia vrinam, & clyſteria mundificantia matricem.

ANNOTATIONES.

com. 1.

Comparat, & Gale. fœtus amborum fructibus 4. aph. quem hic planè æmulatur.

De regimine bono ad illud. *Cap.* 11.

EST, ut in potu detur aqua radicum cũ oleo de Kerua, aut decoctio alhaſech, aut fœnugręci cum oleo de Kerua. Et detur in potu in omnibus decem diebus aliquid de pilulis fœtidis: & detur hiera Gal. in potu. Clyſtere bonum ad illud, & ad ventoſitatem. Recipe ſauinæ & origani, & ammeos, & Keiſim, & ramorũ anethi, & chamæmillæ, & rutæ, & haſcec, & fœnugræci an. pugillum unum, decoquãtur in trib. lib. aquæ, donec conſumatur medietas, & ſumatur de ea minus lib. & adde ſuper iſtam ſextarium vnum olei arazaki, & ſacraiati unum olei ſiſamini, & vtere ipſo clyſterizando, & clyſteriza ipſam omnib. quatuor diebus cum tantundem. Et ex eo eſt, vt ſumatur coloquinthida, & pforetur, & extrahantur grana eius, & impleatur oleo de lilio, & dimittatur die & nocte deinde pręparetur in mane ſuper cinerem calidum, & dimittatur donec bulliat oleũ integre; deinde coletur, & clyſterizetur cũ eo receptrix, dum eſt tepidum, hoc. n. eſt mirabile ad lubricitatem humidam. Et poſt huius euacuationem, oportet ut adminiſtrentur olea odorifera, calida, inũcta, & iniecta, & ſuppoſita in lanis, & cõfectiones magnæ, & medicamen alkeKengi, & diamarte, & ſagzenea in omnib. tribus diebus, aut quinque, & ſimiliter de diamuſcho, & diaſpermaton. Et iterum ſumatur corticis thuris, & cyperi tritorum etiam amborum ana pars i. & myrrhæ pars s. decoquãtur cum a [ſextuplo ſui aquæ,] donec remaneat quarta, et coletur, et clyſterizetur ex ea cum iiij. vnc. in omnib. tribus diebus, poſtquam iam euacuata fuerit humiditas, quæ eſt ante ipſam. Et ex b [peſſarijs] bonis ſunt bdellium et gluten alimbat, & ammoniacum, & nigella, coniunctim, & ſingulariter, & adminiſtrentur poſt mundificationẽ, & ſupponatur ſpica, & crocus, & maſtix, & myrrha, & galia, & caſtoreum, & bdellium, & ſimilia in oleo nardino, aut adipe anſeris ſuper lanam viridem. Et ſupponatur poſt illud, cuius pręmiſſio neceſſaria eſt, coagulũ leporis, & medicinæ conſeruantes fœtum in ventre matris, quum non eſt nocumentum complexionis calidæ, aut apoſtematis calidi, & ſimilium illis. Et ſunt medicinę, quæ ſunt ad cor, ſicut c [zedoaria,] & doronigi, & been duo, et lætificantes, et diamuſchum, & mithridatum. Medicamẽ prohibens abortum. Recipe doronigi, & d [zedoariæ,] et caſtorei, e [& aſſæ] et galiæ, et muſchi, et cardamomi minoris, et gallarum, et ſpodii, omnium an. ℥ j. f† [ ] cum aqua frigida, et g [clyſterizetur calefactũ ante hoc.] et ex eis, quę conferunt in eo ſunt h [hordeum,] et chamæmilla, et i [aſſa] et anethum, et ammeos, et ſimilia.

a B. Alia litera. ex ſeminis aquę
b B. ſuffumigationibus.
c B. zurumbet.
d B. zurumbet.
e B. Alia litera.
f† B. zingiber. ʒ. x. & potus eis omni die eſt aureus unus.
g B. clyſtere talę factiuũ iſtius generis.
h B. origanum.
i B. fœnugræcũ.

ANNOTATIONES.

Mirum uidetur, quomodo conſeruandi fœtus, & prohibẽdi abortus gratia, catapotia fœtida & hierã Galeni exhibeat, quum hæc menſes moueant efficaciter. Verum & ſi res ita ſe habet, exhiberi tamen fortaſſe & hæc prægnantibus poſſunt minori pondere quam fieri in cæteris ſoleat. unde & non abſolute offerri hæc prægnantib. iubet, ſed decem ſingulis dieb. aliquid eorum (quaſi dixeris, modicum quidpiam) exhibendum ait. Hipp. quoque lib. de natura pueri, ſylueſtrem colocynthida in melle tritam offert, ad ſuperfluum humorem utero ipſi infeſtum educendum.

De regimine abortus, & extractione fœtus mortui. *Cap.* 12.

QVandoque abortus in quibuſdam horis neceſſarius eſt, de quibus eſt illa, quæ eſt quum pręgnans eſt puella, parua, ſupra quam timetur mors ex partu. Et de illis eſt, quum in a [matrice] eſt nocumentum, et additio carnis ſtringens ſuper fœtus egreſſionem, quare interficit. Et de illis eſt apud mortem fœtus in uentre prægnantis. Et ſcias quòd quando fit difficilis partus iiij. diebus, tunc iam moritur fœtus; quare occupatus ſis in uita matris, et nõ occuperis in uita fętus; imò ſtude in extractione illius. Et abortum quidem quandoq; faciũt motus, et quandoque faciũt ipſum medicinę. Et medicinę quidem faciunt, quoniam interficiunt fœtum, et quia prouocant mẽſtrua cum fortitudine. Et quandoque faciunt cum lubricitate, et interficientes fœtum ſunt amara, et prouocantia menſtrua iterũ ſunt amara, et acuta, et lubricantia ſunt humida, viſcoſa, quæ adminiſtrentur bibita et ſuppoſita. Et ex motibus eſt phlebotomia, et propriè ex ſaphena poſt baſilicam, et propriè ſuper magnitudinẽ b [ieiunii,] et famem, et, exercitiũ, et ſaltus plurimi, et delatio oneris grauis, et vomitus, et ſternutatio,

a B. ore matricis
b B. fœtus.

& de regimine bono in illo, est vt intromittatur in os matricis prægnantis charta facta licinium aut penna, aut [c] [herba amara vel abrasa] cum mensura quantitatis [d] [pennæ] ex vsnen, aut ruta, aut artanita, aut [e] [siracost.] ipsa enim abortiri faciunt proculdubio: & proprie quum liniuntur ex aliqua medicinarum abortiri facientium, sicut alkitran, & [f] [pulpa] coloquinthidæ. Et de medicinis quidem abortiri facientibus, alię sunt singulares, & aliæ cõpositæ, & singulares quidem iam diximus in tabulis medicinarum singularium, & cõpositas in antidotario. Hic verò dicemus de vtrisq; ordinibus eas, quæ magis operatiuæ sunt in intẽtione. De medicinis verò singularibus, quę sũt longinquiores a vehementia caliditatis, sunt sicut absinthium, & [g] [capsia.] Sed medicinæ singulares calidæ sunt, sicut semen [h] [capsię] ꝙ est simile nasturtio, & est ei odor nasturtij, [i] † [ ] & grana harmel iterum bibita, & supposita: & oleum balsami quũ supponitur, extrahit fœtum, & secundinam: & assa, & galbanum forte est iterum: & buchormariẽ in hoc capitulo fortis est valde, bibita, & supposita: ita quòd quidam existimant, ꝙ si prægnans iaceat [k] † [ ] super eam, perducit eam ad abortiendum, & succus eius corrumpit fœtum linitus super ventrẽ. quanto ergo plus suppositus super cottum? Et similiter succus reliquarum artanitarũ. Et si in potu detur de vsnẽ persico pondus ʒ.iii. eiiciet fœtum in die illo, & quũ sumitur de [l] [cordumeni] tertia ʒ. eiicit fœtum, & facit possidere caliditatem, & [m] [motum.] Et iterum, si iniiciatur decoctio pulpæ coloquinthidę in iniectorio narrato secundum conditiones suas: aut supponatur in lana suppositorio ascendente. Et ex medicinis bonis est cinnamomum, quum permiscetur cum rubea, ipsum enim abortiri facit fœtum bibitũ aut suppositum, & cum hoc sedat nauseam. Et de illis, quę proprietatem habent, est vngula asini. Secundum enim quod quidam existimant, si cum ipsa suffumigetur fœtus, [n] † [ ] mortuus, extrahit eum, & quum ex stercore eius fit suffumigatio per traiectoriũ, extrahit mortuum velociter, & similiter suffumigatio cum oculo piscis saliti, & de medicinis compositis ebibitis in hoc est medicamen forte in faciendo abortum, & extrahendo fœtum mortuum. Quod recipit assæ pondus ʒ.s. & foliorum rutę siccę ʒ.iii. & myrrhę ʒ.i. & est dosis i. sumatur in potu cum decoctione sauinæ, dosis vna in mane, & dosis j. in vesperis; aut sumatur aristolochia longa, & gentianæ, & baccarum lauri, & myrrhæ, & costi marini, & casiæ ligneę nigrę, & rubeæ tincturæ, & succi absinthij, & cordumeni recentis acuti, & piperis, & meseatramesia etiam partes ęquales, de quo bibatur omni die aut. [o] [.i.] x. diebus. Et de medicinis bonis facientib. abortum cum facilitate, cum sedatione nauseæ, est illud, quod recipit cinnamomi, & cordumeni, & sauinæ omnium an. ʒ.x. myrrhæ ʒ.v. & sit dosis eius ʒ.iij. omni die: & alleuiatur cum hoc mundificatio enixæ, & exitus secundinæ, & theriaca diatessaron etiam est fortis in faciendo abortum, & extrahendo mortuum, & ad infantem mortuum sumantur vnc.iii. aquę rutæ, & tantundẽ aquæ fœnugræci decocti cum ficubus decoctio ne multa, & origani vnc.iij. & sumantur in potu. Ipsa enim lubricant mortuum. & quandoq; datur in potu aquæ frigidę quantitas lib. j. & puluerizatur desuper altheæ vnc. j. & datur in potu, & uomitur, & fit sternutatio, & datur in potu aqua rutæ plurima cum oleo de fænugrę co decocto cum dactylis, & est conueniens secundinę, & de pessarijs est medulla [p] [cordumeni,] de qua & ex ammoniaco fiat pessariũ, & supponatur. Pessarium forte. Rec. succi cucumeris asinini Kirat. viij. confecti cum felle taurino, & supponatur, extrahit enim fœtum [q] † [ ] mortuum. Pessarium Pauli. Rec. elleborum nigrum, & staphisagriam, & aristol. rotun. & buchormarien, [r] † [ ] & grana almezerion, et pulpam coloquinthidæ, & ammoniacum: terãtur omnia prẽter ammoniacum, ipsum nanque resoluitur in aqua, et aggregentur cum eo reliqua, et quandoque ponitur cum eo fellis taurini exsiccati pars j. et fit ex eis pessarium, et iterum aliud forte valde. Recipe salis ammoniaci triti. ʒ.x. ammoniaci ʒ.iiij. conficiatur sal ammoniacus cum resolutione ammoniaci, et fiat ex eo pessarium, et supponatur nocte tota eleuatis pedib. super puluinar, et iniiciatur iterum in eam, quod sit sicut decoctio absinthij, et sicut succus rutæ, et sicut decoctio sauinæ, et oleum de kerua.

c B. lignũ abrasum uel politũ & factum acutũ in modũ licinii
d B. fusti uel rami.
e B. serachs.
f B. succus.
g B. fumus terrę
h B. seitaragi.
i † B. quũ supponitur causa aborsum.
k † B. pedem.
l B. charmedane
m B. adustioné.
n † B. uiuus &.
o B. ii.
p B. charmedana.
q † B. uiuum &
r † B. & pulpã cordumeni. Alia litera. & medullã charmedana.

De instrumento, quo iniectio fit in matricem. Cap. 13.

Oportet ut sit instrumentum, quo iniectio fit triangulatæ extremitatis, longũ habens collum, secundum mẽsuram longitudinis colli matricis mulieris, quæ curatur, et taliter ut ingrediatur os matricis, et sentiat mulier, quòd iam peruenit in spatiũ intra matricem, et iniiciatur per ipsum, illud, quod interficit, et quod lubricat, et quod extrahit.

De regimine quorundam antiquorum in extrahendo fœtum mortuum. Cap. 14.

Extractio fœtus mortui, et incisio eius cum ferro, quum difficilis fit partus, cõsideretur an sit salubris, an sit non salubris. Si ergo fuerit ex illis, quæ salubres sunt, simus audaces in curatione eius, et si non, prohibeatur illud. Mulieri enim cuius dispositio mala est, accidit syncopis, cum uigilijs, et obliuione, et mollificatione, et dislocatione, et quum vocatur, non fortasse respondet, et quum clamatur alta uoce, respondet debiliter, deinde superuenit ei syncopis iterum. et de illis sunt, quæ spasmantur cũ tensione, [a] [pulsant earum lacerti] et prohibẽtur a cibo, et est pulsus earum paruus, frequens. Illis uerò, quæ saluantur, nihil accidit de hoc. Oportet ergo, vt mulier resupinetur super [b] [caput, et super dorsum suum,] et sit caput eius decliue ad inferiora, et crura eius eleuata, et contineant eã mulieres, aut accipiant ab omni latere, si fuerint præsentes, et si non, ligetur pectus eius ad [c] [lectũ] cum ligamentis ut nõ attrahatur corpus eius apud tensionem, [d] [ ] deinde

a B commo... tur earũ nerui
b B. tabulã ... uatam a terra
c B. tabulã ... tam a terra.
d † B. & ... ctionem ...

e B. superiorẽ partem.
f B. Alia litera. aliam.
g B cum eis & effundat.
h B. superiora in quibus.
i —— B.
k B. & ista.
l B pars posterior capitis,quę est principium nuchę,& partes gutturis,& sub mento.

deinde aperiat obstetrix e[rectum] colli matricis,& inungat manum f[sinistram] oleo,& aggreget omnes digitos in longitudine protẽsos,& intromittat eos in os matricis,& dilatet g[eos etiam cum eo,quod est] supra ipsos de oleo,Et īquirat vbi oporteat figere vncinos,quibus fœtus extrahatur, & loca h[eleuata ut] figantur in eis vncini.i[Et si approximat ei,quod inuenit.] k[Ista ergo]sunt loca in fœtu,qui descendit super caput,oculi,& os,& l[collum , & palatum,& sub mandibula] & furcula,& loca propinqua costis,& sub hypochondriis. In fœtu vero,qui descendit super pedes,sunt ossa, quæ sunt supra pectinem, & costæ medię , & furcula:deinde teneat instrumentum, quo extrahatur fœtus cum manu dextra,& intromittat manū sinistram m[sub vncino in eo,quod est] inter digitos suos, & infigatur in n[partibus] locorum, quæ diximus donec perueniat ad rem vacuam , & infigatur ècontra vncinus alius,vt sit attractio æqualis,& non declinet ad partem aliquam . Deinde tendatur , & non sit tensio æqualis in directo tantum: imò in lateribus etiam, sicut fit in ablatione dentium. Et oportet in o[hora illa] vt mollificetur tensio, deinde intromittatur index inunctus, & digiti plurimi in eo,quod est inter matricem , & corpus,quod retinetur.Et p[circundent digiti eius circuitum.] Quum ergo q[sequitur] fœtus,secundum quod oportet,tunc permutetur vncinus primus ad locum altiorem , & ita fiat cum vncinis aliis donec egrediatur fœtus totus cum attractione,ꝙ si egrediatur manus ante aliam , & non est possibilis reditio eius propter ipsius coarctationem , tunc oportet ut inuoluatur super ipsam pannus , vt non lubricet , & attrahatur tandiu , donec quum tota egreditur,abscindatur ex spatula , & ita fiat quum egrediuntur ambæ manus ante r[adiutoria sua,]& non est possibilis earum reductio Et similiter fiat de pedibus , quum non consequitur eos ambos reliquum corpus. s.incidantur ex inguinibus.Et si caput infantis est magnum,& accidit ei coarctatio in exitu , & est in capite eius aqua congregata, tunc oportet ; vt intromittatur inter digitos phlebotomus , aut cultellus spinosus: aut cultellus , quo inciduntur hæmorrhoides nasi , & perforetur cū eo caput,vt effundatur aqua,& detumescat . Et si aqua non est & est necessariū vt extrahatur cerebrum eius,fiat. Si autem fœtus est magni capitis natura,tūc oportet vt findatur craneum , & capiatur cum tenaliis , quibus extrahuntur dentes & ossa,& extrahatur . Et si egrediatur caput,& coarctetur pectus , tunc findantur cum hoc ingenio loca,quę sequuntur furculam,donec perueniatur ad ossa vacua, quare effundatur humiditas,quæ est in pectore , & detumescat pectus.Si autem non s[aduncetur,]oportet tunc vt scindatur,& auferatur t[furcula.] Quū enim aufertur,obedit tunc.u † [ ] Et si fuerit inferius ventris apostemosum,& fœtus mortuus,aut viuus , oportebit tunc etiam, vt euacuetur x[sicut narrauimus cum eo,]quod est in concauitate eius. Fœtus autem,qui egreditur super pedes, attractio fit facilis , & transpositio eius ad os matricis facilis . Quòd si coarctetur apud ventrem , & pectus,oportet tunc vt attrahatur cum panno, & findatur secundum quod narrauimus , donec effundatur , quod intra ipsum est . Si verò reliqua membra auferantur,& redeat caput,et retineatur,tunc intromittatur manus sinistra, & quæratur cum ea caput, & extrahatur cū digitis ad os matricis, deinde intromittatur in eo uncinus unus aut duo ex illis , quibus attrahitur fœtus,& trahatur . Et si os matricis iam coarctatum est propter apostema calidum accidens ei,tunc non oportet vt laboretur , imò oportet tunc , vt administretur effusio rerum pinguium plurima,& humectatio, & sessio in tina, & administrentur y[epithemata] ad aperiendum os matricis,& auferatur caput , sicut diximus.In illo autem,qui de fœtibus egreditur super latus.si possibile est vt ęquetur , tunc administrentur z[epithemata ad aperiendum os matricis,quę] diximus. Et si non fuerit illud,incidatur infans totus interius. Et necessaria est post administrationẽ harum rerum,administratio specierū curationis apostematum calidorum,quæ eueniunt in a[matrice.]Quòd si accidat fluxus sanguinis,curetur cū eo,quod est in capitulo suo.

m B.& occultet uncinum.
n B. uno.
o B. interuallo ipsius.
p B. applicẽtur digiti ei9 in circuitu ipsius.
q B. extrahitur.
r B.ante alia.
s B detumescat
t B. os furculæ.
u† B pectus.
x B. cū eo quod narrauimus totum.
y B.emplastra.
z B. canones quos.
a B.Alia litera. ore matricis.

ANNOTATIONES.

Habes de hac re plura ex Hipp. 1.de morb.muliebrib. & ex Rasi.22.cont.tr.7. Habes etiam libellum de fœtus ex sectione inscriptum,inter Hippocratis libros repositum: scribit de hac re & Paulus lib.6.& Celsus lib.7. Cap.1. cap.74. cap.29.

De regimine prægnantis post abortum. Cap. 15.

QVum abortitur mulier fœtum,oportet, vt suffumigetur cū bdellio,& a[hyssopo] & alharmel,& glutine albotin,& origano,& si napi albo, & currat sanguis & non ingrossetur,quare retineatur,& dolorem faciat .

a B. zufera.

ANNOTATIONES.

Attenuantibus sanguinem educere ex utero molitur, de qua re & Hipp.1.de morb.muliebrib.

De extractione secundinæ. Cap. 16.

INgenium quidẽ in extractione, quod administratur in ea absque medicamine, est vt sternutet cum aliquo corū , quę sternutare faciunt:deinde teneat ambas nares,& os violenter quare a[inspissatur] venter,& tenditur,& lubricat secundina. Quumque apparet secundina,tunc tendatur paulatim cum facilitate,et non fit in ea labor,vt non abscindatur. Quum ergo timetur abscisio, stringatur illud, quod b[sequitur manu] cum coxa mulieris,cōstrictione temperata, & elaboretur in sternutatione. Quumque tardatur casus secundinæ , non tendas eam tensione aliqua : imò stringe eam ad coxas ambas ligatione desuper,taliter,vt nō ascendat. Et si fuerit adhærens cum profunditate matricis,tunc subtiliatio sit in separatione eius cum motu leui ad latera,vt mollificentur ligamenta.Et oportet,vt non cadat in hoc labor omnino . Et si fuerit retentio eius propter vehementiam oppilationis, & constrictionis

a B. fiat tensus; ut chorda.
b B. apprehendit manus.

c B.ad dilatandum ipsum.

ctionis oris matricis,ingenietur c [vt carminetur:] aut cum digitis:aut effusione vnguentorũ calidorum mollificantium secundum propinquiorem præparationem situs mulieris, quæ possibilis est in ea,& fortasse est iacere eius cõuenientius ad illud. Et quandoque adiuuãt ad illud vnctiones, & emplastra lenificantia de foris sub vmbilico,& alchatim.Et quandoque sufficit linimentum digitorum obstetricis; deinde regatur regimento sternutationis,& suffumigationum,& tinarum, & eorum,quæ bibuntur,& ingenietur omni ingenio. Ipsa enim in quolibet spatio putrefit,& d [lenitur;& cadit,] & adiuua te cum diureticis fortibus.Et administra ei tinã decoctionis vsnen: quoniam facit ipsam cadere.Et de illis, quę faciunt ipsam cadere,est vt infundatur in matricẽ vnguentũ basilicon. ipsum.n.putrefacit eam.& extrahit ipsam.Et quum egreditur, administretur oleum ros.& similia.Et de his,quę adiuuãt ad lubricationem eius,est, vt in potu detur aqua e [rosarum recentiũ] puluerizata desuper althea: aut detur in potu: aut supponatur aliquid de stercore f [accipitris, & administretur desuper,q̃d dictum est de medicinis facientibus abortiri fœtum, & pessariis, & suffumigationibus. Et de suffumigationibus bonis, est elleborus albus facta suffumigatione cum eo, & stercus columbinum etiam facta suffumigatione cũ eo, & aristolochia facta suffumigatione.Et de antiquis fuerunt,qui præceperunt obstetrici, vt inuolueret manum suam in panno, & intromitteret eam.& acciperet secundinam: sed hæc cura est dolorosa:nam quum nõ egreditur secundina, tunc ipsa g [carminatur,]& egreditur post dies. Veruntamen parienti h † [ ] accidit dispositio maligna propter uapores malos ascendentes ex secundina ad cerebrum, & cor & stomachum: oportet ergo vt succurratur ad nocumenta earum cum suffumigationibus aromaticis,& potu i [almeisus,] & diamuschi. Et administrentur epithemata super cor, & stomachum,& medicinæ aromaticę facientes cordi. Et quidam antiquorum locutus est de extractione secundinæ sermonem,quẽ ego sua dictione narro.Inquit Ludus, si remanet secundina in matrice post exitum fœtus, tunc si os matricis est aptũ,& secundina est k [suspẽsa,quæ] iam collecta est,& facta est similis sphæræ in latere matricis,tunc exitus eius est facilis. Et oportet vt calefiat manus sinistra,& inungatur,& intromittatur ad profundum,& quærat cum ea donec inueniat secundinam cum l [collo] matricis annexam, oportet ut trahatur non secundum rectitudinem, m [quoniã] timemus inde conuersionem matricis: neque attractione vehementi, imò oportet in primis ut permutetur cum facilitate ad latera dextra & sinistra: deinde addatur in quantitate attractionis:ipsa enim attrahitur tunc, & separatur ex adherentibus. Et si os matricis fuerit adunatum,administra species curationis,quas dixi tibi,& si non fuerit uirtus debilis,administra res mouentes sternutationem,& suffumigationes cum speciebus in uase. Et si aperitur os matricis,tunc tu intromitte manum, & extrahe eam secundum quod diximus. Et si non egreditur secundina cum istis rebus,tunc non soliciteris ex hoc:ipsa enim post dies paucos resoluetur, & curret,sicut currit aquositas sanguinis. At verò n [augmentum] odoris eius facit dolorem capitis,& corrumpit stomachum, & angustiam facit.Quare o [oportet ut soliciteris,] & oportet,ut non sit abbreuiatio in administratione suffumigationis cum rebus conuenientibus ad illud. Inquit, & iam expertus sum in hoc suffumigationem nasturtii, & ficuum siccarũ.Et alius locutus est secundum sermonem, quem scripsimus secundum modum suum etiam. p [videtur mihi] vt ponantur medicinę acutæ,sicut ruta,& prassium, & abrotanum, & oleum de lilio, & oleum de alcanna, tantæ quãtitatis,qua humefiãt medicinę siccę, aggregetur totum illud ĩ uase nouo,& cooperiatur caput eius,& fiat in eo foramen paruum,& intromittatur in foramine canna, & ponatur sub eo ignis. Quũq; uno feruore bullierit,remoue ipsum, & pone ipsum super prunas, & approxima ipsum scamno,super quod sedet mulier,& pone cannam in uuluam eius, & cooperi cum pannis plurimis ex partibus eius ut nõ egrediatur vapor, & dimitte eam secundum hunc modum duabus horis, donec permutetur secundina. Quòd si non sufficit illud, & debilitatur uapor in extrahendo ipsam, tunc tibi conuenit vti emplastris,quę abortiri faciunt fœtum. Administratio nanque eorum post uaporationẽ est fortior. & penetrabilioris virtutis.

d B.& fœtet.
e B. Alia litera. cineris recentis.
f B. auis falconis.
g B.dilatatur. Alia litera. putrescit.
h † B.enixæ.
i B.almisusen.
K B.inuoluta &
l B.profundo.
m B. Alia litera nisi.
n B. malitia.
o B. rectius est ut fiat suffumigatio.
p B. præcipit.

ANNOTATIONES.

Vt secundæ procidant, ait Hipp. 5. aph. sternutatorio apposito nares comprime & os. De extrahenda secunda scribit etiam Paulus lib. 6. & Aetius lib. 16.

Aphor. 49.
cap. 75. cap 24.

De prohibitione imprægnationis. Cap. 17.

MEdico quandoque necessarium est prohibere impregnationem in parua,super quam timetur de partu,& in ea in cuius matrice est ægritudo:& in ea,in cuius uesica est debilitas. Grauitas nanque fœtus facit possidere scissuram in uesica,quare inuoluntarie egreditur vrina,& non potest retineri vsque ad finem vitæ.Et de regimine in hoc est, ut præcipias in hora coitus,ut caueatur forma imprægnatiua, quam diximus, & cum diuersitate inter duas spermatis eiectiones, &,separatione cum velocitate,& præcipue,ut eleuetur mulier cum cõplemento coitus,& saliat ad posteriora, usque ad.vii.&.ix.saltus:fortasse enim egredietur sperma.Incessus autem paruus,& saltus ad anteriora quiescere facit sperma fortasse. Et quandoque adiuuat ad lubricitatem spermatis,vt sternutet.Et de illis,quæ oportet considerare, est, ut supponatur ante coitum,& post ipsum alkitran, & ungatur cum eo uirga, & similiter cum oleo balsami, & cerusa, & ut supponatur ante & post pulpa granati. & alument.Et suppositio etiã summitatis caulis,& seminis eius,apud mũdificationem,& a [apud] coitum,& post ipsum est in hoc fortis, & propriè quãdo ponitur in Kitran b [&] submergitur in c [calamentho.] Et suppositio foliorum algarab post

a B. ante.
b B. aut.
c B. decoctione calamenthi aut succo eius.

post mundificationem. Et propriè quando cũ hoc sunt submersa in aqua foliorum algarab. Et similiter pulpa coloquinthidæ. Et [d] [alhegue rescen,] & scoriæ ferri, & caulium, & scammoneæ, & seminis caulis partes æquales aggregentur cum kitran, & supponantur. Et suppositio piperis post coitum prohibet conceptionem. Et similiter suppositio stercoris elephantis sola, aut cum suffumigatione cũ eo in horis prædictis. Et de ebibitis est, ut in potu dentur aquę albedarungi unc. iij. prohibet enim impręgnationem.

d B. herargiesa.

ANNOTATIONES.

Plura scribit de hac re Aetius lib. 16. habes & ex Hipp. 1. de morbis muliebribus.

Cap. 16. & 17.

De mola. *Cap.* 18.

Quandoque accidunt mulieri dispositiones similes dispositionibus prægnantiũ, ex retentione menstruorum & alteratione coloris, & casu appetitus, & adunatione oris matricis. Et quandoque est cum hoc durities quędam. Et quandoque est in ea aliquid duritiei in matrice tota. Et accidit inflatio ambarũ mãmillarum, & repletio earum. Et quandoque accidit earum apostematio. Et sentit in uẽtre suo motum, qui est sicut motus embryonis, & magnitudinem corporis, & quæ est sicut quantitas embryonis, quod [a] [mouetur per compressionem] dextra & sinistra. Et quandoque remanet sic annis quattuor, aut quinque. Et quandoque protenditur usque ad finem uitæ, & non recipit curationem. Et quandoque accidit ei sicut hydropisis, & inflatio uentris: [b] [sed quę tẽdit ad duritiem non clamat uoce] tympani. Et quandoque accidit dolor pariẽdi, & angustia, & cum hoc non parit: imò quandoque est causa in eo tensio, & inflatio in uenis menstruæ, quare non deponit aliquid. Et quandoque deponit frustum carnis, cuius est forma quędam, cuius species non comprehenduntur. Et quandoque est illud, quod egreditur tantum uentositas. Et quandoque sunt superfluitates aggregatæ, quare egrediuntur cum sanguine plurimo ex eo, qui retinetur. & mola ex omnib. istis est diuisio secunda; & est eadem nominata mola, & alia ab illa nõ dicitur mola & nominatur perficenaducem. & causa in generatione huius frusti carnis, secundum quòd existimatur, sunt duæ res, quarum una est multitudo materierũ effusarum ad ea cum uehementia caliditatis: & secunda est coitus, in quo matrix comprehẽdit aquam mulieris, & extendit eam cũ nutrimento, & propter defectum uirtutis masculinitatis, non concipit. & de signis decernentibus inter prægnationem ueram, est, quòd res illa non mouetur nisi in hora quadam, deinde post illud nõ mouetur, & est durities uentris cum ea uehementior duritie uentris pręgnantis cum conceptione uera. & sunt mulieris manus, & pedes mollesualde cum [c] [minoratione.] & signa discernentia inter species alias, & ueram molam, est existimatio quod est embryon, et sentitur corpus [d] [formatum] in matrice, & multoties accidit ex mola illud, quod accidit ex apostemate matricis, [e] [&] ex accidentibus colicæ, propter cõstrictionem [f] [ab orbo:] quare accidit dolor uehemens, licet multoties habens molam patiatur [g] [ex apostemate] colicæ. & [h] [in colica quidem uentosa iuuamentum fit cum dactylis indis, & cum eo, quod uocãt affeim] & similibus. ipsa enim resoluunt ipsum dolorem, & cum hoc extrahunt molam.

a B. permutatur a.

b B. tẽdit ad duritiem, non ad tympanitiẽ consonantem sono.

c B. subtilitate eorum.

d B. adunatum.

e —— B.

f B. sup orbũ.

g B. aliquid ex dolore.

h B. quãdoque fit iuuamentum in colica molatica cũ electuario de dactylis, & electuario dicto alseriaran.

ANNOTATIONES.

Molæ causas pulchre Hipp. lib. de sterilibus in hæc uerba. Molę porrò conceptus causa hæc est. Quum multi menses modicum & morbosum semen conceperint, neque fętus rectus fit, & uenter plenus est, & uelut prægnantis nihil autem in uentre mouetur, neque lac in mammis generatur, mammæ autem turgidæ sunt. Idem & in 1. de mor. muliebrib. asserit. Disserit eadem de re Arist. 4. de generat. animal. & ibidem Auerroes itemque Aetius lib. 16. & Paulus lib. 3. Agit & Gal. 14. de usu part. Sed hic controuersia est. Ait Auicennas ijs uerbis. Et sentit in uentre suo &c. sentiri ubi mola adsit, in uentre motionem. At Hippocrates locis antea citatis nihil ait in uentre moueri, quod & Aetius affirmat. Euidens profecto cõtrouersia hæc est. Fortasse autem Hippocrates motum molæ intelligit per se, absque matris motu. Auicennas uero de motu loquitur, qui ad totius corporis motionem sequitur, qui per accidens est.

Cap. 7.
Cap 80. ca. 69.
Cap 7.

De cura. *Cap.* 19.

Regimen in ea est paucitas motus, & dimissio exercitij, & resupinatio in dormiendo cum eleuatione inferiorum, & prohibitio [a] [inferiorum] a latere inferiore, et si indiget phlebotomia, & euacuatione, et uomitu, fiat. et in reliquis curationibus fiat curatio apostematum [b] [grauatiuorum] et cum mollificatiuis. s. emplastris, et uaporationib. et embrochis, et tinis, et ex eis, quæ abortiuntur, et abortum faciunt post illud, quandoque enim resoluunt materiam facientem molam, et quod ei simile est, quandoque eijciunt eam. et multoties sufficit in ea labor dandi in potu logodion, et dandi in potu oleum alkekengi, est enim uehemẽtis iuuamenti in hoc.

a B. materierũ.

b B. durorum.

ANNOTATIONES.

Si mola unum tantum carnis frustum est, non curari ait Hipp. lib. de sterilib. sed interire ægram, seruari autem, si plura fuerint, & moderatus sanguis erumpat. Pro curatione uide Hippocratem locis in superioribus adductis. Vide & Paulum lib. 3. & Aetium lib. 16.

cap. 65. cap. 80.

De figuris naturalibus, & non naturalibus partus. *Cap.* 20.

Figura naturalis partus est, vt egrediatur super caput suum, secundum rectitudinem oris matricis absque inclinatione, manib. eius extensis super coxas: et quæ est præter illam est non naturalis, sed quę ei propinquior est, est vt egrediatur super pedes suos: et egrediantur manus eius extensę super coxas. Quod si caput declinat

clinat a rectitudine, aut remouentur manus a coxis, et egrediuntur pedes, et retinetur manus tunc est mala. Et formæ exitus mali quandoque interficiunt fœtum, & matrem. Et quandoque euadit ex eis mater, & moritur fetus propter illud, quod aduenit ei de labore. & [a] † [ ] accidit ei apostematio exterius quum prolongatur, & non sedatur in trib. diebus. Et quãdoque perducit ad apostemata [b] [calida] & euadit fetus, & moritur mater. Et quãdoque præfocatur in huiusmodi puer, & moritur præfocatus.

a † B. propter illud quod.

b B. matricis in persicientia.

ANNOTATIONES.

Habes de hac re ex Hippocrate 1. de morb. muliebrib. & libello de natura pueri. Sed uide & Aetium lib. 16. æmulatur præsertim Paulum lib. 3. hoc & tribus sequentibus capitibus.

Cap. 22. Ca. 76.

De difficultate partus. Cap. 21.

Difficultas partus, aut fit causa prægnantis: aut causa fœtus, aut causa matricis, aut secundinæ: aut causa uicinantium, & communicantium, aut causa horæ partus, aut causa obstetricis, aut propter causas primitiuas. Facta verò causa prægnantis, est ut sit [a] [stricta, aut] debilis, passa ægritudines, aut famem: aut sit timida: aut nõ consueta imprægnationi, aut partui, imò tunc est primum quum parit, quare est timor eius maior. Et dolor ipsius vehemẽtior, aut est anus debilis: aut est plurimæ adipis: aut est vehementis pinguedinis habentis strictum [b] [almezen, cuius mezez] non dilatatur, & nõ [c] [adiuuatur membrum vehementis frigoris compressione lacertorum ventris, uel] est paruæ tolerantiæ in dolore, & est vehementis permutationis, & inquietudinis, quare perducit illud ad causam aliam, & est alteratio figuræ infantis ab eo, quod conuenit. Facta autem causa fætus, aut est propter genus eius, fæmina enim penitus est difficilioris partus, quàm masculus: aut est propter magnitudinem eius, aut magnitudinem capitis, aut grossitudinem corporis eius, aut propter multam eius paruitatem, aut leuitatem, quare non [d] [submergitur] cum fortitudine, aut propter alterationem creaturæ ab æqualitate facilis lubricitatis: sicut si sit sicut ille qui habet duo capita: aut quem comprimit numeratio embryonum, fortasse enim in ventre uno sunt quinque, imò quandoque est numeratio maior illa, qui parui sunt, & diuersi. & quandoque est numeratio plurima ualde in cysti vna. Et quandoque est difficultas, propterea, quòd est mortuus, quare non fit ei adiutorium propter motum eius: aut est debilis, & fit paruum adiutorium propter motum eius. Et quandoque fit difficultas propterea quòd figura eius exitus est nõ naturalis sicut si egreditur super pedes suos, aut super latus suum, & manus eius [e] [sint plicatæ] super coxas & genua eius, & istud fit propter corruptionem motus embryonis, aut propter multitudinem inquietudinis [f] [patientis.] Et ex eis, quæ securitatem faciunt eius, est ut sint inquietudo partus, & dolor decliuis ad inferiora, & sit anhelitus bonus.

a —— B.

b B. almazen cuius mazem.

c B. fortificatur super compressioné & expressioné uehementem ad matricé cum lacertis uẽtris &c.

d B. descendit.

e B. aut egredit curuatus ita ut pedes declinẽt versus faciem, aut egreditur super genua. Alia litera. aut sint pedes adhærentes faciei, aut super genua & coxas.

f B. parturientis

Facta verò causa matricis est vt matrix sit parua, in qua coangustatur [g] [incessus:] aut sit sicca valde, in qua non sit lubricitas: aut sit [h] [uia constricta] ualde in creatione, aut propter cõsolidationem ab vlceribus, & reliquis speciebus constrictionis. Aut sit in ea aliqua ægritudinũ malarum, sicut phlegmon, aut vlcera: aut rhagadiæ: aut hæmorrhoides in matrice. Aut fuit iã clausula, quare scissum fuit siphac ab ore matricis, scissione non completa, quare est eius dispositio sicut dispositio constrictionis, [i] † [ ] matricis in creatione. Facta autem propter secundinam est, vt secundina non disrumpatur propter grossitudinem suam, quare non reperiat fetus euasionem: aut rumpatur ab eo velociter, & egrediantur humiditates plurimæ ante complementum fætus, quare non inueniat [k] [euasionem.] Facta verò causa vicinantium est ut sit in vesica apostema, aut nocumentum aliud ex [l] [fixione] vrinæ, & alijs: aut sit in intestino fæx sicca plurima, aut apostema: aut colica alterius generis, aut hæmorrhoides, aut rhagadiæ ani, & sicut si sint ilia mulieris subtilia. Facta autem causa horæ partus, est ut sit fetus uelox [m] [in administratione partus, & ordinatione in eo, & non depastus est a qualibet grauedine rei super se, sicut sepe contingit illud, sed perseuerauit, quare accidit quòd difficilis factus est partus, eo non existente forti, & si fuerit fortis secundum quòd oportet, erit debilis secundum quòd oportet.] Facta autem propter causas primitiuas est, sicut si forte fiat frigus, quare fortis fiat constrictio membrorum partus: & propter illud multiplicatur in regionibus septentrionalibus, et in ventis septẽtrionalibus, & fit in regionibus, & temporibus frigidis, difficilior. Et quandoque perducit huiusmodi difficultas ad [n] [magnificationem ventris, & inflationem] mirach. Aut fortis fiat calor, quare fortis fiat mollificatio virtutis: aut adueniat ei tristitia. Et sicut si mulier sit plurimum utens aromaticis, & odoramento aromatum, & fiat matrix eius assiduæ attractionis ad superiora: quapropter non oportet apud difficultatem partus, & casum virtutis vt olfaciat aromatica [o] [super retentione] necessitatis in reductione virtutis, [p] [&] si cadat, & multoties perducit difficultas partus ex causis prædictis. & ex [q] [medicamine] constrictiuo, & inspissatiuo ad hoc, ut incidantur venæ in pectore, & pulmone, quare perducit ad sputum sanguinis, & tussim, & phthisim. Et quandoque perducit ad incisionem neruorum, & lacertorum propter uehementiam eius, quod accidit de tensione cum paucitate [r] [complementi,] propter defectum lenitatis, & lubricitatis, quare perducit ad spasmum. Et quandoque peruenit res in quibusdam earũ ad hoc, vt findatur mirach uentris, & illud est, quando superfluit inspissatio.

g B. motus fætus.

h B. os eius strictum.

i † B. oris.

k B. lubricitatẽ.

l B. retentione.

m B. ad conatũ partus & sit fortis in eo, & nõ acciderit ei nocumentũ & fiat ter difficilis ei, sicut sæpe contingit illud, imò accelerat quare accidit ut difficultetur partus qm̃ uirtus quãuis sit fortis secundũ necessitatem, tamen est debilis secundũ accelerationem uel conatum. Alia litera. velociter in desiderio ad partũ, & conetur ĩ eo, & non dimittat ipsum hora quares fit ei difficilis sicut accidit illud multoties, imo perseuerat in eo, quare accidit ut difficultetur part', qm̃ uirtus eius quãuis sit fortis secundũ necessitatem, tamen est debilis secundũ eius perseuerantiam.

n B. disruptionem uentris & rupturam. Alia litera. disruptioné uẽtris & inflationem.

o B. supra exigentiam.

p —— B.

q B. frigore.

r B. conuenientiæ ad exitum.

De signis. Cap. 22.

[a] [Svnt, ut sentiat dolorem ante partum, & post ipsum in anterioribus: nam si declinat ad pectinem, facilis fit partus, & si declinat ad posteriora, difficilis.]

a B. Alia litera. Quum declinat dolor ante partum ad anteriora & ad uentré & ad pectinem facilis fit partus: Et si declinat ad posteriora & ad dorsum difficilis fit partus.

a B. quæ est pat uel propinqua.

De regimine eius, a [*quam lædunt partus accidentia.*] *Cap.* 23.

QVum prægnans appropinquat partui, necessarium est tunc, vt assiduet balneationem, & tinam: & melius est: vt fiat extra balneũ, vt non debilitetur, quare mollificetur. Aut administretur inunctio pectinis, & dorsi, & b [coxarum] cum eis, quę sunt sicut oleum anethinum, & chamęmillinum, & de Keiri, & alia ab illis. Et assiduet suppositionem aromaticorũ, & effundantur in c [materia sua ceratarial] subtilia, & olea mollificantia, & mucillagines mollificantes, d † [ ] sicut adeps gallinæ, & anseris impinguatæ, tepida, non frigida, sed sit ad caliditatem propinquior: & propriè quum est siccitas vuluę, & corporis totius cum vulua. Et oportet, vt in potu dētur propter difficultatem partus, mense uno omni die in ieiunio mucillagines, sicut mucillago cydoniorũ cum mucillagine seminis lini. Et similiter detur ei in potu in diebus doloris partus, aqua fœnugræci. Et sit cibus eius ex oleribus lenificatiuis, & alesfidabegi, & caro pinguis, & galia pinguis, & interdicantur ei styptica. Et oportet ut suffumiget vuluam suam cum muscho, & aromaticis. Quumque præsens est partus, & incipiunt accidentia eius, comedat rem paucę quãtitatis, & multi nutrimenti, & bibat desuper vinum odoriferum. Deinde oportet ut sedeat mulier hora vna, & tendat pedes suos; deinde resupinetur super dorsum suum hora una, postea surgat subito, & ascendat gradus, & descendat, & clamet. Quum ergo aperitur os matricis parum, & incipit augmentari, & aperiri, tunc oportet, ut e [suffumigetur] quantum possibile est, & propriè quum scinditur siphac, & f [laboret siti] & aperiat os suum, quantum potest, & intromittat aerem plurimum attrahendo ipsum naribus quanto plus potest, hoc enim extrahit fœtum, & secundinam. Et melius super quod sedetur apud partum, est scamnum, posito puluinari post ipsam, & istud fiat post apertionem oris matricis. Quod si mulier fuerit pinguis, iaceat super ventrem suum, & ponat caput suum super terram, & intromittat genua sua sub ventre suo, ut g [comprimatur] os matricis cum uulua eius: deinde inungat vuluam suam cum lenificantibus prędictis. Et oportet ut dilatetur, & aperiatur cum digitis. Quum ergo facit illud, & coarctatur uenter eius, parit uelociter partu quadrupedum. Quumque apparet secundina, scitur quod fœtus appropinquat. Et si non scinditur propter grossitudinem suam. oportet tunc ut scindatur unguibus, aut instrumento h [nominato lingua] assumpto inter duos digitos cum facilitate, ne inueniat fœtum, & lędat eum, donec scinditur, & curret humiditas & lubricet fetus. Qđ si tu administras scissionem secundinę, & fętus non est i [completus, incurnatur secundum accidentia partus euadendi.] & prolõgatur spatium, & exsiccatur vulua, sequere illud effundendo lubrificantia, cerataria subtilia & mucillagines in vulua, & adipes liquefactos, & albumen oui, & uitellum eius: k [est enim regimen mirabile.

b B. partium inter uuluam, & anum.

c B. partib. uuluę ipsius cerata, uel in partibus interanum & uuluę earum unguenta.

d † B. unctuosæ.

e B. fiat expressio.

f B. conetur sternutare.

g B. æquetur.

h B. simili forfici myrrhi.

i B. præparatus ad egressionem abhorret euasionem seu exitum ad extra.

k——B.

De regimine eius, in qua fit difficilis partus, absque semita medicinarum. *Cap.* 24.

QVando difficilis fit partus, tunc fac eam odorare odores delectabiles cum quantitate parua. Et si uirtus fuerit debilis a † [ ] da ei in potu aquam carnis, & ciba eam cibis bonis, paucę quantitatis, sicut sunt sorbilia oua, & similia. Et da ei in potu cados uini odoriferi, aromatici, deinde fac eam sedere, & tempera sessionem eius, si est hyems, accende ignem plurimum, & si est æstas, euenta eam, & fac eam sedere usque ad hypochondriam aqua tepida ad caliditatem aliquantulam decliui: & propriè b [conca,] in qua decocti sunt. M. x. calamenthi. Et suppone collyrium ex eis, quę sunt sicut myrrha, & inunge pectinem eius, & membra partus eius, & dorsum ipsius cum cerato, & adipe tepidis: & propriè si fuerit causa frigus. et similiter mucillaginibus, et lubrificantibus. Et quandoque est tibi necessarium, vt clysterizes cum eis vuluam eius, ita ut præcipias ut ponatur sub anchis eius, & sit ipsa resupina super puluinar, & eleuentur pedes, & c [aperiantur] coxæ eius quantum possibile est, & effunde in eam lubrificantia, et alia similia, cum iniectione ultima in canna, cuius longitudo sit longitudo matricis, et plus. Et dimitte eam una hora vsquequo testentur mulieres, quòd os matricis eius iam aperitur, et quòd humiditates iam incipiunt currere, tunc ergo fac eam sternutare, d † [ ] et fac eam sedere super scamnum, et præcipe ut exprimat inferiora vẽtris sui, et præcipe ei, ut exprimat se, et comprimat ilia eius, ipsa enim pariet. Et fortasse quandoque indigebis vt aperias vuluam eius cum instrumento, e [quo naues extrahuntur ut aperias os] matricis eius et aperiatur. et oportet ut experiantur super eam figurę iacendi super uentrẽ et super f [faciem extẽsis manib.] et resupine, et alię. et considera, quæ illarũ facit appropinqua re caput infantis uuluæ, et alleuiat partum, et caue ne dimittas obstetricem laborare in receptione, et in g [dimissione uuluæ eius cum lubrificatiuis.] quòd si hoc regimen non excusat, adiuueris cum medicinis, et suffumigationibus. Quumque das in potu h † [ ] ex medicinis alleuiantibus partum, ex pilulis, et alijs, et non parit, oportet vt sorbeat in hora meridiei de iure faseolorum, et ciceris cum oleo sisamino: deinde quum i [securus fueris,] præcipe ei ut supponat aliquod de suppositorijs, quæ dicemus, et dormiat super ipsum, postea, quum mane fuerit factum, suffumiga eam cum aliqua suffumigationum, quas dicemus, deinde itera dare in potu medicinam. Si autem non confert, administra epithemata dorso, et umbilico cum aqua rutæ, confecta cũ farina alsceilem, et quum fortior fit dolor, et proprie propter frigus, ponatur in vulua oleũ calefactum, k [quod dicetur in antidotario.] et antiqui quidem primi dixerunt in extrahendo fetum ingenium in capitulo motuũ eius, l † [ ] nos relationem dimisimus propter paruitatem fiduciæ in ipso.

a † B. &.

b B. in cucuma.

c B. dilatentur.

d † B. & eleua eam.

e B. ad hãc rem appropriato ut appareat.

f B. genua.

g B. proiectione lubricantiũ in uuluam eius.

h † B. in mane.

i B. uesper fit.

K——B.

l † B. &.

De regimine eius, cuius gemini pedes egrediuntur ante caput. *Cap.* 25.

OPortet ut subtiliatio sit, ut reducantur pedes, & conuertantur cum subtiliatione: ita ut æquetur sedens, & eleuentur crura eius a † [illegible] donec descendat caput eius, quod si nihil de hoc est possibile, ligetur genitus cũ vitta linea, & extrahatur, & si non est possibile ut fiat sine incisione, fiat illud secundum modum, qui dictus est in genito mortuo.

a † B. paulatim paulatim.

ANNOTATIONES.

Multis de causis partus reddi difficilis potest, præsertim uero ob figuræ differentias, secundum quas uterus foras procedat. quum enim naturalis eius exitus in ipsum sit caput, quandoque in pedes uel ambos uel alterum, quãdoque in brachia, quandoque aliter procedunt. De his & curandi in ipsis ratione plura Hipp. 1. de morb. muliebribus & lib. de fœtuum exsectione. Sed & Paulus lib. 6. & Aetius lib. 16.

Cap. 73. Cap 22. & 23.

De regimine eius, cuius fętus egreditur super latus suum. *Cap.* 26.

EST proximum illi ut ęquetur cum eleuatione ad superiora, deinde cum sessione, & a [lenificatione] cum facilitate.

a B. retroductione. Alia litera, motu ad iacendum sup latus.

De regimine eius, quæ parit apostemate in matrice eius existente. *Cap.* 27.

ADministrentur super eam cerataria, & olea, deinde administra ei illa, quæ scripsi tibi debere fieri in pingui de forma partus & alijs.

De regimine eius, cuius partus fit difficilis causa magnitudinis fœtus. *Cap.* 28.

OPortet ut a [inueniat obstetrix possibilitatem] huiusmodi fœtus; quare subtilietur in extractione eius paulatim: tunc si ualet illud in eo, bene est: & si non, liget eum cum margine panni, & trahat eum b [subtiliter ualde cum quibusdam attractionibus.] Quod si illud non confert, administrentur forcipes, & extrahatur cum eis. Si uerò, non confert illud, extrahatur cum incisione, secundum quòd facile fit, & regatur regimine fœtus mortui.

a B. obstetrix bonam faciat ictetionem.

b B. attractione post attractioné

De regimine eius, cuius partus fit difficilis causa mortis fœtus, aut malitia figuræ partus, cum qua non speratur uita. *Cap.* 29.

ADministrentur medicinę extrahentes fętũ mortuum, de his, quę dicta sunt & dicentur. Quod si illud non confert, suspendatur cum uncinis, & incidatur frustatim, & extrahatur: & festina ad hoc antequam infletur. Si ergo fuerit caput magnum, & possibilis fuerit eius conquassatio, aut incisio vt currat, quod est in ipso, fiat,

De regimine a [nausea] eius. *Cap.* 30.

a B. syncopis.

ASpergatur aqua super faciem eius, si non timetur reuersio partus, & uiuificetur uirtus eius cum aromaticis, & fac eam sumere aquam carnis cum uino, & speciebus condientibus.

De medicinis facilem efficientibus partum. *Cap.* 31.

OMnes medicinæ, quæ educunt uermes, & ascarides, extrahunt fœtum. Et quum in potu sumit mulier de corticibus a [casię fistulæ] iiij. aure. parit statim. Et sumere in potu assam, & castoreum est bonum & ultimum. Et sumere in potu cinnamomum est bonum ualde, ipsum enim accidentia partus alleuiat, & partũ. Et iterum decoctio foliorum altheæ romanæ cum aqua, & melle, est ex eis, quę alleuiant partum ualde, quoniam alleuiat accidentia partus: & partum. & iterum aqua fænugręci, alleuiat partum ualde. Et iterum medicamen bonum ultimum est, ut sumatur capillus ueneris, & dissoluatur contritus cum b [syrupo rof.] & aliquantulo olei. & sumatur in potu: & similiter pulegium. Pilulę bonę, quæ sunt quorundam medicorum me nuper præcedentium, & quas c [mihi attribuerunt] quidam postremi. Recipe cinnamomi, & d [sauinę] amborum an. drach. x. casię bonæ drach. vij. e [cinnami] & myrrhæ, & aristol. rotun. & costi amari, omnium ana ʒ. vi storacis, et opij amborum ana drach. ii. muschi f [de fallo] drach. j. quartam, fiant ex eis pilulę, et dentur in potu aure iij. in duabus unc. antiqui. Et quod magis diligendum est, est ut minoretur opium, & sufficiat de eis drach. j. Pilulæ bonę. Recipe g [sauinę] drach. v. et granorum harmel drach. iiij et assæ, et ammoniaci, et rubeæ, omnium ana drach. iij. fiant ex eis pilulę, et bibantur ex eis drach. iij. cum decoctione prouocante mẽstrua, sicut est decoctio de h [sauina] et pulegio, et rubea, et cum decoctione faseolorum rubeorum, i [et] cum succo rutę. Pilulę bonæ. Recipe k [sauinæ] drach. ij. assę, ammoniaci, rubeæ, omnium ana drach. s. et sit dosis vna. Et iterum aristolochiæ lon. piperis, myrrhæ, omnium æquales partes, fiant ex eis pilulę, et sit dosis drach. iij. omni die cum unc. j. aquæ lupinorum, sunt enim abortum facientes, partum alleuiantes, mundificantes matricem cum fortitudine. Et simile illis in suis dispositionib. est illud, quod recipit bdellium subalbidũ, myrrham, et l [sauinam;] de quo fiant pilulę auellanis similes, et bibantur, quoniam alleuiant partum. Cõfectio bona ualde, de qua dicitur, quod non equatur ei aliquid. Recipe myrrhę, et castorei, et storacis omniũ ana aure j. cinnamomi, m [sauinę] amborum an. aur. medium, conficiantur cum melle, cuius dosis sint duo aurei. et melius est ut detur in potu cum uino, est enim ultima. De emplastris et epithematibus. Sumatur decoctio pulpæ coloquinthidę, et succus eius, quę humida est, est melior, et misceatur cum ea succus rutæ, et ponatur ĩ ea aliquid myrrhę, et liniatur cum ea pecten usque ad umbilicum. Suppositoria fortia in faciendo descendere illud, quod separatur. Submergatur lana in suc-

a B. Alia litera, cucumeris siccis.

b B. uino.

c B. sibi attribuere uoluerunt.

d B. abel.

e B. cinnamomi grossi.

f — B.

g B. abel.

h B. abel.

i B. aut.

K B. abel.

l B. abel.

m B. abel.

co pulpæ coloquinthi dæ,& succo rutę, & supponatur:aut supponatur aristol.etiam in lana, aut supponatur buchormariem, aut staphisagria,& cucumer asininus,& condisi:aut supponatur collyrium ex elleboro,& opopanaco, & felle taurino; facit.enim descendere viuum & mortuum. Medicinæ facientes illud cum proprietate.Dicitur.oportet vt contra difficultatē partus teneat patiens in manu sua sinistra magnetem: aut liniatur cum cinere vngulæ asini, quoniam est vltimum: aut suffumigetur cum ea.Et similiter vngula equi.Et similiter suffumigatio cum [n] [oculo] piscis saliti. Et dicitur, quòd si suspēdatur corallus etiam in coxa dextra,confert difficultati partus. Et dicitur,quòd si suspendatur super coxam eius storax aphricana,non adueniet ei dolor. Et dicitur, quòd si teratur crocus, & conficiantur,& fiat ex eo nux,& suspendatur super eam,expellit secundinam.Suffumigationes, Suffumiga eam cū myrrha, quoniam est bona valde. Et iterum cum myrrha & galbano & [o] [castoreo] confectis cum felle vaccino:sumatur ex eo aur.i. & suffumigetur cum eo:aut sumantur sulphur citrinum,& myrrha rubea,& fel vaccinum,& opopanacum,& galbanum, & suffumigetur cum eis.Et suffumigatio cum spolio serpentis, aut cum fimo columbino est alleuians, & fortasse interficit suffumigatio cum spolio serpentis fœtum.Et suffumigatio cum opopanaco solo, alleuiat,& cum stercore [p] [accipitris.]

[n] B.oculis.

[o] B.opopanaco

[p] B.falconis.

De regimine infantis,quum nascitur. Cap. 32.

Hanc rem prosequuti sumus in libro vniuersalium;quare quæratur illic.

De dispositionibus enixarum. Cap. 33.

[a] [Partus] non extenditur in masculis vltra xxx.& in fœminis vltra xl.dies,& plus parum,& accidunt fœtus ęgritudines plurimæ, sicut fluxus,& retentio sanguinis, quare perducit fluxus sanguinis ad casum virtutis,& per ducit retentio menstruorum ad febres prauas, & ad apostemata praua,& multoties accidit ex itura ex partu difficili. Et quadoque accidit eis inflatio ventris,& fortasse moriuntur. Et sanguis quidem partus vehementioris est nigredinis quàm sanguis menstruorum: quoniam est retentionis longioris spatii.

[a] B.tempus enixæ.

De regimine multitudinis sanguinis eius. Cap. 34.

Qvum multiplicatur fluxus sanguinis enixæ,oportet vt cum vitta ligentur manus eius,& ponantur super ventrem eius panni infusi in aceto, & supponantur collyria ex eis, quæ sunt sicut balaustiæ,& Karabe,& rosæ, & thus cum vino pontico. Et oportet vt deuitet medicinas cauterizantes,ipsę enim sunt malæ matrici propter neruositatem eius,& de illis, quibus inest proprietas in hoc, secundū quod dicitur,est suspensio stercoris porcini in lana, & suspendatur in coxa eius.

De regimine paucitatis sanguinis eius. Cap. 35.

Qvando parit,aut abortitur, & timetur, quod sanguis eius minoretur, aut apparet illud,tunc rectius est vt solicitudo sit in prouocatione sanguinis eius,& attenuatione eius, nam quum retinetur,facit accidere apostemata.Et sternutatio in hoc est iuuatiua.Et de medicinis,quibus fit suffumigatio in hoc,est vt suffumigetur cum sinapi,& harmel,& bdellio, & myrrha. et iterum suffumigetur cum oculo piscis saliti:cum vngula equi,aut asini. Si autem illud non excusat aliquid, tunc necessaria est phlebotomia saphenæ, vt extrahat sanguinem, & prohibeat nocumentum repletionis,& apostemationis eius, & fortasse prouocabit. Et phlebotomia uenæ curuaturæ poplitis, est fortior.

De regimine febrium eius. Cap. 36.

Aqua hordei confert ei: ipsa enim cum hoc non retinet menstrua. Et similiter granata dulcia. et plurimum quidem februm earum est propter retentionem menstruorum Quum ergo curatio fit cū phlebotomia saphenę,fit iuuamentum cum ea.

De regimine inflationis uentris eius. Cap. 37.

Detur in potu diamarte,& detur in potu alkekengi,& dentur in potu serapinum, & origanum,& mastix cum æqualitate.

De regimine doloris matricis. Cap. 38.

Sedeat in aqua tepida,& inungat loca sua cū oleo uiola.dulci,tepido.

De regimine ulcerum eius. Cap. 39.

Cvrentur cum vnguento albo, & similibus ex vnguentis conuenientibus vlceribus,super membra neruosa.

TRACTATVS III.

De reliquis ægritudinibus matricis, exceptis apostematibus, & quæ currunt cursu eorum.

De iudicijs menstruorum. Cap. 1.

Menstrua temperata in quantitate,& qualitate sua,& in tempore suo, currente secundum consuetudinem suam naturalem in omni [a] [spatio,] sunt causa sanitatis mulieris, & mundificationis corporis eius ab omni nocumento in quantitate,& qualitate, & faciunt ipsam acquirere castitatem,& paucitatem desiderii. et mensuratio æqualis,[b] † [ ] est,vt menstruetur mulier in [c] [omni mense] vsque ad.xxx.dies, & quod est supra illud, & quod est infra illud, quod cadit in quintodecimo,& septimodecimo,est non naturale.et quū alterantur menstrua [d] [ab æqualitate] a dispositione

[a] B.periodo.

[b] † B ad menstrua.

[c] B. omnib.xx. diebus.

sitione sua naturali, sunt causa ægritudinum plurimum. Et parum quidem accidit, vt alterarentur in tempore suo. Et ex nocumento alterationis menstruorum peruenitur ad additionem debilitatis mulieris, & alterationem formæ eius, & paucitatem conceptionis eius, & multitudinē abortus eius. & ad partum ipsius debilitantem fœtum, quum nascitur. Retentio autem menstruorum, & paucitas eorum, commouent in ea ægritudines repletionis omnes, & præparant eam ad apostemata, & dolores capitis, & reliquorum membrorum & tenebrositatem visus, & perturbationem sensus, & febris & multiplicatur cum ea repletio vasorū spermatis eius: quare fit desiderans, non casta, & non suscipiens filium ex impregnatione propter corruptionem matricis eius, & spermatis ipsius, & perducit eum eo res ad præfocationē matricis, & stricturam anhelitus, & retentionē eius, & pulsum cordis, & syncopim [e] [& singultum:] & quandoque moritur, & accidunt ei [f] [difficultas] & distillatio [g] † [ ] propter oppilationem materierum. Et quandoque accidit ei sputum sanguinis & vomitus eius, & propriè in virginibus, & cursus eius fluxu ventris. Et diuersificantur istæ ægritudines ex eis secundum diuersitatem complexionis eius. Nam si fuerit cholerica, generabuntur in ea ęgritudines cholericę. Et si fuerit melancholica, generabuntur in ea ægritudines melā cholicæ. Et si fuerit phlegmatica, generabuntur ī ea ægritudines phlegmaticę. et si fuerit sāguinea, generabuntur in ea ægritudines sanguineę. Et de mulieribus quidem est, cuius ablatio menstruorum festinat, quare in. xxxv. & ēt. xl. anno vitæ suæ fit finis. et de eis est, in qua tardatur illud vsquequo perueniant l. anni. & quandoque peruenit retentio menstruorum ad alteratione dispositionis mulieris ad [h] [purpureitatem,] secundum, quod [dicitur] in causa retentionis menstruorum, & quādoque apparet in ea, cuius menstrua abscindunt lac, & significat illud. & quandoque accidit retentio menstruorum propter [k] [tortuositatem venarum] matricis.

e—B.
f B. retentio vrinæ.
g † B. eius.
h B. masculinitatem.
i B. dicemus.
K B. permutationem.

ANNOTATIONES.

Menstruis, ait Hipprocates, largius fluentibus morbi eueniunt, non fluentibus autem ex vtero morbi contingunt. 5. aph. de sola quantitate verba faciens. Spectanda tamen & qualitas, & tempus, quod hic author animaduertit. Sanè, quod ad moderatam quantitatem attinet, spectanda corporis, a quo effluūt natura, si multis vel paucis humoribus redundet, nempe quibus multum humorum affluit, siue ob naturalem corporis habitum, siue ob studia victus rationem eorum copiam aggregantem, vberius eas expurgari necesse est: parcius verò quæ contrario modo se habent. At obijcies. Aristotelem 7. de hist. animal. affirmare, corpulentis mulieribus multum menstrui sanguinis in alimentum corporis abire. vnde & has minori copia scatere oporteat. Sed per corpulentas videtur philosophus eas intelligere, quibus solidior membrorum inest substantia, & quas viragines vocant: quibus certè excrementorum copia ob uirium robur uel coquitur uel dissipatur. Quum uerò aliæ, vt dictum est, copiosius, aliæ parcius expurgentur. In omni muliere, ait Hipp. si sana sit, duarum atticarum heminarum aut paulò uberiorem mensuram satisfacere. id quod ferè & Aetius lib. 16. plerisque euenire affirmat. Sic uerò & de menstruorum excrementorū qualitatibus ex corporis natura erit statuendum. At de tempore, quo hæc secundum naturam expurgentur, uidetur controuersia. Arist. paucis ea singulis mensibus moueri ait, sed vno intermisso plurimis. At Aetius plerisque singulis mensibus uiginti duobus, aut ad summum triginta interpositis diebus, moueri affirmat. Quin discrepare etiam de purgandi spatio authores videntur. Hippocrates 1. de muliebrib. morb. duorum uel trium dierum spacio absolui excretionem hanc putat. Aetius quartum diem adiungit. Cæterùm, quidquid aliqui sentiant, exacta profectò de hac re præscribi regula non potest. sunt quæ singulis, sunt quę alternis mensibus expurgentur. alijs quatuor diebus, alijs pluribus, aut paucioribus purgatio ea producitur: neque certi in hoc statui fines possunt: illud tamen obseruare quotidie est, plerisque singulis, non alternis mensibus cieri menstrua (quamuis philosophus aliter obseruarit) unde & menstrua uocari excretio hęc solet. Ita uerò & de purgationis spacio. & si Hippocrates duobus uel tribus diebus absolui eam putat, illud tamen animaduertere quotidie est, quum paucæ duobus diebus expurgentur. pluribus ad quartam uel etiam quintam diem prorogari. Quod huius rei reliquum est, pete ex Arist. 7. de hist. animal. Vide Paulum lib. 3.

Aphor. 57.
Cap. 2.
Cap. 4.
Cap. 1.
Cap 60.

De superfluitate cursus menstruorum. Cap. 2.

SVperfluitas in hoc quandoque fit secundū semitam, qua natura expellit superfluitates. quod quidem est laudabile, quum non perducit ad superfluam [a] [turpitudinem] & cursū quo non indigetur. et quandoque fit secundū semitam ægritudinis, aut propter dispositionem in matrice: [b] † [ ] aut est propter debilitatem matricis. & [c] [illa est deterior, quæ fit] propter malitiam complexionis alicuius: aut propter vlcera, & corrosionem, & hęmorrhoidas, & [d] [fricationem] & rhagadias. aut propter apertionem orificiorum venarum, & abscissionem earum, & scissuram ipsarum propter causam corpoream aut extrinsecam ex [e] [corruptione &] percussione, aut casu, aut similibus, aut malitia partus, & difficultate eius. aut propter vehementiam oneris. Facta autem causa sanguinis, aut est propter multitudinem & dominium eius, & exitum ipsius cum virtute: [f] † [ ] aut non cum virtute naturę, & rectificatione eius. & nos quidem iam diximus illam, quæ fit a regimine naturali, quę ambæ sunt diuersę: licet sint ambæ compares in hoc, quòd vtreque non retinentur, nisi quū adest debilitas: aut pp grauitatem sanguinis super corpus pp debilitatem in corpore: licet nō sit sanguis transiens equalitatē in quantitate, & qualitate sua. aut propter acuitatem sanguinis, aut tenuitatem, et subtilitatem eius: aut propter caliditatem eius: aut propter multitudinem aquositatis eius, & humiditatis: licet omnis fluxus sanguinis incipiat paulatim subtilis: deinde incipit proculdubio peruenire ad grossitudinem: [g] † [ ] deinde descendit, & peruenit ad subtilitatem, & paucitatem, & aquositatem. & hæc est dispositio in omni fluxu sanguinis ob quamcunque causarum fit

a B. superfluitatem.
b † B. aut pp dispositionem in sanguine. Et facta pp dispositionem in matrice.
c B. venarum eius.
d B. pruritum.
e—B.
f † B. ipsius.
g † B. & procedit grossitudine eius.

Et causa in hoc est, quod orificia venarum, & incessus h [ventositatis] sunt in primis stricta, & in fine eius constringuntur iterum, & adunātur propter siccitatem. Et quum superfluit fluxus sanguinis, sequitur eū debilitas appetitus, & debilitas digestionis, aut inflatio extremitatum, & corporis, & malitia coloris: & quandoque perducit ad hydropisim, & quandoq; perducit multitudo exitus sanguinis ad dominiū cholerę: quare accidunt febres cholericæ, mordicatiuæ, propter inflammationem caliditatis mordicatiuæ, quæ ęquatur per sanguinem. Et accidunt iterum horripilationes. Et i [quandoque] accidit hæc caliditas k [in casu appetitus cibi, quem fecit forte necessarium debilitas caliditatis, &] addit in casu appetitus stomachi propter defectum sanguinis, & accidit dolor in dorso propter l [tensionem] neruorum positorum in illo loco, & quandoque multiplicatur fluxus sanguinis ex matricibus cum multitudine m [humorum.]

h B. Alia litera. spirituum. Alia litera. sanguinis.
i l. quum.
k —B.
l B. Alia litera. fatigationem.
m B. pluuiarū.

ANNOTATIONES.

Immodicas uteri purgationes quæ uitia sequantur, plu ribus Hippocrates 2. de morb. muliebrib. docet. Sed & Galenus 6. de loc. aff. & 5. aph. & Aetius lib. 16. Diligentissimè omnium hic absoluit.

cap. 5. com. 57. cap. 64.

De signis. Cap. 3.

EIus quidem, quæ est secundum semitam expulsionis naturalis, signum est, quòd non sequitur eam nocumentum, imò perducit ad iuuamentum eius, & non aduenit ei læsio, neque alteratio uirtutis, & plurimum quidem accidit in a [pinguibus.] Factæ verò causa repletionis communis, quā expellit natura b [a dominio] eius quare expellitur, signum est repletio faciei, & corporis, & exuberatio venarum, & alia ex signis repletionis: & quandoque est cum ea dolor, & quandoque non fit; & dum non debilitat, non retinetur. Et cognoscitur dominās cum sanguine, vt exsiccetur sanguis, & consideretur, an color eius declinet ad albedinē, aut citrinitatem, aut nigredinem, & purpureitatem, quare euacuatur humor, qui dominatur cum eo iterum. Facta verò causa debilitatis matricis, & apertionis venarum eius, significat exitus sanguinis puri non dolorem faciēs. Si verò causa est acuitas sanguinis, cognoscitur per colorem suum, & c [acuitatem] ipsius, & velocitatem sui exitus, & paucitatem abscissionis egressionis. In facta verò propter subtilitatē sanguinis cum materia aquosa, & humiditatē, est sanguis aquosus, non d [calidus,] & lęditur cū stypticis. Et quandoq; apparet in ea quasi prægnatio, & quandoque apparēt in ipsa sicut accidentia partus; quare parit humiditatē, & sunt lacerti corporis eius uehemētis mollitiei, quasi sint e [lenes, postquam uoluerunt] coagulari, & quandoque nocent ei curationes diureticæ propter caliditatem suam, quare addunt in aquositate sanguinis. Facta verò ab ulcerib. f [cū materia, & dolore, est cum vehementia doloris.] In facta verò a corrosione, egreditur paulatim, g † [ ] quasi fæx & propriè quando est a venis absque arterijs. Et si fuerit corrosio in h [profundo] matricis, erit color minus niger, & quando est illic, & apud os matricis, possibile est, vt tangatur. Facta uerò ab hæmorrhoidibus habet periodos i † [ ] menstruę. Et quandoque non sunt ei periodi, imò est sequens repletionem, & sunt signa hęmorrhoidarum matricis manifesta. & est sanguis secundum plurimum niger, nisi sit ab arterijs, & quandoq; est hæmorrhosaicus k [frustatim.] & multoties quidem associatur hæmorrhoidib. in matrice dolor capitis, & grauitas capitis, & dolor in uisceribus, & hepate. l † [

[Et quando currit sanguis ex illis hęmorrhoidibus, remouetur illud accidens.

a B. ociosè viuentibus.
b B. aut dominium.
c B. Alia litera. adustionem.
d B. acutus.
e B. quasi sint sicut lac postq uult. Alia litera quasi ipsa sit sicut lac spissum, quod vult.
f B. est cum puris & dolore.
g † B. nigrum.
h B. collo.
i † B. alios a periodis.
k B. guttatim, guttatim.
l † B. & splene

ANNOTATIONES.

Habes & de hac re ex Gal. plura 7. de loc. aff. & 3. de sympt. caus. & ex Paulo lib. 3. Aemulatur tamen præsertim Rasim 22. Cont. tr. 2.

cap 5. cap. 4. cap 63. cap. 1.

De cura fluxus sanguinis a † [ ] *& in fine eius, de cura* b [*patientis fluxum menstruorum.*] Cap. 4.

FActa quidem secundum semitam expulsionis naturalis, & facta a repletione, & grauedine sanguinis super corpus, oportet ne retineatur, donec timeatur debilitas, & quandoq; excusat phlebotomia ab expectatione illius, propterea quia expellit repletionem, et trahit materiam ad contrarium, et quādo causa est c [cholera,] & euacuetur, et propriè cum eis, quæ sūt sicut fumusterræ, & myrobalani, propter illud, quod in utrisq; est de uirtute styptica. & si causa fuerit aquositas d [& prouocatio eius, et attractio eius ad cutem, tunc dentur] in potu de gummi arabico, et dragacantho, & si causa fuerit debilitas matricis, aggrega ad medicinas stypticas medicinas confortatiuas cum sua aromaticitate, & proprietate sua, & si causa fuerit ulcus, curetur cum medicinis compositis ex e [confortatiuis] & stypticis & f [diureticis, et illa, quę est ex hęmorrhoidibus, curetur curatione hæmorrhoidarum, & cum semine lini cum aqua calida. Et oportet vt obseruentur hore quietis, & si fuerint illic periodi, curetur tūc in horis periodorum, & studeatur ad sedan dū. Quū ergo superfluit fluxus sanguinis, oportet ut ligentur ambæ manus a radice adiutoriorū & utriq; pedes a radice coxarum apud duo inguina, deinde ponantur uentosæ in inferiori parte mammillæ, & ubi incedūt uenæ ascendētes ex matrice ad mammillas, & sugantur, et eligatur ventosa magna, ipsa.n. retinet sanguinem in hora una, deinde oportet ut consequenter adhibeatur reliqua cura. & quandoque retinet fluxum sanguinis positio uentosarum super locum, qui est inter utrasq; anchas. Et oportet, ut patiens fluxum sanguinis cibetur cum eis, quæ sunt sicut uitelli ouorum sorbilium, et cū omni, qđ est uelocis digestionis confortatiuo, et quandoq; oportet vt cibetur aqua carnis forti, quę acetosa facta sit cū g [aqua] sumach h [et aqua

a † B. menstrui superflui.
b B. alasthada i. fluxus sanguinis mēstrui non superflue facti, non solū in tempore consueto, sed etiā in tempore non consueto.
c B. acuitas choleræ.
d B. tunc prouoca eam, & attrahe ipsam ad cutem & detur.
e B. glutinatiuis.
f B. stupefactiuis.
g—— B.
h B. alchelcb autem, & carnes assatę boni odores ex bonis carnib. sunt necessaria, & similiter alchabisa humida.

qua acetosæ, & potibus boni odoris ex carne
bona, quoniam necessarij sunt. & similiter sor
bitionibus humidis] ex sauich, & amylo, & vi
i † B. pauco. no nouo grosso dulci, i † [ ]
& deuitet antiquum subtile. Et quandoque cō
ueniens est eis vinum mellis recens. De medici
nis autem communibus, & proprie fluxui san
guinis acuto, calido, arnoglossa est melior: imo
non est ei par: & quandoq; abscindit fluxum
sanguinis omnino bibita, & iniecta; & confert
k B. aceti. chronicæ, & nō chronicę. Et potus k [halasce]
iterum. Et administratio camphoræ bibendo,
& supponendo. Et de illis, quæ conferunt ad i-
stud, est sumere in potu lac bene decoctum cū
ferro ignito, & in quo est scoria ferri, de quo
cū quibusdam stypticis in potu tribuantur om
ni die vnc. iij. Et acetositas citri bona est ualde.
Et similiter detur in potu gummi arabicum cū
dragacantho, & semen lini cum aqua calida, &
troc. de spodio cum camphora conferunt ei
valde, & troc. de balaustijs. Cōfectio medicinæ
l † B. mumie. vltimi iuuamenti. Recipe l † [ ]
terræ sigillatæ, & boli armeni, & aluminis, &
gallarum, & sanguinis draco. partes ęquales, de
quorum summa accipiatur ℥. j. & camphorę pō
dus ℨ. ij. granorum & galiæ sexta ℥. j. qđ totū dis
soluatur in vnc. vna syrupi myrtini. Et iterū a-
cacia, balaustię, gallę, eniphistides, sumach, myr
rha, & thus, & opium, conficiatur cum aceto a-
m B. vitriolum quo coria præparantur & pelles. cuto forti, & fit dosis ℨ. s. Et iterum m [dragacā
thum magisterij] cuppulæ glādium, myrtha,
thus, opium conficiantur, & fiant pilulæ, & su
mantur de eis, ℨ. ij. sunt enim bonæ ualde. Et ite
n B. alhuda. rum bibatur n [cōchularum marinarum, quæ
asportantur a sancto Iacobo] adustarum, pon-
dus ℨ. ij. cum aqua sumach, & cydoniorum, &
o † B. immaturorū recētium. dactylorum: o † [ ] & istarum cibi
antequam indigeant uiuificatione virtutis for
ti, sunt alhulem, & Karos, & almosos ex carni-
bus hœdi, & auium montanarum: & præpara-
ta in patellis, & cibaria ex lentibus aceto condi
tis, quæ omnia sint frigida, & deuitent omnem
cibum calidum actu, aut potentia. Et de suppo-
sitorijs communibus sunt suppositoria facta
ey lithargyrio, & dragacantho, & balaustijs, &
terra sigillata. & bolo armeno, & antimonio, &
aliis. Descriptio medicaminis ad illud. Recipe
colcotar, & dragacanthum, & acaciam, & corti
ces thuris. & antimonium & fiant ex eis trochi
sci: deinde sumantur ex eis aurei j. boli armeni,
& gummi arabici, & Karabe, omnium ana aur.
j. & ponantur in duabus vnc. succi styptici, aut
aquę, & clysterizetur cum eo matrix secūdum
quod sciuisti. Confectio clysteris ad matricem.
Reci. aluminis ℥. mediam, & seminis hyusquia
mi albi, & opii amborum ana ℨ. i. sextam, & sup
ponatur. Pessarium bonum, et propriè ad cor-
p B. altamir. rosionem, & ulcera. Rec. testas p [furni] & suc
cum barbę hircinę, & acaciā: aggregentur, et fit
pessarium cum aqua gallarum immaturarum,
& iterum, gallę immaturę, et balaustiæ, et amy-
lum, et opium, et alumen, et rheubarbarum, et
grana myrti viridia, sumach, succus barbæ hir-
cinæ, grana agrestę, chartę combustę, sandalum
album, cortices thuris, terra sigillata, capita gra
q B. hematites testæ nouę. natorum, q [folium, scoria ferri,] coriandrum
siccum: supponantur de eo ℥. iiii. in lana uiridi
imbibita in aqua myrti, et teneat eam tota no-
r B. corij præparati. cte, et iterū balaustiæ et sordes r [ueru] et char
tæ combustæ, et alumen, et dragacanthum, et cy
minum infusum in aceto, et bolum armenū,
s B. alchara. t B. Kalef. et rob s [alchat,] conficiantur cum aqua t [sali
cis] et coriandri uiridis, et supponatur nocte
tota, et de tinis conferentibus eis est enca-
thisma in decoctione calamenthi, et foliorum
eius, et fructus ipsius, et radicis eius decocti cū
u B. cum. x † B. & myrto. myrto, et ros. u [sine] capitibus, x † [ ]
et corticib. granatorum, et xylocaractis naba-
thi, et balaustiis, et barba hircina, et gallis uiridi
bus, et de epithematibus, et unctionibus confe-
y B. gipso. rentibus eis, est epithema de y] alcanna] super
sumen. Et vngere partes matricis cum oleis sty
pticis stypticitatis fortis. Et reiteremus distin-
ctionem curæ fluxus sanguinis facti propter te
nuitatem et aquositatem eius. Dico ergo quòd
z B. solutione euacuetur. necessarium in hoc est ut z [fiat, quod currat]
aquositas eius, et operetur super ipsum cum su
dationе et prouocatione cum eis, quæ sunt si-
a B. solutione euacuet. cut decoctio assari, et apii, et rubeę, et quæ sunt
similia illis. a [currat] una uice et prouocetur
alia cum facilitate, et prouocatione, et sudatio
ne, et fricetur corpus eius cum panno aspero,
et liniatur corpus eius cum aqua mellis, et cū
emplastris hydropicorum, et quandoque con-
fert ei uomitus fortis, et oportet penitus, ut de-
clinetur cum medicinis earum, et cibis istarū
ad illud, quod exsiccat, et ingrossat sanguinem.
Si uerò est causa ulceratio, tunc confert hoc
b B. merdasagi. unguentum. Recip. balaustias et b [plumbum
vstum,] et fiat ex ambobus, et ex cera ceratum
c B. alasthasi. cum oleo ros. et supponatur. Quidam autem fa
ciunt necessarium in curatione c [patientis flu
xum sanguinis menstrui,] capitulum unum, et
est curatio composita ex mundificatione, et sty
pticitate, et confortatione, et est ut prouocen-
tur menstrua eius in hora, ut non tardentur.
Deinde agitentur motus eius, et mundificetur
matrix eius et confortetur, ut non suscipiat su
perfluitatem egredientem a necessitate. Dicūt
d B. abel. ergo, oportet ut dentur in potu d [sauinæ] ℨ. x.
et sem. mentę ℨ. i. sem. fœni ℨ. ii. ponantur in
uase et fundantur desuper uini puri lib. ii. et de
coquantur donec mediētur, et proiiciatur de-
super sarcocollæ, et lycii, amborum an. pondus
ℨ. ii. butyri uaccini, et mellis an. cochlearium v-
num, et sumantur de eo in potu in ieiunio quā
titas unius cochlearii, et tardetur cibus usque
ad uesperam et faciat illud tribus diebus, et ego
e B. alasthasi. dico, quòd quamuis hoc iuuamētum sit in plu
ribus horis, quandoque tamen est e [fluxus san
guinis menstrui] ex causis aliis facientibus ne
f † B. ex eis, quæ præterita sunt. cessarium esse uti stypticis puris, et tu cogno-
sci eas f † [ ]

A N N O T A T I O N E S.

Egit de huius affectus curatione, & Paulus lib. 3. & Cap. 63.
Aetius lib. 16. Hic amplius quam alij, singulis perpensis Cap. 66.
causis singulas curationes tradit. Est tamen hoc in loco cō
trouersia. Author noster, ubi sanguinis excretio super-
fluat, uinum exhibet, quum ait] Et similiter sorbitionibus
humidis

humidis &c.] At Paulus uinum interdicit. sed paucis. Paulus uetus & tenue uinum interdicit, quòd certe fluxionib. ciendis est maxime opportunum: atq; id etiam Auicennas flatim damnat. Probat tamen hic uinum craßum, & recens, & dulce, quod s. quum multum nutriat, & uires manuteneat, sanguinem etiam ipsum incraßat.

De ulceribus matricis, & putrefactione eius. Cap. 5.

IAm significauimus in eis, quæ præterierunt, illud, et tu scis quòd causæ eorum sunt causæ ulcerũ, et causę ulcerũ sunt ex causis intrinsecis, et ex cursib. acutis, et ᵃ [plagis ulceratis,] aut accidentib. deforis propter percussionem, aut casum, aut propter partum, aut propter alia: aut propter vulnus ex medicamine supposito, & instrumento incidente, & quandoque sunt cum putrefactione: & quandoq; sunt omnia illa cum sordibus, & sorditie: aut cum mũdificatione, & sine sorditie. Et quandoque fiũt in profundo, & quandoque fiunt in non profundo. Et quandoque fiunt cum corrosione, & absq; corrosione, & cum apostemate, & absque apostemate.

a B. exituris erupis.

De signis ulcerum matricis. Cap. 6.

SIgnificat illud ᵃ [sanguis, & propriè si signa sunt] super os matricis, & in eius proximo. Et significat illud cursus sanici, & humiditatũ diuersi coloris, & odoris. Et nocumentum ex medicinis, quę mollificant, & iuuamentum ex eis. quæ stypticitatem faciunt. Et signum mundificationis ulcerum matricis est, vt sit illud, q͛d egreditur, ad grossitudinem, & albedinem decliue, & ᵇ [planitiem, sine] dolore vehementi, & fœtore, & mordicatione, & signum, quòd ipsa sunt sordida, & tabida, est multitudo humiditatum virulentarum, & ᶜ [quòd currit ex intestino.] quòd si fuerit illic putrefactio, erit simile aquę carnis. & quòd illud, quod resudat est putridum, malum, & si fuerit cum corrosione. erit illud, quod egreditur nigrum, cum dolore vehementi, & pulsatione & signum quòd ipsa sunt cum apostemate, est adhærentia febris, & horripilatio, & quod dicemus de signis apostematis, & iuuamento eius, & corrosione eius.

a B. super illud dolor proprie si fuerit.

b B. Alia litera. lenitatẽ vel æqualitatẽ cum.

c B. illud quod fluit absq. mundicatione si fit sordidũ erit fœtidum.

De putrefactione matricis. Cap. 7.

HOc iterum est ramus capituli vlcerum matricis, & est causa in ea difficultas partus, mors embryonis, aut administratio medicinarum acutarum, aut cursus calidus, & acutus; aut vulnera putrefacta, & fit in proximo, & fit in profundo, & sit cum sorditie, & cum priuatione sorditiei, & facta in profundo non euacuatur ex humiditatib. diuersis egredientib. & fortasse plurimum assimilantur fęci.

De corrosione matricis. Cap. 8.

IAm diximus corrosionis signũ in eo, quod egreditur, & dispositionem doloris in capitulo fluxus sanguinis. Et differentia quidẽ inter corrosionem matricis, & cancrum est, ꝙ cũ corrosione non est grauitas, neque durities, & sequitur eam quies in horis quibusdam, & propriè post exitum eius, quod egreditur, & nõ est longitudo plurima spatij in curatione conueniente. ᵃ [spatium uerò cancri est assidui] doloris, & est ibi pulsatio longi spatij.

a B. cum cãcro ãũi est assiduitas.

De cura. Cap. 9.

OPortet, ut consideretur an ulcus sit sordidum, ãn non sordidum. Si ergo fuerit sordidum, mundificetur in primis cum aqua mellis, & similibus proiectis in eam cum instrumẽto iaciendi, aut cum decoctione ireos, aut cum vnguento mundificatiuo, & si fuerit corrosio, inijce in ipsam vnguentum rectificans corrosionem, cum mundificatione, ᵃ † [ ] & administra cibos conuenientes. Et considera iterum, an sit cum apostemate, an non cum apostemate. Si ergo fuerit cum apostemate, curetur prius, & sedetur cum curationibus apostematis, quas dicemus. Quum ergo mundificatur matrix, ᵇ † [ ] tunc curetur cum consolidatiuis, quę sunt vnguenta prędicta. Vnguentum, quod confert in principio rei, quum in uulnere nondum nascitur caro. Recipe lithargyrii, & cerusæ, & sarcocollę partes æquales: & fiat ex eis ceratum cũ cera, & oleo ros. Et si fuerit illic sordities, ponatur in eo parum floris ęris. Quum ergo caro incipit nasci, & existimatur illud, curetur cum vnguento huiusmodi. Recipe tuciæ ablutæ partes ij. climię argenti, cerusæ, & sarcocollæ, omnium an. partem j. fiat ex eis ceratum cum oleo rosaceo & cera.

a † B. corporis.

b † B. mundificatione bona.

A N N O T A T I O N E S.

Vlcerati uteri causas, signa & curationem pulchre admodum & breuiter ex Archigene Aetius docet lib. 16. Tradit uerò & Paulus lib. 3.

De regimine deuirginatæ. Cap. 10.

DE mulieribus est, cui accidunt quum violantur, dolores magni, & propriè quum collum matricis eius est strictum, & panniculi ᵃ [sunt debiles,] & uirga deuirginantis est grossa. Quum ergo accidunt ei fluxus sanguinis, & dolores, necesse est ei ut sedeat in aquis stypticis, & in uino & oleo, deinde administrẽtur super eam cerataria in lana inuoluta super cannam, prohibentem a consolidatione, & alleuietur super eam concubitus.

a B. virginales sũt texturæ dẽsæ.

ᵃ [*De cura.* Cap. 11.

ADministrentur medicinę mundificantes deinde post illud, vnguẽtum prædictum ad ulcera, & quandoque admiscetur cum eo terra sigillata, et quę sunt ei similia.

a B. Alia litera. continuatur litera sequens cum præcedenti sic. Et si fit vlcᵒ administrẽtur medicinæ, &c.

De rhadagijs matricis. Cap. 12.

RHagadię accidunt in matrice: aut propter ſiccitatem ſuperuenientem ei maximam, et proprie apud partum, aut propter apoſtema, & ſunt in principio, quum accidunt, leues, occulti doloris, qui eſt ſub dolore partus, & a [reliquijs]eius. Deinde apparet, & proprie quãdo tangitur. Et quandoq; ingroſſantur rhagadiæ valde. Et quandoque fiunt ſicut verrucæ, & remanent, b [& conſolidatur] locus.

a B. eſt ſicut reliquiæ.
b B. quãuis conſolidetur.

De ſignis earum. Cap. 13.

POſſibile eſt, vt perueniatur ad atteſtationẽ rhagadiarum ponendo ſub muliere ſpeculum coram vulua eius, deinde aperiatur uulua eius, & conſideretur illud, quod imaginatur in ſpeculo. Et illud, quod ſignificat eas, eſt dolor apud coitum, & exitus virgę ſanguinolentæ.

ANNOTATIONES.

Agit de uteri rimis & earum curatione Aetius lib. 16. & Paulus lib. 3. Sed uide & Raſim 22. Cont. tr. 3.

cap. 107. cap. 75. cap. 1.

De cura. Cap. 14.

NOn euacuantur rhagadiæ, quin aut ſint intrinſecæ, aut in collo ſint, & quæ ſequuntur ipſum. Intrinſecę ergo curantur cum ſuppoſitorijs penetrantibus, & diſtillationibus iniectis a [&] aquis ſtypticis permiſtis cũ vnguẽtis rectificantibus, ſicut vnguentum factum ex climia & b [plumbo aduſto.] Et vnguentũ rhagadiarum ani, & ſecundum curationẽ earum c [ſentiet quaſi mordicationem.] Quòd ſi indigent maturatione aliqua, miſceatur cum eis ſicut vnguentum baſilicon cum adipibus, & ſi fuerit cum rhagadijs groſſitudo vehemẽs, quã ſignificat lõgitudo ſpatii, & paruitas receptionis curationis, adminiſtra vnguentum de chartis cum oleo roſ. Si uero non tolerat illud, ponatur cum eo oleum de lilio, & gluten alimbat. Quum ergo quieſcunt, curentur cura rhagadiarum purarum: & proprie quando vlcerantur, & quandoque indigent eis, quæ ſunt ſicut cortices æris optime triti, aut dragacanthum, & gallæ, aut aggregatio eorum. In extrinſecis verò quandoque ſufficit laborare cum adminiſtratione tutiæ valde tritę cũ vitellis ouorum, d [aut aggregatione illius:] & ſine ceſſatione fiat adhærentia illius, & vnguentum de ceruſa iterum.

a B. ex.
b B. lithargirio.
c B. alienet omne mordicatiuũ
d —— B.

De pruritu matricis, & priapiſmo mulierum. Cap. 15.

QVandoque accidit in matrice pruritus propter humores acutos, cholericos, aut ſalſos, baurachios, aut corroſiuos melancholicos, ſecundum quod apparet de diſpoſitione coloris a [menſtruæ] aut bothor generatas ex eis, b [calidas, acutas] valde. Fortaſſe. n. ſuperfluunt adeo, donec deijciant virtutem: & quandoq; accidit illi mulieri, ut non ſatietur ex coitu, & aduenit ei priapiſmus mulierum: & quoties cum ea fit coitus, additur malitia eius.

a B. menſtrui ex ſiccati.
b B. aut ex ſpermate calido acuto.

De cura pruritus matricis. Cap. 16.

OPortet ut mundificetur corpus cum phlebotomia ex nigra: & ſi indiget, fiat ſecundatio ex a [cephalica,]& euacuetur humor acutus ſ. omnis humor cum eo, quod euacuat ipſum: ſicut cholera cum pilulis de ſcammonea: & phlegma cum pilulis ſtomatichis: & melancholia cum pilulis de epithymo, & decoctione eius: & frangatur b [ebullitio] ſpermatis cũ medicinis, & c [q́] d [infrigidantibus vt infrigidetur: & cum medicinis adurentibus ipſum] ſecundum neceſſitatem, & atteſtationẽ complexionis: & e [delibutione] oris matricis facta cum eis, quę ſunt ſicut acacia, & hypoquiſtidos, & roſę, & ſandali, & ſief memithe, f [† [ ] & fæx, g [& acetum,] & oleum roſaceum, & iterum, quæ ſunt ſicut ſuccus portulacę, & quandoque permiſcetur cum medicinis ſem. lini, & fit embrocha cum aquis, in quibus decoquuntur ſtyptica, & emplaſtretur cum fæce eorum; & ſi indiget mũdificatione, bibat mel cum aqua frigida ualde, & ad pruritum eſt expertum iſtud. Sumantur folia menthę, & cortices granatorũ, & lentęs excorticatæ, decocta cum vino, & ſupponãtur, & iterum ſumantur croci, & camphoræ, amborum ana. ſexta ℨ. v. nius, plumbi aduſti tertia ℨ. i. baccarum lauri ℨ. s. terantur, & cribellentur, & liniatur locus oleo roſaceo. & cõficiantur cum albumine oui, & aliquantulo uini, & ſupponantur, & iterum ſumatur mirobalanorum, et balauſtiarum, amborum ana. pondus ℨ. ii. & lycii, & ſalis ammoniaci, et vinum antiquum, terantur et cribellentur, et liniatur locus oleo roſacco. & puluerizentur deſuper iſta, & de ſuffumigijs eſt illud, quod fit ex lycio, et medulla granorum citri.

a B. baſilica.
b B. commotio. Alia litera. malitia ſeu acuitas.
c † B. ſimplicib. quæ ſunt ex medicinis ipſi expertis.
d B. Alia litera. Alia litera. adurentib. ipſũ.
e B. linitione.
f † B. Alia litera & lentes.
g B. aceti. Alia litera. hus alderabindi & acetum.

De fiſtulis matricis. Cap. 17.

QVandoque accidunt in matrice fiſtulæ, quæ quandoq; pertranſeunt a [carnẽ,] & apparent ab eo, quod uicinum eſt ex membris, ita vt corrumpant os pectinis, & putrefaciant ipſum, & collum matricis, et quandoque perueniunt ad abradendum pilos pectinis, b † [ ] et incedunt úſque ad partes ani, & lacertorum eius etiam, quare pars earũ tunc eſt in manifeſto matricis: & ſunt in vnoquoque laterum matricis: & pars in interiori parte matricis, & quę ex eis eſt in profundo matricis, non eſt poſſibile ut curetur: et ſimiliter perueniens ad ueſicam. Reliquę vero ab iſtis curationem habent, et ſi ſit difficilis, & deterior illarum eſt illa, quæ peruenit ad abradendum pilos pectinis, et proprie quum perforat os foramine paruo.

a B. matricem. Alia litera. vicinantur matrici.
b † B. & qñque perforãt ipſum pforatione parua, & qñque accipinnt a parte alia quàm a pectine.

De ſignis eius. Cap. 18.

SVnt longitudo putrefactionis, et adhærentia doloris, et anteceſſio ulcerum, quæ non ſanan-

sanatur cum curationibus & prolongatur spatium & currit virus: deinde dolores, sicut dolores cancri. & cognoscitur locus eius cum radio,& ubi peruenitur cum eo, & scitur status eius, an sit in carne adhuc, aut pertranseat usque ad os per illud, quod sentit extremitas radij, ex lenitate, & mollitie, & asperitate, & duritie.

De cura. *Cap.* 19.

EX curationibus est perforatio,& multoties perducit illud propter neruositatem membri,ad spasmum,& abscissionem vocis,& permistionem rationis. Et perforatio iterum non est possibilis,nisi in eo,quod videtur,cuius carnem mortuam incidere est possibile, uerum est melius ut administrentur desuper medicinę exsiccantes,& mundificetur corpus,& confortetur matrix [a] [& medicetur.]

a B. Alia litera cum facilitate.

De debilitate matricis. *Cap.* 20.

CAusa eius est malitia complexionis, & raritas texturæ,& tolerantia ægritudinum diuersarum.Et accidũt ex debilitate matricis paucitas appetitus coitus,& multitudo cursus mẽstruorum,& spermatis,& aliorum,& priuatio imprægnationis.

De cura. *Cap.* 21.

CVra eius,est cura malitiæ complexionis,& succurrere ei,quod accidit ipsi de nocumentis cognitis. [a] † [ ]

a † B. cum eis quæ sciuisti.

De doloribus matricis. *Cap.* 22.

FIunt ex malitia complexionis diuersæ, & ex uentositatibus extendentibus, & humiditatibus accidentibus in ea, ita ut quandoque accidat in ea sicut accidit intestinis de colica. Et quandoque accidit dolor matricis ex apostematibus,& cancris,& ex ulceribus. Et communicant ei ilia,& inguina,& crura,& dorsum,& pecten,& diaphragma,& [a] [anus] & caput, & proprie medium syncipitis.Et quandoque permutantur dolores eius ad anchas post spatium, & vsque ad decem menses, & confirmantur in eis. Et tu cognoscis curationem omnium horum ex eis,quæ tibi præmissa sunt,& non est in iteratione sermonis in eis vtilitas.

a B. stomachus.

ANNOTATIONES.

Doloris uteri causæ uariæ esse possunt, quas author refert. At quid in his agendum sit,docet & Hippocrates 2. de morbis muliebribus.

De cursu matricis. *Cap.* 23.

QVandoque accidit mulieribus, ut currãt ex matricibus earum humiditates plurimæ,putridæ: et currat ex eis iterum sperma. Et primum quidem fit propter multitudinem superfluitatum, et propter debilitatem digestionis in venis menstruorum, quum putrefit matrix,& habet capitulum. Et cognoscitur substãtia eius ex colore menstruę ex siccitate,& ex colore eius in seipso. Secundum verò est sicut [a] † [ ] cursus spermatis viri. Si ergo est sine desiderio,tunc causa est debilitas matricis, & vasorum eius, & mollificatio ipsorum. Et si est cum desiderio,& mordicatione,& cõmotione,tũc causa eius,est tenuitas spermatis, & acuitas eius. Et quandoque est causa in eo pruritus matricis, quare perducit commotio eius ad hoc ut descendat sperma. Et habentis quidem cursum difficilis fit anhelitus, & cadit appetitus cibi,& destruitur color eius, aduenit ei apostema, et inflatio in oculo sine dolore secundum plurimum, et quandoque est cum dolore.

a B. Alia litera. propter causã.

De cura. *Cap.* 24.

CVrsus quidem spermatis earum curatur cum similibus,quibus curatur illud in uiris. In cursibus verò alijs oportet ut incipiatur a mundificatione corporis cum phlebotomia, et solutione ventris, si indigetur ambobus. deinde clysterizetur matrix in primis cum mundificatiuis et exsiccatiuis: sicut ẽ decoctio ireos, et decoctio prassij. Et fricentur crura cũ oleis subtiliatiuis cum medicinis [a] [calidis,] sicut est oleum de squinãtho, et pyrethro, et pipere. Deinde consequenter post illud adhibeantur clysteria cum stypticis clysterizatis, et ebibitis. Et clysteria magis operantur post euacuationem. Et sint aquæ, in quibus decoquuntur sicut gallę,et balaustiæ,et cortices granatorum, et squinanthum,et myrtus.

a B. acutis.

ANNOTATIONES.

Fluorem muliebrem intelligit. Quomodo autem hic fluxus a menstrui sanguinis eruptione differat, docet Aetius lib. 16. Fluxus ait muliebris est uteri destillatio diuturna, Cap. 65. *a menstrui sanguinis eruptione differens, eo quod in illa sanguis syncerus prodit, hic uero fluxus corruptus apparet.* Cap. 63. *Fusius uero de hac re ibidem uerba facit. Vide tu & Paulum lib. 3.*

De retentione menstruorum, & paucitate eorum. Cap. 25.

MEnstrua retinentur, aut propter causam propriam in matrice, aut propter causã communem. Et illa quidem [a] [causa propria in matrice:] aut est propter causam innatam, aut propter causam accidentem alio modo. Amplius menstrua retinentur; aut propter causam in uirtute, aut propter causam in materia,aut propter causam in instrumento, [b] [et proprie] solo. Et causa in uirtute est sicut debilitas propter malitiam complexionis frigidæ, aut siccæ,aut calidę. [c] † [ ] Et frigida, aut est cum materia, aut sine materia. Causa autem in materia, aut est quantitas, aut qualitas, aut aggregatio ambarum. Et illa,quæ est ex quantitate,est paucitas, et illud est,aut propter priuationem ciborum, et pau-

a B. quæ est pp. causã propriã.

b —— B.

c † B. siccæ aut frigidę siccę.

et paucitatem ipsorum,aut propter uehementiam uirtutis [d] [comprehendentis] cibos, et si multiplicetur,nō [mūdificat superfluitatem] menstruorum.Et huiusmodi quidem mulierū naturæ,uirorum similes existūt naturis: et sunt potentes super digestionem ultimam,et distributionem necessariam, et expulsionem superfluitatum, secundum modum, quo expellunt eas uiri. et istæ sunt [f] [pingues] neruosæ, lacertosæ de quibus sunt fortes uiragines, quarum anchę ipsarum pectoribus sunt strictiores,et ipsarū extremitates sunt [g] [pingues plus, et] sunt multarum euacuationum cum medicinis, et exercitijs,et proprie [h] † [ ] sanguinis fluctis per nares,aut hemorrhoidas. aut plagas,aut alia. Facta verò propter qualitatē materiei est,quoniam sanguis est grossus propter frigiditatem, aut propter multitudinem eius, quod admiscetur ei ex humoribus grossis, aut propter multitudinem tranquillitatis, et quę currunt cursu illorum de illis, quę sciuisti. et causa,quę est ex parte instrumēti, est oppilatio, & illa,aut est propter calorem exsiccantem,cōstringentē,aut propter frigus exsiccans, & multoties facit ipsam possidere, multitudo potus aquę,& perducit ad [i] [putrefactionē,] aut propter siccitatem cum inspissatione sua, & propter multitudinem adipis etiam, aut humorū grossorum uiscosorum,aut propter apostemata: aut propter clausuram, & additionem carnis: aut propter vlcera accidentia in matrice, quæ consolidata sunt,& [k] [corruperuut sua cōsolidatione] orificia uenarum apparentium: aut propter tortuositatem [l] † [ ] in ea superfluam [m] [&] conuersionem, aut [n] [propter breuitatem] colli matricis: aut propter percussionem,aut casum claudentem orificia uenarum: aut successione abortus. Facta autem propter retentionem menstruorum cā communitatis aliorum membrorum, est sicut facta causa debilitatis hepatis,quare non emanat sanguinem,neque discernit ipsum, aut propter oppilationem in eo, & in corpore toto, aut propter pinguedinem facientem accidere oppilationem constringentem uias constrictione facta a compressione,& extenuatio cōstringit eas,constrictione facta ab exsiccatione, aut propter paucitatem sanguinis. Et sanguis [o] [effluit super matricem cum exitu,&] quum non inuenit meatum,redit.Quum ergo iteratur illud,dilatatur in corpore, & facit incurrere ægritudines.

d B. dominātis super.
e B. remaneant superfluitates.
f B. coloris bruni.
g B. duræ solidæ plurimum, aut.
h † B. euacuatione.
i B. sterilitatem.
k B. oppilata sunt cum consolidatione ipsorum.
l † B. seu declinationem.
m B. aut.
n B. aut stypticitatem,seu coadunationem.
o B. exquirens exitum sup matricem.

ANNOTATIONES.

De mensium muliebrium suppressione,de eius causis & symptomatibus legere est ex Gal. 3. de symp. cau. 6. de loc. aff. & 5. in 1. uulg. morb. plura & Hipp. 1. de morb. muliebrib. & Paulus lib. 3. & Aetius lib. 16. Hic, desumpta ex rei natura methodo hoc sequentibus capitibus absoluit.

cap. 4. cap. 5. cap. 7. com 21. cap. 60. cap. 51.

De accidentibus [a] [*illius & de præfocatione matricis.*] *Cap.* 26.

a B. ad illam retentionē menstruorum.

QVandoque accidunt ei, cuius menstrua retinentur, ægritudines,de quib. est pręfocatio matricis,propter collectionem suā, et declinationem ad partem lateris, & accidunt ei iterum apostemata matricis calida, & dura, & apostemata uiscerum,& ægritudines in stomacho ex debilitate digestionis,& casu appetitus,& corruptione eius,& nausea,& sitis vehemens,& mordicatio in stomacho, & accidunt ex ea ægritudines capitis,& neruorum, sicut epilepsia,& paralysis,& ægritudines pectoris, sicut tussis,& malitia anhelitus,& plurimæ ex ægritudinibus hepatis,sicut hydropisis, & aliæ, & alteratur ex ea forma:& accidunt ei iterum, difficultates urinæ,& eius compressio,& dolores alchatim,& colli,& grauatur corpus, & extenuatur,& contristatur,& adueniunt ei horripilationes & febres adurentes. & quandoque difficilis fit sermo propter exsiccationem lacertorum & linguæ ex vapore calido, & fortasse est illa grauitas causa doloris capitis,& accidūt ei inquietudo,& [b] [tristitiæ propter uaporem,] & quandoque apostematur totum corpus eius & uenter eius propter attractionem uirulentię sanguinis ad ipsum.Et quandoque accidit ei in complexione sua,quum retinentur menstrua, quando est fortis creationis,cuius uirtus est potens ad exercendum superfluitatem retentam, ut assimiletur uiris,& multiplicentur pili eius; aut nascatur ei quasi barba [c] [quare frangitur forma] eius,& ingrossatur, deinde moritur. Et quandoque peruenit ante mortem ad dispositionem, cum qua non est possibile, ut prouocentur menstrua eius, & plures istarum sunt de illis, quæ pariunt plurimum. Quum ergo non coit cum eis aliquis, & recedunt ab eis sui compares, retinentur mēstrua earum & remouentur ab eis [d] [dispositio,] quam necessariam facit euacuatio sanguinis, & acceptio conceptionis,& acceptio coitus, & accidit eis ut fiat vrina eius nigra,in qua est sedimen uirulentū, sicut aqua carnis: & quandoque mingit sanguinem.

b B. angustia & dolor oculorū ex vaporib. calidis. Alia litera, tristitię pp dolores putredinis, & pp vapores calidos.
c B. & exasperatur uox.
d B. humilitas seu morigeratio.

De signis. *Cap.* 27.

ILlius,quę pendet ex frigore, signum est grauitas somni,& [a] [profundatio] in ipso, et albedo coloris corporis, et uiriditas uenarum, et raritas pulsus,et frigus sudoris,et multitudo vrinę,et phlegmaticitas egestionis. Et illam, quę pendet ex caliditate significant inflammatio,et exsiccatio matricis, et reliqua signa caliditatis scita in eis,quę præterita sunt. Et illam, quę pendet ex siccitate, significant signa siccitatis in ea,scita in illis,quæ prgterierunt,et verificant eam extenuatio corporis, et uacuitas venarum. Apostema uerò,et clausura,et alia sunt notorum signorum de illis,quę tu iam sciuisti usque ad hunc locum.

a B. stertor.

De curationibus. *Cap.* 28.

CVratio quidem pendens a calefactione, et infrigidatione, et generatione sanguinis et humectatione corporis, et curationes apostematum, et cura clausuræ,et similium, sunt

nota ex radicibus iteratis. et facta quidem a clausura, quæ nō curatur, et ob oppilatione orificiorum venarum ab incarnatione vlcerum, & alijs, est quasi [a] [similis;] eius cura est extractio sanguinis vt non multiplicetur, & mundificatio corporis & vsus exercitiorum. Et non oportet nisi ut afferamus nunc rememorationem curationum prouocantium menstrua, & sunt illæ, quę mouent sanguinem ad matricē, & faciunt ipsum penetrantem in poris, & faciunt poros apertos. Et has quidem medicinas iam diximus, quum de singularib. tractaremus in tabulis earum, & dicemus iterum in antidotario. Hic verò uolumus dicere de regimine, & medicatione illud, quod est magis conueniens huic loco. Et regimen in hoc, est mouere sanguinem cum fortitudine ad menstrua. Et de illis, quæ faciunt illud, est phlebotomia ex saphena, & vena, quę est post cauillam, & phlebotomia venę geniculi, & curuaturæ eius est fortior illa. Et ventosatio super crus, & calcaneū, & proprie pinguis, est magis cōueniens. Et quandoque est necessarium vt fiat phlebotomia super saphenam pedis alterius. Et assiduatio stringendi cum uittis membra inferiora & ligandi ea, & dimittendi ea taliter aliquibus dieb. Deinde administrentur medicinæ, ut aperiantur pori, & [b] [currant] humiditates viscosę. [c] [Et similiter] si causa fuerit humiditas. Deinde administrentur medicinæ propriæ ad prouocandum, quæ subtiliantes sanguinē, aperientes oppilationem, & de illis sunt, quæ bibuntur sicut calamenthum, & decoctio eius cum aqua mellis, & puluerizatio ipsius super aquam mellis: & sauina est fortior ea, & pulegiū est forte valde; & cinnamomum, & hiera picra, & serapinum, & opopanacum, & fructus eius, & castoreum, & cordumeni, & decoctio enulæ, & decoctio alusnen, & decoctio phaseolorū rubeorum & [d] [almaroch,] & alastirgar, & semen sampsuci. Et de illis suppositoria sunt, sicut albus elleborus, & pulpa coloquinthidæ, & storax, & centaurea, & gumma oliuæ campestris, & opopanacum, & fructus eius, & castoreum, & assa, & serapinum, & cordumeni, & succus absinthij. Et quandoque supponitur euphorbium super cottum, & expectatur super ipsum hora parua absque superfluitate. Suppositoriū bonum. Recipe myrrhæ, calamenthi amborū ana drach. iiij. sauinę drach. vij. rutę siccæ drac. x. passularum mundatarum drach. xx. conficiantur cum felle vaccino, & fiant de eis pessaria. Et iterum sumantur castoreum, & myrrha, & muschus, & fiant similitudines glandium cum oleo de ben, & supponātur. Et ol. alacuhē prouocatiuū est mēstruorum, quū supponitur, & succus papaueris rufi, & [e] [alnesim secundum partes æquales, & iterum galbanum] ponatur in lana infusa in sambacino, & supponantur intra matricem. Et de eis sunt emplastra & vaporationes, & uaporatio cum speciebus prouocat mēstrua. et de eis sunt suffumigationes, sicut cum coloquinthida sola, ipsa enim prouocat in dispositione. et similiter opopanacum, & assa; & serapinum, & cordumeni. et de eis sunt tinæ ēt ex aquis, in quib. decocta sunt subtiliatiua, prouocantia menstrua, sicut calamenthum, & ruta pulegium, & similia.

a B. sicut alms idest sicut illa in qua nō est spes.

b B. euacuētur solutione ventris.

c —— B.

d B. almaroch.

e B. alneserin, & iterum vsnen persicum, pyrethrum, nigella, & ruta humida, euphorbiū partes æquales terantur bene, & conficiantur cū galbano, &c.

ANNOTATIONES.

De suppreßorum mensiū curatione adi loca in superiorib. indicata. præsertimq́, pete Aetium. Est vero hic de uenæ sectione quæstio. Author noster secari pedum et crurum uenas iubet, Gal. æmulatus, qui & lib. de curandi rat. per sangu. miss. & alibi, secādā uel tali, uel malleoli uenam in uteri affectibus docet, præsertimq; id in affectu, de quo hic agitur, obseruandum uidetur, in quo trahenda per uterum materia est. At Aetius lib. 16. de iis agens, quæ ob plenitudinem non purgantur, a cubiti sectione curationem aggreditur. id quod sanè indicationi, quæ a partis affectæ loco desumitur, aduersari uidetur. trahenda enim deorsum ad uterum esset materia, non ab utero sursum. Sed probè uterque consulit. Licet summa corpus aggrauante multitudine (si uidelicet uberius sanguis affluat) ex cubito imminuendæ multitudinis gratia, sanguinem ducere, quod Aetius intellexit. At si ea multitudo non aderit, secanda erunt crura. quod & Gal. & author noster consuluit.

Cap. 15.

cap. 57.

TRACTATVS IIII.

De nocumentis situs matricis, et apostematibus eius, et quæ similia sunt illis.

De clausura. Cap. I.

Clausura est, quum super os matricis eius [a] [egreditur] aliquid, qđ prohibet coitū, ex re addita lacertosa, aut pānniculari forti: aut est illic incarnatio ab ulcere, aut creatione: aut [b] [illud ꝙ est inter os uuluæ, aut os matricis, est secundū vnū et eundē] horum modorum. Aut est super os matricis eius, quod prohibet impręgnationem, et exitum mēstruorum ex pannicuIo, aut incarnatione vlceris, aut quod ēst eis simile. Aut meatus nō est inuētus in creatione, ita ut accidat uirgini quū incipit mēstruari, vt non inueniant mēstrua meatū propter aliquā harum causarū, quare accidant ei dolores vehementes, et ægritudo maxima. Si ergo nō ingenietur ei, redit sanguis, et denigratur mulier, et præfocatur, et moritur. et quandoq; accidit ut clausa retineat [c] [per accidens] conceptionē, [d] † [ ] quare moritur ipsa, et fœtus eius procul dubio, si non regitur. et hoc quidem non est possibile, nisi aliquo modorum, aut ut sit illud, quod opponitur ori matricis de clausura raræ texturæ, aut sit habens foramina plura, ita ꝙ possibile sit matrici attrahere de spermate aliquid. licet [e] [enim] paruum sit, tamen ex illo paruo fit conceptio, si pars eius est [f] [ueritas] quod uisum est philosopho, et pars eius, quod uisum est Galeno medico. Illud nanque, quod necessarium est in creando membra, est sperma fœminæ secundum [g] [sermonem philosophi, et est illud quod in eo prouocatur ad matricem intra matricem secundum sermonem] Gal. et est sperma uiri [h] [ut sumat ex eo uirtutem odoris] secundum sententiam philosophi, uidit. n. quod quum [i] [ouum gallinæ crudū rore aspersum est, et procedit ex eo odor spermatis uiri, conuertitur ouum in conceptione.]

a B. descendit.

b B. Alia litera. inter os vuluæ, & os matricis secundum vnum.

c —— B.

d † B & fiat prę gnans.

e —— B.

f B. vera.

g B. Alia litera.

h B. a quo sumitur virtus, & odor eius
Alia litera. virtutē & odorem.

i B aduenit ouo venti roritas galli, & recipit ab ea odorē masculi tunc conuertitur, & fit ouum conceptionis.

ANNOTATIONES.

De uteri morbis in compositione agit, primumq; de mala formatione, obstructione. s. ipsa ad uteri os, & muliebriū locorum clausura, quam rem pluribus explicat. Egit de hoc affectu Paulus, ubi aduentitius est, li. 3. & phymon uocat. de naturali uerò, i. de non perforata utero, lib. 6. de quibus & Aetius lib. 16. quos utrosque affectus hic simul coniungit. Unum postremo huius capitis loco scribitur, de quo nō mediocriter ambigere est. nempe ex philosophi testimonio semen fœminæ necessarium esse ad creanda membra. At philosophus contra 1. de gener. animal. semen a fœmina conferri negat. neque id, quod interdum a mulieribus in concubitu humoris secernitur, semen esse putat, sed uteri excretionem, quæ alijs euenit, alijs non euenit. Cæterum, uerè philosophus semen uim ad generationem conferre negat, actiuā scilicet, & quæ procreare apta sit, non plane tamen concurrere id ad generationem it inficias. quin 2. de gen. animal. fœminas materiam, mares uerò uim creandi præbere ait, inesseq; mulieribus semen, quod excrementum uocat genitale, cuius ortum ex ultima alimenti concoctione, & ex uenis, sicuti etiam marium semen gigni arbitratur. Videtur ergo author noster philosophi sententiam assequutus.

Cap 73. cap. 72. cap. 95. & 96.

cap. 19 & 20.

cap. 4.

De cura clausuræ. Cap. 2.

CVratio clausuræ est cum ferro, non cum alio. Si ergo hæc clausura apparens est, tūc modus est, ut disrumpantur labia vuluæ a clausura, ita ut ponatur super unumquodque labium [a] [pila:] & inuoluantur pollices panno, & tendantur labia, donec disrumpantur ab eo, quod est inter ea: [b] [aut] iuueris phlebotomo [c] [obtuso, & finde] siphac, & incide carnem additam, si est sub siphac paulatim, ita, ut non remaneat de addita aliquid, neque sumas de radicali aliquid, & illud fiat cum calib. Et differentia quidem inter siphac, & carnem, est, quod siphac non sanguinat, sed caro sanguinat. Deinde pone inter ambo labia lanam infusam in oleo, & vino, & dimittatur tribus diebus: & administra super eam aquam mellis, si ea indiges: & administra desuper vnguenta [d] [nutrita,] cū cautela a consolidatione, & glutinatione, & cōstrictione, & proprie si illud, quod incisum est, est caro. Siphac vero parum suscipit consolidationem post scissuram. Quod si clausura fuerit profunda, tunc modus est, ut perueniat ad ipsā uncinus, & si est siphac, findatur scissione vna, non cum illa æqualitate. Nam fortasse, [e] [cooperit] vesicam & alia: imò oportet ut [f] [caueātur alia, sicut vesica,] & incidatur si est caro, paulatim, & adhęreat incisioni lana īfusa in vino pontico styptico: deinde post illud sedeat in aquis, in quibus decoctę sunt medicinę mollificatiuæ. Postea curetur cum unguentis recti ficantibus [g] [ulcera] linitis, & iniectis, deinde cum consolidatiuis. Et quum apparet sanitas, oportet, ut assiduetur super eam coitus, & oportet ut caueantur apud hanc scissionem, & incisionem duæ res, scilicet abbreuiatio in incidendo, & in findendo quantitatem additam, illud enim [h] [si est compositum] est faciens possibilitatem conceptionis apud coitum, qui accidit cum ea, & difficilem faciens partum, præparans fœtum, & prægnantem morti. Et caueatur iterum, ne pertranseat quantitatem additā, & capiat de substantia matricis aliquid, quare apostemetur matrix, & doleat, & incurrat cuzez, & spasmū, & ęgritudines pernitiosas. Quū ergo feceris hoc, oportebit ut abstineas eam a frigore, & non appropinques medicinam frigidam actu omnino, imò oportet ut sint omnes distillationes, & iniectiones, & suppositoria expoliata frigore.

a B. pānis plicatus multis plicationibus.
b B. Alia lra. &.
c B. occulto. Alia litera. ita ut scindatur.
d B. oleaginea, seu ex oleo.
e B. declinat ad.
f B. elongetur a loco vesicæ.
g B. vulnerā.
h —— B.

De modo in administrando hanc scissionem, Cap. 3.

PRæparetur mulieri sedes coram lumine, super quam sedeat cum pauco sustentaculo ad posteriora. Quum ergo æquatur, crura sua adhærere faciat coxis suis, [a] † [ ] & adiūgat illud uentri suo, & liget manus suas sub curuatura poplitum suorum, & ligetur secundum hanc formam fortiter, deinde medicus administret scissionem siphac, & incisionē carnis. Et quandoque indiget medicus, ut administret speculum, & proprie in eo, quod est inter matricem. Quum ergo extenditur siphac cum radijs et uncinis, extensione, cum qua nō [b] [comprimuntur] matrix, & collum uesicæ, & [c] [siphac eius compressione] nocente his mēbris, [d] † [ ] in primis cum manu, & secundo cum eo, [e] [cuius non excusatur processio cum utrisque manibus aduenit ei de acumine ferri.] Et speculum quidem facit te videre illud, quod arte efficias inde, & facit te cognoscere illud, quod associatur siphac subtili, & de membris, quæ præterierunt hoc membrum, scilicet ex vesica, & alijs. Quod si superfluit, dimitte illud, quod extendisti, ut redeat, quod vehementius est in eo, quod necessarium est, deinde subleua siphac clausuræ cū subtilitate, deinde scinde ipsum secundum obliquitatem, ut non, consequatur vesica, deinde considera in principio quum scindis, & si egreditur sanguis paucus, tunc penetra in operatione tua sine timore, & si multiplicatur cursus sanguinis, tunc finde paulatim, vt non accidant syncopis, & paruitas anhelitus. & quandoque tibi est necessarium, vt dimittas instrumentum [f] [incidens,] quod nominatur alcalib, in ea vsque in mane, inuolutum in lana ligata in panno: & quum fuerit mane, consideretur in virtute eius, et si fuerit fortis, curetur integra curatione, et si non, dimittatur vsque ad diem tertium, et remoueatur tunc instrumentum. et considera dispositionem scissurę cum digitis, ponendo sub loco eius, vt significetur tibi summa, quam necesse est te incidere post. Et quum soluitur mulier ab eo, quod curatur, oportet tunc, ut sedeat in aqua, in qua decocta sunt lenitiua, quum est calida, et propriè quum apparet apostema. Et melius quidem est, ut administrentur super eum unguenta in calib prohibentia consolidationem. Et melius est illud, quod est concauum, habens foramen, ut egrediantur in eo superfluitates. et uentositates. Et quando incisio accipit carnem naturalem, tunc fortasse accidit cursus urinæ, qui non curatur.

a † B. apertis.
b B. Alia litera. læduntur.
c B. panniculi ipsorū læsione.
d † B. fiat extensio.
e B. quod non elongat eminétiam, vel egressioné eius, quin aduenìat ei acuitas ferri. Alia litera. tūc fiat extensio taliter, φ nō lædantur matrix, & collū vesicæ, & panniculi ipsius cum læsione nocento his membris, primo cū tensione secundo cū egressione ipsorū facta ex superflua tésione taliter, φ non est longius quum quin ipsis aduenìat acuitas ferri.
f —— B.

ANNOTATIONES.

Curari hunc affectum ait chirurgia, non alia ratione. Tentarunt tamen et Paulus & Aetius eum qui ex accidenti est, insessionib. & alijs præsidijs curare absq; manuum actione. Quæ naturalis tamen est obturatio, non nisi ferro curationem suscipere uidetur. Fusissime curationem hanc Aetius prosequitur lib. 16. & Paulus lib. 6.

Cap. 96. cap. 72.

a B. contractio

De a *[suspensione] matricis.* *Cap.* 4.

QVandoque accidit illud propter clausuram, & quandoque accidit propter apostemata calida, & dura, & cura eorum est cura eius.

a B. eminentiæ.

De a *[augmento] matricis, & exitu eius, & conuersione eius.* *Cap.* 5.

b B. eminet seu. c B. Alia litera. & occursu subito rei timorosa. d B. ligamenta.

MAtrix b [augmentatur, aut] exit, aut ex causa primitiua, scilicet ex casu, c [aut cursu vehementi,] aut vociferatione, qua ipsa uociferata est; aut sternutatione maxima, aut strepitu, aut vociferatione, quam ipsa audiuit: quare territa est, aut percussione mollificante ligamẽta matricis: aut propter causam partus difficilis, aut partus grauatiui: aut labore obstetricis in extrahendo fœtum, & secundinam aut exitus fœtus subito, aut propter humiditates mollificantes d [humiditates,] aut propter putrefactiones accidentes ligamentis, & quandoque egreditur tota, et quandoque conuertitur, et quandoque eradicatur radix eius.

ANNOTATIONES.

cap. 76. cap. 72. cap. 1. & 2.

De uteri prolapsu plura habes in 2. de muliebrib. morb. Hippocrati ascripto. Agit & Aetius lib. 16. & Aetius lib. 3. Sed & Rasis 22. Cont. tr. 5. ex quibus locis causas, signa, & curationem habes.

De accidentibus illius, & signis. *Cap.* 6.

a B. ano, & in alchatin Alia litera. stomacho & in alchatin. b † B. vrinæ.

ACcidit mulieri inde dolor in pectine magnus, & in a [chatin, & dorso.] & quandoque sunt cum hoc febres. & accidunt ei multoties expressio, & difficultas, b † [ ] propterea quia matrix comprimit meatus fæcis, & vrinæ. Et accidunt spasmus, & tremor, & timor sine causa. & sentit rem rotundam in pectine, & sentit apud vuluam rem descendentẽ, leuis tactus, & propriè quum completur conuersio. c [Egreditur enim,] quod intrinsecum eius est, d [manifestum.] Et quum non sentit e [foramen eius rotundum,] scitur quod radix eius iam conuertitur, & egreditur: si autem inuenis f [foramen, & tam exiuit sicut est nõ conuersa, tunc non cadit clausura, scias ergo illud.]

c B. quare egreditur. d B. manifeste. e —— B. f B. residuũ eius iam egressum, sicut est nõ conuersum, tũc nõ cecidit nisi collum eius. Alia litera. foramẽ iam egreditur, sicut est ipsa nõ cõuersa quare non cecidit, nisi collum eius.

De cura. *Cap.* 7.

NOn speratur curatio, nisi eius, quę recens est, in adolescentia, & incipe in primis a solutione naturæ cum clysteribus, & prouoca vrinam cum diureticis, & quum expletum fuerit illud, resupinetur mulier, & aperiat, quod est inter crura sua, & assume lanam ex uellerib. lenibus, & fac eam adherere a [matrici;] deinde accipe lanam aliam, & infunde eam succo acaciæ, aut vino, in quo dissolutum sit aliquid stypticum, & pone super os matricis, & reduc cũ facilitate ad b [anteriora,] ita ut redeat lana tota ad c [anteriora:] deinde accipe lanam aliam, & infunde eam aceto, & aqua, & pone eam super vuluam, & præcipe mulieri ut iaceat super latus suum, & adunet crura sua, & seruet lanã vbi est præparata in ea, ne cadat, & pone uentosam super radicem suminis eius, & super dorsum ipsius, & fac eam odorare odores bonos valde, vt ascendat matrix causa eorum ad superiora. Et caue, ne approximare ei facias aliquid fœtidum: quare fugiat matrix ad inferiora. Quumque dies tertia affuerit, permuta lanam eius, & pone eam lanam infusam in vino, in quo decocta sunt myrtus, & rosa, & acacia, & cortices granatorum, & alia ab istis, tepido, & embrocha ex illo super sumen eius, & ipsius pectinem. Et administra super eam linimenta facta ex sauich, & facta ex d [herba, quæ nascitur super lapides, quum sunt in aqua, & facit lubricare pedem.] & facta ex lentibus cum stypticis. Hoc enim regimen quandoque sanat eam, & fac eam sedere post illud in decoctione squinanthi, & myrti, & rosarum, & oportet, vt facias eam abstinere a e [salsis] & sternutationem mouentibus, & tussim, & fac eam manere tranquillam, & quietam.

a B. Alia litera ori matricis. b B. interiora. c B. interiora. d B. thaleb. e B. vociferationibus.

De declinatione matricis, & separatione eius. *Cap.* 8.

MAtrici accidit quandoque vt declinet ad a [vnam duarum partium matricis,] & remoueatur os matricis ab oppositione, per quam inijcitur ad ipsam sperma. Et quandoq; est causa in eo durities unius duarum partium: aut inspissatio, & cõstrictio, quare diuersificantur duo latera in humiditate, & mollificatione, & siccitate, & spasmo. Et quandoque est causa in eo repletio in vna venarum duarum partium propriè. Et quandoque est causa in eo humores grossi viscosi in una duarum partium b [facientes illam: attrahitur enim secundina] ad ipsam. Et multoties accidit ex eo præfocatio matricis. Et obstetrices quidem cognoscunt partẽ declinationis per tactum cum digitis, & cognoscunt an sit a duritie, aut a repletione cum facilitate c [et tensione] venarum, & duritie earum, et necessitate eius ad euacuandum.

a B. vnũ duorũ laterum mulieris. b B. aggrauãtes illã quare attrahitur secunda. c B. tensionis.

De cura. *Cap.* 9.

OPortet ergo, ut phlebotometur saphena partis, cui opposita est pars declinationis, si sentitur repletio, & si dicit obstetrix, quòd venæ in illa parte sunt tensæ, et repletæ, et illic est grossitudo. Et si illic est constrictio, et coadunatio, et non est illic grossitudo, administra lenitiua ex clysteribus, et suppositorijs, et unctionibus. Et administra balneum. Et fac vt cibus bonus fiat, et si fuerint illic humiditates, euacua eas. Et da ei in potu oleum de Kerua et administra etiam a [in suppositorijs.] et similiter inunge.

a B suppositoria & vnguenta.

b B. partes vuluæ.

c B. declinantē donec cadat oppositū oris matricis ad vuluā.

ge. [b] [matricem eius.] Et iniice in matricē eius oleum balsami,& arazaki,& similia,& tunc fortasse possibile erit obstetrici, vt intromittat digitos inunctos cum cerato, aut adipe gallinæ, aut anatis. aut æquet matricem, & tendat [c] [ad declinationem,donec faciat cadere oppositum os matricis vuluæ.]

ANNOTATIONES.

Cap. 77.

cap. 2. cap. 64.

Morbus est in situ,quum non extra procedit uterus,sed ad latera. De hoc & Aetius ex Aspasia lib. 16. Sed multa & ex Hipp. habes 2. de morb. muliebribus,et ex Rasi. 22. Cont. tr. 4. & Paulo lib. 3.

De apostemate calido in matrice. Cap. 10.

Accidunt matrici quandoque apostemata calida,& causa in eis est,aut primitiua, sicut percussio,aut casus, aut multitudo coitus, aut abortus, aut disruptio ex obstetrice, quum recipit fœtum,& quandoque est causa in eis retentio menstruorum,& repletio,& multitudo humiditatis.aut inflatio inspissata, quæ non resoluitur.& quandoq; fiunt propter eleuationē spermatis. Et quandoque fiunt in ore matricis, & quandoque in concauitate eius,in quibusdā partibus duorum laterum, & ante,& retro, &, quod de eis est deterius,est illud,quod est commune pluribus partibus. Et quandoque fit dubellati. Et quandoque conuertitur ad indurationem,aut cancrum.

De signis. Cap. 11.

a——B,

b B. propter cōmunitatem.

c 2. retentio fæcis, & retentio vrinæ.

d B. retentio.

e B. retētio fæcis absque retētione vrinæ, & retentio vrinæ, quandoque absque retentione fæcis.

Qvandoque significant ipsum communicantia: stomachus enim communicat ei, quare dolet,& accidunt in eo tristitia, & angustia,& nausea, & singultus, & corrūpitur digestio,& appetitus aut debilitatur. [a] [Et] cerebrū [b] [communicat ei.] quare accidunt dolor capitis in syncipite, & dolor in collo, & radice oculorum,& profunditate ipsorum cum graui tate, & procedit dolor donec consequatur extremitates,& digitos,& duo focilia, & utrunq; crus,& iuncturas cum mollificatione in eis, & dolent duæ partes dorsi,& duo inguina, & pectẽn,& inflantur,& mirach iterum inflatur, & sentit in toto corpore grauitatem, & accidit [c] [expressio,& difficultas,] ita ut non sit ventositati meatus ad exeundum, & illud fit propter coarctationem apostematis, & ubi coarctat de meatibus plus,illic fit [d] [sensibilitas] uehementior.Et quandoque est [e] [expressio sine difficultate, & difficultas sine expressione,] & accidit in ea ut debilitetur pulsus,& minoretur,& frequens fiat. Quòd si apostema fuerit calidum, erunt omnia accidentia ista vehementia, cum febre inflammata,& cum horripilationibus,& cū nigredine linguę, & dolor fiet fortis,& pulsatio, & multiplicabitur sudor in extremitatibus. Et quandoque perducit ad abscissionem uocis, & spasmum, & syncopim. Et significat partem apostematis locus pulsationis, & communicatio iterum.s.an sit dolor in sumine,aut ad dorsum decliue,aut ad vtrasque pyxides.Et, quod est propinquum ori matricis, est uehementius,& durius eo,quod est in concauitate: quoniam os matricis est neruosum,& est tangibile, & illius, quod est in concauitate tactus, est difficilis. Et in quacūque parte fit apostema, declinat matrix ad contrarium illius,& fit difficilis somnus super contrarium eius. Et fit difficilis motus localis,& eleuatio, & sessio,& incessio. Et cōsequitur ægram, vt claudicet apud deambulationem. Et signum,quòd conuertitur ad dubellati, est vt sit dolor additus valde, & accidentia fiant fortiora, & diuersificantur febres & permiscentur. & inuenit tranquillitatem,quum est fluxus ventris,& egressio urinæ. Et signum collectionis completæ,est,quod sedatur febris & pulsatio,& mouetur rigor,& apostemata quidem matricis, & eius dubellati, quando sunt in ore matricis, possibile est ut [f] [sanentur,] & si sunt profunda,non est possibile ut [g] [sanentur.]

f B. videantur.

g B. videantur.

De cura apostematum calidorum. Cap. 12.

a B. ex loco.

b B. Alia litera.

c B. aeris.

d B. althea.

e B. Alia litera & dragacanthū cū virtute stypti ca arnoglossę & portulacę.

Necessaria est in eis euacuatio sanguinis, quum adiuuant significationes famosæ. Et phlebotomia quidem basilicæ, licèt conferat ad illud,est tamen in ipsa,quòd retinet mēstrua,& trahit sanguinem ad superiora.Et phlebotomia quidem saphenę est uehementioris communitatis & magis attrrahens sanguinem quam illa.Et melius quidem est, ut prouocentur menstrua, & magis iuuatiuum, & propriè ei,in quo causa est,retentio menstruorum.Et rectius quidem in principio est, ut phlebotometur basilica, quia prohibebit effusionem materię: deinde consequenter adhibeatur phlebotomia saphenæ, ut attrahatur sanguis [a] [ad locū,] & succurratur ei,quod fecit incurrere phlebotomia basilicæ, ex nocumento communicante ei. [b] [Et oportet ut fiat phlebotomia pedibus eius ad superiora leuatis, & ipsa sit iacens, & perueniat ad summum in extrahendo sanguinē.] Et oportet ut prohibeatur cibus,& minoretur in diebus primis usque ad dies tres, & prohibeatur aqua penitus, & propriè in die primo.Et habitet in domo boni [c] [odoris.] Et pręcipiatur,vt vigilet,quantum potest. Et vomitus vehementis iuuamenti est ad illud.Et quādoque est tibi necessarium,vt administres solutionem faciens,educens humores.Et oportet vt sint in medicinis eius,quod sedet nauseam. Et minoretur cibus,quum necessitas est, & sedeāt in principio in aqua dulci commista cum oleo ros.bono.Et embrochetur cū stypticis ex aquis. Deinde non fiat assiduatio super eam cum stypticis,vt nō induretur apostema. Et de eis,quorum administratio est conueniens in hac hora,est papauer dissolutum cum decoctione, de quo fiat emplastrum cum oleo omphacino,aut oleo ros.aut oleo de pomis. Deinde festina cū lenitiuis: quare fac embrocham ex vino cum oleo ros.tepidis.Et suppone lanam infusam aquis, in quibus decocta sunt ea, quæ sunt sicut [d] [malua,et semen lini,et alhasech,et alharmel [e] [plurimum cum medicinis stypticis sicut est arnoglossa,et blitis.] et similiter unguentum factum

ctum ex ouis, & meliloto decocto in decoctione dissoluto, et quandoque ponitur in eo oleum de croco, & oleum nardinum. Deinde fiat permutatio ad maturationem, & ex eis, quæ maturant ipsum, sunt dactyli dissoluti in coctione, decocti cum sauich, & oleo ros. & oleo de alcanna, & proprie in statu suo, & emplastra ex hyssopo, & adipe anseris, & adipe f [uaccæ] & medulla cerui, & similibus. Et quando declinat ægritudo, curatio eius est tūc cum resolutiuis puris, & g [sunt aqua sisimbrij] & sampsucus, & laur. & h [polypodium] & similia de his, quæ sciuisti. Et ciba eam, & conforta, & uiuifica ipsam. Et quando ponuntur super eam emplastra, oportet ut non ligentur: ligatura enim nocet apostemati. In dubellati uerò oportet, ut occuperis in maturando ipsam. & si est propinqua ori matricis, et est possibilis sectio eius secundum modum regiminis clausæ. fiat. i [intrinseca autē, quum possibile est ut consideretur eius maturatio ex ipsamet, aut sufficit] illud, quod prouocat prouocatione subtili sicut lac, & semen melonis cum aliqua mucillaginum: & eius eruptio ex ipsamet fiet, & si possibilis est k [infrigidatio] & resolutio, tunc est melius. Et quum rumpitur aldubellati, tunc quandoque egreditur pus eius ex uulua. Et oportet, ut iuuetur ad mundificationem, & resolutionem residuorum cum eis, quæ sunt sicut unguentum basilicon minus, & inijciatur in eam. Et quandoque egreditur ex uesica, & tunc non oportet, ut iuuamentum fiat in mundificatione eius cum diureticis fortibus, quare effundatur materia alia ad uesicā, & l [uincant, & faciant] aduenire ulcera uesicæ: immo subtilieris in illo, & sis contentus illis, quæ prouocant subtiliter, sicut lac, & semen melonis cum aqua mucillaginum, & fortasse egreditur ex uia egestionis, & fortasse est necessarium, ut rumpatur cum medicinis dictis in dubellati matricis, & aliorum, sicut sunt emplastra facta ex ficubus, & sinapi, & fimo columbino. Et post illud oportet, ut mundificetur ulcus cum eis, quæ sunt sicut aqua mellis, & iteretur illud multoties dum inuenitur pus grossum. Quumque mundificatur, curetur curatione ulcerum. Et quando magnificantur accidentia in dubellati, non est excusatio, quin administrentur emplastra lenitiua, facta ex farina hordei, & ex ficubus, & fœnugræco, & semine lini, & meliloto, & tinæ, quę secundum hunc modum sunt, & oportet, ut m [serues] res, quas diximus in capitulo apostematum calidorum, & dubellati in cap. aliis, præter matricem, & compleas, quæ hic abbreuiamus illinc.

f B. anseris & butyro uaccino.
g B. ex eis est sisimbrium.
h B. gumma pini.
i B. sed in intrinseco quantū est possibile expectetur digestio ex ipsamet, & contentetur super.
k B. separatio, seu sparsio. Alia litera, regimen.
l B. sint coadiuuantia ad faciendum.
m B. cōsideres.

ANNOTATIONES.

De uteri inflammatione, causis, signis, pulchre Paulus lib. 3. & Hipp. 2. de morb. mulicbribus plura, & Aetius lib. 16. Est tamen in huius curatione discordia, quum omnes quidem uenam secent, sed loco sectionis discrepent. Gal. pro fecto lib. de curandi rat. per sangu. miss. item & in lib. methodi semper affecto utero inferiores partes secat. At Paulus & Aetius cubitum in hoc morbo incidunt. Sanè similis dubitatio in superioribus incidit. Verum reuellendi gratia, & ubi sanguinis multitudo affluit, ex cubito mittere sanguinem licebit; debetq́; id initio curationis obiri. at euacuationis, uel deriuationis causa, tundendæ inferiores sunt uenæ. Vtramque uerò sectionem author noster proposuit.

Cap. 64. cap. 83. cap. 18.

De apostemate phlegmatico in matrice. Cap. 13.

Apostema phlegmaticum in matrice significant significationes apostematis prędictæ, quæ pendent cum grauitate, & inflatione: sed non est cum dolore, de quo sit curandum. Et fit illic mollities extremitatum, & pectinis. Et est forma habentis ipsum, sicut forma habentium hyposarcham. Et curatio eius, est curatio apostematum phlegmaticorum in uisceribus, ex eis, quę diximus in cap. pluribus.

De apostemate duro in matrice. Cap. 14.

Significant ipsum apprehensio eius cum tactu, & quod est illic difficultas a [ex parte] vrinæ, & fœcis, aut unius ambarum. Doloris verò euentus minoratur cum eo, dum non fit cancer. Et si est res lenis, & extenuatur cum eo corpus, b [& debilitatur, & proprie crura.] Et quandoque magnificatur uenter, & apostemantur pedes, & extenuantur crura, & accidit dispositio, sicut dispositio hydropisis: & propriè quando durities est sparsa. Et quandoque accidit ex eo hydropisis uera. Quum ergo non resoluitur durities, festinat ad cancerositatem. Et signum, quòd apostema durum est cancer, aut fit cancer, quum quidem est ut appareat sensui, est, quòd apostema uidetur durum, non æqualis figurę, a quo procedunt, sicut uarices, quod lædit tactus uehemens, mali coloris, & turbidi, decliuis ad rubedinem, quæ est sicut rubedo fœcis: & quandoque trahit ad plumbeitatem, & uiriditatem. Et quum non apparet, significat ipsum grauitas: & quod existimatur de læsione & c [sentitur.] Et communicant in ipso pecten, & duo emunctoria, & duę anchæ, & inguina, & peruenit læsio eius ad diaphragma, & dorsum, & multoties accidit cū eo dolor in vtrisq; oculis, & temporib. & frigus extremitatum, & quandoq; est cum eo sudor plurimus, & quandoq; comitatur ipsum febris incipiēs cum lenitate, deinde acuitur, & fit fortis cum vehementia doloris. Difficultas autem vrinę, & eius guttatio, & retentio stercoris ēt, aut unius earum sine alia est signum, in quo communicat durities, & phlegmon, & si ulceratus est, apparet pus non æquale, habens sordem, & est sordes secundum plurimum mali coloris, nigra, & quandoq; est rubea, et uiridis, et raro fit alba, & currit ex eo humiditas acuta, & d † [ ] materia uirulenta e [perueniens] ad uiriditatem fętidam, et quandoq; currit sanguis purus propter illud, quod accidit illi de corrosione, ita ut existimetur quòd illud sit mēstrua. et quandoq; currit res, cum qua sedatur febris, et sedatur dolor, et quandoque associantur ei signa apostematis calidi, & non est ei curatio.

a B. egressionis.
b —— B.
c B. punctione.
d † B. amara, &.
e B. ignea declinans.

De

De cura. Cap. 15.

APostema quidem durum, oportet vt medicetur, & euacuetur cum eo corpus ab humorib. grossis, & melancholicis, & administrentur vnguenta sicut diaquilon, & basilicō, & quod fit ex bdellio, & adipe anseris, & medulla cerui, & butyro ouium, factum ceratum cum oleo de lilio, & [a] [arazaki] & narcissino & anethino, & oleo chamæmillino, & oleo de fœnugræ. & oleo de Kerua, & oleo de alcanna, & oleo [b] [de alacuhen,] & sit cera eius, cera citrina, & quandoque ponitur in eo uitellus oui. Et si necesse est, ut sit fortius isto, ponantur in ipso castoreum, & aloes semegenium, & coagulum leporis, & [c] [serum, & ireos, & ruta, & alacuhen] & crocus, & gluten alimbat, & gumma amygdal. Et de vnguentis expertis est, ut infundantur folia capparorum in aqua, donec leniātur, & teratur cum eis caseus cum aqua mellis, & fiat ex eis vnguentum. Et administrentur flores vitis cum caseo, & aqua mellis. Et folia caulis, & flos eius conuenientia sunt apud mead hoc. Et iterum si supponantur sordes auris, sicut dicitur, confert. Et oportet ut sedeat in aquis, in quibus sunt uirtutes lenientium, & fiat emplastrum cum folijs altheæ recentibus contritis cum gumma amygdalarum, & adipe anseris. Et emplastra facta ex sampsuco, & meliloto, & fœnugræco, & chamæmilla, & althea. Cancer verò oportet vt medicetur cum medicationibus, cum quibus sunt vnguenta sedantia, & humectatione corporis, & euacuatione sanguinis ex basilica assiduè & saphena post ipsam in quibusdam horis, & eductione melancholiæ, & solutione ventris. & vnguento [d] [arasil] est proprietas in eo mirabilis, & sedat dolorem eius. Et quando fortior fit dolor, intende, & experire in sedatione doloris medicinas calidas, & frigidas simul, [e] [& sis contentus conuenientioribus] earum, & proprie ad vlceratum. Calidę itaque sedantes dolorem, sunt sicut decoctio fœnugræci, & similia. Et ceratum factum ex fæce olei etiam dimissi in vase æris, ut sumat de flore eius parum cum cera citrina, et de foris liniatur. Et frigida sunt emplastra facta de papau. cum coriandro, et solatro, et oleo rof. et albumine oui, et ex eo, quod resoluitur ex plumbo ad inuicem fricato cum aqua coriandri. Et iterum decoctio lentium sumatur, et clysterizetur cum ea. Et iterum lac asinę, et succus arnoglossæ coniunctim, et sigillatim. Et quando aduenit ex ulceratione fluxus sanguinis, administretur vnguentum fluxus sanguinis.

a B. alrazachi.

b B. alchauan.

c B. gluten albotin, & yreos, & alhachuen.

d B. rasil, i. vnguento apostolorum.

e B. vt innitaris super conuenientiores.

ANNOTATIONES.

Scripsit de utero in scirrhum indurato, & de eius cancro Aetius lib. 16. Egit & Paulus lib. . & Rasis 22. Cont. tr. 3. In scirrhi tamen curatione discrepare uidentur. Paulus uenæ sectionem proponit. Hic uerò de ea non meminit. Veri morbi initio, ut Paulus ait, secari uena, uel purgatio institui potest, præsertim si inflammationibus succedat, ut succedere præcipue solet. at confecto iam morbo, non uidetur ipsa sanguinis missio opportuna.

Cap. 84. & 94.
Cap. 67. & 68.
Cap. 1.

De præfocatione matricis. Cap. 16.

HÆc ægritudo similis est epilepsiæ, et syncopi, cuius initium est ex matrice, et peruenit ad communitatem fortem cordis, et cerebri, mediatione velaminis, et retis, et venarum pulsatilium, et quietarum. Quidam verò sapientum medicorum dixerunt, quòd non cognoscitur causa præfocationis. Verum causa in ipsa quum [a] [comprehenditur] est, quòd accidit retentio menstruorum, aut spermatis in adolescentibus, etiam viripotentibus in primis, quum sint uiripotētes, et uirginibus, et uiduis: et fit conuersio eius, quod retinetur inde ad frigus secundum plurimum, et proprie quum accidit, ut in radice sit frigidum, et addit ei [b] † [ ] spissitudo et soliditas frigus: aut [c] [ad frigus putrefactionem,] et est parum; et cognoscitur ex [d] [soliditate] eius, ad quod declinat in sua complexione. Quum ergo inspissatur vnum horum duorum [e] [ante menstrua, corrumpitur] corruptione prædicta, et declinat ad naturam venenosam, et accidunt duę species ægritudinis, quarum vna est ægritudo officialis, quæ in primis consequitur matricē: quare spasmatur, et contrahitur in primis ad superiora aut ante, et retro, aut ad latus dextrū, et sinistrum secundum obedientiam materiæ retentæ in uenis, et non inuenit meatum, imò dilatat venas, et spasmat eas cum dilatatione, quare dolorem facit, et quandoque spargitur in substantia matricis, et ingrossat eam, deinde contrahit eam: aut non spargitur in ipsa, immo apostemat ipsam, deinde corrugat ipsam, quare additur malitia, [f] [aut prouocat] super ipsam menstrua alia, quare non inuenientia cursum, perducunt ad nocumentum in membris principalib. vltra nocumentum primum. [g] [Et quandoq; contrahitur causa apostematis; aut malitia complexionis in primis.] Et quandoq; antecedit contractio causa apostematis, aut malitię complexionis exsiccantis, quare accidit oppilatio [h] [oris matricis] et orificiorum venarum: deinde accidit retentio, et similiter duæ declinationes ad latera. Et secunda est ægritudo materialis cum eo, quod facit procedere materiā retentam ad duo membra principalia ex vapore malo venenoso, quare accidit res sicut epilepsia, et syncopis, Et quoniam hæc ægritudo est fortior [i] [syncopi] pura, tunc antecedit syncopis sicut debilius antecedit fortius. et, quæ ex eis est menstrualis, magis salua est quā spermatica. Sperma. n quamuis sit eius generatio a sanguine et proprie in mulierib. ante conuersionē, tamen est magis susceptibile conuersionis malæ, quam sanguis: sicut lac generatum a sanguine susceptibilius est cōuersionis, quā sanguis, et quandoq; accidunt huic ęgritudini periodi, et multoties accidit in autumno, et quandoque sunt periodi eius tardi, et quandoque accidit omni die, et frequentia eius est praua, et quare non accidit huiusmodi apud partum, quū motus ille sit laboriosus? quoniam motus matricis tunc est similis ex omnib. diametris, et est gradatus. et non subitus, et est ad inferiora, et est operatio naturę, et in ipso nō procedit vapor venenosus

a B. contingit.

b † B. coarctatio, &.

c B. declinat ad calorem, & putrefactionem.

d B. colore.

e B. Alia litera. minoratur mēstrua, & corrumpitur.

f B. quoniā superueniunt.

g — B.

h B. Alia litera. matricis.

i B. Alia litera epilepsia.

nosus ad membra principalia. Et deterior præfocatio matricis est illa, quæ destruit anhelitũ in eo, quod apparet quamuis necessarius sit aliquis anhelitus. & fortasse apparet in eo, quod est sicut lana carminata suspensa coram anhelante, & destruit etiam sensum, & motum, & assimilatur morti, & plurimum illius est causa spermatis, & causa eius, quod de eo frigidum est, & sequitur eam in difficultate illa, quæ anhelitum [k] † [ ] destruit. [l] † [ ] sed leuior ea & minor est in gradu tertio, quæ facit accidere spasmum, & tetanum, & [m] [syncopim] sine nocumento in ratione, & sensu.

k † B. non.
l † B. imo facit ipsum paruum.
m B. Alia litera. tasseam.

ANNOTATIONES.

De uteri strangulatu doctissime Aretæus lib. 2. acutorum morb. abunde Gal. 9. de loc. aff. & Paulus lib. 3. & Aetius lib. 16. Plura etiam habes in libris Hippocrati a scriptis de morbis muliebrib. Est autem de hoc affectu quæstio, tum a quib. causis dependeat, tum qua ratione & animales & uitales actiones huius ui adeo lædantur. Sane uteri præfocatio, omnium testimonio (quod & author noster probat) conuulsio quædam est, contrahitur nempe præter naturalem positionem uterus ad superiora. Conuulsionis duplex causa est, repletio & euacuatio. Quo fit ut ad horum alterum sit hæc affectio referenda. Author librorum de morb. muliebrib. lib. primo, ad siccitatem refert. nempe id uitij contingere asserit vbi mulieri vasa euacuata fuerint, tunc enim conuerti & sursum progredi ad humiditatem ex ipso iecore hauriendam. At Gal. 6. de loc. aff. a repletione fieri id existimat, eosque suggillat, qui a siccitate præfocari uterum putant. Arbitratur uerò hic aut ob menstruas suppressas purgationes, aut ob uitiati seminis retentionem euenire, quum id mali genus uiduis præsertim, atque ijs, quibus virorum ablata cõsuetudo est, accidat. quin etiam ob immoderatam uteri frigiditatem idem oriri quandoque uitium asserit. Quòd uerò tot symptomatum concursus in hoc malo fiat, id Galen. ob uteri consensum cum cerebro per neruos, cum corde per arterias, cum iecore per uenas contingere arbitratur. Est tamen hac in re quæstione dignum, si conuulsio ob repletionem, vel siccitatem fiat, neque alias habet causas, quo modo ob retentum uitiatum semen hic affectus producatur. certè, non is ad repletionem referri potest, quum tanta seminis copia non sit, ut replendo uterum tendat. absurdum quoque est, si ex euacuatione id fieri quispiam asserat, quando propterea laborent hæ, quia non excernitur semen, quod excerni consueuerat. Cæterũ, fortasse ita hẽt res Quum uteri præfocatio conuulsio quædã sit, id qđ fatentur oẽs videtur hæc nobis, non a repletione tãtum, sed etiã exsiccitate posse procreari. Et si verò Gal. perpetuò ad repletionem vel menstruorum excrementorum, vel corrupti seminis id malum deferre uidetur, & eos notat, quid siccitatem in causa ponunt: quum is tamen etiam ex uteri refrigeratione eius strangulatum sequi scribat, quod & Aretæus, negãdum nõ uidetur, id uitium siccitatem sequi: quum propterea ob uehementes refrigerationes peruertatur uterus, quòd frigiditas exprimit, exsiccatque. Non asserimus tamen ob humiditatis appetentiam cõtrahi uterum, quod author librorum de morb. muliebrib. quando id satis probabiliter damnasse Gal. videtur. sed illud tantum arbitramur, uteri præfocationem, quæ conuulsionis species quædam est siccitatem sequi. De retento uerò semine, num ob siccitatẽ, an ob repletionem conuulsionẽ pariat, dissertum a nobis aliàs meminimus. quum de cõuulsione ageretur. atq; , quum hic author spasmum quendam alium præter repletionem & siccitatem poneret, quem, non proportionatum ad materiam uocat, ostendisse nos recordamur, conuulsionem, quæ prauæ alicui qualitati succedit, posse ad siccitatẽ, vel ad repletionem referri. nempe, irritatæ neruosæ partes ob malæ illius qualitatis vel manifestæ uel obscuræ præsentiã contrahunt sese, atque contrahendo id exprimunt, quod humiditatis continebant; & fit siccitas. Vel etiam, dum illius actionis gratia plures aduocantur spiritus, simul quoque humorum copia confluit, & repletio succedit. Putat tamen Gal. retentum semen sui frigiditate obesse, quod & Aetius. de quare nos modo non disserimus.

cap. 11. cap. 5.
cap. 71. cap. 68.
cap. 5.

De signis. *Cap.* 17.

QVãdo appropinquat periodus huiusmodi ægritudinis, accidit dyspnœa, & difficultas anhelitus & pulsus cordis, & dolor capitis, & [a] [vt loquatur secum,] & debilitas discernendi, & [b] [debilitas,] & pigritia, & debilitas in cruribus, & citrinitas coloris, & alteratio, eius cum paruitate fixionis super dispositionẽ suam, & quandoque accidit ex putrefactione calidi vaporis, sitis. et quando additur in ea, accidunt subeth, & permistio rationis, & rubedo faciei, & oculi, & labii, & [c] [egrediuntur ad exteriora. et quandoque claudit oculos] et non aperit eos. & debilitatur anhelitus valde: deinde absciditur secundum plurimum. et imaginatur ęgra, quasi aliquid eleuetur ex pectine eius. et accidit stridor dentium, et percussio eorum, et motus inuoluntarii propter corruptionem lacertorũ. et alteratur dispositio eius, et abscinditur loquela, et difficilis fit intellectus, eius quod loquitur: deinde accidũt, pcipue ex ea, q̃ spermatica est, syncopis, & abscissio vocis, et attractio crurium ad superiora, et apparet super corpus ros nõ communis, imò paruus, et quãdoque resoluitur ad vomitum phlegmaticum, purum, et dolorem capitis, et dolorem geniculi, et dolorem dorsi, et ad rugitum, et ad expulsionem humiditatis ex matrice. et quandoque perducit ad peripneumoniam, et ad squinantiam, et apostemata [d] † [ ] dorsi, et pectoris. et pulsus fit in ea in primis tensus, spasmosus: rarus, deinde fit frequens absque ordine. et proprie apud casum virtutis, et propinquitatem mortis. et fit vrina similis loturæ carnis, aut fit sanguinea, rubea. et menstrualẽ quidem significat retentio menstruorum. et spermaticam significat elongatio spatii a coitu cũ desiderio, et castitate. et menstrualem quandoque cõsequitur exuberatio lactis. et corpus est grauius, et sensus debiliores. et dolores oculorum, et colli, et febris, et accidentia, quæ sequũtur retentionem menstruorum prædicta sunt manifestiora, et cum hoc humoris dominãtis in sanguine apparet dominium et malitia, [e] [sicut melancholici,] ipse enim facit accidere alienationẽ per communitatem cerebri, et syncopim fortem per communitatem cordis, et destruit anhelitum per communitatem amborũ simul, et per communitatem diaphragmatis. et phlegmaticus est grauior, et quietiora habet accidentia. et cholericus est acutior, et magis incolumis.

a B. malitia animæ.
b B. statio cum oculis apertis.
c B. & quãdoq; oculi continue stant aperti intuentes in locũ unum. Et quandoque oculi ei sunt clausi.
d † B. colli, &.
e B. melancholica.

columis. Spermatica vero incipit cum nocumento anhelitus, et magnificatur [f]] timor in ea magis, quàm in menstruali. Reliqua uerò accidentia non apparent in ea: Et multoties quidem accidit ex hoc quòd obstetrix tangit matricem eius spasmosam, commotio, & desiderium; quare descendit sperma grossum, & sanatur. Et quandoque expellitur illud [g] [ex obuiatione sui ipsius,] & inuenit requiem. [h] & licèt ipsa] sit similis epilepsiæ in pluribus iudiciis [i] † [ ] in hoc quòd subito accidit, tamen inter ipsam & epilepsiam distinguit [k] [retentio] eius quod eleuatur ex matrice, & pectine, & quòd ratio non minoretur ualde, & semper imò in dispositionibus vehementibus valde, et quando euadit præfocatas narat plurimum eius, quod fuit in ea, nisi sit maxima, immoderata, & spuma non currit, sicut est cursus eius in epilepsia difficili ex cerebro, & si currit, sedat ægritudinem statim, & non indiget, [l] [quod ab ea excuset,] & redeamus ad illud, quod narrauimus in capitulo epilepsię, de differentia. Differentia uerò inter ipsam, & apoplexiam est manifestior, & quomodo non? quum sensus destruatur in ea secundum plurimum integrè, & non sit [m] [gemitus.] Differentia verò inter ipsam, & lethargiam est, quòd cum ea non est febris: neque pulsus est plenus, vndosus, & principium doloris eius in capite, & est color diuersus, alteratus, et in lethargia est fixus secundum dispositionem unam.

f B. angustia.
g B. sponte sua.
h B. Differētia. aūt inter ipsam, & inter epilepsiam est, ꝗ licet præfocatio.
i † B. &.
k B. sensatio.
l B. eo quod operatur aliud. Alia litera. ꝗ fiat aliud.
m B. stertur.

De cura. *Cap.* 18.

ILlius quidē esse, cuius causa est retentio mēstruorum, oportet ut regatur, si non est illic albedo superflua, et causa retētionis nō est multitudo humiditatis viscosæ, cum phlebotomia ex basilica, et ex saphena, [a] [addendo] in omni dispōne [b] [ex] administratione prouocantiū menstrua, et proprie suppositoriū acutorū, mordicantiū os matricis: et sūt sicut cordumeni, et pip. Euphorbiū verò est valde forte ī hoc, faciens descēdere menstrua statim, & cōmotio oris matricis, & partium uuluæ eius, est conferens ei, siue retentio sit mēstrualis, siue spermatica: ipsa enim facit declinare matricem ad inferiora, & ad ęqualitatē, & præparat menstrua ad prouocationem Et galia quidem est mirabilis in hoc. Et tinæ ex diureticis iuuatiuę sunt, & propriè, quę fiunt ex keisi, & fœnugræco, & sem. lini, & sāpsuco & abrotano. & aquę thermarum utiles sunt eis iterum. et oportet, ut fiat phlebotomia ex basilica partis, quę sequitur declinationem matricis. Si autem non declinat ad latus, imo contrahitur ad superiora, tunc tibi superest vt phlebotomes quacunque duarū vis, aut ambas. Quòd si senseris humiditates plurimas, tunc administra euacuantia eas, sicut est hiera Rufi, & theodoricō. Et iterum quum tu phlebotomaueris, & euacuaueris sanguinē, fortasse necessarium erit tibi post septimū soluere uentrem cum hiera diacoloquinthidos, & hiera picra. et quandoque erit necessarium, ut iteres hoc super eam & fortasse erit tibi necessariū, vt euacues, & in potu tribuas pilulas de [c] [thapsia,] & pilulas fœtidas: Deinde ponas vētosas post tres dies super dorsum, & mirach, & quandoque super coxas, & inguina. Et subtilia regimen, & calefac inferiora cum fricatione, & vaporationibus, & vnctionibus: deinde da ei in potu, quod sit sicut castoreum, & myrrha cum aqua mellis, & sagzenea, & diamarte, & diapipereō, & diacyminū, & [d] [serapinum] cum aqua anisi, aut aqua fasceolorū rubeorū, & gariophylli iuuatiui sunt iterum. et de potionibus bonis est, vt sumatur cymini quantitas gallæ, & detur in potu cum aqua rutę, aut aquā decoctionis agni casti: et agaricum est ualde bonum in hac ægritudine, quando potatur cum uino. et castoreum quandoque sanat integrè, et similiter blattæ bizantiæ, & similiter squilla, aut acetum eius quum sorbetur: aut oxymel eius acetosum. [e] [Alsosir verò cum ex eo] in potu sumitur, est in eo sanitas, Et iterum detur in potu [f] [de eo] pondus drach. ii. [g] [aldeci] uino forti. et potus olei de kerua est ualde iuuatiuus. et iterum sumat in potu succum foliorum agni casti cum uino, & oleo. [h] † [ ] et iterum sumatur pondus. drac. i. opopanaci, & tertia. drach. i. castorei, & detur in potu cum uino: est enim iuuatiuū ualde diureticum, et de emplastris, & uaporationib. quęcunque subtiliant sanguinem & faciunt cū cholericum. et de suppositoriis bonis, est [i] [sagzenec cum] oleo de lilio quantitas auellanæ, & suppone collyrium ex [k] [aldeci] cum uino, et iterum sumatur storacis liquidæ. unc. iii. piperis, thuris, amborum an. unc. i. adipis anatis vnc. iiii. sem. vrticę. vnc. iiii. fiat ex eis licinium, & supponatur. et iterum administretur ex clysteribus, & collyriis factis ex eis, quæ calefaciūt, & prouocant, & soluūt humores grossos, & resoluunt ventositatem. Si autem causa eius est retentio spermatis, tunc oportet vt nuptui tradatur [l] † [ ] & vsque ad illam horam oportet, vt vtatur exercitio, & exsiccatiuis spermatis, sicut ruta, & calamentho, & semine [m] [almaru] & electuario diacymino cum eis, quę sunt, sicut decoctio de radicibus, et oportet, ut intromittat obstetrix manus suas in uuluam eius, inunctas oleo de lilio aut nardino, aut laurino, et commoueat portā uuluę, & portam matricis motione plurima leui, & necessarium est vt associetur ei cum delectatione dolor, & fit sicut est dispositio coitus. Ipsa enim fortasse expellet sperma frigidum, et sanabitur. et similiter quum supponuntur res mordicatiuæ, commotionem facientes, sicut sagzenea cum oleo laurino, & sicut zingiber, piper, & cordumeni sunt mirabiles in hoc. et caue in huiusmodi dispositione phlebotomiā: imò administra in hac diuisione, quę excitant caliditatem, & cura curatione syncopis. et confectio fert ad illud, & accidentia eius mala, confectio nominata confectio iuuamenti, quoniam iuuamentum eius est mirabile vehemens, et sagzenea, et mithridatum. et medicamen de muscho, et theriaca. et si timetur ex medicamine muschi, et mithridato [n] [quamuis sit in eis] commotio spermatis. tamen confortatio eorū quam faciunt cordi et naturę ad expellendum resistit

a B. & non est excusatio.
b B. ab.
c B. steitaragi.
d B. alchiasche negi.
e B. Et aqua alsuasera quum.
f —— B.
g † B. aldadi.
h † B. Alia litera. de kerua.
i B. sagzanec cū oleo laurino, aut.
k B. aldadi.
l † B. velociter.
m B. agnscasti.
n —— B.

resistit illi, & vincit ipsum. Et ° [serapinum,] & gariophylli mirabilia sunt etiam.

o B. alchiasche negi.

ANNOTATIONES.

Curationem a venæ sectione orditur, id quod & Paulus lib. 3. & Aetius lib. 16. & Aretæus lib. 2. de curat. acut. morb. Author tamen noster diligentissimus eas excipit, quæ candidiores sunt, & quibus uiscidi humores affluunt, nempe, quum his ab sanguinis missione magis refrigerentur, & incrassentur humores, id quod affectum adauget.

cap. 71. cap. 68. cap. 10.

De regimine eius quum commouetur. Cap. 19.

OPortet, vt fundatur super caput oleum odoriferum, confortatiuum, calefactiuum valde, sicut oleum nardinum, aut oleum de bē, & incipe ad faciendam commotionem prædictam, & propriè cum ª [facientibus pruritum mordicatiuum:] & supponātur collyria prædicta prouocatiua, & suppositoria trahētia matricem ad inferiora, sicut galia, & olea odorifera, sicut oleum de ben, & sambacinum, & sicut oleum alacuhen, & oleum de folio, & reliqua olea odorifera acuta, ad quæ declinat matrix, & cum hoc est in eis subtiliatio, & prouocatio. Et similiter suffumiga eam subtus cum muscho, & xyloaloe. Et suffumiga eam cum ᵇ [muscho contrito] super lapides ignitos, & lini cum ᶜ [colohe,] & algalia Et tene anhelitū eius, & nares ipsius, & moue ad vomitum cum penna intromissa in gutture eius: ipsa enim inuenit cū vomitu requiē, & leuitatem. Et fac eā sternutare, et fac eā odorare fœtida. Et fac adhęrere inferiorib. eius ventosas plurimas, trahentes sanguinē & matricē ad inferiora, propriè sup emunctoria, & coxas: aut super illud, qđ est contrarium parti declinationis, si fuerit declinatio: ut trahatur matrix, & sanguinis ad inferiora. Et frica pedes eius fortiter, & fac adhærere anchas eius, & pectinem ipsius, & coxas, & crura, & stringe eas, ligando a superioribus ad inferiora, & ᵈ [suffumigetur] cum eis, quæ sūt sicut oleum arazaki, & medicinæ calidæ rubificantes, in quibus sit, quod sit sicut euphorbiū, Et suppone ano eius sicut ea, quę resoluunt vētositatem. Et lini stomachum iterum cum eis. Et voca eam, & commoue. Quum ergo fiunt ei omnia illa, & non redit ei anhelitus eius, tunc necessarium est vt effundatur oleum feruens super caput eius, aut cauterizetur sinciput eius, si non fuerit excusatio inde. et quandoque euadit cum phlebotomia. et caue, ne ei des in potu vinum, quoniam aqua est ei conuenientior, & carnes grossas, & ea quæ addunt in carne, & spermate.

a B. medicinis mordicatiuis.
b B. messusam speculo uel posito.
c B. alchaluch.
d B. vngatur.

ANNOTATIONES.

Quid in ipsa præfocatæ uteri accessione agēdum sit, docet. Agit eadem de re. Paulus lib. 3. Pulcherrime & Celsus lib. 3. ubi & sanguinem mittit, & cucurbitas affigit inguinibus. Hic verò etiam sinciput scarificat perspiratus gratia, quamuis id augendi potius affectus uim habere quispiam crediderit, dum. s. materiam supra trahit.

Cap. 71. Cap. 20.

De hæmorrhoidibus, & bothor, & moro, quæ apparent in matrice, & clauo. Cap. 20.

QVandoque eueniunt in matrice hęmorrhoides, & accidit quandoque in ea sicut morum, sicut dictum est in masculis. et quandoque apparent super eam bothor diuersę: quare quędam dicuntur alhasce, quoniam sunt similes capitibus alhasce, & quandoque sunt albę. et quandoque apparent super eam ª [bothor] vt verruccę ᵇ [& vt claui] successione rhagadiarum, & successione apostematum durorum. et non est possibile, vt sanentur hæmorrhoides, nisi quæ ex eis sunt extra matricem. et parum sanantur factæ in profundo. et quandoque ᶜ [sequitur illam,] cuius menstruam retinentur ᵈ [apparitio] hæmorrhoidarum in ano suo, & in eo. q̄ apparet de matrice sua. Nā speratur, quòd aperiantur, & mundificetur. et fit cum eis securitas ab ęgritudinibus difficilibus. quas facit retentio menstruorum. et possibile est, vt appareant hęmorrhoides, & similia illis, in speculo, cui opponitur uulua, secundum modum, quem diximus in capitulo rhagadiarum. et quum ᵉ [imprimuntur] in speculo, nō euacuantur, quin aut appareant in hora doloris, & est hora retentionis menstruorum eius, & videātur rubeæ duræ: aut in hora quietis. & videantur detumefactæ. et illud est apud cursū eius, quod currit ex eis de re nigra sicut fæx.

a B. hęmorrhoides.
b B. clauosę.
c B. iuuatur illa.
d B. cum apparitione.
e B. videntur.

De curationibus hæmorrhoidarum. Cap. 21.

ISte hæmorrhoides non dolent, nisi propter vehementiam inflationis earum, & soliditatis earum: quare oportet vt linientur, & præparentur ad currendum: quòd si non iuuantur per hoc, ª [hęmorrhoides non sunt] latę amplæ, non est excusatio, quin administretur ferrum secundum modum, quem diximus in administratione hæmorrhoidarum ani cum calib noto: et illud est quum sunt extra matricem. Quum ergo inciduntur, ponātur super incisuram atramentum, & alumen, & ᵇ [cortex] thuris, & quæ sunt similia illis. Quumque uolūtas est vt fiat illud, intromittatur mulier in domo frigida, & incidatur illud ex ea in ipsa, & præcipiatur ei, vt subleuet pedes suos ad parietem duabus horis, & faciat adhærere dorso suo & pectini, & ᶜ [materiæ suę] pannos infusos aquis stypticis infrigidatos niue. et si forsitan sanguis non abscinditur, tunc pone super pectinem, & super dorsum, & quæ sequuntur ipsum, ventosas adhærentes, & suppone lanam infusam in aqua decoctionis stypticorum, in qua sunt dissoluta acacia, & hypoquistidos, et lycium et similia, et fiat vt sedeat in aquis stypticis. et si fuerint hęmorrhoides latę, amplę, tūc non labores ad incidendum eas, sed administra super eas exsiccatiua, fortiter retinentia sanguinem, sicut sunt panni infusi succo berberis aut acetosæ, super quod puluerizata sint lyciū, et acacia. et similia. et ligentur extrema eius cū strictura. et præcipe vt dormiat secundum figuram seruantem illud, quod suppositum est. et rege eam regimine fluxus sanguinis superflui.

a B. & non sunt hæmorrhoides.
b B. farina.
c B. parti quæ est inter anum, & vuluam.

d B. Alia litera. & securatur hæmorrhoides, quod nō doleant propter cursum sanguinis æqualis ab eis, & securatur, quod nō cadat virtus cū prohibitione tua facta ad fluxū sanguinis superflui. Alia litera. & sufficit in cura hæmorrhoidarum procurare quod ipse cū fluxu sāguinis moderata quātitatis fluētis ab eis nō doleāt, & quod nō cadat virtus cum prohibitione tua facta ad fluxum sanguinis super fluum.

e B. oliuæ.

Cap. 75. ca. 71.

flui.[d] † [ ] Et de lenificatione earum est, vt sedeat mulier in aquis, in quib. decocta sunt lenificantia sicut althea, & chamæmilla, & fœnugræcum, & semen lini, et melilotum. Et administra super eas ex oleis, sicut oleum de [e] [pice,] & de lilio, & oleum de meliloto.

De clauis. *Cap.* 22.

SEdeat habens eas in decoctione fœnugreci, & lenificantium cum aliquo oleo, & supponantur pessaria facta ex hyssopo: & nitro, & resina.

ANNOTATIONES.

Habes de hac re ex Paulo lib. 2. plura & lib. 6. de curatione, quæ per manus. Vide & Aetium lib. 16. & Hippocratem libello de hæmorrhoidibus.

a B. albatara, vel albandar.

b B. Alia litera. carchas.

De carne addita, & longitudine a *[allakic,] & apparitione, sicut guira, & rei nominatæ* b *[fursus.]* *Cap.* 23.

c B. prohibens coitū. Alia līa. cum qua peruenitur ad opus simile coitui.

d B. Alia litera. alcharcas, seu carchas.

e B. negat illud Empedocles.

QVandoque oritur in ore matricis caro addita. et quandoq; apparet super mulierem res, quę est sicut virga,[c] [commouens sub coitu.] et quandoque aduenit ei, vt faciat mulieribus simile, quod fit eis, cum quibus coitur, & quandoque est illud battarum magnum, et d [fursus] quidem est caro addita orta in ore matricis, quę quandoque prolongatur, & quandoque abbreuiatur, & non prolongatur nisi in æstate, & abbreuiatur in hyeme. et sūma quidem medicorum testificatur illud sicut Archigenes. & [e] [Gal. negat illud] medicus.

De cura. *Cap.* 24.

a B. batarum & incide.

b B. Alia litera carchas.

c † B. deinde incidatur.

d B. quandoque præcipitur.

e B. deinde.

VIrgæ quidem, & albatara curatio est incisio, post cōuersionem eius super ceruicē suam, & retine [uentrem eius, & incidatur] illud ex profunda, & ex radice, vt non accidat fluxus sanguinis. Carnem verò aliam fortasse possibile est curare cum medicinis corrodentibus carnem, de illis, quæ administrantur in capitulo suo, & fortasse non est excusatio, quin incidatur, & tunc currit cursu hæmorrhoidarum et [b] [fursus] quidem ligatur cum filo ligatura stricta, & dimittitur duobus diebus, aut tribus.[c] † [ ] et d [fortasse minuitur] dimissio eius ita donec putrefiat, [e] [&] incidatur ut minoretur cursus sanguinis.

ANNOTATIONES.

Nympham intelligit, cuticulam. s. in pudendi muliebris sinu subsultantem. de qua Paulus lib. 6. Cap. 70.

De aqua in matrice. *Cap.* 25.

a B. coarctatur, seu retinetur ibi.

QVandoque aggregatur in matricibus mulierum aqua, & a [præfocantur] ea.

De signis. *Cap.* 26.

SIgna sunt, quod antecedit retentio mēstruorum, & multiplicatur rugitus in ventre, & propriè quum mouetur, & ambulat, & accidit in inferioribus ventris apostema molle. et quādoque fit sicut hydropica, & multiplicatur cursus humiditatis aquosę, & quandoque existimat quòd sit pręgnans. et quandoque est vulua eius in hoc, ut prouocetur ab ea aqua plurima subito.

De cura. *Cap.* 27.

CVratio eius est, vt administretur phlebotomia si indiget ea, & exercitium. et vt faciant eam sedere, in rebus prouocātibus aquositatem fortis prouocationis. et res, quæ administrantur in emplastris hydropisis donec maturetur; Deinde approximentur ei prouocātia menstrua cū fortitudine. et dētur in potu prouocantia urinā. et non est malū, si clysterizetur clysteribus hydropicorum. et cum collyriis prouocantibus aquam, & menstrua, & suppositio ellebori albi confert ei, & extrahit aquam plurimam.

ANNOTATIONES

De uteri hydrope intelligit, de qua & Hipp. 2. de morbis muliebrib. & Aetius lib. 16. Scripsit & Rasis. 22. Cōt tr. 3. Cap. 79. Cap. 1. & 2.

De inflatione in matrice, & cognitione eius. *Cap.* 28.

a B. vehementis dominii frigoris opilantis.

b B. difficilior.

c † B. Signa.

d B. collectio.

QVandoque est causa prima in hoc, vt eueniant inflatio & uentositas in matrice, percussio, aut casus, et: sicut illud: quare debilitatur complexio eius, et quandoque est difficultas partus, & conuersio oris matricis: aut a [frigus fecit ei superuenire oppilationem oppilādo] os matricis, coarctādo ventositatem in vacuitate eius: aut in uacuitate uillorum ipsius, aut in angulis eius. et illa, quæ est in uacuitate, est b [debilior:] deinde, quæ est in angulis: postea, quæ est in concauitate.[c] † [ ] Quandoque fit fortis uirtus retentionis uentositatis in matrice, & uillis eius, usquequo consequitur dolor extensus ad pectinem, & dilatatur in inguinibus, & eleuatur vsque ad coxas, & usque ad diaphragma, & stomachum, & habet uocem sicut est uox tympani, & hydropisis tympanitis. et quandoque est permutabilis, & associantur ei pulsio, & pulsatio, & punctio, & punctura, quam uaporationes cum uirtutibus caliditatis sedant, & redit cum reditu frigoris. et compressio permutat eam in rugitum, & augmentatur eum ea pecten. et fortasse remanet hæc uentositas spatio uitæ, & existimant quidā quòd d [dominium] matricis super sperma resoluit hanc uentositatem quasi non sit.

De cura. *Cap.* 29.

COnfert ad illud potus logodion, & sagzenea in aqua radicum, & seminū post euacuationem

cuationem materiei facientis illud, a corpore, & a matrice, cum eis, quæ sunt, sicut hiera picra proprie. Et si chronica sit ægritudo, tunc cum eis, quæ sunt sicut hiera Archigenis. Et oleum alkekengi iuuatiuum est ualde ad hoc. Et quandoque supponuntur collyria ex eis, quę sunt sicut bdelliũ, & xylobalsamũ, & sem. eius cum oleo nardino, & oleo de ruta, & quãdoq; embrochatur cum oleo de ruta, & oleo anethino. Et quandoq; apponuntur super matricem emplastra facta ex eis, quæ sunt sicut ruta, & semen agni casti, & cyminum, & centaurea, & alberengesif, & sampsucus, & anisum, & calamenthum, & casia, & ammeos, & reliqua semina. Et quandoque fit vt sedeat in aquis, in quibus decoctæ sunt medicinę emplastrorum prędictorum. Et quandoque a [fiunt] cum speciebus calidis, & quandoque opponuntur pectini, & matrici uentosę cum igne.

a suffumigat.

ANNOTATIONES.

Plurimas uteri affectiones flatus faciunt, ut ait Hipp. 7.uulgar. morb. Atque hi quandoque ipsius uteri corpus & substantiam occupant, de qua re hoc in loco agitur, difficileq; plerunque discutiuntur. quandoque in cauitate dumtaxat uteri continentur, de quibus in sequentib. uerba facit. Tu uide Aetium lib. 16. & Paulum lib. 3. Plura & Hipp. 2. de morb. muliebrib.

Cap. 71. Cap. 70.

a B.

De uentositate matricis a [*non inflante.*] *Cap.* 30.

SEntit habens eam quasi sit res in ea inuoluta, suspensa, & uidet separationem doloris permutari.

De cura. *Cap.* 31.

CVra est, vt sumat omni die drach. j. & s. de diamarte cum drac. j. cymini, & vi. 3. vnius masticis.

FEN XXII.

De ægritudinibus in extremitatibus membrorum: quæ habet duos tractatus.

TRACTATVS PRIMVS.

De eo, quod accidit eis de nocumentis quantitatis, & situs.

De forma zirbi, & duorum siphac. *Cap.* 1.

OPortet, ut scias, quòd super ventrem post cutem sunt duo panniculi: quorum vnus a [nominatur siphac & comprehendit intestina & calefacit ea, sua spissitudine, & unctuositate] & comprehendit lacertos. Et secundus est interior, & nominatur b [beriteron] & nominatur c † [ ] rotundus: quoniam quando d [singularis fit] ab eo, quod tegit ipsum, est sicut sphera, super quam sunt e [summę] & additiones molles, & foramina & continuatur desuper uelamini; f [& processio eius est ex supremo, & est] subtilis sub cute uentris, & panniculis eius: & adhærent ei duo ex lacertis uentris, dexter, & sinister adhærentia uehementi. Deinde continuatur post eos ambos velamini, & partibus eius carnosis continuatione vnitionis g [post continuationem suam cum stomacho, &] post confirmationem & soliditatem substãtiæ eius: & illa continuatio est continuatio dilatata: verùm ipsa quum continuat hepati, est subtilis valde: & est ei in eleuatione sua ad stomachum, & in reflexione sua descendendo ab eo firmitudo, cum h [oppositione] venarum & arteriarum i [magnarum] suspensarum cum eo, & descendit subtus, & fit zirbum. Et currit super plurimum k [alberiteron] de subtilibus lacertis l [dilatatis] super uentrem m [tunica vna:] & forsitan existimatur q fit pars eius, propter continuationem eius, & similitudinem suam cum eo in neruositate. Quum n [ergo] singularis fit ab eo o [alberiteron] est subtilis texturę ualde, & ille est p [alberiteron uere.] Et subtilius eius, & purius ipsius est apud q [epiglottalem, & ortum [panniculi intrinseci costarum r † [ ] ex hoc panniculo, & iuuamentũ huiusmodi siphac s † [ ] est t [replere, quod est] inter lacertos uentris, & intestina, & u [stringere] locum, & prohibere x [superfluitates] ne cadant in locis uacuis, y [cum adiutorio diaphragmatis, quod est posterius, & cõprimere posterius intestina, & uiscera euacuantia superfluitates, quum proxima sunt ad expellendum quod est in eis de fæce, & aqua hydropisis, & urina, & prohibere] inflationem uehementem, & ligat uiscera z [ligamento forti, & est in dorso sicut res una, & lacerti omnes] posterius super carnem glandosam quasi substratam eis, et uenis magnis, & meatibus continuitatis inter intestina & stomachum. Quidam uerò dicunt, a [non pertransit] ut dicatur quòd in siphac sint b † [ ] genera villorum contextorum secundum c [partes notas] uillorũ, qui sunt instrumenta uirtutum trium naturalium: d † [ ] et istis quidem non est possibile, ut dicant illud in tunicis uenarum, et vesicę, et matricis, nisi de aliquo panniculorũ, imò est corpus singulare, et ista duo uelamina tutamina sunt uiscerum concauitatis inferioris. Quumq; perueniunt ad pectinem, fiunt in eis duo foramina stricta, qua ipsa ambo sint, e [per quæ transit lumbarea dextra et sinistra in eis inseparabilia, donec fiant sicut duæ cystæ duorum ouorum] et sub duobus uelaminibus est zirbus, et zirbus, quidem est compositus ex duobus panniculis, quorum unus cooperit alium, inter quos sunt arteriæ plurimæ, et uenę pauciores eis, et figura eius est sicut cystis. et est ligatus cum stomacho, et mesaraicis, et cum colo. et eius f [processio] est ex eo, quod descendit ex superfluitate beriteron apud stomachũ, et duodenum, et eo, quod ascendit ex superfluitate eius apud pectinem. g † [ ]

Primũ ergo, quod occurrit de uentre est cutis: deinde sub ipsa est panniculus primus, et nominatur

a B. Alia litera. [...]cinatur ipsi cu[...] b Alia litera. althafi. i. supe[...]rior. b B. berithariũ c † B. etiam. d B. separatur. e B. chamel. f B. & origo ei⁹ est ex supremo & est pãnicul⁹. Alia litera. & tangit ipsum uelamen ex supremo & cõtinuatur inferius [...] uesica & matrice, & tangit [...] ambo desub[...]s, & ipse est.

g B. & continuatio eius cum stomacho est.
h B. trãsitu uel associatione, seu uicinitate.
i B. multarum.
k B. albaritarun
l B. latitudinalibus.
m B. siphac.
n B. autem.
o B. alberitarun
p B alberitarun uerum.
q B malũ granatum & ortus.
r † B. est.
s † B. beritarun.
t B. Alia litera. separare.
u B. Alia litera. replere.
x B. lacertos.
y B. & ne ex hoc difficilis fiat motus ipsorum, & ne difficiliter eũacuetur illud, qđ est in ipsis, & ipse quidem beritarun exprimit ab interiori & uelamen a posteriori intestina & uiscera euacuãtia superfluitates expressione adiuuante ad expulsioné illi⁹, quod in eis cõtinetur de fæce et urina & ad expellendum embryoné, & prohibet.
z B. adinuicem & cum dorso ligamento forti, quare totum aggregatũ ex eis est forte, & fit ipse & dorsum, sicut res una, & innituntur seu substentantur omnia ista.
a B q non licet.
b † B. tria.
c B uiam notã.
d † B. imò ipse panniculus beritarũ est corpus simplex.
e B. duo meat⁹ s. dexter, & sinister & in eis inseparabiliter descendũt, donec fiãt. s. duo sacculi duobus ouis seu duob. testiculis.
f B. origo.
g † B. & nominatur althafi. i. supra existens uel supra equitans, & continet intestina, & stomachũ, & calefacit ipsa sua spissitudine, & sua pinguedine seu unctuositate.

natur aggregatio eorum mirach: deinde sunt lacerti, postea beriterum. deinde zirbum, dein de intestina.

ANNOTATIONES.

cap. 9.

De peritonęi & omenti anatome scripsit copiosè Gal. 4. de usu part. ex quo hic transtulit.

De ruptura, & his, quæ assimilantur, Cap. 2.

Rvptura fit per solutionem panniculi a singularitate sua, & casum fixurę in ea, quam penetrat corpus, [a] † [ ] quod fuit comprehensum in eo ante scissurã, aut propter dilatationem stricturæ in meatu: aut solutionem, & quum accidit illud taliter quòd quando incedit penetrans peruenit ad testiculos, nominatur ramex & hernia. Quod autem est præter hoc, nominatur nomine communitatis, [b] [hernia testiculi, & varices eius, & durities ipsius, & durities quidem folliculi testiculorum cadit in zirbo] accidit enim quandoque, vt dilatentur duo foramina prædicta propter debilitatem eorum: aut disrumpatur, & egrediatur, quod sequitur ea de humiditate glutinosa aut humorosa, aut mollificatiua. Aut propter adiutorium ex [c] [per cussione.] aut motu, aut casu, aut retentione spermatis moti, & prohibiti ab expulsione. Aut ascensione mulieris super virum. aut labore anhelitus in coitu, & proprie super repletionem & similiter coitu super nauseatiuam satietatem, & aggregationem ventositatis, & egestionis in ventre, quare descendit aut zirbum, aut velamen, & intestina, & propriè monoculum, quoniam est solutum, non ligatum: aut humiditates, quæ effunduntur ad eos ex expulsione naturæ: aut generantur apud eos propter frigus ipsorum, & conuersionem sanguinis ad aquositatem. Et fortasse accidit ei panniculus proprius. Et quandoque est propter humiditatem [d] † [ ] sanguineam, & fœculentam. ubi est causa eius percussio: aut casus, aut uentositas inflatiua. & quandoque [e] [cõfert curatio cum] ferro. Et quandoque nascitur illic caro addita. Et quandoque ingrossatur oseũ aut ĩduratur ex apostemate, aut [f] [pinguedine,] quare assimilãtur, ramici, & nominatur hernia carnis. & quandoq; est similiter in inguinibus, & quandoq; inflantur venę eius, & nominatur hernia varicosa. Et quandoque mollificatur mollificatione vehemẽti absque ruptura, quare prolongatur & assimilatur hernia iterũ. & quãdoq. accidit ruptura supra testiculos, & peruenit apud inguina, & qđ est supra ea [g] [in sumine est malorum accidentium, & in duobus emunctoriis.] Et illa quæ accidit supra [h] [sumẽ] est parumper raro secundum comparationem ad alias, quoniam ille locus sustentatus est lacertis, & quod sub eo est, tuetur extremitatibus lacertorum, & quandoque accidit [i] [sumini augmentum,] & est de genere rupturę iterum. Et omne, quod est ex ruptura super sumen, [k] [ ] est malorum accidentium, quàmuis sit paruę additionis, & non dolent in principio, quoniã expulsum in ea sunt intestina minuta, & sunt expressa, coarctata, & [l] [coarctant fæcem,] & euomunt eam, & est de genere ileos & [m] [inquietudine eius & angustia] ipsius. Verùm illa, quę est subtus, est magis susceptibilis dilatationis, & magis incedẽs in additione, & non dolet in principio. & scias, quòd ramex intestinorum, & zirbi, est ęgritudo fortis, difficilis, quamuis sit parua. Et ramex aquę est ægritudo facilis, & si sit magna.

a † B. præter naturaliter.

b B. ruptura, & hernia quidẽ testiculi accidit ex foramine. Alia litera. ruptura. & hernia quidẽ testiculi, & uarices eius, & durities ipsius, & durities osei accidit ex foramine. Alia litera. Et plurimũ hernię testiculi & uarices eius, & durities eius, & durities osei cadit in zirbali.

c B. clamore.

d † B. sanguinis &. Alia litera.

e E sequitur cu rationem.

f B. impinguatur.

g B. & in umbilico & supra umbilicum, & in duobus laterib.

h B. umbilicum

i B. umbilico eminentia.

k B. uel supra umbilicum.

l B. retinet fæx.

m B. Alia litera paucitate & [illegible]gnitudine.

ANNOTATIONES.

De ramice seu hernia verba facit. Hoc uitium non nũquam ad inguen sistitur, & mulieribus æquè ac uiris cõmune est: aliquando ad scrotum est, virorum tantùm. Morbus in formatione est tumor. s. pręter naturam. morbos tamen alios sequens, nempe peritonæi vel ruptionem vel relaxationem. Hic pro materiæ ad scrotum atque inguina tumorem facientis uarietate varias quoque suscipit nuncupationes. si in scrotũ intestini pars irruat, ἐντεροκήλην Græci, nostri intestinorum ramicem uocant, si omentum, illi ἐπιπλοκήλην, latini omenti ramicem nuncupant. si humor, ὑδροκήλη & aquosus ramex dicitur. si intra scrotum dura concrescat caro, carnosus ramex, et σαρκοκήλη nominatur, Nonnunquam verò etiam scroti uenæ supra modum repletæ glomerantur, & κιρσοκήλην vocant Græci, nostri varicosum ramicem. Quandoque intestina & omentum simul excidũt, & ἐπιπλοεντεροκήλη seu omenti & intestinorum ramex nuncupatur. At verò ubi laxato atque extento peritonæo tumor supra, ad inguina constiterit, neque ad scrotum descenderit, βουβωνοκήλη & inguinis ramex uocatur. Quandoque etiam non ad inguina aut scrotum, sed ad umbilicum fit morbus: atque hic affectus non amplius ramicis nomine appellatur, sed a Græcis ἐξόμφαλος, ab authore nostro umbilici augmẽtum, a Celso prominens, a Plinio autem prociduus umbilicus dicitur. quamuis rectius fortaße prociduum umbilicum uocaris, umbilici intro contractionem, qui affectus sępenumero puerulis accidit, soletque admota leui cucurbitula curari. Sunt ergo plures in hunc modum ramicis differentiæ. Quibus, author noster uentosam herniã adiungit: eam. s. quæ a flatu in scrotum impacto euenit. Tu pro ramicum natura, & eorum causis pete Celsum lib. 6. Aetium lib. 16. & Paulum lib. 3. Vide et Gal. in finitionib. medicis.

cap. 18. cap. 2[illegible] cap. 5[illegible]

De signis. Cap. 3.

Signum autem commune rupturis, est additio apparens, & sentitur inter siphac intrinsecum, & inter mirach, & additur eius apparitio apud motum & [a] [comprehensionẽ] anhelitus, & eius, quæ est propter dilatationẽ meatus signum est, quod apparet paulatim in oseo absque motu laborioso, & uociferatione, & aliis, & est ramex testiculi. Quod autem est [b] [propter illud, quod est supra] est propter disruptionem proculdubio, & non confert ei exsiccatio. Et signum eius, quæ est ex intestinis penetrantibus in scissuram, est redditio eius cum uelocitate, quũ resupinatur, & sensibilitas rugitus, & propriè quum premitur. Illã verò, quæ fit ex zirbo, & siphac, significat aduẽtus eius paulatim, & est profundum cum æqualitate in situ. Et non sentitur in illa ramice rugitus,

a B. retent[illegible]

b B. supra il[illegible]

c B. in profunditate. d † B. Alia litera. & non est. e B. & aquæ.

rugitus, & secundum plurimum est quantitis paruę c [in quantitate profunditatis,] & quandoque egreditur totaliter, & habet quantitatem magnam, & est difficilis sanationis, d † [ ]sicut hernia intestini: uerum eius tactus est diuersus a tactu herniæ intestini, e † [ ] & ventositatis, & reditio eius, quę est ex intestino, & zirbo difficilior est, quam uentosę. Et ramex quidem aquæ cognoscitur per tactum, & tēsionem osei, & per splendorem, & lenitatem, & ipsa iterum non redit, & non ingreditur. Et herniæ uentosæ cognitio est, quoniam inflatio ventosa manifesta est, & ventosa quidem redit absque compressione plurima, & dolore, & quandoque redit in dispositione, & resupinatio non facit eam uelocioris reditus, quam hora alia. Iudicium nanque eius in resupinatione, & non resupinatione simile est: quum non sit grauitas ei, neque lubricitas, sed in ea, quæ est ex intestinis, est diuersum, quoniam est apud resupinationem facilior parum. Et quandoque accidunt ex ea dolores vehementes, propterea quod extendit oseum. Et f [quandoque] comprimit testiculū. Et carnosę signum est, quòd est in ipso oseo, non intra ipsum, & est cum duritie, & grossitie, & diuersitate g [viæ.] & quandoque est ex lapideitate apostematis duri, & nominatur butis. Hernia vero varicosa cognoscitur ex venis repletis, & ex h [torsione vrinali in ea] cum mollificatione testiculorum, & prohibitione i [a cursibus,] & motibus. Et illam, quę est in arterijs, k [tactus cum digitis comprehendit.] Et illam, quæ non est in eis, immo in uenis nutrientibus illa membra, non l [comprehendit tactus.]

f B. propterea, quod. g B. figuræ. h B. inuolutione simili, racemis existēte in eis. i B. ab ambulatione. k B. compressio cum digitis separat. l B. separat eam compressio.

A N N O T A T I O N E S.

cap. 18.

Pulchre admodum docet, quibus notis singulas rami cum species dignoscas. Tu adi & Celsum lib. 7. & loca superiori capite indicata.

De cura. *Cap.* 4.

Regimen quidem vniuersale habentibus rupturam, est dimittere repletionē & dimittere motum plurimum, & saltus, & a [incessum subitum,] & coitum. & deterior illarum dispositionum est illa, quæ est super repletionem, & oportet, vt dimittat cibos inflatiuos, & non multum vtatur potu aquæ, & dimittat omnes res mollificantes, ita quòd etiam balnea, et quū comederit, resupinetur, & fit quum sedet, constrictus circa rupturam, & apud coitum proprie. Et sit coitus eius apud b [lenitatem] ventris eius, & scias quod intentio in curatione rupturę est consolidatio scissurę, si possibilis est: aut conseruatio eius ne addatur, & exsiccatio eius, quod mollificatum est, & dilatatum. & reductio eius, quod descendit in ipsa, si est zirbum, aut intestinum. Et resolutio eius, quod aggregatum est in ea, si est aqua, aut uentositas. & prohibitio materiei, quæ extendit eam. & si non resoluitur, præparatio fiat in eius extractione. Amplius consolidatio scissuræ, aut conseruatio eius, ut non addatur, fit cum medicinis glutinationem facientibus confortantibus, in quibus est stypticitas. Et quanto magis est scissura minor, est consolidatio facilior. & quandoque fit iuuamentum in ea cum cauterio, Et eius exsiccatio fit cum medicinis resolutiuis. Et reductio eius, quod descendit, fit cum c [strictura,] & ligatura. Verùm resolutio eius, quod aggregatum est, fit cum emplastris facientibus ad hydropisim, & quæ sunt eis similia, & prohibitio materiei, fit cum euacuatione, & equatione cibi. Et eius extractio fit cum medicinis d [adurentibus] cum fortitudine, & operatione ferri.

a B. Alia litera. saltationes in sursum subito. b B. leuitatem.

c B. reductione. d B Alia litera. facientib. resudare Alia litera prouocantibus, uel diureticis.

A N N O T A T I O N E S.

In herniæ curatione emollientia omnia interdicit. at in sequentib. tamen & emollientia, & etiam balneas consulet. Verum res ita se habet. Si uel intestinum uel omentum ad suum ipsorum situm adducendum sit, conferre & mollium & balnearum usus potest. At restitutis iam ijs, cauendum ab omnibus prorsum emollientibus fuerit.

De curatione rupturarum intestini, & zirbi.
Cap. 5.

Si est amborum descensio ad oseum, possibilis est eorum reductio, uerum fit difficilis secundum comparationem reductionis amborum in ruptura, quæ est desuper: illud enim fit facile cum resupinatione, & qualibet compressione cum manu. Quòd si addatur ruptura, incipiatur in desiccando illud, quod dilatatum est propter humiditatem, & adunando, quod scissum est: & ingenietur in consolidatione eius, & quum fit inobediens ad redeundum, fiat ut æger sedeat in aqua calida, & emplastretur ruptura cum lenitiuis: aut uaporetur cum panno calido tandiu, donec redeat. Deinde stringatur super positis medicinis aggregationem facientibus, & dimittatur tribus diebus, & sit resupinatus. Et fit strictura cum inuolutionibus quadratis, & inuolutionibus præparatis ad aggregandum labia scissuræ. Et quandoque cauterizatur secundum hanc stricturam, & præparationem. Et non a [administrentur inuolutiones sphericæ,] quoniam ipsæ dilatant, maxime autem b [necessaria est consolidatio.] Et non oportet, ut approximent huic rupturæ ferrum omnino. Et medicinæ, quæ bibuntur, quibus iuuantur habentes rupturam, sunt sagzenea, & decoctio nucum cupressi, & propriè, in quibus dissoluta sunt sagzenea, & diacyminum, & oportet ut administrentur in ea emplastra, quę super scissuram administrantur, postquam aggregata sunt labia scissurę, & tracta sunt duo oua ad superiora, & expleta est reductio eius, quod descendit. & de istis emplastris est illud, quod fit ex sauina & nuce cupressi, & cupressi folijs. Ipsa enim sunt radices emplastrorum, super plurimum iuuamenti, quorum est conuenientia. Et de emplastris conuenientiæ est illud, quod fit ex bdellio, & dragacantho, & gummi arabico, & glutino piscium, & glutino corio-

a B. administrēt pannos lineos plicatos secundum formam sphæricam b B. necessariū est brachiale.

coriorum, [c] † [ ] & tuberibus ſiccis, & carnibus cancrorum, & roſis cum capitibus ſuis, & omnibus ſtypticis, & maſtice, & myrto ſicca, & mes excorticatis, & [d] [alteid & folijs altheæ] de mecha, & alumine iameni, & ſumach, & fructu tamariſci. & magra, & centaurea & aloe [e] [ſemegenio.] Deſcriptio alia emplaſtri. Recipe ammoniaci, & thuris, & aloes ſemegenij, & dabac omnium ana drach. iij. bdellij pondus drach. ij. acacię, & ſarcocollæ amborum ana drac. i. terantur in mortario, & madefiant in principio noctis cum aceto: deinde terantur in mane cum aliquantulo ſauinæ, & imbibatur ex eis cottum, & ponatur ſuper locum, & ſtringatur ligãdo. Emplaſtrum lene. Recipe maſticis, & ſarcocollę, & thuris partes æquales, & aggregentur [f] † [ ] in vino de paſſis, & liniatur ſuper pergamenũ de panno, & ſtringatur, & ſimile illi eſt illud, quod fit ex aloe & glutine, & thure, & iterum ſumatur nux cupreſſi, & thus, & acacia, & balauſtiæ, & ſarcocolla, & ſan. draconis, & lycium & myrrha, & [g] [gallę] & ſauina, ęquali menſura, & terantur bene, & conficiantur cũ gummi, & fiat ut adhæreant ouo, aut in quocunque loco fiat ruptura, donec cadant. Emplaſtrum bonum, quod quandoque conſolidat rupturam infantium. Recipe corticum granatorum pondus drach. x. gallarum immaturarum v. decoquantur cum uini ſtyptici unc. v. decoctione uehementi, & reducantur inteſtina ad ſuperiora, & embrochetur locus cum aqua frigida, & inuiſcetur hoc emplaſtrum, & non ſoluatur niſi tranſacta hebdomada, aut in omnibus x. diebus ſemel. Emplaſtrum mirabile. ſumantur maſticis, corticis, thuris, nucis cupreſſi, & myrrhæ, & glutinum piſcium, & ſarcocollę, omnium partes æquales: diſſoluatur gluten cum aceto uini, & aggregentur cum eo medicinæ, fiat ex eis emplaſtrum. Et fortaſſe ſufficit infantibus emplaſtrum, quod fit ex balauſtiis, & pſyllio, & radice lilii ſilueſtris. Et fortaſſe ſufficit tibi, ut facias emplaſtrum cum lenticula aquæ, quę eſt de genere herbarum [h] [naſcentium in aqua. Et fortaſſe ſufficit, ut liniantur eorum rupturę cum bdellio diſſoluto in uino, & oleo ſambacino. aut cum caſtoreo, & proprie quando eſt aquoſa, & iterum fortaſſe ſufficit [i] † [ ] cum ſauich de hordeo.

c † B. & viſco.
d B almedad. i. enclauſtro ſcriptorum, & foliis lycii.
e B. ſemegenio & myrrha.
f † B. cũ glutine ſeu colla piſcium diſſoluta & diſſoluatur.
g B. lycium.
h B. & eſt de genere alchaleb.
i † B. alaſeras.

ANNOTATIONES.

Particulatim ſingulas ramicis ſpecies curare docet hic & deinceps. Pro qua re uide Celſum lib. 7. Paulum lib. 3. & 6. Vide & Raſim 24. Cont. tr. 2.

Cap. 53. ca. 19. cap 2. cap. 62. & deinceps.

De ruptura aquæ. Cap. 6.

QVandoque euacuatur aquoſitas eius cum bezel gradato, & quandoque euacuatur cum emplaſtris extrahentibus aquoſitatem, & poſt illud quandoque [a] [fit] cum ferro, & medicinis acutis [b] [calefacientibus] illud, quod ſequitur rupturam ex ſiphac, quare conſtringitur, & non deſcendit aquoſitas. In operatione uerò quę fit cum bezel, & phlebotomo, oportet ut eleuentur teſticuli ad ſuperiora, & elongentur ualde ab oſſeo poſtquam [c] [obliquatus eſt pecten, & pars eius ut elongetur ab infirmo, & ut reſupinetur ſuper lectum, aut ſuper locũ, in quo ſedent homines:] & fiat ut ſedeat [d] [ancilla] a dextra eius extendens virgam eius [e] [ad ſuperiora.] Deinde phlebotometur cum phlebotomo lato, & caue ne phlebotomes aliquid de commiſſura, ſed in dextra parte aut ſiniſtra: deinde ſcinde fugiendo commiſſuram, & ſtude de tamdiu donec deſcendat tota aquoſitas, & euacues eam: Deinde tibi ineſt electio, ſi timue ris reuerſionem, & repletionem eius poſt tempus, vt reiteres curationem, ſi volueris cum bezel, & ſi volueris, cauterizabis, & [f] [cauterium fit hoc modo.] Sume ferrum ſubtile, [g] [in quo ſunt vncini,] & igniatur ſicut ignitur cauterium, et liga teſticulos, quanto longius poſſibile eſt a locis: et reuolue cauterium [h] [ab oſeo,] ita ut non inueniat teſticulum, et inueniat oſſeum, et alberiteron, et conſtringat [i] [et caleſaciat] ipſum, quare non ingrediatur ipſum aqua poſt illud, et quod dilatet [k] [meatum, eſt enim] melius: Deinde cura cruſtas, et conſolida, et fortaſſe incidis ex beriteron aliquid, deinde cauteriza ipſum, & pone ſuper ſciſſuras ſtyptica, & prohibe ęgrum potare aquam. Emplaſtra verò ad ramicem aquę ſunt ex genere emplaſtrorum hydropiſis, et ſplenis. Et ſicut ſi ſumantur ſtaphiſagria, et cyminum, et aggregentur cum paſſis rubeis enucleatis, aggregatione facta cum contritione, et fiant ſicut unguentum, et emplaſtretur cum eis. Et iterum ſumantur piper, et grana lauri, et baurac, et cera, et oleum antiquum, et fiat ex eis vnguentum, et emplaſtretur cum eo. Et iterum ſumatur cinis quercus, et conficiatur cum oleo confortato cum decoctione, et emplaſtretur cum eo, eſt enim iuuatiuum ualde. Et ſumantur nitri drach. xxx. et ceræ vnc. vii. olei vnc. vi. et piperis [l] [quoniam bonum eſt,] et granorum lauri grana lxxx. fiat ex eis emplaſtrum adhærens. Et bdellium arabicum [m] [ſanat teſticulos: et] quandoque reſoluit ramicem aquę puerorum.

a B. Alia litera. cauterizatur.
b B. contrahentibus.
c B. abraſi ſint pili cum nura a pectine infirmi, & vt reſupinetur ſuper tabulam, aut ſuper apothecam.
d B. ſeruiens.
e B. verſus mirach.
f B. figura cauterij ſit talis.
g B cuius extremitas ſit plicata parum ad figuram anguli.
h B. ſup oleũ.
i B. contrahat.
K B. ingreſſum cauterii eſt.
l B. centum grana.
m B. cum ſaliua hominis.

De cura rupturæ uentoſitatis. Cap. 7.

REgimen in hoc eſt, ut deuitet inflatiua ex oleribus, & granis, et repletionem ſuperfluam perducẽtem ad rugitum, et ad malitiam digeſtionis, et potum vini miſti, et vinum crudum inflatiuum. Et ſumat in potu medicinas reſoluentes ventoſitatem, ſicut diacyminum, et ſagzenea, et tryphera magna, et totum illud cum decoctione galangę, confectio ad eos bona. Recipe foliorum rutæ ſiccę, et [a] [hyſſopi,] et cymini, et ammeos, et ſem. agni caſti, et baurac, et calamenthi, omnium partes æquales, et epithymi quantum omnia: conficiantur cum mel le, et fiat emplaſtrum cum ruta, et cymino, et calamentho, et agno caſto et acoro, et bac. lauri, et ſampſuco, et ſecha, et ſtorace, et ſint olea, quibus fit iniunctio, ſicut oleum de coſto, et ſambacinum, et oleum nardinum propriè, et fiat vaporatio

a B. zufæ.

poratio cum resoluentibus ventositatem, prædictis multoties. Et quando fortior fit dolor administrentur collyria facta ex melle, & nitro, & serapino, & opopanaco, & cymino, & sem. rutæ, & folijs rutæ & castoreo, scilicet omnibus, aut quibusdam eorum secundum necessitatem.

De cura ramicis carnis, & varicosæ. *Cap.* 8.

CVratio eorum est curatio apostematum durorum, & multoties quidem sufficit in ramice varicosa inunctio cum unguento basilicon, & adipibus lenibus, & medullis.

De a [augmento] umbilici. *Cap.* 9.

a B. eminentia. Alia litera.

QVandoque accidit in vmbilico augmentum, quod est secundum semitam rupturę notæ, & quandoque est secundum semitam hydropisis, ita vt aggregetur in illo loco solo humiditas, aut ventositas, & quandoque fit causa venæ aut arteriæ facientis currere ad ipsum, sanguinem, & quandoque fit causa apostematis duri, aut additione carnis sub cute.

De signis. *Cap.* 10.

IN eo, qui est causa egressionis zirbi, aut intestini signum est, quòd color corporis est color ipsius, & fit locus diuersus, & proprie in ruptura ex intestinis. Et associatur rupturæ ex intestinis dolor quidam, & occultatur quum premitur, a [vt occultetur.] Et quandoque occultatur cum rugitu, & additur ei administratio mollificantium, scilicet ex balneis, & inunctione, & motus b [magnitudine.] Et illud, quod est ex humiditate, non reducit compressio: & est lene, c [cuius quantitatem non alterat compressio facta causa occultationis,] & est color corporis, &, quod est ex ventositate, est leuius, & minus expellens, quam illud, quod est ab humiditate, & est ei sonus tympani, & vox, & quod est ex sanguine est sanguinei coloris, & nigri, & quod est ex natiuitate carnis, aut duritie, est graue, durum, cuius d [occultatio,] non est sicut e [occultatio] aliorum.

a — B.
b B. magni.
c B. & nō alterat ex quātitate sua compressio. Alia litera. quē nō alterat quantitas cōpressionis.
d B. cōpresssio.
e B. cōpresssio.

De cura. *Cap.* 11.

AD illud, quod est ex apertione venæ pulsatilis, & non pulsatilis, aut uentositate, curandum, non oportet te laborare. Quòd si laboraueris ad illud consequetur te, ut labores ad incidendum, & suendum. Reliquorum autem curatio est, vt facias ęgrum surgere, & præcipias ei, vt extendat ventrem suum, & retineat anhelitum suum tandiu, donec appareat a [augmentum.] Quum ergo apparuerit, fac in circuitu eius circulum b, [vt sit distinctum:] deinde resupina c [eum non super circulum post separationem eius cum vncino, & fac operationem] super mirach solum, ita ut non accipias, quod sub ipso est, & intromitte in eo acum cum filo taliter, vt non obuiet corpori sub ipso: deinde perfora tali perforatione, ut discooperiatur ab eo; quod est sub mirach solum. Si ergo est sub eo intestinum, expelle intestinum ad inferiora, & si est zirbus, extende ipsum & incide d [lacertum:] deinde sue locum disruptum cum filis oppositis, duris, extensis ad inuicem, & stringe ipsum super alchatim, & sue eum, et dimitte filis iiii. capita considerando vt cadat e [ad lacertum:] & consolida residuum, et stude vt cōsolides ita, vt profunde remaneat, & non procedens ad exteriora, ita ut sit non fędum. Ventosi autem regimen iterum est albezel, et incisio, et consutio post illud secundum modum, qui dictus est.

a B. eminentia.
b B. cū colore distinguente.
c B. Postea sublevetur vel separetur illa circulatio cū vncinis & procede.
d B. superfluū.
e B. superfluū.

ANNOTATIONES.

De prominentis umbilici curatione agit Celsus lib. 6. & Paulus lib. 3. & 6. Meminit & Aetius lib. 4. de procidentibus umbilicis puerorum, cap. 17. cap. 51. Cap. 26.

De gibbositate, & uentositate, a [gibbositatis.] *Cap.* 12.

a B. grossa causante gibbositatem.

GIbbositas est remotio spondylium, aut ad interiora dorsi, aut ad anteriorem partem: et est gibbositas anterioris, quam quidam nominant arcuationem, & quandoque accidit cum communitate ossium cassi, nominatur concauatio, & arcuatio: aut ad exteriora dorsi, b † [ ] & est gibbositas posterioris: aut ad latus, & dicitur contorsio. Et causæ eius aut sunt primitiuæ, sicut percussio, aut casus, & quæ currunt cursu eorum: aut corporeæ ex humiditate aquosa, c [salsa,] lubrificatiua, mollificante ligamenta: aut humiditate d [limosa.] Et quæ plurimum fit e [ab humiditate salsa, est torsio aut ad anteriora, aut] posteriora, et quandoque fit gibbositas propter uentositatem f [aliquam percutientem, facientem gibbositbtem:] aut apostema, aut exit uram extendentem tunicas in parte sua. Et multoties g [declaratur apostema per sanguinem egredientem,] aut saniem cum solutione ventris significantem maturationem apostematis, et eius eruptionem: et multoties est illud apostema durum. Et quandoque fit propter spasmum ligamentorum, et est pauci casus, et velocis interfectionis. Et totum illud, aut est causa communitatis spondylium plurium numero, et secundum gradationem, aut non est ita. Et gibbositas quidem, et propriè illa, quæ est ad interiora constringit locum super pulmonem, quare facit accidere malitiā anhelitus. Et quando accidit in infante, prohibet pectus incedere in dilatatione, et amplificatione sui: h [quare diuersificant membra anhelitus nocumenta constringentia super ea anhelitum. Et propter illud] dixit Hippoc. cui aduenit gibbositas ex asthmate aut tussi antequam i [expuat] ipse moritur, et illud ideo, quoniam significat permutationem materiei facientis eas ambas ad spondyles. Et facit accidere in eis exituram fortem euenientem a materia grossa. Et si non esset eius grossitudo, non accideret ab ea gibbositas: et quum ita sit, nō fit præparatio pectori, vt dilatetur pulmo; k [quare retinetur anhelitus] immo

b † B. & ad posterius.
c B. paralytica
d B. spasmatica
e B. Alia litera est ab humiditate paralyticante & est contorsio non ad anteriora &. Alia litera. & quæ plurimū fit ab humiditate paralyticante est cōtorsio nō ad anteriora. Alia litera. est ab humiditate paralyticāte. Et qńque est contorsio nō ad anteriora.
f B. grossā confirmatā expellētē facile membrum aliud a loco suo.
g B. sanatur gibbositas apostemosa ex fluxu ventris sanguinis.
h B. & fiūt mēbra anhelitus lęsa, quare stringitur anhelitus in eis. Et.
i B. nascātur pili ī pectine tūc.
k B. & fiat anhelitus bonus.

immo oportet vt malus fiat anhelitus,& perducat ad perditionem. Et infantibus quidem accidit gibbositas, & ventositas i [gibbositatis,] quando cibantur ante horam: quamobrem ingrossantur humores, & declinant ad spondyles, & subtiliantur crura habentis gibbositatem propter illud, quod facit gibbositas de oppilatione quorundam meatuum,& viç, in qua penetrat cibus.

i B. alaferse.

ANNOTATIONES.

Spinæ in posteriorem partem distortio gibberositas, κύφωσις & κύρτωσις dicitur, sicut quum in anteriorem fit, repanditas, & λόρδωσις, in latus uerò obstipitas, & σκωλίωσις nuncupatur, ut Galenus scribit com. in lib. Hippoc. de articulis 3. Huius causæ & externæ & internæ sunt plures. quas hic author & Galenus eo. 3. de articulis prosequitur. sed & 6. aph. ubi ait Hipp. Qui gibbi ex asthmate & tussi fiunt ante pubertatem moriuntur, quam sententiam author hic repetit, quamuis non, ut uulgata lectio [ante pubertatem] sed [antequam expuat] legisse uideatur.

De signis. Cap. 13.

SIgna factę a causis primitiuis sunt casus earum, & signum factæ ab humiditate est signum formæ, & tactus: & quod locus parum exuccat oleum, cum quo inungitur, & tarditas eius in exuccando ipsum, & antecessio etiam regiminis humiditatis. Et signum factæ ab apostemate est tactus loci, & dolor eius pungitiuus propriè, & febres habenti ea accidentes. Et signum factæ a siccitate, est significatio siccitatis corporis, & tolerantia febrium acutarum, & euacuationum, & velocitas exsiccationis olei, & vehementia ipsius siccitatis.

De cura gibbositatis, & ventositatis grossę facientis gibbositatem. Cap. 14.

HVmidæ quidem, & siccæ curatio, est cura paralysis, & spasmi humidi, & spasmi sicci in necessitate euacuationis, & dimissionis eius, & qualitate administrandi emplastra, & embrochas, & quæ sunt ei similia. Et canon medicinarum eius, quę non est cum siccitate, est ut sint stypticę, vt stringant ligamenta, quæ mollificata sunt, quamobrem inclinatæ sunt spondyles, & calefactiuæ vt confortent ea, & resolutiuę, ut a [constringantur] humiditates mollificantes, aut adiuuantes ad mollificandum. Nam cum cadit sufficientia super styptica, possibile est ut confortentur ligamenta: verum, quum non resoluitur materia, pertransit vt permutetur ad membrum aliud. Et plurimum quidem permutatur ad pedes, & facit in eis accidere paralysim, & similia, secundum materiam in subtilitate, & grossitudine sua: & secundum permistionem eius ex imbibitione, aut b [infusione paulatim facta.] Et quum antecedit mundificatio, non est malum vti stypticis. Et quandoque aggregantur stypticitas, et calefactio, & resolutio in re vna: sicut aggregantur in nuce cupressi, & folijs eius, & foliis lauri, & calamo aromatico, & c [alusniati] & enula, & quandoque cōponitur medicina ex stypticis frigidis, sicut rosa, & acacia, & balaustiis, cum d [calidis] calefacientib. resoluentibus, sicut bacca lauri, et castoreo, & foliis oleandri, & acoro. Olea vero conferentia ei, quæ est humida, sunt olea rerum calidarum stypticarum, sicut oleum cupressi, & oleum rutæ. Et e [indiget emplastris habentibus medicinas resolutiuas] fortis resolutionis, sicut sunt folia oleandri, & acorus, & castoreū, & ruta, & ex oleis oleum de ruta, & oleum de castoreo, & oleum de pyrethro, & euphorbio factum secundum hunc modum. Disrumpantur piper, & castoreum, & pyrethrum, & pulpa coloquinthidę, & euphorbiū, & in assa in oleo rutino, ita ut pro vnc. i. medicinarum sumatur lib. i. olei, deinde moretur sub sole, & coletur post duas hebdomadas, & renouentur super ipsum medicinę, & fiat illud multoties ad minus f [octies,] & administretur medicamen forte ad illam, q̃ est ex humiditate, & ad vētosam simul. Recipe sauinam, & sehan, & g [ammoniacum,] & nucum cupressi, & pyrethrum, & sampsucum, & cordumeni, & squinanthum, & casiā. decoquantur cum aqua decoctione optima, & fundatur de super de oleo, quantum est aquæ medietas, & decoquantur, & iterentur aliquoties, et proiiciantur in eo castoreum, et euphorbium, et sauina contrita, et administretur, et in ipso quidem est confortatio membri, et carminatio ventositatis, et resolutio humiditatum extranearum grossarum. Emplastrum ad gibbositatem ex uentositate. Recipe storacis liquidæ, et costi, et calami aromatici, et sauinæ, omniū ana vnc. i. euphorbii drac. i. olei nardini quantum necesse est. Apostemosę autē cura, est apostematis difficilis maturationis, et eruptionis, et resolutionis, propria apostematib. duris. Rememoratio emplastrorum ad gibbositatē humidam, emplastrum bonū. Sumantur acorus, et enula, et decoquantur in aqua cupressi, et emplastretur ex eis locus. Emplastrum conferens humidæ, et ventosæ ex eis simul. Sumantur enula, et sauina, et acorus, et coquantur in uino donec in decoctione dissoluantur, et dissoluatur cum eis bdellium, donec fiat sicut unguentum, et administretur. Et quando non ualent curationes cum eis, quæ bibuntur, et emplastris, et similibus, administretur cauterium, ut remoueatur mollificatio, et induretur locus.

a B. consumác.
b B. effusione.
c B. alusuee.
d B. Alia litera. acutis.
e B. Alia litera. emplastra & medicinæ resolutiuæ.
f B. tribus vicibus.
g B. myrtum.

De uaricibus. Cap. 15.

ESt dilatatio uenarum in crure, et pede propter multitudinem eius, quod descendit ad eas ex sanguine. Et plurimum sanguinis est melancholicum. Et quandoque est sanguis mundus non melancholicus. Et quandoque est sanguis grossus phlegmaticus, et quocunq; modo sit, est sanguis, in quo non est putrefactio: et si non, non saluabitur cum eis pes ab vlceratione, et apostematibus malignis. Et plurimum quidem accidunt cursoribus, et uiatoribus, et onera portantibus, & coram regib. astantibus. Et multoties accidunt propter ægritudines acutas, quoniam expellitur materia illic in illis,

illis, qui ex prædictis ad eas sunt preparati. Et quandoque accidunt incipiendo, sicut accidũt dolores iuncturarum incipiendo. Et accidunt habentibus splenem ex prędictis multoties. Et istæ uarices non suscipiũt curationem. et quandoque inciduntur, et accidit ex incisione earum extenuatio membri, propter priuationem deferentium nutrimentum, et accidunt in illis, quæ ex eis sunt melancholicæ, quum inciduntur, et prohibentur, ægritudines melancholicę, et melancholia. Quum autem est sanguis mundus, et eradicantur, aut auferuntur, tunc non timetur quòd accidat melancholia, et multoties quidem putrefit illud, quod est in varicibus, et perducit ad vlcera.

ANNOTATIONES.

Varix est, quum uenæ latiores fiunt in femore & cruribus, ait Gal. 6. aph. Dicitur tamen & de uenis in testibus dilatatis, ut ex eodem colligere est 13. meth. De testium uitio actum antea est, quum de uaricoso ramice uerba fierent. hic de uarice crurum agit. Huius causam materialem Gal. eo 6. aph. & alibi melancholicum humorem putat. quod & si potissimum & plerunque euenire existimat, arbitratur tamen etiam ex probo sanguine, & eodem quandoque pituitoso & crasso accidere. id quod sanè etiam nobis arridet. De huius curatione pete Aetium lib. 14. & Celsum lib. 7.

Com. ii. cap. vlt.

cap. 84. cap. 31.

De elephantia; Cap. 16.

EST additio in pedibus secundum modum, qui accidit in uenis uaricum: quare ingrossar pedem cum qualitate sua, et quandoque fit propter humorem melancholicum, et est illud quod est plurimum. Et quandoque fit propter humorem phlegmaticum grossum. et quandoque accidit ex causis, ex quibus accidunt uarices, et ex sanguine bono, quum plurimum descendit, aut nutritur eo pes nutrimento aliquo, et est in primis rubeus, deinde niger. Et causa eius est vehementia repletionis, etiam debilitas membri propter multitudinem caliditatis, et vehementiam attractionis eius propter vehementiam caliditatis inflammatæ ex motu. Et adiuuant ad illud dispositiones adiuuantes ad uarices.

ANNOTATIONES.

Non hic psoræ speciem intelligit. quam elephantiasim Græci uocant, sed uenarum, ut existimo, quæ in pedib. sunt dilatationem, quasi uarices dixeris, unaq; pedum tumefactionem, de quo affectu Gręci ne uerbum quidem. meminit tamen Rasis 26. Cont. tr. 2.

cap. 1.

De signis. Cap. 17.

DIscernitur vnaquæque ex a [suo simili] per colorem, & regimen antecedens, & melancholica est b [grauis] tendens ad caliditatem. & illa, quæ rubea est, est magis incolumis, quam nigra. Et phlegmatica est ad lenitatem decliuis. Et quandoque festinat melancholica ad scissionem, & vlcerationem. Et sanguinea nota est.

a B. causa sua.
b B. dura.

De cura uaricum, & elephantiæ. Cap. 18.

ELephantia quidem maligna est, quę parum sanatur. Et oportet ut dimittatur cum dispositione sua, si non a [additur.] Quod si peruenit ad vlcerationem, & timetur corrosio, non est aliquid, nisi ut incidatur radicitus. Quum succurritur ei principio sui, possibile est, ut prohibeatur cum euacuationibus, & propriè cum uomitu laborioso, & cum eo, quod extrahit phlegma, & melancholiam, & b † [ ] phlebotomia, si indiget ea. Deinde administrentur styptica super pedem. Quum autem confirmatur, parum speratur, quod c [prohibeatur,] & si speratur, scias quòd summa curationis speratæ huius ægritudinis, est d [assiduatio in curatione,] & administratio resoluentium fortium. Et dicitur quod alchitran confert ei e [inuiscatum] & linitum. Regimen vero varicum est, quoniam oportet, ut euacuetur corpus ex uenis manus, & euacuentur melancholia, & humores grossi, & rectificetur regimen, & deuitet omne ingrossatiuum, & deuitet motus laboriosos, & stationem longam. Deinde perueni ad istas uenas: quare phlebotoma eas, & extrahe totum, quod in eis est de sanguine melancholico, & f [fac phlebotomiam in fine saphenæ:] deinde assidue fac in omni pauco g † [ ] mundificationem corporis cum eis, quæ sunt sicut hiera picra cum aliquantulo lapidis lazuli, & assiduetur super eam quantum possibile est. Et assiduet potum epithymi in aqua casei, & dimittat motum omnino, & utatur ligatura super pedes, cum institis ab inferiori parte ad superiorem, scilicet a calcaneo usque ad genu. Et cum hoc administra h [epithemata styptica, & proprie post mũdificationem cum phlebotomia ex manibus, & pedibus, & uenis ipsis, & cinerem caulis,] aut oleum de oliuis puluerizata desuper tamarisco, & lupinos decoctos epithemando, & embrochando cum aquis eius. Et fimus caprarum, & farina fœnugręci, & semen raphani, & semen erucę sunt huius generis etiam. Quòd si non valet aliquid nisi incisio, scinde carnem, & fac apparere i [uitem] & scinde eam in longitudine sua. Et caue ne findas eas latitudinaliter aut ex transuerso, quare fugiant, & noceant. Quumque feceris illud, extrahe totum, quod in eis est ex sanguine. Et oportet k [ut facias currere ex eis illud, qđ possibile est currere. Deinde mũdifices illud scindẽdo] in longitudine. Et quandoque extrahuntur cum acu, & incidunt penitus, & oportet tũc vt eradicentur, & si non, nocebunt. Et melior extractio est cum cauterio; cauterium enim melius est, quàm incisio. Et non licet ut extrahantur nisi rubeę, non nigræ: in nigris uerò fiat illud, quod descripsimus prius de mundificatione. Et quandoque accidit, ut non sanetur ulcus, dum non ad vltimum peruenitur in mun-

a B. Alia litera. nocet.
b † B. cum.
c B. recipiat iuuamentum.
d B. vltimitas in curatione varicum.
e B. acceptum in modũ loch.
f B. phlebotomia i fine saphenam.
g † B. tempore.
h B. linimenta styptica ꝓprie sub ligamentis. Et magis cõuenies ei est, vt nõ incedat, neq; deambulet, nisi habeat pedes institis ligatos. Illud aũt cũ quo linitur loc⁹ proprie post mundificationẽ cum phlebotomia ex manibus, & pedibus, & ex ipsis venis est cinis caulium.
i B. varicem.
k B. extrahere illas quas ẽ possibile extrahi, deinde scindere eas.

l B euacuati adhuc cum solutione.

m B. ant.

mundificatione, et non l [cucurrerunt adhuc] humores melancholici, & grossi. Et oportet post incisionem, & extractionem, m [&] cauterium, vt deuitet illud, quod generat humorem melancholicum. & assiduet mundificationem corporis, ita vt non generetur superfluitas melancholica, quare fiat reuersio ęgritudinis, si fuerit materiei iter ad ipsam non strictum, & moueatur, quod fuerit consueti motus a pedibus ad membra, quę sublimiora sunt: quamuis in apertione, & scissione sit timor, & quum non expellitur ad membrum vilius, peruenit ad membra sublimiora: quamobrem rectius est, ut non aperiantur, neque fiat in eis aliquid, nisi post mundificationem vltimam. & fortasse assimilantur nodi elephantię: quare erratur in eis: verùm nodi n [tanguntur cum ferro] sed elephantia est sicut diximus.

n B. Alia litera separantur sub digitis. Alia litera. tāguntur sub digitis.

TRACTATVS II.

De doloribus horum membrorum.

De dolore dorsi. Cap. I.

DOlor dorsi fit in lacertis, & chordis intrinsecis, & extrinsecis clausis cum dorso, & qualitercunq; fit. Aut accidit propter frigus cōplexionis, & phlegmatis crudi. Aut propter multitudinem exercitij uel laboris. Aut propter multitudinē coitus. Et quandoque fit propter causas gibbositatis, quum nondum confirmata est. Aut propter communitatem quorundam viscerum, sicut fit propter debilitatem renum & maciem eorum. Et propter repletionē vehementem venę magnæ positæ super dorsum. Aut propter causam apostematis: aut vulnus in canna pulmonis, & a [quandoq;] fit in medio dorsi, & quandoq; fit propter communitatē matricis, sicut fit quum appropinquat descensus menstruorum: aut præfocatio matricis. Et quum sunt signa partus, dolor fit dorsi. Et iterum quandoque est ex signis crisis.

a —— B.

ANNOTATIONES.

Dorso & interni & externi musculi incumbunt, et uenæ, & arteriæ, & nerui. præsertim uerò & uena magna, & arteria magna, & nerui exortus magnus per ipsam incedēs spinam, ut legere ex Gal. est 12. de usu part. (cap. ult.) *propterea q́, ubi dorsi dolor affligit, inesse oportet doloris causam, intemperiē scilicet, uel solutionem continui uel in ipsis musculis, uel neruis, uenis, arterijs. Facillimè autem ob spinalem medullam, quæ frigida suapte natura est, ex frigiditate fit dorsi dolor. ut 5. aph.* (cap. 69.) *quamuis non rarò etiam ex calore: id quod in ijs uidere est, quos ardentes febres affligunt: propterea q́; quā uis in primo hoc capite inter dorsi doloris causas, de caliditate non meminerit, meminit tamen, quum de signis uerba facit. Sed et ex flatib. quoque hic fieri dolor solet, ut 6. aph. Gal. notat,* (cap. 22.) *ac demum a quacunque uel intemperie uel re comprimente, tendente, & dissecante.*

De signis. Cap. 2.

ILlum quidē, qui est ex frigore, & qui est ex crudo humore, deambulatio, & exercitium sedant secundum plurimum, & est eius inceptio paulatim, & quandoque sentitur cum eo frigus, & factum a labore rei, & onere grauantis, & similibus, & a coitu significat antecessio rei illius, & factus causa renum est apud alchatim, & debilitatur cum eo desiderium coeundi, & fit cum vna causarum a [renum] notarū. Et factum causa caliditatis puræ significant inflammatio, & mordicatio cum leuitate, & pulsationis priuatione. Et factum causa repletionis venarum significant extēsio doloris in dorso cum caliditate, & inflammatio, & pulsatio, & repletio corporis. Et factum propter causas gibbositatis significant ea, quæ docuimus in ca. eius. Et dolores quidem dorsi, aut egent incuruatione, aut erectione, & indigentes incuruatione sunt illi, in quib est causa spasmus ex apostemate dorsi, aut aliis ex causis gibbositatis. Et indigentes erectione sunt illi, in quib. non est necessarium, b [quod diuersificet reductionem anhelitus ex incolumitate lacertorum a reclinatione retro, & incuruatione] ante facientib. dolorem. Et quum manus inuenit dolorem, tunc causa est in dorso: & si non inuenit, tunc causa est in uentre.

a B. debilitantia renes.

b B. illud quod diuersificatur uoluntati animæ ex incolumitate lacertorū ab incuruatione, & contorsione. Alia litera. illud quod diuersificatur ei, quod uult anima ex incolumitate lacertorum ab incuruari & contorqueri ad omne latus.

De cura doloris dorsi. Cap. 3.

OPortet, vt redeas in ea ad curationes dolorum iuncturarum, quas dicemus, & curationes gibbositatis, & ventositatis facientis gibbositatem: nam via vna est. Frigidus verò inquātum est frigidus, oportet ut curetur cum ebibitis, & emplastris, & vnctionibus prædictis in capitulo pręteritis. Et inquantum est illic crudus humor, oportet ut fiat euacuatio cum eis, quę sunt sicut hiera de pulpa coloquinthidæ, & pilulæ fœtidæ. Et factus a labore, & similib. oportet, vt curetur cum cibis bonis, & vnctionib. tēperatis, & oleis tepidis. Et facti a coitu cura est cura eius q debilitatus est a coitu. Et facti causa renum curatio, est cura debilitatis renū. Et facti causa repletionis a [venarum plurimę] cura est phlebotomia ex b † [ ]curuatura genu etiam: ipsa enim in dispositione sedat eum: & propriè quum consequuntur inunctiones ex oleo ros. & similibus. Et facti causa gibbositatis. Et quoniam plurimum eius, quòd accidit ex dolore dorsi, nō accidit nisi propter frigus, aut propter debilitatem renum, tunc oportet, vt sit plurimum curationis ex parte eorum. Et nos quidem iam compleuimus sermonem in curatione renum, & compleuimus iterum sermonem in calefactione dorsi in cap. gibbositatis. Verum de curationibus proprijs dolorum dorsi frigidorum, est administratio olei de euphorbio solius. Et de potionibus expertis ad ipsum est theriaca diatessaron: aut oleum de Kerua cum aqua apii: & ut bibat infusionem ciceris nigri, & acori multoties, cum drach iiii. butyri, & drach. i. mellis, & vtatur hoc xiiii. diebus, et comestio asparagorum, et assiduatio eius est iuuatiua ualde. Et pilulę soluentes habentes hunc dolorem, qui sunt frigidæ complexionis,

a B. uenæ magnæ.

b † B. basilicæ &

plexionis, sunt pilulę fœtidæ. Emplastra uerò sunt hoc modo: nam emplastratio cum oleandro sanat eum, qui antiquus est, & emplastratio cum eis, quæ sunt sicut opopanacum, & bdellium, & serapinum c [& enula] ammoniacum, & castoreum, & euphorbium sigillatim, & composite cum oleo laurino, d † [ ] & oleo rutino, e † [ ] & oleo de storace, & oleo de Kerua, iuuatiua est valde, & de vnguentis sunt oleum de euphorbio, & oleum de costo. f † [ ] & oleo de lilio inest proprietas mirabilis. Et melius quidem est, vt calefiat dorsum, in primis fricando cum panno aspero: deinde g [inungatur comprimendo.

c —— B.
d † B. & granis lauri.
e † B & semine rutæ.
f † B. & oleum de ruta.
g B. fiat inunctio.

ANNOTATIONES.

Et facti causa repletionis uenarum &c.] Venam secat in dorsi doloribus ex multitudine sanguinis, in curuatura, ut ait, poplitis. æmulatur hic Hippocratem, qui 4. de rat. uict. in ac. in lumborum & testiculorum doloribus secari iubet uenas a poplitum ac malleolorum interna parte, propterea quòd illuc a superioribus his partibus uenæ eędem perferantur. At si tamen in toto corpore plenitudo fuerit, non negarit hic author, ex cubito imminuendam antea esse multitudinem.

Text. 6.

De dolore ilij. *Cap.* 4.

Est proximus huic capitulo: & plurimum eius est ventosum, phlegmaticum, & appropinquat ei cura eius, & de curatione propria ei, est ut sumantur fœnugræci, & granorum a [arasced,] & sem apij, & ammeos, & zingiber, & cinnamomi partes æquales, serapini quantū omnia fiant ex eis pilulæ, vt auellanæ, & administrentur. Quòd si fuerit propter apostema in membro, aut in eo, quod communicat ei, tunc curatio eius est illa cura. Et parum quidem fit propter malitiam complexionis calidæ b [siccæ] aut cum materia, nisi secundum semitam communitatis membrorum urinę, & intestinorum. Et signum, & cura in hoc manifesta sunt.

a B. rased. i. nasturtii.
b a. puræ.

De doloribus iuncturarum, & eis, quæ communicant podagræ, & sciaticæ, & alijs. *Cap.* 5.

Causa patiens in his ægritudinibus, est membrum suscipiens: Et causa efficiens, sunt complexiones, & materię malæ, & causa instrumentalis est dilatatio meatuum naturalium accidentalis, aut ex creatione, aut euentu a [complexionum] non naturalium, quas accidere fecit motus, & vacuitas, & raritas accidentalis: aut propter creationem, sicut est in carnibus glandosis. Amplius distinguamus vnamquamque harum diuisionum distinctione aliqua. Membrum itaque suscipiens est causa, ut eueniant istæ ægritudines, aut propter debilitatem sui propter malitiam complexionis confirmatæ, & proprie frigidæ, & propter debilitatē sui, in creatione sua, non ex parte complexionis: aut propter uehementiam b [caliditatis, & propriè quum accidit per motum, & per dolores, & per causas extrinsecas.] licet hæc diuisio nō sit longinqua a diuisione complexionali; aut c [casu] sui situs sub membris alijs, & ubi ad ipsum currunt materiæ per naturam: & propter hoc multiplicantur in pedibus, & anchis. Causa autem efficiens, aut est complexio corporis totius, aut in membro principali inflammans, aut infrigidans, congelans aut exsiccans, constringens, & proprie quum ei commiscetur humiditas extranea. Materiæ uerò aut sunt sang. singularis, aut sanguis phlegmaticus, aut sanguis cholericus, aut sanguis melancholicus: aut est phlegma singulare, d [aut uehementia crudi, aut] singularis, aut humor compositus ex phlegmate, & cholera, aut aliquid ex genere e [choleræ,] aut uentositas irretita, & plurimum quidem fit a phlegmate cum cholera: deinde a crudo, deinde a sanguine, post a cholera, et raro fit a melancholia, & causæ diuisionum huius, sunt causę quædam pręteritæ, & catarrhi, & coryzæ sunt ex causis eius. Et curatio colicæ secundum hunc modum, in quo confortātur intestina, & expellunt superfluitates consuetas, & non suscipiunt eas; quare expelluntur ad extremitates, f † [ ] Et de causis eius iterum sunt cibi generantes genus faciens euenire dolorē illum g [materierum,] & paucitas digestionis, & trāquillitas, & quies, & dimissio exercitii, & coitus plurimus, & frequētia ebrietatis, & retentio euacuationum consuetarum sanguinis menstrui, h † [ ] & aliorum de illis, quorum iam consuetudo currit ex phlebotomia: aut solutione uentris, & est dimissa & iterum exercitium super repletionē, & coitus super repletionem, & i † [ ] cibum, et uinum plurimum in ieiunio ante cibum: ipsum nanque lædit neruos, & humores crudi, quum k [retinentur] in corpore, deinde non euacuantur per naturam in egestione, vrina, neque per artem, non est longinquū, quin euenire faciant dolores iuncturarum, si expellantur ad eas partes, l † [ ] Quum autem nasi remanserint, & putrefiant. Quum autem natura expellit eos in egestione, & urina, tunc inuenis cum eis urinā grossam semper, non subtilem, crudam: quare tunc forsitan fit securitas ab eorum malitia, quòd si non ita fuerit, erit unum eorum, quæ diximus, & si adiuuerit ad m [hoc] materias crudas, motus iuncturarum laboriosus, aut percussio, aut casus, aut addiderint in debilitate uirtutum ira, et uigiliæ debilitantes uirtutes, & trahentes materias n [ad ipsum,] & fiant penetrantes o [sua proprietate,] euenient dolores iuncturarum, et horum quidem humorum plurimum est superfluitas digestionis secundę, et tertiæ, et aptiores ad hoc, ut in eis multiplicentur ista, sunt senes, et habentes ęgritudines chronicas, et conualescentes, quum non reguntur cum rectificatione, et illud ideo, quoniam eorum uirtutes debilitantur a digestione bona, et proprie quum sunt curati cum sedatione, absque euacuatione sufficienti, et expulsione ultima, et non quidem multiplicantur

a B. Alia litera. meatuum.
b a. attractionis caliditatis eius, ppriè quū adiuuatur cum motu & cū doloribus, & causis extrinsecis.
c B. propter casum.
d B. & eius ea est crudum, aut cholera.
e B. saniei.
f † B. & iūcturas.
g B. ex materiis
h † B. & ani seu hæmorrhoidalis.
i † B. balneum super.
K B. Alia litera. aggregantur.
l † B. aut ad febres.
m B. istas.
n B. crudas.
o B cum profunditate.

tur dolores in iuncturis, nisi quoniam ipsæ sunt magis uacuæ, quam reliqua membra, & pluris motus,& debilioris complexionis,& frigidioris:& situs earum in extremitatib. est longinquus a [p] [regimine] primo, & multoties quidem [q] [inuiscantur] materiæ intra iuncturas,& fiunt sicut gypsum:& propriè,quæ ex eis sunt crudę. Et multoties oritur [r] [super] iuncturas eorum caro,& propriè inter digitos: quare contorquentur digiti,& constringuntur:& fit dolor fortis quandoque, & sedatur quandoque,& plurimum quidem huius non fit,nisi in habentibus complexiones calidas. Et plurimū quidem oritur caro,quum materia est sanguinea.Et plurimum quidem illi,cui accidunt dolores iuncturarum,accidit in primis podagra. Et dolores quidem iuncturarum sunt ex summa ægritudinum,quæ hæreditantur plurimū: quoniam sperma est secundum complexionē generantis,& multoties quidem fit curatio doloris iuncturarum, & confortatio earum, & expulsio materierum ab eis causa ad perniciē: quoniam illæ superfluitates,quæ cōsuetę sunt [s] [superfluere] & peruenire ad iuncturas, perueniunt ad membra principalia, & si non trahuntur ad iuncturas, [t] [currunt alibi facientes] cadere habentem eas in timore.Et aptiora tempora ad hoc, vt in eis eueniant dolores iuncturarum,& podagra,sunt ver propter motum sanguinis & humorum in eo; & autumnus propter malitiam humoris,& digestionis,& antecessionem dilatationis pororum in æstate: & ex calore,qui fortis fit in die. Et quum succurritur doloribus iuncturarum in primis quum apparent,fit eorum cura facilis;quòd si confirmentur,& consuescant propriè illi,qui generati sunt ex humoribus diuersis, non curantur. Et quando apparent uarices in habentibus dolorem iuncturarum,& podagram,est eorum sanatio per eas, & de habentibus dolorem iūcturarum quidam sunt,qui sibi superuenire eos faciūt propter malitiam sui regiminis, & de illis sunt, super quos euenire facit eos corruptio formę membrorum eorum, & dilatatio meatuum venarum eorum; & generatio humorū malorum in ipsis, propter malitiam complexionis membrorum radicalium. Et quandoq; commouentur dolores iuncturarum in febribus,& eorum [u] [eleuatio] sicut ipsi quandoque eueniunt in febribus.Sciatica uerò,est de summa doloris iuncturarum,& est dolor,qui incipit a iunctura anchæ,& descendit retro ad coxam:& quandoque extenditur usque ad genu, & ad calcaneum. & quanto plus prolongatur spatium eius,additur eius descensio, & secundum materiam in paucitate, & multitudine sua, & quandoque protenditur usque ad digitos, & extenuantur ex eo pes,& coxa.Et in fine eius delectatur compressione, & deambulatione pauca super extremitates [x] [suorum digitorum] & fit ei difficilis incuruatio, & æquatio erectionis, & quandoque soluitur in eo natura & iuuatur per id,& quandoque perducit ad dislocationem extremitatis coxæ eius: & est [y] [zementum secundum ueritatem,] Dolor verò anchæ, & est ille, in quo est dolor fixus in ancha,qui non descendit,nisi quum permutatur,ad sciaticam, [z] † [ ] [multoties accidit aut ex debilitate [a] [consequente ancham] causa sessionis super durum,& causa percussionis [b] [consequente eam]& causa assiduationis equitandi, & [c] [sunt causę eius, illæ causę.] ueruntamen plurimum fit ab humore crudo,& multoties permutatur a dolorib. matricis chronicis, & remanentibus tempore longo [d] [ita ut sint x.] menses, & quandoque fit a materiis calidis,& permixtis etiam, & a repletione venarum anchæ ex sanguine, & ab apostematibus intrinsecis in profunditate locorum, ueruntamen non apparent propter profunditatem suam,sicut apparent apostemata reliquarum iū cturarum,& dicitur,qui habet dolorem anchæ, & apparet in coxa eius rubedo vehemens quantitate trium digitorum,non faciens ei dolorem,& accidit ei in ea pruritus vehemens,& desiderat olera, & morietur in xxv. Et omne quidem membrum in quo est dolor iuncturę,macrescit, & extenuatur. & dolores quidem iuncturarum, qui sunt prę̨ter sciaticā & podagram, quum curantur, & eradicantur eorum materiæ nō redeunt uelociter.Sciatica uerò,& podagra [e] [quum curantur,& eradicātur earum materię] sunt ex eis,quę redeunt uelociter qualibet ex causa,& illud fit propter situm membri & istę quidem ægritudines,sunt ex eis,quæ hęreditantur, & propriè podagra, & materia quidem sciaticę plurimū est in iunctura,& procedit ex ea in neruo lato, et quum dolet, pręparatur effusio materierum ex toto corpore desuper ad ipsam,prę̨ter materias coarctatas in principio rei,& quandoque accidit ut non sit in iunctura, imò in neruo lato. Et multoties quidē multiplicatur humiditas mucosa in pyxide,quare mollificatur ligamentum quod est inter additamentum & pyxidem quā obrem dislocatur ancha, & ante illud accidit dispositio inter firmitudinem & dislocationē: & est, ut sit uelocis exitus, & uelocis reditus, inquieta ualde, & sciatica quidem est de uehementioribus doloribus iuncturarum,et cauterium securitatem facit eius. Podagra uerò ex summa dolorum iuncturarum existens. quandoque incipit a digitis, scilicet a pollicibus, & quandoque incipit ex calcaneo, & quandoque incipit ex [f] [lateribus] pedis,& quandoque incipit ex latere eius,deinde cōmunicat,et quandoque eleuatur ad coxam, & quandoque apostematur,et uidetur,ut non sit illud in chordis & neruis,imò in ligamentis,et corporibus,quibus continentur iuncturę de foris, secundum quòd dixit Gal. et propter hoc non accidit ut perueniat dispositio podagricorum in doloribus suis, et apostematibus ipsorū ad spasmum omnino,et ex eis,quę accidunt habentib. podagram, est ut prolongentur osea testiculorum ipsorum, et podagra quidem cholerica attrahit mortem subito,et propriè apud [g] [regimen plurimum.

p B. rectore.
q B. lapidantur.
r B. inter.
s B. separari.
t B. vice alia faciunt.
u B. augmentatio.
x —— B.
y B. romanetea aut alhach i. & est extremitas coxæ eius rotunda dislocata a pyxide i. a concauitate.

z † B. &.
a B. aduenié[n]te anchæ.
b B. aduenientis ei.
c B. quæ sunt huiusmodi.
d B. circa sex. Alia litera.
Alia litera. e —— B.
f B. parte inferiori.
g B. infrigidationem.

ANNOTATIONES.

Ubi corporis articulos dolor infestat, arthritis commu-

ni

ui nomine nuncupari solet, quamcunque partem obsederit. Speciatim tamen, quum arthritis genus sit, vbi ad manuum articulos dolor constiterit, chiragra: ubi ad coxam, Ischias: vbi ad pedes, podagra vocari consueuit. Constat autem affectus, de quibus hic agitur, dolorosos, symptomata esse: dependereq; propterea vel ex intemperie, uel ex solutione continui: intemperie inquam vel simplici vel cum materia. Et si enim his affectibus humoris redundantiam communem Cap. 2. esse causam Galenus scribit 10. de comp. med. per loca. unde & alij proximam arthritidis doloris causam intemperiem cum materia statuunt, negantq; vnquam esse sine materia. quum tamen interdum absque tumore omni, qui intemperiei cum materia coniungi solet, dolor sentiatur: & in arthriticis videre aliquando liceat, laborantem partem a sana nullo prorsum tumore, sed solo dolore, uel etiam calore interstingui, atque id quidem per aliquot dies: illud certe persuademur, a nuda quoque (licet fortaße raro) intemperie, arthriticum dolorem, vt cæteros dolores procreari. Vnde & author noster in sequentibus, quum de huius curatione aget, simplices intemperies sola alteratione egere commonebit. Et Hipp. lib. de internis affect. ischiadem, quæ arthritidis est species, ex siccitate quandoque fieri, memoriæ mandat. At verò quia a materia plerunque hoc malũ euenit, quęstio est, a quo nam materię genere fiat. Galenus Cap. 2. 10. de comp. med. per loca aliquando irruentem humorem sanguineum eße, ut plurimum uerò pituitosum ait, aut ex pituitoso & bilioso mistum, aut etiam sanguine cum ijs permisto. Addit author noster etiam melancholicum humo- Cap. 1. Cap. 78. rem, quod & Trallianus libro 11. & Paul. lib. 3. Alij etiã serosum humorem adiungunt. Alij ex recentioribus, neq; a sanguineo, neque a bilioso, neque a melancholico humore vnquam arthritidem fieri arbitrantur, sed omnino a pituitoso uel seroso. unde & arthritida omnem frigidam esse putant, nunquam autem (ut uulgo putant) calidam. Hac quũ de humore hunc affectum faciente discordia sit, quia huius causa fluxio est, est vero in fluxione omni aduertendus & locus a quo, & locus ad quem ea fit: quæstio rursum de his est omnibus. Ac primum, quum ad articulos & membranæ & ligamenta & nerui, & ipsa inter articulos cauitas sit, ambiguum est, num in membranas articulorum extrema ambientes, an in ligamenta, an in neruos, an inter ipsa internodia fluens ille humor excipiatur. Quum item non vnus in corpore sit locus, a quo concitari fluxio potest, sed & a capite, & a iecore, utero, totius corporis ambitu, atq; aliũde, ubi copiosior alicubi humor affluat, inchoare queat, Cap. 2. de hac re dubitatio est. Galenus 10. de comp. med. per loca, ipsam ait coarticulationem occupari: atque hac humoribus expleta in omnem partem circumsitas neruosas particulas tendi. Quid tamen per coarticulationem intelligat, non satis constat. Author quoque noster absolutè ad iuncturas ferri humores pronunciat; non tamen particulatim explicat, num in ligamenta, an aliquam aliam particulam irruant. Illud solum aduertit, quum ait [Et multoties quidem inuiscantur materię &c.] sæpenumero inter iuncturas ipsas, hoc est, inter ipsos (ut putamus) planè articulos hærere, craßescereq; materiam ueluti gypsum: sæpe etiam superfluam carnem supra ipsos articulos gigni. Ita ut huius sententia, intra ipsos articulos & cauum ipsum sæpe fluxio excipiatur. At contra tamen grauissimi nostræ tempestatis uiri, nunquam aut rarò intra id cauum, sed in uincula dumtaxat & membranas articulos ambientes & eorum tendines adigi humores putant, eo argumentò, quòd id nodosa, tophaceaque podagra chiragrave humor in calculum iam concretus aperta cute plerunque eruitur: integro ac illæso uinculo. quod profectò non fieret, si intra ipsos materia esset articulos. Adde, quòd in ischiade, si intra id coxendicis acetabulum humor esset, qui morbum facit, neque tam uehementem, neque tam latè effusum dolorem faceret, quum obtusi uinculum sit sensus. Atque his de termino in quem fluxio in arthritide est, differunt. Sed & de termino, a quo motus, ambigitur. Existimant plerique a toto corpore, & quibusuis eius partibus, sicuti in alijs fluxionibus solet, hunc illabi humorem poße, & a capite, quod Hippocrates lib. de loc. in homine, & ab utero, quod idem in lib. de internis affect. & ab iecinore quod author noster in sequentibus, quum de huius affectus curatione scribit, & ex internis alijs demum partibus omnibus. Aduersantur tamen huic receptæ opinioni alij. Tum quòd si syncerum humorem in causa posueris, nusquam syncerus hic humor per uenas fertur: sed sanguini permistus, qui per uenarum ora purus in articulos excidere non potest. Tum, quòd si sanguini permistum intellexeris, hunc in articulo collectum, phlegmonem excitare oporteret. Adde etiam, quòd crudus humor per alios ductus quam per uenas in articulos illabens, arthritim non facit: cruditas nempe in malo corporis habitu ex uisceribus in pedes incumbens, & eos in tumorem attollens podagram non facit. Quare non ab internis partibus origo arthritidis est, sed aliunde. Huius uerò initium caput esse uidetur, non internæ quidem eius partes, in quibus pituitosum excrementum cumulari solet: quum id uel per nares foras, uel per palatum in asperam arteriam, pulmones, uentriculum, interioresq; alias sedes illabatur: sed externæ & extra caluariam positæ, a quibus superuacaneus tenuis, & serosus humor, illic ab externis iugularibus uenis repositus, neque ob cutis craßitudinem expiratus, per summa postea corporis, sub cute deorsum decurrit. Sunt ergo hę de arthritide quæstiones nostris temporibus, acri certè indicio, atque rationum ui excitatæ. Pro quibus tamen sedandis, si nobis periclitari liceat. Illud certè nobis maxime arridet, serosum præsertim uel pituitosum ac tenuem humorem arthritidi materiam præstare. Assentimurque & affectum locum ipsos esse præcipue tendines, membranas et ligamenta. atque affectionis fontem eße sæpenumero externas capitis partes, quæ scilicet extra caluariam sunt positæ. At nihilominus, quòd etiam a sanguine, & a singulis cæteris humoribus hic affectus fiat, præterquam quòd confirmatum iam ab omnibus est, & ipsarum affectarum partium colores, tumoresve & sensus indicant, & quotidiana obseruatio confirmat. quum affluente bile, pituita, uel sanguine uel atrabile increscant dolores, imminutisq; ijs imminuantur. Vidimus nos, qui hæc scribimus, podagricum, cui facta a medico in crure ustione, ater planè humor effluxerit copiosus, & frequens. quo demum euacuato sedata affectio prorsum fuit. Videre quotidie est, (quod modo dicebamus) eductio bilioso uel pituitoso uel atro suis medicamentis humore, uel imminuto sanguine per uenæ sectionem, uel sedatos eße dolores quam primum: uel certè breuiorem eße factam accesionem. Quod uerò non ad ligamenta solum ipsa, sed etiam inter articulos fluxio sæpe hæreat (quod author noster ait) certe uidetur carere omni dubio. quum enim intra ipsos articulos pituita semper sit opus, eorum duritiem emolliente, & motionem adiuuante (alioqui enim, & quum sicci ij sint, longo usu aridiores & motui inepti essent, nisi continuo pituitæ affluxu leuigarentur) quid obstat, quin copiosiori hoc inter ipsa internodia irruente humore, arthritis fiat? Quid hunc craßescere prohibet, & in calculum abire? Sed aiunt, aperta cute sæpe calculos erui. Nos id non certe imus infitias. at quòd intra ipsos quoque articulos talis reposita sæpe materia sit, non redarguimur; quæ, quum ita (ut aiunt) aperta cute, illæsis uinculis extrahi non possit, morbum per-

perpetuo seruet. Quod autem subijciunt, coxendicis dolorē, neque tam uehementem, neque tam latè fusum esse oporte re, si modo intra coxendicis acetabulum humor esset, quia hebetis sensus ligamenta sunt: hoc inquam fatemur, si modo sola ligamenta afficerentur, non etiam circumsitæ partes & neruosæ, & musculosæ ob interpositam materiam distenderentur. at, quum in acetabulo materia sit (quæ alioqui si in externis esset partibus, multò facilius educeretur) ipsa quidem difficilis metus causa primo est loco. tenduntur uerò etiam uicinæ, & annexæ partes, & neruosæ, & aliæ, & dolores longè lateq; uagantur. Verùm quòd aliunde præterea quàm ex capitis externis partibus arthritidis fluxiones fiant, argumento est mensium, hæmorrhoidum, fluxus sanguinis narium cōpressio. inchoata in iecore uel splene uel toto corpore grauitas, ipsam accessionem antecedēs nullo præeunte externarum capitis partium dolore: sed sæpenumero toto ipso capite grauiore, quod redundantis in cerebro materiæ nota est. quandoque etiam uigilijs, quandoq; somno affligente. ita ut ab internis partibus, non minus quā ab externis arthritidis sit origo. Quod. n. hic obijciunt, non posse a uenarum osculis syncerum humorem in articulos ferri: aut si cum sanguine in eos excidat, oportere collectū hunc sanguinem phlegmonem excitare, hoc inquam, nihil nos urget, qui, quum intra ipsos articulos confluere interdū humores asserimus, non sanguinem, aut alium humorem quempiam a cæteris humoribus secretum, sed pituitosum planè illum intelligimus, quo nutriri & inungi eæ partes solent, a quo inflammationē fieri non oportet, quamuis ad cęteras partes articulis circumstantes alterius generis humores sæpe consistant, & sanguineus & pituitosus, & biliosus & ater, quæ arthritim cum calore & inflāmatione uel symptomatis alijs pro humoris ratione faciant. Neq; uerò (ꝙ subiungunt) quamuis crudus ille humor sit, a quo sæpe arthritis procreatur, necesse tamen semper est, ubi crudi humores in particulam quampiam excepti fuerint, illam arthritide labore. Sed præter humorum affluxum adesse articulorum imbecillitatem oportet, ut arthritis fiat, id quod & Gal. & Paulus & alij aduertunt. propterea q; in cachexia, tametsi ob crudos a uisceribus illapsos humores intumescere crura & pedes soleant, non tamen articularem fieri affectum oportet. His ita adnotatis. quia inter huius affectus causas etiam parentum semen reponitur, Quæritur rursum an is hæreditarius sit morbus. Sanè Hipp. quod alibi etiam annotauimus, sicuti semen ex toto corpore manare exrstimat, ita ex sanis sanum, ex morbosis morbosum, qđ in lib. de morbo sacro legere est, & alibi. Reprehendit tamen Arist. eorum sententiā 1. de gen. anim. qui semen ex toto effundi corpore arbitrantur. darique propterea hæreditarios morbos negaret. Sed & de hac re supra actum est, ostensumq; quomodo ex toto corpore semen decidi Aristoli planè non dissentiat. Illud autem præter aliorum quoque testimonia obseruare quotidie est, arthriticos morbos per familias quasdam ut hæreditarios, sicuti & epilepsias & manias, & non pauca aliorum morborum genera uagari. Atque hæc de articulari morbo sint dicta, pro quo uide quę doctissimus Aretæus 2. de diuturn. morb. scribit.

cap. 18.

De signis. *Cap.* *6.*

ILlud, quod oportet te cognoscere de causis harum ægritudinum per signa, in primis est dispositio simplicitatis complexionis, aut compositionis eius cum materia, & simplex quidē eius est parumper, & raro, & fit in ea dolor sine grauedine, & absq; inflatione, & non est alteratio coloris, neque signum materiei. In materiali verò illud, quod de ea in primis oportet te cognoscere, est genus materiei, & uia cognitionis eius est, aut ex colore loci, aut ex colore apostematis eius cum dolore, sicut fit in humore crudo, & ex tactu, aut est frigidus, aut calidus, aut inflamatus, aut secundum consuetudinem. Aut ex accidentibus doloris, an sit cum inflammatione vehementi, & pulsatione, aut cū inflammatione ęquali & tensione, aut cum tensione tantum. Aut ex eis, quib. iuuatur, & cum quibus sedatur dolor, si non [a] [errat existimatio: tunc enim existimat] propter ea quòd frigida sunt ei conuenientia, quòd materia sit calida. [b] [& non accidit existimationi eius ut erret, nisi propter additionem doloris apud infrigidationem inspissantem, existimans quòd materia inspissata] sit frigida. Aut errat per sedationem doloris apud resolutionem, & existimat quòd materia sit frigida, & est calida, quæ resoluitur, & [c] [resoluit, & sedatur dolor eius] imò oportet ut consideres omnia illa, aut ex hora doloris & additione eius, aut est in uacuitate aut repletione: & ex dispositione [d] [incipiente] ad apostema, & tarditate in eo, aut priuatione apostematis omnino, quare significat humores, malos, subtiles, calidos, aut compositos, & [e] [sunt inter uiscosum, &] humorē crudum purum, & ex dispositione grauitatis, quoniam grauitas in materijs subtilibus, de quibus possibile est ut aggregetur plurimum uice una est plus. Et quandoque cognoscitur in plurib. horis ex urinis illud, quod uincit super ipsam. Et ex egestione, an uincens super eam sit cholerica res, aut mucosa. [f] † [

] Et cognoscitur quandoque ex ætate, & consuetudine, & ex regimine præcedente in comestis, & ebibitis, & exercitio, & requie, & ex contrarijs eorum, et communitate complexionis reliqui corporis. Et materiā quidem sanguineam significat rubedo loci, si non est uehementis profunditatis, [g] aut non est, [aut non apparet adhuc, & significant ipsam tensio uehemens, & repulsio, & pulsatio, et grauitas, & pręteritum regimen, & quod scitur de dispositionibus corporis sanguinei, et fortasse est corpus grossum, carnosum, pingue. & est in sciatica sanguinea dolor extensiuus, longus, similis lōgitudinis, quem phlebotomia statim sedat. Et materiam cholericam significat caliditas uehemens, quę lędit tactum cum paruitate quantitatis in ægritudine, & paruitate grauedinis, & tensionis, et paruitate rubedinis, & declinatione doloris ad illud, quod apparet de cute, & trāquillitate eius ex frigore, et quod pręteriit ex regimine, et reliquæ significationes, quas diximus, et dispositio corporis cholerici. Et materiam phlegmaticam significat, quod non alteratur color, aut alteratur ad plumbeitatem, aut est illic parum inflammationis, et adhęrentia doloris, et priuatio signorum sanguinis et cholerę, et quod fortis fit incessione doloris in latum, et quod corpus non est carnosum, imò est adipe plenum; et si-

a B. faciat errare stupefactio, & existimetur.

b B. & iā nō fuerit iuuamentū, nisi ꝑ stupefactionē, aut non faciat errare additio doloris apud infrigidationē inspissantem, quare existimatur, ꝙ materia.

c B. quiescit cum sans dolorem.

d B. festinante.

e B. quę sunt inter eos aut.

f † B. & qui fit color ficus. Et in dolore anchę & sciaticæ vincit super fæcem res mucosa.

g —— B.

& significationes notę huius complexionis, quæ præteritæ sunt. et materiam melãcholicã significant doloris occultatio,& paruitas tẽsionis,et paucitas iuuamẽti cũ curatione,& h [attenuatio] loci,et nõ est in eo mollities, neq; claritas coloris,& quandoq; tendit ad tenebrositatẽ,& significant ipsam complexio uiri, & dispositio splenis eius,& appetitus supfluus,& regimen ipsius præteritũ: et reliquę significationes, quas innuimus in cognitione complexionis melancholicæ. Materiã uerò i [cholericam] significat caliditas uehemẽs cum re, quę est quasi pruritus,cum nocumento uehementi ab eo,in quo est calefactio,& iuuamento vehementi ab eo, in quo est infrigidatio,et stypticitas quædam. Materiam verò uentosam significat tensio vehemens absque grauitate.et significant ipsam permutatio doloris, & regimen ventositatis generatiuum.Materias autem permistas significant k [tensio vehemens et] paucitas iuuamenti cum curationibus calidis, et frigidis, & diuersitas horarum, in quibus iuuatur. Iuuatur enim aliqua medicina vna hora, et hora alia cum ea,quæ illi contraria est,et plurimum quidem accidit hoc accidens corporib. calidæ complexionis, aut cholericæ naturæ,quæ vtũtur regimine infrigidante, humectante,generatiuo phlegmatis, & humoris crudi ex cibis,& motibus super repletionem; quare permiscentur duo humores, & expellitur ex eis, quod grossum est propter ea quòd submersit ipsum subtile sanguineum, & cholericum ad iũcturas.Et horum quidem plurium iuuantur & quiescunt dolores per compressionem subtilem cum manibus pluribus, quoniã humor resoluitur,& maturatur per eam.Et iuuãtur cum unctionibus temperatæ caliditatis, cum quiete. Motus enim prohibet a maturatione.

h B. asperitas.
i B. saniosam.
k —— B.

ANNOTATIONES.

Quomodo singulæ arthritidis causæ dignoscantur, habes ex Alex. lib. 11. Aetio lib. 12. Paulo lib. 3. quod hic omnium diligentissime absoluit.

cap. 1. cap. 13. & deinceps.

cap. 78.

De curationibus dolorum iuncturarum, & podagrę, & sciaticæ. Cap. 7.

QVum cognoscitur quòd causa est complexio simplex,facile est ipsius regimen. Multoties namque est inflammatio pura absque apostemate,quare sufficit permutatio complexionis, & maius quo ĩdigetur,est euacuatio cholerę simul & sanguinis.Et similiter quandoque est congelatio & frigus dolorem faciẽs, quare sufficit permutatio complexionis,& maius,quo indigetur est euacuatio phlegmatis, vt calefiat sanguis. Et multoties quidem est siccitas a [exasperans.] quare necessaria est humectatio sicut scis. Quum autem causa est in eis materia,tunc oportet vt prohibeatur,quod effunditur,per attractionem ad contrarium, & per minorationem. Et confortetur membrum,vt non suscipiat,& resoluatur, quod inuentum est,vt priuetur, & redi in omnibus illis ad canones vniuersales. Et si fuerit sanguinea,aut cum dominio sanguinis, oportebit ut administres, phlebotomiam ex parte contraria, & si fuerit communis iuncturis corporis, tunc ex vtrisque partibus phlebotoma simul: deinde administra vomitum,& propriè quando dolor est in inferioribus:vomitus enim magis iuuatiuus est ei,quàm ventris solutio. Deinde b [administra solutionem] ventris, & incipe a re forti, si non prohibet priuatio maturitatis,& grossitudo materiei:quàmuis facilis sit incolumior,& gradatio conuenientior. Deinde sequere cum solutiuis mundificantibus secundum gradationem,& sunt de hominibus, qui c [describunt] initium cum facili post facile,& sigillant cum forti post maturationem. Et rectius quidem est in hoc, si materia est subtilis cholerica,festinare euacuationem, quum uidetur maturatio,& si est grossa,non est malum præmittere,quod eã subtiliet,& maturet & preparet ipsam ad hoc, vt expellatur ad partem euacuationis.Et tu interim alleuia,cum solutione subtili.Et si materia fuerit composita, fac vt solutiuum, & emplastrum sint composita,licèt tamen melius sit ut blande tractetur in principio,& non fiat phlebotomia. phlebotomia enim d [accresere facit] humores,& facit eos currere in corpus, & non extrahit illud, quod necesse est ut extrahatur. Et similiter nõ fiat euacuatio. et assiduetur aqua hordei vsque quo maturatio apparet.Si aũt repletio exigit ut fiat e [expulsio,] tunc fiat cum eo, quod facit ascellare semel aut bis f [Et] ex eis, quę bibuntur,sicut aqua endiuię & solatri cum casia fist. & clysteribus,& sunt rectiora. Quum autem declinare incipit,tunc non g declines ad illa. & euacua] quoniam fortasse mouebit humores a locis suis ad ægritudinem. et attende crises.s.quæ fit in die quarto,& septimo,& undecimo,& hora crisis melior eis est quartus decimus.et si possibile est, vt cesses ab euacuatione vsque ad maturationem, & sis contentus embrochis cum aqua frigida,& calida, & tepida secundum canones prędictos in capᵒ. embrochæ,fac,& incipe ab aqua frigida. Epithemata verò calida,& narcotica omnia sunt nociua,calida quidem propter attractionem:sed narcotica propter congelationem,& cruditatem. et iterũ epithemata infrigidantia grossum faciũt crudum & h [mortificant] subtile; prolongãt etiam ægritudinem.et aqua quidem calida nociua est eis,quoniam humectat iuncturas.Et oxymel propter suam acetositatem non est magni iuuamenti.Et semina fortia sicut sem. fœniculi,quandoque adurunt superfluitatem, & conuertunt eam in lapideitatem.Quumque cõpletur maturitas, tunc euacua cum eis, quæ sunt sicut hermodactyli, & buzeidem, & pilulæ eorum, & intende cum facilitate,& i [incipe iterum, &] epithema cum eis, quę sunt sicut herba,quę nascitur in fluuiis,& similia.et caue ne in potu des in primis k [nisi] medicinam debilem:quoniam ipsa mouet materiam, & non l [facit currere]aliud,de quo sit curandum,imò fortasse subtiliat materias congelatas aliàs, & facit eas currere ad membrum. Expedit

a B. spasmans.
b B. Alia litera. sis intentus cũ solutione.
c B. præcipiũt.
d B. cõmouet.
e B. minoratio.
f —— B.
g B. multiplices euacuationem non ordinatã,& sine digestione.
h B. congelans.
i B. tunc.
k —— B.
l B. euacuat.

dit ei, qui vult sumere medicinam, vt summo mane sumat, & tardet cibũ: deinde sumat post tres horas .xx. aure. panis cum vino, & aqua pauca, & host vii. horas ingrediatur balneum, & egrediatur, m † [ ] deinde cibetur cum eo, quod conueniens est; deinde administra prouocationem. Nam prouocatio n [desiccat] materiam dolorum iuncturarũ, & quoniã ipsa, sicut scis, est ex superfluitate digestionis, quæ est hepatis, & venarum, & proprie in podagra calida. Veruntamen plures habentium dolores iũcturarum frigidos, & complexiones humidas, non iuuantur cum solutione plurima facta potione, & clysteri, & quum medicantur cum diureticis, sanantur. Et de corporibus quidem extenuatis sunt corpora, quæ non tolerãt solutionem, & prouocationem plurimam, & generatur ex eis in ipsis adustio sanguinis considerentur ergo omnia illa, et theriaca iterum in frigidis confert, & proprie post euacuationem: ipsa enim mundificat reliquias materierum cum facilitate, & resoluit eas, & cõfortat omnia membra. Repercussio autem materiei a membro, non oportet vt fiat materia existente fortis effusionis, o [plurimæ resumptionis.] illud enim facit duas res malas, quarũ vna est, quòd facit materiam inobedientem, & est contrarium motui eius: quare accidit dolor magnus, & quum accidit huiusmodi, tunc cessa, & occupare cum lenificãtibus, & secunda est quoniam fortasse conuertitur ad membra principalia: quare accidit timor. Et quum materia nõ est plurima, aut est paruæ p [restaurationis,] tunc non est malum repellere eam q [in primis quum est,] nisi in sciatica. Nam repercussio in ea, retinet materiam in profundo; quare oportet vt fiat paulatim debiliter, aut dimittatur, & sit occupatio cum euacuatione: in fine uero eius oportet vt occuperis in eis, quæ resoluunt & subtiliant, & extrahunt materiam ex profundo ad illud, quod apparet, saltem cum ventosis, cum incisione aut suctione, aut cauterio, & cũ rubificantibus, & vesicãtibus, per quas currunt materiæ & non cõsolidentur vsque ad tẽpus, & de vesicantibus quidem sunt sicut allia, & cepe, & non est, quod sit sicut mel anacardi, & post ipsum lac tithymali, & lac fici. Et oportet, vt admisceatur cum r [abstersiuo] & vesicante lenitiuum, & si non, perducit ad lapideitatẽ iuncturarum: nam vesicatio iterum est sicut resolutio per id, quod timetur de ingrossatione: & confert s [vesicam, si misceatur cum resolutiuis, & adipibus.] & deuitetur frigus, & non oportet, vt approximent ei resolutiua fortia in principio rei, ante euacuationem, quoniam facient euenire materias plurimas, deinde resoluunt subtile earum, & inspissant residuum, & retinebunt ipsam. Et oportet vt obseruetur illud secundum plurimum iterum, & proprie quando materia est viscosa, aut melancholica. Quum ergo fortes fiunt dolores, & non tolerãtur, non est excusatio, quin tribuantur sedatiua doloris, & ebibita, & linita. Epithemata verò sedant cum subtilitate resolutionis materiei, aut cũ stupefactione. Et non administres stupefaciens, nisi apud necessitatem, & t [mensura illud quod sedat malitiam summam doloris,] & vtere eo cum audacia & temeritate plus. Et multoties confert stupefactio inquantum ingrossat materiam procedentem: quare retinetur. Et scias quòd rectius est vt permutatio fiat cum medicinis: quandoque enim est medicina conferens vni membro, & non alii membro, & quandoque confert in hora: deinde post illud nocet & mouet dolorem. Et oportet, vt dimittat vinum omnino vsquequo sanetur ex eo sanatione integra, & veniant super ipsum quatuor tempora, & oportet, vt dimittat illud cõsuetus secundum gradationem, & vtatur quũ ipsum dimittit, diureticis, & vinum de melle cũ diureticis confert eis. Et melancholici de habẽtibus arthreticã oportet ut rectificetur splen, & euacuetur eius melãcholia, & humectetur corpus eius, & leniatur cum cibo, & inunctionibus, & similibus, & non assiduetur super ipsum pura resolutio sine lenificatione, sicut sciuisti in radicibus vniuersalibus. Et oportet vt deuitetur caro u † [ ] in eo, quod frigidum est de hac ęgritudine. Quòd si necessaria fuerit, tunc detur caro auis montanę, & leporis, & gazeli, & omnis caro paucarum superfluitatum. et si euenerit dolor in dorso in primis; & permutetur ad manus, tũc phlebotoma ex manu, vt egrediatur sanguis & humor, ex parte suæ declinationis.

m B. & quiescat

n B. abscindit.

o B. & quæ plurimũ per partẽ post partẽ successiue effunditur.

p B. effusionis ad locum.

q —— B.

r B. resolutiuo.

s B. ut misceatur cũ resolutiuis, & vesicantibus adipes.

t B. cũ mẽsura, quæ sedat malitiam doloris, & administ. illud in calido.

u B. etiam.

ANNOTATIONES.

De articularium affectuum curatione fusissime Gal. 10. de comp. med. per loca, Aetius lib. 12. Paulus lib. 3. Trallianus lib. toto vndecimo. & Celsus lib. 4. Copiose & author noster prosequitur. Est tamẽ hic multiplex dubitatio. Primum quidem, Auicennas, ijs verbis [Et si fuerit sanguinea, aut cum dominio sanguinis &c.] de venæ sectione agens, tundendam ait uenam vbi a sanguine sit morbus, atque eam ex contraria parte: si alteram, s. tantum partem dolor obsederit: at si vtrasque partes occuparit, vtrinque mittendum sanguinem subiungit. Magna hic quæstio est, tum an solum redundante sanguine non etiam alijs humoribus mittendus sit sanguis: tum si ex opposito latere id agendum. Gal. vbi omnes ex æquo humores affluant, secari venam iubet. Paulus non ijs solùm quibus sanguis redundat, sed etiam pituitosioribus aut melancholicis protinus mittendum sanguinem ait. Aetius quoque maxime quidem necessariam esse dicit sanguinis euacuationem in sanguineis fluxionibus in ijs præsertim qui sanguine redundant, sed & in reliquis etiam humorum recrementis, atque ijs qui diæta lautiore vtuntur. Quare, & hic alijs a sanguine affluentibus succis videtur sanguinis missionem cum Paulo admittere. Author tamen noster, quum hic, sanguinis detractionem hoc affluente, proponat; tamen paulo postea, quum ait [Et si materia fuerit composita &c.] vbi plures humores simul affluant, venæ sectionem cauet, quòd hæc alios præter sanguinem humores auget, & in corpus distribuit, quum id quod educi oporteret, non educat. Sed & hanc quoque Aetius contra quàm author noster sentire videatur (de podagra particulatim agens) in directo offensi cruris brachio omnino sectionem peragendam putat, quod & Philagrij testimonio, atque experimento confirmat. Cæterùm. Vere nisi sanguis affluat, nunquam mittendus ille

Cap. 2. Cap. 11. & deinceps. cap. 78. cap. 24.

dus ille est; nisi id fortaße reuulsionis gratia egeris, vt & in apoplexia fieri solet. Fortaße ergo Paulus etiam in pituitosis & in melancholicis venam secat, morbi initio, reuulsionis causa. Aut etiam (id quod magis suspicamur) quum in pituitosis & melancholicis id præsidium admittit, eos intelligit, quibus ex æquo omnes affluunt humores, vt Gal. ait. quamuis vel pituitosi ij multum sint vel melancholici. Vnde & Trallianus, si non offendat solùm pituita, sed etiam sanguineus simul humor appareat, mittendum initio sanguinem testatur. Aut etiam id intelligit Paulus vbi humores multitudine, non etiam qualitate infestant. id verò præsidium non in omnibus etiam semper commodum putat, sed in ijs solũ, qui tunc primum id morbi genus experiri cœperunt. alioqui enim, quos iam fluxio frequenter infestarit, ijs plus inde noxæ quàm auxilij sentiri ait: præsertim quibus corpus natura frigidius est, aut imbecillius. Quamobrem si vel transactum initium sit morbi, quo repellere amplius non licet: uel si sanguineum humorem alij multitudine exceßerint: aut si ijdem qualitate potius quàm copia molestarint: aut etiam si frequenter infestari eiusmodi fluxione æger consueuerit, tunc Auicennæ standum erit consilio, neque nisi in sanguinea fluxione mittendus erit sanguis. tum quia alij præter sanguinem humores augentur, nihil verò eius quod morbum fecit, detrahitur: tum etiam, quòd educto sanguine cæteri humores crassescunt. At verò, quòd Aetius ex directo latere, hic ex contraria parte sanguinẽ mittat, nulla controuersia est. hic nimirum per contrariam partem non oppositam secundum corporis latitudinem, sed secundum longitudinem intelligit. quare, laborante dextro pede dextrum cubitum, sinistro sinistrum secandam putat, id quod & Aetius. Porrò quærat hic quispiam, quia de sanguinis missione agimus: quid affluente bile agendum sit? Satisfacit Trallianus. at que si humor qui influit acris & biliosus sit, non esse sanguinis uacuationem adhibendam censet, sed medicamento cholagogo ducendum, vbi tamen prius humoris acrimoniã, aut rosionem humectaris, & contemperaueris. Quo etiam ex loco illud obiter adnotandum est, quòd biliosam materiam antea mitigat refrigeratq; quã educat, aduersus eorũ sententiam, qui biliosos & tenues humores coctione vlla, & præparatione opus habere negant, quòd prompte educantur. Et si enim tenues & serosos humores, habita eorum substantiæ ratione, facile soluere est: uerenda tamen acrimonia caliditasque, nempe qui eius generis humores sunt, in trãsitu per intestina & rosiones & dysenterias & dolores facillime concitare poßunt. propptereaque & Gal. tametsi & in Commentarijs libelli de humoribus 4. Hipp. & in lib. quos, quando, & quibus purg. op. tenues humores Com. 1. *educi quã primum posse censeat; in ijs tamen Commentarijs in lib. de humorib. sect. 1. vbi vel nimis calidi, vel nimis frigidi, vel nimis mordaces, aut crassi, aut aliter a naturali statu decedentes sint, duplicem nobis curationis propositam rationem ait, vt alterentur & euacuentur. ita vt ipse quoque alterationem in bilioso humore eductioni præponat. Sed hæc, obiter dicta sint.*

2 *Et expedit ei qui vult sumere &c.] summè difficilis est hic locus. quòd tertia post assumptum medicamentum hora cibum exhibeat, uidetur Hippocratis sententiæ refragari,* Tex. 2. *quin 2. de rat. vict. in ac. sorbitionem statim ab assumpto medicamento exhibet, & in media purgatione nihil assumi uoluit. Quòd item post sex horas, hoc est hora nona, in balneum duci velit, difficile uidetur. nempe uel tunc absoluta medicamenti erit actio, uel non. si absoluta, certè quũ ex medicamentis uires ob spirituum solutionem prosternantur, & balneæ itidem eosdem spiritus dissipare non mediocriter possint, non satis rectè consuli balneum uidetur. Sin adhuc perfecta medicamenti actio non erit: certum illud quoque est, fore, vt eius vis ad exteriora balnei calore pertrahatur, exsoluaturque. Cæterum, quamuis non ignoremus alios aliter sentire, placet tamen nobis eorum sententia, qui per tertiam horam, non ab assumpto pharmaco, sed post eius actionem peractam intelligunt, quo certè tempore, sedato iam totius corporis motu pertubationeue, licebit ut parum nutrias. post hanc verò leuem nutritionem, si ad sex horas in balneum ægrotantem duxeris, tunc refectis per quietem et paucum illum cibum virib. ac spiritib. de ipsis rursum virib. nõ erit suspicãdum. opportunè. n. tunc tẽporis euacuato satis corpore, instauratisq; virib. priusquam ex aliorum ciborum aßumptione alia rursum in corpore excrementa gignantur, balneę magis quàm uel antea, vel postea conuenire uidebuntur.*

Et oportet ut dimittatur vinum &c. Vinum ad peractã vsque morbi solutionem interdicit. Astipulatur huic Trallianus. lib. 11. Cap. 1. *sanatosque aliquos & præseruatos uini intermissione testatur.* Cap. 24. *pro qua re pete & Celsum lib. 4. Nostri tamen inclinante iam morbo diluti uini potum concedunt, præsertimque si a frigidiori materia morbus euenit.*

De solutione eorum. *Cap.* 8.

OPortet vt in eis non educatur solutione phlegma solũ, imò cum cholera. nã quũ in eis solum phlegma solutione educitur, iuuantur statim, & redit cholera, & facit currere ad membrum phlegma vicea lia. Et non oportet, vt sit eorum catharticum vehementis caliditatis, fortis ualde, quare liquefiant humores, & redeat ad membrum quãtum est illud, quod acceptum est [a] [multipliciter.] Et in hermodactylis quidem creditur esse plurimum iuuamẽti, propterea quòd ipsi soluunt statim humorẽ frigidum, & in ipsis est res alia, quoniam faciunt succedere solutioni stypticitatem, & cõfortant, quare non est possibile cum eis vt redeant superfluitates [b] [liquefactæ] per medicinam, quibus non accidit vt euacuarẽtur, & prohibent iterum illud, quod subtiliatum est per virtutem medicinę solutiuæ currere in meatũ & hoc ex operatione hermodactylorum contrarium est reliquis [c] [solutiuis] euacuatiuis calidis. & plura eorum sunt, quæ dilatant meatus, & dimittunt eos dilatatos: uerum hermodactyli sunt nociui stomacho: quare oportet vt misceantur cum eis, quæ sunt sicut piper, & zingiber & cyminum, & quandoque admiscentur ei ea, quę sunt sicut aloes, & scammonea, ut confortetur eorum solutio. Et dixerunt quidam, quòd pedi coruino inest operatio hermodactylorum, & non est eius nocere stomacho. & lapis armenus confert doloribus iuncturarum, et de cognitis sunt pilulæ iuuamenti & pilulæ fœtidę, & hiera Rufi est magni iuuamenti ad podagram, & sciaticam. et grana nil iuuatiua sunt iterum & grana regis, & buzeiden & [d] [almezaharagi, & raha calhamen] & centaurea & coloquinthis, & aloes, [e] [& scammonea,] & vitis alba [f] †[

& alharmel: ponantur cum eis ammoniacum & sarcoco. & bdelliũ, & turbith, & pyrethrum.

a B. duplũ seu multiplicatum.

b B. attracta.

c B. resolutiuis.

d B. almahezho regi, & rahi ala man.

e ——B.

f B. & alfaserasiz, idest vitis nigra.

De

Descriptio solutiui cum facilitate. zingiber. ʒ. i. piperis, & agarici amborum an. drac. s. medullæ chartami pondus. drach. ii. radicis pedis cornini. drach. iii. cuius dos. sit x. & vii. siliquæ faciens ascellare septies, aut octies. et iterũ cymini carmeni, zingiberis, hermodactylorum omnium ana. ʒ. i. aloes pondus ʒ. ii. g [Sumantur de puluere. ʒ. ii.] cum decoctione anethi. est enim iuuatiua in hora. et iterum sumatur oleũ de nucibus, & oleum de alKerua, & sarcocolla vna die cum hiera picra, et una die sola vii. diebus et non sumatur nisi cum h [alseluzaharagi, et anetho] decoctis. et iterum sumantur hermodactyli, et buzeiden, et mezahagi, et piper, et zingiber, et anisum, et daucũ conficiantur cum melle, et bibatur ex eis omni die. et iterũ sumantur ex hermodactylis pondus. ʒ. xxx. et pulpe coloquinthidæ: pondus ʒ. x. decoquãtur cum xv. lib. aquæ donec remaneant. iii. lib. aquæ, et sit dosis eius omni die media libra cum tribus unc. zuccari: est enim mirabile valde. Solutiuum lene iuuatiuum, sarcocollæ rubeæ. ʒ. iii. i [zuccari rubei.] drach. iii. terantur, et commisceantur cum oleo cẽtum nucum et k [proiiciantur super ea] aqua anethi. est enim mirabile soluens absque labore: et alleuiat. Vomitiuum forte valde, conferens habentibus humiditatem, et melancholiam ex habentibus dolores iuncturarum, et sciaticam. Recipe aloes, et sem. ellebori ni. et scammoneæ omnium ana unc. i. euphorbii, et nitri amborum an. unc. s. conficiantur cum succo caulis, et quando fit vomitus cum eo, eradicatur radix ægritudinis.

g —B.

h B. aqua alsechinegi. i. tribulorũ & anethi.

i B. hermodactylorum.

k B. detur in potu cum.

ANNOTATIONES.

Et in hermodactylis quidem creditur &c.] *Probari solent hermodactyli in articularibus doloribus, ut ij, qui, quum ualidiori attractione frigidos humores etiam longinquè trahant, reliquunt præterea astrictionis cuiusdam uestigium, id quod ad roborandas iuncturas, ne fluxionem suscipiant, tum remorandos humores confert, ne ad affectos ipsos articulos contendantur. Cum salutari tamen hac ui, unum aliud noxium illis iungitur, quòd uentriculum pertubant, anxietatem, & cibi fastidium mouent, id quod, & Paulus testatur. propterea huius noxæ temperandæ gratia, & gingiber, & piper admiscetur ab authore nostro, quod & Trallianus facit. Hoc tamen præsidij genere, quia ignorantur nostra hac tẽpestate ueri hermodactyli, abstinemus libenter quantum possumus, præsertim quum alia id generis medicamenta sint non pauca, quæ hic author subdit. Vide Paulum, Trall. & Rasim 26. Cont. tr. i. necnon 9. ad Almans.*

cap. 2.

De potionibus ad solutionem faciendam, & de illis, quæ conferunt eis. *Cap.* 9.

ET de illis, quæ conferunt eis, est medicamẽ albesed secundum hunc modum. Recipe. albesed, de quo dixit quidam, quòd est alkeiri rubea aur. j. & s. gariophyllorum drach. vj. & myrrhę & pæoniæ, sem. anethi omniũ an. vnc. j. & polii a [veuti. xij.] & vtriusque aristolochię an. vnc. ij. de quo in potu detur b [ueutem] j. cum aqua mellis, & non comedat. ix. horis fiat illud. x. diebus. Et iterum medicamen, quod administratur omni hora, & sanat cum prouocatione. Chamæpityos, camedryos, gentianæ omnium ana vnc. vij. foliorum rutę siccæ. ix. unc. terantur, & cribellentur, & sit dosis eius omni die cochlearium vnum in ieiunio, post digestionem cibi præteriti in tribus. unc. aquæ frigidę. Et iterum medicamen albesed secundum sermonem, qui existimauit, quòd sit alkeiri rubei floris, & est proximũ descriptioni primi. Rec. c [cinnamomi philonii] oĩum an. unc. ij. folii indi unc. i. gariophyl. grana. xv. albesed, quod est alkeiri prædicta. vnc. s. aristol. utriusque. vnc. iiii. cuius dosis sit oĩ die Kirat. iii. qđ incipiãt bibere apud equalitatem uernalem, & utatur eo l. diebus; & dimittat ipsum. xv. diebus deinde iteretur secundum hoc anno toto, nisi cum ortu d [alsahara] vsque ad mensem, &. s & secundum regiones. Si autem non potest bibere ipsum anno toto, bibat ipsum in medietate frigida. Quumque pertransierint e [ducenti dies,] non erit malum, vt bibatur vno die & duobus diebus non. Et oportet vt elongetur ab eo comestio quantum possibile est ei, & si non plus saltem usque ad nonam, & rectificetur regimen reliquum. Et oportet, ut deuitet ea, quæ nocent habentibus dolorem iuncturarum. Et existimauerũt quidam, quòd de expertis, quæ nõ diuersificantur, omnino, est vt in potu dentur ossa hominis adusta, & iam quidem usi fuerunt eis quidam de f [præsumptuosis,] sanati sunt cum eis ex podagra, & doloribus iuncturarum omnino. Et hiera quidem Hermetis maximi est iuuamenti ei. qui bibit eam verè diebus aliquot confortando iuncturas eius, & ipsa extrahit superfluitates, cuius plurimum efficit per sudorẽ, & prouocationem, et confert sciaticæ. Et quum chronica fuerint apostemata, & dolores iuncturarum, iuuantur per hoc regimen relatum ad Humain, Sumatur sauinę siccæ quarta Keilin, & decoquatur cum eo, quod submergat ex aqua super ignem leuem donec denigretur aqua, & sumatur de colatura eius lib. i. & s. proiiciantur super eam iii. unc. olei sisamini, & bibat ipsam ęger, & comedat super ipsam cibum preparatum cũ agresta. Et ad dolorem anchæ est regimen leue, si non lædant ipsum balneum, & aqua calida, & semina, & forsitan proprie post cibum malum sedat eam uomitus super aquam ciceris, & solutio uentris cum aqua olerum, & casia fistula.

a B. nua xii.

b B. nua.

c B. Alia litera. cinnamomi, pæoniæ, myrrhæ, spicę. Alia litera. rheubarbari, pœoniæ, myrrhæ.

d B. stellæ canicularis, &.

e B. dies qui erunt residui.

f B. famosis.

De emplastris iuuatiuis ad dolores iuncturarum grossi humoris, & eorum, quæ sunt in uia, ut conuertantur in lapideitatem. *Cap.* 10.

EMplastrum bonum. Recipe granorum alkerua mundatorum. unc. iij. terantur cum. vnc j. butyri uaccini optime, & proiiciantur desuper. unc. i. mellis. & faciat ipsum uiscosũ, & fiat cum eo emplastrum, & propriè super iuncturas siccas. Et quandoque ponitur cum eo ex aceto forti, unc. i. Et emplastratio cum stercore uaccino est fortis ualde in doloribus iuncturarum, & dorsi, & genuũ, et est quasi melior

lior pluribus aliis. Emplastrum forte. Recipe olei antiqui. lib. i. et s. et nitri Alexandrini, et gluten albotin amborum ana lib. j. & euphorbij vnc. j. & ireos vnc. ij. & farinę fœnugręc. lib. j. & s. fiat ex eis emplastrum. Et iterum bdellium, opopanacũ, & adeps liquefactus iuuatiua sunt ei valde quod fit ex crudo humore in genibus, & iuncturis. Emplastrum fugitiuũ, resolutiuũ.[a] [nitri danic j. ammoniaci] fiat ex eis emplastrũ. Aut sumatur euphorbium, & teratur cum oleo de lilio, & liniatur cum eo. Emplastrum forte. Recipe baurac. & galiam, & pyrethrum, staphisagriam, & calcem, misceantur omnia: & linian tur ex eis iuncturę cum melle, & aliquantulo aceto. Emplastrum bonum, & resolutiuum ammoniaci, & lycij, sumantur partes æquales, terã tur cum oleo omphacino, & vino antiquo, & farina fabarum emplastretur cum eo calido. Et emplastrum ex cinere cyclaminis, & aceto, & melle ẽ mirabile ualde. Et de emplastris[b] [est modus eorum, quæ necessaria] sunt ad confortandum membrum, & resoluendum residuũ, & non indigetur eis nisi post euacuationem integram, de quibus est emplastrum. Recipe sauinę, & nucis cupressi, & ossium adustorũ partes æquales, & aluminis partem j.[c] [dragacanthi] sextam partis unius, & glutinis pisciũ quãtum sufficit ad congregandum. Aliud faciens operationes in ægritudinibus plures, & illud ideo, quoniam aperit, & extrahit spinas, & ossa putrida ex profundo, & confert mollificationi iuuamentum manifestum. Recipe semi. urticæ mundati, & spumæ baurac, & salis ammoniaci, & aristol. rotundę, & radicis coloquinthidæ, & glutinis alimbat, omnium an. aure xx. fœnugræci, & piperis, & macropiperis omniũ, ana aure x. ammoniaci aure xii. cordumeni, & xylo balsami, & thuris, & myrrhę, & adipis cap. & gummæ pini omniũ an. aur. x. ceræ. li. iii. dabk. lib. viij. lactis fici syluestris au. viij. olei de lilio quantum sufficit ad liquefactionem medicinarum humidarum, & uini optimi quantum sufficit ad conficiendas medicinas siccas: commisceantur omnia, & fricentur, & administrentur. Aliud conferens in hora ad sciaticam, & dolorem manus, & pedis, & dolorem reliquarum iuncturarum fœnugręcum, & proijciatur in uase testeo, & proijciatur desuper aceti com misti quantum sufficit, & coquatur super prunas usquequo dissoluatur in decoctione, deinde proijciatur desuper mellis quantum sufficit, & bulliat secundo, & reseruetur. Aliud simile illi. Picis de minera lib. iij. fęcis aceti siccæ adustæ lib. j. baurac lib. j. & s. gummæ pini, & ceræ, & sulphuris non adusti, & staphisagriæ omnium lib. j. pyrethri lib. s. cordumeni Kist unum.

[a] B. nitrum dabach. vel dabk. i viscus ammoniacum nura, i. calx.

[b] B. sunt species, quę necessariæ.

[c] B. & dragantii, i. vitrioli.

De unctionibus in huiusmodi intentione prædicta. Cap. 11.

Oleum de coloquinthida, & oleum de castoreo, & oleum de synapi, & oleum de Kerua, & oleum de nuce romana, & proprie quando aduritur, &[a] [currit] & oleum de coloquinthida factum ex decoctione eius cum oleo ros. donec consumatur aqua, et oleum de costo ultimum est, et proprie cum storace aut cum assa, et oleum de costo, et de unguentis bonis iuuatiuis est oleum, in quo decoquitur uipera, et est ex eis, quæ sanant sanatione integra. et de eis est oleum vespertilionum. Cuius modus est vt sumantur xij. uespertiliones decollati, et sumatur de succo[b] † [ ] almarmacor, et olei antiqui lib. s. et aristo. drach. iiij. et castorei drach. iiij. et costi drach. iij. decoquãtur omnia simul, donec consumatur aqua, et remaneat oleum.

[a] B. Alia litera. est acuti odoris, & saporis propter assationem nucis.

[b] † B. foliorum

ANNOTATIONES.

Quod reliquum pro articularium morborum curatione est, de malagmatibus, lotionibus, inunctionibus, balneis, anodynis, stupefacientibus, atque id genus alijs, quæ extra admouentur, de quibus hic, & in sequentibus author fusius agit, Vide Gal. 10. de comp. med. per loca. Paulum lib. 3. Trallianum li. 11. & Aetium lib. 12. locis iam sæpius indicatis.

Cap. 2. & 3.
Cap. 2. cap. 45

De embrochis in illa intentione. *Cap.* 12.

Embrocha sedatiua, iuuatiua, experta. Sumatur galia, et hordeum, et lactucę, decoquantur cum aceto, donec discoquantur, et dissoluãtur, et fiat embrochatio, et est conueniens ad calidum. Et iterum maiorana et anethum, et folia lauri, et ruta, [a] † [ ] cyminum coquantur, et fiat cum eis embrocha: et ex eis iterum, quæ conferunt[b] [ad lapideitatem] iuncturarum, et genuum, [c] [est fæx] aceti in omni parte, cuius ponitur sexta partis harmel contriti, super quam proiiciantur lapides igniti, et fiat suffumigium faciendo cum eo suffumigationem sub Kisse, aut similibus. Et sedeat in decoctione asini syluestris, in qua ponuntur omnia membra eius decocta cum anetho, et d [rectificatur cum] seminibus, et porris et similibus. Et decoctio[e] [hordei] et uulpis, cuius modus est, vt bulliat aqua ebullitione uehementi tandiu, donec minuatur tertia eius, et proiiciatur super ipsam daba, aut vulpes uiua decollata cum sanguine suo, et decoquatur donec dissoluatur in decoctione, et coletur aqua, et sedeant in ea, aut proiiciatur super illam aquam oleum, et decoquatur donec permisceantur, aut donec aqua consumatur, et remaneat oleum, et sedeat in eo, et quandoque decoquitur in oleo, sicut est.

[a] † B. origanũ.
[b] B. est euaporatio.
[c] B. cum vaporatione.
[d] B. sale, &.
[e] B. aldabha.

De balneationibus ad huiusmodi. *Cap.* 13.

Balneatio quidem cum aquis calidis, et humidis, nocet eis propter illud, quod liquefacit de humoribus, et dilatat de poris, nisi in aquis thermarum. Balneationes uerò siccæ cum fricatione cum nitro, et sale, et sepeliri in arena calida, et sudare in ea, sunt iuuatiua eis.

De

De sedatiuis doloris calidis, leuibus. Cap. 14.

SVmatur fœnugræcum, et teratur cum aceto commisto contritione minutissima, deinde fundatur super ipsum mel, et coquatur donec coaguletur, et liniatur postquam conteritur, super tabulam, sicut algalia, et [a] [inuiscetur] loco cum panno lini. et dimittatur duobus diebus, aut tribus, et succurratur exsiccationi eius cum oleo rosaceo, et hoc quidem conueniens est in principio ęgritudinis, et in ascensione eius. et iterum sumantur in principiis, et in residuis mucillago fęnugręci, et seminis lini, et cõquassetur, cum oleo sisamino, et ingrossetur sicut mel, et iterum, quando non est dolor ualde uehemens, emplastretur cum caulibus recẽtibus, et apio, et si fuerit fortior, ęmplastretur cum oleo irino. et farina fœnugręci, et farina ciceris cum syrupo mellis, cum pauco uino, et cum aliquantulo olei de alcanna, et iterum cinis caulium cum adipe, et ceroto facto cum oleo chamæmillino bonus eis est ualde.

a B. adhærere faciat.

De narcoticis sedantibus dolorem. Cap. 15.

SVmantur opii aur. iii. et croci aur. i. et terantur cum lacte uaccino, et proiiciatur desup medulla panis similaginei, et [a] [liniatur] et fiat ex eis emplastrum, et cooperiatur cum foliis siclę etiam, aut lactucę, & ponatur loco panis similaginei ceratum. Et iterum sem. [b] [hyusquiami nigri] drach. vi. opij. j. croci j. uini dulcis, cũ quo conficiatur, & misceatur cũ cerato. Et iterum sem. hyusquiami albi, & opium, & psylliũ, & acacia, & mugat, sumantur, & informentur troch. ex eis, & liniantur cũ lacte uaccino, & reseruentur cum folio. Et iterum aloes ℥.x. [c] † [ ] succi hyusquiami drac. [d] [vj. hyusquiami nig.] drach. iiij. hypoquistidos drach. vj. pomorum mandragoræ, xx. aure. croci aure iiij. decoquantur poma mandragoræ cum aceto, donec dissoluantur, & proijciantur super medicina, & liniatur cum eis, Et iterum mandragora proijciatur in butyro uaccino trita, deinde inungatur cum ea dolor. & iterum opium, & storax sumantur, & fiat ex eis epithema. & ex eis, quę stupefaciunt, est effusio aquę plurimæ, quum non sunt ulcera, & iterum psyllium infundatur in aqua calida, & quum inflatur, conquassetur cũ oleo ros. & infrigidetur, & liniatur cum eo.

a B. fiat lene.
b B. succarau.
c † B. opii ℥.x.
d B. sucharau.

De curatione uentosi. Cap. 16.

HOc currit cursu gibbositatis uentosę, & de eis, in quibus est iuuatiuum in sedando dolorem cum stupefactione, est, ut sumantur gentianæ, & rubeæ, & ammeos, & aristol. & calamenthum, & semin. citruli, & hermodactylorum, & buzeidem, & almechezahara, & almugat partes ęquales, opij pars s. cuius dosis sit usque ad ij. drach.

De regimine cauterij ad eos. Cap. 17.

ET de cauterizatione bona eis, aut de eis, quæ [a] [surgunt] loco cauterij, est ut iaceat infirmus secundum figuram, quã oportet, & prohibeatur ei motus, & [b] [conseruetur] circuitus doloris, [c] † [ ] & impleatur medium eius sale, et ponatur desuper parum olei, et ponatur desuper pannus, et sint præsentia cauteria diuersa, et ignientur cauteria, et administrentur in primis taliter, vt non sentiantur calida, deinde sentiantur cum ea, deinde fiant fortia, donec non possint tolerari, quum ergo pertransierunt [d] [uirtutem] perforetur massa, et precipiatur ei ut inclinetur, quatenus egrediantur sal et oleum: deinde cooperiantur cũ lana, et ligetur, et oportet ut sit super caput infirmi uas plenum aquę, et aqua rosarum, cum qua abstergatur facies eius, quando sudat, et caueatur ne caro aduratur, et ulceretur.

a B. ponuntur
b B. circundetur.
c † B. cum pasta.
d B. tolerantiæ.

De cura calidi. Cap. 18.

OPortet ut curentur cum eis, quæ infrigidant, et humectant ex oleribus, et carnibus, et cibis, et fructibus, et linimentis, et embrochis, et ceratarijs. et exercitentur cum æqualitate, et balneentur cum aqua dulci, postquam effunditur super extremitates eorum aqua frigida in domo prima. et administretur tina tepida, deinde submergatur in aqua [a] [tepida] subito semel, et fundatur super pedes eorũ aqua frigida. et oportet ut soluantur, et prouocatione utantur, cum eis, in quibus non est calefactio plurima, sicut syrupus ros. et diacydoniten solutiuum. Medicamen bonum, in quo est prouocatio, et solutio, et sedatio doloris. Recipe seminis melonis, sem. citruli, et hermodactylorũ alb. et almugat omnium ana partem j. opij tertiam partis unius, aggregentur omnia, et sit dosis eius drach. iiij. cum drac iiij. zuccari. est enim præsentis iuuamenti.

a B. frigida.

De epithematibus. Cap. 19.

SCias quòd quando ipsa sunt frigida, styptica, sicut sandali, tunc fortasse lædunt, imò oportet ut sint teporem facientia, et leniant. et quando lęduntur cum infrigidantibus propter tensionem eorum, administrentur ea, quæ mollificant sicut rob, et oleum ros. et ceratũ, et quãdoque ponitur super illud pannus infusus aqua et aceto, et de eis, quę sunt experta, est succus extremitatum cannæ humidæ, quum enim ex eo linimentum fit, sedatur dolor statim. et iterum terantur glandes optime, et decoquantur uehementer, et embrochetur cum eis hora longa, et quum tolerant infrigidantia, et nõ faciunt eis dolores per inspissationem, et tensionem, tunc non est aliquid sicut aqua endiuiæ, et aqua solatri, et aqua semperuiuę, et aqua blitorum, et cucumeris, et cucurbitæ, et similia, et similiter emplastratio cum adipibus, [a] [et similibus eis,] et cum melonibus: ipsi enim infrigidant, et leniunt simul, et mucillago psyllij est fortis infrigidationis. et iterum sandali, et memithe, et similia sedant dolorem, et quum sedant dolorem, oportet ut auferantur, et remoueantur, et de eis, quę iuuatiua sunt in fine residuorum dolorum iuncturarum, et podagrę ca-

a B. quantum ipsa.

calidorũ,est ut sumantur aloes,& croci,& myrrhæ partes æquales,& liniantur cum aqua caulis,aut endiuiæ secundum quantitatem caliditatis.Et iterum ceratum cum oleo chamemillino. Et iterum diaquilō dissolutum in oleo chamæmillino. Balnea,quæ ex eis nocent,sunt balnea calida.Frigida verò quandoque iuuant.

De solutiuis. *Cap.* 21.

SVmantur myrobal. citrinorum drach. x. & hermodactylorum, & buzeidem amborũ ana drach.iij.sem.apij,& anisi amborum an. ℥. ij.confíciantur cum zuccaro soluto,de quo in potu sumantur omni die drach.ij Et iterum sumatur succi cydoniorum lib.j.& aceti de uino vnc.iij.& zuccari lib.j.& hermodactyl.aloes, & diagridij [a] † [ ] drac.iij.& dos.eius sit ex s.unc. vsq; ad vnc. j.& s.Et iterum hermodactylorum drach.x.scãmoneæ drach.j.& tertia drach.j.cubebę drach. iij.zuccari tabarzet drach.xxx.dos.eius drac. iij. Et iterum scammonea decocta in [b] [duplo] sui aquæ cydoniorum acetosorum,aut pomorũ, decoctione,in qua consideretur [c] [substantia] eius, cum ergo incipit inspissari, oppiletur os eius,in quo est,& dimittatur donec exsiccetur, & sumatur de ea pondus drach.x.& sumantur de tabarzet drach.xx.& de cubebis contritis sicut alcohol pondus drach.ij. aggregentur omnia cum iuleb,& fiant inde pilulæ & exsiccentur in umbra.Et sit dosis earum pilulę ii. vsque ad iij.in omni hora. Et quum illic est compositio,& [d] † [ ] tunc administra hieram picram.Et de eis,quæ conferunt eis,est syrupus ros.secundum hunc modum.Sumantur succi ros.lib.ij.& mellis li.iiij. & scammoneę assatæ vnc.j.decoquantur vsquequo inspissentur, & sit dosis eius ex duobus [e] † [ ] vsque ad v. & iterum infundantur tamarindi cum casia fist. [f] † [ ] in aqua endiuię,& fœnugre.& si non fuerit febris,sumatur decoctio myrobal.& fumi terrę, & prunorum,& tamarindorum, & absinthii secundum quod uidetur.& iterum buzeiden, & hermodactyli,& rosæ rubeę,ęquali mensura sumantur, de quo sumatur aure i.& s. est enim in ipso sedatio,& infrigidatio, & isti quidem iuuantur plurimum a cibis frigidis,& grossis, sicut, qui fiunt de lentibus cum aceto,& reliquis cum in frigidantibus ingrossantibus sanguinis,sicut ille,qui fit de [g] [acetosa,] & uentres cum aceto pręparati & acetosum carnis uaccinæ. & quandoque iuuatur plurimum cum cibis exsiccantibus,sicut est [h] [herbus.] & non ut ieiunent plurimum,& eis quidem conceditur ex fructibus, ut pyris proprie & prunis & malis, & granatis,& persicis,ego autem abhorreo eis ea, quæ sunt sicut persica,& chrysomila,& quę replent sanguinem aquositate plurima.

a † B. secundū oēm librā prędictorum.
b B. tantūdem.
c B. inspissatio.
d † B. aliqua.
e † B. felēgiar.
f † B. aut casia fistulā.
g B. agresta.
h B. cibus ex caulibus.

De cura iuncturarum exsiccatarum, & conuersarum in lapideitatem. *Cap.* 22.

Cap. 2. sap. 1. & deinceps.

ISti sunt habentes complexiones calidas, & materias grossas. & oportet ut isti non resoluantur sine lenificatione,imo oportet ut leniantur & resoluantur simul, & de eis, quibus cauetur a lapideitate, sunt emplastra facta ex farina herbi,& lupinorum cum oxymelle,& alaniuden,& uitis albæ,cum parte lycii, & ammoniaco,cum vino antiquo,& oleo omphacino, & quandoque ponitur desuper farina fabarũ, & de eis,quę conferunt ei,cuius iuncturę conuersę sunt in lapideitatem, aut sunt in itinere lapideitatis,sunt emplastra,quę diximus in frigidis de doloribus iuncturarum grossorum humorum,& unctiones, & embrochę, quas cum eis diximus, & de illis,quæ conferunt eis, est farina lupinorum cum oxymelle, aut aceto commixto,& iterum radix almarot, & iterum emplastretur cum bulbo dissoluto in aqua,ipse.n. prohibet lapideitatem incipientem,& similiter embrochæ ex aquis,in quibus decocta sunt calamenthum,& alhasce, aut aceto, [a] [aut decoctione,in qua] caseus antiquus decoctus [b] [est] proprie in iure [c] [casię fistulę &] nitrum, et euphorbium: et aqua cineris caulium combustorum.

a B. in quo decocta sunt prædicta, &c.
b —— B.
c B. Alia litera. pedum porci.

ANNOTATIONES.

Habes pro curandis articulorum tophis ex Gale. plura 10.de comp.med.per loca.Item & Paulo lib.3.plura. Sed & Trall.lib.11.& Aetius lib.13.

De cura [a] [*contractionis, & azemena.*] *Cap.* 23.

a B.alachad āa zemena.

SCias quod oleum de andacocha potando ex eo,et inungendo cum ipso,est res magis cõferens ei,et modus faciendi hoc oleum, est, vt decoquatur andacocha cum seminibus in tanto uino quantum ipsa est,et oleo,donec consumatur aquositas. Cuius dosis sit vsq; ad drach. iii.et minus,et illius,quę ex ea uentosa est,curatio currit cursu curationis uentositatis,facientis [b] [uentositatem.] et de eis, quæ experta sũt ad [c] [contractum,] est ut sumatur pellis ouis hora,qua excoriatur,et ponatur super ipsum; et liniatur lacte uaccino dulci,et iuuatur eo, et administratio balnei sicci, et sudare in furno, aut fouea ignita iuuatiua sunt.

b B. gibbositatem.
c B. alachad.

De cautela ad dolores iuncturarum. *Cap.* 24.

OPortet,ut utatur ille,qui assuetus est his doloribus,phlebotomia,et solutione uentris in uere,et quum proximus est paroxysmus. et utatur regimine temperato in subtilitate. et omnino oportet si causa in eo, quod accidit ei, sit multitudo humorum, ut nō dimittat eos multiplicari cum eo,quod euacuat,et cũ eo,quod [a] † [ ] exercitio administratur bono, et si causa fuerit corruptio eorum, opponatur illi cum euacuatione eius, quod [b] [oportet,] et contrarietate regiminis, per quod generatur, phlegma enim generatur per adiutorium ex infrigidantibus, et tu quidē scis ea,et scis oppositionem eorum, et cholera generatur per adiutorium calefacientium, et tu scis ea, et scis oppositionem eorum,et similiter

a † B. minorat ex cibo, & cum eo quod de.
b B. quod aggregatur.

liter melancholia generatur per id, quod scis. Et opponitur ei, quod generat ipsum per id qđ scis. Et quum accidit euacuatio, tūc ex illis, quę rectiora sunt, est confortatio membri cum stypticis, ut non suscipiat superfluitates: & propriè quum non timetur conuersio earum ad membra principalia, causa antecessionis mundificationis. Et ista sunt sicut acacia, & balaustię, & succus virgæ pastoris, & lycium, & memithe. Et iterum fricatio locorum cum sale trito, & cum oleo etiam, nisi sit siccitas vehemens. Et quādo est apostema phlegmaticum, & bibit habens ipsum aristol.ro.pondus drach.ij. aliquoties in uere, & hyeme, tunc fortasse prohibetur periodus eius. Et utatur exercitio temperato, & vectione, & non superfluat in eis, quoniam excitant podagram, & dolores. Et non adhibeatur illud, qui non est consuetus, subito sine gradatione. Quod si illud accidat, administra olea confortantia inungendo. Et oportet vt deuitent carnes grossas, & omnia salsa, & [c] [asse Kes sud.] Et ex oleribus deuitent ea, quæ sunt sicla, & bautiæ & citruli [d] [& aqua melonis. nocent enim ipsa] propterea quod generant humorē aquosum, & conferunt per prouocationem, & diuersificatur dispositio eorum in corporib. Et deuitent potare vinum plurimum, grossum, imo omne uinum. Et cibentur eis, quę sunt bonæ digestionis, & velocis. Et oportet, ut deuitēt repletionem & [e] [annichilationē ab exercitio,] & deuitent cum hoc superfluitatem in labore. & exercitio, & proprie super repletionem. Et deuitent coitum. Et minorentur in balneationibus, quoniam ipsę liquefaciunt humores: & faciunt eos currere ad iuncturas, verum aquæ thermarum conferunt eis in hora ęgritudinis, & ex illis, quę conferunt eis in prin cipijs balneorum, & post ipsarum expletionem, & in medio introitus corū in ipsis, est effusio aquæ frigidæ super iuncturas, si nō est aliquid, quod prohibeat ex debilitate neruorum. & quandoque auferunt hoc nocumentum febres [f] [& oportet ut non dormiant super cibum omnino, quoniam est ex rebus nocibilioribus eis.

c B. alnemech. sud.

d B. sed melon nocet eis.

e B. Alia litera. dimissionem exercitij.

f B. balnea.

A N N O T A T I O N E S.

Vide in superioribus indicata, Gal. 10. de com. med. per loca. Aetium lib. 12.

De cura. *Cap.* 25.

Cura, quę magis propria est sciaticę, & doloribus anchę, & genuū fixis, est, quod oportet ut redeatur in curatione eorū ad canones in doloribus iuncturarum. & tu, quidem scis, quòd ipsi differunt ab alijs doloribus iuncturarum. Nam repercussio in principio quandoque nocet eis nocumento uehementi, quoniā materia profunda est, & repercussio retinet eā illic & ponit eam taliter, quòd difficilis fit eius resolutio, & præparat eam ad hoc, vt dislocet iuncturas, quum [a] [ipsa dislocet iuncturas] absque repercussione similiter, imò oportet si volueris sedationem doloris in principio, ut sedes eos cum mollificatiuis, lenificantibus, nisi accidat ut sit materia subtilis valde. & fit difficilis eorum curatio in frigore, & in tempore frigido, & in pingui, & in parte sinistra est difficilior. In illis verò, quæ de eis sunt sanguineę, de rebus magis conferentibus eis est phlebotomia, & iuuantur in dispositione per phlebotomiam in primis ex manu, deinde ex pede, & nō fiat phlebotomia ex pede, nisi post phlebotomiam ex manu. & iuuamentum fit in eis per uomitum. Ventris autem solutio quandoque vsque ad finem postponitur, & est sufficiēta in vomitu forti, ut non trahat solutio uentris materiam ad inferiora, nisi sciatur quòd sit parua. & de bono est vt ieiunent duobus diebus, deinde phlebotomentur, & scias quòd phlebotomia sciaticæ uenæ magis est iuuatiua [b] [in sciatica] quam saphenæ plurimum, nisi sit dolor [c] [leuior extensus in syluestri, imo sit purus rubeus, cuius tensio ex domestico] quare erit saphena magis conferens ei quam vena sciatica, quamuis ambæ sint duo rami uenę unius [d] † [ ] sicut basilica & cephalica in manibus. Verum Gal. rememoratur saphenæ, & uenę curuaturę poplitis tantum, & phlebotomia uenæ curuaturæ poplitis, magis iuuatiua est, quam venæ sciaticæ & saphenæ simul. & ex eis quæ phlebotomantur, est vena, quæ est inter minimum, & secundum pedis, & phlebotometur post ipsam uena sciatica, & dicitur ꝙ hæc uena magis iuuatiua est quam uena sciatica, sicut saluatella magis iuuatiua est quam basilica in ægritudinibus, hepatis, & splenis. Illi autem qui sunt phlegmatici ex eis currunt cursu apostematum grossorum & in [e] [uerificatione] curationis: & propter hoc non oportet, vt sit præsumptio ad administrandum resolutiua fortia ante euacuationem, propter illud, quòd uomitus iuuantior est quam uentris solutio, propter motus materiei ad partem doloris, & uomitus mouet eam ab eo. & de eis, quę bona sunt in eo, est, si fiat cum baurac & aceto. & quum euomuerit cum uomitiuis fortibus, quibus indigetur in humoribus eorum frigidis, grossis, tunc oportet ut sequaris illud cum subtiliatiuis calefacientibus, & est necessaria in phlegmaticis iterum quandoque, imò multoties phlebotomia, & administrentur post euacuationem [f] [cum eis,] quæ diximus ex diureticis & ebibitis iuuantibus ad dolorem iuncturarum. [g] † [ ] Medicamen Hermetis proprie: [h] [nam] hoc medicamen est mirabile ualde. Chamædryos, gentianæ amborum an. unc. ix. aristol. rot. vnc. ij. sem. rutę siccæ lib. j. terantur, & cribellentur cribello subtili, cuius dosis sit cochlear. j. & administrentur iterum uaporationes, & embrochæ resolutiuę, & aqua thermarum. Quod si non excusat tunc clysteriza, deinde administrentur uentosę super ancham cum incisione, & sine incisione, Et pone rubificantia uesicantia, & non consolidentur donec sanetur, & emplastrorum quidem administratorum in eis diligitur acuitas propter duas intentiones, quarum una est resolutio, & altera attractio ad exteriora. & abhoretur acuitas propter quandam intentionem, & est,

a B. ipsæ dislocentur.

b — B.

c B. nō extēsum ad partē syluestrē, imo in viā aliā cuius extēsio est in parte domestica.

d † B. non sunt.

e B. exigentia.

f B. illa.

g † B. &.

h B. &.

et est quòd ipsa exsiccat materiam, et in lapideitatem conuertit. et dimittit eam non recipientẽ medicinam, quamobrem oportet ut non dimittatur lenificatio. et quandoque necessariȩ sunt uentosæ, et earum positio propter attractionem.

De embrochis & tinis. *Cap.* 26.

SVmãtur olei de alcanna. lib. j. et aceti. lib. s. et nitri quarta lib. j. et cardamomi drach. j. et s. et hyssopi drach. j. et s. submergatur in eo lana a † [ ] et uaporetur cum ea locus. et administrentur tinȩ ex aquis medicinarum singularium, resoluentium prædictarum in hoc cap. Ea verò, ex quibus fiunt inunctiones, sunt, sicut oleum costinum, et oleum de euphor. et oleum de pyrethro, et oleum de castoreo, quæ administrentur post mundificationem, cerataria cũ opopanaco, et euphorbio, et oleis prædictis.

a † B. succida.

De epithematibus, & emplastris. *Cap.* 27.

EMplastrum a [resoluens] materiam ad illud, quod apparet ex profundo recipe sem. rutæ syluestris, baccarum lauri, aniudem, sceha-armeni, cordumeni, pulpæ coloquinthidæ, ammeos omnium ana. aure iiij. rutæ recentis, picis, cerȩ, ammoniaci omnium ana octauam, bezard aure v. opopa. sulfuris, quod non tetigit ignis, amborum ana aure. iiij. fiat ex eis emplastrum. Et si liniatur sciatica ex stercore caprino, & aceto forti, erit sicut medicamen de synapi: & melius eo, & magis iuuatiuum eo. Et emplastra rubificantia, & vesicantia bona sunt ualde, & oportet ut pforẽtur uesicȩ, deĩde puluerizetur super eas medicamen exsiccatiuum, deinde iteretur uesicatio, usquequo eueniat sanitas. Et iterum sumãtur lib. j. baurac, lib. j olei, & fiat ex eis epithema. Et iterum emplastrũ iuuatiuũ, staphisagriæ lib. j. fȩcis adustæ lib. ij. pyrethri lib. s. nasturtij lib. j. & s. bezard s. sulphuris lib. j. baurach tantundem, olei cotylas iij. gũmi pini, qđ sit ȩquale cum bezard: fiat ex omnibus emplastrum, & administretur. Et iterum sumatur picis pars j. sulphuris pars i. contriti, sicut alcofol: & liniatur super ancham, & ponatur desuper charta b [de panno] & dimittatur usquequo cadat per se. Et ex eis, quæ experta sunt, est ut colligatur planta c [tapsiȩ] in æstate, dum est uiridis. & eius contritio optima fiat, quoniam est difficilis ad conterendum, deinde aggrega ipsã cum d [cera] & inuisca eam anchȩ, & loco doloris, & ligetur desuper, & dimittatur iiij. horis vsque ad vj. deinde ingrediatur balneum, quum que parum rorari incipit, ingrediatur tinam, & tollatur ab eo emplastrum, & ponatur super locum lana e [cum dragagantho] hebdomada una, aut x. diebus, & iteretur, quoniam excusat a synapi, & gumma rutȩ agrestis. Et iterum staphisagria, & f [gumma pini] & gumma iterum rutȩ agrestis, & cera, & oleum de ruta. et iterum pyrethrum, & dabk, & flos lapidis asius, & baurac, & staphisagria, & sumatur ex eis emplastrum. & quandoque additur in eo nasturtium: & ex eis, quȩ conferunt ad hoc, & ad dolores genuum, est ceratum de euphorbio. & iterum olei de alcanna vnc. viij. & aceti unc. iiij. nitri unc. ij. pyrethi unc. j. infundatur pyrethrum cum oleo de alcanna postquam trіueris ipsum, & pone ipsum in oleo tribus diebus, & bulliat bullitione leui, deinde proijciantur desuper acetum, & nitrum, postea imbibatur in ipso lana sordida, deinde ponatur super locum dolorosum anchæ, & aliud simile illi de epithematibus. Recipe ceræ colatæ aure c. & glutinis alimbat aure g [xxv. et floris æris] aure vij. lilii, et albezard, et myrrhæ omnium an. aur. vi. et alkitrã au. v. aggrega ista, et conquassa ea sicut pars j. et fac ex eis emplastrum j. et lini cum eo locũ dolorosum pyxidis, præcipue si fuerit materia faciens dolorem sanguis fixus in iunctura ipsa, aut phlegma grossum uitreum, quod iam bibit pyxis iuncturæ. Emplastrum sedans sciaticam. Recipe olei antiqui scrup. xviij. limaturæ plumbi, et salis h [massæ] glutinis alimbat, omnium an. aur. c. limaturæ æris rubei scrup. iij. floris ȩris abrasi, et condisi, et radicis almezerion nigri, aristol. synapis, omnium an. scrup. ij. proijciatur in eo quandoque pyrethri scrup. j. Aliud Recipe aniuden sem. rutæ syluestris, baccarum lauri, et baurach, et coloquinthidȩ, sceha, ammeos, cordumeni, omnium an. aur. iiij. rutȩ hortulanȩ humidæ, et picis siccȩ, glutinis alimbat, gummȩ pini, ammoniaci, adipis uitulorum omniũ an. aur. xv. opopan. aur. vj. sulphuris non adusti aure iiij. olei de alcanna vnc. xviij. Aliud. Recip. picis humidæ vnc. xviij. aristol. vnc. x. et s. cerȩ lib. j. gummȩ pini aur. i [iiij.] sulphuris nõ adusti li. j. baurach lib. j. et s. staphisagriȩ Kist. j. et est cotylȩ ii. pyrethri li. s. cordumeni kist. i. bezard lib. s. liquefienda liquefac, et tere. sicca, et permisce omnia, et frica ea secundum modum prȩdictum in eo, cuius rememoratio prӕterijt. et secundum quod dicitur post solutiua bona, et utilia sunt pilulæ de hermodactylis: et pilulȩ fœtidæ, et pilulȩ de k [tapsia] et pilulȩ de storace. et non sunt aliqua, sicut pilulæ iuuamenti, neque sicut hiera Hermetis, quæ bibatur in uere, et illius, qui bibit eam, incipiunt incturæ dolorosæ rorẽ emittere, et sudare, et non est in ea solutio uentris plurima, imo mundificat cum subtilitatione, et elementa quidem medicinarum solutiuarum, sunt pulpa coloquinthidæ, et centaurea, et gummi: et l [fumusterrȩ, et tapsia] et succus cucum. asinini. Sumantur duæ coloquinthidæ, et perforentur, et educatur, quod in concauitatibus ambarum est ex pulpa, et seminibus, et carne, et impleantur oleo sisamino, et cooperiantur ambarum foramina, et dimittantur nocte vna: deinde proiiciantur ambæ coloquĩthidæ in mane illius noctis cũ oleo, quod est in eis ambabus in ollam, et fundatur super eas ambas. quantum est olei mensura i. et s. de aqua, et coquantur simul, vsquequo discoctȩ sunt ãbȩ coloquinthidȩ. Quũ ergo discoctȩ sũt ãbæ, extrahãtur, et proiiciantur ãbæ; et coquantur aqua et oleum tempore sufficienti; deinde proiiciantur desuper m [elleborus] contritus puluerizatus cribellatus secundum quantitatẽ, qua congelatur aqua, et fiat sicut n [panis, de quo fiãt magdaleones] secundum quãtitatem auellanæ, et

b — B.
c B. sceitaragi.
d B. adipe.
e B. & quiescat.
f B. & canthari des.
g B. Alia litera. xxxv. & seminis basiliconis.
h B. communis.
i B. xi.
k B. sceitaragi.
l B. maheizahe regi, & sceitaragi.
m B. panis.
n B. panata spissa de qua fiunt pilulæ.
a B. attrahens.

& sumantur de illis auellanis xviij. numero, & sumat infirmus post balneationem. Et modus est, vt decoquatur oleum cum succo, & quum accidit mundificatio per solutionem ventris, & vomitum, & prolongatur ægritudo, tunc tibi conuenit uti suppositorijs ex medicinis facientibus excoriationem, & solutione educentibus sanguinem, sicut est decoctio cucume. asinini, & coloquinthide, & fel uaccinum, & pyrethrum, & centaurea, & nastur. & o [tapsia] & elixatura piscium, omnia illa iuuatiua sunt eis in hac hora, & forte sanant. Et quandoque ponitur in clysteribus euphorbium, & dicitur quòd illud est nociuum valde, prohibens a reliquis p [conuersionibus:] in fine uerò eis est iuuatiuũ, & proprie quando sequitur vesicatio. Et multoties quidem accidit excoriatio per se, & euenit cum ea sanitas. Clystere bonum excoriationem faciens; decoquantur coloquinthida, & nasturtium, & radix capparis, & centau. & cucumer asininus, & q [tapsia] & rubea, & fiat clystere cum aqua: & emplastretur ancha cum fæce, & est ex clysteribus iuuatiuis. etsiterum, emplastretur cum aceto, & furfure calefactis. Si autem fuerit illic sanguis, qui moriatur in ea, cauterizetur cum auro rubeo locus sanguinis cauterizatione uehementi, ut currat sanguis ex ea.

o B. sceitaragi.
p B. administrationibus.
q B. sceiteragi.

De bothor iuncturarum. a † [ ] *Cap.* 28.

HAe bothor apparẽt in crure nigræ: & quasi ipsæ sint fructus tamarisci, aut grana uiridia, & materia earum est materia uaricum, & cura earum ex parte mundificationis, est cura varicum, & ulcerum melancholicorum, quorum canonem dicemus in libro quarto.

a † B. nominatis grana albogin.

De dolore calcanei. *Cap.* 29.

QVandoque accidit ex obuiatione conterente, aut casu, aut coarctatione calciamenti, & alijs, & sanat ipsum embrochatio plurima cum aqua frigida, & epithema de memite, & bolo atmeno resoluto.

De debilitate pedis. *Cap.* 30.

FIt quandoque in creatione; & fit quandoque debilitas ex labore plurimo, & ex mollificatione antecedente, & ex oppilatione uiæ nutrimenti ad ipsum, sicut accidit castratis.

De a [*bothor*] *unguium, & attritione earum.* *Cap.* 31.

APpropinquat cura eorum curę suppurationis, et ex illis, quæ conferunt illis, est emplastrum cum folijs mirti, & cum folijs cupressi, & emplastrum de adipibus cum fimo caprino, & stercore uaccino. & cõferunt eis nux cupressi, & sauina emplastratæ. et conferunt eis phystici decocti emplastrati. et de eis, quæ liquefaciunt sanguinem mortuum sub attritione, est farina confecta cum b [oleo] & super ipsum posita.

a B. doloribus.
b B. pice.

De inflatione unguis, & pruritu in ea. *Cap.* 32.

CVratur cum aqua maris, abluendo cum ea semper, quare remouetur, aut cum decoctione lentium et herbi, aut cum decoctione a [cucumeris.] et ex emplastris eius, sunt b [nenuphar et oleum,] et ficus c [decoctę] cõiunctim, et singulariter.

a B. alchanthi. b B bulbus, & pix. c — B.

Finis Libri Tertij, & Primi Tomi Canonis Auicennæ.



& fumantur de illis auellanis xviii. numero & [illegible] inferius post [illegible]. Et [illegible] est, ut decoquatur oleum cum [illegible], & quando accidit mundificatio per solutionem ventris & vomitum, & prolongatur ægritudo, tunc tibi conuenit uti suppositorijs ex medicinis facientibus excoriationem, & solutione educentibus sanguinem, sicut est decoctio cucume. asinini, & coloquintidæ, & [illegible], & pyrethrum, & centaurea & [illegible] & [illegible] & [illegible] salsura piscium, omnia illa iuuatiua sunt eis in hac hora, & foue sanant. Et quandoque ponitur in clysteribus euphorbium, & dicitur quod illud est nociuum valde, prohibens a reliquis [illegible] conuersionibus;] in fine vero eis est iuuatiuū, & proprie quando sequitur vesicatio. Et multoties quidem accidit excoriatio per se, & cum ea sanitas. Clystere bonum excoriationem faciens: decoquantur coloquintida, & [illegible], & radix capparis, & centau. & cucumer asininus & [illegible] & rubea, et fiat clystere cum aqua [illegible] saccha cum fæce, & est ex clysteribus [illegible] em-plastretur cum [illegible]. Si autem fuerit illic sanguis qui moritur in ea, [illegible] cum [illegible] rubeo [illegible] cat-[illegible] extra [illegible] ex ea.

a B. [illegible]
p B. [illegible]
q B. [illegible]

[illegible]

[illegible] ipse [illegible] & [illegible] cura earum [illegible] cura varicum, et [illegible]

De [illegible]. *Cap.* [illegible]

Quandoque accidit ex [illegible] rente, aut casu, aut [illegible] & aliis, & [illegible] cum aqua frigida, & epithemata [illegible] re, & bolo armeno resoluto.

De debilitate pedis. *Cap.* [illegible]

Fit quandoque in [illegible] & [illegible] que debilitas ex labore plurimo, & ex mollificatione antecedente, & ex [illegible] nutrimenti ad ipsum, sicut accidit [illegible].

De a [[illegible]] [illegible], & [illegible]. *Cap.* 31.

Appropinquat cura eorum curę suppurationis, et ex illis, quæ conferunt illis, est emplastrum cum folijs mirti, & cum folijs cypressi, & emplastrum de adipibus cum fimo caprino, & stercore vaccino, & cōferunt eis nux cypressi, & farina emplastratæ. et conferunt eis physici decocti emplastrati. et de eis, quæ liquefaciunt sanguinem mortuum [illegible] ne, est farina confecta cum b [oleo] & super [illegible] posita.

De [illegible], & [illegible] in ea. *Cap.* [illegible]

Quando [illegible] maris, [illegible] sentit, [illegible] cum decoctione lentium et herbæ, aut cum [illegible] ne a [cucumeris .] et ex [illegible] b [nenuphar et oleum,] et [illegible] iunctim, et singulariter.

Finis Libri Tertij, & Primi Tomi Canonis Auicennæ.